Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
166
I
22

166
J
22.

IOANNIS DARTIS,

ANTECESSORIS ET COMITIS, REGIIQVE SACRORVM CANONVM IN Academia Pariſienſi Profeſſoris,

OPERA CANONICA.

IN TRES PARTES DISTRIBVTA:
Quarum I. continentur

COMMENTARII IN VNIVERSVM GRATIANI DECRETVM.

II. Tractatus DE BENEFICIIS Eccleſiaſticis.

III. OPVSCVLA Varia, Quorum Syllabus initio eius Partis occurret.



PARISIIS,
Sumptibus SIMEONIS PIGET, viâ Iacobeâ, ad inſigne Prudentiæ.

M. DC. LVI.

Cum Priuilegio Regis, & Approbatione Doctorum.

ILLVSTRISSIMO VIRO D.
POMPONIO
DE
BELLIEVRE,
EQVITI,
AC SENATVS
PRINCIPI,

Ioannes Doujatius P. p. F. O.

PRINCEPS SENATVS ILLVSTRISSIME,

Poſtquam edendorum Ioannis Dattiſij Anteceſſoris Clariſſimi Operum poſtumorum mandata mihi ex ipſius mente prouincia eſt: haud ſanè diu laborandum de Patrono fuit, cuius maximè auſpiciis hic eius partus exiret in lucem; vt recepto jam inter eiuſmodi lucubrationum auctores vſu, ſub magno aliquo nomine velut conſecraretur.

Inuitare me ad literarium hocce monumentum honori dicandum tuo, ſatis ſuperque poterant communes cauſæ, quas tuus tibi genius proprias fecit; eximiæ nimirùm virtutes, quibus Togatos inter Proceres præcipuâ quadam dignatione florentem jamdiu Te Gallia vniuerſa miratur.

Verùm hanc obſeruantiæ erga Te meæ teſtificationem aliæ à me rationes exegerunt, eò potiores ac iucundiores, quò arctioribus me vinculis adſtrictum tenebant: gemini ſcilicet, hinc in Auctorem ipſum, inde in Te, officij mei: quorum illi aditum ad publicam Profeſſionem; Tibi, ILLVSTRISSIME DOMINE, certam in Pariſienſi Iuris Canonici Schola ſtationem debere me, ſemperque debiturum, libentiſſimè profiteor.

Tuus itaque, meo nomine, debitor, hanc, non de alieno diſſoluendi, ſed agnoſcendi publicè debiti occaſionem, ideo maximè arripiendam exiſtimaui,

quòd cum ſemper defunctorum, non expreſſa modò mandata, ſed tacita quoque judicia, ſanctiſſimæ legis inſtar, religioſè ſeruanda cenſuerim; hoc Munus ex præſumpta quoque Auctoris voluntate Tibi deberi arbitrarer.

Dartiſius quippe noſter, (vt erat iuſtitiæ, non minùs moribus factiſque, quàm profeſſione; nec in aliis minùs quàm in ſeipſo, obſeruantiſſimus cultor:) & iuris dicundi Principes, quâ par erat reuerentiâ; & BELLEVRÆAM imprimis gentem, velut inter juſtitiæ Sacerdotes primariam, ſingulari quadam veneratione proſequebatur. Alterum teſtatur optima vitæ pars in Illuſtriſſimi Primi Præſidis Nicolai Verduni obſequio, conuictuque tranſacta; alterum tum aliunde compertum habeo, tum ex ſubiectis huic Epiſtolæ verſibus patet, Illuſtriſſimo quondam Patri tuo ab eo inſcriptis.

Quæ cum ita ſint; eius mentem haud dubiè ſequi, ac fidei commiſſum quoddam bona fide reſtituere mihi videor, cum Te, VIR ILLVSTRISSIME, alterius nunc loco in eodem Ordine Ampliſſimo ſedentem, alterius hæredem, vtrâque ſucceſſione digniſſimum; imò, ſi verum apud Te fateri licet, Præſidales, paternaſque etiam dotes jam ſupergreſſum, Iuridici in Gratiani Decretum Commentarij vindicem aſciſco.

Ne offendatur, quæſo, veriſſimo ſermone pudor tuus, cui non obſequi hac in parte ius faſque eſt. Fruſtra ille nos interpellat, fruſtra ſilentium indicit, cùm rem orbi notiſſimam, vel tacentibus nobis, orbis ipſe loquatur. Memorantur vbique virtutes tuæ, quæ vbique aut proſunt, aut micant. Prædicantur apud Ciues in vrbe Gallici Imperij Principe, quæ natalibus tuis, tanquàm non leui ad priſca décora acceſſione, gloriatur. Extolluntur in Senatu omnium auguſtiſſimo, qui primariæ dignitatis ſuæ culmen infra Te poſitum, creſcere per Te magis, quàm Tibi claritatem aliquam afferre profitetur. Referuntur & in Aula, quæ Regis maximi iudicium (ſemper cum veneratione ſuſcipiendum) nunquàm magis ſeriò quàm in Te ad eum honorem promouendo probauit, nunquàm feliciori euentu confirmatum agnoſcit. Reſonant iiſdem encomiis Prouinciæ, tuâ ſollicitudine ſæpiùs recreatæ.

Nec intra regni ampliſſimi terminos tua gloria ſtetit, ſed latè per Europam diffuſa, apud populos longiſſimè diſſitos, moribuſque & linguâ diſſimiles, non diſpares noſtris excitat voces. Reſpondent miro concentu popularibus tuis exteræ nationes, inuſitato Legationum tuarum ſplendore perculſæ. Laudauit, laudatque Batauia quod Gallia laudare non deſinit: vidit non ſemel, nec ſemel laudauit Maior Britannia, licèt noſtris vt plurimùm rebus minùs æqua; Pomponiumque alterum, atque Auum tuum paternum (quantum virum!) in Te æquè animo ac nomine rediuiuum, eſt admirata. Laudauit, mirataque eſt Italia tota, ipſaque etiam Roma, quamuis Tranſalpinæ virtutis parca miratrix. Ingens profectò in te bonorum ſeges, ac laudum congeſta materies ſit oportet, vbi tot hominum, tot populorum iudicia, in cœteris omnibus, ſacris quoque in rebus, & in quibus ſalus æterna vertitur, diſſentientium, in Te ſuſpiciendo tantâ conſenſione conſpirarunt.

Quidni verò conſpirent in tam felici tot virtutum in te vno conſpiratione? Quænam enim Summo in magiſtratu bona optari voto, aut cogitatione fingi poſſunt, quarum pars aliqua in Te deſideretur, in Te non emineat, aliquo apud Te vitiorum confinio lædatur? Alios ingenium commendat, ſed deſtituit prudentia: alios doctrina, ſed non facundia cohoneſtat. Nonnulli iuſtitiæ amore ad inhumanam quamdam ſeueritatem ita deflectunt, vt nunquam de tribunali deſcendere videantur, & magiſtratus ſupercilium vel fa-

miliaribus colloquiis inferant. Nonnulli comitatis laudem per deforma captant ac promiſcua blandimenta. Quidam conſtantiæ titulum per abruptam audaciam quærunt. Sunt qui potentiam, in inferioribus tantùm impotenti licentiâ prægrauandis exerceant. Hi opes immenſas, populorum ſæpenumerò ſpolia, nulli profuturis ſumptibus effundunt ad inanem oſtentationem: illi, vbi aliena pro ſuis vſurparunt; ſordidâ deinde parcimoniâ, velut noui gryphes, ſuorum quaſi alienorum vſu ſibi, æquè ac aliis, interdicunt, in quamplurimis denique virtutes animi, corporis vitiis, ac naſcendi infelicitate corrumpuntur. Adeo ratum ac difficile eſt in vnum cuncta confluere, quorum neceſſariâ velut compage conſurgat Magiſtratus, atque perficiatur.

Tu verò, PRÆSES ILLVSTRISSIME, (vt ſplendorem Natalium quos, vterque Auus ſummo Cancellarij honore illuſtrauit; oris dignitatem, aptiſſimam totius corporis conformationem prætermittam, externaque alia, quæ in Te certantes inuicem natura ſimul & fortuna contulerunt:) in iis quæ arbitrij ſunt, recti ſemper ordinis ac decori exactiſſimus obſeruator, omnia intra legitimos fines, perſonis, temporibus, locis apta, mirabili œconomiâ diſpenſas. Tu viuidi acumen ingenij, limatiſſimi judicij amuſſi examinas ac regis: Tu doctarum, vulgariumque Linguarum peritiſſimus cenſor, Eloquentiam vario lepôre conditam, inaffectatâ roboras & reconditâ Eruditione. Tu erga quoſcumque ſummam adhibes, in ſumma dignitate, humanitatem, ſed debitâ grauitatis mixturâ, ſine vllo alterutrius diſpendio, ſic temperatam; vt cum omnes admittas, nemo à Te mœſtus, nemo non attonitus abſcedat. Neque enim obſeruantur aditus tui; nec emendicatis ſuffragiis virtus indiget ad Te acceſſura: Verùm, quoad per immenſam licet occupationum molem, in publica luce domi quoque verſaris Omnibus ita pates, vt quantamcumque famam tuam, quantamcumque de Te hominum expectationem, vel primo ſtatim obtutu impleas, ſuperes affatu. Ea priuatim Comitas, vt ſingulis fauere videaris: ea publicè majeſtas, ea in ſubſelliis Æquitas, vt nulli te fauere appareat: Sed ſolis inſtar æquale cunctis lumen impertiri. Eminet præſertim in literarum gnaros ſimul & cupido, Literatorum amor, quos præcipuâ benignitate dignaris, poſitaque ad tempus poteſtatis perſonâ (more Pompeij faſces Poſſidonio ſubmittentis) bonas Artes profitentibus eatenus familiarem Te præbes, atque beneficum, vt ne tamen cuiquam cuiuſquam gratiâ iniuriam fieri patiaris. Quid Muſicæ, Artiumque cæterarũ, quæ quadam cum Muſis cognatione junguntur, ſtudium ac notitiam; quid in artifices egregios propenſionem; quid in victu, cultuque concinnam, citra luxum, elegantiam memorem, in eo qui maioribus intentus, hæc non vltrà curat, quàm ne aut honeſti quippiam penitùs ignoraſſe videatur, aut per inſulſæ auſteritatis jactantiam neglexiſſe? Iam in ampliſſimo patrimonio quæ animi moderatio? quæ in moderatione magnificentia, pecuniæque ad vtilitatem publicam liberalis erogatio? Num autem omitti debeat, poſitue reſtituta per Te, quoad ſæculi mores ferebant, in cooptandis ampliſſimum in ordinem nouis Senatoribus priſca diſciplina? num in vſum reuocatis inſignibus Aduocatorum, exploſis calumniantium tergiuerſationibus, & reſectis perſequendi juris ambagibus non paucis, redditum foro decus ſuum? Num Præſidales ædes, priuatum Iuſtitiæ Palatium, tuo nutu meliorem in formam renouatum; vt rerum diuerſiſſimarum peritiam, curamque, non vniuerſi modo Togati ordines, ſed lapides quoque ipſi teſtarentur? Verùm longiùs progredior, nec rerum vbertate, velut torrente quodam abripi me ſentio; cùm

quò plura adiicio, eò dicenda plura vel aliud agenti occurrant, jam dictis haud minora. Ne tamen & Epiſtolæ modum nimis egrediar; & fortè eorum quæ affectui meo iucundiſſima ſe offerunt, continuâ commemoratione, modeſtiæ tuæ diſpliceam; temperandum eſt ſtylo, ac breui iuſtiſſimoque, nec vt ſpero, inani voto finiendum. Quid autem vouendum tua tot nobis bona relinquunt, niſi vt iis publicò bono quàm diutiſſimè fruaris? vt qualem te hodiè cum gaudio intuemur, verum nempe, ac numeris omnibus abſolutum iuſtitiæ Antiſtitis exemplum; talem nepotes noſtri videant, poſteri mirentur, & parem (vt nam non fruſtrà) optent? Quid deinde niſi vt ſic auitos annos prætergrediens, auitos honores (quod inde facilè conſequi nemo inficiabitur) velut paternæ, maternæque hæreditatis appendicem, ac debitam tuis fatis coronidem, diu, ſecurè, feliciterque poſſideas.

Hæ meæ preces, hæ ſpes; hæc totius Scholæ Canonicæ vota ſunt: quæ, quoniam tuum eſſe nouit rebus cunctis, ad quas prouidentiam tuam porrigere non dedignaris, nouam ſtatim faciem, eamque longè meliorem induere; ad curam tuam Tè reuocaturum confidit, vt quemadmodum Foro Pariſienſi, ita priſco huic noſtro vtriuſque Fori Seminario priſtinum decus reſtituatur: quâ re nihil quicquam cogitari poteſt, quo Manes Dartiſij noſtri, imò tui, vehementiùs affici queant, ſi modò aliquis apud ſuperos reſtat rerum terrenarum ſenſus.

Illa quidem nouis per te Profeſſoribus aucta, & ſuum breui numerum habitura, laboribus Collegarum omnium aſſiduis, nouam Auditorum copiam exciuit. Iam quidem mouet, vt ita dicam, lacertos; atque inſtauratis, quà in tam ſubitâ rerum conuerſione licuit, veteris diſciplinæ inſtitutis, veterem quoque ſplendorem, partim ſperat, partim etiam agnoſcit jam, ſpiratque. Sed ſpes ſuas, conatuſque noſtros fruſtra caſuros nouit, niſi quâ reuiuiſcere nunc cœpit benignitatis tuæ aurâ foueatur ad perfectam maturitatem. Debetur hæc tibi gloria, PRINCEPS SENATVS ILLVSTRISSIME, vt curæ ac fauori tuo, renaſcens Scholæ Iuridicæ gloria debeatur: nec illa maiorem optare poteſt, quàm vt Tibi omnia debeat. Vale.

EPIGRAMMA.

IOANNIS DARTIS AD MAIORVM GENTIVM ILLVSTRISSIMVM PRÆSIDEM D. DE BELLIEVRE.

An. 1627.

SI tuus inflexas regni iam duxit habenas,
Mente ſua & rexit Gallica regna pater:
Si ſocer illâ ipsâ, ſummâque in ſede locatus,
Quæſtoris munus, ſuſtinuitque decus:
Non tibi difficile eſt tangi virtutis amore,
Auxilio vt patriam, Conſilioque juues.
Namque ortum diuis, media inter Lilia natum,
Maiorum tantùm te meminiſſe decet:
Et meminiſſe doces, & ab illis Maxime Præſes,
Te didiciſſe omnem nobilitatem animi,
Atque incorruptos vllo molimine mores,
Antiquis dignam temporibuſque fidem:
Moribus antiquis nam viuis, tempore noſtro:
Atque facis, facerent quod Cato, vel Curius.

DE VIRI SVPERILLVSTRIS, DOMINI

POMPONII DE BELLIEVRE,

SENATVS PRINCIPIS,

SAPIENTISSIMA SIMVL, ELEGANTISSIMAQVE

ORATIONE I.

Ad Pariſienſes Aduocatos,

VIII. Kalend. Decembr. An. 1653. in Senatu habita

EPIGRAMMA

VOS, quorum inflammat Dicendi gloria pectus,
Pacatæque mouent præmia Militiæ:
Tam præclaræ Artis finem cognoſcite; rectum
Ne, recti ſpecie, non teneatis iter.
Vt facunda Themis; ſit Suada innoxia cuique,
Ad ſolum veri prompta patrocinium.
Hæc vna inter vos felix Contentio ſurgat:
Hæc pugna, hæc vobis Palma ſit vna ſatis.
Non decet ex omni veniens victoria Cauſa,
Nec vincendi omnis ſemper honeſta via eſt.
Vincitur, indignâ ſi quis ſuperauerit arte:
Nec bonus in iure eſt, judicióque dolus.
Decipiat manceps, laudemque ex fraude repoſcat:
Patrono, vt teſti, conſtet vbique Fides.
Credite, Facundi titulum non ille meretur,
Qui non & partes ſuſtinet vſque Probi.
Hæc ſuadens, pariterque implens; & culmine honoris,
Laude & BELLEVRIVS Primus vtráque, monet:
BELLEVRIVS, gemino Quæſtorum ſanguine mixtus;
Et reddens geminos, ſanguine dignus, Auos:
Certior Eloquij quis ad ardua culmina ductor,
Quàm qui, voce alios quò vocat, Ipſe præit?

I. DOVIAT
Regius Sacrorum Canonum Profeſſor.

AD
SACRORVM CANONVM STVDIOSVM LECTOREM,

PRÆFATIO,

De Auctoris vita, atque Operibus.

DE *Iuris Canonici vtilitate atque præſtantia; de prioribus item, & coætaneis Iuris huius Interpretibus; deque Pariſienſis Scholæ dignitate, minùs neceſſariam Præfationem non eſt quod hîc aut expectes, aut timeas,* Lector Beneuole. *De his & alij luculenter egerunt, & alibi commodior dabitur differendi locus. Quæ Auctoris propria ſunt, ſic breuiter accipe.*

Ioannes DARTIS *apud Cadurcos, in ipſa primaria Ciuitate, Anno Chriſti M. D.* LXXII. *natus eſt, in ædibus paternis, quæ in Parœcia S. Andreæ ſitæ, venierunt Petro de la Fage in Curia Subſidiorum Superioris Aquitaniæ Conſiliario.*

Ortus Parentibus Catholicis, iiſque inter medij ordinis ciues honeſtis, ac re familiari, quòd pro loci ac genij conditione ſufficeret, inſtructis: Patrem habuit Petrum: matrem Burguinam d'Andral: Fratres natu maiores Ioannem ac Petrum, quemadmodum ex eius Teſtamento & Codicillis colligitur.

Poſtquàm Humaniorum Literarum, ac pietatis in Cadurcenſi Patrum Societatis Ieſu Gymnaſio Tyrocinium, non mediocri iam tum edito ingenij ſpecimine, poſuit; ad Rutenenſes ſcholas, Philoſophiæ preceptis informandus, à Parentibus miſſus eſt, hortante auunculo ſacri ordinis viro. Ibi cum Ioanne Tarriſſe, (qui tum Ceſſenonenſis Prior, poſt Benedictinorum ſeuerioris diſciplinæ, ſiue Congregationis S. Mauri, Generalis per Galliam Præpoſitus fuit) arctiſſimam amicitiam Anno M.DC. contraxit: atque exacto Philoſophici ſtudij curriculo, cum eo Ceſſenonem eſt profectus, quod Occitaniæ Municipium eſt in S. Pontij Tomeriani diœceſi; vbi per triennium optimarum artium ſtudio coniunctim incubuere.

Inde reuerſus ad ſuos Dartiſius, Iuri operam nauauit in Cadurcenſi Academia, quo in ſtudio à N. le Frane Anteceſſore paternè adiutus, Baccalaurei Titulum meruit.

Verùm, cum poſteà de Prioratu Ceſſenonenſi ortas lis eſſet, ac Tarriſij Ius in dubium vocaretur; Aduocatus illicò Dartiſius, Toloſam, eius litis explicandæ cauſâ, cum amico accurrit. Quâ occaſione, non modò clariſsimos Anteceſſores, Guil. MARANVM *imprimis audiuit, & Celeberrima in Academia, tum Iuris, tum Theologiæ (cui operam eodem tempore dabat) Doctoris inſignia eſecutus eſt: ſed & Nicolao* VERDVNO, *eius tum Senatûs Principi innotuit. Huic autem breui ſic probatus eſt, vt Bibliothecæ ipſi ſuæ curam, vir integritatis præcipuæ, nec vulgaris eruditionis offerret. Quod anno huius ſeculi* XII. *effectum habuit, tranſlato Pariſienſem in Senatum Verduno.*

Tum verò contigit vt eodem tempore & ipſe operam Verduno ſuam oblaturus, vltrò Lutetiam cum Tarriſſio proficiſceretur; & Verdunus Litteras daret Toloſam perferendas, quibus Dartiſium ad ſe inuiſendum adiecto viatico inuitaret. Coaluit ergo ſta-

é

tim inter eos ſocietas ſincerißima: neque enim famulatum Dartiſij dici Verdunus pro ſua benignitate volebat; ſed comitem illum, & amicum ſuum profitebatur. Huius ille officiis ſic deuinctus, vt vincinollet, pinguiores conditiones aliunde oblatas conſtanter reſpuit; Eccleſiaſtica præſertim Beneficia, quæ in futuri laboris præmium oſtentabantur; tum quod obſequioſum illud, vt ita dicam, ſimoniæ genus auerſaretur; tum etiam quòd fortè de nuptiis cogitaret; quod de Claudia purè amata circa id temporis ſcripta per eum Epigrammata ſuadent.

Vacante deinde per ſpontaneum Nicolai Odini diſceſſum, Anteceſſoriâ Pariſiis Cathedrâ, poſt aliquot Recitationes, ac ſolemnes Diſputationes, adnitente quidem Patrono, ſed ſuffragantibus maximè ingenij eruditioniſque dotibus, anno Chriſtiano M.DC.XVIII. *die* XXIX. *Maij, Anteceſſor renunciatus eſt, & ſolemni ritu ab Hugone Guijon,* Facultatis Canonicæ Decano *inauguratus.*

Ipſo autem Guijonio poſt quinquennium mortuo, vacuam eius obitu Regiam Canonum Profeſſionem eſt adeptus, anno currentis ſæculi XXIII. Nec *tamen his occupationibus diſtrictus, à Verduni latere priùs diſcedere voluit, quàm ipſe Verdunus è viuis anno* M.DC.XXVII. *exceſſiſſet. Mæcenatu ſui funere plenæ libertati redditus, reliquæ vitæ rationem ſic iniiſſe videtur, vt ſeſe ſuſceptâ Iuris profeſſione quodammodo inuoluens, verſandis aſſiduè, exarandiſue Artis eius ſcriptis vnicè vacaret.*

Indefeſſum eius, tum in Recitationibus, publiciſque aliis actionibus, tum in priuata lectione ac ſcriptione laborem, exque eo doctrinæ ſacræ ingentem cumulum, & famam, teſtantur qui ſuperſtitem nouerunt. Opuſcula ferè quotannis aliqua in lucem emittebat, Canonica imprimis, ſed humaniorum diſciplinarum, non minùs quàm Eccleſiaſticarum antiquitatum neceſſario apparatu illuſtrata. Luſit etiam Poëticè non rarò, aliquando & Gallicè Opera eo ſuperſtite edita, quæ vix venalia reperire erat, Tertiâ huius voluminis Parte edita ſunt, prout vnumquodque nanciſci licuit. Eorum ſyllabum ſtatim adiectum inuenies, adſcripto ad marginem editionis tempore.

Extat prætereà non vulgaris doctrinæ Opus tribus libris comprehēſum, de Ordinibus & Dignitatibus Eccleſiaſticis, *in quibus breuiter reſpondetur ad Apparatum & Tractatū Claudij Salmaſij de Primatu Petri, ad Illuſtrißimū virum Petrum Seguierium, Franciæ Cancellarium, quod anno 1648. editum adhuc facilè inuenitur. Tractatum* de Conſanguinitate & Affinitate, *an. 1623. typis mandatum, aliaque, præſertim oratoria, titulo dumtaxat tenus nobis nota, memorare neceſſe non fuit. Liber de* Canonica Eccleſiæ Diſciplina circa Pœnitentiā, *cū Oratione pro Canonici Iuris Facultate per Benedictini Ordinis Monachū anno* M.DC.XXVI. *ſummo Pontifici Vrbano* VIII. *eſt oblatus, ab eoque laudatus, additis mandatis ne ab incœpto deſiſteret: & cum ex Toſana Academia prodijſſe auctor diceretur, redditum ei quoque Academiæ luculentum ab eodem Pontifice teſtimonium. Sed de Pariſienſi Facultate (quam nullis ſubnixam publicis ſtipendijs Auctor dolebat,) collato Britanniæ minoris aliquo Sacerdotio; aliiſue quæ ſtipendij loco eſſent, copiis ſubleuanda, iniecta licet per Nuncium Apoſtolicum ſpes irrita cecidit. Nec meliorem exitum ſortitus eſt in id longo poſt tempore comparatus ſupplex ad Richelium Cardinalem Libellus, quem tanto viro porrigi, tum negotiorum continuè ſibi ſuccedentum immenſa moles, tum ipſius Richelij ſuperueniens obitus prohibuere.*

Deficiente itaque omni aliunde ſubſidio, ipſe de ſuo Collegium iuuare cōſtituit. Quamuis enim non ita magni reditus ex Munere Profeſſorio, Eccleſiaſticiſque aliquot beneficiis ſuppeterent, nihilominus frugalitate ſingulari, ac diuturna effecerat vt tanto incœpto non omnino impares ipſius facultates viderentur.

Teſtamento die XIV. *Martij* M.DC.XLI. *condito, ac tribus Codicillis partim confirmato, partim immutato, hoc ſupremum eius iudicium apparuit, vt hæreditate Benedictinorum S. Mauri, vt vocant, Congregationi relictâ, præter pia in Eccleſias Beneficiorum,*

quæ ſubinde obtinuerat, legata: Viginti Librarum Francicarum Millia Facultati Decretorum, ſiue Iuris Canonici, legaret; cuius pecuniæ, aut coemendorum inde prædiorum reditus inter Anteceſſores, adiectis certis conditionibus, pro virili quotannis diuideretur. Præterea, nullum ſibi intra cognitos ſucceſsionum gradus cognatum ſupereſſe profeſſus, paucorum amicorum mentionem cum aliqua liberalitatis aſperſione faciebat: duorum imprimis Clericorum, quorum operâ vſus domi fuerat; Guilelmi Morin, qui poſt in Paræcia Sanctæ Mariæ Magdalenæ Pariſienſi Presbyter, ante quinquennium obijt; & Maturini Langlais, è Montisfortis Rotrodi Cenomanenſis diœceſis oppido orti, quem per annos vitæ poſtremos duodecim famulum fidiſsimum expertus, literis inſtituerat, ac Baccalaurei honore decorari curauerat. Per eundem, vtpote manui ſuæ & ſcribendi rationi aſſuetum, lucubrationes ſuas nondum editas, in modum redigi mandauit, quo typis commodiùs committerentur. Id Langlæus præſtitit in Commentarijs ad Gratianum, & Tractatu de Beneficiis, quæ nunc in lucem prodeunt: Præſtitit & in reliquis magna ex parte, vberioribus nempe in Libros quinque Decretalium Commentarijs, Epitome Canonica, Notis ſeu commentarijs ad quatuor libros Inſtitutionum Iuſtiniani, quæ omnia ſuo tempore publici iuris futura ſperamus, curâ hæredum ipſius, apud quos in S. Germani Pratenſis Monaſterio ſchediaſmata omnis generis, & varij argumenti benè multa ſeruantur, tum latinâ, tum gallicâ oratione ab auctore conſcripta.

In Decretalibus Gregorij IX. enarrandis, Sexti quoque, & reliquarum Collectionum Quæſtiones enucleauit. Vnde Primus omnium Interpretum, iuſtos, & priſci Iuris Eccleſiaſtici, Hiſtoriæque, ac Philologiæ luminibus inſtructos in vniuerſum Iuris eius Corpus Commentarios ſcripſiſſe dici poteſt. Ex earum autem rerum notitia pendet verus haud rarò canonum intellectus.

Supremæ voluntatis ſuæ procurationem Cl. ac Reuerendo admodum Viro Ioanni Baptiſtæ de Contes Regi à ſanctioribus Conſilijs, Eccleſiæ Pariſienſis Decano, non ſine honoris præfatione nominando, commiſit; quem Eccleſiaſticæ dignitatis, perſpectæ omnibus prudentiæ, doctrinæ, pietatis nomine dudum colebat. Huic in legati præcipui executione Clariſſimos ac Religioſiſsimos viros adiunxit Petrum Loiſel eiuſdem Eccleſiæ atque Academiæ Cancellarium, & Ioannem Harel Benedictinorum Congregationis iam ſuprà memoratæ Superiorem Generalem, eorumq; in his dignitatibus Succeſſores.

At ne de commodo tantùm Scholæ ſuæ cogitaſſe, decoris ac gloriæ oblitus videretur, defuncto Alexandro Hainaut de Beauregard, Facultatis Primicerio, Franciſcum Florentem Auguſtodunenſem, Canonicæ Iuriſprudentiæ laude celebrem, anno M.DC.XLIIII. ex Aurelianenſi Academia in Pariſienſem transferendum opimis conditionibus curauit, Cl. V. Philippo de Buiſine Collegarum altero huius conſilij authore, & priorem Florenti locum vltrò concedente.

Cùm verò vno eodemque autumno anni M.DC.L. tum Florens, tum tertius collega Gabriel de Boutilier, geminatis funeribus elati eſſent, Dartiſius jam prope octogenarius, vigilijs præterea laboribuſque confectus; cum non intermiſſa priùs (quod per Comitiuam, & vacationem, ex lege iam ante annos duodecim à Rege impetratam licebat) Scholæ munia obire vltrà per valetudinem non poſſet, ad ſupplendum Anteceſſorum numerum animum adiecit, ne ſi ad vnum morte ſuâ, quam imminentem agnoſcebat, Facultas redigeretur, aduerſariorum telis in illa orbitate faciliùs pateret.

His ergo de cauſis, cùm de aſciſcendo collega cogitaret, Ioannem Doujatium Toloſanum, I. V. D. reſpexit, ac Florentis monitu iam anteà excitatum, hortatu ſuo impulit ad eiuſmodi prouinciam capeſſendam. Idque quò certiùs procederet, è duobus muneribus, quæ obtinebat, Anteceſſoris, ac Regij Profeſſoris, in hoc vt viuo ſibi ſtatim ſufficeretur enixiſſimâ apud Eminentiſsimum Cardinalem Lugdunenſem commendatione,

ſcriptis pauld ante obitum literis, contendit; alteri ſimile vt conſequeretur, & tertijs codicillis abſente Doujatto exaratis, & confecto Poſtulationis inſtrumento pro virili cauit. Prius ſtatim ſequutum, poſterius dilatum, ſed poſtea, partim omnium, quorum res eſt, conſenſu aut flagitatione, partim Senatus auctoritate effectum.

Obijt in ſuo Scholæ Decretorum Superioris conclaui, longâ, ex ætate, abſtinentia, labore, contractâ tabe: obijt verò ſingulari, vt vixerat, pietatis verè Chriſtianæ ſenſu, & raro inter dolores, patientiæ exemplo, die XXI. Aprilis anni M. D. C. LI. atque in S. Stephani à Monte Parochialis Eccleſiæ choro ſepulturæ honorem, mediocri, vt mandauerat, pompâ, conſequutus eſt.

Ingenij atque eruditionis, tum reconditæ, tum elegantioris vim priora, poſtumaque ipſius ſcripta teſtantur. Statura fuit pauld ſupra mediam, corpore macilento, capillitio raro ac ferè ad ſenectutem vſque nigro, qui color oculorum fuit: ſubfuſco vultu, naſo aquilino, totoque corporis habitu, pro indole animi, ſeueritatem quandam exteriùs præferente, quanquam non defuerat iuueni morum grata, citra ſcurrilitatem, amœnitas. Hæc ſunt quæ de viro eximio, memoratu digna hinc inde colligi potuere.

His eius Commentarijs Benedictinorum ſuprà memoratorum ſtudio ac beneficio, Doujatii curâ (quantum per publicas priuataſque occupationes licuit) editis, interim vtere, Lector Beneuole, dum reliqua ad prælum comparantur. Menda quæ irripſere non pauca, tum in latinis, tum maximè in græcis, & agnoſces pleraque haud difficile, præſertim linguarum rerumque illarum peritus: & exſcriptori nonnulla, reliqua Operis, non Auctori pro tua humanitate, imputabis. Si quæ alicubi pauld obſcuriora, fortè & nonnunquam à receptis apud nos ſententiis primo obtutu aliena videbuntur, prudentiæ tuæ fuerit ea non ſtatim damnare, ſed ex ſequentibus, atque iis quæ præceſſerint, explicare.

APPROBATIO.

NOS in Academia Pariſienſi Anteceſſores, ac Iuris Canonici Profeſſores Regij, teſtamur V. Cl. *Ioannis Dartis*, in eadem Academia nuper Anteceſſoris ac Regii Profeſſoris, nec non Scholæ noſtræ ſenioris & Comitis, Commentarios in vniuerſum Gratiani Decretum; itemque Tractatum de Beneficiis Eccleſiaſticis, à nobis perlectos; atque in iis operibus adeò nihil occurrere, quod non Canonicam doctrinam ſapiat; vt eun̄cta, tum ſingularem Auctoris pietatem, tum reconditam eruditionem ſpiret, eorumque non permittenda modò, ſed optanda editio ſit, tanquam ad enucleandas in gratiam iuris ſacri ſtudioſorum maximas difficultates non leue momentum allatura. In cuius rei fidem, has litteras ſubcripſimus; Lutetiæ Pariſiorum, die 1. Aprilis, Anno Domini M. DC. LVI.

PH. DE BVISINE. DOVIAT. HALLEY.

EXTRAICT DV PRIVILEGE du Roy.

PAr grace & Priuilege du Roy, il eſt permis au Pere Dom Luc Dachery, de l'Ordre de S. Benoiſt, de la Congregation de S. Maur, de faire imprimer par tel Libraire ou Imprimeur que bon luy ſemblera, le liure intitulé *Ioannis Dartis, Anteceſſoris & Profeſſoris Regij, Comitis, ſenioris ac Decani Facultatis Iuris Canonici in Academia Pariſienſi, in vniuerſum Iuris Canonici corpus Commentarij; Tractatus de Beneficiis, & Opuſcula varia.* Et deffences ſont faites par ces preſentes à tous Marchands Libraires & Imprimeurs, & à tous autres de quelque qualité & condition qu'ils ſoient, d'imprimer, ou faire imprimer leſdits Liures, ſans le conſentement dudit Pere Dom Luc Dachery, ou autre qui auroit droit de luy, à peine de deux mille liures d'amende, & confiſcation des exemplaires qui ſe trouueront imprimés par autre que par ledit expoſant, ou par ſon ordre; de tous deſpens, domages & intereſts, durant

le temps & eſpace de dix ans, comme il eſt plus amplement contenu audit Priuilege, donné à Paris le 30. Ianuier 1654.

Par le Roy en ſon Conſeil.

Signé, LE MAIRE.

Et ledit Pere Dom Luc Dachery, à tranſporté le Priuilege cy-deſſus, à Simeon Piget, Marchand Libraire Iuré de l'Vniuerſité de Paris, pour en ioüir en ſon lieu & place, ſuiuant l'accord paſſé entre eux.

Acheué d'imprimer le 1. Iuillet 1656.

INDEX TRACTATVVM QVI IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

I.

PARTIVM DECRETI ET TRActatuum Præcipuorum his Commentariis inſertorum, Index.

PARS I. incipit.	pagina 1.
Tractatus de Conciliis ad Diſtinctiones xv. & xvi.	P. 53.
PARS II.	P. 187.
Tractatus de Pœnitentia.	P. 360.
PARS III.	P. 425.
Tractatus de Euchariſtia.	P. 460. col. 1.e.

II.

TRACTATVS DE BENEFICIIS SECTIONES.

DE origine; & diuiſione Beneficij.	pag. 1.
De Decimis, Primitiis, & aliis obuentionibus.	pag. 21.
De iis qui Beneficia conferre poſſunt.	pag. 24.
De iis quibus Beneficia conferri poſſunt.	pag. 41.
Quando & quomodo Beneficia conferenda ſint.	pag. 94.
De Modis quibus Iure ordinario obtinentur Beneficia.	pag. 57.
De Modis quibus Beneficia extra ordinem conferuntur	pag. 75.
De Iure quod habet Beneficiarius in Beneficio	Pag. 91.
De obligatione Beneficiati, ad quæ onera realia vel ſpiritualia teneatur.	p. 92.
De vacatione & Amiſſione Beneficii extra delictum.	pag. 97.
De Amiſſione & Vacatione Beneficij propter delictum Beneficiati.	pag. 105.
De Actionibus & Iudiciis in cauſis Beneficiorum, & apud quos Iudices ea ſint exercenda.	pag. 107.

TITVLI OPVSCVLORVM.

1. DE STATV ECCLESIÆ tempore Apoſtolorum, liber ſingularis. ad Illuſtr. Virum D. Henricum Memmium, Sacri Conſiſtorij Conſiliarium, & in Senatu Pariſienſi maiorum Gentium Præſidem. 1634. pag. 1.

2. DE *Hierarchia Eccleſiaſtica* Enueleanda Tractatus, ad Ampliſſimos Senatus Pariſienſis Triumuiros Regios. 1639. pag. 25.

3. DE Canonica *Eccleſiæ diſciplina circa Sacramentum Pœnitentiæ*, & eius veteres ritus, iuxta alman iuris Pontifiei Doctrinam. 1625. pag. 45.

4. IN *Annales Eccleſiaſticos Cæſaris Baronij* S. R. E. Cardinalis, & Iſ *Caſauboni Exercitationes*, *Animaduerſiones* I. Dartis Cad. in Senatu Franciæ Aduocati: *in quibus Baronius quidem tanquam ob Ariſtarcho arguitur, ſed à Caſauboni tanquam Phalaridis ſagittis liberatur.* ad V. Ill. Antonium Seguerium Sacri Conſiſtorij Conſiliarium & Senatus Franeiæ Præſidem eximium. 1616. p. 84.

5. DISSERTATIO *De Iure naturali, Gentium, & Ciuili*; tam Theologis, quàm Iuriſconſultis, aliiſque honeſtè viuere volentibus neceſſaria. Nunc primùm exeerpta *ex Commentariis* nondum editis Ioannis Dartis, Iuris in Vniuerſitate Pariſienſi Togati Anteceſſoris, *in Quatuor libros Inſtitutionum Iuſtiniani.* 1622. pag. 105.

6. ATHLETA Chriſtianus. 1615. pag. 117.

7. PRÆFATIO in aperiendis Seholis habita. *De recta docendi ac Diſcendi ratione* & quod Artes nec ſcindi nec in Compendia traduci, ſed labore & legitimo tempore ab Auctoribus & ſeriptoribus earum de integro debent diſei, & ſine fruſtratione doceri. 1647. pag. p. 125.

8. SANCTISSIMO *Patri Vrbano* VIII. vniuerſalis Eecleſiæ Maximo & ſummo Pontificij, pro Facultate Iuris Pontificij; in Vniuerſitate Pariſienſi. 1623. pag. 129.

9. QVERELA *fati in officioſi*, ſeu de vindieiis virtutis à mala Fortuna. 1628. pag. 132.

10. LIBELLVS *ſuplex Pro Regiis Profeſſoribus*, ad Ill. V. D. Nieolaum de Bailleul, maiorum Gentium Præſidem, Reginæ Cancellarium, & ſummum vtriuſque Ærarii, ac ſacrarum largitionum Comitem, & ſuperpræfectam. 1643. pag 135.

11. DE *Suburbicariis Regionibus*, & Eecleſiis libri tres: in quibus ex Notitia Ciuili & Eccleſiaſtiea totius orbis, quæ fuerint illæ Regiones, & Eccleſiæ oſtenditur; & Quæſtio nouantiqua de *Canone Nicæno, & Paraphraſi Rufini* diſcutitur. 1620. pag. 139.

IOANNIS DARTIS,

IOANNIS DARTIS IN VNIVERSVM IVRIS CANONICI CORPVS COMMENTARII.

AD PRIMAM PARTEM DECRETI.

Distinctio I.

Summa.

GRATIANVS Quinque Canonibus prioribus ſummatim dicit, quod poſteà ſpecialiùs explicat; ſcilicet Ius aliud eſſe Diuinum, ſeu Naturale; aliud Ciuile: Diuinum, ſeu Naturale eſſe duplex; aliud commune omnibus animantibus, quod dicitur propriè Naturale; aliud commune tantùm omnibus hominibus, quod dicitur etiam Gentium: Ciuile quoque eſſe duplex, aliud Scriptum, quod dicitur Lex; aliud non ſcriptum, quod dicitur Conſuetudo. *Omnes leges*, ait Canon 1. *diuinæ ſunt, aut humanæ*; id eſt, omnia Iura, aut diuina ſunt, aut humana; latè enim ibi accipitur nomen legis: ſed voluit dicere omnia Iura, propter diſtinctionem nominum, quam ponit poſtea inter leges diuinas & humanas; vocando leges diuinas fas, & humanas jus. Leges Diuinæ naturâ conſtant, id eſt in jure naturali poſitæ ſunt, ſiue naturali primario, quod commune eſt omnibus animantibus; ſiue gentium, quod ratio omnibus hominibus dictauit. Humanæ moribus conſtant, id eſt, prout quiſque populus, vel quæque ciuitas ſibi conſtituit; nam ibi vox *moribus*, tam leges ſcriptas, quàm conſuetudines populorum continet, nec diſtinguitur vt infra Can. 2. hac diſt. 1. Moribus ergo, id eſt inſtituto, ita vt etiam ad legem ſcriptam pertineat, quomodo Cicero in Piſonem dixit legem ſcriptam more: *lex*, ait, *contra omnes leges, nullo ſcripta more.* & Orat. 2. de lege Agraria. *Eſt hoc in more poſitum, inſtitutoque maiorum.* nec mirum ita loqui Iſidorum Can. 1. cùm etiam Tullius ipſe ita loquutus ſit in Partitionibus; cùm quærit, ius in natura ſit, an in more. Dicuntur etiam leges ſcriptæ moribus, propter rationem, quam affert Lactantius lib. 5. de Iuſtitia, cap. 17. *Iura ſibi homines, pro vtilitate ſanxiſſe*, ſcilicet varia pro moribus variis.

Ad Can. omnes leges. 1.

Dicitur autem Diuina lex conſtare naturâ, quia, vt rectè Iuſtinian. de Iure Natur. Gent. & Ciu. Inſtitutionib. *naturalia quidem Iura, diuinâ quadam prouidentiâ conſtituta fuerunt.* vnde *lex* apud Ciceronem. 2. Philipp. *nihil aliud eſt, niſi recta, & à numine Deorum tracta ratio*; vel, vt habet 2. de Legib. quę orta eſt ſimul cum mente diuina, & inſita in natura; *lex* ait *eſt ratio, profecta à natura, ad rectè faciendum impellens, & à delicto auocans; quæ non tum demum incipit eſſe, tùm ſcripta eſt, ſed tum cùm orta eſt; orta eſt autem ſimul cum mente diuina.* & Zeno apud Lactantium libro 1. de falſa Religione, Deum nuncupat *diuinam naturalemque legem.*

Item diuinæ leges, ſeu jura dicuntur FAS; & humanæ Ius; nã Fas propriè ad jus Naturale pertinet, vt patet ex Cicerone pro Milone, *Clodium nil delectat, quod aut per naturam fas ſit, aut per leges liceat.* Quare de eo qui adoptatus erat in filium, ab alio qui erat longè ætate minor, cùm id non ſit ſecundum naturam, quâ pater eſt ſenior filio; dicit factum fuiſſe filium contra fas, id eſt contra Naturam; pro Domo ſua, *factus*, ait, *es filius contra fas, cuius per ætatem pater eſſe potuiſti.* & ſæpiſſimè jus & fas coniunguntur, *fas & iura ſinunt*, ait Virgilius: Et ſicut Ius naturale dicitur diuinum, ita Fas dicitur ad ſacra & Religionem pertinere, ex Seruio loco citato. Et ſicut etiam ius naturale dicitur æternum, ita fas æternum & immortale ſignificat, apud eundem Virgilium, lib. 9. Æneidos, vbi loquitur de fragilitate nauium, ſeu carinarum.

O Genitrix, quò fata vocant? aut quid petis iſtis?
Mortali-ne manu factæ immortale carinæ
Fas habeant?

Fas habeant, id eſt, *ſint* æternæ, nec enim, addit rectè Seruius, poſſunt æterna eſſe, quæ ab hominibus facta ſunt. Huius rei reddi hæc ratio poteſt, quia, vt ait Philo Iudæus lib. de

Abrahamo, cùm olim ante leges omnes etiam Moſaicas, nondum diſtincta eſſent nomina delictorum, aut egregiè factorum; nec pœnæ vllæ conſtitutæ, aut præmia, ſed priſci illi homines ordinem naturæ ſequerentur; quæ lex proculdubio antiquiſſima omnium: ipſi eam, ius ſummum, faſque putauerunt, & conſequenter quod eſſet contra naturam, nefas: ideòque duobus tantum illis verbis, bona & mala opera deſignabant, fas & nefas, fandum & nefandum, aut abominandum.

Can. Ius. n. 6.
Can. Ius naturale. 7.

Igitur triplex eſt Ius, Naturale, Gentium, & Ciuile. can. 6. *Ius naturale eſt, quod natura omnia animalia docuit; nam ius iſtud, non humani generis proprium, ſed omnium animalium, quæ* B *in terra, quæ in mari naſcuntur:* auium quoque commune eſt: nam, vt rectè Libanius declamat. 44. *αἰδοῦνται καὶ τὰ θηρία τὴν φύσιν*, id eſt, *reuerentur & feræ naturam.* Definitio huius iuris rectè, vt ſuprà, ponitur à Iuſtiniano, Inſtitut. de Iure Naturali: malè verò ab Iſidoro can. 6. in quo huius juris exempla plura rectè ponuntur, præter vnicum, nempe reſtitutionem pecuniæ depoſitæ; ſpectat enim potiùs ad ius Gentium, quàm ad ius merè naturale, *l. bona fides. D. depoſiti;* exempla igitur alia ſunt maris & fœminæ coniunctio, quam nos Matrimonium appellamus, liberorum procreatio ſeu ſuſceptio, vt habetur dicto can. 6. vbi legendum *ſuſceptio*, non ſucceſſio, & educatio: nam videmus C alia animalia iſtius juris peritiâ cenſeri, vt habet Iuſtinianus loco citato, & dict. can. 6. vbi adduntur alia exempla; vt eſt communis omnium rerum poſſeſſio, ſcilicet ante diſtincta dominia jure Gentium, quod confirmat *Canon* 2. *xii. quæſt.* 1. item omnium vna libertas, quæ tam in brutis, quàm in hominibus naturalis eſt. *§. feræ igitur, de rerum diuiſione Inſtitut. & titul. de libert.* addi potuiſſet, & ſui tuitio, & vltio. *l.* 3. §. 16. *ff de vi & vi armata. l.* 1. §. 2. *ff. ſi quadrup. paup. feciſſe dicat.* addit Plutarchus aliam legem in Camillo. Lex, ait, eſt naturæ cuius beſtiæ ſunt participes, vt imbecillior cedat, ac pa- D reat potentiori: aliam Xiphilinus in Auguſto, blanditiis placari, & dolore perturbari, eſt naturale, quod in bruta animalia cadat.

Verùm licet jus naturale dicatur, qui à commune eſt pluribus naturis, vt naturæ beſtiarum & hominum: tamen hoc ita intelligendum, vt perfectiori modo ſit in hominibus hoc jus, quàm in beſtiis; ita vt quod faciunt beſtiæ ſolo inſtinctu, faciant homines etiam ratione: quod oſtendit Iuſtinianus Inſtit. de jure Naturali Gent. & Ciu. cùm ait *Maris & fœminæ coniunctio, quam nos Matrimonium appellamus.* & Ariſtoteles etiam lib. 1. de ortu animalium, di- E cens id quod in hominibus eſt *γάμος*, in brutis dici *συνδυασμόν*, id eſt copulationem: namque in animalibus eſt ſimplex, & promiſcuus concubitus, in homine firmus & ſtabilis, *l.* 1. *dig. de ritu nuptiarum.* Quare malè Carpocratiani inde deſtruebant matrimonium, & fornicationem admittebant, dicentes maris & fœminæ coniunctionem eſſe naturalem, & communem hominibus & animantibus, vt refert Clemens Alexandrin. *lib.* 3. *Stromat.* & Epiphanius *lib.* 1. *contra Secundianos Hæreſi.* 32. nam vt rectè idem Clemens *lib.* 1. *Stromat.* lex naturæ ſeu generationis, & lex diſciplinæ vna eſt lex; licèt

A lex diſciplinæ perficiat legem naturæ. Idem patet in ſui tuitione, quæ licet juris naturalis ſit, & communis beſtiis; tamen in homine ſit longè diuerſâ ratione: quia non impetu & vi temerariâ, ſed cum moderatione inculpatæ tutelæ ſit vſurpanda, *l.* 1. *Cod. vnde vi. l.* 45. *§. qui cùm aliter ad l. Aquil.* ita vt inde colligi poſſit, jus merè naturale, vt eſt maris & fœminæ coniunctio, ſui tuitio, in hominibus aliquid habere juris Gentium, nimirum quod ratio naturalis dictet, & ex parte tranſire in jus Gentium. Ratio enim dictauit, vt illa coniunctio fieret cum fide, & eo voto vt firma & ſtabilis eſſet. *l.* 1. *Dig. de ritu nuptiar.* item vt ſui tuitio fieret cum dicta mo- B deratione. Quarè eo ſenſu Iuriſconſultus in *l.* 3. *Dig. de Iuſtit. & Iure*, facit ſui tuitionem juris Gentium.

Can. Ius gentium 9. & Can. Ius militare.

Ius *Gentium* eſt, quod naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, & apud omnes peræque cuſtoditur; *Inſtit. de Iure naturali. Gentium & Ciuili, & Can.* 9. ad hoc jus pertinet Religio. ſui tuitio modo dicto, diſcretæ Gentes, diſtincta dominia, agris termini poſiti, ædificia collocata, commercium, emptiones, venditiones, locationes, & omnes ferè obligationes, exceptis quibuſdam *l.* 2. 3. 4. 5. *Dig. de Iuſtit. & Iure, & dicto Can.* 9. Quò etiam pertinet jus Militare, de quo in Canone 10. nam pro- C pter introducta bella iure Gentium, ad idem jus pertinent omnia, quæ de jure militari continentur *d. Can.* 10. quarè malè Gratianus ſeparauit. Et videtis hoc jus Gentium immutare aliquando ex parte, & quibuſdam caſibus jus naturale, nempe libertatis jus per ſeruitutes: aliquando etiam pauliſper recedere à mero jure naturali, vt patet in ſui tuitione.

Can. Ius Ciuile 8. & Can. 5. Cõſuetudo.

Ius *Ciuile* eſt, quod quiſque populus, vel quæque ciuitas ſibi proprium diuinâ, humanâque cauſâ conſtituit, *can.* 8. ex quo colligitur, quod jus Ciuile, neque in totum à naturali, vel Gentium recedit; nec per omnia ei ſeruit: itaque cùm aliquid addimus, vel detrahimus juri com- D muni, ius proprium, id eſt Ciuile efficimus; quod ſit ratione Ciuili. Sicut enim eſt Naturalis ratio omnium hominum; ita Ciuilis, hominum alicuius Ciuitatis: quæ di[illegible]ones interdum ſeparantur, interdum v[illegible] conjunguntur. Separantur *Inſtitut. de nuptiis; & leg.* 8. *D. de capite minutis:* conjunguntur *§. retinendæ. Inſtit. de interdictis, & l. vlt. Dig. de ſuperfic.* ratio enim Ciuilis aliquandò ſuadet aliquid contra rationem naturalem: non quidem generaliter, ſed certis caſibus; vt jus ſingulare vſucapionum habet rationem Ciuilem contra rationem Naturalem: Quomodo etiam jus Gentium, ſeruitutum habet ſuam rationem contra E libertatem, quæ eſt juris naturalis, vt potiùs ſeruentur quàm occidantur: datur enim vita, pro libertate, majus bonum, pro minore. Sciendum enim eſt, omne jus ratione niti, vt rectè dicitur *can.* 5. ratione lex conſtat: & apud Dionem Chryſoſtomum *Oratione de Regno*, *νόμος δὲ αὐτὸς καὶ λόγος ὀρθὸς κέκληται*, id eſt, lex ipſa autem, & recta ratio dicitur; & apud Ariſtotelem *lib.* 10. *Ethicorum cap.* 10. *λόγος ἀπό τινος φρονήσεως καὶ νοῦ.* id eſt, ratio à prudentia & mente: & leges oppidatim receptæ, dicuntur appendices rectæ rationis nobis à natura inſitæ *προσθῆκαι τοῦ τῆς φύσεως ὀρθοῦ λόγου* à Philone *lib. de Ioſeph.*

Ex quibus omnibus colligas, Ius Naturale, Gentium, & Ciuile, tria eſſe, colligata, & implicata inuicem; & quodammodo idem Ius; quod reperitur, diuerſa ratione, in animantibus, in omnibus hominibus, & in quibuſdam Ciuitatibus: Nam verbi gratia, Ius Naturale, quod eſt maris & fœminæ coniunctio, in belluis eſt promiſcua, ſine vlla reſtrictione; eſt etiam Ius Gentium cum reſtrictione, ad vnam vxorem; & eſt Ius Ciuile inſuper cum ritu aliquo addito. Quare ſi Ius Naturale eſt commune omnium animantium; & omnium Gentium eſt; & ſimiliter Ius quod eſt Gentium, idem Ciuile eſt, ſed non è contrario, Ius Gentium eſt Ius Naturale eſt ſed neque Ciuile: Ius Gentium: alioqui malè diſtinguerentur, vt ecce, ſeruitutes ſunt à Iure Gentium, quod à Iure Naturali recedit. Ius item Ciuile, non in totum ſeruit Iuri Gentium: nam Ius Ciuile addit plerumque noua præcepta præceptis naturalibus; Sed & quædam detrahit à Iure Gentium, & Naturali; vt Ius ſingulare vſucapionum, quod contra Ius Naturale pugnat, quo nemo ex aliena iactura locupletari debet: quo tamen facto, Ius Ciuile non immutat Ius Gentium & Naturale, quod immutabile eſt; ſed Iuri Naturali exceptiones addit: quæ ipſas exceptiones regulam non immutant; Sed & eo naturali ratione nituntur, & ex æquo bono dimanant, vt in ea re Ius Ciuile in totum non recedat à Iure naturali, quod plerumque ſpectet vtilitatem publicam, quam & Natura ſuadet anteponi priuatę, *l. bonæfides; D. depoſiti.* Vnde ſæpiſſimè tantùm laboratur in exceptione Regulæ ponenda quantùm in ipſa regula ſtatuenda: eaque tantum abeſt, vt regulam euertat, vt potiùs firmet. *Iuſtinian. Nouell. 7. cap.* 2. Vt autem Lex ad humanæ naturæ varietatem moderata, & per omnia immota permaneat, inter nouos caſus qui quotidie eueniunt, (quid enim erit ſtabile inter homines, & ita immobile, vt nullam patiatur mutationem, cùm omnis noſter ſtatus ſub perpetuo motu conſiſtat:) neceſſarium viſum eſt, quaſdam exceptiones dare legi, vt eas habens in auxilio Lex nequaquam moueatur: imo Lex vna eſt aliquando exceptio aliorum. Cicero. 2. *de Inuentione*: Lex, ait, quę vetat, quaſi exceptione corrigere videtur eam quę iubet.

Denique Ius omne, æquum & bonum eſt; exceptiones quoque, quæ vel Iuri Naturali, vel Iuri Ciuili adduntur, ſunt ex æquo & bono: quinimo Æquitas ipſa nihil aliud, eſt quàm ſupplementũ Iuris legitimi: nulla enim Lex eſt, nullum Ius, quod generaliter modum rebus imponat; vnde fit vt quod omiſſum eſt neceſſariò ſupplendum ſit, vel religione Iudicis, vel decreto Principis.

Ipſa etiam leges cupiunt vt Iure regantur.

Quare apud Philonem Iudæum, Ciuilis vir dicitur, auctarium iuxta naturam viuentium, προσθήκη δ' ὁ πολιτικὸς ἀνὴρ τοῦ βιοῦντος κατὰ φύσιν. *Lib. de Ioſeph.* Sic enim Iura Naturalia communia animantibus deriuantur ad homines, vt aliquid eis addatur, vel diminuatur. Sed attentè videndum eſt, quomodo id fiat, & an ex æquo & bono; cùm Ius Ciuile ſit æquitas conſtituta ijs qui eiuſdem ſunt Ciuitatis, ex 5. *Topicorum.* Nam ita poſſet recedere Ius Gentium à Naturali, vel Ciuile à Iure Gentium; vt non eſſet Ius; & ipſum Ius Naturale, norma eſt ad dignoſcendam æquitatem Iuris Ciuilis, vt rectè annotauit Cicero 1. de legib. *legem bonam*, inquit, *à mala, nullâ aliâ niſi naturali normâ diuidere poſſumus*: nec ſolùm Ius & Iniuria à natura dijudicatur, ſed omnia omninò honeſta ac turpia. Et de Aruſpicum reſponſis, eò recurrendum oſtendit. *Hoc ſi minus Iure Ciuili perſcriptum eſt, lege tamen naturæ, & communi Iure Gentium ſancitum eſt, vt nihil, &c.* Secundum quam normam, ſeu regulam, refelli poteſt ſententia Rabbi Kimhi in *Pſalm.* 145. *Verſ.* 18. dicentis, cum felis murem rapit, & leo ouem, aut aliud animal, pœnam eſſe rapti animalis à Deo optimo Maximo; & referentis etiam de Rabbi Iochanan ſeu Ioanne, qui cùm vidiſſet mergum ad captandos piſces in mare ſe ſubmergentem, exclamaſſet, iudicia tua abyſſus multa. Nam videndum tantùm eſt ſui conſeruationem ipſis animalibus eſſe Iuris Naturalis omninò ſoluti & liberi, ac nulla reſtrictione rationis humanæ limitati: ideoque poſſe indiſtinctè ſæuire in minores feras, maximè cùm etiam ad id inſtinctum habeant, & quædam carnibus tantùm veſcantur; videbis alias rationes eiuſdem Kimhi in hac quæſtione in commentarijs doctiſſimis D. de Muis Profeſſoris Regij Sacrarum Hebraicarumque literarum, loco citato.

Porro Ius Quiritium, de quo in *Can.* 12. nihil aliud eſt, quàm Ius Ciuile Romanorum; & exemplis, quæ ibi afferuntur, adde Ius Patriæ poteſtatis, quod dicitur proprium Ciuium Romanorum.

Can. *Ius Quiritium, vlt.*

DISTINCTIO II.

De partibus Iuris Ciuilis Scripti.

CVM ex canone 2. Diſt. 1. omne Ius legibus, & moribus conſtet, legibus, id eſt conſtitutione ſcripta, Can. 5. ead. diſt. moribus, id eſt conſuetudine Can. 4. dicta diſt. 1. Hic agit de omnibus ſpeciebus Iuris ſcripti. Scriptum verò Ius eſt Lex, Plebiſcita, Senatuſconſulta, Principum placita, Magiſtratuum Edicta, Reſponſa Prudentum, ex Iuſtin. *Inſtitut. de Iure Naturali.*

Summa.

Lex eſt, quod populus Romanus Senatorio Magiſtratu interrogante veluti Conſule, conſtituebat. Inſtit. de Iure Natural. & Can. 1. vbi pro populo ponit Maiores cum Plebe.

Can. *Lex eſt.* 1.

Plebiſcita ſunt quæ plebs tantum conſtituit, & rogat vt fiant, Can. 2.

Can. *plebiſcita.* 2.

Senatuſconſultum, quod Senatus iubet populo conſulendo, Can. 3. vel vice populi, vt ait Iuſtinianus loco citato.

Can. *Senatuſconſultum* 3.

Conſtitutio eſt quodcumque Imperator vel Rex per epiſtolam conſtituit, vel cognoſcens decreuit, vel edicto pręcipit; *Inſtitut. de Iure Naturali*, & Canone 4. per epiſtolam, vnde Reſcripta L. 1. *de Conſtit.* vel ad libellos, & deſideria petentium, vel ad relationem Iudicum, *l. vlt. Cod. de diuerſis Reſcriptis*; Decreuit, vnde Decreta, quæ ſunt Sententiæ, in cognitionibus, ab ipſis prolatæ; vel edicto, & ſanè Edicta primùm vſurpata videntur more Magiſtratuum, ne viderentur alia poteſtate vti.

Can. *Conſtitutio.* 4.

Reſponſa Prudentum, ſunt ſententiæ, & opiniones eorum, quibus permiſſum erat iura

Can. *Reſponſa.* 5.

condere, reſpondendn Cunſulentibus; & vt ait Theopbilus, per Interrogationem & Reſponſtnnem; vnde Reſpnnſa vncantur. *Inſtitut. de Iure Naturali* & Can. 5. & quod addit bic Canonn 5. fuerunt enim, ait, quidam prudentes &c. licet prima frnnte falſum videatur, quod Reſpnnſa ſint ptoptiè, quæ ad Conſultatioues fiunt. *L. 2. §. 18. Dig. de orig. Iur.* & patet ea dictis; tamen ea appellatio, etiam ad librns Iuriſconſultotum generaliter trahitur; vt paret ea Tit. de Reſponſ. Prudentum. Cod. Tbeodnſiann: quia omnia eotum ſcripta dubitantibus de Iure, pnſſunt eſſe Reſponſntum loco. Vnde Anianus etiam Gregoriannm & Hermugenianum Cndicem nomine Reſpnnſorum cnmptehendi pntuiſſe cenſet, dict. Tit. Cod. Theodoſ. & Theophilus *Inſtitution. de Iure Naturali*, ait, Ius à prudentibus coodirum vncari generali oomine Reſponſa Prudentum. Et ſciendum eſt hæc Reſponſa Prndentum differte ab intetpretatione eorumdem Prudentum, quæ Iutis Ciuilis nomen meruir *L. 2. Dig. de origin. Iur.* Nam legibus. 12. tabularum laris, & alijs ſimiliter, neceſſaria fuit earum iuterptetatio, vt naturaliter euenire ſolet, *dicta lege* 2. §. 2. interpretatiu, inquam, nun ptiuatn ſingulorum arbitrio permiſſa, ſed communi prudentum authnritate, qui in foro verſarentur conſtituta & compoſita, quæ ideo diſputatin fori dicta eſt, *dicto* §. 2. id eſt deciſio. nam pntare & decidere, idem eſt, *Leg. 1. §. 1.* Cod. de veteri Iure enucleando; & diſputatio, à putando deſcendit, quod eſt putum, ſiue putum facere; ipſi ergn putum faciebant ſenſum legnm. Quod initio ita factum eſt; vt vel vnus quis ſuam ſententiam pnponeret, quam omnes appmbarent, vel vt nmnes de eo conuenirent; vt patet de vſu Codicillntum, *initio Titnli de Codicillis Inſtit.* Et ea dicta eſt Ius Ciuile à Thenph. *de acquiſitione per adrogationem.* Non ſcribebatur verò talis interpretatin fori, cùm iam eſſet ſcripta Lex, ſed vſui tradebatur: vnde dicitur Ius moribus introductum, vt pupillaris ſubſtitutin *L. 2. Dig. de vulgari & pupill. ſubſtitut.* Et §. *nam moribus, de pupillari ſubſtit. Inſtitut.* ſiue etiam Iure Ciuili, *Lege* 43. *D. eodem.* Et certè idem veriſſimile eſt omnem conſuetudinem intrnductam, aliqua prudentum ratinne præcedente, nam & Tullius 1. de Legib. tribuit Legiſlatori Ius nun tantum leges ferendi, ſed etiam conſuetudinis introducendæ, *ſeruandi etiam moret*, ait, *nec ſcriptis omnia ſancienda*; At reſpouſa prudentum, ad Ius Scriptum teferuntur. *Inſt. de Iure natur.* Item ea nun erant publicè authnritate ſuffulta, donec Auguſtus conſtituit, vt prudentes ex eius authoritate reſponderent, *dictâ L. 2. §. 25. de orig. Iuris.* Et puſteà alij. vnde Iuſtinian. ait, à Cæſare *Inſt. de Iure Naturali.* Quod ſi accipias Reſpnnſa pro ſcriptis prudentum, vt monuimus ſupra, ea etiam ſic, nno fuerunt pnblicà authoritate ſubnixa, ſicut interpretatin, *dicto Tit. de Reſponſis prudent. Cod. Theodoſiano*, dnnec à Iuſtiniano in Pandectas relata ſunt. *L. 1. 2. & 3. Cod. de veteri Iure enucleando.*

Can. quadam. 6. Poſtquam verò Gratiannsexpoſuit leges, & ea quæ vim legis habebant, monet Can. 6. quaſdam leges dici, ab ijs, qui eas condiderunt, vt Conſulares, Tribuoitię, Iuliæ, Corneliæ, item Papia Popæa; item lex Falcidia, de quibusagere longum eſſet, & magis eſt Iuris Ciuilis.

Can. Satyra. 7. Can. vero 7. monet Satyram legem, dici eam, quæ de pluribus ſimul tebus loquitnr, ſic dictam à cnpia terum, & quaſi à ſaturitate; vndè & Satytam ſcribere eſt, poëmata varia condere. vt Hnratij, Iuuenalis & Perſij. Quod confirmatur à Feſto, in verbo, Satura: Itaque in ſanctione legum adſcribitur, *neue per ſaturam abrogato, aut derogato.* Titus Annius Luſcus, in ea quam dixit aduerſus Tiberium Gracchum, Imperium qnod plebs per ſaturam dederat, id abrogatum eſt. Et C. Lælius in ea, quam pro ſe dixit, dein pnſtero die, quaſi per ſaturam, ſententijs exquiſitis, in deditionem accipitur; & ſtatim addit. ſatura & cibi genus dicitur ex varijs rebus cnnditnm; & lex mnltis alijs confecta legibus; & genus carminis, vbi de multis rebus diſputatur. Cnnfirmatur ex gloſſis, vbi Satura Νόμος πολλὰ περιέχων. Ex illo verò primo loco Feſti colligas, quantâ prudentiâ cautum eſſet, ne leges de pluribus rebus diuerſis, ſeu qnæ nnn eſſent eiuſdem generis, ſimul vnâ rogatione ferrentur, ne ſic aliqua ſine diſcuſſiune reciperetur: Sed vnaquæque res ſeriò examinaretur: vnde Cicero 3. de legib. *nec plus*, inquit, *quàm de ſingulis conſulunto.* de qua re vide Briſſonium de verbornm ſignificatinn. Qunmodò etiam cautum olim, ne generaliter bonorum pnttio fieret, ſed vt ſingulæ res nominarentur, qnæ datione transferrentur *L. 1. & 2. de donationib. Cod. Hermogeniano*, ne ſcilicet incngitanter quis res ſuas daret.

Monet denique fuiſſe Leges Rhodias commerciorum naualium, ab inſula Rhodn cognominatas; in qua antiquitùs frequens mercatntum vſus fuit. Sciendum verò eſt, quod ſicut exactis Regibus, Romani miſerunt in Græciam, qui leges Græcntum deſcriberent, ex Liuio *lib. 2. decad. & l. 2. de orig. Iur.* & in alias Græcas vrbes, quæ erant in Italia, ex *Dionyſ. Halicarnaſſeo*, nempe in Magnam Græciam *L. vn. de Athlet. lib.* 10. *Cod.* quibus reuerſis, creati ſunt Decem-viri legibus ſcribendis è Primoribus Senatns, vt ijdem Anthnres referunt. *Et Aul. Gellius lib. 17. cap.* 21. inter quns & ipſi Legati ſimul, *ex Liuio.* Hi Decemuiri Leges compoſuerunt, eaſque pnpuſuerunt in publicum, & Senatui, dnnec Centuriatis cumitijs perferrentur *ex Liuio.* ſumpſerunt verò multa ex ſuis moribus Patrijs, *vt ait Halicarnaſſ.* Scu ea lure veteri, *vt loquit. Lex 2. §. 13. de or. Iur.* Sicut, inqoam, Romani ſat legum nnn habentes, à Græcia petierunt: ita poſteri cùm nauales nnllas haberent, permittebant mercatores vti Rhndijs. vnde Auguſtus *l. 9. de Leg. Rhodia de iactu*, vſum Legis Rhodiæ appmbauit & Antoninus etiam pius *dicta L. 9.* qnod, *vt ait Cicero, pro lege Manil.* Rhodiorum Naualis ſumma eſſet diſciplina, & gloria. *Et confirmat Strabo lib. 14.* vnde *ex Harmenopulo lib. 1. Tit.* 15. Leges eorum dicnntur omnium vetuſtiſſimæ. imò ita factæ Iuris Romani poſtea, vt ſi quæ Iura nautica in eis non continerentur, ſequuta ſit interpretatio prudentum *vt videre eſt*, *toto Tit. de lege Rhodia, de iactu.* Vt imprimis quâ actione ij, qunrum merces iactæ fuerant, petere deberent, vt cunttibutionis cnnſortio damnũ ſarciatur ab ijs qui res, & merces ſuas naufragio liberauerant; nam certum eſt nullâ ptopriam actionem in id prodiram eſſe *L. 14. de præſcript.*

verb. cum gloſſa, & tantum Primum caput Legis Rhodiæ erat, vt ſi leuandæ nauis gratiâ iactus mercium factus ſit, omnium contributione ſarciatur, quod pro omnibus datum eſt. *Paulus lib. 2. de lege Rhod.* remouendi ſcilicet communis periculi causâ. vnde venit æquitas huius collationis, quæ tributum & intributio dicitur. Itaque à Prudentibus definitum eſt, vt ij qui iacturam fecerunt, agant ex locato cum Magiſtro nauis, merces ſcilicet ſuas repetentes, earumque æſtimationem, vt inde earum iactura reficiatur, quod Paulus ſignificat *lib. 2. ſentent. eod. tit. §. Leuandæ.* Magiſter verò nauis experiatur cum reliquis, vel etiam eorum merces retineat, atque ita eos ad damni ſarciendi contributionem compellat, & quod exegerit reddat *l. 2. ff. eod. tit.* & multa alia ſimiliter definita, vt patet dicto Titulo.

DISTINCTIO III.

Can. 1. POſtquam egit de Legibus ſæcularibus, ſeu Ciuilibus; nunc agit de legibus Eccleſiaſticis, ſeu de Canonibus: nam Iuſtinianus *Nouella* 131. ſtatuit Eccleſiaſticos Canones quatuor ſanctorum Conciliorum pro legibus haberi, ſeu νόμων τάξιν ἐπέχειν, & ſicut leges obſeruari: imò & aliâ Nouellâ *quæ refertur à Photio in Nomocanone*, ſtatuit, vt leges canones ſequerentur ὅτι τοῖς κανόσι οἱ νόμοι ἀκολουθοῦσι.

Can. Regula. 2. Vnde attenditur, vt plurimùm an aliquid permiſſum, vel vetitum ſit tàm legibus quàm Canonibus; atque inde Gothfridus Abbas *lib. 3. Epiſt. 39. ſæculi leges nullâ ratione fieri permittunt, & ſacri canones omninò ne fiat interdicunt.* Et *in opuſculo 4. quamuis nec in Legibus nec in canonibus inueniatur.* Et *Can. 18. Synodi Chalcedonenſis, Coniurationis, vel Sodalitatis crimen, ab externis etiam legibus eſt omninò prohibitum, multò magis hoc autem in Dei Eccleſia fieri, prohibere oportet.* Vbi notant Balſamo, & Zonaras. Externas leges Canonem vocare, Ciuiles, ἔξωθεν νόμους ὁ κανὼν καλεῖ τοὺς πολιτικούς: id eſt, *externas leges vocat Canon Ciuiles.* Quod patres ſumpſerunt à Gregorio Nazianzeno *epiſt.* 38. nam vt rectè Harmenopulus lib. 5. tit. 2. Iudiciorum duæ ſunt differentiæ, quoddam enim legibus regitur, quoddam canonibus; eſt & tertium genus quod ex vtriſque & legibus & canonibus conflatur. vnde *Can. 2. xxxv. quæſt.* 5. fratres qui ſecundũ ſæculares leges dicuntur, in ſecundo grad, iuxta Canones numerantur in primo. Canon autem Græcè, Latinè Regula nuncupatur *Cap. 1. hac diſt.* 9. & patet in gloſſis, κανὼν *regula, norma*: regula autem dicta eſt, eò *quod rectè ducit*, nec aliquandò aliorſum trahit. Alij dixerunt regulam, vel *quod regat*, vel *quod normam rectè viuendi præbeat*, vel *quod diſtortum prauumque corrigat, Can. 3. hac diſtinct.* 3. Vnde Canones Eccleſiaſtici ſunt Regulæ Eccleſiaſticæ, inſtitutæ ad rectè ſe gerendum, vt habetur *Can. 1. Synodi 7. generalis Nicææ habita.* ijs, ait, qui ſacerdotalem dignitatem ſortiti ſunt, teſtimonia, & ad rectè ſe gerendum inſtituta ſunt, Canonicarum Conſtitutionum deſcriptiones κατορθώματα αἱ τῶν κανονικῶν διατάξεων ὑποτυπώσεις. Quomodo Gregorius Nazianzenus *oratio.* 1 dixit κανόνων εὐθύτητα, id eſt Canonum rectitudinem, loquen-A do de regulis D. Pauli: & ibi El. Cretenſis ſic *ait*, vt enim impoliti lapides, & diſtorta ligna, per normæ ac regulatis ligni admonitionem vitioſa eſſe deprehenduntur, ſic etiam vita noſtra ad Pauli normas & regulas admota, &c. vnde occaſionem ſumit Canonicos arguendi Vuolkuinus Abbas *homilia de zizania*, docendo eos non à canone vitæ dici Canonicos, ſed à canone pecuniæ, & penſionis quam percipiunt: *Rara*, ait, *auis in terris hodie Canonicus à canone vitæ; vnde ergo? audi vnde: eſt namque canon vitæ, vt dictum eſt, & eſt canon pecuniæ, videlicet ali-*B *cuius penſionis certa, vnde ſolet dici, Solue mihi canonem meum, id eſt penſionem meam, hoc eſt, ſtatutam pecuniam meam. Eia ergò, ô Canonice, inueniamus canonem tuum, à quo deriuaris; id eſt à canone pecuniæ, non à canone vitæ; à canone regionis, non à canone religionis.* Et eſt elegans loquendi modus apud D. Baſilium *homilia in Pſalmum* 59. cùm dixit τῇ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον ἀκριβείᾳ κατευθύνειν τὴν πολιτείαν, iuxta exactam diſciplinam Euangelij dirigere & confirmare vitam ſuam: potiſſimùm quia, *vt rectè annotauit Balſamo*; canones ſemper ſpectant ad id, quod eſt animæ vtilius; & oportet eos ita ſemper explicare, C ſcilicet πρὸς τὸ ψυχωφελέστερον, non ad id quod eſt liberius, & diſſolutius, & magis indifferens, vt ſunt leges. Deinde verò ſi agamus de ipſius Eccleſiæ regimine, ea ſine Canonibus regi nullo modo poteſt, ſicut nec Reſpublica ſine legibus. Quarè D. Baſilius *epiſt.* 181. *Chorepiſcopis, ne ſine ipſo fiant Miniſtri præter canones.* Valdè, ait, malè me habet quod Patrum de cætero defecerunt canones, & omnis accurata diſciplina ex Eccleſijs ejecta eſt; & timeo ne incuriâ & deſpicientiâ, hac viâ procedente, in omne confuſionis genus, res Eccleſiaſticæ redigantur. Gregorius Nazianz. *epiſt. 38. ad Simplicium hæreticam.* Nos, ait, nec D alium quendam, ex ijs, qui criminis alicuius rei ſunt, incognitâ causâ dimittimus; ne ſi arctiſſimâ quidem amicitiâ nobis coniunctus ſit, nobilitate inſignis: neque enim Deo & Eccleſiaſticâ lege quicquam venerabilius eſt: οὐδὲν γὰρ τοῦ θεοῦ καὶ τῶν κανόνων αἰδεσιμώτερον. *Et orat. 1. apologet.* vocat ea, quæ D. Paulus ſcripſit de Epiſcopis, Canones; cùm dixit, vt ſobrij ſint, & pudici, &c. Ad quos confirmari nos oportet; quotus quiſque eſt, ait, qui ſi ad canones eos, & regulas ſeipſum exigat, quas Paulus de Epiſcopis & presbyteris conſtituit, nempe vt ſobrij & pudici ſint, non vinolenti, non percuſſores, &c. non ſeſe à E canonum rectitudine multum abeſſe comperit, ἢ πολὺ διαφεύγειν εὑρίσκει τῆς τῶν κανόνων εὐθύτητος.

Can. Priuilegia. 3. Deinde Canone 3. agit de Priuilegijs Priuatarum Perſonarum. *Priuilegia ſunt*, ait, *leges Priuatorum, quaſi priuatæ leges*; nam priuilegium inde dictum eſt quod in priuato feratur, id eſt quod ſit de ſingulari aliqua perſona conceptum, *vt eſt apud Gellium cap. 20. libro 10. & Cicero. 3. de legibus: Maiores noſtri*, ait, *in priuatos homines leges ferre noluerunt, id eſt enim priuilegium.* Quæ leges quamuis priuatim valere poſſint, tamen non tranſgrediuntur perſonam ex *Iuſtinian. Inſtitut. de Iure Natural. Gent. & ciu.* quo no-

mine non debemus intelligere Ius ſingulare; quod tamen dici poteſt priuilegium, licet aliâ ratione, vt cùm dicimus Priuilegia Creditorum, dotis &c. quæ in vniuerſum, vel certo generi perſonarum, vel certis de cauſis propter aliquam vtilitatem, eamque publicam, largiri æquum viſum eſt, quamuis contra rationem Iuris, ſtrictam ſcilicet, & ſubtilem rationem, ac contra Iuris communis regulas, authoritate conſtituentium, nempe prudentum, *l.* 14. 15. *&* 16. *de legibus*. multa enim iure Ciuili ſingulariter contra rationem diſputandi pro vtilitate communi recepta ſunt, vt patet *L.* 5. *§. vlt. ad legem Aquiliam*, & *L.* 16. *Dig. de legibus*, & hoc Ius ſingulare non producitur ad conſequentias *dicta l.* 16.

Can. *Omnis autem* 4. Concludit Diſtinctionem generaliter dicendo, *omnis autem Lex, aut permittit aliquid, vt vir fortis petat præmium; aut vetat, vt ſacrarum Virginum nuptias nulli petere liceat; aut punit, vt qui eadem fecerit, capite plectatur; eius enim præmio aut pœna, vita moderatur humana; aut præcipit, vt diliges Dominum Deum tuum*; (nam Vox diuina hic deeſſe debet). Hæ verò leges longè inter ſe differunt: nam lex, quæ permittit tantùm, valdè diuerſa eſt ab ea, quæ præcipit, vt rectè oſtenditur *Can.* 9. XXXI. *quæſt.* 1. vbi additur in fine; aliud eſt enim præcipere, aliud permittere; quod enim permittimus nolentes præcipimus, quia mallas hominum voluntates ad plenum prohibere non poſſumus. Quomodo Leo Papa rectè monet *Can.* 14. *cauſ.* XXXIII. *quæſt.* 2. in quo tamen Regulam non conſtituimus, ſed quid ſit tolerabilius æſtimamus. Huc addi etiam poteſt Regula, quæ affertur *cap.* 23. *de ſponſalibus*; in prohibitorio Edicto, quicumque non prohibetur, eum per conſequentiam admitti.

Vetat lex duobus modis, vel vt non reſcindat quod contra factum eſt, ſed pœnam iniungat ei qui contra legem fecit, quæ lex dicitur minùs quam perfecta, vt eſt lex Furia Teſtamentaria, quæ pluſquam mille aſſium legatum mortiſve causâ prohibet capere, præter exceptas perſonas; & aduerſus eum, qui plus ceperit, quadrupli pœnam conſtituit. vel nec reſcindit, nec pœnam iniungit, quæ dicitur lex imperfecta, vt eſt lex Cincia, quæ ſupra modum certum donari prohibet, exceptis quibuſdam cognatis; & ſanè ante *legem* 5. *non dubium. Cod. de legibus*, quod legiſlator fieri prohibuiſſet tantùm, non erat nullom, niſi hoc ſpecialiter addidiſſet, vt ex eadem l. conſtat: at hodie cùm Iuſtinianus voluerit nullum eſſe contractum, quoties lex contrahere prohibet, vel nominatim, vel tacitè, & hæc regula trahatur generaliter ad omnes legum interpretationes, tam veteres, quàm nouas, *D. l.* 5. ſequitur omnes leges eſſe perfectas. Ponit verò lex ſicut Deus, propter tres cauſas, quæ referuntur à Clemente Alexandrino *lib.* 4. *ſtromat. pagina* 536. primùm quidem vt is qui caſtigatur, ſeipſo melior euadat; deinde vt ij qui poſſunt ſalui fieri, per exempla præparentur admoniti: & tertiò ne is qui iniuria afficitur, contemptui habeatur, & aptos ſit ad iniuriam accipiendam. Lex autem dicitur punire; Magiſtratus enim non punit, ſed Lex. *Cicero pro Sylla*; legis olim erat punire, judicum damnare: & ideo olim à pœna appellari non poterat, quia erat legitima, & à lege non appellatur; *L. ſi qua pœna. D. de verborum ſignificat.* nec neceſſe erat, pœnam judices ſuâ ſententiâ exprimere, quia de facto tantùm judicabant, *L.* 1. *§. nam ſi. D. ad Senatuſc. Turpillian* hodiè, cùm omnes ferè pœnæ ſint extraordinariæ, & in judicum arbitrio; *L. hodiè. dig. de pœnis*; poteſt appellari. Ait à *præmio aut pœnâ vitam moderari humanam*: de qua re pleni ſunt omnes libri. Notandum tantùm ibi, *moderari* ſumi paſſiuè; ſicut *ſeculari* apud Anonymum in notis luteri ad Iuonem Carnotenſem, in additis ad epiſt. 108.

Denique *præcipit*, nam lex eſt commune præceptum *L.* 1. *D. de legibus*; & legis virtus hæc eſt, Imperare, vetare, permittere, punire. *L.* 7. *D. eodem*: ex qua videtur ſumpſiſſe ſuum Canonem Iſidorus. Idem habet penè auAuthor de inuentione, *omnis lex aut iubet aliquid, aut permittit, aut vetat, aut de genere omni, aut de parte quadam. Seneca ep.* 93. *quid aliud ſunt leges*, ait, *quàm minis mixta præcepta?*

DISTINCTIO IV.

PERSEQVITVR agere de Legibus, & præcipuè de earum fine, & qualitatibus diuerſis.

Can. 1. Factæ ſunt autem leges, vt earum metu humana coerceatur audacia, tutaque ſit inter improbos innocentia, & in ipſis improbis formidato ſupplicio refrænetur nocendi facultas. *Can.* 1. quare *l.* 2. *Dig. de legibus*, dicitur eam eſſe Regulam Iuſtorum, & Iniuſtorum; Præſidem bonis & malis. Erit autem lex honeſta, Can. *Erit* 2. iuſta, poſſibilis, ſecundum naturam, ſecundum patriæ conſuetudinem, loco, temporique conueniens, neceſſaria, vtilis; manifeſta quoque, ne aliquid per obſcuritatem, in captionem contineat; nullo priuato commodo, ſed pro communi ciuium vtilitate conſcripta.

Denique *Can.* 3. ait, in legibus temporali- Can. *in iſtis* 3. bus rogandis, eas quoque poſſe examinari, ſed poſtquam ſunt latæ & firmatæ, non licere judici de ipſis iudicare, ſed ſecundum ipſas. vndè rectè *Cicero.* 2. *de legibus*, rogentur leges, quæ non abrogentur. ratio huius canonis affertur *Inſtitut. de officio judicis*, & quòd imprimis illud obſeruare debet iudex, ne aliter iudicet, quàm quod legibus, aut conſtitutionibus, aut moribus proditum eſt.

Quod additur *Can.* 4. de ſeptem hebdo- Can. *Statuimus.* 4. & Can. ſeq. madis Quadrageſimæ, vt eas ieiunent Clerici plenas, *&* *Can.* 5. Teleſphorum addidiſſe dictam ſeptimam hebdomadum, & dictam quinquageſimam, cùm tamen quadrageſima ſex ſeptimanas habeat, non rectè hic collocauit hos Canones Gratianus: ad quorum intelligentiam dicendum eſt *ex Sozomeno lib.* 7. *cap.* 19. variè fuiſſe obſeruatam quadrageſimam, & apud aliquos plures ſeptimanas habuiſſe quàm ſex; iam illam, inquit, quæ hinc proceſſit, quæque appellatur quadrageſima, in qua populus ieiunat, alij in ſex dierum ſeptimanas computant vt Illyrici, & qui ad occidentem ſunt, nec non & vniuerſa Libya, & Ægyptus cum Palæſtinis: alij in ſeptem, vt Conſtantinopolitani, & nationes circumiacentes vſque ad Phœnices: alij ſparſim tres intra ſex aut ſeptem iſtas ieiunant; alij tres Paſcha immediate præcedentes conti-

nuant; alij duas, vt Mõtani Sectatores: hic enim locus præcipuè eſt de modo ieiunandi Quadrageſimam, licet etiam tempus, quo durat quadrageſima, contineat; ait enim generaliter aliquos, qui ſex ſeptimanas computant in ſua quadrageſima, etiam eas totas computare in ieiunio, vt Conſtantinopolitanos: alios verò non totas illas ſex, aut ſeptem ſeptimanas integrat ieiunare; & ita non totas computare in ieiunio, ſed tres tantùm, ita vt alternatim vnâ ieiunent, aliâ non ieiunent: alios verò non alternatim, ſed tantùm tres hebdomadas vltimas continuatim ieiunare: alios verò duas vltimas tantùm, vt Montani Sectatores: & ita locus ille eſt intelligendus, quem malè capit Fileſacus, & confirmatur noſtra ſententia de alternatione illa ieiunij, ex Socrate *lib.* 5. *cap.* 22. *& D. Ambroſ ſerm.* 34. *Audio*, ait, *complures, quod grauius eſt, fideles, alternis in Quadrageſima hebdomodis abſtinere, & conſecratum illum dierum numerum gula intemperantis violare*, hoc eſt prandere ſeptem dierum circulo, & ſeptem dierum ſpatio ieiunare. De toto ergo tempore Ieiunij Quadrageſimæ nihil definit Sozomenus, ſed nunc eſſe ſex, nunc ſeptem ſeptimanas, non quod ſex ſeptimanæ non faciant quoque Quadrageſimam, vt *patet dicto Can.* 5. *Quadrageſima ſex ſeptimanas habet*, ſed cum Quadrageſimali ieiunio, Chriſti ieiunium repræſentetur; vnde lex in orbem tranſijt, vt *ait Baſilius, orat. in* 40. *Martyres*; illi enim in tormentis ita orabant; pretioſum eſt tempus, quod quadraginta dierum ieiunio ornaſti, per quod diuina lex in orbem tranſijt. ideo aliqui numerum integrum hunc dierum ieiunare volebant, dies vtiles computando: alij verò, vt continuos accipiebant, etiam ſi non ieiunarent niſi triginta ſex diebus, demptis diebus Dominicis. Inde factum eſt, vt nunc Quinquageſima, nunc Sexageſima, nunc Septuageſima computata ſit, ad faciendam integram Quadrageſimam: & ita vnuſquiſque reddebat rationem inſtituti ſui, vt rectè explicat Carolus Magnus *epiſtola ad Albinum Flaccum Alcuinum* præceptorem, dicens, vt qui à ſeptuageſima, ad diem Paſchæ nouem hebdomadas ieiunent, ex ſingulis ſi Dominicam, feriam quintam, & Sabbathum ſubtraxeris, ijſque addas ſacrum diem Paſchæ; triginta ſex, in abſtinentia dies remaneant: itaque a ſexageſima, octo hebdomadibus, ad Paſcha ieiunium deducunt, ſi ex vnaquaque illarum primam, id eſt Dominicam, & quintam feriam ſubduxeris, quadraginta tantum dies ieiunaſſe videantur: qui verò à Quinquageſima ſeptem hebdomadas ieiunando numerant, ſuum hoc pacto quadragenarium numerum demonſtrant, quod ex ijs octo ſublatis Dominicis, quadraginta duo dies ſuperſunt, qui duo dies, quinta videlicet feria & Sabbathum Maioris, vt vocant, hebdomadæ, apud quoſdam ieiunio dedicantur, apud quoſdam in refectione propter cœnam Dominicam & ſanctum Sabbathum habentur. Quadrageſimæ vero ſex Hebdomadarum ieiunium ſeruit, vt ex ijs, demptis Dominicis, in quibus ieiunare minimè liceat, triginta ſex reliqui ſint, quæ proprie Quadrageſima. Vnde Nicolaus 1. *epiſt. ad Hincmarum Archiepiſcopum Rhemenſ*. Quadrageſimam hanc aſſerit, & de Græcorum quadrageſima ait, eos octo hebdomadibus ante Paſcha à carnium eſu abſtinere, & ſeptem hebdomadibus à caſei & ouorum eſu.

Quadrageſimalis ieiunij inſtitutum Chriſto ſancti Patres attribuũt. Hinc eſt quod ait ſanctus Ambroſius, *ſi vis Chriſtianus eſſe, debes, quod Chriſtus, facere: ille qui peccatum non habet, Quadrageſimam ieiunauit; tu non vis Quadrageſimam ieiunare qui peccas: ille inquam peccatum non habebat, ſed pro tuis ieiunauit peccatis*: & ſermo. 23. *Chriſtus Dominus hunc numerum ieiunii Quadrageſima conſecrauit, oſtendens nobis ita nos hunc numerum integrum ieiunare debere.* & ſerm. 27. *iſtud autem præceptum eius eſt primum, vt his quadraginta diebus, ieiuniis, orationibus, vigiliis opera commodemus*, & ita præceptum vocat Domini Quadrageſimã, quam & legem vocat *ſerm.* 34. 36. *&* 38. & Leo diuinam inſtitutionem *ſerm.* 4. *de Quadrageſima*, & Baſilius *orat. in* 40. *Martyres.* deque tempore Quadrageſimæ eſt conſtitutio Apoſtolica *lib.* 5. *Conſtit. Apoſtolicarum, cap.* 12. *& Can. Apoſtolorum* 69. vbi Balſamo ita loquitur: Quadrageſimę Paſchæ ieiunium, primùm quidem a Domino traditum eſt, qui tot diebus ieiunauit, deinde per præſentem canonem à Sanctis Apoſtolis.

Iubet tamen vt Clerici ieiunent per ſeptimanas, vt conſtituit Teleſphorus *Can.* 4. *&* 5. eaſque plenas *dicto can.* 4. & ratio affertur, quia ſicut diſcreta eſt vita Clericorum & Laicorum, ita & in hoc ieiunio eorum debet eſſe diſcretio, *d. can.* 4, vt ad penſum ſanctæ inſtitutionis aliquid adjiciant, & præcellant Laicis *can.* 6. & hoc Clericorum ieiunium per ſeptem ſeptimanas factum dicitur quinquageſima *dict. can.* 4. 5. *&* 6. nam quia quadrageſima habet ſex ſeptimanas, quinquageſima debet habere ſeptem, & Sexageſima octo, & Septuageſima nouẽ. dicitur enim quinquageſima non ratione dierum quinquaginta, ſicut quadrageſima dicebatur, quod haberet quadraginta dies, quia quinquageſima nõ habet dies quinquaginta; ſed dicitur quinquageſima reſpectu quadrageſimæ; vt cùm augeantur dies vnâ ſeptimanâ, dicatur quinquageſima; & cum duabus ſeptimanis, ſexageſima: quô etiam reſpectu, cùm minuuntur ſeptimanæ quadrageſimę, ſeptimana ſequens poſt quadrageſimam, dicitur Triceſima, & alia poſtea viceſima, & alia ſequens decima, ita vt Triceſima ſit hebdomada quæ ſequitur quadrageſimam, ſeu quadrageſimæ hebdomadam primam. *Can. Quadrageſima. 5. & Can. 6.*

Clericos vero non oportuit indicere Quinquageſimam laicis, vel Sexageſimam *ex concilio Aurelian.* 4. *can. R.* Hoc etiam decernimus obſeruandum, vt quadrageſima ab omnibus Eccleſijs æqualiter teneatur, neque Quinquageſimam, aut Sexageſimã ante Paſcha quilibet ſacerdos præſumat indicere. Verùm quia à Dominica prima quadrageſimæ vſque ad Paſcha, ſunt quidẽ quadraginta duo dies, ſed ſi ab illis ſubtrahantur ſex dies Dominici, quibus non ieiunatur, non ſupererunt niſi triginta ſex dies ieiunij, idcirco vt ſacer numerus quadraginta dierum jejunij adimpleatur, quatuor dies Prioris hebdomadæ aſſumuntur, & ita Quadrageſima incipit à quarta feria hebdomadæ præcedentis primam Dominicam Quadrageſimæ, quæ ideo caput jejunij ſubnotatur, vt dicitur à S. Gregorio *can.* 16. *Diſt.* 5. *de Conſecrat. & homil.* 16. dicitur vero in *dict. can.* 4. a Teleſphoro, vt Clerici ſeptem hebdo-

medas plenas ieiunent: vt ſcilicet inciperent à feria 2. Dominicæ Quinquageſimæ, ad differentiam Laicorum qui incipiebant à 4. feria ante Quadrageſimæ dominicam primam; & quod ait Teleſphorus de Clericis, non pertinet ad omnes Chriſtianos, vt exiſtimauit Carolus Magnus *d. epiſt. ad Albinum*: idem tamen Imperator ait aliquos, qui ieiunabant Quinquageſimam vel Sexageſimam, &c. non propterea ieiunaſſe niſi 40. dies, vt ſupra videre eſt.

Quadrageſima autem obſeruatur, quia dies ieiunij Quadrageſimæ ſunt decimæ anni, nam cùm in quadrageſima, ſubductis ſex diebus dominicis, ſuperſint triginta ſex dies, & ſex ſeptimanæ; & in anno ſint trecenti ſexaginta quinque dies: triginta ſex dies facient decimam partem dierum anni, nam decies triginta ſunt trecenti dies. Interim notandum eſt hos Canones 4. 5. & 6. ſeu vlt. nullam habere connexionem cum ſuperioribus; nec ad materiam iſtarum diſtinctionum aut ſequentium ſpectare, quamuis eos imperitè conjungere conetur Gratianus.

DISTINCTIO V.

Can. 1.

QVÆ continentur etiam hac diſtinctione 5. non ſunt ſuo loco poſita; agit enim *Can.* 1. Gratianus de muliere cùm enixa fuerit, poſt quot dies Eccleſiam intrare debeat, & ait in veteri Teſtamento *Leuitici cap.* 12. pro maſculo triginta tres, pro fœmina vero ſexaginta ſex dies abſtinere debuiſſe. ſed illud tamen in myſterio accipiendum eſſe, ideóque definitur Can. 2. quod eadem horâ, quâ genuit, poteſt intrare Eccleſiam Deo gratias actura, ſi nullo pondere peccati grauetur; voluptas etenim carnis, non dolor in culpa eſt: ſi verò enixam mulierem prohibemus intrare Eccleſiam, ipſam ei pœnam ſuam in culpam deputamus: & ſi fuerit infidelis & enixa in periculo voluerit baptizari, ſtatim poteſt, *Can.* 3.

Can. *Si mulier.* 2. & Can. 13.

Can. *Ad eius.* 4.

Porro *Can.* 4. dicitur, ne ad eius concubitum vir eius accedat: item vt matres ſi fieri poſſit, alant liberos; contrariũ n. fit ex ſola cauſa incõtinentiæ, ſed ſi factum ſit, non miſceantur tamen viris ſuis, niſi poſt purgationis tempus, nam lex vetus punit eum, qui accedit ad menſtruatam mulierem: non prohibetur autem mulier menſtruata, Eccleſiam intrare, quia ei naturæ ſuperfluitas in culpam non valet imputari; & in Euangelio talis mulier tetigit fimbriam veſtimenti domini: Imò poteſt ei dari communionis myſterium, ſi petat; quæ tamen ex veneratione poteſt non percipere, in eo laudanda, licet ſi percipiat, non ſit iudicanda *d. Can.* 4. vbi additur hæc ratio, bonarum quippe mentium eſt, ibi etiam aliquo modo culpas ſuas agnoſcere, vbi culpa non eſt; quia ſæpe ſine culpa agitur, quod venit ex culpa: vnde etiam cùm eſurimus ſine culpa comedimus, quibus ex culpa primi hominis factum eſt vt eſurire-mus; & ſtatim, etiam poſt partum infantes baptizamus, nec octauum diem, vt olim in Circumciſione, expectamus.

DISTINCTIO VI.

Can. 1.

OCCASIONE præcedentis Canonis, agit hîc de pollutione hominum, & illuſione nocturna; & rectè monet *Can.* 1. videndum ex qua re accidat menti dormientis, illuſio; an ex naturæ ſuperfluitate, & infirmitate; an ex crapula; an ex cogitatione: ſi naturæ infirmitate, vel ſuperfluitate, nullus eſt quidẽ reatus animæ, & animus neſciens magis dolendus eſt pertuliſſe, quàm feciſſe: ſi ex crapula, habet animus aliquem reatum, non tamen vſque ad prohibitionem percipiendi ſacri myſterij; vel etiam in neceſſitate, cùm nullus alius eſt ſacerdos, celebrandi: quod ſi ſit alius, non celebrabit quidem, ſed participabit tantùm & percipiet: ſi denique ex cogitatione turpi vigilantis; certè maior eſt reatus, nam quod cogitauit ſciens, hoc protulit neſciens, & propter talem pollutionem à ſacro myſterio abſtinere debet.

Can. *Sed penſandum.* & Can. 3.

Sed adhuc penſandum, an cogitatio in ſuggeſtione manſerit, an in delectatione, an in conſenſu: tribus enim illis modis implicatur peccatum; ſuggeſtio fit per Diabolum, delectatio per carnem, conſenſus per ſpiritum: quia & primo culpam ſerpens ſuggeſſit; Eua velut caro delectata eſt; Adam velut ſpiritus conſenſit: nam cùm malignus ſpiritus peccatum ſuggerit in mente, ſi nulla peccati delectatio ſequatur, peccatum omnimodo perpetratum non eſt: cùm verò caro delectari cœperit, tunc incipit naſci; ſi verò etiam ad conſenſionem ex deliberatione deſcendit, tunc peccatum perficitur: in ſuggeſtione, peccati ſemen eſt, in delectatione fit nutrimentum, id conſenſu perfectio. Nec verò ſemper animus conſentit etſi caro delectetur: nam Pauli caro delectabatur, cùm ipſe repugnaret, vt oſtenditur *Can.* 2. Quarè concludit *Can.* 3. cum nocturnis imaginibus volentes illudimur, non eſſe tunc peccatum, ſed cùm conſenſimus, at concupimus *dicto Can.* 3. quod ex profeſſo tractat Zonaras in iure *Græco-romano lib.* 5. *Reſponſorum. pagina* 351. & ait, quod cum reſiſtitur reliquiæ cogitationum diem feſtum agant.

Canon. ſecundo huius diſtinctionis dicitur *Palea*, vt & plures alij, & vt referunt Romani Correctores, aliqui dixerunt eos dictos eſſe, quaſi inſcripti ſint παλαιά id eſt antiqua, nam & in codice antiquarum legum, ſunt leges cum hac inſcriptione *antiqua*, vt videre eſt in legibus Viſigothorum, vbi crebro occurrunt ita inſcriptæ leges: ſupple, *Conſtitutio*. Verùm, vt ijdem Romani Correctores in Admonitione Gregorianæ Editionis addunt, Ioannes Andreæ in additionibus ad Speculatorem, tit. de diſputat. & allegat. prope finem (quem Imola in Rubrica de verborum obligat. Alexandrinus in proœmio decreti, Iaſon in Rubrica, tit. de actionibus, & alij ſunt ſequuti) putat quendam Protopaleam, quem Iaſon ait Cardinalem fuiſſe, collectioni Gratiani capita hæc adiunxiſſe: ſed Antonius Auguſtinus notat illum Protopaleam aliter ab alijs dici: apud Iaſonem, inquit Quotopalea Cardinalis; apud Imolam Paucopalea, vel Pocopalea Cardinal. apud Alexandrinum Procopaleas. Exiſtimat verò, idem Antonius Auguſtinus, cùm in veteribus Gratiani libris illa capita deſiderentur,

tur expreſſiſſe Seneca *lib.* 4. *de Beneficiis cap.* 4. & in Ioannis Teutonici Scholijs, rarò ad verba illorum capitum aliquid aſcribatur, ea capita poſtea Gratiano aliunde adiecta fuiſſe, cùm etiam Bernardus Papienſis nonnulla ex his in librum ſuum retulerit, quæ apud Gratianum non reperiuntur, & ita aliunde acceperit.

DISTINCTIO VII.

AGit hac Diſtinctione 7. de Conditoribus legum quorumdam populorum: & quidem Moyſes, ait, Gentis Hebrææ, primus omnium Diuinas leges ſacris literis explicauit: Phoroneus Rex Græciæ primus leges, iudiciaque conſtituit; Mercurius Triſmegiſtus primus leges Ægyptijs tradidit: Solon primus leges Athenienſib. dedit. Lycurgus primus Lacedæmonijs iura ex Apollinis authoritate confinxit.

Numa Pompilius, qui Romulo ſucceſſit in Regno, primus leges Romanis edidit.

Deinde cùm populus vel ſeditioſus (vel ſeditioſos) Magiſtratus ferre non poſſet, Decemuiros legibus ſcribendis creauit, qui leges ex libris Solonis, in Latinum Sermonem tranſlatas 12. Tabulis expoſuerunt. verùm quod ait ex libris Solonis, addendum non tantum ex libris Solonis, ſed aliorum legiſlatorum *ex Gellio lib.* 20. *Dionyſio Halicarnaſſeo. lib.* 10. *& Liuio decad.* 1. *lib.* 3. Et hæc habentur *Can.* 1. Canóne verò 2. enumerantur Decemuiri; fuerunt autem, inquit, hi Appius Claudius, T. Genucius. P. Seſtius, Sp. Veturius, C. Iulius, A. Manlius, Ser. Sulpicius. P. Curatius, T. Romilius, Sp. Poſthumius. Hi Decemuiri legum conſcribẽdarum electi ſunt; tum addit quoſdam voluiſſe leges in libris redigere, in quib. fuit Pompeius, ſed non perſeuerauit, obtrectatorum metu; deinde Cæſar, ſed ante interſectus eſt; paulatim verò antiquæ leges vetuſtate, atque incuria obſoleuerunt; quarum etſi nullus iam vſus eſt, notitia tamen neceſſaria videtur. Denique, ait, nouas leges à Conſtantino Cæſare cœpiſſe, & à ſequentibus, ſed ſine ordine manſiſſe; donec Theodoſius minor Auguſtus ad ſimilitudinem Gregoriani, & Hermogeniani, Codicem nouum Conſtitutionum à Conſtantini temporibus, ſub proprio cuiuſque Imperatoris titulo, diſpoſuit, quem à ſuo nomine Theodoſianum vocauit.

DISTINCTIO VIII.

SEparandi etiam ſunt hîc duo priores Canones à ſequentibus, quòd in prioribus duobus agatur de Iure & poteſtate Regum: in ſequentibus de Conſuetudine.

Duæ verò maximæ quidem quæſtiones expediri poſſunt Canone 1. *&* 2. in primo quidem quod ius habeant Reges in bonis noſtris temporalibus; 2. an leges ferre poſſint ſub neceſſitate peccati, niſi pareatur.

In 1. ergo *Can.* hæc verba habentur. Vnde quiſque poſſidet quod poſſidet? nonne Iure humano? iure enim humano dicitur hæc villa mea eſt, hæc domus mea, hic ſeruus meus eſt: iura autem humana, iura Imperatorum ſunt, quia ipſa Iura humana per Imperatores & Reges ſæculi Deus diſtribuit generi humano. Item, tolle Iura Imperatorum, & quis audet dicere mea villa eſt illa, aut meus eſt ille ſeruus, aut domus? ſi autem vt teneantur iſta ab hominibus, Regum Iura fecerunt, &c. & Paulò poſt, arguit dicentes, ſed quid nobis & Imperatori, quod Apoſtolus voluerit ſeruiri Regibus, Reges honorari? vnde, ait, nolite dicere, quid mihi & Regi? quid tibi ergo & poſſeſſioni? per Iura Regũ poſſidẽtur poſſeſſiones: dixiſti quid mihi & Regi? noli dicere poſſeſſiones tuas, quia ipſa iura humana renunciaſti, quibus poſſidentur poſſeſſiones. Idem habetur Can. 1. xxiii. *quæſt.* 7. & *Can.* 21. xxiii. *quæſt.* 8. conuenior, ait, ibi D. Ambroſius, ipſe à Comitibus, & Tribunis, vt Baſilicæ fieret matura traditio, dicentibus Imperatorem iure ſuo vti, eo quod in poteſtate eius eſſent omnia. Reſpondi ſi à me peteret, quod meum eſſet, id eſt fundum meum, argentum meum, ius huiuſmodi meum me non refragaturum: & *Can.* 22. xxiii. *quæſt.* 8. tributum, ait, in ore piſcis piſcante Petro inuentum eſt; quia de exterioribus ſuis, quæ palàm cunctis apparent, Eccleſia tributum reddit.

Sed vnde hoc Ius Regum deſcendit, nemo nunquam expoſuit, dicam ego primus. Siue olim vnus fuit tantum Dominus rerum omnium, primus parens, idemque Rex; vt omnis pater *teſte Ariſtotele lib.* 1. *Polit. cap.* 8. *& lib.* 3. *cap.* 11. qui ſua bona diſtribuit liberis ſuis, retento Iure aliquo Regis & Domini; cùm nihil ab aliquo proficiſci poſſit, aut donari, nequidem ipſa vita ſine Iure in libertatem, nec libertas ſine Iure Patronatus & libertinitatis: Siue etiam olim omnia erant communia *Can.* 2. xii. *quæſt.* 1. ſed quia per iniquitatem alius hoc ſuum eſſe volebat, alius ſuum; ideo naturali ratione dictante, conuenerunt inter ſe homines, vt diſtinctio fieret; hinc diſcretæ Gentes, Regna condita, dominia diſtincta, agris termini poſiti, ædificia collocata *&c. l.* 5. *D. de Iuſtitia & Iure.* Hinc etiam ſequitur; cùm prius diſcretæ ſint gentes, & regna condita, quàm dominia particulatim diſtincta, Reges interim Dominos omnium fuiſſe: & ſequitur non fuiſſe dominia poſtea, diſtincta niſi de conſenſu Regum; & ideo ſaluo Iure Principatus & Dominij alicuius, quod habebant; ita vt quibuſdam caſibus etiam hodie gerat ſe pro Domino Rex, vel Reſpublica: nam inde dantur curatores bonis cuſtodiendis, cum quis abeſt nemine extiſtente; item cùm iacent defuncti bona, *l.* 1. *de munerib.* inde fiſcus occupat bona vacantia *l.* 1. *de bonis vacantib. Cod.* cuius ter ratio optima redditur à Cornelio Tacito *lib.* 3. *Annal* quod Reſpublica ſeu populus ſit velut omnium parens, & ideo bona filiorum vacantia teneat: quare ſiue Reges ſunt patres, ciues ſunt in eorum poteſtate; ſiue Tutores in perpetua tutela. At Seneca *lib.* 1. *de Clement. cap.* 4. vocat Principes, & Reges, Tutores publicos: & Symmachus *lib.* 10. *ep.* 22. publicos parentes, & defenſores publicæ ſalutis: *Epiſt.* 28. *eod. lib.* Sed dices quomodo fieri poteſt, vt aliquid ſit in dominio priuatorum, & in dominio Principis ſimul? reſpõdetur nihil obſtare, quemadmodum peculium Caſtrenſe ſit filij, & tamen maner Patris; quia filio mortuo ſtatim pater apparet dominus: item quemadmodum res dotalis eſt patris, eſt vxoris, & mariti diuerſo reſpectu; nam pariter Rex poteſt eſſe dominus vno modo; & priuati alio; quod optimè vide-

tnt expreſſiſſe Seneca lib. 4. de beneficijs cap. 4. nihil prohibet, ait, aliquid & Sapientis eſſe, & eius qui poſſidet, cui datum & ſignatum eſt. Iure Ciuili omnia Regis ſunt, & tamen illa, quorum ad Regem pertinet vniuerſa poſſeſſio, in ſingulos dominos deſcripta ſunt, & vnaquæque res habet poſſeſſorẽ ſuũ. Itaque dare regi domum, & mancipium, & pecuniam poſſumus, nec donare illi de ſuo dicimur; ad Reges enim poteſtas omnium pertinet, ad ſingulos proprietas: fines Athenienſium, aut Campanorum vocamus, quos deinde inter ſe vicini priuatâ terminatione diſtinguunt; & totus ager hujus, aut illius Reipublicæ eſt, deinde ſuo domino quæque cenſetur: idcoque donare agros noſtros Reipublicæ poſſumus, quamuis illius eſſe dicantur, quia aliter illius ſunt, aliter noſtri. Nunquid dubium eſt, quin ſeruus cum peculio domini ſit? dat tamen domino ſuo munus, non enim ideo nihil habet ſeruus, quia non eſt habiturus ſi dominus illum habere noluerit; nec ideo non eſt munus cum volens dedit, quia potuit eripi etiamſi noluiſſet, & paulo poſt. omnia deorum ſunt, tamen dijs poſuimus donum, & ſtipem iecimus: non ideo quod habeo meum non eſt, ſi tuum eſt, poteſt enim idem eſſe meum & tuum. Senſus eſt dominium Principis, eſſe diſtinctum à dominio ſingulorum; & vtrumque poſſe reperiri in eadem re: quomodò apud Vlpianum *tit.* a. vnus poteſt eſſe ſerui dominus in bonis; alius verò Iure Ciuili.

Verùm hoc dominium principis latet, & nulla fit eius mentio in Iure Ciuili, quia Ius Ciuile tractat tantùm de Iure priuatorum; at Ius prædictum Principis, vel Reipublicæ, eſt Ius publicum, non priuatum; & apparet tantum certis caſibus, vt dictum eſt. Quare rectè Plinius *in Panegyrico*: cujus eſt, ait, quidquid eſt omnium; tantum ipſe, quantum omnes, habet. Adde Saſbetienſem *Policrat. lib.* 4. *cap.* 1. vbi ita videtur argumentari; quod ſicut Deus dando Regibus regna, non amittit Ius ſuum, ita nec Reges dando dominia populis diſtincta. Quod Princeps poteſt, inquit, ita à Deo eſt, vt poteſtas à Domino non recedat, ſed ea vtitur per ſuppoſitam manum. Et hinc eſt, quod non poſſint bona temporalia Deo conſecrari ſine conſenſu Principis, aut niſi ſaluo Regis Iure. Hinc eſt, quod inueſtitura Epiſcoporum, ratione patrimonij, debet fieri à regibus, vt teſte Gaufridus Abbas, *opuſc.* 4. de poſſeſſionum Eccleſiaſticarum inueſtitura; alia, ait, vtique eſt inueſtitura, quæ Epiſcopum perficit, alia verò, quæ Epiſcopum paſcit; illa ex diuino Iure habetur; iſta ex Iure humano; ſubtrahe Ius diuinum, ſpiritualiter Epiſcopus non creatur; ſubtrahe Ius humanum, poſſeſſiones amittit, quibus ipſe corporaliter ſuſtentatur: ibi etiam citat locum D. Auguſtini à nobis ſupra citatum. Hinc etiam deſcendit, quod nulla terra poteſt eſſe allodialis, id eſt vendi poteſt ſine laude & conſenſu principis, quomodo apud Burchardum *lib.* 8. *cap.* 73. dicitur vt congregationes Monachorum *ſine collaudatione Epiſcopi*, fieri non liceat; id eſt ſine conſenſu, vnde laudare pro approbare, & conſentire ſumitur, *apud Iuonem epiſt.* 13. *in fine & 16.* atque auctor libri qui inſcribitur *du franc-allen*, poterat reddere hanc rationem, cur nulla ſit terra, quæ careat domino ſuo, & conſequenter quæ non ſit ei ali-

A quo Iure obnoxia: nihil enim omnino gratis datur, nec gratis impenditur cum manet iure aliquo ſubdita dandi, quomodo Gaufridus *ſcribens ad Iuonem* dicebat, non enim gratis impenditur, per quod homo homini ſubiectus eſt. Et hæc dicta ſint de Canone 1. & iure quod ea illo deſumi poteſt.

Sequitur canon 2. in quo dicitur Pactum inter ſe ciuitatis, vel conſuetudine, vel lege firmatum, eſſe ſeruandum; turpis enim pars eſt ſuo vniuerſo non congruens; & poſtea à poteſtate Regis, cuius eſt condere leges quaſcumque, & quibus obediendum, argumentatur ad poteſta-B tem Dei multò maiorem. Cum autem Deus aliquid contra morem, aut pactum quorumlibet, iubet; etſi ibi nunquam factum eſt, faciendum eſt; & ſi omiſſum eſt inſtaurandum, & ſi inſtitutum non erat, inſtituendum eſt; ſi enim Regi licet in ciuitate cui regnat, iubere aliquid, quod neque ante illum quiſquam, nec ipſe vnquam iuſſerat, & ſi non eſt cõtra ſocietatẽ Ciuitatis eius obtemperatur, imo contra ſocietatem non obtẽperatur ei, (generale quippe pactum eſt ſocietatis humanæ obedire Regibus ſuis,) quanto magis Deo Regnatori vniuerſæ creaturæ ſuæ, ad ea, quæ iuſſerit, ſine dubitatione ſeruiendum eſt? Sicut enim in poteſtatibus ſocietatis hu-C manæ, major poteſtas minori ad obediendum præponitur; ita Deus omnibus. Vbi duplex deſinitio occurrit, vna, quod obedire oportet magis Deo quàm hominibus, quæ ita deciditur *Can.* 92. 93. 94 95. 96. 97. *& ſequentib.* 11. *quæſt.* 3. nam, *vt rectè Ambroſius in Symm.* nullius iniuria eſt, cui Deus omnipotens anteſertur.

Altera eſt extra hunc caſum, obediendum eſſe Regibus in omnibus præceptis, *dict. Cann.* 11. *quæſt.* 3. nam, *vt dicitur Can.* 97. qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. vnde D. Baſilius *in Moralibus cap.* 70. ſimul oportet maioribus quemque poteſtatibus ſubdi ijs in rebus, quæ diuinis mandatis non obſiſtunt. Sic Paulus *ad* D *Romanos* 13. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non eſt enim poteſtas niſi à Deo, quæ autem ſunt à Deo, ordinata ſunt; itaque qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit; qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt &c. & vt ait Gotfridus *opuſc.* 4. ſicut ex Iure Diuino ſubjecti ſunt Reges Pontifici, ita ex eodem iure diuino ſubiecti ſunt Pontifices Regi. ex Iure diuino, ait, Regibus quidem & Imperatoribus dominamur; ipſis tamen, ex eodem Iure, qui Chriſti Domini ſunt, honorem debemus & reuerentiam, ſicut dicit Apoſtolus: qui paulò poſt hæc ſubjungit, ideo que E neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam: ideo enim & tributa præſtatis; Miniſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum ſeruientes: *& ad Tit.* 3. admone illos principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire. & D. Petrus 1. *Epiſt.* Subiecti eſtote omni creaturæ propter Deum, ſiue Regi, quaſi præcellenti, ſiue ducibus tanquam à Deo miſſis, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum, quia ſic eſt voluntas Dei, vt benefacientes obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Nec diſtinguendum eſt de malis, vel bonis Regibus: nam indiſtinctè obediendum eſt, *vt rectè Syneſius Epiſt.* 105. ſi quid imperator præcipiat, aut Cacodæmon neſcio quis Auguſtalis, pœnas vti-

que dem niſi mandatis obtemperem : nam cùm orbis regatur Dei prouidentiâ , etiam talibus dominandi poteſtas non datur , niſi ſummi Dei Prouidentiâ , quando res humanas iudicat talibus dominis dignas , *vt ait D. Auguſtinus lib. 5. de Ciuit. Dei, cap.* 19. loquens de Nerone; vnde *Prouerb.* 8. per me Reges regnant , & Tyranni per me tenent terram. *Iob.* 34. qui regnare facit hominem Hypocritam , propter peruerſitatem populi. quare Deus *Hierem.* 25. Nabucodonoſorem vocat ſeruum ſuum , & columbam ſuam , & *Eſaias cap.* 13. vocat Medos ſanctificatos ſuos, & *cap.* 45. vocat Cyrum vnctum ſuum ; & D. Hieronymus *Dialog. 2. aduerſus Pelagianum* , ita loquitur de Antiocho ; Antiochus Epiphanes Rex crudeliſſimus ſubuertit altare , ipſamque Iuſtitiam fecit conculcari, quia conceſſum erat ei à Domino.

His ergo congruum eſt & conſequens , leges humanas Regum , quæ ſpectant ad ſtatum , & conſeruationem Regni, eſſe à Deo, & Iuris diuini , ſicut ſunt ipſi Reges ; & hoc eſt quod ait Paulus ; qui poteſtati reſiſtit , Dei ordinationi reſiſtit. Et de legibus humanis dicitur *L. 2. D. de legibus* , lex eſt , cui omnes obtemperare conuenit ; tum ob alia multa , tum vel maximè , eo quod omnis Lex , inuentum ac munus Dei eſt. Et licet aliquando Leges humanæ fieri videantur de rebus indifferentibus , quia tamen præceptum eſt vt Regi obediamus , idque à Deo ordinatum eſt , verum eſt dicere leges, concurrente Dei Iuſſione cum iuſſione Regis , obligare ad conſcientiam, vt diuinæ obligant ; (niſi ratio ſubſit , quâ quis excuſetur vel excipiatur) , nunc ad peccatum veniale tantum , nunc ad mortale, pro ratione materiæ & delicti , prout magis vel minus pugnat cum ratione : Sed obligare ſemper , & eſſe inuiolabiles ex ipſa ratione naturali, certum eſt, eis obediendum. Nam leges humanæ feruntur ad bonum commune & Regni vtilitatem, cuius ſalus ſuprema Lex eſt. vnde rectè Iſidorus *lib. 5. cap.* 21. ea lex recta eſt , quæ eſt honeſta, poſſibilis, ſecundum naturam , nullo priuato commodo , ſed pro vtilitate Ciuium Scripta : & Cicero *lib. 3. Officior.* hoc , inquit , ſpectant Leges , hoc volunt , incolumem eſſe Ciuium coniunctionem ; quam qui dirimunt , eos morte , exilio , vinculis , damno coërcent. Et nulla eſt ſanè lex humana , quæ eò non ſpectet: item leges humanæ ſeruandæ : quia ratio naturalis hoc dictat omnibus hominibus. Vnde ait D. Auguſtinus *lib. Confeſſionum.* eſſe generale pactum ſocietatis humanæ obedire Regibus; quodque licet Regi in Ciuitate cui Regnat iubere aliquid , quod neque ante illum quiſquam, nec ipſe vnquam iuſſerat. Ex quibus patet non eſſe neceſſe aliter concurrere cum lege humana diuinam in particulari ſimilem humanæ ; ſed ſufficere vt concurrat hæc diuina , quod Deus iuſſerit obediendum præpoſitis. Idque ratio naturaliter etiam ſuadet , vt non ſubtrahatur obedientia Superioribus debita ; quod iniquum eſt: item vt non violetur Charitas ſeu pietas erga Deum , quæ obedientiam illam exigit , vnde D. Bonauentura *in 2. circa literam diſtinctio.* 35. ait, quod qui non obedit prælato , peccat , ſicut qui non obedit Deo : hoc enim dependet ex mandato Dei ; quia Deus mandat , vt obediatur homini; & ſic omnis lex humana participat de diuina.

A Quam ob rem cùm Lex diuina , pro ratione materiæ & Iuris , obliget aliquando ad veniale peccatum , aliquando ad mortale ; ita Lex humana : nam ſi lex humana tendat ad notabile bonum publicum certè ad mortale obligabit; ſicut diuina , cùm eius tranſgreſſio militat contra Charitatem , vt rectè ait Franciſcus à Victoria *relectione 3. de poteſtate Ciuili.* dubitari, ait, poteſt ad quam culpam obliget lex humana , mortalem , aut venialem. Reſponderi ait ad hoc dubium graue , quoad vim obligandi , Idem eſt judicium de legibus humanis & diuinis : ad conſiderandũ quomodo, & quantũ obligẽt humanæ B leges, oportet eas cõſiderare , ac ſi eſſent diuinæ: humana namque lex, quæ, ſi eſſet diuina obligaret ad veniale ; obligat ad veniale & quæ, ſi eſſet diuina obligaret ad mortale , obligat etiam ad mortale : & Bellarminus etiam *cap. 11. de Laicis.* legis enim omnis virtus cùm ſit imperare *L. 7. D. de legib.* & omnes ei obligentur *L. 2. D. eodem* ; ſequitur obligationem ſeparari non poſſe à lege ; lex enim à ligando dicta eſt. Quare nulla melior regula eſt ad diſcernendum, vtrum lex humana obliget ad mortale , quàm cogitare legem illam eſſe diuinam , & videre ſi diuina eſſet, quo pacto obligaret. Reliquit enim Deus Regibus quædam præcipienda , quæ Iure naturali niti C poſſunt ; quædam quæ non , ſed ratione tantum Ciuili : & ita eorum leges ſemper deriuantur quoque à lege æterna, quæ iuſſit eis obediendum ; & à ratione vel naturali , vel ciuili.

Noſtram ſententiam ſequuntur Ioan. Cenſeus Balliolanus *lib. 9. de libertate Chriſtiana cap.* 13. Molanus *in ſua Theologia Practica tractat. 5. cap.* 8. Dominicus à Soto *lib. 1. de Iuſtitia, quæſt.* 5. licet in eo differentiam ponat inter Ciuilem & Eccleſiaſticam poteſtatem , idque malè : Iacobus Latomus *libello de variis quæſtionum generibus, quibus certat Eccleſia cum hæreticis , & lib. de Eccleſia & legis humanæ obligatione.* Gregorius à Valentia *in D. Thomam diſputat. 7. Quæſt. 7. punct.* D 6. D. Antoninus *tractatu de prima filia inanis gloriæ , quæ eſt inobedientia.* Ioannes Viguerius *ad verba Pauli , Romanorum* 13. Saſbout *in epiſt. ad Romanos* , Litanus *in eandem epiſtolam.* Ioannes Aſorius *lib. 5. Inſtitutionum Moral. cap.* 6. Bartholomeus Furnius , *in ſua ſumma , verbo inobedientia*, author Summæ , quæ Piſanella dicitur , *eodem verbo inobedientia*; Gabriel Biel *in 4. diſtinct. 16. Quæſt.* 3. qui latè probat noſtram ſententiam , & authores allegat , B. Thomam , B. Bonauenturam , D. Antoninum , Feltrium , Bartolum, Cardinalem, Archidiaconum, Ioannem Andreæ ; item à nobis ſtat Hermannus Colonienſis Archiepiſcopus *in catechiſmo ad* E *Parochos ſuos.* Iacobus à Graffijs *in ſuis deciſionibus aureis lib. 2. cap.* 10. Franciſcus à Victoria relectio. 3. *de poteſtate Ciuili* , Toletus *de ſeptem peccatis lib. 1. cap.* 20. Bellarminus *controuerſia de Laïcis cap.* 11. Couaruuias *parte 2. relectionis. cap. peccatum* , de gabellis , & vectigalibus.

In contraria ſententia fuerunt Ioannes Gerſon , qui ait Legem Humanã non obligare extra materiam legis diuinæ , & ita non obligare viſuã neque ad peccatum veniale. Item Nauarrus Enchirid. 1. num. 48. cùm ait poſſe quoque leges humanas iuſtas quatenus ſunt humanæ, tam ſæculares , quàm Eccleſiaſticas , obligare & in foro conſcientiæ , ad peccatum veniale ; imo & mortale; idque malè : nam cùm ait poſſe , ſentit

non ſemper obligare ; cùm ait quatenus bomanæ, non videt, ratione poteſtatis à Deo acceptæ, non eſſe ſimpliciter bumanas, ſed diuinas. Deinde malè ait etiam, nullas leges, quarum latores id non intenderunt, obligare ad mortale : nam obligatio illa legum, non pendet ab intentione legiſlatoris, quæ eſt extrinſeca : ſufficit enim præcipi aliquid, nam inde ſequitur obligatio; & licet intenderet quis vt in re leui, puta verbo otioſo, eſſet peccatum mortale. ſen obligatio ad illud, non ſequitur inde talis obligatio ; putà, ex verbo otioſo peccatum mortale : quia qualitas materiæ conſideranda eſt ex maiori, vel minori oppoſitione cum recta ratione ; de qua re vide Cardinalem Bellarminum *controuerſia de Monachis, cap.* 10.

Item apponit aliã regulã Nauarrus *enchirid. c.* 23. *num.* 49. omnem illam legem & ſolam obligare ad mortale, quæ habet verba præceptiua, vel prohibitiua ; non verò, quæ ſolùm habet verba ordinatiua, vel conſtitutiua : & malè etiam: nam in re magni momenti, putà pro ſtatu publico, verba illa præceptiua nihil faciunt, ſicut nec intentio : & ſanè Nauarrus ipſe duram hanc ſententiam putat : nam fieri poſſet, vt verba præceptiua, appoſita in re leui, non inducerent hãc obligationẽ, vt patet de præceptis Decalogi. Nec obſtat Clementina *exiui. §. cùm autẽ, de verb. ſign.* in qua dicitur D. Franciſc. noluiſſe obligare ſuos æqualiter ad omnes ſuas Regulas, ſed quoties dicit, præcipio, voluiſſe obligare ad mortale : nam illud ſpeciale ibi fuit D. Franciſcum ex arbitrio ſuo hanc notam appoſuiſſe, & ad hunc caſum reſtringendam eſſe Clementinam. Verbum enim, præcipio, non vniuerſaliter inducit vim præcepti ; & licet importet obligationem, non tamen ad mortale ait Thom. Cardinalis Sancti Sixti, licet, ait, rationabile videatur propter Clementinam, vt plurimum obligare.

Item ait Nauarrus Conſuetudinem ita interpretari leges humanas, vt non obligent ad peccatum mortale, etiamſi verbo præceptiuo vtantur, ſi ſint Ciuiles, non ſi Eccleſiaſticæ ; & malè : nam conſuetudo illa corruptela quidem eſt, nec habet locum, niſi quando nulla eſt lex in contrarium *l.* 32. *D. de legib.* At hîc eſt lex cõtraria, *obedite principib. &c.* & ſane Cardinalis Tolet. & Dominic. Soto hanc ſententiam erroneam putant ; & in eo quod de Ciuilibus ait, præceptiua verba habentibus, ſibi contradicit; & miror Nauarrum diſtinguere inter leges Ciuiles, & Eccleſiaſticas : nam vtræque eodem modo obligant, vt rectè Latomus loco citato. nam locus D. Pauli ſuprà, eſt de Ciuilibus : agit enim de Tributis, vt recte obſeruat Latomus loco citato. Miror etiam Dominicum Sotum diſtinguere ; cui contrarius etiam in eo eſt Gregor. à Valentia *in D. Thomam diſputat.* 7. *quæſt.* 6. *puncto* 6. Molanus loco citato, Vignerius, Antonius, Aſorius, & alij, vt Silueſter *verbo lex.*

Alij dixerunt leges Ciuiles non obligare, niſi in caſibus ſcandali & contemptus. Sed non eſt dubium quin ſic omnes leges obligent ad peccatum mortale ; ſed etiam citra contemptum vel ſcandalum, ex aliqua negligentia obligabunt, vel etiam ex paſſione, niſi fuerit ex ſubreptione vel ignorantia excuſante, vt rectè Gabriel Biel loco citato, qui ait, etiam conſilia ſub mortali obligare ad non contemnendum, & ita non eſ-

A ſet diſtinctio inter præcepta & conſilia : & refellit etiam dictam ſententiam, de contemptu & ſcandalo D. Antonin. *tract. de prima filia inanis gloria, quæ eſt inobedientia*, qui facit, ait, quoque præcepta diuina, vel bumana, ſumendo propriè præceptum vt differt à conſilio, etiamſi non faciat ex contemptu, ſed ex negligentia, peccat mortaliter. nec dicas nomine negligentiæ intelligi diſſolutam, quæ dolo comparatur: nam talis negligentia contemptum induceret; ſed intelligitur leuis negligentia.

Rurſus Nauarrus ait nullas leges pœnales, ſiue ſint merè pœnales, ſiue mixtę, obligare ad B culpam letalem, ſed tantùm ad pœnam luendam, in *Enchirid. cap.* 23. *num.* 6. *&* 8. ita enim intelligunt Nauarrum Azorius *lib.* 5. *inſtitution. cap.* 6. & Cardinalis Tolet. *de ſeptem peccatis mortalibus, cap.* 20. Is tamen *conſil.* 3. *de Conſtit.* ait, ſe diu bæſiſſe, & diſtuliſſe reſponſum iis, qui merces forte traducebant, quaſi pœnam luendo Regi ſatisfaciant ; non audebat tamen odium Principum arceſſere ; & volebat mercatores iuuare. Malè autem Nauarrus ita reſpondit, nam pœna illa. etiam in mixtis pœnalibus, non tollit obligationem, ſed auget ; quod enim præcipitur, obligat ex ſe ad culpam, nunc mortalem, nunc venialem, vt dixi, pro ratione ma-C teriæ, putà ſi valdè repugnet tranſgreſſio bono publico & rationi ; nec pœna additur tanquam ſub diſiunctione, ſed coniunctim culpę : alioquin ſequeretur in præceptis diuinis, quibus pœna additur, non eſſe obligationem ad culpam, ſed tantùm ad pœnam, putà cùm pœna infligitur excommunicationis ; nam excommunicatio non infligitur niſi ob peccatum mortale. Sequeretur etiam per pœnæ ſolutionem, ſolui legem ; cùm potiùs legis virtus ſit punire, *l. legis virtus. D. de legib.* adde quod pœna additur ad terrorem tantùm ; *Exod.* 20. ſicut præmium ad exhortationem : at præmium non tollit obligationem legis ; ergo nec pœna. Deinde D ex Nauarri ſententia legiſlator pœnam pręcipuè intenderet, non obſeruationem ſuæ legis, ad quam non reſpicit niſi in ſubſidium. Item ſi pœna legis ſola intenderetur, careremus conſcientia vermi propter culpam, at non caremus. Item ſic, vbi culpa non eſt, erit tamen pœna, quod caret iuſtitia : velutiſi virgas meritus, capite plectatur ; & multò magis ſi nulla ſit culpa; quæ ſemper præcedit, aut præſumitur præceſſiſſe, vt notat Soto *lib.* 1. *de Iuſtitia & iure quæſt.* 6. *art.* 6. confirmatur *capit.* 2. *de Conſtit.* rem, ait, quæ culpa caret, in damnum vocari non conuenit, *& l. ſancimus Cod. de pœnis* ; ſancimus pœnam, vbi & noxa eſt : & ita ſentit Conarruuias *parte* 2. *Relectionis, cap. peccatum.* §. *de* E *gabellis*, qui citat Dominicum à Sancto Geminiano, Francum *in cap. perpetua, notabili* 6. Felinum, Decium. *in Relection.* 1. *capituli*, Silueſtrum *verbo inobedientia.* Ioannem Dried. *lib.* 1. *de Libertate Chriſtiana, artic.* 2. Ioannem Medinam *de Reſtitution. quæſt.* 12. *& quæſt.* 37. *ad* 6. Alphonſum à Caſtro, Dominicum à Soto.

Idem quod diximus de legibus pœnalibus mixtis, dici poteſt de merè pœnalibus, propter eaſdem rationes : & probatur à Soto *de Iuſtitia & Iure lib.* 1. *quæſt.* 6. & ita Molanus *in compendio Theologia practica, lib.* 5. *cap.* 9. legem, ait, pœnalem nullam eſſe arbitramur, nec vllum eſſe Superioris præceptum, cujus violatio non

non ſit culpa, etiam ſi Superior, ait, velit ſua præcepta, quæ dat, non obligare, niſi ad pœnam: a quo tamen vltimo recedit Aſorius, putans legiſlatorem poſſe manifeſtare, ſuam legem non ligare ad culpam. Idem cum eodem Molano addit Aſorius, leges, quę ſunt ſolùm conuentiones & pacta, ſeu ſtatuta, non obligare ad pœnam, ſed culpam tantùm. Bellarminus *lib. 3. de Monachis cap.* 11. ait videri implicare contradictionem, Principes obligare ad pœnam & non ad culpam, cùm culpa & pœna ſint Relatiua: nec Deum punire innoxium. Idem ſentit Toletus; Couarruuias etiam, qui, ait, licet lex purè pœnalis ex ipſa verborum forma non obliget ad culpam, obligare tamen virtute. Idem Richardus Hallus *in opere de quinque partita conſcientia, lib. 3. cap.* 29. confirmat, quia per peccatum mors intrauit in mundum; dictum erat, in quacumque hora comederitis, morte moriemini, lex pœnalis fuit; & tamen obligat ad culpam: ita etiam Medina *in* 1. 2. *quæſt.* 96. qui de vtraque lege loquitur purè pœnali, vel mixta. Alphonſus à Caſtro etiam eſt in ea ſententia *lib.* 1. *cap.* 8. *tractat. de lege pœnali*, licet dicat legem pœnalem, quatenus talem, id eſt ex ſonu verborum, non videri includere pœnam; quomodo loquebatur etiam Couarruuias. Idem a Caſtro, reddit rationem, vndè ortus ſit error Nauarri & C aliorum: Vulgus, ait, videns Doctores docentes legem pœnalem non obligare in conſcientia ad pœnam, inde deceptus eſt, vt putaret legem illam minimè etiam obligare in conſcientia, ad aliud, propter quod pœnam ſtatuit; Doctores, inquam, docebant legem non ligare ad culpam reſpectu pœnæ ſubeundæ, quod verum eſt; quia ad id ſubditus non tenetur ſub culpa, vt ſe offerat vltro ad pœnam luendam; cùm nemo ſit ſui tortor, & ſatis eſt, vt cùm infligetur à Iudice, eam ſubeat. Ioannes Benedicti ſecutus eſt Nauarrum: Henricus à Gandauo eandem ſententiam tenuit, quem etiam ſequutus Angelus de Clauaſio.

Ex his verò colligitur, quàm peſſimè poſito hoc fũdamento de lege pœnali, ſequatur ex Doctrina Nauarri, & ipſemet colligat, ſubtrahentes tributa Regi, non peccare, & eſſe liberatos ab omni culpa & obligatione reſtitutionis; & ſatis eſſe, quod ſe periculo pœnæ ſtatutæ committant: nam pœna edictis, puta fatto impoſita, non facit quin furtum ſit peccatum, vt rectè à Caſtro ante Nauarrum ſcripſit *lib.* 1. *de lege pœnali, cap.* 10. Nec obſtat quod addit Nauarrus, conſuetodinis ſaltem prætextu, poſſe fieri has defraudationes *in cap. confraternitas* 12. *quæſtion.* 2. hoc enim dicit ſibi diſſideos à prima opinione. Contra Nauarrum eſt Siluester *verbo, gabella* 3. *num.* 21. Armilla aurea, *verbo eodem*, Antoninus, Archidiaconus, Iacobus à Graphijs, Emanuel Sa, quem mirum eſt dicere, fraudare mortiferum eſſe peccatum, & tamen negare teneri ad reſtitutionem. Caietanus aliter ſenſit, iuſta quoque tributa debere ſolui, & non ſoluta reſtitui; ſed quia rarò iuſta tributa inueniri poſſunt, ideò nec debere reſtitui. Verùm potiùs præſumendum eſt omnia eſſe iuſta: & licet iniuſta viderentur, propter ſcandalum obligarent: & Chriſtus generaliter reſpondit, *reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari*; & niſi præſumatur pro iuſtitia tributorum, liberum erit populo & ſubditis dubitare de obligatione

A & euacuare leges de tributis.

Nec obſtat Cap. *peruenit, de cenſibus*, & *Caput quamquam, eod. tit. in Sexto*: nam in eis agitur de cenſibus, de quibus dubitatur an ſtatuti ſint, vi cenſus ignorantiæ, *d. cap. peruenit*; vel de quibus quis non eſt in poſſeſſione. Vide quid dicat *Driedo de libertate Chriſtiana, c.* 5. Et certè jus Tributorum nititur & lege diuinâ *Matthæi* 22. (reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari) & jure Naturali, quia Reges ſunt Miniſtri Dei, & pro miniſterio ſuo habent tributa: ſunt Paſtores populorum, milites alunt; vndè tributa neceſſaria. Vide de hac re *Canon.* 27. & 28. 11. B *quæſt.* 1. nec conſuetudo vlla poteſt tollere hoc jus, niſi Rege conſentiente.

Quæri poteſt de Lege, an etiam ex aliquo capite iniuſta, ſit ſeruanda, & putanda iuſta ex authoritate Regis eam facientis. & reſpondetur habendam eſſe iuſtam, & ſeruandam, licet ex aliquo capite ſit iniuſta. Nam ſemper ſubeſt aliqua ratio ferendi illam legem, quod ſufficit: & ſicut lex legem ſuperat, apud Gregorium Nazianzenum *epiſt.* 5, ita ratio rationem. Vnde aliquando lex priuata pugnat cum lege communi; *Can. duæ ſunt, 19. quæſt.* 3. & *cap. licet, de Regularibus*, & *cap.* 16. *de ſponſalib. & matrimon.* Et poteſtas Diaboli dicitur iuſta, cùm Deus permittit ei tentare ſeruos ſuos, ex D. Bernardo *lib. de modo benè viuendi, cap.* 62 omnis, ait, voluntas Diaboli iniuſta eſt, ſed tamen permittente Deo iuſta eſt poteſtas eius; & *lib.* 1. *Reg.* 18. vbi dicitur, quod inuaſit Spiritus Dei malus Saul; Spiritus, inquit, malus erat per malam voluntatem, & idem Spiritus domini erat per acceptam iuſtiſſimam poteſtatem. Idque D. Auguſt. *lib.* 3. *de Trinitate, cap.* 8. valdè confirmat: iniqui, ait, malitiâ voluntatem habent iniuſtam, poteſtatem autem nonniſi iuſtè accipiunt, ſiue ad pœnam ſuam, ſiue ad aliorum, vel pœnam malorum, vel laudem bonorum.

Ex quo colligi poteſt, quidquid ſtatuant Re-D ges, etiam mali, iuſtè conſtitui: ratione ſcilicet poteſtatis, quam habent, non tantùm permiſſu, ſed ordinatione Dei. Atque ſciendum eſt Reges in gubernatione ſua iuſtè multa facere, vnâ ratione, quæ aliâ ratione erunt iniuſta: nam gubernari aliter non poſſunt Regna: imo nec Moyſes aliter potuit leges dare populo, niſi cùm aliqua iniquitate, vt notauit Chriſtus de libello repudij; & alij notant, de vſura, quod alienis poſſent fœnerari. Optimè ſupradicta notauit Euthymius *in pſalm.* 67. *ad hunc verſ. pluuiam voluntariam ſegregabis Deus hæreditati tuæ*; nam per pluuiam voluntariam intelligit Euangelicum ſermonem, eo quod, inquit, Moſaica Lex E non data erat ex mera voluntate Dei, ſed potiùs ex diſpenſatione: neque enim optabat, aut volebat Deus Sacrificia, aut alias eiuſmodi varias obſeruationes, quæ habentur in lege; quis enim hæc exquiſiuit? & rurſus alibi Dominus, ad duritiam veſtram Moyſes hæc ſcripſit, ab initio autem, non erat ſic: Euangelicæ autem prædicationis ſermo, Diuinæ prorſus congruit voluntati. Et hoc eſt quod ait Paulus Hebr. 7. Quoniam lex nihil omnibus ſuis partibus perficit; & refertur ab Iſidoro Peluſiota *lib.* 1. *epiſt.* 68. quod etiam agnouit Philo Iudæus *lib. de ſacrificiis Abel & Cain*; vbi ait legem fuiſſe datam hominibus imperfectis, eoſque habere ſcripturam ſacram pro lege; ipſos verò Leuitas

Deum ipſum habere pro lege, non verò ſcripturam ſacram. Huc ſpectat illud *Pſalmi* 40. multa feciſti tu domine Deus meus mirabilia tua, ſacrificium & oblationem noluiſti, aures autem perfeciſti mihi, holocauſtum & pro peccato, non poſtulaſti; tunc dixi ecce venio. quaſi diceret ſe non tàm attendere ad ſcripturam ſacram ſacrificia inſtituentem, quàm ad ipſummet Deum. Secũdum id, vidit Petrus in vaſe omnes quadrupedes, & volucres, & ſerpentes, & voce ei factâ, ſurge, & occide, & comede; Petrus autem dicit, nequaquam Domine, quoniam omne commune & immundum nunquam comedi: & vox rurſus, quæ Deus mandauit, ne communia dixeris; vt ſic Deum accíperet pro lege: & Saül cùm hominem præter Dei placitum ſeruaſſet, Regno priuatus eſt; D. Baſilius *in Moralibus Regula* 43. *capite* 2. habet hanc capitis inſcriptionem de lege veteri, & de Euangelio ὅτι ὡς ὁ νόμος τὸ ἐν μέρει οὕτω τὸ εὐαγγέλιον τὸ ὁλόκληρον ἐν ἑκάστῳ τῶν κατορθωμάτων ἐπιζητεῖ: id eſt quod ſicut lex in ſingulis officiis quærit tantùm; ſi quædam tantummodo rectè fiant, ita Euangelium nihil penitùs deſiderari vult. Confirmatur aliam eſſe legem præter legem ſcriptam, nempe Deum ipſum; ſecundum quam Iſaias iuſſus eſt nudus incedere triduò, cùm eſſet tamen è Regia ſtirpe *capite* 2. de quo Deus ait, & portentum erit ſuper Ægyptum. Ezechiel. *capite* 4. iuſſus eſt veſci pane in ſtercore cocto: Hieremias *capite* 27. vt ſeruus vinclis onuſtus vias vrbis obambulauit, & Propheta ait ſocio, 3. *Regum* 20. percute me, quod cum non faceret, ait, percutiet te leo, & mox à leone interemptus eſt. Vide D. Chryſoſtomum de ea re, homilia ad Rom.

Can. *mala Conſuetudo* 1. & ſeqq. Canones 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. qui ſequuntur in hac diſtinctione 8. ſunt omnes de Conſuetudine: & cùm *ex can.* 5. *diſt.* 1. Conſuetudo ſit ius moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur, cùm deficit lex; & quod ratione conſtat, licet Scripturâ non conſtet: idem confirmatur hac diſtinctione; quod ſi conſuetudo ratione non conſtet, non eſt ſeruanda; cum ſit potius vetuſtas erroris quàm Can. *Conſuetudo* 8. veritas *can.* 8. *hac diſt* 8. & perniciosa corruptela *can.* 3. quæ facilè in priuilegiorum ius ab improbis aſſumitur, niſi radicitus euellatur *d. can.* 3. quare veritate & ratione contrariâ Conſuetudini manifeſtatâ, cedere debet Conſuetudo; quia Conſuetudinem ratio & veritas ſemper excludit *can.* 4. 5. *&* 6. *hac diſt.* 8. quod confirmatur ex eo quod Dominus dicit, ego ſum Veritas, & non dixit, ego ſum Conſuetudo *can.* 5. *&* 6. *ead. diſt.* Conſuetudo igitur ſeruanda, vel ea cui ſuffraga- Can. *Fruſtra.* 7. tur veritas *can.* 7. vel ea cui ſaltem non eſt contraria ratio & veritas; quia tunc veritati & rationi cedere debet Conſuetudo, vt oſtendimus ſupra, *& can.* 11. *diſt.* 9. *& can.* 1. *diſt.* 11.

DISTINCTIO IX.

IN hac diſtinctione can. 1. & 2. ſunt de legibus Imperatorum.

Can. *Imperatores.* 1. *Can.* confirmatur quod dictum eſt ſupra, legibus Imperatorum, quæ contra voluntatem Dei feruntur, non eſſe obtemperandum; ſecus, obtemperandum: quicumque legibus Imperatorum, quæ pro Dei veritate feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande ſupplicium; quicumque verò legibus Imperatorum, quæ contra veritatem Dei feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande præmium.

Can. *Iuſtum eſt.* 2. *Can.* vero 2. ait, iuſtum eſſe principem legibus ſuis obtemperare: tunc enim facilius cuſtodienda debet exiſtimare iura ſua, quando & ipſe illis reuerentiam præbet, *d. can.* 2. & veriſſimum eſt, quod Imperatores Theodoſius & Valentinianus ſcripſerunt, authoritatem principis de authoritate Iuris pendere, adeo vt & ipſe legibus ſe alligatum debeat profiteri, *l.* 4. *Cod. de legib. & inſtitut. quibus mod. teſt. infirm.* §. *vlt.* Imperator, ait, viuimus tamen legibus: & *l. Papinianus*, §. *Si Imperator, de inoffic. & l.* 4. *d. ad legem Falcid.* vnde Auguſtus petit veniam legis Voconiæ à Senatu, *l. volumus. Cod. de Teſtamentis.* Quod vero dicantur legibus ſoluti Imperatores, *l.* 31. *ff. de legib.* intellige caducariis, & pœnalibus; quod eæ ſint odioſæ: *l. quod principi. D de legib.*

Can. *Noli* 3. & ſeqq. Sequentes Canones à 3. vſque ad vltimum ſunt de Scripturæ ſacræ canonicæ, ac librorum aliorum authoritate. Et primum ſtatuitur Scripturam Canonicam tam Veteris quàm Noui Teſtamenti, certis ſuis terminis contineri, & præponi omnibus aliis ſcriptis; eſſeque ita certam, vt de illa nemo dubitare, nemo diſceptare poſſit, verum verum, vel rectum ſit quod in ea ſcriptum eſſe conſtiterit, *can.* 8. *hac diſt.* 9. quomodo *can.* 5. *Synodi Carthaginenſis* dicitur, de quibus diuina Scriptura apertiſſimè conſtituit, ea non decerni, ſed illa potius ſequi oportere.

Iam vero patet propriè Vetus & Nouum Teſtamentum dici Scripturam ſolum, non etiam Concilia ex *Nou.* 131. vbi Imperator dicit ſe quatuor Synodorũ Generalium dogmata, ſicut ſanctas Scripturas accipere; & ex *can.* 5. *Synodi Carthaginenſ.* in quo per Scripturam intelliguntur tantum Prophetæ, & Euangelia; vt colligitur ex eius fine: quod confirmatur *can.* 27. *Synodi Carthaginenſis*, in quo enumerantur libri Biblici, & vocantur Canonicæ ac diuinæ Scripturæ: ſicut etiam *can.* 5. *hac diſtinct.* 9. vbi ait S. Auguſtinus, ego ſolis eis Scriptorum, qui iam Canonici appellantur, didici hunc timorem honoremque deferre, vt nullum eorum ſcribendo erraſſe audeam credere; at ſi aliquid in eis offendero, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud quàm vel mendoſum eſſe codicem, vel interpretem non aſſecutum eſſe quod dictum eſt, vel me minimè intellexiſſe non ambigam. Vnde Clemens Alexandrinus *Stromat. lib.* 7. enumerat tantum Prophetas, Euangelium, & Apoſtolos, inter principia noſtræ doctrinæ; principium enim, ait, habemus doctrinæ dominum, qui & per Prophetas, & per Euangelium, & per Beatos Apoſtolos, multifariàm multiſque modis à principio ad finem deducit cognitiones: vbi etiam Scriptura ſacra dicitur κυριακὴ γραφή, id eſt Dominica Scriptura. Nec vero in eius explicatione vlla mendacia admittenda ſunt: alioquin Can. *vt veterum* 6. & eius authoritas eſſet nulla, *can.* 7. *hac diſt* 1. ſed ipſa Scriptura per Scripturam eſt explicanda, vt Can. *ſi ad Scripturas* 7. habet Clemens Alexandr. paulo poſt *loco citato*; & Regula hæc apponitur *can.* 6. pro libris Scripturæ ſacræ interpretandis; quod vt veterum librorum fides de Hebræis voluminibus examinanda eſt; ita nouorum, Græci ſermonis normam deſiderat: licet Caſſiodorus *lib.* 1. *diuinar. lection. cap.* 15. etiam rectè ſentiat vetus Teſtamentum poſſe conſiderari & examinari tàm

ſecundum Hebraicam Scripturam, quàm Græcam, ſcilicet propter verſionem Septuaginta Interpretum. Quod ſi, inquit, alia verba reperiuntur abſurdè poſita, aut ex his codicibus, quos Beatus Hieronymus in Editione LXX. Interpretum emendauit, vel quos ipſe ex Hebræo tranſtulit, intrepidè corrigenda ſunt; aut, ſicut B. Auguſtinus ait, recurratur ad Græcum pandectem, qui omnem legem diuinam dignoſcitur continere collectam; vel quibus poſſibile fuerit, Hebræam Scripturam, vel eius ductores requirere non detrectent: decet enim vt vnde ad nos venit ſalutaris tranſlatio; inde iterum redeat decora correctio: ita vt plus tribuat Hebraicæ Scripturæ quàm verſioni. Quâ ratione etiam vtitur D. Auguſtinus *lib 15. de Ciuitate Dei. cap. 13.* & comparans verſionem Septuaginta cum Hebraïca, ait, quod ſi diuerſæ ſint, potiùs credendum Hebraïcæ; vt in quæſtione de annis Mathuſalem, qui ex ſupputatione Septuaginta viſiſſe debuit quatuordecim annis poſt diluuium, & tamen nulla eius mentio in Arca. Vnde D. Hieronym. *in traditionib. in Geneſim* ait, errorem eſſe in numero. D. ergo Auguſt. ſic ait: cùm diuerſum aliquid in vtrilque codicibus inuenitur, quandoquidem ad fidem rerum geſtarum vtrumque eſſe non poteſt verum; ei linguæ potiùs credatur, vnde eſt in aliam per interpretem facta tranſlatio. Quò ſpectant verba Clementis Alexandrini *Stromat. lib. 1.* vbi, poſtquàm dixit Græcâ voce expoſitas eſſe Scripturas, vt nullum vnquam ignorantiæ prætextum poſſent adducere, rectè addit: aliter dicit aliquis de veritate, aliter veritas ſeipſam interpretatur; aliud eſt veritatis coniectura, & aliud veritas, aliud ſimilitudo, aliud idipſum quod eſt; quaſi diceret, aliud eſſe ipſam Scripturam, aliud Græcam verſionem.

Can. Ego ſolu. 5.

Can. 5 hic dicitur nunquam quidem credendum erraſſe Scriptores librorum Canonicorum; ſed poſſe eſſe mendoſos codices, vel interpretes non eſſe aſſecutos, quod dictum eſt; vel nos non intelligere: imo aliquandò verſio Græca aut Latina ſolet attenuare ſenſum Hebraicæ linguæ, vt dicit D. Ambroſius *in Pſalmum 37.* ſenſum, inquit, Scripturæ frequens tranſlatio ex Hebræo in Græcum, ex Græco in Latinum attenuare conſueuit. quod ipſimet Septuaginta Interpretes agnouerunt, cum multa nomina propter linguæ Hebraicæ venerationem in Græcam non tranſtulerunt, vt notat D. Baſilius *lib. 2. aduerſus Eunom.* Si qui ab initio ex Hebræorum lingua in Græcam tranſtulerunt, quædam nomina interpretari auſi non ſunt, ſed ipſam Hebraïcam vocem retinuerunt, vt Sabaoth, Adonai, Eloi, & huiuſmodi; nec in diuinis nominibus ſolùm, verum etiam in compluribus aliis hanc reuerentiam adhibuerunt; quibus verbis non tranſlatis, relicta ſunt velut crepundia ad dignoſcendum vnde profecta fuerit illa verſio. Et ſanè duplici de causâ, verſioni Græcæ, ſeu etiam Latinæ præferenda eſt Hebraica Scriptura, *Primò* quia LXX. plerumque aliquid addiderunt in ſua verſione, vt patet ex D. Ambroſio *lib. 3. cap. 5. in Hexameron*, multa enim, ait, a Septuaginta viris Hebraicæ lectioni addita & adiuncta comperimus. Et D. Hieronymus *epiſt. 89. ad Auguſt.* vbicumque, ait, virgulæ, ideſt obeli ſunt, ſignificatur, quod Septuaginta plus dixerint quàm habetur in Hebræo; & plerumque etiam aliquid detraxerint, aut immutauerint, vt illud Hieremiæ, peccatum Iudæ Scriptum eſt ſtylo ferreo, in vngue adamantino ſculptum ſuper pectus cordis eorum: & quoniam difficile eſt aliquem ſe malum confiteri, ideo Iudæi, qui exemplaria nonnulla falſarunt, in hoc loco pro peccato Iudæ, peccatum eorum poſuerunt. Origenes *Homil. 12. in Hieremiam cap. 1.* deinde alia ſequitur Prophetia, quam, neſcio quarè, apud Septuaginta non inuenientes in cæteris editionibus, quæ cum Hebræo conſentiunt ſermone, reperimus: à Septuaginta prætermiſſum eſt, teſte D. Hieronymo *in Hieremiam*, aut ſaltem immutatum, & pro Iuda, repoſitum eſt, eorum, quod ſanè potuerunt facere, ita dictante Spiritu Sancto, *teſte D. Auguſtino de Ciuitate Dei, lib 18. cap. 43.* eam tranſlationem, ait, quæ Septuaginta eſt, tanquam ſola eſſet, ſic recepit Eccleſia; Spiritus autem qui in Prophetis erat, etiam in Septuaginta viris erat, qui & prætermittere aliquid, & addere potuit auctoritate diuinâ. *Secundò*, quia nulla omninò lingua eſt, quæ non lepóres & virtutes aliquas habeat, quæ in aliam linguam ſine diſpendio transferri nequeunt; & hæc eſt cauſa, propter quam Auctor Eccleſiaſtici ſe excuſat in præfatione, his verbis; Hortor venite vos, cum beneuolentia, & attentiori ſtudio lectionem facere, & veniam habere in illis, in quibus videmur ſequentes imaginem Sapientiæ, deficere in verborum compoſitione: nam deficiunt verba Hebraica, quando fuerint tranſlata ad alteram linguam; non autem ſolùm hæc, ſed & Ipſa lex, & Prophetæ, cæteraque aliorum librorum, non paruam habent differentiam, quando inter ſe conferuntur.

Addique poteſt tertium ex D. Hieron. *in cap. 1. ad Epheſios* his verbis, multa enim verba ſunt, quæ nec de Græco in Latinum transferri poſſunt, nec de Hebraico in Græcum: vt ibidem oſtendit exemplo, dicens *meminem* vocem Græcam, quâ vtitur Paulus, vix Latino verbo poſſe reddi & D. Auguſt. *epiſt. 7.* alio exemplo demonſtrat ex his verbis Lucæ, non eſt veſtrum noſſe tempora: negat enim per vocem tempora, planè exprimi verba Græca χρόνος ἢ καιρός.

Eſt & 4. ratio, quia Scriptura Hebraïca dicitur data à Deo, aliæ vero ab Angelis ex Origene *Homil. 11 in Num.* ad hæc verba, venite deſcendamus, & confundam linguam eorum.

Nec obſtat quod Concilium Tridentinum habeat vulgatam Latinam editionem pro authentica, & vt nemo eam rejiciat, ſtatuit: nam id fit vt ea, in ſuo genere & inter Latinas præualeat, quam nullo modo comparat Græcæ, vel Hebraicæ; & cum Hebræa, & Græca iam eſſent authenticæ, neceſſe erat aliquam verſionem Latinam authenticam ſtatui, vt ſic eſſent tres ſacræ linguæ. iuxta illud Iſidori *lib. 9. cap. 1.* tres autem ſunt linguæ ſacræ Hebræa, Græca, Latina, quæ toto orbe maximè excellunt: his enim tribus linguis ſuper Crucem Domini à Pilato fuit cauſa eius ſcripta. Vnde & propter obſcuritatem ſanctarum Scripturarum, harum trium linguarum cognitio neceſſaria eſt, vt ad alteram recurratur, ſi quam dubitationem nominis vel interpretationis: ſermo vnius linguæ attulerit, ex quo loco colligas diuinâ prouidentiâ factum eſſe, vt Scriptura ſacra in tres illas linguas eſſet digeſta: & licet Græca, & Latina verſiones ſint, non eſſe tamen ſimplices verſiones: ſed ſicut ipſa He-

braïca Scriptura Prophetica fuit, ita etiam ad Prophetiam pertineat Græca, (& idem eſt de Latina) vt rectè ait Clemens Alexandr. *Stromat. lib.* 1. reddens rationem, cur Septuaginta Interpretes eodem modo expoſuerint Scripturam ſacram; his verbis: neque verò ab inſpiratione Dei erat alienum, qui Prophetiam dederat, vt interpretationem quoque tanquam Græcam efficeret Prophetiam; Deus enim potuit reuelare varijs modis ſuam legem, & ſua mandata: Quinimò dici poteſt, quædam in verſionibus addita, quæ plurimùm illuſtrant Hebraïcam Scripturam, & in quibus reuelandis ſibi quodammodo magis complacuerit, Deus, vt per eas deueniremus ad veram lectionem Hebraïcam, vt paſſim videre eſt: & ideo D. Auguſtinus *lib. 2. de doctrina Christiana* agnoſcit has verſiones eſſe neceſſarias; & Latinæ quidem linguę homines duabus alijs ad Scripturarum diuinarum cognitionem habent opus, Hebræâ videlicet, & Græcâ: quod confirmant Patres, & colligunt ea triplici titulo Crucis, vbi etiam linguarum prærogatiua apparet, vt oſtendit D. Proſper *de Promiſſ. cap.* 9. ex illo verſiculo Pſalmi 58. tituli inſcriptionem ne corrumpas. Quare iam tres ſunt Scripturæ authenticæ, Hebræa, Græca, & Latina vetus.

Non vna porro, nec tota Scriptura Canonica eſt, nec omnes libri in canonem referuntur, licet non ſint aſpernandi; imo legendi, vt ad pietatis cultum fiat initiatio, vt refert D. Athanaſius 39. *feſtiua epiſtola Canonica*, de Sapientia Salomonis, Sapientia Sirach, & Eſther, & Iudith, & Tobia, de qua te nos Dei gratiâ poſtea agemus.

Dicitur vero Scriptura ſacra Canonica, ſiue quia ipſa Canon eſt, & Regula viuendi; ſiue quia, qui eſſent veri libri Scripturæ & verè Canonici, per Canones Conciliorum Eccleſiæ definitum eſt, vt diximus ex D. Athanaſio, non omnes libros ſacros in Canonem eſſe relatos, & ideo D. Amphilochius *in Iambis ad Seleucum*, poſt enumeratos libros genuinos & germanos Scripturæ, ſic concludit:

——————— hic veriſſimus
Diuinitùs datarum eſt Scripturarum Canon.

Et licet præter vetus & nouum Teſtamentum nihil mereatur nomen Scripturæ, tamen canones Conciliorum ſicut Scriptura ſacra obſeruantur *ex d. Nou.* 131. ad quod reſpicit canon 3. hac diſt 9. noli meis litteris, quaſi canonicis Scripturis, inſeruire: id eſt noli putare canones.

Canones vero ſunt propriè ſeruandi, qui à Sanctis Patribus in vnaquaque Synodo expoſiti & editi ſunt ante 4. Synodum, quos quarta Synodus generalis nempè Chalcedonenſis confirmat *can* 1. *& can. à Sanctis Patribus* xxv. *Quaſt.* 1. canones Apoſtolorum, canones quinque Conciliorum generalium, item canones Ancyranæ, Neocæſarenæ, Gangrenæ, Antiochenæ, & Laodicenæ Synodi, licet ſint particulares, ſeu locales: item canones & decreta quorumdam Patrum, vt canones Dionyſij, Petri, Gregorij Thaumaturgi, Athanaſij, Baſilij, Gregorij Nyſſeni, Gregorij Nazianzeni, Amphilochij Iconij, Timothei Alexandrini, Cyrilli etiam Alexandrini, Gennadij, & D. Cypriani; quos admiſit dicta Synodus generalis *can.* 1. dicens, diuinos ca-
„ nones libenter amplectimur, eorumque conſti-
„ tutionem integram & illabefactabilem confir-
„ mamus, quæ edita fuerunt a Sancti Spiritus tu-
„ bis, omni ex parte benedictis Apoſtolis, & ſex

A Sanctis vniuerſalibus Synodis; iiſque quæ ad „
huiuſmodi decretorum traditionem localiter „
coactæ fuerunt; & noſtris Sanctis Patribus: ex „
vno enim omnes eodemque Spiritu illuminati, quæ erant vtilia decreuerunt. Non enim ſcripta particularium Epiſcoporum & Doctorum, pro canonicis litteris habentur *can.* 3. vnde ſcripta Can. Noli. 9.
Hilarij, Cypriani, & Agrippini, ab authoritate canonis diſtinguntur *can.* 9. *hac diſtinct.* 9. niſi ſcilicet ab aliquo concilio ſint canonizata: ita vt ſaluâ honorificentiâ, quæ talibus ſcriptis debetur, poſſimus aliter ſentire, eaque improbare & reſpuere. Nec tamen in particulari *can.* 8.
B 9. *&* 10. *diſtinct.* 9. vel per concilia ipſa *d. can.* 8. cuius rei ratio redditur *can.* 9. a D. Auguſtino de ſe loquente; in eo quippe numero ſumus, vt non dedignemur etiam nobis dictum ab Apoſtolo accipere, & ſi quid aliter ſapitis, id quoque Deus reuelabit.

Hic autem videndum eſt qui ſint libri Scripturæ ſacræ: & 1. ſciendum vetus Teſtamentum diuidi in quinque libros Legis, in octò libros Prophetarum, & nouem libros eorum, quæ dicuntur ἁγιόγραφα, vt docet Sanctus Hieronymus *in Prologo Galeato.* Libri Legis ſunt quinque: Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, & Deuteronomium. Libri Prophetarum Ioſue, li-
C ber Iudicum cum Ruth (quia tempore Iudicum ea fuit Hiſtoria): Samüel quem nos primum & ſecundum Regum dicimus: quartus liber 3. & 4. Regum: quintus Eſaias: ſextus Hieremias: ſeptimus Ezechiel: octauus liber Prophetarum duodecim minorum. Agiographa ſunt liber Iob, Dauid, Salomonis Prouerbia, Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum, Daniel, Paralipomenon, Eſdras, Eſther. Sic enim conficiuntur libri 22. quos aliqui in viginti ſeptem diuidunt; duplatis quinque libris; ſcilicet Samüel, Regum, Paralipomenon, Eſdræ, & Ieremiæ cum Lamentationibus. & hæc tria à Iudæis Biblia appellabantur, vt ait Epiphanius *hæreſi Nazaræorum*
D *cap.* 7. *νομοθεσία*, inquit, *ἢ προφῆται ἢ γραφεῖα τὰ παρὰ Ἰουδαίων τελειότατα βιβλία.* Illi vero omnes libri conficiunt viginti duos libros, totidem nempè quot ſunt elementa apud Iudæos, vt ait ibid. Hieronymus, & Epiphanius *hæreſi Epicuræorum*; vbi etiam docet hæc diuidi in 27. & contrahi in 22. quod decem ex illis in quinque duplantur, *dicta hæreſi Epicuræorum cap.* 6. & idem Hieronymus addit, vt ſcire valeamus quidquid extra hos eſt, inter apocrypha eſſe ponendum. Igitur Sapientia quæ vulgo Salomonis inſcribitur, & Ieſu filij Sirach liber, & Iudith, & Tobias non ſunt in canone; Machabæorum primum librum Hebraicum reperi, ſecundus Græcus eſt, quod ex ipſa
E quoque phraſi probari poteſt. Epiphanius verò *d. cap.* 6 addit, ſunt & alij duo libri, quos illi pro dubiis habent. *ἐν ἀμφιλέκτῳ*, nimirum Sirach, & Salomonis Sapientia, præter alios quoſdam, qui apocryphi dicuntur. Tamen idem Hieronymus in librum Iudith, ait hunc librum, qui apud Hebræos eſt inter Agiographa, in Nicæna Synodo computatum in numero ſanctarum Scripturarum; & iſti libri licet non eſſent in canone, habent tamen aliquam authoritatem. Hieronymus dicta præfatione in Iudith, & Origenes in Ieſu Naue, homil. 1. cap. 1. vtitur quodam ſimili libro. Denique ait, & in libello quodam, licet in canone nō habeatur, myſterij tamen huius figura deſcribitur. His conſentit Athanaſius *ep.* 39. qui etiam

nec Eccleſiaſticum, nec Sapientiam ponit inter libros Canonicos & diuinitus datos, vt ipſe loquitur: viſum eſt, inquit, mihi ἐκθέσθαι τὰ κανονιζόμενα καὶ παραδοθέντα πιστευθέντα τε θεῖα εἶναι βιβλία. Vide eundem in ſynopſi ſacræ Scripturæ. Cum iis quoque ſentit hac in parte Gregorius Nazianzenus in ſuis carminibus, Amphilochius tamen *in Iambis ad Seleucum*, Sapientiam ponit: non Eccleſiaſticum: nullique illorum ponunt etiam librum Iudith, Tobiam, & Machabæos. Nec concilium Laodicenum can. 60. & vlt. vbi nec etiam eſt Sapientia, nec Eccleſiaſticus. Can. vero 85. Apoſtolorum ponit Machabæorum tres libros; non Iudith, non Tobiam, non Sapientiam, nec Eccleſiaſticum, quem tamen commendat vt ἔξωθεν diſcendum. Innocentius I. *in epiſt. ad Exuperium Toloſanum, cap.* 7. ponit quinque libros Salomonis, non tres tantùm, vt Hieronymus, Epiphanius, Nazianzenus, & Amphilochius; item ponit librum vnum Tobiæ, vnum Iudith, duos Machabæorum.

Quod attinet autem ad Nouum Teſtamentum, idem Athanaſius loco citato ponit inter libros noui Teſtamenti Euangelia quatuor, Actus Apoſtolorum, & Epiſtolas ſeptem dictas catholicas; Iacobi vnam, Petri duas, Ioannis tres, Iudæ vnam; & Pauli quatuordecim, vnam ad Romanos, duas ad Corinthios, vnam ad Galatas, vnam ad Epheſios, deinde ad Philippenſes vnam, ad Coloſſenſes vnam, ad Theſſalonicenſes duas, & eam quæ eſt ad Hebræos, ad Timotheum duas, ad Titum vnam, vltimam ad Philemonem. Athanaſius putat hoc ordine ſcriptas, addit & Apocalypſim Ioannis. Canon Laodicenus omittit epiſtolam Iudæ, & Apocalypſim quoque, & in ordine epiſtolarum Pauli conuenit. Gregorius Nazianzenus omittit tantum Apocalypſim: Amphilochius non omittit, ſed à multis adulterinam putari ait: de Epiſtola ad Hebræos, aſſerit germanam eſſe, & malè notham dici à nonnullis; & conſentit Innocentius primus cum Athanaſio in recenſione librorum noui Teſtamenti: nihilque illorum omittit, & cum can. 27. concilij Carthagin. tam in libris noui quàm veteris Teſtamenti. Innocentium & Carthaginenſes ſecuti ſunt Patres Concilij Tridentini in recenſione Librorum. Vnde in recenſendis libris veteris Teſtamenti differunt ab Athanaſio, & aliis. Euſebius verò *lib. 3. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap.* 10. non loquitur de libris veteris Teſtamenti; ſed tantùm de libris noui Teſtamenti, & diuidit eos, in eos qui ſunt ἐν ὁμολογουμένοις, id eſt quæ omnium conſenſu approbata ſunt; inter quos ponit quatuor Euangelia, Actus Apoſtolorum, Pauli Epiſtolas, quas tamen ibi non enumerat, & priorem Ioannis, prioremque Petri tantùm; quibus, ait, ſi videatur adjungendam Apocalypſim; & in eos qui non ſunt ἐν ὁμολογουμένοις, quæ ſunt in duplici differentia; quædam enim ſunt τῶν ἀντιλεγομένων γνωρίμων δ' οὖν τοῖς πολλοῖς, id eſt quibus contradicitur a quibuſdam, & à pluribus recipiuntur, vt eſt Epiſtola Iacobi, & Iudæ, & ſecunda Petri, ac ſecunda & tertia Ioannis: quædam vero ſunt ἐν τοῖς νόθοις ponenda, vt Pauli Acta, & Paſtor, & Apocalypſis Petri: ſed illæ omnes diſtinctiones iam ceſſant poſt Concilium Tridentinum. & nulli ſunt libri ex illis canonicis, qui non debeant ab omnibus recipi, & ſine contradictione. Apocryphi verò, & nothi, nunquam admiſſi ſunt, nec ſunt admittendi: de quibus Gelaſius in can. 3. diſt. 15. Illi autem Libri dicuntur eſſe canonizati, traditi, crediti, & diuini: Libri ab Athanaſio vbi ſupra, & in canone recepti ab Innocentio I. ibidem, & diuinitus inſpirati ab Amphilochio ibidem. & Soli libri canonici approbantur κανονικὰ βιβλία non ἀκανόνιστα, vt loquitur canon 59. Synodi Laodicenæ.

Quod attinet ad librum Apocalypſis, hunc recipiunt Iuſtinus in dialogo, Tertullianus lib. 4. in Marcionem, Irenæus lib. 5. cap. vlt. & auctorem quoque illius Ioannem Apoſtolum agnoſcit Gregorius Nyſſenus, ſed Apocryphum appellat. Dionyſius verò Alexandrinus, licet diuinum & canonicum aſſerat, tamen an Ioannis ſit Apoſtoli, an alterius Ioannis dubitat; & refellit Caium quemdam, qui illum Cerintho hæretico tribuebat.

De Epiſtola ad Hebræos, Origenes in Matthæum cap. 21. tract. 26. ait quoſdam abdicare epiſtolam ad Hebræos, quaſi non ſit Pauli: eâ tamen vt Pauli vtitur Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromat. Chryſoſtomus, & Theodoretus eam habent pro epiſtola Pauli.

Hæc igitur Scriptura ſacra in hac diſtinctione 9. ita præponi debet omnibus Epiſcoporum literis, vt de ea dubitari vel diſceptari non poſſit; can. 8 neque enim quorumlibet diſputationes, quamuis catholicorum, & laudatorum hominum, velut Scripturas canonicas habere debebas, can. 10. quis hoc genus literatorum ab authoritate canonis eſt diſtinguendum, can. 9. & D. Hieronymus dicebat in can. 5. ego ſolis eis Scriptorum, qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem, &c. vt ſupra citaui ab Auguſtino nam ſi ad Scripturas ſanctas admiſſa fuerint vel officioſa mendacia, quid in eis remanebit authoritatis? can. 7. & certum eſt aliorum ſcripta Epiſcoporum, per ſermonem forte ſapientiorem peritioris alicuius, & per aliorum Epiſcoporum grauiorem authoritatem, vel prudentiam, & per concilia licere reprehendi can. 9. & 10. Quare S. Auguſtinus in can. 3. dicebat, Noli meis literis, quaſi canonicis Scripturis inſeruire, ſed & in illis crede, in his noli firmum tenere: & can. 4. Denique vt ait idem Auguſt. in can. 6. diſt. 19. in Canonicis Scripturis Eccleſiarum Catholicarum quamplurimum diuinarum Scripturarum ſolertiſſimus indagator authoritatem ſequatur, inter quas ſanè illæ ſunt, quas Apoſtolica ſedes habet & epiſtolas accipere meruerunt, quem canonem malè Gratianus refert ad decretales epiſtolas Romanæ ſedis, vt notant Romani Correctores, & patet ex ipſo contextu; adde quod cum agatur etiam hic de epiſtolis quas accipit Romana ſedes ab aliis, illæ quoque non minùs eſſent canonicæ Scripturæ, quàm quas ipſa mittit; vt erant ſynodicæ epiſtolæ, quas Patriarchæ electi ad alios Patriarchas mittebant, in quibus ſuam fidem exponerent, vt teſtatur Gregorius epiſt. 4. ad Secundinum incluſum lib. 7. cap. 53. Regiſtri: qualis eſt illa Tharaſij ad Epiſcopos Orientis in 7. Synodo act. 3. in principio: & cùm Epiphanius Syncellus ordinatus fuiſſet Epiſcopus Conſtantinopolitanus, nec Synodicam miſiſſet ad Hormiſdam Papam, ab eo reprehenditur tanquam violator vetuſtæ conſuetudinis, ep. 68. & in concilio Florentino, ſeſſ. 12. Marcus Epheſinus teſtatur hunc morem ſuo tempore adhuc ſeruatum, vt alij Patriarchæ Synodicam mitterent ad Conſtantinopolitanum Patriarcham;

Can. *Quis neſciat.* 8. & ſeqq.

& in dicta *Synodo 7. actione* 2. Hadrianus refert verba Synodicæ Tharaſij ad ſe miſſæ, apud *Athanaſium Bibliothecarium.*

Quod Scripturæ omnibus præferantur, Athanaſius de Synodis Arimini & Seleuciæ, fruſtra circumcurſitantes prætexunt ob fidem Synodos ſe poſtulare, cum ſit diuina Scriptura potentior omnibus: quòd ſi ad hanc rem vſus Synodi deſideretur, ſuperſunt Acta Patrum: nam neque in hac parte negligentes fuerunt qui Nicææ conuenerunt &c. *lib. 3. contra Maximum. tom. 6.* ſed nunc nec ego Nicænam, nec tu debes Ariminenſe, tanquam præiudicaturus, proferre concilium, nec ego huius authoritate, nec tu illius definieris: Scripturarum authoritatibus non quorumcumque propriis, ſed vtriſque communibus teſtibus, res cum re, cauſa cum cauſa, ratio cum ratione concertet: vtrique legemus: & idem Athanaſius oratione contra Gentes tom. 1. ſufficiunt, ait, quidem per ſe tum ſacræ & diuinitùs inſpiratæ Scripturæ ad veritatis indicationem, cum plurimi de eadem re libri à ſanctiſſimis Magiſtris conſcripti, quos ſi quis euoluat intelliget aliquo modo Scripturarum mentem.

DISTINCTIO X.

Can. quoniam idem. 8.

HVius Diſtinctionis fundamentum petendum eſt ex canone 8. à quo debuit incipere Gratianus; quoniam, inquit idem Mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus ſic actibus propriis, & dignitatibus diſtinctis officia poteſtatis diſcreuit, propriâ volens medicinali humilitate hominum corda ſurſum efferri, non humana ſuperbia rurſus in inferna demergi, vt & Chriſtiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro curſu temporalium tantummodo rerum Imperialibus legibus vterentur: quatenus ſpiritalis actio à carnalibus diſtaret incurſibus, & ideo militans Deo non implicaret ſe negotiis ſecularibus; ac viciſſim non ille rebus diuinis præſidere videretur, qui eſſet negotiis ſæcularibus implicatus. idemque habetur *Can. 6. diſt. 96.* & confirmatur à Syneſio *ep. 57. & ep.* 121. ex quibus patet olim, Sacerdotium & Regnum conjuncta fuiſſe, ſed à Chriſto diuiſa; & a Rabbi Kimhi *in Pſalm.* 132. *Ecce quàm bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum*, vbi ait referente D. *de Muis* Profeſſore Regio, ſibi videri hunc totum Pſalmum intelligi debere de Rege Meſſia, & Summo Sacerdote, qui illius temporibus erit, explicandum eſſe; duo enim, inquit, illi ſupremi ſunt inter Iſraëlitas, eorumque Domini, Rex namque ſolio Iudicij & Regni inſidet, vt præcipiat quæ, & quibus viſum fuerit: Sacerdos legem docet & præcepta: fratres, inquit, vocat, quòd vterque ſit in dignitate, neque vnus alteri debeat inuidere; atque huc pertinere ait quod *Zacharia* 4. dicitur de duabus oliuis quas Zacharias è Babylonica captiuitate reuerſus, ad dexteram & ſiniſtram vidit candelabri, per quas Zorobabel dux, & Ieſus ſeu Ioſia ſummus Sacerdos ſignificantur; & ibidem Verſu 14. duo filij olei qui aſſiſtunt dominatori vniuerſæ terræ, dicti ſunt, quod vterque oleo vnctionis vnctus eſſet, hic ad Sacerdotium, ille ad Regnum. Quamobrem rectè dicitur eo Pſalmo, ecce quàm bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum, id eſt Sacerdotem & Regem, vti Zachariæ 6. dicitur, vt conſilium pacis ſit inter illos duos; additur vero in dicto Pſalmo, ſicut vnguentum, quod pertinet ad Sacerdotem, & ſicut ros, quod pertinet ad Regem *ex Prouerb.* 19. 12. quaſi diceret, habitent in vnum, & conjungantur inter ſe tam arctè quàm vnguentum capiti Aaron & barbæ eius, & ros conjungitur monti Hermon, vel Sion. Quæ valdè cõfirmant rationem quam affert Papa, cur Deus diſtinxerit has duas poteſtates: & in hanc rem valdè facit locus Procopij *in 1. Regum, cap.* 25. vbi dicit in omnibus Sanctis eſſe ἐλλείμματα, id eſt defectus, qui à diuina Prouidentia replentur, & eos relinqui in eis à Deo, ne efferantur, vel inſoleſcant, vt in Petro propter negationem, in Paulo erat Angelus Satanæ: ſicut enim gratiæ Sanctorum Deus apponit aliquod delictum vel tentationem, ita & poteſtati hominum defectum alterius poteſtatis; & terrarum ac locorum fœcunditati aliquam ſterilitatem. Quomodo voluit diſtinguere poteſtatem Papæ à Regia, vt altera alterius ope indigeret, can 8. Quod ſanè neceſſarium eſt, cùm vtraque tendat ad ſalutem hominum, licet diuerſâ ratione, teſte Iſidoro Peluſiota *lib. 3 ep.* 242. ex Sacerdotio, ait, & Regno rerum adminiſtratio conflata eſt: quamuis enim permagna vtriuſque ſit differentia; illud enim velut anima eſt, hæc velut corpus: ad vnum tamen & eundem finem tendunt, hoc eſt ad hominum ſalutem; & vtrumque eſt ab eodem principio, nempe à Deo: & rectè Iuſtinianus *authentica quomodo oporteat Epiſcopos, &c.* maxima, ait, in omnibus ſunt dona Dei à ſupernâ collata Clementia; Sacerdotium & Imperium, illud quidem diuinis miniſtrans, hoc autem humanis præſidens, aut diligentiam exhibens; ex vno eodemque principio vtraque procedentia, humanam exornant vitam. Et conſequenter Regnum eſt res diuina ſicut & Sacerdotium θεῖον ἔργον, vt vocat Syneſius *ep.* 57. Regia, inquit, dignitas amabilem facit, eamque Plato diuinum inter homines bonum appellat. Vnde dignum eſt obſeruatione, quod dicitur ab Anaſtaſio Papa apud Burchardum *lib.* 15. *cap.* 15. Regem eſſe Vicarium Dei: pectus ait Clementiæ veſtræ, ſacrarium eſt publicæ fœlicitatis, & per inſtantiam veſtram quam velut Vicariam præſidere iuſſit in terris, Euangelicis Apoſtoliciſque præceptis non durâ ſuperbiâ reſiſtatur: ex quo ſequitur Regi obediendum, ex eodem Burchardo *lib.* 15. *cap.* 23. in libro ait Regum legitur, qui non obedierit Principi morte moriatur; In concilio autem Agathenſi præcipitur, anathematizetur: & *cap.* 38. dum Apoſtolus dicat non eſt poteſtas niſi à Deo, quomodo per Prophetam dicit, dabo, inquit, tibi Regem in furore meo, quò manifeſtiùs elucet bonam malamque poteſtatem à Deo ordinari; ſed bonam à propitio, malam ab irato: Reges quando boni ſunt, muneris eſſe Dei, quando vero mali, ſceleris eſſe populi. Æquè verò tribuitur ordinationi diuinæ Regia poteſtas ac Sacerdotalis, apud D. Paulum, *in epiſt. ad Rom. cap.* 13. non eſt poteſtas niſi à Deo, quæ autem ſunt a Deo, ordinata ſunt; itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit, &c. quod etiam Euthymius *in Pſalm.* 148. valdè confirmat in hunc verſum, Reges terræ & omnes populi. rurſum ait, hoc in loco aliud pertractat diuinæ Sapientiæ opus, vniuerſum orbem in Principes atque in ſubditos diſtinxiſſe.

Reges autem & Principes & Iudices appellat, eo quod dominantur, regunt, & iudicant; laudate enim, inquit, Dominum, vos quidem, quia præpoſiti & præfecti eſtis; populi verò, quia ſtudio atque curæ & ſollicitudini Superiorum à Deo donati ſunt, vnà autem omnes id facite, quoniam ex hac ordinum varietate ordinem quemdam Deus in humano genere conſtituit. Verùm quòd Principes imperent ac dominentur diuinum quidem opus eſt, hoc eſt à Deo datum; quod verò malè imperent, hoc ad ipſorum Principum pertinet peruerſitatem. Idem dicit Gregorius Nazianzenus *orat. 17. ad ciues Nazianz.* ſubmittimus nos tum Deo, tum alij alijs, tum iis qui Imperium in terra gerunt, Deo quidem omnibus de cauſis; alij alijs, propter charitatis fœdera; Principibus denique propter ordinem, publicæque diſciplinæ rationem. Quæ cùm ita ſint, leges, ſeu capitula, vt vocantur, Imperatorum ſunt cuſtodiendæ, can. 9. diſt. 10. & leges etiam Patrum can. 11. diſt. ead. Et quidem leges Imperatorum, in publicæ rei quotidiana adminiſtratione, quâ Imperium eorum debet eſſe contentum, can. 5. Nam quamquam admirandus videtur Thronus regius, tamen rerum terrenarum adminiſtrationem ſortitus eſt, nec per poteſtatem hanc præterea quidquam habet authoritatis; nec enim licet Imperatori aliquid contra diuina mandata præſumere, nec quidquam quod Euangelicis, Propheticis, aut Apoſtolicis regulis obuiet agere, can. 2. imo nec in omnibus Eccleſiaſticis negotiis lege Imperatoris eſt vtendum, præſertim cum inuenitur Euangelicæ aut Canonicæ Sanctioni aliquoties obuiare: ad quod oſtendendum duo argumenta affert can. 1. vnum quòd, licet diuidat Prouincias Imperator in plures adminiſtrationes, non inde diuiduntur Diœceſes Eccleſiaſticæ. 2. quia iure Ciuili diſſoluitur Matrimonium per diuortium, non Iure Canonico, in his enim cauſis lex Imperatorum non eſt ſupra legem Dei, ſed ſubtus D. can. 1. Atque ita maximè cenſendum cùm de cauſis Dei agitur can. 3. & rectè Honorius Auguſtus in *epiſtola ad Arcadium*, quæ extat inter epiſtolas Innocentij, ſi quid de cauſa Religionis inter Antiſtites agitur, ad Epiſcopale ſtudium pertinere; ad illos enim diuinarum rerum interpretatio, ad nos Religionis ſpectat obſequium: & Baſilius Imperator in *fina Synodi actanæ generalis* ſic loquitur: de nobis, quid amplius dicam, non habeo, quàm quod nullo modo nobis licet de Eccleſiaſticis cauſis ſermonem habere; hoc enim inueſtigare & quærere Patriarcharum, Pontificum, & Sacerdotum eſt, qui Regiminis officium ſortiti ſunt, qui ſanctificandi, ligandi, atque ſoluendi poteſtatem habent, qui Eccleſiaſticas & Cæleſtes adepti ſunt claues, non noſtrum qui paſci debemus. Et Iuſtinianus *Nou.* 123. ſi Eccleſiaſticum negotium ſit, nullam communionem habento Ciuiles Magiſtratus cum ea diſceptatione, ſed religioſiſſimi Epiſcopi ſecundum ſacros Canones finem imponunto & D. Ambroſius, *ep. 32. ad Valentinianum*; ſi conferendum eſt de fide, Sacerdotum debet eſſe illa collatio, ſicut factum eſt ſub Conſtantino (ſcil. in concilio Nicæno) qui nullas leges ante præmiſit, ſed liberum dedit iudicium Sacerdotibus. Et ſanè id æquius eſt, vt rectè D. Cyrillus Alexandrinus *ep. 31. ad Ioannem & Synodum Antiochenam*, & refertur in *Synodo Epheſina cap. 5.* eſt autem

Can. de Capitulis. 9.

Can. imperium 5.

Can. 1.

Can. certum eſt. 3.

A multò melius, & iuſtius, vt Eccleſiaſticæ quæſtiones in Eccleſiis agitentur ac formentur, & non apud alios externos, quibus ſanè huiuſmodi tractatio prorſus non conuenit: & confirmatur can. 3. diſt. hac noſtra. Deus enim dedit Sacerdotibus poteſtatem & principatum multò præſtantiorem Principatibus Regum, can. 6. diſt. ead. præſtantiorem ſcilicet in hoc, nam vt rectè D. Ambroſius *ep. 31. ad Valentinianum*, quis eſt, qui abnuit, in cauſa fidei Epiſcopus ſolere de Imperatoribus Chriſtianis, non Imperatores de Epiſcopis iudicare? & *epiſt. 3. ad Marcellinam Sororem*, noli te grauare Imperator, vt putes te in ea, B quæ diuina ſunt, Imperiale aliquod ius habere; noli te extollere, ſi vis diutius imperare; eſto Deo ſubditus: ſcriptum eſt enim quæ ſunt Dei Deo, quæ Cæſaris Cæſari: ad Imperatorem Palatia pertinent, ad Sacerdotem Eccleſiæ, &c. adde *can. 11. diſt. 96.* ſi Imperator Catholicus eſt, filius eſt, non præſul Eccleſiæ; quod ad Religionem competit, diſcere ei conuenit, non docere; ad Sacerdotes enim Deus voluit, quæ Eccleſiæ diſponenda ſunt pertinere, non ad ſæculi poteſtates, quas, ſi fideles ſunt, Eccleſiæ ſuæ Sacerdotibus voluit eſſe ſubjectas; & illud D. Athanaſij *in epiſt. ad Solitariam vitam agentes*, referentis Hoſij verba ad Imperatorem Conſtantium: ne C te miſceas Eccleſiaſticis, neque nobis in hoc genere præcipe, ſed potiùs ea à nobis diſce: tibi Deus Imperium commiſit, nobis quæ ſunt Eccleſiæ concredidit; & quemadmodum qui tuum Imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi diuinæ; ita & tu caue, ne quæ ſunt Eccleſiæ, ad te trahens, magno crimini obnoxius fias: de te ſcriptum eſt, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. neque igitur fas eſt nobis in terris Imperium tenere, neque tu thymiamatum & ſacrorum poteſtatem habes Imperator. Ex quibus vides in cauſis fidei, & quoad Religionem, poteſtatem Eccleſiæ eſſe ſupra Reges & Imperatores; ſunt enim intra Ec- D cleſiam, non ſupra, vt rectè D. Ambroſius in *oratione 1. contra Auxentium*. Imperator bonus intra Eccleſiam, non ſupra Eccleſiam. Vnde conſtitutiones factæ contra canones, & Decreta Præſulum Romanorum, nullius ſunt momenti can. 4. hac diſt. 10. ſicut è contrario, in aliis, quæ ad ſalutem Regni temporalem pertinent, Princeps eſt ſupra Pontifices. Gregorius *lib. 2. ep. 64.* agnoſcebam Imperatorem & Principem a Deo conceſſum, non militibus ſolùm, ſed & Sacerdotibus etiam dominari. D. Auguſtinus Proculeiano *ep* 147 agnoſcit hanc reciprocam poteſtatem, loquens de vtraque corona: per coronam noſtram nos adiutant veſtri, per coronam E veſtram nos adiutant noſtri, quod ſanè non eſt inconueniens. *can. 1. diſt. 23. in concilio Toletano* dicitur qui ſe ſcit aliquibus eſſe præpoſitum, non moleſtè ferat aliquem ſibi eſſe Prælatum; ſed obedientiam, quam exigit, ipſe dependat. Confirmatur reciprocam eſſe poteſtatem ex Gotfrido *opuſc.* 4 vbi ex eodem Iure diuino Pontifices ſunt ſubditi Regibus, & Reges Pontificibus; & ſicut anima & corpus à ſe inuicem pendent, ita Sacerdotium & Regnum, quæ duo miniſteria coniunguntur in Eccleſia, vt corporaliter erant conjuncta in Chriſto. Et D. Chryſoſt. *in commentaria ad illud Pauli ad Romanos*, omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita eſt, rectè addit, & optimè, etiamſi Apoſtolus

Can. ſuſcipimus. 6.

Can. Conſtitutiones.

fuerit, ſiue Euangeliſta, ſiue Sacerdos, ſiue Monachus. & *can. Principes* xxiij. *Quæſt* 5. dicitur Deus Eccleſiam ſuam tradidiſſe poteſtati Principum, vt eam tuendam ſuſcipiant. Hinc Conſtantinus *apud Euſebium, in eius vita*, dicebat Epiſcopis. vos, inquit, intra Eccleſiam, ego extra Eccleſiam à Deo Epiſcopus conſtitutus ſum, *lib. 4. cap. 29. & lib. 3. cap. 26.* dicit ſe vnum ex Epiſcopis. ipſe tanquam vnus è veſtrûm numero, præſto ad ſui vnà, non enim recuſabam, ſed gaudebam eſſe vobiſcum Miniſter *συνθεράπων ὑμέτερος*.

Secundò Princeps eſt ſupra Pontifices ratione Iuſtitiæ exterioris, quam reddit ſuper omnes, vt dicitur 2. *Reg.* 14. tu autem Domine mi Rex ſapiens es, ſicut habet ſapientiam Angelus Dei; vt intelligas omnia ſuper terram. & *Pſalm.* 71. Deus Iudicium ſuum Regi dedit, & iuſtitiam ſuam filio Regis. vnde poteſt etiam, poſt Iudicium Epiſcoporum iudicare in cauſis Eccleſiaſticis, vt videat an eorum Iudicium, aut eius executio afferat aliquod damnum ſaluti Regni. quomodo D. Auguſtinus *ep.* 48. & Optatus Mileuitanus *lib.* 1. dicunt de Conſtantino, ipſum in cauſa Cæciliani Epiſcopi, poſt iudicium Epiſcoporum, quos ipſe commiſerat, per appellationem iudicaſſe. Sozomenus *lib. 1. cap.* 17. ſcribit Patres Nicænos ei obtuliſſe ſuos libellos querelarum, vt de illis iudicaret. Athanaſius etiam *in Apolog.* 2. appellauit ad ipſum Conſtantinum, qui de ea re cognouit, ex Socrate *lib. 1. cap. 34.* & cum in cauſa Donatiſtarum, quæ coram Marcellino delegato ab Imperatore agebatur, Donatiſtæ eius Iudicium eierarent, D. Auguſtinus *lib. 1. cap. 7. contra Parmenianum*, reſpondit; an fortè de Religione fas non eſt vt dicat Imperator, vel quos miſerit Imperator? quà ratione dicitur *in prima Action. Synodi* 5. quod plenitudinem directionis contra hæreticos Serenitati Imperiali Deus cuſtodiuit; & idcirco cùm in eadem Synodo 5. *actione* 4. Menna Patriarcha induceretur à quibuſdam, vt nonnullos hæreticos anathematizaret, ita reſpondit, nihil eorum, quæ in Eccleſia mouentur, conuenit fieri præter Principem, & iuſſum Pij Imperatoris. & Patres *Concilij Cabilonenſis* ſtatuerunt ad Imperatoris ſacratiſſimum Iudicium omnia referenda, quatenus eius prudenti examine, ea quæ rationabiliter decreuimus, confirmentur, & ſicubi minùs egimus, eius ſapientiâ ſuppleantur: & Conſtantinus concilij Nicæni primi decreta ſuo ſigillo rata fecit, apud Euſebium *lib. 3. cap.* 22. idem, illud concilium cogendum imperauerat *eod. lib. cap.* 6. ſicut aliud concilium Tyri *lib. 4. cap.* 42. & ad illud miſit Dionyſium Conſularem vt eſſet *τῆς εὐταξίας κηδεμόνα*, cuſtos & inſpector omnis ordinis; cum hoc mandato, vt Regiâ authoritate, eos qui eum ſpernerent, in exilium ejiceret; hac additâ ratione, quòd minimè deceat aliquem hominem ſummi Imperatoris præceptionibus, ad tuẽdum veritatem editis, repugnare. Idem Conſtantinus apud Euſebium *in eius vita lib. 3. cap.* 23. dicitur *ἐπισκόποις τῶν ἐκκλησιῶν τὰ θεοῦ τὰ πρόσφορα διατάττόμενος*, id eſt, Epiſcopis ea quæ ad Eccleſiarum Dei commodum ſpectabant, præſcribens. & Conſtantius, ex Sozomeno *lib. 4. cap.* 15. iuſſit vt poſt Synodum, ad ipſum mitterentur decem Epiſcopi Orientis, & totidem Occidentis, ſibique, quæ decreta eſſent, exponerent; vt ipſe quoque cognoſceret, non ſolùm vtrum conuenienter Scripturæ ſacræ inter ſe conſenſiſſent, verùm etiam quod optimum facto videretur; vbi notanda hæc vltima verba *quod optimum facto videretur*: nam in hoc præcipuè conſiſtit hæc poteſtas Iudicialis Imperatoris. D. Auguſtinus *contra Creſconium lib. 3. cap.* 51. idem agnouit; Reges, ait, in quantum Reges ſunt, ſeruiunt Deo, iubendo bona & prohibendo mala; non ſolùm quæ pertinent ad humanam ſocietatem, ſed etiam, quæ ad diuinam Religionem. & *contra Gaudentium lib. 2. cap. 17. & 26.* Reges, qui Eccleſiam tenent, certiſſimè iudicant ad curam ſuam pertinere, ne vos aduerſus eam rebelletis impunè. & Patres concilij Romani, *epiſtolâ ad Gratianum & Valentinianum Imperatores*, petunt vt cognoſcant de cauſis Damaſi, exemplo Conſtantini; & Pauli, qui ad Cæſarem appellauit: accipite, ait, aliud quoque, quod vir Sanctus (loquitur de Damaſo) veſtræ magis conferre pietati, quam ſibi præſtare deſiderat; nec derogare cuiquam, ſed Principibus adrogare: quoniam non nouum aliquid petit, ſed ſequitur exempla Majorum, vt Epiſcopus Romanus, ſi concilio eius cauſa non creditur, apud concilium ſe Imperiale defendat; nam & Syluester Papa à Sacrilegis accuſatus, apud parentem veſtrum Conſtantinum, cauſam proſecutus eſt; & de ſcripturis ſimilia exempla ſuppeditant, quod cùm a Præſide Sanctus Apoſtolus vim pateretur, Cæſarem appellauit, & ad Cæſarem miſſus eſt, &c.

Et inde eſt quod Imperatores eadem ſæpiſſimè ſanciunt, quæ Eccleſiaſtici conſtituerunt; vt rectè Iuſtinianus in Conſtitut. contra Anthimum, Seuerum, & alios hæreticos 5. *Synodi action.* 1. *& Nouell. Conſtitut.* 42. rem, inquit, non inſolitam Imperio & nos facientes, ad præſentem venimus legem: quoties enim Sacerdotum ſententia quoſdam indignos Sacerdotio de ſacris Sedibus depoſuit, toties Imperium eiuſdem ſententiæ & ordinationis cum Sacerdotum authoritate fuit: & ita Gratianus Auguſtus, iuxta relationem concilij Romani ad ipſum & Valentinianum, contra damnatos de factione Vrſicini, qui Eccleſias ſuas contra interdictum retinebant, Reſcriptum eadem damnationis capita continens fecit ad Aquilinum Vicarium Vrbis: & eiuſmodi exemplorum plena eſt Hiſtoria Eccleſiaſtica. Inde etiam eſt, vt Eccleſia recurrat ad Imperatores & Reges, vt ſic conjunctim puniantur mali, in anima per Eccleſiam, in corpore per Regem. vt colligitur ex *can. Principes* xxi. *Quæſt.* 5. *& can. Inter.* xxxiij. *Quæſt* 2. vbi dicitur, vt quod non prævalent Sacerdotes efficere per doctrinæ ſermonem, hoc Sæculi poteſtas imperet per diſciplinæ terrorem; ſicque per Regnum terrenum, cœleſte Regnum proficiat: ſancta enim Eccleſia gladium non habet niſi ſpiritualem, quo non occidit, ſed viuificat Et ita D. Paulus cum aduerſus iniurioſos Ciuem Romanum ſe eſſe teſtatus eſt, in adiutorium aſſumi poſſe putauit terreni Imperij leges, *can* 7. *diſt.* 10. Imo ipſi Imperatores aliquando in ſuis Reſcriptis imprecationibus vtebantur contra violatores eorum: & ſicut Eccleſia ſuas conſtitutiones confirmat anathematis execrationibus; ita ipſi non abs ſe alienum cenſebant, diris execrationibus ſuas ſanctiones quoque firmare & ſtabilire, vt rectè dicunt Leo & Alexander in condemnatoria ſentẽtia in Iudices, qui non ex præſcripto

Can. *Si in adiutorium* 7.

legum iudicium ſententiamque ferunt: in qua etiam habetur talis execratio; inueniat itaque, ait, iſte & Deum & cœleſtes omnes atque incorporeas poteſtates ſibi nunquam nō aduerſantes: immaturè ex hac vita excedat, incōmodis inſuper afficiatur perpetuis; ipſius ædium fundamenta igne tandem deuoret, & poſteritas eo redigatur inopiæ, vt panem oſtiatim quæritet. Atque hæc iure ſanè optimo: propterea quod leges quas libertimas eſſe oportuit, ſeruas quodammodo atque captiuas effecit fictorum praudotumque iudiciorum. Quæ ſententia habetur apud Harmenopu um, *initio*. Quare maneat, & leges Principum, & regulas Patrum ſeu admonitiones paternas, non eſſe contemnendas *can.* 11. & Principes non ſolùm præcipiant ſeruari leges ſuas, ſed etiam leget Petri & Eccleſiæ *can.* 4.

Can. Verſ. Sanctus quidem Innocentius. Difficultas eſt in canone 1. cùm dicitur an diuiſionem ciuilem Prouinciarum debeat ſequi diuiſio Eccleſiarum: & Reſpondetur non debere: verba ſunt Nicolai Papæ quæ ex Innocentio I. *epiſt.* 1. o.tetur nam quod ſcil itatis vtrum diuiſis Imperiali iudicio Prouinciis, vt duæ Metropoles fiant, ſic duo Metropolitani debeant nominari; non viſum eſt ad mobilitatem neceſſitatum mundanarum, Dei Eccleſiam commutari, honoreſque aut diuiſiones perpeti, quas pro ſuis cauſis faciendas duxerit Imperator. Hanc quæſtionem nos copioſè tractamus, *lib. de Suburbicariis Eccleſiis cap.* 10. 11. & 12.

DISTINCTIO XI.

Rerum Eccleſiaſticarum triplex eſt Regula, 1. ſumitur à Scripturis ſacris, 2. à traditione Apoſtolica, 3. à conſuetudine & vſu, vt rectè D. Baſilius *can.* 5. hac 11. diſtinctione. De Scriptorā ſacra diximus *diſt.* 9. de traditione Apoſtolica eſt locus hic ex D. Baſilio, multa quæ non ſcripta ſunt, ſuiſſe tradita, vt eſt ſignum Crucis quo vtimur; multo verba, quæ dicuntur in Conſecratione Euchariſtiæ, præter ea, quæ continentur in Euangelio; precatio, ad Orientem, vnctio Baptizatorum cum ſacro oleo, abrenunciatio Sathanæ, &c. & confirmatur à D. Auguſtino *lib.* 5. *de Baptiſmo contra Donatiſtas cap.* 23. conſuetudo illa, inquit, quæ opponebatur Cypriano, ab eorum (Apoſtolorum) traditione exordium ſumpſiſſe credenda eſt, ſicut ſunt multa quæ vniuerſa tenet Eccleſia: & ob hoc ab Apoſtolis præcepta benè creduntur, quamquam ſcripta non reperiantur: non enim omnia continentur in Scriptura ſacra; aut etiam ſi continentur, non omnia intelliguntur: quare traditio Apoſtolorum nobis propoſita eſt, ad intelligenda plurima quæ eſſent obſcura, vt rectè Origenes *in Philocalia cap.* 1. & Iuſtinus *epiſt. ad Diognetum, in fine*: dicit quod in Eccleſia ἀποστόλων παράδοσις φυλάσσεται id eſt Apoſtolorum traditio cuſtoditur.

Can. Catholica. 8. & 9. & 7. Et ſanè tota Eccleſia conſtringitur his duobus, ſcilicet authoritate Scripturarum, & traditione vniuerſalis Eccleſiæ, can. 8. hac diſt. vbi per traditionem vniuerſalis Eccleſiæ, ſeu Maiorum, intelligenda eſt traditio Apoſtolica. Eccleſia enim ea quæ vniuerſaliter tradidit, accepit ab ipſis fundatiſſimis Sedibus Apoſtolorum vſque ad hodiernum diem, can. 9. quarè poſtia etiam can. 7. per inſtituta Maiorum, morem populi Dei, & [illegible] conſuetudines, intelligere, eandem traditionem Apoſtolicam, vel vniuerſalem.

Verùm ſciendum eſt aliquas eſſe Conſtitutiones priuatas, & Inſtitutiones proprias Eccleſiarum, quibus non vniuerſalis Eccleſia conſtringitur, ſed particulares, pro locorum varietate, d. can 8 Quomodo in Italia, Gallia, Hiſpania, Africa, atque Sicilia, inſuliſque interiacentibus, vbi nullus inſtituit Eccleſias præter D. Petrum, & eius Succeſſores, eſt ſeruanda traditio ſeu conſuetudo Eccleſiæ Romanæ, can. 11. hic enim ille: canon intelligitur de conſuetudine particulari, non vniuerſali; loquitur enim de peculiari inſtitutione Eccleſiarum: nam quando a Romanæ Sedis Rectoribus aliquid plenâ auctoritate ſancitur, illud generaliter ab omnibus ſeruandum *can.* 2. & 3. *hac diſt.* 1. Conſuetudo igitur particularis Eccleſiarum non habet eaſdem vires, quas vniuerſalis; nam primùm lex ſcripta & ratio, & auctoritas vincunt vſum ſeu conſuetudinem particularem *can.* 1. & 4. & conſuetudo veritati poſtponenda ex Iuſtino *apologiā* 2. *pro Chriſtianis*. & conſequenter Romanæ Eccleſiæ in contrarium conſtituto, *can.* 3. & 11. & fides Catholica ſeu vniuerſalis *can.* 6. *eadem diſtinctione*.

Can. Quia neſcimus. 11. Can. 1. & ſeqq.

Maneat ergo non ſcriptas traditiones Eccleſiæ, & Apoſtolicas, authoritatem habere, teſte eodem D. Baſilio *lib. de S. Spiritu cap.* 19. arbitror autem Apoſtolicum eſſe, etiam non ſcriptis traditionibus inhærere, &c. quod ibi confirmatur, & aliis in locis: Dixi Eccleſiæ, & Apoſtolicas; nam nullo modo humanas traditiones ſequi debemus, ita vt propter illas de ſeodedis præcepta diuina violemus; ex eodem D. Baſilio *in Moralibus, cap.* 2. *Regul.* 12.

DISTINCTIO XII.

Hæc diſtinctio pertinet etiam ad authoritatem Scripturæ, Traditionnes, & Conſuetudinem, tam vniuerſalem, quàm particularem: De Scripturarum ſanctarum authoritate agitur *can.* 12. Nomen verò authoritatis propriè vſurpatur de Scripturā ſacra, vt etiam *can.* 8. *diſt.* 11. vel etiam de Eccleſiæ authoritate, *can.* 9. *diſtin. ead.* vel de quacumque canonica authoritate *can* 3. *hac diſt* 12. vel etiam plenariorum Conciliorum *can.* 11. *ead. diſt.*

Can. Omnia. 12.

Poſt Scripturarum ergo authoritatem, ſuccedit traditio Apoſtolica, ſeu authoritas eorum, quæ ab Apoſtolis, vel plenariis conciliis commendata atque ſtatuta ſunt, *can.* 11. *diſt. hac* 12. ſicuti, vt ibi dicitur, quod Domini Paſſio, & Reſurrectio, & Aſcenſio in cœlum, & Aduentus de cœlo Spiritus ſancti, anniuerſariâ ſolemnitate celebrantur: & ſi quid aliud tale occurrerit, quod ſeruetur ab vniuerſa, quacunque ſe diffundit, Eccleſia; vel denique tradita ſunt antiquitus a Patribus *can.* 5. *hic*.

Can. Illa. 11.

Quod verò attinet ad particulares Conſuetudines diuerſas pro loco & tempore, eis etiam non eſt reſiſtendum; dummodo eis canonica non obſiſtat authoritas *can.* 3. *diſt.* 12. quas Conſuetudines vocat traditiones Eccleſiaſticas, ſcilicet particulares *can.* 4. *hac diſt.* 12. Conſuetudines ergo particulares approbantur *can.* 9. ſcilicet quæ non ſunt contra Catholicam fidem *can.* 4.

Can. Scis ſancta Romana 1 & ſeqq adde.

& 8. & quæ ratione aliquâ nituntur *can.* 7. illæ enim leges imitantur *can.* 6. aut denique quæ ſunt de rebus indifferentibus *can.* 11. nam reſecandæ ſunt, ſi vel ſint contra ſalutem credentium *can.* 3. vel contra fidem Catholicam *dicto can* 4. *&* 8. vel etiam ſi earum nulla cauſa, vel ratio inueniri poſſit *can.* 12 nam non ſufficit eas non poſſe argui eſſe contra Religionem, ſed neceſſe eſt aliquam earum cauſam poſſe prætendi, *can.* 2. & ratio eſt quia omnis Conſuetudo particularis videtur eſſe onus ſeruile contra libertatem Eccleſiæ, dicto *can.* 12. Eſt & alia exceptio ſi nominatim contineatur ne ſeruetur conſuetudo particularis, vt *can.* 8. approbatur conſuetudo particularis in conſtituendis Primatibus ex ordine Epiſcoporum; ſed excipiuntur Donatiſtæ Epiſcopi, qui prohibentur prouehi ad Primatum: vbi nota aliud eſſe ordinem Epiſcopalem, aliud locum ſeu primatum. Liberè obſeruantur, ſi ſint de rebus indifferentibus *can.* 11. *hic*: quod enim neque contra fidem, neque contra bonos mores injungitur, indifferenter eſt habendum, & pro eorum, inter quos viuitur, ſocietate ſeruandum eſt *d. can.* 11. cujus rei exempla afferuntur quod alij jejunant Sabbatho, alij vero non; alij quotidiè communicant corpori; & ſanguini Dominico, alij certis diebus accipiunt; alibi nullus dies intermittitur, quo non offeratur, alibi Sabbatho tantùm & Dominico, alibi tantùm Dominico; & ſi quid aliud hujuſmodi animaduerti poteſt: totum hoc genus rerum liberas habet obſeruationes, & prudentis, ait, eſſe Chriſtiani ac grauis, eo modo gerere, quo agere viderit Eccleſiam, ad quam deuenerit. Vnde D. Ambroſius Diuo Auguſtino pro Monica matre conſulenti, quæ Mediolanum vſque ſequuta erat D. Auguſtinum, vbi non ieiunabant Sabbatho, dixit: cùm Romam venio, ieiuno Sabbatho, cùm Mediolani ſum, non ieiuno. Alia plurima exempla de variantibus apud veteres Eccleſiarum conſuetudinibus, & obſeruationibus, etiam tempore Apoſtolorum, vide apud Nicephorum Calliſtum *lib.* 12. *Hiſtoria cap.* 34. *&* 35.

Can. *Placuit.* 14. Verùm quantùm fieri poteſt, in pleriſque in vnum conſenſum reuocandæ ſunt conſuetudines particulares, vt in ordine pſallendi, in matutinis & veſpertinis officiis, in quibus vnus ordo teneri debet; neque Monaſteriorum conſuetudines cum Eccleſiaſtica Regula ſunt permiſcendæ *can.* 14. *diſt. hac* 12. & ſaltem vniuſcuiuſque Prouinciæ Ciues, Rectoreſque Eccleſiarum vnum eundemque in pſallendo tenere debent modum: iuſtum enim eſt, vt ibidem dicitur, vt inde vnuſquiſque ſumat Regulas Magiſterij, vnde honoris conſecrationem accipit; vt iuxta Majorum decreta, Sedes quæ vnicuique Sacerdotalis dignitatis eſt mater, ſit Eccleſiaſticæ magiſtra rationis: quæ ratio etiam tangitur *can.* 11. *diſt.* 11. *&* *can.* 2. *hac diſt.* in tantùm vt licet Abbatibus indultum ſit aliud peculiare officium iuxta voluntatem ſui Epiſcopi; tamen cætera officia publica, id eſt Veſperas, Matutinum ſiue Miſſam, aliter quàm in principali Eccleſia, non poſſint celebrare.

Can. 1. & 2. In omnibus verò quæ referenda ſunt pro Religione ad Sedem Apoſtolicam, vel quæ ordine judiciario terminanda, ſequenda eſt authoritas Eccleſiæ Romanæ, quæ eſt caput Eccleſiarum, & A vnde Eccleſiæ ſumpſerunt exordium *can.* 1. *&* 2. *hac diſt.* 12.

DISTINCTIO XIII.

POſtquàm de Iuris partibus actum eſt; ſecundum cuius præcepta vita noſtra eſt regenda, atque gubernanda; nunc quæritur an aliquando poſſit aliquod malum perpetrari? & reſpondetur quotieſcumque duo mala occurrunt, quorum alterum neceſſariò perpetrare compellimur, tunc minus malum eſſe amplectendum & eligendum. *can.* 1. *&* 2. *diſt.* 13. quo- Can. 1. & 2.
B modo, ait, canon 2. vbi aliquis murorum ambitu clauditur, ne fugiat, qui vult inde fugere; in ibi ſe in fugam præcipitat, vbi breuior murus inuenitur. Et hæc anguſtia dicitur illigatio *can.* 2. huius vero illigationis exemplum vnum profertur *d. can.* 1. vt ſi quis iurauerit ſe occiſurum aliquem: ſi enim non occiderit, pejerat, & ſic Deum & ſe offendit; at ſi occiderit, & Deum, & ſe, & proximum lædit: quare ſatius erit ſi pejeret. Exempla alia afferuntur *d. can.* 1. primum eſt de illo, qui iurat ſe non reuelaturum ſecreta ſocij, quem ſcit velle interficere maritum adulteræ ſuæ: is igitur timet pejerare, ſi dicat; timet etiam fieri particeps homicidij & adulterij, ſi ſileat. Secundum eſt de eo qui peſſimo Prælatu
C obedientiam fecit, cui timet obedire in malo, & non obedire. Tertium de eo qui per ſimoniam Prælaturam acquiſiuit, qui timet peccare ſiue eam gubernet pecuniâ & vitio acquiſitam, ſiue in neceſſitate, cùm opus ſit Paſtore, eam deſerat. In talibus ergo quis illigatus, ſi ſine peccato euadere non poteſt, minus peccatum eliget: quod confirmatur, aliquatenùs, ex D. Paulo, qui Matrimonium concedit ad euitandas fornicationes.

DISTINCTIO XIV.

D
HÆc quæ diximus ſupra *diſt.* 13. intelliguntur de peccato noſtro, non de alieno; vt liceat nobis ſi concluſi fuerimus anguſtiis peccati, minus peccatum eligere, vt maius peccatum euitemus: at verò non licet nobis, vel minimum peccatum eligere, vt alius quis deſiſtat a maiora peccato: vnde non rectè Loth produxit filias ſuas, ne ciues ſui peccarent in viros; & turbatâ mente id feciſſe dicitur: idcóque non imitandum: hoc enim eſſet admittere compenſationem flagitiorum, quod non eſt permiſſum, vt ſcilicet nos faciamus malè aliquid, ne alius grauius malum faciat *can.* 1. Can. 2.

E Quare eſto hæc Regula generalis allata *can.* 2. quod quædam ſunt, quæ nullâ ratione poſſunt conuelli; vt quæ Canonibus, vel Apoſtolicis Euangelicisque decretis ſtatuuntur; quædam vero, quæ pro neceſſitate temporum, aut ætatum temperari poſſunt, vt quæ Iuris Ciuilis, Eccleſiaſtici, & Conſuetudinis particularis, eâ conſideratione ſemper ſeruatâ, vt in iis quæ vel dubia fuerint, vel obſcura, id ſequamur, quod nec præceptis Euangelicis, nec decretis Patrum inueniatur contrarium *dicto can.* 2. Can. 2.

DISTINCTIO XV. & XVI.

CAnones Diſtinctionis 15. & 16. κατὰ πόδας, non per ſaltum, nec ſuſpenſo pede interpretabimur; ſed mentem illorum, quæ vniuerſi contextus veſtigiis inhæreat explicabimus: nec tranſuolabimus ad alia, nec pro materia canonum, ſupponemus nota Scholia Decretalium: in iis vero agemus de Conciliis generalibus, & particularibus, de eorum cauſis, definitionibus, & Canonibus; tùm de libris Canonicis, & Apocryphis, nec non de Geſtis & Paſſionibus Martyrum, veris, ac ſpurijs; & de Phylacterijs.

De Synodis autem ante omnia aliquid generaliter dicendum eſt, de eorum Authoritate, Nomine, & Origine. Et quidem authoritas tanta eſt, vt & Dei gratiâ Synodi congregentur *Synodo 7. Act.* 4. conueniente Synodo, quæ per diuinam gratiam congregata eſt: & in definitione *Synodi* 8. Inſpectator loquitur de Synodo, Deus, qui per ſupernum auxilium & gratiam, Eccleſiaſtici Tabernaculi Architectos à finibus orbis terrarum, in hanc a Deo conſtruendam & Regiam vrbem conuocauit, & vniuerſalem Synodum congregauit, quæ Euangelicarum Sanctionum & Moſaicarum, & Propheticarum legum, atque Apoſtolicorum & Paternorum, necnon & Synodicorum mandatorum munimina cuſtodiens, pietatis terminos renouauit: & Synodus dicitur diuinus Sacerdotum conuentus, *in Sermone laudatorio Synodi* 7. en diuinus Sacerdotum conuentus dominicorum mandatorum ſequax, huc ad venerabile diſpenſationis Chriſti myſterium, Paternis doctrinis ordinandum, & enucleandum concurrit: & Canones diuina inſpiratione deprompti aſſeruntur, in *ſynodica Theodori Patriarchæ Hieroſolymitani*, quæ extat in *Synodo 7. generali*. admittimus locales Sanctas Synodos, & collectiones canonicas, quæ diuinâ ſunt ab eis inſpiratione depromptæ. Et Chriſtus ipſe eſt caput Conciliorum. Tharaſius epiſtola ad Hadrianum *in 7. Synodo poſt Actionem* 8. ſiquidem & nos comites nobis aſciſcentes, Deo amabiles viros, & loci cõſeruatores veſtros, ſimiliter & eos, qui de Oriẽte venerant, perreximus ad eandem Metropolim, qui cùm omnes ſediſſemus, *caput fecimus Chriſtum*: iacebat enim in ſancta Sede Euangelium ſanctum, conteſtans omnibus nobis ſacratis viris qui conueneramus, Iudicium iuſtum iudicare, & in *Synodo 8. epiſt. Encyclica*: quis enim neſciat, quod in medio huius Sanctæ & vniuerſalis Synodi, fuerit incomprehenſibilis & incircumſcriptus Chriſtus, ac Dominus, qui dixit vbi ſunt duo vel tres in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Ille vero dedit poteſtatem iudicandi Synodis, in Synodo 8. Act. 6. vbi Vicarij dixerunt, hæc omnia diſſoluimus hodiè, gratiâ Ieſu Chriſti, qui dedit nobis ſummi Sacerdotij poteſtatem iuſtè ac congruè ligandi atque ſoluendi: & in Synodo 8. Actione 1. Imperator ita alloquitur Vicarios Patriarcharum, quippe qui, inquit, poteſtatem Synodici iudicij diuinitùs accepiſtis: & Synodus eſt exercitus & militia Dei aduersùs cohortem diaboli. In 6. Synodo, Actione 18. & hic veſter eſt acceptabilis exercitus per pietatem aduerſus diabolum accerſere mi-

A litiam, & contra eius impiam cohortem, ſacrum aggregare concilium.

Synodus omnis generaliter eſt hominum cœtus, Gloſſæ veteres σύνοδος, ἀνθρώπων συνέλευσις, & aliæ Gloſſæ, Conuentus ἀγέρμος σύνοδος ὀχλαγωγίας, & deinceps Conuentus σύνοδος, σύνοδος, ἀγορὰ, συνέλευσις, ἄθροισις: & Heſychius σύνοδος, πολλῶν παρουσία, ἢ συνοδικόν, & ideo Monachi, qui conueniunt vt ſimul viuant, in vna domo omnia habentes communia, dicuntur Synoditæ *l. 6. Codice de Epiſcopali Audientia, & l. 57. Cod. Theodoſiano de Appellationibus*: qui etiam in eodem Cod. Theodoſ. appellantur cœnobitæ, *l. 16. de Pœnis*: & eorum

B Monaſteria, Cœnobia. & Synodia à Socrate lib. 4. cap. 23. περὶ τῶν ἐν κοινοβίοις ἢ συνοδίαις μοναχῶν: item Moſchopulus περὶ σχεδῶν, σύνοδος, ὅταν συνέλθωσι δύο τινὲς ἢ καὶ πλείω, εἰς ταὐτό: & iterum Gloſſæ. Concilium συνέδριον, σύνοδος, & aliæ Gloſſæ, Concilium συνέδριον συμβούλιον. Dicitur & σύλλογος Heſychius σύλλογος, σύνοδος, ἀνθρώπων ἄθροισμα. Grammatici tamen ponunt differentiam inter σύνοδον, & σύλλογον Zetzes Chiliade 8. cap. 233. pag. 405. diſcrimen Synodique diſce atque ſyllogi; Synodus eſt Conuentus ex vrbibus multis, ſyllogus autem Conuentus multitudinis vnius vrbis ἡ σύνοδος συνέλευσις ἐκ πόλεων πολλῶν, σύλλογος δὲ συνέλευσις μιᾶς πόλεως πλήθους: & Manuel Moſchopulus σύλλο-

C γος ὁ ἐκ τῆς αὐτῆς πόλεως συναγωγὴ τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τῷ βουλεύσασθαι: σύνοδος δὲ ἡ ἐκ πολλῶν πόλεων συναγωγὴ ἐπί τι, Et ideo Synodus à Conſtantino Copronymo aduerſus imagines congregata, dicta eſt pſeudoſyllogos, à Leontio act. 6. Synodi 7. generalis, in princip. & ab Athanaſio in conſcriptione quæ præcedit act. 1. eiuſdem Synodi; potiùs quam pſeudoſynodus, quia non erat vniuerſalis, nec ex omnibus Prouincijs collecta: & συλλογὴ propriè collocutio, colloquium, Gloſſæ veteres: Iulius Pollux lib. 9. cap. 8. accuratè hæc & ſimilia diſtinxit cum ait ὡς εἰ λέγοι τις ἀνδρῶν ὄχλος, καὶ

D γυναικῶν πλῆθος, καὶ παίδων σύνοδος, καὶ ξένων σύλλογος, καὶ μετοίκων δῆμος, καὶ δούλων ἄθροισμα: id eſt veluti ſi quis dicat virorum turba, mulierum multitudo, puerorum cœtus, hoſpitum conuentus, inquilinorum populus, ſeruorum congregatio; & σύλλογος apud Theodoretum in Amos cap. 5. eſt conuentus, qui fiebat ad portas ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς, περὶ τὰς πύλας τοὺς συλλόγους ποιεῖσθαι καὶ τὰ συνέδρια: id eſt in more antiquorum erat conuentus & concilia ad portas haberi. In Synodo 8. ycan. primo. Synodus dicitur συνέδριον, & can. 4. συνάθροισμα, & Taraſius in narratione eorum quæ ante Sy-

E nodum 7. facta ſunt, appellat Synodum συνάθροισιν τῶν ἐπισκόπων: Conuentus Sacerdotum apud Paganos etiam dicebatur Synodus Sacerdotum, in antiqua inſcriptione pagina 309. σύνοδος τῶν μυστῶν, &c. id eſt Synodus Sacerdotum, magnæ deæ legiferæ. Metrodorum Hermogenis F. Metrodori N. Matris Deûm Sacerdotem pronuntians, coronam geſtantem: & in alia inſcriptione pagina 310. M. Aurel. Auguſt. Lib. Agellio Septentrioni, Pantomimo ſui temporis primo, Sacerdoti Synodi Apollinis: & pagina 313. L. Aurelio Apolauſto Memphio Auguſt. Lib. Hieronicæ coronato τῶν ἀπολλωνίων Apollinis Sacerdoti viritato, & Ar-

chieri Synodi. Et hoc ſenſu Tertullianus loquens de dijs Paganorum, dixit Synodum deorum, in *Apologetico cap.* 14. Et cum de pædagogijs aulicis, neſcio quem Synodi Deum facitis. Synodi à Latinis dicuntur cœtus, & conuentus, vt diximus ſuprà, ex veteribus gloſſis, & cœtus etiam dicuntur in Concilio Emeritano cap. 4 & conuentus in Bracar. 1. in princip. deſiderabamus, inter nos Sacerdotalem fieri conuentum, & repetitur ſæpiùs: in Concilio Arauſicano cap. 29. & Concilio Regienſi cap. 8. & ita Synodi nomen explicat Iſidorus *lib. 6. Origin. cap.* 16. Synodus, ait, ex Græco interpretatur Comitatus, vel Cœtus, vel Conuentus, vel Multitudo plurimorum in vnum: & in Gloſſis συναγωγὴ dicitur, Collegium, Collectus, Conuentus, Concilium: & Conuentum fidelium in Eccleſiam de quo loquitur D. Paulus *epiſtola* 1. *ad Corinthios cap.* 11 conuenientibus vobis in vnum, iam non eſt Dominicam cœnam manducare. D. Chryſoſtomus vocat Synodum ibidem τὸ μὲν γὰρ ὄνομα τῆς συνόδου φησὶν ἄλλο. Non omnis tamen conuentus Epiſcoporum eſt Synodus, vt conuentus in Villa Colonia Tomo 3. Conciliorum Galliæ, qui factus eſt tam ex Clericis, quàm Laicis; vt conſtat ex præfatione, quæ nomine Caroli Calui ſcripta eſt; & conuentus Clipiaccuſis, in quo Clodoueus Rex præceptum fecit de Monaſterij S. Dionyſij libertate tom. 1. Concilior. Galliæ; & Clodoueus & Epiſcopi & Diaconi & Maior domus, Comes Palatij, & alij proceres in eo ſubſcripſerunt, & Conuentus Nemptorodenſis, in quo Clotarius de ſacro ſonte à Guntranno patruo ſuo ſuſceptus. Et ſic Conuentus dicitur placitum à Gregorio Turonenſi *lib.* 10. *cap.* 28. eod. tom. 1. Conciliorum, & rectè Feſtus illud oſtendit. Conuentus, inquit, quatuor modis intelligitur, vno cùm quemlibet hominem ab aliquo conuentum eſſe dicimus; altero cùm ſignificatur multitudo, ex compluribus generibus hominum contracta in vnum locum. *Tertiò* cùm à Magiſtratibus iudicij cauſa populus congregatur. *Quartò* cùm aliquem in locum frequentia hominum ſupplicationis, aut gratulationis cauſâ colligitur. Et Innocent. 1. *epiſt.* 18. vocat conuentum celebrem Apoſtolorum illam profectionem Barnabæ & Pauli Antiochiam, de qua agitur in Actis Apoſtolorum cap. 11. qui tamen conuentus, Concilium non fuit. Synodi etiam dicuntur a Latinis Concilia propter eandem rationem.

Diſt. 15. Can. 1. Iſidorus *lib. 6. cap.* 16. & in noſtra diſtinct. 15. *can.* 1. Concilij, inquit, nomen tractũ eſt, ex Romano more: tempore enim quo cauſæ agebantur, conueniebant omnes in vnum, communique intentione tractabant; vnde & Concilium à communi intentione dictum: nam cilia oculorum ſunt: vnde & conſidium, id eſt conſilium d. in literam tranſeunte: cœtus vero conuentus eſt, vel congregatio à coeundo, id eſt conueniendo in vnum: vnde & conuentus eſt nuncupatus, ſicut à conuentu cœtus, vel concilium a ſocietate multorum in vnum. hactenus Iſidorus. Quod vero, ait, concilij nomen ex more Romano tractum eſſe, illud explicat Theophilus *Inſtit. qui & quibus ex cauſis manumittere non poſſunt.* §. 4. & docet quid ſit conſilium, & quid conuentus: nam Romani hyeme conueniebant, vt vacarent iudicijs, armis tunc omiſſis; & multos in hanc rem conſtituebant qui recuperatores vocabantur: & conuentus die extremo habebatur conſilium in Prouincijs in hunc modum: procedebat Proconſul, aut Præſes, & Tribunali ſuo conſidebat; & iuxta ipſum viginti viri, qui dicebantur peregrini recuperatores, quia per eos mancipium naturalem libertatem recipiebat, & apud eos à manumittentibus allegabantur iuſtæ cauſæ manumiſſionis: habebatur & Romæ Concilium die aliquo conuentus, Prætore pro Tribunali ſedente, & aſſidentibus ei quinque Senatoribus, & quinque Equitibus Romanis: illi iudices delegati dicebantur recuperatores; quia per eos vnuſquiſque debitum recipiebat. de eo etiam Concilio agit Vlpianus *Tit.* 2. *Reg.* 5. & exiſtimatem legendum in Inſtitut. Concilium per c non per s. Conuentus verò apud Theophilum ibidem, eſt certum ſtatutumque tempus litium dirimendarum gratià inuentum. Quod autem Iſidorus ait, concilia dici à cilijs ſenſus eſt, quod ſicut cilia coniunguntur, & coeunt ſimul, ita homines in concilijs conueniunt, & congregantur; nam vt ait Donatus in *Eunuchum Act.* 4. *Scena* 4. omnis conuentio conciliatio nominatur: & Æneidos lib. 6. Seruius ait, concilium dici a conueniendo. Traxit autem hoc ex more Romano, non enim audiebantur cauſæ, niſi per ſortem ordinatæ; tempore enim quo cauſæ agebantur, conueniebant omnes: vnde & concilium, ait, & ibi quoque concilium per c ſcribitur, ex quo prima verba ſumpſit Iſidorus; & certè concilium eſt collectio, ſeu aggregatio hominum. Gloſſæ veteres, conciliat, συνεταιρίζει, id eſt aſſociat: nam συνεταιρίζομαι, in alijs Gloſſis, eſt aſſocio; item conciliat συναθροίζει: at in Gloſſis Græco-latinis συναθροίζω, eſt glomero, congero, conglomero, conglobo, colligo, aggrego, congrego: & συνάθροισις conglomeratio, cœtus, congregatio, aggregatio, agmen. Inde eſt quod Varro lib. 5. de legib. dixit conciliari veſtimentum, pro condenſari, a cogitatione, inquit, concilium; vnde concilium, quòd vt veſtimentum apud Fullonem cùm cogitur, conciliari dicitur: & interpres Iuuenalis ad illa verba Satyræ 1.

Quæque ſalutato crepitat Concordia nido, ait ciconiam ſonitum facere ex concilio roſtri, id eſt coniunctis & conciliatis duabus partibus roſtri, ſuperiore & inferiore, ſine quarum altera ciconia ſonum non ederet; ciconia, inquit, quæ contra Templum Concordiæ ex concilio roſtri ſonum fecit. Nam & in Gloſſis concilio eſt συνάγω, & συναγωγὴ concilium loco ſupracitato: & *Actorum quinto* vbi dicitur, Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij: ibi concilium eſt συνέδριον, & ita vt dixi, non malè Iſidorus ait, concilia dici à cilijs, quòd ſicut cilia coniunguntur, & coeunt ſimul, ita homines in concilijs conueniunt, & congregantur. & Tertull. *lib. de Reſurrect. carn. cap.* 21. Prophetas omnes ſimul ſumptos appellat concilium Prophetarum, ſecundum, inquit Ioëlem, & Danielem, & vniuerſum concilium Prophetarum.

Conciliorum origo deducitur à Chriſto dicente, Matth. 18. vbi ſunt duo aut tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. In Synodo Chalcedon. ep. ad Leonem Papam,

poſt

poſt principium action. 3. io fine. ſi vbi ſunt duo aut tres congregati in nomine eios, ibi ſe in medio fore Christus perbibuit; quaniā circa Sacerdotes peculiaritatem potuit demonſtrare. Quo loco Matthæi ad confirmandam Conciliorum veritatem, & authoritatem, vtitur Synodus 5. generalis collectio. 8. in definitione contra tria capitula, ipſe dominus dixit, amen dico vobis, ſi duo ex vobis conuenerint, &c. Et Synodus 6. generalis contra Monothelitas actio. 17. in definitione, & ipſe imperator in diuali ad Hadrian. in Synodo 7. generali; fiat voluntas domini: vbi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo ibi ſum in medio eorum. & Celeſtinus Epiſt. 4. ad Concil. Epheſinum in princip. & Gregorius Ep. ad Siagrium, & Ætherium Epiſcopos lib. 7. Regiſtri. Ep. 108 vel. 110. propè finem, & Ep. ad Felicem Siciliæ Epiſcopum cap. 3. ante fin. lib. 12. Regiſtri, Ep. 37. alias 31. & Germanus C. P. Epiſcopus Epiſtola ad Thomam Epiſcopum Claudiopoleos in 7. Synodo Action. 4. & Patres Concilij Bracarenſis 3. cap. 1. vt adiuuante nos, qui dicit, vbicumque duo vel tres collecti fuerint in nomine meo, ibi ero in medio eorum, pari animo extirpemus errores.

Conciliorum etiam origo ſumitur ab Apoſtolis Actor. 15. ibi enim vera forma Concilij traditur, & deciditur non circumcidendos Gentiles, qui conuertebantur ad Deum. Patres enim Concilij generalis 5. collatio. 8. in definitione contra tria capitula, in princip. ſumunt & deducunt originem & authoritatem Conciliorum, ab illo concilio Apoſtolorum: His verbis; ad memoriam Vigilij Papæ perduximus magna illa Apoſtolorum exempla, & Patrum traditiones. Licet enim Spiritus ſancti gratia, & circa ſingulos Apoſtolos abundaret, vt non indigerent alieno conſilio, ad ea quæ agenda erant; non tamen aliter voluerunt de eo quod mouebatur, ſi oporteret gentes circumcidi, definire, prius quam communiter congregati, diuinarum ſcripturarum teſtimonijs vnuſquiſque ſua dicta confirmauerunt, vnde communiter de eo ſententiam protulerunt, ad gentes ſcribentes. Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, nil vltra imponere vobis oneris quàm hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorum, & ſanguine, & ſoffocato, & fornicatione, à quibus cuſtodientes vos, benè agetis: nam cùm Eccleſiæ ordo & gubernatio per Spiritum Sanctum peragatur, vt ais, D. Baſilius libro de Spiritu Sancto cap. 16. αἱ δὲ τῆς ἐκκλησίας διακοσμήσεις διὰ τοῦ πνεύματος ἐνεργοῦνται: Tamen in concilijs maxime viget Spiritus Sanctus, & Eccleſia tota majorem habet plenitudinem gratiæ, quàm habeant ſinguli, vt ait Rupertus Tuitienſis lib. 3. de Diuinis officijs, cap. 2. & quæ conſtituuntur, in concilijs dicuntur conſtitui à Spiritu Dei can. 5 xxv. Quæſt. 2. & ὑπὸ τῆς σάλπιγγος τοῦ πνεύματος, id eſt à tubis Spiritus Sancti, in Synodo 7. generali can. 1. & iudice Deo, & præſente Spiritu Sancto & Angelis eius, in Synodica concilij Arelatenſ. ad Silueſtrum, & Deo medio in Synodo Valentina 2. & in epiſtola Synodi Carpentoractenſis, dicitur Deo medio. Nam Chriſtus dixit Matthæi capite 16. verſ. 20. vbi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum; vnde probant Patres authoritatem conciliorum. Sic Pſalm. 81. verſ. 1. Deus ſtetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deus dijudicat; & generaliter loquitur Chriſtus de omni conuentu hominum quem συνοδον vocat D. Chryſoſtomus Homil. 61. in cap. 18. Matthæi, & Origenes obſeruat Matthæi cap. 18. tractat. 6. forſitan ideò Paulum & Soſthenem ſcripſiſſe epiſtolam 1. ad Corinthios; & Paulum & Timotheum epiſtolam 2. ad eoſdem; & Paulum, Siluanum & Timotheum epiſtolam ad Theſſalonicenſes: ſic etiam Transfiguratum Chriſtum in medio Petri, Iacobi, & Ioannis: additque dixiſſe Chriſtum, vbi duo, vel tres, quod in multis, vel in toto Conuentu, & in paucis etiam vix poſſit eſſe talis conſenſus, vt Deus ſit in medio eorum. His conuenit quod D. Paulus non tantum nomine ſuo, ſed omnium fratrum, qui cum eo erant, ſcripſit epiſtolam ad Galatas; & ideò Conſtantinus apud Socratem lib. 1. cap. 6. ſic loquitur, quidquid ait in ſanctis Epiſcoporum concilijs decernitur, id vniuerſum diuinæ voluntati debet attribui: & aliâ epiſtola eodem cap. 6. addit, Patres concilij, animis à Deo illuſtratos, & Spiritus ſancti gratiâ imbutos, nullo modo à veritate aberrare potuiſſe, ἀστοχεῖν τῆς ἀληθείας. Et propterea etiam in Conſtitutionibus Apoſtolicis lib. 8. cap. 13. dicitur Sanctiones Eccleſiæ eſſe τὰ κορυφαιότατα τῆς ἐκκλησιαστικῆς διατυπώσεως. In concilijs maxime regnat Chriſtus, cùm ex omnibus terrarum Gentibus conueniunt in vnum Epiſcopi: dictum eſt enim Chriſto, dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Et in Concilijs, in medio Epiſcoporum ponebantur Sancta Euangelia, vt videre eſt in Synodo Epheſina, Actio 1. & in Synodo Chalcedonenſi etiam Actione 1. & in alijs pluribus Synodis, quorum adhuc extant Acta. Et Regnum Dei, & Regnum Chriſti eſt cum Spiritus Dei regnat in nobis, & effunditur ſuper nos, & purificat nos; vnde cùm in oratione Dominica legitur apud Matthæum cap. 6. adueniat Regnum tuum, Gregorius Nyſſenus ait oratio 3. de oratione Dominica, pro illis verbis Matthæi, *adueniat Regnum tuum* ſe legiſſe apud D. Lucam cap. 11. verſ. 2. *adueniat Sanctus Spiritus tuus, &c.* apud D. Lucam, inquit, legi adueniat Sanctus Spiritus tuus ſuper nos, & purificet nos ἐλθέτω τὸ ἅγιον πνεῦμά σου ἐφ' ἡμᾶς, καὶ καθαρισάτω ἡμᾶς. Hæretici tamen, vt Eunomius, & Macedonius dicebant ab hoc loco, viſum eſt Spiritui Sancto & nobis; colligi Spiritum Sanctum non eſſe Deum, quia conjungitur Apoſtolis, qui non ſunt dij. Quibus reſpondet D. Chryſoſtomus ſermone de Fide, & lege Naturæ; Exodi 14. conjungi Deum Moyſi, & dici credidit populus in Deum, & in Moyſen. Et 1. Regum ſcriptum eſſe, & timuit omnis populus Deum & Samüelem, & alibi gladius Deo & Gedeoni, & concludit ὥσπερ οὖν συνάπτεται Μωϋσῆς τῷ θεῷ, οὐχ ὡς ὁμότιμος τοῦ θεοῦ, ἀλλ' ὡς ὑπουργὸς θεοῦ, καὶ Σαμουὴλ τῷ θεῷ οὐχ ὡς ὁμότιμος, ἀλλ' ὡς προφήτης, καὶ Γεδεὼν οὐχ ὡς ὁμότιμος ἀλλ' ὡς στρατηγὸς τοῦ πολέμου: οὕτω καὶ οἱ ἀπόστολοι τῷ πνεύματι ὡς κήρυκες τοῦ εὐαγγελίου. id eſt, vt enim conjungitur Moyſes Deo non vt par honore ſed vt Miniſter Dei, & Samüel non vt æqualis, ſed vt Propheta, & Gedeon non vt ejuſdam honoris ſed vt Dux: ita juncti ſunt Apoſtoli Spiritui vt prædicatores Euangelij. Et D. Baſilius idem reſpondet lib. 5. aduerſus Eunomium, vtiturque exemplo illo Moyſis Exodi 14. Deniqua

ait dixerunt Apoſtoli: Viſum eſt Spiritui Sancto & nobis, non ſcipſos componentes cum poteſtate Spiritus, ſed ſubjicientes tanquam ab ipſo tunc ducti; & quaſi vnam cognitionem ac prudentiam dicentes ſuam & Spiritus, & vnam poteſtatem: & notanda illa verba *οὐ παρισῶντες ἑαυτοὺς τῇ τοῦ πνεύματος ἐξουσίᾳ, ἀλλ' ὑποτάσσοντες ἑαυτοὺς ὡς ὑπ' αὐτῷ χειραγωγούμενοι.*

Apoſtoli ergo licet haberent Spiritum Sanctum, vt de ſe teſtatur D. Paulus 1. ad Corinthios cap. 7. vbi ait, puto autem quod Spiritum Dei habeam; & abundarent eius gratia, vt non viderentur indigere conſilio, ad ea quæ agenda erant: non tamen voluerunt in dicto cap. 15. Actor. definire an Gentes eſſent circumcidendæ, quæ tranſire volebant ad fidem noſtram; antequam eſſent communiter congregati. Inde igitur origo ſumitur conciliorum: ibi enim vera forma concilij traditur, & ratio cogendi concilij oſtenditur. Orta quippe dicitur contentio inter Iudæos factos Chriſtianos, & Gentiles fidem quoque ſuſcipere volentes. Iudæi enim & Antiochiæ & in ciuitate Hieruſolymitana contendebant, non poſſe Gentiles admitti ad fidem Chriſtianam, niſi priùs circumciderentur, & alia legis Moſaicæ præcepta ſeruarent: quibus de cauſis Paulus & Barnabas miſſi ſunt Hieroſolyma ad conſulendum ſuper ea quæſtione reliquos Apoſtolos, qui maturo conſilio habito, cenſuerunt Gentibus fidem recipientibus non eſſe imponendam hanc neceſſitatem, vt eſſent obnoxij in totum legi Moſaïcæ, eſſe tamen quædam in illa lege contenta, quæ Gentilibus eſſent neceſſariò obſeruanda, & quæ illi apud Gentes minimè obſeruabant, nimirum primo vt ab Idolothytis abſtinerent 2. à ſanguine, & 3. à fornicatione, quatenùs ſcilicet, apud eos erat in vſu, & hæc tria tantùm ex legibus Moſaicis obſeruanda præſcribuntur Gentilibus in dicto cap. 15. nam Iudæi hæc tria obſeruabant, vt ait Origenes *in Matthæum cap. 23. tractat. 24.* Sed ſcire oportet quid intelligatur per Idolothyta, & per ſanguinem, & per fornicationem. Nam Tertullianus *lib. de pudicitia cap. 12.* Cyprianus, & Pacianus Paræneſi ad pœnitent. referunt Idolothyta ad Idololatriam ſeu primum Decalogi præceptum; ſanguinem ad homicidium, ſeu ad præceptum non occides; & fornicationem, ad præceptum non mœchaberis: ſed eorum ſententia non videtur vera; nam hic agitur de leuioribus peccatis, verbi enim gratiâ, non eſt idem Idolis ſacrificare, quod Idolis immolata guſtare, vt ait Balſamo *in can. 81. ad Amphilochium*; & fornicatio leuior, quàm adulterium; & ſanguinem edere aut ſuffocatum, non eſt par crimen ac occidere & ſuffocare. Deinde ſi ageretur de præceptis Decalogi, ſine ratione Apoſtoli omiſiſſent præceptum de furto non faciendo, & de falſo teſtimonio, & ſimilia. Adde quòd homicidium, & adulterium prohibita erant apud Gentiles Iure Naturali, & Ciuili, æquè ac lege Moſaicâ, & ita ſuperuacanea eſſet illorum prohibitio; & in hac quæſtione agebatur de quibuſdam rebus permiſſis Gentilibus, & lege tantùm Moſaica prohibitis. Quare verius videtur, agi de alijs præceptis legis Moſaïcæ, vt erat Circumciſio, & ſimilia, vnde ſolutio quæſtionis ad ea quoque referenda erat: & hanc quidem difficultatem agnouit Origenes *in epiſt. ad Romanos cap. 15* nimirum non agi hîc de omnibus Decalogi præceptis, & eam ſoluit, aitque Apoſtolos prohibuiſſe ea tantùm quæ non erant prohibita humanis legibus; & humanâ lege prohibita reſeruaſſe Iudicibus ſæcularibus. Placuit autem Spiritui Sancto & nobis, &c. In his ergo præceptis neque homicidium prohibetur, neque adulterium, neque furtum, neque Maſculorum concubitus, neque cætera crimina, quæ Diuinis & Humanis legibus puniuntur: quod ſi illa ſola obſeruanda dicit eſſe Chriſtianis, videbitur de cæteris dediſſe licentiam: ſed vide ordinationem Spiritus Sancti, quoniam quidem cætera crimina, quæ diuinis & humanis legibus puniuntur, ſæculi legibus iudicantur, & ſuperfluum videbatur ea diuinâ lege prohibere, quæ ſufficienter humanâ lege plectuntur; illa ſola de quibus nihil humana lex dixerat, Religioni videbatur conuenire, decernere. Ex quo apparet Iudices Mundi partem maximam legis implere: Omnia enim crimina quæ vindicari vult Deus, non per Antiſtites & Principes Eccleſiarum, ſed per Mundi Iudices voluit vindicari. Sequitur tamen ex ſententia Origenis, hîc non agi de præceptis Decalogi, & agi de leuioribus peccatis, quæ legibus humanis non puniebantur. Dicunt ergo Apoſtoli conuerti volentibus à Gentilitate ad Chriſtianiſmum, hoc vnum primum eſſe neceſſarium vt abſtineant ab Idolothytis, tanquam à contaminationibus, ita enim vocat Idolothyta D. Lucas *in Euangelio*; nam cùm D. Lucas dixiſſet *cap. 15. verſ. 20.* *ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων*, *poſtea verſ. 29.* dixit vno verbo *ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων*. Idolothyta enim erant, quæ Dæmonibus immolabantur, non Deo; vt ait D. Paulus 1. *ad Corinthios cap. 2.* *ἀλλ' ὅτι ἃ θύει τὰ ἔθνη, δαιμονίοις θύει, καὶ οὐ θεῷ*, quæ enim immolant Gentes, Dæmonibus immolant & non Deo. Et Origenes *in epiſt. ad Romanos loco citato*; & Papias, Idolothytum, Idolo datum, vel immolatum: & D. Paulus ibidem; abſtinendum his tanquam menſa Dæmoniorum, non interrogandum tamen in macello an quid ſit Idolothytum, nec in conuiuio, propter conſcientiam: ſi quis tamen indicauerit aliquid eſſe Idolothytum, abſtinendum eſt propter eum qui indicauit, & propter conſcientiam. Contrahuntur ergo contaminationes ex illis ſacrificijs Idolorum, vt ait Suidas in voce *ἀλισγημάτων*. Et *ἀλισγεῖν*, vbi explicat vocem *ἀλισγημάτων*, *μιασμάτων ἐκ μιαρῶν τῶν εἰδώλων θυσιῶν*, id eſt peccatorum & pollutionum quæ contrahuntur ex execrandis ſacrificijs Idolorum, & Heſychius *ἀλισγημάτων τῆς μεταλήψεως τῶν μιαρῶν θυσιῶν*: & qui Idolothyta ederant, dicuntur à Balſamone *μιαροφαγήσαντες*, id eſt execranda comedentes in can. 8. epiſtolæ ad Amphilochium: vnde Malachias *capit. 7. verſ. 7.* Dixit *ἄρτους ἠλισγημένους*, id eſt panes pollutos. Et omninò rectè Clemens Alexandrinus explicat quàm execranda & abominanda ſint Idolothyta, ad hæc verba quæ refert ex *Eccleſiaſtico 2.* *μὴ εὐφραίνου δέ*, ne læteris autem, inquit, *ὅτι μιαρὰ τρυφή*, propter execrandas delicias: hîc autem de Idolothytis quoque mentio facienda eſt; quonam modo præcipiat, ab ijs eſſe abſtinendum, illa mihi videntur *μιαρὰ, καὶ βδελυρὰ*, id eſt execranda & abominanda, quorum ſanguine ſuperuolant animæ ex erebo nunc lumine caſſæ; nolo enim vos fieri

participes Dæmoniorum, dicit Apoſtolus. Ab his ergo abſtinendum eſt, non quòd pertimeſcamus, non eſt enim in eis aliqua potentia: ſed quòd propter noſtram conſcientiam, quæ Sancta eſt, & propter Dæmonum odium, quibus illa ſunt dedicata, auerſemur; eandemque rationem reddit aduerſus Idolothyta D. Chryſoſtomus *ad Corinth. cap. 8. & 9* vbi agnoſcit quoſdam Gentiles factos Chriſtianos edere Idolothyta, & Trypho apud Iuſtinum *in Dialogo cum Tryphone*, idem objicit Iuſtino; atqui plures, inquit, qui ſe Ieſum profiteri dicunt & Chriſtiani nominantur, audio ſimulachris mactata manducare, & nihil ſe ex ea capere detrimenti dicere. Cui reſpondet Iuſtinus, tales qui comedunt Idolothyta, eſſe ſeductores, non veros Chriſtianos; & veros Chriſtianos priùs omnia perpeſſuros quàm Idolothyta ederent. Atque *in Synodo Ancyrana, can. 4. & 5.* ij qui ad Idola pranſi ſunt, ſeu qui Idolothyta comederunt, puniuntur. Et in *epiſt. ad Amphilochium, cap. 80.* & in *epiſtola Canonica Gregorij Thaumaturgi*: & illi ab Eccleſiæ cœtibus arcentur In *Concilio Aurelianenſ. 2. cap. 20.* & à Communione ſuſpenduntur, Aurelianenſ. 4. & Pœnitentiæ dignum tempus coguntur exſoluere In *Concilio Rhemenſi, cap. 14.* & cum conſultus fuiſſet Gregorius 2. à Bonifacio Moguntino, an edere liceret Idolothyta, facto ſuper his ſigno Crucis, reſpondet cùm Apoſtolo, *Corinthiorum* 10. 28. nolite edere propter eum, qui indicauit & propter conſcientiam; & id prohibetur in *Concilio Elibertano, can. 4.* ne id quod Idolothytum eſt, fideles acciperent, nec domini ſuis acceptum ferrent œconomis, ſi quid eorum pro familia coëmiſſent, vel Idolis obtuliſſent: *& lib. 7. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 22.* cauete verò ab Idolothytis; hæc enim immolant, vt Dæmones honorent, vt ſcilicet Deo contumeliam faciant; cauete, inquam, ne participes Dæmoniorum efficiamini. Et D. Auguſtinus *epiſt.* 154. ait etiam, nunquam Idolothyta edenda, & melius eſſe, inquit, vt viator famis neceſſitate victus, nihilque vſpiam inueniens niſi cibum in Idolo poſitum; vbi nullus ſit alius hominum, Chriſtianâ virtute id reſpuat: Atque ijs qui edebant immolatitia, pœnitentia imponebatur. Leo 1. *epiſtola 79. cap. 5.* vt ſiue terror, ſiue fames ſuaſerit ad edenda immolatitia, pœnitentiæ ſatisfactione purgentur qui id fecerint: *& d. can. 4. & 5. Synodi Ancyranæ*, & D. Cyprianus *lib. de Lapſis*, ait mortiferos Idolorum cibos: & Tertullianus lib. de Spectaculis cap. 13. non ſacrificamus, non parentamus, ſed neque de ſacrificato & parentato edimus; quia non poſſumus cœnam Dei edere, & cœnam Dæmoniorum. Et *Eccleſiaſtici* 2. Idolothyta prohibentur: execrandæ delitiæ ſunt Idolothyta, vt refert Clemens Alexandrinus loco ſupra citato, & *Num. cap. 25. verſ.* 2. & manſit Iſrael in Settin, & pollutus eſt populus, vt fornicaretur in filias, & vocauerunt eos ad ſacrificia Idolorum ſuorum, & manducauit populus de ſacrificijs eorum, & adorauit Idola eorum. Et *Pſalm* 105. *verſ.* 28. & initiati ſunt Beelphegor, & comederunt ſacrificia mortuorum. Per illa enim ſacrificia Origenes intelligit Idolothyta; *Numerorum cap. 25. Homilia* 20. & *Tobiæ cap.* 1. cumque, inquit, Niniue cum vxore & filio, omni- A que tribu mea eſſet, abductis omnibus generis mei fratribus de cibis eſitandis, ego tamen ne veſcerer illis, genio meo temperaui, quod Religionem Dei animo toto colerem. Et *Danielis cap. 1. verſ.* 8. propoſuit autem Daniel in corde ſuo, ne pollueretur de menſa Regis, neque de vino potus eius, & rogauit Eunuchorum præpoſitum ne contaminaretur; dicit vero ne pollueretur, quia, vt ait Theodoretus, videbant Babylonios τοὺς τῶν εἰδώλων ἐπικλήσει τὰ ὄψα μολύνοντας, σπονδαῖς δὲ τὸν οἶνον μιαίνοντας, id eſt, Idolorum imploratione, obſonia inquinantes, vinum libationibus polluentes: & Zachariæ cap. 7. Deus dicit, auferam ſanguinem B eius de ore eius, & βδελύγματα, abominationes eius de medio dentium eius, nam Theodoretus vertit βδελύγματα, abominationes τῶν εἰδώλων θυσίας, id eſt, Idolorum Sacrificia: dicuntur etiam προσοχθίσματα, id eſt, odio habenda, vt probat Procopius Gazæus *lib. 4. Reg. cap.* 1.

Secundum caput eſt, vt abſtineant à ſanguine & ſuffocato, quod etiam prohibetur *Deuteronom. cap. 12. verſ.* 16. tantummodò ſanguinem non comedetis, ſuper terram effundetis illum inſtar aquæ. *Et verſ.* 23. attende valdè, vt non comedas ſanguinem; quia ſanguis eſt anima, & non manducabitur anima C cum carnibus; non comedes illum, ſed in terram effundes inſtar aquæ; non veſceris illo, vt benè ſit tibi & filijs tuis poſt te, ſi feceris quod rectum & acceptum eſt ante Dominum tuum. Et *Leuit. cap. 7. Verſ.* 16. omnis anima quæcumque manducauerit ſanguinem, peribit: & *cap.* 17. omnis anima ex vobis non edet ſanguinem, &c. & effundet ſanguinem, & operiet eum terra: anima enim omnis carnis ſanguis eius eſt: & *Geneſis cap.* 9. verumtamen carnem in ſanguine animæ non comedetis. Et ideo rectè Theodoretus ait *in quæſtionibus ad Geneſim*, ſic fieri vt carnes tanquam olus man- D ducentur: itaque, inquit, ſi ſumas ſine ſanguine carnes, vtique tanquam olus manducabis, olus enim anima caret: quod cum ſanguine ſumpſeris, animam manducas. Et ita etiam Trypho apud Iuſtinum *in Dialogo cum Tryphone*, quod tamen quomodo accipiendum ſit, docet idem Iuſtinus. Hoc verò diu obſeruatum eſt ab Eccleſia *in can. 63. Apoſtol.* ſi quis Epiſcopus, vel Preſbyter, vel Diaconus, vel omninò ex Sacerdotali catalogo, comederit carnes in ſanguine animæ ipſorum, vel quid à feris captum, vel morticinum, deponatur, hoc enim lex prohibuit. At neque licitum eſt comedere quicquid ex ſanguine compoſitum eſt. *Tertul. in apo-* E *logetico cap.* 9. erubeſcat error veſter Chriſtianis, qui ne animantium quidem ſanguinem in epulis eſculentis habemus, qui propterea quoque ſuffocatis & morticinis abſtinemus, ne quo ſanguine contaminemur, vel intra viſcera ſepulto. Denique inter tentamenta Chriſtianorum, botulos etiam cruore diſtentos admouetis: certiſſimi ſcilicet illicitum eſſe penes illos, per quod exorbitare eos vultis. Et *in Synodo Trullana can.* 67. diuina nobis Scriptura mandauit à ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione abſtinere; eos ergo qui propter lautum, & delicatum ventrem, cuiuſcumque animalis ſanguinem arte aliqua eſculentum condiunt, ac inſtruunt, ac illo veſcuntur punimus. Vnde in

can. 2. *Synodi Gangrenſis*, condemnantur ij, qui probibent vſum carnium tanquam abominandum, niſi agatur de ſanguine ſuffocato, & idolotbyto. Si quis eum, qui carnem, præter ſanguinem, & idolothytum, & ſuffocatum, cum pietate, & fide comedit, condemnat, tanquam quod eo veſcator ſpem non habeat, ſit anathema. Et *Nov. Leonis* 58. poniuntur etiam edentes ſanguinolenta. Fuiſſe vero hæc prohibita aſſerit Origenes *lib.* 8. *contra Celſum*, ne videremur paſci Dæmonum cibo, quia Gentiles putabant ſanguinem eſſe eorum cibum: ſuffocata, inquit, fuerunt ſanguine non expreſſo de mortuo, quem quia Dæmonem eſſe cibum vigebat opinio inter Gentiles, ideò, vt ea eius nidore illi paſcuntur, propterea inhibita ſunt ne illorum nutrimur cibo, neo nobiſcum huioſmodi ſpiritus coaleſcerent ſi ſuffocatis veſcetemur. Cæterum Balſamo *in d. can.* 63. *Synodi Trullanæ*, ait Latinos indiſcriminatim ſuffocata comedere: & D. Auguſtinus *lib.* 32. *cap.* 13. *contra Fauſtum*, quis iam hoc Chriſtianus obſeruet, vt turdos, vel minutiores auiculas non attingat, niſi quarum ſanguis effuſus eſt; aut leporem non edat, ſi manu à ceruice percuſſus, nullo cruento vulnere occiſus eſt. Hebræi porrò dicunt ſanguinem piſcium non vetari hoc præcepto, & colligunt ea *cap.* 7. *Levit.* vbi dicitur ſanguinem quoque omnis animalis non ſumetis in cibo, tam ex auibus, quàm ea pecoribus: illa enim verba loquuntur, tantùm de auibus, & de pecoribus, quæ ſuper terram incedunt. Dicitur vero vt abſtineatur à ſanguine, & ſuffocato, quia ſanguis poteſt ſumi vel per ſe, vel cum carne enimelis ſuffocati.

Tertium tandem præceptum eſt, vt abſtineant à fornicatione: quod hic dicitur ἀπέχεσθαι τῆς πορνείας. Et volgò explicatur à fornicatione, & licet πορνείας, & fornicationis nomen generale ſit, magis tamen eſt, vt non intelligatur generaliter de omni genere πορνείας, vel fornicationis, ſed de ea, quam Gentes impunè exercebant, vt eſt fornicatio cum meretricibus. Nam D. Paulus *epiſtola ad Theſſalonicenſes*, *cap.* 6. oſtendit Gentes ſuis cupiditatibus eſſe deditas, & *epiſt. ad Timotheum* 1. *cap.* 10. conjungit fornicatios maſculorum concubitoribus. Meretrices autem quæ corpore quæſtum faciunt, & maſculorum conſtupratores prohibentur lege Moſaica, Deuteronom. cap. 22. non erit meretrix è filiabus Iſrael, neque erit maſculus idem faciens ex filijs Iſraël. Et D. Petrus *epiſt.* 1. *cap.* 4. oſtendit Gentiles mutatos fuiſſe caſtitatem Chriſtianorum. Sufficit enim præteritum tempoa ad voluntatem Gentium conſummandam, his, qui ambulauerunt in luxurijs, deſiderijs, vinolentijs, comeſſationibus, potationibus, & illicitis idolorum cultibus; in quo admirantur non concurrentibus Vobis in eandem luxuriæ confuſionem blaſphemantes. Et D. Ambroſius *in cap.* 13. *ep. ad Rom.* teſtis eſt Gentiles putaſſe, quod meretricum vſus licitus ſit, tanquam legi naturæ ſoppetant, ſatiſque ſit ſi viri abſtineant ab adulterio. Et D. Hieronymus *in epitaphio Fabiolæ*, & D. Auguſtinus *lib.* 32. *cap.* 13. *contra Fauſtum*, etiam teſtatur, pleroſque Gentilium exiſtimaſſe ſimplicem fornicationem non eſſe per ſe malam, nec illicitam. Porrò definitio hæc Apoſtolorum, non dirigitur ad Iudæos, quia, vt ipſi

A dicunt Apoſtoli *Actorum* 15. illi habent Moyſen, qui hoc ipſis præſcribit: dicitur verò dogma à D. Chryſoſtomo *in Act. d. cap.* 15. poſtea, inquit, commune dogma fit: ibidem ſæpius dogma vocat. Dogmata autem ad fidem ſpectant, non ad mores, vt docet Chryſoſtomus idem in *epiſt.* 1. *ad Corinth. cap.* 16. *in principio*, & *in epiſt.* 2. *ad Timotheum*, *cap.* 2. *Homilia* 5. hoc autem, inquit, non modò de dogmatibus, ſed etiam de vita intelligitur. Aliquando tamen dogmata etiam dicuntur de rebus Moralibus, vt teſtatur D. Baſilios *in Pſal.* 44. frequentius tamen diuerſum eſt ab operibus Moralibus: idem Chryſoſt. *Homil.* 59 *contra Anomæos*, conjungamus rectitudini dogmatum diligentiam vitæ & operum, vt ne dimidia-
B tim, quæ ad noſtram ſalutem ſpectant, curentur.

Sed quæri poteſt, an alia Concilia, præter illud de quo agitur in *d. cap.* 15. habita quoque ſint ab Apoſtolis. Nam ſaltem multi alij fuerunt cœtus, & conuentus Apoſtolorum, vt ille qui habitus eſt de Electione Matthiæ *Actor.* 1 & de Diaconorum Electione *Actor.* 6 & 7 & de Paulo, vt ſe in Templo cum alijs ſanctificaret. Aliqui exiſtimant hos conuentus non eſſe propriè Synodos; alij verò affirmant, vt Hincmarus Rhemenſis *in Opuſculo* 55. *Capitulorum*, *cap* 24. vbi quinque Apoſtolorum Concilia enumerat, Quoniam, inquit, ſicut in ſacra Hiſtoria legitur, & inde ſcriptum ab Eccleſiæ Magiſtris ac-
C cepimus, prima Synodus Apoſtolorum habita eſt Hieroſolymis de Electione duodecimi Apoſtoli pro Iuda. Secunda de Electione ſeptem Diaconorum; tertia de Circumciſione, ne credentibus ex Gentibus imponeretur. Quarta facta eſt de credentibus ex Iudæis, illo tempore ne prohiberentur; vbi neceſſitas exigeret, etiam legalibus cæremonijs initiari, ob deuitandum videlicet ſcandalum eorum, qui putabant eos Moſaica decreta, tanquam idololatriæ dogmata damnaſſe; quod etiam eos anteà facere conſueuiſſe Timothei maximè Circumciſione probatū eſt. Quintam vero Synodum Apoſtolorum Patres noſtri
D fuiſſe tradunt, quando ſecundum quod prædictum eſt, tempus adimpletionis aduenit, vt in omnem terram exiret ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum; & ſecundum Domini dictum Euangelium prædicaretur in toto mundo per Apoſtolos, quibus dixit Ite, docete omnes Gentes, & tunc Symbolum, ſicut vniuerſalis tenet Eccleſia, condiderunt, ſinguli ſingulas ſententias proferentes; ſicut & Leo, *ad Pulcheriam Auguſtam*, demonſtrat.

De prima Synodo agitur *in Actis cap.* 1. & dicitur à Baronio habita anno Chriſti 34. in domo Mariæ, Matris Ioannis, qui cognominatus eſt Marcus.

E De ſecunda in Actis *cap.* 6. & dicitur habita eodem anno ante Martyrium S. Stephani, menſe 7. & biennio ante Pauli conuerſionem.

De tertia, de qua hîc agimus, *Actor.* 15. & celebrata anno Chriſti 51. & anno 15. Conuerſionis Pauli, teſte ipſo Paulo ad Galatas 2. deinde poſt annos 14. aſcendi Hieroſolymam cum Barnaba, &c.

De quarta agitur *Actorum* 21. anno Chriſti 58. & quâ Iudæis credentibus permittitur vſus Legalium, & Paulus in Templo ſtetit cum Nazaræis votum exſoluentibus.

De quinta nulla eſt mentio in Actis Apo-

ſtolorum, ſed traditum eſt, ab Apoſtolis in ea Symbolum compoſitum fuiſſe D. Cyprianus *in expoſitione Symboli*, Ambroſius *ſermone de ieiunio Eliæ, & epiſtola* 81. *ad Siricium*; Epiphanius, *hæreſi* 71. *ante medium*, Ruffinus *in præfatione expoſitionis ſymboli*, D. Auguſtinus *ſermone* 2. *de paſſione, & epiſtola* 13. *ad Pulcheriam Auguſtam*; & Baronius ait congregatam fuiſſe hanc Synodum anno Chriſti. 44.

Præter illas quinque Synodos, ſunt & alij Conuentus Apoſtolorum in Actis, *vt cap.* 4. *&* 11. deſcripti: item quando interfuerunt Apoſtoli Aſſumptioni Beatiſſimæ Chriſtiparæ ſemper Virginis Mariæ. de quo Dionyſius Areopagita *lib. de diuinis nominib. cap.* 3. & Iuuenalis Epiſcopus Hieroſolymitanus, *oratione habita coram Martiano apud Nicephorum lib.* 15. *Hiſtoria Eccleſiaſt. cap.* 14. & Gregorius Turonenſis *lib.* 1. *de gloria Martyrum cap.* 4. & alij. Mortua vero cenſetur anno Chriſti nati 48. & ætatis 62. vel 63. ex Euſebij computatione in Chronico, vel ex computatione Cedreni anno Chriſti 57. ætatis verò ſuæ anno 72.

Concilia verò maximè congregantur, vt vnius Spiritus, & Charitatis complexu omnes Eccleſiæ conglutinentur, vt ait D. Baſilius *homilia* 29. *aduerſus calumniatores S. Trinitatis*, mutuò vnitas eſſe, id quod jam videmus, veteris parium charitatis reliquiæ ſunt: hujus enim gratià illi publicos hos Conuentus excogitarunt, quo abalienationem ex temporibus inductam, per temporum conuentiones renouarent; & ij qui extra fines [illegible] habitant, ad hunc vnum locum peruenientes, principium amicitiæ & charitatis, congreſſum ſuum exhiberent: hoc ipſum ſpiritualis eſt conuentus vetera renouans, futuris initium præbens: non enim venimus vt rerum venalium faciamus permutationem, ſed vt charitatis mutuam commutationem viciſſim exhibeamus, vt plenam demus, & plenam accipiamus charitatem. Hæc Patres noſtri conſtituerunt: & *epiſtola* 82. deſignatus eſt quoque alteri Synodo locus, & tempus aliud: vt & per prouinciam diſperſi fratres conuenire vtrique inter ſe poſſent, & germana deinceps eſſet, ac ſincera communio. Quibus verbis oſtendit in Concilijs & Conuentibus Eccleſiaſticis, non ſolùm repræſentari vnitatem Eccleſiæ; ſed fieri, & colligari. Hoc enim ita promiſit Chriſtus *Matthæi.* 18. 20. cùm dixit, vbi enim duo ſunt vel tres congregati in nomine meo, illic ſum in medio eorum, vt ait D. Chryſoſtomus *illo loco*, animaduerte quemadmodum etiam hîc diſſidia & inimicitias diſſoluat, & puſillanimitatem omnem exterminet, & homines congreget inuicem, non pœnarum tantùm terrore, verùm etiam his donis quæ à Charitate proueniunt. Et *Ioannis.* 17. idem Chriſtus ait, volo Pater, vt ſint vnum in nobis, ſicut & nos vnum ſumus; vt ſint conſummati in vnum. *Et* 1. *Corinthiorum.* 6. qui adhæret Deo, vnus Spiritus eſt cum illo. *& Actor.* 4. multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. Eccleſia enim inter omnes dotes hanc habet præcipuam, vt ſit vna licet in multis locis diffuſa: & hæc eſt, & fuit ſemper fides noſtra, vnam eſſe Eccleſiam, quam Columbam, & Sponſam ſuam Chriſtus appellat, illamque nec locis, nec perſonis circumſcribi aut multiplicari, ſed eſſe Catholicam, & vbique diffuſam; ita tamen, vt licet vbique ſit, vnum corpus ſit; & licet fideles ſint plures, illi tamen vnum ſint: ſiquidem vt ait Euſebius Pamphili *lib.* 2. *aduerſus Sabellium*, & Apoſtoli duodecim vnum ſunt, & ſeptuaginta diſcipuli, & quingenti fideles, & tota Eccleſia vnum: & D. Cyprianus *lib. de Eccleſiæ vnitate*, Epiſcopatus vnus eſt, cujus a ſingulis in ſolidum pars tenetur; Eccleſia vna eſt, quæ in multitudinem latiùs incremento fœcunditatis extenditur, quomodo Solis multi radij, ſed lumen vnum eſt; & rami arboris multi, ſed robur vnum tenaci radice fundatum; & cum de fonte vno riui plurimi defluunt, numeroſitas licet diffuſa videatur exundantis copiæ largitate, vnitas tamen ſeruatur in origine: auelle radium Solis à corpore, diuiſionem lucis vnitas non capit; ab arbore frange ramum, fructus germinare non poterit; a fonte præſcinde riuum, præciſus areſcit: ſic & Eccleſia Domini luce perfuſa, per orbem totum radios ſuos porrigit, vnum tamen eſt quod vbique diffunditur, nec vnitas corporis ſeparatur; ramos ſuos in vniuerſam terram copiâ vbertatis extendit, profluentes largiter riuos latiùs expandit, vnum tamen caput eſt, & origo vna, mater eſt fœcunditatis ſucceſſibus copioſa: illius fœtu naſcimur, illius lacte nutrimur, Spiritu eius animamur. Et hoc aute docuit Paulus Apoſtolus *epiſtola* 1. *ad Corinthios*, quæ ſic incipit: Paulus vocatus Apoſtolus Ieſu Chriſti Eccleſiæ Dei, quæ eſt Corinthi, cum omnibus qui inuocant nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti in omni loco ipſorum, & noſtro: ſcribit enim Eccleſiæ Corinthiæ, & alijs Eccleſijs in quocumque loco ſint, & eas vocat vnam Eccleſiam, vt obſeruat Theodoretus, qui etiam *in Pſal.* 47. *v.* 4. ad illa verba, *Deus in domibus eius cognoſcetur*, idem oſtendit, vna, inquit, per totum orbem atque mare eſt Eccleſia: rurſum vero diuiſa eſt ipſa per ciuitates, & oppida, & villas, quas Propheticus ſermo domos nuncupauit, quemadmodum quælibet ciuitas intus multas habet domos inter ſe diuiſas, & vna tamen ciuitas nominatur; ſic infinitæ & innumerabiles ſunt Eccleſiæ in Inſulis, & in continenti, ſimulque omnes in vnam rediguntur: verorum dogmatum vnitæ conſonantiâ. & D. Chryſoſt. *ſermone.* 1. *de Paſchate*, plures ſunt domus Hebræorum, vnam habent vim, vt Eccleſiæ per Vrbes & Prouincias plures numero, vna ſunt Eccleſia, *ὥσπερ αἱ κατὰ πόλεις καὶ χώρας ἐκκλησίαι αἱ πολλαὶ τῷ ἀριθμῷ εἰσι, μία ἐστὶν ἐκκλησία.* Atque hoc nomen ipſum Eccleſiæ ſignificat, *Eccleſia* enim ſignificat multorum congregationem & conuocationem. Idem D. Chryſoſtomus *homilia* 1. *ad Corinthios.* 1. Eccleſiam Dei vocat, oſtendens eam eſſe oportere vnicam, nomen enim Eccleſiæ non eſt nomē ſeparationis, ſed vnionis, & concordiæ, & conſenſus. Et *cap.* 1. *ad Galatas*, qui diſſecti ſunt in varias partes, nequaquam poſſunt appellari cognomine Eccleſiæ; ſi quidem Eccleſiæ & congregationis nomen, conſenſus concordiæque nomen eſt, & Eccleſia eſt conuentus plurium, vt ait Petrus Damiani *lib. Dominus vobiſcum cap.* 6. vnde oportet priùs eam eſſe in pluribus.

Rationes verò propter quas Eccleſia, vt ait D. Bernardus, eſt pluralis in vnitate, & vna in pluralitate, multæ ſunt, & proponuntur. Primò quia ea eſt filia Dei, & Deum imitatur qui vnus

eſt in ſubſtantia, & trinus in perſonis; & in A hoc eſt eius Eminentia, vt rectè philoſophatur Clemens Alexandrinus *lib. 7. ſtromatum*: ex his manifeſtum eſſe exiſtimo vnam eſſe veram Eccleſiam; nam cùm vnus ſit Deus, & vnus dominus, propterea id etiam quod eſt ſummè venerabile, & ex eo quod ſit ſolum claudatur, vt quod ſit imitatio principij, quod eſt vnum; in vnius ergo naturæ ſortem coaptatur Eccleſia, quæ eſt vna τῇ γοῦν τοῦ ἑνὸς φύσει συγκληροῦται ἐκκλησία ἡ μία: quam in multas conantur diſcindere hæreſes: & ſubſtantiâ ergo, & cognitione, & principio, & excellentiâ ſolam eſſe dicimus antiquam, & Catholicam Eccleſiam in vnitatem B vnius fidei κατά τε τὴν ὑπόστασιν, κατά τε ἐπίνοιαν, κατά τε ἀρχὴν, κατά τε ἐξοχὴν μόνην εἶναί φαμεν τὴν ἀρχαίαν καὶ καθολικὴν ἐκκλησίαν, εἰς ἑνότητα πίστεως μιᾶς. Et paulo poſt, cæterùm Eccleſiæ quoque Eminentia ſicut principium conſtructionis eſt ex vnitate, omnia alia ſuperans, & nihil habens ſibi ſimile aut æquale. ἀλλὰ καὶ ἡ ἐξοχὴ τῆς ἐκκλησίας καθάπερ ἡ ἀρχὴ τῆς συστάσεως, κατὰ τὴν μονάδα ἐστὶν, &c. Item Eccleſia eſt in multis, vt diuinitas in multis perſonis, vt obſeruat Maximus Monachus *in liturgiæ expoſitione cap. 3.* & D. Auguſtinus *tractatu 17. in Ioannem*: diuinitas profert quod Apoſtoli erant vnum Naturâ, ſicut Trinitas. Et Symmachus Papa *epiſtola ad Eonium Arelatenſem* C *Epiſcopum*, comparat etiam Eccleſiam Trinitati: nam dum, inquit, ad Trinitatis inſtar, cujus vna eſt indiuidua poteſtas, vnum ſit per diuerſos Antiſtites Sacerdotium.

Item Eccleſia vna eſt in multis, tanquam anima vna in pluribus partibus, quia vnam tenet vbique concordiſſimè doctrinam, vt ait D. Epiphanius *hæreſi 31. cap. 31.* & quia ab vna fide genita, ac per Spiritum Sanctum in lucem edita, vnica eſt vni genitricique ſuæ, vt ait idem Epiphanus, *in expoſitione fidei cap. 6.* & rectè D. Cyrillus Eccleſiam comparat Chriſti veſtimentis, quorum alia diuiſa ſunt, alia manſerunt indiuiſa; vt per illa, ſortitio Eccleſiarum ſignificaretur, per hæc, vnitas illarum. In quatuor partes, D ait, diuiſa ſunt veſtimenta, manſit tamen tunica indiuiſa: nam partes orbis quatuor ſortitæ ſunt quodammodo, & impartibiliter ἀμερίστως habent ſacrum Verbi indumentum: hæc verò tunica dicitur ὑφαντὸς καὶ ἄρραφος, id eſt textilis deſuper per totum, & inconſutilis, quod hic explicandum eſt.

D. ergo Ioannes ait in Euangelio *cap. 19.* ἦν δὲ ὁ χιτὼν ἄρραφος ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι᾽ ὅλου, id eſt erat vero tunica inconſutilis, deſuper contexta per totum; & vltima verba explicant priora; nam veſtis textilis per totum nullas habet partes ſeparatas, & hiulcas, quæ fibulis vel nodis conjungi debeant; & ἄρραφος nihil aliud ſignificat E quam quod nullos habet pannos, & nullas partes, quæ ſuturâ vel fibulâ aliqua conjungantur in humeris: veſtis autem quæ eſt deſuper tota ὑφαντὸς, talis eſt, & probatur ex Ioſepho de Tunica Pontificis, vbi dicit eam eſſe ſine ſutela, & ſine pannis ἔστι δ᾽ ὁ χιτὼν οὗτος οὐκ ἐκ δυοῖν περιτμημάτων ὥστε ῥαπτὸς ἐπὶ τῶν ὤμων εἶναι, &c. eſt vero hæc veſtis non ex duobus pannis, vt conſuatur in humeris, &c. Qua ex loco intelligitur facilè quid ſit veſtis ἄρραφος nam cùm veſtis ῥαπτὸς ἐπὶ τῶν ὤμων, ſit ex δυοῖν περιτμημάτων, & veſtis ἄρραφος non ſit ex duobus illis pannis in humero aſſutis, ſequitur tunicam ἄρραφον, eſſe eam quæ nullos

A habet pannos qui in humeris fibulâ coniungantur. Nam veſtis ῥαπτὸς vel σχιστὸς maximè in humeris, & circa collum, pariter que ἀρραφος in iiſdem humeris: vnde Ioannes ait ἄνωθεν: inde ἐξωμὶς dicitur veſtis comica, alba, ignobilis in ſiniſtro latere ῥαφὴν οὐκ ἔχων ſuturam non habens, id eſt maximè aperta. Pollux *lib. 4. cap. 19.* nam vbi ſunt ῥαφαὶ, ſunt exitus. Quarè Agamemnon in veſte, quâ obuoluerat eum Clytemnæſtra, vt occideret, quærebat ἐξόδους apud Lycophronem, id eſt fibulas, in quibus ſunt exitus, & aperturæ. Et ſanè quæ conſuuntur, abrupta fuiſſe oſtendit Gregorius Nyſſenus *Homilia 7.* B *in Eccleſiaſtem*, τὸ δὲ ἀπορραγὲν διὰ τῆς ἁμαρτίας πάλιν προσερράφη διὰ τῆς μετανοίας, abruptum per peccatum, aſſuit per pœnitentiam. Vnde apud Aratum, quædam ſunt capita ſine ſutura.

Πολλαὶ δ᾽ ἄρραφέες κεφαλαὶ πέλον ἀνθρώποισιν.

Multa ſine ſutura hominum capita.

Nam raphæ in capite ſunt ſuturæ, & commiſſuræ quæ ſerris dentatis ſimiles, pinnis & concauitatibus inter ſe coaptantur, Pollux *lib. 2. cap. 4.* & raphides omnes ſunt commiſſuræ & ſutelæ, quæ duplices ſunt, aliæ fiunt filo, Pollux *lib. 10. cap. 31.* ῥαφίδα καὶ λίνον λαβὼν τὸ δὲ ῥῆγμα συρράψον, acum, filumque accipiens rupturam conſue. Nam & ῥαφὶς acus eſt, *in gloſſis Græcolatinis*: & de fili ſutura intelligendum eſt, quod C dicitur à D. Hieronymo πολύρραφον veſtimentum varij panni, à pauperibus, ſuis veſtibus conſuuntur *cap. 16. ad Ezechiel.* Aquila & Theodotion μπολίσματα tranſtulerunt, quod ſignificat diuerſos pannos hinc inde conſutos, & inſtar emplaſtri factum idolum quaſi πολύρραφον veſtimentum. Aliæ vero fiunt fibulâ, Heſichius ῥαφὶς πόρπη, & πόρπη ῥαφίς: at πόρπη in eiſdem gloſſis eſt fibula, & acus quoque apud Iſidorum; reſpicit vtrumque & ſuturam ſeu texturam, & ornamentum fibularum vel nodorum, *lib. 19. cap. 22.* acu, inquit, picta veſtis, aut textilis, aut acu ornata; & inter ornamenta ponit *cap. 31.* acus ſunt, quibus à fœminis ornandorum cri- D nium compago retinetur, ne laxiùs fluant & ſparſos diſſipent capillos. & Lucianus, dixit, vt refert vir doctus, συρράπτειν πόρπαις, *in dialogo Amorum*, eſt fibulis iungere: erant enim quædam veſtimenta in quibuſdam partibus hiulca, neque vno contextu facta; ſed quæ fibulis in humeris iungerentur, vel circa humeros, vel circa pectora; & hæ veſtes dicebantur σχισταὶ quaſi ſciſſæ, & diuiſæ in partes. Pollux *lib. 7. cap. 13.* ὁ δὲ σχιστὸς χιτὼν πόρπαις κατὰ τοὺς ὤμους δέδετο, diſſoluta tunica fibulis circa humeros connectebatur. Et Heſychius σχιστὸς χιτών τις ποικίλος γυναικεῖος κατὰ τὸ στῆθος πόρπῃ συνεχόμενος ſciſſa tunica, tunica eſt varia, & muliebris, circa pectus fibulâ conne- E xa: nam πόρπη apud Heſychium, & in gloſſis eſt fibula: & Ioannes Zetzes in Heſiodum χιτὼν καὶ φᾶρος ἐπὶ τὸ διερραμμένον ἱμάτιον ὃ καλοῦσιν ἐνλωρεσκον καὶ τοῦ ἄνω διερρωγμένον. Et has veſtes in quatuor partes diuiſerunt milites, quia erat facile; ex multis enim pannis ſeparatis confectæ erant, qui panni tantùm fibulis connectebantur, & acubus; Tunica verò, quæ erat tota vno ductu contexta, ſine ſciſſione diuerſorum pannorum, deſuper ſeu circa humeros, eratque ἄρραφος, non eſt ſciſſa, nec diuiſa à militibus. Quare verbum *inconſutilis*, quod habet vulgata verſio, idem eſſet atque ſine commiſſura partium, & ſine pannis fibularum vinculo & nodo

connexis circa humeros, ita vt nulla pars eſſet hiulca, & alteri per fibulas illas coniuncta, vel acu, aut alio modo aſſuta, ſed per totum eſſet contexta.

Cæterum Græci vſi ſunt hac voce ῥάπτειν ſæpiſſimè in malam partem. D. Chryſoſt. *homilia 14. de mulieribus, & pulchritudine.* *καὶ πολλὰς μηχανὰς ἔρραψαν*, & multas præſtigias conſarcinarunt; *& homilia de oratione*, dicit *ῥάπτειν δίκας, τὰς δὲ δίκας ῥάπτειν*. Et D. Baſilius *ῥάπτειν ἐπηρείας* calumniam conſuere.

Quando verò diximus ſuprà ex Lycophrone Agamemnonem in cæco veſtimento Clytemneſtræ requiſiuiſſe *ῥαφὰς* manibus ſuis, Lycophron addit *κροσσωτὰς ῥαφὰς*, quod vbi ſunt *ῥαφαὶ* ſeu fibulæ, veſtis fimbriæ ex vtraque connectantur, & claudantur, vel etiam aperiantur. Suidas *διαιροῦνται γὰρ οἱ κροσσωτοὶ καὶ πάλιν ἑνοῦνται*, limbi fimbriati ſeu fimbriæ diuiduntur, & rurſus vniuntur: quæ verba Suidas ſumpſit ex Theodoreto *in Pſalm.* 44. vbi *ὡς τῆς αὐτῆς ἐξηρτημένοι στολῆς*, quippe quæ ex eadem ſtola dependent, nimirum non ex ſe, ſed per *ῥαφὰς* quibus connectantur. Vnde D. Baſilius *in Eſaiam cap.* 3. dixit *ἀποδέσμους τινὰς τῶν κροσσῶν*, nexus quoſdam fimbriarum; oræ enim veſtium erant fimbriatæ in extrema parte, & fimbriæ illæ etiam erant aſſutę. Heſychius *κροσσωτὸς, τὰ κατὰ τῶν ἱματίων τὰ ῥαμματώδη*, infimas oras veſtium aſſutas: & poterant etiam illæ fibulæ, vel vincula quibus vinciebantur veſtes illæ diſſutæ, habere fimbrias. « Vnde Euthymius *Pſalm.* 44. illa verba *fimbrijs aureis*, explicat in zonis: his verbis ſuperius quidem, dixit in veſtitu, modò autem in fimbrijs, hoc eſt in zonis. Vnde aliqui in cingulis tranſtulerunt, à quibus fimbriæ quædam dependent, & *in eodem Pſal.* 44. vbi dicitur in fimbrijs aureis circumdata varietate, in Græco eſt *ἐν κροσσωτοῖς χρυσοῖς περιβεβλημένη*, vt legit Clemens Alexandrinus *lib.* 2. *Pædagogi cap.* 10. vbi ait quod fimbriæ aureę ſunt Electę, *καὶ οἱ κροσσωτοὶ οἱ ἐκλεκτοὶ οἱ χρυσοῖ*: & *lib. 6. ſtromatum* ait Græcos eſſe ſuperfluas aureas fimbrias, quibus circumdata & variata eſt Eccleſia, i. eorum doctrinam. Et fimbriæ ſunt extrema veſtium, Iſidor. *lib.* 19. *cap.* 24. fimbriæ vocatæ oræ veſtimentorum, hoc eſt fines, ex Græco vocabulum trahentes: Græci enim terminum *ὅρος* vocant: & Nonius, fimbriæ ſunt omnis extremitas. D. Baſilius in *Pſalm.* 44. *κροσσοὶ δὲ ἀποκρεμῶνται τοῦ ἱματίου*, & fimbriæ dependent ex veſtimento: Ibidem dicitur *περιττόν*, abundans, quia ſine fimbria poſſet eſſe veſtis.

Concilia itaque vtilia & neceſſaria viſa ſunt, vt omnia ferè negotia Eccleſiaſtica expedirentur; nam ſiue aliquis eſſet condemnatus & excommunicatus à proprio Epiſcopo, eius cauſa factâ Synodo diſcutiebatur, *can. 6. Synodi Antiochenæ*, & *can. 5. Synodi Nicænæ*: ſiue etiam iudicandus eſſet Epiſcopus, olim id fiebat à Synodo Prouinciæ, *can.* 14. *Synodi Antiochenæ*, & erat firma ſententia donec jus illud in Synodo Sardicenſi *can.* 4. immutatum eſt: ſiue Epiſcopus eligendus eſſet, id à Synodo Epiſcoporum Prouinciæ fieri ſolebat *can. 4. Synodi primæ*, & *can.* 13. *Synodi Carthaginenſis*, & *can. 19. Synodi Antiochenæ*: ſiue transferendus eſſet, id etiam fiebat à Synodo *Can. Apoſtol.* 14. Et ideo, propter illam frequentiam Conciliorum in vnaquaque diœceſi, Concilium ſumptum eſt pro diœceſi, & Epiſcopi eiuſdem diœceſis dicuntur Epiſcopi

A eiuſdem concilij. Iulianus Antecessor *Conſtit.* 155. ſi inter Epiſcopos eiuſdem concilij dubitatio euenerit de Eccleſiaſtico jure, vel negotijs: & Liberatus Diaconus *in Breuiario cap.* 4. mandauit ergo Andreæ & Theodoro Epiſcopis concilij ſui, & *cap.* 20. & omnes Metropolitani illic Epiſcopi cum ſuis concilijs, vt obſeruauit vir doctus.

Concilia etiam congregantur Generaliter, vt quæ præcipua ſunt, in commune tractentur. Tertullianus *lib. de ieiunijs cap.* 13. aguntur præterea per Græcias illa certis in locis Concilia ex vniuerſis Eccleſijs, per quæ & altiora quæque in commune tractantur, & ipſa repræſentatio B totius nominis Chriſtiani magnâ veneratione celebratur; & hoc quàm dignum, fide auſpicante congregari vndique ad Chriſtum; vide quàm bonum & quàm iocundum habitare fratres in vnum.

Speciatim autem conuocantur aut pro fide, aut pro iuſtitia reddenda excommunicatis, aut pro alijs quæſtionibus, vt ait Zonaras in *can.* 11. *Synodi Laodicenæ*. Synodos, inquit, ob eas controuerſias, quæ de veritate dogmatum, vel de mulctatum æquitate emergerent, aut ad alias quæſtiones excutiendas, haberi decretum eſt. Denique in *Synodo 7. can.* 6. Synodi dicuntur fieri de Canonicis & Euangelicis rebus; cùm au- C tem inquit, de Canonicis & Euangelicis rebus fiat Synodus.

In Synodis vero priùs generales cauſæ tractantur, quàm particulares. Herardus Turonenſis *in ſuis capitulis cap.* 10. vt in Synodo, inquit, priùs generales cauſæ quæ ad normam totius Eccleſiæ pertinent, finiantur, poſteà ſpeciales ventilentur: & in *Concilio Aruernenſi* 5. *cap.* 1. imprimis placuit vt quoties ſecundum ſtatuta Patrum Synodus ſancta congregatur, nullus Epiſcoporum aliquam priùs cauſam ſuggerere audeat, quàm ea quæ ad emendationem vitæ, ad ſeueritatem Regulę, ad animæ remedia pertinent, finiantur. Et ita in Synodis priùs tractan- D tur ea quæ ſunt de fide, vt probatur ex *Synodi Sardicenſ. Epiſtola ad Iulium*. Tria, inquit, fuerunt, quæ tractanda erant: nam & ipſi religioſiſſimi Imperatores permiſerunt, vt de integro, vniuerſa diſcuſſa diſputarentur; & ante omnia, de ſancta fide & de integritate veritatis, quam violauerunt: ſecundò de perſonis, quas dicebant eſſe deiectas iniquo judicio, vt ſi potuiſſent probare, iuſta fieret confirmatio: tertia verò quæſtio, quæ verè quæſtio appellanda eſt, quod graues & acerbas iniurias, intolerabiles etiam, & nefarias contumelias Eccleſijs feciſſent. & in Synodo Carthaginenſi E *can.* 2. Deo, inquit, volente, æquali confeſſione Eccleſiaſtica fides per nos tradita, in hac inclita Synodo primum eſt confitenda; ad confirmandas autem fratrum & Coëpiſcoporum noſtrorum nuper ordinatorum mentes, hæc adijcere oportet, quæ firmâ conſtitutione à patribus accepimus. & in Concilio Bracarenſi 1. *in principio*, Lucetius Metropolita docet priùs agendum eſſe de fide: Prius, inquit, ſi placet, de ſtatu fidei Catholicæ perquiramus, tunc deinde ſanctorum Patrum inſtituta, recenſitis canonibus, innoteſcant & in Synodo Emeritenſi *cap.* 1. dùm nos in vnum Synodalis actio aggregaſſet, primùm de ſanctæ fidei Sacramento cœpimus habere ſermonem: & in Synodo Matiſconenſi

2. *cap. vlt.* dicitur, vt ad Synodum conuenientes Epiſcopi cauſas exurgentes tàm diuinæ Religionis, quam humanæ neceſſitatis diſcutiant.

Congregantur autem maxime Synodi ad ſalutem animarum, Synodi Sueſſionenſis ſub Chilperico 3. *cap.* 2. fit Synodus, vt oſtendatur qualiter populus Chriſtianus, ad ſalutem animarum peruenire poſſit, & vt hæreſis amplius in populo non reſurgat; nam vt ait Balſamo, *in cano.* 65. *Apoſtolor.* animæ vulnera, magis Eccleſiaſtico quàm ciuili auxilio indigent. Item congregantur, vt Eccleſia pura & immaculata ſit. in Concilio Turonico 2. *in præfatione*, vt ſecundum Euangelica præcepta, & Apoſtolicam doctrinam, Patrum ſtatuta ſeruantes, Eccleſia B domini pura & immaculata permaneat. Itemque, ex ſententia Hilari Papæ, *Epiſt.* 8. conuocantur Concilia, vt ſi quid vſquam, vel in ordinandis Epiſcopis, vel Preſbyteris, aut cujuſlibet loci Clericis faciendis, contra præcepta Apoſtolica reperitur admiſſum, aut in eorum conuerſatione quidpiam reprobatur, communi authoritate reſecetur. Et olim maximè habebantur Synodi, vt condemnatorum ab Epiſcopo, vel Archiepiſcopo, cauſa in Synodo audiretur. Et ideo Theodoretus *epiſt.* 81. perit cauſam ſuam audiri in Synodo, *&* *epiſt.* 42. ſcribit præfecto quendam excommunicatum antequam fieret Synodus, in C Synodo non comparuiſſe: hîc enim, inquit, cùm multorum criminum reus teneretur, & ſeparatus eſſet à communione, nondum videlicet ſanctâ Synodo conuocatâ, Pontificalis conſeſſus ſententiam reformidans, hinc aufugit, Eccleſiaſticis legibus proculcatis, & quid animi haberet, contempto excommunicationis vinculo, declarauit. & confirmatur ex *can.* 6. *Synodi Antiochenæ*: & excommunicationes ſæpè fiebant vſque ad Synodum proximam, & futurum Concilium *can.* 12. 13. *&* 14. *Diſt.* 18. in quibus, qui vocati ad Synodum Metropolitani, venire contempſerint abſque graui neceſſitate, vel præceptione regia, vt dicitur in *can.* 13. Eccleſiæ com- D munione priuantur, & Epiſcoporum charitate, vſque ad proximè venturam Synodum. Pœnitentia etiam nonnunquam imponebatur vſque ad Synodum. Gregorius Thaumaturgus *epiſt. canonica can.* 7. etiam ab auditione arcere oportèt, donec de ijs, congregatis, aliquid communiter viſum fuerit, & ante eos Spiritui ſancto.

Rurſus, vt ait Theodoretus *lib.* 2. *cap.* 5. Concilia neceſſaria ſunt ad curandos morbos, quibus vexatur Eccleſia; & Bonifacius miſſus in Galliam, cœpit congregare Synodum, vt emendaret quæ erant emendanda; cum per ſeptuaginta annos nulla habita fuiſſet: vnde plurimùm religio calcata fuit. notum, ait, *epiſt.* 1. ad Za- E chariam Papam, ſimiliter ſit paternitati veſtræ, quod Carolomannus dux Francorum me accerſitum ad ſe rogauit in parte Regni Francorum, quæ in ſua eſt poteſtate, Synodum incipere congregare, & promiſit ſe de Eccleſiaſtica religione quæ iam longo tempora, non minùs quam per ſexaginta vel ſeptuaginta annos calcata, & diſſipata fuit, aliquid corrigere & emendare velle. Quapropter, ſi hoc Deo inſpirante veraciter implere voluerit, conſilium & præceptum veſtræ authoritatis, i. apoſtolicæ ſedis, habere & ſapere debeo; Franci enim, vt ſeniores dicunt, pluſquam per tempus octoginta annorum non fecerunt, nec Archiepiſcopum habuerunt, nec

A Eccleſiæ canonica jura alibi fundabant vel renouabant, modò autem maxima ex parte per ciuitates traditæ ſunt Epiſcopales Sedes Laicis cupidis, & publicanis ſeculariter ad perfruendum.

Denique Synodi fiunt propter vſus & neceſſitates Eccleſiaſticas, & pro componendis controuerſijs, quæ in Eccleſia exoriuntur *can.* 20. *Synodi Antiochenæ*: & in Synodis ſæpiſſimè tolluntur prauæ conſuetudines vt in *can.* 13. *Synodi Nicænæ* 1. & *in can.* 2; *&* 7. *Sardicenſis* Synodi. Tamen non ſolùm generales, ſed etiam Prouinciales non debent fieri niſi ex neceſſitate 98. *Synodi Carthaginenſis*: & ideò coactus eſt Theodoretus manere in ſua Parochia, nec ire Antiochiam, quod Synodos frequentes apud Antiochiam conuocaret, & inde orthodoxos offendeset, vt ipſemet de ſe refert *epiſtolâ* 79. 80. 81. & 82. nam licet illæ ob pios vſus colligantur, fiunt tamen aliquando & ſæpiſſimè inſtrumenta impietatis, vt ait Gregorius Nazianzenus *oratione* 21. loquens de Concilio Seleuciæ habito. Huius, inquit, potentiæ opus, Concilium illud fuit, quod Seleuciæ primùm, deinde in hac ciuitate coactum eſt, quas vrbes pulcherrimis antè nominibus claras, turpiſſimarum rerum notis celebres reddidit: ſiue Chalanæ turrim, quæ linguas pulchrè diuiſit, ſiue Caïphæ Concilium, quo Chriſtus condemnatur, ſiue quocumque tandem alio nomine conuentus hic eſt appellandus; qui omnia euertit ac perturbauit. & *epiſtolâ ad Procopium* 55. *vel* 42. vbi dicit ſæpè Synodos, maximè particulares, propter rixas & contentiones lætum finem non habuiſſe. Ego, inquit, ſi vera ſcribere oportet, hoc animo ſum, vt omnem Epiſcoporum conuentum fugiam, quoniam nullius Synodi finem lætum & fauſtum vidi; nec quod depulſionem malorum potiùs quàm acceſſionem & incrementum habuerit: pertinaces enim contentiones, & dominandi cupiditates ne vllis quidem verbis explicari queant. Et *epiſt.* 71. *vel* 68. *ad Poſtumianum*. & *epiſt.* 72. *vel* 69. *ad Saturninum*, *de Eccleſiaſtica pace*, quandoquidem rurſus Epiſcopi coëunt, ac metuendum rurſus eſt ne nunc quoque pudore ſuffundamur, ſi hæc Synodus parùm lætum finem habuerit: & *epiſt.* 133. *ad Victorem*. quoniam autem rurſus Synodus cogitur, rurſuſque certamen exiſtit, idque inter medios hoſtes. Porrò locus D. Baſilij *epiſt. ad Chilonem* qui videtur nonnullis pertinere ad Synodos, non ad eas pertinet, ſed ad Synaxes & collectiones Fidelium omnium. Verba ſunt, teneſam & Dei ſanctione conſtitutos Epiſcopos pro ſolemni ritu & conſuetudine aduocare ſolere ad Conuentum Eccleſiarum Dei viros, citraque vllam ſemel inſtituti moris interruptionem ſpiritualium virorum cœtus celebrare, è quibus plurimùm ſpiritualis emolumenti deriuatur in eos, ac promanat, quotquot eò ſe conferunt: illic enim prouerbialium ænigmatum ſenſa reuelante Spiritu condiſcuntur, Apoſtolicorum dogmatum illic reſoluuntur nexus, & enodantur; illic Euangelicæ ſententiæ explicantur; Theologica auſcultatio aures vſque permeat; & quatit audientiam; illic ſpiritualium fratrum celebrantur congreſſus, qui vel ſolo ipſo aſpectu ſe mutuò contuentium, dici vix queat quantùm in commune omnibus concilient ſpiritualis commodi. Locus etiam D. Chryſoſtomi *Homil.* 59. *Ano-*

meros 6. circa finem, non pertinet ad Synodos.

In Concilijs qui intereſſe non poterant Epiſcopi, duos vel alios eligebant, quos Legatos mitterent: *Synodo Carthaginenſi can.* 21. qui dicebantur τοποτηρηταὶ, vt ait Balſamo *ibidem*: nec erat neceſſe, Epiſcopos alios ab Epiſcopis mitti: poterant enim mitti Sacerdotes & Diaconi. in pluribus enim, etiam vniuerſalibus Synodis, non ſolùm Epiſcopi Loci conſeruatores adfuerunt, ſed etiam Sacerdotes & Diaconi; tùm ex alijs Prouincijs, tùm etiã ex vrbe Roma; vt ait Balſamo *ibidem*. Nam & in Synodo Nicæna 1. in prouincia Syriæ Cœles ſubſcripſit Seleucius Chorepiſcopus; in Prouincia Ciliciæ Eudemon; in Prouincia Cappadociæ Stephanus, Euphronius Rhodon, & Theophanes; in Iſauria Quintus & Aquila; in Bithynia Theophanes, & Eulalius: in Synodo Conſtantinopolit. Flauianus & Elpidius Preſbyteri Antiocheni Prouinciæ Syriæ Cœles: & Philomuſus Alexandrinus per Alypium Preſbyterum, Prouinciæ Cappadociæ; & Montanus Claudiopolitanus per Paulum preſbyterum; & Longianus Sozopolis per Simplicium preſbyterũ, & Theoſebius Philomelienſis per Baſſum preſbyterum Cæſareæ; & Arabius per Cylum Lectorem: quodque in dicto Concilio aliqui preſbyteri dicuntur ſimpliciter ſubſcripſiſſe, vt Tyrannus preſbyter Comanenſis, hoc ita accipiendum eſt, vt nomine ſui Epiſcopi ſubſcripſerint, vt in exemplis allatis ex Concilio Nicæno; *in Synodo Epheſina*, ſunt etiam ſubſcriptiones preſbyterorum, & aliorum pro Epiſcopis ſuis ſubſcribentium, vt Arginus Pompeiopolis ſubſcripſit; Syneſius autem preſbyter, quòd is ægrè haberet ſubſcripſit pro ipſo, & Beneagus Hieropolitanæ Eccleſiæ Epiſcopus per Paulum preſbyterum ſubſcripſit, cùm & præſens eſſet, & hoc iuſſiſſet. & Theodorus Gadarorum Epiſcopus decernens ſubſcripſi, Ætherius Diaconus ſubſcripſi iuſſus ab eo non bene valente nec ſcribente, inquit; & *in Synodo Chalcedonenſi*, multi per Epiſcopos alios tanquam Legatos ſubſcripſerunt: Ioannes Epiſcopus Rhodi definiens ſubſcripſi per Triphonem Epiſcopum Chij, ſic Euſebius Epiſcopus Seleucoboli per Paulum Epiſcopum Mariamnæ definiens ſubſcripſi. Baſſianus Mopſueſtenus per Sophronium Epiſcopi Anazarbi definiens ſubſcripſi; & per Chorepiſcopum Florentius Epiſcopus Leſbi, Tenedi, Poroſelenes, Ægialorum, per Enelpiſtũ meum Chorepiſcopum definiens ſubſcripſi. & per preſbyterum Ætherius Dei gratia Epiſcopus Pompeiopolis per Epiphanium preſbyterum definiens ſubſcripſi. & *in Synodo 6. generali*, eſt, Georgius humilis preſbyter & locum gerens Theodori Deo amabilis Epiſcopi, & locum ſeruantis Apoſtolicæ Sedis Sanctæ Chriſti Dei noſtri Hieroſolymorum Ciuitatis ſubſcripſi. & Theodorus humilis preſbyter S. Rauennatis Eccleſiæ & locum gerens Theodori beatiſſimi Archiepiſcopi ſubſcripſi, & Dauid humilis diaconus Eccleſiæ quæ eſt in Boſphoro, & locum exhibens Andreæ venerabilis Epiſcopi mei ſubſcripſi. *& in 7. Synodo*, Epiphanius peccator diaconus S. Eccleſiæ Catanæ Siculorum Prouinciæ, & locum retinens Thomæ Archiepiſcopi Sardiniæ definiens ſubſcripſi; & Gregorius indignus preſbyter & loci ſeruator Epiſcopi Cephaleucuſium ſimiliter: & Ioannes indignus diaconus & loci ſeruator Phaſilidis ſimiliter.

De mittendis Legatis pro ſe ad Synodum idem definitur in *Concilio Arelatenſi 2. cap.* 18. ſi quis, inquit, commonitus, infirmitatis cauſa defuerit, perſonam vice ſua dirigat. & in *Synodo Arauſicana 1. cap.* 29. non ita prætereuntes eos, qui Synodo, aut per ſe, aut per conſenſus ſuos, vel ad vicem ſui per Legatos deſtinandos, adeſſe detrectant. Vbi additur & conſtituitur, vt nullus Conuentus, ſine alterius conuentus denuntiatione ſoluatur. & Auitus Viennenſis *epiſtolâ, quam ad Epiſcopos Prouinciæ Viennenſis ſcripſit*, vt ad Synodum veniant Epaunenſem, ait, vt duos preſbyteros magnæ, & probabilis vitæ, mandati inſtructione firmatos fratribus pro ſe Epiſcopi præſentare procurent; & tales eligere, quos Epiſcoporum Concilio, non minus ſcientia, quàm reuerentia iure faciat intereſſe; cum quibus delectet ſummos Pontifices facere ſermonem; quos ad definitiones pro Epiſcopo ſuo ſanciendas, ſubſcribendaſque, cum fuerit ſolertia eligi, ſit authoritas legi: & addit vt id non fiat ſine neceſſitate. Raró verò duo miſſi Legati ab Epiſcopis, excepto Romano Pontifice & Patriarchis. Concilio tamen Conſtantinopolitano 1. Flauianus & Elpidius preſbyteri Antiocheni, nimirum pro Antiocheno Epiſcopo Antiochiæ ad Tragum, qui ſubjacet ſedi Antiochenæ; aderat enim per ſe Antiochenus Patriarcha Meletius. Atque in Concilio Emeritenſi ſub Vitaliano Papa Era. 704. *cap.* 5. conſtitutum eſt, ne Epiſcopi mittant pro ſe diaconos, ſed Archipreſbyterum: ad ſuam, inquit, perſonam non aliter niſi aut Archipreſbyterum ſuum diriget, aut vtilem preſbyterum, cujus dignitas cum prudentia pateat, à tergo Epiſcoporum inter preſbyteros ſedere & ſubſcribere. idemque habetur in concilio Toletano *cap.* 4. apud Garſiam ſimiliter preſbyteri in Synodis Epiſcopi ſui mittere debent ſuum Capellanum, Odo Pariſienſis Epiſcopus *in Synodicis conſtitut. cap.* 2.

In Gallia Synodi Majores non poſſunt cogi niſi ex conſenſu Regis: Concilio Tullenſi *apud Saponarias cap.* 2. *in fine*: & in Concilio Lingonenſi, relecto in dicto concilio Tullenſi *cap.* 7. in quo poſcendum dicitur à principe vt Concilia habeantur, & in Concilio Matiſconenſi, vbi etiam habetur, conueniendum ad Concilium ex diſpoſitione principis locum definientis, & in Concilio Meldenſi dicitur, vt Principes concedant Epiſcopis Synodicè conuenire. Stephanus *epiſt.* 1. *ex Bibliotheca Papirij. Maſſoni*. de Concilio autem Remis habendo, quid aliud dicendum, niſi quod Beatæ memoriæ dominus Victor Dei iudicio hinc eſt raptus, & quod tu, ſicut inter nos conuenit, non remandaſti an in hoc eſſet Regis conſenſus. Et tanta fuit poteſtas Regis, vt nullus ſæcularium niſi cùm Regis iuſſione, aut iudicis voluntate, ad Clericatus officium præſumeretur. ex Concilio *Aurelianenſi* 1. *cap.* 4.

Synodi de rebus certis & definitis non ſunt conuocandæ, vt latè probat Hincmarus in *opuſc. 55. Capitulorum aduerſus Hincmarum Laudunenſem cap.* 34. nec quæ in iiſdem ſunt ſtatuta temerè mutanda; vt idem Hincmarus oſtendit ad Epiſcopos Synodi Sueſſionenſis *opuſc.* 10. *& in opuſc. 55. Capitulor. cap.* 9.

In Concilijs, Epiſcopi reſident ſecundum

ordinationis ſuæ tempus, concilio Arelatenſi 6. *in Præfatione*; & in concilio Carthaginenſi *can.* 89. apud Balſamonem. Ideoque *in can.* 92. *apud Balſamonem*, conſtituitur, vt Epiſcopi qui ordinantur, ab ijs qui eos ordinant, epiſtolas accipiant ipſorum manu ſubſcriptas, Conſulem & diem continentes. Et *l.* 29. *Cod. de Epiſcop. audient.* Epiſcopi dicuntur κατὰ τὴν τάξιν τῆς χειροτονίας προτιμῶντες. Et Hincmarus *epiſt.* 6. *cap.* 17. inter Epiſcopos hæc conditio regularis ſeruatur, vt qui priùs fuerit ordinatus prior habeatur; & vt eo ordine recenſerentur nomina Epiſcoporum; & confirmatur *can.* 7. *diſt.* 17. id etiam ſeruabatur in epiſtolis Tractorijs. D. Auguſtinus *epiſt. ad Victorinum*, „quod ſi & ex eis ad Numidiam conuocandum eſſet concilium, oportuit vtique vt aliquorum Maurorum Epiſcoporum, qui illic „priores ſunt, nomina in Tractoria ponerentur, „quod in iſta Tractoria non reperiens miratus „ſum: deinde ad ipſos Numidas, ita perturbato „& neglecto ordine ſcriptum, vt nomen meum „tertio loco inuenerim, qui non quàm poſt mul„tos Epiſcopos factus ſum; quæ res & aliis iniurioſa eſt ſatis, & mihi inuidioſa. Cæterùm in *can.* 89. *Synodi Carthaginenſis* apud Balſamonem additur exceptio; cùm additur, ſeruato vtique iure Primatum Numidiæ, & Mauritaniæ, ex Indice & Matrice Numidiæ. Et *can.* 1. *diſt.* 18. vbi dicitur obſeruato Metropolitani Primatu, tempus ordinationis ſeruandum. Et Gregorius 1. *lib.* 7. *epiſt.* 112. *indict.* 2. *ad Syagrium Epiſcopum*, vbi dicitur attendenda eſſe loca, & ordinum prærogatiuam. „Epiſcopos, inquit, ſecundum ordina„tionis ſuæ tempus, ſiue ad conſidendum in con„cilio, ſiue ad ſubſcribendum, vel qualiber alia re, attendere loca ſua decernimus; & ſuorum ſibi „prærogatiuam ordinum vindicare. Ipſe tamen D. Gregorius tribuit Auguſtodunenſi Sedi, vt eius Epiſcopus omnes alios Prouinciæ Epiſcopos præcederet, & primus eſſet poſt Lugdunenſem. In dicta epiſt. 112. ſic Cenomanenſis Epiſcopus Comprouincialium primus eſt, non habitâ ratione temporis quo ordinatus fuit. Goffridus *lib.* 3. *epiſt.* 11. & Catalaunenſis ſuorum. Fulbertus *epiſt. ad Deodatum Epiſcopum Sueſſionenſem*. Et in Synodis vniuerſalibus ſubſcribunt primò Patriarchæ, tum Exarchi tres. Canones vero conciliorum Epiſcopis, etiam abſentibus præſentabantur, vt eos ſubſcriberent, vt præcipitur in Synodo Sardicenſi *epiſtola Synodica ad Epiſcopos*, & in concilio Pariſienſi 3. *can.* 10. *&* „*vlt.* & quia huic definitioni cuncti fratrum in„tereſſe minimè potuerunt, hoc omnis congre„gatio Sacerdotum Chriſto propitiante decreuit, „vt conſtitutio præſens quantis oblata fuerit, ſubſcriptionibus eorum debeat roborari. Et in concilio Epheſino, poſt ſubſcriptiones adduntur hæc verba, poſtquam hi omnes Neſtorij depoſitioni ſubſcripſiſſent, acceſſerunt alij Epiſcopi ad ſanctam Synodum, qui & ipſi quoque præpoſitæ damnationi ſubſcripſerunt. Epiſcopi itaque qui Neſtorium depoſuerunt, plures quàm ducenti extitere, aliqui enim locum tenuerunt aliorum Epiſcoporum, qui ad Epheſum Metropolim venire non potuerunt.

In ſubſcriptionibus notandum Epiſcopos in concilio Nicæno 1. & Conſtantinopolitano 1. nomen ſuum tantum cum nomine Sedis ſuæ apponere, vt Alexander Alexandriæ, Macarius Hieroſolymitanus, Euſtachius Antiochenus; & ſimiliter Timotheus Alexandrinus, Cyrillus Hieroſolymitanus, Meletius Antiochenus in concilio Conſtantinopolitano: idque nullo ſeruato ordine Epiſcoporum inter ſe, ſed tantùm Prouinciarum ſuarum. Poſteà verò cœpere Epiſcopi ſubſcribere ſe Dei gratiâ, vel Dei miſeratione Epiſcopos. In prædicta Synodo Epheſina Acacius Dei miſeratione Melitenæ Sedis Epiſcopus, item Paralius Andrapenorum, Gregorius gratiâ Dei Ceraſuntis Epiſcopus: & in Synodo Chalcedonenſi Seleucus Dei gratia Epiſcopus Metropolis Amaſiæ, & Æthetius Dei gratiâ χάριτι τοῦ θεοῦ Epiſcopus Pompeiopolis, & Baſilius Dei miſeratione ἐλέῳ τοῦ θεοῦ Epiſcopus Seleuciæ, & Meliphtongus Dei miſeratione Epiſcopus Iuliopolis, & Atticus diuina miſeratione Epiſcopus Zelorum, & alij nonnulli: Græci enim frequentiùs ſubſcribentes dicebant ſe miſericordia Dei Epiſcopos, quàm gratiâ Dei, vt videre eſt in concilio 5. 6. 7. & 8. generali. Nam in 5. exceptis quibuſdam, omnes dicunt ſe miſeratione Dei Epiſcopos; nam Epheſinus ita ſubſcribit, Andreas gratiâ Chriſti Epiſcopus Epheſi, & Megetius gratiâ Dei Epiſcopus Ciuitatis Heracleæ Thraciæ. Et Amazonius gratiâ Chriſti Epiſcopus Edeſſenorum, & Theodorus gratiâ Chriſti Epiſcopus Byzanorum. Et in Synodo etiam 6. omnes fere ſubſcribunt ἐλέῳ θεοῦ, eſt enim tantùm Petrus gratia Dei noſtri Ieſu Chriſti Epiſcopus Meſembriæ. Vbi notandum quod Diaconus Legatus Epiſcopi Amaſtrinæ Eccleſiæ ſubſcribit etiam ſe miſericordia Dei Diaconum, Hirenarchus miſericordiâ Dei Diaconus S. Amaſtrinæ Eccleſiæ locum exhibens Comitij ſanctiſſimi Epiſcopi mei definiens ſubſcripſi: quod & Diaconus alius, & presbyter fecerunt in ſubſcriptione Concilij 8. generalis. Ioſeph miſericordiâ Dei Diaconus & vices agens Michaëlis Patriarchæ Alexandriæ: & ego Helias miſericordiâ Dei Preſbyter, & Syncellus, locum complens Apoſtolici Throni, vbi Patriarcha eſt Theodoſius Hieroſolymorum. Et in ea Synodo 8. omnes Epiſcopi ſubſcribunt miſericordiâ Dei præter duos Epiſcopos Legatos Papæ qui ſubſcribunt, ego Donatus gratiâ Dei Epiſcopus Oſtienſis, &c. & ego Stephanus gratiâ Dei Epiſcopus S. Nepeſinæ Eccleſiæ, &c. Nam Marinus Diaconus etiam Legatus Papæ, non ſubſcripſit ſe gratiâ Dei Diaconum ſicut Legatus Alexandrinus. Plurimi etiam ſubſcribebant ſe minimos, vel indignos in 2. Synodo, in 5. 6. & 7. ferè omnes, qui nec miſeratione, nec gratia Dei vocant ſe Epiſcopos, ſed indignos, vel peccatores. Stauratius ἁμαρτωλὸς, peccator, Epiſcopus Chalcedonis; & Daniel, peccator, Epiſcopus Amaſiæ; & Laurentius Epiſcopus Zacynthi; ſic & locum tenentes Preſbyteri. Georgius peccator, Preſbyter & locum tenens Mociſi. Et Theophilus peccator, Diaconus & locum retinens Stauropoleos Cariæ, in dicta Synodo 7. in qua ferè omnes alij ſubſcribunt ἀνάξιος ἐπίσκοπος, ἀνάξιος πρεσβύτερος: in Synodo verò Chalcedonenſi frequens ſubſcriptio eſt ὁ ἐλάχιστος ἐπίσκοπος, minimus Epiſcopus, & in Epheſina quoque.

Notandum eſt etiam, quod in Legatis Papæ, quorum vnus erat Preſbyter, alij duo Epiſcopi, primus ſubſcripſit Preſbyter, tum Epiſcopi; & ita factum eſt in concilio Epheſino *act.* 3. *parte* 2. quod argumento eſt in legatione illum fuiſſe præpoſitum.

Præter Epiſcopos, alij quoque reſidebant aliquando in Synodis, vt Imperator, & eius iuſſu Patricij, & Monachi. In Synodo 8. *act.* 1. ſed illi nihil definiebant. Vnde Conſtantinus in 6. Synodo dixit Patribus, non cum Epiſcopis tanquam Imperator ſedebo, aut imperioſè loquar: ſed tanquam vnus ex illis, & prout ſtatuerint Pontifices exequar; & refertur a Gregorio 2. epiſtola ad Leonem Iſaurum. Et in dicta Synodo 6. dicitur Præſidente Conſtantino in Secretario Sacri Palatij, quod dicitur Trullus, & præſentibus & audientibus Niceta Theodoro, & alijs patricijs, conueniente quoque ſancta & vniuerſali Synodo. His enim verbis diſtinguitur Synodus ab Imperatore, & à patricijs. Vnde *in eadem Synodo* 6. idem Conſtantinus ſubſcripſit poſt Synodum, non tanquam definiens, ſed tanquam conſentiens his verbis, Conſtantinus in Chriſto Deo Rex ac Imperator Romanorum, legimus ac conſenſimus; & Iuſtinianus in eadem Synodo repetita, etiam ſic ſubſcripſit, Flauius Iuſtinianus fidelis in Chriſto Ieſu Imperator Romanorum, conſentiens omnibus quæ definita ſunt & ea recipiens, ſubſcripſi, & patricij non ſubſcripſerunt, ſicut nec in alijs Concilijs. In Synodo tamen 4. generali, alià voce Synodum receperunt, & anathematizarunt, quos anathematizabat Synodus, velocibus ſcriptoribus excipientibus, quæ dicebantur ab vnoquoque illorum, quæ etiam lecta ſunt in audientia omnium per Leonem à Secretis, coram ſanctâ & vniuerſali Synodo vocegrandi; ibidem. Patricij quidem aliquando prouocarunt Epiſcopos ad miſericordiam, *vt in eadem Synodo* 8. *Act.* 9. rogarunt vt poteſtas daretur Epiſcopo Ignatio diminuendi epitimij. *Et act.* 3. non audent interrogare Photianos, niſi iuſſu Vicariorum præſidentium. Illi quidem multa poterant dicere ad ordinanda & inſtituenda negotia, vt cum in *Synodo* 8. *act.* 1. petunt vt Vicarij Papæ Epiſtolam Legationis ſuæ mittant; & vt in *Synodo* 4. ipſi dicant, ſancta Synodus, quid ſibi videatur, doceat, vtrum placeat vnum Metropolitanum, &c. deinde quærunt quid videatur Synodo de ordinatis à Photio, & antea ab Euſtathio & regradatis ad preſbyteratum, *act.* 7. proponunt compoſitionem factam ab Antiocheno & Hieroſolymitano Epiſcopo, vt à Synodo confirmetur; & *act.* 8. requirunt ſententiam ſingulorum pro recipiendo Theodoreto, licet omnes clamauiſſent eſſe recipiendum, quaſi hoc non ſufficeret: & *act.* 10. in cauſa Ibæ petunt vt relegantur acta Edeſſæ; ſed Legati Papæ noluerunt ea legi; vnde Iudices dixerunt: ergo non relectis ijs quæ in Epheſo acta ſunt, quid placet de Iba S. Synodus doceat: & cùm *ead. act.* 10. ſententiæ abſolutionis, & reſtitutionis lata fuiſſet pro Iba, & aliqui clamarent adhuc anathematiſet cùm hoc jam factum eſſet; Iudices non permiſerunt, dicentes quæ iudicata ſunt de Iba, vim habeant. *Et act.* 12. cùm Epiſcopi non ſatis clarè ſententiam dixiſſent, obteſtati ſunt eos, vt dicerent clarè. & *act.* 13. cùm canones citarentur, dixerunt, canones legantur, & lecti ſunt, & *act.* 14. cùm ageretur de Epiſcopatu inter duos, & res indigeret ordine iudiciario, ipſi quidē patricij non expectatâ ſententiâ Epiſcoporum, ſuam aperiunt: ſed eâ prolatâ, rurſus dicunt, ſancta Synodus dicat, ſi ea quæ audiuit, & quæ

A ſunt à nobis ordinata, decernit, an aliud quid diſponit; & ita ſuggeſſerunt tantùm ſuam ſententiam Synodo, quæ definiuit iuſta hæc eſſe, & benè diſpoſita: tum Iudices dixerunt, ea quæ a nobis quidem approbata ſunt, diſpoſita vero à ſancto Concilio, firma conſiſtant: & ſic Theodoſius miſit Candidianum Comitem domeſticorum ad Synodum Epheſinam, ſeruandi ordinis cauſâ, non vt conſultationibus ſe immiſceret, vt ait Theodoſius in ſacra ad Synodum.

Monachi etiam interfuerunt Concilio iuſſu Imperatoris vt Barſumas in Concilio Chalcedonenſi, & alij plures in Synodo 6. generali, B & in Synodo 7. ſed illi non ſubſcripſerunt Synodis, & erant tantùm Audientes; vnde in *Synodo* 7. *act.* 1 dicitur, præſentibus & audientibus Patricijs, & Archimandritis, Hegumenis, & Monachis; nec etiam interrogati audent definire: poſſunt tamen aliquid dicere, vt faciebant patricij: in *Synodo* 7. *act.* 1. Monachi dixerunt, eos, qui manus impoſitionem perceperant, vt dicit Regula Nicæna, canone 8. recipi, Tharaſius dixit, & quomodo intelligitur manus impoſitio? Monachi dixerunt, deprecamur domine vt doceamur: Tharaſius SS. Patriarcha dixit forte in benedictione tantùm hic manus impoſitionem dicit, & non ordinationem C χειροθεσίαν non χειροτονίαν; & *act.* 2. cùm Monachi iuſſi eſſent pronunciare in approbandis Epiſtolis Adriani Papæ, non auſi ſunt id facere ſtatim: ſanctaque Synodus dixit, iuſtum eſt vt & Reuerendiſſimi Monachi pronuntient: Reuerendiſſimi Monachi dixerunt, ſi ordo eſt talis, vt & nos pronuntiemus ſicuti iubetis? Tharaſius dixit, ordo eſt vnicuique qui reperitur in Synodo, vt pronuntiet confeſſionem ſuam.

In Synodis ponebantur in medio Epiſcoporum ſancta Euangelia: in Synodo 3. Epheſina, & in Synodo Chalcedonenſi *act.* 1. & in Synodo 6. *act.* 1. & *act.* 13. & in Synodo 7. *act.* D 1. & 8. & in Synodo 8. *act.* 1.

In Synodis etiam ponebantur libri Canonum ſeu Codices patrum diuerſorum: Synod. Epheſina *act.* 1. Vnde ſæpiùs lecti ſunt canones in Synodo Chalcedonenſi, vt *act.* 4. canones 4. & 5. Synodi Antiochenæ, & *act.* 5. canon. 4. Synodi Nicænæ; & in Synodo 7. generali etiam pluribus in locis, & *act.* 10. poſt canones: idemque probatur ex Synodo Toletana 4. *capite* 3.

Mos erat in Concilijs ſcribere ea quæ in illis fiebant; Zonaras & Balſamo *in can.* 1. *Synodi Carthaginenſis*, qui tamen malè exiſtimat ibi per Commonitorium intelligi acta Synodi; idem- E que Balſamo ex Actis Synodi Nicænæ probat id quod dicitur in *can.* 5. *Synodi Antiochenæ* de Paſchate.

Ad Synodos pertinet Canones edere, & componere: Socrates *lib.* 1. *cap.* 17. *in Græco contextu, cap.* 13 *τό τι εἰ ἐν τῇ συνόδῳ ὁρίσαντες, καὶ ἄλλα τινὰ ἐγγράψαντες ἃ κανόνας ὀνομάζειν εἰώθασιν*: & Sozomenus *lib.* 1. *cap.* 22. Synodus vero, inquit, dirigere mores cupiens, & ſtudens eorum qui ſunt in Eccleſia; Leges, quas vocant canones, ſanciuit; & Nicephorus Calliſtus *lib.* 8. *cap.* 19. Concilium (loquitur de Nicæno) leges poſtremò tulit viginti, Canones nominare ſolent. Vnde Photius in *Nomocanone tit.* 1. *cap.* 4. ait, quod non ab vno Epiſcopo, ſed à communita-

re Canones eduntur, idque probat ex Baſilio *ad Amphilochium can.* 47. Quapropter ſi hoc placuerit, oportet plures conuenire Epiſcopos, & ſic canonem conſtitui. Et Gregorio Niſſeno *epiſt. ad Letorium can. 6. circa medium*; quoniam inquit, canonum faciendorum nos ſoli poteſtatem non habemus in ijs quæ ex confeſſo prohibita ſunt, canonicam ſententiam ijs, quæ jam dicta ſunt, adjiciemus. Et quò majus eſt Concilium, major eſt Canonis authoritas. D. Auguſtinus *lib. 2. de baptiſmo cap.* 3. & ipſa Concilia, quæ per ſingulas Regiones vel Prouincias fiunt, plenariorum Conciliorum authoritate, quæ fiunt ex vniuerſo orbe Chriſtiano, ſine vllis ambagibus cedere; ipſaque plenaria ſæpè priora poſterioribus emendari, cùm experimento aliquo verum aperitur quod clauſum erat, & cognoſcitur quod latebat, ſine vllo typho ſacrilegæ ſuperbiæ, ſine vlla inflata ceruice arrogantiæ, ſine vlla contentione liuidæ inuidiæ, cum ſancta humilitate, cum pace catholica, cum charitate Chriſtiana: & hæc ſequũtur verba *Canonis* 8. *diſt.* 9. in quo dicitur de Epiſcoporum particularium ſcriptis, ea poſſe vel ab alio Epiſcopo, vel per Synodos corrigi & emendari: Epiſcoporum autem literas, quæ poſt confirmatum canonem vel ſcriptæ ſunt, vel ſcribuntur, & per ſermonem fortè ſapientiorem, cujuſlibet in ea peritioris, & per aliorum Epiſcoporum grauiorem authoritatem doctioremque prudentiam, & per concilia licere reprehendi, ſi quid in his fortè à veritate deuiatum eſt. Et D. Auguſtinus *epiſt. 48. ad Vincentium contra Donatiſtas* ait, ſcripta Epiſcoporum ſicut Hilarij, Cypriani, & Agrippini, ab authoritate canonis eſſe diſtinguenda; nec illis vtendum eſſe contra ſcripturas ſacras; & refertur *can. 9. ead. diſt. 9.*

Can. 1. Concilia autem Generalia ante Nicænum 1. nulla fuerunt, paucaque extiterunt particularia ſeu localia. De Concilijs generalibus id teſtatur Iſidorus in *can.* 1. *diſt.* 15. Canones autem generalium Conciliorum à temporibus Conſtantini cœperunt: in præcedentibus namque annis, perſecutione feruente, docendarum plebium minimè dabatur facultas, inde Chriſtianitas in diuerſas hæreſes eſt ſciſſa, quia non erat licentia Epiſcopis in vnum conuenire niſi tempore prædicti Imperatoris; ipſe enim dedit facultatem Chriſtianis liberè congregari; & Ælfricus in *canonibus ad Vulſinum Epiſcopum tom.* 1, *Concilior. Angliæ. cap.* 2. poſt Chriſti Aſcenſionem in Regnum cœlorum, & poſt exceſſum venerabilium eius Apoſtolorum, tanta excitata eſt in terrarum medio perſecutio, vt ad Synodum congregari nequibant Miniſtri Dei, propterea quod eorum vitis inſidiabantur gentes Ethnicæ; donec Conſtantinus Cæſar Imperium orbis aſſequutus, Chriſtianus fieret. Et Balſamo *in principio Synodi Nicænæ*, hæc, inquit, quæ Nicææ fuit Synodus, prima dicitur ſi ad œcumenicas referatur, ante eam enim Synodi diuerſæ locales fuere. Et rariores fuiſſe Conuentus non ſolùm Epiſcoporum in Synodis, & Electionibus Epiſcoporum; ſed etiam fidelium in collectis & ſacris Synaxibus ante tempora Conſtantini certiſſimum eſt. In Synodis, nam D. Cyprianus *epiſt.* 59. Antoniano fratri de cauſa lapſorum; dicit lapſos non eſſe recipiendos ante ſententiam Concilij; tunc cùm Deus permiſerit conuenire: de eo tamen ait, quod ſtatuendum

A eſſet circa cauſam lapſorum diſtuli; vt cum quies & tranquillitas data eſſet, & Epiſcopis in vnum conuenire indulgẽtia diuina permitteret, tunc cõmunicato & librato, de omniũ collatione cõſilio, ſtatueremus quid fieri oporteret. *Et paulo poſt.* in tàm ingenti negotio placeat priùs eſſe Eccleſiæ pacem ſuſtinẽdam, deinde ſic collatione conſiliorum cum Epiſcopis, Presbyteris, Diaconibus, Confeſſoribus, pariter ac ſtantibus laicis facto, lapſorum tractare rationem: vbi nota laicos ſtantes interfuiſſe Concilijs, & deinceps ait; de ea tẽtãdem habitũ cõcilium perſecutione ceſſante; ſecundum quod, inquit, tamen anteà fuerat deſtinatũ perſecutione ſopitâ, cùm data eſſet facultas B in vnum conueniendi, copioſus Epiſcoporum numerus quos integros & incolumes fides ſua, & domini tutela protexit, in vnum conuenimus & ſcripturis diu ex vtraque parte prolatis, temperamentum ſalubri moderatione librauimus.

Idem accidit in Ordinationibus Epiſcoporum, quæ pace redditâ, & perſecutione ceſſante cœperunt fieri in Eccleſia. Theophilus Alexandrinus *in Commonitorio can. 6. apud Balſamonem*; nam antea fiebant conuocatis paucis Epiſcopis, ſed in domo priuata. D. Cyprianus *epiſt.* 41. *ad Cornelium, & epiſt. 52. ad Antonianum & epiſt. 68 ad Clerum & populum in Hiſpania* C *conſiſtentes*; & D. Auguſtinus *in Breuiculo collationis dies tertia cap.* 17. Et ita Cornelius electus eſt in Romanum Pontificem, & Sabinus in Epiſcopum, teſte eodem Cypriano; & Capreolus Carthaginẽſis Epiſcopus non potuit propter hoſtium multitudinem, & Prouinciarum vaſtationem omni aditu præcluſo, Synodum Africanam cogere, vt aliquos Epiſcopos eligeret, qui mitterentur ad Synodum Epheſinam, acceptis literis Theodoſij, vt apparet ex eius epiſtola ad Synodum Epheſinam. In collectis etiam & Synaxibus faciendis eadem fuit difficultas tempore perſecutionum. Tertullianus *de fuga in perſecutione*; ſed quomodo colligemus, inquit, quo- D modo dominica ſolemnia celebrabimus? vtique quomodò & Apoſtoli, fide non pecuniâ tuti, quæ fides ſi montem transferre poteſt, multò magis militem. & infra, poſtremò ſi colligere interdiu non potes, habes noctem, luce Chriſti luminoſa aduerſus eam: non potes diſcurrere per ſingulos, ſit tibi & in tribus Eccleſia. Et Optatus Milenitanus *lib.* 2. non enim grex aut populus appellandi fuerant pauci qui inter quadraginta, & quod exeurrit, baſilicas, locum vbi colligerent non habebant.

Sed tandem temporibus Conſtantini cœperunt fieri panegyres frequentes Epiſcoporum; in vnum conuentus, & Encænia Eccleſiarum celebrata, & dies feſti acti. *Euſeb. lib. 10. cap. 3.* E *& 9.* Et Maximinus etiam permiſerat, vt Chriſtianorum perſecutione ſuperſederetur, & vt ipſi in domibus ſuis conuentus ſolitos ederent. Idem *Euſeb. lib. 8. cap. 17. & Nicephorus lib. 7. cap.* 24. his verbis; hæc rerum facies cùm ſic exhibita eſſet, ſtatim ex altiſſimis tenebris ingentem lucem exortam eſſe homines viderunt: Eccleſiæ frequentabantur, conuentus numeroſiſſimi cogebantur, & ex gentibus hæc quiſque cernens, mirificam mutationem mirabatur, ſolum Chriſtianorum Deum magnum eſſe clamans; propter etiam perſecutionum procellas, Epiſcopi facilè relicta ſua Diœceſi ad alias migrabant, quod prohibitum eſt concilio Conſtan-

tinopolitano

tinopolitano 1. Socrates *lib. 5. cap.* 8. & Nicephorus *lib. 12. cap.* 15.

Fuerunt tamen quædam Concilia particularia ante Concilium Nicænum, vt eſt Antiochenum contra Paolum Samoſatenum. Euſebius *lib. 7. cap.* 22. Temporibus Aureliani Imperatoris, Præſide Dionyſio Epiſcopo Alexandriæ, extatque epiſtola hujus Synodi *cap.* 24. Ancyranum quoque Concilium, & Neocæſarienſe ante Concilium Nicænum celebrata ſunt, vt tradunt Zonaras, Balſamo, Harmenopulus, & alij: & oos dicemos poſteà. Item io Gallia Arelatẽſe 1. Rurſus in *Epitome Ecdiceſeos Hygini contra Hæreſiarchas*, multa referuntur exempla Synodorum quæ contra hæreſes primis temporibus habitę ſunt: nam *cap.* 15. S. Theodotus de Pergamo Epiſcopus, habitã Syoodo ſeptem Epiſcoporum, anathematizauit Colobarſium, & eius hæreſim, quę tribuebat omnia ſtellis: & *cap.* 16. hæreſis Heracleonitarum, qui baptizatos omnes, Sanctos vocabant, damnata eſt; hic, inquit, ſcilicet Heracleon, io partibus Siciliæ inchoauit docere: contra hunc ſuſceperunt Epiſcopi Sicolorum, Euſtachius Lilybæorum, & Panormeorum Theodorus, quique omnium qui per Siciliam erant Epiſcoporum, Synodum exorantes, geſtis eum audire decreuerunt, & vniuerſas aſſertiones eius dirigeotes ad S. Alexandrum vrbis Epiſcopum, rogauerunt vt ad eom refutandum aliquid ordinaret. Et *cap.* 23. hæreſis Cerdonis: contra hunc, inquit, ſuſcepit ſanctus Apollonius Epiſcopus Corinthiorum eumque, omni cum Synodo Orientali, damnauit: & *cap.* 18. Caniniani in Synodo iudicati: hos ioquit ortos eſſe Meſopotamiani Eccleſiarũ Syriæ Sacerdotes ad cæteros ſuos Epiſcopos conſcripſeſunt, quos trigiota & duo Epiſcopi apud Antiochiam reſideotes, eum eiuſdem vrbis Epiſcopo Theodoto, io præſenti cõſutatos damnarunt: & *cap.* 37. Valeſiani: hi, ioquit, à Synodo ſunt damnati Achaiæ: & *cap.* 54. Aëtiani, contra hos, inquit Synodus 20. Epiſcoporum egit io Achaia. Et *cap.* 55. Apollinaris: egit, ait, contra hunc Synodus in Antiochia. Quod & dicit etiam Epiphanius hæreſi Dimocritarum, vbi, ait, in Oriente cooflatam Synodum contra eom: & *cap.* 57. Meſſaliani inter hæreticos ſunt à ſancta Syoodo confutati. Et mitor Epiphanium agentem ex profeſſo de hæreſibus, eaſque refutantem, omiſiſſe Syoodos particulares, quas ſupra retulimus contra eas habitas. Et coocilia acta in Græcia ante concilium Nicænom teſtatur Tertullianus *ſupra citato lib. de Ieiunijs cap.* 13.

Inter eas Syoodos quæ præceſſerunt Synodom Nicænam primam, fuerunt quædam Carthaginenſes Synodi, vt eſt illa quæ eſt habita de Lapſis in perſecutione, recipiendis; nam, vt ait D. Cyprianus, *epiſt. ad Antonianum*, ipſe noluiſſet eos recipere; ſed tantùm ad Martyrium hortaretur, ita vt eis non niſi in exitu pax daretur, dooec de ea re concilium habitum eſſet: poſteà tamen poſt Cõcilium habitum in Africa, & Romæ ſub Cornelio, admiſſi ſunt ad pœnitentiam; & quidem primùm quoniam de meo quoque actu, inquit Cyprianus *in dicta epiſt.* motus videris, mea apud te & perſona & cauſa purganda eſt, ne me aliquis exiſtimet à propoſito meo leuiter receſſiſſe; & cùm Euangelicum vigorem primò & ioter initia defenderim, poſtmodum videar animum meum à diſciplina & cenſura priore flexiſſe, vt his qui libellis conſcientiam ſuam conculcauerint, vel nefanda ſacrificia commiſerint, laxandam pacem putauerim: quod vtrumque non ſine librata diu, & pooderatã ratione à me factom eſt: nam cùm acies adhuc inter manus eſſent, & prælium glorioſi certaminis in perſecutione ferueret, toto hortatu & pleno impetu militũ vires fuerunt excitandæ, & maximè lapſorum mentes claſſico quodam noſtræ vocis animandæ, vt pœnitentiæ vias, non ſolùm precibus & lamentatioaibus ſequerentur, ſed quoniam repetendi certaminis, & reparandæ ſalutis dabatur occaſio, ad Confeſſionis potiùs ardorem, & Martyrij gloriam, noſtris increpati vocibus, prouocarentur.

Igitur de lapſis duplex fuit Sententia Cypriani, vna ante Synodum Carthaginenſem & Romanam ſub Cornelio Papa; alia poſt Synodos illas: rectè enim aliquid conſtituitur in Eccleſia ab Epiſcopis, donec aliter viſum fuerit Synodo, vt fit in *can. 7. epiſt. canonica Gregorij Thaumaturgi.* ante Synodum oe quidem cum lapſis communicandum ceoſebat Cyprianus *in epiſt. ad Clerum de his qui cum lapſis temerè communicant*: Gaio Diddenſi Preſbytero, & Philomeno ac Fortunato Hypodiaconis, & Phauorino Acolutho; & cùm Lucianus ſcripſiſſet Celerino, ſe accepiſſe mandatum à Paulo, vt daret io nomine ſuo pacem lapſis, vt ipſemet teſtatur *epiſt. ad Celerinum*: ſcire debuiſti, inqoit, qood circa nos actum ſit cùm benedictus martyr Paulus adhuc in corpore eſſet, vocauit me & dixit mihi, Luciane, coram Chriſto tibi dico, ſi quis poſt acceriſitionem meam abs te pacem petierit, da in nomine meo; ſed & omnes, quos Dominus io tanta tribulatiooe accerſire dignatus eſt, vnioerſi literas ex eo compacto vniuerſis pacem dimiſimus, quæ epiſtola extat inter epiſtolas D. Cypriani. Eſt & alia etiam epiſtola ad euodem Cyprianum, quâ dicit ſe dediſſe pacem vniuerſis Lucianus: eum hac inſcriptione, *vniuerſi Confeſſores Cypriano Papa ſalutem.* Scias nos vniuerſis, quorum ad te ratio conſtiterit, quid poſt commiſſum egerint, dediſſe pacem; & hanc formã per te & alijs Epiſcopis innoteſcere voluoius. Optaoius te cũ Sanctis Martyribus pacem habere præſente de Clero & Exorciſta & Lectore, Luciaous ſcripſi. D. Cypriaous valde moleſtè tulit, ſic pacem dari lapſis per libellos, quod olim Martyres & Confeſſores non fecerint Mapalicus & Saturninus, taleſque literas eſſe contra Euangelium, & Lucianum id feciſſe fide quidem calidum, & virtute robuſtum, ſed minùs Dominicã lectione fundatom, & minùs peritum, vt ipſemet ſcribit *epiſt. ad Clerum Romanum de Luciani inuerecundia*, quâ oſtenditor etiam aliquos munitos illis literis, pacem ſibi datam extorquere cœpiſſe, & ſeditionem feciſſe per Ciuitates: & Clerus Romanus ad quem ſcripſerat Cyprianus Sede Romanã vacante, *epiſtolâ ad Cyprianum*, confirmauit Sententiam ipſius, & oſtendit ex illis literis non eſſe ſtatim dandam lapſis pacem contra Euangelij tenorem, ipſoſque Confeſſores debuiſſe dare potiùs quàm remittere ad Epiſcopum. Et aliâ epiſtola ad eundem Cyprianum idem Clerus Romanus dixit ſe habuiſſe Synodum vicinorum Epiſcoporum, Sede vacante, & aliorum etiam Epiſcoporum ex Prouincijs alijs propter perſecutiooem eiectis, qui hæc conſtituerunt: ante conſtitutionem Epiſcopi oihil inoouandum putauimus, ſed lapſorum curam mediocriter temperandam eſſe credimus, vt interim dum Epiſcopus dari à Deo

nobis ſuſtinetur in ſuſpenſo eorum, qui moras poſſunt dilationis ſoſtinere, cauſa teneatur; eorum autem quorum vitæ finem vrgens exitus dilationem non poteſt ferre, actâ pœnitentiâ, & profeſſâ frequenter ſuorum deteſtatione factorum, ſi lacrymis, ſi gemitibus, ſi fletibus dolentis ac vere pœnitentis ſigna prodiderint, cùm ſpes viuendi ſecundum hominem nulla ſubſtiterit, ita demùm cautè & ſollicitè ſubueniri, Deo ipſo ſciente quid de talibus faciat, & qualiter iudicij ſui examinet pondera, nobis tamen anxiè curantibus, vt nec pronam noſtram impij homines laudent facilitatem, nec verè pœnitentes accuſent noſtram quaſi duram crudelitatem.

Poſteà verò Cyprianus in Africa habuit de ea re Concilium, & Cornelius Romæ: & tunc Cyprianus reſpondit ea de re ſecundum Concilij & Carthaginenſis & Romani ſub Cornelio decretum; vtriuſque concilij meminit D. Cyprianus *epiſtolâ ad Antonianum*: Carthaginenſis his verbis, ſecundum quod tamen anteà fuerat deſtinatum, perſecutione ſopitâ, cùm data eſſet facultas in vnum conueniendi, copioſus Epiſcoporum numerus, quos integros & incolumes fides ſua & Domini tutela protexit, in vnum conuenimus, & ſcripturis diu ex vtraque parte prolatis, temperamentum ſalubri moderatione librauimus, vt nec in totum ſpes communicationis & pacis lapſis denegaretur, ne plus deſperatione deficerent; & eo quod ſibi Eccleſia clauderetur, ſecuti ſæculum gentiliter viuerent: nec tamen rurſus cenſura Euangelica ſolueretur, vt ad communicationem temere proſilirent, ſed traheretur diu pœnitentia, & rogaretur dolenter paterna clementia; & examinarentur cauſæ, & voluntates, & neceſſitates ſingulorum. Synodi Romanæ ſub Cornelio his verbis, Ac ſi minus ſufficiens Epiſcoporum numerus in Africa videbatur, etiam Romam ſuper hoc reſcripſimus ad Cornelium Collegam noſtrum, qui & ipſe cum plurimis Coepiſcopis habito concilio, in eandem nobiſcum ſententiam pari grauitate, & ſalubri moderatione conſenſit. Itemque in eo concilio Romano decretum, vt Sacerdotes lapſi, poſt pœnitentiam quidem reciperentur, ab ordinatione autem Cleri atque Sacerdotali functione & honore prohiberentur, vt teſtatur Cyprianus *epiſt.* 67. *&* 68. & ita Trophimus lapſus admiſſus eſt ab eodem Cornelio ad laicam tantùm communionem; vt refert idem Cyprianus *epiſt.* 52. & ideò Cyprianus conqueritur de Fortunatio Epiſcopo Aſſaritano lapſo, non ita recepto *epiſt.* 64. & reſcribit ad Hiſpanos *epiſt.* 68. conſultus ab eis de Baſilide & Martiano, eos ita recipiendos eſſe; cùm Cornelius, inquit, Collega noſter, Sacerdos pacificus ac iuſtus, decreuerit huiuſmodi homines lapſos (nimirum Sacerdotes & Epiſcopos) ad pœnitentiam quidem agendam poſſe admitti, ab ordinatione autem Cleri atque Sacerdotali honore prohiberi. Cùm tamen Feliciſſimus omnes lapſos abſque pœnitentia ſuſcipi debere pertinaciter defendiſſet, Nouatiano contrà, neminem lapſum admittente, Cyprianus Epiſcopos 42. Africanæ Eccleſiæ congregauit, à quibus ſtatutum eſt, quod iam ante ſtatuerāt, vt lapſi, poſt pœnitentiam plenam, reciperentur, vel ſi periculum infirmitatis vrgeret, pacem ſub ictu mortis acciperent, & perſecutione quoque inſtante; quam cùm futuram eſſe mox reuelatum eſſet D. Cypriano; is ad congregandum gregem ſuum, & muniendum Euchariſtia & corpore & ſanguine Chriſti; cenſuit in ea Synodo, pacem omnibus eſſe dandam, non ad quietem, ſed ad aciem, & ad effundendum Martyrio ſanguinem ſuum, vt apparet ea *epiſt. Cypriani Epiſcopi Carthaginenſis, & Synodi Africanæ ad Cornelium de lapſis*: & poſtmodum in Synodo Ancyrana conſtitutum etiam eſt, vt presbyteri pœnitentes honorem quoque retinerent, ſed abſtinerent ab omni miniſterio *can.* 1. idemque de Diaconis dicitur, *in can.* 2. vt ceſſent ab omni miniſterio: alium vero honorem habeant, puta ſtipendium, & ſimilia.

Hoc quod diximus de illis literis confeſſorum quæ dabantur lapſis, & datæ erant temerè à Luciano, vt ea non ſufficerent, & communicatoriæ eſſent neceſſariæ, poſtea conſtitutum eſt in concilio Arelatenſi 1. *can.* 9. de his, inquit, qui Confeſſorum literas afferunt, placuit vt ſublatis eis literis alias accipiant Communicatorias: & anteà definitum fuerat in Concilio Eliberitano *can.* 25. omnis qui attulerit literas Confeſſorias, ſublato nomine Confeſſoris, eo quod ſub hac nominis gloria pattim concutiant ſimplices, Communicatoriæ ei dandæ ſunt literæ: atque Patres Arelatenſes videntur exponere voluiſſe illa verba Concilij Eliberini, quando pro illis verbis, ſublato nomine Confeſſoris, dixerunt ſublatis literis Confeſſorum; quem canonem quàm peſſime acceperit Samüel Petitus, diximus alio loco, qui literas priuilegiorum Romanæ Eccleſiæ, pro illis literis ſubſtituendas putauit, ex Papia malè intellecto.

Porrò lapſi qui ſine vllo periculo, & ſine neceſſitate (nec coacti peccaſſent, etſi humanitate indigni viderentur Synodi Nicænæ 1. *can.* 11. tamen ſi vere pœniteſent, tres annos exigentes inter Audientes, & ſeptem proſtrati, duobuſque annis abſque oblatione, erant orationum cum populo participes. Canon verò non addit, an poſt illud tempus digni habeantur Sacramentis, quod addunt Zonaras & Balſamo; quod tamen non ita videtur Patribus Synodi Valentinæ 1. *can.* 3. vbi dicere videntur tantùm ex concilio Nicæno dari eis quoque ſatisfactionis aditum, ita tamen vt pœnitentiam acturi ſint vſque in diem mortis, & remiſſionem ſperent à Deo: illi enim qui ſine neceſſitate ſponte lapſi in fide ſunt, grauiùs puniendi erant; alij qui vi tormentorum peccauerant, aut propter bonorum amiſſionem, poſt pœnitentiam ſex annorum admiſſi ſunt, concilio Ancyrano *can.* 6. Patres Synodi Arelatenſis 2. non rectè repræſentant nobis hunc Canonem Nicænum, niſi error ſit in eorum *canon.* 10. in quo agunt de his qui ſponte, nec coacti, fidem negauerunt, vt in *dicto can.* 11. *Synodi Nicæna*, & dicitur tanquam ex Nicæna Synodo, vt quinque annos exigant inter Catechumenos, & duos inter Communicantes, ita vt communionem inter pœnitentes non præſumant, quod non ita eſt; & corrigendum fortaſſe, & duos inter pœnitentes, ita vt communionem inter communicantes non præſumant, &c. in quo tamen nec numerus nec ratio conſtabit: & videntur illi Patres non vidiſſe

Canonem Nicænum, aut eius à mente ex parte A
deflexiſſe. In Can. verò 11. Arelatenſi agitur de
his, qui tormentis coacti ſunt negare fidem; &
dicitur, vt duobus annis ſint inter Catechume-
nos, triennio inter pœnitentes ſint à commu-
nione ſuſpenſi. Et Tertullianus etiam longè an-
te, non approbauerat à Martyribus pacem dari.
lib. de Pudicitia cap. 22. At tu iam & in Martyres
tuos effundis hanc poteſtatem, vt quiſque ex
conſenſione vincula induit adhuc mollis, in no-
uo cuſtodiæ nomine, ſtatim adeunt Monachi,
ſtatim adeunt fornicatores; iam preces circum-
ſonant, iam lacrymæ circumſtagnant maculati
cuiuſque, nec vlli magis carceris aditum redi- B
munt, quàm qui Eccleſiam perdiderunt: violan-
tur viri ac fœminæ in tenebris planè ex vſu libi-
dinum notis, & pacem ab his quærunt qui de ſua
periclitantur; & deinceps, ſufficiat Martyri pro-
pria delicta purgaſſe, ingrati vel ſuperbi eſt in
alios quoque ſpargere quod pro magno fuerat
conſecutus. Quis alienam mortem ſuâ ſoluit, niſi
ſolus Dei filius? nam & in ipſa Paſſione liberauit
latronem. Idemque probat ex Apoſtolis, qui
nulli peccata in carcere dimiſerunt: alibi tamen
dicit Martyres dare pacem Lapſis *lib. ad Marty-
res cap.* 1. quam pacem quidam in Eccleſia non
habentes, a Martyribus in carcere exorare con-
ſueuerunt. Et Dionyſius Alexandrinus epiſt. ad C
Fabium Epiſcopum Antiochiæ *apud Euſebium
lib. 6. Hiſtoria cap.* 32. idem teſtatur. Illi igitur di-
uini Martyres (qui iam Chriſti tanquam Aſſeſ-
ſores ſunt, & Regni eius conſortes, participes Iu-
dicij, & illius in hominibus iudicandis ſenten-
tiam approbantes erunt) inuenerant apud nos
nonnullos è fratribus in quibus crimen ſacrifi-
candi Idolis hærebat, quique à fide excidiſſent;
cum conuerſionem ac pœnitentiam eorum per-
ſpicerent, eamque acceptam poſſe fore ei qui
omninò non vult mortem peccatoris, ſatis ex-
ploratum haberent; ad ſe denuò admittunt, reci-
piunt in Eccleſiam, & conueniunt, & communi-
cant in precibus ac epulis. Quid igitur conſilij
nobis fratres datis? quid cenſetis nobis agendum D
eſſe? illisne ſuffragabimur? eiuſdem cum illis eri-
mus ſententiæ Iudicium eorum ſequemur? mo-
dum tenebimus benignitatis? his, quorum illi
miſerti ſunt, benefici & clementes erimus? an
contra eorum iudicium inane, & irritum facie-
mus? eorum ſententias nos ipſos conſtituemus
animaduerſores clementiæ inhumanitus teſ-
ſtere? refringemus inſtitutum? Deum denique
ad iram prouocabimus? ex quo loco apparet,
dubitaſſe Dionyſium an admittendi eſſent ij,
quibus Pacem Martyres dediſſent.

Aliud etiam ſolemne fuit Concilium in Africa
de Baptiſandis ijs, qui ab hæreticis erant baptiſa-
ti, temporibus eiuſdem Cypriani & Stephani Pa- E
pæ. Africani enim priùs id obſeruabant, vt extra
Eccleſiam neminem baptiſari poſſe cenſerent; &
ita ab hæreticis baptiſatos, adhuc tamen baptiſa-
rent, vt continetur *in epiſtola Synodica Cypriani,
&c. ad Iannarium, & cæteros Numidas, de bapti-
ſandis hæreticis*, vbi iterùm hanc ſententiam con-
firmarunt; vt dicitur in *eadem epiſtola Synodica, &
epiſtola Cypriani ad Stephanum Papam*, & cùm
Stephanus Papa refutaſſet & rejeciſſet illam opi-
nionem, Cyprianus epiſtolam ſcripſit ad Pom-
peium contra epiſtolam Stephani, vbi ait Stepha-
num multa vel ſuperba, vel ad rem non perti-
nentia, vel ſibi contraria, imperitè ac improuidè

A ſcripſiſſe: Stephanus, vt ibi dicitur, ſcripſerat. Si
quis ergo a quacumque hæreſi ad nos venerit,
nihil innouetur, niſi quod tradi tum, eſt vt manus
illi imponatur in pœnitentiam. Et D. Cyprianus
aliam maiorem Synodum habuit 87. Epiſcopo-
rũ; in qua valdè irritatum fuiſſe in Stephanum
oſtendit hæc præfatio, in qua per Epiſcopum
Epiſcoporum intelligit Romanum Epiſcopum.
Superest ait, vt de hac ipſa re, quid ſinguli ſentia-
mus, proferamus, neminem iudicantes, aut à iu-
re Communionis aliquem, ſi diuerſum ſenſerit,
amouentes: neque enim quiſquam noſtrum ſe
Epiſcopum Epiſcoporum conſtituit, aut tyranni-
B co terrore ad obſequendi neceſſitatem Collegas
ſuos adigit, quando habeat omnis Epiſcopus
pro licentia libertatis & poteſtatis ſuæ arbitrium
proprium, tanquam iudicari ab alio non poſſit,
cùm nec ipſe poſſit alterum iudicare: ſed expe-
ctemus vniuerſi Iudicium Domini noſtri Ieſu
Chriſti, qui vnus & ſolus habet poteſtatem, &
præponendi nos in Eccleſiæ ſuæ gubernatione,
& de actu noſtro iudicandi.

Circa eadem tempora idem conſtitutum eſt in
Concilio Iconienſi contra Cataphrygas ab Epiſ-
copis Cappadociæ, Ciliciæ, & Galatiæ, aliarum-
que Prouinciarum, ad quos ſcripſit Stephanus,
hæreticos ipſos in baptiſmo conuenire, & quod
C ad ſe venientes non baptiſent, ſed communicent
tantùm; & cùm illi miſiſſent Legatos ad ipſum
Stephanum, eos nec ad colloquium admiſit, &
communionem omnem negauit, vt apparet ex
epiſtola Firmiliani Cæſareæ Epiſcopi ad Cypria-
num, quæ extat inter opera D. Cypriani. Et Euſe-
bius refert *lib. 7. cap. 6.* ex epiſtola Dionyſij Ale-
xandrini, non ſolùm in Africa, ſed Iconij, & Sy-
nadis in alio Concilio id conſtitutum: hoc ta-
men didici, quod non Epiſcopi in Africa ſolùm,
iſtam conſuetudinem, de hæreticis rebaptiſandis
iam inuexerunt, verùm etiam longo tempore an-
tè, Epiſcoporum memoriâ qui antegreſſi ſunt, in
Eccleſia maximâ hominum frequentiâ celebra-
tis, & Synodis fratrum tum Iconij, tum Synadis,
D tum alijs multis in locis conuocatis, illud decre-
tum fuit, quorum Iudicia & ſententias condem-
nare, irritaque facere non audeo. Et D. Baſilius
epiſt. ad Amphilochium can. 1. equidem initio di-
ſtinguit inter eos hæreticos qui in fide Eccleſiæ
baptiſant, & alios qui non rectè baptiſant; vnde
reprehendit Dionyſium Alexandrinum, non af-
ferentem illam diſtinctionem: fatetur tamen po-
ſteà Cyprianum, & Firmilianum ſuum, id eſt Cæ-
ſareæ Epiſcopum, etiam baptiſaſſe baptiſatos à
Schiſmaticis: verum enimverò antiquis viſum
eſt. Cypriano dico, & noſtro Firmiliano, eos om-
nes vni calculo ſubjicere Catharos, & Encrati-
tas, & Hydroparaſtatas, & Apotactitas, quoniam
E ſeparationis quoque principium per Schiſma; qui
autem ſe ab Eccleſia abjunxerunt, non habent
amplius in ſe Spiritus gratiam: defecit enim tra-
ditio quod diſciſſa ſit conſequentia, &c. Et dein-
ceps addit, Sed quoniam nonnullis Aſiaticis om-
ninò viſum eſt, propter multorum œconomiam
& diſpenſationem, eorum baptiſma ſuſcipi, ſuſci-
piatur. Ex quibus colligitur dubium fuiſſe in hac
Sententia D. Baſilium, & viſum fauere Firmiliano.

Verùm hæc res ita videtur deciſa in Concilio
Nicæno 1. vt ab hæreticis, qui verè, & vt Eccleſia
ſolet, baptiſabant, baptiſati reciperentur cum ſo-
la manuum impoſitione; ab alijs vero hæreticis,
qui in fide Eccleſiæ non baptiſabant, baptiſati

baptiſarentur, conjuncto Canone 8. cum canone 19. nam *in can.* 8. Cathari ad Eccleſiam accedentes etiam Clerici, impoſitis eis manibus etiam in Clero manent, Pauliniſtæ verò *in can.* 19 etiamſi fuerint Clerici, baptiſantur, quaſi non baptiſati; & ſi digni habiti fuerint, ordinantur: quæ diſtinctio etiam continetur in Synodo 2. generali, *can.* 7. & miror Franciſcum Hallier tot paginas complere, vt quærat quodnam ſit plenarium Concilium apud D. Aug. *lib. 2. de Baptiſmo cap.* 7. 9. *&* 12. in quo rebaptiſationes prohibentur, nec tamen inuenit, cum tamen hoc ſit vel Nicænum 1. *can.* 8. vel Conſtantinopolitanum *can.* 7. quod tamen ille negat, vt in negatione videatur diligens [B] §. 2. *cap.* 1. *de altero effectu ordinationis, qui eſt Character. art. 2. Sect. 3. de effectibus ordinationis.* Fauebat autem Sententiæ Cypriani can. 68. Apoſtolorum, qui, inquit, ab eis, id eſt hæreticis, baptiſati vel ordinati ſunt, vt fideles vel Clerici ſint fieri non poteſt. Concilio vero Trullano, tanquã localis Synodus refertur Synodus Cypriani *can.* 2. præterea autem & eum qui à Cypriano, qui fuit Afrorum Regionis Epiſcopus, & Martyr, & ab ea quæ ab illo habita eſt Synodus, emiſsũ canonem qui in prædictorum præſulum locis, & ſolùm ſecundũ traditam conſuetudinẽ ſeruatus eſt.

Porrò Patres noſtri Gallicani in Concilio Arelatenſi *can.* 8. videntur authores diſtinctionis, quę habetur in *can.* 7. *Synodi 2. generalis*, vt ſcilicet [C] manus tantùm imponatur eis, qui in fide Trinitatis baptiſati ſunt, alijs vero qui nõ ita baptiſati, baptiſmus conferatur. De Africa, quod propria lege ſuâ vtuntur vt rebaptiſent, placuit, vt ſi ad Eccleſiam aliquis de hæreſi venerit, interrogent eum Symbolũ, & ſi peruiderint eum in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto eſſe baptiſatum, manus ei tãtùm imponatur, vt accipiat Spiritum ſanctum; quod ſi interrogatus nõ reſponderit hanc Trinitatem, baptiſetur: & refertur *diſt.* 4. *de Conſecr.* vbi malè legebatur olim de Arianis, pro de Afris.

Extat vero hæc diſtinctio poſita à Timotheo presbytero Sanctiſſimæ Magnæ Eccleſię, & vaſorum Cuſtode ſacroſanctæ Deiparæ, quæ eſt in [D] Chalcopratheis; de differentia eorum qui accedunt ad ſanctiſſimam noſtram fidem, inuenimus, inquit, (apud Balſamonem) tres ordines eorũ qui ad Sanctã Dei Catholicam & Apoſtolicã Eccleſiam accedunt, ſanctiſſime Sacrorũ Comminiſter Ioannes, & mihi omnium dilectiſſime, & primus quidẽ ordo eſt eorũ qui ſancto baptiſmate indigent; ſecundus eorũ, qui non baptiſãtur, ſed ſancto Chriſmate inunguntur; tertius autem eorum, qui nec baptiſantur nec inunguntur, ſed ſolùm anathematiſant propriam hæreſim. Et qui baptiſantur quidẽ ſunt hi Talcodrugi, Marcioniſtę ſeu Attotyritæ, Saccophori, Apotacticę, Valẽtini, qui [E] etiã Baſilidij & Hermæi appellantur, Nicolaitæ, Montaniſtę, Pepuzeni, Manichęi, Eunomiani ſeu Anomij, Pauliniſtæ qui à Paulo Samoſateno, Photiniaſtæ à Photino Sirmij Epiſcopo, Sabelliani, Cerinthiani à Cerintho, Menandriani, Ebionæi, Simoniani à Simone Mago, Carpocratiani qui à Carpocrate, Saturniani, & qui ab impio Marco initium duxere, & qui ab Apelle, & qui à Theodoto coriatio, Helceſaïtæ qui à Nepote, qui à Pelagio & Cœleſtino, & Melchiſedechitæ.

Qui autem ſancto chriſmate vnguntur ſunt hi Teſſareſdecitæ ſeu Tetraditæ, Nouatiani ſeu Sabbatiani, Arriani, Macedoniani, Apollinariſtæ.

[A] Qui neque inunguntur, neque baptiſantur, ſed ſuã & omnem hæreſim anathematiſant, ſunt hi, Meletiani ſchiſmatici qui à Meletio ſchiſmatico orti ſunt, qui non habent malam opinionem, ſed proprium ſchiſma anathematiſant; Neſtoriani, Eutychianiſtæ & eorum ſocius Dioſcorus, Seuerus, Iacobitæ, & Enthuſiaſtæ, Choreutæ, Lampetiani, Adelphiani, & Euſtatiani, Apoſchiſtæ qui & Doearij, & Antroproſeoptæ.

Iam vero videmus in magnis & vniuerſalibus Eccleſiis ſeu Patriarchalibus, & Metropolibus, & reliquis, quod Armenios, & Iacobitas, & Neſtorianos, reliquos Acephalos, & quicumque eis ſimiles ad fidem orthodoxam conuertuntur, [B] inungunt & non baptiſant, eorum ſolum duces authoreſque anathematiſantes, & hoc propter iuſtas cauſas nuper neceſſariò conſtitutum eſt.

Rationes Africanorum multæ erant: dicebant illud *Eccleſiaſtici cap.* 34 ab immundo quis mundabitur? & infra, qui baptiſatur à mortuo, quid proficit lauatio eius? *& Pſal.* 140. oleum peccatoris non impinguet caput tuum: & confirmatur *can.* 69. 1. *Quæſt.* 1. *& can.* 70. *ead. Quæſt.* 1. & Concilium Laodicen *can.* 32. ait benedictiones hæreticorum eſſe maledictiones, εὐλογίας ἀλογίας; & refertur *can.* 66. *ead. Quæſt.* 1. & D. Ambroſius *lib. de initiandis rudibus*, ait non ſanare baptiſmum perfidorum, non mundare ſed polluere: & *can. per illicitam* 1 a *Quæſt.* 1. Damaſus ait, per [C] illicitam manus impoſitionem vulnerari caput ſuſcipientis: & Innocentius 1. *can. qui perfectionem* 1. *Quæſt.* 1. vulneratum per illam manus impoſitionem habere caput. Sed reſpondetur malitiam Miniſtri non impedire effectum Sacramenti, & Sacramenta ſemper ope ati: nam vt dicitur *in can.* 75. 1. *Quæſt.* 1. Chriſtus eſt qui baptiſat, & qui ſanctificat; & *can.* 77. nihil a bono maius, nihil à malo minus perficitur Sacerdote, quia non in merito conſecrantis, ſed in verbo perficitur Creatoris, & virtute Spiritus Sancti: & *can.* 84. ſiue per bonos, ſiue per malos miniſtros intra Dei Eccleſiam diſpenſetur, Sacramentum [D] tamen eſt: & *can* 87. memento ergo Sacramentis Dei nihil obeſſe mores hominum, quo illa vel omnino non ſint, vel minus ſancta ſint: & *can.* 89. non nocet malitia Epiſcopi, neque ad baptiſmum infantis, neque ad Eccleſiæ cõſecrationem, quia baptiſma à Deo datur, nõ ab homine venit; & *can* 95. *ead. Quæſt.* 1. qui tamen mali ſunt, malè faciunt cùm conficiunt Sacramenta, quia quantùm in ipſis eſt, ea polluunt. *c.* 97. *ead. Quæſt.* 1.

De Stephani Papæ Sanctione, & epiſtola ad D. Cyprianum, ita Zonaras in Æmiliano tomo 2 huius. Sanctio eſt, ne Chriſtiani ab hæreticis ad Eccleſiam reuertentes, rebaptizentur, ſed precatione per manuum impoſitionem luſtrentur, [E] de hac re adhuc vide Euſebium *lib.* 7. *cap.* 3. 4. *&* 8. & Dionyſius epiſtolam de Baptiſmate illo ſcripſit ad Stephanum. Euſebius *lib.* 7 *cap.* 2. ὁ Διονύσιος τὴν περὶ βαπτίσματος ἐπιστολὴν διαπονήσας: vbi notanda illa vox διαπονήσας; vult enim dicere ſcripſiſſe epiſtolam ad Stephanum, quæ continet Tractatum de ea quæſtione: & mortuo Stephano ſecundam ſcripſit epiſtolam ad Xyſtum. *Idem Euſebius cap.* 5. in qua dicit Stephanum excommunicaſſe Helenum, & Firmilianũ, & omnes Epiſcopos, qui erant ex Cilicia, & Cappadocia, & Galatia, & Gentibus finitimis, quod rebaptiſarent hæreticos; pro quibus tamen intercedit dicens, hoc in Concilio eorum decretum

fuiſſe. Idem tamen agnoſcit *cap. 6.* Heraclam Epiſcopum Alexandrinum deceſſorem ſuum recepiſſe in Eccleſiam hæreticos nullum nouum baptiſma deſiderando.

Hæc quæſtio tractata fuit ſæpiſſime à D. Auguſtino, cujus ſententia fuit generalis, hæreticos conferre baptiſmum & alia Sacramenta, & ab eis dati, vt dantur in Eccleſia, nec contaminari ab eorum labe *can.* 30. 31 32. & 53. 1. *Quæſt.* 1. nam Baptiſmus, qui eſt Sacramentum Eccleſiæ, extra Eccleſiam datus, eſt velut aqua Paradiſi quæ fluit extra Paradiſum de flumine vel fonte Paradiſi, vt rectè docet D. Auguſtinus *lib. 4. de Baptiſmo cap.* 1. & refertur *can. 45. diſtinct. 4. de Conſecrat.* & baptiſmum eorum eſſe approbandum traditur, *can. 34. ead. Quæſt.* 1. & baptiſatos ab eis eſſe recipiendos *can. 35. ead Quæſt.* 1. nec eſſe rebaptiſandos; characterem enim non repeti, quia ſic Sacramento iniuria fieret *can.* 57. 1. *Quæſt.* 1. & ideo Optatus *lib.* 7. ait Eccleſiam non iterare Baptiſmum, ac Chriſmationem, quod à vobis vnctum eſt tale ſeruamus quale ſuſcepimus; & reprehendit hæreticos, quod id facerent, ſeduxiſtis, inquit, homines; rebaptiſaſtis, iterum vnxiſtis. Aliquid eſt tamen, quod non datur in Baptiſmo hæreticorum, nempe dona Spiritus Sancti, *can. 38. eadem Quæſt.* 1. imo nec remiſſio peccatorum, vt ait D. Auguſtinus, ſeu effectus Sacramenti, *Can. 48. eadem Quæſt.* 1. Nam vt ait idem D. Auguſt. *in can. 41. diſt. 4. de Conſecrat.* non ob aliud viſum eſt quibuſdam egregijs viris, inter quos præcipuè B. Cyprianus eminebat, non eſſe poſſe apud hæreticos, vel ſchiſmaticos, baptiſmum Chriſti, niſi quia non diſtinguebatur Sacramentum ab effectu, vel vſu Sacramenti; & quia eius effectus atque vſus in liberatione à peccatis, & cordis rectitudine, apud hæreticos non inueniebatur, ipſum quoque Sacramentum non illic eſſe putabatur: ſed cùm idem D. Auguſtinus valdè vrgeretur de his qui ficto corde baptiſantur, an accipiendo Baptiſmum, acciperent remiſſionem peccatorum, ſic reſpondit *in d. can* 41. his qui ficto corde baptiſantur, aut peccata nullatenus dimittuntur, quia Spiritus diſciplinæ effugiet fictum, aut ipſo temporis puncto per vim Sacramenti dimiſſæ, iterum per fictionem replicantur; & in fine ait, deinceps redire peccatum. Quibus verbis innuit etiam hæreticum accipere baptiſmum, vt *lib. 2. contra Petilianum cap. 35. & lib. de Catechiſandis rudibus. & lib. 2. contra Parmenian. cap. 16. & lib. 3. de baptiſmo, cap.* 14. & id colligitur ex *cap. 3. de Baptiſmo*, ſufficit enim ad receptionem Baptiſmi voluntas eius qui recipit: concedit verò hæreticum per Baptiſmum dimittere peccata, ſed tamen Baptiſatum in hæreſi non fieri Templum Dei, niſi ab ea receſſerit *can. 47. & can. 55. 1. Quæſt.* 1. Igitur baptiſati ab hæreticis, ſolâ inuocatione Spiritus Sancti, per impoſitionem manuum, confirmandi ſunt, quia formam tantùm baptiſmi ſine Sanctificationis virtute ſumpſerunt, *can. 51. & can.* 57. 1. *Quæſt.* 1. & ita Auitus Vienenſis Epiſcopus *epiſt.* 24. manus, inquit, impoſitionem perſonæ, de qua ſcribitis, adhibete, quam conſtat, ſi reuera in ſupradicti ſchiſmatis profeſſione verſata eſt, cum miniſterio Baptiſmatis etiam Chriſmate ſignatam. Et Leo Magnus *epiſt. ad Ruſticum Narbonenſem, Inquiſitione* 18. rebaptiſandi non ſunt, ſed per manus impoſitionem, inuocatâ virtute Spiritus Sancti, quem ab hæreticis accipere non potuerunt, Catholicis copulandi.

Porrò manus impoſitio duplex erat, vna quâ in Confirmatis non iterabatur Chriſmatio, ſed tantum Benedictio; alia quâ nondum Chriſmati chriſmabantur. Erant enim quidam hæretici qui chriſmabant baptiſatos, alij non; & ideo videndum, de qua manuum impoſitione agatur. Et tribus modis admittuntur vel per Confirmationē, quę fit per manuum impoſitionem, vt hi qui ſunt Confirmati; vel per ſolam manuum impoſitionem, vt ij qui ſunt Confirmati; vel per ſolam fidei profeſſionem vt colligitur ex *can. 44. diſt. 4. de Conſecr.* ab antiqua Patrum inſtitutione diſcimus, vt qui apud hæreſim in Trinitatis nomine baptiſantur, cùm ad Eccleſiam redeunt, aut vnctione Chriſmatis, aut impoſitione manus, aut ſolâ profeſſione fidei, ad ſinum Matris Eccleſiæ remeantur: vnde Arrianos per impoſitionem manus Occidens; per vnctionem verò ſancti Chriſmatis ad ingreſſum ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ Oriens reformat: Monothelitas vero & alios, ex ſola vera confeſſione recipit, quia ſanctum baptiſma, quod ſunt apud hæreticos conſecuti, tunc in eis vires emendationis recipit, cùm vel illi per impoſitionem manus Spiritum Sanctum acceperint, vel iſti propter profeſſionem veræ fidei, ſanctæ & vniuerſalis Eccleſiæ viſceribus fuerint vniti. Manus autem impoſitio, quæ eſt oratio tantum ſuper hominem, repeti poteſt, *can. 74. 1. Quæſt.* 1. illa manuum impoſitio dicitur χειροτονία μυστικωτέρα, quomodo receptos ait Theodoretus Meletianos Epiſcopos *lib. 1. cap.* 1. τοὺς δ' ὑπ' αὐτοῦ κατασταθέντας μυστικωτέρᾳ χειροτονίᾳ βεβαιωθέντας κοινωνῆσαι ἐπὶ τούτοις, ab ipſo (Meletio) conſtitutos, ſecretiore & priuatâ manuum impoſitione Confirmatos, ad communionem recipi placuit. Ita μυστικὴ διαθήκη, i. occultum teſtamentum, ſcriptum à Teſtatore ſine teſtibus, de quo eſt titulus Harmenopuli *lib. 5. tit.* 1. & L[illegible] *Nou.* 60. vocat διατάξεις ἐν μυστικαῖς ἀνθόμοις, ſecreto facta Teſtamenta. Et hæc myſtica chirotonia non fuit vera ordinatio, vt exiſtimauit Peran, *lib. 1. diſſert. Eccleſiaſt. cap.* 3 quæ fiebat publicè; hæc verò occulta, erat oratio tantùm.

Item *Synodus* habita eſt *Antiochia* aduerſus Paulum Samoſatenum Antiochiæ Epiſcopum, qui, vt ait Nicephorus *lib. 6. cap.* 27. cùm vellet Zenobiam Reginam Antiochię Iudaizantem, in fide noſtra inſtruere, in Artemonis hæreſim impegit: nimis enim humilia de Chriſto docuit, quippe dicens Communem hominem naturâ fuiſſe, neque quicquam præcipuum præ nobis habuiſſe, & diuinæ ſubſtantiæ expertem extitiſſe. Atque in eo proinde ac in Propheta Filium Dei inhabitaſſe, & rurſum ab eo diſceſſiſſe. Quod cùm Epiſcopi plures cognouiſſent, Dionyſius quidem Alexandrinus ad eum ſcripſit; alij vero Epiſcopi Antiochiam profecti: inter quos Gregorius Thaumaturgus, & Athenodorus frater, Ponticarum Eccleſiarum Epiſcopi, Firmilianus Cæſareæ Cappadocum, Helænus Metropolis Tarſi Cilicum Epiſcopus, Nicomas Iconij, Hymenæus Hieroſolymorum, & Cæſareæ Paleſtinæ Theoctenus, Epiſcopi, Maximus Boſtræ, Theophilus, Proclus, Helianus, Paulus, Babylianus, Protogenes, Hierax, Eutychius, Theodorus, Malchion &

Lucius, diuerſarum Eccleſiarum præfecti, & alij cum Presbyteris, & Diaconis, vbi in quolibet conſeſſu plures quæſtiones proponebant, vt detegerent hæreſim, & eum abducerent ab ea: ſed ille occultans eam, iuramento interpoſito apertè errori renuntiauit, & dixit ſe nihil tale ſentire, ſed inſiſtere fidei Apoſtolicæ: vnde Synodus ſoluta eſt. Nicephorus *d. cap.* 27. ſed cùm in errorem eſſet relapſus, mortuo Dionyſio, & Firmiliano; facta eſt alia Synodus Antiochiæ contra eum, in qua detectus à Malchione presbytero, tandem conuictus, & omnium conſenſu condemnatus, ab vniuerſa & Catholica Eccleſia, quæ ſub cœlo eſt penitus exturbatus eſt. Euſebius *lib. 7. cap.* 23. & Nicephorus *lib. 6. cap.* 28. & cùm Paulus ex Epiſcopali domo exire nollet, Imperator Aurelianus de ea re conſultus, præcepit vt domus Eccleſiæ illis tribueretur, quibus Italiæ & Vrbis Romæ Epiſcopi per litteras tribuendum præſcriberent. Euſebius *lib. 7. cap.* 24. & Nicephorus *cap.* 29. *lib.* 6. Epiſcopi damnato Paulo epiſtolam Synodicam ſcripſerunt ad Dionyſium Epiſcopum Romanum, & Maximum Alexandrinum; cuius hæc inſcriptio *apud Euſebium lib. 7. cap.* 24. Dionyſio, Maximo, & omnibus vbique in orbe terrarum Collegis Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, & vniuerſæ ac catholicæ ſub cœlo Eccleſiæ, Helenus, & Hymenæus, & Theophilus, & Theoclenus, & Maximus, Proclus, Nicomas, & Ælianus, Paulus, Bolanus, & Protogenes, Hierax, & Eutychius, Theodorus, Malchion, & Lucius, & reliqui omnes Epiſcopi & Preſbyteri & Diaconi, qui Ciuitates & Regiones finitimas apud nos incolunt; & Eccleſiæ Dei, quæ apud nos ſunt, dilectis fratribus in Domino ſalutem. In qua epiſtola dicitur Firmilianum fuiſſe mortuum in hac vltima Synodo: item deſcribuntur mores peſſimi Pauli Samoſateni, vt quod pauper natus magnas diuitias comparauerit, & in his arroganter ſe geſſerit, & magnâ ſatellitum turbâ ſtipatus ſuperbo gradu inceſſerit, vt propter intolerandam elationem in inuidiam & odium vocarit fidem, quod præſtigijs vſus fuerit in concilijs, & Thronum ſublimem ſibi parârit, & vt mundi Principes ſecretum habuerit; voluerit in concionibus ſibi acclamari etiam à mulierculis, & ita interrumpi concionem; & in verbi interpretes etiam mortuos debacchatus ſit, & Pſalmos ac veteres cantus ab Eccleſia expulerit vt cantilenæ in eius laudem fierent, in quibus diceretur Angelus è cœlo demiſſus; & mulieres, quas Antiocheni *συνεισάκτους* appellant, habuerit; & eum propter potentiam & tyrannidem nemo accuſare auſus fuerit.

Porrò notandum eſt in ea epiſtola apud Euſebium, Dionyſium & Firmilianum vocari *μακαρίτας*, quaſi mortui ſint, & de Firmiliano id nominatim dicitur in ea epiſtola, non de Dionyſio; ſed videtur quoque mortuus eodem *cap.* 24. *in Latina verſione* epiſtola conſcripta dicitur ad Dionyſium Romanum Epiſcopnm, & ad Maximum Epiſcopum Alexandrinum, qui ſucceſſor fuit Dionyſij in Sede Antiochena. Et idem Euſebius *cap.* 22. refert Dionyſium cum 17. annis Epiſcopatum Alexandriæ adminiſtraſſet, duodecimo anno Imperij mortuum eſſe, & Maximum ei ſucceſſiſſe, additque rogatum, vt veniret ad Synodum non veniſſe. Porro quod ait idem Euſebius *lib. 7. cap.* 22. in Latina verſione, cum Xyſtus Romanam Eccleſiam annis vndecim rexiſſet, Dionyſium Gentilem illius, qui fuit Epiſcopus Alexādriæ, Epiſcopatum Romanum obtinuiſſe; & author Geographiæ ſacræ *in notitia Pontificum Romanorum* in Xyſto idem dicit: cùm, inquit, Xyſtus Romanam Eccleſiam vndecim annis rexiſſet, Dionyſius Gentilis illius, qui fuit Epiſcopus Alexandriæ, Epiſcopatum Romanum obtinuit: quod ſumpſit ex Interprete qui malè accepit verba Euſebij, illa enim verba *τῷ κατ᾽ Ἀλεξάνδρειαν ὁμωνύμῳ Διονυσίῳ* non ſignificant Dionyſium Romanum fuiſſe Gentilem Dionyſij Alexandrini, ſed fuiſſe einſdem nominis cum eo, qui erat apud Alexandriam; quod noſtri Hiſtorici Latini dixerunt æquiuocum: ſic homonyma ſunt Aiax Locrus & Aiax Salaminius; Clemens Alexandrinus rectè hoc diſtinguit *lib. 8. Stromat.* ſic apud eundem Clementem *lib. 1. Stromat. σοφία δ᾽ ὁμωνύμως τῇ ἀληθείᾳ*, imo per hæc verba vult Euſebius oſtendere non fuiſſe eundem: & Taraſius *epiſtola ad Hadrianum* vocat duos Legatos Hadriani Papæ, quorum vterque Petrus appellatur, *ὁμωνύμους ἄνδρας τῷ κορυφαίῳ τῶν Ἀποστόλων Πέτρῳ*, id eſt æquiuocos viros Principi Apoſtolorum. Eius Pauli Samoſateni ſectatores ſunt Pauliani illi, de quibus agitur *in can.* 19. *Synodi Nicænæ* 1.

Item in Hiſpania fuit *Concilium Eliberitanum* habitum anno 305. Patres Synodi Sueſſioneoſ. 2. *act.* 5. dicunt illud habitum fuiſſe tempore Conſtantini iuxta canonicam authoritatem: Secundum Concilium Eliberitanum, quod actum eſt tempore Conſtantini cum Miſſis Apoſtolicæ Sedis. Baronius tamen putat habitum temporibus Conſtantij, Patris Conſtantini; & dicendum, habitum quidem temporibus Galerij, ſed Conſtantino, Cæſare non Imperatore, & ita dici potuit habitum ſub Conſtantino: nam cum Diocletianus & Maximianus Imperium abdicaſſent; Conſtantius atque Armentarius Cæſares Auguſti dicti ſunt, & tres crearunt Cæſares, Seuerum, Maximianum, & hunc Conſtantinum; Sextus Aurelius Victor *in Epitome*: his diebus Conſtantius Pater, atque Armentarius Cæſares Auguſti appellantur, creatis Cæſaribus Seuero per Italiam, Maximino Galerij ſororis filio per Orientem, eodem tempore Conſtantinus Cæſar efficitur; & Euſebius in Chronicis ait id accidiſſe quarto perſecutionis Diocletiani anno: quarto inquit, autem perſecutionis anno Conſtantius regnare orſus. Idem Euſebius. Et inde neceſſario numerandi ſunt anni Conſtantini, vt conſtet ratio & numerus annorum, vt obſeruat Petitus. Et quod additur in eo fuiſſe Miſſos Apoſtolicæ Sedis, non reperitur in recenſione Epiſcoporum, qui interfuerunt huic Concilio. In eius itaque concilij multis canonibus, de multis qui peccauerunt dicitur, eos nec in fine accipere Communionem, vel nec in fine dandam eis eſſe Communionem vt *can.* 1. 2. 3. 5. 6. 7. 8. 12. 18. 66. & quod Lapſis nec in fine daretur Communio, hac Synodo, Innocentius primus ait hoc factum fuiſſe propter frequentes perſecutiones, & ideò duriorem fuiſſe remiſſionem, poſteà vero, pace redditâ, & ne fauere videretur Eccleſia Nooatianis, Communio data ſaltem abeuntibus. Innocentius 1. *epiſt.* 3. *cap.* 2. de his, inquit, obſeruatio prior durior, poſterior interueniente

miſericordiâ inclinatior eſt : nam conſuetudo prior tenuit vt concederetur eis pœnitentia, ſed Communio negaretur: nam cùm illis temporibus crebræ perſecutiones eſſent, ne Communionis conceſſa facilitas, homines de Reconciliatione ſecuros non reuocaret à lapſu, negata meritò Communio eſt, conceſſa pœnitentia, ne totum penitus negaretur, & duriorem Remiſſionem fecit temporis ratio; ſed poſtquam Dominus noſter pacem Eccleſijs ſuis reddidit, jam depulſo terrore, Communionem dari abeuntibus placuit, & propter Domini Miſericordiam quaſi viaticum profecturis, ne Nouatiani hæretici negantis veniam, aſperitatem & duritiam ſubſequi videamur; tribuetur ergo cum pœnitentia Extrema Communio, vt homines huiuſmodi, vel in ſupremis ſuis, permittente Saluatore noſtro, &c. Etiam ante Innocentium primum in Synodo Nicæna 1. *can.* 13. definitum eſt vt nullus decedat ſine viatico.

Temporibus autem D. Cypriani & Cornelij Papæ ortus eſt error Nouatianorum. Nouatus enim, vt refert Euſebius ex Dionyſio, *lib.* 6. *cap.* 35. Eccleſiæ Romanæ presbyter, arrogantiâ quadam & faſtidio contra lapſos elatus, aſſerebat non ampliùs illis (quamuis omnia quæ viderentur ad veram pœnitentiam, ad conuerſionem animorum, ad puram denique Confeſſionem ſpectare, omninò peragerent) ſpem vllam ſalutis omnino reliquam fieri, vnde propriæ cuiuſdam Sectæ, & Erroris eorum qui præ inflata quadam mentis inſolentia, ſeipſos *καθαρούς* eſſe, i. puros & vacuos à labe peccati, aſſeuerant, Auctor & dux fuit: ob quam rem Concilium maximum Romæ cogitur, in quo 60. Epiſcopi, & presbyteri totidem atque ampliùs, vnà cum Diaconis, in vnum conuenerunt; per ſingulas etiam Prouincias Synodi factæ ſunt: à quibus omnibus tandem decretum, Nouatum, eiuſque fautores tantâ ſuperbia inflatos, & quotquot illius inhumaniſſimæ, & à fraterna Charitate alieniſſimæ opinioni aſſentirentur, in eorum numero, qui erãt ab Eccleſia excluſi haberi; fratres autem qui caſu infœlici prolapſi fuiſſet, pœnitentiæ medicamentis curari, & ad ſanitatem reſtitui. Euſebius lib. 6. cap. 35. ipſe verò Nouatus ſe à Romana ſegregauit Eccleſia, quod Cornelius Epiſcopus eos fideles qui tempore perſecutionis, quam Decius Imperator contra Eccleſiam concitauerat, idolis ſacrificauerant, in Communionem recepit; vt ait Socrates *lib.* 4. *Hiſtoriæ cap.* 25. ob quam cauſam cùm ſe ab illa Eccleſia ſejunxiſſet, primùm à quibuſdam Epiſcopis idem cum illo ſentientibus conſecratus eſt Epiſcopus; deinde omnibus Eccleſijs ſcripſit literas, vti eos qui ſimulachris immolaſſent minimè ad myſteria admitterent, ſed hortarentur ad pœnitentiam, Remiſſionemque permitterent Deo, qui poteſt & habet authoritatem peccata remittendi. Idem Socrates *lib.* 4. *cap.* 23. & Nouatiani propter illam vitæ auſteritatem habuerunt multos Sectæ ſuæ Epiſcopos, integritate vitæ commendatos, & diu durarunt, ac Imperatoribus chari fuerunt, vt ait Sozomenus *lib.* 5. *cap.* 20. & Paſcha etiam vt Romæ ſeruarunt ſaltem initio Socrates *dicto cap.* 23. nam poſtea diem Paſchatis, vel vſum quo fieret, iuxta Iudæos vel Romanos, cenſuerunt eſſe *ἀδιάφορον*. Et hoc videntur acceſſiſſe Eliberitani Patres ad Nouatianus: non tamen is fuit eorum animus, ſed ſequuti rigorem, qui fuerat in vſu ante Nouatianos, temporibus Tertulliani, quibus communio idololatris negabatur, pœnitentiâ conceſſâ, & lapſi remittebantur ad Deum, vt conſtat ex *lib. de pœnitentia*.

In *canone* 23. vbi dicitur ieiunia, ſeu abſtinentias per ſingulos menſes placuit celebrari, exceptis diebus duorum menſium Iulij & Auguſti ob eorumdem infirmitatem: verſio Garſiæ Loaiſæ habet ieiuniorum ſuperpoſitiones per ſingulos menſes placuit celebrari, exceptis diebus duorum menſium, ob quorumdam infirmitatem, & *can.* 26. tam in antiqua, quàm in noua lectione, dicitur errorem placuit corrigi, vt qui in Sabbati die ieiuniorum ſuperpoſitionem celebremus: ſenſus eſt canonis 23. ſi intelligatur ſecundum editionem Garſiæ, vt ſi quæ occurrant iejunia menſe Iulio, vel Auguſto, iejunia vel non fiant, vel non continuentur, vſque in alium ſequentem diem, vt dicemus ex Dionyſio Alexandrino *ad Baſilidem*, & ex Epiphanio, *in expoſitione fidei Catholicæ*; nam quod Garſia ait, iejuniorum ſuperpoſitiones, non eſt in canone veteri, in quo agitur tantum de iejunijs, non de ſuperpoſitionibus eorum vſque ad veſperam; nam ſuperpoſitio iejunij eſt cùm extenditur vel producitur ad longius tempus, iejunium: quomodo dixit Tertullianus Chriſtum ampliando legem decalogi, quâ dicitur non occides, ad iram, id eſt non iraſceris, dixit, decalogo ſuperpoſuiſſe iram *lib. de Oratione*, exinde apertè dominus amplians legem, iram in fratrem, homicidio ſuperponit; & Dionyſius Alexandrinus *in can.* 1. dixit *ὑπερτιθέναι* de his qui in hebdomada ſancta, certis quibuſdam iejunij diebus, continuant iejunium vltra tempus conſtitutum, vt rectè obſeruat Hugo Menardus *in Concordia Regularum*. Gloſſæ græcolatinæ *ὑπέρθεσις*, dilatio, procraſtinatio, craſtinatio, fruſtratio, mora, in mora cunctatio. Et Heſychius *ὑπερθέσεις, ἀναβολαί, ὑπερβάσεις*. Et ita cùm apud Solinum *cap.* 27. dicitur de leonibus, pariter omnes parcunt à ſagina, primùm quod alternis diebus potum, alternis cibum capiunt, ac frequenter ſi digeſtio non eſt inſecuta, ſolitæ cibationi ſuperponunt diem; poteſt dici, vt cum leones, nonniſi poſt vnum diem potum, & poſt alium, cibum capiunt; ſi illo die quo capere ſolent, non capiant, & differatur cibatio in alium diem ſecundum dicuntur ſuperponere vnum, diem cibationi; ſic jejunio vnius diei ſuperponi jejunium alterius diei ante cibationem, quoties continuatur jejunium per duos dies, ita vt primus dies ſit quidem jejunium, ſed non ſuperpoſitio; ſecundus vero ſit ſuperpoſitio: & ita ſuperpoſitio non eſt ſimpliciter & propriè jejunium, ſed jejunium quod ſequitur aliud jejunium. Vnde apud Dionyſium Alexandrinum non ſumitur pro vnius diei jejunio; nec ab Epiphanio: quia tamen aliqui jejunabant, vſque ad nonam tantum, alij verò vſque ad veſperam; ideo illud tempus ieiunii à nona ad veſperam, dici potuit ſuperpoſitio, licet vt plurimùm ſuperpoſitio ſumatur de jejunio diei vſque ad veſperam, aut etiam vſque ad quartam vigiliam, vel vſque ad auroram. Denique cibatio apud Solinum ſumitur pro hora cibationis, non pro cibatione ipſa, quæ tunc non fit, ſed differtur. Porro explicandus eſt dictus *can.* 26. cujus verba ſunt: errorem placuit

corrigi, vt omni Sabbathi die jejuniorum ſuperpoſitionem celebremus, ſenſus eſt vt error, qui in quibuſdam locis inualuerat in Hiſpania, vt in diebus Sabbathi non ieiunaretur, corrigatur, & ieiunetur: quod ita explicat, vt omni Sabbathi die ieiuniorum ſuperpoſitionem celebremus. Quæ verba duobus modis accipi poſſunt; primo, vt ieiunio, quod fit feria ſexta, ſuperponamus ieiunium Sabbathi, qui eſt optimus ſenſus. 2. vt diebus Sabbathi ſuperponamus ieiunium, & extendamus ac producamus vſque ad veſperam, quod etiam dici poteſt. Et hoc dixit continuare ieiunium Tertullianus *contra Pſychicos cap.* 14. cur ſtationibus quartam & ſextã Sabbathi dicamus & ieiuni ſparaſceuem, quamquam vos etiam Sabbathum ſi quando continuatis, nunquam niſi in Paſcha ieiunandum: loquitur de Sabbatho Sancto, & de feria ſexta Hebdomadæ ſanctæ, quæ dicitur Paraſceue abſolutè, vt oſtendit Boſquetus. Et idem Tertullianus *cap.* 13. fatetur Romanos & Catholicos, illis diebus, quibus ablatus eſt Sponſus, manere ieiunos, ſcilicet vſque ad veſperam, vel vſque ad galli cantum; alijs vero temporibus, feriã ſexta, Sabbato, vſque ad nonam; quod ille ſemiieiunium vocat: ecce enim conuenio vos, & præter Paſcha ieiunantes circa illos dies, quibus ablatus eſt Sponſus, & ſtationum ſemiieiunia interponentes, & vos interdum pane & aqua victitantes. Sed neque illis diebus, ab omnibus ieiunatum eſt vſque ad veſperam. D. Auguſtinus *epiſt.* 118. *ad Ianuarium*, agens de illis; & quia, inquit, nonnulli etiam ieiunium cuſtodiunt, manè offerunt propter prandentes, quia ieiunia ſimul & lauacra tolerare non poſſunt, ad veſperam verò propter ieiunantes; & aliqui ob infirmitatem non poterant coniungere ieiunium Sabbati cum ieiunio paraſceues Sanctæ: & certè ieiunium fit illis duobus diebus, quia illis Sponſus ablatus eſt, vt diximus ex Tertulliano; & confirmatur ex Clemente *lib.* 5. *Conſtitution. cap.* 18. quod ſumunt ex Euangelio. Chriſtus enim *Matthæi cap.* 9. *& Lucæ cap.* 5. rogatus quare diſcipuli eius non ieiunarent, reſpondit, veniet dies cùm auferetur ab eis Sponſus, & tunc ieiunabunt in illis diebus.

Porro Occidentales ieiunabant illis duobus diebus hebdomadæ Sanctæ; in Paraſceue & Sabbatho, & in omni alio tempore; Orientales, excepto Sabbatho Sancto, nullo Sabbato ieiunabant *can.* 66. *Apoſtolorum. Et lib.* 5. *Conſtitution. Apoſtolicar. cap.* 16. *& vlt. & lib.* 6. *cap.* 24. *& can. ieiunia, diſt.* 3. *de Conſecrat.* & prohibitum erat apud eos ieiunium Sabbathi. Socrates *lib.* 6. *cap.* 8. *& can.* 66. *Apoſtolorum & can.* 55. *Synodi Trullanæ.* Vno illo excepto, & quod vocant errorem patres Eliberitani non ieiunare diebus Sabbathi, hoc dicunt quod eſſet contra conſuetudinem Romanam, & Occidentalium; aliter enim non eſſe errorem, ſed conſuetudinem quæ poſſit etiam ſeruari in Occidente, vt Mediolani non ſeruabant ieiunium Sabbathi, vt teſtatur D. Auguſtinus *epiſt.* 86. *ad Ianuarium*, ſed volebant illi tollere ex Hiſpania illam conſuetudinem, quæ in ea vigebat, vt in Hipponenſi Eccleſia, teſte eodem D. Auguſtino *in dicta epiſt.* 89. *epiſt.* 18. Cæterum Innocentius 1. *epiſt. ad Decentium cap.* 4. probat multis rationibus Sabbatho eſſe ieiunandum, & refertur *can.* 13. *diſt.* 3. *de Conſecrat.*

Can. 60. agitur de Chriſtianis confringentibus idola vt ſi tunc occiſi ſint, non habeantur inter Martyres; id enim in Euangelio non reperitur ſcriptum, nec ab Apoſtolis inuenitur factum: exempla multa ſunt huius rei. Prudentius de Eulalia martyre, quæ tamen fuit martyr in Hiſpania, loquit, Tyranni in oculos ſputa jacit, ſimulachra dehinc diſſipat: ſic Theodoſius vetuit Synagogas Iudæorum deſtrui 8. *Cod. Theodoſiano de Iudæis, Cælicol. & Samaritan. & Cedrenus in vita Theodoſii Magni.*

In hoc Concilio omnes ferè canones ſunt notandi, ijque ſunt plures, ſunt enim vnus & octoginta; & notãdum quod in eo multis caſibus negari etiam moribundis Communio iubetur. Vt ſi quis incidiſſet in idem crimen poſt pœnitentiam, non dabatur ei Communio in fine, ne luſiſſe de dominica Communione videretur. *can.* 3. *&* 8.

In *can.* 9. mulier quæ ſine cauſa virum relinquit, & alteri nubit, nec in fine accipit Communionem.

In *can.* 12. quæ lenocinium exercent, & vendunt vel ſuum vel alienum corpus, nec in fine accipiunt Communionem.

In *can.* 13. virgines quæ ſe Deo dedicauerunt, ſi pactum perdiderint (vel prodiderint) virginitatis, atque libidini ſeruierint, non intelligentes quid admiſerint, placuit nec in fine dandam eis eſſe communionem, niſi ceſſauerint, & pœnituerint, & lapſæ ſint aliqua infirmitate; ſed tota vita pœnitentia agenda, & refertur *can.* 25. *virgines quæ ſe* XXVII. *quæſt.* 1. virgines etiam fuiſſe Deo dicatas patet ex *concilio Carthaginenſi* 3. *cap.* 3. & eas habuiſſe auditorium, patet ex concilio Cabilonenſi ſub Carolo Magno *cap.* 61. idque multis oſtendit Gratianus.

Can. 18. Epiſcopi, presbyteri, diacones, ſi in miniſterio poſiti detecti fuerint quod ſint mœchati, placuit & propter ſcandalum, & propter nefandum crimen, nec in fine eos Communionem accipere, adde can. 63. 66. 71.

Can. 34. cereos per diem placuit in cœmiterio non incendi, inquietandi enim Sanctorum Spiritus non ſunt, qui hæc non obſeruauerint, arceantur ab Eccleſiæ communione. D. Hieronymus *in epiſt. ad Riparium*, cereos autem non clarã luce accendimus, ſicut fruſtrà calumniatis, ſed vt noctis tenebras hoc ſolatio comparemus, & vigilemus ad lumen, ne cæci tecum dormiamus in tenebris: quod ſi aliqui propter imperitiam, & ſimplicitatem, ſæcularium hominum, vel certe Religioſarum fœminarum, de quibus verè poſſumus dicere, confiteor zelum Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam, hoc pro honore Martyrum faciant, quid inde perdis? cauſabantur quondam Apoſtoli quod periret vnguentum, ſed Domini voce correpti ſunt, neque enim Chriſtus vnguento indigebat, nec Martyres lumine cereorum. Hunc canonem ita explicant aliqui de ſanctis fidelibus viuentibus, qui inquietandi non ſunt, cùm moleſtè ferant hoc fieri ſuperſtitioſè: nam Gentiles ad ſepulchra defunctorum faces accendebant. Suetonius *in Tiberio cap.* 98. vel per Sanctos intelliguntur mortui Sancti, quorum corpora ſunt in cœmiterio; illi enim non gaudent ſuperſtitionibus, & ideo dicuntur inquietari, & ita Baronius. In Eccleſia tamen maxi-

in ſignum lætitiæ. idem Hieronymus *ibidem*: & abſque Martyrum reliquijs per totas Orientis Eccleſias, quando legendum eſt Euangelium accenduntur luminaria, jam ſole rutilante; non vtique ad fugandas tenebras, ſed ad ſignum lætitiæ demonſtrandum.

Can. 35. placuit prohiberi, ne fœminæ in cœmiterio peruigilent, eo quod ſæpe ſub obtentu orationis ſcelera latenter committant: idem conſtitutum *in concilio Altiſſiedorenſi can.* 5. *&* *in Toletano* 1.

Cano. 36. placuit picturas in Eccleſia eſſe non debere, ne quod colitur aut adoratur, in parietibus depingatur, quem canonem variè varij explicant, & quærunt eius nouas rationes, cùm canon afferat ſuam rationem: dicendum hanc fuiſſe ſententiam eorum patrum, vt non exponeretur pictũ quod colitur, puto propter perſecutiones, & ſcandala infidelium: deinde hæc earum ratio fuit, & poſtea rationes alię in contrarium fortiores inuentæ; ratio enim aliquando rationem vicit.

Can. 55. Sacerdotes qui tantum Sacrificantium coronam portant, nec ſacrificant, nec de ſuis ſumptibus aliquid idolis præſtant, placuit poſt biennium accipere communionem. Coronati enim erant Sacerdotes paganorum. Tertullianus *de ſpectaculis cap* 23. *& lib. de corona cap.* 10. *& toto libro*, verat Chriſtianos eſſe coronatos more Gentilium.

Can. 72. vidua mœchata, ſi mœchum poſt accipiat, poſt quinquennij pœnitentiam communicabit; ſi alium, nunquam; & refertur *can.* ſi qua mulier xxxi. qu. 1.81. *& vlt.* ne fœminæ ſuo potiusquàm maritorum nomine laïcis ſcribere audeãt, qui fideles ſũt, vel literas alicuius pacificas ad ſuum ſolum nomen ſcriptas accipiant.

Can. 13. *in ea quæſt.* 1. *Cauſa* xxvii. multis oſtendit Gratianus vouentes, matrimonium contrahere non poſſe, quod ſi contraxerint de facto, non nuptias feciſſe, ſed adulteria & ſacrilegia reputabuntur; & præterquam quod *Matthæi cap.* 9. ſuadetur hoc votum ſub nomine Eunuchiſmi, & à D. Paulo 1. *ad Corinthios cap.* 7. initio naſcentis Eccleſiæ multi ſe voto aſtringebant, vt probatur ex Ignatio Apoſtolorum, vel Apoſtolicorum diſcipulo, *epiſt.* 9. *ad Antiochenos*, & *epiſt.* 5. *ad Philippenſes* & D. Athanaſius *epiſt. ad Conſtantium*, & Gregorius Nazianzenus *orat.* 32. vbi an eas nuptiarum experies, & liberas Deo ſua omnia conſecraſſe, vti & *epiſt.* 150. D. autem Baſilius *cap.* 6. *epiſt. ad Amphilochium*, quæ virginitatem profeſſa, inquit, à voto ſuo ac profeſſione lapſa eſt, peccati adulterij tempus in pœnitentiæ diſpenſatione in vita complebit: & videtur agi in *dicto can.* 13. de virginibus, quæ ſeipſas offerebant Deo, & nuptijs renuntiabant, etſi manerent in ſæculo; cùm illis ſi pactum infirmaſſent clementius patres ſe gerebant, vt ad ſimilitudinem digamorum poſt annum pœnitentiæ, admitterentur ad communionem, vt ait D. Baſilius *d. epiſt ad Amphilochium*, *can.* 17. de illis enim virginibus intelligendum eſſe canonem dixerunt Zonaras & Balſamo, & de illis agi à D. Cypriano *epiſt. ad Pomponium*, exiſtimandum eſt: in ea enim virgines Deo dicatæ, & Sponſæ Chriſti factæ, dicuntur habitare cum maſculis, & ſimul viuere. D. tamen Baſilius *in dicto can.* 17. ait quod cùm ſuis temporibus Eccleſia procedens

A ſit fortior, & ordo virginum auctior, puniendæ ſint vt adulteræ, quomodo eas punit *can.* 60. Illa indulgentia, vt tanquam digami pœniteant, habetur *in can.* 19. *Synodi Ancyranæ*, & refertur can. 24. 27. 91. apud Balſamonem, qui cum Zonara eum accipit de his quæ nubebant; & ibi etiam prohibetur habitatio earum virginum cum maſculis. Quod virgines ſacræ non erant in monaſterijs, patet ex *can.* 47. *&* 127. *apud Balſamonem.* Porro in *can.* 14. *Synodi noſtræ Eliberinæ*: Aliæ virgines Deo non dicatæ, violatæ, dicuntur ſolas nuptias violaſſe ad differentiam illarum. Tertullianus *lib. de Reſurre-*

B *ctione carnis cap.* 8. ait virginitatem eſſe Sacrificium Deo gratum; illæ Virgines de quibus loquitur Tertullian. *lib. de velandis virginibus*; non erant virgines profeſſæ virginitatem, licet dicantur nupſiſſe Chriſto: loquitur enim de omnibus virginibus.

Item concilium *Arelatenſe* primùm Conſtantini Magni iuſſu in Cæciliani & Donatiſtarum cauſa celebratum Voluſiano & Aniano Conſulibus anno Chriſti 314. Syluestri Papæ 1. Conſtantini Auguſti 9. cùm Marinus eſſet eius vrbis Epiſcopus. Cùm enim Romæ concilio habito condemnati Donatiſtæ appellaſſent ad Imperatorem, dicentes cauſam ſuam non fuiſſe

C plenè auditam; Conſtantinus ipſe cùm in Gallijs moraretur, concilium hoc Arelate, in eadem cauſa Cæciliani, haberi iuſſit, conuocatis ad hoc per literas tractorias variarum Prouinciarum Epiſcopis; ita vt publico ſumptu in itinere viuerent, vt ferebant tractoriarum diplomata, vt apparet ex *Conſtantini Epiſtola ad Gelaſium tomo* 1. *Conciliorum Galliæ*, *& tomo* 2. *Concil. apud Binium*: qui Epiſcopi habito concilio ſcripſerunt ad Syluestrum Papam de rebus in ea geſtis, & canonibus ab ſe conſtitutis: extatque Epiſtola Synodi Arelatenſis ad Syluestrum Papam. Erant vero in ea Synodo & Legati Papæ Syluestri Claudianus & Vitus Presbyteri, &

D Eugenius & Cyprianus Diaconus, qui non fuerunt præſides huius concilij, ſed Marinus, vt videre eſt in dicta epiſtola Synodi ad Syluestrum. Interfuerunt Epiſcopi ex Italia, Sicilia, Campania, Gallia, Britannia, Hiſpania, & Africa.

In hac Synodo quidam canones ſunt notandi, vt Primus de Paſchate vel Paſcha Dominica, (nã veteres dicebant diem Paſchæ futuræ verbi gratia, vt de communicare in Paſcha, vel nocte Paſchæ *in Synodo* 3. *Patricij cap.* 22.): vt vbique vno die obſeruetur. Primo loco, inquit, de obſeruatione Paſchæ Dominicæ, vt vno die, & vno tempore per omnem orbem à nobis obſer-

E netur, & iuxta conſuetudinem literas, ad omnes tu dirigas; quibus vltimis verbis alloquitur Syluestrum, & refertur *can.* 26. *de obſeruatione, diſtinct.* 3. *de Conſecratione.* Quod & poſtea comprobatum in Nicæna Synodo, in qua placuit, vt Alexandrini Epiſcopi, quod Ægyptij plurimùm pollerent in Aſtrologia, ſignificarent Romano Epiſcopo quo die ſingulis annis Paſcha celebrandum eſſet, & à Romano Epiſcopo reliquæ Eccleſiæ id diſcerent, vt & poſtea obſeruatum fuiſſe, teſtatur Leo *epiſt.* 64. & ante illa omnia tempora, quandiu Iudæi Thronum Hieroſolymitanum tenerent, eodem tempore celebratum eſt Paſcha ab omnibus; illi enim apprimè ſciebant: poſtea vero his ceſſantibus,

variæ fuerunt de ea re contentiones, quæ durarunt vſque ad tempora Alexandri Epiſcopi Alexandrini, & Creſcentij Carthaginenſis: quem Alexandrū malè putauit fuiſſe Imperatorē, non illū Alexādrinū, Samuel Petitus *lib. 3. Eclogarum Chronologicarum cap.* 1. Id quod diximus de Paſchate habetur apud Epiphanium *hæreſi 7. Audianorū.* Nota æquinoctium iuxta Ægyptios & Orientales eſſe duodecimo Kalendarum Aprilium die: alijs vt Columellæ 8. Kalenda. April. Ex Balſamone Paſcha fit à vigeſimo primo menſis Martij, vſque ad vigeſimum octauum Aprilis, legale ſcilicet: Chriſtianum à 23. Martij vſque ad 25. Aprilis: & Euſebius refert ex Irenæo de Paſchate facto, Romæ diſputatum fuiſſe à Polycarpo *lib. 4. hiſtoria, & lib.* 5. & Hippolytus Epiſcopus nouam fecit ſupputationem, ex qua dies Paſchæ cognoſceretur. Euſebius *lib. 6. cap.* 22. cujus octaëteridem carpſit Dionyſius Alexandrinus, & vitioſam eſſe oſtendit. idem Euſebius *lib. 7. hyſtoria, cap.* & cum videret adhuc octaëteridem Dionyſij non eſſe exactam Anatolius Alexandrinus, enneadecaëteridem publicauit. Euſebius *lib.* 7. Poſtea Nicæni patres ſuam endecaëteridem compoſuerunt: vnde Iuſtinianus iuſſit Paſcha celebrari ſecundum Nicænos canones, idque ſumpſerunt ex endecaëteride Alexandrinorum. Id teſtatur Ambroſius *epiſt.* 83. Majores conuenientes ad Synodum Nicænam, inter illa fidei vt vera, ita admiranda decreta, etiam ſuper celebritate Paſchatis, congregatis peritiſſimis calculandi, decem & nouem annorum collegere rationem, & quaſi quemdam conſtituere circulum, ex quo exemplum in annos reliquos gigneretur. Hunc circulum enneadecaëterida nuncupauerunt. Id firmauit edicto Conſtantinus, vt patet ex eius *epiſtola apud Euſebium lib. 4. de vita Conſtantini.* At vero hunc Cyclum inchoarunt ab anno Chriſti Dionyſiano ſecundùm & Ariſtobulo, vt habent Faſti Siculi. Hermannus Contractus huc vſque ab Incarnatione Domini ſupputantur ſecundum Dionyſium anni ducenti octoginta quatuor, & ab hoc anno Græci cyclos Paſchales inchoabant. Vide cætera apud Petitum, quomodo Conſtantinopolitani non ſunt vſi eo cyclo.

Latini verò licet hanc ſequerentur, & annum octauum & decimum nonum embuliſmos haberent, ſicut Alexandrini, cyclum tamen habuere diuerſum; & ita diuerſa vſi ſupputatione, vt apparet ex Innocentio 1. *epiſt. ad Aurelium Epiſcopum Carthaginis*, has ego literas de ratione Paſchali alterius dico futuri anni, perſcripſi, nam cùm ante diem vndecimum Kalendarum Aprilium pene luna ſextadecima colligatur; nam quippiam minùs eſt itemque ante diem quartam Kalendarum earumdem veniat vigeſima tertia, exiſtimaui vndecimo Kalendarum memoratarum die feſta Paſchalia celebranda; quoniam in vigeſima tertia luna nullum Paſcha vnquam ante hoc Paſcha factum eſſe cognoſcimus; & Leone Magnus *epiſt. 68. ad Iulianum Epiſcopum*; de præſentis anni Paſcha nulla nobis eſſe dubitatio potuit, ſed de futuro quod Theophilus vrbis Alexandrinæ Epiſcopus nono Kalendarum Maiarum die, quod nunquam ita à tempore Reſurrectionis Dominicæ celebratum eſt, credidit aſcribendum; vnde ſollicitius congruit hoc requiri, vt omnes occaſio tollatur erroris: nam in noſtris annalibus Kalendarum Maiarum die aptiſſimè à patribus noſtris & conſtitutus legitur & celebratus: & à Sigeberto anno Chriſti Dionyſiano 417. quidam Occidentales vltimo anno Cycli decem nouennalis pro embolîſmo communem annum tenentes, ac per hoc in Paſcha celebrando aberrantes, diuino miraculo ad veritatem reuocantur: in vna enim Italiæ Eccleſia vbi annuatim Sabbatho Sancto Paſchæ, horâ baptizandi ſolebat aqua diuinitus emanare, & ſtatim ex ſe redire, nullo deductore penitus apparente; nunc temperius iuſto, id eſt octauo Kalendas Aprilis Paſcha celebrantes, aqua non emanans expectatione totius diei ac noctis fefellit: legitimo autem die Paſchæ hora baptizandi aqua ſolitò emanans, decimo Kalendas Maij Paſcha debere celebrari oſtendit. Et Gregorius Turonenſ. *lib. 5. hiſtoria cap.* 17. eo anno dubietas Paſchæ fuit, in Gallijs vero nos cum multis ciuitatibus quarto decimo Kalendas Aprilis ſolemnitatem hanc tenuerimus, tamen vt ferunt, fontes illi qui in Hiſpanijs nutu Dei complentur, in noſtro Paſcha repleti ſunt.

Victorinus apud Bedam *in prologo ſuæ magnæ periodi* Latinorum ſupputationem & cyclum nobis exponit his verbis; Latini à tertio Nonarum Martiarum, ad quartum Nonas Aprileis, diebus ſcilicet vinginti nouem obſeruandum maxime cenſuerunt; vt eorum quocumque die, luna fuerit nata, efficiat primi menſis initium, cujus luna decima quarta ſi feriâ ſexta prouenerit, ſubſequens dominicus, id eſt luna decima sexta, feſtiuitati Paſchali ſine ambiguo deputetur; ſin autem die Sabbathi plenilunium eſſe contigerit, & conſequenti Dominica, lunam quintam decimam reperiri; eadem hebdomada tranſmiſſa, in alterum diem Dominicum, id eſt vigeſimam ſecūdam, transferri debere Paſcha dixerunt, ne minùs eiuſdem Dominici peragendo myſterio deſtinarent quàm ſextam decimam, nec ampliùs quàm vigeſimam ſecundam lunam aliquando reciperent; eligentes potiùs in lunam vigeſimam ſecundam, diem feſti Paſchalis extendi, quàm Dominicam Paſſionem ante lunam quartamdecimam vllatenus inchoari: Quartasdecimas porro lunas eiuſdem menſis à quintodecimo Kalendas Maias aſſerunt eſſe ſeruandas.

Porrò ſciendum eſt, olim in quibuſdam Eccleſijs Paſcha fuiſſe obſeruatum decimoquarto die lunæ, more Iudæorum, vt in Aſiaticis Eccleſijs; in alijs verò die Dominico Reſurrectionis Chriſti, vt Romæ, Cæſareæ, Hieroſolymis, in Ponto, Gallia, & Corinthi, vt teſtatur Euſebius *lib. 5. hiſtoria cap.* 23. Et temporibus Victoris Papæ & Irenæi Lugdunenſis hæc quæſtio valde agitata fuit, & pertinaces fuerunt Aſiani in ſua ſententia, quorum Epiſcopus tunc erat Polycrates. Is ſcripſit ad Victorem, & Eccleſiam Romanam, ipſos accepiſſe hunc morem à Philippo, qui fuit vnus ex ſeptem Diaconis, & Ioanne Apoſtolo qui Epheſi obijt, & à Polycarpo Smyrnæ Epiſcopo, & Thraſea quoque Epiſcopo Sagari & Papiriæ, & Melitone; ipſos omnes obſeruaſſe diem Paſchatis, 14. die lunæ ex Euangelij præſcripto, & ſe habuiſſe præterea ea de re concilium, in quo omnes vno ore traditionem confirmarunt. Et Victor his auditis & acceptis literis, ſimul totius Eccleſias Aſiæ cum Parochijs finitimis earum reſcindere ab vnitate

communionis, tanquam alterioı opinionis, conatur; & ſcriptam excommunicationem iopilis & columnis figit: malè interpres velut in eos per literas inuehitur, abſciſſos omnes renuntians fratres, vt ſcribit Euſebius *lib. 5. cap. 25.* Vernm iſta cæteris omnibus Epiſcopis non placebant, & hortabantor eum vt ſtuderet paci, & voitati, ioter quos Irenæus; qui licet exiſtimaret Myſterium Reſurrectionis Domini ſolo die Dominico eſſe celebrandum, tamen admonuit Victorem ne tam multas Eccleſias excommunicaret, propterea quod traditam conſoetudinem obſeroarent: & addebat prædeceſſores ſuos quos vocat preſbyteros, Soterem, Anicetum, Pium, Hyginum, Teleſphorum, Sixtum, nuoquam ex hac cauſa Aſianos excommunicaſſe; ſed Pacem cum ijs retinoiſſe, & Epiſcopis illarom Eccleſiarom Romam venientibus, Euchariſtiam miſiſſe; arque cùm Polycarpus temporibus Aniceti Romam veniſſet, nec potuiſſet Anicetus ei perſuadere, vt ſuum illum morem deponeret, tamen ſimul communicabant; & permiſit ei Anicetus Romæ ſacra peragere, & tandem cum pace Polyearpus diceſſit. Habetur Victoris decrerom de Paſchate celebraodo die Domioico, & in *can. 23. diſt. 3. de Conſecrat.* Pius qooque Papa ante Victorem idem conſtituerar, vt refertur *can. 21. ead. diſt. 3. de Conſecrat.* qui enam & eodem die, ab omnibos ſeruandum eſſe ibidem conſtituerunt. dd. *can.* 21. & 22. Tamen Scoti ſecundum morem Aſianorum ſeruarunr Paſcha: vnde inter eos, & Anglos Synodo Pharenſi quæſtio magna de eo orta eſt anno 6(4. vt conſtat ex Concilio Phareoſi Anglicano, & ex Sigeberto.

Cæterum cùm etiam de feſto Paſchatis diſceptatum eſſet in Concilio Nicæno 1. indignum viſum eſt vt Eccleſia ſequeretur ritom Iudæorum in Paſchate celebrando; deinde ipſos etiam errare in Paſchate celebrando: rursùs cum Eccleſiæ plures ſeruent hunc morem, vt celebreot Paſcha die Domioico Reſurrectionis, nempe Eccleſiæ Italiæ, Africæ, Ægypti, Galliæ, Hiſpaniæ, Britanniæ, Libyæ, Græciæ, & pauciores celebrent decima quartâ lunâ; ſatius eſſe, vt minor pars ſequatur quod maxima pars Orbis comprobat: nam ex diuerſitate illa otirut hoc incommodnm, vt alij ijſdem diebus ieiuniis vacent, alii agirent conuiuia, quod valdè indecorom eſt: citiùs enim aliqui peragunt ſeſtum Paſchatis, alij ſetiùs; ideoqoe hos varios mores ad vnam normam redigendos, vt ait idem Conſtantinus apud Euſebium *in eius vita, epiſtolà ad Eccleſias*: idemque poſtea conſtitutum in concilio Carthaginenſi 4. *can.* 65. Paſchæ ſolennitas vno die celebranda eſt, & refertur *can.* 23. *diſtinct. 3. de Conſecrat.* & in Synodo Antiochena *can.* 9. Ante etiam fuerat confirmatum decretnm Nicænæ Synodi de Paſchatis feſto non cum Iudæis peragendo: & de arcaoa huius feſti tatione libellum edidit Euſebius, in quo omnia quæ pertinebant ad controuerſiam de Paſchate, & vnde orta, & quomodn ad exitum adducta, exponebat, vt refert ipſem & Euſebius *lib. 4. de vita Conſtantini*; & rationem editam ab eo Conſtantinus confirmauit *epiſt. ad Euſebium eod. lib. 4. cap.* 35. modum etiam inueniendi Paſchatis per cyclos ſolis & lunæ, tradidit Balſamo *in can.* 76. *Synodi Carthaginenſis*: & Goſridus Abbas ad Naitonum Regem Pictorum anno Chriſti 714. *lib. conciliorum Angliæ*, vbi facilem dat methodum cognoſcendi tam Paſcha Legale, quàm Chriſtiaoum.

Can. 3. dicitur, de his qui arma projiciunt in pace, placuit abſtinere eos à Cõmunione. Et Samoel Petitus putat ioterpungendum eſſe locom ante verba, in pace, & dicendum in pace excommunicandum eſſe eos qui in bello arma projecerunt; qui enim arma projiciunt, Iure Ciuili puniuntor *l. 3. §. 13. D. de re militari*: miles qui in bello arma amiſit, capite punitur; humanam militiam putat, quod non exiſtimo verum: & dicam poſtea agi de militibus, qoi ante tempus Miſſionis noluot ampliùs militare, non cõpletis viginti annis ſtipendij: additur in pace, id eſt ſub principibus Chriſtiaois.

Interpungeodus eſt qooque *Can.* 8. poſt verbũ rebaptixetur, & verbom, placuit, conjungendum eſt cũ ſequentibos, non compræcedentibus verbis; vt ſit ſenſus, de Afris, quod propriâ lege ſua vtuntur, vt rebaptixent, placoit vt interrogentur qoomodo baptixati ſint, ſiqoe baptizati ſunt in fide Trinitatis, noo baptixentur, ſi ſine illa, baptizentor. Sed de hac re de hoc canone nos egimus ſuprà.

Supereſt explicaodus *can.* 13. eiuſdem Synodi, quem nondom Interpretes intellexeruot, verba ſunt, de his qui Scripturas ſanctas tradidiſſe dicontur, vel vaſa Dominica, vel nomina fratrum ſuorum; placuit nobis, vt quicumque eorom ex Actis publicis fuerit detectos, non nodis verbis ab ordine Cleri amoueatur: nam ſi ijdem aliquos ordinaſſe fuerint deprehenſi, & de his quos ordinauerint ratio ſubſiſtit, non, illis obſi & ordinatio; & quoniam multi ſunt qui contra Eccleſiaſticam Regulam pugnare videntur, & per teſtes redemptos putant ſe ad accuſatiooem admitti debere; omnioò non admittantor niſi vt ſupra diximus, actis publicis docoerint. Senſus eſt apertiſſimus. Dicitur, vt traditores codicum accuſati, noo deponantur ex ſola teſtium accuſatione, niſi tabulis & inſtrumentis probetur eos eſſe traditores Codicum: & ratio redditur in fine; quoniam multi per teſtes corruptos & redemptos, putant ſe poſſe accuſare: hi enim non ſunt admittendi, niſi quod dicunt, actis publicis probent & doceant: hæc enim vltima verba com prima ſententia conjungenda ſunt: additur verò in medio hoius canonis, de his, qui ordinati ſunt ab ijs qoi accuſati ſunt taoquam traditores codicum, vt illis non obſit ordinatio, ſi cum ratione facta ſit. Illa ergo verba, nudis verbis, conjungenda ſunt cum ſuperioribus, & regi debent à verbo, detectus; dicendo, placuit nobis, vt quicumque eorum, ex actis publicis fuerit detectus non verbis nudis; & ita ſeparanda ſunt à verbis ſequentibus, ſcilicet ab ordine Cleri amoueatur, nec regi debent à verbo, amoueatur; agitur enim de accuſatione, quæ facta eſt ex actis publicis, non nudis verbis; non verò de depoſitione, quæ facta ſit non nudis verbis. Poteſt enim fieri nudis verbis, vt & excommunicatio, ex D. Baſilio *epiſt. 86. ad Oſium*, & anathema Socrat. *lib. 7. cap.* 33. & certè nudis verbis accuſatio facta, id eſt nudâ teſtium voce, vt ait Cujacius *lib. 13. obſeruationum cap.* 38 & ſola teſtatione *l. 4. dig. de teſtibus*, vt explicat Goſridus; iure non eſt admiſſa hoc caſu in Synodo Arelatenſi: teſtes enim

pecuniâ corrumpi poſſunt; & ideo potentiores cum tenuioribus agere debent tabulis, vel inſtrumentis, non teſtibus, Harmenopulus *lib.* 1. Epitom. *tit.* 6. & Cuiacius refert ex eo, *Codice de teſtib.* denique publica inſtrumenta teſtibus ſunt potiora *l.* 10. *D. de Probationib.* & quædam ſunt cauſæ in quibus non fit legitima per teſtes probatio, ſed inſtrumenta requiruntur *l.* 1. *Cod. de teſtibus.* Boſquetus totum canonem non ſatis perſpicuè explicat.

Can. 10. de his qui conjuges ſuas in adulterio deprehendunt, & ijdem ſunt adoleſcentes fideles, & prohibentur nubere, placuit vt in quantum poſſit, conſilium eis detur, ne viuentibus vxoribus ſuis licet adulteris, alias accipiant; & hoc etiam tractatur & deciditur *Cauſa* xxxii. *Quæſt.* 7. vt nimirum licet Chriſtus dixerit, vt vir dimittat vxorem ex cauſa fornicationis, & vxor virum, tamen vt non aboleatur confœderatio nuptialis, & conjuges etiam ſint ſeparati, *can.* 1. xxxii. *Quæſt.* 7. denique maneat vinculum *can.* 2. *ead.* *Quæſt.* 7. ita vt, maneat innupta, aut reconcilietur *can.* 3. *&* 5. *ead.* *Quæſt.* 7. quod ſi nuptias cum alio contraxerit mulier, erit adultera *can.* 7. & mœchabitur *can.* 10. *ead.* *Quæſt.* 7.

Verum ſunt quidam caſus, quibus licet alteri nubere, putà cum reconciliatio fieri non poteſt ſine peccato in vſu conjugij, vt *can.* 19. *ead.* *Quæſt.* 7. & refertur. *lib.* 5. *Capitularium cap.* 59. quædam cum fratre viri ſui dormiuit, decretum eſt vt adulteri nunquam conjugio copulentur; illi vero cujus vxor ſtuprata eſt, licita conjugia non negentur, quia non amplius ſine peccato commiſceri ei poteſt, quam cognouit frater eius: *&* *can.* 23. *ead.* *Quæſt.* 7. ſi quis concubuerit cum ſorore vxoris ſuæ, & vxor eius conſcia non fuerit, ſi ſe continere non vult, poteſt nubere, adulter vero & adultera erunt ſine ſpe conjugij, quia non poteſt ſine peccato reconciliari viro, & cum eo vſum habere matrimonij. Similiter *in can.* 24. *ead.* *Quæſt.* 7. ſi quis cum Nouerca ſua dormierit, neuter ad coniugium poteſt peruenire, ſed vir Nouercæ poteſt ſi vult aliam accipere ſi ſe continere non poteſt. Similiter ſi quis cum filiaſtra ſua, vel cum ſorore vxoris ſuæ dormierit, obſeruandum; idque propter rationem allatam, quam non potuit inuenire Gratianus.

Can. 11. de puellis fidelibus quæ Gentilibus junguntur, placuit vt aliquanto tempore à communione ſeparentur. hoc quoque prohibitum ante fuerat *in can.* 15. *Synodi Eliberitanæ.* Propter copiã, inquit, puellarum, Gẽtilibus minimè in Matrimonium dandæ ſunt Virgines Chriſtianæ, ne ætas in flore tumens, in adulterio reſoluatur animæ: *&* *can.* 17. ſi qui forte Sacerdotibus Idolorum, filias ſuas junxerint, placuit nec in fine eis dandam Communionem. Photius *in Nomocanone. Tit.* 12. *cap.* 6. Ius Ciuile, inquit, licet nuptias definiens dicit *lib.* 23. *Tit.* 2. *cap.* 1. eſſe viri & mulieris conjunctionem, & totius vitæ conſortium, diuinique & humani Iuris communicationem; & conuenienter huic definitioni oporteat eos, qui matrimonio conjunguntur, eſſe eiuſdem Religionis, ὁμοθρήσκους εἶναι, ſcit nihilominùs & admittit Matrimoniũ inter Orthodoxum & Hæreticum, &c. prohibentur tamen nuptiæ cum Hæretico *Synodi Laodicenâ can.* 10. *&* 31. *&* *in Synodo Carthaginenſi can.*

A 24. dicitur, vt filij Clericorum Gentilibus, vel hæreticis matrimonio non conjungantur; & generaliter in Concilio Chalcedonenſi *can.* 14. prohibitum aliquem conjungi matrimonio cum Hæretico, Pagano, vel Iudæo, niſi conuerſionem ad fidem promittat. Item *in can.* 72. *Synodi Trullanæ*, nuptiæ Orthodoxi cum hæretico permittuntur. Hęc de Synodis particularibus quæ Nicænam præceſſerunt: de qua priuſquam diſſeramus, pauca nobis ſunt de Oecumenicis in genere, deque cæteris Conciliorum ſpeciebus dicenda.

Papa confirmat Concilia Generalia, vt Syl-
B ueſter rogatus à concilio Nicæno vt illud confirmaret *epiſt. Nicæni concilii ad Sylueſtrum*, cuius hæc ſunt verba: Beatiſſimo Papæ vrbis Romæ cum omni reuerentia colendo Sylueſtro, Oſius Epiſcopus Prouinciæ Hiſpaniæ, Ciuitatis Cordubenſis, & Victor & Vincentius presbyteri vrbis Romæ, ordinati ex directione tua, &c. Quidquid conſtituimus in concilio Nicæno precamur, veſtri oris conſortio confirmetur; & Syluester illud confirmauit *epiſt. ad Synodum Nicænum* his verbis: meum chirographum & diſcipulorum meorum offero in veſtro Sancto Concilio: quicquid conſtituiſtis, vna parem date conſenſum. Et Iulius etiam roga-
C tus à Synodo Sardicenſi *epiſt. ad Iulium*, vt Synodum approbaret, & confirmaret: & Leo 1. confirmauit Synodum Chalcedonenſem *epiſt.* 59. *ad Synodum Chalcedonenſem*: & rectè Nicolaus 1. *epiſt. ad Michaëlem Imperatorem, poſt medium*, non dicatis, inquit, vos non eguiſſe in cauſa pietatis, Romanâ Eccleſiâ, quæ collecta concilia ſuâ firmat authoritate, ſuâ moderatione cuſtodit; vnde quædam eorum, quia conſenſum Romani Pontificis non habuerunt, validitudinem perdiderunt. Et *in can.* 1. xxv. *Quæſt.* 1. Gelaſius *epiſt.* 6. *ad Epiſcopos Dardaniæ.* confidimus quod nullus jam veraci-
D ter Chriſtianus ignoret vniuſcuiuſque Synodi conſtitutum, quod vniuerſalis Eccleſiæ probauit aſſenſus, nullam magis exequi Sedem præ cæteris oportere, quàm primam, quæ & vnamquamque Synodum ſua authoritate confirmat, & continuatâ moderatione cuſtodit, pro ſuo ſcilicet principatu, &c. Et Leo 2. *epiſt. ad Conſtantinum* 4. *Imperatorem poſt.* 6. *Synodum* ſanctam & magnam Synodum Apoſtolica Sedes B. Petri Apoſtoli veneranter ſuſcipit: idcirco & nos, & per noſtrum officium hæc veneranda Sedes Apoſtolica, concorditer & vnanimiter his quæ definita ſunt ab ea, conſentit, & B. Petri authoritate confirmat, ſicut ſupra ſolidatam pe-
E tram, &c. Et patres Concilii 8. generalis ſub Hadriano 2. *in epiſt. ad eundem Hadrianum*, petierunt ab ipſo confirmationem Concilij ſui; omnium noſtrorum conuentum, & vniuerſalis huius atque catholicæ Synodi conſenſum atque conſonantiam, &c. confirma Euangelicis præceptionibus & admonitionibus veſtris, vt per ſapientiſſimum Magiſtrum veſtrum, etiam aliis vniuerſalis Eccleſijs perſonet, & ſuſcipiatur veritatis verbum & Iuſtitiæ decretum. De qua re videndus Antonius Auguſtinus *lib.* 1. *Tit.* 8.

In conciliis quoque Generalibus præeſſe ſolent Legati Papæ. Oſius in concilio Nicæno 1. Cyrillus in Epheſino, Paſchaſius & alij in Chalcedonenſi. Theodorus & alij in 6. Synodo. Petrus Archipresbyter in 7. Donatus Epiſcopus in 8.

pus in 8. & literæ eius ad Synodum contioebant vt præſideret Synodo legatus, *eiuſdem Synodi act.* 1. & Nicolaus *ep. ad Michaëlem poſt medium.* Ipſi ſecundo in Nicæa collectæ Synodo Apoſtolica noſtra Sedes præſedit, & prima contra malè ſentientes ſpiritalem ſagittam emiſit: & Gregor. 7. *lib.* 8. *Regiſtri in dictato* quod Legatus Romani Pontificis omnibus Epiſcopis præſit in concilio etiam inferioris grados, & aduerſus eos, ſententiam depoſitionis dare poſſit: & Legati Papæ dicunt in Synodo 7. non ſolere Papam præſidere concilijs, niſi per Legatos.

In Concilijs generalibus Apoſtolicæ Sedis literæ legebantur Latinè primùm, tùm Græcè; & ita factum eſt, & requiſitum in Synodo Epheſina *parte* 2. *act.* 8. & in Synodo octaua *act.* 1.

Concilia vero ſunt multiplicia; quædam enim ſunt Oecumenica ſeu vniuerſalia & generalia, quædam particularia: Zonaras in inſcriptione ſcholiorum ſuorum ad canones, poſt canonem primum Apoſtolorum; expoſitio ait ſacrorum diuinorumque canonum, tàm ſanctorum & venerandorum Apoſtolorum, quàm ſacrarum Oecumenicarum Synodorum, ſed & Topicarum & particularium. Et Balſamo quoque in *inſcriptione ſua ad Nomocanonem Photij*; iiſdem planè verbis vtitur; & *in can.* 1. *Synodi* 7. *generalis.* Illæ dicuntur Synodi ſanctæ & vniuerſalis Eccleſiæ à D. Gregorio, *Sabino Diacono lib.* 2. *Regiſtri epiſt.* 10. *cap.* 49. *indict.* 11. iſtæ ſpeciales in Synodo Bracarenſi 2. ante Canones. Et Oecumenicæ dicuntur, quód ex omnibus Mundi Prouincijs coactæ ſint: nam οἰκουμένη ſignificat vniuerſum terrarum orbem, Lucæ *cap.* 2. prodiit Edictum à Cæſare Auguſto vt deſcriberetur vniuerſus orbis, οἰκουμένη.

Conciliorum Vniuerſalium conuocatio pertinet ad Romanum Pontificem *can.* 5. *&* 6. *diſt.* 17. & *can.* 10. ij. *Quæſt.* 5. & *can.* 9. iij. *Quæſt.* 6. & Socrates *lib.* 4. *cap.* 9. cùm inquit, Eccleſiaſtica Regula iubeat non oportere præter ſententiam Romani Pontificis concilia celebrari: & in concilio Chalcedonenſi *act.* 10. *in fine.* Cecropius Epiſcopus Sebaſtopolitanus ita loquitur de pſeudoſynodo Epheſina: Illud concilium dicere non debemus, quia nec Apoſtolicâ authoritate coactum eſt, neque ritè peractum. Epiſcopi clamauerunt, omnes hæc dicimus: & in 7. Synodo *act.* 6. *in refutatione pſeudoſynodi Conſtantinopolitanæ*, idem dicitur: non habuit, inquit, Synodus illa cooperarium; vt hæc quæ nunc celebratur, Romanum Papam, neque illius Sacerdotes, neque per Vicarios, neque per Prouinciales literas; quemadmodum fieri in Synodis debet. Et D. Athanaſius *epiſt. ad Felicem* 2. *poſt principium.* Scimus in Nicæna magna Synodo 318. Epiſcoporum, ab omnibus concorditer eſſe roboratum, non debere abſque Romani Pontificis ſententia concilia celebrari, nec Epiſcopos damnari, &c. & Valentinianus & Martianus *epiſt. ad Leonem Papam, ante concilium Chalcedonenſe*, tuam, inquit, ſanctitatem principatum in Epiſcopatu diuinæ fidei poſſidentem, ſacris literis in principio, iuſtum credimus alloquendam, &c. quatenùs omni impio errore ſublato per celebrandam Synodum te Authore maxima pax circa omnes Epiſcopos fidei catholicæ, fiat. Et Ennodius *pro Symmacho ante medium*, hoccine; ergo nullo conſtabat exemplo, vt Sacerdotum Papa concilium conuocaret, cuius arbitrium eſt collectio Synodalis? & licet Imperatores voluerint primi aliquando cogi concilium, hoc tamen fecerunt, Beatiſſimi Petri Iure atque honore ſeruato, vt ait Leo *epiſt.* 45. *ad Synodum Chalcedonenſ.* illud etiam probatur *can.* 1. 2. *&* 3. *diſtinct.* 17. *imo nec* concilia particularia circa vniuerſalem Synodum facta, valent; niſi referantur ad Sedem Romanam *can.* 4. *&* 5. *ead. diſt.* 17. ſicut nec Prouincialia valitudinem habent, niſi conſulto Romano Pontifice *can.* 6. *ead. diſt.* 17.

Aliud eſt concilium quod vel Primates, vel Patriarchæ conuocant ex Metropolitanis Epiſcopis, qui intereſſe debent huic concilio, de quo agitur in Synodo 8. Conſtantinopolitana *can.* 17. quod omnium Prouinciarum poteſt dici: nam cùm Primates ſint ſupra Metropolitanos, qui Prouincijs præſunt, Primates poſſunt dici omnium Prouinciarum Primates. Hincmarus *in Opuſculo* 55. *Capitulor. aduerſus Hincmarum Laudunenſem cap.* 17. rebellantes quoque Epiſcopi aduerſus Metropolitanos ſeu Archiepiſcopos ſuos: his enim duobus nominibus huius excellentiæ dignitas deſignatur: itemque Metropolitani vel Archiepiſcopi aduerſus Primates vel Patriarchas, qui in his duobus nominibus vno prioratu funguntur: quos Primates multis Prouincijs præeſſe conſtat ex Teſtamento D. Remigij apud Flodoardum *lib.* 1. *Hiſtoria Remenſ. cap.* 18. in quo authoritas conuocandorum trium aut quatuor Archiepiſcoporum Remenſi Epiſcopo tribuitur, de quo tamen Teſtamento à multis dubitatur: & ideo Otho Friſigenſis *in Chronic. lib.* 6. *cap.* 30. ait olim in Gallia fuiſſe tres Primates, Treuirenſem Galliæ Belgicæ, Bituricenſem Aquitaniæ, & Lugdunenſem Celticæ. Sed hoc maximè conſpicitur in Exarchis, qui plures habent ſub ſe Metropolitanos, & tamen diſtinguuntur à Patriarchis, vt mox dicemus, licet aliquando dicantur Patriarchæ; & dicuntur Primates Diœceſeos in Capitulis Hadriani Angilramno datis *cap.* 6. Si quis autem putauerit à proprio Metropolitano grauari, apud Primatem Diœceſeos, aut apud Conſtantinopolitanæ Ciuitatis Sedem agat iudicium, & reliqua; Quod caput ſumptum eſt ex concilio Chalcedonenſi *can.* 9. & illi ad differentiam verorum Patriarcharum dici poſſunt, Primates Metropolitanâ authoritate, vt Hincmarus Rhemenſis *in concilio Sueſſionenſi* 2. *act.* 4 & ſimiliter Exarchi, qui erant veri Primates dicuntur Metropolitani *in can.* 28. *Synodi Chalcedonenſis.* Hoc concilium eſt ideo diuerſum, à concilio Metropolitani, quod concilium Metropolitani ſit vnius tantùm Prouinciæ: iſtud vero ſit omnium, vel plurium Prouinciarum alicuius Regni; & ita diſtinguitur in Synodo Toletana 4. *can.* 3. his verbis, ſi fidei cauſa eſt, aut quælibet alia Eccleſiæ communis, totius Hiſpaniæ & Galliciæ Synodus conuocetur; ſi verò nec de fide, nec de communi Eccleſiæ vtilitate tractabitur, ſpeciale erit concilium vniuſcuiuſque Prouinciæ, vbi Metropolitanus elegerit peragendum. Tale fuit concilium Tullenſe in Gallia, apud Saponarias, ab Epiſcopis duodecim Prouinciarum celebratum ſub Carolo Caluo, de concordia inter fratres Ludouicum & Carolum Regem reformanda, tomo 3. conciliorum Galliæ, anno Chriſti 859. & ibi etiam accuſatus eſt a Rege Vvenilo Senonenſis Archiepiſcopus, & alia magni momenti acta ſunt: & illa Synodus ibidem

dicitur vniuerſalis ad differentiam Synodi Metropolitani, quæ dicitur ſpecialis, cùm ſit vnius tantùm Prouinciæ, in dicta Synodo Toletana 4. *cap.* 3. tale etiam fuit Concilium Duziacenſe 2. quod in *epiſtola Synodica ad Epiſcopos Aquitaniæ*, dicitur ſancta Synodus plurimarum Prouinciarum; & concilium Engilenheimenſe, cui præerat Marinus Apocriſiarius Papæ: & concilium apud S. Macram; & multa alia concilia tomo 3. Conciliorum Galliæ. Hæc vero Synodos multarum Prouinciarum, dicitur maior Synodos *can.* 12. *Synodi Antiochenæ*; in eo enim agitur de Epiſcopo condemnato in Synodo, ſcilicet Prouinciæ, qui ad maiorem Synodum, ſcilicet multarũ Prouinciarum, appellat: idque nominatim continetur *in can. 6. Synodi Conſtãtinopolitanæ* 1. Si, inquit, nonnulli dicant ſe habere aliquas aduerſus Epiſcopũ criminationes, eas iubet ſancta Synodus, primùm quidem apud Prouinciæ Epiſcopos accuſationem perſequi, & apud eos probare crimina Epiſcopi, qui aliquarum rerum accuſatur: quod ſi euenerit, vt Prouinciales Epiſcopi crimina, quæ Epiſcopo intentata ſunt, corrigere non poſſint; tunc ipſos accedere ad maiorem Synodum Diœceſis illius Epiſcoporum, pro hac cauſa conuocatorum: & ita poteſt intelligi quod refert Socrates *lib.* 6. *cap.* 17. de B. Chryſoſtomo vocato in iudicium à Theophilo, & damnato: multitudinẽ ſublatà voce clamaſſe eius cauſam debere in maiore Epiſcoporum Concilio diſceptari: & quod ipſemet D. Chryſoſtomus dixit apud Sozomenum, ſe non detrectare coram ampliore Synodo ſui defenſionem ſuſcipere; licet poſteà addat, ſe ad Oecumenicam Synodum prouocaſſe: nam & hæc Concilia poſſunt dici Oecumenica aliquà ratione, vt diximus ſuprà, & referente Anaſtaſio *in Præfatione ad 7. Synodum*, Græci aſſerebant ſe ita accipere *Oecumenici* nomen, cùm vocant ſuum Patriarcham Oecumenicum: aſſerebant, inquit, quòd non ideò Oecumenicum, quem multi vniuerſalem interpretati ſunt, dicerent Patriarcham, quod vniuerſi orbis teneat præſulatum; ſed quod cuidam parti præſit orbis, quæ à Chriſtianis inhabitatur, &c. eadem porro ratione Synodum quæ Carthagine ex Metropolitanis colligebatur, canones Carthaginenſes vocant *σύμπασαν τὴν ἐπαρχίαν σύνοδον*, in Codice Canonum Eccleſiæ Africanæ *can.* 19. 77. *&* 108. dicitur quoque *πλήρης αὐθεντία* in dicto Codice Africano *can* 18. ſic legitur in actis Synodi Epheſinæ. Synodus ex Diœceſi Ægyptiaca Alexandriæ congregata.

Diximus has Synodos congregari à Primatibus, vel à Patriarchis: nam Primates dicuntur Patriarchæ, vt diximus ſupra ex Hincmaro; & confirmatur ex Nicolao 1. *epiſt. ad Rodulphum Bituricenſem*: & refertur *can.* 8. *ix.* *Quæſt.* 3. vbi Primatus Bituricenſis dicitur Patriarchatus, & primus Patriarcha. D. Gregorius *lib.* 11. *epiſt* 56. vocat Archiepiſcopum & Patriarcham Diœceſeos. Primates habent quoque ſub ſe multas Diœceſes, ſicut Patriarchæ, licet Patriarchæ plures habeant; vt apud Græcos Exarchi, qui ideò dicuntur Patriarchæ, vt Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopatus dicitur Ponticæ Diœceſis Patriarchatus; & Epheſina Sedes, Patriarchatus Aſianus à Socrate *lib.* 5. *cap.* 8. Sed illi videntur dici Patriarchæ ſuæ Diœceſeos ab Euagrio *lib.* 4. *cap.* 11. & ius eorum ius Patriarchicum ab eodem Euagrio *lib.* 3. *cap.* 6. & Patriarchas vocat Iuſtinianus *Nou.* 123. *cap.* 22. & ſunt propriè Metropolitani tantùm *l.* 29. *Cod. de Epiſcopali Audientia*. Quoniam vero quidam ſunt ſanctiſſimi Patriarchæ, qui in Prouincijs, in quibus exiſtunt, Metropolitanorum officium gerunt: alij per totam Diœceſim Epiſcoporum Metropolitanorum, atque aliorum, qui ſub ipſis ſunt, ordinationes faciunt; eà de cauſa illud obſeruari ſancimus, quod de Metropolitanis antè diſpoſuimus. Is enim iure Metropolitanus vocatur, qui in ipſos minores Epiſcopos ex ſacris Regulis eam poteſtatem habet. Et quia Exarchi Patriarchis comparabantur, ab eis non erat appellatio. Nam in *can.* 9. *Synodi Chalcedonenſis*, à Metropolitano itur ad Diœceſis Exarchum, vel ad Patriarcham Conſtantinopolitanum: & Exarchus differt à Metropolitano, vt ait Balſamo *in d. can.* 9. quia Exarchus non eſt vniuſcuiuſque *ἐπαρχίας* Metropolita, ſed *ὅλης τῆς διοικήσεως* Metropolita: & Theodoretus *lib.* 5. *cap.* 28. ait quod Thracia habebat ſex *ἐπαρχίας*, & Aſia vndecim, ſicut & Pontus: in illis verò erant tres Exarchi, malè Interpretes illum locum Theodoreti explicant de numero Epiſcoporum, cùm debeat intelligi de numero Prouinciarum. Eſt vero in hanc rem notanda ſubſcriptio Exarchorum in Synodo 6. ad Agathonem *Φιλαλήθης ἐλέῳ θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Καισαρέων Μητροπόλεως τῆς πρώτης τῶν Καππαδοκῶν ἐπαρχίας καὶ ἔξαρχος τῆς Ποντικῆς διοικήσεως. ὁρίσας ὑπέγραψα.* Et alia Epheſini Exarchi, *Θεόδωρος ἐλέῳ θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Ἐφεσίων Μητροπόλεως, καὶ ἔξαρχος τῆς Ἀσιανῆς διοικήσεως ὁρίσας ὑπέγραψα.* Porro Metropolitani dicuntur etiam Primatum habere *can.* 1. *ix.* *Quæſt.* 3. ordo tamen eſt vt Primas ſit primus, ſecundus Metropolitanus, 3. alij Epiſcopi *can.* 3. *ix.* *Quæſt.* 2. & *can.* 7. *ix.* *Quæſt.* 3.

Alia Synodus, eſt Synodus Prouinciæ, Synodus Metropolitani, de qua in concilio Chalcedonenſi *can.* 19. & in Antiocheno *can.* 20. vbi bis in anno fieri debet, niſi aliqua neceſſitas impediat, *can.* 7. *diſt.* 18. & hæc Synodus dicitur perfecta Synodus in Synodo Antiochena *can.* 16. *&* 17. ſit autem, inquit, illa perfecta Synodus, cui quoque vnà adeſt Metropolitanus. Hæ Prouinciæ Synodi, dicuntur fieri cum Epiſcopis; vt ſpeciales cum Preſbyteris. Hincmarus *in admonitione ad Ludouicum Germaniæ Regem*, *cap.* 7. vt temporibus à ſacris Regulis conſtitutis, Comprouinciales Synodos cum Epiſcopis; & ſpeciales cum preſbyteris habere quietè poſſint annuitè.

De Synodis Prouincialibus Metropolitani agitur *totâ diſt.* 18. apud Gratianum. Hæ fiebant bis in anno, Synodi Nicænæ *can.* 5. rectè habere viſum eſt, vt ſingulis annis, per vnamquamque Prouinciam bis in anno concilia fiant, & Leo 1. *epiſt.* 81. *cap.* 7. *Anaſtaſio Theſſalonicenſi Epiſcopo.* Et refertur *can.* 2. *diſt.* 17. de concilijs autem Epiſcopalibus non aliud indicimus quàm quod Sancti Patres ſalubriter ordinarunt, vt ſcilicet bini conuentus per annos ſingulos habeantur, in quibus de omnibus querelis, quæ inter diuerſos Eccleſiæ ordines naſci ſolent, iudicetur. Et in concilio Antiocheno *cap.* 20. & refertur *can.* 4. *diſt.* 18. propter Eccleſiaſticas cauſas, & quæ exiſtunt controuerſias diſſoluendas, ſufficere viſum eſt, bis in anno per ſingulas Prouincias Epiſcoporum concilium fieri. Quod & conſtitutum eſt in concilio Chalcedonẽſi *can.* 19.

& refertur *can.* 6. *diſt. ead.* peruenit ad aures noſtras, quod in Prouinciis conſtituta Epiſcoporum concilia, minime celebrentur. Hoc ex eo probatur, quòd multæ, quæ correctione opus habent, Eccleſiaſticæ res negligantur: ſtatuit ergo hæc ſancta Synodus ſecundum Regulas Patrum, bis in anno in vnum conuenire per ſingulas Prouincias Epiſcopos, vbi ſingula quæ emerſerint corrigantur. Quod tamen in quibuſdam locis difficile fuit, vt colligitur ex Concilio Regenſi *can.* 8. quòd ſtatuit vt ſecundum antiquam conſuetudinem, ſi quies temporum erit, bis in anno conuentus agantur: & Concilio Arauſicano 1. *can.* 29. qui Patrum ſtatuta deſpiciunt, quibus bis in anno, quod nobis pro temporum qualitate difficile eſt, ſanctum eſt concurri. Et Synodo Trullana *can.* 8. quoniam autem propter aliquas Barbarorum incurſiones, & quaſdam alias incidentes cauſas, non poſſunt qui Eccleſiis præſident, Synodos bis in anno facere; viſum eſt vt omninò ſemel in anno fiant. Quod confirmatum eſt poſtea concilio 7. generali *can.* 6. & refertur *can.* 7. *ead. diſt.* Quoniam quidem, inquit, Regula eſt, quæ dicit, bis in anno per ſingulas Prouincias oportere fieri per Conuentum Epiſcoporum regulares inquiſitiones, propter fatigationem, & vt opportunè habeantur ad iter agendum, hi qui congregandi ſunt, definierunt ſanctæ Synodi ſancti Patres, omni excuſatione remotâ, omnibus modis ſemel in anno fieri, & deprauata corrigi. Hunc ergo canonem & nos renouamus, &c. Et ante tempora Synodi Trullanæ, in Synodo Agathenſi *can.* 71 Id conſtitutum fuit: Synodum, inquit, etiam ſecundum conſtituta Patrum annis ſingulis placuit congregari. Et quando Synodi fiebant bis in anno, prima Synodus fiebat poſt tertiam hebdomadam Paſchalis feſtiuitatis, ita vt in quarta hebdomada quæ conſequitur, i. mediâ Pentecoſte, Concilium compleretur: Secunda vero Idibus Octobris haberetur, qui dies apud Græcos Hyperberetæi menſis decimus inuenitur *can.* 20. *Synodi Antiochenæ*; Canon verò 37. Apoſtolorum ponit 12. diem Hyperberetæi, i. Octobris: bis in anno fiat Epiſcoporum Synodus, & inter ſe examinent dogmata Religionis, & incidentes Eccleſiaſticas cauſas componant; ſemel quidem quartâ hebdomade Pentecoſtes, iterum autem Hyperberetæi duodecimo. A Dionyſio verò, Burchardo, & Iuone dicitur Idibus Octobris, i. quintodecimo die menſis Octobris, quem Hyperberetæum Græci cognominant, vt notant Romani Correctores in *can.* 4 *diſt* 18. vbi monent non conuenire Latinorum menſes cum Græcis, nam Idus Octobris ſunt 15. non 12. Poſtquam autem præſcriptum fuit, vt ſemel in anno fierent Synodi Prouinciales, tempus eorum præfinitum eſt à Paſchatis Feſto vſque ad finem Octobris, vt dicitur in eadem Synodo Trullana *can.* 8. in concilio tamen Pariſienſi 6. *can.* 26. dicitur vt Epiſcoporum concilia bis in anno fiant, ſicut mos Canonicus docet per vnamquamque Prouinciam; & ſi hæc aliquâ præpediente neceſſitate bis nequeunt, ſaltem in anno ſemel fiant. Et *can.* 11. *lib.* 3. *eiuſdem Synodi*; & *in capitulis Herardi Turonenſis cap.* 91. dicitur vt bis in anno concilia celebrentur, & nemo plus in vnoquoque quàm 15. diebus remoretur. In Concilio apud Saponarias definitur quoque, vt per ſingulas Prouincias ſaltem ſemel per annos ſingulos concilia celebrentur.

Conuocabantur autem ad has Synodos Epiſcopi per epiſtolas Metropolitani *can.* 13. *diſt.* 18. ex concilio Agathenſi *can.* 35. vnde dicuntur vocari in concilio Laodiceno *cap.* 40. & refertur *can.* 5. *diſt.* 18. & commoneri *can.* 1. *ead. diſt.* 18. & *can.* 20. concilij Antiocheni, & refertur *d. can.* 4. *diſt.* 18. Monebantur autem per epiſtolas quæ dicebantur *Tractoriæ*. D. Auguſtinus *epiſt.* 15. Tractoria ad me denuò Idibus Nouembris venit, & deinceps; vbi vocat Epiſtolam Tractoriam. Et in *lib. poſt collationem contra Donatiſtas cap.* 24. à Primate ſuo per Tractoriam ſunt euocati; & Conſtantinus *epiſtolâ*, qua ſcribit vt Cæcilianus & accuſatores eius ad concilium Arelatenſe 1. pergant & conueniant, mandat Ablauio, vt ſingulis Epiſcopis ſingulas Tractorias tribuat, vt ipſi ad ſupradictum locum intra diem Kalendarum Auguſtarum poſſint peruenire. Et Tractoriæ erant ſigillo roboratæ, & dabant authoritatem conueniendi Miniſtros Reipublicæ vel Eccleſiæ, vt ab eis auxilium, vel victum peterent: quod colligitur ex Synodo Meldenſi *cap.* 71. vt authoritatem ſigillo Regio roboratam, more Tractoriæ, Chriſtianiſſimus Princeps ſingulis daret Epiſcopis, quam quiſque Epiſcoporum penes ſe haberet, vt quando ei neceſſe fuerit, per eandem authoritatem Reipublicæ Miniſtros conueniat, vt ipſi in quibuſcumque Ciuili indigoerint adiutorio, Reipublicæ Miniſtris concurrentibus, ſuum imò diuinum poſſint ritè peragere miniſterium. Nam Iure Ciuili Tractoriæ erant diplomata, quæ dabantur miſſis à Principe curſu publico vtentibus, adſcriptis etiam ſtatiuis, id eſt diuerſoriis & manſionibus quibus vterentur ſumptu publico, vt ait *Cuiac. tit. de Tractoriis & Statiuis in Cod.* & confirmat ex Marculfi *formula* 35. quæ habet hanc inſcriptionem *epiſtola Tractoria Legatariorum:* & ideò Agobardus ad Lodoicum Regem, de inſolentia Iudæorum, vocat Tractoriam ſtipendialem: & Tractoriæ videntur dictæ vel quod Miſſis darentur, Capitular. Caroli Magni *lib.* 4. *cap.* 30. Si quis literas noſtras deſpexerit, i. Tractoriam, quæ propter Miſſos recipiendos dirigitur; & *cap* 69. vbi qui longe receſſerint, Tractoriam habere dicuntur, non qui prope ſuum Beneficium ſunt; & Lupus Abbas Ferrarienſis *epiſt.* 63. antequam Legationem adoriamur, Regi per me de his quæ videbuntur ſuggerere ſtatui, & Tractorias accipere, & tùm fauente Dei gratiâ, proficiſci: & ita dicuntur à tractu Tractoriæ: nam vt ait Papias Tractus, Plaga, Regio: vel potiùs Tractoriæ magis dicuntur quaſi Euocatoriæ, quod trahant & euocent ad ſe aliquem: nam in Gloſſis ἑλκυσμα, eſt ductio, tractum: & ἑλκυσ. tractus, tractio, & ἑλκω, duco, traho.

Tenentur verò vocati venire ad Synodum, alioquin excommunicantur, vt diximus ſuprà ex *can.* 12. 13. & 14. *diſtinct.* 8. aut Legatum mittere *can.* 9. *ead. diſt.* & hoc eſt quod dicitur in *can.* 10. *ead. diſt.* 18. excuſationes ſuas literatoriè conſcribere: ita enim legendum videtur, non in Tractoriæ: nam epiſtola Epiſcopi vocati ad Synodum quâ ſe excuſat, & rationem ſui impedimenti reddit apud Primatem, non poteſt dici Tractoria epiſtola, vt exiſtimant malè Romani Correctores: Atque etſi in quibuſdam exemplaribus legatur in Tractoria, pro literatoriè; non eſt tamen amplectenda illa lectio. Hoc

etiam dicitur literatim, i. per literas. Fulbertus Carnotenſis epiſt. 108. mandato mihi vt literatim deſcriberem vobis &c. & literatoriè dicitur, vt literatura in Gloſſis veteribus: aliud eſt tractatoria epiſtola.

Porrò nihil ex his, quæ deferunt Epiſcopi, cùm veniunt ad Synodum, exigere vel expetere debent Metropolitani, *can.6. Synodi 7. generalis*: & idem conſtitutum eſt a Leone 4. de Epiſcopis, vt non teneantur presbyteri cùm veniunt ad eorum concilia, deferre ad eos eulogias *can.8. ead. diſt.*18. de eulogijs, inquit, ad ſacra concilia deferendis, nihil inuenimus à Maioribus terminatum; ſed ſicut vnicuique presbytero placuerit: nam ſi conſtitutum fuerit illo in tempore benedictiones afferri, fortitan minùs libenter ad Synodos occurrent, & magis venire detrectabunt, quæ vt arbitror, non ſunt rationabiliter quærendæ, vltrò delatæ non reſpuendæ. Idemque prohibetur Archidiaconis ab Hincmaro in capitulis anno 874. datis *cap.* 5. nolite quaſi pro aliquo adiutorio ad quamcumque rem denarios vt apud presbyteros poſtuletis; neque quando ad Synodum, vel pro inquiſitione miniſterij ſui, ſeu pro Chriſma accipiendo venerint, eulogias exigatis; ſed ſi cui forte commodum fuerit pro ſua voluntate & commoditate aliquid gratis offerre, cum gratiarum actione accipite; tempore enim congruo presbyteris licet eulogiis honorare & viſitare Epiſcopum. In Concilio Meldenſi anno 845. decet tamen, inquit, presbyteros cum voluntatis eulogiis tempore congruo viſitare & venerari ſuos Epiſcopos; ante enim prohibuerat ne munuſcula à presbyteris exigerentur per Miniſtros Epiſcoporum. Eulogias ipſe Leo 4. in *d. can.8. diſt.*18. exponit benedictiones: & 1 *Reg. cap.*25 accipe benedictionem hanc quam attulit ancilla tua, Græcè eſt εὐλογίαν: ſed eulogiæ etiam ſumuntur pro pane benedicto in Concilio Nannetenſi *cap.9.* & apud Burchardum *lib. 5. cap.27.* & in concilio Laodiceno *can.*14. vbi differunt ab Eucbariſtia, ne inquit, Sancta, inſtar eulogiarum, in feſto Paſchæ, in alias Parochias tranſmittantur. Aliquando Eulogia ſumitur pro ipſa Euchariſtia. Cyrillus *epiſt. ad Caloſyrium*, audio eos dicere, inutilem eſſe ad ſanctitatem conciliandam, Myſticam eulogiam: & *epiſt. ad Neſtorium*, accedimus ſic ad myſticas eulogias, & ſanctificamur: & Maximus apud Dionyſium Areopagitam *cap.3. de Eccleſiaſtica Hierarchia.*

Vltima Synodus, eſt Synodus Epiſcopi iudicantis in eo cauſas tantùm Clericorum, de quo agitur *in can.2. diſt.*38. & *cap.*25. *de Accuſationib.* vbi dicitur Epiſcopalis Synodus: & in Synodo Vernenſi, *cap.* 8. Epiſcopi Concilium, ad quod tenentur venire Abbates, Synodo Antiſiodorenſ. *can.*7. & Monachi qui Eccleſiam Parochialem habent, Synodo Moguntiaca ſub Rabano *cap.* 14. Dicitur & ſpecialis Synodus cum presbyteris habita, ab Hincmaro *d. cap.*7. appellatur etiam Ciuile Concilium ab Hadriano Papa *epiſt.* 13. *ad Carolum Caluum tom.* 4. *Concilior. Galliæ.* Sed nunc meliùs faceretis, ſi quod in ciuili concilio apud ſuum Epiſcopum perperam geſtum eſt, in Prouinciali Synodo apud vos rationabiliter & apud fratrem noſtrum Hincmarum Archiepiſcoporum caſſaretur. Et dicitur Ciuile Concilium, quaſi Ciuitatis, ad differentiam Concilij Prouinciæ ſeu Prouincialis; nam Epiſcopi in Ciuitatibus conſtituuntur. Quomodò Ius Ciuile dici-

A mus quod proprium eſt Ciuitatis, *Inſtit. de Iure Natur. Gent. & Ciuil.* & Græci vocant πολιτικὸν, à πόλει. Ciuitas enim Athenienſium & Lacedæmoniorum diuerſa nobis præbent exempla Iuris Ciuilis. Ciuitates ergò ſunt propriæ Epiſcoporum, Concilio Valentino 3. *cap.* 7. Epiſcopi per Ciuitates ne ordinentur non idonei. Et in Concilio Meldenſi *cap.* 28. vt Epiſcopi ſuum miniſterium negligentes, proprias non deſerant Ciuitates. Et Concilio Cabilonenſi *cap.* 4. ne duo in vna Ciuitate vno tempore, nec ordinentur, nec habeantur Epiſcopi. Et in Synodo Sardicenſi *can.*6. non licet Epiſcopum conſtituere in pago,
B vel parua ciuitate. Et *l.* 56. *Cod. de Epiſcop. & Cler.* vnaquæque Ciuitas proprium Epiſcopum habeto. Sic bellum Ciuile dicitur, quod eſt inter ciues. Iſidorus *lib.* 18. *cap.*1. Ciuile bellum eſt inter ciues orta ſeditio, & concitatio tumultus; ſicut inter Syllam & Marium, qui bellum Ciuile inuicem in vna gente geſſerunt: & ciuilitatem dixit Tribunus in *Actis Apoſtolorum cap.*22. *verſ.* 28 pro Iure Ciuitatis Romanæ. Ego multâ ſummâ Ciuilitatem hanc conſecutus ſum: Græcè πολιτείαν.

Ad Canonem 1. *Diſtinctian.* 15.

C Dicitur 1. in hoc *can.* 1. proptet perſecutiones non potuiſſe congregari concilia generalia ante Conſtantinum, & à temporibus illius tantùm ea cœpiſſe congregari: de quo ſupra pluribus actum eſt *in Præfatione.*

Dicitur 2. in eodem can. 1. Patres in Concilio Nicæno iuxta fidem Euangelicam & Apoſtolicam, ſecundum, poſt Apoſtolos, Symbolum tradidiſſe. Symbolum ergo Apoſtolorum fuit primum Symbolum, de quo agitur *in can.* 12. *x. Quæſt.*1 & *can.* 5. & 56. *de Conſec d.*4. & eius meminit D. Ambroſius *de ſeiunia Eccleſia, epiſt.* 81 *ad Siricium.* Credatur, inquit, Symbolo Apoſtolorum, quod Eccleſia Romana intemerata ſemper cuſtodit, & ſeruat. Et Leo *epiſt.* 13. *ad*
D *Pulcheriam in fine*, ipſius, ait, catholici Symboli breuis & perfecta confeſſio, quæ duodecim Apoſtolorum totidem eſt ſignata ſententiis, tam inſtructa eſt munitione cœleſti, vt omnes hæreticorum opiniones ſolo ipſius gladio poſſint detruncari: & Manſuetus Mediolanenſis *epiſt. ad Conſtantinum, quæ præpoſita eſt Concilio generali* 6. appellat hoc Symbolum, Verbum abbreuiatum. Recordamini, inquit, qualiter Propheta dicit Verbum abbreuiatum faciet Dominus ſuper terram, quod per Sanctos Apoſtolos vidimus impletum; quid enim breuius, quàm ſimplex fidei Symbolum ab Apoſtolis inſtitutum, in quo myſticum Sacramenti continetur arcanum? De
E eo agit Concilium Meldenſe *cap.* 74. & Aquiſgranenſe 2. *parte* 3. *cap.* 5. & Theodulphus *ad Presbyteros Aurelianenſes, cap.* 21. & 23. Ruffinus *in Præfat. expoſitionis Symboli*? D. Auguſtinus *ſermone* 115. & 181. *de Tempore, & ſerm.*11. *de Paſſione.* Inde eſt, quod fides noſtra dicitur Apoſtolica, quam ideo Patres aliqui profeſſi ſunt tuendam eſſe, & defendendam tanquam hæreditatem ſumptam ab Apoſtolis, in epiſt. pſeudoſynodi Ancyranæ apud *Epiphanium in hæreſi* 73. *Semiarianorum.* Cùm id certò comperèrint illam nos fidem, quam ab Apoſtolicis inde temporibus continuatâ ad Patres noſtros ſucceſſione accepimus, velut hæreditatem tueri ac defen-

dere: & Coostans quoque apod *Theodoretum lib.* a. *cap.* 5. eadem ratione hortatur Conſtantium, Literas, inquit, ſcripſit ad fratrem, quibus eum hortabatur, vt hæreditatem pietatis paternæ integram inuiolatamqoe ſeruaret. Et Gregorius Nazianzenus. Symbolum dicitur à συμβάλλειν, quod eſt διαλογίζεσθαι, & de pluribus inter ſe loquentibus intelligitur; & appellatur Collatio ab Iſidoro *lib.* 1. *de Eccleſiaſtic. Officiis cap.* 56. idemque Iſidorus ait *lib.* 2. Symbolum Apoſtolorum poſt Aduentum Spiritus Sancti in eos, cum diſceſſuri eſſent, in commune conſtitutum; nec ex Lectione, ſed ex traditione fideles illud didiciſſe; & fuiſſe Symbolum tanquam fidei Regulam ante hoc Nicænum, vel Apoſtolicum, vel deductum ab eo teſtatur Vigilius *lib.* 4. *contra Eutychem*: ſed Romæ & antequam Nicæna Synodus conueniret à temporibus Apoſtolorum vſque ad nunc, & ſub B. memoriæ Cæleſtino, cui iſte rectæ fidei teſtimonium reddit, ita fidelibus Symbolum traditur: & aliquod veluti Symbulum traditur à Tertulliano *lib. de Virginibus velandis cap.* 1. *& lib. de Præſcriptione Hæreticorum cap.* 13. *& lib. aduerſus Praxeam cap.* a. quæ omnia Symbola fuerunt ante Nicænum, vt & illud quod retulit Alexander Alexandrinus *epiſt. ad Alexandrum Conſtantinopolitanum*: & illud, in quo Euſebius dicit ſe baptiſatum fuiſſe, necnon Conſtantinum *apud Theodoretum lib.* 1. *cap.* 11. quod erat paulò diuerſum à Nicæno. Symbolum Apoſtolorum dicitur Corpoſcolom ſeu Corpus veritatis ab Irenæo. Iuſtinianus *in Edicto de fide orthodoxa*, dicit Symbolum Nicænum fuiſſe explanatum in Concilio Coostantinopolitano 1. quando in eo aſſerta eſt diuinitas Spiritus Sancti. Vnde in Synodo Floientina, *Seſſ.* 5. Epheſinus Epiſcopus tradit Symbolum Conſtantinopolitanum debere dici vnum cum Nicæno, non duo; Et quoniam, inquit, primæ & ſecundæ non extant de diuinis dogmatibus aliæ definitiones, quàm ipſæ fidei expoſitiones, vel ſymbola, ſeu potiùs ſymbolum, pro vno quippe receptum eſt & approbatum à conſequentibus Synodis. Quod verò Symbolom Conſtantinopolitanum non Nicænum, fuerit in Miſſa Sacroſancta decantatum à Græcis, & à Latinis Vualafridus Strabo *lib. de reb. Eccleſiaſt. cap.* 22. exiſtimat id factum fuiſſe, quod Conſtantinopolitanum aptiùs ſecundum modulos ſonorum cani poſſet: ſed poteſt etiam dici id ita viſum fuiſſe quod explicatius contineret fidem Spiritus Sancti.

Dicitur 3. in *d. can.* 1. inter cætera Concilia, Quatuor eſſe venerabiles Synodos quaſi quatuor Euangelia, *& can.* 2. *&* 3. *ead diſt.* 15 & in quinta Synodo *collat.* 8. *de tribus capitulis ante anathemata*: Item confitemur quod ſuſcipimus ſanctas Quatuor Synodos 1. Nicænam, Conſtantinupolitanam 1. Epheſinam 1. & Chalcedonenſem, tanquam quatuor Euangelia. Idem aſſerit Leo *in epiſt. ad Petrum Antiochenum in fine.* Quatuor Concilia omnimodè recipio, & velut quatuor Euangelia veneror, quia per quatuor Partes Mundi, vniuerſalis Eccleſia in his tanquam in quadro lapide fundata conſiſtit, primum Nicænum, &c. & Gregorius *lib.* 2. *Regiſtri, epiſt.* 10 *ad Sabinum Diaconum, cap.* 49. *indictio.* 11. ſic quatuor Synodos ſanctæ vniuerſalis Eccleſiæ veneramur, ſicut qoatuor libros S. Euangelij recipimus Et Paſchalis 2. *in Synodo Romana* amplector quatuor Euangelia, ſeptem cano-

A nicas epiſtolas glorioſi Doctoris B. Pauli Apoſtoli, Sanctos Canones Apoſtolorum, quatuor vniuerſalia Concilia, ſicut quatuor Euangelia. Et Photius in *Nomo canone Tit.* 1. *cap.* 2. *ex Non.* 131.

In dicto canone 1. agitur quartò de illis quatuor tantùm primis Synodis de Nicæna, Conſtantinopolitana, Epheſina, & Chalcedonenſi. Et in *can.* 2. *&* 3. *ead. diſt* 15. agitur quoque de illis, & inſuper de Quinta Synodo, & in *can.* 10. *diſt.* 16. præter illas Quinque, agitur etiam de Sexta Synodo: *& in can.* 8. *ead diſt.* 16. agitur *inſuper de Septima & Octaua*; & per conſequens agendum nobis erit de octo generalibus Synodis ſigillatim *tum in can.* 11. *ead. diſt.* 16. tractabimus de XXIV. primis Synodis particularibus &
B localibus. Quare non ſequemur ordinem Gratiani: ſed quæ pertinent ad illas Synodos tàm in canonibus diſtinctionis 15. quàm 16. in vnum congeremus; tùm agemus de Caoonibus Apoſtolorum, & denique vltimò loco explicabimus canonem 3. diſt. 15. in quo recenſentur Libri Patrum qui recipiuntur ab Eccleſia, & quæ nullatenus recipiūtur, ſed inter Apocrypha recenſentur.

Diſt. 15. *can.* 2. 3.
Diſt. 16. *can.* 10. 11.

De Concilio Nicæno.

PRima Synodus Nicæna 3.8. Epiſcoporum, Conſtantino Auguſto imperante peracta eſt; in qua Arrianæ perfidiæ condemnata blaſphemia, quam de inæqualitate Sanctæ Trinitatis
C idem Arrius aſſerebat. Conſubſtaotialem Deo Patri Deum Filium eadem ſancta Synodus per Symbolum definiuit. Hæc ſunt verba *primi Can. diſt.* 15. *In can.* 2. *ead. diſt* dicitur acta hæc Synodus mediante Conſtantino Maximo: *& can.* 10. *diſt.* 16. explicatur quæ fuerit illa inæqualitas, quam Arrius ponebat in Trinitate. Prima autem Synodus in Nicæa 318. Patrom contra Arrium Alexandrinum Presbyterum, qoi tres gradus in Trinitate aſſerebat Patrem ſcilicet maiorem, Filium minorem, Spiritum Saoctum Creaturam; temporibus Conſtantini Priocipis, & Syluestri Papæ Romani, Macarij Hieroſolymi-
D tani, Alexandri Alexandrini; qui condemnatâ eadem hæreſi, ſtatuerunt canones viginti, quorum anctor maximè prætatus Alexander Epiſcopus fuit. Rectè verò *in eo can.* 10 facta dicitur hæc Synodus temporibus Sylueſtri. Malè enim ponitur *in can* 9. *ead. diſt.* 16. fuiſſe coactum temporibus Iulij Papæ, & à Sozomeno *lib.* 1. *cap.* 10. & Nicephoro *lib.* 8. *cap.* 14. nec habita fuit ſub vtroque, vt credidit Photius *lib. de ſeptem Synodis*. In ea conuenerunt 3.8. Epiſcopi *can.* 1. *&* 3. *diſtinct.* 15. *& can.* 9. *&* 10. *diſt.* 16. quæ eſt ſententia omnium Authorum, Athanaſij *epiſt. ad Ionin.* Epiphanij *hæreſi* 69. Rufini *lib.* 1. *cap.* 1. Hieronymi *in Chronol.* Et myſticus dicitor ille Patrum numerus à D. Ambroſio *in Præfat. li-*
E *brorum de Fide*, quòd ſit myſticè præfiguratus 318. militibus illis, qoibus Abraham de quinque Regibus victoriam reportauit, & à Leone *epiſt.* 76. *ad Leonem Imperatorem poſt principium, & poſt medium.* Vnde aliquando & ſæpè Symbolum Nicænum, non expreſſo nomine Nicæni, appellatur Symbolum à trecentis decem & octo Patribus traditum, vt videre eſt multis in locis; in Synodo Chalcedonenſi *act.* 1. Neceſſarium nobis eſt relegi fidem Sanctorum Patrum trecentorum decem & octo. Et *ead. act.* 1. *ex actis Epheſi.* Thalaſſius Epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ dixit, trecentorum decem & octo

Patrum, in editione fidei, laudem illis temporibus diuina gratia demonſtrauit; *& actio. 2. poſt nomina Epiſcoporum*, Scire enim vos volumus quia tam diuiniſſimus & piiſſimus orbis terræ Dominus, quam nos, catholicam fidem à ſanctis trecentis decem & octo, & à ſanctis centum & quinquaginta Patribus traditam cuſtodimus. Et paulo poſt Cecropius Epiſcopus Sebaſtopolitanæ vrbis eodem modo loquitur: Fides, ait, benè diſceptata eſt a trecentis decem & octo Patribus; & ibidem paulo poſt, Symbolum Nicænum, tacito nomine Nicæni, dicitur Symbolum trecentorum decem & octo Patrum: & *actio.* 4 Seleucius Reuerendiſſimus Epiſcopus Amaſiæ dixit, conſonas expoſitæ fidei trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum, inuenimus Synodicas epiſtolas S. Patris noſtri Cyrilli; & alij multi ibidem non nominant Synodum Nicænam, vel Conſtantinopolitanam aliter quam Synodum 318 Epiſcoporum, & 150. Epiſcoporum; vt Pergamius Epiſcopus Antiochiæ Piſidiæ, & Theodoſius Canothæ, & Cecropius Sebaſtopolis, & Heraclius Comanorum, & Olympius Paneadis, & Iulianus Roſſi, & Caiumas Marcopolis, & Euſebius Seleucobeli, & Theodorus Claudiopolis, & Euolius Zeugmatis, & Euphratas Eleutheriæ, & alibi paſſim.

Hanc Synodum Nicænam indixit Conſtantinus. Sozomenus *lib.* 1. *cap.* 15. & conuocauit: Socrates *lib.* 1. *cap* 5. Ruffinus tamen *lib.* 10. *cap.* 1. addit hoc feciſſe Conſtantinum ex ſententia Sacerdotum. Et *in 6. Synodo act.* 18. traditur Sylueſtrum & Conſtantinum eam congregaſſe.

Præſides in ea fuerunt Oſius Epiſcopus, Vitus & Vincentius Preſbyteri Legati Papæ. Nam & hi etiam ſubſcripſere Synodo ante alios omnes; & in epitome canonum Hadriani, hi tres dicuntur etiam In hac Synodo Legati Papæ.

Habita deinque fuit Paulino & Iuliano Conſulibus. Socrates *lib.* 1. *cap.* 9. *in fine.* quod autem ad tempus Synodi attinet, coacta fuit quidem ſicut ex Annalium Commentariis conſtat, Paulino & Iuliano Conſulibus x1. Kalendas Iulij, anno Chriſti 325. ſexcenteſimo trigeſimo ſexto poſt Regnum Alexandri Regis Macedonum: dicit vero anno 636. poſt Regnum Alexandri non numerando à morte Alexandri, ſed à primo anno Regni Græcorum, quod tamen Regnum Alexandri ſolet appellari.

Hæc maximé contra Arium, ad reprimendam eius perfidiam & blaſphemiam fuit celebrata, *can.* 1. 2. *&* 3. *diſt.* 15. *& can.* 9. *&* 10. *diſtinct.* 16. *& in Præfatione Zonaræ & Balſamonis ad Synodum Nicænam.* S. Oecumenica prima Synodus fuit imperante Magno Conſtantino, coactis Nicææ quæ eſt in Bithynia 318. ſanctis Patribus aduerſus Arium Preſbyterum Alexandrinæ Eccleſiæ, qui blaſphemabat aduerſus Filium Dei Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, dicens non eſſe Deo & Patri Conſubſtantialem, & Deum verum. Arij vero opinio dicitur cum furore conjuncta in *epiſt.* 2. *Alexandri ad Alexandrum: & epiſtolâ concilij Nicæni in principio* appellatur amentia: & inde Conſtantinus Ario ſcribens, alludit ad nomen Martis: Agedum, inquit, Ἄρες, Ἄρεις, clypeis ſanè vtendum eſt; ne hoc quæſumus facias: cohibeat te ſaltem Veneris congreſſus. Locus vero ad quem alludit, eſt Iliadi, ε,

Ἄρες, Ἄρες βροτολοιγὲ μιαιφόνε τειχεσιπλῆτα.

Hiſtoria huius Synodi ſumenda eſt ex duabus epiſtolis Alexandri Epiſcopi Alexandrini: ipſe enim dicit *in prima epiſt.* quoſdam in ſua Prouincia produiſſe deſertores fidei, Arium, Achillam, Aitalem, Carponem, Arium alterum, Sarmatem, Euzoium, Lucium, Iulianum, Menam, Helladium, Caium, Secundum, & Thomam Epiſcopos, & eorum patrocinium ſuſcepiſſe Euſebium Nicomediæ Epiſcopum; quorum doctrina erat, Deum non ſemper Patrem fuiſſe, ſed tempus aliquando extitiſſe cùm Deus non eſſet Pater; nec ab æterno Dei Verbum fuiſſe, ſed ex nihilo ortum eſſe, nam Deum qui eſt, eum cùm non erat, ex eo quod non eſt procreaſſe; & ideo tempus fuiſſe aliquando cùm non eſſet: creatum enim & factum eſſe Filium, neque Eſſentiâ Patri ſimilem, neque Naturâ. Verùm Patris Verbum neque veram eius eſſe Sapientiam, ſed vnum ex rebus creatis; per abuſionem autem Verbum & Sapientiam dici; naturâ ſuâ poſſe conuerti & mutari, ſicut alia animantia ratione vtentia; Verbum eſſe peregrinum, alienum, & ſejunctum à Sapientia Dei. Patrem à Filio minimè explicari poſſe, nec plenè cognoſci ab eo; Filium noſtrâ cauſâ factum eſſe, vt Deus per ipſum tanquam inſtrumentum nos crearet, neque extiturum fuiſſe aliquando, niſi Deus nos creare voluiſſet. Propter quas blaſphemias Ario, & eius fautoribus, qui iſta aſſerebant, & de iiſdem tàm impudenti ore loquebantur; Alexander cùm aliis ferè centum Ægypti & Libyæ Epiſcopis, in vnum conuenientes, anathema denunciauerunt; & nihilominus Euſebius eos ad ſe admiſit. Et hoc eſt, quod dicitur *in altera epiſt. ad Alexandrum Conſtantinopolitanum*, eos receptos fuiſſe à pluribus aliis Epiſcopis, qui eorum literis ſubſcripſerunt; quod canon Apoſtolicus non permittit: Treſque Epiſcopos in Syria plurimùm fouiſſe Arium: eos vero videri ſuam hæreſim ſumpſiſſe à Paulo Samoſateno, & dicere Deum potuiſſe eligere Paulum, ac Petrum in Filios Dei, vti Chriſtum elegit. Quamobrem Alexander *in ea epiſt.* petit ſuffragia Alexandri Conſtantinopolitani, vt acceperat aliorum qui in Syria, Lycia, Pamphylia, Aſia, Cappadocia, qui ad ipſum literas & libellos contra Arium & alios dederant. Et Conſtantinus voluit initio componere hanc litem, & Oſium Alexandriam ideò miſit Socrates *lib.* 1. *cap.* 4. & ad Alexandrum & Arium ſcripſit *eod. cap.* 4. Sed cùm neque Arij, neque Alexandri animum mitigare potuiſſet, Concilium Nicææ indixit: tùm præthereà quòd in Oriente tantùm magna quæſtio exorta fuiſſet de tempore feſti Paſchatis, quod aliqui more Iudæorum celebrandum eſſe docerent; propter has duas contentiones, hoc concilium conuocauit. Idem Socrates *lib.* 1. *cap.* 5. Tria tamen peracta ſunt in illa Synodo. 1. enim damnata fuit ſententia Arij, & Symbolum editum; deinde actum de Paſchatis die; tertio de Meletio Ægypti Epiſcopo, & de ordinatis ab eo, vt videre eſt in *Synodica epiſtola ad Eccleſiam Alexandrinam*; vbi primùm denunciatum eſt anathema Arij nefariæ opinioni, & verbis execrabilibus, quibus vſus eſt aduerſus Filium Dei, cùm ex nihilo ortum eſſe, nec fuiſſe, antequam natus eſſet, &c. De Meletio, qui turbauerat Eccleſiam, & ordinauerat ordinandos ab Alexandro, decreuit Synodus mitiùs cum eo agendum, vt in ſua Ciuitate maneat, nullam-

que poteſtatem habeat manus imponendi, aut A aliqoem ad munus Eccleſiæ eligendi, ſed vt ſolum dignitatis nomen retineat; qui vero ab eo deſignati ſunt, ſimul ac ſanctiore ordinatione confirmati fuerint, ſic recipiantur in communionem, vt habeant quidem honorem & miniſterium, ſed ſint inferiores omnibus qui ordinati ſunt ab Alexandro, &c.

De Paſchato conſtitutum, vt omnes Romanorum morem ſequerentur.

Symbolum verò in hac Synodo editum eſt, in quo Conſubſtantialem Patri Filium conſcripſerunt, quod vt explicat D. Athanaſius *epiſt. Synodica Ægypti ad Iouinianum*, apud Theodoretum *lib.4.cap.3.* germani & veri ex vero & na- B turali Patre Filij eſt proprium. Et Conſtantinus ait apud eundem Theodoretum *lib.1.cap.4.* Filium Conſubſtantialem dici, non iuxta corporum affectiones, neque per diuiſionem aut ſectionem aliquam ex Patre: & ibidem Euſebius Cæſarienſis teſtatur ſe approbaſſe hoc verbum: nec noua fuit illa vox ex ſententia eiuſdem Euſebij, vt tradit idem Theodoretus *lib.1.cap.12.* Quod igitur, inquit, Conſubſtantialis vox noua non fuit, nec à Patribus tunc coogregatis inuenta; ſed à Maioribus olim ad poſteros deducta Euſebius perſpicue teſtatus eſt. Et ſanè eâ voce ſæpe vſi ſunt veteres etiam in materia Trinitatis. Iuſtinus Martyr *in Quæſt. ad Orthodoxos 16.* Si iuxta na- C turam noſtram id qood generatur progeneranti ὁμοούσιον, quomodo, &c. & *Quæſt.129.* quomodo Deus incompoſitus dicitur è duabus perſonis, quæ intelligentiâ Conſubſtantiales eſſe percipiuntur, ὁμοούσιοι νοούμενοι: *&* in *Quæſtionibus ad Græcos Quæſt.2.* dixit Angelos eſſe ὁμοουσίους animæ noſtræ, &c. & Theodoretus poſt Clementem Alexandrinum dixit corpus Ieſu ὁμοούσιον τῇ ἐκκλησίᾳ: & Patres concilij Antiocheni aduerſus Paulum Samoſatenſem in ſuo ſymbolo etiam eâ voce vſi ſunt, & ab eis Filius dictus eſt ὁμοούσιος θεῷ: quod ſymbolum refertur in Synodo Epheſina *parte 3. cap.5. poſt Cyrilli diſſertationem de Incarnatione Verbi.* Verbum tamen illud multo- D rum animos conturbauit, vt ait Socrates *lib.1. cap.18. & lib.2. cap.20.* Sozomenus tamen *lib. 3. cap.12.* tradit, quod & ſi Orientales à fide Nicæna diſſentire cœperunt, tamen ſi plurium mentem ſpectes in eandem ſententiam conſenſiſſe, Filium ex Patris Eſſentia conſtare: at vero quoſdam ſtudio contentionis adductos contra verbum ὁμοούσιον pugnaſſe; alios initio huic voci aduerſatos, noluiſſe poſtea cedere ne viderentur victi; alios aliter: & hæc diſſentio talis fuit ratione Conſubſtantialis, vt catholici dicerentur homouſiaſtæ, vt teſtatur D. Baſilius.

Cæterum hoc notandum, permiſiſſe Deum, vt E poſt Nicænam Fidei formulam, nunquam hæretici potuerint conuenire in aliquam, & nouem ediderint, teſte Socrate *lib.2. cap.32.* Nos vero, inquit, tanquam labyrintho formularum tandem aliquando percurſo, earum numerum iam breuiter colligamus. Poſt fidei formulam in Concilio Nicæno editam, duas alias Antiochiæ, tempore dedicationis Eccleſiæ, deſcripſerunt Epiſcopi. Tertia ab Epiſcopis qui cum Narciſſo erant, in Gallia facta eſt, Imperatorique Conſtantino donata. Quarta per Eudoxium Epiſcopis Italiæ miſſa: tres item Sirmij ſcriptis prodi- tæ, quarum vna cum Conſulibus aſcriptis Arimini perlecta eſt. Octaua Seleuciæ publicata, quam factio Acaciana legendam curauerat: nona & vltima Conſtantinopoli cum acceſſione expoſita erat: namque huic adjunctum vt nulla mentio vel Subſtantiæ vel Subſiſtentiæ diuinæ fieret. Idem teſtatur Nicephorus *lib. 9. cap 44.*

Difficultas eſt de canonibus huius Synodi, & dicendum conſtanter fuiſſe tantùm 20 canones. Id probatur ex Theodoreto *lib.1.cap.8.* & ex Codice, ſeu libro canonum Orientalium, in Synodo Chalcedon. citato, in quo 20. tantum canones ponuntur, quo libro vtitur Hincmarus Remenſis ad confirmandam eandem ſententiam in *opuſculo 55. capitulorum aduerſus Hincmarum Laudunenſem, cap. 21. quod inſcribitur, quod nonniſi Viginti capitula in concilio Nicæno fuerint conſtituta.* Id probat apertiſſimè ex Hiſtoria Tripartita *lib.2. cap.7.* vbi D. Athanaſius dixiſſe ſcribitur in Nicænum concilium venientes Epiſcopi, viginti conſcripſerunt de conuerſatione Eccleſiaſtica ſanctiones: & deinde Synodus corrigere volens hominum vitam in Eccleſia commorantium, poſuit leges quas canones appellamus: & ex Hiſtoria Ruffini *lib.10.* qui refert poſt confeſſionem fidei viginti duo tantùm capitula canonum in eodem concilio, & de Paſchatis ſolemnitate fuiſſe decreta. Quod autem dicit Ruffinus 22. *capitula* ſciendum in diuiſione viginti capitulorum contineri & concludi illa alia duo, idemque probat Hincmarus *in d. cap. 21.* ex concilio Carthaginenſi in principio poſt confeſſionem fidei; ſimiliter & decreta Nicænæ Synodi in viginti capitibus lecta ſunt. Vbi notandum canones dici capita, vt alibi ſæpe; quod nomen tamen non exprimit vim canonum: nam caput ſignificat omne principiũ. Heſychius *in catena Græcorum, ad illa verba in cap. libri ſcriptũ eſt,* de me κεφαλὰς γὰρ τὰς ἀρχὰς ὀνομάζειν εἰώθαμεν, i. capita principia ſolemus appellare: & plures non attuliſſe Cæcilianus dicitur ad Carthaginenſes quàm 20. qui tamen interfuerat concilio Nicæno: exemplaria fidei, & ſtatuta Nicænæ Synodi, quæ ad noſtrum concilium per B. recordationis Cæcilianum Carthaginẽſem Epiſcopum, qui interfuit, allata ſunt, &c. & ex epiſtola Cyrilli Alexandrini Epiſcopi, cum integritate ipſius concilij per Innocentium Presbyterũ miſſa ad Carthaginenſes. Item ex epiſtola Attici Conſtantinopolitani Epiſcopi, cum integritate concilij per Marcellum Subdiaconũ miſſa: & ex epiſtola quoque Concilij ad Cœleſtinum, in quibus omnibus non continebantur niſi viginti Canones Synodi Nicænæ: idemque probat ex Codice canonum, qui refertur in concilio Chalcedonenſi *act.12.* (legendum 11.) qui liber deſcribitur à Dionyſio Exiguo in præfatione ſuæ collectionis, Regulas an Nicænæ Synodi & deinceps, conciliorũ, ſiue quæ antea, ſiue quæ poſtmodũ facta ſunt vſque ad Synodum 150 Pontificũ, qui apud Conſtantinopolim conuenerunt, ſub ordine numerorum, id eſt à primo capitulo vſque ad 165. ſicut habetur in Græca authoritate. In illo vero corpore Canonum ponebantur primò Nicænæ ſynodi canones 20. deinde Ancyranæ 25. Neocæſarienſis 14. Gangrenſis 20. Antiochenæ 25. Laodicenæ ſexaginta, qui conficiunt ſimul centũ ſexaginta quinque. Hincmarus vero id recte probat ex Concilio Chalcedonenſi *act.11.* in qua refertur can 95 huius Codicis, aut Corporis canonum Græci Leontius Reuerend. Epiſcopus Magneſiæ relegit Regulam 95. ſi quis Epiſcopus vacans ſuper Eccleſiã vacantem ſemetipſũ injiciens

ſubripuerit Sedem, præter perfectum concilium; hunc expellendũ eſſe, licet omnis populus, quem arripuit, eum elegerit; ille vero canõ eſt 16. Synodi Antiochenæ: vnde ſi numeres 20. Nicænos, viginti quinque Ancyranos, & quindecim Neocæſarienſes, & viginti Gangrenſes, & ſexdecim Antiochenos, 16. Canon Antiochenus erit nonageſimus ſextus Codicis Canonum Græcorum, non nonageſimus quintus, vt poſtea dicemus. Id etiã poterat probare Hincmarus ex *actio. 4. eiuſdem concilij Chalcedonenſis*, in qua leguntur ex Codice ſeu ἀπὸ βιβλίου, can. 4. & can. 5. Synodi Antiochenę, & canon 4. dicitur octuageſimus tertius, canon quintus eiuſdem Synodi Antiochenæ dicitur canon octogeſimus quartus. Porrò tàm *in d. act.* 4. B quàm *in act.* 11. nota numerorum Codicis corrigenda eſt; nam in *act.* 4. refertur canon 4. Antiochenus, & dicitur ex Codice tanquam πγ. id eſt octogeſimus tertius cũ ſit octogeſimus quartus: nam ante Synodum Antiochenam aliæ Synodi conficiunt numerum 80. quibus ſi addas 4. canonem Antiochenum conficies: ergo corrigendum & ponendum δ pro γ. vt ſit πδ. id eſt octuaginta quatuor: & ſimiliter canon 5. Antiochenus malè dicitur 84. cum ſit 85. ergo ponendum πε pro πδ. In *actione* verò 11. in qua canon 16. Antiochenus refertur, & dicitur ex eodem Codice 95. 4ε ponendum 4ς. i. 96. ς. i. ſex, pro ε, i. quinque. Denique editiones omnes ſiue Græcæ, ſiue Latinæ, C non habent niſi viginti Canones. Nam quod Ruffinus *lib.* 1. *cap.* 6. ponit 22. hoc fit, quia ex illis duos in alios duos diuidit. Quod factum fuiſſe ſæpe in aliis conciliis poſteà oſtendemus.

Huic verò ſententię plurimum obſtare videtur canon 1. Synodi Antiochenæ, in quo agitur de definitione Synodi Nicænæ facta pro Paſchatis feſto nõ diſſoluenda, ſed ſeruãda. Omnes, ait, qui audent diſſoluere τὸν ὅρον, i. definitionẽ ſanctæ & magnæ Synodi quæ Nicææ enacta eſt in præſentia pietatis Religioſiſſimi Imperatoris Conſtãtini, de ſancto feſto Salutiferi Paſchæ, eſſe excommuD nicatos: item quod refert Atticus in Concilio Chalcedonẽſi, *circa finem*, formatarũ literarum typum inſtitutum in Synodo Nicæna. Et tertio quod ait D. Ambroſius *epiſt. ad Vercellenſem Epiſcopum*; in eadem Synodo fuiſſe conſtitutum, vt bigami non ordinentur preſbyteri, vel Epiſcopi. Sed priùs, ait, cognoſcamus non ſolùm hoc Apoſtolum de Epiſcopo & preſbytero ſtatuiſſe, ſed etiam Patres in concilio Nicæno Tractatus addidiſſe; neque Clericum quemquam debere eſſe, qui ſecunda conjugia ſit ſortitus. Hæc autem non reperiuntur in illis viginti canonibus. Vnde conſequens eſt fuiſſe plures alios canones; illæ enim definitiones, quid aliud ſunt quàm canones?

E Reſpondetur 1. ad canonem 1. Synodi Antiochenæ, illam definitionem de Paſchate nõ fuiſſe canonem, nec pertinuiſſe ad canones, ſed & ad alios tractatus, & diatypoſes, quæ erant in actis concilij; Balſamo *ibid.* atque hoc in canonibus Patrum Nicænę Synodi non eſt inuentum, ſed in actis primæ Synodi inuenitur. Idemque reſpondendum eſt ad id quod refert Atticus de literis formatis: & cuſtoditè videntur dixiſſe Patres Antiocheni *in d. can.* 1. ὅρον definitionem, non canonẽ: nam aliud eſt definitio ſeu ὅρος, & aliud κανών, vt rectè dicitur in Synodo Chalcedonenſi. Dioſcorus ait quatuor Codices ſuos, qui hanc definitionẽ continent, quod definierunt Epiſcopi, non eſt definitio, nunquid habet, quia canon eſt non eſt canon, aliud eſt canon, aliud definitio ἄλλο

A ἐστι κανὼν ἄλλο ὅρος. Et in Synodo 6. definitio non eſt canõ; agitur enim ibi de definitionibus Synodi 5. generalis. At illa Synodus, inquit, quæ ſub Iuſtiniano Conſtantinopoli congregata eſt in 7. definitionum capitulo prædicat: & in Synodo 7. *Actio* 1. legitur locus ex definitione ſanctæ ac vniuerſalis tertiæ Synodi contra impios Maſſilianos, i. Euchitas, & definitio illa ibi affertur, quæ nullo modo eſt canon, nec refertur inter canones ab illa Synodo 3. & Patres conciliorum in ſubſcriptionibus ſolent dicere ὁρίσας ὑπέγραψα id eſt definiens ſubſcripſi, licet in tali concilio nulli ſint canones, vt in concilio 6. generali, vbi tamen B tres Legati Papæ dixerunt tantùm *ſubſcripſi*, omiſſa voce, *definiens*, quam addiderunt in Synodo 7. generali. In 8. vero generali dixerunt vſque ad voluntatem eximij Præſulis Papæ Hadriani, manu propriâ ſubſcripſi. Hoc autem ideo fecerunt, quia cùm illi textum Synodi tradidiſſent Anaſtaſio inquirendum antequam ſubſcriberent, & ille omne, quod ad laudem Sereniſſimi noſtri Cæſaris S. Dominus Hadrianus Pontifex in epiſtola ſua Deceſſoris Arſenio Epiſcopo innuoente adjecerat, reſecatum inueniſſet; dixerunt non ſe ſubſcripturos actionibus Synodi, niſi integra poneretur epiſtola: Græcis nolentibus, & dicentibus non eſſe in Synodo tractandum de C laude Imperatoris, ſed D. 1, cum nomen Imperiale noſtro Cæſari inuiderent; eo ventum eſt, vt hac conditione ſubſcriberent, quod valdè moleſtè tulerunt Græci, vt dicitur in vita Hadriani 2.

Reſpondetur 2. ad epiſt. D. Ambroſij, rectè D. Ambroſium pręceptum illud de digamis non ordinandis, retuliſſe ad tractatus non ad canones Nicænos; conſtitutio enim illa pertinet ad diatypoſes, non ad Canones. *Diatypoſes* autem fiunt per modum Tractatus, non per modũ canonum, vt videre eſt ex diatypoſibus, quæ referuntur à Gelaſio Cyziceno, & ex ipſa inſcriptione diatypoſeon. De diatypoſibus Eccleſiaſticis ſermo D dogmaticus λόγος διδασκαλικός: & licet inter eas non reperiatur ille tractatus de digamis, hoc ideò accidit, quia idem Gelaſius ait ſe has paucas diatypoſes ex multis deſcripſiſſe. Idem enim in præfatione tradit fuiſſe immenſum mare eorũ quæ continebantur in libro eorũ, quæ in Nicæna Synodo facta erant, quem ipſe nactus fuerat. Et ſanè Alphonſus Piſanus in editione Latina Gelaſij Cyziceni *lib* 3 *in Præfat. ſua*, agnoſcit numerum octuaginta quatuor Canonũ, quem cenſet Onufrius fuiſſe fortaſſe numerum diatypoſeon. Tractatûs ergo ſunt diatypoſes. Gloſſæ veteres tractauerint ψηλαφῶμεν, πράττομεν, i. animi tractatibus quæſtiones palpãtur, tentãtur, & explorãtur, vt accidit ijs, qui per tenebras, ne offendant, maE nũ prætendunt, & omnia pertrectant, vt explicat Scholiaſtes Ariſtophanis *in Pace*, *ad illũ verſum*

ἐψηλαφῶμεν ἐν σκότῳ τὰ πράγματα
tractamus in tenebris negotia

ἐψηλαφῶμεν, ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος ἐπλήρωσε τὸ ἐψηλαφῶμεν. οἱ γὰρ ἐν σκότῳ ζητοῦντες, τὸ ζητούμενον τὴν ἀκριβῆ ὄψιν, οὐχ ὁρῶντες, ψηλαφῶντες, ἀνευρίσκουσιν αὐτό. Et tota Synodus Sardicenſis mihi videtur cõſtare diatypoſibus non canonibus; in ea enim quærit ſemper aliquid Oſius, aut petit vt decernatur, aliique Epiſcopi, vt Gaudentius, *can.* 4. 18. *&* 20. & Aëtius *can.* 16. nam & in eadem Synodo Sardicenſi canon 12. dicitur diatypoſis in fine ἀρέσκει καὶ αὐτὴ ἡ διατύπωσις, id eſt placet hæc conſtitutio. Quare hoc quoque dicendũ de omnibus alijs canonibus, ſicut & de multis canonibus

Synodi Carthaginenſis. Maneat ergo Viginti tantùm fuiſſe Canones Nicænos. Nec Gelaſius Cyzicenus, qui viderat acta Synodi, plures ponit: nam licet non ponat omnes diatypoſes, addit tamen ſe paucas ex multis deſcripſiſſe, quod non dicit de canonibus; & in illis videre eſt quæſtiones per rationes, & diſceptationes fuiſſe tractatas, quod diatypoſis nomen ſignificat. Nam & apud Græcos figura quæ dicitur Diatypoſis, rem omnem velut ob oculos ponit. Vipianus Rhetor *in Orat. de falſa Legatione*, ἔστι δὲ ἡ διατύπωσις τὰ καθ' ἕκαστον πραγμάτων *& orat. contra Midian*, διήγημα, inquit, ſimplicem & nudam habet expoſitionem, διατύπωσις autem prorſus eſt in amplificatione & euidentia: item διήγημα ordine procedit, & conjunctionibus vnitur; diatypoſis inciſis conſtat, & ſoluta eſt, mutatione figurarum procedens.

Poſſet etiam aliquis dicere *canonem*. 1. xvi. *Quæſt.* 1. pertinere ad diatypoſes, quia Gratianus illum refert ex ſancta Synodo Nicæna; qui tamen non reperitur inter canones, vt obſeruant etiam Romani Correctores. Caput hoc, inquiunt, neque in prima Nicæna Synodo, neque in ſecunda hodiè habetur. Verba Gratiani ſunt, quod Monachi officia populis celebrare non poſſint multis authoritatibus probatur, quarum prima eſt illa ſanctæ Nicænæ Synodi, quâ dicitur, &c. Verba canonis, quæ ſequuntur, hæc ſunt, Placuit omnibus reſidentibus in ſancta Nicæna Synodo, vt Monachorum conuerſatio & vita ſecundum etymologiam nominis, ab omnibus diſcrepet; Monachus enim Græcè, Latinè ſingularis dicitur; eundem Monachum per omnia ſingulariter agere oportet: quamobrem firmiter & indiſſolubiliter omnibus præcipimus, vt aliquis Monachos pœnitentiam nemini tribuat niſi ſibi inuicem, vt juſtum eſt: mortuum non ſepeliat niſi Monachum in Monaſterio ſecùm morantem, vel ſi fortuitò quemquam aduenientium fratrum ibi mori contigerit. Sed dicunt aliqui Canonem illum i. ſumptum eſſe ex concilio Arabico Nicæno *cap.* 76. verùm in illo canone agitur quidem de habitu, moribus, ac conuerſatione Monachorum & Monialium; ſed nullum verbum extat eorum quæ proponuntur à Gratiano *in d. can.* 1. præter inſcriptionem. Quare licet ad hunc Canonem 1. xvj. *Quæſt.* 1. referant canonem 76. ex Arabico. (Vnde *in dicto can.* 76. *apud Turrianum*, in margine ponuntur hæc verba: meminit hujus canonis Nicæni Gratianus xvi. *Can.* Q*uæſt.* 1. *cap. placuit.*) Dicendum eſt tamen penitùs ignorari vnde Gratianus ſumpſerit iam dictum canonem. Porrò Alphonſus Piſanus *lib.* 3. exiſtimat in Arabico concilio 84. canones enumerari ab Onuphrio, quod fortè numerus ille erat diatypoſeon.

Et in Synodo Carthaginenſi 5. *kalendas Septembris, ſub Cæſario & Attico Conſulibus, Præſide Aurelio Epiſcopo*, canon 51. in quo refertur ex fide Nicæni tractatus, Sancta à Sacerdotibus non eſſe offerenda poſt prandium. De fide enim, inquit, Nicæni tractatus audiuimus, verum eſt de Sanctis, quæ fiunt poſt prandium, vt à ieiunis, vt par eſt, offerantur, & tunc confirmatum eſt: vbi Balſamo ait, in canonibus autem primæ Synodi, nihil de ea materia inuentum eſt. Et Zonaras *in canone* 42. & dicendum videtur hoc olim definitum fuiſſe in diatypoſibus, quod

A oſtendit nomen Tractatus, vt diſtinguatur à canonibus. Tractatus enim nihil aliud eſt quàm diatypoſis, vt diximus ſuprà. Et ita Theodorus Lector *lib.* 1. *Collectaneor.* loquens de Synodo Chalcedonenſi, vtitur verbo diatypoſeos ſeparatim à canonibus, & ait ἐν ᾗ πολλὰ καὶ ἀναγκαῖα διετυπώθη δόγματα, &c. i. in qua multa neceſſaria tractata & ſtatuta ſunt dogmata. Zonaras *in d. can.* 52. vocat tractatum σκοπὸν βουλευμα, tractatus vero, inquit, Latina vox eſt, σκοπὸν βουλευμα Græcè: & Suidas σκοπὸν explicat τόπον, & Heſychius: & βουλεύματα ſunt conſulta: & Dionyſius Alexandrinus *apud Euſebium lib.* 7. *cap.* 2. dicitur

B ſcripſiſſe epiſtolam ad Stephanum Papam, quæ ſcilicet contineret tractatum de Baptiſmo Hæreticorum: ita enim eius verba ſunt accipienda, cùm dixit epiſtolam διατυπῶν, & Theodorus Lector *in Collectaneis*, ita accipiendus eſt: diſtinguit canones, quos fecit concilium Chalcedonenſe, & illa dogmata, & pragmata neceſſaria quæ διετυπώθη. Ruſſus apud Alphonſum Piſanum *lib.* 3. *in concil. Nicænum Arabicum*, refertur epiſtola Athanaſij, & Ægyptiorum Epiſcoporum ad S. Marcum Papam, quâ rogant eum vt exemplaria Nicæni Concilij mittat quæ apud eos Ariani incenderant, in eaque aſſerunt fuiſſe 70. capita miſſa Sylueſtro, ipſo Athanaſio præſente & vidente, his verbis: Qua-

C propter precamur, Beatiſſime Pater, quia non dubitamus apud vos plenaria eſſe Concilij Nicæni exemplaria, vt nobis illa, quæ ſanctæ recordationis prædeceſſoris veſtri Syluestri fuerunt, ſub tuta mittatis ſtipulatione: nam quando prædictæ Synodo cum B. memoriæ Alexandro, digno Deo Pontifice noſtro, i. Alexandrinæ Magnæ Ciuitatis Epiſcopo, in Diaconatus interfuimus officio, ſub noſtræ præſentiæ teſtimonio, per Beatos viros Victorem & Vincentium Preſbyteros Apoſtolicæ Sedis Apocriſiarios miſſa ſunt prædicto Papæ Sylueſtro cùm ſtipulatione ſubnexa Capitula 70. ſanè præſentibus nobis octaginta capitula in memorata tractata ſunt Syno-

D do, ſcilicet quadraginta à Græcis Græcâ linguâ edita, & quadraginta à Latinis Latinâ linguâ ſimiliter edita: ſed viſum eſt trecentis decem & octo Patribus Spiritu Sancto replenis, in prædicto concilio congregatis, maximè iam dicto Alexandro, & Apoſtolicæ Sedis Apocriſarijs, vt decem capitula adunarentur alijs, & congruis locis infererentur, & ad formam 70. diſcipulorum, vel potiùs totius orbis terræ linguarum ſeptuaginta, tanti & tam excellentis Concilij fierent Capitula, quæ omnem informarent orbem: & refertur *in can.* 11. *Septuaginta. diſt.* 16. Et alia epiſtola Marci Papæ, quâ reſpondet Athanaſio & alijs Ægypti Epiſcopis, & mittit iam dicta 70. Capitula ex ſcrinio Sedis Apoſtolicæ: diligenter,

E ait, requirentes in Sanctæ noſtræ & Apoſtolicæ Sedis ſcrinio, eadem quæ ſanctæ recordationis Prædeceſſori meo ſunt directa 70. ſicut ſignificaſtis, Capitula illæſa inuenimus; ipſa enim vobis propter authoritatem & ſubſcriptionem tantorum Patrum, & eius magni, concilij minimè miſimus; ſed pro eiſdem coram Apocriſarijs veſtris alia ſimilia, eundem numerum, eadem verba, & ipſam ſubſcriptionem continentia vobis reſcribere, & ſub certa ſtipulatione & confirmatione mittere curauimus. Harum vero epiſtolarum meminit Marianus Scotus anno 331. ſuæ hiſtoriæ, extantque inter opera Athanaſij,

& in Tomis Conciliorum: harumque authoritate vtitur Iuo Carnotenſis Decretorum parte 4. cap. 108. & 109. & cap. 232. vt referunt Romani Correctores *in can. ſeptuaginta* 12. *diſt.* 16. Capitula Nicæni concilij teſtimonio Athanaſij ſeptuaginta in figuram 70. Diſcipulorum ſcripta non dubitamus; & Gratianus, vt antè dixi, *diſt.* 56. *can. ſeptuaginta* 12. idem refert ex dicta epiſtola Athanaſij. Et *can* 13. Stephanus Papa ad Luthobium Moguntinum Epiſcopum dicit, licet reperiantur tantum viginti, cur alia defecerint ambiguum eſſe, atque aliquos cenſere ea Antiocheno concilio fuiſſe inſerta. Et dicti Romani Correctores *in d. can. ſeptuaginta* 12. cenſent ea fuiſſe 70. Capitula, & approbant prædictas epiſtolas. Et Turrianus quoque *in Præfatione ad canones Nicænos*, & Iſidorus *in Præfatione Conciliorum, & Decretorum*, refert ad canones Nicænos decreta Iulij Papæ *epiſt.* 1. *ad Orientales*, vt explicat Turrianus; verba Iſidori ſunt: Scite autem vos octoginta Epiſcopos, qui hoc opus me incipere, & perficere coëgiſtis, & cunctos reliquos Domini Sacerdotes oportet, quod plura quam illa viginti Capitula quæ apud nos habentur, Nicænæ Synodi reperimus. Et in Decretis Iulij Papæ, ſeptuaginta capitula eiuſdem Synodi eſſe debere legimus.

Verùm dicendum eſt epiſtolas illas Athanaſij, & Marci, eſſe ſuppoſititias: Et plenus eſt Gratianus his, & ſimilibus pſeudoepiſtolis, quibus tamen vſi fuerant ante ipſum Burchardus, & Iuo Carnotenſis; & ante ipſos etiam Hincmarus qui floruit anno 870. Falſitas autem prædictarum epiſtolarum ex eo probari poteſt, quod illa incenſio librorum non accidit eo tempore, ſed tempore Conſtantij Imperatoris, quando Athanaſio expulſo Georgius quidam Arrianus in eius locum ordinatus eſt, vt teſtatur ipſemet Athanaſius *epiſt. ad omnes Orthodoxos*, & ita ea non Marci tempore contigit, ſed multò poſt. Deinde Athanaſij epiſtola illa ſcripta dicitur Alexandriæ, vt oſtendit inſcriptio; at quando Marcus reſcripſit Athanaſio, Nepotiano & Facundo Conſulibus, Athanaſius erat in Gallia, nimirum anno D. 336. in eam miſſus tanquam in exilium. Adde quod eadem Marci epiſtola ſcripta dicitur 10. Kalendas Nouemb. & tamen Marcus iam obierat ante illum diem, nempe Nonis Octobris, vt conſtat ex Chronico D. Hieronymi, qui dicit illum ſediſſe tantùm 8. menſes. Rurſus ſi verum eſſet Marcum miſiſſe ad Alexandrinos, 70. canones, quare inter Eccleſiam Africanam & Romanos Pontifices Zoſimum & Bonifacium, agitata fuit quæſtio de numero horum canonum? Quare ipſi Carthaginenſes tantùm fuiſſe viginti canones aſſerebant ad ſuam Eccleſiam allatos à Cæciliano, qui interfuerat concilio Nicæno? Quare etiam Codices miſſi ad Carthaginenſes à Papa, à Cyrillo, & Attico, non ſeptuaginta, ſed viginti duntaxat Canones continebant? Sanè Baronius, his rationibus motus, *ad annum Domini* 336. §. 58. & Bellarminus *lib.* 2. *cap.* 25. *de Romano Pontifice, & lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis, in Athanaſio*; & Binius ex eis, & cum eis, exiſtimant confictas fuiſſe illas duas epiſtolas, & ante eos vt diximus Hincmarus *lib. aduerſus Hincmarum Laudunenſem, cap.* 20. 21. *&* 24. In *dicto* enim *cap.* 20. rejicit ſententiam eorum, qui Iulij capita dicebant pertinere ad Nicænos canones, & Fœlicis quoque.

A Quod in epiſtola, inquit, ex nomine Athanaſij & Epiſcoporum Ægyptiorum ad Marcum Succeſſorem Sylueſtri habetur 80. fuiſſe capitula, quadraginta ſcilicet à Græcis Græcâ edita linguâ, & ſimiliter quadraginta à Latinis edita linguâ Latinâ, & ab Epiſcopis 318. in 70. redacta fuiſſe capitula, ſi numerantur illa quæ in epiſtola Iulij deſignantur, & illa quæ deſignata prætermittuntur; ſed & illa, quæ in epiſtola Fœlicis leguntur plura quàm 70. & inter ſe diuerſa inueniuntur: & in eiſdem epiſtolis non inueniuntur memorati, minimè autem connumerati illa capitula quæ ex Nicæno concilio ſumpta ſeruauit antiquitas, & hactenùs tenet & tuetur

B Eccleſia. *in cap.* verò 21. ait in ſequentibus conciliis, nunquam plures quàm 20. canones numerari. Regulas, inquit, connumeratas à capite 20. Nicæni Concilij, ſi quis per ſingula conſequentia Concilia ex ordine numerauerit, in Antiocheno Concilio loca prælatorum numerorum tenere inueniet: vnde manifeſtum eſt non niſi tantum 20. quæ habemus, capitula fuiſſe in Nicæno concilio conſtituta. Verùm & longiſſimarum ætatum ex antiqua conſuetudine prolixa tempora, per quæ ipſius conſilij hæc tantum 20. capitula fuere ſuſcepta, verbi præfati Hiſtoriographi indubitabilem faciunt fidem. Hic per

C Hiſtoriographum intelligit authorem Hiſtoriæ Tripartitæ, vel Ruffinum quem citauerat: ſicut & Concilium Carthaginenſe & Chalcedonenſe, in quo canones omnes cum Antiochenis citantur modo dicto. Et *cap.* 24. idem Hincmarus rurſus ait non plures fuiſſe canones quàm 20. contra authoritatem veterum, qui veraci atteſtatione confirmant non plura fuiſſe capitula ſacri Nicæni concilij, quàm illa, quæ ex antiqua conſuetudine catholica tenet, & veneratur Eccleſia; his acquieſcere nolens contendere, &c.

Cæterùm in canone 6. agitur de Diœceſibus trium Patriarcharum, & de eorum priuilegiis, necnon de Prouinciis Metropolitanorum, de

D quo re egimus *in Reſponſione ad Salmaſij librum de Primatu Petri.*

In canone verò 7. agit de Primatu Eccleſiæ Hieroſolymitanæ; eiuſque Epiſcopus tanquam quartus Patriarcha agnoſcitur, honore & nomine tenus tantùm.

De 2. Synodo generali Conſtantinopoli habita.

SEcunda Synodus 150. Patrum, ſub Theodoſio Seniore, Conſtantinopoli congregata eſt; quæ Macedonium, Spiritum ſanctum Deum eſ-

E ſe negantem condemnans, Conſubſtantialem Patri & Filio Spiritum Sanctum demonſtrauit; dans Symboli formam, quam tota Græcorum & Latinorum confeſſio in Eccleſiis prædicat. *Can.* 1. *diſt.* 15. idemque dicitur in *can* 2. *&* 3. *ead. diſt.* 15. *& can.* 9. *&* 10 *diſt.* 16. niſi quod in *d. can.* 2. dicitur quoque in ea non ſolum Macedonium, ſed etiam Eunomium conuictum: & *d can.* 9. Eudoxium Secunda, inquit, Synodus in Conſtantinopoli 150. Patrum, contra Macedonium & Eudoxium, temporibus Damaſi Papæ & Gratiani Principis, quando Nectarius eidem vrbi eſt ordinatus Epiſcopus: & Gratiano Theodoſium conjungit *can.* 10. *diſt.* 16. & Damaſo Cyrillum: Secunda in Conſtantinopoli contra Macedonium Epiſcopum Conſtantino-

Diſtinct. 15. *can.* 1. 2. *&* 3.
Diſtinct. 16. *can.* 9. *&* 10.

politanum ; qui negabat Spiritum Sanctum Deum eſſe, temporibus Gratiani & Theodoſij Principum, Damaſi Papæ Romani, Cyrilli Hieroſolymitani, Nectarij Conſtantinopolitani; qui condemnatâ hæreſi præfatâ, ſtatuerunt canones tres, quorum maximè auctor Nectarius Conſtantinopolitanus fuit. In ea Synodo, non ſolùm fides Nicæna confirmata fuit, & omnis hæreſis anathematiſata ; ſed etiam ſpecialiter hæreſis Eunomianorum ſeu Eudoxianorum, & Semiarrianorum, ſiue Spiritus Sancti aduerſariorum, & Sabellianorum, & Marcellianorum, & Photinianorum, & Apollinariſtarum. *can.* 1. *huius Synodi*.

Hiſtoria Concilij hæc eſt. Imperatore Theodoſio in Macedoniam cum exercitu profecto, ac Theſſalonicam reuerſo, ibi conſtitutionem edidit de fide, quâ nominatim voluit cunctos populos in ea Religione verſari, quam Pontificem Damaſum ſequi conſtaret, & Petrum Alexandriæ Epiſcopum l. 1. *Cod. de ſumma Trinitate & Fide Catholica*, Dat. 3. Kal. Mart. Theſſalonicæ, Gratiano Auguſto V. & Theodoſio A. primùm Conſulibus, i. anno Chriſti 380. Eoque adhuc ibi reſidente; Maximus cum quodam preſbytero, familiari Gregorij Nazianzeni baptiſatus fuit à Gregorio, & in Clerum cooptatus. Hi igitur corrupto pecuniâ Petro Alexandrino, ad eum ſcribunt, vt aliquos mitteret, qui ordinarent Maximum Epiſcopum Conſtantinopolitanum, miſſique Epiſcopi ab eo conati ſunt in Eccleſia ſoli illum eligere, ſine Clero, & Plebe, & Magiſtratibus, ſub exortum diei: Quod tamen ibi non potuerunt perficere, ſed Eccleſiâ egreſſi in Choraulæ domum ſe conferunt cum quibuſdam è plebe excommunicatis, eumque eligunt. Qui cum ad Theodoſium Theſſalonicam profectus eſſet, petens ab eo Epiſcopatum, minis ab eodem ejectus eſt: vnde ille Alexandriam naui petiit, & ibi ſeditionem mouit vt Petrum ſuâ Sede pelleret. Gregor. preſbyter *in vita Gregorii Nazianzeni*. Interim Sapores in Orientem miſſus à Gratiano, qui eſſet executor dictæ conſtitutionis, factæ à Gratiano & Theodoſio, anno 380. vt quam fidem Damaſus teneret, & tenerent Antiocheni. Nicephorus Calliſtus *lib.* 12. *cap.* 4. eodemque anno 380. octauo Kalendas Decembris Theodoſius venit Conſtantinopolim. Socrates *lib.* 5. *cap.* 6. ibique inuenit Gregorium Nazianzenum à Deo adductum, vt motu ſuo reſiſteret Arrianis; quem ideo multum amauit, & tandem ejecto Demophilo Arriano, aut potiùs eo diſcedente, quod nollet Conſubſtantialis fidem amplecti, principalem Eccleſiam Conſtantinopolitanam commendauit tanquam futuro Epiſcopo, 6. Kalendas Decembris eodem anno 380. Socrates *lib.* 5. *cap.* 7. itemque Theodoſius Arrianis cœtus omnes prohibuit 4. Idus Ianuarij Conſtantinopoli Flau. Euchario & Siagrio Conſulibus i. anno 381. quæ Conſtitutio extat *l.* 2. *Cod. de Summa Trinitate, &c.* poſt, menſe Maio iiſdem Conſulibus Synodus 150. Epiſcoporum habita, tum vt fides Concilij Nicæni firmaretur, tum vt Epiſcopus Conſtantinopolitanus eligeretur. Socrates *lib.* 5. *cap.* 8. Sozomenus *lib.* 7. *cap.* 7. & Nicephorus *lib.* 12 *cap.* 10. ſed ſolus Socrates illum annum ponit. In ea Synodo Gregorius Nazianzenus tranſlatus eſt Conſtantinopolim à Meletio, Theodoretus *lib.* 4. *cap.* 8. & definitum Maximum non eſſe Epiſ-

A copum. Sozomenus *lib.* 7. *cap.* 7. Cui electioni conſenſit Gregorius: ſed cùm videret quoſdam Epiſcopos Ægypti refragari, recuſauit. Sozomen. eodem *lib.* 7. *cap.* 7. nam ſupervenientes Epiſcopi ex Ægypto, cùm adhoc Synodus in vrbe eſſet, contradixerunt Electioni. *Gregor. preſbyter in eius vita*: & vt pax eſſet, in eodem concilio ceſſit Epiſcopatui. Theodoret. *lib.* 4. *cap.* 8. idque paulò poſt electionem ſuam, vt tradit Nicephorus *lib.* 12. *cap.* 11. & Nectarius electus eſt, adhuc ipſo Gregorio in vrbe agente: Idem Gregorius preſbyter *in eius vita*. & ita cùm Socrates *lib.* 5. *cap.* 8. & Nicephorus *lib.* 12. *cap.* 11. dicunt eum poſt renuntiationem ſuam Nazianzum ſe recepiſſe, hoc intelligendum eſt, etiam
B poſt electionem Nectarij, & ita parum perſeuerauit in ſua Sede: nam in eadem Synodo electus eſt, & nondum eâ peractâ alius ei ſubſtitutus; quibus refelluntur hi, qui dicunt duodecim annis tenuiſſe Sedem, vt continetur in ſerie Epiſcoporum Conſtantinopolitanorum, in Iure Græco Romano. Nam verum quidem eſt Gregorium Nazianzenum in vrbe Imperatoria moratum fuiſſe per 12. annos; ſed is nondum erat electus Patriarcha, & gratuitam operam præbebat Eccleſiæ vacanti, vt eſt in eius vita; & ideo dicebatur à quibuſdam ὑπερόριος vt refert Socrates *lib.* 5. *cap.* 7. non ratione tranſlationis, quia nondum erat tranſlatus, vt colligitur ex *d.*
C *cap.* 7. ſed ratione eius adminiſtrationis, quam relictâ ſuâ Eccleſiâ Nazianzena geſſerat in Eccleſiis ὑπερορίοις, nempe alienis, vt erat Conſtantinopolitana, in qua, vt diximus per 12. annos Arrianos profligauerat, & Catholicos in fide Trinitatis confirmauerat. Sed ſtatim poſt electionem ſuam propter quorumdam odia renuntiauit ſedi Conſtantinopolitanæ ad quam tranſlatus fuerat; & non video cur dicat Cedrenus per duos annos hanc Sedem retinuiſſe; nam malè dicitur à Sozomeno *lib.* 7. *cap.* 7. ipſum Sedem illam tanquam depoſitum reddidiſſe, reddidit enim eam tanquam depoſitum, non quidem
D quia in eam tranſlatus erat, vt ait Franciſcus Florens; ſed quia ad nutum eorum qui ordinauerant eum, aut ſaltem quorumdam, renuntiauit Epiſcopatui. Nectarius ergo electus eſt in hac Synodo. Socrates *d. lib.* 5. *cap.* 8. & Sozomenus *lib.* 7. *cap.* 7. qui etiam aſſerunt decreta Synodi facta fuiſſe ſub Nectario Et Nicephorus *lib.* 12. *cap.* 13 poſtea, inquit, omnes Epiſcopi vnacum Nectario congregari, vt Nicænæ fidei, &c. Meletio etiam præſente, & ſuperſtite. Socrates *lib* 5. *cap.* 8. & Nicephorus *lib.* 12. *cap.* 13. nam in capite 11. dixerat. Statim mortuum ab ipſa Synodo & Epiſcopatus tranſlatione. Vnde & ſubſcripſit Synodo vna cum Gregorio Nazianzeno, quidquid dicat Binius.

E Huius verò concilij Synodica ad Damaſum, facta eſt vno anno poſt Concilium, vt dicitur in eadem Synodica, & Theodoretus refert *lib.* 4. *cap.* 8. quod cùm anno ſequenti iterum Conſtantinopolim veniſſent multi ex illis Epiſcopis pro neceſſitate Eccleſiarum, acceperunt à concilio Epiſcoporum Occidentis epiſtolam, quæ illos hortabatur, vt Romam, vbi iam maximus Epiſcoporum congregatus erat numerus, accederent: ſed illi ſe excuſarunt, & miſerunt tres Epiſcopos ad Damaſi concilium, ſcilicet ad Damaſum, Ambroſium, Britonem, Valerianum, Acholium, Baſium, Auentonem, & alios; & Sy-

nodicam miſerunt, quæ extat apud Theodoretum *lib.* 4. *cap.* 9. nam antè, poſt concilium primo anno nullam Synodalem ſcripſerant ad Damaſum, ſed tantùm ad Theodoſium, rogantes vt Synodum confirmaret, quæ extat poſt Synodum apud Binium. Theodoſius hanc ſecundam, anno poſt Synodum 150. Epiſcoporum fecerat; & hoc eſt, quod voluit dicere Nicephorus *lib.* 12. *cap.* 15. imperator Theodoſius exiguo à priore, temporis interuallo rurſus conuocauit, &c. Porrò in ea Synodica Theodoreti, Orientales fatentur ſe accepiſſe literas Damaſi poſt concilium Aquileienſe miſſas ad Theodoſium. Hoc vero concilium Aquileienſe habitum dicitur Siagrio & Euſebio Conſulibus Nnois Septembribus, i. anno quo Synodus 150. Epiſcoporum acta eſt; & per conſequens acceperunt eas poſt dictum concilium, nempe eodem anno 382. quo miſerunt ſuam Synodicam. Narratur vero in illa Synodica quid ſuperiora anno factum eſſet in concilio, & poſt concilium: nam quod refertur de Flauiano in locum Meletij ordinato, eius ordinationem communi concilij conſenſu approbatam fuiſſe, non pertinet ad Synodum 150. Patrum, ſed ad aliam poſteriorem: nam reſidentibus in illa Epiſcopis, nondum erat mortuus Meletius.

Hæc Synodus approbata fuit à Damaſo. Photius *lib. de 7. Synodis*; & approbatam fuiſſe docet D. Gregorius *lib.* 6. *epiſt.* 195. in ijs, in quibus erat damnatus Macedonius. Canones, ait, quidem Concilij Conſtantinopolitani Eudoxianos damnant, ſed quis fuerit eorum author Eudoxius minimè dicunt. Romana autem Eccleſia eoſdem canones vel geſta Synodi illius hactenus non habet, nec recipit. In hoc autem eandem Synodum accepit, quod eſt per eam contra Macedonium definitum; reliquas vero hæreſes, quæ illic memoratæ ſunt, ab alijs iam Patribus damnatas reprobat. Nullus tamen in ea fuit Vicarius Papæ, & Meletius initio præfuit, poſt quem Gregorius Nazianzenus præeſſe debebat, niſi renuntiaſſet: & tandem omnia Nectarij authoritate geſta ſunt.

Fuerunt in ea Epiſcopi orthodoxi 150. Socrates *lib.* 5. *cap.* 8. & concilium Chalcedonen. *act.* 16. ſubſcripſerunt in ea quidam presbyteri pro Epiſcopis ſuis, vel Epiſcopi per eos: & eſt oratio Gregorij cedentis Epiſcopatui, in præſentia 150. Epiſcoporum habita.

Supereſt vt agamus de Canonibus illius Synodi, & Gratianus ait in *d. can.* 10. *diſt.* 16. Canones fuiſſe tantum tres: & Dionyſij exigui verſio habet tantùm tres. Apud Balſamonem ſunt 7. qui diuiduntur in 9. diuiſo ſcilicet 2. canone in tres canones; vt diximus ſupra in Synodo Nicæna, Ruffinum viginti duos canones ponere, duobus canonibus in duos alios diuiſis: qui verò tres tantùm admittunt canones, in canone 2. tres alios comprehendunt, ſcilicet 2. 3. 4. & 5. in Canone verò 3. ponunt 6. de Maximo Cynico, ita vt tantùm excludant alios tres 7. 8. & 9. quorum canon 3. & 5. recipiunt aliquam difficultatem.

Tertius in eo quod dat Primatum honoris Conſtantinopolitano Patriarchæ poſt Romanum Pontificem: dixi Primatum honoris ſeu τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς, & ſolum honorem poſt Romanum Pontificem ſine vlla Iuriſdictione, ac poteſtate in Primates & Metropolitanos. Vnde ſolus ſubſcripſit in hac Synodo: & quod ait Socrates *lib.* 5. *cap.* 8. Thraciam illi contigiſſe, hoc intelligendum eſt de eius Parœcia quam habebat tanquam Epiſcopus Byzantinus, non de vlla Prouincia. Illi autem cœpit dari poteſtas in Exarchos & Metropolitanos, & quidem ratione Iudiciorum in Metropolitanos, in concilio Chalcedonenſi *can.* 17. & ratione Ordinationis in Exarchos *can.* 28. quod etiam cœperat vſurpare. Nam is canon non eſt iottio approbatus à Romana Sede, & cum Anatolius Conſtantinopolitanus in concilio Chalcedonenſi ſecundum locum inter Patriarchas habere vellet, Leo Papa obſtitit, *epiſt.* 51. & 53. & Gelaſius etiam non conſenſit *epiſt. ad Epiſcopos Dardaniæ.* nec Nicolaus 1. *epiſt. ad Michaëlem Imperatorem.* Atque in Synodo pſeudo-Epheſina Flauianus ſedit poſt omnes Patriarchas quinto loco: nam cùm in Synodo Chalcedonenſi *act.* 1. legerentur acta Epheſi per Dioſcorum in cauſa Flauiani & Eutychis, & auditum eſſet initio Synodi dici reſidentibus Dioſcoro & Iuliano Epiſcopo agente vices Leonis Papæ, & Iuuenale Hieroſolymorum, & Domno Antiochiæ, & Flauiano Conſtantinopolitano, dixerunt Orientales Flauianus in proprio loco quare non ſedit? Epiſcopum Conſtantinopolitanum, quare quintum poſuerunt? Paſchaſius Reuerendiſſimus Epiſcopus dixit, ecce nos, Deo volente Dominum Anatolium primum habemus, hi quintum poſuerunt Beatum Flauianum. Reuera enim fuit primus Conſtantinopolitanus Epiſcopus poſt Legatos Papæ, iam enim nitebantur Can. 3. huius Synodi, quod poſtea apparuit in fine Chalcedonenſis Synodi *can.* 28. in quo ſecundum hunc canonem 3. priuilegia Conſtantinopolitani Epiſcopi confirmarunt, & ſecundum poſt Romanum eſſe voluerunt, licet reclamarent Legati Papæ, & dicerent illum canonem fuiſſe conditum finito concilio, & poſtquam illi exiiſſent: & in Synodo 5. Eutychius Conſtantinopolitanus præſidebat, & ſequebatur poſt eum Alexandrinus 2. & Antiochenus 3. & in Synodo 6. poſt Legatos Papæ, Georgius Conſtantinopolitanus ſequebatur, tum Legatus Alexandrini, poſt Macarius Antiochenus, denique Legatus Hieroſolymitani. Et in Synodo 7. Legati Papæ 1. loco ſunt, Taraſius Conſtantinopolitanus, & poſtea Vicarij Orientis ordine ſuo. Et in Synodo 8. poſt Legatos Papæ, Ignatius Conſtantinopolitanus primò ſubſcripſit, Legati Alexandrini 2. Antiocheni 3. & Legati Hieroſolymitani 4. quod tamen nunquam factum eſt ſine admurmuratione Summorum Pontificum, conuenientibus quidem illis, & tacitè permittentibus, ſed non palam comprobantibus. Poſtea tamen id illis nominatim conceſſum eſt, *cap. antiqua, de Priuilegiis*, de qua re eſt etiam præſtantiſſimus locus apud Anaſtaſium *in Præfat. Synodi* 8. loquitur de Græcis falſos canones facilè ſupponentibus. Nam familiaris eſt illis iſta præſumptio, & ſingularis quodammodo ambitionis indicium; ſiquidem in 2. Synodo contra ſtatuta magnæ Nicænæ Synodi, & Sanctorum Decreta Præſulum Romanorum, Alexandrinæ priuilegia Sedis Conſtantinopolitano contulere Pontifici, & quædam penes illos reperiuntur capitula Regularum, quæ illi quidem tertiæ dicunt exiſtere Synodi, cùm apud Latinos, nec in vetuſtiſſimis inueniantur editionibus: in Quartæ quoque

Synodi

Synodi quiboſdam Codicibos quoddam de priuilegiis Conſtantinopolitani oſtendunt capitulum, quod inter canones eiuſdem Synodi ab Eccleſia vniuerſa veneratos, nec Latinitas, nec alia lingua ſob ſule recipere comprobatur; qoodqoe licet ab Anatolio & Imperatore, vel fautoribus eorum, poſt omnia geſta Synodi & probatos canooes, in abſentia Romanorum Loci conſeruatorum, elàm depromptum extiterit: mox tamen ibi ipſum ab eiuſmodi loci ſeruatoribus eſt repulſum, & à Sede Apoſtolica; quæ vt eadem Synodus fieret, ſola decreuit, ſolaque ius habuit eos recipiendi qoos Synodica decreta prorulerant, non ſolùm non admiſit, verùm etiam continuò reſpuit; qoodque Anatolius vel Imperator quia vt firmaretur, à Sede Apoſtolica, cui tunc Magous præſidebat Leo, impetrare oon potuit, in eius poſitum poteſtate confeſſus eſt. Nihilominus & alia oſtenduot Regolarum numeroſa & præſumptuoſa capitola, priſcæ traditioni penè omnia valdè contraria, quæ à ſexta falſo perhibent Syoodo promulgata, cùm ſexta Synodus oullom protulerit præter fidei Regulam, ſed quas eius aſſeuerant Regulas longè poſt ſextam Synodom, ab ipſis conſtat eſſe penes ſe priuatimq; depromptas. Porro in ſeptimæ Synodi Codice quia ſæpe contra canooes Conſtantinopoli ex Neophytis Antiſtites prouehuntur; & eo tempore Taraſius ex laicis Patriarcha fuerat ordinatus, ita epiſtolam beatæ recordationis Papæ Hadriani exiſtimant tranſcribendam, vt nihil in ea ex his, quæ ad prædictum Præſulem, vel cõtra Neophytos idem Pontifex Sanctiſſimus ſcripſerat, vel ſcriptom vel tranſlatum Græcè reperiatur. Sic igitur Græci acceptâ occaſione celebratorum vniuerſalium Conciliorum, frequenter egiſſe clareſcont, & nunc minuendo, nunc addendo, vel mutando, nonc in abſentia luciorum, oonc io abſcondito angulorum, nunc extra Synodum, nunc poſt Synodum aſtutia ſua, imo fraude communibus Sanctionibus abutuntur; & ad ſuos libitus euncta, quæ ſibi viſa fuerint etiam violenter ioflectuot. Iraque quidquid in Latino Actionom octauæ Synodi Codice reperitur, ab omni eſt fuco falſitatis extraneum: quicqoid verò amplius ſioe de Diœceſi Bulgarica, ſiue aliundè in Græco eioſdem Synodi Codice forſitan inueoietur, totum eſt mendacij venenis inſectum.

Caput vero quintum maximam continet difficultatem; illud eoim Inſcriptionem habet περὶ τοῦ τόμου τῶν δυτικῶν i. de tomo Occidentalium, & tamen in contextu, ne verbum quidem habet de Occidentalibus; ſed contra loquitur de Orientalibos, & Antiochenis. Nam in Concilio Chalcedon. *actio.* 1. Ioannes Antiochenus appellatur Princeps Orientis Ἀρχηγὸς τῆς ἀνατολῆς θεοφιλέστατος Ἰωάννης Ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας, i. Princeps Orientis Dei amiciſſimus Ioannes Epiſcopus Antiochiæ. Vnde difficultas eſt quis ſit ille tomus Occidentalium. Zonaras enim, & Balſamo dicunt tomum illum eſſe Synodum Sardicenſem, quam putant recepiſſe Antiochenos; & ideò inſcriptio eſt de tomo Occidentali, i. de Synodo Sardicenſi. Contextos verò ſic habet; eos etiam ſuſcipimos, qui Antiochiæ vnam Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Deitatem confitentur: ita vt ſenſus ſit, recipiendos in communionem Antiochenos, qui receperunt fidem de Trinitate, quæ continetur in Synodo Sardicenſi. Baronius ait tomum Occidentis eſſe Epiſtolam Damaſi Synodicam ad Paulinom, quæ refertur à Theodoreto, in cuius inſcriptione malè Binius reprehendit Theodoretum, quaſi putauerit Paolinum fuiſſe Epiſcopum Theſſalonicæ, vrbis Macedoniæ Theodoretus eoim hoc nec ſcripſit, nec cogitauit. Verba inſcriptionis ſunt ὁμολογία τῆς καθολικῆς πίστεως ἣν ὁ Πάπας Δάμασος ἀπέστειλεν πρὸς Ἐπίσκοπον Παυλῖνον ἐν τῇ Μακεδονίᾳ ὅτε ἐγένετο ἐν τῇ Θεσσαλονίκῃ. Confeſſio fidei Catholicæ, quam Papa Damaſus miſit ad Paulinum Epiſcopum, cùm iam eſſet Theſſalonicæ in Macedonia; nam exiſtimo illa verba ἐν τῇ Μακεδονίᾳ eſſe ponenda vltimo loco poſt verba ἐν τῇ Θεσσαλονίκῃ. Baronius ergo ait *in d. can.* 5. recipi in communionem Synodi Conſtantinopolitanæ Antiochenos, quòd ipſi recepiſſent Synodicam miſſam ad Paulinum Antiochenum, cùm eſſet Theſſalonicæ. Sed quia aliquis poſſet contendere illam Synodicam poſt hanc Synodom miſſam fuiſſe ad Paulinum, ſumamus exemplum quod extra omnem controuerſiam ſit ex *l.* 1. *Cod. de Summa Trinitate*, quæ lex data eſt vno anno ante Synodum Conſtantinopolitanam; & in ea Theodoſius mandauit, vt omnes amplecterentur fidem Damaſi & maximè curæ fuit eidem Theodoſio, vt Antiocheni eius fidem reciperent; miſitque Saporem Antiochiam vt conſtitutiooem illam executioni mandaret. Cùm ergo Antiocheni iuxta conſtitutionem Theodoſij, fidem Damaſi eius ſcriptis, omnibus notam recepiſſent, Patres concilij Conſtantinopolitani videntur voluiſſe confirmare conſtitutionem Theodoſij, qua mandauerat, vt omnes fidem Damaſi amplecterentur; & cùm Antiocheni eam recepiſſent, definit hos eſſe in communionem recipiendos. & hæc eſt optima ſententia. Sed ſi locus ſit conjecturis, tentari poteſt emendandum eſſe illum locum, & pro δυτικῶν legendom διπτύχοις nam ſciẽdum eſt olim in diptychis ſcriptas & poſitas fuiſſe Synodos *l.* 7. *Cod. de Summa Trinitate.* Nullus itaque fruſtrà nos turbet ſpe vana inniхus, quaſi nos contrarium à ſupradictis quatuor Conciliis fecerimus aot faciamus, aot fieri à quibuſdam permittamus, aut aboleri eorumdem Sanctorum quatuor Conciliorum piam memoriam, ex dictis Eccleſiæ diptycis ſuſtuleamus. Et in Synodo 5. *actio.* 1. *cap.* Quod habet hanc inſcriptionem, *quomodo prædictæ ſint Synodi in fide.* Accipiens diptycha Sanctiſſimus & beatiſſimus Archiepiſcopus & Patriarcha Ioannes iuſſit ordinari ſanctas quatuor Synodos Sanctorum Patrum videlicet Nicææ congregatorum; & Conſtantinopoli conuenientium ſub Nectario ſanctæ memoriæ; & Epheſi congregatorum ſuper depoſitione Neſtorij; nec non illorum de Chalcedone, ſuper dejectione Eutychis, & eiuſdem impij Neſtorij; ordinarique iuſſit nomina in ſancta memoria defunctorum Archiepiſcoporum huius Regiæ vrbis, Euphemij, & Macedonij, atque etiam Leonis Romani Pontificis, &c. tempore diptycorum concurrit omnis multitudo cum magno ſilentio circum altare & audiebant, & cùm ſolum lectæ fuiſſent à Diacono appellationes prædictarum Sanctarum quatuor Synodorum, & S. Memoriæ Archiepiſcoporum Euphemij, & Macedonij, & Leonis; voce magna vniuerſi clamarunt Gloria tibi Domine. Iam ergo hoc poſito, potuit Synodus Meletij habita Antiochiæ, & Iouiniano oblata, in qua fides Nicæna aſſerebatur, & vocabulum Conſubſtantialis, de qua Socrates *lib.* 3. *c.* 2. in diptycha referri,

vel etiam aliqua alia habita temporibus Damaſi, vrgente Sapore; quę diptycha Meletius Antiochiæ Epiſcopus ſecum attulerit in teſtimonium fidei ſuæ, & voluerit ſub eo nomine approbari fidem Antiochenam in Concilio Conſtantinopolitano, cui ipſe initio præſidebat: quomodo in Concilio Mopſueſteno prolata ſunt diptycha Eccleſię Mopſueſtenæ contra Theodorum, vt refertur in Concilio 5. generali *collat. 5. in medio*, intererat enim multùm Meletij, cui objectum fuerat, quod ab Arrianis fuiſſet electus; deinde quia duo adhuc erant Epiſcopi Antiochiæ præter Meletium: quia Meletius ergo per diptycha Antiochena, fidem ſuam, & Antiochenorum comprobauerat, non eſt mirum ſi Patres Concilij comprobantes Antiochenorum fidem, quæ continebatur in eorum diptychis, inſcribunt ſuum canonem de tomo diptychorum; & hoc conuenit cum Synodica huius Concilij, in qua dicitur libellum de fide in Concilio Antiochiæ conuocato factum eſſe, nullâ mentione facta Occidentalium; quem libellum in diptycha relatum probabile eſt.

Alia difficultas eſt de Symbolo, in hac Synodo, edito, quod Symbolum factum eſt propter Macedonium, qui denegabat Diuinitatem Spiritui Sancto; & ita vt diximus ſuprà, hoc Symbolum eſt tantùm extenſio, & explicatio Symboli Nicæni, nec cenſetur Symbolum diuerſum *l. 7. Cod. de Sum. Trinit.* §. 4. Et notandum eſt quod ait Ruffinus *in expoſitione Symboli*, nullum aliud ſuis temporibus Romanam Eccleſiam in ſacris ritibus præter Apoſtolicum Symbolum nouiſſe, aut admiſiſſe.

De Concilio Epheſino.

TErtia Synodus Epheſina ducentorum Epiſcoporum ſub iuniore Theodoſio edita eſt, quę Neſtorium duas perſonas in Chriſto aſſerentem iuſto anathemate condemnauit, oſtendens manere in duabus naturis vnam Domini noſtri Ieſu Chriſti perſonam *can. 1. diſt. 15.* & in *can. 3. ead. diſt.* dicitur facta hæc Synodus conſenſu Cæleſtini Papæ, mediante Cyrillo Alexandrino, & Arcadio Epiſcopo ab Italia deſtinato. In *can.* verò 10. *diſt.* 16. dicitur quoque ducentorum Patrum contra Neſtorium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, qui dicebat B. Virginem Mariam, „ non Dei ſed hominis tantū Genitricem, vt aliam „ Perſonam carnis, aliam faceret Deitatis; tempo„ribus Theodoſij iunioris Cæleſtini Papæ, Iuue„nalis Hieroſolymitani: (malè ibi ponitur Conſtantinopolitani) Cyrilli Epiſcopi Alexandrini, qui duodecim capita contra Neſtorij blaſphemiarum totidem capitula authore eodem S. Cyrillo anathematiſando, conſcripſerunt. Idem verò tradit Balſamo *in præfat. Synodi*. Sancta, inquit, & œcumenica tertia Synodus fuit, ſub Imperatore Theodoſio minore, congregatis Epheſi ducentis Patribus aduerſus Neſtorium Patriarcham Conſtantinopolitanum, qui Chriſtum ſolum eſſe hominem dicebat, ei autem ſecundum habitudinem vnctionis Dei filium, & ideo nec Dei parentem Sanctam Virginem dici θεοτόκον, ſed Chriſti parentem χριστοτόκον, qui & depoſitus eſt & à ſanctis Patribus anathematiſatus.

Hiſtoria Epheſinæ Synodi hæc eſt. Cùm Cyrillus Alexandrinus Epiſcopus audiuiſſet, & ex chartis & ex concionibus Neſtorij cognouiſſet, A ipſum Neſtorium Conſtantinopolitanum Epiſcopum dicere Chriſtum non eſſe natum Deum ex Virgine, nec ipſam eſſe θεοτόκον, ſi. Matrem Dei, ſcripſit ad eum, & monuit non eſſe ita loquendum, aut ſentiendum; extantque epiſtolæ: quod valdè moleſtè tulit Neſtorius aliâ epiſtolâ ad Cyrillum; ad quem rurſus Cyrillus, & ipſe quoque ad Cyrillum clarè profeſſus eſt errorem ſuum. Vnde Cyrillus ſcripſit ad Clerum Conſtantinopolitanum, & inde Cyrillus monuit de ea re per epiſtolam Celeſtinum, qui Cyrillo reſcripſit per Poſſidonium, & mandauit vt vice ſua, niſi decem dierum interuallo ab huius admonitionis ſuæ die numerandorum, doctrinam ſuam anathematiſet, eum ſeparet à corpore Ec- B cleſiæ, & is ſit omnibus modis ab illo ſegregatus; idem reſcripſit ad Ioannem Antiochenum, Ruffum Theſſalonicenſem, Iuuenalem Hieroſolymitanum & Flauianū: tunc verò Neſtorius ſcripſit ad Celeſtinum, & defendit ſuam hæreſim, cuius epiſtolâ acceptâ, & quaternionibus expoſitionum Neſtorij plenis eâ hæreſi, Celeſtinus reſcripſit ad eum, & ſententiam tulit, niſi intra diem decimum, &c. vt ſupra; quæ epiſtola facta eſt priùs de ea re habitâ Synodo Romanâ, vt teſtatur Cyrillus *epiſt. ad Ioannem Antiochenum*. Cyrillus quoque Synodum Ægypti congregauit, in qua iuxta Synodum Romanam tertiò Neſtorium obteſtatur, vt fidem rectam ſuſcipiat, quod C niſi intra tempus ſuprà definitum fecerit, ſciat eum Epiſcopis & Sacerdotibus Dei nullam ſortem, nullum ſermonem, nullum locum ei futurum; & mandat vt anathematiſet quæ docuit; & Symbolum explicet: tum anathematiſmos duodecim ad Neſtorium mittit, & vnà cum Synodo, etiam ea ſcribit ad Clerum Conſtantinopolitanum, & ad Monachos Orthodoxos, cui contrarios anathematiſmos oppoſuit Neſtorius.

His ita peractis Baſilius Diaconus & Thalaſius Rector, & Monachi, ſupplicarunt Theodoſio, vt iuberet Synodum Oecumenicum cogi pro pace Eccleſiæ; & Theodoſius Sacram miſit ad Cyrillum & Metropolitanos eius regionis Conſuli- D bus. Theodoſio 13. Valentiniano 3. Conſtantinopoli 13. Kalēdas Decembris, vt Sacroſancto proximo Paſchate elapſo ſub ſacræ Pentecoſtes diē, ad Epheſiorum Aſiæ Ciuitatem venirent, & idoneos ad Synodum Epiſcopos adducerent: ſcripſit quoque ad omnes omninò alios Metropolitanos; tum aliam Sacram miſit ad Synodum per Candidianum Comitem, voluitque vt is adeſſet pro tranquillitate omnium, non verò vt ſe immiſceret conſultationibus, ſed vt non permitteret quemquam abire aut ire ad στρατιωτικὸν Comitatum, & vt de fide tantùm ibi agerent, non de vlla pecuniaria aut criminali cauſa.

E Ergo inchoata Synodus poſt Conſulatū Theodoſij 13. & Valent. 4 Kalend. Iulij, in Epheſiorum Metropoli, in Eccleſia quæ appellatur Mariæ, & à Cyrillo Magna Eccleſia dicta S Mariæ Primus erat Cyrillus Alexandrinus Legatus Papæ. 2. Iuuenalis Hieroſolymitanus: nam Antiochenus nondum venerat. Tum Memnon Epheſiorum, &c. vt videtur *in principio actio. 1. Baſſo Antiochoque Conſulibus*, vt ait Proſper *in Chronico*, & Socrates *lib. 7. cap.* 34. & Vincentius Lirinenſis in *lib. de prophanis vocum Nouitatibus*, qui eo tempore viſit ann. 431. Onufrius tamen putat habitam anno 430. Theodoſio 13. & Valentin. 3. Conſulibus, & conuocata quidem fuit

illis Conſulibus, vt oſtendit eorum Sacra ad Cyrillum miſſa Alexandrinum, & ad Epiſcopos Metropolitanos eius regionis.

Exegeſes *Neſtorii*, & epiſtolæ lectæ ſunt, tom Celeſtini & Cyrilli ad eum; vocatus ter ad Synodum Neſtorius, Epiſcopis ad eum miſſis, & publico ſcripto; & tertium ſcriptum habebat anagnoſticum, ſi non veniret, Synodum pronuntiaturam; & quarta citatio viſa ſuperflua. Lectis epiſtolis Cyrilli, ipſe rogauit dicerent an eſſent congruæ fidei Nicænæ, an non, & approbatæ, ac dictum vt in acta referrentur. Euangelia verò dicuntur in medio propoſita, & Codices Patrum diuerſorum *Parte* verò 5. *act.* 1. hæc ſententia lata fuit: Dominus noſter Ieſus Chriſtus, quem ſuis ille blaſphemis vocibus impetiuit, per hanc Synodum, eundem Neſtorium Epiſcopali dignitate priuatum, & ab vniuerſo Sacerdotum conſortio & cœtu alienum eſſe definit: & ibi aliqui preſbyteri & Chorepiſcopi ſubſcripſerunt pro ſuis Epiſcopis. Et poſtquam hi omnes Neſtorij depoſitioni ſubſcripſiſſent, acceſſerunt alij Epiſcopi ad S. Synodum, qui & ipſi quoque præpoſitæ damnationi ſubſcripſerunt. Tum depoſitionis ſententia per breuem epiſtolam poſtridie miſſa à Synodo ad Neſtorium & Clerum Conſtantinopolitanum; & miſſa quoque relatio ad Imperatorem: ſed alia relatio falſa antè facta fuerat à Neſtorio, & alijs duodecim Epiſcopis. Cùm vero his peractis Ioannes Antiochenus ſerius data operâ veniſſet, quod Neſtorius in eius Eccleſia preſbyter fuiſſet ordinatus, nec ad Synodum cum ſuis Epiſcopis voluiſſet venire; illi pſeudoſynodum habuerunt, in qua Cyrillum Alexandrinum & Memnonem Epheſinum anathematiſarunt, & literas excommunicationis ad S. Synodum miſerunt, ad Imperatorem & Clerum, & Senatum, & populum Conſtantinopolitanum ſcripſerunt: ſed ſtatim *act.* 4. libelli oblati Synodo à Cyrillo, & Memnone contra Ioannem, & vocatos Ioannes tertiò, *act.* 5. & ſententia in eum & Theodoretum, & alios lata, vt ab Eccleſiaſtica communione alieni ſint, nullam habentes facultatem, tanquam ex authoritate Sacerdotali; qua aliquibus vel detrimentũ vel adiumentum afferre queant, donec ſeipſos condemnantes, proprium delictum confiteantur: Id interim pro certo habentes, niſi celeriter hoc fecerint, fore vt perfectam ſententiam, iuxta canonum decreta, incurrant: vbi nota diſcrimen inter perfectam ſententiam, & alienationem à communione. Et in Actis conciliabuli huius refertur quod poſt relationem miſſam à Ioanne, Imperator ſcripſit ad veram Synodum, vt euerterent omnia, quæ ante fecerant, & de nouo procederent, & per aliam Sacram approbauit depoſitionem Cyrilli. Vnde vtrinque itum eſt ad Imperatorem, & Orientales maxime vrgebant anathematiſmos Cyrilli quaſi hæreticos; tum totam Synodum damnarunt quod Cyrillo communicaſſent iam excommunicato, & quod Cyrillus & Memnon excommunicati miniſtrauiſſent, non reſtituti: & in epiſtola quorumdam Orientalium, qui miſſi fuerant Conſtantinopoli ad Ruſum Epiſcopum, locus affertur de ſententia à canone: contra verò aliæ Relationes Catholicorum miſſæ ad Imperatorem, quæ hic extant, ſed omnes interceptæ, præter vnam quæ venit ad Dalmatium Archimandritam ſanctum, qui annos 48. recloſus nunquam Monaſterio exierat, qui monitus vt exiret, dixit Imperatori neſcire ipſum quid verè actum ſit in Synodo à Cyrillianis, vel Neſtorianis; & Relationes impediri: omniaque ſignificauit, & tandem Iuſtitia obtinuit, & Imperator cognouit Synodum Epheſinam canonice Neſtorium depoſuiſſe, & ſententiam depoſitionis approbauit, Orientales cõdemnauit, Neſtorium exilio mulctauit; & Epiſcopis ſeptem, qui Legati ad eum ex Synodo venerant, iniunxit vt ad Eccleſiam ſe conferrent, & eligerent Epiſcopum Conſtantinopolitanum; qui Maximianum elegerunt: poſt hoc Mandatum ſingulis vt in ſuas reuerterentur Eccleſias. Inde literæ ad Maximianum à Cyrillo & Celeſtino, & ad Theodoſium; & Theodoſius ſcripſit Ioanni Antiocheno vt ſubſcriberet depoſitioni Neſtorij, & ordinationi Maximiani; & vt cum Cyrillo conſentiret, quod & fecit; & inde pax inter eos. Hæc extant in Synodo Epheſina *parte* 3.

Act. 2. Parte 2. venerunt Legati Papæ Celeſtini Arcadius & Projectus Epiſcopi, & Philippus preſbyter, qui exhibuit literas Papæ, & legi petiit, & in acta referri; idem poſteà petierunt Arcadius & Projectus, & Cyrillus ſuſceptis literis dixit S. Synodo cum congruo honore recitentur; & Epiſcopi omnes vt Græcè redderentur: ſed Philippus dixit, veteri cõſuetudini ſatisfaciẽdum eſt, vt Apoſtolicæ Sedis literæ Latinè imprimis legantur. Tum *act.* 3. *part.* 2. Philippus petiit, & poſt eum Alexander, ſibi legi quæ facta erant in Synodo contra Neſtorium: & his lectis & auditis, confirmarunt quæ facta erant, & Philippus primus ſubſcripſit, tum Arcadius & Projectus.

Quod attinet ad Canones, illi continentur in epiſtola quam Synodus, ſingulorum Prouinciarum ac Ciuitatum Epiſcopis, Preſbyteris, Diaconis, & vniuerſo populo ſcripſit; in quibus habetur hæc præfatio: Cùm eſſemus Epheſi ſecundum pias Imperatorum literas congregati, defecerunt quidam à nobis numero paulo plus triginta, defectionis ſuæ Anteſignanum Ioannem Antiochenum Epiſcopum habentes. Horum nomina hæc ſunt, primus ipſe Ioannes Antiochiæ Syriæ Epiſcopus, Ioannes Damaſci Epiſcopus, Alexander Apameæ, Alexander Hierapolis, Himerius Nicomediæ, Fritilas Heracleæ, Helladius Tarſi, Maximinus Anazarbi, Dorotheus Marcianopolis, Petrus Traianopolis, Paulus Emiſæ, Polychronius Heracleopolis, Eutherius Tyanenſium, Meletius Neocæſarienſis, Theodoretus Cyri, Apringius Chalcidis, Macarius Laodiceæ Magnæ, Zoſys Eſbuntis, Saluſtius Corycі Ciliciæ, Heſychius Caſtabalæ Ciliciæ, Valentinus Mutloblacæ, Euſtathius Parnaſſi, Philippus Theodoſiopolis, Daniel & Dexianus, & Iulianus, & Cyrillus, & Olympius, & Diogenes & Palladius, Theophanes Philadelphiæ, Tarianus Auguſtæ, Aurelius Irenopolitanus, Muſæus Aradi, Helladius Ptolemaidis. Hi nullam omninò Eccleſiaſticæ communionis facultatem habentes, vt ex authoritate Sacerdotali cuiquam nocere vel prodeſſe poſſint, propterea quod etiam quidam ex ipſis ſunt depoſiti; cum primis Neſtorij & Celeſtij ſequi ſententias manifeſtè ex eo ſunt deprehenſi, quod Neſtorium nobiſcum condemnare noluerunt; quos Sancta Synodus communi decreto, ab omni Eccleſiaſtica communione alienos eſſe ſtatuit;

& omnem Sacerdotij efficaciam illis ademit, A
per quam aliquibus vel nocere vel prodeſſe poterant; & ſtatim poſt, ſequitur canon 1. 2. 3. 4. 5. & 6. qui omnes canones pertinent ad Neſtorium, & ad ea quæ de eo ſtatuta ſunt; ſextus verò eſt veluti ſanctio canonum, & omnium aliorum, quæ in Synodo Epheſina geſta ſunt, vt ſi quis ea labefactare voluerit, ſi ſit Clericus à gradu excidat: & in Vaticanis libris reperiuntur tantùm hi ſex Canones.

Quod attinet ad ſeptimum & octauum, cùm poſiti ſint poſt clauſulam & ſanctionem iam dictæ epiſtolæ, & non pertineant ad authoritatem Synodi, ſed caſus tantùm ſpeciales, qui B
in Synodo definiti ſunt, non debent comprehendi inter canones. Vnde ſeparantur à canonibus.

Nam in canone 7. agitur de relatione Chariſij quæ continetur *actio. 6. Synodi Epheſinæ.* Vbi is Chariſius presbyter & œconomus Philadelphiæ, expoſuit Synodo Antonium quendam & Iacobum presbyteros Conſtantinopolitanos Neſtorianos, cum Commendatitiis Anaſtaſij & Photij Neſtorianorū veniſſe in Lydiam, & Philadelphiam; ibi diſſeminaſſe ſuum errorem, nouum Symbolum condidiſſe, multoſque induxiſſe ad ſubſcribendum ei, qui ibi enumerantur; ipſum etiam Chariſium excommunicaſſe; item Paſchatis diem celebrandum docuiſſe C
more Iudæorum, & decretum contra eos conſtitutum eſt, quod continetur *in can. 7.* vnde dicitur in principio canonis his perlectis, nec nouit cauſam huius canonis Balſamo, maleque putauit Chariſium presbyterum illa execrabilia Neſtorij dogmata expoſuiſſe, & diſſeminaſſe; Chariſius enim presbyter libellum obtulit contra eos hæreticos: obtulit, inquam, falſam expoſitionem Symboli ab ipſis factam non à ſe, vt de eis pœna canonica ſumeretur vt dicitur *in libello Chariſii.*

Canon quoque 8. decretum eſt Synodi, & ſententia ad ſuggeſtionem Epiſcoporum Cypri, in Concilio lata, eſtque potius ſententia iudicialis quàm canon; cùm enim mortuus eſſet Con- D
ſtantiæ Cypri Epiſcopus, dux ſiue Capitaneus Antiochiæ, ad inſtantiam Antiocheni Epiſcopi & Cleri, ſcripſit ad Clerum Conſtantiæ Cypri, vt durante Synodo Epheſina nullum eligerent Epiſcopum; & ad præſidem vt non permitteret eligi; quare illi confugientes ad Synodum, libellum obtulerunt, dixeruntque ſuos Epiſcopos à Clero Antiocheno multa paſſos fuiſſe, quod Antiocheni vellent ſibi ſubjici inſulam Cypri; & tres Epiſcopi ſubſcripſerunt libello. Qui interrogati à Synodo, an aliquando vſus eſſet hoc iure Antiochenos, vt ordinaret Epiſcopos in Conſtantia Metropoli, vel alia Sede Cypri, dixerunt nunquam ordinaſſe, ſed à Synodo Metropolitanum ſem- E
per ordinatum; vnde ſecutum eſt decretum ſeu ψῆφος Synodi, vt dicitur ibidem, quæ ſententia pro canone 8. poſita eſt. Poterat ſimiliter addi definitio eiuſdem Synodi contra Meſſalianiſtas ad ſuggeſtionem Valeriani & Amphilochij; in qua ſtatutum eſt, vt iuxta Synodicam Siſinnij, Meſſalianiſtæ anathematiſent ſuam hæreſim, & ita Clerici maneant in Clero, laici ad communionem admittantur; ſi vero nolint eam anathematiſare, Clerici excidant à Clero, laici à communione arceantur, conuicti non habeant Monaſteria; & liber eorum dictus aſceticon, quem attulerat Valerianus etiam tanquam pollutus, eſt anathematiſatus.

Eſt etiam alia definitio in dicto Concilio ſimilis definitioni dicti canonis 8. oblatus enim fuit libellus Synodo ab Euprepio Epiſcopo Byzes & Arcadiapolis, & Cyrillo Epiſcopo, hæc verba continens: Vetus mos viget in Prouincijs Europæ, quod ſinguli Epiſcopi duos vel tres ſub ſe habeant Epiſcopatus; vnde Heracleæ Epiſcopus ſub ſe habeat Heracleam & Panion; Epiſcopus Byzes ſub ſe Byzen & Arcadiopolim; Cælenſis verò ſimiliter habet Cœlam & Callipolim: Porro Epiſcopus Sabſadiæ, ſub ſe habet Sabſadiam & Aphrodiſiadem. Itaque olim & ab initio Eccleſias illas duo Europæ Epiſcopi adminiſtrabant; & nunquam prædictæ Ciuitates proprios acceperunt Epiſcopos, ſed aliæ quidem ſub Heraclea fuerunt ab initio, Arcadiopolis autem fuit Epiſcopi Byzenſis, Calliopolis ſimiliter ſub Epiſcopo Cælenſi: verùm quoniam nunc Fritilas Heracleæ Epiſcopus à ſancta Synodo Apoſtata factus, Neſtorio ſe adjunxit, ſuſpicamur quod ſe vlciſcens in nos tanquam hoſtes, vel qui cum eo Epiſcopatum Heracleæ adminiſtrant, veniant ad ordinandum Epiſcopos in memoratis Ciuitatibus, quæ nunquam proprios receperunt Epiſcopos. Quarè rogamus vt definiatis, ne nos Eccleſiis priuemur, neque mos vetus mutetur. Et ſancta & vniuerſalis Synodus dixit, honeſta petitio, & pientiſſimorum Epiſcoporum Euprepij, & Cyrilli, quam oſtendunt oblati libelli; vnde & Sanctis canonibus & externis Legibus, quæ veterem conſuetudinem dicunt nunc vim legis habere: Nihil innouandum in Europæ Ciuitatibus; ſed iuxta veterem conſuetudinem gubernentur ab Epiſcopis à quibus olim.

Cæterùm quod dicitur *in dicto can. 10. diſt. 16.* Cyrillum conſcripſiſſe duodecim capitula contra Neſtorij blaſphemiarum totidem capitula; indiget explicatione; & verum quidem eſt Cyrillum duodecim Capitulis ſeu anathematiſmis complexum fuiſſe hæreſim Neſtorij, & ſcripſiſſe ad eum, vt iuxta illa 12. capitula ſuam hæreſim anathematiſaret: ſed Neſtorius nondum fecerat alia 12. Capitula contra quæ ſcriberet Cyrillus; imò potius ipſe Neſtorius totidem anathematiſmos oppoſuit anathematiſmis Cyrilli, qui extant in Synodo Epheſina parte 1. *cap.* 29. Latinè tantum editi.

Porro quia anathematiſmi Cyrilli à Ioanne Antiocheno & aliis Orientalibus arguebantur, tanquam doctrinam Apollinaris ſaperent, Ioannes iuſſit, vt Theodoretus eos refutaret, vt apparet ex epiſtola Theodoreti ad Ioannem Antiochenum. Idcirco D. Cyrillus addidit vnicuiq; anathematiſmo, declarationem, & expoſitionem ſuam; tum etiam reſpondit Theodoreto reprehendenti duodecim capita anathematiſmorum.

De Concilio Chalcedonenſi.

QVarta Synodus Chalcedonēſis ſexcẽtorum triginta Sacerdotū, ſub Martiano Principe habita eſt, in qua Eutychem Conſtantinopol. Abbatē, Verbi Dei, & Carnis vnam naturā pronuntiantem, & eius defenſorem Dioſcorum quondam Alexandrinum Epiſc. & ipſum rurſus Neſtorium cum reliquis Hereticis vnà Patrum ſententiā damnauit: prædicans eadem Synodus Chriſtum Dominum de Virgine ſic natum, vt in eo Subſtantiam diuinā & humanam

confiteamur Naturæ *can.* 1. *diſt.* 15. Idem dicitur in *can.* 2. *&* 3. *eadem diſt. & can.* 10. *diſt.* 16. vbi etiam dicitur, quod Patres ſtatuerunt 27. Canones, quorum author maximè S. Anatolius Conſtantinopolitanus Epiſcopus. Balſamo. ſancta & Oecumenica 4. Synodus fuit têporibus Martiani Imperatoris, ſexcentis triginta ſanctis Patribus Chalcedone congregatis aduerſus Dioſcorum, qui inclytæ Alexandriæ præerat, & Eutychem Archimanditam Conſtantinopolis, qui Dominum Ieſum Chriſtum, Patri quidem conſubſtantialem confitebantur, ſed circa humanæ Naturæ ſuſceptionem blaſphemabant, & duas diuinitatis & humanitatis Naturas, poſt vnionem fuiſſe confuſas, & vnam ex iis effectam eſſe Naturam, impiè decernebant, vt etiam Diuinitati affectiones & perturbationes attribuerent: ſed & Dominum non eiuſdem cum noſtra ſubſtantiæ carnem, nec ex Virgineo ſanguine concretam atque compactem ſuſcepiſſe dicebant, verùm ineffabili quodam & diuiniore modo incarnatum eſſe fingebant. Quos depoſuit & anathematiſauit ſancta hæc Synodus, perfectum Deum, & perfectum hominem Dominum noſtrum Ieſum decernens in duabus naturis, ita vt nec diuidi nec confundi poſſint.

Hiſtoria huius Synodi hæc eſt, cum Flauianus Conſtantinopolitanus in Synodo Conſtantinopolitana Eutychem accuſatum ab Euſebio Epiſcopo, & conuictum condemnaſſet, Eutyches obtinuit ab Imperatore, vt in alia maiore Synodo audiretur eius cauſa; vnde Imperator Theodoſius conſtituit Synodale Concilium Epheſi, ad quod Papa miſit Iulianum Epiſcopum, Renatum presbyterum, & Hilarum Diaconum, Leo *epiſt. ad Theodoſium.* & cum in illa Synodo 2. Epheſina, hæreſis Eutychis præſidium inueniſſet apud Dioſcorum Præſidem, & alios; Leo petiit à Theodoſio, vt alia indiceretur Synodus in Italia, maximè cùm conſtaret in illa Epheſina omnes vi coactos fuiſſe ſubſcribere in charta pura, quod voluiſſet Dioſcorus, proteſtantibus tamen Epiſcopis, & Flauiano appellante: Leo *epiſt. ad Theodoſium.* Leo tamen id non obtinuit, ſed mortuo breui Theodoſio, Martianus ſtatim ſcripſit ad Leonem, tanquam, ait, Principatum in Epiſcopatu diuinæ fidei poſſidentem; & Pulcheria Augusta: Tum Niceæ indicta eſt primùm Synodus à Marciano, ſed poſteà placuit de Nicæa Chalcedonem transferri, & habita eſt Chalcedone ſub die octaua Idus Octobris, indictione 4. anno Chriſti 451. Marciano atque Adelphio Conſulibus; ex decreto Imperatorum Valentiniani & Martiani, congregatis ibi Iudicibus ſeptem in Magna dignitate conſtitutis, & Senatoribus vndecim, & Epiſcopis Paſchaſino, & Lucentio, & Boniſacio presbytero, locum tenentibus Archiepiſcopi Romæ; & Anatolio Conſtantinopolitano, & Dioſcoro Alexandrino, & Maximo Antiocheno, & Iuuenale Hieroſolymitano: ex læua parte ſedentibus Legatis Papæ, & poſt eos Anatolio & Maximo; è dextra verò parte Dioſcoro & Iuuenale, antepoſitis in medio ſacroſanctis & venerabilibus Euangelijs; & primus loquutus eſt Paſchaſinus, & petiit vt egrederetur Dioſcorus, nec ſederet, audiendus poſteà. Ante omnia ergo acta Epheſinæ Synodi ſub Dioſcoro excuſſa, vt quod in ea Synodo non fuiſſet lecta epiſtola Leonis, nec ſuſcepta; quod ſcripſiſſet Imperator ne liceret

A aliud mouere negotium ex capitolis, antequam ea, quæ de fide ſunt catholica, effectui mancipatentur, quod non erat obſeruatum à Dioſcoro; quod Legati Papæ petiiſſent priùs legi epiſtolam Papæ; & illud dilatum ad quinque dies à Dioſcoro *act.* 2. *Synodi Epheſinæ*; quod cùm petiiſſet vt priùs acta relegerentur, Dioſcorus iuſſit, vt intrarent, qui libellos porrexerant, & cùm legi cœpiſſent acta Synodi Epheſinæ, & vidiſſent Legati Papæ in eo Flauianum 5. loco conſtitutum, & dictum eſſet, quare quintum poſuerunt, Paſchaſinus reſpondens dixit, ecce nos Deo volente Dominum Anatolium 1. habemus, hi quintum poſuerunt B. Flauianum. In hac Synodo er-
B go Dioſcorus, ter domo vocatus, & à multis accuſatus aliis per libellos, cùm hac inſcriptione Archiepiſcopo & Patriarchæ Magnæ Romæ Leoni, & ſanctæ vniuerſali Chalcedonenſi Synodo: tandem condemnatus eſt, & Legati Papæ, ſic contra eum protulerunt ſententiam: Sanctiſſimus & beatiſſimus Archiepiſcopus Magnæ & Senioris Romæ Leo, per nos, & per præſentem ſanctam Synodum, vnà cum beatiſſimo & cum omni laude digno B. Petro Apoſtolo, qui eſt Petra, nudauit eum tam Epiſcopatus dignitate, quàm etiam ab omni Sacerdotali alienauit miniſterio; & Anatolius idem pronuntiauit, & dixit quod Dioſcorus ſeipſum ab omni Sacer-
C dotali miniſterio oſtendit alienum. Damnatio miſſa Dioſcoro, & Alexandrinis, qui erant Chalcedone, & Imperatoribus: & cum damnato Dioſcoro cogerentur Ægyptij Epiſcopi fidem ſuam declarare, & ſubſcribere Leonis epiſtolæ; illi dixerunt ſe non habere Archiepiſcopum, expectandum donec alius eligatur; morem enim eſſe Ægypti, vt Epiſcopi ſine eo nihil poſſent definire; & Iudices dixerunt rationabile videri: ſed Paſchaſinus Legatus dixit, vt non exeant de Ciuitate, & maneant in eo habitu, aut iurent, aut dent fideiuſſores. Ea vero abſoluta fuit Kalendis Nouembris.

In hac Synodo multa definita ſunt; nam *Act.*
D 4. agitur de Photio & Euſtathio, quorum Euſtatius per pragmaticam obtinuerat ius Metropolitani; quapropter quæritur, an in eadem Prouincia vnus vel plures eſſent Metropolitani, & dicitur contra Euſtathium Iura Metropoli ſeruanda, non obſtante pragmatica: vnde factus eſt *can.* 12. & quæritur an abſens poſſit excommunicari. Et ibidem agitur de ordinatis Epiſcopis a Photio, & amotis ab Euſtathio, & presbyteris factis, vnde factus eſt *can.* 29. Actione 5. fidem Nicænæ Synodi & Conſtantinopolitanæ confirmarunt & expoſuerunt, & Virginem Deiparam appellarunt. Actione 6. venit ad Synodum
E Martianus, Latinè, poſt Græcè loquutus, coram quo prior definitio lecta eſt, & ille quædam capitula propoſuit ſancienda à Synodo, quæ poſita fuerunt inter canones; & ſunt *can* 3. 4. *&* 20. & dixit Synodo quædam ſunt capitula, quæ ad honorem veſtræ Reuerentiæ vobis ſeruauimus, decorum eſſe iudicantes, à vobis hæc regulariter potiùs formari τυπωθῆναι per Synodum, quàm à nobis, lege ſanciri νομοθετῆναι. Actione 7. actum de compoſitione facta inter Iuuenalem Hieroſolymitanum & Maximum Antiochenum, quæ non erat ſcripta: conuenerant autem vt Antiochenus haberet tres Phœnicias & Arabiam; & Hieroſolymitanus tres Paleſtinas pro bona Pace, ὑπὲρ ἀγαθῆς εἰρήνης, & hoc confirmatum eſt in Synodo.

Actione 8. Theodoretus receprus in communionem, & Sedi reſtirutus. Actione 9. & 10. actum de Ibs. Is ſtabat à partibos Antiocheni, & hæreticum putabat Cyrillum: ſed poſt adunatas Eccleſias, ſecutus Cyrillum contra Neſtorium, & is quoque reſtitutus Sedi; & ſtatutum de Nomio in eius locum poſito, vt formam det Maximus Antiochenus, qui ſtatuit eum manere Epiſcopum, donec in Synodo deliberet de eius ordinatione.

Item Actione 10. Maximus Antiochenus rogat omnes pro Domno qui fuit Antiochiæ Epiſcopus; & air, dignemini & ſtaruite ei rectos ſumptus de Eccleſia, quæ ſub me eſt.

Actione 12. cùm contenderent Bagianus & Stephanus de Sede Epheſina, iudicatum eſt neutrum illorum rectè ordinatum, alium ordinandum; retinere tamen eos dignitatem Epiſcopatus, & à ſancta Paſcendos Eccleſia.

Actione 11. diſputatur de ordinatione Epiſcopi Epheſini, an debeat ordinari à Conſtantinopolitano, & dicitur multos ordinatos à Ioanne Chryſoſtomo, quod negabant Epheſini: vnde factus eſt *can.* 28.

Actione 13. quæſtio fuit inter Nicænum & Nicomedienſem Epiſcopum, de Metropoli; & iudicatum eſt, vt Nicænus haberet tantum honorem Metropolitani, & ſubiaceret Nicomedienſi.

Hæc Synodus authore Leone facta eſt, vt ait Marcianus *epiſt. 1. ad Leonem, & epiſt.* 2. & per iuſſionem eius, vt dicunt Epiſcopi ſecundæ Mœſiæ. *epiſt. ad Leonem.* Fuit Oecumenica, vt dicitur paſſim in ipſa Synodo, & ab Euagrio *lib.* 2. *cap.* 4. In eo præſides fuerunt tres Legati Papæ, duo Epiſcopi, & vnus presbyter: & approbata fuit a Leone. In his quæ de fide contra Eutychem definita erant à Leo *epiſt.* 61. *ad Synodum Chalcedonenſem*: in eo verò quod *can.* 28 Primatus eſt tributus Conſtantinopolitano Epiſcopo poſt Romanum, non approbauit *d. epiſt.* 61. *& epiſt* 55. *ad Pulcheriam.* Synodus habita eſt, & eius actio prima Conſulatu Marciani, & eius, qui fuerit declaratus, ſub die 8. Idus Octobris, indict. 4. in Chalcedonenſi Ciuitate anno 451. Actio 16. & vltima fuit ipſis Kalendis Nouembris, non quinto Kalendas Nouembris, eſſet enim prior 11. 12. 13. 14. 15. nam vndecima fuit 3. Kalend. Nouemb. 12. & 13. 3. Kalendas Nouemb. & 14 & 15. ſub die, pridiè Kalend. Nouembris; & Actio fuit quando ad inſtantiam Legatorum Papæ Iudices & Epiſcopi iterùm venerunt in Concilium, vt audirent querelam eorum, dicentium canonem de Primatu Conſtantinopolitani Patriarchæ, ipſis abſentibus, eùm exiiſſent à Synodo, factum eſſe. Iam ergo perfecta erat Synodus: quare oportuit hanc actionem factam ipſis Kalendis Nouembris, Marciano & Adelphio Conſulibus; quo tempore mortuus erat Valentinianus qui obiit 7. Conſul cum Auieno, teſte Caſſiodoro; anno, vt Faſti Contij iudicant 450. & Martianus Aug. & Adelphius fuerunt Conſules anno ſequenti, qui eſt 451. ſecundum Contium: & malè Binius ait tum Valentinian fuiſſe 7. Coſſ. & Marcianũ. Marcianus enim non fuit niſi ſemel Conſul, idque poſt mortem Valentiniani. Illa vero die Kalend. Nouemb. editus non eſt ille Canon, ſed pridiè illius diei: nam Phaſchaſinus Legatus in hac *act.* 16. ait, heſterna die id factum, poſtquam omnes exiiſſent à Concilio: hoc eſt pridie Kalend. Nouembris, quo die verè exitum habuit Synodus, & Kalendis Nouembris petiit Paſchaſinus relegi quæ facta erant pridie illius diei: dixit hoc factum contra canonem Nicænum de Primatu Papæ, nunquam vſum Conſtantinopolitanum hoc iure, & coactos Epiſcopos ſubſcribere. Et Epiſcopi Græci dixerunt in canonibus Nicænis mentionem non fieri Primatus Papæ, & non ſubſcripſiſſe coactos: tum attulere Synodicam primi Concilij Conſtantinopolitani ſub Nectario; & ſecundum hunc canonem id de nouo definitum eſt *act.* 16. præſentibus Legatis, ſed contradicentibus.

Idcirco hæc Synodus dicitur edidiſſe canones viginti ſeptem *can.* 10. *diſt.* 16. *apud Gratianum.* Tres vero ſequentes dicuntur additi à Græcis. Et ſanè iam diximus quomodo *can.* 28. de Primato Conſtantinopolitani Patriarchæ factus fuerit.

Quod attinet ad 29. & 30. illi ſumpti ſunt ex actis concilij; Canon 29. ea *act.* 4. vbi actum de Euſtathio, qui Epiſcopos in presbyteros redigebat, quod in *eo canone* 29. prohibetur: Canon vero 30. ea *act.* 4. vbi poſt depoſitum Epiſcopum Ægyptij Epiſcopi dixerunt, ſe nihil poſſe definire ſine Archiepiſcopo ſuo.

Ex illis etiam viginti ſeptem canonibus tres à Marciano oblati ſunt confirmandi ab Epiſcopis Synodi, vt ipſemet dicit *act.* 6. quorum primus eſt *can.* 4. Synodi: ſecundus eſt *can.* 3. Synodi: & tertius eſt *can.* 20. Synodi. Martianus indicauit definitionem horum trium capitulorum pertinere potiùs ad Eccleſiam, quàm ad Principem: & ideo reliquit ei iudicandum de illis.

De Concilio Conſtantinopolitano II.

QVinta Synodus eſt, in qua epiſtola quæ Ibæ dicitur erroris plena, reprobatur, & Theodorus Perſonam Mediatoris Dei & hominum in duabus ſubſtantiis ſeparans, ad impietatis perfidiam cecidiſſe conuincitur, & ſcripta quoque Theodoreti, per quæ B. Cyrilli fides reprehenditur, auſu dementiæ prolata refutantur, *can.* 2. *diſt.* 15. idemque dicitur in *can.* 10. *diſt.* 16. *Diſt. XV. can* 2.
Quinta, inquit, in Conſtantinopoli contra Theodorum Mopſueſtenum & omnes hæreticos, qui Theodorus dicebat, aliud eſſe Dei Verbum, & aliud Chriſtum; & Sacram Virginem Mariam negabat Dei Genitricem fuiſſe: temporibus Iuſtiniani Principis, Vigilij Papæ Romani, Domni Antiocheni, Eutychij Conſtantinopolitani, qui quatuordecim capitula anathematiſando ſcripſerunt contra Theodori & ſociorum eius blaſphemias. De eadem ita loquitur Balſamo. Synodus quinta fuit ſub Iuſtiniano Imperatore primo, cùm centum & ſexaginta quinque ſancti Patres Conſtantinopolim conueniſſent: (malè Heruetus ἑξηκονταπέντε, vertit quinquaginta quinque cum ſit ſexaginta quinque, & ita rectè vertit Quintinus apud Zonaram) quæ Synodus confirmauit ea quæ a quarta Synodo decreta ſunt, & eos, qui aduerſus eam maledicè loquebantur & blaſphemabant, anathematiſauit, ſcilicet Origenem & impia eius decreta & ſcripta, Euagrium & Didymum, & quæ ab ipſis expoſita ſunt capita; & prætereà Mopſueſtiæ Theodorum, Neſtorij Magiſtrum, *Diſt. XVI. can.* 10.

& blaſphemam eius doctrinam, Anthymum & Petrum & Zonaram, & qui erant eiuſdem cum illo opinionis, & conſcripta à Theodoreto capita, & Ibæ epiſtolam, Canones autem non edidit.

Hiſtoria Synodi hæc eſt. Liberatus in breuiario *cap.* 23. refert, quod cum Pelagius Apocriſarios Papæ miſſus fuiſſet Antiochiam, vt cum alijs Gazam veniret, & Euphemium deponeret; & cum hoc feciſſet, eo redeunte Conſtantinopolim Monachi quidam ab Hieroſolymis, eo enim tranſiit Pelagius, venerunt ad eum, portantes excerpta capitula de libris Origenis, & volentes agere apud Imperatorem vt Origenes damnaretur: Pelagius cum Menna idem petiit apud Iuſtinianum, & iubente eo damnatus eſt Origenes, & damnatio ſubſcripta à Menna & Epiſcopis, qui Conſtantinopoli reperti ſunt; & miſſa Vigilio Romano, Zoilo Alexandrino, Euphemio Antiocheno, & Photio Hieroſolymitano, qui omnes ſubſcripſerunt *d. cap.* 23. Quod videns Theodorus Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus, quem diligebat Iuſtinianus, & ſciens illum odiſſe Acephalos, & ſcribere aduerſus eos in defenſionem Synodi Chalcedonenſis: vt eum auerteret & auocaret à damnatione Origeniſtarum; & ad alia conſilia traduceret, doloſè; Dixit ei vnà cum Auguſta vxore, facilè poſſe Acephalos ad communionem adduci, non ſuſcepto illo labore ſcribendi aduerſus eos, ſi tria capitula damnarentur, i. ſcripta Theodori, Theodoreti, & Ibæ: ſi quidem illi inde offenduntur, maximè quod in Synodo Chalcedonenſi iſti tres laudantur nec damnantur: & vt illum magis obſtrictum tenerent, nec poſſet ſe reuocare ab illa ſententia, ſuaſerunt illi, vt libellum in damnationem trium capitulorum ſcriberet, quod & fecit: Liberatus *cap.* 24. Iuſtinianus vero poſteà ſeparatim habere voluit ab Epiſcopis condemnationem illorum trium capitulorum; tùm etiam videns quoſdam poſt has ſingulares condemnationes Synodorum particularium, adhuc vindicare hæc tria capitula, vocauit omnes Epiſcopos ad Regiam Ciuitatem, vt ipſemet dicit, *epiſtolà ad Synodum*: & ita inſtigatus Theodori Cæſareæ Cappadociæ, & Origeniſtarum ſubreptionibus; Vigilium quoque Romanum Epiſcopum inuitauit, aut potiùs compulit venire Conſtantinopolim. *epiſt. Legatarij tomo* 1. *Conciliorum Galliæ*: & Chronic. *Victoris*: idque factum eſt poſt Conſulatum Baſilij V. C. anno 4. Victor *in Chronico*. Et venit Conſtantinopolim Vigilius anno illo 4. Victor *in Chronic.* Marius tamen Epiſcopus *in Chronico*, ait id contigiſſe anno 6. poſt Conſulatum Baſilij, ex ſententia Victoris, vel etiam anno 3. poſt eius Conſulatum, quod colligitur ex *epiſtola encyclica Vigilij* ſcripta Nonis Februarij anno 25. Iuſtiniani; & poſt Conſulatum Baſilij anno 10. ipſe enim *in ea epiſtola*, eodem anno pridiè Nonas Februarij, dixit Petro Referendario, ſe ante ſeptem annos de ſua Ciuitate eſſe egreſſum, vt veniret Conſtantinopolim. Ex quo colligitur Vigilium Conſtantinopolim veniſſe anno, vt diximus, 3. poſt Conſulatum Baſilij: à quo anno 3. vſque ad 10. poſt Conſulatum Baſilij, reperiuntur illi 7. anni ante quos dicit ſe veniſſe Conſtantinopolim, anno 10. poſt Conſulatum Baſilij, *in ſubſcriptione*: & ita venit Conſtantinopolim anno Iuſtiniani 18. a quo anno, ad annum 25. Iuſtiniani, reperiuntur illi anni ſeptem; & ſecundum hanc ſupputationem, quæ vera eſt, ſubuertitur Mariani & Sirmondi Computatio. Inde etiam colligitur epiſtolam Legatarij, quæ dicit ante ſex annos Vigilium veniſſe Conſtantinopolim ſcriptam eſſe anno Iuſtiniani 24. & anno 9. poſt Conſulatum Baſilij. Statim ergo vt venit Conſtantinopolim Vigilius, propoſitum eſt illi vt ſubſcriberet damnationi trium Capitulorum, quod ipſe facere recuſauit, dicens ſic iniuriam fieri Synodo Chalcedonenſi, *epiſtola Legatarij*. Vigilius tamen cum vrgeretur, ſub aliqua diſpenſatione cauſam ordinauit. *eadem epiſtola Legatarij* nimirum petiit 1. ab Imperatore, vt in Italia vel Sicilia conuocatis Africanis & aliis Latinæ linguæ Epiſcopis, concilio habito res tractaretur, & de quæſtione trium Capitulorum reſponſum daretur, quod Imperator non annuit. *Conſtitutum Vigilij in principio.* Secundò Vigilius conſenſit, vt oblatis ab ipſo nominibus Prouinciarum, vnde vocarentur Antiſtites iuſſu Imperatoris, ipſe eos vocaret, & Vigilius ſtaret huic diſpoſitioni. *Idem Conſtitutum Vigilij*: Et Iuſtinianus miſit in Africam & Illyricum; & de Illyrico nullus venire voluit, ſed de Africa venerunt. *epiſtola Legatarij*: venerunt tamen poſtea tres de Illyrico, Sabinianus, Projectus, & Paulus; qui tamen intereſſe noluerunt Synodo, quod non adeſſet eorum Archiepiſcopus Benenatus: *Synod. Conſtantinopolit. collat.* 2. *in fine.* Poſtea verò Imperator conſtituit, vt exæquato numero Epiſcoporum partium Vigilij, i. Latinorum, cum his qui in vrbe Conſtantinopolitana præſentes eſſent, iniretur tractatus; & hoc comprobarunt Latini. *idem conſtitutum.* Et cum ij feſtinarent rem impleri, & propter informandam Eccleſiam vniuerſalem, quæ inter ipſos gererentur, vellent omnia in ſcriptis deduci, continuò Imperator mutauit ſententiam; & poſt illud volumen, quod Vigilio ante multos Paſchæ dies per virum Magnificum Theodorum Decurionem Palatij deſtinauit Imperator, in quo ipſe interim, quid de tribus capitulis ſentiret, expoſuerat; Vigilij reſponſum dari petiit. *Idem conſtitutum.* Et ita neque exæquato numero reſidere ſuos, neque in ſcriptum redigere quæ tractarentur paſſus eſt. *idem conſtitutum.* Et denuò Imperator glorioſiſſimis Proceribus miſſis inſiſtens iuſſit de trium Capitulorum negotio quam celerrimè Vigilium proferre reſponſum. *Idem conſtitutum*: quod non potuit illis denegare, ſed propter infirmitatem petiit 20. dierum inducias. *Idem conſtitutum.* Porrò epiſtola Legatarij refert conſtitutum Vigilij factum fuiſſe, & datum Imperatori, antequam venirent Africani; & poſt eorum aduentum Vigilium rogaſſe Imperatorem, vt ei redderet conſtitutum, tanquam de nouo cauſa cum his qui venerant eſſet tractanda; & redditum ei fuiſſe. Quod non conuenit cum ipſo conſtituto, nec cum actis Concilij, Venerũt enim Epiſcopi Africani anno 10 poſt Conſulatum Baſilij, *Victor in Chronico* Interim verò, ab anno 4. poſt Conſulatum Baſilij, quo venit Vigilius Conſtantinopolim vſque ad annum duodecimum poſt Conſulatum Baſilij; quo Conſtantinopolitanum Concilium habitum eſt, multæ violentiæ in Vigilium, Datium Mediolanenſem, & Reparatum Carthaginenſem Conſtantinopoli actæ ſunt; & in Africa etiam iuſſu Iuſtiniani Nam Iuſtinianus anno 7. poſt Conſulatum Baſilij per diuerſas Prouincias, in Regni

ſui finibus conſtitutas, ſcripſit inſtantiſſimè vt omnes Epiſcopi compellerentur tria capitula damnare. *Chronic. Victoris.* Et Præfectus Africæ occaſiones inde captabat relegandi plures, *epiſt. Legatarii*: inde etiam Apollinarius Zoilo tria illa Capitula damnare nolenti, Epiſcopus Alexandriæ ſubrogatus. Victor anno 10. poſt Baſilij Conſulatum. Miſſi quoque ſunt multi in Prouincias Italiæ contra Vigilium, & alios, *epiſt. Legatariis*: miſſi ait, ſunt etiam aliqui in Prouincias Italiæ, vt ſi poſſent, mentiendo aliqua de nomine ipſorum i. Beatiſſimi Papæ & S. Epiſcopi Datij, odia eis in illis partibus faciant, & in locum eorum alios Epiſcopos, qui nouitatibus conſentiant, ſuadeant ordinari, in tantum vt & vnum Notarium ex ſeruis Papæ primarium ſimul ſollicitauerint, qui manum S. Papæ imitari dicitur; & quantum comperimus chartas aliquas de nomine ipſius falſas conſcribi fecerunt, & cum ipſis chartis Stephanum quendam, de us, quos ſollicitauerunt, ad Italiam cum Legatis Gothorum miſerunt, vt per falſitates & dolos, aliquorum animos contra B. Papam in illis partibus excitarent, *d. epiſt. Legatariis.* Et inde factum eſt vt multi crederent Vigilium damnaſſe tria capitula, ex qua cauſa Africani Antiſtites, deſenſores trium Capitulorum, Vigilium tanquam damnatorem illorum ſynodaliter à catholica communione, reſeruato ei pœnitentiæ loco, recluſerunt; & pro defenſione eorum reſcripſerunt Iuſtiniano per Olympium Magiſtrianum, Victor *in Chronico anno 9. poſt Baſilii Conſulatum*; quo anno nondum venerant Africani Epiſcopi Conſtantinopolim, quod ſanè accidit, quia Ruſticus & Stephanus Diaconi, qui priùs cum eo condemnabant tria capitula, poſtea etiam ante concilium Conſtantinopolitanum non ſolùm mutatâ ſententiâ ea defendebant vt ait Iuſtinianus *epiſt. ad Synodum*, ſed per Prouincias etiam ad Africanum ſcripſerant dicentes Vigilium tria capitula condemnando aliquod commiſiſſe, quod reperiatur aduerſum definitioni Sanctæ Synodi Chalcedonenſis, quæ definitionibus priorum trium Synodorum generalium concordat, vt refert ipſemet Vigilius *epiſt. ad Ruſticum & Sebaſtianum*: & Iuſtinianus *epiſtolâ ad Synodum*, his verbis, quod verò eiuſdem voluntatis ſemper fuit, Vigilius, de trium condemnatione Capitulorum, & per plurima alia declarauit, & per condemnationem Ruſtici & Sebaſtiani aliquando Diaconorum antiquioris Romæ, qui cùm primùm ſuſcepiſſent factum ab eo iudicatum, in quo anathematiſauit eadem impia capitula, poſteà ſuſceperunt & defenderunt eorum impietatem. Item corrupiſſe dicuntur pecunia Conſtantinopoli Anaſtaſium illum, quem Aurelianus Epiſcopus Arelatenſis ad Vigilium miſerat, vt promitteret ſe effecturum vt in Gallia damnarentur tria capitula; ad quem Aurelianum reſcripſit Vigilius anno 9. poſt Conſulatum Baſilij 3. Kalendas Maias, Iuſtiniani anno 24. & mandauit ei, quatenus modis omnibus conſideret, nihil à ſe admiſſum contra quatuor Synodos, aut Patrum dicta, *epiſtola Vigilii 7.* idque generaliter; nam non permiſſum fuit Vigilio ſcribere, quid in hac cauſa ageretur, ſed tantùm de aliis cauſis; *epiſtola Legatariis*. Conſtantinopoli vero Reparatus Carthaginenſis miſſus in exilium, *epiſt. Legatariis*: & alius Epiſcopus contra regulas in locum eius miſſus *ead. epiſtola*; quod accidit anno 11. poſt Conſulatum Baſilij. Victor *eodem anno in Chronico*, vbi addit Primoſum Diaconum, Apocriſiarum eius fuiſſe in eius locum ordinatum, damnatis ab eo tribus Capitulis. Verecundus etiam Nicenſis Epiſcopus in defenſione horum trium capitulorum perdurans, relictâ Conſtantinopoli, refugium Chalcedone fecit in diuerſorio glorioſæ matris Euphemiæ, vbi de hac vita migrauit ad Dominum, anno 11. poſt Baſilij Conſulatum. Victor *eodem anno*: & hoc eſt quod dicit epiſtola Legatarijs, duos Epiſcopos, Reparato miſſo in exilium, fugiſſe Chalcedonem; hoc videntes, inquit, alij duo, qui inter ipſos & ſanctitate vitæ & diuinarum Scripturarum ſcientia ſunt ornati, ad S. Euphemiam Chalcedonenſem fugerunt, & ibi vſque hodie ſub tanta neceſſitate iacent, vt cum infirmitate corporis laborantes, nec Medicum inuenire mereantur, pericula immenſa ſuſtineant. Sed Victor loquitur de vno tantùm, nempe de Verecundo, & ait mortuum eſſe: erant enim tres Reparatus, & alij duo, vnuſque tantùm ex illis duobus profectus eſt Chalcedonem; nimirum iam dictus Verecundus Nicenſis; alius vero nempe Firmus Concilij Numidiæ primas, donis principis corruptus damnationi eorundem Capitulorum aſſenſum præbuit, ſed ad propria remeans, in naui morte turpiſſima periit. Victor *in Chronico anno 11. poſt Conſulatum Baſilii.* Primaſius vero primùm quidem Aquimetenſi Monaſterio relegatus: ſed Boetio Primate Byzaceni concilij morte præuento, vt ei ſuccederet memoratæ damnationi protinùs aſſenſit, reuerſuſque ad ſua validiſſimis perſecutionibus impugnauit tria capitula, quæ priùs defendebat, fidelibuſque calumnias generando eorum ſubſtantias auferebat: ſed in quibus peccauit latere non potuit; nam poſteà à catholicis ſui concilij Antiſtitibus, pro ſuis præuaricationibus condemnatus infelici morte extinctus eſt. Victor *in Chronico, anno 11. poſt Conſulatum Baſilii.* Eodem anno Macarius Hieroſolymitanus Epiſcopus ejicitur; & eo ſuperſtite Euſtochius ordinatur. Victor *ibidem* Conſtantinopoli etiam rurſus cœperunt B. Vigilium compellere, vt ſi Afri atque Illyricani, vel Dalmatæ Epiſcopi nollent, ipſe cum Græcis Epiſcopis eadem Capitula condemnaret: ſed B. Vigilio nullatenus acquieſcente, Edicta ex nomine Imperiali tam in Eccleſia Conſtantinopolitana, quàm in diuerſis locis ſuſpendi fecerunt, per quæ eadem Capitula damnarentur: quo facto B. Papa omnes Epiſcopos monuit, dicens, quicumque Edictis iſtis conſenſum præbuerit, ſciat ſe ab Apoſtolicæ Sedis communione ſuſpenſum. Sed & S. Datius Mediolanenſis conteſtationem omnibus ſub magna vociferatione depoſuit, dicens, ego & pars omnium Sacerdotum inter quos Eccleſia mea conſtituta eſt, i. Galliæ, Burgundiæ, Spaniæ, Liguriæ, Æmiliæ, atque Venetiæ, conteſtor, quia quicumque in Edicta illa conſenſerit ſupra ſcriptarum Prouinciarum, Pontifices communicatores habere non poterit, quia conſtat apud me Edicta iſta ſanctam Synodum Chalcedonenſem, & fidem catholicam perturbare: de qua re accenſa eſt contra B. Papam, & contra Datium iracundia principalis; & tanta contra eos agere cœperunt, vt niſi ad Sanctorum Baſilicas confugiſſent, ad interitum vitæ perueniſſent: & tamen B. Papa Vigilius nec in Baſilica B. Petri

ſedes tutas habere meruit; *epiſtola legatarij*. Sed & encyclica Vigilij ad vniuerſam Eccleſiam idem narrat & tempus notat: ait enim hoc accidiſſe anno 9. poſt Baſilii conſulatum, cùm adhuc eſſet Vigilius in Placidiana domo, è qua fugit ad S. Petrum, & à S. Petro ad S. Euphemiam: nam poſteaquam, inquit, Edicta ſua piiſſimus princeps iuſſit appendi, omnibus Epiſcopis diuerſarum partium ſed & presbyteris atque diaconibus, nec non & Clericis Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, ad nos venientibus in Placidiana domo, antequam ad S. Petri confugiſſemus Baſilicam, facie ad faciem ita loquuti ſumus; Rogate Principem piiſſimum, vt Edicta ſua, quæ præcepit appendi, remouere dignetur; & conſtitutum commune debeat expectare, i. vt ſcandalizati Epiſcopi Latinæ linguæ aut ad Synodum veniant, aut certe remotâ omni violentiâ ſuas ſcripto declarent ſententias. Quod ſi forte preces veſtras audire noluerit, vos nulli rei præbeatis aſſenſum, quæ ad diuiſionem tendit Eccleſiæ; nec contra conſtitutum comminatione aliqua veniatis, quia ſi hoc forſitam, quod non credimus, feceritis, vos noueritis, vt præuaricatores, à B. Petri Apoſtoli Sede, per miniſterium vocis meæ, communione ſuſpenſos. Et quoniam bis actis, non ſolum ea quæ commiſſa fuerant, nullo modo ſunt correcta; ſed etiam ex aliis cauſis, die ipſo, in præiudicium Regularum Eccleſiaſticarum, vel iniuriam Sedis Apoſtolicæ, peiora præſumpta ſunt, nec vlteriua eos communionis noſtræ permiſimus eſſe participes, nec aſpectus eorum, poſt tot præuaricationes, noſtri oculi receperint. Et mox addit, *in eadem epiſtola encyclica*, ſe ſcripto eos poſtea excommunicaſſe die 19. Kal. Septembrium nuper prætteritarum, quod accidit anno 9. poſt conſulatum Baſilii, quia illa epiſtola ſubſcripta eſt anno 10. poſt conſulatum Baſilii nonis Februarij: quare prædictus dies 19. Kalend. Septembrium fuit neceſſariò menſis Septembris anni 9. poſt conſulatum Baſilii. Item dicit *in ead. encyclica*, ſe tunc depoſuiſſe eadem ſententiâ Theodorum Ceſareæ Cappadociæ Epiſcopum, alios vero tantùm à communione ſuſpendiſſe; damnationis tamen paginam non publicaſſe, ſed chartam excommunicationis atque damnationis cuidam Chriſtianæ perſonæ tradidiſſe conſeruandam, vt publice proponeretur, cùm neceſſe erit, quod factum *in eadem epiſtola* conuincitur, anno 9. poſt conſulatum Baſilii. Quarè falſa eſt ſubſcriptio fragmenti damnationis Theodori Epiſcopi Ceſareæ Cappadociæ *apud Binium*, quæ habet Iuſtiniani anno 25. Baſilii poſt conſulatum anno 11. vbi duplex eſt error, primus quia, vt dictum eſt, hoc contigit anno 9. poſt conſulatum Baſilii, & malè aſſignaretur annus 15. Iuſtiniani, cum is eſſet 24. reponendum ergo eſt in fragmento illo, anno Iuſtiniani 22. poſt conſulatum Baſilii 9. die 19. Kal. Septemb. dies enim rectè poſitus eſt. Idemque Vigilius, cùm eſſet in Euphemiæ Baſilica, & ad eum Imperator miſiſſet Beliſarium, Cethegum, Marcellinum, & alios, 5. Kalend. Februarii, hæc omnia retulit ei Vigilius, & dixit, vt Imperator ſe abſtineret ab eorum communione, & narrauit etiam quomodo ſe ad Euphemiæ Baſilicam contuliſſet, *epiſtola encyclica*. Nunc, ait, omnibus hominibus hoc quoque curauimus indicandum, quomodo nos ad S. Euphemiæ Baſilicam ſub magno timore, atque anxietate diſceſſimus; nam cùm ad B. Petri Baſilicam in Ormiſda fundatam, Auguſto menſe, dicto anno 9. poſt conſulatum Baſilij, nuper præterito fugiſſemus, nullum latere confidimus, quia cùm in Eccleſia à Comitatu prætoris cum multitudine armatorum militum veniente tanquam ad bellum inſtructâ acie, à ſancto eius altare tracti, pedibus traheremur, tenuimus, & ſuper nos etiam ipſa altaris menſa cecideret, niſi Clericorum noſtrorum fuiſſet manibus ſuſtentata: poſteà verò dùm nobis dicitur, quod exinde niſi ſacramenta voluiſſemus accipere, ſub omni violentia traheremur, & memorati Iudices à piiſſimo Imperatore directi, voluiſſent nobis Sacramenta præſtare, indiculum dedimus, per quod dari perſonæ noſtræ ſcripto petiuimus iuſiurandum quod Clementiſſimus Princeps, non quale nos voluimus præberi conceſſit, ſed quale ipſi placuit per Iudices ſuos dandum eſſe dictauit: Et dum ſæpe dicti Iudices, poſito indiculo ſuper altare & cataractam B. Petri Apoſtoli, & ſuper crucem, quæ de ligno Paſſionis Domini habet incluſum, ſed & ſuper claues B. Petri Apoſtoli præſtiuiſſent corporale iuſiurandum ad Placidianas tanquam nihil vlterius patientes ſecundum piiſſimi principis rediuimus voluntatem, *epiſt. encyclica*. Rediit ergo rurſus Vigilius ad Placidianas; vbi cùm eſſet, multa adhuc mala paſſus eſt, vt ſtatim addit *in dicta epiſt. encyclica*, de qua re ſæpe monuit prædictos Iudices, ſæpe ſcripſit ad eos, vt Sacramenta conſeruarent, & Imperatori ſuggererent: dumque nihil profeciſſet, ante biduum Natalis Domini, ſcilicet prædicto anno 9. poſt conſulatum Baſilii, noctu diffugit ad Baſilicam S. Euphemiæ Chalcedonem, & eum 5. Kalend. Februarii anno 10. poſt Conſulatum Baſilii, vt colligitur ex ſubſcriptione, Imperator miſiſſet ad eum Beliſarium, Cethegum, Petrum, Iuſtinum & Marcellinum vt Sacramenta perciperet, & de S. Euphemiæ Eccleſia ad Ciuitatem remearet, dixit ſe non egere Sacramentis illis, ſed optare pacem Eccleſiæ, tùm narrauit eis omnia quæ dicta ſunt: & cùm rurſus pridiè Nonas Februarii anno eodem miſiſſet Petrum, idem fere dixit quæ omnia habentur *in ſdicta encyclica*.

Synodus, vt antè diximus *ex Balsamone*, habita fuit propter errores Origenis, Euagrii, & Didymi; & propter tria Capitula. Quid verò fuerint illa tria Capitula, multis verbis oſtendit Iuſtinianus *epiſt. ad Synod. collat. 1.* & paucioribus oſtenditur collat. 3. *in fine*. De diſceptatione autem trium Capitulorum, hoc eſt de Theodoro Mopſueſteno, & de epiſtola, quæ dicitur Ibæ ad Marim Perſam ſcripta, & de conſcriptis Theodoreti quæ contra rectam fidem & ſanctæ memoriæ Cyrillum, & contra eius 12. capitula expoſita ſunt, pro quibus & interrogauit nos piiſſimus & tranquilliſſimus Imperator, quoniam ſpeciali indigent conuentu, alio die Deo iuuante conueniamus.

Dubitari autem poteſt, an ſimul actum ſit de Origenis erroribus in hac Synodo, & ſimul de tribus capitulis, an ſeparatim de tribus capitulis. Nam in octo collationibus huius Synodi nulla mentio Origenis, nec in epiſtola

Iuſtiniani ad Synodum: & Liberatus *in breuiario* hæc videtur ſeparare: nec in *can.* 2. *diſt.* 15. aut *can.* 10. *diſt.* 16. in quibus agitur de hac Synodo, fit mentio, niſi illorum trium capitulorum. Verùm in Synodo 7. generali *act.* 1. hæc duo tractata dicuntur. Itaque, inquit, cùm ſancta vniuerſalis Quinta Synodus Conſtantinopoli eſſet congregata, communi & generali anathemate reiecti ſunt Origenes, & Theodorus Epiſcopus Mopſueſtiæ, &c. Et Euagrius *lib.* 41. *cap.* 37. & Zonaras, & Balſamo ſcripſerunt hac Synodo Origenem damnatum, tùm Theodorum & Theodoretum, &c. Et Cedrenus *in compendio hiſtoriarum*, aſſerit eodem concilio de vtraque re actum eſſe, & duas literas diſtinctas miſſas à Iuſtiniano ad Synodum, quarum vna tota eſſet de Origene, alia de Theodoro Mopſueſteno, Theodoreto, & Iba; quas literas refert idem Cedrenus anno Iuſtiniani 25. & ad vtramque reſponſionem Synodi ſeparatam. Zonaras etiam *tomo* 3. *Annal. cap. de Imperio Iuſtiniani*, ait concilii huius indicti cauſam fuiſſe Origenem & Sectatores eius; & deinde addit eos eorumque dogmata anathemate notata; Et Edictum Iuſtiniani de fide, vtriuſque erroris condemnationem continet, illudque Edictum non temporibus Ioannis, vt putauit Contius, ſed Vigilii, factum eſt. Idem profitetur Sophronius *epiſt. Synodica ad Sergium Conſtantinopolitanum*: etiam Quintam, inquit, præter iſtas, & poſt iſtas, Synodum vniuerſaliter conſtitutam ſuſcipio, quæ in confirmationem quidem nominatiſſimi Chalcedonenſis concilii congregata eſt, perimit autem & in interitum projicit ... principaliter quidem Origenem inſanum, & omnes eius pompoſas ſomnolentias, & plena impietatis commenta: Euagrii quoque cum eo, & Didymi dogmata omnia pagana, atque prodigioſa & fabuloſa deliramenta; poſt quos & Mopſueſtenum euellit Theodorum, &c. Et probabile eſt acta Concilii quæ reſpiciebant Originiſtas, fuiſſe ſuppreſſa à Theodoro Cappadociæ Origeniſta, qui omnia poterat apud Principem.

Synodus ergo cœpit haberi anno 27. Iuſtiniani poſt conſulatum Baſilii anno 12. die 4. Nonas Maias, indictione 1. anno Domini 553. & in ea fuerunt 8. collationes, & intra vnum menſem confecta eſt: nam 8. collatio habita 4. Nonas Iunias. In ea fuere 165. Epiſcopi. Zonaras *in vita Iuſtiniani*, & Nicephorus; & ipſæ Synodi inſcriptiones.

Vigilius noluit intereſſe huic Concilio, ſed conſtitutum edidit primus, quod damnauit doctrinam trium Capitulorum, & oſtendit eorum doctrinam eſſe alienam à quatuor Conciliis generalibus, etiam à doctrina Chalcedonenſi, & olim à Patribus damnatam, & ita impium vocat Theodorum, percurrens vniuſcuiuſque capituli quæſtionem, & reſpondens vnicuique vſque ad ſexaginta capitula, per Benignum Epiſcopum ad ſe tranſmiſſa ſub nomine Theodori Mopſueſteni; tum verò addit eius doctrinam in Synodis, aut à Patribus quidem rejectam, ſed viri mentionem diſpenſatim non eſſe factam, neque eum anathemati ſubditum, quod probat ex Cyrillo *epiſt. ad Ioannem Antiochenum*, ipſamque Synodum Epheſinam nihil de perſona Theodori referre: parcitum ei quoque à Proclo, & à Synodo Chalcedonenſi: vnde cùm mortuus ſit, non debere ipſum nec mortuos damnari, & multis exemplis confirmat. Proponit tamen quinque ſententias contra doctrinam Theodori Mopſueſteni cum anathemate; & hæc quæſtio maximè agitata in Synodo, an mortui poſſent excommunicari, & Vigilius quidem ſentiebat ad id non eſſe neceſſariam Synodum, nec mortuos damnandos, qui viui damnati non ſunt; ſed eorum doctrinam tantum: Hac Synodo tamen definitum eſt mortuos poſſe excommunicari, & multis exemplis probatum; & tria illa Capitula damnata, quaſi ea damnaſſet Vigilius; cauſam vero Theodoreti, & Ibæ ſeparat Vigilius à cauſa Theodori; & Pelagius etiam ſucceſſor Vigilii, qui licet approbauerit hanc Synodum *epiſt.* 14. *encyclica ad vniuerſum populum Dei*, ait ſe Theodoretum, & Ibam inter Orthodoxos venerari.

Porro, quia diu permanſit in ſententia ſua Vigilius non conſentiens damnationi trium Capitulorum; inde factum eſt, vt multi cum eo ſentientes manſerint diu in ea ſententia in Italia, Africa, Gallia, & aliis locis; & vt non admiſerint etiam Synodum 5. Vnde diximus ſupra in Africa damnatum fuiſſe Vigilium, tanquam præuaricatorem. Et Pelagius eius ſucceſſor ab aliis valdè vexatus fuit, vt apparet ex eius *epiſt.* 13. *ad Epiſcopos Tuſciæ*, quà ipſos propter ſchiſma reprehendit: & *epiſtolis* 4. *ad Narſetem*, quem monet vt Schiſmaticos coërceat; & maximè Aquileienſem, & Mediolanenſem Epiſcopum, & *epiſt. ad Eliam Aquileienſem & alios Iſtriæ Epiſcopos* ſchiſmaticos, qui damnationi trium Capitulorum non conſentiebant; quibus copioſiſſimè reſpondet. Et cùm illi vrgerent quod in cauſæ principio Sedes Apoſtolica per Vigilium Papam, & omnes Latinarum Prouinciarum Principes, damnationi trium capitulorum reſtitiſſent, Pelagius reſpondet hoc factum ignoratione Latinorum, qui neſciebant quæ mens eſſet Græcorum; ex qua contradictione factum eſt, vt veritas magis cognoſceretur; idque eis objici non debere, ſicut nec objicitur Petro quod diu reſtitit ne Gentes ſiue Circumciſione reciperentur, vt refert Paulus *ad Galatas* 2. qui tamen ab eodem Paulo monitus *Act.* 15. noluit poſtea imponi hoc iugum Gentibus: ſic feciſſe Vigilium, mutaſſe ſententiam edoctum, & ſicut nemo debuit dicere Petro tunc, hæc quæ dicis, audire non poſſumus, aliud antè prædicaſti; ſic nec Vigilio. Si igitur in trium Capitulorum negotio, aliud cùm veritas quæreretur, aliud autem inuentâ veritate dictum eſt, cur mutatio ſententiæ huic Sedi in crimine objicitur? non enim mutatio ſententiæ, ſed inconſtantia ſenſus in culpa eſt. Ad id etiam quod dicebant, mortuum non eſſe damnandum idem Pelagius oſtendit plures damnatos, poſt mortem. Quod etiam dicerent in Quatuor Synodis nihil eſſe mutandum dicente Leone *epiſt.* 78. *ad Leonem Imperatorem*. de rebus apud Nicæam, & apud Chalcedonem definitis, nullum audemus inire tractatum, tanquam dubia vel infirma ſint, quæ tanta per Spiritum ſanctum fixit authoritas; Pelagius reſpondet, & diſtinguit, quædam in Synodis ſpectare ad fidei cauſas, & hæc mutari

non poſſe alia pertinete ad cauſas, de quibus communitet fiunt canones; & hæc recipere mutationem, quarè cùm ea, qoæ de Theodoto, Theodoreto, & Iba dicta ſuot in Syodo Chalcedooenſi non pertioeant ad fidei definitionem, illa poſſunt rettactari: vt probat Pelagius ex Leone ipſo *ep. 53. ad Anatolium*, quidquid enim præter ſpeciales cauſas Syoodalium conciliorum, ad examen Epiſcopale defertur; poteſt aliqoam dijudicandi habere rationem; vnde Pelagius colligit, apertè, inquit, nobis licentia tribuitur, vt quicquid illic, extra fidei cauſas, de perſonis geſtum eſt, tractetur: ſpecialiter quippe Synodalium conciliorum cauſa eſt fides: quidquid ergo præter fidem agitur, Leone docente, oou obſtat, quio ad iudicium reuocetur, vt verò oſteodat actionem de his Perſonis non pertioere ad fidem, ait actione 6. Synodi Chalcedonenſis finiri omnia quæ pertinent ad fidem, & poſteà ſequi alias cauſas, vel canooea. Omnes, ait, namque nouimus, quod in Synodo, nuoqoam canones, niſi peractis definitionibus fidei, niſi perfectis Synodalibus geſtis habeantor; vt ſeruato ordioe, cùm prius Synodus ad fidem corda ædificet, tum per Regulas canonum, mores Eccleſia actuſque componat. Ergo reſpicite quæ in 6. Synodo action. 5. fidei profeſſio conſumatur, moxque in 7. ad inſtitutionem fidelium Regula caoonum figitur, vlterioribus verò actiunibus nihil de cauſa fidei, ſed ſola negotia priuata verſantur. Et inſuper dieit actionem 7. pertinere ad 6. quia in ea nec dies nec Imperium ponitur, nec Epiſcopi reſidentes: & deinde io 6. actione etiam Imperator primus aliqua capitula propoſuit Synodo, quæ ad canones pertinent; & ita ab eo canonum forma prælibatur, Idque coofirmat ex eo quod aliqui Epiſcopi, qui interſuetaot concilio Chalcedonenſi, attulerunt ad ſuam Eccleſiam, quæ defioita erant de fide tantùm in prioribus ſex act onibus; Quia verò inquit, & apud eoſdem Epiſcopos qui Chalcedone reſedetant, in veneratione Synodus nonniſi vſque ad fidei definitionem fuit. Per hoc apertè oſtenditur, quod pletique Græci antiquiores Codices continere Syoodum, nonoiſi in ſex actionibus ſubjunctis canonibus, demonſtrantur, vt omoino cætera, quæ priuato ſtudio fuerint, nota noo habeant; vnde & encyclica hæc ita [illegible] teſtantur: nam Leoni Auguſto Alypius Epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ, ſcribens ait, his itaque ſic ſe habentibus veſtræ pietati ſignifico, quia ea quidem quæ ſunt particulariter examinata, & quæ geſta à ſanctis Epiſcopis in Chalcedonenſi Ciuitate collectis oon legi, neque enim à Sanctæ memoriæ Talaſio tunc Epiſcopo, qui interfuit ſancto concilio, aliquid hic ampliùs eſt allatum ex his quæ geſta noſcuntur; ſed tantummodo definitionem expoſitam ab illo S. concilio, ab eodem delatam ioſpexi. Et non ſolùm Pelagius, ſed etiam Gregorius Magnus hanc Synodum apprubauit *lib. 1. epiſt. 24. ad Ioannem Epiſcopum Conſtantinopolitanum.*, Idemque, cùm Epiſcopi Hiberoiæ etiam dubitarēt de damnatione trium Capitulorum; & ad eum queſti forent, quod eſſeot io perſecutione propter illa tria Capitula, mandat eis cauſam, trium capitulorum non pertioere ad fidem, miſitque eis hanc epiſtolam Pelagij.

In alijs quoque regionibus, ex anticipata illa prima opinione Vigilii detrectantis conſentire condemnationi trium capitulorum multi dura paſſi ſunt, nec cum Vigilio reuocare ſuam ſententiam voluerunt: nam eodem anno 11. poſt conſulatum Baſilii, quo edita eſt Synodus quinta, Ruſticus Romanæ Eccleſiæ Diaconus, & Fœlix Gilleoſis Monaſterij prooinciæ Africanæ Hegumenus, contradicentes ſcripto, Thebaida io exilium, cum ſociis miſſi. Victor *eod. anno, & anno ſequenti 13. poſt conſulatum Baſilii.* Frontinus Epiſcopus Solonenſis ad vrbem Regiam euocatus, pro defenſione trium Capitulorum Antinoënſi primæ Thebaidos ciuitati exilio deputatus eſt. & pro eo ab hæreticis Petrus Salonenſi Eccleſiæ ordinatus. Victor *eodem anno.* Multi tamen Epiſcopi in Africa communicare cœperunt cum Primoſo Carthaginenſi, qui tria Capitula damnauerat, idque tam in Proconſulari Prouincia, quam io Numidia. Victor *eod. anno 13. poſt conſulatum Baſilii.* Alii tameo, qui id detrectabant, in carcerem miſſi, inter quos Victor Tununenſis acerrimus defenſor trium Capitulorum. Idem Victor, *anno 14. poſt conſulatum Baſilii.*

Mortuus porro eſt Vigilius anno 16. poſt conſulatum Baſilij. Victor *in Chronico*: & Pelagius Romanus Archidiaconus, trium capitulorum initio defenſor, Iuſtiniani ſuaſione de exilio redijt, & condemnauit ea, quæ prius defendebat, factus ideò Epiſcopus Romanus, qui præfuit ann. 5. Victor *ibid.* qui fuit annus Iuſtiniaoi 32. Vnde corrigendus eſt Victor, cùm dixit anno 37. imperij Iuſtiniani factum fuiſſe Pelagium Epiſcopum Romaonm, & præfuiſſe annis vndecim, vtrumque enim falſum eſt.

De Conſtantinopolitano 3. Concilio.

SExta Synodus, vt ait *can.* 10. *diſt.* 16. in Conſtantinopoli centum quinquaginta patrum, anno Domini 692. contra Macarium Antiochenum Epiſcopum, & ſocios eius, qui vnam voluntatem, & operationem in Christo falſâ ſuſpicione aſſerebant, temporibus Conſtantini Principis, Agathonis Papæ Romani, Georgii Conſtantioopolitani; qui cōdemnatâ hæreſi præfatâ, anathematizando ſcripſerunt nouem Capitula inferiùs annexa. Et Balſamo: Sexta Synodus fuit in hac vrbe Imperiali, imperante Cooſtantino Pogonato, Heraclii nepote, cum 171. ſacti diuioi Patres conueniſſent aduerſus Theodorum, qui in Pharan Epiſcopatum geſſerat, Honorium qui Romæ, Cyrum qui Alexandriæ, Sergium, Pyrrhum, Petrum, & Paulum, qui Cooſtantinopolitanæ Eccleſiæ præfuerant, & Macarium Antiochenum, & Stephanum eius diſcipulum, & Polycrooium delirum ſenem, qui auſi fuerant dogma introducere; Domioum noſtrum Ieſum Christum vnam voluotatem, & vnam operationem habere, poſtquam incarnatus eſt; qi os cum illis, qui eis conſentiebant, ex Eccleſia amputauit, & anathematizauit ſancta Syoduſ, duas naturales voluntates & operationes habere poſt Incarnationem ſtatueoa Domioum noſtrum Ieſum Christum; nou in diuiſione Perſonarum, ſed quod nulla oatura, ex duabus naturis, quæ ſunt in Christo, eſt ſine voluntate vel operatione; ne vtriuſque naturæ ſu-

blatis proprietatibus, operatione dico & voluntate, duæ quoque naturæ quarum ſunt proprietates, vnà auferri videantur. Sed hæc quoque Synodus Canones non edidit: & paulu poſt; de ea Synodo quæ dicitur Sexta, cùm ſecundus Iuſtinianus, is ſcilicet, qui ab amputato naſo ῥινότμητος dictus eſt, regnaret, qui quidem erat Pogonati Conſtantini filius, conuenerunt Epiſcopi 227. iuſſu dicti Imperatoris, & ad conſtitutionem Eccleſiaſticam Canones ediderant.

Hiſtoria Synodi hæc eſt. Cum temporibus Conſtantini Pogonati Imperatoris, aliqui Conſtantinopolitani Patriarchæ Sergius, Pyrrhus, Petrus, & Paulus antè credidiſſent in Chriſtu poſt incarnationem, eſſe vnam voluntatem & operationem; & poſtea, temporibus hujus concilij Macarius Antiochenus Patriarcha hanc ſententiam tueretur, & videret Imperator Romanum Pontificem nolle illis ampliùs communicare, & Synodicas eorum reſpuere, & Macariom Antiochenum & Theodorum Conſtantinopolitanum multam inſtantiam feciſſe, vt Vitalianus Papa de diptychis ejiceretur, aſſerentes Honorium in his memorati, & hoc ſufficere ad honorem Apoſtolicæ Sedis, quod etiam factum eſt, licet Conſtantinus in ſacra ſua ad Donum, dicat ſe id non permiſiſſe. Conſtantinus ergò ſcripſit ad Donum Papam, vt aliquos mitteret vice ſuâ Conſtantinopolim, qui intereſſent Concilio, *ſacra Epiſtola ad Donum*; quam ſacram Dono mortuo recepit Agatho Papa. Agatho ergo ſtatim de ea re Romæ Concilium habuit, tum miſit Legatos nomine ſuo tres, Theodorum, & Georgium presbyteros, & Ioannem Diaconum; nomine vero concilii Romani tres Epiſcopos Ioannem, Abundantium, & alium Ioannem, vt *eſt in alia ſacra Conſtant. ad Georgium Patriarcham Conſtantinopol.* Voluit etiam Conſtantinus de quatuor monaſterijs Conſtantinopolitanis de vnoquoque quatuor Monachos intereſſe, & duodecim Metropolitas & Epiſcopus, vt eſt *in ſacra ad Donum*.

Synodus ergo habita eſt Conſtantini anno 27. & poſt conſulatum eius anno 13. & Heraclij atque Tiberii fratrum anno 22. die 7. menſis Nouembris, Indictione 9. Præſidente eodem Conſtantino in Secretario ſacri Palatij, quod dicitur Trullus, & præſidentibus & audientibus Niceta, Theodoro, & alijs Patricijs; conueniente quoque ſanctâ & vniuerſali Synodo i. Theodoro, & Georgio Presbyteris, & Ioanne Diacono, vicem agentibus Agathonis, & Georgio Conſtantinopolitano & Petro presbytero, & Monacho locum tenente Alexandriæ & Macario Antiochiæ, & Georgio presbytero & Monacho Vicario Hieroſolymitani, & Ioanne Epiſcopo Portuenſi & Abundantio Epiſcopo Paternenſi, & Ioanne Epiſcopo Regitano locum præſentantibus centum & viginti quinque Epiſcoporum concilii antiquæ Romæ; & Theodoro presbytero & locum tenente Theodori Archiepiſcopi Rauennæ, & Baſilio Epiſcopo Gortynæ inſulæ Cretæ, & Theodoro Epiſcopo Epheſi, &c. Et poſt omnes Epiſcopos ponuntur Abbates quidam, & Monachi reſidentibus Patriarchis ex latere Imperatoris, & ex latere ſiniſtro Vicarius Papæ & alijs Epiſcopis ab eo miſſis, tum Vicario Hieroſolymitani; à latere verò dextro reſidentibus Georgio Conſtantinopolitano, & Macario Antiocheno, & Vicario Alexandrini. Et primi loquuti

A ſunt Topoterytæ Papæ, & dixerunt Conſtantino ſe à Papa miſſos ad veſtigia eius, quoniam ante hos 47. plus minùs annos, quaſdam nouitates vocum, contrarias fidei introduxerunt præſules Conſtantinopolitani, Sergius, Paulus, Pyrrhus, & Petrus, nec non Cyrus Alexandrinus, & Theodorus Epiſcopus Pharan, & alij: & cùm Conſtantinus reſpondiſſet & dixiſſet, vt Georgius Conſtantinopolitanus, & Macarius Antiochenus audientes quod dixerant Legati Papæ, quæ eis viſa eſſent proſequerentur; Macarius tunc reſpondit pro Georgio Conſtantinopolitano, & pro ſe: nouitates vocum non edidimus, ſed quod à Synodis, &
B Patribus probabilibus Sergio, Paulo, Pyrrho, Petro, & Honorio Papa didicimus, docemus, vnam eſſe voluntatem in Chriſtu; & probabimus, ſi iubeat Imperator acta Synodorum proferri. Et actione 1. propoſitis in medio ſanctis Euangeliis, aliquid lectum eſt; ſed actione 3. producti ſunt codices falſati à Macario, in quorum vno tres quaterniones in principio libri additi erant, non habentes ſubnotationem numeri qui ſolet affigi, tum diſſimiles erant literæ, & id quod erat additum, fuit ſermo Mennæ Archiepiſcopi Conſtantinopolitani ad Vigilium Papam, & id falſum erat, quia Vigilius mor-
C tuus erat tempore Concilij Conſtantinopolitani quinti; quomodo in 7. actione reperti ſunt duo libri quaſi ex nomine Vigilii, vnus ad Iuſtinianum, alter ad Theodoram Auguſtam, qui additi quoque fuerant. Et Legati Papæ protulerunt epiſtulam Agathonis ad Imperatorem, & aliam epiſtolam Romanæ Synodi; in quibus continebantur authoritates Synodorum & Patrum, quibus oſtendebatur duas in Chriſtu voluntates. Actione 4 & 5. iuſſus eſt Macarius ſecundum ſuam promiſſionem, dare teſtimonia Patrum, quibus probaretur duas eſſe voluntates in Chriſto; & actione 5. obtulit duos codices; & actione ſexta, alium codicem, qui ſigillati ſunt iuſſu Im-
D peratoris: & Legati quoque Papæ vnà cum epiſtolis Agathonis & Synodi, ſua teſtimonia tradiderunt Actione 7. & doctrina in illis contenta ab omnibus approbata eſt actione 8. & nomen Vitaliani etiam in diptycha relatum iuſſu Imperatoris. Iuſſus quoque eſt eadem actione 8. Macarius Antiochenus oſtendere quomodo crederet vnam eſſe voluntatem in Chriſto, qui dixit ſe non aſſerere duas voluntates, aut duas operationes, ſed ἓν θέλημα καὶ θεανδρικὴν ἐνέργειαν, i. vnam voluntatem, & Dei-virilem operationem; & Iuſſus eſt de ſua Sede ſurgere vt reſponderet; confeſſio fidei à Macario edita, lecta eſt; & noluit admittere duas voluntates: & lectis eius
E codicibus omnia teſtimonia Patrum reperta ſunt circumciſa, & detruncata; qui conuictus, confeſſus eſt ſe hoc feciſſe ſecundum intentionem ſuam: Et ſancta Synodus exclamauit, hæreticum ſeipſum demonſtrauit, nouo Dioſcoro anathema, huiuſmodi deponatur, nouo Apollinario malos annos, meritò ab Epiſcopatu alienetur, nudetur circumpoſito ei pallio; & denudatus eſt, &c. Eius quoque Diſcipulus Georgius ſotas miſſus actione 9. Actione verò 10. collata ſunt teſtimonia data à Legatis Papæ cum codicibus authenticis, & nihil eſt inuentum in his diſſimile illis. Actione 11. ad comprobandam fidem duarum voluntatum, lecta eſt Sophronij Hieroſolymitani Epiſcopi Synodica ad

Sergium

A Sergium Archiepiſcopum Conſtantinopolitanum, in qua Synodos quinque generales recipit, hæreticis variis, quos ibi nominat, dicit anathema, & catathema. Lecta quoque ſūt opuſcula quædā, quæ Macarius dederat Imperatori, & erant in cartophylacio, & viſa ſunt ſimilia aliorum hæreticorum opinionibus. Imperator quoque miſit ad Synodum chartas plures oblatas à Macario, quæ iam lectæ erant, vt ſermo Menæ ad Vigilium, & alii duo libelli Synodi quintæ actione 7. Item epiſtola Sergii Conſtantinopolitani ad Honorium, & hæc tunc lecta eſt. Sergius ſcribebat ad Honorium, Cyrum Alexandrinum multos hæreticos Eutychetis, Dioſcori, Seueri & Iuliani ſectatores ad Eccleſiam in ciuitate Alexandrina B adduxiſſe, & cum eis corruptam totam Ægyptum, Thebaïdem, Libyam, conſentiendo cum eis in vnam Chriſti operationem, ſed Sophronium Hieroſolymitanum diſſenſiſſe. Cyrum cenſuiſſe aliquid concedendum hæreticis pro bono pacis: deinde aliquos patres ita videri ſentire: Sophronium id pernegaſſe: & cùm hi duo Patriarchæ ita valde diſſentirent, ipſe Sergius dicit hac epiſtola ad Honorium, ſe ad Cyrum ſcripſiſſe, vt non permitteret dici vnam aut duas Diuinæ naturæ & humanæ Chriſti operationes, ſed vnum Chriſtum operari: operationis variæ vocem eſſe peregrinam, & multos ſcandalizare: Item qui dicunt duas eſſe operationes, tenentur fateri eas poſſe eſſe contrarias, voluntate humana obſtante C Diuinæ. Denique Sergius ſignificauit Honorio, Cyrum promiſiſſe id facere quod ſuadebat Sergius, dum Sophronius idem faceret. Et actione 12. Honorius exiſtimans Sergium non eſſe Monothelitam, ſed diſſidia tantùm voluiſſe ad tempus componere inter Cyrum & Sophronium, adhæſit nimiùm verbis Sergii, & ad nutum eius ſe accommodauit; confirmans factam ab illo compoſitionem: & ſcripſit ad eum, vt ſileretur vna vel plures operationes; cùm non ſit in Euangelio, nec in Synodis: non eſſe tamen hoc ſenſu duas operationes quod humana contraria ſit diuinæ, ſed vnam, quod vtraque ſit conformis. Reſcripſit etiam aliam epiſtolam Honorius, quæ extat actione 14. in qua D idem ad Sophronium ſcripſit, vt abſtineret his vocibus, vt Cyrus; & dixit vnum Chriſtum in vtriſque naturis operari. His de cauſis in hac Synodo actione 13. Sergius, Pyrrhus, Petrus, & Paulus Conſtantinopolitani, & Cyrus Alexandrinus, & Honorius Romanus excommunicati ſunt: & quod notandum eſt actione 17. dicitur vt in exclamationibus excommunicentur; ſancta Synodus dixit eos qui ſemel condemnabiles demonſtrati ſunt, & ſecundum ſententiam noſtram iamdudum eiecti de ſacris diptychis, opportunum exiſtit etiam in exclamationibus nominatim anathematizari: & cum multi rogaſſent me nominatim in exclamationibus E anathematizarentur, iam dicti Sergius, Pyrrhus, Paulus, & Petrus, & alii: quàm pluribus conſentientibus, Georgius Conſtantinopolitanus dixit, vt nominatim in exclamationibus anathematizarentur, & exclamatum Theodoro hæretico anathema, Cyro hæretico anathema, Honorio hæretico anathema, Petro hæretico anathema, Macario hæretico anathema, Stephano hæretico anathema, omnibus hæreticis anathema: & poſt ſubſcriptiones etiam actione 18. moniti Epiſcopi omnes ab Imperatore exclamarunt anathema iiſdem, etiam Honorio; & *in proſphonetico* eadem actione 18. ſuperfluas vocum nouitates, & harum Adinuentores procul ab Eccleſiaſticis ſeptis abiicimus, & anathemati merito ſubiicimus: Theodorum Pharanitarum: Sergium & Paulum, Pyrrhum, & Petrum Conſtantinopolitanos Epiſcopos, Cyrum Alexandrinum, & cum eis Honorium, qui fuit Romæ præſul, vtpote qui eos in his ſequutus eſt; item Macarium Antiochenum & Stephanum eius diſcipulum: & in *Synodica epiſtola ad Agathonem*, anathematibus interficimus videlicet Theodorum, Sergium, Honorium, Cyrum, Paulum, Pyrrhum & Petrum: & in *Edicto Conſtantini*, propoſito in magna Eccleſia, Honorius dicitur huiuſmodi hæreſeos confirmator; & *epiſtola ad Synodum Romanam*; hæc etiam Synodus, ait, anathematizauit Honorium cum aliis; anathematizamus noui erroris inuentores Theodorum Pharanitanum Epiſcopum, Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ſucceſſores magis quàm præſules, nec non Honorium.

Et hæc multis oſtendimus; quia hæc eſt præcipua difficultas, quæ mouetur in hac Synodo, an Honorius fuerit in ea condemnatus; & ſanè id aſſerunt acta Concilii ſupra allata; & Synodus 7. generalis; & Cedrenus, & alij.

Dicunt tamen aliqui corruptam à Monothelitis Synodum illam, quod coniiciunt ex ſilentio Legatorum Papæ; tum quia epiſtola illa Honorii non contineat definitionem quæſtionis, ſed formam pacificationis; tum denique quia qui ſcripſit epiſtolam, dixit Honorii mentem fuiſſe, hac ratione tantùm eſſe vnam in Chriſto voluntatem per conſenſum humanæ cum diuina non contradictoriam, vt refert Maximus diſputatione cum Pyrrho, obiiciente ei Honorium fuiſſe Monothelitam. Vtut ſit fatendum eſt id indebite factum, vt oſtendit Hadrianus 2. *in Concilio contra Photium, allocutione* 3. quæ & refertur in Synodo 8. generali *actione* 7. ſi quidem, inquit, Romanum Pontificem de omnium Eccleſiarum Præſulibus iudicaſſe legimus; de eo vero quenquam iudicaſſe non legimus: licet enim Honorio ab Orientalibus poſt mortem anathema ſit dictum, ſciendum tamen eſt, quia fuerat ſuper hæreſi accuſatus, propter quam ſolum licitum eſt minoribus Maiorum ſuorum motibus reſiſtendi, vel prauos ſenſus liberè reſpuendi, quamuis & ibi nec Patriarcharum, nec cæterorum Antiſtitum cuipiam de eo quamlibet fas fuerit proferendi ſententiam, niſi eiuſdem primæ Sedis Pontificis conſenſus præceſſiſſet authoritas.

Hæc Synodus, vt dictum eſt, indicta à Conſtantino, conſentiente Agathone, & habita eſt Conſtantinopoli in Trullo. Præſes fuit Imperator, non definiendo, ſed audiendo; quare Legati Papæ fuerunt primi definitores; in ea fuere Epiſcopi plures, in fine tamen non ſubſcripſerunt niſi centum ſexaginta ſex, & Balſamo ponit tantùm centum ſeptuaginta vnum Epiſcopos. *Photius in libello de Synodis* 170. Paulus diaconus *lib. 6. de geſtis Longobardorum, cap.* 4. vult fuiſſe 150. vt & dictus *can.* 10. *diſt.* 16. & Beda *lib. de ſex ætatibus, in fine*, & Regino *lib.* 1. Ado Viennenſis & Freculphus *in Chronico*: Cedrenus, & Petrus Synodi 7. geor-

talis *act.* 5. ponunt 289.

Quod attinet ad Canones huius Synodi, in noſtro *can.* 10. *diſt.* 16. dicitur nouem fuiſſe, & illi habentur poſt Synodum 6. Latinè tantùm ex vetuſto codice monaſterii S. Bauonis Gandauenſis Flandriæ deſumpti: ſed illi falſò tribuuntur Synodo ſextæ. Græci ſub nomine ſextæ Synodi ediderant 102. canones Græcos, & videntur tribui huic ſextæ Synodo *can.* 5. *diſt.* 16. ſextam Synodum ſanctam recipio cum omnibus canonibus ſuis: verum in *can.* 6. ponitur ſolutio, vbi Petrus Nicomediæ Epiſcopus ita loquitur: habeo librum continentem canones, ſanctæ ſextæ Synodi. Patriarcha dixit, quidam ſcandalizantur per ignorantiam, pro canonibus iſtis, dicentes nunquid ſexta Synodus canones fecit? ſciant ergo quoniam ſancta Synodus ſexta ſub Conſtantino congregata eſt contra eos, qui dicebant vnam operationem, & vnam voluntatem eſſe in Chriſto; in qua Sancti patres illos, vt hæreticos, anathematizauerunt; & Orthodoxam fidem explanauerunt; & ſoluta Synodus eſt Conſtantini 14. anno; poſt quatuor verò, vel quinque annos, iidem ſancti Patres congregati ſunt ſub Iuſtiniano filio Conſtantini, & prædictos canones promulgauerunt: quod etiam habetur in 7. Synodo *act.* 4. & in recitatione pſeudoſyllogi tomo 1. in fine, vbi totidem verba Taraſii ex Synodo 7. referuntur. In quibus omnibus locis dicitur quatuor vel quinque annis poſt Synodum 6. hos canones editos fuiſſe. Alii tamen ſcribunt editos fuiſſe 2[?]. annis poſt Synodum; vt Theophanes apud Baronium *tomo* 8. *anno* 692. *num.* 3. & conatur id probare ex *can.* 3. in quo anni Mundi 6699. ponuntur. decernimus, inquit, vt qui bis vxorem duxerint, & ante hanc diem, quæ decima quinta menſis Ianuarii numeratur, quartæ indictionis, anni ſexies milleſimi ſexcenteſimi (ita legendum, non centeſimi) nonageſimi noni, in hac culpa fuerint, atque eam maculam eluere noluerint, &c. vbi Fronto Ducæus addit, certè ſi ab hac ſumma ſcilicet 6699. Subducas annos 5508. remanebit annus Chriſti 691. qui ad indictionem 4. pertinet: Baronius id refert ad annum 692.

Ergo verum eſt Quintam & Sextam Synodum canones non edidiſſe, vt fatentur Zonaras, & Balſamo; & ipſi Patres in *præfatione horum canonum ad Iuſtinianum*; & hi canones facti ad ſupplementum duarum Synodorum, Quintæ, & Sextæ, quæ nullos Canones promulgauerant. Quare etiam dicitur *πενθέκτη*, i. Quini-ſexta à Balſamone. Etſi canones non ſunt recepti ab Eccleſia Romana; Anaſtaſius *in præfat. 7. Synodi ad Ioannem* 8. *Papam*. Ergo Regulas quas Græci in ſexta Synodo perhibent editas, ita in hac 7. Synodo principalis Sedes admittit, vt nullatenus ex his illæ recipiantur, quæ prioribus canonibus, vel decretis Sanctorum huius Sedis Pontificum, aut certè bonis moribus inueniuntur aduerſæ; quamuis omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognitæ; quia nec interpretatæ: ſed nec in cæterarum Patriarchalium Sedium, licet Græca vtantur linguâ, reperiuntur archiuis, nimirum quia nulla earum, cùm ederentur, aut promulgans, aut conſentiens, aut ſaltem præſens inuenta eſt; quamquam eoſdem Patres illas Græce promulgaſſe perhibeant, qui in Sexta Synodo ſunt inuenti, ſed nullis certè probara poſſunt indiciis. Et Humbertus Leonis 9. Legatus. Is fuerat Monachus Tullenſis, Ordinis Sancti Benedicti à Leone 9. propter eius doctrinam, Romam ductus, & Syluæ candidæ Epiſcopus S. R. E. Cardinalis creatus, miſſuſque ab eo Conſtantinopolim ad confutandas hæreſes Græcorum, claruit anno 1050. cuius quædam opera habentur *in bibliotheca Patrum tomo* 4. *parte* 2. Is ergo *lib. contra Nicetam preſbyterum, & monachum* Monaſterii Studii, qui dicebatur pectoratus, ita loquitur, non miror, inquit, ſi Agathoni Papæ, & ſanctis Patribus Sextæ Synodi, veſtra imputetis deliramenta, & quæ aut corrupiſtis, aut finxiſtis capitula; cùm & ipſi Domino Ieſu, & Apoſtolis imputetis figmenta, vnde facientes ſextam Synodum ad deſtruendam hæreſim Monothelitarum Græcorum, non autem ad tradendum Romanis nouas conſtitutiones congregatam, capitula quæ nobis ſub eius authoritate apponitis, omnino reſutamus; quia prima & Apoſtolica Sedes, nec aliquando ea accepit, nec obſeruat hactenus; & quia aut ſunt nulla, aut prout vobis libuit, deprauata ſunt. Et Tractatus contra Græcos Conſtantinopoli editus anno Domini 1251. & à Pantaleone, qui præſens erat, deſcriptus in *reſponſione ad authoritates canonum*, vocat hanc Sextam Synodum, furtiuam; in Synodo quoque, quam ſextam nominant, quæ dicitur furtiua fuiſſe, ſimiliter dictum canonem renouauerunt. In eodem Tractatu dicitur, de canonibus Apoſtolorum, eos de Latino in Græcum à B. Clemente fuiſſe tranſlatos, & ita apud Latinos fuiſſe puriores & pauciores. Gratianus quoque *diſt.* 16. *ait* tranſlatos fuiſſe à Clemente Romano in Linguam Græcam.

Sed explicandus eſt *can.* 5. apud Gratianũ. Sextam Synodum recipio cum omnibus canonibus ſuis, & Romani Correctores in D. *can.* 5. dicunt verba illa eſſe Hadriani Papæ, ſcribentis Taraſio, eaque verba reperiri in epiſtola Hadriani ad Taraſium; ſed tamen non eſſe Hadriani verba, ſed Taraſii ipſius, quæ Hadrianus refert ex ipſius Taraſii epiſtola Synodica ad Hadrianum; & habentur in *can.* 19. *diſt.* 3. *de conſecrat.* & in 7. Synodo *act.* 2. *in epiſtola Hadriani.* Iidem tamen Correctores coguntur fateri Gratianum non referre propria eius epiſtolæ verba, cùm in illa habeatur ſanctas ſex Synodos recipi cum omnibus regulis, quæ iure ac diuinitùs ab illis promulgatæ ſunt; & Gratianus dicat ſextam Synodum ſanctam ſuſcipio cum omnibus canonibus ſuis, cum debuiſſet dicere *ſex ſanctas Synodos recipio*, ſi locutus fuiſſet ſecundum Taraſium in dicta epiſtola Hadriani. Ego verò cenſeo Gratiani Canonem 5. ſumptum non eſſe ex illa Synodica Taraſii; quia, vt ante dixi, Synodica illa loquitur generaliter de ſex Synodis, non de ſexta Synodo, ſed ſumptum eſſe ex Taraſii *epiſtola ad Epiſcopos Antiochiæ, Alexandriæ, & S. vrbis*, quæ refertur in Synodo 7. generali *act.* 3. *in medio*, vt oſtendunt ipſa verba: ſextam Synodum laudo, eiuſdemque ſextæ Synodi, omnia tum rectè & diuinè decreta edicta, traditoſq; canones recipio: & ita nihil mutandum in contextu; ſed tantùm mutanda eſt inſcriptio canonis, vt ſit

Diſt. 16. *can.* 5.

Taraſii S. Patriarchæ ad Epiſcopos Antiochiæ, Alexandriæ ; & non Hadriani Papæ ad Taraſium, & ita Gratianus refert propria eius epiſtolæ verba, quod negant Romani Correctores, quia exiſtimant ſumpta eſſe verba Taraſij ad Hadrianum: & in eo etiam deceptus eſt Antonius Auguſtinus *Dialogo 7. ad Gratianum.*

Rurſùs confirmatur illos canones non fuiſſe approbatos à Sede Romana, ex Anaſtaſio *in Sergio.* huius, ſit, temporibus Iuſtinianus Imperator Concilium in Regia vrbe iuſſit fieri, in quo & Legati Sedis Apoſtolicæ conuenerunt, & decepti ſubſcripſerunt, compellebatur autem & ipſe ſubſcribere, ſed nullatenus acquieuit, pro eo quod Capitula quædam extra ritum Eccleſiaſticum fuerant in eo annexa, quæ & quaſi Synodaliter definita, & in ſex tomos deſcripta, à tribus Patriarchis, i. Alexandrino, Conſtantinopolitano, & Antiocheno, vel cæteris præſulibus qui in tempore illis conuenerant, ſubſcripta erant, manuque Imperiali confirmata. Et ſubſcripſit in his canonibus Iuſtinianus ante omnes, cùm tamen in vera Synodo 6. Conſtantinus ſubſcripſerit vltimus.

Cæterùm Græci vſi ſunt canonibus ſextæ Synodi, *act. 4. Synodi 7. & act. 6. in refutatione pſeudoSynodi contra imagines*, & Taraſius *epiſtola ad Hadrianum, de ordinationibus Simoniacis*, argumentum ſumit ex Canone 22. huius Synodi Quini-ſextæ, & ipſa Synodus vltima vtitur canone 82. quo permittitur pingi agnus, vt per illum ad memoriam Chriſtum agnum verum reuocemus, & deducamus; & ille canon probatur ab Hadriano Papa *in can. diſt. 3 de Conſec.* 29 in quo referuntur cætera quæ omittuntur in *can. 5. diſt.* 16.

Porro canones iſti reprobati ſunt ab Eccleſia Romana, quod canon 13. ſit contra cælibatum Clericorum, qui in Eccleſia Romana ſeruatur; & canon 55. aggreditur de ieiunio Sabbathi, & alius canon ſit de ſanguine & ſuffocato: & Sergius Papa *apud Anaſtaſium in eius vita*, noluit his ſubſcribere, pro eo, inquit, quod quædam capitula extra ritum Eccleſiaſticum fuerant in eo annexa.

De Concilio Nicæno. 2.

Septima Synodus generalis, vt ait Balſamo, fuit anno 6696. indictione 11. ſub Imperatore Conſtantino, & Irene matre eius i. anno Domini 787. (Erat autem hic Conſtantinus filius Leonis, filii Copronymi) 367. ſanctis Patribus Nicææ ſecundò coactis aductus eos qui Imaginum hoſtes, ſeu Chriſtianorum erant accuſatores: Quas quidem imaginum expreſſiones adorari, & ſalutari χετικῶς relatiuè definiunt. De ea Synodo non agitur in noſtris diſtinctionibus.

Hiſtoria eſt. Cum Conſtantinus & Irene vidiſſent multa mala facta eſſe in Eccleſia propter Imagines, & tres Imperatores qui antè regnauerant, deſtruxiſſe eas; ipſi conſilium inierunt de Synodo habenda cum ſubditis ſuis, & ſacerdotibus; & ſcripſerunt ad Hadrianum primum vt in eam veniret, aut aliquos mitteret, vt ait Sacra ad Hadrianum: præcipuè vero Taraſius, ſtatim atque fuit electus, poſtulauit ab Imperatoribus, & obtinuit vt fieret Synodus Conſtantinopoli, vt fatetur Hadrianus *epiſtolâ*

A *ad Taraſium*, & ipſi Imperatores *epiſtolâ ad Synodū*: & Taraſius *apologetic. ad populum*. Et cùm veniſſent Legati Papæ, & Orientis; & iuſſiſſent conuenire Epiſcopos in Eccleſiam Sanctorum Apoſtolorum, multi Epiſcopi hæretici illud impediebant, & conuenticula faciebant, & militiam Regiam incitabant, & laudabant Synodum pſeudoſyllogi: ſed Taraſius prohibuit conuenticula, dicens ea fieri non poſſe ſine ipſo, & Imperatores milites aliò miſerunt: non tamen ſtatim fieri potuit Synodus, ſed vno anno poſt, idque Nicææ, non Cōſtantinopoli, vt antè putabatur.

Porro illa Synodus initia accepit Imperii Conſtantini & Matris eius anno 8. conſulatus eorum octauo Kalend. Octobris. Indictione 11. in Ni-
B cæna Metropoli Bithynenſium Prouinciæ, conueniente Petro Archipresbytero Romanæ Eccleſiæ S. Apoſtoli Petri, & Petro presbytero, Monacho, & Abbate Monaſterii S. Sabæ Romæ ſiti, topoteretis Hadriani, & Taraſio Archiepiſcopo Conſtantinopolitano, Ioanne & Thoma presbyteris, & Vicariis Apoſtolicæ Sedis Orientis diœceſis, Agapito Cæſareæ Cappadociæ, Ioanne Epiſcopo Epheſi, &c. præſentibus, & audientibus Patriciis, propoſitis Sanctis Euangeliis. *Actione* 1. Epiſcopi Siciliæ dixerunt, conueniens eſſe vt Conſtantinopolitan. Patriarcha proœmium faciat, oſtium verbo aperiat, & Synodus dixit, fiat; & primùm ergo Taraſius expoſuit ſtatum re-
C rum, & dixit vt intrarent qui anno præterito reſiſtebāt Synodo; ingreſſiq; in hæreſim lapſi; redeuntes ad fidem, in ſcriptis ſuam hæreſim abnegarunt, fidem orthodoxam confeſſi; extatque ibi libellus, ad formam cuius alii facti ſunt: ſe excuſant, veniam petūt, & nominatim anathematizant Synodum, quæ ſeptima ab auctoribus eius dicta eſt, à catholicis vero pſeudoſyllogus appellatur; & in fine dicunt, his, qui idola vocant Imagines, anathema, his qui non ſalutant, anathema. Tum Taraſius petiit an debeant recipere Sedes ſuas: Monachi dixerunt quemadmodum vniuerſales Synodi ſuſceperunt ex hæreſi conuerſos, & nos ſuſcipimus; vbi nota, Monachos po-
D tuiſſe loqui in Synodo, non ſubſcribere. Et lecti ſunt libri, canon Apoſtolorum 53. Synodi Nicænæ canon 8. Epheſinæ canon 3. & epiſtola ad Amphilochium 1. in principio; & Monachi dixerunt vt deferatur epiſtola D. Athanaſii ad Ruffinianū, & Synodus dixit fiat, & lecta eſt; & alij libri in quibus agitur quomodo recipiendi ſunt hæretici, & in dicta epiſtola Athanaſij ad Ruffinianum, vbi adhibetur hæc diſtinctio, vt his, qui fuerunt authores erroris, aut præſides, ignoſcatur quidem poſt pœnitentiam, non autem vlteriùs eis locus detur in Clero: his autem, qui non fuerunt authores, ſed aliqua neceſſitate eo adducti, & venia detur, & locus in clero οἰκονομικῶς, diſ-
E penſatiuè. Et placuit eos recipi, etiam Monachis, qui dixerunt, & nobis placet; ſed non ſubſcripſerunt. Item quæſitum eadem actione 1. an ordinati ab hæreticis ſuſcipi debeant? & multis exemplis ordinatorum ab illis, probatum eſſe recipiendos, quia ex Deo eſt conſecratio ἐκ τοῦ θεοῦ ἐστὶν ἡ χειροτονία. *Actione* 2. lecta eſt epiſtola Hadriani ad Imperatorem, in qua multa dicit pro defenſione Imaginum; tum epiſtola ad Taraſium; in qua conqueritur ipſum ex laico factum Epiſcopum, & petentibus Legatis, vt admitterentur, admiſſæ ſunt a Synodo; & cum omnes Epiſcopi pronuntiaſſent, Sy-

nodus dixit iuſtũ eſt & vt Monachi pronuntient; Monachi dixerunt ſi ordo eſt talis, vt & nos Monachi pronuntiemus, ſicuti iubetis. Taraſius dixit, ordo aſt vnicuique qui reperitur in Synodo, vt pronunciet confeſſionem ſuam, & omnes Monachi ſeorſim pronuntiatunt, ſed non ſubſcripſerunt Concilio.

Actio. 3. Difficultas fuit in recipiendo Neocæſareæ Epiſcopo, tum quia dicebatur cædes inflixiſſe, & tormenta; tum quia fuerat author hæreſis; qui enim percutiunt Epiſcopi deponuntur, in *canone* 27. *Apoſtolorum*, & authores hæreſis ex D. Athanaſio, non reſtituuntur ſedi; ſed non potuit probari illum percuſſiſſe: tum Conſtantiæ Cypri Epiſcopus oſtendit Iuuenalem authorem latrocinalis Synodi, in 4. Synodo receptum eſſe; Taraſius idem confirmauit, & dixit Euſtatium Sebaſtenum principem hæreſeos Macedoniorum cum libello receptũ à Baſilio; & ita Neocæſareæ Epiſcopus receptus eſt.

Actio. 4. Conueniente Synodo, quæ per diuinam gratiam congregata eſt, authoritates ſcripturæ, & patrum pro Imaginibus allatæ & lectæ, quibus omnes Epiſcopi ſubſcripſerunt, etiam Monachi, quia ibi agebatur de fide, non de definitione vlla; nec ibi Epiſcopi dicunt, definiens ſubſcripſi, ſed tantum ſubſcripſi.

Actio. 5. Afferuntur loca hæreticorum, qui contra imagines ſcripſerunt, quibus vſi hæretici in pſeudoſyllogo, & liber Itinerariorum SS. Apoſtolorum, qui factus erat contra Imagines anathemati ſubiicitur à prima littera ad nouiſſimam, & alij libri lecti.

Actio. 6. Affertur & refellitur liber, qui continet tomos ſex, contra Imagines factos ab illa falſa Synodo, poſt 60. annos à ſexta Synodo.

Actio. 7. Continetur definitio Synodi, in qua continetur venerabiles Imagines proponendas in Eccleſiis, tam quæ de coloribus & teſſellis, quàm quæ ex alia materia: quantò enim frequentiùs per imaginabilem formationem videntur, tantò qui has contemplantur, alacriùs eriguntur ad primitiuorum memoriam, & deſiderium, & ad oſculum, & ad honorariam adorationem τιμητικὴν προσκύνησιν tribuendam; non tamen ad veram latriam, quæ ſecundum fidem eſt, quæque ſolam diuinam naturam decet, impertiendam: ita vt illis ſicuti figuræ precioſæ, ac viuificæ crucis, & ſanctis Euangeliis, & reliquis ſacris monumentis incenſorum & luminum oblatio, ad harum honorem efficiendum exhibeatur: Imaginis enim honor ad prototypum tranſit, & qui adorat imaginem, adorat in ea depicti ſubſiſtentiam. Et omnes Epiſcopi ſubſcripſerunt, non Monachi, vt ante monui, & quædam anathemata poſuit Synodus.

Et poſtea Synodus ſcripſit ad Imperatores Conſtantinum & Irenem, vbi docet κυνεῖν ſignificare, ſalutare & oſculari, & πρὸς præpoſitionem eſſe augmentum, vt φιλῶ προσφιλῶ κυνῶ προσκυνῶ, κυνῶ προσκυνῶ, quod enim quis oſculatur, adorat; & quod adorat, oſculatur: *Regum cap.* 20. & Dauid ſurrexit, & cecidit in faciem ſuam, & adorauit tertiò Ionatham, & deoſculatus eſt eum; item latè patere, ſignificationem adorationis, fit enim vel per timorem ſicut Iacob adorauit Eſau, *Geneſ.* 33. vel per gratiam, *Geneſ.* 23. Abraham adorauit filios Chet.

Actio. 8. Poſtulauit Synodus, vt Imperatores tomum definitionis ſubſcriberent, & Irene primò ſubſcripſit, & dedit filio vt ſubſcriberet,

A & hoc eſt quod reprehendunt libri Carolini miſſi à Carolo Magno ad Hadrianum, qui compoſiti ſunt aduerſus hanc Synodum, vt ait Hadrianus Papa *epiſtola ad Carolum Regem*; in qua ponit omnes reprehenſiones factas ad capitula ſingulatim actionum, & reſponſiones ſuas; libri enim illi Carolini *cap.* 53. reprehendunt quod Irene ſubſcripſerit in ea Synodo 7. & quod in ea præſideret, quia mulier in Synodo ſedere non debet, ſicut Irene feciſſe legitur. Hadrianus autem reſpondet in Synodo Romana ſub Syluestro Conſtantinum & Matrem ſuam Helenam ſubſcripſiſſe, item Pulcheriam Auguſtam per B ſemetipſam ſediſſe in quarta Synodo vnà cum Martiano.

Sed quæſtio eſt, de hac Synodo 7. an fuerit à Gallis recepta: & non fuiſſe ſtatim receptam, imò reiectam, & tanquam particularem & pſeudoſynodũ habitam, probatur ex ſynodo Francofordienſi *can.* 2. Allata eſt in medium quæſtio de noua Græcorum Synodo, quam de adorandis Imaginibus Conſtantinopoli fecerunt, in qua ſcriptum habebatur, vt qui imaginibus Sanctorum, ita vt Deificæ Trinitati ſeruitium, aut adorationem non impenderent, anathema iudicarẽtur; qui ſuprà ſanctiſſimi patres noſtri omnimodis adorationem & ſeruitutem renuentes C contempſerunt, atque conſentientes condemnauerũt: & Eginardus *in Chronico*. Synodus etiam, quæ ante paucos annos Conſtantinopoli ſub Irene & Conſtantino filio eius congregata, ab ipſis non ſolum Septima verum etiam vniuerſalis erat appellata, ab omnibus abdicata eſt. Et ex Hincmaro Remenſi *in opuſcula quinquaginta quinque Capitulorum cap.* 20. vbi illam Synodum vocat pſeudoſynodũ. Septima autem apud Græcos vocata vniuerſalis pſeudoſynodus de Imaginibus, quas quidam confringendas, quidam autem adorandas dicebant, neutra verò pars intellectu ſano definiens ſine authoritate Apoſtolicæ Sedis, non longè ante noſtra tempora, D Conſtantinopoli eſt à quampluribus Epiſcopis habita, & Romam miſſa, quam etiam Papa Romanus in Franciam direxit: vnde tempore Caroli Magni Imperatoris iuſſione Apoſtolicæ Sedis generalis eſt Synodus in Francia, conuocante præfato Imperatore, celebrata, & ſecundum ſcripturarum tramitem, traditionemque maiorum, ipſa Græcorum Synodus deſtructa, & penitus abdicata; de cuius deſtructione non modicum volumen, quod in palatio adoleſcentulus legi, ab eodem Imperatore Romam eſt per quoſdam Epiſcopus miſſum. Nec obſtat quod in illis locis Synodus hæc dicatur habita Conſtantinopoli: hoc enim dictum eſt, vel quia initio fuerat con- E uocata Conſtantinopoli, & actio eius vltima & octaua ibidem habita eſt; vel etiam quia facta eſt à Conſtantinopolitanis Imperatore & Patriarcha. Nam in *can.* 11. *diſt.* 16. duæ Synodi dicuntur Arelatenſes, licet non fint habitæ Arelate, quia Cæſarius Arelatenſis his præfuit. Deniq; hoc fieri poteſt ſolâ loci ignoratione. Quod autem in dicto cap. 20. Hincmari dicitur, de eius deſtructione miſſum volumen Romam à Carolo Imperatore, eo volumine intelliguntur libri Caroli, ſcripti contra illam Synodum: quibus reſpondit Hadrianus epiſtola ad Carolum Regem, eoſque vocat Capitulare aduerſus Synodum, ſtatim *in præfatione*: inter quæ, inquit, edidit nobis Capitulare aduerſus Synodum, quæ pro ſacratum Imaginum erectione

in Nicæa acta eſt; vnde pro veſtra melliflua, Regali dilectione, per vnumquodque capitulum reſponſum dedimus, non quemlibet, abſit, defendentes, ſed ſolitanam traditionem ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ tenentes. In illis Carolinis libellis multa improbantur in Synodo; & *lib. 4. cap. 20.* dicitur, eam Synodum non poſſe dici vniuerſalem, quod nouitates contineat, quæ non ſunt conformes totius Eccleſiæ doctrinæ; in quo, inquit, propriè diceretur vniuerſalis? omne, ait, quod Eccleſiaſticum eſt, Catholicum eſt: & omne quod Catholicum eſt, vniuerſale eſt; omne autem quod vniuerſale eſt, profanis vocum nouitatibus caret; & ſi hæc Synodus vocum nouitatibus careret, antiquorum Patrum dogmatibus contenta, vniuerſalis dici poterat; non autem, antiquorum Patrum dogmatibus contenta, non igitur vniuerſalis dici poteſt.

Sed videntur Galli non intellexiſſe mentem Synodi ſeptimæ, & exiſtimaſſe adorationem quandam Diuinam tribuiſſe Imaginibus, aut timuiſſe ne derogaretur cultui Diuino, quod oſtendunt verba vltima Caroli ad Hadrianum, *cap. 26* vt refertur ab Hadriano. Vltimum ait, capitulum eſt, vt ſciat Dominus Apoſtolicus & Pater noſter, & cuncta ſimul Romanorum Eccleſia, vt ſecundum quod continetur in epiſtola B. Gregorij, quam ad Serenum Maſſilienſem Epiſcopum direxit, (*lib. 9. epiſt. 9.*) permittimus Imagines Sanctorum, quicumque eas formare voluerit, tam in Eccleſia, quàm extra Eccleſiam propter amorem Dei, & Sanctorum eius; adorare verò eos nequaquam cogimus qui noluerint, frangere vel deſtruere eas, etiam ſi quis voluerit non permittimus: & quia ſenſum S. Gregorij ſequi in hac epiſtola vniuerſalem Catholicam Eccleſiam Deo placitam indubitanter liberè profitemur. Quod cum audiuiſſet Hadrianus, & cognouiſſet Carolum Magnum confiteri ſe ſenſum ſequi S. Gregorij Papæ epiſtola ad Serenum; oſtendit Gregorium non eſſe in ea ſententia, vt adorandas cultu diuino putet imagines. Aliud eſt, inquit, *lib. 9. epiſt. 9. ad Serenum*, picturam adorare, aliud per picturæ Hiſtoriam, quid eſt adorandum diſcere: nam quod legentibus Scriptura, hoc idiotis pictura; *& lib. 7. epiſt. 2. indictione 1. Ianuario Caralitano*, & *lib. 7. epiſt. 5. Secundino incluſo Gallias directa.* Scimus quia tu imaginem Saluatoris noſtri ideò non petis, vt quaſi Deum colas, ſed in eius amore recaleſcas, cuius imaginem videre deſideras. Et ipſemet Hadrianus in *d. epiſt.* dicit, abſit à nobis, vt ipſas imagines, ſicut quidam garriunt, deificemus, ſed affectum, &c.

Certè ſtatim atque illa quæſtio de Imaginibus exorta eſt, plures ſummi Pontifices definierunt eſſe adorandas, vt teſtatur Hadrianus *in d. epiſt. ad Carolum, cap. 5.* nam, inquit, & prædeceſſores noſtros videlicet. Beatiſſimos Pontifices Gregorium, & Gregorium, Zachariam, & Stephanum, Paulum, & iterum Stephanum reperimus, pro ſacrarum imaginum erectione in Spiritu Sancto feruentes rectæ fidei zelum habere. pro quo Dominus Gregorius Papa iunior vna cum 79. Sanctiſſimis Epiſcopis ante confeſſionem B. Petri Apoſtolorum Principis præſidens, multorum ſanctorum Patrum teſtimonia roborantes, venerari & adorare ſacras Imagines in eorum concilio cenſuerunt: Porro & prædeceſſor noſter ſanctæ recordationis quondam dominus Stephanus

A nus Papa, ſimiliter cum Epiſcopis partium Franciæ, atque Italiæ præſidens in Baſilica Saluatoris Domini Noſtri Ieſu Chriſti, quæ appellatur Conſtantiniana, prædeceſſoris ſui venerabile Concilium confirmans, atque complectens, magis, magiſque & ipſe, & vnà cum omnibus Epiſcopis præſidentibus Sanctorum Patrum teſtimoniis adhærentes, adorare atque venerari ſacras Imagines ſtatuerunt: Denique Stephanus Synodum quæ in Græciæ partibus nuper facta erat, pro diſperdendis ſacris Imaginibus, tanquam execrabilem anathematizauit: nondum enim facta erat Synodus 7. generalis. Anaſtaſius *in Stephano 3.* Et quod Galli ſtatim non admiſerunt Septimam Synodum, Anaſtaſius *in Præfat. ad 7. Synodum*, ait id ita eueniſſe, quia nondum illis vtilitas imaginum erat reuelata; quæ, enim, inquit, ſuper venerabilium Imaginum adoratione præſens Synodus docet, hæc & Apoſtolica Sedes veſtra, ſicut nonnulla ſcripta innuunt, antiquitus tenuit, & vniuerſalis Eccleſia ſemper venerata eſt, & hactenus veneratur, quibuſdam duntaxat Gallorum exceptis; quibus vtique nondum eſt harum vtilitas reuelata, aiunt namque quod non ſit quodlibet opus manuū hominū adorandum, quaſi non ſit Codex Euangeliorum opus manuum hominum, quem quotidiè oſculantes adorant: ſimilis eſt forma ſanctæ Crucis, quam ſe adorare omnes vbique Chriſtiani fatētur: in quo videlicet conſiderare licet, quia ſi quālibet Crucem auream, vel argenteam, aut ligneam adoramus, quæ vtique non eadem eſt ipſa crux, in qua ſalus noſtra patrata eſt, ſed figura, & imago eius; quare non adoremus figuram & Imaginem eius, qui eandem ſalutem operatus eſt in medio terræ? Hoc autē dicebat Anaſtaſius, tum propter Capitulare miſſum ad Hadrianū à Carolo Magno, de quo ſuprà, tum propter Legationem factam à Ludouico Pio ad Eugenium 2. & conuentum Epiſcoporum Pariſiis habitum, cum Legatis Michaëlis & Theophili Græcorum Imperatorū, dicentium quod adhuc Græci contendebant inter ſe, aliis aſſerentibus adorādas eſſe Imagines, aliis negantibus: & hac de cauſa ſe Romam pergere. Atque etiam circa illa tempora Dungatus ſcripſit aduerſus Claudium Taurinenſem Imagines deſpicientem. De illa Synodo ſeptima, rejecta in Synodo Francofordienſi, Annales Francorum à *Marquardo* editi *anno* 795. ſic loquuntur. Paſcha celebratum eſt in Francofort: Ibi congregata eſt Synodus magna Epiſcoporum ante Miſſos Domini Apoſtolici Hadriani, Theophilum ac Stephanum; ibi 3. cōdemnata eſt hæreſis Fœliciana. Ibi obiit Faſtrada, pſeudoſynodus Græcorū quam falsò 7. vocabant, & pro adorādis imaginibus fecerant, rejecta eſt à Pontificibus. Et alij Annales Francici: Anno 794. Paſcha celebratum eſt in Francofurt, ibique congregata eſt Synodus magna Epiſcoporum Gallorum, Germanorum, Italorum, in præſentia iam fati Principis, & Miſſorum Domini Apoſtolici Hadriani, quorum hæc ſunt nomina Theophylactus & Stephanus Epiſcopi; ibi tertiò condemnata eſt hæreſis Feliciana, quam damnationem, per authoritatem SS. Patrum in Libro conſcripſerunt, quem librum omnes Sacerdotes manibus propriis ſubſcripſerunt. Ibi obiit Faſtrada Regina, & in ſancto Albano honorificè ſepulta eſt. Pſeudoſynodus Græcorum, quam falsò ſeptimam vocabant, & pro adorandis imaginibus

ſecetaot, relecta eſt à Pontificibus. Et incertus author *in vita Caroli Magni apud Quercetanum*, Paſcha celebratum eſt in Francofurd, ibique congregata eſt tunc ſynodus magna Epiſcoporum Gallorum, Germanorum, Italorum, in præſentia Domini Regis Caroli, & Legatorum Domini Apoſtolici Adriani, quorum nomina hæc ſunt, Theophilactus & Stephanus Epiſcopi. Ibi tertiò condemnata eſt hæreſis Fœliciana, quam damnationem per authoritatem Sanctorum Patrum in libro conſcripſerunt, cui omnes Sacerdotes manibus propriis ſubſcripſerunt. Ibi obiit Faſtrada Regina, & apud S. Albanum honorificè ſepulta eſt. Pſeudoſynodus Græcorum pro adorandis imaginibus facta, quam falsò ſeptimam vocabant, reiecta eſt à Pontificibus. Et Poëta Saxonicus *lib. 3. de geſtis Caroli Magni. 794.*

Sanctum quoque Paſcha
Eſt in Franconofurt magno veneratus honore,
Dira veneniſera conatus ſemina ſecta
Qua Felix infelici malè ſparſerat auſu,
Catholicus Princeps Synodum celebrare vocatos
Vndique Pontifices, tam dictam fecit ad Aulam;
Nec non affuerat Stephanus cum Theophylacto:
Nam fuit Antiſtes Sedis Legatus vterque
Romana quos Papa ſacer mittens Hadrianus
Ritè ſuam ſeruare vicem mandauerat illic.
Tunc igitur cuncti cum decreto generali
Hanc condemnarunt hæreſim, ſcripſuſque Libellus
Eſt illam contra, quem confirmauerat ille
Pontificum cœtus, ſimul & ſubſcripſerat omnis:
Annis praterea ſynodum non pluribus, ante
Conſtantinopoli celebrari fecit in vrbe
Gracorum Princeps, qui Conſtantinus habebat
Nomen, & eiuſdem Genitrix Irene vocata,
Et condixerunt, vt ſeptima ſeu generalis
Appellaretur, ſed cam non nomine tali
Dignam Concilium pariter cognouerat iſtud,
Vtque ſuperuacuam ſpernendam cenſuit.

Non eſt autem mirum ſi initio Gallicani Epiſcopi adorationem imaginem conſtitutam in Synodo 7. non admiſerunt, quia crediderunt adorationem illam eſſe diuinæ ſimilem: nam eodem modo Latini in 5. Synodo abhorrebant damnationem trium Capitulorum, cùm exiſtimarent illam fieri ad iniuriam Synodi Chalcedonenſis: cùm verò animaduertiſſent eam damnationem non eò pertinere, huic libenter conſenſerunt Vigilius primus, & poſt eum Pelagius 2. & tota tandem Eccleſia: nunquam enim Eccleſia Imagines adorauit: & temporibus S. Barnabæ Marcellina idcirco condemnata eſt, quod imagines adoraret, *Epitome Eccleſeos de hæreſibus cap. 7.* habebant autem Carpocratiani Marcellinam quandam, quæ Imagines Ieſu, & Pauli, & Pythagoræ Philoſophi, ponebat in medio populi quem decipiebat, & faciebat eos his imaginibus honorē deitatis exhibere, & incenſum ponere; hoc damnauit apud Cyprum Barnabas Chriſti diſcipulus; docens eos eſſe miniſtros Satanæ: Sic etiam in Concilio Niceno 1. propter vocem Conſubſtantialis, à quibuſdam non intellectam, diuiſus fuit Oriens diu ab Occidente; & in concilio Epheſino vox Theotocos, ſeu Deipara, cauſa fuit Neſtorianæ hæreſeos: & inueſtituræ initio viſæ ſunt contra libertatem Eccleſiæ, & propter eas ſatis longum fuit ſchiſma; & tamen poſtea viſæ ſunt optimo iure niti, quod ex propter bona temporalia Eccleſiæ introductæ ſint. Et Iuo Carnotenſis, & Goffridus Vindocinenſis, maximi aſſertores libertatis Eccleſiaſticæ, & defenſores Decretorum Romani Pontificis, exiſtimarunt eas eſſe recipiendas, & ratione earum paſci Eccleſiam à principibus. Sic denique de proceſſione Spiritus Sancti diu certatum eſt inter Latinos & Græcos, illis dicentibus procedere ex Patre & Filio, iſtis verò ex Patre per Filium, donec oſtenſum eſt hæc duo in idem recidere; & ideò apud Georgium Pachymerium *lib. 5.* Cyrillus quidam ait Latinorum & Græcorum controuerſiam pendere in duabus præpoſitionibus *ἐκ* & *διὰ*, quorum illi Spiritum Sanctum eſſentialiter eſſe è Filio, hi per Filium affirment.

De Canonibus huius Synodi nulla difficultas eſt, nam tàm apud Græcos, quàm apud Latinos, eius Canones ſunt viginti duo.

De Concilio Conſtantinopolitano quarto.

SYnodus octaua fuit præcipuè habita contra Photium Sedis Conſtantinopolitanæ inuaſorem anno Domini 860. Conſtantinopoli in templo Sapientiæ, cùm Ignatius poſt mortem Methodij factus fuiſſet Conſtantinopolitanus Patriarcha. Is Ignatius erat filius Michaelis quondam Imperatoris, qui à Leone Armeno Imperio eiectus, in Monaſterium retruſus fuerat, & Ignatius cum eo, atque euiratus: interim occiſo Leone, imperauit Michael Balbus, & eius filius Theophilus, omnes Iconomachi: ſed Theophilo mortuo ſucceſſerunt Theodora & Michaël filius, & ceſſauit perſecutio Imaginum: nam & Ioannes Patriarcha eiectus Sede, & Methodius electus eſt: & cùm poſt quatuor annos obiiſſet, Ignatius in Sedem promotus, vt ait Nicetas; malè Anaſtaſius *in præfatione octaua ſynodi*, ait abdicato Iconomacho Ioanne, electum & conſecratum eſſe Ignatium. Nam ante illum conſecratus eſt Methodius. Illo igitur rectè Eccleſiā gubernante, cum Bardas frater Imperatricis, nurûs amore fureret, & id eſſet omnibus notum, illum Apoſtolicè monuit vt crimen expiaret; & progreſſum in Eccleſiam, Epiphaniæ Feſto vt Euchariſtiæ myſteria perciperet, à ſacris arcet, indignū eū iudicans Corporis Domini participatione; qui furit in illū, & meditatur eius abdicationē: tum ſuadet primū Michaëli, vt iubeat Matrem & Sororem ab Ignatio tonderi, qui cum inuitas tondere recuſaſſet, ſuſpectus ab eo fit Imperatori, atque in exilium mittitur; tuncque Patricij ſuadent ipſi, vt renuntiet Sedi, quod noluit facere; & tandem deſignant Photium Bardæ fauore, vt ait Anaſtaſius. Photius primo die Monachus ex Laico, altero Lector, tum Subdiaconus ac Diaconus, & Preſbyter, ſexto deinde, Chriſti natali, conſcendens Tribunal Pacem populo nuntiauit, & conſecratus à Gregorio Arbeſta Syracuſano exauthorato, dato chirographo quod nihil mali faceret Ignatio. Menſe verò Auguſto ſequenti Photius coacta ſynodo in Eccleſiam Apoſtolorum, abſentis Ignatij, atque apud Mitylenem agentis exauthorationem pronuntiat; nec pronuntiat tantùm, ſed illum anathemare fecit, ac Legationem Romam mittit, & à Nicolao primo Legatos petit, qui in ſpeciem quoque

collapſam Eccleſiæ diſciplinam emendent, & Iconomachorum ſectæ reliquias penitùs extinguant; reuera tamen vt Romanæ Eccleſiæ authoritate Ignatij exauthorationem firmaret, & miſit Romam Theophilum Amorij Epiſcopum, & Samuelem Chonatum, Laodiceno ſubjectum, quem Photius honore Archiepiſcopi dignatus eſt, & multa falſa ſcripſit, Ignatium ſenio confectum ſe abdicaſſe Monachum factum. Nicolaus verò 1. Legatis exceptis ſtatim deprehendit quæ facta erant, & non Ignatium, repulit; ſed Photium, miſitque Conſtantinopolim, Rodoaldum Portuenſem, & Zachariam Anagninum Epiſcopum; & per eos ſcripſit ad Michaëlem Imperatorem, & conqueritur Synodum Conſtantinopolitanam, iniuſſu eius Ignatium depoſuiſſe, & Photium laicum ſubſtituiſſe: tùm ait de Imaginibus non fuiſſe neceſſe ſcribere, eâ re iam definitâ. Scribit etiam Photio, reſeruans totam cauſam in aduentum Legatorum, *epiſt.* 3. qui cùm Conſtantinopolim veniſſent, Synodo habitâ in templo Apoſtolorum, in qua aderant Imperatores & Principes cuncti Ignatium à 72. accuſatum, quod per ſæcularem poteſtatem factus eſſet Epiſcopus præter ius, pannoſo & ſordenti culto Pontificali primò induunt, mox à tergo exount, ablato primùm pallio, veſteque reliqua, & proclamando, indignus: biſque ſuffragabantur dicti Legati Papæ, Nicetas *ibidem*. Græcique literas ſuſcipientes Papæ, quidquid in eis erat pro Ignatio, vel contra Photium inuerterunt, vel non legi voluerunt in Concilio, & ita denuò damnatur Ignatius. Et hæc eſt ſynodus quæ dicitur prima, & ſecunda à Balſamone, quia in ea duæ fuerunt habitæ actiones, vna pro culto imaginum, alia pro cauſa Ignatij, amharumque meminit Nicolaus *epiſt.* 10. *ad Orientales*: & fuit trecentorum decem & octo Epiſcorum, vt gloriabatur Michaël, teſte Nicolao 1. *epiſt. ad ipſum ſcriptâ*. Zonaras, & Balſamo dicunt hanc Synodũ dici 1 & 2. propter duas cõgreſſiones & conuentus; & Balſamo agnoſcit habitam fuiſſe contra Ignatium, ſed alia poſteà habita fuit à Photio, mortuo Ignatio, de qua poſteà; eaque etiam habita in Templo Apoſtolorum: quod Sedes Apoſtolica diſcens, depoſuit Photium. Item Zachariam ac Rodoaldum excommunicauit, & depoſuit *epiſt.* 7. *&* 10. Papa enim non dederat eis poteſtatem iudicandi, ſed vt diligenter inueſtigarent hanc cauſam, & Sedi Apoſtolicæ referrent, ac vt non communicarent Photio *epiſt.* 1. Nicolai *& epiſt.* 7. Photius verò tantum abeſt vt ſe emendauerit, quin etiam Imperatori Michaëli author fuit cogendæ Synodi, qua Nicolaus 1. eâdem ſententia in illum latâ, quam nuper ille in Photium tulerat, exauthoraretur. Euocat ergo omnes Epiſcopos ſibi ſubiectos, aliosque multos ſordidos homunciones, quaſi eſſent Patriarcharum Orientis Legati, ac pſeudoſynodum inſtituit, atque anathema in Nicolaum pronuntiat, & acta conciliabuli per Zachariam Copham à ſe Chalcedonenſem Metropolitam creatum, in Italiam miſit. Nicetas *ibidem*; & in his actis mille Antiſtitum falſas ſubſcriptiones ponit, cùm tamen in ea Synodo non fuiſſent niſi vous & viginti præſules; Anaſtaſius. Interim occiditur Michaël, & Baſilius imperat, qui primùm ſtatim Zachariam miſſum à Photio reuocat ex itinere. Nicetas: Photiumque, poſtero die quàm renunciatus erat Imperator, de Throno deturbat, & Ignatium reuocat ad Sedem; Nicetas: audiuit enim à Sede Romana Photium condemnatum & Ignatium ſtabilitum, vt ait Anaſtaſius. Ignatius Sedi reſtitutus petiit ab Imperatore, vt Synodus œcumenica fieret. Nicetas: mittitur itaitaque Romam à parte Ignatij Ioannes Metropolita Silei, qui & Perges Epiſcopus, à parte vero Photij Petrus Metropolita Sardicenſis, qui contra Ignatium, cum Gregorio memorato, author fuerat Eccleſiaſticæ ſeſſionis. Porrò à principe deſtinatur Regius Spathatius Baſilios nomine, qui medius haberetur Auditor & Nuncius: ſed Petrus periit in mari, cæteri Legati Romam peruenerunt, & profanum codicem, in quo continebantur geſta conciliabuli contra Nicolaum Papam, mortuo Nicolao primo, præſentant Hadriano 2. qui Synodo habitâ apud B. Petrũ, profanum codicẽ illum cremari cenſuit, & ita fieri Conſtantinopoli mandauit; miſſiſque Vicariis iuſſit fieri Conſtantinopoli Synodum. Facta eſt igitur Synodus anno Imperij Baſilij 3. Anaſtaſius, *ibidem* 1. Legati fuerunt Stephanus & Donatus Epiſcopi, & Marinus vnus ex ſeptem Diaconis, Nicetas.

Actio. 1. Habita anno 3. Conſulatus Baſilij & Conſtantini, indictione 3. menſe Octobri, die quinta, feria quarta, propoſitis pretioſis & viuificis lignis, & intemeratis Salutis noſtræ Euãgeliis in dextris partibus Catheeumeniorum templi Sanctæ Sophiæ. (Cathecumenia, vt ait Anaſtaſius, ſunt loci, in quibus Cathecumeni inſtruuntur) conuenientibus Donato & Stephano Epiſcopis & Marino Diacono locum tenentibus Hadriani Senioris Romæ Epiſcopi, & Ignatio Archiepiſcopo Conſtantinopolitano, & ſanctis Vicariis Thoma Metropolita Tyri locum tenente Sedis Antiochenæ, eo quod viduata eſſet Eccleſia, & Helia Presbytero & Syncello locum tenente Theodoſij Archiepiſcopi Sedis Hieroſolymitanæ: deinde ſecundum iuſſionem amicorum Chriſti, & piiſſimorum Imperatorum Baſilij & Conſtantini, præſentibus & audientibus Patriciis, &c. & Epiſcopi, & Senatus per Bahanem patricium petiit, vt Legati Papæ oſtenderent poteſtatem ſuam: & cum Legati reſpondiſſent hoc nos vſque non inuenimus in vniuerſali Synodo factum, vt Vicarij Senioris Romæ à quolibet perpendantur, verum talem exiſtimationem habeant: & Bahanes dixit, & nos propter inhonorantiam Apoſtolici Throni non dicimus hoc, ſed quia anteriores Miſſi Rodoaldus & Zacharias, deceperunt nos, alia in mandatis habentes, & alia facientes: & Vicarij dixerunt, ergo vt omnium dubitationem tollamus, ecce Epiſtolæ noſtræ; & Marinus Latinè legit magnâ voce in Audientiam omnium, in Græcum eam transferente Domnino Regio Clerico & interprete; in qua epiſtola Hadrianus, mortuo Nicolao, mandat, vt Miſſi eius præſideant in Concilio, & comburi in eo exemplaria Concilij vanitatis à Photio habiti.

Actio. 2. Primi nominantur Legati Patriarcharum, 2. Patricij, vt & in 1. actione; 3. alij Epiſcopi. In ea qui cum Photio peccauerant, ingreſſi veniam petunt, & libellum offerunt, qui recepti ſunt, dum facerent & ſubſcriberent libellum à Papa miſſum, qui in actione 1. habetur, & cui omnes, qui in Synodum veniebant, ſubſcri-

bebant, vt ibi ait Anaſtaſius, *in notis*. Libellum vero Pœnitentiæ dederunt Epiſcopi, qui iuſſi eum ponere ſuper pretioſa ligna, & ſancta Euangelia, & rurſus ſumere, & Ignatio Patriarchæ dare: & Metropolitis data ſunt ſuperhumeralia; & Theodorus Synopæ Epiſcopus dixit, non ſolum epitimiis ſumus digni, ſed & pœnis; ſed miſericordia tua magna eſt Domine: Senopho Epiſcopus Milaſſi dixit, cũ ſim multis pœnis dignus accipio ſuperhumerale: & poſtquam acceperunt ſuperhumeralia ſua, ſederunt ſinguli in ordine ſuo Nota vero ibi diſtingui epitimia, & pœnas, & tamen Anaſtaſius *actione* 1. *in notis*, „ *in voce epitimiis*: multi quidem increpationes „ interpretantur; ſed iſto & multis in locis, pro „ pœnis ponunt, quas Eccleſia vnicuique pro „ qualitate culparum præcipit obſeruandas, vtputa ieiunium, fletum, abſtinentiam ciborum, genuflexiones, & ſimilia. His quæ dicuntur de ſuperhumerali. i. Pallio, addendum quod *actio*. 1. Habetur in *Epiſtola Theodoſii Hieroſolymorum Epiſcopi ad Ignatium Conſtantinopolitanum*, cùm ei mittit Pallium, quo S. Iacobus vtebatur: præterea ſpetans penes ſacratiſſimam affectionem tuam impetrare quæ cordi ſunt, poderem, & ſuperhumerale cum mitra, Pontificalem ſtolam S. Iacobi Apoſtoli & fratris Domini, & primi Archiepiſcoporum, qua Anteceſſores mei Patriarchæ circumamicti ſemper in ſancta Sanctorum ingrediebantur Sacerdotio fungentes, videlicet ſanctam memoriam vitæ, & ſanctum calceare, qua & ipſe ego indutus ſum eadem gerens, tuo deſiderabili & honorando mihi capiti ex amore tranſmiſi, &c. Præter Epiſcopos ingreſſi, presbyteri cum libello pœnitentiæ, quem tradiderunt, & ſcripſerunt Romanum libellum, & ſuſceperunt à Patriarcha oraria ſua: ſimiliter & diaconi qui ceciderant, habentes præ manibus libellum pœnitentiæ; & accipientes quoque Patriarcha oraria eis reddidit; & pariter ſubdiaconi, & facientibus ſimilia pari modo dedit, & ipſis proprij honoris inſignia. Ex quo loco facile colligi poteſt, tunc degradationes quæ fiunt per inſtrumenta, cœpiſſe fieri in Eccleſia; niſi quod in Synodo ſexta Pallium ex humeris Macarij Patriarchæ ſublatum eſt in eius depoſitione, ſed non legitur id ante factum in orariis, & aliis ſimilibus ornamentis. Et poſt hæc Ignatius Patriarcha dixit, epitimia, quæ indicta ſunt iis qui ceciderunt, Epiſcopis, & Presbyteris, & diaconis, & ſubdiaconis, ab hac ſancta Synodo & vniuerſali, in Audientiam omnium legantur, quatenus fiant omnibus manifeſta: & accipiens Stephanus Diaconus & Notarius legit. Sit remedium, & ſalutem animæ ferens, ac valdè diſcretum epitimium Sacerdotum, qui per multam conſuetudinem ceciderunt, & negauerunt propria chirographa, quæ benè ac regulariter edita ſunt ad ſpiritalem conflictum, & vnitatem ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ: ſi quidam carnibus veſcuntur, abſtinere ſe à carne, caſeo, & ouo; hi vero qui carnes non comedunt, à caſeo & ouo & piſcibus, quarta feria, & paraſceue edere legumina & olera cum oleo & pauco vino, faceréque genuflexiones quinquaginta per ſingulos dies, & dicere Kyrie eleiſon, centies, & Domine peccaui, centies & Domine ignoſce mihi peccatori, centies, & recenſere ſextum pſalmum, & trigeſimum ſeptimum, & quinquageſimum; hæc mando tibi cuſtodire vſque ad Chriſti

A Natiuitatem: non autem habeas poteſtatem miniſtrandi, nec agendi quoquo modo quæ Sacerdotum ſunt, & tunc in Natalitiis Magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti recipies Sacerdotium tuum, & mecum eris Sacerdotio fungens & miniſtrans immortali æterno Deo.

Actio. 3. Quidam Metropolitæ noluerunt ſubſcribere Libello Romano, & non vlterius ſubſcribere præter id quod ſubſcripſerant, & profeſſi erant fidei ſymbolum, quod iacet in Chartophylacio Patriarchæ, tempore conſecrationis, vt Metrophanes, & alij Metropolitæ. Et lectæ ſunt Epiſtolæ Baſilij, Ignatij, & Hadria-
B ni.

Actio. 4. Cùm Epiſcopi duo ingredi vellent, dicentes Photium receptum à Sede Romana; Theophilus & Zacharias Vicarij Papæ & Orientis, dixerunt mittendum priùs ad eos, vt interrogentur cuius conſecrationis ſint, & cui communicant: & miſſus vnus Clericus à Papæ Vicariis, alius à Vicariis Orientis etiam Clericus, & à Senatu Cubicularius; poſtea ingreſſi, & Vicarij Papæ dixerunt patriciis petentibus vt interrogarentur, Interrogate vos illos: Patricij & principes dixerunt, vt obſecundantes verbo veſtro, ex præceptione veſtra interrogamus eos, non per poteſtatem noſtram; poteſtas enim hæc
C veſtra eſt: & Vicarij dixerunt, interrogate an recipiant libellum miſſum à Romana Eccleſia, qui noluerunt illum audire, & dixerunt Nicolaum Photio communicaſſe, vicariis Papæ negantibus. Vnde lecta eſt epiſtola Nicolai in contrarium ad Michaëlem Imperatorem, & alia ad eundem; & alia ad Photium, in qua probat laicum ipſum non potuiſſe fieri Epiſcopum contra Concilium Sardicenſe; quod malè negabat Photius ſe habere vel recipere, & ad exempla Nectarij, Ambroſij, & Taraſij reſpondet.

Actio. 5. Photius miſſus ad Synodum ab imperatore, venit: ſed Vicarij Romæ dicunt, priùs interrogetur an venire velit, & vt laici vadant; & miſit Senatus, & Vicarij Romæ & Orientis
D Laicos, & introductus eſt tandem Photius, qui ad interrogata nunquam reſpondit 1. Lectæ ei literæ Nicolai ad ipſum ſcriptæ, & ibi Helias Hieroſolymorum Vicarius ait, ſcitis, quia in præteritis temporibus Imperatores erant qui congregabant Synodos, & ex toto orbe terrarum vicarios ad diſpoſitionem huiuſmodi cauſarum colligebant, quorum more Dei cultor Imperator noſter vniuerſalem hanc Synodum fecit; & infra; nobis autem peruenientibus, & degentibus hîc per duos annos anticipantibus Vicarios Senioris Romæ, impoſuit ſuper colla noſtra encolpium ſuum, & dixit ecce iudicium Eccleſiæ exigit Deus à ceruicibus veſtris in die
E iudicij, vt nihil per fauorem faciatis neque per gratiam vel odium &c. Vbi Anaſtaſius, *encolpium* eſt quod in ſinu portatur, colpos enim enim Græcè, ſinus Latinè dicitur: moris enim Græcorum eſt Crucem cum pretioſo ligno, vel cum Reliquiis Sanctorum, ante pectus portare ſuſpenſam ad collum, & hoc eſt quod vocat encolpium.

Actio. 6 Aderat Baſilius Imperator, & Photij Epiſcopi noluerunt acquieſcere Nicolai decretis, ſed canonibus, dicentes, & Papæ Nicolai, & cæterorum Patriarcharum, canon princeps eſt, & ſecundum illum agentes nil faciunt extra id quod docet: cùm verò extra hunc fa-

ciunt ſiue Papa Nicolaus, ſiue alius quis, non accipiemus: etenim Marcellum Ancyranum Iulius Romanus ſuſcepit, & Sardicenſis Synodus trecentos Epiſcopos habens, iuſtificauit eum; ſed vſque in præſens vt hæreticus anathemati ſubiicitur; & lugendum Apiarium iuſtificatum à Romanis præſulibus, Africana Synodus non iuſtificauit, ſed repulit, mittens vt propria curaret, & extra fines ſuos non excederet: & alia dena paradigmata habemus eiuſmodi: & nunc, ſiquidem facta ſunt hæc à Nicolao cum canone, ſequimur, conuenimus, & roboramus, & contraria illis non ſapimus; ſi vero facta ſunt extra canonem, non noſtra vituperamus, aut proiicimus, ſed canon; & deinceps probant Photium non potuiſſe condemnari, nec quia ex laico factus erat Epiſcopus, nec quia conſecratus fuerat à depoſito. Sed his reſpondit Metrophanes Metropolita Smirnæ, & ad exempla Nectarij, & Apiarij, quem vide.

Actio. 7. Poſt inducias datas Photio vt reſipiſceret, & veniam peteret, introducitur; & cum baculo innixus veniſſet, & cum eo Gregorius Syracuſanus; Marinus Diaconus Vicarius Romanæ Eccleſiæ, dicit tolle baculum de manu eius, ſignum eſt enim dignitatis paſtoralis, quod hic habere nullatenus debet, quia lupus eſt & non paſtor. Iterum Photij Epiſcopi interrogati, quis vos adiuuet, dixerunt canones ſanctorum Apoſtolorum, & ſanctorum Conciliorum: & Bahanes Patricius iuſſus à Baſilio, ad Epiſcopos Photij dicit, dicite quis canon vos adiuuet, & vbi poſuerit Dominus canones in Eccleſiis ſuis, an in alio loco, & vbi Eccleſiæ ſunt hodie, & vbi prædicetur Euangelium, eſt alius locus præter quem tenent ſanctiſſimi Vicarij? & in hac lecta eſt Epiſtola Nicolai ad Clerum Conſtantinopol. vnà cum Capitulis Synodi, quibus damnatus Photius; item Epiſtola Hadriani idem ſtatuentis ad Baſilium & ad Ignatium; & geſta Concilij de eadem re facti ab Hadriano: vbi notandum allocutione tertiâ, quæ ibi lecta eſt, fateri Hadrianum, Honorium primum ab Orientalibus anathematizatum poſt mortem, quia fuerat propter hæreſim accuſatus, propter quam ſolam licitum eſt Minoribus Maiorum ſuorum motibus reſiſtere, vel prauos ſenſus reſpuere: & ſecundum Nicolai & Hadriani condemnationem, iterùm damnatus eſt Photius.

Actio. 8. In vaſe æneo pleno igne omnes tomi Chirographorum, quos exegerat Photius, non ſolum à Clericis vel Senatoribus, ſed etiam à pellariis, lignariis, acus facientibus & piſces vendentibus; & libri ſictè conſcripti contra Nicolaum, ac Synodi habitæ contra Ignatium Orphanotropho eos tribuente Vicariis vtriſque, qui igni tradiderunt. Deinde falſi Vicarij introducti ſunt, quorum nomen erat poſitum in Synodo Photij contra Nicolaum primum, & omnes dixerunt ſe non ſubſcripſiſſe, nec fuiſſe Vicarios, & eorum nomina falsò ibi poſita, & anathematizare eum qui poſuit: & idem dixerunt quidam Metropolitæ; & lectus eſt canon S. Martini Papæ Romani contra eos, qui falſas definitiones, & ſimilia faciunt, qui canon eſt *cap.* 20. Theodorus Crithinos quoque auctor Iconomachicæ hæreſeos adductus eſt ad Synodum ſanctam: qui cùm nollet obedire Synodo; huic Bahanes Patricius dixit, poſuit Deus

A Eccleſiam ſuam in quinque Patriarchiis, & definiuit in Euangeliis ſuis vt nunquam aliquo modo penitùs decidant, eo quod capita Eccleſiæ ſint: etenim illud quod dicitur, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, hoc denuntiat, quando duo ceciderunt, currunt ad tria; cum tria ceciderunt, currunt ad duo; cùm vero quatuor fortè ceciderunt, vnum quod permanet in omnium capite Chriſto Deo noſtro reuocat iterum reliquum corpus Eccleſiæ: nunc autem toto terrarum orbe concordante non habes excuſationis modum. Et quidam qui Crithinum, & Antonium, & Ioannem iconomachos ſequuti erant, eos, & eorum hæreſim anathematizarunt; quos ſtatim Imperator oſcula-

B tus eſt, dicens, nunc erepti eſtis à poteſtate Diaboli, & facti eſtis Chriſtiani veriſſimi & falſmodi eſtis: ipſi vero Crithinus, Antonius, & Ioannes perſeuerantes in hæreſi, excommunicati ſunt.

Actio. 9. Venerunt Vicarij Alexandrini Patriarchæ, qui nondum venerant; & lecta eſt eorum Epiſtola ad Imperatorem, Vicarius fuit Ioſeph Monachus, & Archidiaconus, ac Vicarius Michaëlis ſanctiſſimi Patriarchæ Alexandriæ. & coram illo auditi ſunt, qui teſtes fuerant contra Ignatium, & dixerunt iubente Imperatore Michaële, illum non fuiſſe rectè ordinatum, Theodorus Spatarius, & alij: & Vicarij

C dixerunt ei, cui confeſſus? & à quo accepiſti epitimium? Theodorus dicit, qui dedit mihi epitimium, defunctus eſt. Sanctiſſimi Vicarij Senioris Romæ dixerunt quis vocabatur? Theodorus dixit, neſcio; id tantum ſcio quia Chartularius erat & tonſus eſt, & fecit in columna quadraginta annos. Sanctiſſimi Vicarij dixerunt Sacerdos erat? Theodorus dixit, neſcio; Abbas erat, & habebam fidem in hominem, & nuntiaui ei. Sanctiſſimi Vicarij dixerunt compleſti ea, an non? Theodorus dicit ecce homo compleo illa, & recepit Synodum. Leo conſul ſimiliter dixit; cui cùm dictum eſſet vis accipere, epitimia? Leo dixit ſi mihi dederitis ac-

D cipio: & Vicarij Senioris Romæ dixerunt recipis hanc ſanctam Synodum? Leo dixit recipio: ſanctiſſimi Vicarij dixerunt anathematizas Photium, & omnes quos Synodus anathematizat? Leo dicit, quis ſum ego vt anathematizem? anathematiſmus in cauſa fidei fit, at verò Photius orthodoxus eſt, & vt quid anathematizabo eum? ſanctiſſimi Vicarij dixerunt, opera eius peiora ſunt omni hæreſi, qui Diaboli operatus eſt. Leo conſul dicit, cùm vos iudicetis fieri, & excepta hæreſi, anathematizo & ego cunctos quos anathematizauit ſancta Synodus & poſt alij multi nobiles interrogati, aſſeuerarunt ſe compulſos teſtes fuiſſe contra Ignatium;

E & quidam ex his ſe faſſi ſunt ſtatim fuiſſe confeſſos, & accepiſſe conuenientia epitimia; quidam etiam vſque in præſens ſua pœnitentia manſiſſe, qui apta epitimia à Synodo ſuſceperunt: & cum multi alij abſentes eſſent, & eos vellent expectare patres, tum Patricij, dixerunt non poteſt alia Synodus fieri cauſâ eorum; verùm licet alij præſto non ſint, epitimium audire non habent quod habetis dare, & ſi qui currant ad pedes veſtros, & patris Ignatij, accipient epitimium definitum à ſanctitate veſtra; ſi vero non venerint, atque permanſerint in malitia ſua, creſcet epitimium ſicut ſanctitati veſtræ

placuerit: & tandem obtinoerunt vt fieret & legeretur epitimium hoc. Conſiderante Synodo virorum iſtorum, qui vltrò ingreſſi intraoerunt ſub Michaele & Barda cootra Ignatium in conſpectu nefandi Concilij in Eccleſia Apoſtolorum, definimus & promolgamus eos qui ooo pœnituerunt, neque annuntiauerunt, neque epitimium acceperunt, ſed permanſerunt in diuritia cordis ſui, & non cognouerunt peccatom ſuum, per ſeptem annos epitimium habere propter manifeſtum peccatum tale; eſſe illos in duobos annis extra Eccleſiam, & in aliis duobus annis intra Eccleſiam audire ſanctas ſcripturas vſque ad Cathecumenoos, non tameo vllo modo communicare; ſed abſtinere à carnibus B & vino quatuot annis prætet Domioicos dies, & præter Domioicas feſtiuitates, & in aliis tribus annis ſtare eum fidelibus & mereri diuinam communionem in ſolis Dominicis ſolemnitatibos cum eleemoſynia, & orationibus, atque ieiuniis: ita vt tribus diebus hebdomadis, ſecunda videlicet, quarta, & ſexta feriâ abſtineant à carnibus & vino; & qui non venerunt io Synodum, & ſe occultant nolentes anountiare peccatum quod egerunt, & effugere voloot ſenteotiam epitimij, ſint omnino ab Eccleſia ſegregati, & anathematis ligamento conſtricti, donec conuerſi per pœnitentiam ſalui fiant, &c. & Patricij dixerunt quia multum tempos poſitum eſt epitimij, & quia peccatum eſt in Paſtorem, rogaot vt detur poteſtas Sanctitati eios, vt epitimium minôret: & Syoodus commiſit & diſpenſationem eorum, & vt habeat poteſtatem alleuandæ pœnitentiæ, vel augeodi epitimium.

Poſt actum eſt de iis, qui laici homines ſuperhumeralibos veſtirentur, & facerent quæ ſunt Sacerdotum, ludos facientes, & ſe conſecrantes; qui erant ex principibus, & patriciis; quorum aliqui dixerunt, epitimium accepimus confitentes Ignatio Patriarchæ, & cuſtodiuimus: & Synodus epitimium aliis dedit, in alio coouentu, id eſt, in alia actione; & falſi Vicarij introducti denuò ſuot, vt eos videret Vicarius Patriarchæ Alexandriæ.

Actio. 10. Lecti ſunt Canones editi à Synodo, vnus Notarius legit eos in ſuperiore parte Synodi, & alius in inferiore parte; denique duo Metropolitæ legerunt vnos io parte ſuperiori, alius io inferiori terminum ſeu definitionem Synodi contra Photium, iuxta definitionem Nicolai, & Adriani; & poſt lectiooem, ſanctiſſimi Vicarij Senioris Romæ dixerunt, qooniam prouidentiâ Dei io proſperum finem omnia deuenerunt negotia, oportet nos & in ſcriptis manu propria hæc roborare ſecuodum Synodicam conſequentiam; vnde volomus vt ſubſcribant primitus Chriſti amatores Imperatores, & deinde ſecundum ordinem ſancta hæc Syoodus. Baſilius piiſſimos Imperator & amicus Chriſti, dixit tranquilliſſimum Imperium noſtrum ſequutum præcedentes, & iuſtiſſimos Imperatores, Conſtantinum videlicet Magoum & Theodoſium, & Marcianum ac cæteros, vult ſcribere poſt ſubſcriptiones omnium Deo amabilium Epiſcoporum; ſed quoniam poſtulat præferri nos Sanctitas veſtra, ſubſcribam poſt ſubſcriptionem omoium ſanctiſſimorum Vicariorum: edocti enim ſumus à Chriſto Deo noſtro vero haberi exaltatam humilitatem: & poſt hoc accipiens Donatus ſanctiſſimos Epiſcopus Oſtiæ ſubſcripſit in quioque libris, & deinde Stephanos Epiſcopus Nepæ & Marinus diaconus, Reuerendiſſimi & honorabiliſſimi Vicarij Senioris Romæ: deinde Ignatius ſummus Patriarcha Conſtantinopolitanus: deinde Ioſeph Reuerendiſſimus Archidiaconus, & Vicarius Sedis Alexandriæ; deinde Thomas Reuerendiſſimos Metropolita Tyri, & locum tenens Sedis Antiochiæ, & Helias Monachus & Preſbyter & ſyncellus, atque Vicarius Sedis Hieroſolymorum: & poſt hos piiſſimi & amatores Chriſti Imperatores Baſilius, & Conſtantinus figenteſque propriâ manu io quinque voluminibus pretioſæ crucis figuram, Baſilio Magno Imperatore, B ſimiliter etiam & Conſtantino figeote Crucem pro ſe, & pro fratre ſuo Leone, ſubſcribente quoque nomina trium Imperatorum propria manu, & ſubſcriptionis reſiduum ſubſcribente Chriſtophoro proto à Secretis, & præpoſito canicuti, i. atramentarij, ex quo Imperator phœoiceas literas ſcribit in chartis, vt explicat Anaſtaſius: deinde ſubſcripſerunt omnes Epiſcopi ſecuodum proprium ordinem in quinque voluminibus: patricij non ſubſcripſerunt, ſed aliâ voce ſynodum receperũt, & anathematizarunt quos illa anathematizabat, velocibus ſcriptoribus excipientibus quæ dicebantur ab vnoquoque ipſorum, quæ etiam lecta ſunt in Audientiam omnium per Leonem à Secretis, C coram ſancta & vniuerſali ſynodo, voce grandi. Quidam ſubſcribuot Dei gratia, alij miſericordiâ Dei. Ego Donatus gratia Dei Epiſcopus S. Oſtienſis Eccleſiæ, locum obtinens Domini mei Hadriani Summi Pontificis, & vniuerſalis Papæ, omnia quæ ſuperius leguntur, huic ſanctæ & vniuerſali Synodo præſidens, vſque ad voluntatem eiuſdem eximij præſulis, promolgaui, & propria manu ſubſcripſi: & ego Stephanus gratiâ Dei Epiſcopus Nepeſinæ Eccleſiæ, locum obtinens, &c. vt ſupra: ſubſcripſere verò vſque ad voluntatem Hadriani, quia cùm Vicarij Papæ textum Synodi tradidiſſent Ana- D ſtaſio inquirendum, antequam ſubſcriberent, & ipſe omne quod ad laudem Sereniſſimi noſtri Cæſaris S. Dominus Hadrianus Pontifex in Epiſtola ſui Deceſſoris Arſenio Epiſcopo imminente adiecerat, reſecatam inuenerunt; dixeruot non ſe ſubſcripturos actionibus Synodi, niſi integra poneretur epiſtola: Græcis verò dicentibus non eſſe in Syoodo tractandum de laude Imperatoris, ſed Dei, cum nomen Imperiale noſtro Cæſari inuiderent; eo ventum eſt, vt hac conditione ſuſcriberent, quod moleſtè tulerunt Græci, vt dicitur in vita Hadriani. Sed Marinus diaconus non ponit Dei gratia, ego Marinus S. Catholicæ, & Apoſtolicæ E Romanæ Eccleſiæ Diaconus, locum obtinens Domini mei Hadriani, vt ſupra; & Ignatius miſericordiâ Dei Epiſcopus Conſtantinopolis nouæ Romæ, ſanctam hanc & vniuerſalem Synodum ſuſcipiens, & omnibus quæ ab ea iudicata & ſcripta ſunt, concordans & definiens ſubſcripſi manu propriâ: & Ioſeph miſericordiâ Dei Diaconus, & vices agens Michaëlis ſanctiſſimi Patriarchæ Alexandriæ, ſanctam hanc &c. vt ſupra Ignatius. Ego Thomas miſericordiâ Dei Metropolita Tyri, & vices gerens Sedis Antiochiæ ſanctam hanc, &c. vt ſupra. Et ego Helias miſericordiâ Dei Preſbyter, & ſyn-

eellus, locum implens Apoſtolici Thrnni, vbi Patriarcha eſt Theodoſius Hieroſolymorum Sancti Chriſti Dei noſtri ciuitatis, inſtar cæterorum Vicariorum, omnibus quæ in ſancta hac & voiuerſali Synodo geſta ſunt, definiens, manu propriâ ſubſcripſi: omnes enim Græci ferè dicunt miſericordia Dei, in dicta Synndo, cùm Latini dicant ſe Epiſcopus Dei gratiâ.

Subſcripſere tantum centum & vnus Epiſcopi, fuiſſe vero 102. teſtatur Nicetas.

In Epiſtola encyclica Syoodi dicitur Patres expoſuiſſe canones numero viginti ſeptem, pro Eccleſiæ commoditate, Chriſtianorumque munimine ac ſalute, nec non & vniuerſali ordinatione. In encyclica Græca non ponitur numeros canonum, & apud Græcos in Synodo græca non ſunt niſi quatuordecim: ſed Anaſtaſius, & encyclita Latina teſtantur fuiſſe viginti ſeptem.

Diſceptatio verò quæ dicitur facta coram Imperatore, & Vicarius, ſuper Bulgarorum terra, acta fuit poſt Synodum conſummatam, canoneſque 27. prolatos, & terminum fidei depromptum. Et omnia hæc in quinque codicibus ſcripta, & omnium ſubſcriptionibus roborata. Sed & ipſos codices plumbeâ Bullâ munitos, & ſigillatim loci ſeruatoribus traditos Patriarchalibus Sedibus deferendos, refert Anaſtaſios *in præfat.* & paulò antè monet id ſe dicere, ne Græci comminiſcantur in octaua vniuerſali Synodo aliquid de Bulgaris ſtatutum. Hæc, inquit, ita diximos, iotentos reddere ſtudioſos curantes ne forte proceſſu temporis quidquam de ſubiicienda Conſtantinopoli Bulgarorum terra ſtatutum vel definitum ab vniuerſali octaua Synodo putetor; vel actinnum illius Codici aliquid à Græcis hinc adiici præſumatur: & addit, id ſolere facere Græcos; qui locus eſt illuſtris: nam familiaris eſt illis iſta præſumptio, & ſiogolatis quodammodo ambitiouis iudicium: ſicque in Synodo ſecunda contra ſtatuta magnæ Nicænæ Synodi, & Sanctorom decreta Præſulom Romanorom, Alexandrinæ priuilegia Sedis Pontifici Conſtantinopolitano contulere; & quædam penes illos capitula reperiuntur Regularum, quæ illi quidem tertiæ dicunt exiſtere Synodi, cùm apud Latinos nec vetoſtiſſimis inueniantur editionibus; in quartæ quoque Synodi quibuſdam codicibos quoddam de priuilegiis Conſtantinopoleos oſtenduot capitulum quod inter canones eiuſdem Synodi ab omni Eccleſia veneratos, nec latinitas, nec alia lingua ſub ſole recipere comprobatur; quodque licet ab Anatolio & Imperatore, vel fautoribus eorum poſt omnia geſta Synodi, & prolatos canones, in abſentia Romanorum loci ſeruatorum clam depromptum extiterit, mox tamen ibi ipſum ab eiuſdem loci ſeruatoribus eſt repulſum, & à Sede Apoſtolica, quæ vt eadem Synodus fieret, ſola decreuit, ſolaque ius habuit eos recipiendi quos Synodica decreta protulerant; non ſolùm non admiſit, verùm etiam continuò reſpuit: & alia oſtendunt Regularum numeroſa, & præſumptiuola ſatis capitula, priſcæ traditiooi pœnè omnia valdè contraria, quæ à ſexta Synodo falsò perhibent promulgata: cùm ſexta Synodus nullam protulerit præter fidei Regulam; ſed quas eius aſſeuerant Regulas, longè poſt ſextam Synodom, ab ipſis conſtat eſſe penes ſe priuatim quoedpro m-

ptas. Porro in ſeptimæ Synodi codice, quia ſæpe contra canones Conſtantinopoli ex Neophytis Antiſtites prouehuntur, eo tempore Taraſius ex laicis Patriarcha fuerat ordinatus; ita Epiſtolam beatæ recordationis Papæ Hadriani exiſtimant tranſcribendam, vt nihil in ea ex his quæ ad prædictum præſulem, vel contra Neophytos idem Pontifex ſcripſerat, vel ſcriptum, vel tranſlatum Græcè reperiatur. Sic igitur Græci acceptâ occaſione celebratorum conciliorum, freqoenter egiſſe clareſcunt; & nunc minuendo, nunc addendo, vel mutando, nunc in abſentia ſociorum, nunc in abſcondito angulo tum, nunc extra Synodum, nunc poſt Synodum, aſtutiâ ſuâ, imo fraude, communibus ſanctionibus abutuntur, & ad ſuos libitus cuncta quæ ſibi viſa fuerint, etiam violenter inflectunt. Idemque aliter refert diſputationem Vicariorum de Bulgaris, quàm author vitæ Hadriani: ait enim non fuiſſe de ea re diſputatum inter eos, conueniſſeque omnes in vno conclaui ſolos, & ita rem actam, vt nec quod Romani aſſererent intelligerent Vicarij Orientis, nec quod Vicarij Orientis dicerent intelligerent Vicarij Romani, & vnus interpres eſſet, qui eorum dicta ſoli Imperatori exponeret, datumque tantùm Bulgarorum Vicariis ſcriptum Græcum continens quaſi Orientis Vicarij inter Vicarios Romanos & Ignatiũ iudicauerint Bulgariã ſubiacere Conſtantinopoli. Et inde creditum eſt illam diſceptationem, quæ tantùm in illo ſcripto continebator, nec facta erat inter Vicarios, poſt concilium fuiſſe iure factam, vt dicitur ab authore vitæ Hadriani 2. vbi integra refertur. Ex quo colligi poteſt ipſum Anaſtaſium non fuiſſe authorem vitæ Hadriani 2. cum ea deſiderat à præfatione Anaſtaſij: & ita verior videtur ſententia Onufrij dicentis in Platina, *annotatione poſt Nicolaum* 1. ad hunc vſque Nicolaum Romanorum Pontificum vitas ſcripſit Anaſtaſius Monachus, & S. R. E. Bibliothecarius, ſub quo & eius Succeſſoribus Hadriano 2. & Ioanne 8. in orbe floruit; quæ ſequuntur concinnauit Guillelmus quidam, alter Bibliothecarius; verior, inquam, quam ſententia Baronij dicentis ſententiam Onufrij diuinationem eſſe, cùm omnes Vaticanæ Bibliothecæ Codices Anaſtaſij, huius, & quorumdam ſequentium Pontificum vitas habeant. Author vitæ Hadriani refert poſt Synodum peractam, tertio die, in domo Imperatoris, coram Vicariis Patriarcharum & Ignatio conuocatis, adfuiſſe Michaëlis Bulgari Regis Legatum Petrum, qui dixit Bulgaros antè Paganos, nunc Chriſtianos, velle ſcire cui Patriarchæ ſubderentur; cui reſponſum à Legatis Papæ, Regem eorum ſe iam Nicolao ſubdidiſſe, & ab eo accepiſſe Epiſcopos: & cùm per Vicarios Orientis interrogatus dixiſſet quod quando Bulgaria primùm capta fuit ab illis, Preſbyteri erant Græci; inde illi dicebant Conſtantinopolitanum ibi eos ordinaſſe: ſed Papæ Legati dixerunt etiam Græcos potuiſſe pertinere ad Eccleſiam Latinam, quia aliud ordinant Iure Sedium, aliud patiuntur diuiſiones Regnorum; quod oſtenderunt, quia Romana Sedes habet Epirum, & Theſſaliam, & Dardaniam quæ eſt Bulgarorum: & cum Vicarij Orientis cenſerent æquum eſſe, vt regio ſubdita eſſet Conſtantinopolitano Patriarchæ, Legati Papæ interceſſerunt, nec voluerunt id deſi-

nire, & adiutarunt Patriarcham Ignatium, vt abſtineret ab ordinatione Bulgariæ.

Poſt concillum iſtud Ignatius iterum Patriarcha, decennio præfuit, & triceunium omninò paulóq; ampliùs Solium tenuit, atque anoorum octoginta in pace obiit. *Nicetas*. Photius etiam decennali ferè exilio, ſemper quid molitus eſt contra Ignatiom; & libro qoodam confecto de genealogia Imperatoris, veoit ad Imperatoris amicitiam per Theophanem Clericum, dicentem huuc librum (qui literis Alexandrinis, in vetuſta charta ab eo ſcriptus, & in Bibliotheca poſitus fuerat) non poſſe intelligi niſi à Photio; & ita miſſum eſt ad eum. vſus eſt etiam Photius opera Theodori Sanrabareni Magi. Et primom voluit is reſtitui Sedi, ſed non potuit viuo Ignatio, dein voluit ab eo abſolui, & in Sacerdotium reſtitui, ſed is noluit reſtituere: at ille per ſe vltro ſibi arrogato Sacerdotio, in Magnaora ſacros ordines conferebat, exarchos coostituebat; & mortuo Ignatio triduò poſt Sedem occupauit, alios muneribus permulcendo, alios malis terrendo; qoio & bumeralibus, ſeu palliis, & orariis, & aliis inſigoibus Status ſacerdotalis, coëmptis, ea ſingulis loco muoesis, & largitionis dabat: & Theodorum quem ipſe exul Patratom Metropolitam fecerat, quem quidam Apſantopolis nuſquam extantis Ciuitatis Metropolitam nuncupabant, ad Ioaonem Papam Apocriſiarium deſtinauit, per quem ſcripſit, ſe per vim à tota Eccleſia, totaque Republica coactum Tribunal denuò petiuuitum conſcendiſſe, & multorum ſobſcriptiones falſas Metropolirarum appoſoit. *Nicetas*, & Ioannes 8. Imperatorom Baſilij, Conſtaotini, & Alexandri precibus motus recepit Photium *epiſt*. 199. vt pax eſſet in Eccleſia, mortuo maximè Ignatio; idque per diſpenſationem, id conſentientibus Patriarchis Alexandrino, Antiocheno, Hieroſolymitano, & Metropolitis; ita tameo vt Photius ſatisfaceret, & miſericordiam coram Synodo ſecundum conſuetudinem poſtolaret; & vt poſt obitum eios, nullos de laïcis vel curialibus eligeretur, & niſi de Cardinalibus Preſbyteris, & Diaconibus Conſtantinopolitanæ Sedis, & vt Bulgaros Iuri ſuo non vendicet. Quam epiſtolam totam interpolatam legit in pſeudoſyoodo, (quæ tres canones edidit, & habita eſt in templo Sapientiæ, aooo 879.) & Epiſtolam 200. & 201. *In epiſt*. enim 199. addit Ioannem abrogaſſe octauam Synodum factam contra eom, vel alias ſynodos à Nicolao, & Hadriano; & *epiſt*. 201. & cum Ioannes videret noo facile debuiſſe id Photio coocedi, ait Photio, *epiſt*. 150. ea quæ pro cauſa tuæ Reſtitutionis Synodali decreto Cooſtantinopoli miſericorditer acta ſunt, recipimus; & ſi forte noſtri Legati in eadem Synodo contra Apoſtolicam præceptionem egerunt, nos nec recipimos, nec iodicamus alicuius exiſtere firmitaos; idemque dicit *epiſt*. 251. Falſauit etiam Photius Commonitorium Ioannis Papæ, in quo ſimiliter addidit, vt octaua Synodus contra Photium habeatur nulla. Commonitorium enim erat pro Receptione Photij, vt etiam oſtendunt ioſcriptiones Zachariæ, & Martini Epiſcoporũ; & deinde idem feciſſe conuiocitur io Commonitorio qood fecerat io epiſtola ad Baſilium 199. & aliis epiſtolis, qoæ quia integræ extant Romæ, ex illis conuiocitur falſitas

A Photianorum; & illud commouitorium datum fuit Petro Preſbytero Legato, in Synodo Romana 2. ſub Ioanne 8. qood non reperitur, ſed tantum illud quod interpolauit Photius; eidem autem Petro adiuncti ſunt duo Epiſcopi Paulus Ancooitanus, & Eugenius Oſtienſis Epiſcopus Conſtantioopoli degentes: *Epiſt. Ioannis* 203. Cæterùm licet Ioannes Papa VIII. per condeſcenſum quendam ad preces Imperatoris, mortuo Ignatio, & appoſita cooditione pœnitentiæ obtinendæ à Synodo, conceſſerit Photium reſtitui Sedi; tameo nunquam dedit poteſtatem Legatis, vt octaua Synodus reſcinB deretur: & id manifeſtum ſit, quia cùm Ioannes audiuiſſet aliter Legatos eius Petrum & alios proceſſiſſe; Marinum miſit, qui cùm noluiſſet quoque annullare Synodũ octauam, propterea trigiota diebus carcere fuit detentus, vt ſcribit Stephanus 6. *ad Baſilium*. Et ootandom ibi poſtea Marino facto Epiſcopo Romano obiectum fuiſſe, & ab ipſo Baſilio definitum, illum non eſſe Epiſcopum quod de alia Sede tranſlatus fuiſſet ad Romanam. Idem Stephanus 6. *epiſt*. 1. *ad Baſilium*, ſcripſiſti illum non eſſe Epiſcopum, quomodo id noſti? ſi verò id ignoras, quomodò ita præceps in eum ſententiam tuliſti? magna quidem eſt Pontificum potentia, non te latent res B. Ambroſij, & quid ipſe fecerit C adoerſus Theodoſium Imperatorem. Quicumque dicunt Marioum fuiſſe anteà Epiſcopum, ac proinde oon potuiſſe ad aliam Sedem transferri, oſtendant id apertè. Scito dilecte, & omni honore digne Imperator, qood licet illi impedimento fuiſſet quod obiicitur de canone, cùm tamen id nunquam fuerit, multitudo tamen ſanctorum patrum & illorum autboritas & iudicium potuit illom cooſtituere io primo gradu, & diuina prouidentia prænoſcens Eccleſiæ Dei vtilitatem in Sede priocipis Apoſtolorum Petri illom collocauit. Quid verò magous ille Gregorius cognomeoto Theologus oonne Nazianzo traoſlatus eſt, & Meletius Se-D baſte Antiochiam, & Doſitheus Seleocia Tarſum Ciliciæ, & Reuerentius Archiphænice Tyrum, Ioannes Godolia Præconneſum, Theodotus Apamea Selybriam, Alexaoder Cappadocia Hierapolim, & multi alij diuerſis in locis tranſlati ſuot è ſuis Sedibus ad alias: & Ioanoes ipſe damnauit Photium, vt teſtatur Formoſus epiſtola ad Stylianum, qui hæc dixit, Ioanoes Hadriano in Sede ſucceſſit, & anathemate Photium damnauit, qoando ille ſeduxit Eugenium & eius ſocios, qoi pro rebus Bulgariæ veoeraor: cùm enim accepiſſet Euangeliom, & ambonem conſcendiſſet, omnibus audieotibus ita dixit, quicumqoe non habet damnatum Photium diuinâ ſententiâ, ſicut ip-E ſum reliqoit Nicolaus & Hadrianus SS. Papæ, mei prædeceſſores, ſit anathema; apud Baronium: & alij omnes Pontifices damnaruot quoque Photium, Marious, Stephanus 6. Formoſus, Ioannes 9.

Acta huius falſæ Synodi ſunt in Vaticano & apud Baronium, & ab eo ſeptem actiones referuntur, canones tres apod Zonaram & Balſamonem; & Gratianos refert ex ea canooem 25, vij. Quæſt. 1. ex actione 5. tanquam ex vera Synodo ſub Ioaone 8. cui præfuit Petrus Preſbyter Cardinalis Paulus Aoconitanus & Eugenius Oſtienſis Epiſcopus Apocriſiarij Papæ, & Marcus Epheſinus

Epheſious in Concilio Florent. actio. 6. in principio, vtitor hac Synodo Photiniana, vt probet octauam Synodum reprobatam; cui Iolianos Cardinalis ignarus harum rerum nihil reſpondit, ſed ſequenti ſeſſione Andreas Coloſſenſis Epiſcopus reſpondit, & negauit per Ioannem 8. abolitam fuiſſe ſynodom octauam Hadriani.

Ad Canonem 11. *Diſtinctionis* 16.

CAoon vndecimus hoius diſtinctionis decimæ iextæ vode ſumptus ſit ignoratur, vt ait Antonins Auguſt. *cap. 19. de Collectoribus canonum*, & continet diuerſas adnorationes ſynodorũ particulatium. Annotatio in gloſſis veteribus dicitur ὑπογραφομένως, i. nota breuis & compendioſa, & pro nota accipitur *l. 81. § ſermo. d. de legatis* 2. ſic dicitur priuata ſcriptura quæ aliquid continet ſibi deberi, *l. 5. & 7. de probationibus. & l. vlt. Cod. de conuenendis fiſci debitoribus*: & ita loquutus eſt Creſconius *in breuiario*, vbi enumeratis canonibus Sanctorum Patrum addit: explicit annotatio canonum Sanctorum Patrum. Hic habetur, inquit, Concordia Canonom Coociliorum inſra ſcriptorum & Præſulum Romanorum, id aſt canonum Apoſtolorum, Nicænorum, Ancyranorum, Nouæ cæſarienſiom, Gangrenſium, Antiochenſium, Laodicenſium, Chalcedonenſium, Sardicenſium, Carthagioenſium; item Præſulum Siricij, Innocentij, Zoſimi, Celeſtini, Leonis, & Gelaſij, explicit annotatio canonum ſanctorum patrum. Sic apud Iulianum *Nouella* 248. & Iuſtinianum *Nouella* 82. litigatores audire more ὑπογραφομένως, id eſt adnotationis, ὑπογραφομένως autem dicebatur, cùm acta non erant plenaria, neque omnes allegationes partium ſcriptis mandarentur, ſed earum præcipua capita paucis ſub vno aſpectu ponerentur; denique cùm non cognitionaliter, id eſt non cum plena cognitione, actis accuratè diligenterque confectis, ſed per annotationem tantum, vt fit in cauſis humilioribus breuitatis & celeritatis cauſa, vt explicat Cuiacius *dicta Nouella* 82. Adnotatio ergo hic, eſt excerptom quoddam ex concilijs; nam & Hieronymus *in Iſaiam cap. 4.* vocat ὑπομνήματα excerpta & adnotata; vnde ait D. Baſilius, *cap. 4. Eſaiæ*, ad illa verba quibus admonebat Deus vt operarentur homines donec dies eſt, σημειωτέον, ait ſignatè, annotandum eſt diem dici præſentem vitam: & *in Examerum homilia* 6. aiunt, inquit, vitam noſtram à cœleſtium corporum motione pendere & hanc ob cauſam ea ſyderibus à Chaldæis eorum notationes τῶν σημειώσεων effectuum qui nobis accidunt fieri. Et Clemens Alexandrinus *lib. 1. Pædagogi cap. 8.* ὑπογραφομένων ὄντων, &c. Sic notandum eſt quod patrem ſuum qui bonus eſt, opificem quoque & creatorem eſſe fatetur, & *Stromat. Lib. 2.* ὑπογραφομένως illud neceſſario adnotandum eſt quod Solus Deus eſt intelligendus naturâ eſſe Sapiens, & τῶν μόνων ὑπογραφομένων, hoc ſolum adnotandum eſt quod Darij equi vt eſt in poëticis fabulis imaginem ſeruat homo ex ſententia Baſilidis, vt qui in vno corpore tot diuerſorum ſpirituum exercitum habeat incluſum: ſciendum verò eſt veteres vſos fuiſſe certis notis, eaſque appoſuiſſe locis quos excerpere volebant, vt verbi gratia, apponebant in his quæ probabant χρηστὸν ſiue χρήσιμον, in his quæ reprobabant ἄχρηστον, Caſſiodorus *lib. 1. de Diuinis lectionib.* Ticonius Donatiſta in eodem volomine quædam non reſpuenda ſubiunxit, quædam verò venenoſa dogmatis ſuis permiſcuit, cui tantom in bonis dictis chreſimon, in malis achreſton, quantom tranſiens valoi reperire, vt arbitror competenter affixi: & Diogenes Laertius μεμνημόνευται περὶ τὰς ἐκλογὰς τῆς καλλιγραφίας λαμβάνεται i. atque excerpta illa à nota qua præfigebantur χρηστομαθίας vocabant, Photius *in Bibliotheca* lecta ſũt ἐκ τῶν πρόκλου χρηστομαθείας γραμματικῆς ἐκλογαί. i. laudabilia quæ Proclos ex grammaticis excerpſerat, vbi Hoeſchelius, vt loquit Epitomiſtia bonis eſt χρηστομαθεία ἀπὸ τοῦ χρηστοῦ.

De Concilio Ancyrano.

PRimaergo, vt hîc dicitur, Aonotatio Ancyranæ ſynodi quæ ante Nicænam facta fuiſſe, ſed propter authoritatem maiorem poſtponitor, in qua Patres octodecim ſtatuerunt canones viginti quatuor, author maximè Vitalis Antiocheous Epiſcopus extitit. Idem fere dicitur à Balſamone in inſcriptione ſynodi Ancyranæ. Canones, ait, beatorum Patrum, qui Ancyræ conoenerunt, qui ſunt quidem antiquiores iis qui Nicææ editi ſunt, ſecundum tamen locum obtinent propter œcumenicæ ſynodi αὐθεντίαν authoritatem. & paulo poſt, diximus paulò ante, qood ſynodus Carthagioenſis eſt omnium prima, & ſecunda Anthiochena, & poſt eas, ea quæ in Ancyra Galatiæ Metropoli ante primam Nicænam ſynodum coacta eſt: huic autem Vitalis Epiſcopus Antiochiæ Syriæ, Agricolaus Cæſareæ, & S. Baſilius Epiſcopus Amaſeæ præfuerunt, & quæſiuerunt an eos oporteat admittere, qui idolis ſacrificauerunt & ad Eccleſiam accedunt. Et Zonaras, Prima, ait, ex omnibus ſynodis fuit Antiochena contra paulum Samoſatenum Imperante Romæ Aurelio celebrata: hæc vero in Ancyrana vrbe Galatiæ Metropoli habita Nicænâ prima œcumenicâ antiquior eſt; in ea porro ſancti patres affuere, quorum in conuentu Vitalis Antiochiæ, quæ eſt in Syria, Agricolaus Cæſareæ, quæ in Cappadocia, & Baſilius Martyr Epiſcopi præerant; in ſubſcriptione tamen Concilij apud Binium, Agricolaus dicitur Epiſcopus Cæſareæ Paleſtinæ, non Cappadociæ, vt apud Zonaram: omittitur etiam Marcellus Ancyræ Galatiæ primæ qui ſubſcripſit poſt Agricolaum, quia Marcellus fuerat depoſitus ab Arianis in Concilio Conſtantinopolitano, & in exilium pulſus à Conſtantino. In eadem ſubſcriptione ſynodi Epiſcopi octodecim qui huic Concilio interfuerunt numerantur, Vitalis autem fuit vigeſimus primus poſt Petrom Epiſcopus Antiochiæ, & primos ſub Imperatore Chriſtiano, vt docet chronologia Nicephori, & Theodoretus *lib. 1. cap. 3.*

Cauſa vero cur ſynodus illa fuerit coacta affertur à Zonara, Harmenopulo, & Balſamone. Cum, inquit Zonaras, turbulentis Chriſtianæ Reipublicæ temporibus multi cruciatuom acerbitati perferendæ nequaquam pares fuiſſent, ſed

A Tyrannorum imperiis obſecuti, Diis immolauiſſent, atque ex his aliquos poſtea pœnitentia ſacti cœpiſſet, ſeque crimen expiaturi Eccleſiæ ſiſterent; de iis hominibus, qui Chriſtum negauerant, quâ ratione admittendi forent, quæſitum eſt, deque illis ſubiectos canones hæc Synodus promolgauit. Harmenopulus *in Epitome Canonum*: alia coiit Ancyræ, de iis, qui lapſi fuiſſent vniuerſali prima ſynodo antiquior. Balſamonis autem verba ſupra relata ſunt.

Hæc ergo Synodus ſacta præſide Vitalio, qui factus fuit Epiſcopus Antiochenus eodem tempore, quo Romæ Sylueſter, Theodoretus *lib.* 1. *cap.* 5. & Nicephorus *lib.* 8. *cap.* 6. & Hieronymus *in Chronico*, putant Baronius & Binius B fuiſſe anno 314. quo electus Sylueſter, vt Donatiſtarum hiſtoria docet. Hanc fuiſſe ante Licinij perſecutionem patet, quia Baſilius Apameæ, iuſſu Licinij martyrium paſſus anno 316. is enim huic Concilio, & ſuperiori interfuit. *Binius.* Ancyra autem eſt Metropolis Galatiæ, vt diximus ex Zonata, & Balſamone. Galatia diuiſa erat in tres partes, in Trocmos, Toliſtibios ſiue Toliſtobogios, & Tectoſages; & Ancyra erat Galatiæ Tectoſagum vt ait Strabo *lib.* 4. Memnon tamen hiſtoricus *in Bibliotheca Photij* ait Trocmos Ancyram condidiſſe, quod nunc Galatiæ nomen habet in tres partes diſtributam, C alios enim Throcmos nominat, alios Toliſtobogios, alios Tectoſages: vrbes etiam condiderunt Throcmi Ancyram, Toliſtobogij Tabiam, Tectoſages Peſſinuntem. Dicitur etiam Metropolis à Theodoreto. *lib.* 1. *cap.* 7. & à D. Hieronymo *in præfatione ad ſecundum librum Commentariorum ſuorum, in Epiſtolam ad Galatas*, Galatæ, ait, ſtulti & vecordes pronunciati ſunt: ſcit mecum qui vidit Ancyram Metropolim Galatiæ ciuitatem, quod nunc vſque ſchiſmatibus dilacerata ſit &c. Ita dicta eſt ab anchora ferente Stephano ex Apollonio; ab anchoris, inquam, quas Mithridates & Ariobarzanes D à nauibus abſtulerant Ægyptiorum. Ancyra eſt in Patriarchatu Conſtantinopolitano: licet verò Galatia diuiſa ſit in tres partes; tamen iuxta Eccleſiarum Sedes, ſunt tantùm duæ Galatiæ, Galatia prima, & Galatia ſecunda, vt videre eſt in diſpoſitione Eccleſiarum ſubiectarum Patriarchæ Conſtantinopolitano à Leone ſapiente facta, in qua Ancyranus Epiſcopus eſt Metropolitanus Galatiæ primæ, & Peſſinuntis Epiſcopus Metropolitanus Galatiæ ſecundæ. In Concilio Sardicenſi Epiſtola ad omnes Epiſcopos, Marcellus dicitur Epiſcopus τῆς Α'γκυρογαλατίας. vno verbo in hac annotatione prima, rectè dicitur in Concilio Ancyrano eſſe canones 24. nam licet apud Zonaram, & Balſamonem, E & in ipſa editione Græca *Tomo* 1. *Conciliorum* ſint 25. tamen Dionyſius Exiguus, & Iſidorus Mercator non ponunt niſi 24. & ratio eſt quia Dionyſius Exiguus Canonem quintum comprehendit ſub quarto, & vnicum canonem facit ex illis duobus propter materiæ connexionem: & Mercator 23. comprehendit ſub 22. & ita eos duos canones in vnum connectit.

De Concilio Neocæſarienſi.

SEcunda, ait Gratianus, Neocæſarienſis quæ " poſt Ancyranum, & ante Nicænam legitur " fuiſſe, in qua patres 16. ſtatuerunt canones 14. " quorum author maximè Vitalis Salaminius extitit.

Verum eſt hanc Synodum poſteriorem eſſe Ancyranâ, & priorem Nicænâ: inſcriptio ſynodi apud Zonaram: canones ſanctorum & Beatorum patrum qui Neocæſareæ congregati fuerunt, poſteriores illis qui Ancyræ conuenarunt, B ſed antiquiores Nicæni conuentus canonibus, attamen propter βιβεσμώτων reuerentiam, Nicæni canones his antepoſiti ſunt: & Zonaras, ſynodus Neocæſareæ, quæ Ponti vrbs eſt, congregata, ſecunda quidem eſt ab Ancyrana, aliis verò ipsâ quoque primâ œcumenicâ Nicænâ antiquior. Igitur in ea congregati ſancti Patres enim quibus ſanctus etiam Martyr Baſilius Amaſeæ Epiſcopus interfuit, canones, ad Eccleſiaſticam rem conſtituendam, edidere qui ſequuntur. idem ait Balſamo ex Zonara.

Quod attinet ad Canones, in Græco, apud Binium, Zonaram, & Balſamonem ſunt quin- C decim canones. Dionyſius Exiguus & Mercator non ponunt niſi quatuordecim, quos ſecutus eſt author annotationis.

Author dicitur Vitalis Salaminius; malè id additum, nec vllus talis fuit Epiſcopus, & fortè ſcriptum erat Cœles Syriæ, pro quo repoſitum Salaminius: nam in ſubſcriptionibus apud Binium ſubſcripſit primus Vitalis Antiochenus Cœles Syriæ; vel etiam dici poteſt, quod non ſolus Vitalis author fuit, ſed etiam Salaminus Germaniceæ Cœles Syriæ, qui etiam Synodo ſubſcripſit: & notandum vt dixi non ſemper eos qui præſunt Synodo eſſe authores canonum: nam Concilio Valentino 3. Remigius D Lugdunenſis præſes fuit, & Ibo Gratianopolitanus fuit in eo ordine 4. & tamen dicitur author ſex primorum canonum Concilij ab Hincmaro *in priore Epiſtola ad Carolum Caluum*, & certè *in præfatione* dicitur maximè in eo collaboraſſe; & Venilo Senonenſis Epiſcopus præerat Concilio apud Cariſiacum, & tamen Hincmarus compoſuit quatuor capitula contra Gothcſcalci errores, quæ ſynodus approbans ſuſcepit, vt eſt in eius Actis.

Quod dicitur hæc ab Harmenopolo in epitome canonum antiquior Ancyranâ, verum non eſt: alia, inquit, Cæſareæ, antiquior Ancyranâ, Eccleſiaſticæ rei conſtituendæ collecta; vel E corrigendus eſt locus, & legendum ὡς ἡ ἐν Α'γκύρᾳ, i. antiquior Nicæna œcumenica, vt Ancyrana. Hæc dicitur ab eodem Harmenopulo Cæſarienſis *in præfatione*, *loco citato*, & *in Concilio Pariſienſi* 6. *cap.* 27. notandum ſubſcripſiſſe in eo Stephanum Chorepiſcopum Cappadociæ, & Budum etiam Chorepiſcopum Cappadociæ.

Neocæſarea eſt Metropolis Ponti Polemoniaci in Leonis notitia.

De Concilio Gangrenſi.

TErtia Gangrenſis, quæ poſt Nicænam legitur fuiſſe, in qua Patres 17. ſtatuerunt Canones 20. propter quaſdam neceſſitates Eccleſiaſticas, maximè contra Euſtachium, qui dicebat quod nullus in coniugali ordine poſitus, nec vllus fidelis qui non omnibus renunciaret, quæ poſſideret, ſpem apud Dominum haberet, & multa alia venenoſa quæ enumerare longum eſſet. *can.* 11. *diſt.* 16. Omnes dicunt hanc Synodum habitam fuiſſe poſt Synodum Nicænam, inſcriptio huius Synodi apud Zonaram, & Zonaras ipſe, & Balſamo, & Harmenopulus, *in epitome canonum.*

Gangra eſt Paphlagonum ciuitas, Zonaras *ibidem*: & Metropolis. Zonaras *lib.* 3. *cap.* 13. & Leo ſapiens *in diſpoſitione Metropolitanarum Sedium.*

Quo tempore fuerit coactum illud Concilium arguit Oſius Cordubenſis, qui interfuit Concilio, vt conſtat ex Epiſtola Epiſcoporum Synodica ad Epiſcopos Armeniæ, inter quos eſt Oſius Cordubenſis *apud Binium*: & inſcripta eſt à 16. Epiſcopis, licet Zonaras omiſerit Oſium, & alios nonnullos Epiſcopos.

In illa Epiſtola, *apud Binium & Zonaram*, continentur cauſæ huius Synodi: in ea verò ſunt Canones 21. & notandum in vnoquoque canone apponi anathema; quod patres fecerunt vt ait Balſamo, ad ſubuerſionem hæreſis, docentes ſic oportere Euſtathianos ad Eccleſiam accedentes vnamquamque ſuam opinionem anathematiſare, vbi non approbat anathema dici. Sozomenus etiam *lib.* 3. *cap.* 13. Epiſcopi Gangris, quæ eſt Metropolis Paphlagonum, in vnum conuenerunt, & illis Eccleſia Catholica interdicunt, niſi ſingula dogmata ſecundum decreta Concilij reiiciant. Et in Epiſtolà Synodica, ſingula quæ debeant condemnare, Synodus credidit proponenda, & hoc etiam factum eſt, quia vt dicitur in eadem Epiſtola, nec communis his omnibus & vna ſententia eſt.

Atquia dicitur congregata contra Euſtathium, ſtatim aliqui dixerunt eſſe Euſtathium Sebaſtenum Epiſcopum, alij vero dubitarunt. Socrates ait *lib.* 2. *cap.* 33. Euſtathium Epiſcopum Sebaſtiæ abdicatum fuiſſe ſuo Epiſcopatu ab Eulalio: Euſtathio, inquit, Epiſcopo Sebaſtiæ, quæ eſt in Armenia, ne ſui quidem purgandi dabatur poteſtas, quod ab Eulalio ſuo ipſius Patre & Epiſcopo Cæſareæ Cappadociæ iam pridem propterea abdicatus fuerit, quod ſe habitu, Sacerdotij dignitati parum decoro, congruenteque veſtiuerat; & paulo poſt: Euſtathius porro in Concilio Gangrenſi propter illum conuocato, poſtea etiam condemnatus eſt, quod poſt abdicationem ſuam in Concilio Cæſareæ habito factam, præter ritus & conſuetudines Eccleſiaſticas multa tentaſſet: nam etiam fieri matrimonia prohibuit, à cibis abſtinendum docuit: & paulò poſt; quem quidem, cùm alia plura his ſimilia feciſſet, docuiſſetque, Concilium Gangris gradu Epiſcopali dimouit, eiuſque dogmatâ anathemate damnauit. Sozomenus *lib.* 3. *cap.* 13. idem dicit: ſed illum magis excuſat. Apud Armenios, Paphlagonas, & Ponti Incolas fertur Euſtathium Eccleſiæ Sebaſtiæ, quæ eſt vrbs Armeniæ, Epiſcopum, primùm cœpiſſe vitam Monaſticam, & auſteram illius inſtitutionem colere, à cibis ad viuendum neceſſariis, & à veſtibus quibus vtendum eſt abſtinere, morum & vitæ accuratè traductæ authorem extitiſſe, adeo vt nonnulli conſtanter affirment librum Baſilij Magni Cappadocis qui *ἀσκητικὸς*, i. de vita & diſciplina Monaſtica inſcribitur, ab eo editum; dicitur porro præ nimis exquiſita diſciplinæ norma ad abſurdas obſeruationes eſſe delapſus: attamen ſunt qui illum crimine eripiant, incuſentque nonnullos ex eius diſcipulis, &c. & paulo poſt: his de cauſis Epiſcopi finitimi Gangris, quæ eſt vrbs Metropolis Paphlagonum, in vnum conuenerunt, & iſtis Catholica Eccleſia interdicunt, niſi ſingula dogmata quæ modò recenſuimus, & ſecundum decreta Concilij reiiciant. In quo Concilio, fama eſt Euſtathium declaraſſe ſe non pertinaciâ, ſed piæ & ſeueræ diſciplinæ cauſâ, hæc introduxiſſe, & docuiſſe ſuos mutare habitum, & non aliter atque reliquos Sacerdotes palam incedere; qui quidem cùm vitâ ita inſtrueret inter concionandum magnam hominibus excitauit admirationem. Samuel Petitus *lib.* 3. *variar. lection.* Euſtathium illum in Gangrenſi Synodo damnatum, non fuiſſe Sebaſtenum Epiſcopum, ſed Presbyterum tantùm probat ex Socrate *loco citato*, vbi dicitur damnatum fuiſſe ab Eulalio Cæſareæ patre ſuo, ergò ſi filius, Presbyter fuit: rogabo illum vt non hic hæreat, nam ſi cætera legerit, videbit dici *hoc cap.* fuiſſe ter condemnatum; ſemel ab Eulalio, tunc eum tantùm Presbyter erat; poſteà ab Acacianis abdicatum Sede Sebaſtena: tertiò in Concilio Gangrenſi damnatam eius doctrinam. Baronius putat non fuiſſe Euſtathium Sebaſtenum, ſed Euſtactum quendam, qui eadem docebat. Ratio eius præcipua eſt, quod D. Baſilius, & alij, qui loquuntur de eius varia diſpoſitione, nunquam obiiciunt illam condemnationem Synodi Gangrenæ. Sed reſpondetur ipſum primò ſe excuſaſſe Concilio, tunc eius vitam fuiſſe admirabilem, ſi non ſe extendiſſet ad alios, vt diximus ex Sozomeno. Eumque taliter laudat Epiphanius *in hæreſi Aërij*: nam, ait, quod ad vitam eius attinet, non paucis admirationem peperit. Sufficiat ergo teſtimonium Socratis, & Sozomeni.

De Concilio Sardicenſi.

QVarta Sardicenſis Synodus in qua Patres ſexaginta ſtatuerunt canones viginti vnũ, quorum author maximè Oſius Cordubenſis Epiſcopus, & Vincentius Capuanus Epiſcopus, & Ianuarius Beneuentanus, & Callepodius Neapolitanus S. Romanæ Eccleſiæ Legati extiterunt.

Dicitur Sardicenſis Synodus à Sardica, quæ vt ait Theodoretus *lib.* 2. *cap.* 3. Illyrici eſt vrbs, Daciæ Prouinciæ Metropolis. Indè in ſubſcriptionibus Latinæ Synodi Sardicenſis, ſubſcripſit Protogenes à Dacia de Sardica: alia eſt vrbs Sardis, vel Sardes vrbs Lydiæ ad latus

Tmoli montis ſita, à qua Sardæi, vel Sardiani, vel Sardienſes, vel Sardenſes dicuntur populi. Suidas; Σαρδιανοὶ, ἀπὸ πόλεως Σάρδεως, ἢ Σάρδεις πόλις. Et Hieronymus *in catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum* Melito Aſianus Sardenſis Epiſcopus Marco Antonino Vero Imperatore, vbi Sophronius Μελίτων Ἀσιανὸς Σάρδεων Ἐπίσκοπος: & Eortaſius apud Sozomenum *lib.* 4. *cap.* 23. τῆς Σάρδεων Epiſcopus, vel ἐν Σάρδεσι. Euſebius *lib.* 4. *cap.* 12. Μελίτων τῆς ἐν Σάρδεσιν Ἐκκλησίας Ἐπίσκοπος. Sardica tamen dicitur Σαρδῶν πόλις, *in Epiſt. Concilij Sardicenſis ad Eccleſiam Alexandrinam, & in Epiſt. ad omnes Epiſcopos*: malè in operibus Theodoreti edi- B tis, Σάρδεων πόλις, ponendum enim eſt Σαρδῶν; nam Σάρδεων pertinet ad Sardes non ad Sardicam; & ita in ea ſæpius peccatum: Sardica enim dicitur à Sardis, non à Sardibus, nam Sardis Aſiæ oppidum. Solinus *cap.* 1. *in fine*, cum Olympiade octaua & quinquageſima Victor Cyrus intraſſet Sardis Aſiæ oppidum, vbi tunc Crœſus latebat: vbi malè aliqui legunt Sardas, nulla eſt talis vrbs quæ Sarda dicatur. Malè Sardicam putat Lydiæ Metropolim Boſquetus, hoc eſt malè confundit; idemque etiam malè reprehendit Leonem quod Sardicam ſileat: imo ſilere debuit; nam non fuit in Patriarchatu Conſtantinopolitano ſed Romano. C Hæc Synodus ponitur hîc inter particulares Synodos, & ab Harmenopulo *in Epitome Canonum*, & à Zonara & Balſamone: dicitur tamen vniuerſalis à Socrate *lib.* 2. *cap.* 10. & *in excerptis de Pauli Epiſcopi Conſtantinopolitani martyrio apud Photium*. Hæc Synodus coacta fuit, propter Arrianos fidem Nicænam conuellentes, & Epiſcopos Athanaſium, & Paulum deponentes in Concilio Antiocheno; quod ideò miſit Epiſtolas ad Iulium, & Iulius ad eos, reprobans eorum Concilium factum ſine ipſius auctoritate. Socrates *lib.* 2. *cap.* 13. & cùm Paulus, & Athanaſius Conſtanti Imperatori, quæ paſſi erant narraſſent, Conſtans ſcripſit fratri, D vt tres Epiſcopos ad ſe mitteret, qui redderent rationem eorum quæ aduerſus eos facta fuerant, miſſique ſunt quatuor, qui non auſi congredi cum Paulo, & Athanaſio, nec fidem, quam Antiochiæ profeſſi erant, oſtendere; aliam formulam fidei, quæ non apertè eſſet reprehanſibilis, tradiderunt, omiſsâ tamen voce Conſubſtantialis, & redierunt: rurſuſque triennio elapſo aliam longiorem miſerunt Romam, Socrates *lib.* 2. *cap.* 14. *&* 15. quam reſpuit Iulius & Occidens, dicens, fidem in Concilio Nicæno ſtabilitam ſufficere. Socrates *cap.* 15. ſic cùm omnia tumultu perturbarentur, & denuò Imperator ſcripſiſſet vt Paulo, & Athanaſio E Sedes reſtituerentur, nec proficeret: Paulus, & Athanaſius aliud Concilium cogi poſtulant, in quo tùm de fide, tùm de eorum abdicatione ageretur; & de ſententia Imperatorum cogitur, Conſtante id petente per literas, Conſtantio conſentiente: idque Sardicæ. Socrates *lib.* 2. *cap.* 16. *& excerpta de Pauli martyrio apud Photium*. De ſententia quoque Papæ, vt ait Harmenopulus, *in Epitome Canonum*, ſuis literis Conſtans hortatus eſt fratrem, vt paternæ hæreditatem pietatis illibatam ſeruaret, &c. quibus perſuaſos Conſtantius, præcepit Concilium haberi Sardicæ, Theodoretus *lib.* 2. *cap.* 3.

Tria vero ſunt præcipua, propter quæ coa-

A cta fuit, de quibus actum eſt, 1. de fide quam violauerant Arriani; 2. de quibuſdam perſonis iniuriâ depoſitis; 3. de malis, quæ fecerant Arriani in Epiſcopus, vt refert *Epiſtola Synodi Sardicenſis Latina ad Iulium vrbis Romæ Epiſcopum*: ideoque Theodoretus ait *lib.* 2. *cap.* 3. Eccleſiæ alia mala erant, quæ Synodicam medelam requirebant: & hic ordo optimus vt prius tractentur cauſæ generales. In capitulis Herardi *cap.* 1. vt in Synodo priùs generales cauſæ, quæ ad normam totius Eccleſiæ pertinent finiantur, poſteà ſpeciales ventilantur; & ita Legatus Papæ in Synodo 6. Carthaginenſi Fauſtinus, ait, B vt primitùs agatur de canonibus Nicænis, tum de aliis rebus & ita Zonaras *in* 2. *Synod.* primùm quidem inquiunt Patres Eccleſiaſticam fidem, hoc eſt, eam quæ ab Eccleſia fidelium retinetur, quæque à nobis Epiſcopis tradita fuit profitemur, nos deinde quæ Eccleſiaſtici muneris ac inſtituti ſunt, ſinguli pro ſe quiſque, tunc omnes ſimul ſeruaturos recipiamus.

Iſta Synodus *in annotatione Gratiani*, ponitur ante Antiochenam: tamen Antiochena dedit occaſionem huic Synodo: deinde hæc habita fuit Ruffino & Euſebio Conſulibus, anno vndecimo poſt mortem Conſtantini, Socrates *lib.* 2. *cap.* 15. vel decimo, vt ait, Sozomenus *lib.* 3. C *cap* 11. i. anno Chriſti 347. Iulij 2. æra 385. Sed ſic etiam Theodoretus Synodi Sardicenſis canones antepoſuit canonibus Antiochenis *in Synagoge M. S. Bibliotheca Regia nondum edita*, licet canones Sardicenſes ſint poſteriores.

Quod ad Epiſcopus attinet, qui interfuerunt Synodo Sardicenſi, excerptum Gratiani ponit ſexaginta, quia ſequitur exemplar Dionyſij Exigui, in quo ſexaginta Epiſcopi ſubſcripſerunt. Zonaras ait Epiſcopos in ea fuiſſe numero trecentos quadraginta vnum, *in præfatione Synodi Sardicenſis*, & Balſamo *ibidem*. Socrates *lib.* 2. *cap.* 16. ait trecentos Occidentalium, & ſeptuaginta ſex Orientalium interfuiſſe & Sozomenus D *lib.* 3. *cap.* 11. D. Athanaſius *Apologia* 2. qui interfuit & ſubſcripſit Synodo, ponit trecentos quadraginta quatuor Epiſcopos, Harmenopulus prope accedit, qui ponit trecentos quadraginta vnum. Sciendum verò eſt, multos, qui non interfuerant Synodo, ſuas contuliſſe ſubſcriptiones; ad quod etiam Epiſtola Synodi Sardicenſis ad omnes Epiſcopos, eos adhortatur *in fine*, quin & vos quoque ſtudete, ait, fratres & Comminiſtri noſtri in ſacris obeundis, vt ſpiritu præſentes in noſtra Synodo idem ſuffragium conferatis per veſtras ſubſcriptiones, & paulò poſt, hæc ita ſcriptis mandata, factum Sardicenſe Concilium, ad eos, qui intereſſe E non poterant miſit, qui ipſi quoque ſuis ſuffragiis decreta Synodi approbarunt: eorum autem qui Synodo ſubſcripſerunt, cæterorumque aliorum iſta ſunt nomina. In eo Oſius primus ſubſcripſit, Iulius Romæ poſteà per Archidamum & Philoxenum Preſbyteros, tum Protogenes Sardicæ, ex quo colligitur Oſium quidem fuiſſe Præſidem conſtitutum, non tamen Legatum à latere, ſed Archidamum & Philoxenum, qui nomine Iulij Papæ ſubſcribunt, hoſque duos Legatos tantùm nominat D. Athanaſius, & Epiſtola Synodi ad Iulium. Annotatio Gratiani. videns 10 ſubſcriptionibus poſt Oſium ſubſcripſiſſe Vincentium de Capua. Calepodium Neapolitanum, Athanaſium Alexandrinum & Ianuariū

Epiſcopū à latere Iulij Papæ: nā Victorem, & Vincentiū quoque Presbyterum Legatos dicit epitome canonum Hadriani 1. oblata Carolo Magno; ſed ſubſcriptio Græca Epiſtolæ Synodalis oſtendit eos tales non fuiſſe, & Calepodium, poſt multos alios ſubſcripſiſſe. Cùm vero, ait Gratianus Oſium maximè authorem fuiſſe, ideò fit, quia ipſe vt plurimum proponit, ſed Gaudentius quoque, Aetius, & Ianuarius authores fuerunt, & Gratus etiam *Can.* 7. Item ſciendum ex pluribus, quam ex triginta quinque Prouinciis, coactam, ex Athanaſio, *Epiſt. ad ſolitariam vitam agentes*; ex quo ſequitur, non omnes prouincias in ſubſcriptionibus Synodi nominari.

B Orientales vero Epiſcopi ſecedentes ab Occidentalibus, propter Athanaſium, vt dicebant, cui nolebant communicare; Philippopoli, quæ eſt in Thracia, priuatum concilium fecerunt, Socrates *lib.* 2. *cap.* 15. & Sozomenus, *lib.* 3. *cap.* 10. & Iulium, & Oſium, & Protogenem excommunicarunt, *cap.* 10. & cum hoc decreuiſſent, omnibus per literas ſignificarunt ad eum finem, vt eos in communionem non admitterent, neque ſcriberent ad eos neque literas ab eis reciperent; *cap.* 10. Oſius contrà, & alij, præcipuos ex Orientalibus depoſuerunt, & communione priuarunt, & anathematizarunt, ſcribentes omnibus Epiſcopis. Porrò Orientales ſuum conuentum vocauerunt Concilium

C Sardicenſe, & ſub eo nomine ſubſcripſerunt ad Donatum Carthaginis Epiſcopum; vbi omnes Epiſcopos Occidentales calumniati ſunt, quæ Epiſtola Latinè extat apud Binium cum ſubſcriptione ſeptuaginta quatuor Epiſcoporum, & hæc epiſtola fucum fecit multis: ſed D. Auguſtinus *lib.* 3. *cap.* 4. *contra Creſconium Donatiſtam*, & *Epiſt.* 163. oſtendit Concilium illud Arrianorum eſſe. Hoc autem fecerunt Orientales. vt Grati, qui cum triginta Epiſcopis Africanis Synodo Sardicenſi interfuerat, fidem eleuarent; & inde factum eſt, vt multa Theodoretus ea eo ſumpta, putauerit eſſe verè Sar-

D dicenſis Synodi, *lib.* 2 *cap.* 16. & adiunxerit Epiſtolæ Synodicæ ad omnes Epiſcopos; vt eſt forma fidei ab Orientalibus facta in hac pſeudoſynodo, non ab Occidentalibus. Hoc etiam decepit Sozomenum, qui *lib* 3. *cap.* 11. ait in Sardicenſi Synodo patres pluribus verbis formulam fidei edidiſſe, quæ latiùs explicaret fidem Nicænam; & Vigilium dicentem *lib.* 5. *contra Eutychem*, ſeptem capitula ad fidem ſpectantia, poſt illa quæ in Nicæna ſtatuta eſſent, à patribus Sardicenſibus addita fuiſſe; quos omnes reprehendit Diuus Athanaſius *in Synodo Alexandrina, ad Legatos Apoſtolicos ſcribens*: tabellas nonnulli iactant, quaſi ex

E Sardicenſi Synodo de fide conſcriptas; ne legi quidem ſemel, aut proferri ſinatis: nihil enim tale Concilium definiuit. Quamuis enim certi homines nonnulla quaſi quæ deeſſent Nicæno Concilio, aſcribere vellent, idque acriter contenderent, ſancta tamen Synodus quæ Sardicæ conuenit, indignè id tulit, decretoque ſanxiuit ne quid vlteriùs de fide ſcriberetur; & ſe contentos eſſe Nicæna fide declaratione, vt cui nihil deeſſet, & in qua integra & ſolida pietas contineretur; neque edendam eſſe aliam profeſſionem fidei, ne illa quæ Nicææ ſcripta eſt,

A ſuos numeros non habere videretur, neue illis, quibus libido eſſet noua ſtatuere, occaſio huiuſmodi ſuppeditaretur, vt iterum atque iterum de fide definiant. Quapropter ſi quis, hæc, aut aliud quidpiam cauillabitur, compeſcite illos, & ad ſtudium pacis inducite.

Verum quidem eſt Patres egiſſe de fide, vt apparet ea *Epiſtola Synodi ad Iulium Papam*, ſed ita egerunt, vt nullam aliam fidei Regulam præter Nicænam tradere voluerint, quod in Concilio Romano ante factum fuerat, vt diximus ex Socrate, ſuprà.

Canones huius Synodi ponuntur 21. in excerpto Gratiani, & in Dionyſij exigui Editione, &

B apud Zonatam & Balſamonem: apud Binium, verò ſunt tantum viginti canones Græci, quia ſextus iungitur cum quinto, & ex 5. & 6. vnus tantum canon fit. Apud Dionyſium Exiguum pars canonis 10. in iis verbis Alypius Epiſcopus dixit, hic non habetur in Græco; nec caput 12. nec caput 18.

Illi Canones in Occidente videntur fuiſſe tantùm Latinè ſcripti, vt oſtendit Præfatio Dionyſij Exigui *ad Stephanum Salonitanum Epiſcopum*: ne quid præterea notitiæ veſtræ videamur velle ſubtrahere, ſtatuta quoque Sardicenſis Concilij atque Africani, quæ Latinè ſunt edita, ſuis à nobis numeris ponuntur eſſe diſtincta. Hadrianus 1. *in Epitome Canonum*, quam obtulit Romæ Carolo Magno, *in præfa-*

C *tione Canonum Sardicenſium & Africanorum*, ait non apud Græcos, ſed magis apud Latinos inueniri: ſunt etiam, ait, viginti regulæ, quæ per Oſium Cordubenſem Epiſcopum currunt, quæ titulantur tanquam quadraginta Epiſcoporum apud Sardicam; quæ tamen non apud Græcos, ſed magis apud Latinos inueniuntur; & ideo non mirum ſi Concilium Sardicenſe vocatur tomus Occidentalium *in Can.* 5 *Synodi Conſtantinopolitanæ* 1. vt explicant Zonaras, & Balſamo. Meletius enim Antiochenus, qui præerat Concilio prouocauit hunc canonem poni: quamobrem Photius dicebat ſe non habere

D Concilium Sardicenſe *can.* 14. *hac diſt.* 16. huic ibidem reſpondet Nicolaus primus, & *Epiſtola* 11. deinde nos diligentiſſime requirentes reperimus eos canones, eo ſenſu & numero, non ſolùm in nouis, verùm etiam in veteribus atque authenticis codicibus, qui veraciores ſoliti ſunt inueniri, Græcè conſcriptos, quo cæteris Latinis canonibus inſerti eſſe cernuntur, nimirum qui & à præſulibus prouinciarum, pœnè totius orbis definiti ſunt, & illis omnibus ſatis placuiſſe, per eadem exemplaria Græca monſtrantur; quomodo autem non eſſe penes vos, Sardicenſes canones in ſolus aſtruere poteris quando non ſolùm à latinæ, verùm etiam cum aliis à linguæ

E Græcæ hominibus ſtatuti ſunt, & promulgati; qua de re credibile non eſt, quod illic definitum eſt, vnumquemque ipſorum minimè linguæ propriæ tradidiſſe: aut quomodo non ſunt penes vos canones Sardicenſes, quando inter quinquaginta titulos, quibus concordia canonum apud nos texitur, ipſi quoque reperiuntur: & Zonaras qui vixit centum, aut circiter annis poſt Photium, non ignorauit hos canones: & ſanè ſicut Gratus, qui interfuerat Concilio Sardicenſi, reuerſus in Africam, in Concilio Carthaginenſi 1. vſus eſt authoritate

canonum huius Concilij, ita & alij. Gratus, inquit, *can.* 5. Epiſcopus dixit. Hæc obſeruantia pacem cuſtodit, nam & memini in ſanctiſſimo Concilio Sardicenſi ſtatutum, vt nemo alterius plebis hominem vſurpet; ſed ſi forte erit neceſſarius, petet à Collega ſuo, & per conſenſum habeat.

Illi Canones habiti ſunt pro Nicænis, & vt tales citati à Zoſimo Papa in Concilio Carthaginenſi 6. *cap.* 3. 4. *&* 6. in iis enim canon 7. & 17. Synodi Sardicenſis dicuntur pertinere ad Nicænam Synodum, quod à Zonara reprehenditur *in can.* 5. *Synodi Sardicenſis*, dicente hunc canonem non fuiſſe editum à Nicæna Synodo, vt falſò dicebat Papa in Charthaginenſi Synodo 6. dici tamen poteſt fuiſſe Nicænos conſuetudine & vſu, vt dicere voluit Legatus à latere in Synodo Carthaginenſi ſexta.

Canones illi non ad fidem, ſed ad ſtatum Eccleſiaſticum pertinent, Zonaras & Balſamo *in præfatione*: & certè non tàm canones ſunt quàm diatypoſes, quod & oſtendit canon 12. qui dicitur *διατύπωσις*, nam idem dici debet de aliis: quæ enim in eis continentur, per modum diatypoſeos potiùs quàm canonis referuntur.

Conueniunt verò canones cum Epiſtolis Synodicis, in iis, tam in *Epiſtola ad Iulium*, quàm *in Epiſtola ad omnes Epiſcopos* damnantur propter tranſpoſitionem à minoribus ciuitatibus ad maiores parœcias, de qua te canon 1. maximè factus contra Euſebium prius Beryti, tùm Nicomediæ & Conſtantinopolis Epiſcopum, vt apparet ex *Epiſtola Synodali Alexandrinorum apud Athanaſium Apolog.* 2. & quia Arriani & Euſebiani damnato Athanaſio, & non expectatâ Iulij ſententiâ, ad quem confugerat, in eius locum ſuffecerant Gregorium, ex dictis Epiſtolis Synodicis & Athanaſij *Epiſt. ad Orthodoxos*, & Socrate *lib.* 2. *cap.* 8. ideo factus eſt canon 3. 4. & 5. de appellationibus ad Papam, & de non ſubſtituendo alio ante cauſam ab eo cognitam: & quia Iſchyram nondum Preſbyterum, aut miniſtrum in ſacris, in mercedem calumniæ Epiſcopum fecerant vici ſui, vt ait Athanaſius *Apolog.* 2. de quo *in Epiſtola Synodica ad omnes Epiſcopos*, ideo *can.* 6. conſtitutum eſt non licere Epiſcopum ſimpliciter conſtituere in aliquo pago: & quia Gregorius quidam laïcus, vt ait Athanaſius *Apologia* 2. in locum D. Athanaſij ſubſtitutus eſt, vt docent *dua Synodales cano.* 10. conſtitutum eſt, ne Diues, vel ex foro Scholaſticus, & laicus ordinetur Epiſcopus; & quia Preſbyteri Alexandrini & alij multa ab Epiſcopis Arrianis paſſi ſunt, de Epiſcoporum in Diaconos condemnatione agitur *can.* 14. cum aliqui etiam à non Epiſcopis conſecratis ordinati eſſent; ideò de iis *can.* 18. & 19. agitur, & diſtinguitur ab Oſio, vt ordinati Preſbyteri ab Epiſcopis depoſitis, vel anathematizatis poſſent recipi in Clerum, at Clerici ordinati à non Epiſcopis non recipiantur niſi vt laici, quia nullum ordinem acceperunt, vt qui à Muſæo, & Eutychiano ordinati erant; ex quo oſtenditur depoſitus non amittere ordinem nec poteſtatem ordinandi, vt obſeruat hìc Balſamo: nota, ait, ex præſenti canone, quod nihil eis præiudicij ablatum eſt, qui ab aliquibus depoſitis, vel etiam anathematizatis in clerum ſuſcepti ſunt, & hoc

A fit, quia characterem non amittunt.

Denique cùm dicatur *in Synodali Epiſtola* ſæpiſſimè Epiſcopos animaſſe Imperatorem contra alios Epiſcopos, & deinde cum prætextu pauperum, precum & interceſſionum vagarentur, ideo in *can.* 7. prohibentur ire ad Comitatum Imperatoris, *εἰς τὸ στρατόπεδον*: ita enim accipitur à Syneſio *Epiſt.* 66. non pro Caſtris, ait enim ibi Senatorium virum factum Monachum, tum Sacerdotem, poſt hæc occaſione negotij cuiuſdam profectum ad *στρατόπεδον*. i. Comitatum principis; non Caſtra, quid enim faceret Monachus; & *Epiſt.* 110. vocat *τὸ θεῖον*

B *στρατόπεδον*, diuinum Comitatum. Zonaras tamen caſtra appellat, quod Imperatores vtplurimum militiæ vocabant; ſed idem tamen poſtea dicit *εἰς τὸ στρατόπεδον, ἤτοι εἰς βασιλεία*, Balſamo rectiùs dicit *εἰς τὸ στρατόπεδον, ἤγουν ἔνθα ὁ βασιλεὺς διάγει*, i. vbi Imperator agit. Idem Zonaras *in can.* 101. *Synodi Carthaginenſis*, ad Comitatum, explicat, ad palatium. Hoc igitur prohibetur, cum ſint prætextus tantùm ad vacandum ſæcularibus negotiis. Veræ autem interceſſiones Epiſcoporum commendantur, vt fiat pro damnatis ſine cunctatione, *can.* 7. poſſe autem ſi quid in Comitatu Regis obtinendum, id fieri per Miniſtros aliquos *can.* 8. Exci-

C pitur in dicto canone, niſi aliquis Epiſcopus literis Imperatoris arcerſitus. Et *can. vlt.* iubet vt Epiſcopi qui ſunt in Canali, i. in itinere, & via publica, qua itur ad Imperatorem, cum viderint Epiſcopum adeuntem ad *στρατόπεδον*, quærant cauſam aduentus, & conditiones ſupra poſitas, & ſi euocatus à Rege veniat; vt ſic nihil fiat impedimenti; ſin autem oſtentationis cauſâ, vel propter aliud negotium feſtinat *ἐπὶ τὸ στρατόπεδον*, nec literis eius ſubſcribat, nec cum eo communicet. *Canalis*, vel Canalius, vt explicat Zonaras, aquæductus dicitur. Eſt autem Romanum vocabulum: hîc vero Epiſcopi conſtituti in tranſitu, vt dicitur in ipſo contex-

D tu *ἐν ταῖς παρόδοις, ἤτοι κανάλι*. i. vt ait Zonaras, in vrbibus quæ ſunt in viis publicis, ſiue in Canali per quas qui tranſeunt, ſine labore permeant, vt aqua tranſit in aquæductu. Canalis vero multa ſignificat nempe cloacam, exitum, viam publicam. Gloſſæ Latino-græcæ, *Canalis* [illegible], *ὀχετὸς* [illegible], *ὁδὸς, ἔξοδος*, [illegible], *δημόσιος ἀγωγὸς*: & Gloſſæ nomicæ, *κανάλις, ἀγωγὸς ὕδατος*, & in ipſa Canonis inſcriptione ſunt Epiſcopi in Canalio conſtituti. Huc pertinet *lex* 25. *Cod. Theodoſiano de Curſu publico.*

1. Cum ergo Synodus Sardicenſis accuſatores Athanaſij depoſuiſſet, fidem Nicænam con-

E firmaſſet, contrariamque anathemati ſubdidiſſet; his auditis, Conſtans Occidentis Imperator edocet per literas fratrem ſuum Conſtantium, & monet vt amicè Paulum & Athanaſium tractet, neque impediat quominùs ſuis Sedibus reſtituantur; addens niſi volens iuſta petenti annuat, ſe venturum, & illo inuito jus & æquum iniuria affectis redditurum. Metuens igitur minas fratris Conſtantius, diuinum Paulum non prohibuit in proprio Epiſcopatu reſidere, eiuſque commilitonem Athanaſium multis literis ad ſe vocat, & venientem libenter ſuſcipit, ac ſuæ dignitati reſtituit. *Excerpta ex Pauli martyrio apud Photium.* Et

Socrates. *lib. 2. cap.* 18. male Zonaras, & Harmenopulus, & Balſamo putant hanc ſcripſiſſe Conſtantem ante concilium Sardicenſe, nempe minatum per literas, nam antè ſcripſerat tantum de Athanaſio, vt reſtitueretur Sedi ſuæ, idque peteret Beneficii loco, vt ait Sozomenus *lib. 3. cap. 9.*

De Concilio Antiocheno.

QVinta Antiochena, in qua Patres 25. ſtatuerunt canones viginti quinque, quorum maximè author Euſebius Epiſcopus Palæſtinenſis extitit.

Hæc vt dixi, non fuit 5. ſed 4. acta enim eſt ante Synodum Sardicenſem, nempe anno 5. poſt mortem Conſtantini. Sozomenus *lib. 3. cap. 5.* & Socrates *lib. 2. cap. 5.* idem dicunt Zonaras, & Balſamo. Malè Gratianus putat in eo fuiſſe tantum 25. Epiſcopos: fuerunt enim, vt ait Athanaſius, *lib. de Synod.* nonaginta, vel vt Hilarius *de Synodis*, 97. aut, vt Sozomenus *lib. 3. cap. 5.* 98. Licet autem plures eſſent Catholici, tamen neſcio quomodò non contradixerunt Arrianis pro Athanaſio. Gratianus videns 25. tantùm ſubſcripſiſſe epiſtolæ Synodicæ, dixit non plures fuiſſe in ea Synodo: nam & hodie apud Binium totidem tantùm ſubſcripſerunt. Iulius vero *epiſt. 4. ad Orientales*, ait 36. tantùm ſubſcripſiſſe, & Arrianos omnes.

Cum igitur Athanaſius nollet ad preces Euſebij Arrianos recipere, vt ait Sozomenus *lib. 2. cap. 17.* (Euſebius ille Palæſtinenſis fuit Epiſcopus Gadaræ, quæ eſt in Palæſtina 2.) & Euſebius, & Arriani, & Meletiani plurimùm poſſent apud Imperatorem: accuſationibus falſis obtinuerunt, vt Concilium Cæſareæ in Palæſtina contra eum ageretur: ſed ille videns omnium animos, noluit venire: venit tamen poſtea Tyrum, vbi accuſatus in concilio, obiecta diluit, & viſus innocens; ſed Epiſcopi cum aliis multis, occaſionem quærentes vt eum occultè interficerent, illi quibus mandatum erat ab Imperatore vt ſeditionem omnem compeſcerent, eum clam ſubduxerunt, iſque confugit Conſtantinopolim: ſed in eo concilio Tyrio abſens eſt abdicatus Epiſcopatu, & decretum ne Alexandriæ habitaret. Sozomenus *lib. 2. cap.* 24. & ab iis perſuaſus Conſtantinus dedit mandatum, vt Treuerim incoleret, quod fecit; & alio concilio habito Conſtantinopoli, Marcellum quoque gradu Epiſcopali abdicarunt, ſuaque Eccleſia expulerunt, & alium Epiſcopum Baſilium crearunt. Sozomenus, *cap.* 31.

Conſtantino mortuo fides Nicæna magis conturbata per Euſebiū, & Theognidem. Sozomen. *lib. 4. cap.* 1. qui ne rediret Athanaſius laborarunt: reuerſus tamen cum literis Conſtantini fratris Conſtantii, vnde magis Euſebiani inſimularunt eum apud Conſtantium quod non iudicio Epiſcoporum ſed ſuo arbitrio reuertiſſet. *cap.* 2. Et cùm Conſtantius Antiochiam conſcendiſſet, quod ad exitum perducta erat Eccleſia, quam ibi Conſtantinus ædificare cœperat, vt ea conſecraretur, Euſebianis bona fuit occaſio ibi cogendi concilii, & conuenere Epiſcopi 99. anno 5. poſt mortem Conſtantini; vbi, denuò Athanaſius accuſatus, & decretum vt Gregorius in locum eius conſtitueretur: atque Euſebio Emi-

A ſeno poſteà dicto, oblatus fuit priùs Epiſcopatus, ſed recuſauit & Emiſenam accepit ſedem: & cùm poſteà Gregorius Arrianis ſuſpectus eſſet tranſtulerunt eum; & Georgium Cappadocem elegerunt. Socrates *lib. 2. cap.* 10. & inde corrigenda ſunt in vita Athanaſii ea in quibus dicitur Georgium ipſi ſucceſſiſſe, & pro eo poſtea Gregorium: nam Gregorius prior ſucceſſit, tum Georgius: & in *epiſtolis Synodicis Synodi Sardicenſis*, loco Gregorii fortè poni poteſt Georgius, quia Gregorius non ampliùs erat Epiſcopus: niſi dicamus Gregorium etiam excommunicari, quod prior ſucceſſit Athanaſio; & male putant Gregorium interfectum à populo Alexandrino, is enim fuit Georgius, non Gregorius.

B Ammianus *lib.* 22. Tum actum de fide, & plurimas fidei formulas edidere. Porro Maximus Hieroſolymitanus qui ægrè in concilio Tyri ſuffragatus erat abdicationi Athanaſii, noluit huic intereſſe, neque Epiſcopus Romanus, neque alius quiſpiam Italiæ, vel vltra venit. Tum Gregorius venit Alexandriam cum militibus multis, vnde abiit Athanaſius, & Romam contendit. Sozomenus *lib. 3. cap. 5.* & Paulus etiam, & Marcellus, & Aſclepas quos, cùm inſontes, & fidei Nicænæ inhærentes comperiſſet Iulius, in communionem recepit, Sedibus reſtituit; ſcripſit ad Orientales, quibus mandauit vt quidam omnium nomine venirent ſententiam

C ſuam defenſuri, & Athanaſium, & Paulum ad Sedes ſuas miſit: ſed Orientales ſcripſerunt ad Iulium minaciter, quod eum depoſitis communicaſſet, & ſententiam ſui concilii abrogaſſet *cap.* 7. quibus denuò ſcripſit Iulius (certior factus de Athanaſii innocentia per Epiſcopos Ægypti) illorum concilium contra leges Eccleſiæ factum ſe non vocato, & ita irritum, & rem ad Conſtantem detulit; qui ſcripſit ad Conſtantium vt quoſdam Epiſcopos mitteret de abdicatione Athanaſii reſponſuros: & tres miſſi, ſed nihil actum eſt *cap.* 9. & iterum ſcripſit pro iis Conſtans nec obtinuit. Sed Athanaſius, & Paulus petierunt cogi concilium, & ſententiâ

D vtriuſque Imperatoris coactum Sardicæ.

Canones Antiocheni ſemper recepti ſunt à Græcis, & in Corpus canonum redacti, vt oſtendit verſio Dionyſii Exigui *epiſt. ad Epiſcopum Salonitanum*, „deinde Regulas Nicænæ ſynodi, „& deinceps omnium conciliorum, ſiue quæ ante erant, ſiue quæ poſtmodum factæ ſunt, vſque ad Synodum centum quinquaginta Pontificum, qui apud Conſtantinopolim conuenerunt, ſub ordine numerorum i. à primo capite vſque

E ad 165. ſicut habetur in Græca authoritate, digeſſimus. Confirmatur ex concilio Chalcedonenſi *act.* 4. de Caroſſo & Dorotheo, vbi dicitur legantur canones, ſumptoque libro canonum legitur canon 83. qui eſt 4. Antiochenus, & canon 84. qui eſt quintus Antiochenus, & *act.* 11. legitur canon 95. qui eſt 16. Synodi Antiochenæ; & canon 96. ex libro canonum, qui eſt 17. Synodi Antiochenæ: & *act.* 13. legitur *ex libro* canon 6. qui eſt quartus concilii Nicæni. Græci enim ita numerabant canones: erat apud eos liber canonum in quo primò poſiti erant viginti canones Nicæni, tum viginti quinque Ancyrani, poſt quindecim Neocæſarienſes, quarto, viginti Gangrenſes, quintò viginti quinque Antiocheni, tùm ſexaginta Laoniceni, qui omnes canones ſimul coniungebantur, quaſi eſſent

vnius concilii, & conficiebant numerum 165. à primo capite ad vltimum: & hoc eſt quod voluit dicere Dionyſius Exiguus. Quare in concilio Chalcedonenſi canones numerantur, & referuntur ſecundum ordinem, quem habebant in hoc libro, non ſecundum ordinem ſuæ Synodi. Sed error manifeſtus actione 6. ſupra citata, cùm canon qui legitur dicitur ſextus Latinè, eſt enim quartus in concilio Nicæno, & in dicto libro canonum, quia Liber ille incipit à Nicæna Synodo; & ita omnes canones tam in Synodo Nicæna, quàm in dicto libro, debent eodem modo notari. Ex hoc codice probat Hincmarus *in opuſculo Capitulorum* 50. *cap.* 21. *aduerſus Hincmarum Laudunenſem*, in Synodo Laodicena non fuiſſe niſi viginti canones, & ex Synodo Chalcedonenſi *act.* 11 (malè ponitur 12.) oſtendit ordinem & artem canonum in eo libro poſitorum, ſed & actio, inquit, 11. Chalcedonenſis concilii, in qua ſcriptum habetur Regula 95. de vacante Epiſcopo: & Paulo poſt, Leontius ex eodem Codice legit Regulam 96. de his, qui vocati ad Epiſcopatum eniramt; quas Regulas conumeratas à capite 20. Capitulis Niceni concilii; ſi quis per ſingula conſequentia concilia ex ordine numerauerit, in Antiocheno concilio loca prælatorum numerorum tenere inueniet. Quia tamen illi canones in odium D. Athanaſii editi ſunt, maximè quartus; ideo quidam Græci nolebant eos recipere, vnde cum damnatus fuiſſet D. Chryſoſtomus à Theophilo, eo quod poſt depoſitionem ſuam non reſtitutus miniſtraſſet; qui pro eo ſtabant, dicebant hanc Synodum eſſe Arrianorum, tum eos hunc canonem edidiſſe, vt inſidias pararent D. Athanaſio, vt teſtatur Georgius Epiſcopus Alexandrinus *de vita B. Chryſoſtomi*. Pronomiatum, inquit, ne in Iudicium quidem vocandum Ioannem, vt qui poſt electionem ſacra obire munia non dubitaſſet, cùm Antiochena Synodus poſt expulſionem Sacerdotii, munus obeunti adhuc nullum defenſionis locum reliquerit. Ad quæ Ioannis ſtudioſi, Arrianorum illum eſſe canonem, confeſſumque excipiebant, ad inſidias duntaxat ſtruendas Athanaſio comparatum. Hinc eam ipſam Synodum Patres Sardicenſis concilii nullam eſſe cenſuiſſe, & Athanaſio non ſolùm defendendi ſui poteſtatem feciſſe, verùm etiam Sacerdotium vnà cum Marcello adminiſtrare permiſiſſe: & Balſamo fatetur hunc canonem 4. ſublatum eſſe à Synodo Sardicenſi, *in can.* 4. & ſimiliter canonem 15. Et Innocentius 1. *epiſt. ad Clerum, & populum Conſtantinopolitanum*, tenuit illos canones, tanquam ab hæreticis factos, & damnatos in Synodo Sardicenſi: illi enim canones 4. & 15. omnes à Synodis appellationes ad Papam reſpuebant; imò nec retractari, & refricari volebant quod ſemel ab vna Synodo prouinciali fuiſſet ſtatutum. Vnde D. Chryſoſtomus, quod ad Synodum appellaſſet, miſſus eſt in exilium, vt de ſe teſtatur idem Chryſoſtomus *epiſt. ad Innocent.* tractus vi, & abductus à Magiſtratu Ciuitatis, in media ciuitate, & in nauim coniectus, per noctem nauigaui, eo quod ad Synodum & iuſtum iudicium prouocâram. Vnde cùm Innocentius 1. miſiſſet Eccleſiæ Romanæ Epiſcopos quinque, & preſbyteros duos ad Honorium & Arcadium Imperatorem, vt & Synodum, & definitum tempus, ac locum impetrarent; Ioannis hoſtes apud Conſtantinopolim

A hanc rem quaſi in contumeliam eius Imperii fieret, & vt illi *ὡς ἀλλοτρίας ἀρχῆς ἐνοχλήσαντες, tanquam alieni Imperii turbatores* ablegarentur, effecerunt, vt ait Sozomenus *lib.* 8. *cap.* 28. *& vlt.* Et cùm Iulius Papa ſcripſiſſet Epiſcopis Orientis, eoſque incuſaſſet, quod ſe inconſulto iudicaſſent Epiſcopos, & mandaſſet vt quidam illorum, omnium nomine, ad diem conſtitutum accederent, perſpicuè declarauit ſententiam, quam de depoſitis tulerant æquam eſſe; & Athanaſium & Paulum ſuis Sedibus reſtituiſſet, vt ſuprà dictum eſt, illi alio concilio Antiochiæ habito, criminis loco Iulio obiecerunt, quòd cum Athanaſio communicaret; & ægrè admodum tulerunt, quòd eorum concilium eſſet iniuriâ affectum, & ſententia abrogata; quod factum B vt iniquum & à lege Eccleſiaſtica diſcrepans inſimularunt, ſieque ſibi iniuriam factam teſtati, Iulio pacem & Communionem non aliter pollicebantur, quàm ſi abdicationem eorum qui ad ipſum profugerant, approbaret; ſin autem reſiſteret ipſorum decretis, contraria ſe facturos prædicebant. Sozomen. *lib.* 3. *cap.* 7. & Socrates *lib.* 2. *cap.* 11. & Epiſcopi Arriani *in epiſtola Synodali ad Donatum Carthaginenſem*, illud dicunt eſſe nouam legem vt Orientales ab Occidentalibus iudicarentur Epiſcopi. Et paulò poſt: hanc nouitatem moliebantur inducere quam horret vetus conſuetudo Eccleſiæ, vt in concilio Orientales Epiſcopi, quidquid fortè ſtatuiſſent, ab C Epiſcopis Occidentalibus refricaretur, ſimiliter quidquid partium Occidentalium Epiſcopi, ab Orientalibus ſolueretur; quod vltimum falsò aſſeruerunt: nunquam enim eis conceſſit Eccleſia Romana, vt ſoluerent quod ab ea ligatum eſſet; & quidem hac arte putauit Photius ſe poſſe venire in concordiam cum Sede Apoſtolica *in can.* 1. *Synodi in Templo Sapientiæ habita*. Antiocheni Iulium & Oſium damnauerunt, quòd Athanaſium ad communionem recepiſſent. Verùm hoc non nouum fuiſſe, docet Iulius Papa *epiſt. ad Orientales in cauſa Athanaſii ex apologia* 2. vbi probat ex Synodo Nicæna id permiſſum eſſe. Quocirca Epiſcopi in magna D Synodo Nicæna congregati, non ſine Dei auxilio permiſerant prioris Synodi acta in alia Synodo examinari, vt & illi qui Iudices erant præ oculis habentes ſecundum de ea re iudicium futurum cum omni diligentia cauſam expenderent; & illi qui ſententiam acceperant, certo agnoſcerent ſe non per ſimultatem priorum Iudicum, ſed Iure & meritò condemnatos eſſe. Quòd ſi iſtiuſmodi conſuetudo olim fuit, eiuſque memoria renouata eſt, & ſcripto prodita in magna Synodo, eamque apud vos valere non ſinitis, rem profectò indecoram facitis. Id verò quod dicitur hîc in Nicæna Synodo, ſcriptum E non eſt in canonibus, ſed fuit in actis, vt & canon 1. Synodi Antiochenæ de Paſchate, non eſt inter canones, ſed fuit in actis, vt dicunt Zonaras, & Balſamo. Item, quod ait D. Hieronymus *epiſt.* 3. *& in præfat. ad lib. Iudith*, librum illum in Synodo Nicæna inter canonicos habitum, non reperitur in canonibus, ſed eſſe debuit in actis, vel diatypoſibus. Et certè cauſa Arrii, quæ ante iudicata fuerat in concilio Alexandrino ſub Alexandro, iterum in Nicæna Synodo eſt cognita. Præter illa autem, hoc fuit ſemper priuilegium Eccleſiæ Romanæ præter cæteras, vt de omnibus aliis cognoſceret. Socra-

tes *lib. 2. cap. 9.* & hic fuit canon Eccleſiæ, vt ait A Theodoretus *lib. 2. cap. 4.* vt & Sozomenus *lib. 3. cap. 9.* nam legem eſſe ad Sacerdotii dignitatem ſpectantem, quæ pronuntiat illa acta irrita eſſe, quæ præter ſententiam Epiſcopi Romani conſtituuntur; & ab omnibus appellatur ad Romanum Pontificem. Synodi Sardicenſis *can. 4.* & Athanaſii, & aliorum *epiſt. ad Fœlicem 2. ante medium*: ſimiliter & à ſupradictis Patribus eſt definitum conſonanter, vt ſi quiſquam Epiſcoporum, aut Metropolitanorum, aut Comprouinciales vel Iudices ſuſpectos habuerit, vel veſtram Romanam Sedem ſanctam interpellet, cui ab ipſo Domino poteſtas ligandi atque ſoluendi ſpeciali eſt priuilegio ſuper alios conceſſa. B ipſa enim firmamentum à Deo fixum & immobile percepit, quoniam ipſam formam vniuerſorum Titulorum lucidiſſimam Dominus Ieſus Chriſtus veſtram Apoſtolicam conſtituit Sedem: ipſa eſt enim ſacer vertex in quo omnes vertuntur, ſuſtentantur, releuantur. Et ita Theodoretus *epiſtola* 113. recurrit ad Leonem Papam iniuſtè depoſitus: & Balſamo in *can. 3. Synodi Carthaginenſis*, & leges & canones permittere vt non ſemel, ſed & bis appellatio recurrat: ac ſi hoc quoque vt priuilegium Papæ datum eſt vt ad eum appelletur, nihil nouum: & *can. 12. Synodi Antiochena* idem dicit. Sed C moleſtæ tamen fuerunt hæ appellationes, & abſolutiones Africanis, ſcribentibus in Synodatica ad Celeſtinum Papam: imprimis ergo officio debitæ venerationis impleto, ſupplices petimus ne deinceps ad veſtras aures eos qui hinc veniunt, facilè admittatis; nec qui à nobis excommunicati fuerint, in communionem velitis recipere: & paulo poſt: ne ergo qui in propria Prouincia à communione ſuſpenſi ſunt, à tua ſanctitate deditâ operâ, & vt non oportet; communioni reſtituti videantur: & deinceps; & Nicænæ Synodi ſtatuta ſiue Clericos inferioris gradus, ſiue ipſos Epiſcopos pro- D priis Metropolitanis apertiſſimè commiſerunt: ſapienter enim & iuſte perſpexerunt negotia in propriis locis terminari debere: & deinceps; nam de mittendis quibuſdam veluti à latere tuæ Sanctitatis, à nulla Patrum Synodo conſtitutum inuenimus: & deinceps; Executores ergo veſtros Clericos petentibus aliquibus, ne velitis mittere. Non eſt negandum tamen Ius appellandi fuiſſe ad Sedem Apoſtolicam; nam & Antonius Fuſſalenſis Epiſcopus, acceptis literis à primate Numidiæ appellauit, quod in Synodo priuatus eſſet adminiſtratione Cathedræ, relicto ſibi titulo Epiſcopi: & Bonifacius cum, ſi ordinem rerum fideliter indicauit, abſoluit. D. E Auguſtin. *epiſt. ad Bonifacium* Zoſimi Succeſſorem: & mortuo Bonifacio idem Auguſtinus ſcribit ad Celeſtinum *epiſt.* 261. contra Antonium, vbi non negat iudicia transmarina, ſed plura fuiſſe narrat. Exſtat, inquit, exemplo ipſa Sede Apoſtolica iudicante, vel aliorum iudicia firmante, quoſdam pro culpis quibuſdam nec Epiſcopali priuatos honore &c. idemque Auguſt. *epiſt.* 161. iudicia transmarina approbat, ſed quia non erant quæ in Cæcilianum & ordinatores eius transmarino iudicio probarentur: & deinceps; millia quippe Collegarum tranſmarina reſtabant, vbi appareba t& eos iudicari poſſe: & deinceps; neque enim de presbyteris aut diaconis aut inferioris ordinis Clericis, ſed de Collegis agebatur, qui poſſent aliorum Collegarum iudicio, præſertim Apoſtolicarum Eccleſiarum, cauſam ſuam integram reſeruare.

Poſteà tamen admiſſi ſunt à ſummis Pontificibus canones Antiocheni, vt à Zacharia Papæ *epiſt. ad Pipinum*, in qua, *cap. 1.* refertur canon 9. Synodi Antiochenæ, & canon 10, & *cap. 8.* canon. 5. Is vero creatus Pontifex anno 741. & Hadrianus in Collectione Canonum, quam obtulit Carolo Magno Romæ, omnes canones Antiochenos inſeruit; & Creſconius in ſua, & Ferrandus his ſæpiſſimè vtitur: & recepiſſe eos videtur Eccleſia, in eo quod rectè in eis definitum, in aliis quæ contraria eſſent Synodo Sardicenſi, non recepiſſe: quomodo Gregorius Magnus *lib. 6. Regiſtri, epiſt. 3. cap. 19 indictio. 5. ad Eulogium Alexandrinum & Anaſtaſium Antiochenum poſt principium*, recipit Synodum Conſtantinopolitan. 1. quæ fuit ſeconda generalis. Romana autem, inquit, Eccleſia eoſdem canones, vel geſta Synodi illius hactenus non habet, vel accipit; in hoc autem eandem Synodum accepit quod eſt per eam contra Macedonium definitum, vt referunt Romani Correctores, & Antonius Auguſtinus: & nolebant approbare quod in ea contra ſtatuta magnæ Synodi, & decreta ſanctorum Præſulum Romanorum, Alexandrinæ priuilegia Sedis Conſtantinopolitano Pontifici collata fuerant, vt refert Anaſtaſius Bibliothecarius *in præfatio. Synodi Conſtantinopolitana ſub Hadriano 2. prope finem*; ideo enim non eſſe receptos canones huius Synodi dicunt Correctores Romani, *can. 3. diſt.* 21. canon, inquiunt, ex his eſt quos Apoſtolica Romana Sedes à principio, & longo tempore non recepit, quod probant ex *epiſt. Leonis 1 ad Anatolium, & aliis epiſtolis*. Poſtea ergo recepti ſunt, vt ait Innocentius Papa *cap. antiqua, de priuilegiis*, pro bono pacis: & huius Synodi canone 6. vtitur Nicolaus 1. *epiſt. ad Michaelem Imperatorem cuius initium eſt, propoſueramus*, & refertur can. 15. iii. *Quæſt.* 5. & *can.* 2. iiii. *Quæſt.* 1. & idem eſt de canonibus Trullani, quos dicit Anaſtaſius Bibliothecarius *in præfat.* 7. *Synodi Nicænæ* 2. ita admitti dùm non ſint aduerſa moribus, vel prioribus canonibus, & refertur à Correctoribus Romanis *can. 6. diſt.* 16.

De Concilio Laodiceno.

Sexta Laodicenſis in qua patres 32. ſtatue- »
runt canones 61. quorum author maxime »
Theodoſius Epiſcopus extitit.

Hæc Synodus habita eſt Laodiceæ Phrygiæ Pacatianæ ex diuerſis Aſiæ prouinciis, vt teſtantur Zonaras, & Balſamo *in principio huius Synodi*, & collectiones omnes, vt epitome canonum Orientalium oblata Carolo Magno ab Hadriano 1. & epitome canonum Harmenopuli *in præfat.* & Collectio quæ eſt apud Binium; & verſiones omnes, Dionyſii Exigui, Mercatoris, & Heroeti: ſunt enim multæ aliæ Laodiceæ; ſed hæc eſt ad Lycum Fluuium poſita in Phrygia.

Iſta Synodus ponitur ſemper ab authoribus vltima quinque particularium, etiam in Codice Canonum Orientalium Dionyſii Exigui, vt ſupra dictum eſt, quo codice nihil certius eſſe poteſt; nec eſt edita ſub Syluestro, vt dicunt Baronius, & Binius, qui id probando faciunt vt non

A probent. Nec mutandum, quod ait Gratianus, Theodoſium Epiſcopum authorem fuiſſe, in Nunnechium: nam non eſt neceſſe eum qui author eſt canonum, eſſe loci Epiſcopum, in quo habetur Synodus, vt patet *ex annotatione* 1. 2. 4. & 5. imò nec eſſe præſidem, vt patet *ex annotatione* 5. & *can.* 10. *diſt.* 16. in quo Nectarius Conſtantinopolitanus dicitur maxime author trium canonum Conſtantinopolitanæ Synodi, cuius præſes Cyrillus; *& eodem can.* 10. Anatolius Conſtantinopolitanus dicitur maximè author canonum Synodi Chalcedonenſis.

Canones vero ſexaginta vnus dicuntur fuiſſe à Gratiano; ſed apud Binium ponuntur 59. apud B Balſamonem & Zonaram ſexaginta. De hoc Theodoſio, qui dicitur author canonum huius concilii, videtur loqui Philoſtorgius *lib.* 8. cùm agit de Ioniniano, vbi dicitur ſe oppoſuiſſe Aëtio, & ordinationem eius in Synodo renocaſſe; & ita videtur habita poſt Synodum Antiochenam, & ante Synodum Conſtantinopolitanam, quæ fuit ſecunda generalis, vt obſeruat Iacobus Gotofredus *lib.* 8. *Diſſert. in Philoſtorgium cap.* 3. *&* 4.

De Concilio Carthaginenſi.

C

" SEptima Carthaginenſis, in qua Patres 217. ſtatuerunt canones triginta tres, quorum author maximè Aurelius Carthaginenſis Epiſcopus extitit: etiam S. Auguſtinus Hipponenſis Epiſcopus in eadem Synodo legitur fuiſſe temporibus Honorii Auguſti. Hæc Synodus habetur integra, cum ſuis triginta tribus canonibus, in epitoma Hadriani 1. cum hac præfatione: incipiunt canones concilii Carthaginenſis poſt conſulatum Honorii & Theodoſii Auguſtorum 8. Kalend. Iunias Carthagine in ſecretario Baſilicæ Fauſti, cùm Aurelius Papa vnà cum Legatis Romanæ Eccleſiæ Fauſtino Epiſcopo Eccleſiæ Potentianæ, prouinciæ Italiæ Picenæ, & Philippo & Aſello presbyteris, nec non cum D iis Auguſtinus Hipponenſis Epiſcopus, & reliqui 217. Epiſcopi conſediſſent, primò recitato Commonitorio quod Zozimus Papa ad prædictos Legatos direxit, deinde etiam 20. capitulis Nicæni concilii recitatis, vt ſuperius deſcripta inueniuntur, communi decreto ſtatuerunt capita triginta tria quæ ſubſequuntur. Idem continet Præfatio huius Synodi apud Zonaram & Balſamonem, vbi dicitur 217. Epiſcopos fuiſſe; ponuntur autem canones 36. apud Zonaram & Balſamonem. Notandum vero in hoc concilio canonem 19. ex concilio Carthaginenſi 3. ſcriptum eſſe, & canonem 2. ex concilio Carthaginenſi 2. In hoc concilio Aurelius ſubſcribit E ante Legatos à latere in epitome Hadriani. Et approbantur iſti canones *in can.* 1. *diſt.* 20 à Leone 4. ſub nomine Carthaginenſium, & ſequentis Synodi Carthaginenſis cum dicitur Carthaginenſium duarum: nam cùm Romani Correctores dicunt in Codice canonum, vnica eſt Synodus Carthaginenſis continens canones triginta tres &c. non cogitant alios canones fuiſſe Carthaginenſes 105. de quibus in noſtra annotatione octaua ſequenti; nec enim, vt illi putant, agitur hîc de illis triginta tribus canonibus, ſed & de centum & quinque de quibus agemus Dei gratia in dicta annotatione 8.

A

De Concilio Africano.

OCtaua Africana ſub Theodoſio minore Auguſto, in qua Patres 217. recitauerunt & firmauerunt canones 105. qui per diuerſa concilia Africanæ Prouinciæ, temporibus Aurelii Carthaginenſis Epiſcopi, leguntur eſſe conſcripti. Hæc etiam Synodus extat in dicta epitome Hadriani primi, tomo 3. conciliorum, parte 1. ſectio. 1. apud Binium, ſub hac inſcriptione, incipiunt canones diuerſorum conciliorum B Africanæ Prouinciæ, numero 105. Idem quod habet Gratianus, dicunt Zonaras & Balſamo, & oſtendunt *in principio* ex quibus conciliis ſuperius habitis, ſumpſerunt canones quos legi voluerunt, & iterum examinari vt in melius transformarentur; vbi notandum hæc primùm Latinè ſcripta fuiſſe, & Græcè reddita, quod Zonaras & Balſamo oſtendunt, dicentes fuiſſe in hac Synodo hæc verba, in hac conuocata congregatione reddita Græcè, *ἐν ταύτῃ τῇ σεβασμίᾳ συνόδῳ* [illegible]; quod ſignificare poteſt, inquit Zonaras, vel ex ſui mutua conuocatione congregatam Synodum, vel ad correctionem adhortantem per ea quæ ab ipſa definita ſunt, eos qui non rectè C viuunt, vel de fide rectè ſentiunt; in qua vltima explicatione falluntur. Hæc Synodus & hi 105. canones integri habentur apud Binium; extant etiam apud Zonaram & Balſamonem cum ſubſcriptionibus: & apud Zonaram Aurelius Carthaginenſis, & Valentinus Primæ Sedis Epiſcopus Numidiæ Regionis ſubſcribunt ante Fauſtinum Legatum, & Philippus presbyter etiam Legatus Papæ, & Aſellus ſubſcribunt poſt omnes Epiſcopos, vt & apud Binium. Notandum vero eſt *in can.* 1. *diſt.* 20. hanc Synodum Africanam poni a Leone 4. ante Carthaginenſem ſupradictam cum tamen poſterior ſit, & rectiùs in noſtro *can.* 11. ponitur poſt Carthaginenſem, quod debuit obſeruari à Correctoribus D Romanis.

De Conciliis Arelatenſibus.

NOna Arelatenſis in qua Patres 200. ſtatuerunt canones 4. quorum authores maxime Syluester vrbis Romæ Epiſcopus, & S. Marinus Arelatenſis Epiſcopus extiterunt, temporibus Conſtantini Auguſti, ſicut quidam aſſerunt. Syluester verò non aderat, ſed eius Legati; nec 200. reperiuntur interfuiſſe Patres huic Synodo; pluresque canones quàm quatuor ſtatuerunt, nempe canones 22. *tomo* 1. *concilio-* E *rum Galliæ apud Sirmondum. Habita* anno Domini 314. *ibidem*. Cauſa huius concilii repetenda à Melchiade, ſub quo concilium Romanum habitum, Conſtantino & Licinio tertium Coſſ. anno 313 teſte D. Auguſtino *epiſtolà* 152. *& cap.* 3. *collat.* nam cum Cecilianus accuſatus fuiſſet apud Conſtantinum, libello ad eum miſſo per Fluentinum Proconſulem Africæ; Conſtantinus ſcribit ad Melchiadem, vt cum Rheticio, Materna, Marino de ea cauſa cognoſcat; & vt accuſatores 10. Epiſcopi, & alii 10. pro Cæciliano Romam eant, vt patet ex *epiſt. Conſtantini ad Melchiadem*, quem Hierarcham Romanum vocat: Conſtantinus Auguſtus Melchiadi Epiſ-

copo Romano Hierarchæ *apud Binium*: & Cæcilianus innocens illis viſus, & Donatus condemnatus, Optatus *lib.* 1 & acta Synodi *apud Auguſtin. in breui col. die* 3. *cap.* 12. Ibi tamen non quieſcunt; appellant ad Imperatorem, quod deteſtatur Conſtantinus *epiſt. ad Epiſcopos* poſt concilium ſcripta, quæ extat *in appendice ad Optatum Pariſiis editum*. & voluit adhuc rem componere, vt eſt in alia *epiſt. Conſtantini in eadem appendice*: ſed poſteà concilium hoc Arelatenſe 1. iuſſit celebrari, Volnſiano & Anniano Conſulibus, anno Chriſti 314. Syluestri Papæ 1. vnde extant Conſtantini epiſtolæ, vna ad Ablauium Vicarium Africæ, *apud Binium, & apud Sirmondum tomo* 1. & alia ad Chreſtum Epiſcopum Syracuſanum, apud Euſebium *libro. Hiſtoria Eccleſ. cap.* 5. & alia ad Probianum Proconſulem Africæ, *apud Binium*; quâ petit Ingentium falſarium ad ſe tranſmitti. In hac ergo Synodo conuicti falſi accuſatores Cæciliani, & deinceps canones editi, vt oſtendit epiſtola Synodica ad Sylueſtrum, cui ſubſcripſit etiam Cæcilianus, quæ extat *apud Binium, & Sirmondum*, quâ petunt confirmari concilium. In eo concilio Claudianus & Vitus preſbyteri, Eugenius & Cyriacus diacones ex vrbe Roma miſſi à Sylueſtro fuerunt, & Epiſcopi omnes qui conuenerunt, ſecum habuerunt aliqui diaconum vnum, alii duos, alii Lectorem ſuum, alii Exorciſtam: interfuerunt & preſbyteri ſoli ab Oſtiis, de ciuitate Arauſicorum, Aptenſium; & Diaconi ſoli: Epiſcopi autem 200. vt ait annotatio; non, vt ait Ado *in Chronico*, ſexcenti; nam & ſi numerentur preſbyteri, Diaconi, Lectores, Exorciſtæ, quos adduxerunt Epiſcopi numerus non erit major; nam apud Sirmondum ponuntur nomina Epiſcoporum, cum Clericis ſuis; niſi dicamus non extare omnia nomina Epiſcoporum, vt ſanè non extant. Quod vero dicitur hîc quatuor canones edidiſſe, falſum eſſe arguitur, tum ex epiſtola Synodi ad Sylueſtrum vbi nouem numerantur ex viginti duobus, qui extant *apud Sirmondum*, vel viginti tribus *apud Binium*.

Decima *Arelatenſis*, in qua Patres 19. ſtatuerunt canones, quorum author maximè S. Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus extitit. Hæc Synodus fuit Arelatenſis 4. quando Epiſcopi, ad Dedicationem Baſilicæ S. Mariæ in Arelatenſi Ciuitate conuenerunt, 8. Idus Iunias, Opilione V. C. Conſule, i. anno Chriſti 524. Ioannis Papæ 2. Theodorici Regis Italiæ 32. Illis enim bona viſa eſt occaſio, vt de obſeruandis canonibus attentiſſimâ ſollicitudine pertractarent. Et canones ediderunt quatuor, & hoc eſt quod ſuperior annotatio tribuebat Arelatenſi 1. quod quartæ tribuendum erat: & Cæſarius huic concilio præfuit, & ſubſcripſit, & alii 12. Epiſcopi cum eo, & quatuor preſbyteri directi à ſuis Epiſcopis, vnde fuerunt 17. non 19. qui ſubſcripſerunt. Omittũt vero iſtæ annotationes ſecundam Synodum Arelatenſem, quæ habita eſt ſub Rauennio Arelatenſi Epiſcopo, vt exiſtimat Sirmondus, circà annum 451. poſt Arauſicanum primum anno 441. cui Hilarius ſubſcripſit, vt dicemus poſteà anno 442. & omittunt Arelatenſem tertiam ſub eodem Rauennio in cauſa Fauſti Lirinenſis anno 455. & horum loco ponunt alias duas Synodos annotatione 11. & 12.

Vndecima item Arelatenſis in qua Patres 16. ſtatuerunt canones: duodecima item Arelatenſis in Vico Hortẽſi, in qua patres 11. ſtatuerũt canones, quorum maximè author S. *Cæſarius Arelatenſis*.

Porro verius erit ſi dicamus quod hæ duæ Synodi vndecima, & duodecima, non ſunt Arelatenſes, quia non Arelate actæ ſunt; ſed ita dictæ quod Cæſarius Arelatenſis præfuit vtrique, vt ſaltẽ hic dicitur, & habitæ in vrbibus, aut locis ſubditis Metropolitano Arelatenſi; etenim Arauſio, & Vaſio ſunt ſub Metropoli Arelatenſi. Et quidem vndecima videtur eſſe Arauſicana 2. quæ edidit canones 25. eique præfuit Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus, & 14. non 16. Epiſcopi interfuerunt, & ſubſcripſerunt vna cum Marcellino Præfecto Prætorii Galliarum, & alii viri Illuſtres anno Domini 519. Duodecima vero fuit Vaſenſis 2. de eodem re, ſcilicet de gratia, cui Cæſarius præfuit, & decem Epiſcopi cum illo adfuerant anno Domini 519. vel 530. Ea quoque canones quinque edidit, & habita in Vico Vaſenſi. Hîc dicitur in Vico Hortenſi, & vnus locus ex alio corrigendus eſt: & ſicut de hac dubitari non debet, ſic nec de alia.

Tertiadecima item Arelatenſis in qua Patres 19. ſtatuerunt canones, quorum author maximè Sarpidius Arelatenſis Epiſcopus extitit. ſunt hic quinque Arelatenſes. Hæc fuit quinta Arelatenſis, non ſub Sarpidio, ſed ſub Sapaudo Epiſcopo die 5 Kalendas Iulias celebrato an. 554. Pelagii Papæ 1. Childeberti Regis 43. apud Sirmondum. Edidit canones ſeptem, ſubſcripſerunt vndecim Epiſcopi, & quatuor preſbyteri, & duo Archidiaconi, & duo Diaconi, nomine ſuorum Epiſcoporum. Gratianus ait fuiſſe Patres 19. quod conuenit cum Synodo.

De Concilio Arauſicano.

QVartadecima Arauſicenſis, in qua patres 16. ſtatuerunt canones, quorum auctor maximè Hilarius Epiſcopus extitit. Hæc fuit Arauſicana prima, ante omnes Arelatenſes, exceptâ primâ, nam fuit habita in territorio Arauſico, in Eccleſia Iuſtinianenſi, ſub die Idus Nouembris Cyro Conſule, anno Chriſti 441. Valentiniani 3. Auguſti decimo ſeptimo, Leonis 1. Papæ 2. & ita Gratianus non ſeruauit ordinem temporum. Hæc Titulos edidit triginta: interfuerunt Patres ſeptemdecim: Gratianus ponit tantum ſexdecim. dicitur habita in Eccleſia Iuſtinianenſi, vnde in cauſa Contumelioſi Epiſcopi dicitur Iuſtinianenſis Synodus.

De Concilio Epaunenſi, aliiſque Gallicanis.

QVinta decima Epaunenſis, in qua Patres viginti ſex, ſtatuerunt canones triginta nouem, quorum author maximè Cæſarius Epiſcopus extitit. Hæc habita Sigiſmundi Burgundiorum in Gallia Regis tempore, 17. Kalendas Octobris Agapito V. C. Cũſule, i. anno Chriſti 517. Hormiſdæ Papæ 4. Childeberti Regis 6. *tomo* 1. *Conciliorum*. In eo exponuntur tituli quadraginta, Patres vero fuerunt vigintiquinque, quibus præfuit Auitus Viennenſis, non Cæſarius Arelatenſis: extat & epiſtola Tractoria Auiti, quâ Epiſcopos Prouinciæ Viennenſis inuitat ad Synodum cum inſcriptione ad Quintianum.

Sexta decima Agathenſis, in qua Patres 29. ſtatuerunt canones, quorum author maximè

Cæſarius Epiſcopus extitit. Hæc habita fuit in ciuitate Agathenſi, ſub die 3. Idus Septembris Meſſala V.C. conſule, i. anno Chriſti 506. Alarici Gothorum in Gallia Regis 22. Symmachi Papæ 8. idque in S. Andreæ Baſilica, vt habet præfatio, *tomo* 1. *Conciliorum* Galliæ. Sunt in ea 71. canones, ſed poſt 47. annotatum eſt. Canones qui dehinc ſequuntur, vſque ad canonem 70. etſi pro Agathenſibus agniti ſunt à Gratiano, & ab aliis; in antiquiſſimis tamen Exemplaribus non extant, adiectique poſtea huic Synodo videntur ex canonibus maximè concilii Epaonenſis, ait Sirmondus: & Surius in editione ſua, monuit in codice Gemblacenſi extare tantum octo & quadraginta: idem teſtatur Sirmondus non plures eſſe in Lugdunenſi, Remenſi, Corbeienſi, Foſſatenſi. Hæc fuit ante concilium Arauſicanum 2. & Vaſenſe 2. & ita ordo non eſt ſeruatus. Epiſcopi 24. interfuerunt Præſide Cæſario Arelatenſi, & octo preſbyteri pro octo Epiſcopis, & duo diaconi pro duobus Epiſcopis abſentibus: & Auitus *in dicta Epiſtola ſcribit*, vt Epiſcopi, qui non poterunt adeſſe mittant preſbyteros dignos: idemque dicitur in concilio Arelatenſi 2. *cano.* 18. & Carpentoractenſi in *epiſt. ad Agracium Epiſcopum.* Aliquando vero vnus tantùm mittitur, vt hic in concilio Agathenſi, & in aliis ſuprà; tamen aliquando duo mittuntur pro vno Epiſcopo, vt in concilio Arelatenſi 5. & Auitus, *in dicta epiſtola* etiam duos requirit.

Septima decima Aurelianenſis, in qua Patres ſeptuaginta ſtatuerunt canones, quorum author maximè Aurelius Epiſcopus Arelatenſis extitit, temporibus Clodouei Regis. Hæc fuit quinta Aurelianenſis, temporibus, non Clodouei, ſed Childeberti Regis, in qua fuerunt quidem 71. Patres nempe Epiſcopi quadraginta, & preſbyteri 10. directi à ſuis Epiſcopis, & ſex Archidiaconi nomine ſuorum Epiſcoporum, & tres diaconi, & duo Abbates nomine ſuorum Epiſcoporum. inter Epiſcopos Aurelianus Arelatenſis Epiſcopus ſedit ſecundus poſt Lugdunenſem, qui vocabatur nomine Sacerdos, qui præerat concilio; & ita nec Epiſcopus loci, nec præſes fuit author canonum, vt dicebamus antè agentes de Laodicena Synodo. Canones vero 24. in hac Synodo editi ſunt. Quod ait Gratianus hanc Synodum factam temporibus Clodouei Regis, confundit primam Synodum Aurelianenſem cum hac 5. nam 1. edita eſt temporibus Clodouei Regis. Hæc ergo acta poſt Theodeberti Regis mortem, ſub die 5. Kalendas Nouembris indiction. 13. i. anno Chriſti 549. Vigilii Papæ 10. Childeberti Regis 38.

Octaua decima item Aurelianenſis, in qua Patres 31. ſtatuerunt canones, quorum maximè Melanius Redonenſis Epiſcopus author extitit: hæc videtur eſſe Aurelianenſis 1. celebrata euocatione Clodouei Regis, ſub die 6. Idus Iulias, Felice V. C. conſule, anno Chriſti 511. Symmachi Papæ 13. Clodouei 30. Nam conueniunt cætera. Fuerunt in ea Patres 32. canones ediderunt 31. & forte illud 31. in Gratiano ad canones non ad Patres Synodi referendum. In hac Synodo quoque Melanius fuit, qui ſubſcripſit 24. & dicitur hic author canonum, qui tamen nec fuit Præſes, nec Epiſcopus loci, vt magis confirmetur quod ſupra dictum eſt de Theodoſio in concilio A Laodiceno; Epiſcopus vero Aurelianenſis hic ſubſcripſit 30. loco, & ita ordo Aurelianenſium Synodorum non eſt ſeruatus à Gratiano.

Nonadecima item Aurelianenſis, in qua Patres 30. ſtatuerunt canones, quorum maximè author Sanctus Albinus Andegauenſis Epiſcopus extitit: hæc fuit tertia Aurelianenſis, Nonis Maii ſeu tertii Menſis celebrata, quarto poſt Conſulatum Paulini Iunioris V. C. i. anno Chriſti 538. Syluerii Papæ 2. Childeberti Regis 27. Nam in ea adfuit Albinus Epiſcopus Eccleſiæ Andegauenſis, non in 2. Aurelianenſi, & is quoque dicitur author canonum, qui nec fuit loci Epiſcopus, nec præfuit, B ſubſcripſit enim 17. & præſes fuit Lupus Lugdunenſis Epiſcopus. Canones vero 33. editi ſunt. Fuerunt in ea Epiſcopi 19. preſbyteri 7. directi à ſuis Epiſcopis; nec in hac etiam Aurelianenſi ſeruatus eſt ordo Synodorum.

Vigeſima Aruernenſis, in qua Patres 15. ſtatuerunt canones, quorum author maxime Honoratus Brencnſis, (aliàs Bituricenſis Epiſcopus, & meliùs) extitit. At hæc fuit 1. Aruernenſis, Theodeberti Regis conſenſu in Aruerna vrbe celebrata 6. Idus Nouembris, poſt conſulatum Paulini iunioris V. C. i. anno Chriſti 535. Agapeti Papæ 1. Childeberti Regis 24. Theodeberti eiuſdem 2. Extant eius 15. canones. C Præſes in ea fuit Honoratus Bituricenſis Epiſcopus, qui dicitur hic author canonum, & interfuere 15 Epiſcopi, vt eſt in ſubſcriptione, & in inſcriptione Epiſtolæ Synodicæ ad Theodebertum Regem.

Vigeſima prima Matiſcenſis, in qua patres 21. ſtatuerunt canones, quorum author maximè Priſcus Lugdunenſis Epiſcopus extitit. Hæc eſt prima Matiſconenſis Guntranni Regis euocatione facta die Kalendarum Nouembrium, indictio. 5. i. anno Chriſti 581. Pelagii 2. Papæ 5. Guntranni eiuſdem & Chilperici Regum 21. In ea fuerunt 21. Epiſcopi, & Priſcus Lugdunenſis, qui dicitur hic author canonum, D præfuit: Canones 19. conſtituit.

Vigeſima ſecunda item Matiſcenſis, in qua Patres 81. ſtatuerunt canones, quorum author maximè idem Priſcus Lugdunenſis Epiſcopus. Hæc fuit 2. Matiſconenſis Gontranni Regis iuſſu, anno Regni eius 24. celebrata, i. anno Chriſti 585. Pelagii 2. Papæ 8 Clotarii iunioris Regis 2. præfuit in ea Priſcus Lugdunenſis, vt patet ex ſubſcriptionibus, & ex præfatione, in qua Priſcus dicitur Patriarcha; & E author hic vocatur horum canonum, quia hic propoſuiſſe primus in ea legitur; ſubſcripſerunt in ea Epiſcopi 43. & Miſſi Epiſcoporum 18. & Epiſcopi non habentes Sedes tres, qui omnes ſimul ſunt 64. non 81, vt dicitur à Gratiano.

Vigeſima tertia Lugdunenſis in qua Patres 58. ſtatuerunt canones, quorum author maximè Philippus Viennenſis Epiſcopus extitit. Hæc eſt 2. Lugdunenſis iuſſo Gontranni Regis in eius Regno celebrato, anno Chriſti 567. indictio. 5. Ioannis 3. Papæ anno octauo, Childeberti, Guntranni, Chilperici, & Sigiberti fratrum Regum 6. Hæc edidit canones 6. Philippus Viennenſis præfuit, qui dicitur hic author canonum. Adfuerunt octo Epiſcopi, & quinque preſbyteri, & vnus diaconus

conus nomine ſuorum Epiſcoporum ; & ita Patres omnes fuerunt 14. non 18. vt ait Gratianus. Omiſſa eſt Lugdunenſis prima, quæ habita eſt anno Chriſti 517. contra Stephanum, qui ſe cognatæ ſuæ ſocianerat inceſtuoſè tempore Sigiſmundi Regis, & Viuentioli Epiſcopi Lugdunenſis.

Vigaſimaquarta item Lugdunenſis, in qua Patres 20. conſtituerunt canones, quorum author maximè idem Priſcus Lugdunenſis Epiſcopus extitit. Hæc fuit 3. Lugdunenſis ſub Guntranno Rege, anno Regni eius 22. menſe Maio, i. anno Chriſti 583. Pelagii 2. Papæ 6. Chilperici Regis, 22 Edidit tantùm ſex canones. B Præfuit in ea Priſcus qui dicitur author canonum. Adfuerunt alii ſeptem Epiſcopi, cùm Priſco, & duodecim Miſſi Epiſcoporum qui hos canones ſubſcripſerunt, & ita fuerunt omnes viginti, vt rectè Gratianus.

Præter illas Synodos Particulares, aliæ quędam ponuntur a Gręcis. Harmenopulus ponit & præponit Ancyranæ & aliis vnam Conſtantinopuli celebratam in Templo Sanctorum Apoſtolorum ſub Photio Patriarcha, quæ prima & ſecunda dicitur, & aliam ſub Leone & Conſtantino, in celebri ſanctæ Dei Sapientiæ Templo: & habentur apud Zonaram & Balſamonem : Idem Harmenopulus poſt alias C Græcas, & Sardicenſem, ponit etiam Carthagineuſem ſub Theodoſii imperio. 117. Patribus collectis, quibus cum aderant & Papæ vicem gerentes, de qua agitur in his annotationibus.

Similiter apud Latinos multæ aliæ extant Synodi Particulares, in Gallia vt Aquiſgranenſes duæ, Cabilonenſes duæ, Duziacenſes duæ, Pariſienſes ſex, Rhemenſes duæ, Sueſſionenſes tres, Tricaſſinæ duæ, Tullenſes duæ, Turonenſes quatuor, Valentinæ tres, Vernenſes duæ, præter iam ſupradictas :& aliæ plures ſingulares vt Andegauenſis vna, Auguſtodonenſis, Carpentoractenſis, Compendienſis, Francofordienſis, Lingonenſis, Liptineoſis, D Meldenſis, Metenſis, Moguntiaca, Pontigonenſis, Regenſis, Taurinenſis, Theodoniſuillæ, Troſciana, Viennenſis, & aliæ multæ minoras ; de quibus omnibus agitur in libris tribus Conciliorum Galliæ à Iacobo Sirmondo editis.

Ad Diſtinctionis 15. Canonem 3.

IAm nunc ſubiiciendum eſt de Opuſculis S. Patrum, quæ in Ecclesia Catholica, recipiuntur, nam vt ait Vincentius Lirinenſis *Commonitorio* 1. *cap.* 23. magna profectò res, E & ad diſcendum vtilis, & ad recolendum neceſſaria, &c. Vt omnes ferè Catholici nouerint ſecum Eccleſiæ Doctoras recipere, non cum Doctoribus Eccleſiæ fidem deſerere debere : oportet vero vt Doctores non diſcedant à Scriptura, vt dicebat etiam Iulianus Pelagianus apud D. Auguſtinum *lib.* 1. *contra illum*, illis quoque ſcripturarum locis, quæ intellectum ſententiæ, elocutionum perplexitata velauerunt, expoſitionis lucem ſolemus afferra, vt originis ſuæ dignitatem teſerata poſſideant, nec ab ſtemmate ſacto velut notha aut degenerantia ſeparentur ; & vt ſic conſequentia quædam inter illos & Patres anteriores, τῆς τῶν πατέρων ἀκολουθίας παράδοσιν, vt loquitur Gregorius Nyſſenus *epiſt. canonica ad Letoium cap.* 6. & D. Baſilius, *epiſt. ad Diodorum*, vocat traditionem, conſequentiam, *can.* 2. apud Balſamonem.

Opuſcula B. Cypriani Martyris & Carthaginenſis Epiſcopi. Inter opera tamen eius ſunt quædam dubia vel ſuppoſititia.

Item Actus Beati Sylueſtri Apoſtolicæ Sedis Præſulis, &c. Ex illis actibus Cedrenus in B Conſtantino refert diſputationem Sylueſtri cum quibuſdam Iudæis coram Imperatore, & miraculum editum ab eo : nam cum Zambres vnus ex præcipuis Iudæis taurum validum iuſſiſſet adduci, illum neci dedit pronunciato nomine Dei ; ſed vt oſtenderet Syluester hoc factum arte Diaboli prouocauit eum, vt vitæ illum redderet, quod non potuit facere Zambres; ipſe verò fecit in nomine Chriſti.

Item ſcripta de Inuentione S. Crucis. Hiſtoria quidem Inuentionis S. Crucis vera eſt : Helena enim petens Hieroſolymam, eam inuenit. Theodoretus *lib.* 1. *cap.* 8. Sozomenus *lib.* 2. *cap.* 1. Nicephorus *lib.* 8. *cap.* 29. Seuerus Sulpitius *lib.* 2. *hiſtoria* Paulinus *epiſt.* 11. C *tomo* 9. *Bibliotheca ſancta. Ruffinus lib.* 1. *cap.* 7. & 8. Sed forta circũferebatur aliquis liber de ea re factus, in quo quædam inuenire erat male digeſta, & ideò Gelaſius hic eam nec reſpuit nec admittit.

Item ſcripta de Inuentione capitis B. Ioannis Baptiſtæ, nouellæ quidem reuelationes ſunt, & nonnulli catholici eas legunt ; & eſt apud Cyprianum tractatus de reuelatione capitis S. Ioannis Baptiſtæ, qui non eſt Cypriani : ſed authoris multo recentioris : is enim mentionem fecit Athanaſii, Cyrilli, Theodoſii Imperatoris, & Pipini : & ipſa reuelatio capitis facta ſub Theodoſio, vt teſtatur Nicephorus. D *lib.* 12. *cap.* 49. Theodoſius autem in Templum à ſe ædificatum Conſtantinopoli curauit transferri caput Ioannis Baptiſtæ. Sozomenus *lib.* 7. *cap.* 21. Illud iterum inuentum à Guillelmo Aquitaniæ Duce in Monaſterio Angeriacenſi *appendix ad Glabrum.* de qua re Baronius: quamuis cremata eius dicuntur oſſa Sebaſtæ in Palæſtina. Theodoretus. *lib.* 8. *cap.* 16.

Item Itinerarum nomine Petri Apoſtoli, quod appellatur *S. Clementis.* Hoc Itinerarium reprobatur à D. Hieronymo *lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis* & à S. Athanaſio *in Synopſi* : & apud Epiphanium dicitur conſcriptos quidem fuiſſe à Clemente circuitus Petri, ſed ab hæreticis depravatos, *hæreſi* 30. *numero* E 15.

Liber qui appellatur Sortes Apoſtolorum, apocryphus. Hic liber fuit de Sortibus, ita dictus quod niteretur teſtimonio Apoſtolorum ſorte eligentium Matthiam. Sariſberienſis *lib.* 1. *cap.* 12. ſortilagi ſunt, qui ſub nomine fictæ Religionis ſuperſtitioſa quadam obſeruatione, rerum pollicentur euentus, quod genus Sortis Apoſtulorum, & Prophetarum & Diuinantium; & inſpectio tabulæ quæ Pythagorica appellatur, obſeruatio quoque cuiuſque caſus in rei de qua quæritur ſignificatione : quod tamen

prohibitum eſt trahere in exemplum, *can.* 3. 4. *&* 5. xxvi. *Quaſt.* 2. Hoc temen potiùs tolerandum, vt de paginis Euangelicis ſortes legantur, quàm ſi ad Dæmonem eatur, *dicto can.* 3. item vt id fiat precibus ad Deum fuſis, vt fecerunt Apoſtoli: nam & his aliquando vtebantur Chriſtieni, ſed non aburebantur; illi enim vel aperiebant Euangelia, vt viderent an locus aliquis forte occurreret, vnde conſilium in re optata ſumeretur. Gregorius Turonenſis *lib.* 4. *cap.* 16. poſitis Clerici tribus libris ſuper altarium id eſt, Prophetiæ, Apoſtoli, atque Euangeliorum, orauerunt ad Dominum, vt Chemno quod eueniret, oſtenderet: aperto igitur primo omnium Propbetarum libro reperiunt Auferam maceriam eius. Et Cedrenus refert Heraclinm apertis Euangeliis inueniſſe, ee ſibi concedere vt in Albania hibernaret: & idem Gregorius *lib.* 5. *hiſtoria Francorum* Meroueus Chilperici filius tres libros ſupra S. Mertini ſepulchrum poſuit, Pſalmorum, Regum, Euangeliorum, & vigilans tote nocte petiit, vt ſibi ventura oſtenderentur; cõtinuato triduo in vigiliis & orationibus reuoluit libros. Vel ingrediebantur Eccleſiam, & ex verbis Diaconi recitantis, congruentie cogitationi ſuæ ceptabent. Idem Gregorius Turonenſis *lib.* 8. *cap.* 4. Sigiberto in Eccleſia procedenti, Diecono cum S. Euangeliorum libro, Nuntius Regi aduenit, vnaque vox fuit pronuntiantis lectionem Euangelicam, ac Nuntii dicentis, filius natus eſt tibi. Tales feruntur epud Paganos ſortes Virgilianæ, de quibus Ælius Spartianus, *in Hadriano*; quo quidem tempore, cùm ſollicitus de Imperatoris erga ſe iudicio, Virgilianes, ſortes conſuleret,

Quis procul ille autem ramis inſignis oliuæ,
Sacra ferens? noſco crines, incanaque menta
Regis Romani, primam qui legibus vrbem
Fundauit Curibus paruis, & paupere terrâ
Miſſus in Imperium magnum, cui deinde ſubibit.

Sors excidit; quem alii ex Sibyllinis verſibus ei proueniſſe dixerunt. Et bas ſortes intelligit D. Auguſt. *lib.* 4. *confeſſionum cap.* 3. ſi enim de Paganis Poëtæ cuiuſdem longè aliud canentis, atque intendentis, cum ſorte quis conſulit mirabiliter conſonus negotio ſæpè verſus exiret, mirandum non eſſe: & huius ſchematis librum compoſuit ſuis verſibus Ioannes de Meun Poëta temporibus Caroli 5. quem ipſi Carolo dedicauit, & librum inſcripſit *le Dodecahedron de fortune* qui ludus ſit talis duobus habentibus duodecim facies, & verſus refertur ad 12. domos cœli, quem librum penes me hebeo.

Paſſio Georgii apocrypha. Paſſio Cyrici & Iulitæ, apocrypha: hiſtoriam vel hymnum de vite Mertyrum vocabant veteres Paſſionem. Hiſtoriæ Victoris Vticenſis de *perſecution. Vandal. lib.* 3. eſt tractatus cum hac inſcriptione, Paſſio Beatiſſimorum Mertyrum, qui apud Carthaginem paſſi ſunt ſub Imperio Regis Hunerici ſic & apud Prudentium *lib. de Coronis hymnus* 8. *inſcribitur*: Paſſio Caſſiani Martyris in foro Corneliano, & 9. Paſſio Hippolyti Martyris ad Valerianum Epiſcopum, & 10. Paſſio Beetorum Apoſtolorum, Petri & Pauli, & 12. Paſſio Cypriani Martyris Epiſcopi Carthaginenſis, & 13. Paſſio Agnetis Martyris *tomo* 8. *Bibliotheca*: nam aliæ editiones habent tantum hymnum, vt Petro & Paulo hymnus & ſic de aliis; & edita eſt à Frenciſco Boſquet *parte* 2. *hiſtoriarum Eccleſia Gallicanæ*. Paſſio, SS. Fuſciani & Victorici. Item Vitæ vel Paſſio S. Lupercii Martyris, qui fuit miræ beatitudinis in agone, & paſſus eſt in Heliſona Ciuitate in Prouincia Galliæ 4. Kalendas Iulii: & Paſſio S. Vincentii Martyris Chriſti, qui paſſus eſt in Prouincia Galliarum in pago Agennenſi in Caſtro Pocieco 5. Idus Iunii: & Paſſio S. Iuliani Martyris qui paſſus eſt 5. Kalendas Septembris; *& tomo* 1. *hiſtoriæ Francorum Quercetani* eſt paſſio S. Ragneberti Martyris, filii Redeberti Ducis, quem Ebroinus Maior Domus Theodorici Regis interfici iuſſit. Sic dixerunt Patres Paſſionem Domini; & ſunt ſermones de Peſſione Domini apud Bernardum plures, & apud alios; & D. Cyprianus dixit Paſſionem Domini *lib. de Sacramento Dominici Calicis*. Paſſio enim eſt Domini Sacrificium quod offerimus, & D. Paulus 1. *ad Coloſſenſ.* qui nunc gaudeo in Paſſionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ deſunt Paſſionum Chriſti in carne mea, pro corpore eius, quod eſt Eccleſia. Queſi, inquit Cyprianus, *de duplici Martyrio*, ſit vna Paſſio Domini, & Seruorum. Paſſio ergo eſt propriè Martyrum tantùm, non Confeſſorum. & eſt *canon Carthaginenſis* 50. cum bac inſcriptione περὶ τῶν ἄθλων τῶν Μαρτύρων i. de Peſſionibus Martyrum, licet, inquit, præterea legere Paſſiones Martyrum, quando anniuerſarii eorum dies celebrantur. Reprobantur autem hic quorumdam confictæ Paſſiones: nam & *in Synodo Trullana* generaliter reprobantur omnes confictæ Mertyrum hiſtoriæ *can.* 63. *apud Balſamonem*, „ quæ à veritatis hoſtibus falsò „ confictæ ſunt Martyrum hiſtoriæ, vt Dei Mar- „ tyres ignominia afficerent, & qui eas audituri „ eſſent, ad infidelitatem deducerent; in Eccleſia „ non publicari iubemus, ſed eas igni tradi; qui „ verò eas admittunt, vel tanquam veris iis mentem adhibent, anathematizamus. Vbi Balſamo refert huius rei exemplum. Porrò, inquit, ſanctiſſimus ille Patriarcha D. Nicolaus Muzalon, cùm vitam S. Paraſceues, quæ in quodam Callicratiæ vico colebatur, à quodam Vicano ineptè, ac indoctè, & Sanctæ Angelicâ viuendi retione indignè compoſitam inueniſſet, eam igni mãdari iuſſit, & diacono illi Baſilico mandauit vt Deo gratam & acceptam eius vitam conſcriberet: & idem dicitur de fictis Martyrum monumentis in Synodo Carthaginenſi *can.* 86.

Reuelatio quæ appellatur *Pauli* Apoſtoli apocrypha, Reuelatio quæ appellatur Thomæ Apoſtoli apocryphe, Reuelatio quæ appellatur Stephani apocrypha. Damnantur etiam illæ Reuelationes vt confictæ: ſic & in Synodo Carthaginenſi *can.* 86. quicumque enim per ſomnia, & vanorum hominum Reuelationes, vbicumque conſtituit altaria, ea omni modo reprobentur: nota verò in illo canone Reuelationes

dici *ἐνύπνια*: nam & Deuteronomii 13. 1. falſi Prophetæ dicuntur ἐνυπνιαζόμενοι ἐνύπνιον id eſt ſomniantes inſomnium; & ſomniatores *οἱ ἐνυπνιασταὶ* dicuntur à Gregorio Nyſſeno *lib. de virginitate, cap.* 23. Hinc Somniatores qui iis quas è ſomnus ſuis ſtruunt, fraudibus plus authoritatis quàm Euangelicis conciliare ſtudent dogmatibus, ſuaſque *φαντασίας* imaginationes, *ἀποκαλύψεις*. Reuelationes dicunt: & D. Hieronymus *ad Hierem.* 23. ſicut hodie quoque ſomniatores in Eccleſia, & maximè in noſtro grege, qui errores ſuos, Domini iactant prophetiam & crebro ingerunt *ſomniaui*: nam contrà Reuelationes veræ Dei ſunt inſtar luminis, non oculos, ſed cor illuſtrantis. *Cyril. in Oſeam.* dicere Dei verbum factum eſſe in Oſea, nihil aliud eſt quàm Reuelationem factam in Oſea, & futurorum notitiam ei illuxiſſe inſtar luminis, non oculos corporis ſed mentem & cor illuſtrantis. Et ſunt reuelationes in Eccleſia: nemo cognoſcit Filium niſi Pater, neque Patrem quis cognoſcit niſi Filius & cui velit Filius reuelare, *ἀποκαλύψαι*. *Matthæi* 11. & D. Paulus, quicumque perfecti ſumus hoc ſentiamus, & ſi quid aliter ſapitis, hoc Deus reuelabit. Inde fit vt Hæretici fidem & authoritatem dare volentes ſuis opinionibus, eas appellent Reuelationes. Tertullianus *aduerſus Valentinianos cap.* 4. ſi aliquid noui affinxerint, Reuelationem ſtatim appellant, præſumptionem; & chariſma, ingenium, nec vnitatem ſed diuerſitatem. *Euſeb. lib.* 3. *hiſtoriæ cap.* 22. loquitur de Reuelationibus Cerinthi, quas vocat adumbratas Reuelationum ſpecies.

De libro qui dicitur Reuelatio Pauli loquitur D. Auguſtinus *tractatu* 98. *in Ioannem.* Quidam ſpiritalium ad ea peruenerunt quæ non licet homini loqui; quâ occaſione vani quidam Apocalypſim Pauli, quam ſana non recipit Eccleſia, neſcio quibus fabulis plenam, ſtultiſſimâ præſumptione finxerunt. Archontici libros quoſdam à ſe confictos Prophetarum Reuelationes vocant. Theodoret. *libro primo hæreticarum fabularum cap.* 11. Apelles quoque librum à ſe compoſitum Philomenæ Prophetiam appellauit. Idem *eodem libro cap.* 25. Cerinthus quoque Reuelationes quaſdam confinxit, Idem *lib* 2. *cap.* 3. Meſſaliani quoque dormiendo dicunt ſe vidiſſe Reuelationes, idem *lib.* 4. *cap.* 11.

Opuſcula Montani, Priſcillæ & Maximillæ, apocrypha: illæ enim libros ſcripſerunt, quos Montanus ipſe Prophetias appellauit: Theodoret. *lib.* 3. *hæreticarum fabularum cap.* 2. de Montaniſtis, & quod Sectatores illius hæreſis, Priſcillæ & Maximillæ prophetias in maiore habeant honore, quam Diuinum Euangelium.

Liber Prouerbiorum, qui ab hæreticis conſcriptus, & S. Xyſti nomine ſignatus eſt, apocryphus. Hic liber dicitur liber Sententiarum, ſeu Prouerbiorum, qui extat in Bibliotheca Patrum *tomo* 5. *vlt. edit.* & citatur à S. Auguſtino *lib. de Natura & Gratia cap.* 64 ſed in *lib. Retractationum* 2. *cap.* 42, ferè retractauit: nam liber iſte non fuit Sixti 2. Martyris, ſed Sixti Philoſophi Ethnici, vt teſtatur D. Hieronymus *epiſt. ad Cteſiphontem aduerſus Pelagianos, in cap.* 12. *Hierem.* & *cap.* 28. *Ezechielis.* Dicitur tamen hic conſcriptus ab hæreticis, quod intelligendum eſt Latinè. Hunc enim Ruffinus conuertit ex Græco & Xiſti nomine prænotauit; vnde valdè inuehitur D. Hieronymus contra Ruffinum, *in illis locis*, oſtenditque non eſſe Chriſtiani librum, in quo nulla mentio Chriſti, vel Apoſtolorum.

Liber de Infantia Saluatoris, apocryphus; liber de Natiuitate Saluatoris, & de Sancta Maria, & de Obſtetrice Saluatoris. Hunc librum viderat Fulbertus, eiuſque mentionem facit, & vocat relationem *ſermone in ortu Almæ Virginis Mariæ*, ait illum prænotari nomine Hieronymi, ſed ab Matthæo ſcriptum Hebraicè, & tranſlatum in linguam Latinam &c. Ego vero habeo etiam illum librum manuſcriptum, cui præfixa eſt epiſtola D. Hieronymi ad Chromatium.

Liber qui appellatur Theſaurus. Is Manichæorum fuit liber D. Epiphanius *hæreſi* 66. *articul.* 13. vbi ait eos fuiſſe duos, editumque alium librum dictum Theſaurus minor.

Opuſcula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha. Vocat Clementem Alexandrinum alterum Clementem, non alterum Alexandrinum: non leguntur enim duo Clementes Alexandrini, ſed fuit quidem alius Clemens ſcriptor, Clemens, inquam, Romanus, ratione cuius Alexandrinus dicitur alter Clemens. Hic multa ſcripſit; de quibus Euſebius *lib.* 5. *hiſtoriæ cap.* 11. Nunc extant orationes exhortatoriæ ad Gentes, Pædagogi libri tres, Stromatum libri octo: in his vel nati, vel aſperſi ſunt errores ab hæreticis; vnde ſunt apocryphi.

Actus Teclæ & Pauli, apocryphus. D. Hieronymus *lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, vbi agit de D. Luca. Igitur periodos Pauli & Teclæ, & totam baptizati Leonis fabulam, inter apocryphas ſcripturas computamus: quale enim eſt vt indiuiduus Comes Apoſtoli, inter cæteras eius res, hoc ſolum ignorauerit? ſed & Tertullianus vicinus illorum temporum refert presbyterum quendam in Aſia, amatorem Pauli Apoſtoli, conuictum à Ioanne, quod author eſſet libri, & confeſſum ſe hoc Pauli amore feciſſe, & ob id loco excidiſſe.

De Canonibus Apoſtolorum agitur *diſt.* 16. de quibus ita Dionyſius Exiguus *Salonitano Epiſcopo in principio*: itaque canones, qui dicuntur Apoſtolorum, de Græco tranſtulimus; quibus quia plurimi conſenſum non præbuere facilem, hoc ipſum ignorare veſtram noluimus Sanctitatem, quamuis poſteà, quædam conſtituta Pontificum ex ipſis canonibus aſſumpta eſſe videantur. Et Iſidorus *epiſt. in capite canonum cap.* 4. idem dicit. Denique propter eorum authoritatem, cæteris concilijs præponimus canones qui dicuntur Apoſtolorum, licet à quibuſdam apocryphi dicantur; quoniam plures eos recipiunt, & ſancti Patres eorum ſententias Synodali authoritate roborauerunt, & inter canonicas poſuerunt conſtitutiones, & refertur *poſt canonem* 4. *diſtinct.* 16. *In canone tamen* 3. *ead. diſtinct.* Iſidorus videtur dicere contrarium. Canones, ait, qui dicuntur Apoſtolorum, ſeu quia eoſdem nec Sedes Apoſtolica recepit, nec ſancti Patres illis aſſenſum præbuerunt, pro eo

Apoſtolorum, reprobetur baptiſmos hæreticorum, & 10 *can* 68. baptiſati ab hæreticis non intelligantur fideles.

Et reprobantur ex parte hi esnones; quia *can.* 65. agitur de Ssbbato non ieiunando, & *can* 68. de baptiſatis & ordinatis ab hæreticis, rebaptiſandis & reordinandis: *can. vero* 84. de numero librorum ſacrorum, in quo non ponitur Apocalypſis, & ponuntur Conſtitutiones Clementis Romani.

Canonibus iſtis maxime videntur vſi Patres concilii Antiocheni anno Domini 341. ſed tacito nomine canonum Apoſtolicorum: vnde per θεσμὸν τὸν ἐκκλησιαστικὸν intelligunt canonem Apoſtolorum 76. vt cenſent Zonaras & Balſamo, & per πρότερον ὅρον, i. prius decretum, intelligunt canonem 14. Apoſtolorum. Zonaras & Balſamo: & canon etiam 10. Antiochenus referendus ad canonem Apoſtolorum 37 & canones 17. & 18. ad canonem 36. Apoſtolorum apud Balſamonem. Antonius Auguſtinus *dialogo* 6. *lib.* 1. *de emendatione Gratiani*, ait Conſtitutiones Apoſtolicas Clementis Romani eſſe fontem canonum illorum: Clementis Romani octo libri conſtitutionum Apoſtolorum ſiue doctrinæ Apoſtolicæ, Græcè & Latinè editi ſunt, qui fons eſt iſtorum canonum, qui dicuntur Apoſtolorum. Viſus etiam videtur Baſilius epiſtolâ ad Amphilochium, quando dicit *can.* 3. vt diaconus fornicatus, deponatur, ſed non excommunicetur διότι ἀρχαῖος ἐστι κανὼν, &c. quoniam antiquus eſt canon, vt qui à gradu exciderunt hac ſolâ pœna puniantur, prius vt exiſtimo legem illam ſecutus, non vindicabis bis in idipſum: nam canon Apoſtolicus 25. idem dicit. Non nominat tamen niſi antiquum canonem, quia cùm multi non cognoſcerent eos tanquam Apoſtolicos, noluit Apoſtolicos dicere, ſed antiquos, & ad canonem 25. Apoſtolicum refert Balſamo hunc canonem 3. & Zonaras inde ſumptum dixit. Quo referri etiam poteſt canon 32. *ad Amphiloch.* & 12. can. idem Baſilius ait digamos canon omninò à miniſterio excludit; vbi Zonaras, canonem hoc loco ſanctus vir intelligit Apoſtolicum 17. idemque dicit Balſamo: Et canone 47. cùm ait de Nouatianis editum canonem, hunc intelligit canonem ſecundum. In Synodo Nicæna 1. cùm dicitur de exſectis à Barbaris, dicitur tales in Clerum admittit canon; at talis eſt canon 21. 22. 23. & 24. quos in vnum redigit dictus canon primus. Et cùm *can.* 5. dicitur, valeat ſententia ſecundum canonem, qui pronuntiat eos qui ab aliis eiecti ſunt, non eſſe ab aliis admittendos: hoc etiam multi canones Apoſtolorum decernunt, vt ait Zonaras.

Et hi canones dicuntur vulgo Patrum, τῶν Πατέρων, Synodi *Chalcedonenſis can.* 5. *& can.* 19. *& Epiſcoporum, can.* 28. Epiſcopi enim plures, non vnus, conuenientes canonem vel exponunt *can.* 47. *ad Amphilochium*, vel componunt, Gregorius Nyſſenus *epiſt. ad Letoium can.* 6. & videtur Taraſius diſtinguere canones Patrum, ab Apoſtolica doctrina, cum ait *epiſt. ad Hadrianum*, multipliciter multiſque modis Εὐαγγελικῶς, Ἀποστολικῶς τε καὶ Πατρικῶς διδασκόμεθα i. Euangelicè, Apoſtolicè, & Paternè, ſcilicet per canones Patrum, docemur: & Quintilianus Epiſcopus Aſculanus *ad Petrum Fullonem Antiochiæ apud Zonaram in canonibus*, multifariam multiſque modis à veritate declinaſti, Chariſſime, agendo quæ ſunt Dominico ſacramento contraria, non ſequendo Euangelia, aut Apoſtolos, aut ſanctos Patres.

Epiſtola Ieſu ad Abgarum Regem, alias ad Agbarum, apocrypha. Ea tamen extat apud Euſebium *lib.* 1. *cap.* 13. vt infra dicetur.

Actus nomine Petri, apocryphi. Euſebius *lib.* 3. *cap* 3. & 19. & idem ibi dicitur de Euangelio eius, & apocalypſi & libello de eius prædicatione. *dicto cap.* 3.

Liber qui appellatur Paſtoris, apocryphos. Euſebius *lib.* 3. *cap.* 3. ille tamen legitur, & citatur, Euſebius *ibidem*: ſed dicitur contradici, ἀντιλέγεσθαι: & *cap.* 18. *&* 19. diuidit libros in eos qui confeſſi ſunt, & eos quibus contradicitur.

Actus Andreæ, apocryphi. Euſebius idem *lib.* 3. *cap.* 19. Acta Andreæ, Ioannis, aliorum Apoſtolorum; & Encratitæ his vſi, Epiphanius *hæreſi* 47. inter primas ſcripturas habent Andreæ, & Ioannis acta, nec non Thomæ, & apocryphos alios, *cap.* 1. Ebionæi quoque alios actus Apoſtolorum circumferebant, Epiphanius *hæreſi* 30. *cap.* 16. Quattodecimani quoque vtuntur erroneis actibus Apoſtolorum, Theodoret. *lib.* 3. *hæreticarum fabularum cap.* 4.

Euangelium Thomæ, quo vtuntur Manichæi. Euſebius *lib.* 3. *dicto cap.* 19. addit & Petri, & Matthiæ, aliorumve.

Liber Nepotis, apocryphos: de hoc libro & Nepotis ſchiſmate plura habet Euſebius *lib.* 7. *hiſtoria cap* 19. Librum illum vocauit ἔλεγχον ἀλληγοριστῶν, i. reprehenſorem allegoriſtarum; & Theodoret. *lib.* 3. *hæreticarum fabularum cap.* 6. de Nepote.

Euangelia quæ falſauit Lucianus, apocrypha. Ego legendum puto quæ falſauit Tatianus, non Lucianus. Theodoretus *lib.* 1. *hæreticarum fabularum cap.* 20. de Tatiano. Hic Euangelium quod diateſſaron dicitur, compoſuit, amputatis genealogiis, & aliis omnibus, quæ Dominum ex ſemine Dauid ſecundum carnem natum oſtendunt: eoque vſi ſunt non modò qui eius erant ſectæ, ſed hi etiam qui Apoſtolica dogmata ſequebantur, compoſitionis fraudem non cognoſcentes, ſed ſimpliciùs tãquam compendiario libro vtentes: additque Theodoretus ſe plures inueniſſe in Eccleſiis, ſed eos ſepoſuiſſe, & pro his quatuor Euangelia introduxiſſe.

Opuſcula Fauſti Manichæi, apocrypha; & opuſcula Fauſti Regienſis Galliarum, apocrypha. Duo enim fuere Fauſti infeſti epiſcopi, vnus in Africa, ſectâ Manichæus, opuſculorum quorũpiam conditor execrabilium, & turpiſſimorum. Auitus *epiſt.* 4. alter ortu Britannus, habitaculo Regienſis. Auitus. *ibid.* hic momentaneam & ſubitam pœnitentiam reſpuebat. Auitus *ibidem*: contra quem idem ſcribit; & Gennadius Maſſilienſis *Eccleſiaſticorum dogmatum cap.* 48 Iſidorus quoque *lib. de viris Illuſtribus in Fulgentio*, ait Fulgentium ſcripſiſſe ſeptem libros contra Fauſtum Pelagianũ: & Ado Viennenſis *in Chronico ad annum* 492. ait fuiſſe factum Pelagianum, dum Pelagianorum dogma impugnauerat: additque illum ex Abbate Lirinenſi, apud Regium Galliæ, Epiſcopum factum.

Imprimis Ariminenſem Synodum à Conſtantio Cæſare Conſtantini filio congregatam mediante Tauro præfecto, ex tunc & nunc & vſq; in æternũ confitemur eſſe damnatam. hic Gelaſius Ariminenſem Synodũ à Conſtantio factam, me-

diante Taoro præfecto, ſcilicet Prætorii, damnat, & ita Liberius eam damnat. Socrates *lib. 4. cap. 1.* ioqua tameo recta omoia fuerunt facta à Catholicis; ſed Arriani Valens, Vrſacius, & alii mooerunt Conſtantium, vt iuberet ſecundam formulam Sirmienſis Synodi, editam præſente Conſtantio, confirmari; & coacti molli ſubſcripſere, etiam Oſius: quod retractatum poſteà ab illis, vt conſtat *dicto cap. 1.* & ex Sozomeno *lib. 4. cap. 16.* Vnde noo tàm Ariminenſis Synodus, quàm Sirmienſis formula 2. in ea ab aliquibus confirmata, damnata eſt anno 358. Liberii Papæ 8 & Phœbadius Agioneoſis Epiſcopus refellit Sirmicoſem formulam, in qua Oſius ſubſcripſit; aitque non prodeſſe eis nomen Oſii, qui ſubſeripſit buic formulæ; extat *tomo 4. Bibliothecæ*, & Hermãnus Cõtractus *in Chronico anno 355.* apud Arimioum Synodus 400. Epiſcoporum Arianorum contra fidem facta eſt: & de Oſio per fraudem circumuento agitur io Synodica epiſtola apud Epiphaoium *hæreſi 73. cap. 14.* In *epiſt. Hadriani ad Baſilium Imperatorem* concilium Ariminenſe ſub Conſtantio, damoatur. Formula fidei ab Arianis, ſuppreſſo Vſiæ nomine, condita, & Arimini ſuſcepta, damnata eſt, Satorninos Arelatenſis ab Eccleſia eiectus anno 362. Liberii Papæ 11. Iuliani Aoguſti 2. vt pater ex Synodica eius concilii ad Orientales.

Liber qui appellator Pœnitentia Iamnis & Mambræ, apocrypbus: lege Iamnis, & Iambris, non Mambræ, vt poſteà dicemus, & meritò apocryphus liber: eorum eoim memoriam damnat D. Paulus *epiſt. 2. ad Timotheum cap. 3.* 8. quemadmodum, inquit, Iamnes, & Iambres: (ita legit Chryſoſtomus noo Mambres, & Theodoretus; & in Græco ita legitor, maleqoe habet Latina verſio, Mambres) reſtiterunt Moſi, Ita & hi reſiſtuot veritati, homioes corrupti meote, reprobi circa fidem, ſed vltra non proficient; inſipientia eoim eorum manifeſta erit in omnibos, ſicut & illorum fuit: quod & refertur *can.* 54. XXVI. *Quæſt. 1.* Et ſanè D. Paulus ſumpſit horom nomen, vel ex traditione, vt ait Theodoretus *in epiſt. 2. ad Timotheum cap. 3.* horum autem nomina didicit Diuinus Apoſtolus, non ex diuina ſcriptura, ſed ex non ſcripta Iudæorum doctrina; vel ex reuelatione. D. Chryſoſtomos *ibidem*: quomodo autẽ ouſquam alibi ipſorum nomina inuenioorur, ea vel ex Spiritu Paulum didiciſſe fas fuit, vel denique ex libro qui ſupraſcribitur Iamoes & Iambres &c. Origen. *tractat. 35. in Matth.* quod ait Paulus ſicut Iamnes & Iambres, &c. noo inueoitur in publicis ſcripturis, ſed in libro ſecreto, qui ſupra ſcribitur Iamnes & Iambres liber. Vnde auſi ſunt quidam epiſtolam ad Timotheum repelleſe, quaſi habeotem io ſe textum alicuius ſecreti; ſecreti, inquam i. ἀποκρύφου. Ioannes & Iambres fuerunt Magi Ægyptii, qui valdè reſtiteroot Moyſi. apod Euſebium *lib. de præparatione Euangelica, cap. 8.* Iamnes & Iambres ſcribæ ſacrarum rerum Ægyptii, quo tempore finibus eiecti Hebræi ſũt, claroere; viri omnium iodicio rerum magicarum ſcientiâ nemini concedentes, quippe ambo quidem communi Ægyptiorum cooſeoſu delecti ſunt qui Moſæo, i. Moyſi, duci Iodæorum, cuius apud Deum potentiſſimæ preces erant, ſeſe opponereot. Et Philoſtorgius *lib. 9. hiſtoria cap. 2.* ait à Moſe Iamnem, & Mambrem vlceribos punitos, & vtriuſqoe horum matrem morti adiudicatam. Meritò ergo apocryphus liber, de Iamnis & Mambris pœnitentia: nam & illi ſepolcbrum condiderunt in qoo multi Diaboli habitant, ad quod viſendi gratiâ olim profectus eſt S. Macarius, variè ab illis agitatus, vt refert Palladios *in hiſtoria Lauſiaca, cap. 20.* Ex his verò patet ooo dicendum bic Mambres, ſed Iambres.

Ceotimetrum de Chriſto Virgiliaois compaginatum verſibus, apocryphum. Extaot *tomo 14. Bibliotheca* S. Homerici ceotones de Chriſto, qui dicuotur ὁμηρόκεντρα vel ὁμηροκέντρωνες. Sixtus Senenſis *lib. 4. Bibliotheca ſanctæ*, ait Eodoxiam, Theodoſii iuoioris vxorem, hoc opus feciſſe ad imitationem Probæ Falconiæ: Zonaras verò *tomo 3. in vita Baſilii Imperatoris*, & Cedrenus dicunt Pelagium Patricium homerocentra compoſuiſſe temporibos Zeoonis Imperatoris. Proba autem Falcooia, de qoa Hieronymus *epiſt. 8.* ſcripſit Virgilio ceorones *tomo 8. Bibliotheca S.* de quibus hic agitur, nonde Homericis centooibus

Opuſeula Victorini Pictauienſis, apocrypha. Hic multa ſcripſit, vt teſtatur D. Hieronymus *in lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis:* idemque *in epiſt. præfixa commentario Victorini in Apocalypſim*, Victorinum in eo commentario ſequutum eſſe errorem Chiliaſtarum: & *in libro de Scriptoribus Eccleſiaſt. in Papia:* ſed qui ounc extat Commentarius Victorini, nihil habet buius erroris, imò hunc errorem, refellit. Dicitur ab alus Pictabionenſis Epiſcopus.

De prædictis pleriſque ſcriptis apocryphis authores oon paoci inter Patres; vetereſque Eccleſiaſticos ſcriptores aguot.

Radulphus Decanus Tungrenſis *lib. de canonum obſeruantia, propoſit. 11.* hæc omnia ferè refert; & cum agitor dè Paſſionibus Martyrum, moltas apocryphas exempli gratiâ refert. Philaſtrus Brixienſis *lib. de hæreſibus cap. 20.* ſtatutum eſt ab Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus non aliud legi in Eccleſia debere, niſi legem & Propheras, & Euaogelia, & Actus Apoſtolorum, & Pauli 13. epiſtolas, & ſeptem alias, Petri duas, Ioannis tres, Iudæ vnam, & Iacobi vnam; quæ ſeptem Actibus Apoſtolorum coniunctæ ſunt: ſcripturæ autem abſconditæ, i. apocrypha, & legi debent morum caoſâ à perfectis, oon ab omnibus, qoi à ooo iotelligentes, multa addiderunt, & tolerunt, quæ voluerunt hæretici: oam Maoichæi apocrypha B. Andreæ Apoſtoli, actus quos fecit veniens de Ponto in Græciam, quos cooſcripſeruot tunc diſcipuli ſequentes Apoſtolum, habeot extant & alii tales Andreæ beati, & Ioaonis actus Euangeliſtæ B. & Petri ſimiliter Apoſtoli, & Pauli pariter Apoſtoli, in quibus, quia ſigna fecerunt magna & prodigia, vt & pecudes, & canes, & beſtiæ loquereotur; etiam & animas hominom tales, velut canom, & pecudum ſimiles imputauerunt eſſe hæretici perditi.

Origenes *in proœmiu Lucæ homil. 1.* ſicot enim in populo Iudæorũ multi prophetiã pollicebãtur,

& quidam erant pſeudoprophetæ, è quibus vnus fuit Ananias filius Agor, alij vero Prophetæ; ita & nunc in nouo Teſtamento multi conati ſunt ſcribere Euangelia, ſed non omnea recepti: & vt ſciatis non ſolùm quatuor Euangelia, ſed plurima eſſe conſcripta, ex quibus hæc quæ habemus electa ſunt & tradita Eccleſiis, ex ipſo procœmio Lucæ cognoſcimus quoniam quidem multi conati ſunt ordinare narrationem. Hoc quod ait, conati ſunt, latentem habet accuſationem eorum qui abſque gratia Spiritus Sancti ad ſcribenda Euangelica proſilierunt: Matthæus quippe, & Marcus, & Ioannes non ſunt conati ſcribere, ſed Spiritu Sancto pleni ſcripſerunt Euangelia; & deinceps Eccleſia quatuor habet Euangelia, hæreſes plurima, è quibus quoddam pſeudoeuangelium ſcribitur ſecundum Ægyptios, aliud iuxta duodecim Apoſtolos: auſus fuit & Baſilides ſcribere Euangelium & ſuo illud nomine titulare. Quatuor tantum Euangelia ſunt probata, è quibus ſub perſona Domini & Saluatoris noſtri proferenda ſunt dogmata: ſcio quoddam Euangelium quod appellatur ſecundum Thomam, & iuxta Matthiam, & alia plura legimus, ne quid ignorare videremur, ſed in his omnibus, nihil aliud probamus niſi quod Eccleſia, i. quatuor tantùm Euangelia recipienda.

Idem Origenes *in Matthæum cap.* 13. vtitur hiſtoria Iſaiæ apocrypha: & *cap.* 8. *tractatu* 19. ſcriptum eſt in Euangelio quodam, quod dicitur ſecundum Hebræos, ſi tamen placet alicui ſuſcipere illud, non ad authoritatem, ſed ad manifeſtationem propoſitæ quæſtionis. Dixit, inquit, ad eum alter diuitum, Magiſter quid bonum faciens viuam? Dixit ei, homo, leges & Prophetas fac: reſpondit ad eum feci: vade & vende omnia quæ poſſides, & diuide pauperibus, & veni, ſequere me; cœpit autem diues ſcalpere caput ſuum, & non placuit ei: & dixit ad eum Dominus, quomodo dicis legem feci & prophetas, quoniam ſcriptum eſt in lege, diliges proximum tuum ſicut teipſum; & ecce multi fratres tui filij Abrahæ amicti ſunt ſtercore, morientes præ fame, & domus tua plena eſt multis bonis, & non egreditur omninò aliquid ex ea ad eos: & conuerſus dixit Simoni diſcipulo ſuo ſedenti apud ſe, Simon fili Ioannæ facilius eſt camelum intrare per foramen acus, quàm diuitem in Regnum cœlorum: verum eſt ergo, &c.

Idem *Prologo in Cantica Canticorum*: illud palam eſt multa ab Apoſtolis vel Euangeliſtis exempla eſſe prolata, & nouo Teſtamento inſerta, quæ in his ſcripturis quas canonicas habemus, nunquam legimus, in apocryphis tamen inueniuntur; & euidenter ex ipſis oſtenduntur aſſumpta: ſed ne ſic quidem locus ideò apocryphis dandus eſt; non enim tranſeundi ſunt termini, quos ſtatuerunt patres noſtri; potuit enim fieri, vt Apoſtoli, vel Euangeliſtæ Sancto Spiritu repleti ſciuerint quid aſſumendum ex illis eſſet ſcripturis, quidue refutandum, nobis autem non eſt abſque periculo aliquid tale præſumere, quibus non eſt tanta Spiritus abundantia. B. etiam Hieronymus *ad Epheſios cap.* 5. *verſ.* 14. ait Paulum vſum Apocryphis, ſicut in aliis, inquit, locis illum feciſſe manifeſtum eſt; non quod apocrypha approbarit, ſed quod & Arati, & Menandri, & Epimenidis

A verſibus ſit abuſus: quia eos verè aliquid dixiſſe teſtatus eſt. Euſebius *lib.* 3. *cap.* 25. facile quoque non iſtas ipſas modò, ſed eas etiam quæ Apoſtolorum nomine ab hæreticis circumferuntur, poſſumus diſcernere, ſiue Euangelia Petri, Thomæ, Matthiæ, aliorumve nomine falſo inſcripta; ſiue Acta, quæ Andreæ, Ioannis, & aliorum Apoſtolorum nomine veteratoriè donata ſunt, quaſque ſcripturas nemo ex Scriptoribus Eccleſiaſticis, qui continuatâ temporum ſucceſſione ab Apoſtolis huc vſque vixerunt, vſquam in ſuis ſcriptis in memoriam redigere dignatus eſt.

Apocrypha generatim diſtinguntur à falſis & adulterinis, quia apocryphis à multis con-
B tradicitur, & ab aliis publicè recipiuntur, alia vero non: quæ diſtinctio habetur apud Euſebium *lib.* 3. *cap.* 31. Propriè tamen Apocryphi libri ſunt qui non publicè leguntur in Eccleſia, ſed abſconsè & ſecretè, vnde dicuntur Apocryphi: ἀπόκρυφον enim in gloſſis eſt abditum, abſconditum, abſconſum, ſecretum ex ἀποκρύπτω obculoo, abdo, abſcondo, recondo; & libri apocryphi non recipiuntur ab Eccleſiis, licet à Doctoribus aliquando in teſtimonium afferantur. Zonaras ait *in can.* 60. *Apoſtolorum*: ſunt & quædam nuncupata apocrypha, quod ſi quis hæc publicè profert, & in Eccleſia legere conatur, hunc, etiam conſecratum Miniſtrum, dignum depoſitione cenſet; ſed aliqui ſunt apo-
C cryphi qui neque priuatim legi debent, putà ab hæreticis confictì, & erroribus pleni.

Liber qui appellatur Paſtoris, cujus autor fuit Hermas, & hic liber ab antiquis ſcriptoribus in teſtimonium affertur, vt à Clemente Alexandrino & ab Origene, & ab Irenæo *lib.* 4. *cap.* 27. ſed hic reiicitur, & à Proſpero *lib. contra Caſſianum cap.* 30. & ab Euſebio *lib.* 3. *Hiſtoriæ, cap.* 3. & à Tertull. *lib. de pudicitia*, & à D. Hieronymo *in Prologo galeato*; licet idem Hieronymus *lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, dicat librum illum eſſe vtilem; tamen multos errores continet, & videtur ab hæreticis deprauatus.

D Epiſtola illa Ieſu ad Agbarum Regem dicitur apocrypha, quam refert Euſebius *lib.* 1. *cap.* 12. ex tabulis publicis Edeſſæ ciuitatis, Syriacè ſcriptis: ait enim Agbarum Regem morbo cruciatum, ſcripſiſſe ad Ieſum vt ab eo ſanaretur; & Ieſum non grauatum literis reſpondere, ſe eo miſſurum vnum, ex diſcipulis poſt Aſcenſionem ſuam, qui morbo mederetur, eoque poſt Aſcenſionem Thomam Apoſtolum miſiſſe Thadæum vnum ex 70. diſcipulis, qui morbo liberauit Agbarum, & filium eius Abdum podagræ morbo oppreſſum, pluteſque alios, quibus publicè prædicauit Euangelium, 43. anno poſt Chriſtum natum. Hæc enim omnia dicuntur
E conficta ab hæreticis variis, quos ibi enumerat.

Liber qui appellatur Sors Apoſtolorum, Apocryphus, qui ſimilis fuit ſortibus Vigilianis, quæ erant cum ſorte aperirentur verſus Virgilij, vt videretur an aliquid conueniret rei ob quam ſortes fiebant: nam ſic aperiebantur Euangelia, & dicebatur ſumi ſors exemplo Apoſtolorum, qui ſorte Matthiam elegerunt.

De ſortibus Vigilianis Spartianus in Adriano: cum ſollicitus de Imperatoris erga ſe iudicio Virgilianas ſortes conſuleret: & apud Lampridium, cum Alexander Seuerus ſortes Vigila-

nas conſuleret, incidit in hæc verba.

Tu regere Imperio populos Romane memento.

De ſortibus Apoſtolorum agitur *can.* 1. *xxvj. quæſt.* 1. ſortilegi ſunt, qui ſub nomine fictæ Religionis, per quaſdam, quas Sanctorum ſeu Apoſtolorum vocant ſortes, Diuinationis ſcientiam profitentur, aut quarumcumque ſcripturarum inſpectione futura promittunt. Ea & fuiſſe in vſu oſtendit Gregorius Turonenſis *lib.* 4. *cap.* 16. *hiſtoriæ*: poſitis Clerici libris ſuper altarium i. prophetiæ Apoſtoli, atque Euangeliorum, orauerunt ad Dominum, Chramno quid eueniret oſtenderet, aut ſi regnare poſſet, diuina potentia declararet. Aperto igitur primo omnium Propheratum libro, reperiunt, auferam macerium eius, & erit in deſolationem pro eo quod debuit facere vuam, fecit labruſcam; reſeratoque Apoſtoli libro, inueniunt, ſicut fur in nocte, ita veniet dies Domini, cum dixerint pax & ſecuritas, tunc illis veniet interitus. Nicolaos primus *Epiſt. ad Bulgaros* Græci codicem accipientes in manibus clauſum, vnus ex iis accipiens paruiſſimam particulam ligni, hanc intra ipſum codicem condit, & ſi vndiquaque aliqua vertitur ambiguitas, per hoc affirmant ſe ſcire quod cupiunt: multis vero aliis modis fiebant.

Præterea *in dicto Canone* 3. dicitur qui libri in Eccleſiaſticis officiis, per anni circulum à nonnullis legantur, quod Eccleſia Romana non reprobat. Quidam, inquit, quod in Septuageſima ponunt Pentateuchum vſque in 15. diem ante Paſcha, & 15. die ponunt Hieremiam vſque in Cœna Domini; & in Cœna Domini legunt tres lectiones de Lamentatione Hieremiæ, quomodo ſedet ſola ciuitas, & tres de tractatu S. Auguſtini in Pſal. 54. & tres de Apoſtolo Epiſt. ad Corinthios; in paraſceue tres lectiones de Lamentatione Hieremiæ, & tres de tractatu S. Auguſtini in Pſalmum 63 & tres de Apoſtolo: in Sabbato Sancto, trea de Lamentatione Hieremiæ Prophetæ lectiones, tres de tractatu S. Auguſtini in eundem pſalmum, & tres de Apoſtolo, Epiſtola ad Hebræos. In Paſcha Domini homilias ad ipſum diem pertinentes, infra hebdomadam in Paſcha ponunt Actus Apoſtolorum, & Epiſtolas Canonicas, & Apocalypſin vſque ad octauas Pentecoſtes: in Octauis Pentecoſtes ponunt libros Regum, & Paralipomenon vſque in Kalendas Auguſti: in Dominica prima Auguſti ponunt Salomonem vſque in Kalendas Septembris: in Dominica 1. Septembris ponunt Iob, Tobiam, Heſter, Eſdram, vſque in Kalendas Octobris: in Dominica 1. Octobris ponunt librum Machabæorum vſque in Kalendas Nouembris: in Dominica 1. Nouembris ponunt Ezechielem, & Danielem, & minores Prophetas, vſque in Kalendas Decembris: in Dominica 1. menſis Decembris ponunt Eſaiam vſque ad Natiuitatem Domini; in Natali Domini legunt primùm de Eſaia tres lectiones, deinde ſermones vel homilias ad ipſum diem pertinentes: in octaua Natalis Domini, homilia de ipſo die: Dominicâ primâ poſt Natiuitatem ponunt Epiſtolas Pauli vſque ad Septuageſimam: in Epiphania lectiones tres de Eſaia, deinde ſermones vel homiliæ ad ipſum diem pertinentes.

Ex quibus videas valdè antiquum eſſe Officium Eccleſiaſticum quod habemus: Gelaſius enim fuit ante Gregorium Magnum, & habuit Synodum Romanam, ex qua hic *can* 3. ſumptus eſt anno Domini 494. Etſi vero hæc vltima pars, quæ eſt de officiis Eccleſiaſticis, non reperiatur in dicta Synodo Romana *apud Binium*, nec in plerìſque Gratiani vetuſtis codicibus; tamen apud Burchardum, & Iuonem, proximè poſt ſuperiora, refertur ſine authoris nomine; ſed in Panormia refertur ex Gelaſio cum 70. Epiſcopis; & Ordo Romanus hæc omnia fere continet, qui liber perantiquus eſt, & Melchior Hittorpius putat octauo ſæculo ſcriptum fuiſſe. Vide eius Epiſtolam *tomo* 1. *Bibliotheca Patrum, in Principio*. Liber qui dicitur Panormia tribuitur Iuoni, & dicitur Panormia Iuonis, in quo dicitur Iuo decreta Apoſtolica, quæ prius in magnum volumen Iſidorus redegerat ſecundum ordinem Pontificum Romanorum, nullo alio ordine poſito & breuiaſſe & compilaſſe: itemque capita diſtinxiſſe, & multas ſanctorum patrum ſententias intermiſiſſe, & Panormiam vocaſſe quaſi totius Iuſtitiæ normam, ſeu regulam continentem: & eſt diſtinctus liber à decreto Iuonis, vt ſcribit Antonius Auguſtinus *in tractatu & iudicio ſeu cenſura de veteribus canonum Eccleſiaſticorum Collectoribus.*

Agitur *& in hac diſt.* 15. *can.* 3. de Phylacteriis: per Phylacteria intelliguntur amuleta: quæ geſtantur in collo.

In gloſſis φυλακτήριον ſeruatorium, amolimentum, amolerum, præuia, & à verbo illo præuia vulgo hæc *vn Bref*. Præuia dicta, vt præuius, ὁδηγὸς; vel vt ait Varro *lib.* 7. *de lingua Latina*, Præbia à prebendo vt ſit tutum, quod ſint remedia in collo pueris. Et Feſtus: Præbia dicuntur curandi mali remedia, videlicet quæ curationis cauſâ præbeantur. Aliqui legunt, non præuia, aut præbia, ſed præbra. Papias, Phylacteria erant pittaciolæ, quas in fronte portabant Iudæi, in quibus ſcribebant decalogum: Phylacterium, ſeruatorium legis, φυλάξαι enim Græcè, ſeruare dicitur: phylacteria, vanitas, cura, cantica. Iſidorus peluſiota *lib.* 2. *Epiſt.* 150. Phylacteria, inquit, perexigui quidam libelli legem continentes, quos quidem Iudæorum Magiſtri & Chriſtiani Iudæorum exemplo geſtabant, quemadmodum etiam nunc fœminæ parua Euangelia: & inde dicit dilatate Phylacteria eſſe curam habere horum libellorum, & maiora habere. D. Chryſoſtomus *homil.* 72. in Matthæum idem dicit φυλακτήρια ἐκάλουν τὰς πολλάς νῦν τῶν γυναικῶν Εὐαγγέλια τῶν τραχήλων ἐξαρτῶσι Iχαι, id eſt phylacteria vocabant, vt ſicuti muliæ mulieres modo faciunt, quæ Euangelia de collo ſuſpendunt. Auctor operis imperfecti acrius in eos inuehitur *homilia* 43. hunc ipſum locum Matthæi explanans, inſimulatus à Franciſco Florente, vt Manichæus: vbi eſt virtus Euangelij? in figuris litterarum an in intellectu ſenſuum? ſi in figuris, benè circa collum ſuſpendis, ſi in intellectu ergo melius in corde poſita proſunt, quam circa collum ſuſpenſa. Hæc tamen cùm carent ſuperſtitione, poſſunt fieri, vt vtamur oratione Dominica, vel ſymbolo, quæ geſtata poſſint prodeſſe: & hoc etiam permittitur. Vnde *Can.* 16. *non obſeruetis xxvi. quæſt.* 7. vbi prohibentur phylacteriorum pittacia, excipitur tamen niſi ſiant cum ſymbolo, vel oratione Dominica: aut pittaciola pro

quauis infirmitate ſcripta ſuper homines vel A animalia, ponunt, præter ſymbolum, aut orationem Dominicam. Idem Chryſoſtomus *homil. 19. ad populum Antiochenum*, non cernis vt mulieres, & parui pueri, pro magna cuſtodia, collo Euangelia ſuſpendant; & vbique circumferant quocumque abierint; tu Euangelij mandata & legis, mente deſcribe, &c. Ea vero dicuntur περίαπτα & περιάμματα, quod ſuſpendantur: nam περιάπτω eſt circum appendo: Epiphanius *hæreſi contra Scribas, quæ eſt* 15. quod autem, inquit, aliqui ſolent vocare τὰ περίαπτα φυλακτήρια.

Circumferebant & olim Cruces eadem de B cauſâ: vnde Macrinâ ſorore Niſſeni mortuâ viſa eſt pendere ex eius collo annulus cum particula viuificæ Crucis. Gregorius Nyſſenus *in eius vita*. Et Ita Imperator: in ſynodo octaua *Actio*. 5 dicitur ab Epiſcopis, Imperator impoſuit ſuper colla noſtra Encolpium ſuum, & dixit ecce iudicium Eccleſiæ exigat Deus à ceruicibus veſtris in die iudicij, vt nihil faciatis per fauorem, neque per gratiam, vel odium; vbi Anaſtaſius ait, encolpium eſt quod in ſinu portatur, colpos enim Græcè, ſinus Latine dicitur: moris enim eſt Græcorum Crucem cum pretioſo ligno vel cum reliquiis Sanctorum antè pectus portare ſuſpenſam ad collum; & hoc eſt quod vocant C encolpium. Et Nicetas Paphlago *in vita S. Ignatij Patriarchæ Conſtantinopolitani*, ait, Ignatio in exilium miſſo per quadraginta dies omnia terræmotu nutaſſe: vnde Rex iuſſit reuocari, & vt non dubitaret, addit quod Petronas Patricius pretioſum geſtamen quod ad ſinum Imperatoris pendebat, pro pignore allatum tradidit Patriarchæ: & ita Phylacteria ſunt reliquiæ apud nos. S. Gregorius Papa *lib. 12. Epiſt. 6.* excellentiſſimo autem filio noſtro Adalonaldo Regi tranſmittere Phylacteria curauimus, id eſt crucem cum ligno crucis Domini, & lectionem Euangelij thecâ Perſicâ incluſam.

Iudæi ergo ſcribebant in membranis De- D calogum; & ligabant in fronte, vt ſemper ante oculos haberent. D. Hieronymus *loco citato*, hoc, inquit, Phariſæi malè interpretantes ſcribebant in membranis decalogum Moſi, i. decem verba legis, complicantes ea, & ligantes in fronte, & quaſi coronam capiti facientes, vt ſemper ante oculos mouerentur: nam *Deuteronomij* 6. 8. Deus Iudæis egreſſis de terra Ægypti in deſerto aliqua mandauit, & ſubiunxit, alligabis ea in ſignum ſuper manum tuam, & erunt immobilia ἀσάλευτα ante oculos tuos; & *cap.* 11. 18. & mittetis verba hæc in cor veſtrum, & alligabitis ea in ſignum ſuper manum veſtram, & erit immobile ἀσάλευτον ante oculos E veſtros. Idem dicitur Exodi *cap.* 13 16. dicitur verò erunt immobilia, i. amobilia; mouebantur enim ante oculos, ſed non remouebantur: & ita dicuntur ἀσάλευτα: nam in gloſſis ἀσάλευτος eſt immotus, inquaſſatus, inconcuſſus; & ita intelligendus interpres *Deuteronomij* 6. 9. eruntque & mouebuntur ante oculos tuos, ait enim rectè, eruntque ſcilicet ſemper, quaſi immota, & mouebuntur, & D. Hieronym. *loco citato*; vnde dicitur *Deuteronomij* 11. 18. & inter oculos veſtros collocate, vt ſcilicet ibi ſint: erunt enim hoc ſenſu immota hæc phylacteria, vt ait etiam D. Hieronymus. Quarè malè Petitus reponit σαλευτά: malè etiam Scaliger ait ἀσάλευτα ſignificare amuleta, & phylacteria: Phylacteria quidem ſunt amuleta, ſed non aſaleuta: nam ibi ἀσάλευτα dicuntur præcepta, & mandata Dei, nec quærenda originatio ab ἄξε & αἰλέω; hoc eſt nimiùm grammaticari: ad de illam obſeruationem, de qua agitur in locis citatis & *Numerorum* 15. 38. & faciant ſibi fimbrias ſuper alas veſtimentorum ſuorum in progenies ſuas, & imponetis ſuper fimbrias alarum vittam hyacinthinam, & erit vobis in fimbriis, & aſpicietis eas & recordabimini omnium mandatorum Domini; vocauit Chriſtus phylacteria *Matthæi* 23. quæ phylacteria, non ſunt propriè amuleta: nam amuleta non ſunt in veſtibus, ſed in membranis, vt explicat Iuſtinus Martyr *dialogo cum Tryphone*; vbi vtrumque caſum ponit: propter duritiam cordis populi veſtri cunctas huiuſmodi ſanctiones Deum per Moſen vobis tuliſſe intelligetis, vt per complura iſta inſtituta in actione omni ob oculos vobis eſſet Deus, ac neque iniuſtè facere nec impiè agere occiperetis; etenim vt coccineum panniculum ſibi ipſis Iudæi circumponerent, præceptum vobis eſt, quo per eum vos Dei non caperet obliuio; & Phylacterium literis quibuſdam, quas ſanctas omnino eſſe intelligimus, in tenuiſſimis membranis deſcriptis circumdare vos iuſſit; & cum per iſta religionem vobis quandam incuſſerit, vt continuè memoriam Dei & ſimul reprehenſionem in cordibus veſtris obtineretis, ne exiguam quidem tum Dei colendi recordationem retinuiſtis. Ille igitur eas membranas tantum videtur appellare phylacteria. D. tamen Epiphanius *lib. 1. hæreſi* 15. vocat phylacteria, veſtes illas etiam deſcriptas *Numerorum* 15. non amuleta. Habent certas fimbrias, quæ inſtituti ſunt eorum ſigna, ad pompam & oſtentationem, captandaque ſpectantium præconia compoſitas; ad hæc veſtes phylacteriis diſtinctas gerebant, quæ ſunt latiora quædam purpuræ ſegmenta, de quibus cùm Euangelium meminerit, ſuſpicari quiſquam poſſit de amuletis hîc ſermonem inſtitui, quod à nonnullis amuleta phylacteria vocentur; Verùm longe alia ratio eſt, quippe cum ſtolis, ſiue veſtimenti genere quodam vterentur iſti, quod dalmaticas aut colobia apellare poſſumus, quæ amplioribus ex purpura ſegmentis erant intexta: eiuſmodi porro ſegmenta qui accuratius loquuntur nominare phylacteria ſoleant; huiuſ conſuetudinem ſecutus Dominus, eadem illa phylacteria nuncupauit: ſed & ſequentia de acceptione vocis iſtius, haud dubiam fidem faciunt, ſubiicit enim & veſtimentorum fimbrias, ita & phylacteria purpureos illos quos dixi clauos appellauit, Quoniam, inquit, dilatatis phylacteria, & fimbrias veſtimentorum ampliores facitis: nec in eo reprehendendus, ſed audiendus Epiphanius, nec dubitare debuit Petauius vnde id ſumpſerit Epiphanius, ſumpſit enim ex ipſa ſcriptura ſacra *Numerorum* 15. 38. & dicit Epiphanius phylacteria hîc pertinere ad veſtes, non ad membranas illas, & non eſſe amuleta illo loco Matthæi *cap.* 23 & verum eſt. Illæ verò membranæ vel pittacia appellata ſunt phylacteria, vt diximus ſupra, & ita vocantur in ſynodo Laodicena *cap.* 36. quod non oportet eos, qui ſacrati ſunt vel Clerici, Magos, vel incantatores eſſe, vel Mathematicos, vel facere ea quæ dicuntur φυλακτήρια, quæ quidem ſunt ipſarum

animatum vincula, eos autem qui ferunt ea, eiicere ex Eccleſia iuſſimus. Ibi enim phylacteria ſumuntur in malam partem, vt & homines Phylacterij à Balſamone in *can.* 61. *Synodi Trullanæ*: φυλακτήριοι autem hoc eſt remediorum, ſeu amuletorum præbitores dicuntur, qui fraude dæmonis eis qui à ſe decipiuntur, vincula quædam ex ſericeis filis contexta, quæ & ἀμύλια dicuntur, præbent; quæ aliquando quidem intus habent ſcripturas, aliquando verò falſa quædam alia, quæcunque inciderint: dicunt autem hæc iuuare ſi ex collis eorum, qui illa accipiunt, perpetuò pendeant, ad omne malum vitandum: & apud Harmenopulum *in Epitome Canonum Sect.* 5. *tit.* 3.

Illa prohibentur à patribus in *Concilio Agathenſi cap.* 68. non oportet miniſtros altaris aut Clericos Magos aut incantatores eſſe, aut facere phylacteria &c. qui canon ſumptus eſt ex *d. can.* 36. *Synodi Laodicenæ*, & refertur *can.* 4. *xxvi. quæſt.* 5. & Origenes *lib.* 3. *in Iob.* qui ad vana intenderint augnria, ac veneficia, diuinationes quoque, ac phylacteria, atque incantationes; horum greſſus conturbabuntur: & his vtentes anathematizantur *can.* 1. *xxvi. Quæſt.* 5. Concilium Turonenſe 3. *cap.* 42. Ligaturas appellat: fideles magicas artes incantationeſq; infirmitatibus non adhibeant, ſciantque ligaturas oſſium, vel herbarum adhibitas, laqueos & inſidias antiqui hoſtis eſſe. Et D. Chryſoſtomus laudat tanquam Martyrem eum, qui mauult morbo torqueri, quàm phylacteriis malum leuare. *Oratione de infirmitate*: cùm in grauem morbum incideris, & multi affuerint vt excantationibus & amuletis malum leuent, tu autem, Dei timore ductus, eorum nihil ſuſtinere volueris, Martyr es. Vtebatur Manes phylacteriis, vt teſtatur Epiphan. *Hæreſi* 66. *art.* 13.

Φυλακτήρια dicuntur vel quia cuſtodiunt memoriam alicuius rei, vt apud Iudæos illa phylacteria in fronte ponebantur ad cuſtodiam legis refricandam, vnde dicimus φυλάττειν πίστιν, i. ſeruare fidem: vel a. dicuntur, quia præſumebantur præſeruare à malo. Origenes *in Matthæum cap.* 23. *tractat.* 24. ad illud dilatant phylacteria ſua, ſciendum eſt in iſtis, quia quod ſcriptum eſt in lege de verbis diuinis, nempe *Deuteronomij* 6. 8. alligate eam ſuper manum veſtram, & erunt mobilia, vel immutabilia coram oculis veſtris: qui ergo omnia faciunt vt ab hominibus videantur Scribæ, & Phariſæi ſcribentes legis dicta in duabus præciſis, membranis alligant, & alteram quidem in domibus portant quaſi coronam ponentes in capitibus ſuis, quod ſcriptum eſt ſecundum frontem, alteram autem ſuper brachium manus ſuæ, & vocant eas Phylacteria.

Ea in *dicto can.* 36. Synodi Laodicenæ dicuntur animarum vincula, δεσμωτήρια τῶν ψυχῶν. Iuſtinus *in dialogo cum Tryphone*, vt diximus ſupra, ait φυλακτήρια Iudæorum fuiſſe ἐν ὑμέσι λεπτοτάτοις γεγραμμένοις χαρακτῆρσι: etenim vt coccineum panniculum ſub ipſis Iudæi circumponerent præceptum eis erat, quo per eum illos Dei non caperet obliuio; & phylacterium, inquit, literis quibuſdam, quas ſanctas omninò eſſe intelligimus in tenuiſſimis membranis deſcriptis circumdare vos iuſſit: vbi nota pannum illum purpureum diſtingui à phylacteriis; in quo differt Iuſtinus ab Epiphanio, qui putauit phylacteria eſſe illos pannos, ſeu purpuræ ſegmenta, quæ erant in veſtibus præter fimbrias; & ita exiſtimat tàm phylacteria quàm fimbrias pertinere ad veſtes, non ad illas membranas legis quas circumponebant collo, & manibus: Iuſtinus contrà diſtinguit phylacteria ab illis purpureis pannis; & per illos purpureos pannos maximè Iudæi diſtinguebantur ab aliis populis, nec erant phylacteria ex ſententia Iuſtini: Chriſtianus, qui & Druthmarus Monachus & Preſbyter Corbeienſis *expoſitione in Matthæum cap.* 56. purpuram illam refert ad fimbrias non ad phylacteria: cùm Deus legem per Moſem dedit, dixit eis, erunt hæc in manu tua, & ante oculos tuos, i. in memoria & operatione; & illi hoc malè intelligentes, fecerunt ſibi in membranis decem verba legis, & circundabant capita ſua de eis, & vocabant ea Græco nomine phylacteria i. cuſtodias, quia phyl-xai Græcè, Latinè cuſtodite dicitur; & tunc qui plus geſtiebat laudari, maius faciebat ipſum phylacterium: vnde dicit Dominus, dilatant enim phylacteria ſua, & magnificant fimbrias. Similiter iuſſerat Dominus fieri fimbrias hyacinthinas in quatuor palliorum angulis, vt eſſet diſcretio inter populos Iſrael & alienigenas, & in corporibus circumciſio; & in veſtimentis fimbriæ, vt ſi cum iis in bellum venirent, videntes fimbrias, ſe cognoſcerent, & ſcirent quem debellare deberent: mortuos autem ex circumciſione ſcirent quem ſpoliare deberent, quia in bello ſæpe amittit caput mortuus, illud membrum nunquam.

In Synodo Trullana *can.* 61. canon excommunicat per ſexennium eos, qui recurrunt ad eos, qui præbent phylacteria: vbi Balſamo plurimum exempla adducit ea de cauſa à Synodis damnatorum: quorum alius deprehenſus fuerat in ſinu ferens indumentum infantis hupernati, dicens hoc ſibi datum fuiſſe à quadam muliere ad os occludendum iis qui contra eum dicere conarentur: tum Sacerdotis conuicti quod magnâ quintâ feriâ ſanctum panem dediſſet quibuſdam viris & mulieribus vt conuinceretur qui rem aliquam ſurripuerat oſtendit ex B. Chryſoſtomo, illos homines abuti Dei nomine: non ſolum ait περίαπτα, ſed & carmina ἐπῳδὰς ei applicas temulentas & ceſpitantes aniculas in eius domum introducentes; & non erubeſcis, ſi poſt tantam humanitatem ad hæc ſtupefactus attonituſque reddaris; & quod eſt deceptione grauius, quando ne hæc faciat admonitus, ſe defendere exiſtimans dicit, Chriſtiana eſt mulier quæ hæc incantat, & nihil aliud quàm Dei nomen loquitur: propterea ergo, inquit, magam odi & auerſor, quæ Dei nomine in eo vſa eſt, quod cum dicat ſe eſſe Chriſtianam, ea quæ ſunt Græcorum oſtentet: nam & dæmones Dei nomen loquebantur, ſed erant dæmones; & Chriſto ſic dicebant, nouimus te, quis ſis ſanctus Dei, os tamen eis occludebat & expellebat: ille locus ſumptus eſt ex Chryſoſtomo *Catecheſi* 2.

Phylacteria etiam dicuntur carmina in gloſſis Iſidori: Phylacteria, carmina, incantamenta. Phylacteria etiam ſunt reliquiæ Sanctorum, quæ ita vocantur à Gregorio Papa *loco iam citato* & id probat aliis locis Hugo Menardus *in Concordia Regularum.*

Sumuntur quandoque phylacteria pro

excubiarum loco & cuſtodiis Heſychius φυλακτή-ρια, (ſic enim corrigendus accentus) ἐπαγρυπνία i. phylacteria vt habent gloſſæ, hoc excubitum, peruigilium: & arma ipſa dicuntur φυλακτήρια apud Pollucem *lib. 1. cap. 10. in armorum nomina* ſeu ὅπλων ὀνόματα; ibi enim ait aliqua arma eſſe φυλακτήρια, i. cuſtodientia, Gallicè *armes defenſiues*, & loca vbi ſeruantur decimæ, dicuntur φυλακτήρια ab eodem Polluce *lib. 9. cap. 5.* Et ita carcares ipſi dici poſſunt φυλακτήρια.

Beletus in Rationali *cap. 85.* & *cap. 115.* phylacterium eſt vaſculum aureum, vel Chryſtallinum in quo cineres, vel reliquiæ reponuntur.

Ea Phylacteria dicuntur Ligaturæ *in Concilio Turonenſi 3. cap. 42.* fideles Magicas artes, incantationeſque infirmitatibus non adhibeant, ſciantque ligaturas oſſium, vel herbarum adhibitus, laqueos & inſidias antiqui hoſtis eſſe. Et Nicolaus 1. *Epiſt. ad Bulgares* perhibentes quod moris ſit vobis infirmis, ligaturam quandam ob ſanitatem recipiendam ferre pendentem ſub gutture, quod ne fiat inhibemus. Et dicuntur à Gandentio ſubligaturæ, ſuntq; partes idololatriæ *Sermone 4. de Paſchate*, partes idololatriæ ſunt veneficia, præcantationes, ſuballigaturæ, vanitates, auguria, ſortes, &c.

Magna eſt virtus his reſiſtentis in infirmitate S. Chryſoſtomus *de infirmitate homilia 8. ad Coloſſenſes*, laborauit morbo infans, non ſuſpendit ei à collo amuleta, martyrium ei imputatur: περίαπτα vocat ibidem, *& loco citato de infirmitate*, περιάμματα.

Prohibentur Phylacteria à Canonibus Conciliorum & Patribus. Origenes *lib. 3. in Iob*: qui ad vana intenderint auguria, ac veneficia, diuinationes quoque ac phylacteria, atque incantationes, horum greſſus conturbabuntur: & Synodo Laodicena *can. 36.* nefas eſt Eccleſiaſticos homines & Clericos Deo ſacros Magos eſſe, aut incantatores, aut Mathematicos, aut Aſtrologos, aut facere phylacteria, & amuleta quæ ſunt animarum vincula: iuſſimus autem vt ij qui eiuſmodi res ferrent, Eccleſiâ eiicerentur. Et Synodus Agathenſis *cap. 68.* non oportet Miniſtros altaris, aut Clericos, Magos aut incantatores eſſe, aut facere quæ dicuntur phylacteria: qui canon ſumptus eſt ex dicto canone 36. Synodi Laudicæ, & refertur *can. 4. xxvi. quæſt. 5.*

Cyrillus *Catecheſ. 1.* ait auium obſeruatio, diuinatio, ominum ſuperſtitio, amuleta, & in folliculis inſcriptiones, Magica deliramenta ſunt. Bonifacius *Epiſt. 1. ad Zachariam Papam, cap. 6.* ait quoſdam vidiſſe phylacteria fieri, & vendi Romæ: dicunt quoque ſe ibi vidiſſe mulieres pagano ritu phylacteria, & ligaturas in brachiis & in cruribus ligatas habere, & publice venales ad comparandum aliis offerre. Et refert ex S. Auguſtino *Sermone de Tempore* 24. nam qui prædictis malis, *i.* Caragis & Diuinis, & Aruſpicibus, vel phylacteriis, & aliis quibuſlibet Auguriis crediderit, etſi ieiunet, etſi oret, etſi iugiter ad Eccleſias currat, etſi largas eleemoſynas faciat, etſi corpuſculum ſuum in omni afflictione cruciauerit, nihil illi proderit, quãdiu ſacrilegia illa non reliquerit. c. 16. xxvj. q. 5. Et Concilio 1. Liptinenſi *cap. 5.* dicitur vt Epiſcopus adiuuante Grauione, qui eſt defenſor Eccleſiæ, prouideat vt populus non faciat phylacteria nec alias paganias: ibi pro Grauione legandum forte Guardione, id eſt defenſore.

Ea phylacteria dicuntur ex pernicioſis, gentilibuſque ſtudiis proficiſci *can. 61. Synodi Trullana*, & dicuntur paganiæ, & ritu pagano fieri in Synodo Liptinenſi *can. 5.* D. Epiphanius *hæreſi Manichaor. cap. 13.* ſed Manichæi, ait, & τὰ περίαπτα, i. amuleta appenſa collo, nec non & cantiones Magicas, ac præſtigias vſurpant.

Lib. 6. Capitular. cap. 72. vt à Clericis vel laicis phylacteria, vel falſæ inſcriptiones, aut ligaturæ quæ imprudèntes pro febribus aut aliis peſtibus adiuuare putant, nullo modo vel ab illis vel à quoquam Chriſtiano fiant, quia Magicæ artis inſignia ſunt, ſed pro infirmitate illud quod Apoſtoli & canones ſanxerunt, i. orationes, & ſacri olei vnctio fiat: & prohibentur etiam *lib. 5. Capitular. cap. 2.* In Conſtitutionibus Siculis *lib. 2. tit. 45.* dicitur Aduocatos dicendo phylacteria dilatare: vt cauſas Iudicea ventilatas cito decidant, Aduocatorum allegationibus qui phylacteria ſua perorando dilatant, nullatenus indulgentes. Origenes *lib. 6. contra Celſum*: quid recenſeam, ait Celſus, eos, qui luſtrationes docuerunt, & incantationes pellendis morbis, arcendiſue, aut effigies formaſque dæmonum varias, & præter hæc in veſtibus, numeris, lapidibus, plantis, radicibus amuleta diuerſorum generum. D. Auguſtinus in *M. S. Sermone de Martyribus & Phylacteriis.* Solet fieri fratres, vt etiam ad ægrotantem veniat perſecutor ex parte Diaboli, & dicat, ſi illum præcantatorem adhibuiſſes, iam ſanus eſſes; ſi characteres illos tibi voluiſſes appendere, iam potuiſſe ſanitatem accipere.

Aliquando, in phylacteriis repertæ execrationes in perſonam ipſam. Golſcalcus Roſemundus *Sermone 3. Dominicæ 5. poſt Epiphaniam*, ſcribit mulierem quaodam petiiſſe à quodam phylacterium oculis ſanandis, & ſanatam fuiſſe: tandem aperuiſſe chartam, inueniſſe ſcriptum diabolus tibi eruat oculos, & luto obſtruat foramina.

DISTINCTIO XVII.

RECtè Conſtantius referente Balſamone *ad Photium tit. 2. cap. 39.* dicebat εἶναι τὴν ἱερὰν σύνοδον ὥσπερ καὶ τὴν βασιλικὴν σύγκλητον i. eſſe ſacram Synodum, ſicut & Senatum Imperatoriũ. Hanc Synodum ſine S. Sedis authoritate, ſcilicet vniuerſalem non particularem, nemo poteſt regulariter facere *Can. 1. 2. & 5. hac diſt. 17.* Quod ſi celebrata fuerit, erit irrita & vacua, *can. 2. & 5.* Eſtque potius conuenticulum, vel conciliabulum, quàm Concilium, dicto *can. 5.* Confirmatur in Capitularib. Franc. *lib. 6. cap. 287.* His verbis: authoritas Eccleſiaſtica atque Canonica docet, non debere abſque ſententia Romani Pontificis Concilia celebrari: & a Sozomeno *lib. 2. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 8.* vbi dicit legem eſſe Sacerdotalem, vt ad Synodos Romanus Pontifex vocetur, adeò vt irrita ſint, quæ fiunt præter ſententiam Romani Epiſcopi; & à Nicephoro *lib. 9. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 50.* qui eadem verba refert. Summus igitur Pontifex vel conuocat Synodos, dictu *can. 1.* vel præſens eſt, *Can. 1. & 2. Can. multis deinde.* 5.

Can. Concilia Sacerdotum 6. & Can. 5.

vt colligitur *ex can. 6.* vel eius Legatus *can. 2.* & in Synodo Sardicenſi *can. 7.* huic præſidet, vt conſtat ex Epiſtolis Celeſtini ad Cytillum *tomo 1. Conciliorum*, & ex Balſamone *ad Nomocanonem Photij tit. 8. cap. 1.* vel denique confirmat; vnde Photius *in libello de ſeptem Synodis*, dicit Synodum Conſtantinopolitanam celebratam Damaſi Papæ temporibus, ab ipſo Damaſo confirmatum fuiſſe: ideoque in Synodo 4. ſub Symmacho Papa, dicitur ſcripturæ, quam Baſilius conſcripſerat nullum Romanæ Eccleſiæ, aut interfuiſſe, aut ſubſcripſiſſe Antiſtitem, per quem poſſet ſortiri legitimam firmitatem.

Poſt peractam autem Synodum vniuerſalem, non licet particularem contra eam congregare; ſed ſi de aliquo eius canone dubitetur, recurrendum eſt ad ſummum Pontificem, vel ſponte, vel per vim & poteſtatem etiam ſecularem.

Præter hæc Concilia Generalia ſunt etiam Prouincialia, quæ valent ſine præſentia Papæ, aut præter eius notitiam *can. 6. & can. 1.* ſed ea non ſunt de maioribus negotiis *dicto can. 6.* ſed de quæſtionibus inter Epiſcopos ortis *can. 5.* de quibus non ſtatim etiam habetur Synodus, ſed priùs referuntur ad Maiorem Sedem, id eſt Metropolitanam: & ſi illic facilè & iuſtè non diſcernuntur; congregatur Synodus, in qua iudicentur *dicto can. 5.*

Can. Epiſcopos. 7.

Porrò *can. 7.* agitur de ordine, quem ſeruant Epiſcopi vt ſedeant, vel ſubſcribant in Concilio, vel alio quoque loco, & dicuntur ſedere ſecundum ordinationis ſuæ tempus, & ſubſcribere; quod definitum erat Synodo Carthaginenſi *can. 89.* qui eſt de ordine Epiſcoporum, vt qui poſteriùs ordinati ſunt prioribus non ſe audeant præponere, ſeruato vtique Iure Primatum, *vt additur in fine dicti canonis* de primatu Numidiæ, & Mauritaniæ: nam etiam Iure Ciuili *lib. 12. Codicis* eſt Titulus *vt dignitatum ordo ſeruetur*, quâ conſtitutione non ſeruatur prærogatiua Temporis niſi inter pares; & ideo etiam *can. 1. diſt. ſequenti* placuit vt conſeruato Metropolitani primatu, cæteri Epiſcopi ſecundum ſuæ ordinationis tempus, alius alij deferat locum: atque eadem verba Canonis 89. Carthaginenſis refert Fulgentius ex Concilio Mileuitano *tit. 2.* vt nullus, ait *can. 78.* Epiſcopus prioribus ſuis ſe audeat anteponere. Tamen aliquando factum fuit, vt Epiſcopus alicuius Eccleſiæ ptimum locum poſt Metropolitanum obtineret non attento ordinationis ſuæ tempore, cæteri verò poſt illum ſuæ quiſque ordinationis tempus ſequerentur vt patet ex Siagrio Epiſcopo Æduenſi apud Gregorium *lib. 7. Epiſt. 112.* quod potuit aliquando dari perſonæ, aliquando Eccleſiæ.

DISTINCTIO XVIII.

Can. 1.

CAnon primus coniungendus eſt cum vltimo ſuperioris diſtinctionis: poſtea agitur de Synodis Prouincialibus, & Epiſcoporum in ſua diœceſi: & quod ad Prouincialia attinet, ſtatuitur ea bis in anno celebranda *can. 2. 3.* & 4. vel ſaltem ſemel *can. 7.* non poſſunt autem fieri ſine Metropolitani conſcientia *can. 4.* & 15. cuius eſt admonere & conuocare omnes Com-

Can. de Conciliis 2. Can. 11. 3. 4. 7. 15.

A prouinciales Epiſcopos *dicto can. 4.* teneturque Metropolitanus ea Concilia Prouincialia congregare, ne res Eccleſiæ, & quæ correctione opus habent, negligantur *can. 6.* quod ſi non congregauerit punitur *can. 7.*

Can. habeantur. 3. & 6. 4.

Tempora duo horum Conciliorum ſunt: Primum ante dies Quadrageſimæ, vt mundum ſit Ieiunium *can. 3.* vel, vt eſt *in can. 4.* poſt tertiam hebdomadam paſchæ, ita vt in quarta hebdomada quæ conſequitur, i. media Pentecoſte, Concilium compleatur, dicto *can. 4.* Secundum tempus eſt circa tempora Autumni *can. 3.* vel idibus Octobris, vt eſt in *dicto can. 4.* qui dies apud Græcos hyperbereıæi menſis decimus

B inuenitur.

Can. non oportet. 5. Can. 6. 9. 10.

Adeſſe autem debent omnes Epiſcopi ad ea Concilia vocati, *can. 5. 6. 9. 10.* niſi propter infirmitatem venire nō poſſint *can. 5* vel alia graui neceſſitate impediti, *can. 10.* quo caſu tamen Legatum adhuc mittere debent, qui ſuſcipiat quidquid Synodus ſtatuerit *can. 9.* Item debent excuſationes literatoriè conſcribere, ſecus corripientur admonitionibus *can. 6.* Quin etiam priuabuntur communione Coepiſcoporum ſuorum, & tantum in Eccleſia ſua communicabunt *can. 10.* Vnde *can. 12.* dicitur, vt alienos ſeà fratrum communione cognoſcant, nec recipiantur niſi in ſequenti Synodo fuerint abſo-

Can ſi quis autem. 12. Can. 13. & 14.

C luti *eodem can. 12. & 13.* priuanturque cunctorum Epiſcoporum charitatis communione vſque ad futurum Concilium, *dicto can 13. & 14.* & idem eſt, ſi quis Synodum deſerat, poſtquam ad eam venit, *can. 12.*

Can. 1. & Can propter Eccleſiaſticas. 4.

In iis examinantur quæſtiones & querelæ omnium Clericorum *can. 2.* & eorum qui ſe læſos exiſtimant *can. 4.* quare in ipſis præſentes eſſe oportet & Presbyteros, & Diaconos, & omnes quotquot ſe læſos eſſe exiſtimant: quod ſi quæſtio aliqua in iis expediri nequeat, refertur ad Patriarcham; ſique Patriarcha non ſopiat eam iudicio, ad Papam, *dicto can. 2.*

Can. quoniam quidem. 7.

Porro non poteſt Metropolitanus aliquid de

D his quæ defert ſecum Epiſcopus, ſeu iumentum, ſiue aliam ſpeciem petere; quod ſi id egiſſe conuictus fuerit, ſoluet quadruplum, *can. 7.* nec poteſt etiam eos cogere vt deferant Eulogias ad ſacra Concilia, ne detrectent ad ea venire, ſed ſicut vnicuique placuerit; quæ non quærendæ, ſed vltrò delatæ non reſpuendæ: ita enim lego propter verba priora, ſicut vnicuique placuerit. Nomine Eulogiarum hîc intelliguntur munera, quomodo *lib. 1. Regum cap. 25.* Abigail Dauid dicebat λαβὲ τὴν εὐλογίαν ταύτην, i. accipe hoc munuſculum, quod attulit tibi ancilla tua.

Can. Decernimus. 17.

E Concilio vero peracto ac celebrato vnuſquiſque Epiſcoporum intra ſex menſes omnes ſuæ diœceſis Abbates, Preſbyteros, Diaconos, Clericos, ſeu etiam omnem conuentum ciuitatis ipſius vbi præeſſe dignoſcitur, necnon & cunctam diœceſis ſuæ plebem aggregare debet, vt coram eis plenè referat omnia in eo Concilio acta, vel definita; ſecus duobus menſibus ſit excommunicatus *can. 17.*

Can. 2.

Hæc Concilia Prouincialia, dicuntur etiam Epiſcopalia *can. 2.* vel Epiſcoporum Concilia *can. 6.* vel Sacerdotum Concilia *can. 6. ſupra diſt. 17.* ſicut aliquando per Synodum Epiſcoporum intelligitur generale, non prouinciale Concilium, *can. 1. dicta diſt. 17.*

Quod

Can. 16. & 11.

Quod attinet ad Concilia quæ Epiſcoporum, id eſt cuiuſque Epiſcopi, ſunt, ſeu quæ conuocantur ab Epiſcopis ſingulis in ſua diœceſi, ea ſingulis annis debet facere Epiſcopus in ſua diœceſi, de ſuis Clericis, necnon Abbatibus, *can. 16.* non poſſunt tamen cogi Abbates ire ad hanc Synodum, niſi aliqua rationabilis cauſa exiſtat, *can. 11.*

In iis Conciliis præcipue diſcutiuntur altreni Clerici & Monachi, *can. 16.*

DISTINCTIO XIX.

Can. in Canonicis 5.

IN canonicis ſcripturis ponuntur Epiſtolæ Decretales Pontificum & aliæ quædam, & habentur vt canones *can. 1. diſt. 20. & can. 6. hac diſt.* vbi aſſignatur etiam regula in approbandis, vel refutandis Scriptoris Canonicis: vt ſcilicet eæ ſcripturæ quæ ab omnibus recipiuntur, præferantur iis quæ recipiuntur à quibuſdam tantùm, & ab aliis non; in eis verò quas non omnes recipiunt, ſed aliqui tantùm, præferendæ ſint eæ quas plures grauioreſque recipiunt, iis quas pauciores, & minoris authoritatis Eccleſiæ tenent, quod ſi acciderit aliquas approbari quidem à pluribus, alias vero à grauioribus, tunc erunt æqualis authoritatis, *can. 6.*

Can. enim verò 4. can. 3.

Porro Decretales Epiſtolæ ſeu ſanctiones Apoſtolicæ ſunt accipiendæ tanquam ſi ipſius diuini Petri voce firmatæ eſſent, & irretragabiliter obſeruandæ, *can. 4.* & in memoriam B. Petri Apoſtoli honoranda eſt ſancta Romana Sedes *can. 3.*

Videndum tamen an Epiſtolæ Sedis Romanæ ſint veræ, vel falſæ: nam ſi falſæ deregantur, debet Epiſcopus conſulere Summum Pontificem, vt ſciat quid de Clerico, qui eas exhibuit, velit decernere; ita tamen vt interim in carcerem, vel aliam cuſtodiam detrudat, *dicto can. 3.*

Can. ſi Romanorum. 1. 4.

Sunt vero quædam Decretales, de quibus non poteſt dubitari; quæ ſcilicet approbatæ ſunt à poſterioribus Pontificibus, vt à Leone, & Gelaſio; licet non ſint inſertæ Corpori Canonum *can. 1.* Quod ſi quis Apoſtolicis decretis reſtiterit, eſt deſtituendus, ita vt non poſſit reſtitui, & deinde excommunicatione maiore abſcindendus ab Eccleſia, ita enim intelligi debet *can. 5.*

Can. nulli fas. 5.

Can. 8.

Inſerti vero ſunt huic Diſtinctioni hi tres canones extranei 8. 9. & 10. In canone octauo oſtendit Anaſtaſius ſecundus Papa firmam eſſe Sacramenti gratiam, ſiue baptizauerit, ſiue ordinauerit aliquos Sacerdotes Acacius hæreticus, licet ipſe Acacius id faciendo peccaſſet, ſibique nocuiſſet: nam inuiolabile Sacramentum quod per illum datum eſt, aliis perfectionem ſuæ virtutis obtinuit; nam Chriſtus eſt qui baptizat: & ſicut radij ſolis cum per loca fœdiſſima tranſeunt nulla contactûs inquinatione maculantur, ita nec virtus Sacramentorum.

Can. propter ſerui. 10.

Nec obſtat *Canon* 10. in quo ordinati ab Epiſcopo Maximo nullum gradum Clericatus obtinent: ratio enim eſt quia Maximus non erat Epiſcopus, & declaratum eſt priùs non eſſe Epiſcopum; & conſequenter facta ab eo, in irritum reuocata

Can. Anaſtaſius ſecundus. 9.

Porrò Caput 9. manifeſtè falſum eſt, vt probat annotatio ei appoſita.

Notanda eſt vox *Tractatorum can. 1.* id eſt Doctorum, & Scriptorum Eccleſiæ D. Auguſtinus *lib. 1. de Trinitate, cap. 4.* Diuinorum librorum, veterum & nouorum Catholici Tractatores hoc intenderunt, & Vincentius Lirinenſis *Commonitorio 1. cap. 40. eo loco Apoſtoli, 1. Corinth. 12.* & quoſdam Deus poſuit in Eccleſia primùm Apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertiò Doctores, qui Tractatores nunc appellantur. *Vide Fileſacum in eum locum.*

DISTINCTIO XX.

B ORdo librorum qui apud nos Sacram authoritatē habent, ſunt Libri Veteris Teſtamenti, item Noui, quos intelligit *can. 3.* per quatuor Euangeliorum libros, cum ſcriptis Apoſtolorum: quod ſi nihil inde appareat, vnde iudicium aliquod ſumi poſſit, ad Diuina recurrendum Scripta Græca, vel, vt eſt in alia lectione ſcripta Græcè. Quid hoc eſt? an verſionem Græcam Septuaginta intelligit, an alia ſcripta Doctorum Græcorum? plures enim ſcripſerant Græcè, quàm Latinè: an ſcripta Conciliorum quæ plura in Græcia edita, ſaltem prouincialia, quæ plurima enumerantur *can. 1.* Quibus autem ait in omnibus Eccleſiaſticis vtimur iudiciis, ſunt

Can. de quibus. 3.

Can. 1. & 3.

C Canones Apoſtolorum, Nicænorum, Ancyranorum, Neocæſarienſium, Gangrenſium, Antiochenſium, Laodicenſium, Conſtantinopolitanorum, Epheſinorum, Chalcedonenſium, Sardicenſium, Africanenſium, Carthaginenſium; & cum illis ſunt Regulæ Præſulum Romanorum, Syluestri, Siricij, Innocentij, Zoſimi, Celeſtini, Leonis, Gelaſij, Hilarij, Symmachi, Hormiſdæ, Simplicij, & Gregorij iunioris, *dicto can. 1.* Quod *can. 3.* confirmatur: ſi neque, ait, in illis, Canones Apoſtolicæ Sedis intuere; ſi neque etiam illis, res ſcilicet poſſit terminari, ad Catholicæ Eccleſiæ hiſtorias Catholicas à Doctoribus Catholicis ſcriptas manum mitte;

D ſi neque illis, Sanctorum exempla perſpicaciter recordare. Hæc duo verò vno articulo videtur complecti canon 1. cùm ait, ſi talē emerſerit negotium inuſitatū quod minimè poſſit per iſtos, ſupple canones priores, definiri; tunc ſi illorum quorum meminiſtis dicta Hieronymi, Auguſtini, Iſidori, vel cæterorum ſimiliter Doctorum ſimilium reperta fuerint, magnanimiter ſunt retinenda ac promulganda. Quod ſi omnibus his inſpectis, huius quæſtionis qualitas non lucidè inueſtigatur, Seniores prouinciæ congregandi & interrogandi: faciliùs enim inuenitur quod à pluribus Senioribus quæritur *dicto can. 3.* vel vt eſt in *can. 1.* de iis ad Apoſto-

E licam Sedem referendum, vbi reprehenduntur ij qui non recipiunt Sanctorum Patrum Statuta, quæ inquit, apud nos canonum nomine prætitulantur: vbi vides apertè quid ſit Canon. Reprehenduntur etiam *can. 2.*

DISTINCTIO XXI.

TRia continentur in hac Diſtinctione 1. explicantur nomina varia Clericorum. 2. dicitur Romanam Eccleſiam habere Primatum. 3. Oſtenditur Maioris eſſe benedicere, iudicare, Inferiorem denique ligare, & abſoluere. Primum continetur *can.* 1. ſecundum *can.* 2. & 3. *tertium can.* 4. 5. 6. 7. 8. 9.

Can. 1. Quod ad primum attinet, Clerici dicuntur à voce *κλῆρος*, id eſt à Sorte, vel Hæreditate Domini; quod de ſorte Domini ſint; vel quia Domini partem habent. Et generaliter omnes, qui in Eccleſia Chriſti deſeruiunt, Clerici nuncupantur, quorum gradus, & nomina ſunt hæc; Oſtiarius, Pſalmiſta, Lector, Exorciſta, Acolytus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, Epiſcopus. Ex quibus patet in Inferioribus Ordinibus conſtitutos, eſſe etiam Clericos, vt notat de Lectoribus Balſamo in *can.* 6. *Synodi Chalcedonenſis*, & *in can.* 77. *Synodi in Trullo*; de Tonſuratis *can. eod.* 77.

Hi omnes gradus propriè in duos diuiduntur Ordines, vt rectè Burchardus *cap.* 4. *lib.* 10. Sacerdotum, ait, fratres, ordo bipartitus eſt, nempe Epiſcoporum, & Presbyterorum.

Epiſcoporum vero ordo vnus eſt, & tamen dicitur Quadripertitus propter diſtinctionem poteſtatis, quam alij Epiſcopi habent maiorem aliis; quo fit vt dicantur Patriarchæ, Archiepiſcopi, Metropolitani, Epiſcopi. Verum ſi rectè conſideres, non eſt quadripertitus, ſed tripertitus, ſuntque tantum Patriarchæ, Metropolitani, Epiſcopi: nam nomen Archiepiſcopi commune eſt Patriarchis & Metropolitanis; vtrique enim ſunt maiores Epiſcopis, vt ſonat nomen Archiepiſcopi: quod confirmatur ex *can. Nulli diſt.* 99. quo dicitur vt nulli Archiepiſcopi, Primates vocentur, niſi illi qui primas tenent ciuitates: vnde colligas alios eſſe Archiepiſcopos qui primates non ſint, nempe Metropolitanos.

Quod Patriarchæ dicantur Archiepiſcopi patet *Nouella* 11. & 123. & *Nouella* 16. vbi Patriarcha Conſtantinopolitanus dicitur Archiepiſcopus, ſicut *can.* 9. *diſt.* 2. Papa Archiepiſcopus Magnæ Romæ, & *can. conqueſtus* 9. *Quæſt.* 3. Patriarcha Bituricenſis. Quod etiam Metropolitani dicti ſunt Archiepiſcopi, patet *can.* 1. *diſt.* 99. imo magis vſurpatum nomen Archiepiſcopi de Metropolitanis, quàm de Patriarchis, eo quod ſint plures Metropolitani quàm Patriarchæ, vt *Concil.* 8. *generali Conſtantinopolitano* 4. *ſub Hadriano* 2. *Papa can.* 9. & *can. Metropolitano diſt.* 63. & *can. Archiepiſcopus ab omnibus, diſt.* 66. Poſſis dicere Archiepiſcopum conſtituere alium ordinem, quatenus erant aliqui Archiepiſcopi, iidemque tamen Metropolitani, qui ipſi erant *αὐτοκέφαλοι*, de quibus Balſamo *in Can.* 18. *Synodi Trullanæ*, vel *vt eſt in additis Balſamonis ad Can.* 8. *Synodi Trullanæ*, erant Epiſcopi aliqui Metropolitani, qui nullos Epiſcopos ſub ſe habebant, ſed honore fruebantur tantùm Archiepiſcopali, vt Epiſcopus Derci, & Meſſanæ, & Parij, & Apri, & alij quidam Archiepiſcopi & Metro-

A politani qui non habent Epiſcopos ſub ſe.

Quod attinet ad ſecundum, *can.* 2. dicitur quod in nouo Teſtamento poſt Chriſtum Dominum à Petro Sacerdotalis cœpit ordo, i. primùm Petro Pontificatus in Eccleſia Chriſti datus eſt, quod probat 1. quia ei dictum eſt ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, ipſe igitur poſt Chriſtum eſt prima Petra. 2. quia ei dictum ſoli, tibi dabo claues Regni cœlorum, non aliis. 3. quia primus prædicatione populos adduxit ad fidem: Apoſtoli vero cæteri cum eodem Petro pari conſortio honorem & poteſtatem acceperunt, *dicto can.* 2. id eſt omnes ſimul *Can. in nouo Teſtamento.* 2.

B facti ſunt Epiſcopi cum eo, & conſortes ſeu partem habentes in Eccleſiæ adminiſtratione: nam, vt ait *Iſidorus lib.* 10. *etymol. cap. de quibuſdam vocabulis nominum per alphabetum diſtinctis, in litera* C. conſors dictus ad quem bonorum pars pertinet, nam ſortem veteres pro parte ponebant: ſeruatâ tamen donatione præcipuâ, ac prælegata primatus & poteſtatis in omnes, quod hic canon probat hac ratione, quia ipſi Apoſtoli, licet pari conſortio electi & miſſi ad prædicandum, tamen agnouerunt Primatum Petri. Ita enim explico hunc locum canonis iuxta *canonem* 2. *diſt.* 22. vbi additur, id factum vt hanc formam tenerent Succeſſores Epiſcopi, ſcilicet

C eligendi, quaſi D. Petrus ab Apoſtolis etiam quodammodo ſit ordinatus eorum Caput, quod eſt notandum valdè.

Ex quo ſequitur primam omnium fuiſſe Eccleſiam Petri, vtpote Euangelicâ voce Domini & Saluatoris inſtitutam, non Synodicis conſtitutis, vt aliæ; *can.* 3. quæ etiam hoc habuit peculiare, quod Petro data eſt ſocietas B. Pauli, vaſis Electionis, qui vno tempore, & eodem die cum D. Petro coronatus eſt *dicto can.* 3 & *can.* 2. 22. *diſt.* in quo ſocietas illa Pauli cum Petro refertur ad maiorem Eccleſiæ Romanæ authoritatem: idemque habetur apud Gotfridum Vindocinenſem *lib.* 1. *Epiſt.* 7. vbi notat *Can. quamuis.* 3.

D Petrum electum in terra ob firmitatem Eccleſiæ, Paulum de cœlo ob doctrinæ ornamenta. Non obſtante igitur eo conſortio, id eſt, non obſtante quod haberent Eccleſiam in communi, tamen diuidendam; erat nihilominus diſcretio poteſtatis, & vni datum erat vt cæteris emineret, vt rectè Leo. *Epiſt. ad Anaſtaſium.* Ipſis autem Apoſtolis decedentibus, ſucceſſerunt Epiſcopi, qui ordinati fuerunt ab Apoſtolis *dicto can.* 2. & quia tempore Apoſtolorum Diſcipuli fuerant electi, qui ordinati ſunt Presbyteri ab Apoſtolis (hoc enim addendum,) in eorum locum ſunt conſtituti Presbyteri in Eccleſia, *dicto can.* 2. *diſt.* 21.

E Quod attinet ad 3. ſequitur ex ſuperioribus, quod cùm aliæ ſint ſuperiores aliis, aliæ inferiores: ſola ſuperior poteſt inferiorem abſoluere, non è contra; & cùm non poſſit abſoluere non poterit etiam ligare; *can.* 4. nam, vt ait Zonaras *in can.* 46. *Synodi Carthaginenſis* cui ligandi vis eſt, eidem eſt & conciliandi; quod ibidem probatur ex Propheta dicente, nunquid gloriabitur ſecuris contra eum qui ſecat in ea, aut exaltabitur ſerra contra eum qui trahit eam? item ſimiliter inferior miniſter, qui eſt veluti diſcipulus ſuperioris, non proſiliat temerè, non tantùm ad iudicandam perſonam ſuperioris, ſed nec reprehendendam *Can.* 5. Item vt inferior non poſſit benedicere, aut maledicere *Can. inferior* 4. *Can.* 5. 6. & 6.

aut maledicere non annuente Maiore, & Superiore, *can.* 6. Et ratio eſt: quod vbi maior eſt authoritas, ibi iudicium inferioris, non contrà, *can.* 8. Ideoque Concilium non poteſt iudicare de ſuo Superiore, putà Metropolitano: alioquin eſſet acephalum, *dicto can.* 8. nam, ſi vt ibi ait Papa, in cauſis Clericorum non ſufficit ſolius Epiſcopi iudicium, licet ſit Superior; multò minùs in cauſis Epiſcopi ſufficiens iudicium inferiorum: ita enim explico vltima verba canonis octaui, quæ videntur obſcura; & ità oportet vt ſemper quis à ſuperiore ſuo iudicetur, & in maioribus controuerſiis ad potioris Sedis iudicia actio dirigatur, *dicto can.* 8.

Can. nunc autem. 7. Quod ſi aliqua Sedes Superiorem alium non habeat, tunc certè iudicabitur à ſeipſa, *can.* 7. in quo cum Marcellinus Papa, qui poſtea Martyr fuit, compulſus eſſet à Paganis vt in templum eorum ingreſſus, grana thuris ſuper prunas imponeret, conſilio numeroſorum Epiſcoporum, & inquiſitione factâ, coràm quibus erat confeſſus, nullus Epiſcoporum ſententiam in eum auſus eſt ferre; ſed dixerunt omnes, tuo ore iudica cauſam tuam, non noſtro iudicio: prima ſedes non iudicabitur à quoquam, *dicto can.* 7. & refertur etiam *in eod. can.* Dictum Valentiniani in Concilio ad Xiſtum Papam accuſatum, dicentis vt iudicet iudicium ſuum; & confirmatur ea doctrina ab Ennodio, *in Apologetico pro Synodo Symmachi*: aliorum forte hominum cauſas Deus voluerit per homines terminare, Sedis iſtius præſulem ſuo, ſine quæſtione, reſeruauit arbitrio: voluit B. Petri Apoſtoli Succeſſores cœlo tantum debere innocentiam, & ſubtiliſſimi diſcuſſoris indagini inuiolatam exhibere conſcientiam: nolite æſtimare eas animas de inquiſitoribus non habere formidinem, quas Deus præ cæteris ſuo reſeruauit examini.

Can. in tantum. 9. Quapropter rectè *can.* 9. Dioſcorus Alexandrinus damnatus eſt ſine ſpe reſtitutionis, quod excommunicare tentaſſet Leonem Papam, nec in ea excommunicatione examinarunt Patres an iuſtè, id eſt iuſta ex cauſa id feciſſet; ſed an id feciſſet: quoniam cum eſſet inferior, non poterat potiorem excommunicare; & vt ait Anaſtaſius, *in additis*, propter fidem non eſt damnatus Dioſcorus, ſed quia excommunicationem fecit Domino Archiepiſcopo Leoni: & refertur ſententia contra eum lata in Synodo apud Nicephorum Calliſtum *lib.* 15. *hiſtoriæ Eccleſiaſticæ*, *cap.* 3. in qua fit præcipuè mentio contumaciæ Dioſcori. Confirmatur non poſſe ab vllo trahi in iudicium: Sedem Apoſtolicam *can.* 5. *diſt.* 22. *ſubſequenti*: purgabunt ſe tamen Summi Pontifices de crimine accuſati, ob ſcandalum, acceptis Euangeliis & cruce, vt fecit Pelagius *apud Anaſtaſium Bibliothecarium in eius vita*, is fuit 61. Papa; & Leo 3. Papa 98. vbi oſtendit morem hunc eſſe veterem.

DISTINCTIO XXII.

Can. 1. QVod ad Inſtitutionem Eccleſiarum attinet, Solus Chriſtus Romanam Eccleſiam inſtituit: Verbum illud per quod conſtructum eſt Cœlum & terra, & quod in vtero fuit B. ſemper Virginis, *can.* 1. Ipſa verò Romana Eccleſia omnes alias inſtituit, ſiue Patriarchales ſint, ſiue Metropolitanæ, ſiue Epiſcopales, ſiue inferiores

A aliæ ſint, *dicto can.* 1. Idemque habetur & probatur *can.* 2. dicitur enim quod Petrus & Paulus Romanam Eccleſiam Martyrio ſuo conſecrarunt, & ſimul rexerunt, quæ eſt prima Sedes.

Secunda vero Sedes apud Alexandriam, B. Petri nomine à Marco eius diſcipulo atq; Euangeliſta conſecrata eſt, qui & ipſe in Ægypto primum verbum veritatis, directus à Petro, prædicauit, & glorioſum ſuſcepit martyrium, cui venerabilis ſucceſſit Abilius, *dicto can.* 2. Can. 2.

Tertia verò Sedes apud Antiochiam, eiuſdem, id eſt B. Petri Apoſtoli, nomine habetur honorabilis, quia illic priuſquàm Romam veniret, habitauit, & Ignatium Epiſcopum conſtituit; &
B illic primùm nomen Chriſtianorum nouellæ Gentis exortum eſt, *dicto can.* 3. ex quibus patet Eccleſias quidem Patriarchales inſtitutas eſſe à Romana Sede immediatè.

Quod verò attinet ad Metropolitanas, & inferiores, certè in Italia, Gallia, Hiſpania, Africa, Sicilia, inſuliſque interiacentibus, eas inſtituiſſe dici poteſt, quatenus nullus ibi eas inſtituit, niſi ij quos venerabilis Apoſtolus Petrus, aut eius Succeſſores conſtituerunt, *can.* 11. *diſt.* 11. quo argumento etiam vti poſſumus in iis quæ ſunt ſub aliis Patriarchalibus: nam cùm inſtituerit Patriarchales, dicenda eſt etiam alias inſti-
C tuiſſe: Patriarchales inſtituit quatenus S. Dionyſius Papa Parochias inſtituit, ex Anaſtaſio Bibliothecario *in eius vita*: fuit 26. Papa: Et licet hæc ita fuerint, & Petrus dictus ſit Cephas, id eſt Caput Apoſtolorum; tamen videtur ceremonia quædam facta circa Petrum ab aliis Apoſtolis, vt eſſet eorum Caput, vt inde formam cæteri Epiſcopi haberent, *dicto can.* 2. vt etiam annotabamus *ſupra diſt.* 21. quam formam tenuerunt etiam circa Iacobum: & ratio affertur apud Burchardum *lib.* 1. *cap.* 15. Beati etiam Apoſtoli inter ſe ſtatuerunt, vt Epiſcopi ſingularum ſcirent Gentium, quis inter eos primus eſſet, quatenus ad eum potior eorum ſollicitudo perti-
D neat; quæ ratio eſt notanda, & tangitur quoque *eodem lib. cap.* 2. quod Dei ordinatione taliter ordinatum eſſe credimus, ne omnes poſteri eorum cuncta ſibi vindicarent, ſed ſemper cauſæ maiores ad Petri Sedem confluerent, &c.

Porrò poſteà ſtatum duarum Patriarchalium Eccleſiarum à Petro conſtitutarum authoritatem confirmauit Synodus Nicæna *can.* 6. nondum enim Hieroſolymitana, aut Conſtantinopolitana Eccleſia erant Patriarchales: ſed ſola Romana, Alexandrina, & Antiochena: tamen Hieroſolymitana tunc etiam habebat honorem Patriarchæ, ſed ſine iuriſdictione, & ſeruato iure Metropolitani, Eccleſiæ cui erat ſubiecta *can.* 7.
E *eiuſdem Synodi Nicænæ*.

Quod autem ad Conſtantinopolitanam attinet, ea non erat olim Patriarchalis, vt patet ex dictis canonibus Nicænis, & *can.* 5. *hac diſt.* 21. vbi per canones intelligit iſtos Nicænos: nam poſtea *in* 2. *Concilio generali* facta eſt Patriarchalis, & poſt Romam ſecunda, nempe præpoſita aliis tribus, *can.* 2. *&* 3. & refertur *can.* 2. *hac* 22. *diſt.* & *Concilio* 4. *generali can.* 28. *& can.* 6. *h.* quo tamen Canon 6. non eſt tantæ authoritatis quā tertius, cùm ſit ex Synodo quinſexta, & tertius ſit ex ſecunda vniuerſali. Confirmatur *can.* 7. quo enumerantur ordine omnes Patriarchales Eccleſiæ, & Conſtantinopolitana ponitur ſecunda; & ita ſunt quinque Sedes Patriarchales *dicto* Can. Conſtantinopolitanum 3. *& ſeq.*

can. 7. nemo vero prorſus Mundi potentum eos qui præſident Sedibus Patriarchalibus inhonorare debet *d. can.* 7. nam vt Certè Balſamo, Patriarchalis Magnitudinis poteſtas omnem ſuperat potentiam. Et Patriarchis propriè datæ ſunt regiones, veteribus canonibus, vt idem Balſamo notat *in additis ad Canonem* 31. *Apoſtolorum, poſt hac verba, in hodiernam vſque diem*, à diuinis, ait Canonibus, nec Metropolitano nec Archiepiſcopo, nec Epiſcopo data eſt Regio, ſed quinque Patriarchis diſtributæ ſunt Regiones totius orbis terrarum.

B Certè Dionyſius Areopagita *Epiſt. ad Demophilum*, Patriarchas Apoſtolis videtur comparare quaſi in Apoſtolatu ſucceſſerint; Epiſcopi verò ſolùm in Epiſcopatu, quod eſt notandum, & nemo animaduertit; putantque omnes effluxiſſe in vtroſque poteſtatem Apoſtolatus, quæ tamen ab eo dicitur remanſiſſe in Patriarchis, maximè in Romano Pontifice, cuius eſt mittere alios. Verba ſunt ad Monachum Demophilum: tibi autem Diuini Miniſtri ſupra dominantur, & iis Sacerdotes, Hierarchæ vero Sacerdotibus, & Hierarchis Apoſtoli & Apoſtolorum Succeſſores, i. Patriarchæ, vt explicat Balſamo in eum locum. Apoſtolorum autem Succeſſores, inquit, eos qui ſunt nunc Patriarchæ, appellat: quæ eſt etiam interpretatio Maximi Scholaſtici Græci eo loco Ἀποστόλων δὲ διαδόχους τοὺς νῦν Πατριάρχας ἡγοῦμαι εἶναι. Pachymeres non id dicit, ſed aliam rationem affert quæ eo ſpectat: in mundo ſiquidem, inquit, Apoſtolorum nonnulli ſuperſtites adhuc erant, ſed etiam non pauci Apoſtolicæ functionis Succeſſores ab illis ordinati. Nonobſtante vero illo ordine Sedium Patriarchalium aliqui exiſtimarunt Conſtantinopolitanam factam fuiſſe æqualem Romæ, & in verbis illis Synodi 2. generalis, Epiſcopus Conſtantinopolitanus habeat priores honoris partes poſt Romanum Epiſcopum, eo quod ſit ipſa noua Roma; dicebant vocem ſeu præpoſitionem, poſt, non eſſe honoris ſubmiſſionem; eo quod in Synodo 4. generali *can.* 28. dicatur, æqualia priuilegia antiquæ Romæ ſanctiſſimo throno, habere thronum Conſtantinopolitanum, thronum ſecundum poſt illum exiſtentem, vt notat Balſamo *in dictum canonem Synodi* 2. Verùm ipſemet agnoſcit tacitè verbum, poſt, ſubmiſſio-

Can. 4. nem denotare: & quod ſit ſubiecta hæc Sedes Romanæ, patet *can.* 4. hac *diſt.* 22. ita tamen vt Romana parata ſit in bono illam, & alias minores imitari, ſi quid boni habeant *dicto can.* 4. Et ibidem notanda opinio cuiuſdam Primatis Bizacenæ Sedis, qui dicebat ſe ſubiici Sedi Apoſtolicæ propter delictum, tantùm: nam hic E videtur reſpondere Papa propter delictum omnes ei ſubiici, quod ſi nulla ſit cauſa propter quam deducantur ad eam Sedem aliæ ſedes; fatetur omnes ſecundum rationem humilitatis, æquales eſſe Epiſcopos: niſi ea verba putes eſſe ipſius Primatis Bizaceni.

Can. 1. Honoratur verò maximè Romana Sedes ſupra alias, quia eſt maius peccatum eam non honorare: nam ſi non honorentur aliæ, iniuſtitia eſt, & contumacia; ſi vero Sedes Romana, eſt hæreſis, *can.* 1. *hac diſt.* ratio eſt, quia qui alias inhonorat agnoſcendo Romanam, ſeruat adhoc fidem: qui vero non agnoſcit Romanam,

A fidem violat; quia Romana eſt Mater fidei *dicto can.* 1. quod etiam valde notandum eſt.

DISTINCTIO XXIII.

In *hac diſtinctione* 23. agitur de ordinationibus Clericorum omnium, & incipit à Summi Pontificis ordinatione *can.* 1. qui eſt ex Concilio Lateranenſi ſub Nicolao 2. Nam cum mortuo Stephano eius prædeceſſore, quidam Minucius Tuſculani Comitis filius, ambitione & B malis artibus, ſeu vt dicitur hic, per Simoniacæ hæreſi Trapezitas, licèt non Minucium nominet; fuiſſet factus Pontifex, dictus Benedictus, ex Onuphrio, & Oſtienſi *lib.* 3. *cap.* 102. eoque pulſo Nicolaus 2. electus eſſet; ne recidiuum eſſet malum, motus eſt ad Concilium Lateranenſe, in quo decreuit, vt imprimis Cardinales Epiſcopi tractent ſimul de electione; tum vt Clericos Cardinales adhibeant, ſicque reliquus Clerus & populus ad conſenſum nouæ Electionis accedat; ſed Epiſcopi Cardinales præduces ſint in promouenda Papæ electione, reliqui ſequaces: eligatur vero de ipſius Eccleſiæ gremio, id eſt de ipſis Cardinalibus Epiſco- C pis, vel Clericis, ſi quis reperiatur, vel ex alia: deniq; vt conſecretur ab ipſiſmet Cardinalibus Epiſcopis, *dicto can.* 1. Et quia in omni Epiſcopi promotione hæc tria requiruntur, quæ notat hic Leo Papa, vt ſit electus à Clericis, expetitus à plebibus, & conſecratus ab Epiſcopis cum Metropolitani iudicio: duo quidem priora ſeruantur in hac ordinatione Papæ, quia vero vt dicitur hîc, Sedes Apoſtolica Metropolitanum non habet, cum ſit ſupra omnes Eccleſias, ideo tertium iſtud non propriè ſeruatur; ſeruatur tamen quatenus Cardinales Epiſcopi procul dubio Metropolitani vice funguntur, & conſecrant, *dicto can.* 1. Et ſi Romæ fieri legitimè non D poſſit, vult à paucis etiam Epiſcopis & Clericis & Laicis Catholicis eam poſſe fieri, vbi congruere viderint; atque ſi Epiſcopus electus Inthroniſari non valeat, dicitur vt tanquam verus Papa obtineat authoritatem regendi Eccleſiam Romanam, & diſpenſandi omnes facultates illius, quod Beatum Gregorium ante ſuam conſecrationem feciſſe refertur. Monet autem vt fiat electio, ſaluo debito honore, & reuerentia Henrici Regis futuri Imperatoris, quod Imperatores à Sede Romana impetrarant. Denique ponuntur anathematiſmi contra omnes, qui contra hoc decretum facient.

Porrò vides hîc iam olim Cardinales Epiſco- E pos, & Cardinales Clericos eligere Summum Pontificem, & eligi etiam de eorum numero, quod iam olim Stephanus 4. *In Concilio Romano* decreuerat, *teſte Anaſtaſio, in eius vita*: vt non fieret quis Pontifex Romanus, niſi prius Diaconus, aut Presbyter Cardinalis fuiſſet.

Notandum de Cardinalibus Diaconis vel Presbyteris, fuiſſe ita dictos, primum Romæ, eos, qui certæ Regionis vrbis erant conſtituti Diaconi, vel Presbyteri. Vnde *in Synodo Romana* 2. *ſub Silueſtro*, dicuntur Cardines conſtricti, vel conſtructi, (vt eſt in alia editione) id eſt regione certâ Vrbis Romæ conſtricti;

Can. 1.

A nam cardo eſt limes quidam ab Oriente in Occidcutem, *teſte Plinio lib.* 18. *cap.* 33. & obſeruato ſolis ortu quocunque liberat die ſtantibus hora diei ſexta, ſic vt ortum eum à ſiniſtro humero habeant; contra mediam faciem, meridies; à vertice ſeptentrio erit, qui limes ita per agrum currit, cardo appellatur; & patet ex Hygino *lib. de Limitibus conſtituendis* : nam quia Euariſtus diuiſerat Titulos Presbyteris, & ſeptem Diaconos conſtituerat, qui cuſtodirent Epiſcopum prædicantem; & Fabianus regiones diuiſerat Diaconibus, vt refert Anaſtaſius Bibliothecarius; & vt explicat Luitprandus, ſeptem Diaconos in vrbe Roma in ſeptem regiones B ipſius vrbis diuiſit, qui ad peragendum officium illis congruum, omni horâ parati inuenirentur; quod confirmauit Silueſter *in Synodo Romana* 2. *can.* 6. his verbis, vt Diaconi non eſſent plus vel ampliùs per Parochiatum examen, niſi duo; & Diaconi Cardinales vrbis ſeptem: inde factum eſt vt Presbyteri illi, vel etiam Diaconi, dicerentur Cardinales vel Regionarij, à Cardinibus illis id eſt regionibus & limitibus; Quod manifeſtum fit ex Aggeno *de limitibus agrorum*: is enim dicit loca ſacra ædificata fuiſſe in confinio & limitibus agrorum, qui limites dicebantur Cardines, vel decumani; ſi enim, C ait loca ſacra ædificabantur quàm maximè apud antiquos, in confinio conſtituebantur, vbi trium vel quatuor poſſeſſionum terminatio conueniret; & vnuſquiſque poſſeſſor donabat certum modum ſacro illi ex agro ſuo: deinde vero idem Aggenus addit, creſcente religione in Italia, illa loca ſacra occupata fuiſſe à Chriſtianis: in Italia autem multi, creſcente Religione ſacratiſſimâ Chriſtianâ lucos profanos, ſiue templorum loca occupauerunt. Ex quo ſequitur, non mirum fuiſſe, ſi Presbyteri illarum Eccleſiarum, quæ erant ſitæ in Cardinibus, vel Decumanis limitibus, dicti ſunt Cardinales, vel Decumani: & hæc vera ſententia. Huc etiam referri poteſt locus qui eſt D in expoſitione terminorum; hæc ſigna, ait, conſtituimus dirigilinea quod eſt valle inciſa, quia ſub axe cœli eſt determinata terra. Euangelium ad Matthæum S. Petrus, Sanctus Paulus, S. Laurentius, S. Ioannes Euangeliſta Chriſtus filius Dei, per quem & pax Terminationis in terra proceſſit, & præcepit liminibus continere, & ſtagnis & fontibus egredi, & egreſſi ſunt per ſingula loca. Ab iis tandem nomen Cardinalis, verbi gratia, Epiſcopi, Presbyteri, Canonici, ſignificauit proprium loci alicuius Epiſcopum, Presbyterum, Canonicum. Paſchalis Papa 2. *in Epiſt. ad Didacum Compoſtellanum, apud Baronium tomo* 15. *Annalium*. Cardinales E in Eccleſia tua Presbyteros, ſeu Diaconos tales conſtitue, qui digne valeant commiſſa ſibi Eccleſiaſtici regiminis onera ſuſtinere; & Iuo *parte* 4. *cap.* 146. loquens de Synodo ab Epiſcopo in ſua Diœceſi celebranda, ait Cardinales conuenire debere. Confirmatur *can.* 5. 14. in quo opponitur Viſitator Epiſcopus & Legatus Cardinali id eſt Epiſcopo loci, in collatione cuiuſdam Beneficij quod mandat à Viſitatore conferri: ait enim ſupraſcriptum Presbyterii honore decorabis, ſciturus eum Viſitatoris te nomine, non Cardinalis creaſſe Pontificis. Sic apud Beroldum in *Ceremon. Ambr.* 1. inter eos qui leuabant de fonte Baptizatos, numerantur Cardi-

A nales, deinde Presbyteri decumani, id eſt Presbyteri definiti Eccleſiæ: nam ſicut limites & fines rerum dicuntur vel cardines, vel decumani; non mirum ſi Beroldus quoſdam vocat Cardinales, alios decumanos, id eſt proprios, Regionarios, locales: Verba ſunt Beroldi. Inter hæc de domo Magiſtri, qui vocantur domeſtici, debent habere vas præparatum magnum, plenum aqua calida iuxta fontes, in quo prædicti Cardinales, cum exeunt de fonte, debent ſe lauare; poſt hos Presbyteri decumani debent intrare fontes, & baptizare; & quando exeunt, debent ſe lauare in eodem fonte. Qui B locus mirè explicat noſtram ſententiam, & planè oſtendit, ex verbo Decumani, quomodo accipiendum ſit verbum Cardinales: oſtendit quantum decipiantur, qui Cardinalem accipiunt pro principali. Dixerat ſupra *cap. de Sabbato Sancto*, ſtatim Archiepiſcopus vadit ad alteram partem fontium, id eſt ad Orientem, & duo Cardinales id eſt minor Presbyter, & minor Diaconus intrant fontes, & tres Cuſtodes obſeruatores, de octo Maioribus, quærunt tres pueros per Eccleſiam ſi poſſint inuenire qui vocentur vnus Petrus, ſecundus Paulus, tertius Ioannes, & porrigere debent Cardinalibus tenentibus pueros. Archiepiſcopus interrogat C eos, quid veniſtis facere? Reſpondent, venimus baptizari: & ab illis Cardinalibus ac decumanis, id eſt limitaria, Presbyteris vel Epiſcopis profluit mos loquendi Patrum, vt nullus alterius terminos vſurpet, ſed vnuſquiſque ſit terminis ſuis contentus *can.* 1. 9. *quæſt.* Can. 11. 2. & apud Burchardum *lib.* 3. *cap.* 43. vt Epiſcopi regionum ſuarũ dicantur, *can.* 25 *diſt.* 25. & ſic de aliis; vnde etiam fit mentio territorij Epiſcoporum: item vt quælibet Eccleſia Baptiſmalis habeat ſuam terminationem, vt apud Burchardum *lib.* 2. *cap.* 22. plures Eccleſiæ Baptiſmales in vna terminatione eſſe non poſſunt, ſed vna tantummodo cum ſubditis Capelis. Et D hæc de electione, & ordinatione Summi Pontificis, quæ poſteà etiam immutata fuere.

Ordinatio verò Epiſcoporum fiebat per electionem; & conſecrationem. Eligebatur multis virtutibus præditus, ita vt ſi quid in contrarium dictum eſſet, ſe purgaret ordinandus, non tantùm per tres, ſed per quinque vel ſex teſtes, & publicè in eadem plebe, diſcuſſis prius contradicentium perſonis; & cum fuiſſet purgatus ſub conſpectu publico, ita demum ordinaretur *can.* 5. Can. 5.

Virtutes, verò & merita boni Epiſcopi deſcribuntur *can.* 3. itaque poſt Electionem Epiſ- Can. 2 & 3. copi factam, adhuc locus eſt examini, vt vi- E deatur an ordinandus habeat virtutes Epiſcopo neceſſarias, & præcipuè veram fidem, cuius multi articuli enumerantur *can.* 5. ſique inuentus fuerit his inſtructus, tunc cum conſenſu Clericorum, & laïcorum, & conuentu totius Prouinciæ Epiſcoporum, maximéque Metropolitani vel authoritate, vel præſentia, ordinatur Epiſcopus *dicto can.* 2.

Porrò Epiſcopus cùm ordinatur, duo Can. 7 Epiſcopi ponunt & tenent codicem Euangeliorum ſuper caput & ceruicem eius, vnus fundit benedictionem ſuper eum, aliique omnes Epiſcopi, qui adſunt, ſuis manibus tangunt caput illius *can.* 7. Idemque mos ponendi Euangelia notatur à Simeone Theſſa-

lonicenſi : aperto capite, inquit, Epiſcopi, & Sacerdotes Orientis omnes, excepto Alexandrino Patriarcha, ſacris funguntur, non ob humilitatem aliquam, ſed ob cauſam altiorem, & longe diuiniorem, videlicet quam diuinus Paulus ponit ac docet, Chriſtum Caput nominans, nos autem membra ipſius, & oportere nos Chriſtum Caput, noſtrum honorantes, caput inter orandum nudatum habere; nec ob hoc tantum, ſed quia etiam nudo capite, qui conſecratur conſecrationem accipit, atque ita, quemadmodum, cùm ordinatur, precibus & ſacris operari debet & Hierarcha potiſſimum; quoniam dum conſecratur, à Deo tradita eloquia, ſiue ſacrum Euangelium ſupra caput habet, in ſacrificio diuiniſſimo peragendo, velato capite conſpici non debet. Obiiciet fortaſſe quiſpiam hoc ſequi Alexandrinum Epiſcopum, & alios quamplurimos, ex veteri traditione tecto capite ſacris operantes non ritè ac ſanctè facere. Iſtud non dico: nam illi antiqua nixi traditione quæ magis legi antiquæ reſpondet, ita faciunt, quando & legis Sacerdos Cidarim, quam & Mitram vocabant, in capite gerabat; quo eodem nomine Hierarchæ eas geſtantes appellare conſueuerunt; ac fieri poteſt vt eo capitis tegumento, aut ſpineam Domini Coronam, aut ſudarium quod fuit ſuper caput eius in mentem nobis reuocent.

Can. 8. 13. & 14. Ordinatio Preſbyterorum ſequitur, quæ ita fit; Epiſcopus manum ſuper caput Preſbyteri tenens, eum benedicit; ſimulque omnes Preſbyteri qui præſentes ſunt, manus ſuas iuxta manum Epiſcopi ſuper caput illius tenent; *can.* 8. ita vt, etſi Epiſcopus manum ſuper caput ordinandi teneat, ſi non benedicat non erit ordinatus, vt patet *can.* 13. & 14. in quo cum Epiſcopus manum ita tenuiſſet, & non benedixiſſet, ſed pro eo Preſbyter aliquis, declaratum fuit talem hominem non eſſe ordinatum. Item Preſbyter in die ſuæ ordinationis, orario, vtroque humero, ambitur *can.* 8. & 9. & ratio redditur *can.* 9. vt qui imperturbatus præcipitur conſiſtere, inter proſpera & aduerſa, virtutum ſemper ornamento, vtroque circumſeptus appareat humero. Vnde fit vt quia Preſbyter orarium accepit tempore ordinationis ſuæ, ſeu vt loquitur canon 9. in conſecratione honoris, ita etiam in conſecratione corporis Chriſti illud ferat, quo ſignum Crucis in pectore ſuo faciat *dictis can.* 9. & 8.

Can. 9. & 8. Oraria igitur ſumunt & ferunt Preſbyteri in humeris, vt dixi, vt maneant imperturbati, & firmi *dicto can.* 9. vel etiam propter dignitatem, ex *Concilio Moguntino cap.* 28. *anno* 813. Preſbyteri, ait, ſine interműſſione vtantur orariis, propter differentiam Sacerdotij dignitatis; vel deniq; propter perfectionem, vt habetur in vita Ignatij 8. *Synodo ὠμοφόριον, καὶ ὀράρια, καὶ ὅσα τῆς ἱερατικῆς σύμβολα τελειώσεως*, ideſt ſuperhumeralia, & oraria & quæcunque inſignia ſunt Sacerdotalis perfectionis. Orarium eſt Stola, quæ collum & pectus ſimul tegit Sacerdotis: *Rabanus Maurus.* Orarium ſeu ſtola iis datur ſolis, quibus prædicandi officium delegatum eſt; orarium collum & pectus ſimul tegit Sacerdotis, & Alcuinus *lib. de Diuinis Officiis*: orarium, ait, ſtola dicitur, eo quod oratoribus, id eſt prædicatoribus concedatur. *Synod Bracarenſ.* 3. *cap.* 3. Sacerdos Sacrificium oblaturus non aliter accedat, quàm orario vtroque humero circumſe-

A ptus. Orarium eſt ſtola longa, non lata, cuius vſus Sacerdotibus & Diaconis permiſſus, Subdiaconis interdictus. Burchardus *cap.* 10. *lib.* 6. vt Preſbyteri non vadant niſi ſtola, vel orario induti. Orarium deducunt aliqui ab ὀρῶ verbo Græco, i. ſeruo, quod Diaconi illud ferentes obſeruant ritum ſacrorum, & Preſbyterorum prolationes; & quod eo ſignificarent, quando fieri debeant certæ pronuntiationes, & petitiones vt Catechumenorum, vt notant Balſamo, & Blaſtares *ad can.* 22. *Synodi Laodicenæ.* Alij verb deducunt, ab *Oro* verbo Latino, quod oratoribus i. prædicatoribus concedatur, vt patet ex locis ſupra citatis, ex Rabano Mauro, & Alcuino.

B Verum potiùs deducendum eſt ab ora, ſeu limbo veſtis, quod ſit faſcia ſimilis oræ.

Quæritur an ſoli Preſbyteri habeant Orarium, vel an etiam habeant & Epiſcopi, & Diaconi, & Subdiaconi? & certè Epiſcopus habuiſſe videtur orarium, vt patet ex *Synodo* 4. *Toletana*, Epiſcopus cum ordinatur orarium, annulum, & baculum, coram altari, de manu Epiſcoporum recipiat: Preſbyter orarium & planetam. & in *vita Ignatij, vel Fulgentii*: vna tantum viliſſima tunicâ, ſiue per æſtatem, ſiue per hiemen, patienter indutus; orario quidem, ſicut omnes Epiſcopi, nunquam vtebatur. Et *Concilio Toletano* 4. *can.* 34. non permittitur quidem orarium vnum ferre, non duo: Oraria duo nec Epiſcopi, nec Preſbyteri, nec Diaconi induant.

C Verùm ex libro, quo hiſtoria Synodi Remenſis continetur, vt refert Caſaubonus *in Flauium Vopiſcum*, colligitur Orarium Epiſcoporum fuiſſe diuerſum ab orario Preſbyterorum, & eſſe potius illud epitrachilium, quod ferunt Epiſcopi: verba ſunt: Arnulphus in ſui promotione, ſcilicet Rhemis, annulum & baculum acceperat, quoddamque genus orarij, quod per differentiam pallium dicitur. Diaconi etiam habuerunt orarium, imò, ſi fides adhibeatur Græcis, ſolis diaconis datum eſt, vt læuo humero orarium circumponant, vt Matthæus Blaſtares *ad cap.* 22. *Synodi Laodicenæ*, & Balſamo etiam

D ante citatus, & Synodus Bracarenſis 3. *loco ſupra citato, & Toletan.* 4. Leuita geſtet, in ſiniſtro humero propter quod Orat, i. prædicat; dextram habeat liberam vt miniſtret. Et Concilio Bracarenſi. *cap.* 9. placuit vt quia Diaconi abſconſis infra tunicam vtuntur orariis, ita vt nihil differre à Subdiacono videantur, de cætero ſuperpoſito ſcapulæ vtantur orario: & Bracar. 1. *cap.* 9. Diaconus infra tunicam, abſconſum habet orarium, Subdiaconus ſuperpoſito ſcapulæ vtatur orario. Ex quibus patet etiam Subdiaconum habuiſſe orarium & tamen Balſamo id negat in *can.* 22. *Synodi Laodicenæ*, & negat ipſe canon

E 21. his verbis Miniſtrum non oportet vti orariis, nec oſtia derelinquere; vbi per miniſtrum intelligit Subdiaconum, iuxta verbum Græcum quod habet ὑπηρέτην.

Iſidorus *l.* 19. *Origin. c.* 25. ait quid ſit Dalmatica Dalmatica, inquit, veſtis primùm in Dalmatia prouincia Græciæ texta, eſt tunica Sacerdotalis candida cum clauis ex purpura; & in gloſſario ſuo, Dalmatica veſtis ſacerdotalis candida cum clauis purpureis: ills veſtis auguſtior erat, & ideo aſſumpta à Sacerdotibus, & colobia relicta: Anſelmus, à S. Syluestro & Preſbyteris eius colobiorum vſus ſumpſit initium, & Marcus, & Iulius, & Liberius eo ordine ſunt vſi;

poſt hos autem colobia in dalmaticas commutata ſunt: viſum eſt enim meliùs huic propoſito conuenire, quod accuratiùs magis aſpectibus placere valeat, & ideo ferettum Summi Pontificis & diaconorum, textum erat dalmaticis cùm efferrentur, vt teſtatur S. Gregorius *lib. 12. epiſt. ex Synodo Romana cap. 4.* quod idem Gregorius vetuit, ne honos qui Martyribus dabatur, Diaconis impenderetur: & Eutychianus Papa ſtatuit ne quis Martyrem ſine dalmatica, vel purpurato colobio ſepeliret, vt refert Anaſtaſius: & Sylueſter Papa ad differentiam Diaconorum aliorum, ſtatuit vt Diaconi Romanæ Eccleſiæ dalmaticis in Eccleſia diebus ſolemnibus vterentur. Subdiaconi his non vtebantur, ſed tunicis olim amicti lineis, non dalmaticati procedebant, vt ait Gregorius *lib. 7. Regiſtri epiſt. 63.*

Venerandus erat ille habitus, quod haberet manicas, penulas, lacernas & chiridotos Dalmatarum. χειριδωτὸς in gloſſis veteribus eſt manicatus: nam χειρῖδες ſunt manicæ: & Pollux *lib. 2. cap. 4. de manibus & partibus earum*, καὶ χειριδωτοὶ χιτῶνες, i. manicatæ tunicæ: & *lib. 7. cap. 13. de veſtium ſpeciebus*: ἦν δὲ καὶ χειριδωτὸς χιτὼν κατὰ τοὺς ὤμους ἐναπτόμενος: id eſt fuit etiam manicata tunica ſecundum humeros appenſa: vnde corrigendus eſt Iſidorus *lib. 19. cap. 22.* manutexta, inquit, tunica, id eſt manicata, quod habeat manicas quam χειριδωτὴν Græci vocant. Dio *in Commodo*, vbi legimus χιτῶνα χειριδωτὸν cum legendum ſit χειριδωτόν.

Dalmatica etiam dicitur fuiſſe cum clauis ex purpura. Quid ſit clauus, docent gloſſæ: πορφύρας ἐπίσημον, clauus; claui ergo erant particulæ, & ſegmenta purpuræ veſtibus inſertæ, & inſutæ, & quæ poterant ſeparari; *l. 19. D. de auro & argento legato*: quemadmodum claui aurei & purpurei, pars ſunt veſtimentorum; idem Pomponius libris epiſtolarum, etſi non ſunt claui veſtimentis conſuti, tamen veſte legatâ contineri. Et nihil aliud erat latus-clauus ſenatorum, vel anguſtus-clauus Equitum, quàm quia in Tunica Senatorum conſuti erant claui maiores & latiores, in Tunica Equitum claui illi erant anguſtiores. Inde in gloſſis πλατύσημος, eſt laticlauium; & στενόσημος, anguſticlauium: & omnes claui in veſte Senatoria erant ampli; ſicut in veſte Equitum omnes erant anguſti: nam vt ait Varro *lib. 8. de lingua Latina*: ſi quis tunicam in vſu ita conſuit, vt altera plagula ſit anguſtis clauis, altera latis, vtraque pars in ſuo genere caret analogiâ. Qui latum clauum ferebant non cingebantur, vt ſummiſſiùs deſcenderet tunica, vt conſtat ex Quintiliano *lib. 11. cap. 3.* inde Horatius dicebat

Et latum, demiſit pectore clauum:

vbi latus clauus ſumitur pro tota tunica.

Supra Dalmaticam erat Birrus. In actis Martyrii S. Cypriani: idem Cyprianus in agrum Sexti perductus eſt, & ibi ſe lacerno birro expoliauit, & genua in terram flexit; & cùm ſe dalmatica expoliaſſet. Propter clauos illos, quibus inſignita erat dalmatica, ea dicitur veſtis Senatoria à Ioanne Diacono in vita S. Gregorii.

Colobium verò relictum fuiſſe, vt diximus, & pro eo ſumptum dalmaticam, probarnt ex *Gemma animæ cap. 231.* Dalmatica, inquit, à Domini inconſutili tunica, & Apoſtolorum colobio eſt mutata; eſt veſtis candida manicata, duas lineas coccinas ante & retro habens, & tramites purpureos. Colobium illud erat ſine manicis. Ammianus *lib. 4.* vocat Tunicam pectoralem ſine manicis: & Seruius *lib. 9. Æneidos*: Colobiis veteres Romanos vſos eſſe ait, i. tunicis non manicatis. Erat hæc Epiſcopalis veſtis. Pius Papa *epiſt. ad Iuſtum Viennenſem*: habebat tamen clauos purpureos, vt dalmatica. Dorotheus *in doctrina*.

Oraria erant faſciæ quædam, & ſtolæ Sacerdotum. Heſychius σημικίνθια, ait, φακιόλια, ζωνάρια, ὠράρια τῶν ἱερέων ſicut μιτρίδιον ſumitur pro faſcia in gloſſis, vt μιτρίδιον βασιλικὸν, diadema; & μιτρίδιον γυναικὸς. eſt faſcia mulieris. Propriè tamen μίτραι ſunt inſtitæ, & limbi poſiti ad oram veſtis, vt conſtat ex Polluce *lib. 7. cap. 17* & iiſdem gloſſis μίτρα, ἡ κυκλὰς, eſt limbus: & Etymologium magnum, μίτραι, κυρίως αἱ ἀπὸ φασκιῶν καὶ ὀρφείων γινόμεναι στέφανοι: & Euſtathius *Iliad. δ.* φασὶ δέ τινες εἶναι αὐτὸ τῶν στεφάνων εἶναι τινὰς μίτρας φάμενοι, ὅ ἐστι κυρίως αἱ ἀπὸ φασκιῶν καὶ ὀρφείων στέφανοι. Et ita accipitur à S. Auguſtino *lib. de Ciuitate Dei 22. cap. 8.* tunc ſicut potuit, oculũ lapſũ, atque pendentem loco ſuo reuocauit, ligauit orario, & S. Ambroſius *oratione funebri, de vita Satyri fratris* (non Symmachi, vt ait Caſaubonus) Diuinum illud fidelium ſacramentum ligari fecit in orario, & orarium inuoluit collo, atque ita ſe deiecit in mare. Ideo ab Eccleſiaſticis ſcriptoribus orarium dicitur ſtola, quod ſtola ſit in modum faſciæ. Petrus Bleſenſis *ſermone 41.* Orarium, quod & ſtola dicitur; & Papias orarium, ſtola ſacerdotalis, operculum capitis: ſtola etiam dicitur à Rabano Mauro, & Gemma animæ *cap. 204.* ſtola, orarium dicitur.

Porro nec ſubdiaconi ferre poterant orarium *Synodi Laodicenæ can. 22.* nec Lectores, vel Cantores *can. 23.* & Diaconi ferebant, & orario ſignificabant aliis Diaconis, qui erant in ambone, quid faciendum eſſet, vt ait Balſamo *in dict. can. 22.* ex quo loco intelligitur, quod ait Vopiſcus, Imperatorem primùm donaſſe oraria populo Romano, quibus vteretur ad fauorem; nimirum in ludis, in quibus oraria mouerent manibus, ad ſignificandum fauorem.

Duo oraria nec Epiſcopi, nec Presbyteri nec Diaconi induunt *concilio Toletano 4. can. 39.* Item Leuita non debet orarium in ſiniſtro humero ferre, coloribus, aut auro exornatum.

Quod vero Papias ait ſuprà, orarium, ſtola ſacerdotalis, operculum capitis; vult dicere orarium duobus modis accipi, vel pro ſtola ſacerdotis, vel pro operculo capitis, id eſt faſcia & diademate capitis, vt diximus ſupra, vel etiam pro maiore operculo: nam Iuuenalis interpres antiquus orarium vocat flammeum illud, quo nubentes amiciuntur & Caſaubonus in Vopiſco, *ex libello quo hiſtoria Synodi Rhemenſis continetur*, oraria quædam fuere velut Pallia.

Porrò presbyteris non perunguntur manus chriſmate cum ordinantur, in Eccleſia Romana, *can. 12.* *can. 12*

Ordinatio Diaconi ita fit: dum Diaconus ordinatur, ſolus Epiſcopus qui eum benedicit, manum ſuper caput illius ponit, non verò vlli alii; quia non ad Sacerdotium ſed ad miniſterium conſecratur *can. 11. & can. 13.* illi verò non vngũtur manus chriſmate; *can. 11.* in hoc differt à Presbytero, in illo differt à Subdiacono, *can. 15.* *can. 11. & 13.*

Subdiaconus, cùm ordinatur manus impoſitionem non accipit, & ideo accipit tantùm de *Can 15. & ſeqq.*

manu Epiſcopi petenam vacuam, & calicem vacuum: de manu verò Archidiaconi vrceolum cum aquamanili, & manutergium; *can*. 15. Poterat dicere vrceolum aquimanile, vt Varro *lib*. 2. *de vita Populi Romani*, dicit: vrceolum aquæ manale vocamus, quòd eo aqua in trulleum effundatur. Gloſſit aquimanile, χέρνιβον.

Acolythus, cùm ordinatur, ab Epiſcopo quoque docetur qualiter in officio agere debeat; ſed ab Archidiacono accipit ceroferarium cum cereo, quia ed id mancipatur: item vrceolum vacuum ad ſuggerendum vinum in Eucbariſtiam ſanguinis Chriſti. Vbi nota verba Encbariſtiam ſanguinis.

Exorciſta, cum ordinatur accipit de manu Epiſcopi Libellum in quo ſcripti ſunt exorciſmi, dicente ſibi Epiſcopo: accipe & commenda memoriæ, & babeto poteſtatem imponendi manus ſuper energumenum, ſiue baptiſatum, ſiue cathecumenum. Exorciſmus, vt refert Iſidorus Hiſpalenſis *lib*. 2. *de Diuinis officiis*, *cap*. 20. eſt ſermo increpationis contra immundum Spiritum, in Energumenis, ſiue Catechumenis factus; per quem ab illis Diaboli nequiſſima virtus, & inueterata malitia, vel viulenta incurſio expulſa fugatur; quod ſignificabat lunaticus ille, quem increpauit Dominus Ieſus, & exiit ab illo Dæmonium. Confirmatur ab Optato Mileuitano *lib*. 4. *contra Parmenionem*: neminem fugit, quod omnis homo, qui naſcitur, quamuis de parentibus Chriſtianis naſcatur, ſine Spiritu mundus eſſe non poſſit, quem neceſſe ſit, ante ſalutare lauacrum ab homine excludi, & ſeparari: hoc exorciſmus operatur, per quē Spiritus immundus depellitur, & in loca deſerta fugatur. Et ſanè Ioſephus ait Deum communicaſſe Salomoni exorciſmos *lib*. 8. *antiquitat*. præſtitit autem Deus illi, (Salomoni) vt contra Dæmones, artem ad hominum vtilitatem ediſceret. Et notendum Exorciſtam accipere poteſtetem imponendi manus, ſcilicet ad hunc effectum, ſuper Energumenum: quod etiam eſt apud Clementem *epiſt. ad Iacobum*: Petrus, videns multos eorum qui aderant diu à Dæmonibus vexetos, frementes cum eiulatu, & cadentes; precatus Deum, eos increpuit, & quieſcere iuſſit; mox impoſitis me nibus cum precatione, omnes liberauit morbo. Et *Synodo Carthaginenſi* 4. dicitur omni die Exorciſtæ Energumenis manus imponant. Exorciſta ergo manus imponit Energumeno, vt eum liberet: ſed ipſi Exorciſtæ cùm ordinatur non imponunent manus, vt notat Clemens *lib*. 8. *conſtitution. Apoſtolicarum cap*. 6. Exorciſtæ, ait, manus non imponuntur, voluntariæ enim beneuolentiæ, & gratiæ Dei præmium eſt. Agitur & de ordinatione aliorum Clericorum ibidem.

Poſtquam verò actum eſt de variis ordinationibus Clericorum, agitur etiam hîc de eorum Barba, Coma, & Veſte, deinde de rebus ſacris quas tangere, vel non tangere poſſunt.

Can. 11. *& ſeqq. can*. 32 De Coma dicitur *can*. 11. vt eam non nutriant *& can*. 21. *&* 32. vt eam non relaxent; ita vt ſi quis eam relaxauerit, i. permiſerit fluere, anathema ſit *can*. 23. Maxime verò prohibitum eſt comam nutrire, & ſic miniſtrare *dict. can*. 32. ita vt Cleri qui comam nutriunt, ab Archidiacono etiam ſi noluerint, inuiti detondeantur *can*. 22. Non nutriunt, inquam, Comam Clerici, iuxta Apoſtolum: ſed deſuper caput in modum ſphæræ, raſam habere debent *can*. 21. & ideo

A dicitur Tonſura à Germano Conſtantinopolitano ξύρισμα γυρωδὲς, raſura in gyrum facta; & circulus in capitis apice, *in concilio Tolet*. 4. *can*. 40. & circulus Victorialis à Gaudentio *Tractatu* 5.

Hæc raſura dicitur Corona *can*. 7. 12. *Quæſt*. 1. & in Donatione Conſtantini: dicitur etiam Papaletta, à Balſamone ad *can*. 21. *Synodi* 6. & fit cùm caput medium in gyrum raditur, vel in memoriam ſpinæ coronæ Chriſti, vel in ſignum Regni quod in Chriſto expectetur; *can. duo ſunt* 12. *Quæſt*. 1. vel vt oſtendatur quòd Clerici ſunt Deo dicati, ex Iſidoro *lib. de Eccleſiaſticis officiis*. 2. *cap*. 4. vel humilitatis causâ; &, vt ait Rabanus Maurus *lib*. 1. *de inſtitutione Clericorum*,
B *cap*. 3. vt ridiculoſum gannaturæ ludibrium in populo Romano portarent: eſt enim ignominioſum capillis caput nudari, teſte Cyrillo *in Amos* 75. vel etiam quod Diuus Petrus iuſſu Neronis, quaſi Magus primus tonſus ſit, & D. Petrus ignominioſè tonſus in omni vita ſimilem notam retinuerit, quod Eccleſia imitari voluerit, vt notat Germanus Conſtantinopolitanus [illegible]. Atque ea Corona tum pretioſa fuit Syluestro Papæ, vt ſuper Coronam Clericatus, quam gerebat ad gloriam B. Petri, Corona ex auro ſibi data à Conſtantino noluerit vti, patet ex ipſa donatione Conſtantini. D. Auguſtinus *epiſt*. 147. *Proculiano*, alludit ed coronam Prin-
C cipum, cui ſuam comparat: per coronam noſtram, ait, nos adiurant veſtri, per coronam veſtram vos adiurant noſtri. Ennodius *Symmacho Papa lib*. 4. *epiſt*. 22. erigat paruulos implorata coronæ veſtræ miſeratio.

Quod verò circulus tantum emineret capillorum in Clericis, & medium eſſet raſum, nudumque à capillis, oſtendit Gregorius Turonenſis de Nicetio Treuirorum Epiſcopo: S. Nicetius, ait, ab ortu ſuo Clericus eſt deſignatus: nam cùm partu fuiſſet effuſus, omne caput eius, vt eſt conſuetudo puerorum, à capillis nudum quidem cernebatur, in circuitu verò mediorum
D capillorum ordo apperuit, vt putares eb eiſdem coronam Clerici fuiſſe ſignatam. Et ſanè tondebantur prius ordinandi, vt patet ex Nicephoro *lib*. 12. *cap*. 45. *& cap*. 12. *eiuſdem libri*, vbi Maximus ordinandus tonſus eſt: & confirmatur ex Gregorio Nazianzeno, *in Carmine de Vita ſua*, vbi agit de eodem Maximo Cynico, ciuſque mores irridet. Idem patet ex Euagrio *lib*. 3. *cap*. 36. vbi dicitur quod Marcianus comâ poſitâ preſbyter conſecratus eſt. Et in *Synodo Trullana can*. 33. damnantur Armenii, qui à tonſura abhorre-
E bant.

Tonſura vero non erat omninò raſe vſque ad cutem, vt patet ex D. Hieronymo *in caput* 44. *Ezechielis*: in Monachis tamen erat ad cutem raſa, vt patet ex Saluiano *lib*. 8. & Paulino *epiſt*. 5. Item, vt magis repræſentaret coronam, eius circulus non ſemper fuit modicus, ſed aliquando magnus, ſeu olim maxima erat Tonſura Clericorum, non exigua, vt nunc eſt: quod probatur *can*. 40. *Concilii Toletani* 4. Balſamo *ad can*. 33. *Synodi Trullanæ*, ponit diſcrimen inter [illegible] ἀρχιερατικὴν, & μοναχικὴν [illegible], i. inter Tonſuram ſeu Coronam Clericalem, & Monachalem Tonſuram. *Can*. 32. *&* 24.

De Veſte vero Clericorum dicitur *can*. 32. vt ſint in habitu ornato, & ſecundùm Aaronem, talarem veſtem induant: & de Sanctimoniali-

bus, vt in tali veſte conſecrentur, in qua viuere debent *can.* 24.

Can. 30. 31. *&* 26. Quod attinet ad ſacra Vaſa, quæ contingerè debent Clerici, definitur *can.* 30. ne inſacrati miniſtri in Sacrarium, quod Græci Diaconium appellant, ingrediantur, & tangant vaſa Dominica; & ideo *can.* 31. id non licet Lectoribus, nec aliis niſi Subdiacono. Cui Canoni obſtat Canon 26. Quatenus ille id permittit Subdiacono, quod ei interdicitur *dicto can.* 26. non oportet Subdiaconom licentiam habere in ſacratium, ſiue ſecretatium, quod Græci diaconium appellant, ingredi, & vaſa Dominica contingere. Sed reſponderetur hunc canonem eſſe *can.* 2. *Synodi Laodicenæ* qui non ponit Subdiaconos ſed ὑπηρέτας quamquam Balſamo explicet de ſubdiaconis; & reſpondet Subdiaconos non poſſe quidem tangere ſacra vaſa corporis & ſanguinis pretioſiſſimi Chriſti, quia illud eſt Diaconorum; poſſe vero tangere vaſa ſacra inania, vt ſactum calicem, & Patenam.

Obſtat etiam Canon 32. qui dicit licere tangere vaſa ſacra acolytho: ſed reſpondetur ibi, niſi Subdiacono, concludendum parentheſi; & illud, aut acolytho, coniungendum cum ſuperioribus, non cum Subdiacono.

Can. 25. Multo vero minus id permittitur fœminis, & monachabus, vt ita loquar, quibus etiam prohibetur incenſum circa altare deferre, *can.* 25. vbi id peſtis vocatur.

Canone vltimo, occaſione prædictarum conſecrationum, agitur de Benedictione Sponſi & Sponſæ, qui à parentibus, vel à paranymphis ad id offeruntur; & pro reuerentia Benedictionis acceptæ deberet manere ea nocte in Virginitate: ſed alio referendus, vbi de nuptiis in ſecunda parte Decreti; cuius primam ex profeſſo Dei gratia, nec non Apoſtolica, & Regia interpretamur.

DISTINCTIO XXIV.

HÆc Diſtinctio eſt de Ordinatione Clericorum, & Epiſcoporum; Clericorum quidem, vt nullus ordinetur Clericus, niſi probatus ſit, vel Epiſcoporum examine, vel populi teſtimonio, *can.* 2.

Can. 2.

Can. 5. *&* 6. Examen autem eſt, vt Epiſcopus ſine concilio Clericorum non ordinet, nec ſine ciuium conniuentiâ *can.* 6. & quidem forma examinis præſcribitur *can.* 5. vt Epiſcopus à latere ſuo Sacerdotes eligat, qui examinent, & per tres dies continuos, nec pecuniâ vel fauore corrumpantur; alioquin eſſent Simoniaci *dicto can.* 5.

Can. 7. Quod ſi quis ordinatus ſit ſine examine, debet abijci à Clero *can.* 7. vel etiam ſi promotus corrupto examine *dicto can.* 5.

Can. 4. Epiſcopi vero, iudicio Metropolitanorum, & eorum Epiſcoporum qui circum circa ſunt, prouehuntur *can.* 4.

DISTINCTIO XXV.

HÆc Diſtinctio pertinet ad 23. in qua agitur de Officio omnium Clericorum, & inſuper additur de Officio Dignitatum, vt eſt Archidiaconus, Archipresbyter, Primicerius,

A Theſaurarius. Canone 1. agitur etiam de trium ordinum præcipuorum officio, ſcilicet Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi. *can.* 2. Canon verò tertius pertinet ad Diſtinctionem 93. vbi de orario Diaconi. *Can.* 1. *&* 2.

Canon 4. & 5. in quo de Purgatorio, refertur ad Partem quæ eſt de Pœnitentia infra, à 33. Cauſæ Quæſt. 2. ad Quæſtionem 4. Canon vltimus etiam ad Diſtinctionem 23. in quo agitur de Virtutibus Epiſcopi.

DISTINCTIO XXVI.

B AB hac Diſtinctione xxvi. vſque ad xxxv. agitur de Caſtitate Clericorum; & 1. hac Diſtinctione quæritur quis ſit vnius vxoris Vir, & quis ſit Bigamus: nam D. Hieronymus *can.* 1. exiſtimauit vnius vxoris virum, accipiendum eſſe poſt baptiſmum, ita vt ſi quis infidelis, ante baptiſmum coniugem habuerit, ſcilicet virginem, & mortua ſit; ei non imputetur, ſcilicet quin aliâ etiam vxore ductâ poſt Baptiſmum, & mortuâ non intelligatur bigamus. Ratio D. Hieronymi fuit, quia Baptizatus, eſt nouus homo: & ſicut ei nouo homini non imputantur ſtupra, nec alia crimina obſunt, quin ordinari C poſſit, ita nec prius matrimonium. Et ſanè *canon* 17. *Apoſtolorum* videtur fauere D. Hieronymo: ponit enim, poſt Baptiſmum: Balſamo ſententiam D. Hieronymi ſequitur, eiuſque rationem: quæ enim, ait, ante Baptiſmum dimiſſa ſunt omnis generis peccata prætermittit, cùm factum ſit nouum opus Gratiâ Spiritus Sancti. *Can.* 1.

Verum contraria ſententia quidem obtinuit, D. Auguſtini *can.* 2. D. Ambroſii *can.* 4. *&* 5. & Innocentii *can.* 3. Et ratio eorum eſt, quia licet crimina poſt Baptiſmum non imputentur, nihil hoc omninò facit pro ſententia D. Hierony- D mi; quia Matrimonium etiam in lege Naturæ non eſt crimen; ſed eſt quid Legitimum; & filii etiam ex eo nati ſunt legitimi æquè ac ſi eſſent poſt Baptiſmum: & de Matrimonio ante Baptiſmum dixit Chriſtus, quod Deus coniunxit homo non ſeparet; ideoque cùm non ſit crimen, ſed quid à lege ſubſiſtens, & voluerit Apoſtolus Epiſcopum eſſe vnius vxoris virum, ille non erit vnius vxoris vir, qui vnam habuit ante Baptiſmum, & alteram poſt Baptiſmum: quia vt dixi ea quæ ſunt legis, non abolentur: nec coniugium ante Baptiſmum impedit, quia eſt peccatum, ſed quia eſt coniugium quod ſi fuerit repetitum priuat prærogatiuâ Sacerdotii *can.* 5. & normam Sacramenti adimit, non ad E vitæ interitum, ſed ad ordinationis Eccleſiaſticæ ſignaculum neceſſariam: quomodo fœmina vitiata ante Baptiſmum, poteſt inter Virgines poſt Baptiſmum conſecrari *can.* 2. Atque ſi opinionem Hieronymi admittas ſequetur eum qui habuit quatuor vxores ante Baptiſmum, non eſſe Bigamum; & illas quatuor vxores pro nullis haberi quaſi nunquam eas duxerit; ſequetur etiam quod ſi vnam & eandem vxorem habuerit, ante & poſt Baptiſmum, abolito priori coniugio, filii ante Baptiſmum non erunt fratres filiorum poſt Baptiſmum, quod eſt abſurdiſſimum: & ſic rectè Innocentius *dicto cap.* 3. Non obſtat igitur ratio D. Hieronymi quod ſit nouus homo poſt Baptiſmum: eſt enim morûm nouus *Can.* 2. *&* *ſeqq.*

homo reſpectu peccati & gratiæ, non aliarũ rerũ: A quomodo Iure Ciuili, licèt manumiſſus ſit nouus homo, tamen poſt manumiſſionem adhuc ſeruantur in Iure nuptiarum ſeruiles cognationes *l. 14. D. de Ritu Nuptiarum.* Nec obſtat etiam canon Apoſtolicus 17. qui videtur accipiendus de eo, qui poſt Baptiſmum reperitur duobus coniugiis implicitus, ſiue ante, ſiue poſt, eas duxerit. Theodoretus *epiſt.* 110. Domno Antiochiæ, accuſatus quod digamum ordinaſſet, ita reſpondit, ſe Maiorum veſtigiis inhæſiſſe: nam & Beatæ Sanctæque memoriæ Alexander qui Apoſtolicam hanc Sedem rexit vna cum Beatiſſimo Acacio Beroæ Epiſcopo, Beatæ B memoriæ Diogenem digamum ordinauit; eodemque modo Beatus Prayſus Dominum Cæſareæ, qui digamus item erat: conſuetudinem ergo ſecuti ſumus &c. vnde apparet idem Orientalibus probatum in hac parte quod Occidentalibus, ac diſpenſatione opus fuiſſe.

Verum tamen eſt digamos aliquantum diſplicuiſſe Eccleſiæ: & pœnitentia illis indicitur in Synodo Laodicena *Cano.* 1. & Ancyrana *can.* 19. *& epiſt. ad Amphilochium can.* 4.

Digamos à communione remouebant Catbari. Epiphan. *hæreſi* 59. *num.* 3. quos ille reprehēdit, & ait: Eccleſiam quoq; propter Sacerdotii ſingularem Dignitatem, illos non admittere ad C Sacerdotium ibi vbi canones ſeruantur exactè, vt Diuina miniſteria cum optima conſcientia gerantur; cæterum in populo tolerari illud poſſe, imò ſi quis occaſione ſtupri diuortium cum vxore fecerit, is poteſt, inquit, alteram ducere, & illa alteri nubere, nec ab Eccleſia reſcinduntur: vnde: in cõcilio Nicæno *can.* 8. iubetur cum digamis communicari. Remouentur ergo tantum à Sacerdotio, vnde Ioſephus comes, cùm Arriani Epiſcopatum illi pollicerentur, vt ad ſuas partes retraherent, priore coniuge defunctâ ſecundas nuptias iniit, vt refert idem Epiphanius, *hæreſi Ebionitarum* 20. *num.* 5. Tertullianus *lib.* 1. *ad vxorem cap.* 7. quantum detrahant fidei, quantùm obſtrepant ſanctitati nuptiæ ſecundæ, D diſciplina Eccleſiæ, & præſcriptio Apoſtoli declarauit, cùm digamos non ſinit præſidere, cùm viduam adlegi in ordinem, niſi vniuiram, non concedit &c. *& de monogamia, cap.* 12. aliis obiicit: quod enim & digami præſident apud vos, inſultantes vtique Apoſtolo, certè non erubeſcentes cùm hæc ſub illis leguntur. Et Origenes *in Lucam, homilia* 17. *cap.* 2. ſicut enim ab Eccleſiaſticis Dignitatibus, non ſolum fornicatio, ſed & nuptiæ repellunt; neque enim Epiſcopus, nec presbyter, nec Diaconus, vidui poſſunt eſſe nec Digam &c. Et *S.* Baſilius *ad Amphilochium can.* 12. digamos canon omnino à miniſterio excluſit. Clemens Alexandrinus E *lib.* 4. *ſtromatum*, ſed idem vir & Dominus vetera renouans, non concedit ampliùs Polygamiam: tunc enim id exigebat Deus quando oportebat augeri & multiplicari; monogamiam autem introducit propter liberorum procreationem, & domûs curam gerendam, ad quam data eſt mulier adiutrix; etſi eum Apoſtolis propter intemperantiam & vſtionem, ex venia ſecundum concedit matrimonium: nam hic quoque non peccat, non eſt enim à lege prohibitus; non implet autem ſummam illam vitæ perfectionem, quæ agitur ex Euangelio: gloriam autem acquirit cœleſtem qui apud ſe manſerit, eam A quæ eſt morte diſſoluta, impollutam ſeruans cõiunctionem, & grato, & animo lubenti paret œconomiæ per quam effectus eſt, vt diuelli non poſſit à Domini liturgia. Eſt & de ea re canon Apoſtolicus (qui canones videntur collecti fine ſecundi ſæculi,) vbi digami non poſſunt eſſe Epiſcopi Presbyteri, &c.

Noſtris vero Eccleſiæ Gallicanæ Canonibus Digami ordinari Clerici non poſſunt *concilii Valent.* 1. *cap.* 1. & multo minus ordinari poſſunt Diaconi, vel presbyteri, *concil. Arelatenſ.* 2. *cap.* 2. *Epaonenſis cap.* 2. *Arelat.* 4. *cap.* 3. *Aurelianenſis* 3. *cap.* 6. *Aurelianenſis* 4. *cap.* 10. Verùm B cùm propter ſimplicitatem, vel ignorantiam aliqui ordinati eſſent, de priùs ordinatis nihil reuoluendum cenſuit Synodus Valentina *cap.* 1. & in poſterum ſi qui ordinati fuerint Clerici, non vltra Subdiaconatum promouendi, *ex Synodo Arauſicana* 1. *cap.* 25. aut ab officio remouentur, ex concilio *Arelatenſi* 2. *cap.* 45. Et poſtea *Synodus Agathenſis can.* 1. ſtatuit vt ordinati presbyteri, vel Diaconi, nomen tantùm obtineant, officium vero miniſtrandi non habeant; & Epiſcopus qui ordinauerit Diaconum, vel Presbyterum contra ius canonicum, ſciat ſe vnius anni ſpatio ab omni Sacerdotii Dignitate ſuſpenſum; quod ſi non paruerit, à communione eius vſque C ad aliam Synodum ſe ſuſpendat fraternitas aliorum Epiſcoporum, vt dicitur *in concilio Aurelianenſi* 3. *cap.* 10. *tempore Childeberti*, & refertus ab Iuone *parte* 8. *cap.* 301.

DISTINCTIO XXVII.

CAnon primus pertinet ad Diſtinctionem 28. in eo enim agitur de Caſtitate Diaconorum: Canon etiam 8. ad Diſtinct. 28.

Cæteri canones ſunt de Matrimonio poſt Votum Virginitatis contracto: & dicitur Vouentibus Virginitatem non ſolùm nubere, ſcilicet actu, ſed etiam velle, ſcilicet nubere damnabile eſt *can.* 4. ſic in *controuerſiis Seneca lib.* 6. *controu.* 8. virgo Veſtalis rea facta eſt inceſti, quod hunc verſum ſcripſiſſet Can. 4. & 5

Fælices nuptæ, moriar, niſi nubere dulce eſt:

D nam, vt ibi Seneca *felices nuptæ*, cupientis eſt: ſi igitur virgo quæ ſemel Dei cultui dedicauit, nupſerit, habebit damnationem, quia primam fidem irritam fecit *can.* 5.

Sed an, poſt Votum ſi nupſerit, diſſoluendum ſit matrimonium? minimè: & peccant qui Matrimonium illud diuidunt, quod valet: nec adulterium eſt *can.* 2. & tantùm Pœnitentia trium annorum eſt ei imponenda. Aliud tamen eſt, ſi Virgo non tantum poſt Votum, ſed poſt Conſe- Can. 2. Can. 6. 7. & 9.

E crationem nupſerit, nam tunc non tantùm adultera eſt, ſed etiam inceſta *can.* 9. vel ſi vidua ſacrum velamen ſuper caput ſuum impoſuerit, & ſub eodem velamine Sanctimonialem ſe eſſe oſtenderit, licèt fictè & per hypocriſim: nec enim audietur, dicens ſe fictè Velum aſſumpſiſſe, vt poſſit nuptias contrahere *can.* 6 *&* 7. eſt inquam inceſta; neque enim, vt ait D. Chryſoſtomus *lib.* 3. *de Sacerdotio* hîc agitur de Mariti, ſed de Chriſti neglectu, atque contemptu; neque ipſa ſterilitas probrum ignominiamque tantùm, ſed & animæ tandem interneceionem parit jam virgini, quam ſponſus Chriſtus oderit: non ſatis eſt, accepto repudii libello abire, ſed odii li-

lius pœnæ luit, ſupplicium æternum: ita vt di-ſtinctio ponenda videatur inter Virgines poſt Votum, ſeu quæ ſemel Deo dedicatum, vt dici-tur *can.* 5. & Virgines poſt conſecrationem, ſeu viduas poſt velum, dicto *can.* 7. & 9. Et licet olim *Synodo Ancyrana can.* 19. qui Virginitatem profiteretur profeſſionem ſuam irritam reddi-diſſent, ii tantum bigamorum pœnæ ſubiiceren-tur, i. bigamorum pœnitentiam agerent: poſtea tamen pœna cœpit eſſe grauior, & grauiùs pu-niendum hoc crimen quàm digami puniantur, cenſuit D. Baſilius *in can.* 18. *epiſt. ad Amphilo-chium*; nempe vt adulterium eſſe puniendum: vbi ſine dubio loquitur de Profeſſis, quæ diu probatæ, admiſſæ ſunt in ſacrarum Virginum chorum: eas vero ducit eſſe inexorabiliter pu-niendas; ſed illi canones intelliguntur de pecca-to luxuriæ, non de matrimonio, & de pœna tan-tùm Pœnitentiæ.

DISTINCTIO XXVIII.

Can. 1. 3. NVllus ad miniſterium altaris accedere de-bet, niſi cuius caſtitas ante ſuſceptum mini-ſteriū fuerit approbata, *can.* 1. Vnde Subdiaconi non ordinabantur, niſi priùs promiſiſſent, & pro-feſſi fuiſſent ſe caſtè victuros, *dicto can.* 1. & idem eſt de Diacono, & Presbytero, *can.* 3. in tan-tùm, vt ſi quis à primis infantiæ annis, à Paren-tibus fuerit Clericatus officio mancipatus, & in domo Eccleſiæ educatus, vbi 18. annorum com-pleuerit, coram totius Cleri populique conſpe-ctu voluntas eius de coniugio, vel de caſtitate ſit perſcrutanda; & de ea te interroganda; qui ſi eam ſpoponderit, & profeſſus fuerit, ad Subdia-conatus miniſterium anno vigeſimo erit ſuſci-piendus. Qui continentiam non ſeruaue-rint, difficiliùs admittuntur ad Epiſcopatum *can.* 4.

Can. 6. 7. & ſeqq. Non tantùm autem Virgines promittere de-bent caſtitatem tempore ſuæ ordinationis, ſed etiam ii qui cùm ſint in matrimonio conſtituti, ordinantur: nec enim aſſumuntur ad ordines niſi priùs fuerit ab eis promiſſa conuerſio *can.* 6. vel niſi priùs conuerſionis propoſito profeſſi fuerit caſtitatem *can.* 7. & idem eſt de eorum vxoribus, quæ alteri nubere non poſſunt *can.* 10. & 12. Et poſtquam coniugati, ſunt ordinati, nulla eſt differentia inter eos, & alios qui non erant coniugati *can.* 15. nec minùs honorandi *can.* 17. licet verum ſit difficiliùs admitti, pro-pter liberos, & vxorem ne vſurpent bona Eccle-ſiaſtica: & ideo cum cautione iſta recipiendi, vt faciant deſcriptionem bonorum ſuorum, & ca-ueant nihil ſe vltra relictutos filiis ſuis, *can.* 13. Quod ſi, vt diximus, coniugati, qui ordinan-tur, debent abſtinere ab vxore, & profiteri caſti-tatem; multo magis eis prohibitum erit vxores

Can. 2. ducere, aut concubinas habere *can.* 2. tales enim officio, atque Eccleſiaſtico Beneficio priuantur, *dicto can.* 2. cùm enim, vt ibi dicitur, ipſi tem-plum, vaſa Domini, & ſacrarium Spiritus ſan-cti debeant eſſe, & dici; indignum eſt eos cubi-libus & immunditiis deſeruire.

Can. 14. Verum his non obſtantibus, Sacerdotes non debent ſub obtentu Religionis propriam vxo-rem contemnere *can.* 14. qui eſt 5. Apoſtolorum. Leo 9. *can.* 11. *diſt.* 30. vxorem cauſâ Religionis abiicere à cura ſua, ſcilicet vt ei victum & veſti-tum largiatur: non vt cum illa ex more carnaliter iaceat.

Can. 5. Contra ſuperiora quæ diximus de Diaconis, quod profiteantur ſe caſtè victuros, eſt *can.* 8. in quo dicitur, *ex Synodo Ancyrana*, quod ſi Dia-coni in ordinatione ſua proteſtati ſint, dicentes ſe velle habere vxores, nec poſſe ſe continere; & poſtea ad nuptias venerint, maneãt in matrimo-nio, propterea quod his Epiſcopus licentiam de-derit; ſi vero non fuerint proteſtati, ſed tacue-rint, & ſuſceperint manus impoſitionem profeſ-ſi continentiam; ſi poſtea ad nuptias venerint, à miniſterio ceſſare: ex quo ſaltem datur caſus, in quo Diaconus, Beneficio proteſtationis, poteſt poſt ordinationem non ſolùm miſceri cum vxo-re, ſed etiam vxorem ducere. Reſpondetur ve-rum eſſe illud ita definiri in Synodo Ancyrana, quæ fuit Prouincialis, quia iam illa conſuetudo in quibuſdam locis illius Sedis obtinuerat, vt etiam in Eccleſia Conſtantinopolitana fuit priſ-ca conſuetudo, vt qui vellet ordinari poſſet prius matrimonium contrahere, deinde ordinari; tum alia conſuetudo, vt etiam poſt ordinationem fas eſſet nubere intra duos annos; quam vltimam reuocauit Leo harum conſuetudinum teſtis, *Nouel.* 3. quomodo in Sicilia fuit alia conſuetu-do, vt Subdiaconi miſcerentur vxoribus ſuis, *can.* 1. *diſt.* 30. & *canone* 2. *diſt.* 32.

DISTINCTIO XXIX.

HÆc Diſtinctio xxix. velut præparatio eſt per parentheſim, vt ſciamus quod plera-que capitula ex cauſa, ex perſona, ex loco, ex tempore conſideranda ſunt; & inſtante neceſſi-tate tradita *can.* 1. 2. & 3.

DISTINCTIO XXX.

HAc Diſtinctione xxx. afferuntur varii Cano-nes ex Synodo Gangrena, quibus oſtendi-tur, multaque ex ſe bona ſunt, odio etiam ha-beri poſſe, ſi quis eis, mala intentione abuta-tur; Verbi gratia, ſi quis, Virginitatem non ratione ſui, ſed odio nuptiarum amplectatur, & ſic de multis aliis; vt ſi quis propter publicam Pœnitentiam abſque neceſſitate, die Domi-nica ieiunauerit, ſicut Manichæi *can.* 17. Et ideirco *can.* 16. affertur excuſatio quod prio-ribus canonibus videatur Synodus odio habuiſſe Virginitatem: hæc autem, ait canon, ſcripſi-mus, non abſcindentes eos, qui in Eccleſia Dei ſecundum ſcripturas ſanctum propoſitum con-tinentiæ eligunt, ſed eos qui ſuſcipiunt habitum, & in ſuperbiam efferuntur aduerſus eos qui ſim-pliciùs viuunt: nam vt rectè D. Chryſoſtom. *lib.* 3. *de Sacerdotio* [illegible] id eſt nouit enim, nouit ingenioſiſſimus ſer-pens ille, vel per bona opera ſuum virus diſſemi-nare.

DISTINCTIO XXXI.

IN hac tota Diſtinctione xxxi. agitur iterùm de obligatione Clericorum ad caſtitatem, & de eius Profeſſione, etiamſi cùm ordinantur

Can. 5. & 10. vxorem habuerint: oportet igitur Epiſcopos, Preſbyteros, & Diaconos, vt decet ſacros Antiſtites, ac Dei Sacerdotes, nec non & Leuitas, vel qui Sacramentis Diuinis inſeruiunt, continentes eſſe in omnibus *can.* 30. & lex continentiæ eadem eſt Altaris Miniſtris, quæ Epiſcopis, atque Preſbyteris; qui cùm eſſent laici, vel etiam Lectores, poterant & licitè vxores ducere poſt ordinem Lectoris; vel etiam ſi ante duxiſſent, poterant filios procreare: ſed poſt ordines ſacros, nullum eorum, quæ licuerunt, licet; atque in his, qui vxorem habebant ante ordinationem ſacram, de carnali coniugio fit ſpirituale, quatenus nec oportet eos dimittere vxorem; ita tamen habere quaſi non habeant, quo & ſalua B ſit caſtitas, & ceſſent opera nuptiarum *can.* 10. Can. 4. & ſeqq. Ratio eſt quia, Sacrificium Eccleſiæ eſt iuge Sacrificium, *can.* 5. & Miniſterium quotidianum, non per vices, vt in veteri lege, *can.* 4. Item ſemper orandum eſt: nam ſi D. Paulus ſcribit de laïcis, abſtinete vos ad tempus, vt vacetis orationi; ſequitur Sacerdotes qui ſemper vacare debent orationi, ſemper orare, ſemper ſacrificare; ſemper etiam abſtinere debere à conſortio vxoris, *can.* 5. *&* 7. can. 8. 9. & 11. Nec vero inde aliquis putet id fieri in contemptum nuptiarum, aut horrorem matrimonii; ſed amore caſtitatis, & virginitatis *can.* 8. *&* 9. Ad quam obiectionem etiam reſpondet D. Chryſoſtomus *lib. de Virginitate*; aut exiſtimet poſſe quem abiicere à cura ſua omni vxorem contra canonem 5. Apoſtolorum; nam poteſt ſine carnali conſortio, eius curam habere C *can.* 11.

can. 13. & 14. Verùm ſciendum eſt, quod licet hæc ita ſe habeant, & in Eccleſia Romana pro canone ſit, vt qui ordinati ſunt Diaconi, vel etiam Subdiaconi, debeant profiteri quòd non amplius ſuis vxoribus miſcebuntur: tamen in Eccleſia Orientali Sacerdotes illud profiteri non tenebantur; imò nefas erat eos illâ communione priuari, niſi tantùm in tempore oblationis, maximè Conſtantinopoli *can.* 13. qui eſt ex Synodo Trullana: vnde vt habetur *can.* 14. aliter ſe Orientalium Traditio habet Eccleſiarum, aliter S. Romanæ Eccleſiæ: nam earum Sacerdotes, Diaconi, atq; Subdiaconi matrimonio copulãtur; Iſtius autem Eccleſiæ D Occidentaliũ, vel nullus Sacerdotũ à Subdiacono vſq; ad Epiſcopum, licentiam habet coniugiũ ſortiẽdi, vt loquitur Stephanus Papa *can.* 14. Can. 1. Quo pacto in Sicilia Subdiaconi, ex more recepto, non profitebantur caſtitatem, & miſcebantur vxoribus ſuis, donec id tandem in Sicilia quoque ab Eccleſia Romana fuit prohibitum *can.* 1. ſed Gregorius tamen cenſuit prohibitionem illam eſſe accipiendam in futurum; ita vt permiſerit Subdiaconis, qui tempore ordinationis ſuæ vſum continentiæ non inuenerint, nec promiſerint caſtitatem, cum vxoribus habitare, nec ab eis ſeparari compellantur, ne deterius contingat, E *eod. can* 1. & tantùm excitandi ſunt ad illam caſtitatem, & pro ea laudandi ac remunerãdi dicto *can.* 1. qui Gregorius prædictam conſuetudinem reiicit *can.* 2. *diſt.* 31. & de alia conſuetudine quarumdam Prouinciarum mentio eſt *can.* 15. *eiuſdem diſt.* 32. *&* *can.* 3. Can. 12. Quomodò accipiendam puto hiſtoriam Paphnutii (nec enim exiſtimo eam eſſe falſam): in qua continetur, quod cùm in Nicæna Synodo 1. aliqui generalem canonem ponere voluiſſent, quo prohiberetur, ne Epiſcopi, Preſbyteri, Diaconi & Subdiaconi cum A coniugibus, quas ante Conſecrationem duxerant, dormirent; Paphnutius Confeſſor, ſurgens contradixit, dicens honorabiles nuptias, & caſtitatem, cum propria vxore concubitum; ſuaſitque Concilio ne talem poneret legem; grauem aſſerens eſſe cauſam, quæ in ipſis aut eorum coniugibus occaſio fornicationis exiſteret. Et hæc quidem Paphnutius, licet nuptiarum eſſet inexpertus, expoſuit, Synoduſque laudauit ſententiam eius, & nihil in hac parte ſanciuit, ſed hoc in vniuſcuiuſque Voluntate, non in neceſſitate dimiſit, *can.* 12. Paphnutius nempe videbat jam illud more receptum eſſe in pluribus locis Orientis, ideoque melius eſſe nihil de ea re B ſtatui, ſed permitti hominum arbitrio; eodem planè modo quo Gregorius Papa reſpondit de Siciliæ Subdiaconis ſuprà *can.* 1. & D. Epiphanius eruditè agnoſcit in quibuſdam locis, præter canones tamen, non ſeruari continentiam *in hæreſi Catharorum* 59. eum qui adhuc in matrimonio degit, ac literis operam dat, tametſi vnius vxoris vir ſit, nequaquam tamen ad Diaconi, Preſbyteri, Epiſcopi, aut Hypodiaconi ordinem admittit; ſed eum duntaxat, qui ab vnius vxoris conſuetudine ſeſe continuerit, aut ea ſit orbatus, quod in illis locis præcipuè fit, vbi Eccleſiaſtici canones accuratè ſeruantur. At enim nonnullis adhuc, inquit, locis Preſbyteri, Diaconi, atque Hypodiaconi liberos ſuſcipiunt: Reſpondeo, non illud ex canonis authoritate fieri, ſed propter hominum ignauiam, quæ C certis temporibus negligenter agere, ac conniuere ſolet ob nimiam populi multitudinem, cum ſcilicet qui ad eas ſe functiones applicent, non facile reperiantur. Quo pacto probabile eſt Syneſium ad Epiſcopatum fuiſſe vocatum, & in Epiſcopatu ſuſcipiendo proteſtatum ſe nolle ab vxore ſeparari, *epiſt.* 105. ex quo colligitur eis qui inuiti quodammodo promoti eſſent, id permiſſum, non aliis; & niſi ſibi proteſtatione cauiſſent, ad caſtimoniam ſolâ ordinatione eſſe tacitè obligatos, vt patet etiã ex *can.* 10. *Synodi Ancyranæ.* Atque vt propter neceſſitatem Eccleſiæ Petrus & Paulus quædam per diſpenſationem aliter fecerant, quàm feciſſent iure com- D muni: nam Paulus poſt conuerſionem, Timotheum circumciſum fecit, & ceremonias etiam exercuit Iudæorum; & Petrus coëgit quoſdam Iudaizare Gentilium; vterque Sanctus &c. vt rectè Goffridus *opuſculo* 5. Similiter olim videtur cum quibuſdam diſpenſatum ab Epiſcopo, vt *dicto can.* 10. *Ancyrano.*

DISTINCTIO XXXII.

RVrſus hic agitur de Cælibatu, & continentia Clericorum. Can. 5. & 11. Et quidem extra ordines ſa- E cros conſtituti, poſſunt ſortiri vxores; & tamen ſi vtiles ſint Eccleſiæ, in Pſalmis, Verbi gratiâ, canendis, poſſunt ei miniſtrare, & ſtipendia exteriùs accipere *can.* 3. ſcilicet Clerici tantum, Oſtiarii, Lectores, Exorciſtæ, Acolyti, dummodo extra votum & habitum Monachi reperiantur *can.* 14. denique omnes, qui ſunt infra Subdiaconatum, *can.* 7. *&* 12. nam in Ordinibus quatuor ſacris conſtituti, debent exhibere perfectæ continentiæ puritatem, & habere vxorem tanquam non habeant *can.* 1. 10. 11. *&* 13, Can. 1. 10. & ſeqq. in quo canone 13. notandum eſt quod ibi dici-

tur

tur, placuiſſe in concilio Carthaginenſi vt abſti- A neterent Presbyteri vxoribus ſuis ſecundum propria ſtatuta, κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους: quæ verba malè vertit Balſamo, tempore vicis ſuæ, vt oſtendo alio loco.

Can. 17. Conſequenter autem ſuperioribus ſuadet Hieronymus *can.* 17. hoſpitiolum tuum, aut raro, aut nunquam mulierum pedes terant; quia non poteſt toto corde coram Deo habitare, qui fœminarum acceſſibus copulatur, & fœmina conſcientiam ſecum pariter habitantis exurit: nam vt rectè D. Baſilius ad Gregorium Presbyterum, ἀγαθὰ δὲ ἐν τούτῳ ἴσμεν τὸ σεμνὸν, ἐν τῷ κεχωρίσθαι τοῖς ἀνδράσι καὶ γυναιξὶ λέγοντας, id eſt, in hoc ſitum eſt cœlibatus decus & honeſtas, quod ſeparatur ſit à conſortio mulierum: & ideo Synodus Nicæna 1. interdixit ne Epiſcopus, Presbyter, Diaconus, vel alius Clericus, ſubintroductam mulierem haberet, niſi fortè matrem, aut ſororem, aut amitam, aut eas denique quæ fugiant ſuſpicionem. Ferrandus *can.* 122. ita vertit, vt Clerici cum extraneis mulieribus non habitent: & D. Chryſoſtomus librum fecit contra eos, qui apud ſe fouebant ſubintroductas Virgines, non propter liberos, & matrimonium, nec propter ſtuprum ſeu libidinem, ſed vel propter rem familiarem, vel etiam propter voluptatem conuictus: & Palladius teſtis *dialogo de vita Chryſoſtomi*, ipſum ſtatim ac ordinatus fuit, morem illum ſuſtuliſſe, quo introductas illas mulieres apud ſe habebant. Exiſtimo introductas illas mulieres intelligi tantùm cohabitatores cum aliquo, etiamſi ab omni ſuſpicione eſſent liberæ, vt patet ex toto libro D. Chryſoſtomi; & notat Balſamo hanc fuiſſe aliquorum ſententiam *ad canonem Nicænum citatum*.

Porrò Antiocheni primi videntur has Mulieres vocaſſe Subintroductas, vt patet ex Euſeb. *lib.* 7. *hiſtoriæ cap.* 24. Mulieres, autem ait, Subintroductas, vt Antiocheni nominant, & Presbyterorum, & Diaconorum, quas ſecum habent. Eſt vero & D. Baſilii epiſtola *ad Gregorium Presbyterum*, vt ſeparetor à muliere, cum qua habitat, & refert canonem Nicænum: nec admittit excuſationes illius, quod id non faciat propter turpem cauſam; quemadmodum nec admiſit illas D. Chryſoſtomus *loco citato*: ait enim fratri non eſſe ponendum ſcandalum, & ne nomen Dei blaſphemetur, eiiciendas, & vt viri ſecularet Clericis, denique propter ſcandalum, vel periculum peccati; quas rationes copioſiùs explicat ibidem.

Can. 5. 6. & 7. Tam ſeuera verò fuit hæc prohibitio, vt definitum ſit ne quis audiat Miſſas Sacerdotis habentis indubitanter concubinam, vel introductam mulierem *can.* 5. & 6. ſub pœna excommunicationis tàm ipſius Presbyteri, quàm audientis eam, vt patet, ex *dicta epiſt. Baſilii antè citata*, & colligitur ex dicto *can.* 6. & *can.* 7.

Can. 18. 11. Sed an liceat eos cum vxoribus ſuis habitare? canon enim Nicænus eas non enumerat inter exceptas Perſonas: Et *can.* 18. refertur hic de quodam Presbytero, qui ex tempore accepti ordinis, Presbyteram ſuam vt Sororem diligebat quidem, ſed quaſi hoſtem fugiebat; & vt ad ſe accederet non permittebat, atque ab ea ſibi penitùs communionem familiaritatis abſcindebat. Vbi nota communionem dici de ſola familiaritate: & *can.* 11. tenentur eas abiicere & caſtè viuere. & *can* 6. *diſt.* 77. dicitur quod ſi coniugati iuuenes conſenſerint ordinari, etiam voluntas vxorum ita requirenda eſt, vt ſequeſtratio manſionis cubiculi ſequatur.

Nihilominus tamen *can.* 24. *diſt.* 81. vxor eſt inter exceptas perſonas, quæ poſſunt habitare cum Clericis. Volumus, ait, vt Sacerdotes prohiberi debeant ne cum mulieribus conuerſentur exceptâ Matre, Sorore, & Vxore, quæ caſtè regenda eſt. Et Reſpondendum aliquando id permiſſum, cùm nec periculum peccati erat, nec ſcandalum; quod rarò contin- B git: nam vt rectè Balſamo *can.* 48. *Synodi Trullanæ*, de marito & vxore, ſe inuicem frequenter intueri, priorem eorum vitæ rationem & conſuetudinem eſſe omnino in memoriam eis reuocaturum, & amorem accenſurum.

Porrò notandum eſt *dicto can.* 18. vxorem Presbyteri vocari Presbyteram: quo nomine non intelligitur Presbytera, de qua agitur *in can.* 19. *ſequenti*, in quo Presbyteræ non ſunt vxores Presbyterorum, ſed ſeniores mulieres, & viduæ vniuiræ, ac matricolariæ. Et Presbyteræ dicuntur, non Presbyteriſſæ, vt malè Ferrandus vertit *can.* 22. niſi Presbyrides le- C gas; nam rectè Epiphanius *in hæreſi Collyridianorum* 79. notat, ex quidem Presbytides vocatæ, non Presbyterides, aut ſacerdotiſſæ; quod nullum in Eccleſia ordinem factum habebent. Dicuntur Matriculariæ, per quaa vulgo intelliguot pauperes viduæ in matricula pauperum viduarum Eccleſiæ deſcriptas, de qua Hincmarus *epiſt.* 7. *cap.* 35. de Presbyteri, ait, pro locis Matriculæ veniam accipiant, non ſuos parentes ſanos & robuſtos in eadem Matricula collocent, nec opera ab ipſis Matricularis exigant; non de Matricolaris bubulcos aut porcarios faciant, ſed pauperes ac debiles, & de eadem villa, de qua decimam accipiunt, Matricularios faciant. Vnde *in gloſſis* D *Iſidori* Matricolarius dicitur pauper, inops; & certum eſt ex D. Chryſoſtomo *lib.* 3. *de Sacerdotio* deligi ſolitas viduas pauperes, & in album telatas ab Epiſcopo, ſeu ἐγγραφῆναι, non temerè, ſed cum iudicio; quæ pecuniâ Eccleſiaſticâ alerentur: at non eſt probabile prohiberi eo canone Laodiceni concilii, ne pauperes viduæ in catalogum Eccleſiæ deſcriberentur. Per Matriculariaa igitur intelligendæ quædam mulieres, præſidentes aliis mulieribus, vt eas ad bonum, honeſtumque ordinem ſeruandum deducerent; nam canon Laodicenus habet πρεσβύτιδας, quæ vox ſignificat ſeniores, & ab interprete additur viduas, quod illæ ſeniores eſſent viduæ. Inſuper canon Laodicenus ha- E bet προκαθημένας, id eſt præſidentes, quam vocem interpres non vertiſſet niſi per πρεσβύτιδας intelligas vertiſſe Matricularias, quod ſine dubio fecit. Dicuntur verò Matriculariæ, quod primæ eſſent in matricula; quales erant ſine dubio Diaconiſſæ, de quibus D. Epiphanius *loco citato*, quæ cum faſtu quodam, aut potiùs ſotore aliquo ſibi tribuerent ius aliquod in ordinibus Eccleſiaſticis, & hæretici aliqui vt Collyridiani, mulierum authoritatem defenderent, non mirum ſi illud diſ-

plicuit Eccleſiæ, vt copioſe probat D. Epiphanius: non mirum ſi conſtitutum eſt, vt non ampliùs tales mulieres in Eccleſia ad illud miniſterium conſtituerentur, *dicto can.* 11. *Synodi Laodicenæ*: & rectè Balſamo ſentit cum Zonara, niſi quod non dicat eas prætendiſſe tale ius, ſed vel propter arrogantiam, vel propter quæſtum, non rectè vſas illa authoritate. Ex quibus patet per Matricularias non intelligi pauperes mulieres, imò honoratiores, quales erant Diaconiſſæ; quod ſatis colligitur ex variis epiſtolis, quas ad Olympiadem Diaconiſſam ſcripſit D. Chryſoſtomus, & ad alias nonnullas.

DISTINCTIO XXXIII.

ADhuc agitur de Cælibatu Clericorum, quatenus hi qui viduam duxerunt, vel duas vxores, vel concubinam, non poſſunt ordinari; vbi etiam agitur de Energumenis non ordinandis; quod ſanè alio loco poterat dici.

Canri &c. Igitur ſi quis ſecundis nuptiis fuerit copulatus, & duarum matronarum maritus fuerit, is non poteſt ordinari *can.* 1. *&* 2. Nec refert an poſt Baptiſmum, vel antè, eas duxerint, vt oſtendimus ſuprà; licet hîc addatur vox, poſt baptiſmum, quæ tantum ſonat, ſi quis poſt Baptiſmum reperiatur ſecundis nuptiis copulatus, vt dixi ſuprà. Quod ſi Concubinam vnam tantùm habuerit, & nullam vxorem habuerit, an erit bigamus, aut ſaltem an non poterit ordinari? & ſane non poterit *can.* 1. *&* 2. Et ratio eſſe poteſt *ex can.* 2. 28. *diſt.* quia ſola vxor poteſt ſignificare vnitatem Chriſti cum Eccleſia, & conſequenter concubina non poteſt: nec meretrix quæ non propriè vna caro, ſed diuerſa. Nam ſimiliter qui meretricem duxerit, non poteſt ordinari *dicto can.* 2. *hac diſt.* 33.

Quod ad Energumenos ſeu afflictione Diaboli vexatos, ipſi non poſſunt ordinari *can.* 2.

Can. 2. 3. 5. Quod ſi poſt aliquem ordinem adeptum, vexari cœperunt à Dæmonibus, & in terram elidi; tunc ab officii ſui ordine & loco ſuſpendi debent *can.* 3. *&* 5. propter ſcandalum *dicto can.* 3. donec per annum inueniantur ab incurſu dæmonum liberati *can.* 3. nec ad ſuperiorem ordi-

Can. 4. nis gradum ſunt promouendi *can.* 4. Item non

Can. 12. ordinatur qui publicam pœnitentiam egit *can.* 2. 36.

Energumeni, qui *can.* 3. dicuntur in terram arrepti à dæmonibus elidi, & vexationis incurſibus efferri: Conc. Ancyrani *can.* 17. dicuntur tempeſtate iactati, ſiue Hiemantes, inter quos orare iubentur Pœnitentes, qui vaſano crimine irretiti fuere. Id vt melius intelligatur, ſciendum eſt 1. fuiſſe plures gradus Pœnitentiæ, ſeu plura loca pœnitentium, vt dixi *in libro de Pænitentia* 1. erat fletus ac luctus ſeu locus flentium ac lugentium, 2. auditio ſeu locus audientium, 3. ſubſtratio ſeu locus ſubſtratorum, 4. conſiſtentia ſeu locus conſiſtentium, 5. participatio ſeu locus communicantium. Sciendum eſt 2. ex his quinque locis vel gradibus quoſdam eſſe qui habebant plura nomina, vt dixi *in lib. de Pænit.* Nam locus ſubſtratorum

A verbi gratia, dicebatur etiam locus Catechumenorum, vt patet ex Synodo Nicæna *can.* 14. Et ſimiliter gradus ſeu locus audientium, vocabatur etiam ferula, & vt infra oſtendemus, locus hyemantium. Sciendum eſt 3. Pœnitentes pro ratione peccati quod commiſiſſent, aliquando tranſiſſe per illos omnes gradus Pœnitentiæ, aliquando per aliquos tantum, vt oſtendimus *eodem lib. de pænitentia.*

Iam ergo his ſuppoſitis in modum præuiæ cuiuſdam inſpectionis, videamus quid ſibi velit dictus Canon Ancyranus.

Vbi duplex ſe offert difficultas, prima eſt cur

B per Hyemantes, intelligere debeamus Dæmoniacos 2. In quo gradu Pœnitentiæ eſſent illi Hyemantes, an in gradu ſubſtratorum, an in alio, id eſt an in 3. vel 2. gradu

Ad quas difficultates ita omnino reſpondendum videtur.

Ad primam quidem, Reſpondemus in Can. 17. per Hyemantes intelligi Dæmoniacos ſeu Energumenos; nam ita veteres Latini acceperunt illam vocem, vt fatentur Zonaras & Balſamo, licet non admittant talem ſignificationem. Et id oſtendunt veteres verſiones, vt eſt verſio Fulgentii Ferrandi, in breuiatio canonum, Can. 149. his verbis. *Vt qui ſicut muta*

C *animalia vixerunt, inter Energumenos orent.* Et verſio Dionyſii Exigui. *Eos* inquit, *qui irrationabiliter vixerunt: Et leprâ iniuſti criminis alios polluerunt, præcipit ſancta Synodus inter eos orare qui Spiritu periclitantur immundo.* Et aliâ Scholiaſtis Græci indiculorum Canonum Harmenopuli; vbi Scholiaſtes hyemantes vertit, *δαιμονῶντας.* Sed & id inſuper probatur magis ex Clemente lib. 8. conſtit. Apoſtolic. c. 5. Vbi conſtitutio clarè Hyemantes vocat Energumenos, *οἱ ἐνεργούμενοι energumeni* inquit, *à ſpiritibus immundis agitati, oremus vt Deus increpet immundos, & malos ſpiritus, & liberet eripiatque ſuam plaſmaturam ab agitatione Diaboli*, *ὁ*

D *χειμαζόμενοι ὑπὸ τοῦ ἀλλοτρίου*, *hyemantes ab alieno ſpiritu agitati, repurgans vos ab impetu & agitatione mala.* Qui locus eſt valde notandus, ſed paulò aliter in libris editis, deeſt enim vox *χειμαζόμενοι*, & aliæ nonnullæ. Ratio cur Dæmoniaci dicuntur Hyemantes, hæc eſt, quia qui à dæmone torquentur, & ab immundo ſpiritu vexantur, tempeſtate quadam animi percelli videntur, oculos torquentes, ſpumam ore eiectantes, linguam exerentes, labia torquentes, cum fremitu eiulantes, cum horrore in terram cadentes, capillos vellentes, & multa alia, variis agitati ſuppliciis, peragentes. Nam tempeſtatem & hyemem dixerunt Græci pro tumultu & perturbatione

E animi, vt D. Chryſoſt. Ep. ad Olympiadem 2. *ὁ χειμὼν τῶν θορύβων τῶν ἐν τῷ λογισμῷ γενομένων.* i. *tempeſtas tumultuum, qui in animo exiſtebant.* & Ep. 3. ad eandem, vbi mœror ſeu triſtitia dicitur ab eo tempeſtas & procella, *χειμὼν καὶ ζάλη.* Et Cic. lib. 1 de Oratore, dixit tempeſtates moleſtiarum. Et orat. pro Sextio, ſeditionum ac diſcordiarum tempeſtates. Et Appollinaris in Pſalmum 123. Comparat animi furorem hyemi æſtuanti. Sed & conceptiſſimis verbis, quęuis etiam animi agitatio malignorum ſpirituum dicitur onus tempeſtatis, *τὸ χειμῶνος τὸ βάρος*, à D. Baſilio homil. 12. in principium Prouerbiorum, *plures* (ait) *nunquam ab ipſa iuuentute multa congregantes, inſtantibus deinde*

malignorum ſpirituum incitamentis, tempeſtatis onus, arte gubernationis deficiente, ferre non valuerunt.

Ratio verò cur peccatores, vt qui inconſ animalia, ponuntur inter hyemantes ſeu energumenos, hæc eſt, quia peccatores & maioribus vitiis dediti parum diſtare videntur ab energumenis, vt rectè infert Dionyſ. Areopag. de Eccleſ. Hierarch. c. 7. vbi dicit Energumenum eſſe non tantum eum qui poſſidetur ab immundo ſpiritu, ſed etiam eum qui poſſidetur ab ingentibus vitiis, qui ideo non minus remoueri debet à ſacris ac verus energumenus. Vbi S. Maximus ſcholiaſtes hæc verba adiecit: *Nota enim in numerum energumenorum adſcribere etiam eos qui corporis illecebris ſine animi mutatione & pœnitentia manent, velut ſcortatores, ſtudioſos ſpectaculorum, & eos qui ſimilia tractant: eos enim, vt ſunt libidinoſi, magis à Dæmone agitari quàm agitentur ij qui in diaboli obſeſſionem incidunt.* Nam vt ait Elias Cretenſis in orat. 1. D. Nazianzeni, qui peccant, non minus impotenter à vitiis ſuis agitantur, quàm qui agitantur á dæmone. Et Zonaras in *can.* 77. Apoſtolorum. *Quiſquis eſt immundus & impurus, tanquam qui vexatur à dæmone iudicatur.* Et peccatum ac ſcelus omne dicitur hyems, ab Iſidoro Peloſiota *lib.* 3. Ep. 308. vt infidelitas à Greg. Nazian. Orat. 43. Ille enim explicans illa verba, *facta ſunt Encænia Hieroſolymis, & hyems erat, vocat infidelitatem hyemem, χειμὼν ἦν ἐπὶς ἀπιςίας i. hyems erat infidelitatis*: Imò peccator ipſe non tantùm dicitur agitatus à Diabolo, ſed & vocatur diabolus vt notat Iſidorus Peluſiota *lib.* 1. Ep. 167. & D. Baſilius in regulis breuioribus, interrogatione 163. his verbis: *Non ſolum peccator, ſed ipſum etiam peccatum diabolus vocatur, ideoque Chriſtus dicebat Ioannis 8. vos ex patre diabolo eſtis.*

Dices ex Balſamone in *can.* 17. Synodi Ancyranæ; non poſſe per hyemantes intelligi dæmoniacos, quandoquidem dicitur, orent inter hyemantes, ac dæmoniaci qui perpetuo inſaniunt non orant. Et qui non perpetuò inſaniunt, fiunt participes ſacrorum. Sed R. in *can.* 17. non dici ipſos hyemantes orare, ſed vt qui inierunt animalia orent inter hyemantes, quod conſiſtere poteſt licet hyemantes non orent, quare infirma eſt ratio Balſamonis.

Ad ſecundam difficultatem, quæ eſt in quo gradu Pœnitentium eſſent illi hyemantes, Reſpondendum eſt, Hyemantes ſeu dæmoniacos fuiſſe inter Audientes, qui eſt ſecundus gradus pœnitentium, non inter ſubſtratos qui eſt tertius gradus, Probatur ex Dionyſio Areop. *lib.* de Eccleſiaſtica hierar. cap. 3. in theoria, his verbis, *Catechumenos autem & energumenos quicunque in pœnitentia ſunt ſancta hierarchia, nos patitur audire ſacram Pſalmorum modulationem, diuinamque ſacrarum ſcripturarum recitationem; ad ſacra autem opera quæ deinceps ſequuntur, atque myſteria ſpectanda non eos conuocat, ſed perfectos integrorum oculos.* Nam & illis verbis manifeſtum eſt Pœnitentes aliquos & Catechumenos fuiſſe ſimul cum Energomenis inter audientes. Sed S. Maximus in dictum locum D. Dionyſii ait, licet inter audientes recenſeantur hæ tres ſpecies perſonarum, ſcilicet Catechumeni, Energumeni, & aliqui Pœnitentes; tamen ſe putare

A D. Dionyſii temporibus, illa tria genera hominum non fuiſſe inter ſe permixta, ſed habuiſſe tria diſtincta loca, in eodem tamen ordine audientium, ita vt pœnitentes eſſent ſoli ſimul, energumeni etiam, & Catechumeni quoque, in eodem tamen loco, & ſtatione generali ſeu ambitu audientium; quod patet ex eodem S. Maximo in *cap.* 6. de cœleſti hierarchia. Confirmatur noſtra ſententia ex additione trium capitulorum *cap.* 7. vbi inceſtuoſi pœnitentes ponuntur inter Energomenos, & Catechumenos, non inter alios fideles. *Qui inceſta, ait, matrimonia contraxerunt, potius numerandos eſſe ſtatuunt noſtri inter Energumenos, vel Catechumenos, quàm inter Chriſtianos Catholicos.* Et adhuc colligitur, B ex eo quod oratio fiebat ſimul pro Catechomenis, Energumenis, & Pœnitentibus; & benedictio illis ſimul concedebatur ab Epiſcopo, & accepta benedictione ſimul ab Eccleſia exire iubebantur à Diacono dicente: *Exite Catechumeni, exite energumeni*, vt conſtat ex *lib.* 8. conſtitutionum Apoſtolicarum *cap.* 6. & 7. Et nominatim etiam habetur apud Dionyſ. Areopag. de Eccleſ. hierarch. c. 7. his verbis. *Deinceps recitetur ſacrorum librorum lectio; ea recitata extra templi ambitum collocentur Catechumeni, & vna cum eis energumeni, & pœnitentes.*

At dices, non videri ex dictis Hyemantes ſeu Energumenos fuiſſe in ſecundo gradu inter audientes, ſed potius in 3. inter ſubſtratos. Nam ex locis ante laudatis D. Dionyſii & S. Maxi- C mi, & Clementis, hyemantes erant cum Catechumenis: at Catechumeni non erant inter audientes in 2. gradu, ſed inter ſubſtratos in 3. gradu. Et ideo locus 3. ſubſtratorum, dicitur etiam locus Catechumenorum, & diſtinguitur à loco audientium. Vt videre eſt in *can.* 14. Synodi Nicænæ, *de Catechumenis* ait, *& qui lapſi ſunt, viſum eſt ſancta & magna Synodo, vt ij tribus annis tantum audientes, poſtea orent cum Catechumenis.* & in *can.* 5 Synodi Neocæſareæ. *Catechumenus*, ait, *ſi in dominicum ingrediens in Catechumenorum ordine ſteterit, is autem peccat, ſi genu quidem flectens audiat, non amplius peccans, ſin autem etiam audiens adhuc peccet, extrudetur.* D In illis enim Canonibus Catechumenorum, & audientium gradus diſtinguuntur; Et ideo ſi energumeni dicuntur fuiſſe cum Catechumenis conſequens eſſe videtur Energumenos non fuiſſe inter audientes qui eſt 2. gradus ſed inter ſubſtratos, & in loco Catechumenorum qui eſt 3. gradus. Sed R ex Balſamone, *can.* 5. Synodi Neocæſareæ, fuiſſe duo genera & ordines Catechumenorum; quidam erant perfecti, quidam imperfecti, perfecti erant inter ſubſtratos in 3. gradu pœnitentium; & ab iis locus Subſtratorum, vocabatur etiam locus Catechumenorum; imperfecti inter audientes in E 2 grado, & ab his locus audientium nunquam vocatus eſt locus Catechumenorum: vnde aliud eſt eſſe inter Catechumenos, aliud in gradu Catechumenorum; Nam qui erant inter audientes (erant quidem inter Catechumenos, quia ibi aliqui Catechumeni audiebant, ſed non erant in grado Catechomenorum) quia ille grados erat ſubſtratorum 3. qui verò erant in loco ſubſtratorum eſſe dicebantur magis in ordine & gradu Catechumenorum, quàm inter Catechumenos; Et de illis Catechumenis qui erant in gradu Catechumenorum intelligendi ſunt patres

Synodi Nicænæ *can.* 14. citato, & Neocæſariæ *can.* 5. oon de Catechumenis qui erant inter audientes, illi enim, non dabant nomen gradui audientium ſed gradni ſubſtratorum; quare cùm dictum eſt à nobis ſupra Hyemantes ſeu dæmoniacos fuiſſe inter Catechumenos non inde ſequitur fuiſſe in 3. gradu pœnitentium, ſed in 2. erant enim & Catechumeni in 2. gradu, ſicut &, in 3. ſed ab iis qui erant in 2. gradu, ipſe ſecundus non dicebatur locus Catechumenorum, ſed tantum ab iis qui erant in 3. Neque oos diximus hyemantes eſſe in gradu Catechumenorum, ſed tantum inter Catechumenos quod longè diuerſum eſt, vt patet ex ſuprà dictis.

DISTINCTIO XXXIV.

Can. 9. 10. HIc etiam agitur de caſtitate, & puritate neceſſaria vt quis ordinetur; tùm etiam de Venatione. Non poteſt igitur ordinari, qui priùs vxorem habuit non Virginem *can* 9. *&* 10. Can. 13. 15. & Viduam *can.* 3. *&* 15. Vidua vero eſt, cuius maritus eſt mortuus, *can.* 16. ſiue ante, ſiue poſt Baptiſmum *can.* 13.

Can. 14. 8. Non poteſt etiam ordinari Bigamus, id eſt qui duas vxores habuit: ita enim accipitur *can.* 10. *&* 14. & diſtinguitur ab eo, qui Viduam, ſeu non virginem duxit, dicto *can.* 10. vt *can.* Can. 20. 18. Et Sponſa alterius, quam aliquis poſteà duxit, non affert obſtaculum, quin ea mortuâ vel conuersâ quis poſſit ordinari *can.* 20.

Can. 15. 16. Nec item poteſt ordinari qui habuit vnicam vxorem, ſed eiectam à priore marito *can.* 15. ejecta autem eſt, quæ à marito viuente proiicitur *can.* 16. id eſt quæ libello repudii dimiſſa eſt Can. 11. & 12. puta propter adulterium, vt *can.* 11. *&* 12. Vel quæ fuerit eiecta propter adulterium, ab ipſo qui vult ordinari; nam non poterit ordinari *can.* 11. *&* 12. quod ſi poſt ordinationem ea adultera fuerit, debet eam eiicere, & interim tamen ipſe ſit à miniſterio alienus *dicto can.* 11. *&* 12.

Can 15. & 16. Nec item poterit ordinari qui duxit meretricem *can.* 15. meretrix eſt quæ multorum libidini paret *can.* 16. nec item qui duxit ancillam vel aliquam de iis quæ ſpectaculis publicis mancipantur *can.* 15.

Can. 4. 5. & 6. Nec qui duxit concubinam, quod hic non probatur, ſed probatum eſt ſupra, nam licet hic permiſſum ſit, habere vel vnam vxorem, vel loco vxoris concubinam vnam, *can.* 4. *&* 5. dummodo tales ſint concubinæ, quas poſteà non liceat dimittere, vt aliæ vxores ducantur, vt eſt in *can.* 6. ita enim ſunt accipiendi *can.* 4. *&* 5. & ratio eſt quia concubinatus fuit legitima coniunctio, & Eccleſia concubinatum, vt ſpeciem matrimonii, accepit; nimirum concubinatum illum, de quo agitur in titulo de concubinis: ideoque non reprobauit tale connubium, quod dicebatur concubinatus. Et tamen quia illud Matrimonium dignitate carebat Matrimonii, non immerito etiam vnius concubinæ maritum, voluit ad Ordines admittere: & ita explicandi ſunt hi canones tres 4. 5. & 6.

Can. 7. Denique non poteſt ordinari qui virgo non ſit, & quamcumque aliam mulierem cognouerit *can.* 7. Sed tamen diſpenſatur cum eo qui poſt mortem vxoris etiam de ancilla habuerat filiam

A per ſtuprum *dicto can.* 7.

Prohibetur etiam omnis familiaritas Epiſcopi Can. 1. 19. cum filia ſua *can.* 1. item ne interſint conuiuiis nuptiarum *can.* 19.

Quod ad Venatores Clericos: Venatio certè can. 1. 2. 3. eis eſt interdicta *can.* 1. 2. *&* 3. ſiue cum canibus, ſiue cum auibus fiat, *dicto can.* 2. *&* 3. idque ſub pœna ſuſpenſionis à communione tribus menſibus ſi Epiſcopus ſit, ſi Presbyter duobus, ſi Diaconus omninò, *dicto can.* 2. *Can.* verò 1. mitius eſt actum cum Epiſcopo, quatenùs à collegio tantùm Epiſcoporum eſt excommunicatus: nam *in can.* 2. non videtur agi de illa communione.

Quæres quid Iuris ſi quis iam ordinatus Vi- Can. 18. B duam alterius vxorem duxerit, vel non Viduam ſed ipſemet aliam Virginem duxerit? & Reſpondetur *ex can.* 18. quod ſi Lector Viduam alterius duxerit in Lectoratu debet permanere, nec vlteriùs promoueri; & ſimiliter ſi Bigamus fuerit; ex quo canone confirmatur quod diximus ſuprà, eum qui Viduam duxit, non dici propriè Bigamum *can.* 10. Additur tamen *dicto can.* 18. quod ſi neceſſitas fortè requirat, Subdiaconus fiat, nihil autem ſuprà: quod intelligendum eſt, vel vt dimittatur vxor, vel ſi non dimittatur in locis vbi Subdiaconi vxores habebant. Si verò Subdiaconus ſecundam vxorem duxerit, dicitur *can.* C 17. vt inter Lectores vel Oſtiarios habeatur.

Dicitur *in can.* 10. à Gregorio Papa, inter alia, non eſſe ordinandos Curiæ, vel cuilibet condi- Can. 10. tioni obnoxios: Curiales, ait Maiorianus *in Nouella de Curialibus* ſeruos, vel (vt legit Cuiacius *ex Caſſiodoro lib.* 9. *epiſt.* 2. neruos) Reipublicæ, ac viſcera Ciuitatum nullus ignorat; quorum cœtum rectè appellatum minorem Senatum. Curiales ſunt qui Curiæ aſcripti ſunt *l.* 30. *Cod. de locato.* & *l.* 20. *Cod. de Epiſcopis & Clericis.* Hi ſubibunt munera ſuarum Ciuitatum *l.* 21. *Cod. de Decurionibus & filiis eorum &c.* & dicuntur Curiæ obnoxii, hic: vnde *Curialis* nexus *l.* 58. *de Decurionibus*: curialia vincula, *l.* 9. *&* 155. *de Decurionibus in Cod. Theodoſiano* & oneroſum valdè erat D eorum officium *l.* 7. *Cod. de Hæreticis & Manichæis.* Curiales verò alii erant origine tales, vnde origo Curialis *l.* 48. *de hæreticis. Cod Theodoſiano.* alii qui Curiæ dabantur de qua re vide *l. penult. Cod. de cohortal.* & Clerici indigni, & infames, aut ab Eccleſiæ officio depulſi abalienati, aſcribebantur Curiæ etiam ab Eccleſia *can.* 18. 11. *Quæſt.* 1. ſi quis Sacerdotum, vel reliquorum Clericorum ſuo Epiſcopo inobediens fuerit, aut inſidias ei parauerit, &c. mox depoſitus Curiæ tradatur & recipiat quod iniquè geſſit: qui canon eſt Pij Papæ: & *can.* 8. 3. *quæſt.* 4 qui eſt E Stephani Papæ. & idem conſtitutum eſt *l.* 39. *Cod. Theod. de Epiſcop. & Clericis*: in qua etiam dicitur, vt liber illi vltrà ad Eccleſiam recurſus eſſe non poſſit: Alii vero Curiales origine, ad Clericatum aſpirantes patrimonio mulctabantur *l.* 104. *Curiales Cod. Theodoſiano de Decurionibus.* de qua re conqueritur Ambroſius *epiſt.* 31. *ad Valentinianum Imperatorem lib.* 5. *contra Symmachi relationem.* Sed poſteà ſicut is qui origine eſſet Curialis, etiamſi ſpectabili dignitate veluti Comitiuæ primi ordinis decoratus eſſet, per ſe non per Subſtitutum munera ciuilia obibat, niſi hoc ei ſpecialiter conceſſum eſſet à Principe; & is qui illuſtri dignitate honeſtatus eſſet veluti Magiſterii, ea per Subſtitutum obire poterat,

ſuo periculo *Lege 6. Cod. de Decurionib. & filiis eorum &c.* Idem datum eſt Epiſcopis, & Clericis, vt nimirùm Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi poſſent, ad ſimilitudinem Illuſtrium, obire Curiæ munia per Subſtitutum ſuo periculo, vt colligitur ex poſtremis verbis legis *ad ſimilitudinem Cod. de Epiſcopis & Clericis.* Alii verò Clerici, vt puta Subdiaconi, Lectores, Cantores, Exorciſtæ, Oſtiarii retracti in Curiam per ſe munia obirent *L. ſi quis Curialis. Cod. de Epiſcopis & Clericis*, nec obſtat *Nouella* 123. quæ vt ait Curacius, quod in præteritum indulget, in futurum vetat. Porrò in Decretalibus Curia, & Curiæ tradi, aliter accipitur, nempe pro foro ſæculari, vt *in cap. 1. cùm non ab homine de Iudiciis. Extra. cap. 7. de crimine falſi, & cap. 13. de hæreticis & cap. 17. Nouimus, de verborum ſignificat.* Et apud Iuonem in epiſtolis Curia ſæpiſſimè accipitur pro foro ſæculari, vt *epiſt.* 23. 53. 66. & 137. vt annotat Iuretus.

DISTINCTIO XXXV.

Can. 1. 3. 4. HÆc xxxv. Diſtinctio eſt de Clerico Ebrioſo, & aleatore, & refertur *can.* 1. ea canonibus Apoſtolorum vt Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus Aleæ atque Ebrietati deſeruiens, aut deſinat, aut damnetur. Subdiaconus item, Lector, aut Cantor aut deſinat, aut communione priuetur; nam confuſio eſt prædicare Ieſum eſurientem fartis corporibus, *can.* 4 & licèt aliqui putent ſe inter epulas poſſe pudicitiam ſeruare, falluntur, vt ibidem dicitur & vt eſt in *can.* 3. luxurioſa res vinum & tumultuoſa voluptas & quemadmodum in *can.* 6.
Can. 6. habetur, vbi ebrietas, ibi libido dominatur & furor: & rectè furor, omnis enim qui in iis verſatur, aut his miſcetur, non erit ſapiens; & vinum ſtatum mentis dicitur euertere *d. can.* 6. in quo Apoſtolus vinolentum ſacerdotem damnat. Et Vetus lex prohibet Sacerdotes vinum & ſiceram bibere. Sicera Hebræo ſermone omnis potio nuncupatur, quæ inebriare poteſt *dicto can.* 6. ſed bibunt in Noua, quia in vino eſt Sacramentum, ſed non inebrientur; nolite ait Apoſtolus inebriari vino in quo eſt luxuria *eod. can.* 6. non dixit nolite bibere vinum, quamuis dixerit *can.* 2. bonum eſt vinum non bibere & carnes non comedere: nam vt eſt *in can.* 6. luxuriam facit, & nutrit vini perceptio nimia; non natura ſcilicet vini.

Can. fin. Quarè *can.* vltimo ebrietas vt vitiorum fomes Clericis omninò prohibetur, & eum quem ebrium eſſe conſtiterit, vt ordo patitur, id eſt pro qualitate ordinis ſui, puta Epiſcopalis, aut alterior ordinis, vel triginta dierum ſpatio à communione ſubmouebitur, vel corporali ſupplicio ſubdetur.

Can. 2. Inſuper agitur hìc de eſu carnium, & mirâ ratione diſſuadetur à D. Hieronymo *can.* 2. hac ſcilicet, quod poſt diluuium cum cœpit vſus carnium, cœperit præputium, quaſi Dei
Can. 8. manus plus in nobis creauerit, quàm neceſſe ſit: alia verò ratione diſſuadetur *can.* 8 à D. Ambroſio ſcilicet quod ſexto die beſtiæ ſunt creatæ, & cum beſtiis orta edendi poteſtas, & vſus eſcarum, ita vt ibi & quando cibus cœpit, ibi finis factus eſt creandi Mundi, & cœperit Mundus non creſcere, non habere incrementum: quo iudicio declaratum eſt quod per cibos Mundus haberet imminui, per quem deſiit augeri; qui auctor multa ibidem addidit de ieiunio notanda: nempe primam legem de cibo poſitam in Paradiſo & ſolam; primam inde præuaricationem in cibo, culpam per cibum, latebram poſt cibum, cognitionem infirmitatis in cibo, è diuerſo virtutem firmitatis in ieiunio; Serpentem gulam perſuadere. Dominum ieiunare decernere; gulam de Paradiſo regnantem expellere, abſtinentiam ad Paradiſum reuocare errantem: addit ebrietate læſam pietatem paternam, cùm irriſus Loth, & originem fuiſſe inceſti; atque obſeruari Abrahamum non miniſtraſſe vina in ſuo conuiuio Angelis, ſed immolaſſe vitulum, butyrum & lac exhibuiſſe. Item Ioannem non manducaſſe panem aut bibiſſe vinum, quod qui Chriſtum annuntiat ab omni vitiorum incentiuo præſtare ſe debet alienum.

DISTINCTIO XXXVI.

HIc de Clericis Illiteratis agitur, vt non præſumant promoueri, quia non ſunt can. 1.
apti ſacris officiis *can.* 1. *diſt.* 36. Et non ſolùm Can. 2.
eorum ambitio inefficax redditur, ſed Ordinatores etiam ipſi puniuntur, & quia dederunt ordinem ſacrum ſine ordine contra præceptum Patrum, ipſi etiam eo ordine carebunt *can.* 2.
Si quis ergo vult eſſe Pontifex, non ſolùm vocabulo ſit talis, ſed meritò; & ideo imitetur can.
Moyſen, imitetur Aaronem: nam Moyſes ſemper aut diſcebat, aut docebat; item orabat ſemper: nec ad Bella proficiſcebatur, & dum orabat vincebat; diſcebat à Deo, non ex proprio corde vel humano ſenſu *can.* 3.

DISTINCTIO XXXVII.

ADhuc agitur de Clericorum doctrina, vt can. 1.
ſcilicet non diſcant libros Gentilium, imò nec legant *can.* 1. v. g. non legant Comœdias, ama- can. 2.
toria Bucolicorum verba non canãt, Virgiliũ non teneant on iſtis Euangeliis & Prophetiis *can* 2. Illi enim qui hæc legunt, crimen in ſe faciũt voluptatis id, quod in pueris eſt neceſſitate, *dicto can.* Et Can. 7.
legimus de B. Hieronymo, quod cum libros legeret Ciceronis, ab Angelo eſt correptus, eo quod vir Chriſtianus Paganorum figmentis intenderet *can.* 7. Idcirco verò maximè prohibe- can. 15.
tur Chriſtiano figmenta Poëtarum legere, quia per oblectamenta inanium fabularum, mentem excitant ad incentiua libidinum: non enim ſolùm thura offerendo Dæmonibus immolatur, ſed etiam eorum dicta libentiùs capiendo *can.* 15.
Vnde *can.* 5. monentur Epiſcopi ac Presbyteri, can. 5.
qui filios habent, ne eos ſæcularibus literis erudiant, & faciant illis comœdias legere, & mimorum turpia ſcripta cantata de Eccleſiaſticis forte

ſumptibus; & permittant vt quod in corbanâ pro peccato oblatum eſt, in calendariam ſtrenam & Saturnaliciam ſportulam, & Mineruale munus Grammaticus, aut Orator inſumat, aut in ſumptus domeſticos, Templi ſtipes, aut in ſordida ſcorta conuertat; vt meminerint quod Heli ſacerdos ipſe ſanctus fuit; ſed quia filios ſuos non erudiuit in omni diſciplina & correctione ſupinus cecidit & mortuus eſt *dicto can.* 5. Et imitandi ſunt ii, qui de menſa Regis, & de vino potus eius noluerunt comedere, ne polluerentur:

Can. 3. & 4. Item Clerici non diebus ac noctibus torquebuntur arte dialectica *can.* 3. aut dialecticorum tendiculis, quæ ſunt phantaſmata appellanda *can.* 4. vel quia ſunt ad oſtenſionem & pompam tantum quomodo φαντασιώδη ἐνδύματα, dicuntur à Suida in voce ἀκμὴ, id eſt quæ ad pompam & oſtentum ſeu oſtentationem ſunt confecta atque parata; vel quia dialectica eſt artifex ſtruendi & deſtruendi, verſipellis in argumentis, operaria contentionum moleſta, etiam ſibi ipſi, vt dicit Tertullianus aduerſus hæreticos *cap.* 7. nam etiam apud Heſychium φαντάζεται eſt ἐπιδείκνυται. Quare vt eſt *in can.*

Can. 6. 6. omnem vim venenorum ſuorum in dialectica diſputatione conſtituunt Hæretici, quæ ex Philoſophorum ſententia definitur non aſtruendi vim habere, ſed ſtudium deſtruendi; nec in Dialectica complacuit Deo ſaluum facere populum ſuum: Regnum enim Dei in ſimplicitate fidei eſt, non in contentione ſermonis, *dicto can.* 6. Quod oſtenditur exemplo apud Socratem *lib.* 1. *cap.* 1. Vbi cum in concilio in Bithynia apud Nicæam habito, paulo antequam Epiſcopi in vnum conueniſſent, Dialectici in quibuſdam diſputandi tanquam proluſionibus, aduerſus pleroſque ſe exercuiſſent, & iam ad diſſerendum veniſſent; laicus quidam ex Confeſſorum numero, ſimplici ac ſincero animo præditus, cum illis Dialecticis congreſſus eſt, ſicque contra eos verba fecit: Chriſtum & Apoſtolos artem diſſerendi neutiquam nobis tradidiſſe; neque inanes fallacias, ſed mentem apertam & ſimplicem, quæ fide & bonis operibus integra ſeruari ſolet: quæ cùm dixiſſet cùm alii omnes qui aderant, & eum admirati ſunt, & illius approbauere ſententiam, tùm vt Dialectici vt paruum ſincerum Veritatis ſermonem audierant, æquo animo ac placido conquieuere *dicto cap.* 1.

Can. 14. & 4. Et ideò prohibitum ne ingenioſi homines ex ſcripturis ſacris veriſimilitudines capientes, eas iuxta ſenſum ſuum doceant, & ſecundum propriam ingenii intelligentiam *can.* 14. Sed ex ipſis ſcripturis, non coniectura mentis, *dicto can.* 4. quia, vt ibi dicitur, vino inebriantur, quando ſcripturas malè intelligunt & peruertunt; ſicerâ, quando abutuntur ſapientiâ ſæculari, & tendiculis Dialecticorum; & quicumque ſcripturas non ita intelligit vt rei veritas habet vuam acerbam comedit, *dicto can.* 4. imo qui aliter ſcripturarum verba accipiunt, quàm Spiritus ſanctus ſonat, poſſunt dici Pſeudo prophetæ: qui vero coniectura mentis ſuæ, incerta futurorum quaſi vera pronuntiant, abſque diuinorum authoritate Verborum, ſunt Diuini, ſeu diuinant *dicto can.* 4. Scriptura enim ſacra has parit affectiones hominum: vnde dicebatur ab Origene *num. cap.* 27. Apiarium tentationum. Non eſt exiſtimandum tamen, quin cùm quis ex Diuinis ſcripturis integram, & firmam Regulam Veritatis ſuſceperit, poſſit aliquid aſſumere ex eruditione communi ac liberalibus ſtudiis, quæ fortè in pueritia attigit, ad aſſertionem veri dogmatis *can.* 14.

Can. 8. 2. & 13. Quin etiam ſi in ſæcularibus libris quædam inuenta ſint vtilia, quaſi noſtra poſſimus ſcribere exemplo Moyſis, & Danielis qui literis Ægyptiorum, paſſi ſunt erudiri; quorum tamen ſuperſtitiones horrebant; & Magiſtri Gentium Pauli, qui aliquot verſus Poëtarum ſuis ſcriptis indidit *can.* 8. Quod etiam aliquando neceſſarium eſt ad probationem, vt oſtendamus ea quæ à Sanctis Prophetis ante ſæcula prædicta ſunt, in Græcorum & Latinorum & aliorum libris contineri *can.* 11. vt ſunt ea, quæ ſcripſerunt Sybillæ, vel Orpheus *can.* 13. non quod inde quidem vlla authoritas fidei quæratur; ſed quod Paganorum Veritas reuincatur *can.* 13. Item quia ſcientiæ ſæculares ſuam veritatem habent, vt ſi quis artem nouerit Dialecticam, vt rationem rectè loquendi ſciat, & inter falſa ac vera diiudicet, nec facile decipi poſſit, & idem eſt de Geometria, Muſica, & aliis, quæ ſuam habent veritatem, licet non ſint ſcientiæ Pietatis:

Can. 9. & 10. quia ſcientia Pietatis eſt noſse legem, intelligere Prophetas, Euangelio credere, Apoſtolos non ignorare, vt dicitur *can.* 10. denique vt eſt in *can.* 9. legimus aliqua ne negligantur, legimus ne ignoremus, legimus non vt teneamus, ſed vt repudiemus.

Can. 12. Quapropter Eugenius Papa, cùm ei relatum eſſet, in quibuſdam locis neque eſſe Magiſtros, nec curam adhiberi pro ſtudio literarum; in vniuerſis Epiſcopiis, & aliis locis; in quibus neceſſitas occurreret conſtitui voluit Magiſtros & Doctores, qui ſtudia liberalium artium docerent, quod in his Diuina manifeſtentur ac declarentur mandata, *can.* 12.

DISTINCTIO XXXVIII.

Can. 3. ADhuc de Scientia Sacerdotum agitur quæ ipſis plurimum commendatur, inſcitiaque damnatur, nec digna excuſatione reputatur in Clericis *can.* 3. *diſt.* 38. tanquam Mater cunctorum errorum *can.* 1.

Can. 10. 6. ita vt etiam Epiſcopi propter ſenectutem vel nobilitatem non negligant diſcere etiam ab inferioribus ſuis, *can.* ſi habeant à quo diſcant *can.* 16. quod ſi quis ignorat, ignorabitur *can.* 10. nec omnia ignorans immunis eſt à pœna *can.* 16.

Can. 1. 4. 7. Scientia vero Clericorum hæc eſt: ſcire debent & legere ſcripturas ſacras & Canones *can.* 1. nullique licet Sacerdotum canones ignorare, ne quid faciant quod Patrum poſſit Regulis obuiare *can.* 4. & vt eſt *in can.* 7. qui neſcit ſcripturas, neſcit Dei virtutem eiuſque ſapientiam, ignoratio ſcripturarum, ignoratio Chriſti eſt: quia Chriſtus Dei Virtus & Sapientia *dicto can.* 7. & qui ea quæ Dei ſunt, neſciunt, à Deo neſciuntur, Paulo atteſtante *can.* 10. Vnde placuit vt ordinandis Epiſcopis vel Clericis priùs ab Ordinatoribus ſuis Decreta conciliorum auribus eorum inculcentur *can.* 7.

Can. 6. Deinde etiam definitum eſt, vt ordinandi Pſalmos tenerent *can. vni. diſt.* 83. & *can. 6. hac diſt.* 38. in quo dicitur eum qui ad Epiſcopatum prouehendus eſt, modis omnibus Pſalterium noſſe, & inter alia Metropolitanum inquirere debere, ſi in promptu habeat legere ſcrutabiliter, & non tranſitoriè (ſunt verba Canonis) nam ſi ita non poſſit legere non conſecrabitur.

Can. 2. Item Preſbyteri qui in Parochiis ordinantur debent Libellum officialem à ſuo Sacerdote accipere, vt ad Eccleſias ſibi deputatas inſtructi ſuccedant, ne per ignorantiam etiam in Sacramentis offendant: cùm vero ad Litanias vel ad Concilium venerint, rationem Epiſcopo ſuo reddant qualiter ſuſceptum officium celebrent, vel baptizent *can.* 2. vbi per Litanias, vel Concilium, intellige Synodum Diœceſis, quæ fit cum Litaniis. Litaniarum facit mentionem D. Chryſoſtomus *Sermone antequam ires in exilium*, cras vnà vobiſcum proficiſcar ad Litanias.

Can. 5. Denique & ordinandis & ordinatis Sacerdotibus addiſcendus eſt liber Sacramentorũ, Lectionarios, Antiphonarius, Bapriſterium, Homiliæ per circulum anni Dominicis diebus, & ſingulis feſtiuitatibus aptæ, ne cæcus cæcum ducat, *can. 5. hic.* Legere vero poterunt Epiſcopi Libros Hæreticorum pro neceſſitate aut tempore, *can.* 1 *diſt.* 37. igitur ſi neſcierint literas Clerici, vel Epiſcopi modo ſupradicto, non debent ordinari *can.* 10. *diſt.* 34. in quo ſtatuitur ne Epiſcopus permittat ignorantem literas ad ſacros ordines accedere, eiuſque ordinatio illegitima reputetur; non licet autem Epiſcopo Grammaticam docere *can. 5. diſt.* 36.

Can. 15. 13. 12. Porro eloquentia non neceſſaria Clericis: nam ſatis eſt ſi poſſint ab vniuerſis intelligi *can.* 15. hac *diſt.* imo ſi quis habet eloquij venuſtatem, debet in Eccleſiaſtica interpretatione eam euitare, & diſſimulare, vt vniuerſo loquatur hominum generi, *dicto can.* 15. nam indignum videtur, vt verba cœleſtis Oraculi reſtringantur ſub regulis Donati *can.* 13. & ideo monendi ſunt Scholaſtici, vt non contemnant eos, quos nouerint ampliùs morum vitia quàm verborum deuitare, & corde caſto linguam exercitatam non conferant, & norint ita eſſe præponendas verbis ſententias, vt præponitur animus corpori; ex quo fit, vt ita malle debeant veriores quàm diſertiores audire ſermones, ſicut malle debent prudentiores quam formoſiores amicos: nouerintque non eſſe vocem ad aures Dei, ſed animi affectum; ita enim fiet vt non irrideant aliquos Antiſtites & Miniſtros Eccleſiæ, ſi fortè animaduerterint, vel cum Barbariſmis & Solœciſmis Deum inuocare, vel eadem verba quæ pronuntiant non intelligere, perturbateque diſtinguere: non quod iſta non ſint corrigenda, vt populus ad id quod planè intelligit dicat Amen; ſed quia piè toleranda ſunt, ab eis qui didicerunt vt ſono in foro ſic voto in Eccleſia benedici: itaque forenſis illa nonnunquam forte bona dictio nunquam tamen benedictio dici poteſt *can.* 12. Debent igitur Clerici non habere fucatam orationem ſed ſimplicem, & imitari Socratem qui apud Platonem *initio Apologiæ* ita loquitur: vos autem ex me audituri eſtis omnem veritatem, & non tamen per Deos immortales, ô viri Athenienſes, orationem compoſitam electis verbis, & nominibus, vt faciunt qui horum ſtudioſi ſunt; neque aliquo ornamento fucatam: ſed audietis vulgaribus, vilibuſque verbis loquentem. Et fugiendus eſt potius Barbariſmus morum, quàm ſermonis: ſunt enim verè quidam Barbariſmi morum, teſte Sidonio Apollinari *lib. 9. epiſt.* 3. Porro, ait, quidam barbariſmus eſt morum, ſermo iocundus, & animus afflictus. Sunt & ſolœciſmi teſte Hieronymo *in Heluidium* apud Chriſtianos ſolœciſmus eſt magnus, & vitium, turpe quid narrare vel facere, &c.

Cæterùm notandus hîc eſt *Canon* 14. in quo dicitur quod locutio diuinarum Scripturarum, ſecundum cuiuſque linguæ proprietatem accipienda eſt: habet enim omnis lingua ſua quædam propria genera locutionum, quæ cùm in aliam linguam transferuntur, videntur abſurda. Quæ ſententia D. Auguſtini, confirmatur ab authore Græco Eccleſiaſtici *in prologo*: admoniti igitur eſtote, vt cum beneuolentia, & attentione hæc legatis, & veniam detis ſicubi videbimur circa interpretationem laborando, vim quorumdam verborum non aſſecuti: non enim æquè valent illa cum Hebraicè dicuntur, & cum in aliam linguam tranſlata fuerunt: neque vero ſolum hæc, ſed & ipſa lex, & Prophetæ, & reliqui libri non paruam habent differentiam ſuo ſermone enuntiata. Origenes *Homilia* 19. *in Numeros*, *cap.* 24. Habet, ait, vnaquæque lingua aliquid proprietatis, quod apud alias linguas vitioſum videatur; quod etiam oſtendit exemplo, & propterea D. Baſilius *lib.* 2. *aduerſus Eunomium*, ait, eos, qui ab initio ex Hebræorum lingua in Græcam tranſtulerunt, quædam nomina interpretari auſos non eſſe, ſed ipſam Hebraïcam vocem retinuiſſe, vt Sabaoth, Adonaï, Eloi, & huiuſmodi; nec in diuinis nominibus ſolùm, verum etiam in compluribus aliis hanc reuerentiam adhibuiſſe. Can. 14.

DISTINCTIO XXXIX.

Iſta diſtinctione reprobatur Electio cuiuſdam Epiſcopi, quod nimium vt dicitur ſimplex eſſet; & hoc tempore in regimine Eccleſiæ quis debet eſſe ſollicitus, non tantum de ſalute animarum, ſed de extrinſeca vtilitate & cautela Subditorum, *can. vnico.* Quo referri poteſt illud Gotfridi *lib. 4. epiſt.* 8. quod etiam, inquit, „ præ nimia ſimplicitate quidam damnari mereantur in Propheta apertè monſtratur, vbi ſicut „ oues in inferno poſiti memorantur, oues ibi „ non propter veram innocentiam, ſed propter „ inhoneſtam ſimplicitatem, qui malis reſiſtere „ nolunt vel neſciunt, homines appellat: nam vt „ rectè D. Chryſoſtomus *lib. 3. de Sacerdotio* τὰ γὰρ ἁπλῶς τοῖς ἀρχιερεῦσι γιγνόμενα βασανίζουσιν ἀκριβῶς οἱ πολλοί, ideſt, quæ enim ab Epiſcopis temere ac ſimpliciter fiunt, plerique accuratè ac diligenter excutiunt, penſitata etiam vocis menſurâ, aſpectus habitu, ac riſus quantitate. Atque idem Chryſoſt. *ſerm.* 66. habet quidem ſimplicitas innocentiæ ſuæ gratiã, habet fidei ſuæ fructũ; ſcientiæ præmium habere non poteſt palmam habere non poteſt virtutum: aliud eſt otio & ſecuritati ſuæ viuere, aliud eſt pro omnibus ferre vigilias & labores: ſimplicitas ciuem bonum facit, non facit militem fortem. Hinc eſt quod ille con-

ſum ſoluit, hic ſtipendia percipit & honores.

DISTINCTIO XL.

Can. & ſeqq. HAc diſtinctione oſtenditur Epiſcopum ſibi perſuadere non debere ex eo quod ſit primus in Cathedra, eſſe primum in virtutibus & ſanctitate; nec quod teneat locum Petri, habere eius opera & virtutes, nec enim cum Sedis priuilegia eſt vt quis non poſſit peccare *can.* 1. 2. 3. 4. non enim loca vel ordines Creatori noſtro nos proximos faciunt, ſed ei nos merita bona iungunt, aut mala diſiungunt *can.* 4. Quin *Can. 5. 6. & 7.* etiam ſæpe fit, vt propter altitudinem dignitatis homo cadat fortius in peccatum *can.* 5. vel propter magnitudinem peccati, non obſtante altitudine dignitatis, minùs dignè eam adminiſtret *canone* 5. *&* 7. multis plagis vapulaturus quod populos innumerabiles in gehennam ſecum ducat *can.* 6. Quare rectè Chryſoſtomus *Can. 11.* *can.* 11. multi Sacerdotes, & pauci Sacerdotes; multi nomine, & pauci opere: videte ergo quomodo ſederis ſuper Cathedram, quia non Cathedra facit Sacerdotem, ſed Sacerdos Cathedram; non locus ſanctificat hominem, ſed homo locum, non omnis Sacerdos ſanctus, ſed omnis Sanctus Sacerdos: qui bene ſederit ſuper Cathedram, honorem accipit ab illa; qui malè ſederit, iniuriam facit Cathedræ: ideoque malus Sacerdos de Sacerdotio ſuo crimen acquirit non dignitatem: in iudicio enim ſedens, ſi quidem bene vixeris, & bene docueris, omnium iudex eris; ſi autem bene docueris, & malè vixeris, tui ſolius condemnator eris. Nam benè viuendo, & bene docendo populum inſtruis quomodo debeat viuere, benè autem docendo, & malè viuendo, Deum inſtruis quomodo te debeat condemnare. Quicumque ergo deſiderauit primatum in terra, inueniet confuſionem in cœlo; nec inter ſeruos Chriſti computabitur, qui de primatu tractauerit; nec vnuſquiſque eorum feſtinet quomodo aliis maior appareat, ſed quomodo omnibus inferior videatur: quoniam non qui maior fuerit in honore, ille eſt iuſtior, ſed qui fuerit iuſtior, ille maior. Conuerſatio igitur melior eſt deſideranda, non digñior gradus. Exemplo Adam & Euæ illud *Can. 9. 10. 11.* oſtenditur *can.* 9. illud autem animaduerte, quia extra Paradiſum vir factus eſt, & mulier intra Paradiſum, vt aduertas quod non loci, non generis nobilitate, ſed virtute vnuſquiſque gratiam ſibi comparat: deniqua extra Paradiſum factus eſt, hoc eſt in inferiore loco vir melior inuenitur, & illa quæ in meliore loco, hoc eſt in Paradiſo, facta eſt, inferior reperitur *dicto can.* 9. Adam enim primus homo, pro peccato de Paradiſo eiectus eſt *can.* 11. imo & Angelus de Cœlo, *can.* 10. Loca enim animam ſaluare non poſſunt ſine gratia Dei: nam Loth in ipſa peruerſa ciuitate fuit iuſtus, in monte peccauit *dicto. can.* 10. Conuerſatio, inquam, melior, eſt deſideranda non dignior grados *can.* 11. Et *Can. 8.* valdè in eo laborandum *can.* 7. facilè enim corrumpitur, & ad terram trahitur Sacerdos & Epiſcopus, niſi iuſtè viuatur, ſicut alia corpora: nam Clericatus & Sacerdotium vnum faciunt Preſbyterum, & Electio & Conſecratio vnum faciunt Epiſcopum, quæ omnia faciunt vnum

A corpus *can.* 8. ſicut viri & mulieris digna coniunctio vnum matrimonium verum.

Licet hæc ita ſe habeant, non ideo iudicandi, *Can. 6. & 7.* ſed pro eis orandum *can.* 6. maximè verò pro ſummo Pontifice: huius enim culpas iſtic redarguere præſumit Mortalium nullus, quia cunctos ipſe iudicaturus à nemine eſt iudicandus, niſi deprehendatur à fide deuius, pro cuius perpetuo ſtatu vniuerſitas fidelium inſtantius orat. Multò verò minùs ſunt inde contemnendi tanquam mali; imò ſunt ſemper ſancti exiſtimandi: quis enim ſanctum dubitet eſſe, quem apex tantæ dignitatis attollit? *can.* 1.

B

DISTINCTIO XLI.

HIc agitur de vſu rerum in cibis, & habitu, *Can. 1. 2. 4.* & inceſſu: & dicitur quod deliciæ quælibet, ſi abſque deſiderio percipiantur, non officiunt; & viles cibi appetenter accepti impediunt profectum abſtinentiæ. Dauid enim aquam malè concupitam effudit, & Helias carnes comedit *can.* 1. ſæpè enim poteſt vt ſine aliquo vitio cupidinis, vel voracitatis, pretioſiſſimo cibo ſapiens vtatur; inſipiens autem fœdiſſimâ gulæ flammâ in viliſſimum olus ardeſcat, C & ſanius quiſque maluerit more Domini piſce veſci, quam lenticulâ more Eſau nepotis Abrahæ, aut ordeo, more iumentorum: non enim proptetea continentiores nobis ſunt pleræque beſtiæ, quia vilioribus alantur eſcis *can.* 1. non enim vſus, ſed concupiſcentia damnatur; nec quantum ſumas intereſt multum, cùm videamus aliorum ſtomachum citiùs ſaturari; ſed quantâ facilitate & ſerenitate animi careat, qui capit, & ſi dicat eum Paulo; ſcio & minus habere, ſcio & abundare *can.* 4.

Verùm hi qui diuites aut delicati ſunt, dum *Can. 3.* D viuunt delicatè ſuperfluis, debent inopibus dare neceſſaria: non cogantur diuites pauperum cibis veſci, vtantur conſuetudine infirmitatis ſuæ, ſed doleant aliter ſe non poſſe: ſi conſuetudinem mutant, ægrotant: vtantur ſuperfluis, dent inopibus neceſſaria; vtantur pretioſis, dent pauperibus vilia *can.* 3.

De cætero Epiſcopus vilem ſupellectilem, & *Can. 7.* menſam, ac victum pauperem habeat; & dignitatis ſuæ authoritatem fide & vitæ meritis quærat. *can.* 7.

Clericus item profeſſionem ſuam habitu, & *Can. 8.* inceſſu probet: & ideò nec veſtibus, nec calceamentis decorem quærat *can.* 8. ſed in veſtibus etiam poteſt fieri vt ornatus propter corpo- E ris curam minimè ſuperuacaneam, & operoſam, placeat æque ac parſimonia cum vili veſte & humili *can.* 5. nam ſæpè ſe vitia eſſe virtutes mentiuntur, vt tenacitas parſimonia; effuſio, largitas; crudelitas, zelus iuſtitiæ; remiſſio, pietas velit videri.

DISTINCTIO XLII.

HAc *diſt.* 42. agitur præcipuè de Conuiuiis quæ fiebant à Chriſtianis in Eccleſia in ſi- *Can. 1.* gnum amoris inter ſe, & beneuolentiæ, quæ dicebantur Agapæ: & quidem eſt dilectio & charitas, *Agape*, teſte Zonara, & Balſamone

in can. 74. *Synodi Trullana.* Vnde conuiuia, quæ propter eam ineuntur, dicebantur etiam Agapæ, ex eodem Balſamone, & Zonara *loco citato*, & Tertullian. *Apologetico*, *cap.* 39. cœna noſtra de nomine ſuam rationem oſtendit, vocatur ἀγάπη, quod dilectio penes Græcos eſt: antiquis enim moris olim fuit apud fideles, vt ſacrorum myſteriorum participatione refecti, ſimul ad epulandum poſteà conuenirent, ita ſcilicet vt cibis è ditiorum penu miniſtratis, ad conuiuium ipſi quoque pauperes ab eiſdem aduocarentur, teſte Zonara *in can.* 11. *Synodi Gangrenſis.* Sed poſteà vnuſquiſque diuitum ſibi cœnam apparabat, quam priuatim abſumebat, non conuocando pauperes, qui eſuriebant aliis ſaturis, priore conſuetudine conuocandi eus ſublatâ; de qua re conqueritur D. Paulus *teſte eodem Zonara loco citato.* Illam tamen conſuetudinem retinuit Eccleſia *can.* 1. in quo excommunicantur hi qui contemnunt Agapatum largitores; & *can.* 3. in quo dicitur, ne quid ex cibis Agapatum damnum auferatur, maximè à Clericis.

Can. 5. 18. Tamen prohibitum fuit ea conuiuia fieri in Eccleſia, & intus in æde, id eſt vt explicat Zonaras *in can.* 74 *Trullanæ Synodi*, intra ſacratum domorum ſepta, *can.* 18. *hac diſt.* 42. & canone 5. permiſſum vero fit, extra illa, ex eodem Zonara *in canonem* 74. *Trullanum.* Ratio

Can. 6 7. eſt, quia in Eccleſia ſeu oratorio nihil aliud geri debet, quàm orare, *can.* 6. *&* 7. *hac diſt.* 42. Ideo autem prohibita ſunt, vt quæ offendiculorum, & contumeliarum, atque inſolentiarum, & nonnunquam etiam coniurationum & ſodalitatum cauſæ eſſent, ex Balſamone *in dictum canonem Trullanum.* Hæ autem fiebant, vt dixi, in Domini honorem & pro pauperibus, teſte Zonara *in can.* 11. *Synodi Gangrenſis*, & Balſamone etiam, in commemorationem Cœnæ Domini, vnde dicebantur ἀγάπαι, id eſt ſanctæ commemorationes, teſte Balſamone *in Synod. Laodicen. can.* 27.

Can. 2. Aliud eſt hoſpitalitas, quâ pro nutrimento ſuſcipiuntur omnes venientes ad nos: ea enim non eſt prohibita, imò omnes recipiendi ſunt, nec examinandi, exemplo Abrahæ, qui ſi omnes non recepiſſet, forſaſſe Angelos reieciſſet, *can.* 2. vbi in eos inquirere, dicitur abſurda curioſitas, & diabolica, & peremptoria quemcumque enim receperis periculum non eſt, cum agitur de pauperibus recipiendis: ſed ſi agatur de Sacerdotibus admittendis, puta quis extraneos veniens ſe in Clero electum eſſe dicat, & ſe Sacerdotem nominet: tunc ſcrutandum eſt an ſit: non enim ſine periculo in talibus indiſcuſſa communicatio eſt, & circa maiora tunc periculum eſt, quia non das, ſed accipis, *can.* 2.

DISTINCTIO XLIII.

Can. 10. Agitur de Prædicatione Clericorum, & Rectorum Eccleſiæ: commendatur vero eis *can.* 1. vt ſint diſcreti in ſilentio, & vtiles in verbo: nam ſicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita indiſcretum ſilentium, eos qui erudiri poterant, in errore derelinquit: arguuntur enim in ſcriptura vtrique, & qui tecta timent dicere nec aperiunt iniquitatem. Prophetæ tui viderunt tibi falſa, nec aperiebant iniquitatem: dicunt aperiebant, clauis quippe apertionis, eſt ſermo correctionis. Hinc eſt quod Spiritus Sanctus in ſpecie linguarum incedit ſuper Paſtores primos; quia quos repleuit, de ſe protinus loquentes facit. Hinc Sacerdos ingrediens tabernaculum, tintinnabulis ambiebatur, quibus ſignificabatur prædicatio: dicitur enim, vt audiatur ſonitus, quando ingreditur & egreditur Sanctuarium in conſpectu Domini, & non moriatur: quaſi dicat Sacerdotem mortuum eſſe, ſi cum ingreditur, vel egreditur, de eo ſonitus non audiatur. Et moritur ſanè coram Deo. Hæc omnia habentur *dicto can.* 1. Quibus congruit Can. 5. *canon* 5. Diſpenſatio, ait, eſt nobis cœleſtis ſeminis iniuncta: væ ſi non ſparſerimus, væ ſi tacuerimus: & paulò poſt, non leue diſcrimen incumbit Pontificibus, ſiluiſſe pro diuinitatis cultu & Eccleſiæ correctione *dicto can.* 5. & certè tanti eſt momenti, vt videatur reus eſſe ſanguinis ſuorum, qui eos non monet, docet, & corrigit; vt de ſe dicebat D. Paulus *can.* 4. mundæ ſunt manus meæ à ſanguine omnium veſtrum; non enim ſubterfugi quominùs annunciarem omne conſilium Dei vobis; quaſi mundus non eſſet à ſanguine eorum, ſi eis Dei conſilium annuntiare noluiſſet: qui cùm increpare delinquentes noluerit, procul dubio tuendo Paſtor occidit.

Non oportet tamen, vt quis inordinatè ad loquendum rapiatur *dicto can.* 1. nam vt dicitur per Moyſem, vir qui fluxum ſeminis patitur, immundus eſt; idem dici poteſt de eo qui patitur fluxum ſermonis *dicto can.* & Paulus cum dixit, inſta opportunè, importunè; ante importunè, præmiſit opportunè, vt importunitas ſit cum opportunitate *dicto can.* 1. debet enim videre eum quibus agat, & an vtiliter agere poſſit: nam ſi qui minimè corrigibiles, aut perſuaſibiles ſint, & permaneant in peccatis, iis nihil diſſerendum, ſed magis proteſtandum vt peccare deſinant; ſin vero eis loquendum ſit, putà quia ij nos prouocauerint; tamen quia non ſunt præparati ad audiendum, oportet prudenter eos eludere: nam nihil omnino reſpondere, auditorum cauſâ vtile non videtur. *can.* 2.

DISTINCTIO XLIV.

Hac Diſtinctione 44. agitur de Conuiuiis, & Comeſſationibus Clericorum. Can. 2. 3. Et primùm prohibitum eſt Clericis in Tabernas 5. 6. intrare *can.* 2. niſi peregrinationis neceſſitate *can.* 4. & multò magis Tabernas habere, & in eis miniſtrare *can.* 3. Imo etiam prohibitum domi ſuæ, ſi quis Paſtorali curâ derelictâ, ſit nimium conuiuijs deditus *can.* 5. & 6.

Item non eſt permiſſum Clericis aut etiam Can. 10. 12. Laicis Conuiuia facere ex Collectis *can.* 10. Conuiuia ex collectis explicat Zonaras *in can.* 55. *Synodi Laodicenæ*, ex qua Synodo deſumptus eſt *dict. canon.* 10. συμβολαί: quæ dicuntur enam ex conſertis *can.* 12. qua de re, fuſius infra hac ipſa diſt.

Præcipue verò prohibentur Comeſſationes, & ebrietates in honorem Martyrum per dies ſolemnes, vel aliis diebus, *can.* 1. *& can. Irreligioſa*

de Conſecrat. diſt. 3. & *leg. vltima de ſpectaculis.* Nam, vt recte D. Hieronymus *lib.* 1. *Epiſt.* 35. *ad Euſtochium.* valdè abſurdum eſt nimiâ ſaturitate honorare velle Martyrem, quem ſcias Deo placuiſſe ieiuniis: & conandum eſt tollere illam conſuetudinem magis monendo, quàm minando, propter multitudinem: ſic enim agendum eſt cum multitudine peccantium: ſeueritas autem exercenda eſt in peccata paucorum; & faciendum vt Deus magis timeatur in noſtro ſermone, quàm nos ipſi in noſtra poteſtate. Itaque prius monendi ſpirituales, aut ſpiritualibus proximi, quorum authoritate, & leniſſimis quoque ſed inſtantiſſimis admonitionibus, cætera multitudo frangatur *dicto can.* 1.

Can. 9. Quod ſi aliqua Conuiuia neceſſario celebrentur alicubi, vt cùm per Kalendas ſimul conueniunt Presbyteri, poſt peractum diuinum myſterium ad neceſſariam collationem, modus iis ſeruandus definitur; vt ſcilicet non quaſi ad plenam refectionem, ſed quaſi ad prandium ibi ad tabulas reſideant, ne ſe inuicem grauent vino & cibis, & ibi non vltra tertiam vicem poculum contingant. *can.* 9. vbi etiam conuiuia illa dicuntur eſſe cœna Dominica Pauli.

Kalendæ verò illæ celebrabantur cuiuſlibet menſis initio, ex Zonara & Balſamone *in can.* 62. *Synodi Trullanæ*: vbi dicitur à Balſamone hanc celebrationem Paganorum introductam in Eccleſiam Conſtantinopolitanam à Theophilacto Patriarcha Conſtantinopolitano, filio Imperatoris Romani Lecapeni: & *dicto can.* 62. prohibitæ ſunt Kalendarum feſtiuitates.

Can. 7. Similiter ſi ad anniuerſarium diem alicuius defuncti, aut aliâ quacumque vocatione, Presbyteri ad Collectam conueniant, præſcribitur ne ſe inebrient, nec quis vel precatus, id eſt rogatus, bibere amore Sanctorum, vel ipſius animæ, id faciat, aut alios ad bibendum cogat; vel plauſus, riſuſque inconditos recipiat; aut turpia ioca fieri, vel vrſo, vel tornatricibus patiatur, nec laruas dæmonum ante ſe ferri conſentiat *can.* 7. Vbi nota mentionem præbibendi ſibi, & inuitandi ſe, ac nominandi caros ſuos, de quo more pleni ſunt omnes libri. Nota etiam Ludos aliquos fuiſſe factos in conuiuiis, pro quibus omnibus ludis, aut fabulis otioſis conuiuiorum definitum eſt, vt in omni Sacerdotali conuiuio, lectio diuinarum ſcripturarum miſceatur *can.* 11. item vt fiat benedictio, & gratiarum actio *can.* 13. nec ante ſacram horam diei tertiam ineantur conuiuia *dicto can.* 12. Nota *can.* 2. Miniſtros Eccleſiæ dici ſeruientes.

Can. 11. & 12.

Can. 10. In *can.* 10. *hac noſtra diſt.* 44. agitur de Conuiuiis Chriſtianorum factis ex Symbolis, & dicitur ex Symbolis, quæ vulgus *comeſſalia* appellat, conuiuia celebrare: & Canon ille ſumptus eſt ex *can.* 55. *Synodi Laodicenæ*; vbi dicitur tantum ἐκ συμβολῶν συμπίνειν & Balſamo exponit ἐκ συνδοσίας, id eſt ex Collatione: Zonaras vero addit πολλῶν διδόντων τινὰ χρήματα. Sed quod additur in verſione Gratiani, non eſt contemnendum: nam propriè Symbolæ videntur dicendæ comeſſalia, id eſt res quas cœnatori ad edendum conferrent, non autem pecunia pro cœna, inde Terentius ait, *eſſe de Symbolis, in Eunucho.*

Heri aliquot adoleſcentuli coiimus in Pyræo
In hunc diem vt de Symbolis eſſemus.

Vbi interpres explicat de Symbolis, de collationibus; vt cibos ſumeremus: vt Alexis *apud Athenæum lib.* 8.

A Ἠξεπίτρεψα συμβολὰς τοίνυν ἅμα
Πῶς συμβολάς, τὶς τινὰς οἱ χαλκίδος
Καί τις εἴλαβεν εἰς συμβολὰς πολὺ ὀψαρίον.

Et illæ Symbolæ poterant eſſe inæquales, cum quis lautiores epulas conferebat quàm alius, inde Pollux, ait μακρὰς ſeu μεγάλας διδόναι συμβολάς. Dicebatur vero Symbola aliquando ἔρανος: Heſychius ἔρανος τὸ ἐκ συμβολῶν δεῖπνον: Didymus *Odyſſ.* λ. ἔρανοι λέγονται τὰ ἐκ συμβολῶν γινόμενα δεῖπνα. & Ariſtophanes *in Acarnenſibus. Actu* 5. *Scena* 2. τοῖς χοιοῖ γάρ τις ξυμβολὰς ἐπέμψατο: vbi Scholia id explicant, & addont λέγεται γὰρ συμβολὴ καὶ ὅτι δίδοται τὸ ἐκ κοινοῦ ἐπιτελούμενον εἰς ἔρανον ὡμολογημένον. Scholiaſtes Pindari *Olymp. Ode* 1. ἔρανος τὸ συνηθροισμένον ὑφ' ἑκάστου τῶν φίλων εἰς κοινὴν ἀπόλαυσιν. Tzetzes *in Heſiod. ad illa verba*, πολυξείνου δαιτὸς: ea ita explicat ἐκ τῆς, inquit, πολυξείνου δαιτὸς, τουτέστιν ἐκ τῶν συσσιτίων, καὶ εἰσφορῶν, καὶ ἐράνων, καὶ ἃ καλοῦμεν καταβόλια. ὅταν κοινῶς τίθεντες δαπάνην συμποσιάζωσι. Illa verò communia, in quibus aliquis Symbolas non confert, idem Alexis vocat ἀσύμβολα, καὶ νῦν πειράζεται δεῖπν' ἀσύμβολα: & Agellio Aſymboli ſunt, qui nihil conferunt ad cœnam. Euſtathius *in Homerum* vocat ἐρανιστὰς τοὺς ἐξ ἐράνων, ἤτοι συμβολῶν συνδειπνοῦντας: & ἔρανον τὴν ἀπὸ κοινοῦ συμβολῆς, ἤγουν καταβολῆς, καὶ δαπάνης πολλῶν τινῶν γινομένην εὐωχίαν. Nam ἐρᾶν eſt fundere, præſtare, conferre. Vnde Athenæus ἔρανον

C ait dici ἀπὸ τοῦ συνερᾶν, & συμφέρειν: Pollux verò ἔρανον explicat nominibus diuerſis vt καταβολάς, φορᾶς, εἰσφορᾶς.

Iſtæ vero Collationes Conuiuiorum poterant etiam fieri in pecunia, vt ait Zonaras hîc; cùm ſinguli pro parte pecuniam conferebant: & Athenæus *lib.* 8. ait veteres vocaſſe illa conuiuia ἀπὸ δόματα τινὰ δεῖπνα: & tam ab illis, quibus conferebantur res comeſſales, vel pecunia ad conuiuium curandum; differebant Conuiuia ſodalitatum, quæ fiebant certis temporibus: nam illa conuiuia fiebant ex ſtipe collatitia Eraniſtarum, id eſt ſodalium, & collegarum, quos Pollux *lib* 6, *cap.* 1. συσσίτους, συνθιασώτας, θιασώτας, ἰσοπολίτας, ἐρανιστὰς appellat. Ariſtoteles autem *lib.* 8.

D *Ethicorum ad Nicomachum cap.* 9. inter genera ſocietatum ponit θιασώτας, & ἐρανιστάς. Illi Religionis cauſâ, & propter ſacrificia conueniebant in vnum: hi propter Conuiuia, ſiue epulas: & *apud Harpocrationem* ἐρανιστὴς ὁ τοῦ ἐράνου μετέχων καὶ τὴν φορὰν ὑπέχων, ἣν ἔδει καταβάλλειν εἰσφέρων: eſt particeps ſodalitij: illi ita dicuntur etiam ab ἐράνοις, id eſt ſtipes ſodalium *in veteribus Gloſſis*: nam ſodales in Collegiis ſtipem conferebant in communem arcam, eamque menſtruam, vt dicitur in *l.* 1. *d. de Collegiis*: quæ dicitur εἰσφορὰ vel καταβολὴ à Polluce *lib.* 8. *cap.* 13. & quod

E illæ ſtipes in vnum conferrentur, & veluti commiſcerentur, dictæ ſunt vulgo κέρματα, vt refert Scholiaſtes Baſilicorũ *Tit. de Collegiis* ἔρανος autem etiam dici poteſt Collecta pecunia in gratiam obæratorum: & ita Heſychius vocat ἔρανον συνεισφοράν Theophraſtus *in Characteriſmo illiberalis*; & Gloſſæ vocant ſtipem collatitiam, ἔρανον: & Theophilus *Inſtitution. de rerum diuiſione.* & in gratiam pauperum, Iob *cap.* 42. & dederat ei vnuſquiſque ouem vnam: hæc eſt enim ſpecies ἐράνου. Vide & Theophraſtum *in oſtentatore* liuare ἔρανος eſt, vel donum collatum à multis, vt ait Suidas, vt pro obæratis; vel etiam collatum à ſodalibus quolibet menſe; vel ſumitur pro rebus quæ conferuntur ad conui-

uium faciendum à multis, & pro conuiuio ipſo. A
ἔρανος multa ſignificat. Suidas ἔρανος ἡ ἐκ τοῦ ἑστίασις, ἡ ἀπαλὰ, εἰσφορὰ, ἡ συλλογὴ, ἡ συνδειπνον: id eſt, eranus, in commune conuiuium, vel mandatum, vel collatio, ſeu contributio, vel collectio, vel aliquid magis ſerium: & Heſychius ἔρανα, συνεισφοραὶ, δῶρα ἃ ἐδίδοσαν ... γνώριμα ἀμοιβαῖα. Vnde & ſignificat menſtruam ſtipem Sodalium, & dona quæ ad contributionem aliquam fiunt, ſiue ad iuuandum pauperem, ſiue ad aliud; & partes ipſas, quæ dabantur in ſpecie, ad conuiuia in commune facienda, quæ dicebantur Symbolæ, vt probatum eſt ſupra. Ad hunc vero canonem noſtrum optime referri poteſt illud *Prouerbior cap.* 23 noli eſſe in conuerſationibus eorum qui carnes ad veſcendum conferunt, quia dantes Symbolas conſumentur. De Symbolis Terentius *in Andria*, cœnauit, Symbolum dedit. Ad hoc alludit Plautus: vbi ille qui à pluribus verbera accipere debebat, ait, ſine meo ſumptu; paratæ iam ſunt ſcapulis Symbolæ. *& Sticho Act.* 3. *Scen.* 1. eò condiat in Symbolum ad cœnam: & Curculio. *Act.* 4. *Scena* 1. Symbolorum Collatores. & cùm non pecunias, ſed cibos in ſporta darent, vt fiebat in Symbolis, vocabant cœnam illam τὸ ἀπὸ σπυρίδος δεῖπνον. Heſychius ἀπὸ σπυρίδος δειπνεῖν, ὁ δειπνίζειν τὸ αὐτὸ δείπνου ἀργύριον, ἢ μέρη ἐν σπυρίδι λαβεῖν, ἢ δοῦναι, id eſt pro cœna argentum, aut partes in ſporta accipere aut dare; vbi vides tàm pecuniam, quàm cibos dari potuiſſe. Demoſthenes ἔρανον vocat συναγωγὴν: vnde Menander ἐπλήρωσε τὸ συναγώγιον, id eſt impleuit collectam.

DISTINCTIO XLV.

Can. 10. HIc ſtatuitur vt Clericus omnis ſit Manſuetus, non aſper in verbis, nec Percuſſor, & miſericordiam cum iuſtitia coniungat. Omnis igitur qui iuſtè iudicat, ſtateram in manu geſtat, & in vtroque penſo Iuſtitiam & Miſericordiam D portat *can.* 10. & oportet vt vigor diſciplinæ regat manſuetudinem; & manſuetudo ornet vigorem; nec vigor ſit rigidus, nec manſuetudo diſſoluta *can.* 14. rectoremqua ſubditis pietas Matrem, diſciplina vero Patrem exhibeat *can.* 17. & alios redarguere, & alios conſolidare *can.* 18. Et quemadmodum in tabernaculi arca erat virga ſimul & manna; ſit in nobis virga diſtrictionis, & manna dulcedinis *can.* 9. quomodo Moyſes, *eodem canone*, clementiam cum ſeueritate iungebat, vt ſibi pro populo non parceret, & ideo parcente populo ipſe ſeuerus eſſet, vtrobique Legatus fortis, vtrobique admirabilis; cauſam populi apud Deum precibus, cauſam Dei apud populum gladiis alligauit *dicto can.* 9. Nam vera iuſtitia compaſſionem habet, falſa verò dedignationem *can.* 15.

Can. 14. 7. & 18.

Can. 9. & 15.

Can. 11. & ſeq. Et ſanè qui dimittit peccatum maximè ei, à quo læſus eſt, eleemoſynam facit cordis *can.* 11. 12. & 13 Triplex enim eſt eleemoſyna *dictis can.* 12. 13. ſed non oportet eſſe nimiam miſericordiam *can.* 17. quæ enim eſt bonitas? quæ miſericordia, vni parcere, & omnes in diſcrimen adducere? *eod. can.* 17.

Can. 16. 6. & 5. Contra etiam non debent eſſe nimium ſeueri Clerici aut Iudices: ſeueritas enim non illuminat cœcum, non ſanat ægrotum, non curat A infirmum; ſed magis occidit, atque in deſperationem ducit *can.* 16. Plus enim operatur charitas quàm poteſtas; plus exhortatio quàm comminatio, *can.* 6. & ſæpius accidit, eos qui ſeueriores ſunt, quæ ſua ſunt quærere, non quæ Ieſu Chriſti *can.* 6. & *can.* 5.

Multò verò minùs debent caſtigando verberare, percutere *can* 1. a 7. & 8. ſcriptum eſt enim in canonibus, Paſtores facti ſumus non percuſſores. In tantum vero ſuadetur miſericordia, vt nec Iudæi cogendi ſint ad noſtram Religionem conuerti *can.* 3. 4. 5. ſicut enim homo proprij arbitrij voluntate periit, ſic vocante ſe gratiâ Dei, B propriæ mentis conuerſione ſaluatur *dicto can.* 5. tamen ſi qui Iudæi iam ſuſceperint Chriſtianitatem licet coacti; quia iam Sacramenta ſuſceperunt, oportet vt fidem, quam etiam vi ſuſceperunt, tenere cogantur, ne nomen Domini blaſphemetur, *eod. can.* 5. Can. 1. 2. 7. & 8. Can. 3. & ſeq.

DISTINCTIO XLVI.

MVlta hic delicta numerantur fugienda Clericis: Primùm arrogantia in docendo, & auſteritas *can.* 1. Secundò adulatio *can.* C 2. in quo dicitur eos, qui adulantur puluillum ponere ſub capite eorum quos laudant, & adulator nimius ab officio degradatur *can.* 3. Can. 1. & ſeq.

Item accuſator falſus damnatur, & excommunicatur *can.* 4. Item maledicus, qui ſi veniam non petierit, degradatur: ſcurrilis etiam, & ioculator Clericus ab officio ſuſpenditur. Can. 4.

Agitur etiam de inuidis & ſeditionariis, vt non ordinentur *can.* 7. & 8. & de vſurariis etiam *dicto can.* 8. Atque nullo modo licet Clericis fœnus exercere: vel lucra ſeicupla accipere *can.* 9. Nec per ſe, nec per alios *can.* 10. Vnicomque fœnus Clericis exercere permiſſum; vt pro his; quæ miſericorditer tribuimus, à Domino multiplicater in perpetuum manſura recipiamus, *dicto can.* 10. de qua viuta Origenes. D Can. 7. & ſeq.

DISTINCTIO XLVII.

HIc rurſus agitur de Vſuris, & nimia habendi cupiditate: & dicitur Virum Catholicum, & præcipue Sacerdotem non ire debere poſt concupiſcentias ſuas *can.* 6. nec nos poſſe aliter Bonorum Authori adhærere, niſi radicem omnium malorum abſcindamus, *can.* 7. nam tota cogitatio auari eſt de auro; & nihil videt niſi per fantaſias auri *can.* 8. & licet auarus nihil E per vſuras ſubtraheret; tamen nimium acquirendo peccaret, propter multorum alimenta, quæ per abundantiam haberet: neque enim magis eſt criminis habenti tollere, quàm cùm poſſis, & abundes, indigentibus denegare *can.* 8. Vnde mirum eſt homines eſſe tam ſollicitos pro terrenis rebus, & fortes, pro cœleſtibus debiles, vt dicitur *can.* 3. Omnes huius ſæculi dilectores in terrenis rebus fortes ſunt, in cœleſtibus debiles: vbi etiam dilectores terræ ſtrium comparantur communibus arboribus, quæ deorſum vaſtæ ſunt, ſurſum anguſtæ; quod in inferiora ſubſiſtant, ad ſuperiora deficiant: cœleſtium vero cupidi Palmis comparantur. Can. 2. & ſeq. Can. 3.

Can. 1. & ſeq. Non tantùm verò in genere prohibetur auaritia A, ſed etiam vſura nominatim *can.* 1. 8. & 3. tàm centeſima, quàm ſeſcupla in frugibus *can.* 2. Et vſurarius non poteſt eligi, aut Conſecrari *can.* 4. niſi per ſimplicitatem peccauerit *dicto can.* iam vero conſecratus Epiſcopus, aut Preſbyter, aut Diaconus, niſi deſinat, deponetur *can* 1. & 2.

Can. 9. Canon verò nonus non ſpectat ad ſuperiora: & in eo oſtenditur, quod non mirandum ſi plures mali, cùm in Arca Noë vbi octo homines, vnus reprobus fuerit; & in domo Abrahæ fuit ancilla eiecta: & ſic de aliis, vbi de Monachis habetur eſſe valdè malos, & valdè bonos. *Canon* verò 10. oſtendit laborandum ne quis culpâ B noſtrâ pereat.

DISTINCTIO XLVIII.

DIſtinctio hæc eſt de Neophyto non ordinando: quod duo ſignificat, vel non ſtatim & nullo delectu quemlibet vbi primùm ſe oſtenderit, ordinare inordinatè, vel etiam ſtatim poſt Baptiſmum; vt oſtenditur hîc. *Can*, 9. & Zonaras oſtendit in *can.* 10. *Concilij Sardicenſis*: qui canon accipit Neophytum primo modo, pro eo qui per ſaltum promouetur ad ordines, celeriter, & ſine probatione. Secundo verò modo pro recens baptizato accipit *Canon* 2. *Synodi Nicenæ*, & 17. *Conſtantinopolitanæ* 2. C

Prohibeotur ergo ordinari Neophyti 1. modo accepti *can.* 2. *Nicenæ Synodi & can* 1. *hac diſt*. Notandum verò eſt in *hoc can.* 1. verſionem habere, mortale peccatum, cum tamen Synodus Nicæna habeat animale ψυχικὸν ἁμάρτημα; & aliqui per animalia peccata intelligi putant ea quæ ex animæ paſſionibus proueniunt, vt ex ſuperbia, inobedientia, & aliis, teſte Balſamone *in can.* 2. *Synodi Nicænæ*. Verum ipſe exiſtimat ſic dici omne peccatum, quod affert perniciem animæ, illudque dici animale, ſiue ex corporis ſiue ex animæ appetitione deſcendat, & omnia peccata dici animalia etiam quæ ſunt σωματικὰ, id D eſt corporalia: idemque exiſtimat Zonaras *eodem can.* 8. ſuamque ſententiam confirmat illo loco Pauli, 1. *Corinthior. cap.* 44. eſt inquit corpus animale ψυχικόν, & eſt corpus ſpiritale πνευματικόν: & alio loco dicit 1. *Corinth.* 2. 14. animalis autem homo non percipit quæ Dei ſunt: quibus locis animal intelligitur id quod ſequitur cupiditates. Punitur autem ob talia peccatum is qui poſt ordinationem peccauit, nam Baptiſatus & Ordinatus, non punitur ob peccata præcedentia, vt patet ex *can.* 20. *epiſt. D. Baſily*, & *can.* 17. *Apoſtolorum*.

Can. 2. Prohibetur ordinatio Neophyti ſecundo modo accepti *Can.* 2. *hac diſt.* 48 *& dicto can.* 10. E *Synodi Sardicenſis*: nam ideo dicitur in *dicto can.* 2. ordinatè ad ordines eſſe accedendum.

DISTINCTIO XLIX.

HÆc Diſtinctio 49. explicat ad quæ vitia animæ referenda ſint vitia corporis, propter quæ in Veteri Teſtamento Sacerdotes arcebantur à Sacerdotio. Ex quo patet perfectio noſtri Sacerdotij, quod magis attendit ad animorum, quàm corporum vitia. Vide *canonem* 1. & 2.

DISTINCTIO L.

DIſtinctio hæc 50. eſt de Lapſu & reſtitutione Pœnitentium, & Pœnitentibus non ordinandis.

Can. 1. 2. 3. 6. 4. Quod ad primum attinet, certum eſt olim obtinuiſſe hanc ſiue conſuetudinem, vt loquitur *canon* 67. ſiue canonicæ diſciplinæ vigorem *can.* 1. ſiue canonicam inſtitutionem *can.* 33. ſiue diſciplinam *can.* 4. vt qui Clerici ſacrati, lapſi eſſent in quoddam crimen capitale, nec permanerent in gradu B quem habebant, ſed deponerentur; & depoſiti, non vllius ſupplicatione reſtituerentur *can.* 1. ne, vt ibi dicitur, frangatur canonicæ vigor diſciplinæ; & ne talis pœna depoſitionis non ſtatuta & perpetua, ſed temporaliter delata credatur: & *can.* 2. quo lapſus poſt ordinationem, deponitur, & de cætero gradum non adipiſcitur, ita vt contentus ſit animam ſaluare, vt eſt *in can.* 30. item *can.* 3. & 33. vbi Sacerdotes poſt lapſum & crimen manifeſtum ac publicum fornicationis, non poſſunt habere honorem Sacerdotis, ſecundum canonicæ inſtitutionis authoritatem; & *can.* 9. vbi lapſus in peccatum carnis poſt ordinationem, ſacro ordine ita caret, vt ad altaris miniſterium vlteriùs accedere non audeat. C

Can. 26. 27. 33. Vnde cum Eccleſia Romana aliquos reſtitueret, D. Cyprianus *can* 26. & 27. ait eum non debere dimittere hunc vigorem: & cùm hic rigor, vel vigor non placeret omnibus in eius Prouincia, & à multis temperaretur; idem Cyprianus *can.* 35. prohibuit ne lapſos reciperent in eius prouincia, donec de ea re ampliùs viſum eſſet: ideoque etiam Papa Ioannes 8. miratur *can* 4. Vticenſem Epiſcopum apud ipſum interceſſiſſe pro Sacerdote, qui homicidium perpetrauerat, vt in Sacerdotio miniſtraret; quod, ait, nec poſt quantamcumque pœnitentiam concedendum eſt, cùm omninò ſit canonicæ diſciplinæ contrarium: D

Can. 5. 6. 10. & 11. homicida enim non reſtituebatur, ne quidem ſi ſe defendendo paganum occidiſſet, vt eſt in *can.* 6. vbi dicitur ſatius ei eſſe ſi ab officio Sacerdotali recedat, & in hac vita Domino, ſub inferiore habitu, id eſt ordine non ſacro, famuletur, quàm alta indebite quærendo, damnabiliter in profundum mergatur. Quibus verbis ſignificatur non oportere ad gradum maiorem prouehi, eum qui lapſus eſt, & carere etiam acquiſito, vt Papa loquitur in *can.* 5. qui canon eſt etiam de eo qui Paganum occidit: idemque de Abbate, & Diacono, & Subdiacono Monachis, definitum eſt *can.* 10. vt ad ſacrum ordinem quem habebant, poſt lapſum E non debeant prouocari, & alij in eorum locum ordinentur, quod ſint irreuocabiliter depoſiti, vt loquitur ipſe canon; & de Epiſcopo etiam in *can.* 11. vbi abſcedente Epiſcopo criminaliter, id eſt relinquente Sedem ſuam propter crimen, reuocari non debet in locum vnde lapſus eſt: & ideo quia vltra tres menſes vacare non debet Eccleſia, in loco lapſi debet Epiſcopus ordinari, id eſt Eligi: ibi enim vox, ordinari, ſumitur pro, Eligi.

Can. 12. 10. Et *can.* 12. etiam prohibitum eſt, ne quis poſt lapſum, & præuaricationis peccatum, manibus lutulentis atque pollutis myſteria noſtræ ſalutis

tractet.

A Salutis tractet. Quare cum Gregorios Papa audiuiſſet qoendam Satorninum Preſbyterum pro crimine lapſua ſui, à Sacerdotij ordine deiectum, ad explendum tamen miniſterium Sacerdotij præſumpſiſſe accedere, & Deo hoſtias immolare; mandauit *can.* 10. Epiſcopo eius, vt priuaret eum communione Corporis Chriſti, item in pœnitentiam redigeret; ita vt vſque ad diem obitus ſoi io eadem excommooicatione permaneret; & Viaticum tantommodò exitûs ſui tempore perciperet: quod ſi tamen videret illum ita pœnitentiam egiſſe, vt ei iuſtè ad percipiendam communionem inter laicos, & ante exitum, debeat miſereri, hoc in eius poteſtate relioquat: ſed interim vulteum manere in eo ſtatu, & in Capratia ioſula de Monaſteriis ſollicitodinem gerere. B

Can. 40. 65. Hæc verò omnia ita intelliguntur, vt nec poſt pœnitentiam liceret eis reſtitui ad ordinem *can.* 40. & 65. in quo dicitur, vt ſi qoando Preſbyteri, vel Diaconi in aliqua cauſa grauiori conuicti fuerint, qoa eos à miniſterio neceſſe ſit remoueri, non eis manus tanquam pœnitentibus, imponatur id eſt vt iis qui pœnituerint, ſolet poſt pœnitentiam; vel tanquam fidelibus laicis, id eſt velut imponitur fidelibus laicis, hoc eſt qui fideliter vixerunt: oec vnquam permittendum vt rebaptiſati, id eſt renouati per pœnitentiam, quæ Baptiſmus dicitur, ad Clericatus gradum promooeantor.

Can. 30. 67. Tales ergo Clerici, poſt lapſum depoſiti, cum non reuocareotur, pœniteotiam agebant, non quæ eſſet remedium vt reſtituerentur, ſed contenti animam ſaluare *can.* 4. & 30. ſine eoim ſpe reſtitutionis poterant pœnitere, *can.* 67. Sed ex eo quod quis pœnitcotiam, ſcilicet publicam, ageret, non poterat eſſe Clericus *can.* 66. & plerumque ab officij honore depoſiti in monaſterium detrudebantur, & ibi quamdiu viuebaot, laicam tantum cummuoionem accipiebant, vt de iis Clericis qui chartam falſauerint, aut falſum teſtimonium dixerint; aut aliud crimen capitale commiſerint, dicitor *can.* 7. permittitur tamen eis baptiſare *can.* 31.

Can. 66. 7.

Can. 21. 23. 24. Verùm tandem placuit lapſos, poſt pœnitentiam, gradum ſoum dignitatemque recipere *can.* 21. vbi dicitur, vt contumaces Clerici, prout ordo dignitatis permiſerit, ab Epiſcopis corrigantur; & ſi qui prioris gradus elati ſuperbiâ, communionem ſortiſſe contempſerint, aut Ecclesiam frequentare, vel officium ſuum neglexerint implere, peregrina eis communio tribuatur; ita vt cum eos pœnitentia correxerit, reſcripti in Matricula gradum ſoum, dignitatemque recipiant: & *can.* 23. vbi ita loquitur D. Auguſtious: Bene valet Sacerdotes reſtitoi ad honorem ſuum, poſt peractam pœnitentiam; licet in hoc diuerſi diuerſa ſentiant: dicentes non poſſe reſtitui ad honorem; & rationem reddit, cur canones dicaot abſolotè non poſſe reſtitui; ſcilicet propter ſimolataa pœnitentias quorumdam, qui vt reſtituerentur, tempus pœnitentiæ, ſi eſſet certum, implerent etiam ſimulatè, vel etiam propter affectatas hooorum dignitates; & *can.* 24. his verbis; Sacerdos quidem ſi cadit, valet, & habet reſtitutionis locum, poſt dignam pœnitentiam, in hooorem ſuum; Propheta atteſtante, qui ait, nunquid qui cadit, non adiiciet vt reſurgat? & reſtitui ac reuocari oſtenditur multis exemplis, *toto can.* 13. & exemplo Petri *can.* 14. 16. 25. 53. & 54. & Dauidis poſt adulterium, & homicidiom, in honore ſuo peractâ pœnitentiâ permanentis, *can.* 14. 24. & 25. & exemplo ouis perditæ quam Paſtor reportat *can.* 16. Item rationibus ſumptis ex variis locis Scripturæ Sacræ, vt Prophetæ dicentis, peccator in quacumqoe die conuerſus ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor ampliùs *can.* 14. & Pauli, alter alterius onera portate *dicto can.* 14. vbi dicitur, errare eos, qui putant poſt lapſum, & pœnitentiam noo poſſe reſtitui; & non ſolom errare, ſed etiam contra traditas Eccleſiæ claues diſputare, quando dixit, quæcumque ſolueritis, &c. vbi multi loci Dauidis afferuntur. Item ex Malachia *can.* 15. & ex illo loco Apocalypſis, memento vnde cecideris, & ex illo loco Euangelij, gaudeo ſuper vno peccatore *can.* 16. & ex Ezechiele *can.* 17. & ex Iob *can.* 18. & ex Michea *can.* 19. & ex filio Ioſedech cui candida veſtimenta redduntur *can.* 20. & ex alio loco *can.* 28.

Can. 13. 14. 16. &c.

Ex quibus patet varias fuiſſe de ea re obſeruationes, atque ſenteotias; aliis dicentibus poſt lapſum nunquam reſtitui; aliis reſtitui *dicto can.* 16. & *can.* 25. 28. & 29. & ij qui ceoſuerunt reſtituendos eſſe poſt pœniteotiam, ita interpretati ſunt priſcos canones in quibus definitur vt noo reſtituantur, non quod reuera Eccleſia exiſtimaoerit nullatenus eſſe reſtituendos, ſed qood ita abſolutè definiuerit propter ſimulatas pœnitentias quorumdam, & propter affectatas honorum dignitates, id eſt ne poſt lapſum per ſimulatam pœnitentiam quæ fuiſſet præſcripta, reſtitui conareotor: & ita honores affectarent, vt rectè D. Auguſtinus *can.* 23. atque vt idem D. Auguſtinus dicit *can.* 25 non deſperatione indulgentiæ, ſed rigore factum eſt diſciplinæ: & denique ne ſpe honoris Eccleſiaſtici animus intumeſceos, ſuperbè ageret pœnitentiam, placuit ſeueriſſimè, vt poſt actam de crimine damnabili pœnitentiam, nemo ſit Clericos, vt deſperatione temporalis altitudiois medicioa maior & verior eſſet humilitatis, *dicto can.* 25. vbi etiam additur, quod noo ideo ſuperuacaoea putanda eſt eorum diligentia, quia vbi ſaluti nihil detrahebatur, humilitati aliquid addiderunt quo ſalus totius muniretur; quod eſſent fortè experti aliquorum fictas pœnitentias per affectatas honorum potentias: cogunt enim moltas inuenire medicinas, multorum experimenta morborum: vbi tamen concluditur detrahendum eſſe aliquid ſeoeritati. Idem habetur *can.* 29. vbi laudatur etiam ille rigor propter ſimolatas pœnitentias, ſed conſulitur eſſe temperandum: & certè Hormiſda Papa *dicto can.* 29. ſuadet ne tam faciles ſaltem ſint remiſſiones.

Can. 23. 28. 29.

C

D

Hinc verò factum eſt, vt pro diuerſitate, & merito criminis, ſcandali, & pœnitentiæ, aliquando gradus ſeruaretur, aliquando non, vt oſtenſum eſt ſupra: imo vt varia pœna infligeretur, quomodo Sedis honor tantum conſeruatur, & miniſterium adimitur Preſbytero, qui immolauit, ſi poſtea certamen iterum inierit *can.* 5. & Epiſcopus etiam Cathedram tantom retinet, qui nefariis nuptiis fuit implicitus *can.* 28. vt & Diaconus *can.* 31.

E

Can. 5. 28. 31.

Item ooo priuantor communione, qui coacti ſunt per tormenta ſacrificiis idolorum adeſſe, & aliquid de iis edere: diſtinguitur etiam inter eos; qui v. g. in periurio, furto, & fornicatione

Can. 34.

deprehenſi, vel conuicti; & qui de prædictis peccatis clam à ſe commiſſis per occultam confeſſionem Deo ſatisfaciunt coram oculis Dei; nam illi decidunt à proprio gradu, quia ſcandalum eſt populo Dei; his vero ſeruatur ſuus gradus *can.* 34.

Can. 36. 41. 52. Aliquando vero decretum, vt manerent quidem in gradu ſuo, ſed ad altiorem non proueherentur vt *can.* 36. dicitur de eo Sacerdote, qui in obſidione hoſtem occiderit: vt de Diacono etiam dicitur *can.* 41. vbi Epiſcopus propter homicidium deponitur, deinde quindecim annos pœnitet, & denique reliquos dies vitæ ſuæ peregrinando finit: Presbyter verò duodecim annos pœnitet, tres ex his in pane & aqua, & deponitur; Diaconus vero pœnitet per tres annos & ad gradum Sacerdotij accedere non præſumit, & *can.* 52. vbi deprehenſi in fornicatione, ad altiora non poſſunt promoueri. Aliquando fiebat, vt amiſſo gradu, non amitterent Beneficium *can.* 39. in quo Clericus, qui occidit incautâ percuſſione, etſi non habuerit animum necandi, non miniſtrat, quidem more Sacerdotis, ſed ſi Clarus vir ſit, Beneficium ei conceditur, quo ſe ſuſtentet, & ſuos. Aliquando etiam in inferiorem ordinem retrahebantur vt *can.* 6. ita vt in Epiſcopi poteſtate atque arbitrio eſſet, iudicare an lapſi recipiendi eſſent in priſtinum ſtatum, an non, *can.* 22. 30. & 52. Vnde factum, vt in variis locis, & à variis Epiſcop. peccata Clericorum variè punita ſint; vel etiam aliquando variè diſpenſatum: quomodo Papa diſpenſauit cum Clerico homicida præter voluntatem, *can.* 57.

Margin notes: Can. 39. — Can. 6. — Can. 22. 30.

Can. 55. & *ſeq.* Quod attinet ad ſecundum, ſicut Pœnitentiam agere cuiquam non conceditur Clericorum, ita & poſt pœnitudinem ac reconciliationem nulli vnquam laico licet honorem Clericatus adipiſci, *can.* 66. & 67. & *diſt.* 55. *can.* 1. 2. & 3. & *diſt.* 33. *can.* 2. & *diſt.* 61. *can.* 3. Quarè in *can.* 55. *hac diſt.* 50. dicitur ex pœnitentibus, quamuis ſit bonus, Clericus non ordinetur; idemque ſtatuitur *can.* 56. 59. 60. & 61. poſt pœnitentiam, inquam, publicam, non illam quæ non fit publicè *can* 57. idque ſiue vltro illam pœnitentiam aſſumpſerit, ſiue coactè *can.* 58. & *can. vlt.* vbi agitur de Monacho coactè Pœnitente, quod ad ſæcularem conuerſationem tranſiſſet *can.* 58.

Can. 58 68. Pœnitens verò, de quo hîc agimus, dicitur qui poſt Baptiſmum, aut pro homicidio, aut pro diuerſis criminibus, grauiſſimiſque peccatis publicam pœnitentiam gerens ſub cilicio, diuino fuerit reconciliatus altario, *can.* 68. vel qui in Monaſterium retruſus fuerit *can.* 58. nam etſi quis valdè peccauerit, & ita vt dignus ſit agere pœnitentiam publicam, ſed acciderit vt ægritudine, & languore depreſſus Benedictionem quã Viaticum deputamus, per communionem acceperit, & poſtmodum conualeſcens caput pœnitentiæ in Eccleſia publicè non ſubdiderit, quia iam vitiis non detinetur obnoxius, admitti poteſt ad Clerum *can.* 57.

Margin note: Can. 57.

Can. 55, 68. 58. 59. In tantũ vero prohibetur ordinatio pœnitẽtis prædicti, vt ſi quis Epiſc. ſciens talem ordinauerit ordinandi poteſtate priuetur, *can.* 55. & 68. & ordinatus deiiciatur *can.* 58. quod eis etiam prohibitum eſt *can.* 59 Verum tamen eſt aliquando ordinatos non deiici, ſed veniam eis fieri vt maneant in eo ordine, in quo inueniuntur, ſed ademptâ omni ſpe promotionis *can.* 56. vel vt admittantur ad Clerum, ſi neceſſitas aut vſus ex egiſſet, ſcilicet inter Oſtiarios, vel inter Lectores, ita vt Euangelia aut Epiſtolam non legerent; vel denique vt remoti à ſuo gradu in inferiorem retrudantur, puta Diaconi inter Subdiaconos habeantur, idque ita vt manum tamen non imponant, nec ſacra contingant, *can.* 65.

Quomodo autem Pœnitentes publici ad pœnitentiam accederent, oſtendit *can.* 63. & quæ ſint ſeruanda in publica pœnitentia *can.* 64. Can 63. 64.

Porrò *can. vlt.* dicitur de Monachis profeſſis, ſi apoſtatauerint, & ad ſæcularem redierint conuerſationem, vt pœnitentiam agant, ſine qua non accipiant communionem, nec item ſine ea, vel cum ea, aut poſt eam ad Clericatus officium admittantur; pœnitentiâ vero actâ nec adhuc eis permiſſum eſt accipere ſæcularem habitũ, quod ſi præſumpſerint ab Eccleſia alieni habebuntur. Can. vlt.

Can. 21. qui eſt 2. Concil. Agathenſis: Contumacibus Clericis iubetur Communio peregrina tribui, quæ res Eccleſiæ per furtum ſubtrahentibus, etiam relinquitur eiuſdem Concilij *can.* 5. & Concilio Ilerdenſi *cap.* 16. dicitur etiam vt cuiuſlibet ordinis Clericus, reus ſacrilegii prolixiori anathemate condemnetur, & vix quoque Peregrina ei Communio concedatur. Quæſiuere diu & adhuc quærunt viri magni, quid ſit Cõmunio Peregrina in illis locis, & nondum inuenerunt. Ego etiam quæſiui in *lib. de Pœnitentia*, nec tamen hîc eamdem ſententiam defenſurus ſum: longè enim alia nunc ſedet, aut vera niſi fallor & certa aut admodum ſaltem probabilis.

Omiſſis ergo aliorum opinionibus ac coniecturis, ſentio Cõmunionem Peregrinam, nihil aliud eſſe, quàm Cõmunionem quæ datur in fine vitæ, & Peregrinationis noſtræ ad aliam vitam, quæ alio nomine dicitur Viaticũ noſtri itineris in cœlum; & ad id probandum eſt locus ſingularis in *can.* 5. Ep. Canonicæ G. Niſſeni ad Letoium. *Si quis* (ait) *tempore non expleto, à canonibus præſtituto, vitâ excedat, iubet patrum clementia vt effectus ſacramentorum particeps, non viatico vacuus, ad extremam illam & longam Peregrinationẽ mittatur:* ibi enim Viaticum eſt Communio quæ datur in vltima illa peregrinatione, & dicitur Communio Peregrina, ab illa Peregrinatione quæ fit in exitu vitæ, vt patet *ex d. can.* 5. Et confirmatur quia vita noſtra, & exitus noſter nihil aliud eſt quàm Peregrinatio, vt rectè S. Maximus in Homilia de Iuda proditore. *Nos peregrini in hoc mũdo, & hoſpites in hac luce verſamur.* Et D. Baſil. in Pſal. 15. *Sancti viri eſt hanc vitam more Peregrini tranſire, ac ad alteram properare.* Ac proinde nobis opus eſt Viatico ad illam viam capeſſendam, vt habetur apud D. Damaſcenũ in vita Barlaam & Ioſaphat. *Egredimini,* ait, *à mundi vanitate, recedite nec tamen inanes, & vacui; verum ſempiterna vita viaticum ferentes: etenim longum iter vobis ineundum eſt, quodque multo huiuſce vita viatico opus habeat.* Maximè verò opus eſt, Sacramento Corporis Chriſti quod dicitur Viaticum noſtri itineris à Gaudentio tract. 2. *hoc illud eſt Viaticum noſtri itineris, quo in hac vita alimur, ac nutrimur, donec ad ipſum pergamus de hac vita recedentes.* Licet autem aliquis in multa vitia prolapſus eſſet, non priuabatur ſemper, in exitu vitæ, Viatico ad ſalutem neceſſario, vt patet ex *can.* 13. ſyn. Nicænæ 1. *de his qui vitam excedunt, antiqua lex & Canonica nunc quoque ſeruatur, vt ſi quis excedat, poſtremo & maximè neceſſario Viatico non priuetur.* Et ex *can.* 38. *ſyn.* Carthag. 4. & ideo Baſſus dicitur *in Epiſt.* 3.

Sixti Papæ, ita in aliâ ſynodo condemnatos, vt in vltima die viaticum ei non denegetur. Et Lamproniaous etiam referente Syneſio *Ep. 67.* ita excommunicatus fuit, vt ſi accederet mortis neceſſitas, permiſſum ſi omnibus Presbyteris qui tunc aderunt, vt ei communionem adminiſtrent in Liturgiis, &c. Quocirca non eſt mirum ſi in dictis canonibus Concilij Agathenſis & Ilerdenſis, etiam Communio Peregrina tribuatur, ſicut Viaticum, quia Communio Peregrina nihil aliud eſt quàm ea quæ in fine vitæ datur, hoc eſt Viaticum; & magis gratia, quàm pœna reputanda eſt. Non mirum etiam ſi non denegetur peregrinantibus, cum ſit valde neceſſarium, vt dicitur in *dicto can. 13. Synodi Nicenæ*: Et Deus videtur id nobis ſignificaſſe cum permiſit Chriſti ſanguine emi peregrinis agrum figuli; id enim fecit vt oſtenderet in Chriſto nos omnes poſt hanc peregrinationem quieturos, vt rectè Philoſophatur S. Maximus *Homil. ſupra citata.*

DISTINCTIO LI.

can. 2. & 5. DEſignata ſont quædam genera Laicorum; de quibus ad Clericatum peruenire non poſſunt, vt dicitur *can. 2.* inter quos enumerantur multi etiam ex Clericis, *can. 5.* qui in aliquo, ait, crimine detenti ſunt, qui inſaniæ nota aſperſi ſunt, qui ſcelera aliqua per publicam pœnitentiam ſe admiſiſſe confeſſi ſont, qui in hæreſim lapſi ſunt, vel qui in hæreſi baptiſati, aut rebaptiſati eſſe noſcuntur, qui ſemetipſos abſciderunt, aut naturali defectu aut deciſione aliquid minus habere noſcuntur, qoi ſecundæ vxoris coniunctionem ſortiti ſunt, aut numeroſa coniugia frequentarunt, qui vel viduam, vel à marito relictam duxerunt, aut corruptarum mariti fuerunt, qui concubinas aut ſoroicarias habuerunt, qui ſeruili conditioni obnoxij ſunt, qui ignoti ſunt, qui neophyti vel laïci ſunt, qui ſæculari militiæ dediti ſunt, qui Curiæ nexibus obligati ſunt, qui inſcij ſunt litterarum, qui nondom ad triginta annos peruenerunt, qui per gradus Eccleſiaſticos non aſcenderunt, qui ambitu honorem quærunt, qui muneribus honorem obtinere moliuntur, qui à deceſſoribus in ſacerdotium eliguntur; ſed nec ille ſacerdos erit, quem nec Clerus nec populus propriæ ciuitatis elegit, vel authoritas Metropolitani, vel Comprouincialium Sacerdotum aſſenſus ooo exquiſiuit, &c.

can. 1. 2. Inter alios vero præcipuè arcentur ab ordinatione qui ex Curialibus fuerunt, *can. 1. 2. & can. vnic. diſt. 53.* Et ratio affertur dicto *can. 2.* quoniam etſi inueniantor huiuſmodi viri, qui debeant Clerici fieri, tamen quoniam ſæpiùs à Curia repetuntur, cauendum ab his eſt propter tribulationem, quæ ſæpe de his Eccleſiæ prouenit. nec tantum repetebantor inferiores Clerici, ſed etiam Sacerdotes *dicto can. 3.* ordo enim Clericorum diſtinguitur à Sacerdoſio, *dicto can. 3. & can. 10.*

Sciendum quippe eſt Curiales ſeu Decuriones multis oneribus Reipublicæ fuiſſe obnoxios, quorum pondere obruebantur, quæ vt animo æquiore ſuſtinerent, quædam priuilegia adepti ſunt: nam ex quocumque crimine leuiùs quam cæteri coërcebantur; tum filij naturales ſi oblati fuiſſent Curiæ, legitimi fiebant.

Igitor propter illa munera prohibitum erat ne Curiales ordinarentur: nam præter quàm quod Iulianus Imperator, in *Epiſt. ad Bizantios*, ait ſe iis reddere decuriones etſi in Chriſtianorum ſeu vt vocat, Galilæorum Religionem tranſierint, ſiue quid aliud egerint, vt Curiæ munera effugerent, & conſtat *ex Hiſtoria Tripartita lib. 6. cap. 7.* etiam Iuſtinianus in eligendo Epiſcopo iubet vitari quod neque Curialis ſit, neqoe taxeoticæ conditionis; & ſi proſilierint ad Epiſcopatum, Curiæ reddautur, niſi ſi quis per quindecim annos in monaſterio moratus, eligator Epiſcopos; quo caſû liberabitur à curia, ſed retentâ tantùm ſui quartâ patrimonij parte, & aliis partibus relictis Curiæ & fiſco, *Nouel. 23. & Iulianus ibidem §. vlt. de ſeruis aſcriptitiis, & taxeotis, & Curialibus ad Epiſcopatum proſilientibus, vt Curia reddantur.*

Olim tamen Curiales poterant ad Epiſcopatum aſpirare, hac conditione, vt propter onera Curialia patrimonij ſui damnum atqoe diſpendium paterentur, *l. 104. Cod. Theodoſiano lib. 12. Tit. 1.* Curiales, ait, qui Eccleſiis malunt ſeruire quam Curiis, ſi volunt eſſe quod ſimulant, contemnant illa quæ ſubtrahunt: nec enim eos aliter niſi contemptis patrimoniis liberamus: quippe animos diuina obſeruatione deuinctos, non decet patrimoniorum deſideriis occupari, & D. Ambroſius *lib. 5. epiſt. 31. ad Valentinianum Imperatorem contra Symmachi relationem*; ſi priuilegium, ait, Sacerdos & onus Curiale declinet, patria atque Auita, & omnium facultatum poſſeſſione credendum eſt: quomodò hanc Gentiles, ſi haberent, grauarent querelam quod ſacerdos ferias miniſterij ſui emat totius patrimonij ſui damno, & priuatus vniuerſæ commoditatis diſpendio, vſum publici mereatur obſequij prætendens communis ſalutis excubias domeſticæ inopiæ, ſi mercede ſoluatur, quæ miniſterium non vendidit ſed gratiam comparauit: conferte cauſas, vos excuſare vultis Decurionem, cum Eccleſiæ non liceat excuſare Sacerdotem. Et *Epiſt. 29.* Epiſcopi retrahuntur à munere Sacro, & Curiæ deputantur; grauiter gemunt: nam cum ij qui vobis militant certo militiæ tempore ſeruentur, quanto magis etiam eos conſeruare debetis qui Deo militant.

Poſtea etiam inſtitutum vt Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi darent Subſtitutum, per quem Curia adminiſtraretur, ſi vellent patrimonium tueri, alij vero Clerici per ſe onera præſtarent. *Cod. Theodoſ. lib. 12. tit. 1.* quod à Theodoſio & Honorio conſtitutum eſt, ſi qui, ait, ex ſecundo Diui patris noſtri conſulatu Curiam relinquentes Clericorum ſe conſortio manciparunt; ſi iam Epiſcopi, vel Presbyteri, aut Diacones eſſe meruerunt, in ſacris quidem & ſecretioribus Dei myſteriis perſeuerent, ſed aut Subſtitutos pro ſe Curiæ offerre cogantur, aot iuxta legem dudum latam tradant Curiæ facultates: reliqui omnes Lectores, Subdiaconi, vel hi Clerici quibus Clericorum priuilegia non debentur, debitis mox patriæ muneribus præſententur.

Ratio etiam alia eſſe poteſt, cur Sacerdotes è Curialibus non poſſent ſumi, quia vt plurimum Decuriones erant Sordidum Genus hominum, patre incerto proditum, & hominum etiam ſceleratorum, qui propter ſcelus aliquod admiſſum, pœnæ loco Curialium collegio mancipati erant, vt rectè obſeruat Iſidorus *lib. 9 cap. 4.* Collegiati dicuntur, quod ex eorum Collegio

custodiiſque deputentur, qui facinus aliquod admiſerunt. Eſt enim ſordidiſſimum genus hominum patre incerto progenitum; vnde factum eſt, vt ſi Sacerdotes, vel Epiſcopi deliquiſſent, Curiæ ſeruituri mancipaerentur, vt dicitur *can.* 28. 11. *Quæſt.* 1. ſubmotus à Clero, Curiæ tradatur, cui vitæ ſuæ omnibus diebus ſeruiat, ex *can.* 8. 3. *Quæſt.* 4. Clericos quia infamis effectus eſt, à grado debet recedere ac Curiæ tradi ſeruiturus. Confirmatur ex *Nouella Iuſtiniani* 123. *cap.* 19.

Tertio, quia Curialium munus erat ſpecies ſeruitutis, vt patet ex locis citatis; & Curiales quaſi ſerui pœnæ, quomodo hi qui morte damnantur, ſtatim atque ſententiam paſſi ſunt ſerui pœnæ efficiuntur, & Ciuitatem amittunt *l.* 6. §. 3. *de inoff. rupto.* Aliud vero longè eſt quod dicitur *cap. Nouimus* 27. *de Verbor. ſignificat.* Curiæ ſæculari tradi pro eo quod eſt Iudici ſæculari degradatum liberari: nam ibi ita accipitur ab Innocentio 3. quia illa pœna eſt ad inſtar pœnæ Curialium; quomodo in Iure Ciuili hodiè adhuc ager vectigalis dicitur, qui tamen non eſt vectigalis: ſed ad inſtar eius, de illis vero egimus *in additis ad diſt.* 34. *can.* 10. vbi oſtendimus quid ſint Curiales, ſeu Curiæ obnoxij; vt dicitur in *can.* 5. *hac noſtra* 51. *diſt.* & quomodo ad Sacerdotium poſſent peruenire. Imperatores fauore Eccleſiæ hunc rigorem reuocandi Clericos, vel Sacerdotes ad Curiam, variis conſtitutionibus temperarunt, vt diximus illo loco.

Curiales ſunt eiuſdem Curiæ, vt Tribules, Municipes, Feſtus.

Curiæ duorum erant generum: aliæ vbi curabant Sacerdotes res diuinas, vt Curiæ veteres; aliæ vbi Senatus humanas, vt curia Hoſtilia Varro *lib.* 4. *de L. & lib.* 5. Curia, inquit, vbi Senatus Rempublicam curat; illa etiam Curia dicitur vbi cura Sacrorum publica; ab his Curiones. Idemque dicit Feſtus *in voce Curia.* Vbi etiam Curionomæs dicebatur, quod dabatur Curioni ob Sacerdotium Curionatus.

Curia autem à cura dicta ex *Nonnio Marcello.* Curiales ergo ſunt, qui ciuilia munera procurant, & exequuntur. Iſidorus *lib.* 9 *cap.* 4. Moneta verò illa Ciuilia erant diuerſa, vel patrimonialia, vel perſonalia: illa ratione patrimonij, in quo ſumptus maximè poſtulatur; hæc in labore, & ſollicitudine animi conſiſtunt.

Can. 1. 1. Cauſidici etiam qui cauſas egerint, & poſtulauerint, ſeu qui in Forenſi exercitatione verſati fuerint, non debent ordinari *can.* 1. & 2. *hac noſtra diſt.* illi dicuntur Scholaſtici de Foro, in Concilio Sardicenſi *can.* 10. & Theodoretus *Epiſt.* 10. *Helia Scholaſtico*, hortatur eum, vt læſos adiuuet, & *Epiſt.* 46. *Petro Scholaſtico*: & Syneſius *Epiſt.* 154. ſcribit *Domitiano Scholaſtico*, eique commendat vt viduam quandam defendat: & in *can.* 96. *Synodi Carthaginenſis.* Permiſit tamen Synodus Sardicenſis *dicto can.* 10. eos Scholaſticos ordinari, & in *can.* 96. Carthaginenſi, dicitur, conſtituere litium defenſores Scholaſticos. Et Auguſtinus *in Ioannem*, qui habent cauſam, aut debent ſupplicare, quærunt aliquem Scholaſticum, à quo ſibi preces componantur. Scholaſticus ſumitur etiam pro Aduocato in *l.* 2. *Cod. Theod. de Concurſ. Aduocat.* præter, ait, ſolemnes & Canonicas penſitationes multa à prouincialibus Afris indigniſſimè poſtulantur ab Officialibus, & Scholaſticis; nec latet manſuetudinem noſtram ſæpiſſime Scholaſticos vltra modum acceptis honorariis in defenſione cauſarum omnium, & annonas, & ſumptus accipere conſueuiſſe. Sumitur etiam pro literarum liberalium perito. Palladius *hiſtoria Lauſiaca cap.* 26. Eulogius etiam hic fuit diſciplinarum liberaliũ Scholaſticus. Et Rhetores primùm dictos Scholaſticos, notat Tacitus *lib. de Oratoribus*: & Hieronymus *in catalogo illuſtrium Eccleſiaſtic. Scriptorum cap* 99. de Serapione; Serapion, ait, ob elegantiam ingenij, cognomen Scholaſtici meruit.

Non ordinantur verò Cauſidici: nam vt dicitur in *l.* 41. *Cod. de Epiſcopis & Clericis*, abſurdum eſt, imò etiam opprobrioſum, ſi peritos ſe velint oſtendere diſceptationum eſſe Forenſium, ne dum humana lucra attendunt, æterna præmia perdant *can. vlt.*

Secondò non poſſunt qui ordinantur, ſumi ex militia *can.* 1. ſeu qui militauerunt *can.* 2. & 4. & *can. vnico diſt.* 53. Et ratio affertur *can.* 1. quia qui in militia fuerunt, cum poteſtatibus obedierint, ſæua neceſſario præcepta ſunt executi: quin etiamſi non fuerint executi, tamen ex eo quod ad id accincti fuerunt, æquè prohibentur *can.* 4. his verbis, ſi quis poſt Baptiſmum militauerit, & chlamydem ſumpſerit, aut cingulum ad necandos fideles; etiam ſi grauia non admiſerit, ſi ad clerum admiſſus fuerit, Diaconi non accipiat dignitatem. In eo canone dubitari poſſet, quid intelligatur per chlamydem ſumere, aut cingulum ad necandos fideles: & certè hæc non poſſunt ad militiam pertinere, cùm chlamys fuerit etiam militaris veſtis, vt patet ex *l.* 1. *Cod. Theodoſiano de habitu quo vti oportet intra vrbem*, quæ eſt Gratiani, Valentiniani, & Theodoſij: ſine matutini temporis exceptione duntaxat intra mœnia conſtitutus nullus Senatorum habitum ſibi vindicet militarem, ſed chlamidis terrore depoſito, quieta colobiorum, & pænularum induat veſtimenta. Cingulum etiam pertinet ad milites, Petronius

Qui pelago credit, magno ſe fœnore tollit:
Qui pugnas & caſtra petit, præcingitur auro.

id eſt Zona fert loculos. Vnde cincti accipiuntur pro militibus, ab eodem. vt ſi quis cinctus inueniretur apud Daphnem, diſcinctus rediret. Verùm per chlamydem ſuſcipientes, & cingulum, intelligi etiam poſſunt non nudi milites, ſed qui inter eos militarem geſſerunt Magiſtratum, vt colligitur de chlamyde ex *l. citata*: & de Cingulo ex D. Auguſtino *lib. de verbis Domini, tractatu* 19. & refertur *can. militare* 23. *Quæſt.* 1. non enim, ait, de his tantùm militibus ſcriptura loquitur, qui armatâ militiâ detinentur; ſed quiſquis militiæ ſuæ cingulo vtitur, dignitatis ſuæ miles aſcribitur; atque ideo hæc ſententia poteſt dici verbi gratia Militibus protectoribus cunctiſque Rectoribus. Vnde factum eſt vt Iudices etiam ipſi propter poteſtatem dicerentur cincti & cingulum habere, vt patet *ex dicto can. militare*, & Caſſiodoro in *Pſalmum* 29. præcinxiſti me lætitia; perpende verbum, inquit, *præcinxiſti me*: cingulum ſignificat, quod ad Iudicis pertinet dignitatem: nam cuncta poteſtas in ipſo vocabulo noſcitur conſtituta: ſic enim cinctum Iudicem dicimus quando eius faſces, honoreſque declaramus. Vbi nota quare iudex dicatur cinctus, nempe quando eſt ſtipatus faſcibus ſuis, ex quibus vi-

dere eſt eos qui militiam tractarunt non poſſe ordinari, quandoquidem à ſæuis abſtineat non tantum ſancta mater Eccleſia ſed ab omni quoque ſpecie *in can.* 3. *& 4. diſt.* 6. *de pœnitentia*; Et in *dicto can.* 4. agitur de his qui pœnitentiam egerunt propter militiam, vt non poſſint ad militiam redire.

Etſi verò ad perfectum Chriſtianum non poſſit pertinere, bella gerere & arma portare; vnde primi Chriſtiani propter Chriſtum Deum Pacis militiam detrectabant, vt ait Origenes *contra Celſum*; & ad euitanda Belli ſæua *dicto can.* 3. *& 4. diſt. 6. de Pænit. & can.* 4. *hac noſtra diſtinctione* 51. tamen militia non fuit illis prohibita, Tertullianus *Apologetico*: nauigamus & nos vobiſcum, militamus, & ruſticamur, & mercamur: docetque ibidem caſtra plena fuiſſe militibus Chriſtianis, de qua re tamen dubitare videtur, dum quærit an fidelis ad militiam conuerti poſſit, & à militia ad fidem admitti *cap.* 11. *de Corona*. Et certè concludit, & deſerendam militiam ab infidelibus qui conuertuntur, & non tractandam à fidelibus; ſed præcipuæ rationes eius ſunt propter iuramentum factum Chriſto, & Imperatoribus paganis, & propter excubias Templorum & coronas; nec omni ope expellit militiam vt ipſe loquitur. Sic etiam Euſebius refert Diocletiani temporibus, Chriſtianos Milites militare deſuiſſe ἵνα μὴ ἔξαρνοι γένωνται, ne negatores & inficiatores eſſent: & ita Iudæi, vel Religionis cauſâ Miſſionem impetrarunt à L. Lentulo, vt refert Ioſephus, ex literis Dolabellæ ad Epheſios, vel militarunt priùs pacti ſe obſeruaturos ſuos ritos & mores, vt Iudæi fecerunt, qui militarunt Alexandro Magno, vt etiam refert idem Ioſephus.

Hinc eſt quod *in can.* 12. *Niceni* patres grauiter puniant eos milites, qui depoſitâ militia ſub Licinio ſcilicet, vt patet ex *can.* 11. militiam reſumpſiſſent, redeuntes ad vomitum: nam rectè Zonaras *in dicto can.* 12. ait nemini aditum ad huiuſmodi militiam patuiſſe, niſi abdicatâ Religione; Licinius enim, teſte Euſebio, cogebat milites cingulum deponere niſi Dæmonibus ſacrificarent, & colligitur ex *dicto can.* 11. qui cum canone 11. coniunctus eſt, & vnum tantum canonem facit cum eo, in verſione Iſidori, & in verſione Arabica.

Contrà vero in *can.* 3. *Synodi Arelatenſis*. Cùm dicitur, de his, qui arma proiiciunt in pace, placuit abſtineri eos à cõmunione; prohibetur, ne milites in pace, id eſt ceſſante perſecutione, nec coacti aliquid facere contra fidem, deſinant militare; quod ſi deſierint, priuentur communione: nã milites nõ poterãt pro arbitrio vacationem habere, & implenda erant tempora legitima Militiæ, quæ erant 20. annorum *l.* 26. *D. de Teſtament. Milit.* & Sulpitius Seuerus *ad Baſſulam*: quod conſtituit Tiberius cùm antè ſufficerent 16. anni, vt ait Tacitus *lib.* 1. & ideo etiam Eccleſia non admittebat ad Monaſteria milites. S. Gregorius *Epiſt.* 2. ne quis manu ſignatus ante expletam militiam ad Monaſteria migret: nam olim milites notis compungebãtur. Siue ergò fauore diſciplinæ militaris, ſiue fauore Conſtantini contra Tyrannos, id fecerit Eccleſia in Conſilio Arelatenſi, rectè factum eſt. Quod verba illa, *in pace*, ſignificent, ceſſante perſecutione, videri poteſt apud Cyprianum *lib. de Lapſis* multis in locis; & ita etiam loquitur Gregorius Thaumaturgus *in Epiſt. canonica can.* 2. *in fine* ἐν τῇ εἰρήνῃ: & opponit Samuel Petitus, malè commate poſito poſt, proiiciunt, coniungit, in pace, cum ſequentibus, cùm debeat coniungi cum ſuperioribus. Porrò hic proiicere arma, non eſt proiicere in acie, quod capitale eſt; nec deſerere aciem: verba ſunt de his qui arma proiiciunt in pace, placuit abſtineri eos à communione, *dicto can.* 3.

Tertiò non ordinantur etiam ij, qui poſt Baptiſmum in Forenſi exercitatione verſati ſunt, *can.* 10. ſeu qui fideles, cauſas egerunt, hoc eſt poſtulauerunt *can.* 2. Ratio ſumi poteſt ex malis moribus multorum Aduocatorum, qui notantur à multis authoribus, Symmachus *lib.* 1. *Epiſt.* 37. ſcis nempe, ait, in illo Forenſi puluere quàm rara coniunctio ſit facundi oris, & boni pectoris: & Tacitus 3. *Annal.* nec quicquam publicæ mercis tàm venale fuit, quàm Aduocatorum perfidia: & D. Bernardus *lib.* 6. *de Conſideratione, ad Eugenium*. Miror, ait, quemadmodum Religioſæ aures tuæ audire ſuſtinent huiuſmodi diſputationes Aduocatorum, & pugnas verborum quæ magis ad ſubuerſionem quàm ad inuentionem proficiunt veritatis. Corrige prauum morem, & præcide linguas vaniloquas, & labia doloſa claude: hi ſunt, qui docuerunt linguas ſuas loqui mendacium, diſerti aduerſus iuſtitiam, eruditi pro falſitate; ſapientes ſunt vt faciant malum, eloquentes vt impugnent verum.

Quartò non poſſunt ordinari qui functionibus publicis occupati fuerunt, vt eſt *in can.* 3. quia, inquit, conſtat eos in ipſis muneribus etiam voluptates exhibere, quas à diabolo inuentas eſſe non dubium eſt, & Ludorum, & Mimorum apparatibus aut præeſſe, aut intereſſe: nam Magiſtratus præerant ſpectaculis, & exhibebant populo Ludos, & ſcenicas voluptates, vt Prætores *in l.* 29. *&* 32. *Cod. Theodoſ. Tit. de Prætorib.* & legimus Tribunum etiam iis præfuiſſe; qui ideo dicitur Tribunus voluptatum, *l. vlt. Cod. Theod. tit. de Scenicis*; & extat formula Triboni voluptatum apud Caſſiodorum *lib.* 7. *cap.* 10. Per voluptates autem, de quibus mentio fit in noſtro *can.* 3. intelliguntur Spectacula & Ludi, vt à Symmacho *lib.* 10. *Epiſt.* 19. Curules, ait, ac ſcenicas voluptates, Circo & Pompejanæ caueæ ſuggeratis: & *l.* 5. *Cod. Theodoſia. tit. de Scenicis*. & à Tertulliano *lib. de habitu muliebri*; nam omnes ipſæ prophanæ ſpectaculorum facultatum voluptates ex rebus Dei conſtat &c. & Lactantius *lib.* 6. *cap.* 2. ita etiam vocat; & Saluianus *lib.* 6. *de Prouidentia*, & alij.

Quinto non ordinantur qui rationibus publicis ſunt obligati, niſi priùs abſoluti fuerint ab illis, *can.* 1. *diſt.* 53. Et idem eſt de Actoribus, Procuratoribus, Executoribus ſeu Curatoribus pupillorum, *can.* 3 *diſt.* 54. *& can.* 5. *diſt.* 55.

DISTINCTIO LII.

GEneraliter illud in alijs locis conſtitutum eſt, vt non ordinentur Clerici per Saltum; nec admittantur, qui per gradus Eccleſiaſticos non aſcenderunt, vt eſt in *can.* 5. *diſt.* 51. & *in Synodo* 8. *Generali can.* 17. vbi dicitur, vt qui

ordinatur, per gradus Sacerdos procedat, & in vnoquoque ordine tempus præſtitutum adimpleat. Gradus autem, & ordines propriè dicimus Sacerdotum, coordinationem Diaconorum, Subdiaconorum, & Lectorum, vt habet Balſamo in *canon. 89. Synodi Carthagin.* Igitur cum quis ad Diaconatus, & Preſbyteratus ordinem aſcendiſſet, præpoſtero curſu, Subdiaconatus ordine poſtpoſito: id improbatur hac diſtinctione *can. vnico.* Et quia tamen id negligentiâ potiùs quàm ſuperbiâ factum erat, mitiùs agitur, & ſtatuitur vt ab officio Sacerdotali prohibeatur, donec proximo quatuor temporum ieiunio, Subdiaconatus miniſterium ipſi rectè imponatur; & ſic deincept ad maiora officia redire conceditur.

DISTINCTIO LIII.

De ea actum eſt Diſtinctione 52. ſcilicet de iis qui militiæ, vel rationibus publicis ſunt obligati, in Clero, vel Monaſterio non ſuſcipiendis, donec rationes ſuas reddiderint, *can. vnic. hac diſt.* 53. Vide Antonium Auguſtinum *in epitome*, & *canonem 3. diſt. 54.* dicitur autem ſi quis ſit Militiæ, vel rationibus publicis aſtrictus. Militia eſt eorum qui in aliqua Schola inter ſcutatos relati ſunt, & ex hoc ſalaria & commoda percipiunt à principe; vnde ſi quis militauerit, eo mortuo ex communi Scholæ placito, hæredes eius aut liberi, aut vxor, ex his commodis aliquid percipiunt; quod dicitur caſus Militiæ *l. vlt. Cod. de Pignoribus & l. omnino* §. *vlt. Cod. de inofficioſ. Teſtam. & Nou.* 97. vel Creditores, ſi iis eorum pecuniâ Militiam comparauerit, *Nouella Iuſtiniani* 53. & Iuliani *de caſu Militis*: & Militiæ illæ vendi poſſunt conſentiente Quæſtore, dum pro introitu inferantur ſolidi centum. Erat verò certus numerus officialium cuiuſque Militiæ, vt Militantes ſcrinio libellorum erant 7. ſcrinio Epiſtolarum 7. ſcrinio memoriæ 12. & ſic de aliis: illi igitur non poterant ordinari, Militiæ ſuæ aſtricti officio.

Rationibus etiam publicis obligati non poterant ordinari, quales ſunt Rationales Summarum *l. 3. Cod. ſi propter publicas penſitationes* & ſuſceptores tributorum publicorum *l. 8. Cod. de ſuſceptoribus ὁ τῶ μαγίου πράγματος πραιτῶν*, de quo Euſebius *lib.* 2. qui & Procurator Cæſaris, de quo Cuiacius *lib. 8. obſeruation. cap.* 52.

Canon verò. 3. Diſtinctio. 54. non pertinet ad rationes publicas, vt putauit Antonius Auguſtinus, ſed ad rationes Pupillorũ, vt conſtat ex ipſo contextu; quibus obſtricti non poſſunt ordinari niſi poſt additas rationes *dicto can.* 3. Nec obſtat quod dicitur in eo canone, Procuratores, Actores, & executores ſeu Curatores pupillorum: nam executores ibi non ſunt propriè tutores, ſed Commiſſi Curæ negotiorum, quos diſtinguit *Nouella Leonis* 68. à Tutoribus, vel Curatoribus propriè ſumptis, & vocat ἐπιτρόπους; ſuntque hi quibus Teſtator curam Pupillorum & Legatorum præſtandorum committit *L. 107. D. de Legatis* 1. vbi Pacius ex Cuiacio vocat diſpenſatores Legatorum, & dicuntur à Laelio, teſte Cuiacio, & Pacio, ἐπιμελητὰς τοὺς ἐν τῇ διαθήκῃ γεγραμμένους. Talis etiam diſpenſator dicitur ἐπιτροπὴ in Baſilicis, & Miniſter *l. 17. de Legatis* 2. & *in can. 2. diſt.* 87. Executio videtur ſumi pro defenſione, & procuratione.

DISTINCTIO LIV.

Ab Eccleſiæ incunabulis obtinuit ne Serui in ordinem Clericorum aſſumerentur, neue ad ſacros ordines promouerentur *can. 2. 6. & 7. hac diſt. 54. & can. 59. diſt. 50.* quod etiam extenditur ad ſeruos Eccleſiarum *can.* 4. Excipitur niſi priùs à dominis ſuis libertatem recipiant *can. 6. & 7.* vel etiam ab Epiſcopo, ſi ſint ſerui Eccleſiæ *can.* 4. atque digni ſint *can.* 4. 7. & 23. vel niſi dominorum qui poteſtatem eorum habent, conſenſus accedat, *can. 1. hac diſtinctione & can. 59. diſt.* 50. ſupra. Et ſufficit Dominum id ſcire, & non contradicere cùm ordinatur ſeruus eius *can.* 20. nam ex eo quod non contradicente ordinatus eſt, liber & ingenuus erit, *dicto can.* 20. Imo ignorante, poterit nihilominùs fieri liber, & ordinari, ſi Dominus intra annum non eum vindicauerit *dicto can.* 20. nam liberum eſt Domino libertatem dare ſeruo poſt ordinationem *can.* 6. Can. 1. 2. 4. 6. 7. 10. 23.

Oportet igitur vt Dominus det libertatem legitimam, atque libertatis datæ charta ante ordinationem in ambone, ſeu pulpito publicè legatur; & ſi nullus contradixerit, ritè conſecretur *can* 2. & vt eſt *in can.* 12. vt ſub ſcripturæ teſtimonio, vel legitima tranſactione conceſſa ſit libertas; atque vt libertatem dando Domini nullum ſibi in eis obſequium Patroni retentent *can.* 4. excepto peculio, quod poſſunt retinere, vel dare, *can.* 8. ita vt ſi Domini ſibi in eis jus Patronatus retinuerint, non debeant promoueri *dicto can. 4. & can.* 24. ne quando voluerit eorum Dominus, fiant ex ſeruis Clerici *can.* 4. Indeque fit, vt ſerui qui ſunt conditionis originariæ, vt loquitur *canon. 1. diſt. 55. & can. 12. hac diſt.* & quorum Perſona eſt obnoxia poſſeſſionibus; quales ſunt aſcriptitii, quique Conditionarii dicuntur, *can. 59. diſt.* 50. non poſſint etiam ad gradus aſpirare, niſi Domini conſenſerint *can.* 7. 9. 10. 11. 12. 21. & 22.

Permiſit tamen Iuſtinianus ordinari Clericos Aſcriptitios, etiam præter voluntatem Dominorum, ita tamen vt Clerici facti, impoſitam ſibi agriculturam implerent; & Summi Pontifices etiam in eo laborauerunt, vt ordinatio eorum teneret, & tamen Dominorum iura ſalua eſſent, vt monet Gelaſius *can.* 9. Quare, cùm ordinati fuiſſent quidam aſcriptitij cuiuſdam illuſtris viri, alij in Clericos, alij in Diaconos, alij in Preſbyteros, mandat vt Clerici tantùm reſtituantur; Diaconi verò, ait, Vicarium præſtent, aut ſi non habeant, ipſi reddantur poſſeſſionibus & Dominis; is vero qui conſecratus eſt Sacerdos, maneat quidem in eo gradu, ſed amiſſione peculij mulctetur *dicto can.* 9. idemque ſtatuit *can.* 10. vt quidam Leontius tantùm Clericus ordinatus ſequi cogatur conditionis ſuæ naturam quod Clericatus permittit: Antiochus verò, qui factus fuerat Preſbyter ſine conſenſu Dominæ ſuæ; quia propter Sacerdotium reconciliari non poteſt, ſiiu ſua Eccleſia, domina in hoc in quo eſt honore collocare deſiderat, non velut redditum ſibi habeat, ſed pro myſteriorum celebratione ſuſceptum *dicto can.* 10.

Can. 2. Quod ſi quis Epiſcopus factus ſit, licet ſeruus, Epiſcopalis eum ordo liberat à fortuna ſeruili vel aſcriptitia; ſed non à Curiali, vel Officiali: nam & poſt ordinationem durat. Sed & ius Patriæ Poteſtatis ſoluit Epiſcopalis Dignitas *can.* 20. item ſi poſtquam per triennium in Monaſterio permanſerit, Monachus quis poſtea ſit effectus, liber quoque efficitur *dicto can.* 20.

Can. 1. Rationes propter quas ſerui non poſſunt ordinari, multæ aſſignantur. Prima eſt quia qui Diuinæ militiæ eſt aggregandus, debet eſſe immunis, vt à Caſtris Dominicis, quibus nomen eius aſcribitur, nullis neceſſitatis vinculis abſtrahatur *can.* 1. Nam etiam capitale fuit ſeruo B pari ſe in militem allegi, *l.* 11. *D. de re militari.* Militiæ enim comparatur Clericatus à Lactantio *lib.* 5. *cap.* 20. à D. Cypriano *ad Donatum*, & ab aliis.

Can. 5. & 12. Secundo ne Domini eorum, quando voluerint eos faciant ex Clericis ſeruos *can.* 5. & habeant obnoxios *can.* 12.

Can. 6. Tertio quia vilis Perſona manens, vt eſt Seruus, Sacerdotii dignitate fungi non poteſt, canone 6. & quia ita dignitas Clericalis fuſcatur *can.* 12.

Can. 9. Quarto ne Dominorum iura vllâ ratione turbentur, *can.* 9. Nihil enim perire Eccleſiæ ſi C quæ ſunt aliena reddantur *can.* 12.

Can. 12. & 22. Quinto ne fides, & diſciplina Domini blaſphemetur, *dicto can.* 12. denique quia ſicut leges ſæculi ſanxerunt, non poteſt poſſeſſio alienari niſi à proprio Domino *can.* 21.

Can. 2. 6. 19. Cæterùm poſito quod Epiſcopus ſeruum ordinauerit, proprii honoris periculum, & communionis ſubire poteſt *can.* 12. Quæ pœna tamen certa non fuit, & temperata etiam; nam aliquando ſtatutum, vt Clerico in officio permanente, æſtimationem ſerui in duplum præſtaret Epiſcopus Domino, ſi ſeruum ordinaſſet, inſcio & abſente Domino, *can.* 19. aut ſi Epiſcopus D neſciebat eſſe ſeruum, aliique teſtabantur ingenuum eſſe, tunc teſtes ij ſimili redhibitione tenentur obnoxii *dicto can.* 19. Seruus etiam ipſe punitur; nam poſtquam de gradu ceciderit, eius conditionis erit, cuius fuerat antè, vt dicitur *can.* 2. atque ſi per fraudem falſa teſtificatione tanquam eſſet liber, ſit ordinatus, deponetur *can.* 60. Verum tamen eſt hoc potiùs eſſe intelligendum de Clericis ſimplicibus, non de Sacerdotibus, vel Diaconis: nam vt diximus, *ex can.* 9. & 10. Preſbyter non retrahitur ad ſeruitutem, ſed manet in ordine, vel amiſſo peculio, vel officia aliqua præſtando; Diaconus etiam dat Subſtitutum, vt dicebamus ſupra de Curialibus *dicto* E *can.* 9. At vero Clerici, vel redduntur *dicto can.* 9. & 10. vel ſaltem Clerici manentes, impoſitam ſibi, Verbi gratia impleant agriculturam, ſi fuerint aſcriptitii *can.* 10.

Can. 13. ſeqq. In hac etiam 54. Diſtinctione agitur de ſeruis Iudæorum vel Chriſtianis, vel tales fieri volentibus, non quidem ordinandis, ſed à ſuis Dominis ſeparandis. Nam 1. nullum mancipium Chriſtianum Iudæo ſeruire debet *can.* 18. ita vt ſi quis Iudæus comparauerit ſibi mancipium Chriſtianum, illud ad libertatem perducendum ſit, ne Chriſtiana Religio Iudæis ſubdita polluatur *can.* 13. Imo ſi quis Iudæus habuerit ſeruum Iudæum, qui velit conuerti ad fidem, libertate donabitur *can.* 16. & 17. ſiue voluntatem ſuam Iu- A dæus ſeruus teſtatus fuerit, confugiendo ad Eccleſiam, & venerabilia loca fidei gratiâ, *can.* 15. & 16. ſiue extra Eccleſiam, hanc ſuam voluntatem prodiderit *dicto can.* 15. Verumtamen ne ſic Iudæi, ſuis mancipiis priuati, queri poſſint; adhibita eſt diſtinctio, vt ſi quis Verbi gratiâ, ſeruos emerit mercimonii causâ de externis finibus, vt ea vendat, & ſerui illi intra tres menſes dum non eſt qui eos emat, velint fieri Chriſtiani, emi tamen debeant & pretium dari à Chriſtiano emptore: ſi vero intra tres menſes non vendiderit, nec etiam intra tres illos menſes illi ſint teſtati ſe velle Baptiſari, ſed iis elapſis; tunc certè liberi ſunt abſque pretio, quia tunc non ad vendendum, ſed ad ſeruiendum videntur empti B *can.* 15. Verùm tandem quocumque caſu ſtatutum, vt redimeretur omnis ſeruus à ſui Domini poteſtate duodecim ſolidis, ſi Chriſtianus fieri deſideraret, *can.* 18. dummodo quandiu erat in Iudæi poteſtate, non ſit ab eo Iudaiſmi ritu maculatus, vel etiam circumciſus, nam tunc nullo reddito pretio erit liber *can.* 14.

Sunt porrò aliqui ſerui qui ſine conſenſo Dominorum fiunt liberi, & poſſunt ordinari, vt Chriſtiani empti à Iudæis *can.* 13. item ſerui Pagani qui volunt fieri Chriſtiani, ſecundum formam præſcriptam in *can.* 15. 16. 17. & 18.

C Item nec liberti viuente Patrono ad Clericatum poſſunt promoueri *can.* 24. Can. 24.

Sunt vero aliqui ſerui Eccleſiæ, & hi poſſunt libertate donati ab Epiſcopo, vt in Clerum promoueantur *can.* 4. & iubet Gregorius vt priùs fiant Monachi, tunc poſt tempora canonibus præfixa, fiant Clerici *can.* 23. Illi vero, ſi in aliqua Eccleſia Militiæ Clericali aſtricti ſint, non poſſunt ad aliam tranſire; abſolutè verò manumiſſi, poſſunt *cap.* 6. *de ſeruis non ordinandis.* Can. 4. & 23.

Item ſerui Eccleſiæ manumiſſi, poſſunt conſtitui Preſbyteri per Parochias; ſed poteſt eorum D obitum eorum bona pertinebant ad Eccleſiam à qua ſunt manumiſſi *cap.* 7. *eod. tit.* Abbates autem, vel Monachi non poſſunt ſeruum Monaſterii libertate donare, quia ipſi nihil proprium habent *can.* 22. Can. 22.

DISTINCTIO LV.

IN hac diſtinctione 55. repetuntur multæ conſtitutiones de non ordinandis, de quibus dixerat ſupra, vt v. g. de non ordinandis neſariis, illiteratis, bigamis, ſeruilis vel originariæ conditionis, vel Curiæ, vel publicarum rerum neE xibus implicatis, vel publicâ Pœnitentia notatis, vel non congruentis temporis expectatione diſcuſſis, vel corpore vitiatis, *can.* 1. & 3. *hac diſt.* 55. Can. 1. & 3.

Verùm maximè agitur de corpore vitiatis aliqua parte, vt non ordinentur *dicto can.* 1. 3. 12. & 13. *hac diſt.* Adde *canonem* 10. *diſt.* 34. & 59. *diſt* 50. & 5. *diſt.* 53. Inter quos maximè habentur, qui abſciderunt ſemetipſos *can.* 4. *hac diſt.* Vbi dicitur quod ſi quis amputauerit ſibi virilia, non fiat Clericus; quia eſt ſui homicida, & Dei conditionis inimicus: & ſimiliter *can.* 5. in quo etiam qui ſe abſcindunt vt carnali vitio reſiſtant, non poſſunt peruenire ad Clerum. Can. 12. 13. 4.

Imò etiam ſi aliquis ſibi non virilia, ſed vel partem digiti abſciderit volens, & ſine cauſa, in Can. 6.

Clericum eum canones non admittunt *can.* 6.

Can. 7. & *ſeqq.* Aliud eſt ſi quis à Medicis propter morbum, vel a Barbaris exciſus fuerit: nam is poteſt peruenire ad Clerum *can.* 7. Item ſi ita natus ſit *can.* 8. quod vtrumque confirmatur *can.* 9. 10. & 11. Item ſi caſu id acciderit, vt partem aliquam corporis amiſerit *canone* 11. & 12. nam tunc poterit admitti in Clerum, nec admiſſus reiici.

Can. 13. 1. Et tamen adhibenda diſtinctio membrorum, vt ſi amiſerit membrum, cuius defectu non poſſit miniſtrare; vel ſi miniſtret, id non poſſit præſtare ſine ſcandalo, & deformitate, certè non ordinabitur, vt dicitur de eo qui oculum amiſeſit *can.* 13. in tantum vt ſi deſint Clerici in aliquibus Eccleſiis, poſſint Monaſteriales, & Laïci ordinati, vita anteactâ Laïcorum ſequiſitâ, *can.* 1.

DISTINCTIO LVI.

Can. 1. CVm quæritur an filii Preſbyterorum poſſint ordinari, vel agitur de filiis Preſbyterorum legitimis, vel de ſpuriis & illegitimis, quos vocant Occitani *Champis*, quaſi filios Diaboli: nam vox Champis, ſignificat ex Incubis & Succubis natum, vt explicat Gulielmus Pariſienſis.

Can 3. Hoc poſito, non eſt 1. dubitandum, quin filij adulterorum, & ſpurij ſaluari poſſint *can.* 3. vndecumque, enim, homines naſcantur ſi vitia parentum non ſectentur, & Deum rectè colant honeſti & ſalui erunt: ſemen enim hominis, ex qualicumque homine, Dei creatura eſt, & de malè vtentibus male erit, non ipſum aliquando malum erit: ſicut autem boni filij adulterorum, nulla eſt defenſio adulterij; ſic mali filij coniugatorum, nullum eſt crimen nuptiarum, dicto *can.* 3.

Can. 5. 6. 8. Et ratio eſt: nam naſci de adulterio, non eſt eius culpa qui naſcitur, ſed illius qui generat *can.* 5. quod vel ex eo intelligi poteſt, quod Chriſtus vocaturus ad nuptias bonos & malos, voluerit naſci de bonis & malis, *can.* 6. nec ſolùm de alienigenis, ſed etiam de adulterinis commixtionibus; magnam fiduciam præſtans, vt qualicumque modo naſcamus, dum tamen eius veſtigia imitemur, ab ipſius corpore non ſeparemur, vt habetur in *can.* 8.

Can. 4. 9. 10. Deinde quia nec de virtute nec de vitio parentum debet quis laudari vel culpari, erubeſcere vel gloriari; nemo enim inde verè obſcurus aut clarus eſt; imò neſcio quomodo magis reſplendet, qui ex parentibus à virtutibus prorſus alienis, ipſe tamen fuerit de virtute mirabilis *can.* 4. Virtus enim propria vnumquemque ornat; & vitium commaculat: & ſpurius qui propriâ virtute decorabitur, ſuorum parentum non dedecorabitur opprobriis, *dicto can.* 4. nam Iephte inter viros Sanctos Apoſtoli voce numeratus, meretricis eſt filius; & Eſau de Rebecca & Iſaac genitus, hiſpidus tam mente quàm corpore *can.* 5. atque Iſmael *can.* 9. cui vt ſepararetur à populo Dei, non obfuit mater ancilla, ſed obfuit fraterna diſcordia; nec profuit poteſtas vxoris, &c. licèt verum ſit ignobiles plerumque & furentes libidine eſſe procreandos, quando Gens tota adulteriis dedita eſt, vt de Gente Anglorum eruditè notatur *in can.* 10.

Can. 7. 8. Sed cùm ſaluari quoque poſſint, an & ordinari? nam eodem argumento videtur eſſe ordinandos quo ſaluandi, vt probatur *can.* 8. ſicut, ait canon de Chriſto loquens; ille verus eſt Pontifex ex adulterinis natus coniunctionibus, ita qualicumque ordine natus ſit aliquis, tantum vt fidem perfectam habeat, & quod fide tenet operibus impleat, ſitque literatus, & vir vnius vxoris, nequaquam à Sacerdotio repelletur: adde quòd vt eſt *in can.* 7. ſatis peruerſum eſſet, & contra Eccleſiaſticā cenſuram, vt is qui virtute pollet, qui non peccauit, & quem ſua culpa vel facinus ab officii quo fungitur, gradu non deiicit, priuaretur hoc honore, pro quorumdam voluntatibus. Et idcirco nonobſtante quod Epiſcopus Cenomanenſis electus, eſſet filius Sacerdotis, non fuit reiectus ſed aſſumptus pro bono Eccleſiæ *can.* 13. & alius ſimiliter Epiſcopus *can.* 12. qui ex matre non legitima erat natus; & *can.* 2. enumerantur plures etiam Romani Pontifices qui fuerunt filij Subdiaconorum, vel Diaconorum, vel Preſbyterorum, vel Epiſcoporum: ſed non dicitur, an de legitimo Matrimonio vel illegitimo nati. *Can.* 12. *Can.* 2.

Can. 1. 11. 13. Verùm licèt poſſint promoueri filij Sacerdotum, ſi digni videantur; tamen hoc pro Regula aſſumi non debet, ſed potiùs pro diſpenſatione, vt habetur in *can.* 13. & generaliter ſtatutum eſt Preſbyterorum filios à ſacris altaris miniſteriis remouendos, niſi aut in Cœnobiis, aut in Canoniis religioſè probati fuerint conuerſati *can.* 1. & 11. *hac diſt.*

DISTINCTIO LVII.

CAn. *vnico huius Diſtinctionis* is qui in ægritudine, non ſponte, ſed ex neceſſitate fuit baptiſatus, ordinari non debet, niſi poſtea ipſius ſtudium & fides probabilis fuerit, aut hominum raritas exegerit. Dicitur fides Probabilis, pro probata, vt *can.* 9. *diſt.* 74. dicitur, Vita Probabilis, & *can.* 3. *diſt.* 75. dicitur viris probabilibus; vt & *can.* 4. *diſt.* 78. Sic Sacerdotes Probabiles *l.* 3. *lib.* 6. *Tit.* 1. *in Cod. Theod.* Et Symmachus *lib.* 1. *Epiſt.* 8 dicit ſe probabilem Dominis exhibere: & Tertullianus *lib. de anima.* citans illud Pauli 1. *Corinth.* 2. oportet hæreſes eſſe, vt *probati manifeſti fiant in vobis*: non dicit vt probati, ſed vt probabiles, quod idem eſt. Hic canon vnicus ſumptus eſt ex Concilio Neocæſarienſi *cap.* 12. & hæc duo, vt ait Balſamo, concurrere debent, eius fides, & hominum raritas, vt ordinetur: idque obiectum Nouato. Euſebius *lib.* 6. vbi exorciſtarum præſidio, Spiritu malo liberatus eſt, & poſt cùm in tam grauem morbum incidiſſet vt iam mori putaretur, in lecto ἐν τῇ κλίνῃ, in quo decumbebat, aqua circumfuſus, Baptiſmum accepit, ſi modo talem hominem Baptiſmum accepiſſe dicendum ſit. Verùm morbo elapſus, neque cætera quibus poſt Baptiſmum, ſecundum Eccleſiæ canonem, imbui oportuerat, acquiſiuit, neque Domini ſigillo, ab Epiſcopo obſignatus fuit: & addit de Epiſcopo, qui eum ordinauerat Preſbyterum, illum vetitum fuiſſe à Clericis, & Laicis hunc ordinare Preſbyterum, quoniam, inquit, minimè licebat, quemquam in lecto propter morbum Baptiſatum, ſicut huic contigerat, in Clerum aſſumi: hoc modo Monachus factus in ægritudine, & ſua Beneficia reſignans in mani-

bus Aduocati, non cenſetur Monachus. & poteſt ſuum Beneficium repetere; & Pœnitens publicus, qui reconciliationem accepit in ægritudine, ſanitati reſtitutus tenetur Pœnitentiam peragere ex *concilio Arelatenſi* 2. *cap.* 28. & *ex Namnetenſi cap.* 5. vbi ſub ea conditone reconciliabatur, & patet ex Syneſio *epiſt.* 67. de Lamponiano: & Balſamo etiam *in can.* 11. *Synodi Laodicenæ*, ait, tonſum in extremo ſpiritu, non cenſeri Monachum, quod non ſponte tonſus ſit. Illi dicebantur Clinici, non Clerici, quaſi lecto affixi.

DISTINCTIO LVIII.

Can. 1. IN hac Diſtinctione agitur de Monachorum ad Eccleſiaſtica officia promotione; vt ſcilicet nullus Monachus eò perducatur, niſi quem Abbas loci, admonitus, propriâ voluntate obtulerit Epiſcopo *can* 1.

Can. 2. Item vt nullus Epiſcopus de alterius monaſterio repertum, ſiue receptum, vel ad Clericatum promouere poſſit, vel in ſuo Monaſterio Maiorem Monaſterii conſtituere: Quod ſi fecerit, à cæterorum communione ſejunctus, ſuæ tantùm plebis communione contentus ſit; & ille neque Clericus, neque præpoſitus perſeueret *can.* 2. Hoc etiam prohibetur *in can. de Monachis Monaſterio*, *can. Monachi vagantes*, & *can. cum pro vtilitate* 16. *Cauſa Quæſt.* 1. & à Gregorio Magno *lib.* 11. *epiſt* 10. & in concilio Lateranenſi ſub Gregorio de Monachis Nigris.

DISTINCTIO LIX.

Can. 1. & ſeqq. QVemadmodum nemo ſtatim Dux eſſe poteſt, cùm priùs tyro fuerit; nec docere antequam didicerit, *can.* 1. & 4. *hac diſt.* 59. ita nec ad Epiſcopatum aſpirandum niſi per ordinem *can.* 1. 2. 3. 4. 5. & gradibus, vt dicitur *can.* 2. & 4. non ſaltu vt dicitur *eod. can.* 2. ſeu præpropero ſalto, vt dicitur *can.* 7. *diſt.* 61. ita vt in Lectorum primitùs ordine ac gradu Diuini rudimenta ſeruitii præſtet; deinde ſit exorciſta, Acolytus, Subdiaconus, Diaconus &c. alioquin inde magna arguitur ambitio Ordinatorum & inuerecundia, *can.* 3. & remiſſio magna Epiſcoporum *can.* 1. Quæ quidem ambitio redditur inefficax *can.* 10. Inſuper Ordinatores carent eo Ordine quem ſine ordine contra Patrum præcepta crediderint præſumendum *dicto can.* 1. Atque vt in militia cœleſti ſint gradus vt in ſæculari, & Diſcipulatus Magiſterium præcedat *dict. can.* 1. 2. 3. & 4. Sunt enim gradus multi militum *l.* 3. *Cod. de agentibus in rebus* & *l.* 3. *Cod. de Præfecto Prat.* & *l.* 2. *Cod. Theod. de filiis mil. appar.* & *l.* 3. *Cod. de filiis offic. & mil.* Hieronymus *ad Pammachium* aduerſus Ioannem Hieroſolymitanum: finge, inquit, aliquem Tribunitiæ Poteſtatis ſuo vitio regradatum, per ſingula militiæ equeſtris officia ad Tyronis vocabulum deuolutum, nunquid ex Tribuno ſtatim fit Tyro? non, ſed antè Primicerius, deinde Senator, Ducenarius, Biarchus, Circitor, Eques, deinde Tyro: & quamquam Tribunus quondam miles gregarius fit, tamen ex Tribuno non Tyro, ſed Primicerius factus eſt: Dicitur autem hic Clericatus Militiæ cœleſtis. Sic Paulus Commiliſtios A ſuos vocabat Commilitones *ad Philemonem*, *verſu* 2. & Milites Chriſti 2. *ad Timotheum cap.* 2. & Militiam 1. *ad Timoth. cap.* 1. *verſu* 18. & paſſim, vt 1. *Corinth.* 9. *verſ.* 7. ac 2. *ad Timoth. cap.* 2. *verſ.* 24. *ad Philippenſes cap.* 2. *verſ.* 5.

DISTINCTIO LX.

IN hac Diſtinctione 60. conſequenter ad ſuperiorem 59. agitur de ſubordinatione ipſorum ordinum: & Primùm, ſi agatur de Epiſcopo, vt quis in Epiſcopum non eligatur, niſi fuerit in Can. 4. B ſacris Ordinibus conſtitutus *can.* 4. Sacros autem Ordines vocat Diaconatum, & Presbyteratum: hos ſi quidem ſolos Primitiua legitur habuiſſe Eccleſia, *dicto can.* 4. ſed tamen concedit eligi poſſe Subdiaconos, quod ij altari miniſtrent, dummodo ſint ſcientia conſpicui; idque de licentia vel Papæ, vel Metropolitani *dicto can* 4.

Can. 1. 2. 3. Si agatur verò de Archidiacono conſtituendo ab Epiſcopo, vel inſtituendo, requiritur vt ſit Diaconus *can.* 1. 2. & 3.

Si vero de Archipresbytero, vel Decano, vel Præpoſito, hi debent eſſe Presbyteri *can.* 1. 2. & 3. quod ſi Archidiacono, Decano, vel Præpoſito C dignitates illæ conceſſæ ſint, & contemnant ordinari; honore ſuſcepto ſunt priuandi *can.* 3. Ex quo in fine colligitur ſatis eſſe, ſi interim vel in ſacro Ordine ſint conſtituti.

Subdiaconi valdè antiqui ſunt in Eccleſia; de quibus Clemens Romanus *lib.* 2 *cap.* 28. *Conſtitution. Apoſtol.* & *lib.* 8. *cap. vlt.* & *can.* 54. *Apoſtolorum* & Cyprianus de Herennio Subdiacono, & aliis; & Cornelius Papa epiſtola ad Fabium Antiochenum, apud Euſebium *lib.* 6. *cap.* 35. & Caius *epiſt. ad Felicem*. & apud Anaſtaſium, tempore Diocletiani: & Innocentius 1. *epiſt. ad Alexandrum Antiochenum.* Illis autem temporibus non videtur fuiſſe ſacer Ordo Subdiaconatus, nec temporibus Vrbani Papæ primi D *dicto can.* 4. & *cap* 9. *de ætate & qualitate & ordine præficiendorum.* Verùm ſub Vrbano 2. Subdiaconatus in Sacris Ordinibus conſtituebatur, *dict. cap.* 9, anno 1088. imò diu ante, ſcilicet ſub Gregorio Magno, *dicto cap.* 9. & Iſidoro Hiſpalenſi *lib.* 2. *de offic. Eccleſiaſt. cap.* 10. nam & *cap* 7. *de ſeruis non ordinandis*, dicitur à conſtitutione Gregorii atque Vrbani ſecundum moderna tempora, Subdiaconatum Ordinem eſſe factum: quod caput eſt Innocentii 3. Pontificis, qui non longè fuit poſt Vrbanum 2. Iſidorus Hiſpalenſis erat temporibus Gregorii Magni anno 600.

Sed notandum quod contradicunt Romani Correctores canonem 4. qui dicitur à Gratiano E Vrbani Papæ; & ab Innocentio 3. Vrbani 1. ab Iuone *parte* 5. *Decreti can.* 72. dici deſumptum ex Beneuentana Synodo ſub Victore 3. Sumptus autem eſt ex Synodo Beneuentana ſub Vrbano 2. Duæ ſunt enim Synodi diſtinctæ & habitæ de eadem re, nempe de Guilberto, & ita illi rectè exiſtimant *loco citato*, male hanc conſtitutionem referri ad Vrbanum primum: & videtur opinio Romanorum Correctorum valdè probabilis, quia Vrbanus 1. non tam facilè admiſiſſet ordinationem Subdiaconi ad Epiſcopatum: & deinde *dicto cap.* 7. *de ſeruis non ordinandis*, dicitur ſecundum moderna tempora. Olim enim nullus inſtituebatur Archidiacono- Can. 1. & 3.

Archidiaconos, qui non eſſet Diaconos? nec A Archipreſbyter aut Præpoſitus, qui non eſſet Preſbyter, *can. 1. & 3 hac diſt. 60.* & qui tales non eſſent, priuabantur Prælatione *cap. 7. & 8. de ætate & qualitate ordinandorum.* Sed in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio 2. *dicto can. 3.* & in Concilio Remenſi ſub Eugenio 3 *cap. 9* videtur conceſſum vt ſaltem cito ordinarentur; & poſteriores Pontifices id ſequuti: nam Alexander 3. in Concilio Lateranenſi *can. 3.* & refertur, *cap. cùm in cunctis, de electio.* ait, vt ſi admoniti, non fuerint ordinati in Preſbyteros, vel Diaconos præfixo à canonibus tempore, ab illo officio remoueantur. Præfixo autem tempore, B id eſt breui tempore iuxta Conciliinm Lateranenſe ſub Innocentio 2. & Rhemenſe ſub Eugenio. 3. Gregorius verò 10. in Concilio generali Lugdonenſi, *de electione can. 13.* & refertur *cap. licet canon de Electione, in Sexto:* conqueſtus quod canon Alexandri 3. non ſeruetur, conſtituit vt intra annum Rectores Eccleſiarum promoueantur; aut iis priuentur; nec ſit monitio neceſſaria: quem annum gloſſa ait eſſe debere in pacifica poſſeſſione, *dicto cap. licet canon, &* confirmat *ex cap. quam ſit in fine, eod. tit. in Sexto & cap. licet, de præbendis; Extr.* Bonifacius verò octauus *in cap. ſi is de Inſtit. in Sexto, & cap. ſi pro Clericis, de præbendis, eodem libro,* excipit à C Conſtitutione Gregorij Eccleſias Collegiatas Parochiales, cætera confirmat; vt & Clemens 5. *in Clementina vt ij § illi verò, de ætate & qualitate* qui de dignitatibus & perſonatibus, dicit, vt qui non promouentur ad ordines quos dignitates vel perſonatus requirunt, nullomodo vocem habeant in Capitulo, aliis pœnis in ſuo robore manſuris. Et denique eadem Gregorij 10. Conſtitutio confirmatur in Concilio Tridentino *ſeſſ. 7 cap. 3. de Reformat. & cap. 12.*

Sed non fruſtra Clemens quintus Paps, ait, *loco citato*; iuſto impedimento ceſſante: ſunt enim quædam legitima impedimenta, quæ excuſent promotum ab ordinatione: Nam vt D ait Alexander 3. in *cap. Quaris, de ætate & qualitate ordinand.* vel quis non vult ordinari propter conſcientiam occulti criminis, & tunc remoueri debet, niſi propter vtilitatem Eccleſiæ toleretur; vel quis ſolà voluntate tenuit ordinari, & is per amiſſionem locorum, & ſubtractionem Beneficiorum compellendus; vel quis habet defectum, propter quem non poſſit ordinari Preſbyter, putà caret vnâ manu ante promotionem ad dignitatem, & is debet omnino remoueri, & à dignitate, & ab ordine, *cap. expoſuiſti, de corpore Vitiatis.* Quod ſi poſt promotionem, & ante ordinationem ille defectus acciderit, non eſt quidem ordinandus; ſed ali- E qui dicunt, non remouendum ob ſuperuenientem defectum, quod colligunt ex *can. 1. 2. 3. 4. vij. quaſt. 1. & cap. 1. de Clerico ægrotante, in Sexto.* Nam ſi tolerari poteſt, qui propter conſcientiam non ordinatur, *dicto cap. quaris, de ætate & qualitate:* multò magis tolerari poſſunt qui non ordinantur ob defectum qui ſuperuenit inter promotionem & ordinem. Innocentius tamen 3. *cap. cum in cunctis. §. inferiora, in verbo, hoc ſane admonitos, eod.* iubet remoueri non ſolùm promouendos, ſed etiam promotos, ſi canones non obſtant: & remouendi etiam dicuntur *in cap. 1. de ætate & qualitate*, ſi iuſtâ aliquâ cauſâ prohibente, non poſſunt promoueri.

A Aliud impedimentum quo quis excuſari poteſt ne intra annum ordinetur, eſt literarum ſtudium; propter quod Bonifacius 8. *cap. cum ex eo, de Electione, in Sexto.* Permittit vt Epiſcopi diſpenſent eos qui Eccleſias Parochiales obtinuerint, vt vſque ad ſeptennium non teneantur promoueri, niſi ad ordinem Subdiaconatus duntaxat, ad quem intra annum promoueri cogentur; & niſi receperint, pœnâ contentâ in ipſo concilio percellentur.

B
DISTINCTIO LXI.

CVm in Gallia ſubitò ex laicis fierent Epiſcopi, id prohibetur *can. 1. & 7.* longâ enim probatione vitam ſuam monſtrare debet Electus *can. 2.* & diſcere priùs debet quàm doceat *can. 3*: eſtque miſerum, eum Magiſtrum fieri qui nunquam fuit diſcipulus, *can. 4.* Vnde Paulus dicebat Timotheo, manus cito nemini impoſueris, neque communicaueris peccatis alienis. Quid eſt autem citò manum imponere, niſi ante maturitatem ætatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam diſciplinæ: & quid eſt communicare peccatis alienis, C niſi talem effici ordinatorem, qualis ille eſt qui non meruit ordinari *can. 50.* Meruiſſe enim antè oportuit ſtipendia *dicto can. 5. & 7.* Nec hic Eccleſia regenda tradi debet, qui legitimarum inſtitutionum neſcij, & humilitatis ignari, non ab infimis ſumere incrementum, ſed à ſummis volunt habere principium: cùm iniquum ſit vt imperiti Magiſtris, noui antiquis, & rudes præferantur emeritis *can. 8.*

Can. 1. & ſeq.

Can. 5. 7. 8.

Quare *in can.* 10. dicitur ex Concilio Sardicenſi, vt ſi quis Laicus aut Scholaſticus de foro; aut de adminiſtratione, poſtuletur Epiſcopus; non prius ordinetur niſi Lectoris munere perfunctus ſit, & officio Diaconi, aut Preſbyteri, D & ita per ſingulòs gradus, ſi dignus fuerit, aſcendat ad Epiſcopatum. Et ideo S. Ambroſius excuſat ſe quod Neophytus factus ſit Epiſcopus: quàm reſiſtebam, inquit, ne ordinarer: poſtremò cum cogere, ſaltem ordinatio protelaretur: ſed non valuit præſcriptio, valuit impreſſio; tamen ordinationem meam Occidentales Epiſcopi iudicio, Orientales etiam exemplo probarunt.

Can. 10.

Diſcere itaque quiſque prius debet antequam doceat, & exemplum Religioſæ conuerſationis de ſe potius aliis præſtare, quàm ſumere, nec non & emendatiorem populo conuenit eſſe, quem neceſſe eſt orare pro populo *can. 3.* Qua- E rè ſi illis & indignis quibuſque Eccleſiæ gubernatio tradatur; non eſt quidem hoc conſulere populis, ſed nocere, nec præſtare regimen, ſed augere diſcrimen: integritas enim Præſidentium, ſalus eſt populorum, *can. 5.* atque peccant valdè qui tales promouent, communicant enim peccatis eorum *dicto can. 5.* Nec prodeſt dicere Laicos illos fortè eſſe probis moribus: non enim negamus eiſe in laicis Deo placitos mores, ſed non ſunt probati; & milites ſuos probatos ſibi quærunt inſtituta fidelium, vt dicitur *can. 5.* Adde quod ordinatio laicorum ad ambitionem pertinet, *can. 1. & 7.* & præſumptionem *can. 5.*

Secundo verò dicitur vt in electione Epiſcoporum Clerici peregrini, & extranei anteaque

ignoti, non præferantur emeritis in ſuis Eccleſiis, *can.* 12. Habere enim debet vnuſquiſque fructum militiæ ſuæ in Eccleſia, in qua ſuam per omnia officia tranſegit ætatem, *can.* 13. Si tamen in aliqua nullus ſit dignus, quòd rarò accidit, poterit de altera Eccleſia Epiſcopus eligi, *dicto can.* 13. *&* 16. & quia non eligitur quis de alia Eccleſia, ideò conſenſus Cleri & Plebis requiritur *can.* 13. *&* 16. debet autem Epiſcopus qui eſt ſacrandus habere ſolemne Decretum, eligentium omnium ſubſcriptionibus roboratum, *can.* 11. 13. *&* 16.

Can. 15. *& ſeqq.* Porrò ſciendum eſt in Eccleſiis Paſtore deſtitutis, in quibus Papa peculiarem habet poteſtatem, vel ex officio Viſitatores deputare, qui curet electionem vel poſtulationem fieri ab Epiſcopis & Metropolitano, & mittant Electum ad Papam vt conſecretur, cum Decreto Eligentium, eorum ſubſcriptione roborato; quomodo miſit Viſitatorem ad Panormitanam Eccleſiam *can.* 16. & alium ad Catinenſem *can.* 17. alium ad Aprutianam *can.* 18. nam aliquando diu manebat deſtituta Paſtore Eccleſia, quod dignus Paſtorali ſollicitudine nullus reperiretur, *can.* 18. & ſi quis indignus Electus fuiſſet, ſolebat interdum monere Papa, & expectare vt alius eligeretur *can.* 15. *hac diſt.* 61. *&* *can.* 13. *diſt.* 28. in quo Papa expectauit per annum: vel etiam ſi quis ſatis literatus non reperiretur, ſed qui eſſet probis moribus aliquis fortaſſe & honeſtæ vitæ; hortabatur vt creſceret ſtudiis, & interim fieret Monachus, tum Subdiaconus, & demum admitteretur ad Epiſcopatum *can.* 18 ex quo patet id fieri, vt excuſetur ſi non ita literatus promoueatur. & purget hanc culpam, ex eo quod ſit Monachus.

Nullus eſt itaque tam citò, & ſine longa probatione vitæ ordinandus, quæ fuit antiqua Eccleſiæ conſuetudo. Leo 1. *epiſt.* 85. *ad Epiſcopos Africanos cap.* 1. *in fine*, ne primum, vel ſecundum, vel tertium gradum quiſquam Laicorum, quibuſlibet ſuffragiis fultus aſcendat, priuſquam ad hoc meritum per legitima augmenta perueniat: & Patres concilii Sardicenſis *can* 10. dicunt non prius ordinari Epiſcopum, niſi antè & Lectoris munere, & officio Diaconi fuerit perfunctus, & ita per ſingulos gradus, ſi dignus fuerit, aſcendat ad culmen Epiſcopatus; quia diuturnâ probatione indiget, qui ad Epiſcopale ſolium eſt ſubleuandus. Vnde Cyprianus ad Anton. inde commendat Cornelium Papam, & ait per omnia officia promotum, & in diuinis adminiſtrationibus dominum ſæpe promeritus, ad Sacerdotii ſublime faſtigium cunctis Religionis gradibus aſcendiſſe: & Gregorius Nazianzenus, Athanaſium, *oratio* 21. vbi dicitur antequam Epiſcopus fieret Alexandrinus, omnem graduum conſequentiam tranſegiſſe: & ſi quando aliqui reciperentur ad Epiſcopatum, dolent ſe non prius diu vacaſſe diſciplinæ. Ambroſius *lib. de offic. cap.* 1. homines, ait, diſcunt priuſquam doceant; & ab illo accipiunt, quod aliis tradant: quod ne ipſum quidem mihi accidit: ego enim de tribunalibus, atque adminiſtrationis infulis, ad Sacerdotium raptus, docere vos cœpi quod ipſe non didici. Itaque factum eſt, vt priùs docere inciperem quàm diſcere: diſcendum igitur mihi ſimul & docendum, quoniam non vacauit ante diſcere: & Auguſtinus ſimiliter *epiſt.* 148. *ad Valerium*, quis autem iſte modus, nec à pueritia,

A nec ab adoleſcentia mea didici, & eo tempore diſcere cœperam: vis mihi facta eſt merito peccatorum meorum, vt ſecundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noueram. Idem dicit de ſe Sidonius Apollinaris *lib.* 5. *epiſt.* 3. & *in concione poſt epiſtolam* 9. *lib.* 7. debet enim aliquis eſſe diſcipulus antequam Magiſter, vt ait Cæleſtinus *epiſt.* 2, *cap.* 3.

Et definita erant variè tempora, quibus in vnoquoque gradu morarentur Clerici, vt can. quicumque 77. *diſt.* vbi poſt quinque annos miniſterii in ordinibus aliis, fit Preſbyter; & exinde poſt decennium Epiſcopus, ex Siricio. Longiorem verò moram præſcripſit Zoſimus B *can. in ſingulis, eadem diſt.* 77. ait enim, in ſingulis gradibus hæc tempora ſunt obſeruanda: ſi ab infantia Eccleſiaſticis miniſteriis nomen dederit, vt inter Lectores & Exorciſtas quinquennio teneatur; exinde Acolytus, vel Subdiaconus 14. annis fiat: & ſic ad benedictionem Diaconatus, ſi meretur, accedat, in quo ordine quinque annis hærere debeat; exinde Preſbyterii Sacerdotium poterit promereri, & inde fieri Epiſcopus: quod non ſeruandum eſſe in neceſſitate, Eccleſiâ Miniſtris carente Gelaſius docet in *can. ex parte diſt.* 77. & præſcribit Monachis annum quo perueniant ad Preſbyterium, & laicis ſeſquiannum; & vt extra has cauſas vetus forma C ſeruetur. Non eſt tamen ſeruata, quin potius ad indulgentiam illam inclinatum, & conſtitutum vt ad Preſbyterum ſufficeret anni conuerſio, licèt antiqui Patres prolixiora tempora deſiderauerint, vt dicitur in concilio Arelatenſi 3. ſub Ioanne 2. & Theodorico Rege, quod factum ibi, etiam dicitur in concilio Aurelianenſi 5. *cap.* 9. & Bracarenſi 1. *cap.* 38. & licet in 8. Synodo generali *cap.* 5. vt quis fit Epiſcopus debeat prius vno anno eſſe Lector, duobus Subdiaconus, tribus Diaconus, quatuor Preſbyter; tamen additur, tempus illud poſſe contrahi ab Epiſcopo.

Ergo vt rectè ait S. Gregorius *lib.* 7. *epiſt.* 110. *indictio.* 2. *ad Syagrium & alios*, ordinatè ad or- D dines eſt aſcendendum: nam caſum quidem appetit, qui ad ſumma loci faſtigia, poſtpoſitis gradibus, per abrupta quærit aſcenſum: & rectè etiam S. Eutychius Patriarcha Conſtantinopolitanus *apud Surium in eius vita*, ordinis, ait, rationem tum in omnibus rebus, tum in gradibus pietatis optimam eſſe. Et ſanè non obſtantibus illis indulgentiis, aliquando reuocatus eſt in vſum, propter abuſum, priſcus vigor Eccleſiæ, vt retinerentur diutiùs in Ordinibus inferioribus Clerici, nec ſtatim augerentur dignitate maioris ordinis, vt ſic illorum munere, per canonum tempora, & probatos labores in illis, conſcenderent ad Sacerdotium ſecundum, vel pri- E mum & ſummum: & ita in *Capitularibus lib.* 7. *cap.* 27. dicitur, qui Diuinæ militiæ deſiderat mancipari, ſiue inter Lectores, ſiue inter Exorciſtas, quinquennio teneatur; exinde Acolythus vel Subdiaconus quatuor annis; & ſic ad benedictionem Diaconatus, ſi meretur, accedat; in quo quinque annis, ſi inculpatè ſe geſſerit, adhærere debebit; & poſtea ſi probus fuerit, Sacerdos efficiatur. Concilium verò Tridentinum generaliter quidem dicit *ſeſſ.* 23. *cap.* 11. *de Reform.* Minores ordines per temporum interſtitia conferendos ab Epiſcopo, niſi aliud ei videatur

expedire; ac in vnoquoque munere iuxta præſcriptum Epiſcopi ſe debere exercere in ſua Eccleſia, & de gradu ad gradum aſcendere debere, poſt annum verò à ſuſceptione poſtremi gradus minorum ordinum, ad ſacros ordines promoneri, niſi neceſſitas aut Eccleſiæ vtilitas indicio Epiſcopi aliud expoſcat: *cap.* verb 13. vt promoti ad ſacrum Subdiaconatus ordinem per annum in eo verſentur, antequam ad Diaconatum aſcendant; & *cap.* 14. idem dicitur de Diaconis antequam fiant Preſbyteri, niſi ad Eccleſiæ vtilitatem aut neceſſitatem aliud videatur Epiſcopo: Et ita hoc concilio interſtitiorum obſeruatio pendet ab Epiſcopo. Epiſcopus tamen non poteſt diſpenſate in ætate quæ requiritur *ex gloſſa in Clement. generalem*, & Syluestro *in verbo Ætas, num.* 2.

Et notandum etiam cùm agitur de anno requiſito, illud intelligi de anno Eccleſiaſtico non de naturali, & ſufficere ſi lapſa ſint quatuor interſtitia, quæ propter feſtorum mobilium diuerſitatem non iiſdem ſemper diebus occurrunt: vnde non neceſſe eſt expectari quouſque duodecimus menſis compleatur, *ex ſententia Congregationis.*

DISTINCTIO LXII.

Can. 1. & 3. ELiguntur Epiſcopi à Clero, Plebe, Epiſcopis comprouincialibus cum Metropolitani iudicio *can.* 1. & niſi quis ita electus canonicè fuerit, non debet conſecrari, & conſecratus deponetur, *can.* 3.

DISTINCTIO LXIII.

HOc imprimis generaliter conſtitutum eſt, & ab omnibus obſeruatum, vt Electio Epiſcoporum fieret à Clero & populo, vt diximus ſupra *diſt.* 62. *can.* 1. & *can.* 26. *hac diſt.* 63. Cleri, ait, plebis & ordinis conſenſus & deſiderium requiritur; *& can.* 27. Vota ciuium, teſtimonia Populorum, honoratorum arbitrium, electio Clericorum in ordinationibus Sacerdotum expectantur. Et niſi quis ita electus ſit non debet conſecrari *can.* 13. — Can. 19. 27 — Can. 13.

Ratio quarè populi conſenſus requirebatur, erat vel vt nullus inuito populo daretur *can.* 13. *diſt.* 61. vel etiam vt teſtimonium præberet de vita eligendi: *Canon* enim 27. in *noſtra diſt.* 63. vocat teſtimonium populorum, licèt etiam aliquando dicatur Electio *can.* 13. *&* 34. *hac diſt.* Et hic ordo dicitur Eccleſiaſticus, cui aſſenſum præbet Carolus Magnus, vt Epiſcopi per Electionem Cleri & populi, ſecundum ſtatuta canonum, de propria Diœceſi eligantur *dicto can.* 34. — Can. 34.

Can. 12. Sed Electio dicitur propriè Clericorum, Votum vero Ciuium, & deſiderium ſeu conſenſus *dict. can.* 26. *&* 27. *& can.* 12. his verbis: ſacerdotum quippe eſt electio, & fidelis populi conſenſus adhibendus eſt, quia docendus eſt populus, non ſequendus.

Verùm quia præcipue reſidebat in Clero & Epiſcopis Electio, & ſæpè populus diuidebatur à Clero, ideò hoc immutatum eſt, & prohibitum ne plebs eligeret, *can.* 6. *hac diſt. & can.* 8. & permiſſum eſt vt populus tantùm aſciſcere- — Can. 6. & 8.

A tur ad contractandum cum Clericis, & cooperandum, vt dicitur *can.* 2. *hac diſt.* vt ſanè factum eſt ab antiquo.

At verò in electione non tantum Canonici Sedis Epiſcopalis, ſed etiam alii Religioſi Viri eligebant; aut ſaltem Canonici de eorum conſilio *can.* 35. ſique omnes qui eligere debebant, non fuiſſent vocati, debebat electio de nouo fieri, *can.* 11. *diſt.* 63. — Can. 35.

Electione factâ, fiebat Decretum Electionis ſubſcriptum à Clero, Epiſcopis, & populo; Vnde cum ſubſcripta non fuiſſet Electio Mediolanenſis Epiſcopi, noluit eam confirmare Papa antequam ſubſcriptionem haberet *can.* 10. quod facit tanquam Patriarcha. — Can. 10.

B Metropolitano vero deſuncto, Prouinciales Epiſcopi ad Metropolim conuenire debent, vt omnium Clericorum atque Ciuium voluntate diſcuſſâ, ex Preſbyteris eiuſdem Eccleſiæ aut Diaconis, optimus ordinetur.

Et cùm dicimus Electionem fieri à Clero, Gratianus ait *ex Ferrando in can.* 1. *ex concilio Septimunicenſi & Macrianenſi*, Clerum Maioris Eccleſiæ ſufficere: quod videtur primum inſtitutum in Africa: & ita corrigendus Gratianus *can.* 34. *diſt.* 63. non excludebantur olim à Canonicis alii Religioſi *dicto can.* 35. quibus non vocatis irrita erat quidem Electio *dicto can.* 3. Et ideo in *can.* 11. dicitur conuocandos ad electionem Epiſcopi diuerſos ex omnibus eius loci Parochiis Preſbyteros, Diaconos, & vniuerſam turbam. — Can. 34. 35. — C

Idem ferè ſeruabatur in electione Archipreſbyteri, quæ fiebat ab Archidiacono cum Clericis, & populis *can.* 20. vel monetur Epiſcopus vt Preſbyterum Diaconum, vel Subdiaconum Electum ibi conſtituat *can.* 15. Nam quod ibi dicitur Principem, Sacram ſuam miſiſſe vt hoc fieret; id non pertinet ad Electionis actum: vbi nota agi de mediana ſeptimana Paſchæ, de qua nos alibi. — Can. 20. & 15.

Quodſi in Electione Epiſcoporum, vota Eligentium in duas ſe diuiſerint partes, recurrendum eſt ad Metropolitanum *can.* 36. vel facienda eſt noua Electio *can.* 12. — Can. 12. & 36.

D Ex quibus prælibatis oritur maior quæſtio, de Imperatore ſcilicet, Regibus & Principibus; an de eorũ authoritate vel cõſenſu fieri debeat electio, maximè cum ipſi ſint quoq; domini terrarum in quibus eſt Eccleſia: non enim, vt ait Optatus *lib.* 3. Reſpublica eſt in Eccleſia, ſed Eccleſia in Republica, id eſt in Imperio Romano: & ideo ipſi in Regno ſuo paſcunt & alunt Epiſcopum, vt rectè Goffridus agnoſcebat *opuſculo* 4. Alia vtique eſt Inueſtitura, quæ Epiſcopum perficit; alia verò quæ Epiſcopum paſcit &c. Et certè non negandum quin Principes potuerint, & poſſint ſollicitudinem habere de Epiſcopo eligendo, vt E patet de Valentiniano Electionem procurante Epiſcopi Mediolanenſis.

Verùm id illi in aſſiduam Iuriſdictionem conuerterunt: nam Lotharius in Regno ſuo in Gallia, neminem prouehi ad Epiſcopatum permittebat niſi fauentem ſibi, *can.* 4. in Hiſpania etiam Regalis Poteſtas eligebat Epiſcopos, & in Gallicia, *can.* 25. & Iuſtinianus Imperator declarauit voluntatem ſuam in Epiſcopo Iuſtinianæ Illyricæ conſtituendo, *can.* 9. & in Reatina Eccleſia, atque Tuſculana Electus à Clero & populo Epiſcopus non poterat à ſummo etiam Pontifice conſecrari, — Can. 4. 8. & ſeqq.

conſecrari, niſi de mandato & ſcripto Impera- A
toris *can.* 16. 17. *&* 18. cuius erat concedere hos Epiſcopatus *dicto can.* 16. Imò aliquando iuſſerunt Imperatores vt is qui electus, ordinandus erat à Papa, ab alio tamen vicino ordinaretur, vt de Maximo Salonitanæ Eccleſiæ Epiſcopo legimus *can.* 24. Quod moleſte tamen ibi tulit ſummus Pontifex. Sed id minimè mirum, cùm eò quoq; ventum ſit, vt Romæ non potuerit etiam ordinari ſummus Pontifex niſi poſt Decretum acceptum ab Imperatore; quo eius ſcientiâ & iuſſione fieret ordinatio ſecundum antiquam conſuetudinem, vt eſt in *can.* 21. atque Hadrianus Papa libenter conceſſit illud Ius Carolo Magno, vt niſi à Rege laudetur, id eſt approbetur, & in- B
ueſtiatur Epiſcopus, à nemine conſecretur *can.* 20. Quod jus corroboratum, & confirmatum eſt à Leone Papa Othoni 1. Imperatori *can.* 23.

Can. 21. 28. 29.

Deinde mos erat vt Papa electus pro Conſecratione certam pecuniæ ſummam daret Imperatoris, niſi Imperator eum ab hoc onere releuaret *can.* 21. *&* 28. quæ ſumma dicitur præmium *can.* 29. *in auctario.*

Can. 27.

Quod tamen poſteà diſplicuit aliis ſummis Pontificibus, qui cœperunt imminuere primo illud ius, & tandē quoq; tollere. Stephanus enim Papa primùm ſtatuit vt Legati Imperatoris non expectarētur in electione facienda, & electio fieret ſine illis, ſed non conſecratio, propter incommoda quæ affert longa dilatio *can.* 27. & non expectati etiam ſunt nec vocati in Gregorii electione: quod tamen valdè ægrè tulerunt, quibus reſponſum eſt id nequaquam fuiſſe factum in contemptum eorum, aut Imperatoris: ſed neceſſitate temporum *can.* 29. Atque obtinuerunt tandem ſummi Pontifices à Ludouico Pio, vt ſine Imperatoris iuſſione, aut præſentia fieret electio, & Conſecratio Papæ à Romanis ipſis *can.* 30. & contentus tantùm fuit, vt dum conſecratus eſſet, Legati ad ipſum & Succeſſores eius Reges Francorum dirigerentur, qui inter ipſum & Papam amicitiam & charitatem ac pacem ſociarent *dict. can.* 30. Idemque confirmatum conſtitutione Henrici primi ac Othonis primi, *can.* 32. *diſt.* 63. Et proinde Ludouicus etiam releuauit Papam ab illo onere, ſeu præmio quod perſoluebat vt eſt in *can.* 29. *in auctario*: & inſuper dedit Romano Pontifici, Petro, & Succeſſoribus eius Vrbem Romanam cum Ducatu ſuo *dict. can.* 30.

Can 30.

Can. 1. 3. *&c.*

Quia ergo ex Poteſtate quam habebant Principes in Electionibus multa incommoda oriebantur, inordinata & incongrua ſæpe fiebat confuſio, vel contentio, vt eſt in *can.* 2. ne talis confuſio oriretur, ſtatutum eſt vt in talibus Poteſtatem non habeant Laici Principes, vel Poteſtatiui aliqui, & ſufficiat electio Clericorum *dicto can.* 2. & irrita prænuntiatur omnis electio Epiſcopi, Preſbyteri, vel Diaconi à Principibus facta; & qui ita dignitatem obtinuerit, deponitur, & ſegregatur ab Eccleſia *can.* 5. *&* 7. Item in 8. Synodo conſtitutum eſt, vt nullus Laicorum Principum, vel Potentum ſemet inſerret electioni Patriarchæ, Metropolitani, aut cuiuſlibet Epiſcopi, ne inordinata fiat hinc confuſio, vel contentio, cùm nullam in his Poteſtatem habeat *can.* 1. *&* 2. & ipſe Valentinianus fatetur electionem Epiſcoporum pertinere ad Epiſcopos, & Clericos *can.* 3. & in Concilio Pariſienſi 1. definitur ſi per ordinationem Regiam quis Epiſcopale culmen præſumpſe-rit, vt à Comprouincialibus non recipiatur *can.* 5.

Can. 9. 16. *& ſeqq.*

Tamen aliquando conſenſus Principis requiritur, vel vt ad locum concilii congregentur Epiſcopi ad electionem faciendam, vt videtur innuere *can.* 9. & id in Gallia ſeruatum, vt conſtat ex *epiſt. Stephani decimi ad Geruaſium Remenſem Epiſcopum edita à Maſſono*: vel poſt electionem factam conſenſus Principis requirebatur, & abſolutionis epiſtola vt conſecraretur, vt dicitur de Reatinæ Eccleſiæ Epiſcopo electo *can.* 16. 17. *&* 18. & in Hiſpania vt ſupra diximus, Regi competebat electio Epiſcopi *can.* 25. Vbi tamen propter diſtantias locorum, ſaluo priuilegio vniuſcuiuſque Prouinciæ, permittitur Toletano Epiſcopo quoſcumque Regalis Poteſtas elegerit conſecrare; ita tamen vt intra tres menſes viſitare debeat ſuum Metropolitanum, *dicto can.* 25.

Can. 1.

Hæc vero maxime apparent ex electione Romanorum Pontificum. Nam cùm olim eligerentur à Clero & populo, ſicut alii Epiſcopi, vt conſtat ex *can.* 1. *diſt.* 23. in qua licet Nicolaus 2. conſtituerit Cardinales, Epiſcopos maximè, ſimul tractare debere de Romani Pontificis electione; voluit tamen vt mox adhibitis etiam Clericis Cardinalibus, reliquus Clerus, & Populus ad conſenſum nouæ electionis accederet; & ita illi Cardinales præduces eſſent, reliqui ſequaces: & addit ex Leone ita fieri hoc, quia nulla ratio ſinit vt inter Epiſcopos habeantur,
C qui nec à Clericis ſunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à Comprouincialibus Epiſcopis cum Metropolitani iudicio conſecrati: & addit ſaluo debito honore & reuerentia dilecti filii noſtri Henrici, qui in præſentiarum Rex habetur, & futurus Imperator, Deo concedente, ſperatur, ſicut iam ſibi conceſſimus, & Succeſſoribus illius qui ab hac Apoſtolica Sede perſonaliter hoc ius impetrauerint, *dict. can.* 1. & ea electio cōcors quidem, & canonica Cardinalium eiuſdem Eccleſiæ ac deinde ſequentium Religioſorum Clericorum eſſe debebat *can.* 1. *diſt.* 69. qui eſt eiuſdem Nicolai 2. & *can.* 9. Si tamen vt fieri ſolet
D ſtudia eſſent diuerſa, vincere debebat ſententia plurimorum *can.* 10. *ead. diſt.* 79. vel denuò procedendum, vt ſuprà diximus, ad electionem. Si duo fortè contra fas temeritate concertantium fuiſſent ordinati *can.* 8. *ead. diſt.* 79.

Et de *dicto can.* 1. *diſt.* 23. dubitare non debuit Baronius, quem approbant Romani Correctores, & Petrus Damiani *epiſt.* 20. *lib.* 1. *&* 11. *lib.* 8. & acta Diſpenſationis Synodalis inter Regis Aduocatum, & Eccleſiæ Defenſorem.

Et ante illa tempora, non ordinabantur Romani Pontifices abſque iuſſione Principis: vnde Anaſtaſius ait, *in Pelagio* 2. *anno* 577. ſub Iuſtino iuniore, de eo: hic ordinatur, abſque iuſſione
E Principis, eo quod Longobardi obſiderent ciuitatem Romanam. Et Gregorius Magnus *lib.* 4. *dial. cap.* 36. ait, dilatam ſuam ordinationem vſque ad Imperatoris reſponſum anno 590. Et aliquid etiam dabatur, quod remiſit Imperator Conſtantinus Pogonatus. Sic tamen vt non ordinaretur ſine eius Decreto, vt habet Anaſtaſius *in Agathone anno* 678. & dicitur *in can.* 21. *hac noſtra diſt.* Idem tamen Conſtantinus etiam Pogonatus poſteà Diuali iuſſione ad Clerum & populum conceſſit, vt electus ab iis, ſtatim ordinaretur: Anaſtaſius *in Benedicto* 2. *anno* 648. Sed in electione aliquando diſſenſit exercitus à Cle-

gulli à Decano apetiuntur & leguntur, ae Diacono ptoximo pronuntiandi tradunrur; & Partum quiſque papytum tenens, ae pugillare, quos quiſque eligit chirogtapbo annotat. Et quia ex Innocentii 3. conſtitutione, nullus haberi poreſt pro Pontifice, niſi duarum, vt diximus, patrium ſuffragia babuetit: ſi nometus ille ſit impletus, tum Pontifex creatus eſt: ſi minùs, liberum eſt cuiqoe quem voluerit Papam non electum à ſe ſcripto, voce eligere, qoæ electionis ratio acceſſos appellatur: & raro ſit vt quis ex ſolis codicillis eligator, voeumque acceſſio totum conficere ſolet. Alius eſt quoque creandi Pontificis mos qui per Adorationem dicitur: boe autem fit cùm etiam duæ partes Cardinalium, non expectato ſcrutinio, voce tenus, omnium conſenſu & voluntate, quempiam ex Cardinalibus in Romanom Pontificem ſalutant atque venerantur; quâ ratione Iulius 3. & Marcellus 2. & Paulus 4. renuntiati fueruot.

DISTINCTIO LXIV.

Can. 1. & ſeqq.

EPiſcopi electi debent Confitmari à Metropolitano *can.* 1. & Ordinari, id eſt conſecrari ab omnibus Prooinciæ Epiſcopis: quod ſi abſint, conſenſum ſuum literis præbere debent, *dict. can.* 1. & 2. Nec tamen ſufficiunt duo Epiſcopi, ſed tres adbibendi ſunt *can.* 3. & 7. idque iuſſu Atchiepiſcopi *dicto can.* 4. nam extra conſcientiam Metropolitani nullus debet ordinare Epiſcopum: iotegrum enim eſt iudiciom quod plurimorũ ſententiis confirmatur *can.* 5. & ordinatus præter ſententiam Metropolitani, non poterit eſſe Epiſcopus *can.* 8. quod intelligitur viuente Metropolitano, qui ſi deeſſet, à Comprouincialibus Epiſcopis poterit fieri ordinatio.

DISTINCTIO LXV.

NOmen Ordinationis ſumitur hac io Diſtinctione 65. æque ac in poſtrema 64. diſt. ſæpiſſimè, propriè pro Cooſecratione, vt conſtabit ex diceodis. Dicitur ergo quod Epiſcopi, ſcilicet electi, ab omnibus qui ſunt in Prouincia ſua de conſenſu Metropolitani debent ordinari *can.* 1. 2. 3. 7. *diſt.* 64. & *can.* 2. *hac diſt.* 65. ita vt ſi fortè in Prouincia vnum tantum contigerit remanere Epiſcopum, ſuperſtes Epiſcopus debeat conoocare Epiſcopos vicinæ Prouinciæ, & cum eis ordinare Comprouinciales Epiſcopos *can.* 9 *hac diſt.* 65. Quod ſi difficile ſit, puta aliqua vrgente neceſſitate, vel itineris longitudine omnes conoenire vt ordinent, vel etiam tempore perſecutionum, vt notatur *can.* 6. *diſt.* 64. Certè tres Epiſcopi ſaltem debeot in voum congregari, & facere ordinationem: ita tamen vt etiam cæterorum, qui abſentes ſunt, conſenſum in literis teneant *can.* 1. 2. 4. & 7. *diſt.* 64. & *can.* 2. & 5. *diſt.* 65.

Can. 1.

Can. 5.

Duo verò Epiſcopi non poſſent *can.* 3. *diſt* 64. Nam bæc forma videtur præſcripta, vt non minùs quàm à tribus ordinetur Epiſcopus: cùm & Iacobos Hieroſolymis à Petro, Iacobo, & Ioanne Apoſtolis fuerit ordinatus *can.* 2. *diſt.* 66. Vnus etiam non poteſt, ac multo minùs *can.* 5. *diſt.* 64. ne furtiuum præſtitum videatur Beneficiom, *dicto can.* 5. Poſito verò quòd omnes Epiſcopi interſint ordinationi, & aliqui con-

Can. 12.

A tradicant, vt duo vel tres; tunc plurium obtinebit ſententia *can.* 12. *hac diſt.* & *can.* 3. *diſt.* 64.

Confirmatur quod diximus ſuprà à tribus, vel pluribus fieri debere ordinatiooem Epiſcopi ex *can.* 6. & *can.* 3. *diſt.* 80.

Dixi Conſecrationem Epiſcopi ab Epiſcopis fieri de conſenſu Metropolitani, ſeu vt eſt in *can.* 4. *diſt.* 64. & *can.* 2. 3. & 5. *diſt.* 65. quod ſi ordinatio non ſit facta vel de conſenſu Metropolitani, vel à tribus Epiſcopis erit omnino nulla, *can.* 3. *diſt.* 65. & ita ordinatus Epiſcopos, non erit Epiſcopus, quia talis poteſtas ordinandi Epiſcopi pertinet ad Metropolitaoom *can.* 7. *in fine.* & Poteſtas coofirmandi *can.* 1. *diſt.* 64.

Can. 1. & ſeqq.

Can. 3. 7.

Quod ſi Metropolitanus non habeat poteſtatem confirmandi eos, ſed vel Patriarcba, vel Viſitator eios, vt *in can.* 4. *diſt. hac* 65. tunc ſaltem Metropolitanus debet referre ad eum qui confirmat, id quod in Prouincia Epiſcopis placuit: vt ordinationem ritè celebratam, eius quoque confirmet authoritas.

B

Ordinatio vero vt plurimùm fiebat in Metropolitana Ciuitate: quod ſi factum fuiſſet in alia, id etiam debebat fieri de conſenſu Metropolitani; & deinde Epiſcopus ordioatos, impletis duobos menſibus, debebat ſe Metropolitano ſuo repræſentare, vt quid obſeruare deberet pleniùs diſceret; aut ſi oon poſſet ſe repræſentare, literis ſaltem mooere, & ſe excuſare, alioquin corrigendus eſſet à Synodo *can.* 8. *diſt.* 64. Conſcientia namque Metropolitani tam in electione, quàm in Conſecratione requiritur *can.* 4. & 6. *Synodi Nicæni*, & *can.* 12. *Synodi Laodicenæ*, & *can.* 19. *Synodi Antiochena* & *can.* 6. *Synodi Sardicenſis*, & *can.* 25. *Synodi Chalcedonenſis.*

C

Quod ſi oullus exter Epiſcopus, ſed vnos tantùm, qui etiam abſens ſit, & propter negligentiam nolit conoenire: populus recurret ad finitimos Epiſcopos, qui literis Metropolitaoi monebant illum Epiſcopum de poſtulatiooe populi, & expectabunt aliquandiu; ſed ſi non venerit, ſatisfiet populi petitioni; *can* 9.

Can. 9.

In can vero 1. & 4. agitur de electione Epiſcopi, vt etſi aliqui contradicant, plorium ſententia obtineat *dicto can.* 1. & vt electione facta apud Theſſalonicam, Metropolitanus ad Theſſalonicenſem referat. vt is eam confirmet, qoia ille vices gerebat Epiſcopi Romani, *can.* 4.

Can. 1. 4.

D

Denique *in can.* 6. & 7. agitur de Patriatchis, & quidem de Romano Patriatcha, Alexandrino & Antiocheno in *can.* 6. & de Hieroſolymitano *can.* 7. de quibus egimus *in lib.* 3. *contra Salmaſium Acrianum.*

Can. 6.

DISTINCTIO LXVI.

QVod ſpectat ad ordinationem Atchiepiſcopi, ſeu Metropolitani; ea ab omnibus Prouinciæ ſuæ fieri debet Epiſcopis: atque illud quod de Archiepiſcopi Conſecratione dicitur, ac præcipitot, vt omnes ſuffraganei eom ordinent; nullatenùs immutari debet; quia is qui illis præeſt omnibus, ab omnibus Epiſcopis quibus præeſt debet conſtitoi: ſin aliter præſumptum fuerit, viribus omninò carebit, & irrita erit eius ſecus acta ordinatio *can.* 1. *diſt.* 66. quæ continet duos canones ſumptos ex ſuſpectis epiſtolis Aniceti, & Anacleti in quorum 1. & *vlt.* oſtenditor exemplo Iacobi ordinati à Petro, Ioãne, & alio Iacobo, ordinationes à tribus facieodas eſſe.

E

Can. 1.

Can. 2.

DISTINCTIO LXVII.

Can. 1. DE Ordinatione aliorum Clericorum, vt Preſbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorum &c. dicitur *can. 1. hac. diſt.* 67. vt à proprio ordinentur Epiſcopo ita tamen, vt in ordinatione Preſbytari, Ciues, & alii quoque ſacerdotes approbent illam ordinationem, & ieiunantes eam celebrent: In ordinatione etiam Diaconi idem obſeruetur, & plures conſenſum ſuum præbeant.

At vero in ordinatione aliorum Graduum, ſufficiat trium teſtimonium veracium, cum Epiſcopi approbatione. Atque ſemel conſecratus Preſbyter, quodcũque delictum commiſerit, non debet iterùm conſecrari, ſicut nec ſemel Baptiſatus, rebaptiſari *can. 1. dict.* 68. niſi ſi quis ab ignoto Epiſcopo eſſet ordinatus, de quo dubitaretur an fuiſſet Epiſcopus: nam in dubio debet ab Epiſcopo ſuo Benedictonem Preſbytaratus ſuſcipere, *can. 2. eadem diſt.* 68.

Nec ſimiliter Eccleſiæ conſecratæ debent iterum conſecrari, niſi igne cauſtæ, vel pollutæ ſanguine aut ſamine; & niſi etiam qui conſecrauerant, non tenuerint fidem S. Trinitatis *can. 3. dicta diſt.* 68.

Can. 2. Dicitur autem à ſupradicto Anacleto Sacerdotes & Diaconos poſſe à ſolo, & proprio Epiſcopo ordinari. quod & in concilio Hiſpalenſi conſtitutum eſt *can. 2.* & in *can. 2. Apoſtolorum*, & *lib. 3. Conſtitut. Apoſtolicarum cap.* 22.

DISTINCTIO LXVIII.

Can. 5. QVod attinet ad ordinationem Chorepiſcopi, is non ordinatur ſeu conſecratur ſicut Epiſcopus, ab omnibus, ne quidem à tribus; ſed ab vno, & ſuo Epiſc. vel à duobus *c. 5. hac diſt.* 68.

Can. 4. Et conſecrare Preſbyteros, aut diaconos, aut Virgines, aut Altaria; aut Chriſma conficere, vel Chriſmate fontem ſignare, non poſſunt Chorepiſcopi, nec pœnitentes publicè reconciliare, aut Formatas mittere, licèt plurima in miniſterio ſint eis communia cum apiſcopis *c. 4. & 5. his.*

Illi cognoſcebant de criminibus vnà cum Epiſcopo, quod & ante aliquot annos intendit hic Illuſtriſſimus Chorepiſcopus Pariſienſis. Et conuocabant alios Epiſcopos *can. 39. diſt.* 50. Item ordinabant ſeu promouebant Lectores præceptione Epiſcopi, *can. 1. diſt.* 69. Epiſcopi ſiquidem in
Can. 6. Eccleſiis vices gerunt Apoſtolorũ, de quibus dici debet, pro Patribus tuis nati ſunt tibi filii, Patres Apoſtoli, filii vero apiſcopi: non ergo putes deſertam Eccleſiam, quia non vides Petrũ, non vides Paulum, quia non vides illos per quos nata es, de prole tua tibi creuit paternitas, vt rectè S. Auguſtinus *in can.* 6.

DISTINCTIO LXIX.

Can. 1. QVod ſpectat ad Tonſuram habentes, colligitur ex *can. 1. hac diſt.* 69. eos eum manus impoſitione Tonſuram Cleri aceipere, & ſi qui eam acceperint à paruula ætate ſine manus impoſitione Epiſcopi, non eſſe propriè Clericos tonſuratos, nec poſſe legere in Collecta ſupar ambonem, Epiſtolam, vel Euangelium *dict. can. 1.* Similiter
A qui nondum ab Epiſcopis ſunt promoti, non debent, nec poſſunt eaorciſare, neque in Eccleſia, nec in domibus *can. 2. prædicta diſt.* 69. in qua videre eſt Abbatẽ Preſbyterũ cõſtitutũ, Lectori poſſe manum imponere in proprio Monaſterio, & Chorepiſcopum de mandato ſui apiſcopi *can.* 1. Can. 2.

DISTINCTIO LXX.

Can. POrrò neq; Preſbyter, neque Diaconus, vel alius poteſt ordinari niſi in Eccleſia certa, vel Martyrio, aut Monaſterio certa ordinetur: nec enim aliquem ordinare ſine titulo permiſſum eſt, ſeu abſolutè ἀπολύτως *can. 1. hac diſt.* 70. ita vt
B quẽadmodum ſingularium vrbium ſinguli apiſcopi renuntiantur, idem fiat in aliis ordinibus; quamuis hæc poſtea tota ratio ſit neglecta, vt notat Zonaras *ad can. 6. Synodi Chalcedon.* ex quo ſi quis ſine Titulo ordinatus ſit, ordinatio facta irrità eſt, *can. 1. & 2.* ad iniuriam ſcilicet Ordinantis Can. 1. & 2. *can. 1. hac diſt.* 70. ita vt facultas obeundi ſacra miniſteria expiatur, vt ait Zonaras *ibidem*. Idem ſtatuitur *can.* 2. vt ſine Titulo facta ordinatio irrita habeatur; atque in qua Eccleſia quilibet Titulatus eſt, in ea vt perpetuò perſeueret, nec poſſit in duabus titulari, *dict. can.* 2. ſed vnuſquiſque in qua titulatus eſt, in ea tantùm canonicus habeatur: Canonicus, id eſt Clericus. Licèt enim Epiſcopi
C diſpoſitione vnus diuerſis præeſſa poſſit Eccleſiis, Canonicus tamen Præbendarius, niſi vnius Eccleſiæ, in qua conſcriptus eſt, eſſe non debet: ſi quæ tamen ſunt Capellæ, quæ ſuis reditibus Clericos ſuſtentare non poſſint, ea cura ac diſpoſitio Præpoſito Maioris Eccleſiæ cui Capellæ ſubditæ eſſe videntur, immineat; & tam de poſſeſſionibus, quàm de eccleſiaſticis Capellarum officiis prouideas.

Cùm autem diximus in hac diſtinctione 70. neminem eſſe ſine Titulo ordinandum, & ordinationem eſſe irritam, rectè additur *in diſt.* 71. ne liceat aliquem de aliena Eccleſia, in alia conſtituere, quod etiam repetitur *in diſt.* 72. ex quibus
D patet *Titulos* dici Eccleſias, & Parœcias; & ita appellantur à prædiis vel ædibus, in quibus erant fundatæ; & quæ retinebant nomen Domini ædiũm, licet eſſent Deo conſecratæ: & ita cùm legimus apud Anaſtaſium, *in Euariſto*, hic Titulos in Vrbe Roma diuiſit Preſbyteris; per Titulos intelligendæ ſunt Parœciæ, & Eccleſiæ: cùm etiam dicitur *in vita Dionyſii Papæ*, Preſbyteris eccleſias diuiſit, idem eſt ac quod diaetar in auariſto, Titulos diuiſit. Atque Titulos Parœcias fuiſſe conſtat ea eodem Anaſtaſio *in Marcello*: & quindecim, inquit, Titulos in vrbe Roma conſtituit, quaſi Diœceſes propter Baptiſmum, & Pœnitentiam multorum, qui conuertebantur ex Paganis, &
E propter ſepulturas Martyrum. Appellabantur autem Tituli, vt diximus, à Dominis prædiorum, vel Ædium, qui eas Eccleſiis donauerant, & quæ Titulum Domini ferebant, vt patet de Titulo Equitii apud Anaſtaſium *in Syluestro*: Hic fecit in Vrbe Roma Eccleſiam, in prædio cuiuſdam Preſbyteri ſui, qui cognominabatur Equitius, quem Titulum Romanum conſtituit iuxta Thermas Domitianas, qui vſque in hodiernũ diem appellatur Titulus Equitii. Solebãt enim Domini prædiorum, Titulum nominis ſui prædiis, aut ædibus imponere, quo teſtarentur ſe eſſe dominos. S. Auguſtinus *pſalm.* 21. vbi potens inuenerit Titulos ſuo nomine, iure rem ſibi vindicat, & dicit, non poneres Titulos meos,

niſi res mea eſſet: & Chryſologus *ſermone* 154. A Dominum prædiorum limitibus affixi Tituli proloquuntur. & Seneca *epiſt.* 98. quidquid eſt cui Dominus inſcribetis, apud te eſt, tuum eſt.

Et cùm aliquis in Eccleſia aliqua erat intitulatus, non poterat Titulum ſuum relinquere, ſed in eo permanere debebat ad quem ordinatus eſſet: & Concilio quoq; *Turonenſi ſub Carolo Magno cap.* 14. quod & multis canonibus eſt conſtitutum, *can.* 19. 23. 24. 32. *& ſequentib.* 7. *Quæſt.* 1. & cogebatur ad ſuam Eccleſiam redire *dicto can.* 19. & niſi rediret excommunicabatur *can.* 23. *& cap.* 2. *de Clericis non reſidentibus*, vbi agitur de Titulo Cardinalis S. Marcelli: quod intelligitur B niſi id faceret ex conceſſione Epiſcopi ſui, *dicto can.* 37. Imò olim prohibebantur etiam tranſire ad Religionem *can.* 45. 7. *Quæſt.* 1. apud Romanos Correctores qui integrum referunt canonem vbi dicitur in fine: quamobrem, vt dictum eſt ſancimus vt nemo deinceps Pontificali dignitate & Paſtorali Curâ in omnium, & Pœnitentium locum ſeipſum ſubmittat. Vnde Guenilo Epiſcopus Senonenſis noluit permittere Andegario & Baldrico Preſbyteris vt relinquerent ſuos Titulos, & fierent Monachi S. Benedicti, vt apparet ex *epiſt. Lupi Abbatis Ferrarienſis* 29. *ad Guenilonem*, ad quē ideò ſcribit vt eis permittat C ſæculi tumultus declinare. Veſtra, inquit, prudentia relinquendi ſuos eis Titulos copiam negauit facturum, vt liberius & diſtrictiùs inſtitutionem Benedicti ſequantur: Vbi probat id fieri poſſe, & nunquam in controuerſiam vocatum vel auditum: Et cùm diceret Senonenſis Epiſcopus eſſe quoddam coniugium inter Preſbyterum & Eccleſiam; huic ita reſpondet: at, inquit, quemadmodum carnalem copulam non licet reſoluere niſi causâ fornicationis, ita ſemel ſuſceptam Paſtoralem Curam nefas eſt deponere, quandiu ouium ſaluti conſuli poteſt? credimus, inquit, niſi fortè coniugium qui conſtituit ipſe diſſoluat; & qui regimen impoſuit, ipſe vt ſibi liberiùs vacetur, id relinquere occultâ inſpiratione præcipiat: namque qui iuſſit, vt quod Deus coniunxit homo D non ſeparet, idem Deus eſt, qui quotiens libuit, coniugia ſeparauit, adeò vt etiam probabiles vtriuſque ſexus Perſonas optimè nouerimus reſciſſo carnali commercio in ſacris locis ſeparatim Domino militaſſe: *& epiſt.* 73. eundem Guenilonem rogat, vt in Titulo Gerogardi, Preſbyteri Laudianum eius propinquum ordinare dignetur, quoniam difficultate viſus frequenter non ſufficit ſacerdotale munus implere. *& in can.* 46. 7. *Quæſt.* 1. Liberius Papa mouet ſe audiuiſſe quoſdam Epiſcopos deſerere Eccleſias, & tranſire ad Religionem, & eos hortatur *epiſt.* 2. ne id faciant, nec vult E permittere vt Epiſcopi deſerant Eccleſias ſuas, & fiant Monachi: ſuggeſtum eſt nobis, inquit, quod pro præteritis laboribus & infeſtationibus, nonnulli veſtrum aſſignatas ſibimet etiam & à Deo commiſſas plebes relinquant, & in futuro plures relinquere velint eas quas tueri debent Eccleſias, & pro ouibus ſibi commiſſis laborare negligant, & Monaſteriorum ſe quieti contradere feſtinent, & vacationem ab Epiſcopatus laboribus eligere, & in ſilentio atque otio vitam degere, magis appetant, quàm in his, quæ ſibi commiſſa ſunt permanere: dicente Domino beatus qui perſeuerauerit vſque in finem.

Id tamen poſtea illis permiſſum eſt, tàm Clericis, quàm Epiſcopis *& can. vnic.* 19. *Quæſt.* 1. iubentur Epiſcopi id permittere Clericis: Clerici, qui Monachorum propoſitum appetunt, quia meliorem vitam ſequi cupiunt, liberos eis ab Epiſcopis in Monaſterio largiri oportet ingreſſus, nec interdici propoſitum eorum, qui ad contemplationis deſiderium tranſire nituntur. Et poſſunt etiam contradicente Epiſcopo ſuo, lege priuata Spiritus ſancti ducti, etiam ſine commendatitiis literis tranſire ad Religionem, quia lex priuata Spiritus Sancti dignior eſt quàm publica Canonum *can.* 19. *Quæſt.* 2. Et de hac lege priuata voluit loqui Lupus Ferrarienſis *in dicta epiſt.* 29. ad inſtar Apoſtoli *Roman.* 2. dicentis, qui legem Dei habent ſcriptam in cordibus ſuis: cùm dicit id relinquere occultâ inſpiratione: duæ namque ſunt leges Publica & priuata, de quibus agitur in *dicto can.* 2. 19. *Quæſt.* 2. Ad quam legem & quæſtionem pertinet *cap.* 18. *de Regularibus.* Et Paulus Patriarcha Conſtantinopolitanus Epiſcopatui renunciauit eligens Monachicam vitam; & refertur in Synodo 7. *ex epiſt. Conſtantini & Irenes ad Synodum Nicænam* 2. *poſt. principium.*

Notandum verò eſt quod ante dictum eſt C ex Synodo Conſtantinopolitana 383. Patrum ſub Ioanne Papa 8. hunc Canonem à Photio editum fuiſſe in odium Ignatii, qui in Monaſterium Sede ſua pulſus, & coactus aufugerat; cum timeret ille ne Ignatius reuerteretur: nam & tota Synodus, pro nefas! dolis Photii celebrata eſt, & contra Veritatem rerum geſtarum habita ab eo; quod Concilium malè Innocentius 3. putat, ſaluâ eius gratiâ, fuiſſe vnum ex quatuor Principalibus, quæ ſicut quatuor Euangelia venerantur, lapſus memoria, vel deceptus quodam exemplar Gratiani.

D DISTINCTIO LXXI.

DVo continentur in hac Diſtinctione 71. ſcilicet vt nec liceat aliquem de Aliena Eccleſia Laicum, vel Clericum Ordinare ſine ſui Epiſcopi literis; nec aliquem jam conſtitutum in alterius Ciuitatis Eccleſiis, in ſuis Eccleſiis conſtituere, in taorum vt irrita ſit ordinatio quoad exercitium exceptis illis qui proprias Ciuitates, vel Eccleſias ſuas perdiderunt: ac neque licet fundatoribus accipere Preſbyteros niſi à ſuo Epiſcopo fuerint conſecrati, aut per literas Commendatitias ſuſcepti: hæc eſt ſumma omnium Canonum. Aduertendum tantùm eſt *in can.* 9. Formatas dici *Can.* 9. E literas Peregrinorum Clericorum in verſione canonis 7. Antiocheni, quæ in eo canone dicuntur Pacificæ. 1

DISTINCTIO LXXII.

CLericus ſemel in vna Eccleſia electus, in *Can.* 2. 3. alia non poteſt retineri vel promoueri *can.* 2. & 3. Et nomine Clericorum etiam intelliguntur Lectores, Pſalmiſtæ. Oſtiarii, *dicto can.* 2. *Can.* 1.

Epiſcopus verò, ſibi ſubiecto Sacerdoti, vel alii Clerico, niſi ab ipſo poſtulatus, dimiſſoriam non faciat, ne ouis quaſi perdita aut errās inueniatur

can. 1. conſenſus autem ille dabatur literis *dicto* A
can. 2. *hac diſt.* 72. nec non & 1. *can.* 4. 5. *&* 6.
diſt. 71. Quæ literæ erant multiplices, aliæ enim
erant Commendatitiæ, aliæ Dimiſſoriæ, aliæ
Pacificæ. Et ſane Commendatitiæ differebant à
Pacificis, vt patet ex *can.* 11. *Synodi Chalcedonen-
ſis*, his verbis: omnes pauperes, & qui nullo
auxilio indigent, cum examinatione, cum Epi-
ſtolia ſeu Pacificis Eccleſiaſticis ſolis viam ingre-
di ſtatuimus, & non eum Commendatitiis;
quoniam literas Commendatitias iis ſolis perſo-
nis quæ ſunt ſuſpectæ præberi oportet. Atque
Commendatitiæ dabantur, vt conſtaret de ſta-
to tantùm alicuius hominis ſuſpecti, vel quia
ante fuerat ſegregatus & excommunicatus, nunc B
vero conſtaret eſſe ſolutum, vt explicat Zona-
ras *ad dict. can.* 11. *Synodi Chalcedonenſis*, & patet
ex *can.* 12. *Apoſtolorum*. Si quis Clericus, vel
Laïcus ſegregatus, ſiue non recipiendus, diſce-
dens, in altera vrbe receptus fuerit abſque lite-
ris Commendatitiis, ſegregetur, & qui excepit,
& qui exceptus eſt: vel quia erat ignotus quis,
vnde ſuſpicio, vt ſciatur an ſit Laïcus vel Cle-
ricus, rectè ordinatus, vel non; & ita etiam ex-
plicat Balſamo *in can.* 32. *&* *can.* 13. *Apoſtolo-
rum*; vbi dicit Commendatitias Clerici ordina-
tionem declarare: & confirmatur *can.* 13. *Syno-
di Chalcedonenſis*, vbi ignotis, vel externis, eo C
quod tantùm ignoti ſint & externi, dantur lite-
ræ Commendatitiæ. Externos Clericos & igno-
tos in alia Ciuitate ſine proprii Epiſcopi Com-
mendatitiis literis nuſqam vllo modo miniſtrare.
Et *can.* 32. *Apoſtolorum*, nullus externorum Epiſ-
copotum vel Preſbyterorum, vel Diaconorum,
ſine Commendaotiis recipiantur. Has verò dum
ferunt, examinentor, ſin minùs iis quæ ſunt ne-
ceſſaria, exhibitis, ad communionem ne admit-
tantur, multa enim fiunt per ſubreptionem. At-
que Commendatitiæ dabantur, tam Laïcis
quam Clericis ſuſpectis, *dicto can.* 12. *Apoſtol.*
Nam quod *can.* 11. *Synodi Chalcedon.* dicitur, vt D
pauperibus, qui auxilio indigent, literæ Pacifi-
cæ dentur, non Commendsititiæ; id fit, quia
agitur de iis pauperibus, qui auxilio indigent;
literis vero Commendatitiis nequaquam, nem-
pe qui tantùm indigent eleemoſynis, vel aliis au-
xiliis miſeriæ ſuæ, quæ auxilia præbentur ſine
Commendatitiis, vt patet *ex dict. can.* 12. *Apo-
ſtol.* Communio autem non *datur dicto can.* 32.
nec facultas miniſtrandi in alia Eccleſia ſine
Commendatitiis *can.* 13. *Synodi Chalcedonen-
ſis*.

Pacificæ verò literæ quæ εἰρηνικαὶ dicuntur,
& ἀπολυτικαὶ, vt ait Zonaras *in can.* 11. *Synodi
Chalcedon.* & Balſamo etiam *ad dicto can.* 11. E
ſūt literæ quæ dātur, vel notis, minimè ſuſpectis,
qui auxilio aliquo indigent, vt patet *ex dict. can.*
11. *Synodi Chalcedonenſ.* vel etiam quibuſlibet,
qui volunt in aliena Eccleſia miniſtrare, vt patet
ex can. 17. *Synodi Trullanæ*: nullus, ait, omninò
Clericus, in quocumque ſit gradu poſitus, pote-
ſtatem habet ſine proprii Epiſcopi Dimiſſoria, in
alienæ Eccleſiæ Catalogum referri. Zonaras in
dict. can. 9. *Chalcedon.* ait tales dici poſſe eas
quæ dantur vel à Metropolitano Epiſcopis, vel
à Patriarcha Metropolitanis miſſis ad Imperato-
rem, vel ab Epiſcopo ſuis Clericis, qui in alia
volunt aſcribi Eccleſia, & dicuntur *Pacifica*, qua-
ſi Pacem conciliantes, ob hunc vltimum effe-
ctum, quia ſic dimiſſo Clerico, & in alia Diœ-
ceſi ſuſcepto Pax erat inter Epiſcopos: & quia
videt Zonaras *can.* 7. *Synodi Antiochenæ*, Exter-
nis dari Pacificas, putat ibi non agi de externis
ſuſpectis, ſed notis. Obſtare tamen videtur
ſeptimus ille canon, & *canon* 17. *Synodi Trullana*
& cum aliis canonibus pugnare ſupra citatis, qui
iubent ignotos & externos habere Commenda-
titias literas debere: dicto enim *can.* 7. dicitur
vt habeant Pacificas, ſicut *can.* 17. *Trullana Sy-
nodi*, Dimiſſorias.

Balſamo verò ait Dimiſſorias ſeu Pacificas
dari alicuius Diœceſis hominibus à ſuo Epiſco-
po, vt in alia Diœceſi poſſint recipi, ordinari,
& miniſtrare; Commendatitias verò, vt oſten-
dant ipſum eſſe ſacratum, nec arceatur à com-
munione tanquam ſuſpectus, licet non cogitet
de ordinatione facienda in alia Eccleſia, In
Commentariis *ad can.* 32. *Apoſtolorum*, & *can.*
13. *Synodi Chalcedonenſis*: ita vt effectus ille ſit
præcipuus literarum Pacificarum, ſeu Dimiſſo-
riarum, vt in Pace dimittatur, & liber fiat ad
miniſtrandum in alia Eccleſia, vt colligitur ex
can. 7. *Synodi Antiochena*; nullus externus ſine
Pacificis veniat, & *can.* 17. *Synodi Trullanæ.*
Quod vero *can.* 32. *Apoſtolorum*, & *can.* 13. *Sy-
nodi Chalcedonenſis* dicitur externos & ignotos
Commendatitiis indigere literis, Balſamo aliter
conciliat quàm Zonaras: ait enim ita eſſe, &
vtriſque indigere, vt ſcilicet recipiantur in alie-
na Eccleſia, ſiue vt in ea miniſtrent *dicto can.* 13.
Synodi Chalcedonenſis, ſiue etiam vt tantùm in
ea Communionem percipiant, vt dicitur in *can.*
32. *Apoſtolorum*: non quòd per Commendati-
tias, aliquis liber fiat ad miniſtrandum in alia
Eccleſia, id enim præſtant Dimiſſoriæ, & Paci-
ficæ; ſed quod hæ, ſcilicet Dimiſſoriæ & Paci-
ficæ, non poſſint dari ignotis & extraneis, vel
ſuſpectis, vt ſcilicet aſſumantur in alia Eccle-
ſia, niſi dentur & Commendatitiæ: & ſi quis
obtinuerit Pacificas ad eum effectum, nec ha-
beat Commendatitias pro alio effectu, non de-
beat admitti *dicto can.* 32. *Apoſtolorum*, niſi ſit
notus valdè, & ſine ſuſpicione, & ſciatur eum
eſſe ordinstum, vel non; quo caſu Pacificæ poſ-
ſent ſufficere; cùm tamen ſolæ Commendatitiæ
non ſufficiant, vt aliquis in alia Eccleſia Mini-
ſter ſuſcipiatur: non enim habet per eas licen-
tiam miniſtrandi in ea, ſed tantùm recipiendi
communionem, vt eſt *in dicto can.* 32. *Apoſtolo-
rum*. Nam quod *in can.* 13. *Synodi Chalcedonen-
ſis* dicitur, vt externi & ignoti ſine Commenda-
titiis Epiſcopi ſui in alia Eccleſia non poſſint mi-
niſtrare, non ideò dicitur, vt ſolæ Commenda-
titiæ ſufficiant, ſed potiùs vt aliæ literæ, puta
Dimiſſoriæ non ſufficiant ſine Commendatitiis,
quas ſupponunt Dimiſſoriæ, vt ſcilicet ſimul
quidem ſint neceſſariæ Commendatitiæ & Paci-
ficæ, de quibus ſane non agitur ibi ſed in aliis
canonibus: oportet enim vt quis priùs ſit fide-
lis, non hæreticus, non excommunicatus, an-
tequam poſſit in alia Eccleſia miniſtrare; & hoc
faciunt Commendatitiæ, etenim declarant ho-
minem eſſe qui ſit in noſtra Communione, &
ab aliis ad Communionem pnſſe recipi, vt ait
Balſamo *in can.* 32. *Apoſtolorum*; ſed hoc non
ſufficit tamen vt aliquis poſſit miniſtrare in alie-
na Eccleſia: nam adhuc pertinet ad ſuum Epiſ-
copum, eique obnoxius eſt; ideoque ab illo
vinculo debet abſolui, quod fit per Dimiſſo-
rias, vt notat idem Balſamo *ad dictum can.* 32.

Apoſtolorum, *& can.* 17. *Trullana Synodi*. Sc ſanè mihi hæc ſententia magis placuit, vt literæ Commendatitiæ neceſſariæ qnoqne eſſent vt quis etiam ordinaretur in aliena Eccleſia quemadmodnm oportet vt quis ſit in commnnione fidelium, ſed per eas ſolas nemioem poſſe in aliena Eccleſia ordinari, niſi ſequantur dimiſſoriæ, quod id fiat pet dimiſſorias; dimiſſorias etiam ſempet præſupponete Cõmendatitias in Ignotis & extraneis; fieri tamen poſſe, vt ſi quis eſſet notus, ſolæ dimiſſoriæ tunc ſufficerent: & ideo Latini ſolebani tunc, cùm neceſſe atst aliquem teſtimonium habere ſuæ fidei, & licentiam miniſtrandi in ea Eccleſia, vtraſque literas coniungere, & ſimul commendare & dimittere literis iiſdem qnæ eſſent ſimul commendatitiæ & dimiſſoriæ vi patet ex *can.* 1. 2. *diſt.* 73. Vbi dicuntur ſimul commendatitiæ & dimiſſotiæ, habent enim teſtimonium quod is qui eas affert non pro ſua nequitia expulſus eſt à ſua diœceſi, quòd rectè Baptizatus, vel ordinatus ſit; & ſimul dimittiror vt poſſit in aliena Eccleſia vel parrochia conſiſtere, ſi ſit Preſbytet, vt *in can* 1. ſi verò tantùm Tonſus, id eſt Clericus, vt poſſit in ea ordinari *can.* 2.

Literæ Commendatitiæ etiam dicuntur Formstæ *can.* 9. *diſt.* 7. *& dicto can.* 2. *in fine diſt.* 72. & à Sidonio Apollinsri *lib.* 6. *Epiſt.* 8. & Optato *lib.* 2. & D. Auguſtino *Epiſt.* 163. *& Epiſt.* 152. vbi datæ ſunt Epiſtolæ Formstæ Epiſcopis Româ tedeuntibus, quò ſuerant enoeati, vt conſtaret de eorum cum Romana Eccleſia conſenſu & vnitate: & in Synodo Carthaginenſi, vbi vocant etiam Formstam, τετυπωμένην, eam quæ eſt ἀπολυτική. Dicitur verò Formata, vt explicat Zonarss, vel qnia neceſſariam eſſe profectionis cauſam exprimat, exponatq; etism totam rem; vel qnod ſit ſigno ſubſcriptioneque monita: & Balſamo ex eodem Zonsrs ſimiliter exponi; vnde fit vt aliæ literæ putà illæ, quibus annuntiabatur dies Paſchæ, dicerentur Formatæ, licet ooo eſſent Commendatitiæ, aut Pacificæ, vt patet ex *can.* 11. *& ſeqq. diſt.* 3. *de Conſecr.* dicuntur etiam literæ Commendstitiæ, Canonicæ *can.* 42. *Synodi Laodicena* quod non oportet eum qui eſt ſacratus, vel Clericus, ſine literis Canonicis iter ingredi: Csnonicis, inquam, ideſt Commendatitiis, vt explicat Zonarss: dictæque ſunt Canonicæ, quod ex decreto canonis tradcrentur ex eodem Zonara. Balſamo verò per Caoonicas literas intelligit ſimul Commendatitias, & ſimul Dimiſſorias: & ſanè ita poteſt dici eſſe Commendatitias, vt teſtatum ſit qnæ ſit eorum religio, & recipiantur in commnnione; & Dimiſſorias, vt poſſint cooptari in aliena Eccleſia; vt ſcilicet Clerici & Sacrati non procedant ſine litteris Csnonicis, vel Commendatitiis tantùm, ſi iis tantùm opus habeant; vel etiam dimiſſoriis, ſi etiam opus ſit iuxta à nobis ſuprà dicta.

Fuerunt etiam Literæ Communicatoriæ, de quibus *in Synodo Elberitana can.* 25. omnis qui attulerit literas Confeſſoriss, ſublato nomine Confeſſoris, eo quod ſub hac nominis gloria partim concutiant ſimplices, Communicatoriæ ei dandæ ſunt literæ: & in *Synodo Arelatenſi can.* 9. de his qui Confeſſorum literas offeruot, placuit vt ſublatis eis literis, alias accipiant Communicatorias. Ex quibus locis patet noluiſſe patres dari literas niſi ab Epiſcopo loci, non à Confeſſoribus nullam Iuriſdictionem habentibus.

Cùm itaque dictum ſit in *diſt.* 72. nullum Clericum Epiſcopo ſubiectum ſine literis Dimiſſoriis eſſe ab aliis Epiſcopis recipiendum, & in *can. vlt. diſt.* 71. illæ literæ Dimiſſoriæ dicantur Formatæ, oſtendeodum eſt quænam fuerint illæ literæ Formstæ: Et quidem Bslſamo in *can.* 15 *Apoſtolorum*, diſtinguit literas quæ dabanint ab Epiſcopis in Commcodatitias, & Dimiſſorias; *& can.* 12. *Concilij Chalcedonenſis*, vbi ait Commendatotiæ literæ, dicuntur eæ quæ dantur Clericis ſegregatis, vel qui noo fuerunt in bona exiſtimatione, vt ſuſpectio remoneatur, & ita poſſint msnere in alia parœcia: Dimiſſoriæ verò vt oſtendant ex voluntate Epiſcopi Clericum diſceſſiſſe: & Patres Synodi Carthsginenſis *in can.* 26. vocant Dimiſſoriam τετυπωμένην, id eſt Formatam; & πρόσθεσιν, id eſt expoſitionem, qnod expouat cur quis peregrinetur: & hæ ab effectu ſuo dicuntur Pacificæ, licet diſtinguantur *in dicto can.* 12. & ſumuntur pro iis quæ dantur pauperibus onu inſpectis. Sed Balſamo putat etiam Commendatitias dici poſſe Pacificas; & *can.* 8. *Synodi Antiochena* literas etiam Pacificas vocat Canonicas quæ dari prohibentur à Preſbyteris, & permittuntur dari à Chorepiſcopis. Atticus etiam in modo conficiendi Epiſtolas Formatas, ait morem Latinum vocare Formatas eas quæ dicuntur Canonicæ. Dioayſius tameo Exiguus Pacificas vocat Commendatitias *in verſione Canonis* 7. *Synodi Antiochena*: nullus, ait, peregrinorum ſine Pacificis, ideſt Commendatitiis ſuſcipiatur Epiſtolis. Gratianus pro *Pacificis* ponit *Formatas*: nullum, ait, abſque Formata, quam Græci Epiſtolsm dicunt, peregrinorum Clericorum ſuſcipi oportet, & in *can.* 1. *diſt.* 73. ſequenti, Formata, Dimiſſoria & Commendatitia confuodnntur: & à Zoſimo *Epiſt.* 5. *ad Epiſcopos Gallia*, per Formatam intelligitur Dimiſſoria, & ſimul Commendatitia: ſi quis ad nos, ex qualibet Galliarum parte Romam venire contendit, vel aliò, non aliter proficiſcatur niſi Metropolitani Arelatenſis Epiſcopi Formatas acceperit, qnibus Sacerdotium ſuum, vel locnm Eccleſiaſticum quem habet perdoceat; quia plures Epiſcopi, ſiue Preſbyteri, ſiue Eccleſiaſtici ſimulantes, quia nullum documentum Formatarum habent, per quod valeant confutari, in nomen venerationis irrepnnt, & indebitam reuerentiam promereotur; *in Synodo Meldenſi cap.* 51. vbi etiam dicuntur Canonicæ; & ab Hincmaro in Formata ad Æneam Epiſcopum Pariſienſem, Dimiſſoria dicitur Formata: Latini enim iiſdem literis dimittebant, & commendabsnt; & ita Formatæ dictæ ſunt Dimiſſoriæ, & Commendatitiæ. Et dici videntur Formatæ à typo ſeu Forma ſigilli; quod exponant cauſam peregrinationis, vel quod debear habere obſignationem σφραγίδος, & ſubſcriptionem Primatis Synodi.

DISTINCTIO LXXIII.

IN hac Diſtinctione 73. ponuntur duo exempla Formatarum literarum, quæ omninò vitioſa ſunt, nec habent veras ſupputationis lite-

ras. Primi enim exempli ita debent ponit literæ Græcæ π, υ, α, π, β, υ, μ, ρ, & ἀμὴν ſeu ϟθ. ſeu nota numeri 99. nam α eſt 1. μ eſt 40. & η eſt 8. & ν eſt 50. quæ literæ efficiunt ſimul ſita. Omitto veró hic explicationnam harum literarum, & artificium illarnm, quia ponitur in principio ex Attico à Romanis Correctoribus, qui tamen non corrigunt hoc primùm exemplũ Quod ſi retineantur literæ Græcæ quæ ſunt apud Gratianum in primo exemplo, nomina quæ in Formata continentur, erunt omnino mutanda; & alia aſſumenda quæ conueniant his literis. Sed melius videtur, retentis nominibus quæ ſunt in Formata, corrigere literas, eaſque nominibus aptare, donec inueniamus librum aliquem manuſcriptum in quo ſint nomina conuenientia ſuppntationi harum literarum; vt fecit doctiſſimus Sirmondus in corrigendo ſecundo exemplo.

In poſteriore ergò exemplo Sirmondus ex manuſcripto ſupplet nomina eius qui ſcribit, & eius ad quem ſcribitur; ita vt prima litera eius qui ſcribit, non ſit A. vt habet Gratianus noſter ſed V. nimirum Vuolfonis Epiſcopi Conſtantienſis ad Bernaltum Argentarienſem Epiſcopum; & corrigit ex eodem manuſcripto nomen Clerici, pro quo ſcribitur, & ponit Annonem pro Hermanno: quæ nomina optimè conueniunt cum ſupputatione poſterioris exempli. Quare in hoc exemplo, literæ ſunt π, υ, α, π, υ, ε, ν, & 99. ſeu ἀμὴν: & nota indictionis 10. Quibus conficitur ſumma 1325. Notandum tamen aliquos poſt literas π, υ, α, π, & poſt literam primam Epiſcopi qui ſcribit, ponere ſecundam Clerici pro quo ſcribitur, & tertiam eius Epiſcopi ad quem ſcribitur: & quartam ciuitatis vnde ſcribitur, quæ forma eodem recidit, nec mutat ſupputationem: & ita Papias Formatas ſuas conſtituit in voce Formata; quem male accepit Petitus cum ita legit, nominis quoque Epiſcopi qui delegat Epiſtolam prima ponenda erit Clerici cui licentia datur, ſecunda Epiſcopi ad quem dirigitur, tertia ciuitatis de qua mittitur, quarta, & earum ſupputatio, Indictionis eiuſdem anni, quæ nullomodo cohæren: & falſa ſunt: ſic ergo legendum: nominis quoque Epiſcopi qui delegat Epiſtolam prima ponenda erit, Clerici cui licentia datur ſecunda, Epiſcopi ad quem dirigitur tertia, Ciuitatis de qua mittitur quarta, & earum ſupputatio, &c. & ita Papiam non intellexit; idemque malè etiam trahit ad Formatas illos orbiculos de quibus loquitur Papias, cùm tantùm pertineant ad priuilegia Summorum Pontificum, nec adhibeantur in litteris Formatis: quæ quidem inuentæ ſunt Attico teſte in Concilio Nicæno 1. Græcis elementis litterarum quibus ipſi vtebantur, & ſupputationem apponebant, vt oſtendit Atticus apud Gratianum *in principio huius noſtræ diſtinctionis* 73. Vbi notandum ea quæ præcedunt hæc verba. Græca enim elementa, eſſe Gratiani; cætera vero eſſe Attici vſque ad 1. Canonem; Græca, inquit, elementa literarum numeros etiam exprimere, nullus qui vel tenniter Græci ſermonis notitiam habet, ignorat. Ne igitur in faciendis Epiſtolis canonicis, quas mos Latinus Formatas vocat, aliqua fraus falſitatis temere præſumeretur; hoc à patribus trecentis decem & octo Nicææ congregatis ſalubertimè inuentum eſt & conſtitutum, vt Formatæ Epiſtolæ hanc calculationis, ſeu ſupputationis habeterent rationem; id eſt vt aſſumantur in ſupputationem prima Græca elementa Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, hoc eſt π, υ, α, quæ elementa octogenarium & quadringenteſimum & primum ſignificant numerum, Petri quoque Apoſtoli prima litera, id eſt π. quæ numerum octoginta ſignificat; eius quoque qui ſcribit Epiſcopi primá litera, cui ſcribitur ſecunda, pro quo ſcribitur ſeu accipientis tertia, Ciuitatis de qua ſcribitur quarta, & indictionis quæcumque eſt illius temporis, idem qui fuerit numerus aſſumatur. Atque ita his omnibus Græcis literis, quæ vt diximus numeros exprimunt, in vnum ductis, vnam quæcumque collecta fuerit ſummam Epiſtola teneat: hanc qui ſuſcipit, omni cum cautela requirat expreſsè, addat præterea ſeparatim nonagenarium & nonum numerum, qui ſecundum Græca elementa ſignificat, ἀμὴν. Vt vero hoc intelligatur dicendum quos numeros ſingula Græcorum elementa ſignificent.

α.	1.	ι.	10.	ρ.	100.
β.	2.	κ.	20.	σ.	200.
γ.	3.	λ.	30.	τ.	300.
δ.	4.	μ.	40.	υ.	400.
ε.	5.	ν.	50.	φ	500.
ϛ.	6.	ξ.	60.	χ.	600.
ζ.	7.	ο.	70.	ψ	700.
η.	8.	π	80.	ω.	800.
θ.	9.	ϟ.	90.	ϡ.	900.

ait ergo Atticus in Formatis poni primum prima elementa Patris, id eſt π; quod ſignificat 80: deinde Filij, id eſt υ, quod valet 400. & deinde A id eſt Ἁγίου ſeu Spiritus Sancti, quod valet 1. quæ elementa inquit faciunt 481. Petri quoque prima litera quæ eſt π. & valet 80. vt ſupra diximus: deinde literas eorum qui ſequuntur, quæ variæ ſunt pro varietate nominum, & ita varia ſupputatio: indictionis etiam numerus eſt incertus; ſed numerus literarum Græcarum vocis ἀμὴν, eſt certus & valet 99. nam α valet 1; μ valet 40; η valet 8. ν denique valet 50; ex quibus numeris fit 99. ſumpto exemplo ex *can. 2. huius diſtinctionis*, quem ex veteribus ità emendauit quem ſupra diximus Sirmondus.

π. υ. α. π. Sanctiſſimo in Chriſto fratri ſummaque dulcedine Caritatis amplectendo Bernalto Argentarienſis Ciuitatis Epiſcopo, Volſo Conſtantienſis Eccleſiæ præſul, perpetuæ beatitudinis optat in Chriſto ſalutem υ. ε. ν. ο. de cætero nouerit ſancta Fraternitas veſtra quod iſte Anno noſtra in Parochia inſtructus ac detonſus, paruitatem noſtram rogauit quatenus illi Commendatiuas literas conſcriberemus: deinde paſtoralia. Sancta Trinitas veſtr m Beatitudinem ad regimen ſanctæ ſuæ Eccleſiæ perpetualiter bene valere concedat ϟθ. ἀμήν. indictione 10. continet hæc Formata Epiſtola 1325. nam ſumamus omnes litteras exempli illius poſiti in dicto canone 2. ſunt vero aliquæ communes, aliæ propriæ Communes literæ.

π prima Patris. 80.
υ prima Filij. 400.
α prima Spiritus Sancti. 1.
ϟθ eſt nota numeri ἀμήν.
qui conficit 99.
& ſorma communium litterarum eſt 660.
propriæ literæ.
υ prima Vuolfonis qui ſcribit. 400.
ε ſecunda Bernalti cui ſcribitur. 5.

ν tertia Anuuuis qui accipit ſen pro quo ſcribi- A
tur. 50.

ϲ quarta Conſtantiæ, vude ſcribitur, & confi-
cit, ſeu valet 200.

ι Nota iudictionis, quæ tunc erat cum ſcri-
pta eſt Formata, quæ valet 10.


Et ſumma omnium harum propriarum littera-
rum cum numero indictionis eſt 665.

Summa vero vtriuſque partis litterarum ſci-
licet tam Communium, quam propriarum, eſt
1325.

Et ad hunc modum fieri debent omnes For-
matæ literæ, & factæ hac ratione explicandæ
ſunt: erat enim primò vel ſalutatio in nomine B
Patris, Filij, Sancti Spiritus, non quidem expreſſis
nominibus harum perſonarú Trinitatis, ſed ap-
poſitis tantum primis litterjs eorum, vt in no-
mine π. id eſt Patris, υ, id eſt Filij, & α. id
eſt Sancti Spiritus; quæ inuocatio vel poneba-
tur initio Epiſtolæ omninò *can.* 1. *hac diſt.* 73.
vel ſtatim poſt ſalutationem ſactam Epiſcopo
ad quem ſcribebatur, ab eo qui ſcribebat, vt
eſt in *can.* 2. nihil enim intererat. Deinde nomen
apponebatur eius ad quem ſcribebatur, aut ſal-
tem ſecunda littera nominis eius; & nomen eius
qui ſcribebat, nempe prima littera nominis eius,
cum quarta littera nominis Epiſcopatus vt in
canone 1. Vualtetio Spirenſi Epiſcopo ego C
Burchardus Sanctæ Vuormacienſis Eccleſiæ de-
uotus in Deo verò ſummæ fœlicitatis beatitudi-
nem; & in *can.* 2. A. illius Ciuitatis Epiſcopo,
υ, illius Eccleſiæ præſul perpetuæ Beatitudinis
in Chriſto ſalutem. Sed corruptus eſt ibi locus,
ideoque non prodeſt, nec conuenit ad calcu-
lum ſeu rationem ducendam, quæ à nobis po-
netur infra; deinde nomen ponebatur Clerici
pro quo ſcribebatur, aut tertia littera nominis
eius vt *dicto can.* 1. *&* 2. Hermannus; tum res ex-
ponebatur & finiebatur, atque in fine tandem
ponebatur ἀμὴν quatuor litteris, vel valor qua-
tuor illarum litterarum notis Græcis, & ϙ quæ
apud Græcos valent nonaginta nouem: nam
ἀμὴν etiam diſtinctis numeris tantumdem valet
α enim eſt 1. μ eſt 40, η eſt 8. ν eſt 50. Poſtea po- D
nebatur indictio, & in fine, quod eſt in 1. exem-
plo *can.* 1. deeſt in 2. exemplo, ponebantur vna
collectæ omnes litteræ ſimul putà littera prima
Patris, Filij, Sancti Spiritus, π υ α. Eiſque
addebatur littera prima Petri nempe π. tùm lit-
tera prima nominis Epiſcopi, qui ſcribebat, vt
in ſecundo canone erit υ Verdunus, litera ſecun-
da nominis eius ad quem ſcribebat, vt in eu-
dem exemplo erit α, Baſilius; littera tertia no-
minis eius pro quo ſcribitur, vt in exemplo &
can. 2. eſt ϛ quia vocabatur Hermannus; littera
quarta vrbis Epiſcopi qui ſcribit, ſeu vrbis vn-
de ſcribitur, & ſi ſit Conſtantia v. g. erit ϲ. &
nota Indictionis quæ erat v. g. in *can.* 2. ſepti- E
ma: nam in eo canone non ponitur nota Indi-
ctionis, & illæ omnes litteræ ita ponebantur π υ
α π υ α ρ ϛ χ ἀμὴν, vel ϟ ϑ: & ſumma illa
litterarum ſecundum numeros ponebatur, nem-
pe in illo exemplo M. CCC. XXV. malè eſt in
canone 2. XV. pro XXV. Hoc verò ita facie-
bant, non expreſſo nomine Epiſcopi qui ſcribe-
bat, ſed tantum eius primâ litterâ; non expreſ-
ſo etiam eius nomine cui ſcribebatur, ſed tan-
tùm tertiâ litterâ nominis eius; non expreſſo
etiam nomine Ciuitatis Epiſcopalis vnde ſcribe-
bant, ſed tantùm quartâ eius litterâ, vt ſimul

A his iunctis litteris cum quinque primis Patris,
Filij, Sancti Spiritus, & Petri, & cum litteris
ἀμὴν, Ex ſumma ad Epiſcopi cognitionem per-
ueniretur qui ſcripſerat: & eius pro quo ſcripſe-
rat: quod ideo Patres excogitarunt in Nicæna Sy-
nodo *cap.* 18. ne interceptæ eorum litteræ dete-
gerentur. Verùm Iulianus imitari cœpit has For-
matas, vt ſcribit Gregorius Nazianzenus con-
tra Iulianum, & Sozomenus *lib.* 6. *cap.* 17. *&*
lib. 8. *cap.* 3. *Hiſtoria Eccleſia ſtica.*

Cæterùm Papias Vocabuliſta Formatarum
Litterarum artem ſic optimè deſcribit. Forma-
tæ, ait, Epiſtolæ à ſanctis trecentis octodecim
B patribus in Nicæno Concilio conſtitutæ ferun-
tur, ne videlicet, quicumque Clericorum, in
transferendo ſe, per quaſcumque litteras con-
fingeret à primo Epiſcopo commeandi licen-
tiam accepiſſe. Oportebit igitur in Epiſtolis
quæ Formatæ habentur literas has ex eorum
ſupputatione exprimi, primas literas Græcas
Patris, & Filij, & Spiritus Sancti; quæ videli-
cet ſunt π, υ, α, Pater enim Græcè πατὴρ, Fi-
lius υἱος, Sanctus Spiritus ἅγιον πνεῦμα dicun-
tur, quarum ſupputatio eſt quandringentorum
octoginta vnius: addenda præterea erit prima
litera nominis Petri Apoſtoli cum ſupputatione
ſua, ſicut aliarum, quæ ſequuntur, hæc eſt π,
quæ littera ſignificat 80. nominis quoque Epiſ-
C copi qui delegat Epiſtolam, prima ponenda erit.
Clerici cui licentia datur, ſecunda Epiſcopi, ad
quem dirigitur, tertia; Ciuitatis de qua mittitur,
quarta: & earum ſupputatio Indictionis eiuſ-
dem omni, &c. Poſt alia, anathema ponatur in
calce Epiſtolæ & monogramma in fine huiuſ-
modi B V. T E quod eſt bene valete. Signum au-
tem in priuilegij exordio, vel Chriſmatio erit:
Chriſmatio autē huiuſmodi effigiabatur ſpecie
vt autem pleniùs tali meâ ſententiâ effigia-
bitur ſpecie conſueuerunt præterea
in extremo margine pri-
uilegij quoſdam inſigni-
te orbiculos Antiſtitis nomen & pauca quælibet
D verba continentes in hunc modum



hactenus Papias, orbiculi illi, ſunt ſigillum An-
tiſtitis.

E Clericis igitur tranſeuntibus ad aliam Paro-
chiam neceſſariæ erant literæ illæ Commenda-
titiæ, tum Dimiſſoriæ, vt patet ex dictis; atque
Epiſcopus eas literas dare non debebat ſibi ſub-
iecto Sacerdoti, niſi ab eo poſtularentur; ne
videretur Epiſcopus ipſe velle dimittere eum,
& reddere quaſi ouem perditam, aut niſi aliqui
alij pro eo eas poſtularent, *can.* 10. *diſt.* 72.

Excipiuntur Clerici qui proprias Ciuitates
perdiderunt, & ex neceſſitate ad alias Eccleſias
migrauerunt: hi enim ſine literis proprij Epiſ-
copi, poſſunt ad aliam Eccleſiam venire, & ſuſ-
cipi in ea, cùm non poſſint manere in ſua *can.*

4. *diſt.* 71. quia fieri poteſt, vt nec proprium Epiſcopum habeant cui poſſint obſecundare, nec propriam Eccleſiam in qua ſuum miniſterium exhibeant, hoſte ſcilicet prohibente, vt eſt in *can.* 5. *diſt.* 71. Quo caſu Gregorius Papa permiſit Neapolitano Epiſcopo Incardinare, ſeu Inthroniſare, & Intitulare quendam Diaconum Eccleſiæ Benafranæ, & in ſua Eccleſia conſtituere in eodem Diaconi miniſterio, in quo erat in alia Eccleſia, *dicto can.* 5. *diſt.* 71. A

Cæterum hic adhuc notandum eſt, Electum Epiſcopum, ſi non eſſet Preſbyter afferre debuiſſe Dimiſſorias à ſuo Epiſcopo, quas ad Metropolitanum à quo erat confirmandus, vel conſecrandus, afferret *can.* 12. *diſt.* 76. eo quod cùm eſſet ſubditus eius, in aliam diœceſim, licet Epiſcopus, tranſiret. B

Iam verò ſi contra ſuperiora facta eſſet Extranei ordinatio, ea non erat rata, *can.* 1. *diſt.* 71. ſed irrita *can.* 3. & inſuper qui eſſet ordinatus, & multo magis qui ordinaſſet tandiu manebant excommunicati quandiu ipſe Clericus qui ſuſceptus erat reuerteretur ad propriam Eccleſiam *can.* 4. *diſt.* 71.

DISTINCTIO LXXIV.

Can. 1. & *ſeqq.* NEmo debet ordinari inuitus, ſiue agatur de ordinatione, quæ ſit promotio ad ordines ſacros; ſiue de ea, quæ eſt promotio ad dignitates Eccleſiaſticas. Et de primo patet ex *can.* 1. 2. 7. 8. 9. *hac diſt.* 74. atque Epiſcopus qui inuitum & reclamantem præſumpſerit ordinare, annali pœnitentiæ ſubditus, ſuſpenditur à Miſſarum celebratione *can.* 1. Vnde cum Natalis Epiſcopus Salonitanus, contra morem, ad fortioris gradus ordinem, vt loquitur canon 8. vel ad Sacerdotij ordinem, vt dicit canon 2. Archidiaconum Eccleſiæ prouehi cogeret Honoratum; eumque ideò loco ſuo id eſt Archidiaconatu ſubmouiſſet, aliumque ſibi obſequentem D inſtituiſſet, id non approbauit Papa, mandauitque iuſtum non eſſe, vt quis creſcere compellatur inuitus, eumque reſtitui iuſſit ſuo Archidiaconatui ſub periculo amiſſionis Pallij, & deinde excommunicationis *dicto can.* 8. ſimileſque ordinationes factæ ab Epiſcopo Rauennate prohibitæ ſunt à Summo Pontifice *can.* 7.

Vnde idem Summus Pontifex conſultus *can.* 9. ſuper ea re in neceſſitate quod Eccleſia indigeret Preſbyteris, reſpondit ex nolentibus non poſſe fieri volentes, & melius eſſe, ſi quos habeat, vel in Acolytis, vel Subdiaconis maturioris ætatis, dùm ſint vitæ probabilis, qui velint promoueri, vt promoueantur potiùs quàm diaconi qui nolunt: nam & ſic ſaltem reddentur E inferiores his quos præcedebant.

De ſecundo etiam eſt exemplum, vt nemo inuitus præficiatur alicui Eccleſiæ *can.* 6. vbi Monachus factus primò fuit Subdiaconus nolens ab Epiſcopo, deinde præfectus cuidam Eccleſiæ, & in ea ordinatus; vbi cùm nimiâ triſtitia affligeretur, mandat Papa vt retrahatur in Eccleſiam, in qua erat Subdiaconus inſtitutus, & in ea Eccleſia cum Epiſcopus conſtituat Cardinalem, quia tales erga ſubiectos noſtros debemus exiſtere, quales nobis, ſi ſubiecti fuiſſemus, noſtros voluiſſemus eſſe præpoſitos.

Multò verò minus id licet vt alius de ordine ſuo deiiciatur, vel inferior alio reddatur *can.* 5. *hac noſtra diſt.* 74. *Can.* 5.

Verum tamen eſt tantam poſſe neceſſitatem in Eccleſia suboriri, vt pro cultu diuino, poſſit iubere Epiſcopus aliquem ad maiorem, & ampliorem honorem promoueri, *can.* 3. & 4. ita vt ſi quis detrectet, priuetur adminiſtratione ſui gradus vnde noluit recedere, vt ad maiorem aſcenderet; vel etiam ad maiorem ordinem qui fuerit annexus maiori officio *eod. can.* 4. & ideo diſplicuit Gregorio Papæ in *can. vnic. diſt.* 85. iuramentum Archidiaconi Florentini, qui tactis ſacroſanctis Euangelijs, iurauerat ſe nunquam ad Epiſcopatum acceſſurum. *Can.* 3. & 4.

DISTINCTIO LXXV. & LXXVI.

ORdinatio Epiſcoporum ita præſcribitur ab Anacleto in Italia *can.* 1. *diſt.* 75. vt authoritate Apoſtolicâ celebretur ab omnibus qui in eadem prouincia fuerint Epiſcopis, qui ſimul conuenientes ſcrutinium agant, ieiunium cum omnibus celebrent precibus, & manus in ſanctis Euangelijs, quæ prædicaturi ſunt, imponentes, Dominica die, horâ tertiâ orantes, ſacraque C vnctione exemplo Prophetarum, & Regum, capita eorum, more Apoſtolorum & Moſis vngentes, quia omnis ſanctificatio conſtat in Spiritu Sancto, cuius virtus inuiſibilis ſancto chriſmati eſt permiſta; & hoc ritu ſolemnem celebrent ordinationem. *Can.* 1.

Debent verò fieri Epiſcoporum ordinationes intra tres menſes *can.* 2. *diſt.* 75. alioquin Metropolitanus correctioni ſubiacebit: nec enim diu carere poteſt Eccleſia paſtore, nec vltra tres menſes *can.* 11. *diſt.* 50. ſcilicet ſi Epiſcopus conſecrandus ſit Preſbyter; nam ſi electus ſit aliquis non Preſbyter tempus expectabitur quatuor temporum *can.* 12. *diſt.* 76. *Can.* 2. *Can.* 12. *d.* 76.

Fit autem ordinatio Epiſcoporum die Dominica hora 3. cum ieiunijs *can.* 1. *diſt.* 75. ſicut etiam ordinationes Preſbyterorum, & Diaconorum *can.* 4. & 5. *ead. diſt.* 75. *Can.* 1. *d.* 75.

Ordinatio verò Preſbyterorum & Diaconorum fieri primum debet vt dicitur *can.* 3. *diſt.* 75. tempore congruo, multis adſtantibus ſolemniter, aſcitis viris Doctis ad hoc opus, & probabilibus, id eſt approbatis *dicto can.* 3. & *can.* 6. vbi dicitur quod Subdiaconi, & alij inferiores poterant ordinari ſine tanta ſolemnitate, priuatim etiam nec publicè, & quolibet tempore, *eod. can.* 6. non autem Diaconi, & Preſbyteri niſi in publica ordinatione. *Can.* 3.

Non ergo paſſim diebus omnibus Sacerdotalis, vel Leuitica ordinatio celebrabitur, vt dicitur *can.* 4. *ead. diſt.* imo non niſi certis diebus, vt dicitur *can.* 7. *diſt.* 75. ſcilicet diebus Dominicis *can.* 5. quod ita intelligitur, vt poſt diem Sabbati eius noctis quæ luceſcit in prima Sabbati, exordia conſecrandi eligantur, in quibus, his, qui conſecrandi ſunt, ieiunis & à ieiunantibus ſacra benedictio conferatur: quod eiuſdem obſeruantiæ erit, ſi mane ipſo Dominico die continuato & ieiunio Sabbati celebretur, à quo tempore noctis præcedentis initia non recedunt, quod ad diem Reſurrectionis Domini, ſicut etiam ad Paſcha Domini pertineant *can.* 4. *ead.* *Can.* 4. 7. & 5.

diſt. & can. 5. his verbis; quod die Dominico ordinationes Sacerdotum celebrentur, non tantùm ex conſuetudine, ſed etiam ex Apoſtolica nouimus venire doctrina, ſcripturâ manifeſtante, quod cum Apoſtoli Paulum & Barnabam ex præcepto Spiritus Sancti ad Euangelium Gentibus mitterent prædicandum, ieiunantes & orantes impoſuerunt eis manus; vt intelligamus, quantâ & dantium & accipientium deuotione curandum ſit, ne tantæ benedictionis Sacramentum negligenter videatur impletum: & ideo piè & laudabiliter Apoſtolicis morem geſſeris inſtitutis, ſi hanc ordinandorum Sacerdotum formam per Eccleſias, quibus Dominus præeſſe te voluit, etiam ipſe ſeruaueris, vt his qui conſecrandi ſunt, nunquam Benedictio niſi in die Dominicæ Reſurrectionis tribuatur, cui à veſpera Sabbati initium conſtat aſcribi; & tantis diuinarum diſpenſationum myſteriis eſt conſecrata, vt quidquid eſt a Domino inſignius conſtitutum, in huius diei Dignitate ſit geſtum: in hac Mundus ſumpſit exordium; in hac per Reſurrectionem Chriſti & Mors interitum, & vita accepit initium, &c. *dicto can.* 5.

Can. 7.

Nec vero qualibet die Dominica, aut omni tempore fient iam dictæ ordinationes: nam quia debent exerceri ieiunando, ideò non poterunt exerceri, niſi temporibus ieiuniorum quatuor temporum & Dominica poſt, vt dicitur *can.* 7. *diſt.* 75. Ordinationes, ait, Presbyterorum & Diaconorum niſi certis temporibus & diebus exerceri non debent, id eſt quarti menſis ieiunio, ſeptimi, & decimi, ſed etiam Quadrageſimalis initij, ac medianæ hebdomadæ, & Sabbati ieiunio circa veſperam nouerint celebrandas, nec cuiuſlibet vtilitatis cauſa ſeu Presbyterum, ſeu Diaconum his præferri, qui ante ipſos fuerint ordinati, *dicto can.* 7.

Can. 1. & ſeq. d. 75.

Olim verò Ieiunium illud ter in anno tantùm celebrabatur; ſed poſtea conuenientius viſum eſt, ſi per quatuor tempora fuiſſet obſeruatum *can.* 1. *diſt.* 76. ſcilicet in Quadrageſima, in hebdomada Pentecoſtes, in Septembri, & in Decembri, vt dicitur *can.* 4. Vere, Æſtate, Autumno, & Hieme, vt dicitur *can.* 6. *hac diſt.* 76. & *can.* 2. *ead. diſt.* 76. atque in menſe Martio hebdomadâ primâ, in Iunio hebdomadâ ſecundâ, in Septembri hebdomadâ tertiâ, in Decembri quarta hebdomadâ: & hæ hebdomadæ ita capiuntur *can.* 3. vt ſi Calendæ Martiæ in quarta feria, vel ante venerint, eadem hebdomadâ ieiunium celebretur; ſi autem Calendæ Martiæ, in Quintam Feriam, aut Sextam, aut Sabbatum diſtendantur; in ſequentem hebdomadam jeiunium differetur: & ſimili modo ſi Calendæ Iunij in quarta feria, aut antea euenerint, in ſubſequenti hebdomada ieiunium celebretur: & ſi in quinta, aut ſexta feria, aut Sabbato contigerint, ieiunium in tertiam hebdomadam referetur *dicto can.* 3. *diſt.* 76. Vbi etiam hoc ſciendum eſſe dicitur, quod ſi quando ieiunium menſis Iunij in Vigilia Pentecoſtes ſecundum prædictam regulam euenerit, non ibi celebrandum erit, ſed in ipſa hebdomada ſolemni Pentecoſtes; & tunc propter ſolemnitatem Spiritus Sancti, Diaconi Dalmaticis induentur, & Alleluia canetur, & flectamus genua, non dicetur. Eodemque modo de Septembris ieiunio conſtitutum eſt, vt ſi Calendæ Septembris in quarta feria euenerint, aut anteà, ieiunium in tertia hebdomada celebretur; quod ſi in quinta, aut ſexta, aut Sabbato contigerint, in quarta hebdomada ieiunium fiat; & idem eſt de menſe Decembri, vt in proximo Sabbato ante vigiliam Natiuitatis Domini celebretur ieiunium: quod ſi vigilia in Sabbato euenerit, ſimul vigiliam & ieiunium celebrare non conuenit *dicto can.* 3. *diſt.* 76.

Can. 7.

Hæc autem ieiunia ideò maximè inſtituta ſunt illis diebus feſtis, vt ſi quid inter ipſa feſtiuitatũ gaudia licentia inordinata præſumpſit, hoc religioſæ abſtinentiæ cenſura caſtiget *can.* 5. Et per totius anni circulum diſtributa ſunt hæc ieiunia, vt lex abſtinentiæ omnibus ſit aſcripta temporibus, vt intelligamus diuinis nihil vacuum eſſe præceptis, & verbo Dei ad eruditionem noſtram omnia elementa ſeruire; dum per ipſius mundi cardines, quaſi per quatuor Euangelia, inceſſabili tubâ diſcimus quod & prædicemus & agamus. Alia verò ratio etiam ſumi poteſt ex *can.* 7. quod, vt ibi ait D. Hieronymus ſimiliter Hebræi haberent quatuor ieiunia in anno, licet non iiſdem menſibus, nempè ieiunium Quarti id eſt Iulij, ieiuniũ Quinti id eſt Augſti, ieiuniũ Septimi id eſt Octobris, & ieiuniũ decimi menſis id eſt Ianuarij. Ieiunabant menſe Iulio, quia tunc Moyſes deſcendit de mõte Sina cum tabulis, quas abiecit & fregit; tũ quia tunc etiã primũ muri rupti ſunt Ciuitatis iuxta Hieremiam. Deinde menſe Auguſto, quòd cum propter exploratores Terræ Sanctæ ſeditio orta eſſet in populo, iuſſi eſſent montem non aſcendere, ſed per 40. annos, longis à Terra Sancta circuitu diſpendiis, vt exceptis duobus Chaleb & Ioſuë in ſolitudine ceciderint; & quod hoc menſe etiam à Nabuchodonoſor, & poſtea à Tito Templum ſubuerſum ſit: Item Octobri, quæ Godolias occiſus, & Iudæ tribus ac Hieruſalem reliquiæ diſſipatæ ſint; denique Ianuario, quia Ezechiel in captiuitate poſitus audiuit, & cunctus populus Captiuorum, quinto menſe Templum eſſe ſubuerſum, *dicto can.* 7.

Can. 7. & 8.

Porrò non fiunt ordinationes à Paſcha ad Pentecoſtem, quia non fiunt illis quinquaginta diebus ieiunia, propter Reſurrectionem, quia Chriſtus nobiſcum eſt; & illi omnes dies ſunt veluti dies Dominici, nec genibus etiam oramus: & ſicut cùm mortuus eſt Chriſtus ſponſus, ac ablatus à nobis, ieiunamus; ita cùm reuerſus eſt, non ieiunamus *can.* 7. & 8. *diſt.* 76. nec enim id ideo fit, quod minore lætitiâ celebremus diem Pentecoſtes, quàm Sanctum Paſcha; ſed quia hæc Traditio Eccleſiæ *can.* 9. *eod. diſt.* 76. nec etiam hoc ideò ita fit, vt obſeruatur à nobis, quin illis temporibus Monachi vel Clerici qui ieiunare cupiunt, poſſint ieiunare, vt Antonius & Paulus, & alij ieiunabant *can.* 10. imo Paulus, & cum eo Credentes diebus Pentecoſtes, & die Dominico ieiunabant, vt eſt in Actibus Apoſtolorum, vt refertur *can.* 11. *hac diſt.* 76.

Can. 10. & 11.

Ordinatio itaque eſt vel Tonſuræ, & Minorum ordinum, vel Sacrorum; Tonſura poteſt conferri quolibet die, & horâ, ex Pontificali Romano *cap. de Ordinibus conferendis*: Minores ordines conferendi ſingulis Dominicis, & Feſtiuis diebus, ſcilicet duplicibus, matutinis horis ex eodem Pontificali Romano *eodem capite*, & ex Alexandro 3. *cap. de eo, Extra, de Temporibus ordinat.* Dicit vero Alexander 3. poſſe ordinari vnum, aut duos, non plures, vt

ait *Hoſtienſis*: *Gloſſa* tamen, & plures putat *dicto capite de eo*, dum non fiat ordinatio generalis; Et licet ordo Romanus *in can. 6. diſt. 75.* dicat de his, quando & vbi libitum fuerit, vſque ad Subdiaconatus officium, ordinantur Clerici, Diaconi verò atque Preſbyteri nunquam niſi in publica ordinatione; huic derogatum ab Alexandro 3. qui fuit poſterior ordine Romano, cùm ait, Dominicis, vel Feſtiuis diebus conferri poſſe Minores ordines: inter quos notandum poni Subdiaconatum in ordine Romano; quod tunc non eſſet ordo ſacer; eumque ſeparat Alexander 3. cuius tempore erat ſacer.

Sacri vero Ordines non omni tempore conferuntur: ſed ſunt quatuor anni tempora conſtituta his conferendis, in quibus ieiunatur nempe prima hebdomada Quadrageſimæ, & eſt ieiunium Vernum; Æſtiuum in Pentecoſte; Autumnale in menſe ſeptimo; & in decimo Hiemale; vt ait Leo 1. *can. 6. hac diſt. 76.* & Vrbanus 2. *can. 4. eadem diſt.* & in Concilio Claromontenſi *can.* 1. & refertur à Romanis Correctoribus in *can. 2. hac diſt.*

Can. 4. Eſt vero *in dicto can. 2. ex Concilio Moguntiaco* notandum, primum ieiunium aſſignari menſi Martio hebdomada prima, ſi Calendæ Martiæ fuerint ante quintam feriam; ſi vero fuerint in quinta feria, vel aliis ſequentibus vt differatur in hebdomadam ſequentem. Micrologus ait *cap. 24. & 25.* in Concilio. Moguntino id dici ex ignoratione Traditionis Eccleſiaſticæ: & certior eſt Regula, ſi ſumatur prima hebdomada Quadrageſimæ, cum non menſi Martio ſimpliciter debeat tribui, ſed Lunæ menſis Martij, vnde fit vt ieiunium illud in Februarium incidat, prout Quadrageſimæ initium citiùs celebratur, vt ait idem Micrologus.

Can. 1. De his etiam quatuor temporibus agitur in *can.* 1. qui eſt Calixti I. vbi cùm dicitur ter in anno celebrari hoc ieiunium; Baronius *ad annum* 226. num. 25. putat legandum quater. Bellarminus autem putat nihil mutandum; & olim non fuiſſe quaternum ſed ternum; ipſum vero conuenientiùs tunc fieri quater decreuiſſe, exemplo ſumpto ex *cap. 8. Zacharia*, in quo agitur de quatuor ieiuniis Iudæorum: & præcipitur vt ordinationes fiant quatuor temporibus ieiuniorum: quibus additur Sabbatum Sanctum Paſchæ *can. 7. diſt 76.* & qui ordinabantur extra tempora, poterant deponi ab Epiſcopo, donec reſtituerentur à Papa, *cap. cum quidam, de Conſuetudine*. Permiſſum poſtea tamen eſt Epiſcopo, vt nec deponeret eos, *cap. Conſultationi eod. tit.* & Concilium Tridentinum nullâ pœnâ adhibitâ, omnia permittit conſuetudini, vel Epiſcopo *Seſſione 23. de reformat. cap 8.*

Ordinationes verò non fiunt niſi die Sabbati à ieiuniis, vt poſſit continuari & ieiunium, & ordinatio vſque ad diem Dominicam, ex Leone 1. *can. 4. & 3. diſt. 75.* & ex Concilio Lemonicenſi *Act. 2. ante finem*, ſub Benedicto nono; ita vt ad veſperam inchoarentur *dicto can. 4. & 5.* & protraherentur totâ nocte, *ibidem*, & tunc Miſſæ fierent Veſpertinæ, de quibus agitur in Concilio Agathenſi *can. conuenit. diſt. 5. de Conſecrat.* & Aurelianenſi 3. *can.* 28. Nam quod prohibentur in Concilio Carthaginenſi 3. *cap. 39. Africano* Maſconenſi 2. C. 6. id intelligitur cum fit à non ieiunis.

Cæterùm Græci nullum certum diem habent, A quo conferant ordines, & valet ordinatio: *Hoſtienſis in Summa, de Temporibus ordinatio. §. quo tempore*, & gloſſa, *in cap. cùm ſecundum, & in cap. quod Tranſlationem, eod. tit.* Et poterit etiam fieri ordinatio non generalis, ſed alicuius, aliis temporibus, vt Paulinus Nolanus, *Epiſt. 6. ad Senecam*, ait, ſe ordinatum Preſbyterum die Natali Domini; & Ambroſius, poſt Baptiſmum ſuſceptum, accepto ſingulis diebus vno ordine, die octaua Conſecratus eſt Epiſcopus, teſte eodem Paulino *in eius vitâ*, & Badechiſitus Maior domus, electus Cenomanenſis Epiſcopus, intra quadraginta dies omnes gradus ſortitus, vt refert Gregorius Turonenſis; & B Rainaldus Andegauenſis electus, octo diebus omnes ordines extra tempora accepit, vt ait Goffridus Vindocinenſis *Epiſt. 11. lib. 3.* Et ſummi Pontifices dicuntur habere quidem hanc poteſtatem, vt poſſunt omnibus temporibus ordinare, ſed non expedire vt vtantur hac poteſtate, vt ait Hoſtienſis *in ſumma de Temporibus ordinat. §. quo tempore.*

Nec obſtat quod Subdiaconatum confert in diebus Dominicis, ex ſententia Alexandri 3. *cap. de temporibus ordination.* nam hoc facit inſpectâ origine, quia olim Subdiaconatus non erat ordo ſacer, & quantùm ad eius collationem hoc C manſit, vt non conſideraretur tanquam ſacer ordo. Et ſanè cùm Bonifacius Moguntinus, cogente neceſſitate, & paupertate rogantium, nõ legitimis temporibus & diebus, Preſbyteros & Diaconos ordinaſſet, hoc non approbauit Zacharias *epiſt. ad Bonifacium* 12. *vel* 13. *quæ incipit Benedictus Deus*, & ait indulgentiam à Deo poſtulandam de ea re, licet facta ſit propter zelum fidei.

Item primis temporibus non leguntur factæ his omnibus temporibus ordinationes à Summis Pontificibus: & Amalarius *lib. 2. de Eccleſiaſticis officiis, cap. 2.* ait non niſi menſe Decembri celebratas fuiſſe; D quod ita intelligendum vt tunc frequentiùs celebrarentur, vt patet ex Anaſtaſio *in vitis eorum* vſque ad Nicolaum I. Tamen Leo I. aliis temporibus eas fecit, & Simplicius per Decembrem & Februarium *apud Anaſtaſium*, & Symmachus etiam Decembri & Februario; Fœlix III. Februario & Martio; Gregorius I. in Quadrageſima, & menſe Septembri; Leo II. Iunio, Sergius Martio, & ſic de aliis. Vno vero die poteſt quis ad Minores aliquos, vel omnes Ordines promoueri, vt colligitur ex *cap. 3. de temporib. ordination.* quod eſt Alexandri III. maximè iuxta patriæ conſuetudinem *ex cap. cum later, de eo qui furtiuè ordin. ſuſcepit*, non ſi alia eſſet Conſuetudo ex Inno- E centio IV. Hoſtienſ. & Panormit. *dicto cap. 3.*

Cum Minoribus tamen non poteſt accipi Subdiaconatus ex dicto *cap. cum H. later*: multò minùs ſuſcipiendi ſunt ſimul ordines duo ſacri; *cap. literas, de tempor. ordinat.* qui eſt Innocentij III. *& cap. Dilectus*, Honorij III. *eod. tit.* Epiphanius tamen vnâ die omnes ordines recepit, in eius vita *Num. 34. tomo 2.* & Paulinus eodem die factus Diaconus, & Preſbyter ab Epiphanio; Epiphanius *Epiſtola ad Ioannem, quæ eſt inter Epiſtolas Hieronymi* 60. & S. Norbertus ab Archiepiſcopo Colonienſi eodem die Diaconus & Preſbyter, eſt ordinatus apud Surium; *in eius vita cap. 3. Iunij. 6.*

DISTINCTIO LXXVII. & LXXVIII.

Can. 1. DE nemine ordioando per Saltum, & præpoſtero ordine, diximus iam ſupra, quod adhoe oſtenditnr *can.* 1. *diſt.* 77. vbi ſtatuitur, vt ſi qois mereatur eſſe Epiſcopus, debeat primùm eſſe Oſtiarius, deiode Lector, p(o)ſtea Exotciſta, deinde Aeolitbus, (malè enim Acolithua per y, ſed per i), tum Subdiaconns, deinde Diaconus, poſt Presbyter; & ſic aſcendat ordine ad ordines, qui mereint ordinari. B

Can. 3. 2. Quantùm autem temporis manere debeat vnuſquiſque io quolibet ordine, ſi nimirum ab infantia Eccleſiaſticis miniſteriis nomen dederit, præſcribitur *can.* 3. *hac diſt* 77. vt ſcilicet inter Lectores maneat vſque ad vigeſimum ætatis annum, quo anno ſi mereatur fiat Acolithos, & Sobdiaeonns; vbi ſi digne ſe geſſerit, ſcilicet poſt quinque annos, Diaconus fiat; & denique poſt aliud qoinquennium, Presbyter; & poſt decennium Epiſcopus: idemque dicitur *can.* 2. *ead. diſt.* 77. vt eſt in correctis exemplaribus, vbi hæc etiam affertur diſtinctio, quod vel aliquis ſe ab infantia mancipat Ecelesiæ, vel C iam grandæuns; & ſi ab infantia quis ſe Eccleſiæ mancipauerit, inter Lectores vſque ad 20. ætatis annum contiouet, nam falſum eſt quod dicitur in ooſtris exemplatibus ioter Lectorea & Exorciſtas ipſum quinquennio manere, quia eum non niſi anno decimo octano aliquis poſſet fieri Lector *can.* 2. *diſt.* 78. ooo erat neceſſe expectari quinque annos vt quis fieret Subdiaconus, ſed taotùm duos annos *can.* 4. *diſt.* 77. Item falſom qnod poſteà dicitur io Subdiaconatu, & Acolithatu manere quem per quatuordecim annos; ſatis enim erat ſi mancrent per quioqne annos *can.* 3. Quare legendum, vt eſt in additis: cætera enim rectè procedunt; cùm D dicitnr vt Diaconus poſt quinqoennium fiat Presbyter, tum Epiſcopus, ſcilicet poſt decennium vt dictum eſt *ex can.* 3. nam hoc canone, noo ponitur interuallum à Saeerdotio ad Epiſcopatum.

Can. 2. 3. Si verò iam grandænus voluerit ſeruire Eeeleſiæ, puta iam maior viginti annis, tunc oihilomioùs ioter Lectores ſiue Exorciſtas per quinqoennium manebit; exinde Acolithus, vel Subdiacooos per quatuor annos, deiode Diaconos etiam per annos quatuor, tum Presbyter, tum Epiſcopus *dicto can.* 2. in qno non ponitnr tempus, quo manere debet Presbyter. *Can.* verò 3. alia ponitur ratio, vt ille grandæuus & maior 20. anois ſtatim Lector & E Exorciſta fiat, biennioque ibi moretur, poſt per quinquennium maneat Acolithus, & Subdiacoous, tum Diaconus, tum Presbyter, denique Epiſcopus.

De Ætate verò Ordinaodorum, quid dicéndum ſit, ferè iam patet ex dictis canooibns 2. & 3. nempe ætatem legitimam eſſe 20. annum Subdiaconi, 25. Diaconi, trigeſimum Presbyteri, Epiſcopi quadrageſimum, niſi erratum ſit in illo decennio Epiſcopi.

Can. 4. Subdiaconus ergo non minor viginti annis A poteſt Ordinari *can.* 4. item & *can.* 3. *ac* 2. in correctis exemplaribus *dicta diſt.* 77. Diaconus verò non ordinetur ante viginti quinqoe annos ætatis, ſicut nec Virgines conſecrantur, nec Lectores populum ſalutant, *can.* 6. *diſt.* 77. Epiſcopus, ait, Benedictionem Diacooatus minoribus qnàm 25. annorum penitùs non committat, & *can.* 2. *diſt.* 58. nemo Diaconus fiat qui minor viginti quinque annis ſit, idque deſumptum eſt ex veteri lege, in qua ab anoo 25. Leuitæ in Tabernaculo ſeruire maudantur, quod ſequuti ſunt ſancti Patres in Canonibus ſuis, vt dicitur *can.* 7. *diſt. ead.* Can. 6. d. 77.

B Presbyter autem antè 30. ætatis annum non ordinatur *can.* 6. Presbyterum, ioquit, vel Epiſcopum ante 30. annos, & Diaconum ante 25. nullus Metropolitanorum ordinare præſumat, & *can.* 1. *diſt.* 78. Si qois triginta ſuæ ætatis aonos non impleuerit, nullo modo Presbyter ordinetur, etiam ſi valde ſit doctus; & *can.* 2. *ead. diſt.* 78. oemo Presbyter conſecretor, qui minor triginta ſit annis & *can.* 4. *ead. diſt.* 78. Presbyter ante 30. annorum ætatem non ordinetur quamois ſit probabilis vitæ; ſed obſeruet vſque ad præfinitum tempus: nam Dominus noſter Ieſus Chriſtus trigeſimo anno Baptiſatus eſt, & tunc prædicauit *dicto can.* 4. Can. 6. p. 77 Can. 1. & ſeq. d. 78.

Quæ tamen intelliguntur niſi neceſſitas ali- C qua vrgeat, & peouria Presbyterorum *can.* 5. *diſt.* 78. his verbis, ſi triginta anoorum oon reperiuntur, & neceſſitas expoſcit, à 25. anois, & ſupra, Leuitæ, & Sacerdotes ordinentur: Epiſcopus vero ordioatur anno quadrageſimo, *dicto can.* 3. *diſt.* 77. Diſt. 78.

De Lectoribus vero dicitor *canone* 2. *diſt.* 78. nemo illis connumeretur, qui minor fuatit octodecim annis; nemo inter Diacooiſſas conſecretur Eccleſiæ quæ minor ſit quadraginta annis; vel quæ ad ſecundum Matrimooium venerit. Can. 2. d. 78.

Iam verò ſi quis in aliqno Sacerdotali ordine fuerit, præter illa tempora coostituta ordi- D natus, deponetur. *can.* 4. *diſt.* 77. & prohibetur Epiſcopus ordioare oiſi in debita ætate *can.* 6. Excipe niſi ordinetur Monachos, is enim ſi maior ſit 25. annis continuè Lector, vel Notarius fieri poteſt, vel Defenſor, & poſt tres menſes Acolithus, & ſexto meoſe Subdiaconus; & nono menſe Diaconns, completoque anno Presbyter *can.* 9. *diſt.* 77. qui tamen ſupplere debet deuotione, quod ei aooorum interſtitia fuiſſent collatura, *dict. can.* 9. In aliis vero Clericis, vt diximns, ſernatur conſtitutio *can.* 5. *diſt.* 78 Niſi aliud neceſſitas ſuadeat. Can. 4. 6. & 9. d. 77.

Nec mirum ſi ſuprà loquuti fuerimus de Defenſoribus, qui facti Monachi poſt vigeſimum quintum aonum ordinabantur *can.* 2. *hac noſtra* E diſt. 77. Can. 2.

Ex quo colligitnr Eceleſiam Defenſoribns laicis vſam fuiſſe, qui vel ab Imperatoribus impetrabaotur *can.* 10. 23. *Quaeſt.* 3. qui canon ſumptus eſt ex Concilio Africano *cap.* 22. *&* ex *can.* 49 *codicis canonum Eccleſ. Africana* & apud Zonatam, & Balſamonem: & idem viſum eſt Epiſcopis Eccleſiæ Gallicanæ in Concilio Mogunt. ſub Carolo Magno *can.* 50. omnibus igitur Epiſcopis, Abbatibus, cunctoque Clero præcipimus, Vicedominos, Præpoſitos, Aduocatos, ſiue Defenſores bonos habere;

re, & dignum præponere, atque ſi hæc intra vrbem Cardinales perficere nequiuerint; authoritate Apoſtolicâ congregati in alio loco, qui eis placuerit, eligent quem digniorem perſpexerint, conceſsâ ei etiam ante conſecrationem authoritate regendi & diſponendi res & vtilitatem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſecundum quod ei melius videbitur, iuxta qualitatem temporis, quaſi iam omnino ſit inthroniſatus *can.* 9.

Concors autem eſſe debet electio Cardinalium *dicto can.* 9. quod ita intelligitur *ex can.* 10.

Can. 10. 8. & 11. vt ſi in vnū totius inclinauerit Eccleſiaſtici ordinis electio, is conſecretur electus Epiſcopus; ſi autem, vt fieri ſolet, ſtudia cœperint eſſe diuerſa eorum, de quibus certamen inter eos emerſerit, vincat ſententia plurimorum: ſic tamen vt ſi quis repetiatur ex alia parte, qui captus promiſſione, non recto iudicio de electione decreuerit, careat Sacerdotio: quod ſi tantum fuerit certamen inter Cardinales, & alios eligentes, ita vt duo forte, contra fas, temeritate concertantiū, fuerint ordinati, hac tunc ex *can.* 8. & *diſt.* 79. nullus ex his futurus penitus Sacerdos erit, & noua penitus fiet electio ſeu ordinatio; illeque ſolus in Sede Apoſtolica permanebit, quem ex numero Clericorum nouâ illâ ordinatione, id eſt electione, diuinum iudicium, & Vniuerſitatis conſenſus elegerit, *dicto can.* 8. Quæ omnia ideò cauentur prouide, quia vt eſt *in can.* 11. licet electionem ſummorum Sacerdotum ſibi Dominus reſeruauerit, tamen eam bonis Sacerdotibus, & ſpiritualibus populis conceſſit, qui in ea te poſſunt turbari.

DISTINCTIO LXXX.

Can. 1. & 2. APoſtoli, initio, honores & dignitates Eccleſiaſticas conſtituerunt, & diſtribuerunt ſecundum formam & typum ciuilium adminiſtrationum: ita vt Primates & Patriarchas conſtituerint in vrbibus, in quibus videbant Gentiles etiam ſuos Primates habere; ad quos Epiſcoporum negotia, ſalua in omnibus Apoſtolicâ authoritate, & maiores cauſæ poſt Apoſtolicam Sedem referrentur, vt habetur *can.* 1. & 2. *hac diſt.* 80. & ita in Ciuitatibus, in quibus dudum apud Gentiles erant primi Flamines, id eſt primates Flaminum eorum, atque primi legis Doctores, poſiti fuerunt Apoſtoli; vel B. Petro præcipiente, vt eſt in *can.* 2. Primates Epiſcoporum, vel Patriarchæ, qui reliquorum Epiſcoporum cauſas in fide agitarent: in ciuitatibus autem minoribus, in quibus dudum apud prædictos Ethnicos erant Archiflamines tantum, qui erant minores dictis primis ſeu Primatibus Flaminum, idem D. Petrus præcepit Archiepiſcopos tantum inſtitui *dicto can.* 2. Fuerunt enim apud Gentiles, Primi, & Primates, & priores, & Capita officij, vt patet ex *Cod. Theodoſiano* paſſim. Hoc autem ita fieri tunc neceſſe erat propter frequentiam & populorum communionem, maximè cum tunc ſubiacerent omnino legibus ciuilibus: nam poſtea, vt probauimus ſuprà, diuiſo imperio non ſunt Eccleſiæ diuiſæ, nec ius earum immutatum.

In reliquis vero Ciuitatibus adhuc minoribus, conſtituti ſunt Epiſcopi, qui non Primatū, nec Archiepiſcoporum dignitatem haberent, quod non haberent Matres Ciuitatum. Atque hi Epiſcopi non in caſtellis, villis, aut modicis Ciuitatibus inſtituti ſunt *can.* 3. 4. & 5. In villis verò, & vicis erant Viſitatores, qui eò mittebantur ab Epiſcopis, ſcilicet in Eccleſiis, vbi nondum erant Curati, qui haberent Eccleſiam in Titulum; quæ ideò committebantur ab Epiſcopo his Viſitatoribus, donec ij poſiti eſſent. Poſtea non amplius Viſitatores, ſed Preſbyteri; qui Viſitatores, nec non Preſbyteri nihil poterant facere ſine conſcientia Epiſcopi *can.* 5. & 3. Can. 3. 4. 5.

Preſbyteri ergo poſteà per caſtella atque modicas ciuitates ordinati; & poſiti ab Epiſcopis, ſinguli tamen per Titulos ſuos *dicto can.* 3. & in omnibus locis, vbi minores ſunt plebes, 4.

DISTINCTIO LXXXI.

DIuus Paulus dixit, vt ordinetur ſi quis ſine crimine eſt; non vero dixit, ſi quis ſine peccato, vt explicat hic *canon* 1. ſed ſine crimine. Crimen enim eſt peccatum graue, accuſatione & damnatione digniſſimum, vt homicidium, adulterium, immunditia fornicationis, furtum fraus, ſacrilegium, &c. *dicto can.* 1. Nemo enim rectè quidem Monitoris perſonam ſuſcipit, niſi qui actibus ſuis errata condemnat, & amorem innocentiæ conuerſatione demonſtrat *can.* 2. Can. 1. Can. 2.

Vnde ſi qui lapſi ſint, & per ignorantiam ſint ordinati, vel conſcientia (ita lego ex Græco, non contemptu) eorum qui ordinauerunt, deponuntur; & non recipit eos ordo Eccleſiaſticus, etiamſi homines eis manus impoſuerint contra Regulam ſeu Canonem, in omnibus enim quod reprehenſibile eſt ſancta defendit Eccleſia, *can.* 4.

Et ideo, cùm Daniel quidam magnâ facinorum accuſatione pulſatus, vti ſacrarum Virginum pollutus inceſtu, Epiſcopus eſſet ordinatus; & in Pontificij dignitatem obrepſiſſet, mandat Papa vt ordinatus & ordinator dignitatem amitterent *can.* 3. & Iſidorus Peluſiota *lib.* 1. *Epiſt.* 25. *ad Zoſimum*, ita ſcribit, Aiunt nonnulli te Sacerdotij cupiditate teneri, hoc eſt rei quam multis, ac præſertim tibi attingere nefas eſt. quare aut mores tuos corrige, aut à Templorum, quæ libet attingere minimè licet, cupiditate abſiſte. Can. 3.

Et ſicut criminoſi ad Sacerdotium non admittuntur, ita etiam à Sacerdotio reiiciuntur, vt Preſbyteri, qui in Preſbyterio filios procrearunt *can.* 7. qui alieni efficiuntur à miniſterio, quod viuendo illicitè, polluerunt; quia qui ſancti non ſunt, Sancta tractare non poſſunt: & aliquando in Monaſterium depoſiti, toto vitæ ſuæ tempore detrudebantur *can.* 7. & 10. vt ibi peccata lugerent, & vlteriùs non committerent *can.* 8. Valet enim interdum conuerſis pro animæ ſalute, mutatio loci; & plerumque cum mutatur locus, mutatur & mentis affectus, vt dicitur *eod. can.* 7. nec enim depoſitis ac degradatis licebat ſæculariter, gradu amiſſo, viuere; & pœnitentiæ agendæ bonum neglige-

te: ideoque gradu amiſſo pœnitentiæ agendæ cauſa in Monaſterium, aut in Canoniam regularem mittebantur.

Can. 11, 12. & 13. Quod ſi amiſſo gradu ſæculariter viuere voluerint, & agere pœnitentiam neglexerint, ab Eccleſiæ communione ſeparabuntur, vt eſt in *dicto can.* 8. Aliquando enim etiam depoſitis, & in Monaſterium detruſis communio relinquebatur *can.* 10. & 11. vbi Romanus Eccleſiæ Theanenſis Clericus, reus adulterij, a Clericatus ordine depoſitus, in Monaſterio in vrbe Romana ad agendam pœnitentiam, ex iuſſione Epiſcopi, detruſus eſt. Idemque ſeruatum in *can.* 16. vbi communio eſt conceſſa depoſito, propter hanc rationem, quæ habetur in ſcriptu- B ra, non vindicabit Dominus bis in idipſum. Communio inquam concedebatur, ſaltem inter laicos *can.* 13.

Can. 14. & ſeqq. Aliquando verò etiam communione pellebantur ſimul & officio *can.* 14. & 15. in quo dicitur, quod idololatræ habendi, qui eorum Miſſas audiunt; & eorum Benedictio vertitur in maledictionem, qui Miſſas dicunt perſeuerantes in peccato: & *can.* 16. proprio gradu decidunt, nec in choro pſallentium manent, nec aliquam portionem de rebus Eccleſiaſticis habent; & *can.* 18. non tantum officio, ſed etiam beneficio priuantur: præſcribebatur tamen eis aliquando particularis forma pœnitendi *can.* 5. *diſt.* 82. quia, vt ibi dicitur, non debet Sacerdos pœnitere, vt laicus: nõ debet Epiſcopus eſſe indulgens, C aut pretio corruptibilis, aut flexibilis precibus in vindicandis criminibus, maximè fornicationis; alioquin ipſe ab officio ſuſpendatur *can.* 10. *diſt.* 83. Talis enim Epiſcopus qui id toleraret, dicendus eſt magis canis impudicus, quàm Epiſcopus *can.* 2. & *can.* 24. *diſt.* 86.

Parcitur tamen eis aliquando propter ſenectutem, vt Ianuario cuidam Epiſcopo, qui ante Miſſam exarauerat meſſem cuiuſdam, ac præterita poſt Miſſam terminos poſſeſſionis eius eradicauit, vnde merebatur maledictione feriri; ei tamen venia facta eſt propter ætatem: ſed qui conſilium præbuerant, excommunicati ſunt D *dicto can.* 24. *diſt.* 86.

Can. 19. & Sunt & & in hac diſtinctione 81. quidam Canones ad Cœlibatum Sacerdotum pertinentes, qui occaſione criminis fornicationis inſerti ſunt, vt *can.* 19. in quo dicitur Miniſtros propriæ vxoris cubile ingredi non debere, quod ſi fecerint non intrent limina, neque etiam vlla minora geſtent officia; item ſi quis Epiſcopus, Preſbyter, aut Diaconus fœminam acceperit, vel acceptam retinuerit, excidat proprio gradu,

Can. 17. & 18. nec ſit in choro pſallentium, nec portionem de rebus Eccleſiæ habeat *can.* 16. & ſi quis Sacerdos, Diaconus, vel Subdiaconus derelinquat E officium Diuinum, & fœminam eligat, ſicut ſponte ob fornicationem dimittit officium, ita ob præuaricationem dimittere cogatur Beneficium, *can.* 17. & 18.

Can. 20. & ſeqq. Imò nec Clericus ſolus accedere debet ad fœminæ tabernaculum, fabulandi, vel officij cauſa, ſine maioris natu iuſſione, *can.* 20. & 32. niſi cum duobus, aut tribus teſtibus, *can.* 21. & minimè ſuſpectis, ſi poſt tertiam monitionem pergat fabulari cum aliqua, excommunicetur.

Can. 23. & ſeqq. Multo magis prohibentur Sacerdotes habitare & commorari cum fœminis *can.* 23. cum fœminis, inquam, extraneis *can.* 27. & 30. Nam

A excipitur mater, ſoror vel vxor caſta *can.* 24. & mater, auia, matertera, amita, ſoror, filia fratris, aut ſororis, & ſimiles *can.* 27. denique quas permittit Synodus Nicæna *can.* 3. Quamquam tamen legitur quod S. Auguſtinus, nec cum ſorore conſenſerit habitare, dicens: quæ cum ſorore mea ſunt, ſorores meæ non ſunt. (quod & meus nouiſſimus diſcipulus imitatus eſt, recuſans commorari cum ſua ſorore vidua, Iuliana nomine) Doctique viri cautela magna nobis debet eſſe inſtructio *can.* 25.

Non oportet etiam pariter Miniſtros altaris, vel quoſlibet Clericos, aut continentes ſe, aut omnino Chriſtianum cum mulieribus lauacra B habere communia; hæc eſt enim apud Gentiles prima reprehenſio, quod ſumptum eſt ex Concilio Laodicenſi *cap.* 30. & vbi in Græco eſt *ἀσκητὰς*, verſio hæc habet continentes, cum hi propriè ſint monachi, vt ait Balſamo *in can.* 77. *Synodi Trullana.*

Agitur denique in *can.* 33. de Viduis quæ ſtipendio Eccleſiæ ſuſtentantur; & dicitur, ne eo prætexto, familiaribus Clericorum ſubijciantur *dicto can.* 33. de iis etiam agitur in *can.* 34. in quo dicitur eas in opere & meritis aſſiduas eſſe debere; & temporibus Chryſoſtomi *lib.* 3. *de Sacerdotio*, erant Viduæ, quæ cum examine eligebantur, vt pecuniâ Eccleſiaſticâ alerentur *cap.* 16. & ait non eas alendas, quæ præter ordinem viuunt: & Theodoretus ait, 1. *Timoth. cap.* C 5. Eccleſiaſticam ſuſtentationem oportet eas conſequi, quæ nullum habent ſolatium aliunde. Stipendia viuere *in eo can.* 34. eſt annonâ ab Eccleſia conſtitutâ, vt in militibus, apud Gregorium Nazianzenum *Orat.* 9. *ὄνομα ὀψώνιον τῶ βασιλικῶν σιτηρέσιον*, &c. id eſt ſtipendij porro nomine Regiam annonam ſignificat, eaque munera quæ iis, qui dignitates obtinent, lege conſtituta ſunt. Idem Chryſoſtomus *homilia* 15. *Epiſt.* 1. *ad Timotheum*, docet, ſtipendium ab Eccleſia accepiſſe Viduas ex conſtitutione Apoſtolica *lib.* 3. *cap.* 1. 2. 3. & 4. & Balſamo in Epiſtolam ad Amphilochium *cap.* 18. & 24. quæ ideo di- D ctæ Matricolanæ, quod in matricula eſſent pauperum, de qua re alibi.

Ex quibus colligitur agi de diuerſa excommunicatione *in dicta diſt.* 81. vt de ea, quâ Clericus inter laicos cogitur communicare *can.* 10. vel inter laicos pœnitere *can.* 13. vel à limitibus Eccleſiæ arcetur *can.* 15: deponiturque *can.* 26. vel ab officio & à communione pellitur *can.* 14. Gregorius Nyſſenus *de caſtigatione* oſtendit antiquitatem excommunicationis: Ne inquit, *ἀφορισμὸν* arbitreris ab Epiſcoporum audaciâ proficiſci; paterna lex eſt, antiqua Eccleſiæ regula, quæ à lege traxit originem, & in gratia obtinuit: contemplare ſanctum illum Paulum per Epiſto- E las, ſeparationis pœnas in obnoxios pronuntiandas mandantem, & Corinthium iuuenem eiuſmodi medicamento ſanantem, qui Saturnicâ rabie percitus nouercæ ſe miſcuerat; quem enim diligit Dominus caſtigat, flagello autem ferit quem ſuſcipit; & *paulò ante*, oſtendit quantum ſit malum eſſe excommunicatum: ſi oculi tibi eſſent quibus cerneres animi ſubſtantiam, oſtenderem tibi qui à communione abactus eſt, ſpeciem condemnati, grauiſſimis vinculis ceruice depreſſi, nullum membrorum liberum ſolutum habentis: atque vtinam eum vita ſupplicium terminaretur; nunc verò ſi quid humanum

Can. 10. & ſeqq.

euenerit, & de repente mors acceſſerit, vt latro de nocte, ſcito tibi occluſa quæ illic ſunt, eſſe: diligentes ſunt, & qui non ludunt illi Regni ianitores; vident animam ſeparationis notas ferentem, quaſi quendam fœtore & ſordibus carceris notatum abigunt eâ ſemitâ quæ ad bonum ducit, non concedunt vt ordines Iuſtorum cernat, & Angelicam lætitiam, &c. Theodoretus *epiſt.* 77. loquens de quibuſdam excommunicandis: arceantur, ait, à participatione ſacrorum myſteriorum, ab oratione verò Catechumenorum non prohibeantur, neque à diuinarum ſcripturarum auditione, neque à Magiſtrorum admonitione; à ſacris verò myſteriis arceantur, non ad mortem vſque, ſed ad tempus aliquod definitum quoad morbum agnoſcant; & *paulo ante*, ait, de Paulo, ipſum Corinthiorum Magiſtrum; qui oeſariam patrauerat fornicationem, caſtigaſſe; eumque, ait, illum in priore abſcidiſſet epiſtola, ἀποκόψας; in poſteriore reſtituit. & *Epiſt.* 42. ait, excommunicatos expectare Synodum. Hic enim cùm multorum criminum reus teneretur, & à communione remotus eſt, nondum ſcilicet Synodo conuocata, Pontificalis Synedrij calculum timens, hinc confugit, Eccleſiaſticis vt putauit legibus procolcatis: quid animi haberet contempto excommunicationis vinculo declarauit; idemque dicitur in *Epiſt. Canonica Gregorij Thaumaturgi can.* 7. Græci vocant anathema, & anathema maranatha, 1. ad Corinthios *cap.* 16. id eſt additâ precatione, vt Deus quamptimùm in eum vindicet.

Et notandum quod ait Chryſoſtomus *Epiſt. ad Timotheum capite* 1. ad illud, quos tradidi Sathanæ, vt diſcant non blaſphemare: illud vt diſcant non blaſphemare, non intelligi de iis qui traditi ſunt Satanæ, ſed de aliis; ſicut nec illud 1. Corinth. 5 tradere Satanæ in interitum carnis, non vt is Spiritum ſaluet, ſed vt Spiritus ſaluus ſit, nullâ notatâ perſonâ; & poſtea quomodò autem illum tradiderit audi; Congregatis, inquit, vobis & Spiritu meo, cum virtute Domini Ieſu Chriſti, tradere huiuſmodi hominem Satanæ: eiiciebatur nempe à communi ſynedrio, abſcindebatur à grege, fiebat deſertus & nudus, tradebatur lupis: ſicut enim dudum nubes Hebræorum caſtra tegebat ita Sancti Spiritus gratia; ſi quis igitur extra Eccleſiam fieret, comburebatur, fiebat autem extra Eccleſiam iudicio Apoſtolorum: ita Dominus Iudam tradidit Satanæ, continuò enim poſt buccellam introiuit in eam Satanas, & deinde obferunt, & hoc, ait, item dicere poſſumus, quod eos quidem quos corrigi volebant, non ipſi pœnâ afficiebant, qui autem emendationem admittere nolebant, eos ipſi ſupplicio ſubdebant.

Porrò ſi excommunicatis immineret periculum mortis, in communionem recipi mandat Syneſius *Epiſt.* 67. ita tamen, vt reſtituti ſanitati rurſus iiſdem pœnis teneantur. Extat & præclara Andronici & ſociorum excommunicatio, ab ipſo facta, & miſſa ad alios Epiſcopos: *initio Epiſtola* dicit Andronicum Berenicenſem, infœlici Pentapolis fato editum & educatum & adultum, quique Patriæ imperium pecuniâ redemit, nemo aut exiſtimet, aut appellet Chriſtianum; ſed tanquam à Deo execratus omni Eccleſia cum omni familia excludatur, &c. *in fine verò* ita loquitur: ob hæc Ptolomaïdis Eccleſia hæc, ad omnes vbique Terrarum ſorores Eccleſias præcipit, Andronico, & eius Sociis Thoanti & eius ſociis nullum Dei fanum aperiatur; omnibus illis religioſæ ædes, ac ſepta claudantur: nulla Diabolo in paradiſo pars eſt, qui ſi clam irrepſerit, expelletur; at cum priuatis omnibus & Magiſtratibus præcipio, eodem eum illo neque tecto, neque menſa vti; tum Sacerdotibus imprimis, qui nec viuentes illos ſalutabunt, nec mortuos funebri pompa deducent; ſi enim quiſquam velut anguſtæ vrbis Eccleſiam contempſerit, & ab ea damnatos receperit, quaſi pauperi parcere nihil neceſſe ſit, nouerit inſectam à ſe Eccleſiam, quam vnam eſſe vult Chriſtus; atque hic ſiue Leuita, ſiue Preſbyter ſit, ſiue Epiſcopus, apud nos in Andronici loco reputabitur, neque cum eo dextram iungemus; nec eadem ex menſa veſcemur vnquam; tantum abeſt, vt eum iis arcana myſteria communicemus, qui cum Andronico & Thoante partem aliquam habere voluerint. Idem *Epiſt.* 12. agit de Cyrillo non abſciſſo, ſed ad tempus ſeparato, id eſt non anathematiſato & maiori excommunicatione perculſo, ſed minori: malè Habertus hunc locum accepit. In *Epiſt. Canonica Thaumaturgi* excommunicatus dicitur ἐκκήρυκτος ἐκκλησίας θεοῦ, id eſt abdicatus ab Eccleſia Dei. Apud Socratem *lib.* 6. *cap.* 9. fit diſtinctio à S. Chryſoſtomo inter precum communionem, & myſteriorum, & rectè.

DISTINCTIO LXXXII.

Can. 1. CAnon 1. pertinet ad ſuperiores duos canones: nam in eo præſcribitur vt Epiſcopos pauperibus, vel infirmis, qui ſuis manibus laborare non poſſunt, victum & veſtitum largiatur.

Can. 2. Canones verò ſequentes pertinent quoque ad alios canones ſuperioris Diſtinctionis, & agitur in iis de his qui in Diaconi miniſterio, aut officio Preſbyteri poſiti, incontinentes fuerint, & filios generarint: & Innocentius I. *in can.* 2. ait eos officio ſuo eſſe priuandos, probatque ea eo quod in veteri Teſtamento, tempore vicis ſuæ abſtinebant vxoribus Sacerdotes; ſemper abſtinere quoque debere noſtros, qui ſemper officio vacant; & deinde quia illis olim permittebatur conſortium vxoris propter ſucceſſionem ſobolis in Sacerdotio: tum ex eo quod Paulus idem præcipit omnibus, Abſtinete vos ad tempus, inquit. Nec obſtare, quod ait alibi, vnius vxoris virum; id enim eò non pertinet: denique id probat ex Siricio, & ex eius diſciplina qui ignorantibus & pœnitentibus conceſſit, vt ſine vllo honoris augmento perſeuerent tantùm in officio quod habebant, vt ait Innocentius I. *in dic. canone* 2. & ipſemet Siricius *in can.* 4. quod ſi qui aſſerere voluerint hoc ſibi concedi debere, ſicut conceſſum fuit in veteri lege, omninò abſcindentur.

Can. 5. In *can.* verò 5. dicitur etiam, licet Preſbyter propter Fornicationem ex canonibus Apoſtolorum debeat deponi, tamen ſufficere vt per decem annos pœnitentiam agat ſecundum modum qui ei præſcribitur; in qua pœnitentia licebit vt caueat cum fratribus vltimus, & mino-

ra gerat officia; & tamen non debet eſſe publica vt Laicorum: nam poſt vnum annum & dimidium, poteſt Corpori Chriſti communicari, & poſt ſeptennium, licet adhuc in pœnitentia viuat, in priſtinum honorem reuocatur *dicto can.* 5.

Ille vero Canon dicitur ex Concilio Hibernenſi; & ita emendarunt Romani Correctores, qui dicunt referri ex Theodoro Archiepiſcopo Hibernenſi: ſed decepti ſunt, & emendandum eſt tam in textu, quàm in notis illis, ex Concilio Dorouernenſi: nam Theodorus non fuit Archiepiſcopus Hibernenſis ſed Doroberoenſis, vt teſtatur Beda, & Trithemius *de Scriptoribus Eccleſiaſticis lib.* 4. *cap.* 60. de quo ita Antonius Auguſtinus: Hic primus videtur inter Latinos de Pœnitentiis ſcripſiſſe, quem ſequutus eſt Beda, eius forte diſcipolus. Sumpſit Pœnitentias Theodorus Græcus ex Baſilio; & aliis Græcis patribus; ita videtur eorum acerbitatem ac ſeueritatem ſequi, quæ ea eſſet, vt paulatim hæc ratio puniendi delicta, ſit abolita: ſed malè in contraria lapſi ſumus, vt dum acerbitatem fugimus, faueamus morbis, vel foueamus potius hæc crimina impunitate data. Et hic noſter canon eſt primus qui ponitur inter *canones pænitentiales*, vbi additur magis intelligendum eſſe de adulterio, vel inceſtu, quàm de ſimplici fornicatione; & habetur in Bibliotheca S. Benedicti Cantabrigienſis Liber Pœnitentialis Theodori Archiepiſcopi Doroberniæ, vt ait Henricus Spelman *tomo* 1. *Conciliorum Angliæ*, qui non concedendâ ei facilè veniâ tranſcribendi totum Codicem, capitula tantùm, vel potius capitulorum faſtigia edidit; & ſunt 78. & videtur noſter canon fuiſſe caput 24. *de Fornicatione Clericorum ſiue Sanctimonialium*; Dorobernienſis vero Archiepiſcopus fuit Cantuarienſis.

DISTINCTIO LXXXIII.

Can. 1. &c. Epiſcopos impugnare debet Fornicationem, & inceſtum Clericorum, non diſſimulare, maximè eorum qui pro reuerentia ordinis peccant impunè; & qui alium crimina non corrigit magis dicendus canis impudicus, quale verbum, quàm Epiſcopus *can* 2. erit enim magna pernicies ouibus, ſi paſtor voluerit placere lupis; & deinde ſicut artium in ſuo quoque opere inuenitur maier inſtantia, ita nouerca eruditionis eſt negligentia *can.* 6 quibus vltimis verbis vtitur Ennodius *lib.* 2. nec prodeſt alicui errore alieno non pollui, qui conſenſum præſtat erranti *can.* 4. nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare *can.* 3. denique conſentire videtur erranti, qui ad reſecanda, quæ corrigi debent, non occurrit *can.* 5.

DISTINCTIO LXXXIV.

Can. 1, 2. PRimi duo Canones ſunt aduerſus Epiſcopos negligentes, qui nec curam habent

A Subditorum, nec Monaſteriorum; & dicitur vt moneantur coram aliquot viris electis, quod ſi non ſe correxerint vt mittatur ad Sedem Romanam *can.* 1. *&* 2. ex illis vnus dicitur Campaniæ Epiſcopus *in can.* 2.

In cæteris Canonibus agitur de continentia Clericorum, & definitur in *can.* 3. vt tres gradus Epiſcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum habeantur per conſecrationem annexi caſtitati, iuxta quod Apoſtoli decreuerunt, & quod ſeruauit antiquitas: quod confirmatur *can.* 4. vbi id dicitur fieri ſecundum priora ſtatuta. De cæteris verò Clericis additur eos non cogi ad continentiam, ſed obſeruari debere conſuetudinem locorum *dicto can.* 4. Can. 3. 4.

In *can.* 5. agitur de Clerico qui Viduam aut ſecundam Vxorem duxerit, qui omni priuilegio nudatur Eccleſiaſticæ Dignitatis, laïcâ ſibi tantum communione conceſſâ, quam ita demum poterit poſſidere, ſi nihil poſtea, propter quod hanc perdat, admittat. Can. 5.

Tandem *in can.* 6. dicitur, quod non propter decrepitam ſenectutem, ſed propter ſapientiam Presbyteri nominantur, quemadmodum Abraham, ante quem, cum ab Adam vſque ad illum aliqui nongentos & amplius annos vixiſſent, nullus tamen ex eis dictus eſt Presbyter id eſt Senior, niſi Abraham, qui multò paucioribus C vixiſſe annis conuincitur. Can 6.

DISTINCTIO LXXXV.

IN *Canone vnico diſt.* 85. Tres electi erant Epiſcopi Eccleſiæ Anconitanæ, vnus Archidiaconus eiuſdem Eccleſiæ, vir doctus, ſed ſenex, & tenax, qui neminem vnquam recipiebat in domum ſuam ad charitatem, qui dicebatur Florentinus; 2. alter Diaconus eiuſdem Eccleſiæ dictus Ruſticus, vigilans quidem, ſed qui D pſalmos ignorabat, 3. Archidiaconus Eccleſiæ Rauennatis ab omnibus electus, qui dicebatur etiam Florentinus, & nihil aliud audierat de eo Papa: mandat ergo Viſitatori Eccleſiæ vt inquirat de eorum omnium ſcientia, & vita, & videat quarè tenax ſit primus, an propter paupertatem, deinde an iurauerit ſe nunquam ad Epiſcopatum accedere; & vt videat de ſecundo quantos pſalmos minùs teneat, denique de Rauennate Archidiacono, ſi nullo crimine teneatur; & ſi ita eſt apud Epiſcopum eius agat, vt ei debeat ceſſionem concedere: non tamen ex ſuo mandato, vel dicto; ne contra ſuam voluntatem eum cedere videatur.

Vbi nota Epiſcopum abſoluere debere à ſua E poteſtate Clericum, qui in aliquo Epiſcopatu eligitur Epiſcopus.

DISTINCTIO LXXXVI.

SVnt quidam Canones hac in Diſtinctione 86. in quibus agitur de Epiſcopis, vt corrigant inferiores: nam inferiorū culpæ ad nullos magis referendæ quàm ad negligentes Rectores *can.* 1. Can 1.

Can 3. & facientis proculdubio culpam habet, qui A quod poteſt corrigere, negligit emendare *can.* 3. & multam ſæpe nutriunt peſtilentiam, dum auſteriorem diſſimulant adbibere medicinam, *can.* t.

Can. 2. 23. 24. Sed odio habeantur peccata non homines, corripiantur tumidi, tolerentur infirmi, & non ſæuientia plectatur animo, ſed medentis, *can.* 2. nec ſtatim cùm quid audierint mali de Clerico, debent credere, nec ad vindictam te incognitâ accedere *can.* 23. Sed cum quid certum eſt, videndum an ratio ſuadeat vt taceamus, vel vt puniamus, vt *can.* 24.

Can. 25. Nec verò licet Epiſcopo manibus ſuis aliquem cædere, hoc enim alienum à Sacerdotio eſſe debet *can.* 25. Quod ſi Epiſcopus exceſſerit, & B verba dura dixerit inferioribus, non debet tamen petere veniam ab eis, ſed à Deo *can.* 4. & eos, qui leuiter peccant vel qui dormiunt, tantum excitare, *can.* 6. *hac noſtra diſt.* 86.

In ſubſequentibus canonibus vt & in præcedentibus diſtinctionibus plurimùm cõmendatur hoſpitalitas, & liberalitas Prælatorum, & quorumcumque Clericorum, vt *can.* 33 *diſt.* 81. & ad curam Epiſcopi pertinet, vel Preſbyteri qui Parochiæ præeſt, ſi ſuſtentandæ vitæ præſentis cauſâ adoleſcentiores Viduæ, vel Sanctimoniales, Clericorum familiaritatibus ſubiiciantur: erant C enim Viduæ quæ ſtipendio Eccleſiæ ſuſtentabantur *can.* 34. *ſequenti.* patet ex Chryſoſtomo *lib. de Sacerdotio.* & generaliter, vt Epiſcopus pauperibus omnibus, vel infirmis, qui debilitate faciente non poſſunt ſuis manibus laborare, victum & veſtitum in quantum ſibi poſſibile fuerit, largiatur, *can.* 1. 82. *diſt.*

Can. 6. 21. 22. 19. Et ideo cùm Gregorius Papa, vt ſupra diximus, audiuiſſet quendam Archidiaconum Florentinum nomine ita tenacem eſſe, vt in domo eius amicus, ad charitatem nunquam intraret, monuit Ioannem Epiſcopum, eum viſitatione Eccleſiæ Anconitanæ, vt de ea re cognoſceret, D *can.* vn. *diſt.* 85. *Et can.* 6. *diſt. hac* 86. mandauit Secundino Agenti ſuo in rebus, vt Marinianum Epiſcopum hortaretur ad largam manum habendam erga inopes, & concurrendum patientibus neceſſitatem; quia ſi hanc non habet vacuam, Epiſcopi nomen retinet; imo *can.* 22. *ead. diſt.* qui clementiam non habet, nec indutus eſt viſcera miſericordiæ, & lacrymarum: quamuis ſpiritalis ſit, non adimplet legem Chriſti, vnde dicitur *can.* 21. *ead. diſt.* paſce fame morientem: quiſquis enim paſcendo hominem, ſeruare poteras; ſi non pauiſti, occidiſti: & *can.* 19. *hac diſt.* 86. miſericordia dicitur, à Ioanne Baptiſta, commune præceptum, & ſupra omnia E alia; nam cum D. Ioannes Baptiſta in ſingulis hominum generibus conueniens tribuiſſet reſponſum, vt Publicanis ne vltra præſcriptum exigant, militibus ne calumniam faciant, ne prædam requirant &c. vnum tamen addidit miſericordiæ cuius ſit vſus communis, omnibus officiis & artibus neceſſarius, à quo nec Publicanus, nec Miles excipitur, nec Agricola, nec Vrbanus Diues & Pauper; omnes enim in commune admonentur, vt conferant non habenti, miſericordia enim plenitudo eſt Virtutum.

Can. 13. 4. 8. Sed notandum eſt tamen quod additur *in dict. cap.* 19. vt miſericordiæ ipſius, pro poſſibilitate conditionis humanæ, menſura ſeruetur: & non ſibi quiſqua totum eripiat; ſed quod habet, cum A paupere diuidat. Multa enim conſideranda ſunt in miſericordia largienda, vt dicitur *can.* 17. & & illud. quod diximus *ex can.* 19. Poſſibilitas noſtra; 2. ipſa neceſſitas ac ſtatus eius qui indiget *dicto can.* 17. Conſideranda eſt, ait, etiam in largiendo ætas atque debilitas, nonnunquam & verecundia, quæ ingenuos prodit natales; vt ſenibus plus largiaris, qui ſibi labora, iam non queunt victum quærere; ſimiliter & debilitas corporis, & hæc iuuanda promptiùs; tùm ſi quis ex diuitiis cecidit in egeſtatem, & maximè ſine vitio ſuo, ſed aut latrociniis, aut proſcriptione, aut calumniis, quæ habebat amiſit, *dicto can.* 17. atque perfecta liberalitas fide, causâ, loco, B tempore commendatur, *vt dicitur can* 14. vt primùm opereris circa domeſticos fidei: grandis culpa, ſi ſciente te, fidelis egeat; ſi ſcias eum ſine ſumptu eſſe, fame laborare, ærumnam pati, qui præſertim egere erubeſcat; in cauſam ceciderit aut captiuitatis ſuorum, aut calumniæ, & non adiuues; ſi ſit in carcere, & pœnis propter debitum aliquod excrucietur; ſi tempore periculi quo rapitur ad mortem, plus apud te pecunia tua valeat, quàm vita morituri, non eſt leue peccatum.

Tertio non incidendum in prodigalitatem Can. 15. 2 dum volumus eſſe miſericordes: nam Dominus C non vult ſimul effundi opes, ſed diſpenſari, *can.* 15. niſi forte faciamus vt Heliſæus, qui boues ſuos occidit, & pauit pauperes ex eo quod habuit, vt nullâ curâ teneretur domeſticâ, vt ſe in diſciplinam propheticam daret; & nos ſimiliter velimus dare omnia pauperibus, vt Deum ſequamur *dicto can.* 15. Quamquam tamen, vt eſt *in can.* 18. plus interdum quàm poſſimus, ſint neceſſitates aliorum iuuandæ: melius eſt enim pro miſericordia cauſas præſtare, vel inuidiam pati, quàm prætendere inclementiam. Quartò ordinata debet eſſe charitas illa & miſericordia, vt proximos ſeminis tui non deſpicias ſi egere D cognoſcat: melius eſt enim vt ipſa ſubuenias tuis, quibus pudor eſt ab aliis ſumptum depoſcere; non tamen vt illi ditiores eo fieri velint quod tu poſſis inopibus conferre; cauſam enim natura præſtat, non gratia: Neque proptereà te Dominus ditauit, vt tuos diuites facias; ſed vt vitam tibi perpetuam fructu boni operis acquiras, & pretio miſerationis peccata redimas tua. *dict. can.* 14. quod confirmatur *can.* 2. his verbis, cæterum, ait, Dei traditio eſt vt priùs paſcas parentes &c.

Quinto videndum quo animo demus, *can.* 18. Can. 18. Nam pulchra etiam, ait canon, liberalitas eſt, in ipſo quoque pauperi dato menſuram tenere, E vt abundes pluribus; non conciliandi fauoris gratiâ, vltra modum fluere: Quidquid ex affectu puro & ſincero promitur, hoc eſt decorum, non ſuperfluas ædificationes aggredi, nec prætermittere neceſſariam, & maximè Sacerdoti hoc conuenit &c.

Sextò videndum cui hominum generi largiaris; Can. 7. & ſeqq. Nam vt eſt in *can.* 7. donare ſua hiſtrionibus, vitium eſt immane, non virtus, & *can.* 8. qui donant hiſtrionibus, qui donant aurigis, qui donant meretricibus, quare donant? nunquid non ipſi hominibus donant, non tamen ipſi attendunt naturam operis Dei, ſed nequitiam operis humani. Et idem eſt de iis, qui donant venatoribus *can.* 9. qui venatoribus, ait, donant, non homini donant, ſed arti nequiſſimæ; nam ſi

homo tantùm eſſet, & venator non eſſet, non dnnares: honoras in eo vitium: non naturam. *can.* 8. qui donant venatoribus, quare donant, mihi dicant, quare donant venatori? hoc in illo amant, in quo nequiſſimus eſt, hoc in illo paſcunt, hoc in illo veſtiunt ipſam nequitiam publicam ſpectaculis omnium; & *can.* 10. vident homines venatorem, & delectantur: væ miſeris ſi ſe non correxerint; qui enim vident venatorem & delectantur, videbunt Saluatorem & contriſtabuntur; & *can. ſeq.* Eſau venator erat quoniam peccator erat: & penitus non inuenimus in ſcripturis Sanctis ſanctum aliquem venatorem, piſcatores inuenimos ſanctos; & B *can.* 11. & 13. vbi adhuc de venatoribus agitur.

Can. 14. His ergo omnibus ſeruatis exercenda eſt liberalitas: nam, eſt in *can.* 14. *in principio*, non ſatis eſt benè velle, ſed etiam benefacere; nec ſatis eſt iterum benefacere, niſi id ex bono fonte, hoc eſt ex bona voluntate proficiſcatur.

Can. 5. Ceterùm *in can.* 5. prohibetur Epiſcopus Grammaticam exponere, quod in vno ſe ore, cum laudibus Iouis, Chriſti laudes non capiunt.

DISTINCTIO LXXXVII.

Can. 4. 3. AD Pontificalem conſcientiam pertinet egentium commodis piam ſollicitudinem non negare *can.* 4. *hac diſt.* 87. & ita quiſquis in negotiis ſuis, noſtri nominis quærit interceſſionem, pronâ ei animoſitate præſtanda *can.* 3.

Can. 1. 2. 5. Sed licet omnibus de nobis ſperantibus non debeamus nos negare, plus tamen Viduarum & Orphanorum cauſas tueri oportet *can.* 1. quia pupillis tuitionem etiam Diuinitas iuſſit impendi *can* 2. Vnde Gelaſius irreligioſum & execrabile indicat, ſi quiſquam vel extraneos in ſui tuitione ſuſceptos, non omni fide educauerit; & D damnat Olympinm Diaconum, qui paruulos tutelæ vice ſuſceperat, cùm eſſet auunculus, tamen eos bonis ſuis ſpoliabat *can.* 5.

Can. 6. Item eos qui ad Eccleſiam confugiunt tradi non oportet, ſed loci ſancti reuerentiâ & interceſſione defendi; *can.* 6. In Eccleſia quoque manumiſſos, & per Teſtamentum ſibi commendatos, ne quis in ſeruitutem, vel obſequium, vel colonariam conditionem reuocet, obſtabit, *dict. can.* 6.

Can. 7. 8. Liberos quoque à quocumque manumiſſos, & Eccleſiæ commendatos proteget, ſiue agatur de ſtatu, ſiue de peculio *can.* 7. & 8. E

Can. 9. In *canone* verò *ult. eoque* 9. agitur de Expoſitis ante Eccleſiam, & collectis ab aliquo: & dicitur vt qui collegit, conteſtationis ponat epiſtolam, vt ſi is qui collectus eſt, intra decem dies quæſitus agnituſque non fuerit, ſecurus habeat; & damnetur, qui poſt prædictum tempus calumniator, extiterit de quibus expoſitis agitur alibi.

DISTINCTIO LXXXVIII.

Can. 2. & ſeqq. PErgit agere de Clericis & Epiſcopis ne poſſeſſiones conducant, aut negotiis ſecularibus ſe miſceant, & turpibus lucris *can.* 1. 2. 3. 4. & 5.

Quin etiam Epiſcopus ad ſe curam rei familiaris reuocare non debet; ſed vacare lectioni, orationi, prædicationi, *can.* 6. ac neque Viduas & pupillos gubernare, aut peregrinos per ſe, ſed per Archipreſbyterum, aut per Diaconum *can.* 7, & Cyprianus *in can.* 14. ait non eſſe nominandum ad altare Victorem, qui Preſbyterum conſtituit Tutorem: deinde laborioſum eſt hominem literatum, ratiociniorum cauſas aſſumere *can.* 8. Can. 6. 7. 14.

Denique non oportet Clericum eſſe negotiatorem *can.* 9. & 10. & quia homo mercatur, vix: aut nunquam, poteſt Deo placere; & ideo non ſolum nullus Clericus, ſed nec vllus Chriſtianus debet eſſe mercator, & ſcriptum eſt, quia non cognoui negotiationes introibo in Potentias Domini *can.* 11. vbi docet, quis ſit negotiator ille qui de templo Dei eiicitur, & oſtendit non eſſe idem agrum locare vel domum vt penſiones recipiantur, ac pecuniam dare ad vſuram. *dicto can.* 11. idemque aſſerit S. Auguſtinus *in can.* 12. & negotiatio etiam prohibetur *in can.* 15. Can. 9. 11. 12. 15.

Ex quibus colligitur, multa eſſe negotia ſecularia, quibus ſe immiſcere prohibentur Clerici: & 1. non licet eis alienarum poſſeſſionum conductiones, & cauſas ſæculares ſuſcipere; ſiue ſint Epiſcopi, ſiue Clerici, ſiue Monachi, *can.* 26. *ſupradicta diſt.* 86. & *can.* 1. *hac diſt.* 88. niſi propter curam Pupillorum, aut Viduarum; aut ſi forte Epiſcopus Ciuitatis eis commiſerit hæc gubernacula *dicto can.* 26. *diſt.* 86. Nam alia ſunt negotia ſæcularia, alia Eccleſiaſtica, vt dicitur *can.* 1. *diſt. hac noſtra* 88. Excipiuntur ergo cauſæ aliquæ vt Viduarum., & Orphanorum, quas tueri à Clericis, vel ab omnibus, Diuina manifeſtat aſſertio *can.* 1. 2. & 5. *diſt.* 87. quod fieri poteſt. Nam & Moyſes in ſæculo erat cùm crebro Tabernaculum intraret & exiret, qui intus contemplatione raptus, foris infirmantium negotiis vrgebatur; ſic & Iacob aſcendentes & deſcendentes Angelos vidit, quia videlicet Rectores Eccleſiæ non ſolùm Deo contemplando ſuperna appetunt, ſed deorſum quoque ad membra illius, miſerendo deſcendunt, vt eſt in *can.* 1. *diſt.* 88 Quamquam tamen Epiſcopus Viduarum, & Pupillorum, & Peregrinorum gubernationem per Archipreſbyterum, aut Archidiaconum potiùs agere ſuadeatur, quam per ſeipſum *can.* 7. *hac noſtra diſt.* 88. Can. 1.

Item excipitur ſollicitudo egentium, & eorum, qui in negotiis ſuis noſtri nominis interceſſione ſperant ſibi remedia poſſe conferri, qui nobis curæ eſſe debent *can.* 3. *diſt.* 87. in aliis verò cauſis, interdictum eſt ſe immiſcere ſæcularibus *c.* 3. & 4. *diſt.* 88. vbi dicitur id reuerentiam Sacerdotalē annihilare. In tantùm vero id eis interdicitur, vt nec Epiſcopus debeat ratiociniorum cauſas aſſumere, & in eis ſe obligare, *can.* 8. *diſt.* 88. nec tutelas ſuſcipere *can.* 14. *diſt.* & multò magis eis interdictum eſt ſe negotiationibus inhoneſtis & lucris turpibus immiſcere *can.* 2. Nam & Deus negotiatores è Templo verberibus expulit, & Apoſtolus vetuit, & Dauid dixit, quoniā non cognoui negotiationes, & confirmatur *can.* 9. eadem diſtinctione, his verbis, negotiatorem Clericum, & ex inope diuitem, ex ignobili glorioſum, quaſi quandam peſtem fuge & *can.* 10, Can. 3. 4. 8. 10. 12. 13.

vbi multa congeruntur in negotiatores, ſicut *in can.* 12. *&* 13. in decimo autem hoc 1. dicitur fornicari omnibus ſemper non licere, negotiari verò aliquando licere, aliquando non licere. Antequam enim Eccleſiaſticus quis ſit, licet ei negotiari; facto iam non licet. Quid eſt enim aliud negotium, niſi quæ poſſint viliùs comparari, cariùs velle diſtrahere? *can.* 13. Et merito dictum negotium, quia negat otium; neque quærit veram quietem, quæ eſt Deus; & ſicut contra medicos ſuperbos ſalutis pollicitatores vigilat, hoc quod dictum eſt *pſalmo* 87. tota die ſalutem tuam, ſic contra negotiatores de operibus ſuis gloriantes, vigilat hoc quod dictum eſt, os meum annuntiabit iuſtitiam tuam, non meam, *Pſalm.* 70.

DISTINCTIO LXXXIX.

IN hanc rem, vt vni plura officia non dentur ſunt duo canones, *can.* 1. *&* *vlt. diſt.* 89. Singula, ait canon 1. Eccleſiaſtici Iuris officia, ſingulis quibuſque Perſonis ſingulatim committi iubemus; ſicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita in Eccleſiæ corpore, ſecundum veridici quidem Pauli ſententiam, in vno eodemque Spiritu, alii conferendum eſt hoc officium, alii committendum eſt illud; neque vni quantumlibet exercitatæ Perſonæ, vno tempore duarum rerum officia committenda ſunt; quia ſi totum corpus eſt oculus, vbi auditus? ſicut enim varietas membrorum, per diuerſa officia, & robur corporis ſeruat, & pulchritudinem repræſentat, ita varietas Perſonarum, per diuerſa nihilominus officia diſtributa, & fortitudinem & venuſtatem Sanctæ Dei Eccleſiæ manifeſtat: & ſicut indecorum eſt, vt in vno corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio, ita nimirum noxium ſimulque turpiſſimum ſi ſingula rerum miniſteria Perſonis totidem non fuerint diſtributa. Dictus verò *canon vltimus ita habet.* Ad hoc diſpenſationis Diuinæ prouiſio gradus diuerſos & ordines conſtituit eſſe diſtributos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret, & ex diuerſitate contextio, & rectè officiorum gereretur adminiſtratio ſingulorum. Neque enim Vniuerſitas aliâ poterat ratione ſubſiſtere niſi huiuſmodi magnus eam differentiæ ordo ſeruaret. Quia verò quæcumque creatura in vna eademque qualitate gubernari, vel viuere non poteſt, cœleſtium militiarum exemplar nos inſtruit; quia dum ſunt Angeli & ſunt Archangeli, liquet quia non ſunt æquales, ſed in Poteſtate, & ordine, ſicut noſtis, alter differt ab altero.

Can. 1. & 5.

Ideo inſtituta ſunt officia hæc Vicedomini, Oeconomi, & Maioris domus; quia, vt diximus ſuprà, Epiſcopus tantummodo orationi & prædicationi Verbi Dei vacare debet, & à ſe curas omnes etiam rei familiaris auocare *can.* 6. *diſt.* 88. Quare *can.* 2. *in hac noſtra diſt.* ſtatuitur vt Epiſcopus & Vicedominum ſibi ordinet, & Maiorem domus, quatenus poſſit vel hoſpitibus ſuperuenientibus, vel cauſis quæ eueniunt, idoneus & paratus exiſtere: ſi vero negligens fuerit Epiſcopus curare Vicedominum, & Maiorem domus; mandat Papa vt Clerus eius de communi con-

A ſilio eos eligant: ex quo Canone patet duos illos Vicedominum, & Oeconomum, propter duas res inſtitutos fuiſſe; vnum propter lites, alterum propter res patrimonii: & ſane Vicedominus fuit ad lites quodammodo Procurator, quod etiam probatur ex *Capitularibus Caroli Magni lib.* 5. *cap.* 120. ſi Iudex, ait, publicus, ſeruum Eccleſiæ, ſuper furto non præſumentem, ſine audientia Vicedomini, aut Archidiaconi detinere, aut iniuriare præſumpſerit, anno integro ab Eccleſiæ liminibus arceatur: *& lib.* 3. *cap* 26. mandet Comes, vel Abbati, vel Vicedomino, vel illi quicumque locum Epiſcopi, vel Abbatis tenuerit; vt reddat ei Reum. Vnde cùm dicitur *can.* 3. Vicedomini arbitrio Epiſcopium committi B diſponendum, illud intelligitur, in cauſis quæ eueniunt, dirimendis: & eligebatur etiam ex Eccleſiaſticis, *vt dicto can.* 3. Vicedominus erat Diaconus, & ideo reſidentiam debebat, *dict. can* 3. eratque, vt nunc ſunt Officiales noſtri in Gallia.

OEconomus autem erat etiam eligendus in vnaquaque Eccleſia, qui res Eccleſiaſticas tractaret *can.* 4. quo ſtatuitur; vt omnes Eccleſiæ, quæ habent Epiſcopum, habeant etiam OEconomum de proprio Clero, qui gubernet res Eccleſiæ cum arbitrio Epiſcopi; qui canon refertur, *can. Quoniam* 16. *quæſt.* 7. Et in dicto canone Quoniam, alius etiam canon refertur, quo idem conſtituitur ex concilio Hiſpalenſi, nempe, *can.* 22. *ead. quæſt.* Confirmatur conſtitui debere OE- C conomum in quacumque Eccleſia ex *can.* 11. *Synodi* 7. *generalis*, & *ex can.* 9. *edicti Theophili Alexandrini Archiepiſcopi.* Can. 4.

Hic autem OEconomus habebat curam gerendorum bonorum Eccleſiæ, non cauſarum iudicandarum, vt patet ex *dict. can.* 4. 5. *&* 6. *hac diſt.* 89. & magis perſpicuum fit *ex epiſt. Iſidori Hiſpalenſis ad Leudifridum Cordubenſem Epiſcopum.* Ad OEconomum, ait, pertinet reparatio Baſilicarum, atque conſtructio; actiones Eccleſiæ in iudiciis, vel in proferendo, vel in reſpondendo; tributi quoque acceptio, & rationes eorum quæ inferuntur, cura & agrorum & culturæ vinearum, cauſæ poſſeſſionum & D ſeruitialium ſtipendia Clericorum, Viduarum & deuotarum pauperum diſpenſatio, veſtimenti & victus domeſticorum Clericorum, ſeruitialium, quoque & artificum: quæ omnia cum iuſſu & arbitrio ſui Epiſcopi ab eo implentur: & cùm bona Eccleſiæ ſint bona pauperum, idcirco *in can.* 2. dicitur vt eligatur Maior domus id eſt OEconomus, qui ſit idoneus hoſpitibus superuenientibus. Et Iſidorus Peluſiota videns Maronem quendam OEconomum pauperum bona ſibi tribuere, hunc hortatur vt finem imponat huic impietati: OEconomus enim, ait, hinc dictus eſt, quod pauperibus, quæ ipſorum ſunt E tribuat: [illegible] Eligebatur Igitur OEconomus vt adminiſtraret res Eccleſiaſticas; quod adhuc confirmatur ex Iuſtiniano *l.* 24. §. 4. *&* 5. *Cod. de Epiſcopis & Clericis*, Vbi iubetur rationes reddere ſingulis annis Epiſcopo ſuæ adminiſtrationis, & refertur apud Photium *Nomocan. tit.* 9. *cap.* 1.

OEconomus autem fiebat ab Epiſcopo, vt Photius probat *in Nomocanone tit.* 10. *cap.* 1. & fiebat olim ante Synodum Chalcedonenſem, ex laïcis, vt obſeruat Balſamo *in can.* 26. *dictæ Synodi Chalcedonenſis*, vbi ſtatutum eſt, vt ex pro- Can. 5. & 6.

prio Clero œcoonomum haberet Eccleſia ; quæ A conſtitutio ſeruata, & renouata fuit à Gregorio Papa *can. 5. hac diſt.* 89. Sed & inſuper cautum ne Epiſcopi ſanguine ſibi propinquos, aut fauo-ra coniunctos, ordinent OEconomos *can. 6. ead. diſt.*

Porrò OEconomi iidem ſunt cum Maioribus domus: nam & Maiores dicontur, qui agre-ſtium ſuburbanorum curatores ſunt, à Balſamo-ne *can.* 10. *Synodi ſeptima generalis* Μειζότερον, id eſt OEconomi bonorum ſæcularium: non bo-norum Eccleſiæ, vt rectè explicat Balſamo ex *can.* 11. Synodi Pſimæ & Secundæ; & Zouaras etiam *dicto can.* 10. *Synodi Septima Generalis.* Nam non licet Clerico eſſe Maiorem eo modo B ſumptum, vt patet ex Benedicto Leuita *lib. 5. cap.* 107. Preſbyteri curas ſæcolares nullatenos exerceant, id eſt vt oeque Iudices, neque Maio-res ſiant: habebant & Iudæi ſuos Maiores *l. 3. Cod. de Iudæis, & in Cod. Theodoſ. lib. 16. tit. 8. & 9.*

DISTINCTIO XC.

Can. 4. Omninò Epiſcopi diſſidere non debent: ac ſi eos diſſidentes non timor Dei, ſaltem Synodus reconciliet *can. 4. hac. diſt.* 90. diſſidere etiam non debent Clerici: ſi qui diſſideant, eos C Epiſcopus vel ratione, vel poteſtate ad concor-

Can. 7. diam trahat; ſique ei non obtemperauerint, Synodus in Audientia damnet *dicto can.* 4. Eſt enim maximè ſtudendum Epiſcopis, vt diſſidentes fratres ſiue Clericos, ſiue Laicos ad pacem magis quàm ad iudicium cohortentur, vel coërceant

Can. 1. *can.* 7. Atque ipſi inter ſe, tarditate omni ſe-motâ, ad Pacem firmiter tenendam mutuum ſibi conſilium & auxilium præbeant; neque hoc alicuius amore vel odio prætermittant *can.* 1.

Can. 5. Monachi etiam diſſidere non debent; aut iuxta Rectoris arbitrium pœnitentiam ſubibunt *can.* 5. & tantum abeſt, vt diſſidere poſſint, vt ne-quidem vllo modo murmurare debeant *dict. can.* 5. *& can.* 4.

Can. 7. 2. 4. 8. 9. Laici quoque non debent diſſidere *can. 7. & 9.* & ideò oblationes diſſidentium fratrum neque in ſacrario, neque in gazophylacio recipiuntur *can. 2. 4. & 8.* quia vt eſt *in can.* 3. neque ad Cain munera reſpexit Deus; neque enim pacatum habere Deum poterat, qui cum fratre Pacem per zeli diſcordiam non habebat, *dicto can.* 3. Vbi etiam additur nec tales per Martyrium poſſe ſaluari: nam etiamſi occiſi in Confeſſione Nominis fuerint, macula tamen iſta ſanguine non abluitur, & inexpiabilis culpa diſcordiæ, ne E quidem Paſſione purgatur *dict. can. 3. & 4.*

Can. 6. 11. Porrò Epiſcopus diſſidentes ſiue Laicos, ſiue Clericos, ita ad Pacem reducet, vt arguat eos; qui ſi inimicitias deponere noluerint, de Eccleſiæ cœtu iuſtiſſimâ excommunicatione expellet, *can.* 9. Quomodo minatur Papa Victor Clericis Afris diſſidentibus, niſi concordent, ſe eos communione totius Eccleſiæ priuaturum *can.* 11. Quod ſi vnus velit reconciliari, nempe qui contriſtauit alium, læſus verò & contriſtatus noluerit, acerrimis macerandos iejunijs, vſque dum animo gratanti ſatisfactionem recipiat.

DISTINCTIO XCI.

Agitur hîc de Horarum officio: & Horæ enu- Can. 1. 5. merantur omnes *can.* 2. & dicuntur opus ſanctum *can.* 5. & officium Diuinum, in concilio Agathenſi, vt refertur *cap. 1. de Celebratione Miſſarum*, Penſum ſeruitutis Clericorum appellat. Iuo vero Carnotenſis *epiſt.* 19. vocat Penſum Canonicum: & author vitæ S. Eligii Nouiomenſis *lib. 2. cap.* 10. vocat Curſum Canonicum: quadam ex cauſa interdixit, ne curſus id eſt Preces Canonicæ & ſacrificium celebrarentur in Baſilica quadam.

Igitur Clerici debent intereſſe officio, & aliis Can. 1. & Horis, aut ſaltem eas canere priuatim *can. 2. ſeqq.* item vigiliis vacare *1. can. & 3.* & vt interſint compellendi ſunt, niſi morbo corporali aliquo fuerint impediti, *dicto can* 1. & ſtipendio priuandi atque excommunicandi *can.* 3. nempe ſecundum Epiſcopi arbitrium *can.* 5.

Nec obſtat quod aliqui Clerici adeò pauperes ſint vt cogantur vacare agriculturæ, nam id eos non excuſat, nec ideo debent dimittere officium *can.* 3. ſed vſque ad horam officii tantùm tale opus exercere *can.* 2. & ea hora ad Eccleſiam conuenire *can. 9. diſt.* 92.

DISTINCTIO XC.

Quis eſſe debeat cantus Eccleſiæ in hac diſt. Can 1. &c. 92. docetur, vt ſcilicet non audiantur in ea Theatrales moduli, cum Deo non voce, ſed corde canendum ſit *can. 1. hac diſt.* nam vt eſt *in can.* 2. fit plerumque, vt ad ſacrum miniſterium dum blanda vox quæritur, quæri congrua vita negligatur. Atque ideo cum conſuetudo eſſet orta in Eccleſia Romana, vt quidam ad ſacri altaris miniſterium Cantores eligerentur, nempe Diaconi, Gregorius Papa conſtituit, vt in Sede Sacri D Altaris Miniſtri non cantarent, ſolomque Euangelicæ lectionis officium inter Miſſarum ſolemnia exoluerent; Pſalmi vero ac reliquæ lectiones per Subdiaconos, vel Minores ordines exhiberentur, ſi neceſſitas exigeret. Porrò ex *can.* Can. 3. 3. non licet in pulpito pſallere, aut legere, niſi ijs, qui ab Epiſcopo ſont Lectores ordinati.

Si quis autem epiſcopus per manusimpoſitio- Can. 7. nem Epiſcopatum acceperit, & ſibi commiſſum miniſterium ſtatim ſubire neglexerit, nec acquieuerit ire ad Eccleſiam ſibi commiſſam, hunc oportet communione priuari, donec ſuſceperit coactus officium, aut certè de eo aliquid decreuerit integra Synodus Prouinciæ *can. 7. diſt.* 62.

Excipitur niſi ipſe non ſit in mora, ſed vel popu- Can. 4. & lus vetet; vel alia ſubſit cauſa. Nam is interim ſeqq. poteſt in alia manere Eccleſia, dum nihil ſibi præſumat, & obſeruet ea quæ in illius Prouinciæ Synodo decernentur *can. 4. & 5.* Quod ſi in alia Eccleſia ſeu Parochia ſibi ius, aut honorem aliquem præſumpſerit, moleſtuſque fuerit planè abiicietur *dict. can.* 4. *& 5.* debet ergo contentus eſſe illo honore, quod recipiatur vel vt Epiſcopus, vel etiam in ordine Preſbyterorum, in quo ante Epiſcopatum erat, maneat & reſideat, qui ei poteſt auferri, ſi fuerit ſeditioſus *can.* 6 nec licet ei occupare etiam Parochias vacantes, ſed

non habentes epiſcopos, ſine concilio ordinis, etiamſi populus id deſideraucrit, nec populum ad id ſeducere *can.8.hac diſt.92.* qui canon ſumptus eſt ex Synodo Antiochena *can.* 16. vbi vacans Epiſcopus in vacantem eccleſiam irrumpere non poteſt: & Balſamo in Supplementi additis, dicit vacantem Eccleſiam, eam eſſe, quæ orbata eſſet Antiſtite; Vacantem vero Epiſcopum, ex communi ſententia, licet vt ipſe fatetur de eo multa fuerit controuerſia, qui non poteſt proficiſci ad eam Eccleſiam, ad quam renuntiatus eſt, eo quod vel à Gentibus impiis, vel hæreticis occupetur, nec ſinatur in eam pedem immittere. Et controuerſia illa, quæ fuit de definitione vacantis Epiſcopi, erat quod aliqui dicerent, propter vacantem Epiſcopum eſſe eum, qui nullius eſſet Eccleſiæ Epiſcopus ordinatus, non autem eum qui eſſet Epiſcopus Eccleſiæ à Gentibus occupatæ, vel ab hæreticis, ad quam non poſſet ire; quandoquidem ille Epiſcopus, non minùs eſt ſuæ Eccleſiæ, licet occupatæ Epiſcopus, quàm ſi eam regeret, atque adminiſtraret, vt colligitur ex eodem Balſamone: Verùm receptum videtur, vt Epiſcopus vacans ille ſit, qui vel nullius, vel occupatæ à Gentibus Eccleſiæ præfectos eſt, vel qui à populo eius Vrbis, cui datus Epiſcopus fuit, nullo ipſius vitio, ſed ſolà populi peruicacià excluſus eſt, vt explicat Zonaras *ad dict. can.* 16. *Synodi Antiochena.*

Can. 8. Synodus integræ Prouinciæ de qua in *can.* 7. fit mentio, ea eſt, cui Metropolitanus Epiſcopus interfuit *can.* 8. *diſt.*92.

DISTINCTIO XCIII.

Can. 3. QVicumque Cathedram Petri, ſuper quam eſt Eccleſia fundata, deſerit; in Eccleſia ſe eſſe non confidat *can.*3. & quem Sedes Apoſtolica repellit, hunc repulſum oportet cognoſcere, Can. 2. nec ei communicare *can.*2 ſed potius oportet ſe auertere ab eo; nec loqui, huic cui Papa non loquitur, vt dicebat Petrus alloquens populum Can. 4. in ordinatione Clementis, *can.*1. Et licet ſummos Pontifex ſit vniuerſalis Eccleſiæ caput, tamen ſunt certi tantùm Epiſcopi, qui Sedis Apoſtolicæ ordinationi ſubjacent *can.* 4. qui ideò vocantur vt circa Idus Iulii Sanctorum Principum Apoſtolorum Petri & Pauli liminibus ſe præſentent *dict. can.* 4.

Can. 5. Inter ordines hæc eſt obedientia & obſequium, vt Pontifici Presbyter, Presbytero Diaconus, Diacono Acolithus, Acolitho Exorciſta, Exorciſtæ Lector, Lectori Oſtiarius, Oſtiario Abbas, Abbati Monachus in omni loco repræſenteot obſequium *can.* 5.

Can. 8. 9. Deinde Epiſcopo debetur obedientia ab omnibus aliis: nam qui ſuis Epiſcopis non obediunt, indubitanter rei & reprobi fiunt *can.* 9. & nullà ratione Clerici, aut Sacerdotes habendi ſunt, qui ſub nullius Epiſcopi diſciplina gubernantur *can.* 8.

Can. 14. 24. Presbyter etiam maior eſt Diacono *can.* 14. Sciant quod Epiſcoporum Miniſtri ſunt, inferiores autem Presbyteris habentur, qui ſumptus eſt ex Synodo Nicæna *can.* 18. quia, vt ait S. Hieronymus *in can.* 24. qui prouehitur, de minori ad maius prouehitur, & quia ex Diacono ordinatur Presbyter, noſſe debet ſe laïcis eſſe majorem, & Sacerdotibus minorem *dicto can.* 24.

A Et licet Diaconi tanquam oculi ſint Epiſcopi, circumluſtrantes actus totius Eccleſiæ, & poſitos in peccato, vt referant verecundè & diligenter ad Epiſcopum, vt de peregrinis qui indigent *can.*6. & 11. vbi etiam dicuntur cuſtodire Epiſcopum, *dicto can.* 11. tamen Presbyteri ſunt ſal terræ *can.* 7. & propriam debeot ſeruare menſuram Diaconi, & nihil eorum vſurpare, quæ primis ordinibus propriè decreuit antiquitas; nam abſque Epiſcopo vel Presbytero baptiſare non audeant niſi his abſentibus in neceſſitate *can.* 13. & ſacri Corporis prærogationem, ſub conſpectu Pontificis, ſeu Presbyteri non habent jus exercendi, niſi in abſentia eorum *dicto can.*13. B aut niſi Presbyter præſens iubeat *can.* 18. Et cùm in quibuſdam locis Diaconi etiam porrigerent Sacramenta Presbyteris, & ante Epiſcopos communicarent, id prohibetur *can.* 14. ex Synodo Nicæna: Diaconi enim ita ſunt Presbyteri, ſicut Epiſcopi miniſtri *can.* 17. Quarè non oportet Diaconos panem dare, nec calicem benedicere *can.* 16. Can. 6. & 11. Can. 13 & ſeqq.

Can. 15. & ſeqq. Non oportet etiam Diaconum coram Presbytero ſedere niſi iubente Presbytero *can.* 15. quocumque in loco ſint *can.* 19. vel niſi locum teneat Patriarchæ, aut ſui Metropolitani *can.* 16. nonnulli enim Diaconi in tantam erumpunt ſuperbiam, vt ſeſe Presbyteris anteponant, atque C in primo Choro, ipſi priores ſtare præſumant, Presbyteris in ſecundo Choro conſtitutis, *can.* 20. & ideo, vt agnoſcant Presbyteros ſuperiores, vtrique in vtroque Choro iubentur ſtare *dicto can.* 20.

Can. 21 Et cum Romani Epiſcopi conceſſiſſent Diaconis eccleſiæ Meſſanenſis vti Compagis, Diaconi etiam Catinenſes calceati Compagis procedere præſumebant, quod prohibetur illis *can.* 21. hoc eorum non permittitur niſi conceſſum ſit ab eo. Et Compagos etiam ferebant Summi Pontifices, vt Conſtantinus apud Anaſtaſium *in Stephano* 4. Can. 23.

D Et licet Diaconi ſint, quos in Apocalypſi legimus, ſeptem Angeli Eccleſiarum, hi ſeptem candelabra aurea, hi voces tonitruorum virtutum operatione præclari, humilitate præditi, & quieti, humiles, Euangeliſantes Pacem, annuntiantes bona: diſſenſiones, & rixas, & ſcandala reſecantes, ſoli Deo colloquentes, in Templo Dei nihil de Mundo penitùs cogitantes, dicentes Patri & Matri non noui vos, & filios ſuos non agnoſcentes, & ſine hoc Sacerdos nomen non habeat, ortum non habeat, officium non habeat; imò miniſter Dei dicatur hic, quia ſcriptum eſt, quis maior eſt qui miniſtrat an cui miniſtratur? & ſicut in Sacerdotio miniſtratio, E ita in miniſtro eſt Sacramenti diſpenſatio *can.* 2. audio tamen, quendam in tantam erupiſſe vecordiam vt Diaconos Presbyteris & Epiſcopis anteferret: nam cum Apoſtolus perſpicuè doceat eoſdem eſſe Presbyteros quos Epiſcopos, quid patitur menſarum & viduarum miniſter, vt ſupra eos ſe tumidus efferat, ad quorum preces Chriſti corpus & ſanguis conficitur? quæris authoritatem? audi teſtimonium *Philipp.* 1. Paulus & Timotheus ſerui Chriſti Ieſu, omnibus Sanctis in Chriſto Ieſu, qui ſunt Philippis cum Epiſcopis, & Diaconis. Vis & aliud exemplum? *in Actibus Apoſtolorum* 20. ad vnius Eccleſiæ Sacerdotes ita Paulus loquitur: attendite vobis & cuncto gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopus, vt regeretis Eccleſiam Domini,

quam acquiſiuit ſanguine ſuo: ac ne quis contentioſè in vna eccleſia plures Epiſcopos fuiſſe contendat, audi, & aliud teſtimonium, in quo manifeſtiſſimè comprobatur eundem eſſe Epiſcopum atque Preſbyterum: propter hoc, ad *Titum* 1. reliqui te in Creta, vt quæ deerant corrigeres, & conſtitueres Preſbyteros per ciuitates, ſicut & ego tibi mandaui; ſi quis eſt ſine crimine, vnius vxoris vir, filios habeat fideles, non in accuſatione luxuriæ, aut non ſubditos; oportet enim Epiſcopum ſine crimine eſſe, quaſi Dei diſpenſatorem: & 1. *ad Timotheum* 4. noli negligere gratiam quæ in te eſt, quæ tibi data eſt per Prophetiam, per impoſitionem manuum Preſbyterii. Sed & Petrus 1. Ep. *cap.* 4. Preſbyteros, inquit, in vobis precor Compreſbyter, & B teſtis Paſſionum Chriſti, & futuræ gloriæ quæ reuelanda eſt, participa; regite gregem Chriſti, & inſpicite non ex neceſſitate, ſed voluntariè iuxta Deum, non neceſſitate inquam, ſed voluntariè iuxta: Deum annuente S. Auguſtino *lib.* 11. *de Ciuit. Dei cap.* 19. & *can.* 11. *Quæſt.* 8. quamobrem otium ſanctum quærit Charitas Veritatis, negotium iuſtum ſuſcipit neceſſitas Charitatis; tantò igitur quiſque Deum citius placat, quantò ante eius oculos repreſſâ arbitrii ſui ſuperbiâ gladio præcepti ſe immolat, inquit Gregorius Pontifex *lib.* 35. *cap.* 13. *ad cap.* 42. *Iob.* & *can.* 10 *dicta Cauſa & Quæſt.* Quod quidem Græcè ſignificantiùs dicitur ἐπισκοπεῖν, id eſt ſuperintendenter: vnde & nomen Epiſcopi tractum eſt. C Parua tibi videntur tantorum virorum teſtimonia? clangat tuba Euangelica Marci 3. filios tonitrui, quem Ieſus amauit plurimum, qui de pectore Saluatoris doctrinarum fluenta potauit, Preſbyter, Ioannis 2. Electæ Dominæ, & filiis eius, quos ego in Veritate diligo: & *in alia epiſtola Ioannis* 3. Preſbyter Caio chariſſimo, quem ego diligo in Veritate.

Can. 24. Quibuſdam ex *can.* 24. *diſt.* 93. hic omiſſis, refero quod, etſi omne quod rarum eſt plus appetatur, & pulegium apud Indos pipere pretioſius ſit; Diaconos paucitas honorabiles, Preſbyteros turba contemptibiles faciat *dicto can.* 24. *hac* D *diſt.* Meminiſſe tamen Diaconi debent quoniam Apoſtolos Epiſcopos, & Præpoſitos Dominus elegit: Diaconos autem poſt Aſcenſum Domini in cœlos, Apoſtoli ſibi conſtituerunt Epiſcopatus ſui & Eccleſiæ Miniſtros. Quod ſi nos aliquid audere contra Deum poſſumus, qui Epiſcopos facit, poſſunt & contra nos audere Diaconi à quibus fiunt; vt notatur ex S. Cypriano *can.* 25. *ead diſt.*

Can. 21. Quandoquidem autem in *can.* 21. permiſſum fuerit à Papa Meſſanæ Diaconis, vti Campagis ſeu eſſe calceatos Campagis (ita legendum non compagis) à quibus prohibetur Canruarienſis, videndum quid ſit Campagus. E Hic dicitur calceus, & calceamentum regium à *Iulio Capitolino in Maximino*: nam cum eſſet inquit Maximinus pedum, vt diximus, octo & prope ſemis, calceamentum eius, id eſt Campagum regium, quidam in loco, qui eſt inter Aquileiam & Arſiam poſuerunt. Vox vero illa non eſt antiquiſſimæ latinitatis. Quod autē Trebellius Pollio *in Gallienis* vocat Campagos, Reticulos, inde colligunt viri docti, ἀπὸ τῶν καμπῶν, id eſt à flexuris corrigiarum, quibus reticulatim annectebantur cruri, dictos eſſe Campagos: nam in gloſſis veteribus κάμπη eſt flexus, & κάμπτω flecto, & καμψίν flexus

A & apud Heſychium καμψὶν ſunt quædam ὑποδήματα: & ſunt etiam Vaſa viminea, ſeu ex vimine flexo contexta. Gloſſæ Iſidori, Campſat, flectit. Tales autem erant Patricii Calcei *apud Iſidorum*, Patricios, ait, calceos Romulus reperit, quatuor corrigiarum, aſſutâ lanâ. Suidas ξυ‐δὴς καμπαγία ἡ ἄλλη ὑπόδημα διάφορον. Papias: Campagi, calceamenti genus quo vtebantur Diaconi Romani, vel quibus à Pontifice licentia daretur. Idem dicitur in concilio Toletano 4. Campagis vel calceari abſque Apoſtolica licentia non permittitur Diaconis, ſicut nec Mappulis vti, abſque eius authoritate quibuſlibet Clericis conceditur. Anaſtaſius in Stephano 4. ait Conſtantium degradatum, habuiſſe Campa- B gos; accedens Martianus orarium de collo eius abſtulit, & ante pedes eius proiecit, & Campagos ipſius abſcidit.

Probibentur itaque hic *can.* 22. Clerici vti Mappulis niſi ex conceſſione Romani Pontificis: quare cum Rauennates iis vterentur, de eo conqueſti ſunt Clerici Romani, illiſque prohibitum fuit dicto *can.* 22. *hac diſt.* 93. de Mappula ita Alcuinus: Mappula quæ in ſiniſtra parte geſtatur quâ pituitam oculorum & narium detergimus. Dicitur & manipulus *lib. de Diuinis officiis.* Item ait eſſe ſudarium, quod ad tergendum ſudorem geſtari mos eſt; vulgo fanonem vocant: & Hugo de S. Victore *lib.* 1. *de Sacramen-* C *tis cap.* 51. vocat fanonem, manipulum, ſudarium. Porrò olim mantilia dicebantur lintea, quibus manus extergebantur quaſi manuum telæ: nos *ſeruiettes.* Poſtea vero mantilia fuerunt ea lintea, quibus menſa tegebatur, & inſternebatur, nos vocamus *la nappe.* Iſidorus Mantilia nunc pro operiendis menſis ſunt, quæ vt nomen ipſum indicat, olim tergendis manibus præbebantur; & cùm mantile diceretur *la nappe, les ſeruiettes* cœperunt dici mappæ. Martialis de fure, qui ſolebat ſurripere mappas *les ſeruiettes*, ait, nemine propter illum mappam afferente, in menſam ſurripuiſſe mantile, id eſt *la nappe.*

Attulerat mappam nemo, dum furta timentur:
D *Mantile è menſa ſurripit Hermogenes.*

Poſteà tamen à recentioribus mappa ſumpta eſt pro menſæ tegumento, & nos dicimus *la nappe* pro mappa, vt *la natte* pro matta. Mappulæ vero hic ſunt paruæ mappæ tergendis oculis, vel ipſo vultu, & ſudaria.

DISTINCTIO XCIV.

IN *can.* 1. is cui vices ſuas committit Papa repræſentat authoritatem eius, vt ſi ipſe præſens eſſet. Can. 1.

In *can.* 2. qui impedit legationem Papæ, à li- Can. 2.
E minibus Eccleſiæ arceatur.

In *can.* 3. prohibentur Archidiaconi à Preſby- Can. 3.
teris Parochianis cenſum exigere, quod magis ad tyrannidem, quàm ordinem pertinet: qua de re alibi dicimus.

DISTINCTIO XCV.

ETiamſi vera ordinis prærogatiua in Ordinibus Eccleſiæ ſit illa, ſcilicet ſi vbique ſeruetur humilitas, vt dicit D. Hieronymus *can.* 6. *hac diſt.* 95. eſt tamen, vt inter ordines diſtinctio, Can. 6.

ita

ita ſua cuique prærogatioa: vt Epiſcopus, preſbyter, Diaconus, & alii diuerſo omnes iure cenſentur.

Can. 9. & ſeqq. Gan. 24. Quod ad epiſcopum attinet, omnes alii ordines, & ordinati, ſunt ſub illo: & qui ſub nullius Epiſcopi prouidentia ac diſciplina volunt gubernati; ſunt Acephali *can.* 8. *diſt.* 98. ac rei & reprobi exiſtunt *can.* 9. & ſcandaliſantur atque ſcandaliſant *can.* 10. ſiuntque ſchiſmatici, quia in remedium ſchiſmatis vnus electus eſt, qui cæteris præponeretur *can.* 14.

Eſtque hic ordo ſeruandus inter omnes ordines: pontifici Preſbyter; Preſbytero Diaconus, Diacono Subdiaconus, Subdiacono Acolithus, Acolitho Exorciſta, Exorciſtæ Lector, Lectori Oſtiarius, Oſtiario Abbas, Abbati Monachus obſequium debent in omni loco repræſentare, ſiue in publico ſiue in gremio Eccleſiæ.

Epiſcopi verò Chriſma conficiunt, & conſignant ſeu confirmant, non Preſbyteri *can.* 2. *diſt.* 95. niſi vetus ſit conſuetudo, vt vbi Epiſcopi deſunt, Preſbyteri, etiam in frontibus Baptiſatos chriſmare tangant: quo caſu conceditur *can.* 1. *diſt.* 95.

Preſbyteri ergo cùm non conficiant chriſma, illud petere debent ante Paſchæ ſolemnitatem, à ſuo Epiſcopo vnuſquoque anno, aut per ſeipſos, aut per illum qui ſacrarium tenet *can.* *diſt.* 95.

Item Epiſcopus in Eccleſia, & in conſeſſu Preſbyterorum ſublimior ſedere debet, intra domum verò ſe Collegam Preſbyterorum eſſe cognoſcet c. 10 *ead. diſt* 95. & in quocũque loco ſedens Epiſcopus, ſtare preſbyterũ non patietur c. 9. *diſt. ead.*

Nam vt eſt *in can.* 5. *eiuſd. diſt.* olim erat Preſbyter qui Epiſcopus, ſcilicet in gubernatione Eccleſiæ, non in ordinum qualitate; & communi Preſbyterorum concilio Eccleſiæ gubernabãtur: ſed poſteà in toto orbe decretum eſt, vt vnus de Preſbyteris electus ſuperponeretur cæteris, ad quem omnis Eccleſiæ cura pertineret, & ſchiſmatum ſemina tollerentur; & ita ſicut Preſbyteri ſciunt ſe ex Eccleſiæ conſuetudine ei qui ſibi præpoſitus fuerit, eſſe ſubiectos; ita Epiſcopi nouerint ſe magis conſuetudine quam diſpenſationis Dominicæ Veritate, Preſbyteris eſſe maiores, & in commune debere Eccleſiam regere.

Can. 25. 29. 24. Quod ad preſbyteros attinet, illi ſunt ſacerdotæ *can* 7. *diſt.* 95. & Epiſcopo debent obſequium *can.* 5. *ead. diſt.* Horum iuſſione Diaconi ſedent quolibet loco *can.* 5. & 19. *ead. diſt.* 93. Nam aliter non ſedent, ſed ſtant ſedentibus Preſbyteris *can.* 24. licet aliquando id non ſeruetur *eod. can.*

Poſſunt prædicare, & in altario, conſecrando Chriſtum, benedicere populo: Nam cùm ſcriptum ſit 1. *Timoth.* 5. Preſbyteri duplici honore honorentur, prædicare eos decet, vtile eſt benedicere, congruum, confirmare, conuenitque etiam eis reddere communionem; neceſſe eſt inſuper eos viſitare infirmos, orare pro inualidis, atque omnia ſacramenta complere *can.* 6. *diſt.* 95. Vbi etiam monentur Epiſcopi ne illud ægrè nimis ferant, aut Preſbyteris inuideant, ſi in Eccleſiis prædicent, ſi plebibus benedicant: iniuſtiſſimos enim eſſe eos, ſi per eos Preſbyter benedictionis perdit officium, amittit linguæ opus; & maiores videri velle ipſo Deo, qui hæc dona dedit Preſbyteris, qui ſi truncati ſint illis virtutibus, ſolum Preſbyteri nomen habere videbuntur: multaque mala inde euenient *dicto can.* 6. Quæ verba ſunt D. Hieronymi, qui ſimiliter inſurgit *can.* 7. & ait peſſimæ conſuetudinis eſſe in quibuſdam Eccleſiis tacere preſbyteros, & præſentibus Epiſcopis non loqui, quaſi aut inuideant, aut non dignentur audire: cùm tamen Apoſtolus Paulus dicat, quod ſi aliter fuerit reuelatum ſedenti, prior debeat tacere. D. enim Hieronymus multum ibi commẽdat Preſbyteros, vt videatur eos exæquare Epiſcopis: quod tamen non facit, ſed vt quorumdam inſolentiam reprimat; vel ex eo quod initio non Preſbyteri eligerentur Epiſcopi, aut idem eſſet Epiſcopus qui Preſbyter, ſcilicet adminiſtratione; vel Eccleſiæ communi conſilio eorum regerentur, quia cor vnum eis, vt ipſe addit, & anima vna, vnumque miniſterium; vel denique, quod D. Petrus dixerit Epiſcopos non dominantes in Clero, ſed formam gregis, vt habetur *can.* 7. *diſt.* 95. nam verum eſt multa fuiſſe, quæ non præſtarent ſoli Preſbyteri, de quibus *in can.* 6. quibus addendum quod dicitur *can.* 2. *diſt.* 95 Preſbyteros ante ingreſſum Epiſcopi non debuiſſe ingredi, & ſedere in Tribunalibus, ſed cum eo, niſi forte aut abeſſet, aut ægrotaret Epiſcopus *dicto can.* 2. in quo etiam dicitur preſbyteros nec chriſma conficere, nec confirmare.

Can. 8. 11. Quod ſpectat ad Diaconos, illi ſunt tanquam oculi Epiſcopi, oberrantes & circumluſtrantes cum verecundia, vt ſupra diximus, actus totius Eccleſiæ, & perſcrutantes diligenter ſi quem videant vicinum fieri præcipitio, & proximum eſſe peccato; vt hæc referant ad Epiſcopum: ſed & vt de peregrinis ſimiliter Epiſcopo ſuggerant refouendos, & cætera his ſimilia, quæ ad cultum eccleſiæ & diſciplinam eius pertinent, Diaconis curæ ſunt, *can.* 6. *diſt.* 9 . & *can.* 11. *ead. diſt.* dicuntur etiam oculi Epiſcopi quod cuſtodiant Epiſcopum prædicantem ne aut Epiſcopus ab inſidiatoribus quoquo modo infeſtetur, aut lædatur à ſuis *dict. can.* 11.

Can. 11. 13. Hi autem debent eſſe in vnaquaque Ciuitate iuxta Apoſtolorum ſtatuta ſeptem *dict. can.* 11. 12 & 13. *diſt.* 93. nec plures quantumuis magna ſit Ciuitas, quod & liber Actuum Apoſtolorum inſinuat. & regula iubet, id eſt canon. Nam, vt ait D. Hieronymus *can.* 23. *diſt.* 93. Diaconi ſunt quos in Apocalypſi legimus, ſeptem Angeli Eccleſiarum &c. Vbi mirè eos laudat, dicens, ſine hoc ſacerdos nomen non habet &c. Sacerdotibus etiam propter præſumptionem non licet de menſa Domini tollere calicem, niſi eis traditus fuerit à Diacono; ita enim Deus omnipotens vniuerſa diſpoſuit, vt qui maiorem ſe eſſe crediderit, minor ſit, & qui videretur minor, maior exiſteret. Denique quàm hoc verum ſit ipſe perpende: Leuitæ inferunt oblationes in Altari, Leuitæ componunt menſam Domini, Leuitæ cum Sacerdotibus Dei Sacramenta benedicunt, aſſiſtunt, Leuitæ ante Sacerdotes orant; vt ſi diſtinctio locorum creditur, etiam in Altari Dei videant ſibi Epiſcopi, ſi ſuperbi ſint, Diaconos anteponi; ſi humilitatem diligant maiores ſe eſſe in eo quod ſunt humiles, cognoſcant: tunc demum vt aures habeamus ad Dominum Diaconus acclamat, ne leuiter hanc vocem quæ loquitur hæc, & Pacem annuntiat, aut negligenter aſpicias aut contemnendam putes ſufficit huic ordini tantum per Dominum fuiſſe conceſſum, vt non ſolus

P

Sacerdos in Templo totum agere & implere videatur: nunc autem ex quo in Eccleſijs ſicut in Romano Imperio creuit auaritia, periit lex de Sacerdote, & viſio de propheta. ſinguli quique per potentiam epiſcopalis nominis quam ſibi ipſi illicitè abſque Eccleſia vindicarunt, totum quod Leuitarum eſt, in vſus ſuos redigunt; nec hoc ſibi quod ſcriptum eſt vindicant, ſed cunctis auferunt vniuerſa: mendicat infœlix Clericus in plateis, & ciuili operi mancipatus publicam à quolibet depoſcit eleemoſynam, & paulò poſt: & ſicut Epiſcopus ſine his, id eſt Diaconis, in miniſterio non viuit, ita in diſpẽſatione non viuat &c. A

Can. 3. Hoc autem ideo dicitur à D. Hieronymo, non vt præferantur Diaconi Preſbyteris, & Epiſcopis; ſed ne contemnantur ab eis, & oſtendatur olim diſpenſationem bonorum Eccleſiaſticorum ad eos pertinuiſſe, & eis fuiſſe ab Epiſcopis ſublatam: quod tamen factum eſt, quia propter illam adminiſtrationem, & alias prærogatiuas, de quibus ſupra, Diaconi ſibi multum tribuebant arroganter, volebantque etiam eadem munia gerere cum Preſbyteris. Quod quidem eis prohibitum eſt *can.* 13. *diſt.* 93. his verbis: Diaconos propriam conſtituimus ſeruare menſuram, nihil eorum ſuo miniſterio penitùs applicare, quæ primis ordinibus propriè decreuit antiquitas: & ideo additur *ead. can.* vt abſque Epiſcopo vel Preſbytero Baptiſare non audeant, niſi illis abſentibus neceſſitas extrema compellat, quod & laicis Chriſtianis tunc etiam facere conceditur. B

C. 18. 14. 16. Additur 2. ne ſacri corporis erogationem ſub conſpectu pontificis ſeu Preſbyteri, niſi his etiam abſentibus jus habeant exercendi; quod etiam dicitur *can.* 18. *ead. diſt.* vt præſente Preſbytero Diaconus Euchariſtiam corporis Chriſti populo non niſi iuſſus, & neceſſitate cogente eroget. Maximè vero eis prohibitum eſt ne Euchariſtiam ipſis Sacerdotibus communicare volentibus erogent, cum æquum non ſit, vt qui offerendi Sacrificii non habent Poteſtatem, his qui offerunt, corpus Chriſti porrigant *can.* 13. *& can.* 16.

Can. 14. Tertio etiam conſtituitur ne ante Epiſcopos Diaconi Sacramenta ſumant, ſed poſt Preſbyteros tantùm gratiam Sacræ Communionis accipiant, Epiſcopo, vel preſbytero porrigente *dict. can.* 14.

Quartò ſtatuitur ne ſedeant Diaconi in medio Preſbyterorum, quia id præter regulam & ordinem probatur exiſtere, *d. can.* 14. niſi iuſſu preſbyteri ſedeant *can.* 5. *&* 19. nonnulli enim diaconi in tantam eruperant ſuperbiam, vt ſeſe Preſbyteris anteponerent, atque in primo choro, ipſi priores ſtare præſumerent, preſbyteris in ſecundo choro conſtitutis, vt dicitur *can.* 2. *diſt.* 23. quod ibi repreſſum eſt, vbi obſcura ſunt verba, tam hi quam illi in vtriſque conſiſtant, id eſt, tùm Preſbyteri quàm Diaconi non ſedeant, in pœnam quod diſputarent de ſeſſione: niſi legas tam hic quàm illic, ſupplè, Diaconi ſoli conſiſtant, id eſt vbique ſedentibus, ſcilicet Preſbyteris. Sedebant ergo Preſbyteri, & ſtabant Diaconi, licèt aliquando abſente Epiſcopo etiam inter Preſbyteros viſi ſint ſedere, vt teſtatur D. Hieronymus *can.* 24. *diſt.* 93. in Eccleſia, ait, Romana ſtare Diaconos, & ſedere preſbyteros non ignoramus, licet paulatim increbreſcentibus vitiis, inter preſbyteros abſente Epiſcopo ſedere Diaconum viderim, & in domeſticis conuiuijs benedictiones preſbyte-

tis dare: quod non probat D. Hieronymus, licet eos tantoperè laudauiſſet; & monet ipſos tantum miniſtrare debere menſis. Inſuperque oſtendit eos eſſe minores Preſbyteris, vel hoc argumento, quia qui prouehitur, de minori ad majus prouehitur, & Diaconus, de Diacono fit preſbyter.

Quintò ſtatuitur ne loquantur Diaconi in conuentu preſbyterorum niſi ſint interrogati *dict. can.* 19.

Sextò ad reprimendam, & retinendam eorum ſuperbiam, ſtatuitur ne alba vtantur, niſi tempore oblationis tantùm, vel lectionis *ead. can.* 19.

Septimo ne Campagis calceati incedant *can.* 21. *diſt.* 93. &c. vt ſuprà, vbi videre eſt Campagum fuiſſe Regium, vel etiam Senatorium, vt probatur ex Ioanne Antiochenſi *περὶ ἀρχαιολογίας* vbi ait καμπάγια vel καμπαγια hoc eſt campagos tuliſſe patricios: quibus erat aſſutum Cappa ſeu C. quod lunæ ſignum refert, & ſine quibus non liceret eis videre Imperatorem. Dictus verò campagus eſt vel à cappa illo, quaſi Cappagus, vt dicebamus ex Ioanne Antiochenſi; vel à καμπὴ, vnde κάμπαξ & Latinè Campagus, καμπὴ verò eſt flexura, vt καμπαὶ δακτύλων flexura digitorum, apud Ariſtotelem *de partibus animalium.* Nam Trebellius pollio dixit Campagos, reticulos, id eſt plicatos: reticulũ quippe *in gloſſis* eſt γοργάδιον: idque propter corrigiarum nexus quibus inuoluebantur Campagi vt eis aſſueretur luna: nam, vt ait Iſidorus, Patricios calceos Rumulus reperit quatuor corrigiarum, aſſutâ lunâ. Illæ namque corrigiæ variè flexæ in nodos & inuolucra, efficiebant vt calcei illi eſſent Campagi reticulati; quos permiſit Conſtantinus, in donatione ſua, ferre Clericos: & ſicut, inquit, noſter Senatus calceamentis vtitur cum vdonibus, id eſt candido linteamine ſtipatis, ſic vtantur Clerici: ex quibus patet non eſſe mirum, ſi prohibitum eſt ferre Campagos Clericis alijs quàm Romanis, niſi de licentia ſummi pontificis, cùm illud Romanis tantùm fuerit permiſſum: & prohibitum eſt tum propter illum ornatum faſciarum ſeu corrigiarum, tum propter illum album colorem linteaminum. C D Can. 21.

Can. 22. Septimò Diaconis & omnibus Clericis etiam interdictum vti mappulis niſi ex conceſſione Romani pontificis *can.* 22. & confirmatur ex concilio Toletano *loco ſuprà citato.*

Can. 26. Verùm excipitur à prædictis Diaconis ille Diaconus qui locũ habet proprii patriarchæ, vel Metropolitani ſui, pro aliquo capitulo: tunc enim tanquam illius locum tenens, quem repræſentat, honorabitur, & ante preſbyteros ſedebit, loco illius: nam alioquin, etiam ſi dignitatem haberet, ſeu officium aliquod Eccleſiaſticum, non poſſet ante preſbyteros ſedere; quod ſi præſumeret, in vltimum ordinem à proprio gradu repulſus retruderetur *can.* 26. *diſt.* 93 ex quo canone oſtenditur, non ſemper dignitatum ordinem ſeruari, in præiudicium Ordinum Sacrorum. E

Can. 5. Excipitur 2. Cardinalis Diaconus Romæ *c.* 5. *ead. diſt.* 93. vbi omnes ordines eccleſiaſtici ordine ſuo ponuntur, nec eſt cur conqueratur author *can.* 6. *in* 95. *diſt.* quod preſbyteri Epiſcopo præſente non benedicant, quod illa conſtitutio antiqua ſit: Leo *epiſt.* 86. *ad Epiſcopos Germanos & Gallos*: nam licet preſbyteris coram Epiſcopo populum benedicere: & concilio Agathenſi *can.* 44. benedi-

ctionem ſuper plebem in Eccleſia fundera, aut pœnitentem in Eccleſia benedicere, Preſbytero non licebit. & Nicolaus 1. *epiſt. ad Michaëlem Imperatorem*, illi qui ante nos fuerũt prouidam in Eccleſiis conſuetudinem tradideſunt, hodieque in Eccleſia Romana, quæ Magiſtra eſt omnium, inprætermiſſe ſeruatnt, vt nullus Sacerdos Maiore ſuo non innuente Sacerdote, cuilibet rei benedicere nitatur. *Vide & c. 2. 26. quaſt. 6. & in Vita S. Baſilii ſub nomine Amphilochii* t cùm S. Baſilius præcepiſſet Anaſtaſio Preſbytero vt Miſſam coram ipſo celebraret, ille reſpondit Sancte Dei vt doces τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται, id eſt quod minus eſt à meliori benedicitur, quod ſumptum eſt *ex epiſt. ad Hebraes cap. 7. Verſ. 7.* & apud Hebræos neque populua benedicebat Leuitia, neque Leuitæ Sacerdotibus, neque Sacerdoti Magno Sacerdotes. de hac re alibi dicimus, annotantes *hunc canonem 6. diſt. 95.* non eſſe Hieronymi, nec hunc Ruſticum eſſa Narbonenſem apiſcopum.

DISTINCTIO XCVI.

DVo ſunt quibus principaliter mundus regitur, Authoritas Sacra Pontificum & Regalis Poteſtas *can.* 10. & in clauſula Synodalis diſceptationis inter Regis Aduocatum & Eccleſiæ defenſorem *apud Petrum Damiani*; & ſic actibus propriis officia vtriuſq; diſtinxit Chriſtus Dominus, vt nec Imperator iura Pontificatus, nec Pontifex nomen Imperatorium vſurpare debeat, ita vt Reges indigeant Pontificibus pro æterna Vita, & Pontifices Regibus pro curſu temporalium rerum, & eorum legibus *can.* 6. ſique Imperator eſt Catholicus, filius eſt non Præſul Eccleſiæ; & quod ad Religionem competit, diſcere ei conuenit non docere: habet priuilegia ſuæ poteſtatis, quæ miniſtrandis legibus publicis conſequutus eſt, vt contra diſpoſitionem cœleſtis ordinis nil vſurpet: sed Sacerdotes enim Deus voluit quæ Eccleſiæ diſponenda ſunt, pertinere, non ad ſæculi poteſtates; quas ſi fideles ſunt, Eccleſiæ ſuæ ſacerdotibus voluit eſſe ſubjectas *can.* 11. & nunquam de Pontificibus niſi Eccleſiam iudicaſſe; nec eſſe humanarum legum de talibus ferre ſententiam abſq; Eccleſiæ principaliter conſtitutis Pontificibus; & obſequi ſolere Principes Chriſtianos Decretis Eccleſiæ, non ſuam præponere Poteſtatem *can.* 12. & ſemper eſt effectum in Sacerdotali Concilio, de Sacerdotibus iudicia prouenire *can.* 15. & Oſius *epiſt. ad Conſtantium apud Anaſtaſium in apologia* dicebat: ne te miſceas Eccleſiaſticis, neque nobis in his præcipe, ſed potiùs à nobis diſcet tibi Deus Imperium commiſit; nobis, quæ ſunt Eccleſiæ cõcredidit. Quis enim dubitet Sacerdotes Chriſti, Regum & Principum omniumque fidelium Patres & Magiſtros cenſeri? at miſerabilis inſaniæ eſſe cognoſcitur, ſi filius Patrem, diſcipulos Magiſtrum ſibi conetur ſubiugare *can.* 9. Denique hi quibus tantùm humanis rebus & non diuinis præeſſe permiſſum eſt, quomodo de his, per quos diuina miniſtrantur, iudicare præſumant? *can.* 6. & vbinam legiſtis Imperatores Anteceſſores veſtros Synodalibus Conuentibus interfuiſſe, niſi forſitan in quibus de fide tractatum eſt, quæ vniuerſalis eſt, & communis omnium, nec ſolum ad Clericos, ſed etiam ad Laicos & ad omnes pertinet? *can.* 4. Vnde Theodoſius minor S. Synodo ſcribens Epheſinæ primæ, dixit:

Can. 10. 6. 11. 12. 15.

A deputatus eſt igitur Candidianus magnificentiſſimus Comes ſtrenuorum domeſticorum, tranſire vſque ad ſanctiſſimam veſtram Synodum, & in nullis quidem, iis quæ faciendæ ſunt de piis dogmatibus quæſtiones, ſeu potius expoſitiones communicare; illicitum namque eſt, eum qui non ſit ex ordine Epiſcoporum ſanctiſſimorum, Eccleſiaſticis intermiſceri tractatibus. Vnde colligit Nicolaus 1. author Canonis, non potuiſſe Ignatium Conſtantinopoli per Imperialem ſententiam expelli *can.* 7. & Martianus Imperator in concilio Chalcedonenſi *act. 6. & refertur can.* 2. oſtendens quare venerit ad concilium: non inquit, ad fidem confirmandam, non ad Poten- B tiam oſtendẽdã, exemplo religioſiſſimi Principis Conſtantini, Synodo intereſſe volumus, vt inuentâ veritate, non vltra multitudo prauis doctrinis attracta diſcordet: & quædam capitula propoſuit ſancienda Synodo, quæ per ſe noluit ſancire *can.* 3. Quædam capitula ſunt, quæ ad honorem Veſtræ Reuerentiæ vobis ſeruauimus, decorum eſſe iudicantes à nobis hæc potiùs formari per Synodum, quàm noſtra lege ſanciri *dicto can.* 3. & contra Epiſcopi vſi ſunt ſuâ authoritate in Imperatores, quando eos excommunicarunt, vt Innocentius 1. Arcadium, & S. Ambroſius Theodoſium Magnum *can.* 7.

Et quamuis Epiſcopi nullam haberent Pote- Can. 10.
C ſtatem erga eos, & Imperatores in eos omnia poſſẽt: tamen propter præſtantiam dignitatis Sacerdotalis, ab ea abſtinuere, eâque venerati: honor enim & ſublimitas Epiſcopalis, nullis poterit comparationibus æquiparari; ſique Regum fulgori compares, & Principum diademati, longe erit inferius diadema, quàm ſi plumbi metallum ad auri fulgorem compares, vt refert Gelaſius ex S. Ambroſio *in can.* 10. Et ideo Conſtantinus di- Can. 8. 13. cebat, ſi propriis oculis vidiſſem Sacerdotem Dei, & ſeqq. aut monachico habitu circumcinctum, peccantem, chlamidẽ meam expoliarem, & cooperirem eum, ne ab aliquo videretur *can.* 8. Idemque Conſtantinus Imperator Coronã, & omnem Regiam D dignitatem conceſſit Apoſtolico, vt eſt in Actis Sylueſtri *can.* 13. eiuſq; donatio, ſeu priuilegium Donationis factum extat *in can.* 14. & apud Balſamonem *in Nomocanone Photii tit. 9. cap* 1. à quo etiam refertur: & meminit eius Hincmarus, *ad Proceres Regni cap.* 13. *tom.* 2. & Petrus Damiani *opuſc. 4. ſeu in diſcept. Synodali inter Regis Aduocatum & Eccleſiæ Romanæ defenſorem*: & boni Principis eſt, ac Religioſi, cõtritas Eccleſias, atq; conſciſſas reſtaurare, nouas ædificare, & Dei Sacerdotes honorare atque tueri *can.* 16.

Non eſt vero omittendum quod dicitur *in can.* Can. 1. 1. conſtitutiones factas à laicis quantumuis Religioſis, non valere, quos obſequendi manet ne- E ceſſitas, non authoritas Imperandi, etiamſi aliquà ratione poſſent ſubſiſtere; niſi fuerint authoritate Eccleſiæ comprobatæ, ſiue de rebus, ſiue de perſonis Eccleſiaſticis agatur *dict. can.* 1. in quo refertur Baſilii Præfecti Prætorio Regis Odoacris in Italia ſtatutum, ſeu edictum temporibus Simplicii Romani Pontificis, quod in concilio Romano ſub Symmacho nullius eſſe authoritatis declaratum eſt: & notandum eſt in eo concilio interfuiſſe Metropolitanum Mediolanenſem, & Syracuſanum, vtpote ſub Romano Pontifice, tanquam ſub Primate ſuo, vel Patriarcha.

Nec inde conuincas quod Synodis interfuerint Can. 2. & Imperatores, interſunt enim ad fidem confirman- ſeqq.

dam, non ad potentiam ſuam oſtẽdendum *can.* 2. *hac diſt.* 96. ſecundò interſunt, vt etiam videant, quæ ſunt ea, quæ de fide tractantur: quia fides vniuerſalis eſt & omnium communis; nec tantùm ad Clericos, ſed etiam laicos omnes Chriſtianos pertinet *dicto can.* 2. Tertiò vt authoritate ſuâ impediant ne multitudo diſcordet, *ibidem.* Quartò, vt poſſint etiam ſuas exceptiones proponere, quas tamen ſemper ſubdunt Eccleſiaſticis Præſulibus, non verò præponunt: non interſunt vero vt aliquid ſuâ lege ſanciant *can.* 3, aut vt iudicent de Sacerdotibus *can.* 5. *&* 11. *ead. diſt.* 99. aut vt ſe immiſceant tractatibus & quæſtionib. ſeu expoſitionibus Eccleſiaſticis, *can.* 7. aut vt ſibi conentur ſubiugare, & iniquis obligationibus ſuæ Poteſtati ſubiicere eos à quibus credunt non ſolum ſe in terra, ſed etiam in cœlo poſſe ligari aut ſolui *can.* 9. Nam vt eſt *in can.* 15. qualeſcumque pontifices ſint, etſi errore humanitùs accedente, non tamen contra Religionem vllatenùs excedẽtes, nullatenus videntur à ſeculari poteſtate poſſe percelli: quandoquidem ſicut non ordinantur à ſecularibus principibus; ita nec iudicantur, aut recipiunt de errore remeantes, id eſt abſoluuntur *can.* 11. *citato.*

Can. 10. 6. Et ratio eſt, quia duo ſunt, quibus principaliter hic mundus regitur Authoritas Sacra pontificum, & Regalis poteſtas *can.* 10. *hac diſt.* 96. nec, vt diximus, Imperator ſibi pontificatus honorem, nec pontifex nomen Imperatorium accipere debet, quoniam vt adhuc dicitur *in can.* 6. mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, ſic actibus propriis & dignitatibus diſtinctis; officia poteſtatis vtriuſque diſcreuit, propria volens medicinali humilitate ſurſum efferri, non humanâ ſuperbiâ rurſus in infernum demergi; vt & Chriſtiani Imperatores pro æterna vita pontificibus indigerent, & pontifices pro curſu temporalium tantummodò rerum Imperialibus legibus vterentur: quatenus ſpiritalis actio carnalibus diſtaret incurſibus, & ideo militans Deo, minime ſe negotiis ſecularibus implicaret; ac viciſſim non ille rebus diuinis præſidere videretur, qui eſſet negotiis ſæcularibus implicatus *dicto can.* 6. Quare idem populus eſt, & dicitur populus papæ; & populus Imperatoris à Bonifacio *can.* 1. *diſt.* 97. atque potentiam ſuam vterque habet haud dubiè à Deo, pontifices quidem, vt patet ex Euangelio, Imperator etiam; *can.* ſiquidem 11. dicitur de eo, quod habet priuilegia ſuæ poteſtatis, quæ adminiſtrandis legimus publicis diuinitùs conſequutus eſt.

DISTINCTIO XCVII.

Can. 1. IN *can.* 1. *hac diſt.* 97. Bonifacius papa quem ſupra citauimus, plurimùm laudat Honorium Auguſtum, quod rebus Eccleſiaſticis ſemper fauerit; & fecerit, vt licita ſeruarentur, & illicita non formidarentur; nec permiſerit in Eccleſiam intactam fluctus perturbationum illidi: & ait ſe ſemper orare pro fœlicitate Imperii ſui, & pro pace Eccleſiæ; & Legatos quos ad eum mittit commendat, vocatque *in eo can.* 1. ter, Honorium, principem Chriſtianiſſimum, Imperatorem Chriſtianiſſimum; cui reſpondet Honorius *in can.* 2. & ait ſe ſuſcepiſſe ſcripta Beatitudinis ſuæ debita Reuerentiæ gratulatione, & rogat vt quotidianas orationes circa Imperium

A ſuum dignetur impendere, & ſuam Clementiam credere, ſe ſatis prouidiſſe ne perturbatione aliqua Eccleſia turbaretur: & rectè Honorius *in dictis can.* 2. *hac diſt.* 97. ait ſe ſuſcepiſſe epiſtolam Papæ cum debita Renerentia: nam & Gelaſius *c. in concilio Romano* ait Decretales epiſtolas quas Beatiſſimi papæ diuerſis temporibus ab vrbe Roma pro diuerſorum patrum conſultatione dederunt, venerabiliter eſſe recipiendas & refertur *can.* 3. *diſt.* 15. Et mos fuit vetus, vt oſculo exciperentur, etiam epiſtolæ amicorum, quæ priuatæ dicuntur ab Auguſtino *epiſt.* 161. Tullius *lib.* 1. *epiſt.* 1. *ad Appium Pulchrum*: complexus ſum cogitatione te abſentem, epiſtolam

B verò oſculatus etiam: idque ad venerationem, exemplo Deorum. Idem *diuinat.* 9. vſque adeo, inquit, vt rictus eius ac mentum paulò ſit attritius, quod in precibus & gratulationibus non ſolùm venerari verùm oſculari ſoleat: Signaculum vero in literis oſculari morem fuiſſe ait paulus Diaconus *lib.* 16. cum autem, inquit, ſuſcepiſſet Imperatoris Sacram, oſculatus eſt ſignaculum quod habebat effigiam Imperatoris. *In can.* vero 3. Nicolaus ait ſe ſuſcepiſſe, ſicut decuit Legatum, licet nullam epiſtolam afferret; licèt, inquit, epiſtolam iuxta conſuetudinem à vobis noſtro pontificio non detuliſſet, & licèt nunquam Apoſtolicæ Sedis modus fuerit abſque ſignatis apicibus vndecumque legationem ſuſci-

C pere.

DISTINCTIO XCVIII.

Can. 1. & 2. IN hac Diſtinctione 98. agitur de Tranſmarinis ordinandis, vel non: & *can* 1. *&* 2. dicitur Tranſmarinos homines in Clericatus honorem non eſſe ſuſcipiendos, niſi quinque aut plurium Epiſcoporum chirographis ſint deſignati; id eſt ſuſcriptione eorum, facta manu propria: teſtimonia vocat ſummus pontifex *in cap.* 1. *de Clericis peregrinis*, vbi agitur non de ordinandis, ſed de ordinatis recipiendis poſt quinque

D Epiſcoporum teſtimonium. Cæterum Gregorius *in can.* 3. mandat Epiſcopo Squillatino, vt Afros, qui ſunt Tranſmarini, paſſim non recipiat ad ordinem, qui quidem ſunt Manichæi; alii rebaptiſati; & in concilio Elibertitano, de quo in *can.* 4. eſt definitum ad Clerum non eſſe promouendos omnes, qui peregrè fuerint baptiſati, eo quòd minime ſit cognita eorum Vita. Can. 3.

DISTINCTIO XCIX.

E DIuiſio iſta Patriarcharum, Primatum, & Metropolitanorum orta eſt vt diximus ſupra & repetitur *in can.* 1. *hac diſt.* à diuiſione Prouinciarum, quæ obtinebat tempore Apoſtolorum, & jam facta erat multo ante Chriſti aduentum: Nam cum vidiſſent Apoſtoli in capite Prouinciarum Primates legis ſæculi fuiſſe, ac primam iudiciariam poteſtatem Magiſtratuum ad quos; qui per reliquas ciuitates commorabantur, quia ad Aulam Imperatoris vel Regum confugere non poterant, vel quibus permiſſum non erat, quando eis neceſſe erat, cõfugiebant pro oppreſſionibus vel iniuſtitiis ſuis; ipſoſque appellabant, quotieſcumque opus eſſet, ſicut in lege eorum Can. 1. & 2.

præceptum erat: & Apoſtoli renouantes, & in vſum ſuum iradocentes illam diuiſionem, in ipſis capite Prouinciarum, ſeu in ipſis ciuitatibus vel locis, noſtros Patriarchas vel Primates, qui vnam formam tenerent, licet diuerſa ſint nomina, conſtituerunt, & poni iuſſerunt lege ſua Eccleſiaſtica; ad quos Epiſcopi ſi neceſſe fuiſſet confugerent, eoſque appellarent, & ipſi Primatum nomine fruerentur, & non alii: deinde, cùm vidiſſent Apoſtoli in diuiſione ſæculi fuiſſe etiam Metropolitanas Ciuitates, quæ minores Iudices habebant illis Magiſtratibus, qui erant in capite Prouinciarum, licet eſſent maiores Comitibus; & Iudices illus Metropolitanos fuiſſe, qui prædictis Primatibus & Capitibus Prouinciarum iuſte obedirent, nec Primatum nec Metropolitanorum nomen habeant; ita Apoſtoli conſtituerunt in illis Ciuitatibus Metropolitanis, Metropolitanos, qui Primatibus ſubeſſent, & qui non Primatum, ſed aut Metropolitanorum aut Archiepiſcoporum nomine fruerentur *dicto can.* 1. quod confirmatur *can.* 1. *ead. diſt.* 99. his verbis: nolli Archiepiſcopi Primates vocentur, niſi illi qui primas tenent Ciuitates, quarum primarum Ciuitatum Epiſcopos Apoſtoli, & Succeſſores Apoſtolorum regulariter Patriarchas, & Primates eſſe conſtituerunt: niſi aliqua Gens deinceps ad fidem conuertatur, cui neceſſe ſit propter multitudinem eorum, Primatem conſtitui: Reliqui vero qui alias Metropolitanas ſedes ſunt adepti, non Primates, ſed Metropolitani nominentur.

In his canonibus Patriarcha non diſtinguitur à Primatibus, ſed Primas idemque Patriarcha diſtinguitur à Metropolitano ſeu Archiepiſcopo. Quod vt intelligatur, ſciendum eſt initio fuiſſe tres tantum Patriarchales Eccleſias Romanam, Alexandrinam, & Antiochenam, vt ad inſtar Trinitatis, cui vna eſt atque indiuidua Poteſtas vnum eſſet per tres Antiſtites Sacerdotium, vt ait Symmachus Papa *ad Eonium* 1. Poſtea Quarta Patriarchalis addita eſt in concilio Nicæno *can.* 7. ſed nondum planè firmata, vt conſtat ex eodem concilio; denique Conſtantinopolitana, in concilio Chalcedonenſi *can.* 28. Quod tamen Leo Papa non ſtatim approbauit, vt patet *ex epiſt.* 59. *&* 61. Vnde tandem Quinque fuerunt Eccleſiæ Patriarchales ad inſtar quinque ſenſuum corporis. vt habet Anaſtaſius Bibliothecarius *in epiſt. ad Hadrianum* 2. *quæ præfixa eſt Synodo Octauæ*: cum Chriſtus, ait, in corpore ſuo, quod eſt Eccleſia, tot Patriarchales Sedes, quot in cuiuſque mortali corpore ſenſus locauerit; profecto nihil generalitati deeſt Eccleſiæ, ſi omnes illæ Sedes vnius fuerint voluntatis. Et eorum Patriarchatum Sedes quinque dicuntur, Prima, ſecunda, tertia, vt patet ea *epiſtola Gelaſii Papæ* 31. *ad Dardanos*, & ex donatione Conſtantini *apud Balſamonem in Nomocanon. Photii Tit.* 8. *cap.* 1. dicuntur etiam Diœceſes, vt patet *ex Nouellis Iuſtinian.*

Ab his creſcente Eccleſia & populo fideli, creati ſunt Epiſcopi multi; tum aucta etiam Chriſtianitate Metropolitani qui Epiſcopis præeſſent, & auctis etiam Metropolitanis, vel aucti Patriarchæ; vel ſub quinque prioribus Patriarchis, ex Metropolitanis ipſis aliqui Primates inſtitui, qui eſſent ſupra Metropolitanos, & inſtar Patriarcharum ad quos magis accederent; quod totum colligitur *ex can.* 2. *hac diſt.* 99. cùm dicitur propter multitudinem Epiſcoporum Primatem conſtitui. Hæc enim fuit vna ex cauſis: alia verò etiam eſſe potuit propter longinquitatem, vt colligitur *ex can.* 17. *concilii Carthaginenſis*: vt vnaquæque Prouincia, propter longinquitatem, proprium Primatem habeat, ſeu vt habent Græci Exarchum: & ita poteſt accipi Synodus Chalcedonenſis *can.* 9. Vbi diſtinguitur Primas à Metropolitano, & à Patriarcha; & dicitur, quod ſi cui Clericorum lis fuerit cum proprio, vel alieno Epiſcopo, is à Prouinciæ Synodo iudicetur; ſi autem cum ipſius Prouinciæ Metropolitano Epiſcopus vel Clericus controuerſiam habuerit, is aut Diœceſeos Ἔξαρχον, Exarchum ſeu Primatem, aut ſedem Regiæ vrbis Conſtantinopoleos adeat, nam ibi per Exarchum, Synodus intelligit medium Primatem, eumque licet Metropolitanum, tamen ex conceſſa iuriſdictione quodammodo Metropolitanum Metropolitanorum, & quaſi Patriarcham, nempe participantem Patriarchæ, & non tamen Patriarcham, vt exponit Balſamo. Exarchus, ait, Diœceſis eſt, vt mihi videtur, non vniuſcuiuſque Prouinciæ Metropolitanus, ſed Metropolitanus totius Diœceſis. Diœceſis autem eſt, quæ multas in ſe Prouincias cõnectit: nam ſupponendum eſt Patriarchas paſſos illam ſubſtitutionem pro ſalute animarum, quemadmodum Epiſcopi paſſi ſunt ſe habere Chorepiſcopos.

Quod nomen Exarchi ſumatur pro Metropolitano patet ea Synodo Sardicenſi *can.* 6. vbi exponitur quid ſit Exarchus: per literas, ait, Exarchi Prouinciæ, dico autem Epiſcopi Metropolitani. Vnde hi Exarchi, ſeu Primates erant certæ etiam Prouinciæ Metropolitani, erant & inſuper Diœceſis certæ Exarchi ſub Patriarcha tamen: vnde eſt *ſubſcriptio epiſtolæ* 6. *Synodi ad Agathonem* Philalethes Epiſcopus Cæſarienſium Metropolis primæ Cappadocum Prouinciæ, & Exarchus Ponticæ Diœceſis: & Theodorus Epiſcopus Epheſiorum Metropolis, & Exarchus Aſianæ Diœceſis: & in *Andronici Expoſitione de Metropolibus apud Codinum* enumerantur Metropolitæ qui erant Exarchi ſub Conſtantinopolitano Patriarcha. Vnde patet Exarchiam potuiſſe ſeparari à Metropoli. Sanè Zonaras *ad can.* 17. *Synodi Chalcedonenſis*, ait ex *dict. can.* 6. Sardicenſi Exarchum eſſe Metropolitanum. Balſamo putat fuiſſe medium inter Metropolitanum, & Patriarcham ex *can.* 17. Synodi Chalcedonenſis, quos ita conciliabis ſi dicas Exarchum fuiſſe ex ordine Metropolitanorum, ſed qui vel eſſet αὐτοκέφαλος, vt de omnibus putat Balſamo *in can.* 2. *Conſtantinopolitan. Synodi* 1. & quia non ordinabatur à Patriarcha licet ei eſſet ſubiectus, vel eſſet vices gerens Patriarchæ. Et ita primum accepta vox Exarchi etiam in Italia: & Rauennæ pro Vicario Imperatoris: & ita etiam in Eccleſia videntur accepiſſe illam poteſtatem Exarchi tanquam Legati Patriarchæ, eius vice fungentas. Vnde in *Scholiaſte Græco, ad concilium Trullanum* habetur Exarchum ſignificare Vicarium ſeu Patriarchæ, ſeu Metropolitani: & Hieremias *epiſtola ad Metropolitas, & alios Eccleſiaſticos maris* Ægei, ſuos Legatos, Exarchus nuncupat, *Turcogræcia lib.* 3. *in Actis*: & ideo Chorepiſcopi dicti ſunt Exarchi, quod eſſent Vicarii Epiſcopi vt notat Cujacius *Parat. in Cod. de Epiſcopis & Clericis*: & in *Turcogræcia* ita exponitur Exarchus, Legatus, aut Vicarius Patriarchæ, aut Metropolitæ, ſicut non

Legatum Apoſtolicæ Sedis dicimus; & vt eſt in eadem Turcogræcia à Patriarcha inſtituebantur: & ita etiam Periodeutæ, qui erant tantùm Vicarii Epiſcoporũ dicuntur Exarchi à Balſamone *in c. 57. Synodi Laodicenæ*: ſunt autem, inquit, Periodeutæ, qui hodie ab Epiſcopis promouentur Exarchi.

His aſſignatur Poteſtas priuandi dignitate Eccleſiaſtica, excommunicandi, & abſoluendi; atq; adeò, nomine Patriarchæ, colligendæ pecuniæ ex Chriſtianis. Verùm cum odioſi facti fuiſſent ipſis Patriarchis, tandem ſublatam, aut ademptam eis fuiſſe illam Poteſtatem à Patriarchis tradit Balſamo *dict. c. 9. Synodi Chalcedonenſis*: hoc autem, inquit Exarchorum priuilegium non eſt ampliùs in vſu; etſi dicantur Exarchi quidam ex Metropolitanis, ſed tamen alios Metropolitanos, qui ſunt in Diœceſibus, non habent omninò ſibi ſubjectos. Eſt ergo veriſimile, alios fuiſſe, qui tunc erant, Exarchos Diœceſeon; vel eſſe quidem adhuc ipſos, ſed quæ data ſunt eis à canonibus, priuilegia exoleuiſſe. Et in Synodo Carthaginẽſi *can. 41.* videntur etiam ſublati: verùm ibi non illud dicitur, ſed vt primæ Sedis Epiſcopus non dicatur Sacerdotum Exarchus, aut Summus Sacerdos, ſed primæ Sedis Epiſcopus. Quomodo Exarchi, ſic etiam Chorepiſcopi moleſti Epiſcopis, tandem ab iis ſublati ſunt; nam Chorepiſcopi vice Epiſcopi fungebantur ſicut Exarchi ſeu Primates, Patriarchæ; vnde Scholiaſtes Harmenopuli Græcus *ad tit. 9.* non ſine cauſa dicit, Chorepiſcopos poſtea dictos fuiſſe Exarchos.

Sicut autem Græci, vt patet ex dictis, introduxerunt Exarchos inter Patriarcham & Metropolitanum, quaſi Patriarchæ vice; ita etiam Latini introduxerunt Primates inter Metropolitanos & Patriarchas, eadem ratione moti qua Græci: vnde pro Exarcho in concilio Chalcedonenſi, ipſi verterunt Primatem *in Capitularibus lib. 7. cap. 63. & cap. 241. & 234.* & Iulianus Anteceſſor *Nov. 115. cap. 465* etiam vertit Primatem Regionis: & ipſi etiam ſummi Pontifices Anicetus *epiſt. 1.* Xiſtus 2. *epiſt. 1.* Iulius 1. *epiſt. 2.* & alii in eodem canone, quem citant, reponunt Primatem pro Exarcho. Et certè Primates fuerunt ſupra Metropolitanos, vt patet ex capitularibus *lib. 7. cap. 336.* vbi refertur illud ex Aniceti Papæ *epiſt. ad Epiſcopos Galliæ*, nulli Archiepiſcopi Primates vocentur, niſi illi qui primas Ciuitates tenent, quarum Epiſcopos Apoſtoli & Succeſſores Apoſtolorum regulariter Patriarchas & Primates eſſe conſtituerunt; niſi aliqua gens deinceps ad fidem conuertatur, cui neceſſe ſit propter multitudinem Epiſcoporum Primatem conſtitui: reliqui verò, qui alias Metropolitanas Sedes adepti ſunt, non Primates, ſed Metropolitani nominentur *can. 5. hac noſtra diſt. 99.* Et ſicut Exarchi fuerunt apud Græcos, vt dixi, veluti Legati Patriarchæ, ita noſtri Primates, vt Arelatenſis Eccleſiæ Epiſcopus fuit in Gallia Primas & Legatus Apoſtolicus; cui ideo tribuẽ erant Prouinciæ Viennenſis, Lugdunenſis, Narbonenſis prima & ſecunda, Alpina, Nouempopulana, & Aquitania ſecunda, vt teſtis eſt Hincmarus Rhemenſis Metropolitanus & Primas *epiſt. 6. cap. 5. & cap. 6.* vbi oſtendit, etiam in aliis Prouinciis Galliæ & Germaniæ Primatem à Sede Apoſtolica conſtitutum, qui vices Papæ gereret, & *cap. 11.* dicit B. Remigium Primatem & Legatum Apoſtolicum ab Hurmiſda inſtitutum fuiſſe. Vnde factum etiam, vt Primates abuſi ſint plerumque illâ dignitate, & propter illam Apoſtolicam Delegationem inhærentem eorum Sedi, in magnam venerint arrogantiam, & moleſti fuerint Patriarchæ, ſcilicet Papæ, ſicut dicebamus de Exarchis, de qua re S. Leo *epiſt. 87. ad Epiſcopos Prouinciæ Viennenſis* conqueritur. Hilarius, ait, Viennenſis Epiſcopus, Eccleſiarum ſtatum & concordiam Sacerdotum nouis præſumptionibus turbaturus exceſſit, ita ſuæ vos cupiens ſubdere poteſtati, vt ſe B. Apoſtolo Petro non patiatur eſſe ſubjectum. Ordinationes ſibi omnium per Gallias Eccleſiarum, & debitam Metropolitanis Sacerdotibus in ſuum jus transferens dignitatem: licèt ſubſtiterint nec ita abrogati ſint Primates apud nos, vt Exarchi apud Græcos.

Nec obſtat quod nomen Primatis dicatur aliquando de Metropolitano: nam & Hincmarus *epiſt. 6. cap. 5.* id ſcribit, ſcilicet Metropolitanos multoties Primates appellari in ſacris canonibus: & Innocentius *epiſt. 2. ad Victricium Rothomagenſem cap. 1.* vocat Metropolitanum, Primatem; & Primatus tribuitur Metropolitano, *in concilio Bracarenſi cap. 24.* & *in capitularibus lib. 7. cap. 68. & 74.* nam non ideo minùs diſtinguitur Primas à Metropolitano, vt patet ex dictis, *& can. 2. hac 99 diſt.* Hoc autem ita fit, vel quia vt ait Balſamo, initiò omnes Prouinciarum Metropolitani erant per ſe ſuarum Prouinciarum Capita; & Primates à propriis Synodis electi, ita vt iis nulli ſuperiores eſſent præter Patriarcham; *in can. 2. Synodi primæ Conſtantinopolitanæ*, quando ſcilicet non inuenti erant illi Primates cum poteſtate delegata; nam tunc Metropolitani conſuetudine ſolâ, erant veluti Primates; deinde hoc ita fit per communionem horum nominum, quæ licet diſtinctis dignitatibus aſſignata ſint, manſerunt tamen communia, vt etiam ad alia ſimilia ſignificanda potuerint transferri: quomodo Diœceſis tribuitur & Exarchis, vt patet ex *ſubſcriptione epiſtolæ ad Agathonem ſuprà citatæ*, & ex Synodo Chalcedonenſi *can. 9.* & Patriarchis, vt patet ex Iuſtiniano *in Nouellis*, & Metropolitanis.

Cæterùm ſciendum Primates ſeu Primæ Sedis Epiſcopos in Africa ſpeciem propriam & aliquatenus diuerſam conſtituiſſe; è quibus quæſtio maxima proponitur, de qua permulti ſcripſerunt, ſed ita vt ex eorum ſcriptis nemo poſſit veram hiſtoriam addiſcere, nec quis fuerit ordo ille Primatum in Eccleſia Africana cognoſcere: conabimur nos tum clara reddere, quæ illi obſcura reliquerunt; tum explicare, quæ illi implicuere, tum denique ſupplere ea quæ illi omiſerunt.

Fundamentum autem huius diſſertationis exiſtimamus ſumendum eſſe ex *epiſt. 4. Leonis* 8. vel, vt alii putant 9. ſummi Pontificis. Ille enim, poſtquam eo loco egit de Primatibus & Patriarchis, qui erant in Romana Eccleſia; ait, poſtea Primates in Africa eſſe longè alterius generis, quàm in aliis regionibus; & refert Primatem ibi eſſe eum, qui eſt in Prouincia omnium primus ordinatione: verba ſunt. Sed de Africæ Primatibus aliter intelligendum eſt, quia in ſingulis eius Prouinciis antiquitùs Primates inſtituebantur, non ſecundum potentiam alicuius Ciuitatis, ſed ſecundum tempus ſuæ ordinationis; quibus tamen omnibus præerat vnus ſcilicet Carthaginenſis Africæ Epiſcopus, qui etiam non incongruè dici poteſt Metropolitanus, propter Carthaginem Metropolim totius Africæ, quorum ſupra meminimus. Et confirmatur ex Gregorio Magno qui *lib. 1. epiſt. 75. ad vniuerſos Epiſcopos Numidiæ*, agnoſcit

hanc fuiſſe quidem conſuetudinem in Africa, vt antiquior ordinatione eſſet Primas; ſed cum in pluribus Eccleſiis Africanis eſſent duo „ Epiſcopi, vnus Catholicus, alter Donatiſta, man- „ dat ei derogandum ſi antiquior fuerit Donatiſta, nec obſeruandũ ratione Donatiſtarum; ita vt licet aliquis Donatiſta reperiatur ordinatione primus, non poſſit tamen eſſe vel dici Primas Prouinciæ, vt patet ex verbis ſequentibus; In Primatibus conſtituendis conſuetudinem immotam permanere concedimus, exceptis his qui ex Donatiſtis ad Epiſcopatum peruenerunt, quos prouehi ad Primatus dignitatem, etiam cum ordo Clericorum ad locum eundem deferat, modis omnibus prohibemus; ſufficiat autem illis, commiſſæ ſibi plebis curam tantummodo gerere, non autem etiam illos Antiſtites, quos Catholica fides in Eccleſiæ ſinu educuit, & genuit, ad obtinendum culmen Primatus anteire: ſed non obſtante illa prohibitione quã exceperat D. Gregorius Donatiſtas à conſuetudine generali, non deſtiterunt Donatiſtæ accipere inter ſe nomen Primatis, vel Primæ ſedis Epiſcoporum in ſua prouincia, vt patet *ex Collatione Carthaginenſi*, ibi Ianuarius Caſenſis Nigrenſis Donatiſta dicitur Primæ Sedis Numidiæ Epiſcopus. Non tantùm autem hæretici Donatiſtæ excepti ſunt ab illo communi priuilegio Primatum Africanorum, ſed etiam aliqui facinoroſi & flagitioſi Epiſcopi, contra quos aliquando iudicium ferebatur ne poſſent aſpirare ad Primatum, licet eſſent ordinatione primi; & ex ea cauſa Primatus ad eos pertineret, vt de Priſco Epiſcopo Cæſarienſi refert D. Auguſtinus *Epiſt.* 261. ad illum enim pertinebat Primatus ſaltem iure Eccleſiæ ſuæ, & tamen teneta Eccleſiâ & Cathedra ſua, & ſaluoque Epiſcopatu, non omnino impunitus relictus, ne poſſet ratione illius Cathedræ gerere primatum vnde clamabat Priſcus, aut ad primatum locus ſicut cæteris, & mihi patere debuit, aut Epiſcopatus mihi remanere non debuit.

Ex eo verò quòd apud Africanos, Primatus deferretur ſecundum tempus ordinationis, factum eſt 1. vt in Concilio Carthaginenſi nulla vnquam fiat mentio Metropolitanorum, ſed tantum Primatum Prouinciæ, vt patet *ex can.* 31. 79. *&* 82. *& aliis canonibus Africanis* & hoc etiam euenisse putat Zonaras *in can.* 93. Synodi Carthaginenſis, & Balſamo *in can. eiuſdem Synodi, in eius collectione*, quia Eccleſiæ Africanæ nondum fuerant honoratæ hoc Titulo; & ideo cum in eis Eccleſiis Africanis omnes eſſent pares, vti quiſque prius ad Epiſcopatus honorem electus fuerat, ita dignitate cæteris anteponebatur, idque ſtatutum eſt dicto canone 63. ac proinde vt nulla de prioribus vel poſterioribus controuerſia oriretur, etiam præceptum, fuit vt ordinati omnes, litteras ordinationis ſuæ acciperent *can.* 96.

Item ex eo quod antiquior Epiſcopus in qualibet Prouincia eſſet Primas vel Primæ Sedis Epiſcopus, factum eſt 2. vt non vnius, ſed diuerſarum Eccleſiarum eiuſdem Prouinciæ Epiſcopi eſſent Primates, prout contingebat nunc vnius Eccleſiæ, nunc alterius Epiſcopum eſſe ordinatione priorem, legimus enim V. G. in Numidia aliquando Epiſcopum Calamenſem, fuiſſe Numidiæ Primatem, aliquando Tagoſenſem vel Tagorenſem, aliquando Tigitanum, quod non ita eſſet, ſi Primatum haberent ratione Eccleſiæ ſuæ. Probatur autem iam dictos Epiſcopos diuerſarum Eccleſiarum fuiſſe Primatesin eadem Prouincia Numidiæ; nam Megalius Calamenſis Epiſcopus dicitur Primas „ Numidiæ à Poſſidonio *in vita B. Auguſtini cap.* „ 8. Poſtquam, ait peritiorem ad viſitandum adueniente ad Eccleſiam Hipponenſem tunc Primate Numidiæ Megalio Calamenſi Epiſcopo, Epiſcopatus coram & maioris loci ordinationem ſuſcepit Auguſtinus. Item Xantippus Tagorenſis vel Tagoreoſis Epiſcopus, vt patet ex D. Auguſtino *Epiſt.* 221. dicitur primæ Sedis Numidiæ Epiſcopus, in Concilio Mileuitano anno Domini 402. Item Syluanus Sumenſis Epiſcopus vt habetur *in Collatione Carthaginenſi, cognitio.* 1. *cap.* 18. dicitur Primas & Primæ ſedis Numidiæ Epiſcopus *cap.* 54. *eiuſdem collationis Carthaginenſis*: denique Valentinus Epiſcopus Vaianenſis, vt habetur *in ead. collatione Carthaginenſi, cognitio.* 1. *cap.* 99. dicitur Primæ ſedis Numidiæ Epiſcopus *in Concilio Carthaginenſi* celebrato anno 409. Nec enim hæ quatuor ſedes Epiſcopales Calamenſis, Tagoſenſis, vel Tagorenſis, Sumenſis, & Vaianenſis fuerunt Primatus aut Metropoles Numidiæ; ſed earum tantùm Epiſcopi fuerunt Primates, ratione ſcilicet ordinationis ſuæ, non ratione illarum Eccleſiarum: & idcirco Primates illi nunquam dicebantur Metropolitani, ſed tantum Primates vel Primæ ſedis, aut Cathedræ Epiſcopi, vt Secundus Tigitanus apud D. Auguſtinum *Epiſt.* 162. dicitur agere Primatum, Secundus Tigitanus tunc in Numidia agebat primatum, & dicitur etiam Primas *in eadem Epiſt.* an fortè non debuit Romanæ Eccleſiæ Melchiades Epiſcopus cum collegis Tranſmarinis Epiſcopis illud ſibi vſurpare iudicium, quod ab Afris ſeptuaginta, vbi Primas Tigitanus præſedit, fuerat „ terminatum: dicitur etiam Primæ Cathedræ „ Epiſcopus, ab eodem D. Auguſtino *libro* 3. *contra Creſconium cap.* 26. Item Syluanus *in Collatione Carthaginenſi cognitione* 1. *cap.* 18. dicitur „ Primæ Sedis prouinciæ Numidiæ Epiſcopus. „ Et in *cap.* 54. *eiuſdem Collationis* vocatur Primas Numidiæ: & ſic de aliis; Vt plurimum autem vocabantur Primæ Sedis Epiſcopi. vt conſtat ex multis canonibus Synodi Carthaginenſis.

Atque ad eos qui Primates erant ex cauſa ſuæ ordinationis referendæ ſunt plures quæſtiones, quæ ſæpiſſimè exortæ fuerunt de Primatu Numidiæ, & aliarum prouinciarum; vt illa controuerſia quæ fuit inter Victorinum & Xantippum Numidiæ Epiſcopos, de qua loquitur D. Auguſtinus *dicta Epiſtola* 221. Domino Beatiſſimo & venerabili Patri, & Conſacerdoti Victorino, Auguſtinus in Domino Salutem. Tractatoria ad me quinto Idus Nouembris venit iam finito die, & me valdè indiſpoſitum inuenit, vt occurrere omnino non poſſem, lego in eadem Tractatoria etiam ad Mauritanias eſſe ſcriptum, quas prouincias ſcimus ſuos habere Primates: & paulo poſt: præterea venerabilis frater & collega noſtra Xantippus Tagoſenſis (vel Tagorenſis) dicit, quod eum Primatus ipſe contingat, & erga plurimos ſic habetur, & tales mittit epiſtolas. Item illa controuerſia, quæ fuit inter Creſcentium & Aurelium Epiſcopum, vt eſt *in Actis Concilij Carthaginenſis* quod celebratum eſt Cæſario & Attico VV. Clar. Coſſ.

Ann. 397. qoioto Kaleod. Septembris; vbi hæc verba referuotur: frater etiam Regious Eccleſiæ Vigeſelitaoæ literas ad paruitatem meam datas Creſcentiani pnmæ Sedis, vt ipſe inſinoat, Numidiarum & Aotelij Coepiſcoporum, noſtrorum, &c. Illæ enim quæſtiones de Primatu Numidiæ ortæ fuerunt tantum ex cauſa ordinationis, oon ex cauſa Eccleſiæ Metropolitanæ: & patet in priore exemplo, nam Xantippus erat tantùm Tagoſeoſis vel Tagoreoſis Epiſcopus, vt dictum eſt ſopra, & Tagoſa noo erat Numidiæ Metropolis, ſed Conſtátina vt patet ex *dicto can.* 93 in Zonaræ editione Tagoſenſis, vel Tagoreoſis Epiſcopus dictus, nam apud D. Auguſtioum legitur Tagoſenſis, & aliqui legunt Tagoreoſis, eo quod in collaoone Carthaginenſi fiat mentio Tagotenſis Epiſcopi. Verum nil forte mutandum, & retinenda lectio D. Auguſtioi, vt colligimus *ex ipſa Collatione*: nam in *cap.* 133. Poſthumiaous Catholicus aduerſarium non habens, dicitur Tagotenſis Epiſcopos & *cap.* 142. Reſtitutua quoque Catholicus dicitur Epiſcopus Tagotenſis; at non fuerunt duo Epiſcopi Catholici eiuſdem Sedis, ac proinde dicendum videtur, in vno loco legendum Tagoſenſis, & io alio Tagorenſis, ſicque poteſt ſuſtineri prima lectio io Epiſtola D. Auguſtini.

Porro licet canon ille, ſeu conſuetudo illa ſeruaretur in Africa, vt qui priùs fuiſſet ordinatus, Primas haberetur: nihilominus tamen ea conſuetudo non obſeruabatur io Numidiæ & Mauritaniæ Eccleſiuis, & rationem huius rei oon potuit inuenire Petitus, licet io ipſo canooe contineatur. Ratio eſt quia in Numidia, & Maoritania Epiſcopi, hoc habebant priuilegium & prærogatiuam hoooris, vt licet noo eſſent ſeniores, tamen eſſent Primates, & ita apud eos non attenderetur temporis ordo, ſed Eccleſiarum dignitas io primatu obtinendo: quod priuilegium continebatur in antiquis Mauritaniæ Regiſtris, & Commentariis, ſeu in Matricula & Iodice illarum Eccleſiarum vt eſt in *dicto can.* 93. ac proinde in eo excipiuotur illæ Eccleſiæ ab illa cooſuetudine, nec ioſpicitur in eis ordo antiquitatis Epiſcoporum ſed potius dignitas Eccleſiarom, ſaluo vtique, ait canon 93. (qui eſt ex Concilio Mileuitano celebrato anno Domini 402.) vtique iure primatum Numidiæ & Mauritaniæ: ex Iudice & Matrice Numidiæ. Nec obſtant exempla quæ ſupra attulimus variorum Epiſcoporum, qui Numidiæ dicuntur primates, cùm tamen non eſſent vrbis Conſtaotinæ Epiſcopi, quæ erat Metropolis Numidiæ, nam reſpondetur 1. præter primates illos Numidiæ qui erant Seniores prouinciæ, fuiſſe etiam Metropolitanum Conſtaotinæ qui eis præerat ſi fuiſſet præſens. Reſpoodetur 2. vacante Sede Conſtantinæ eos potuiſſe eſſe Primates, vel vt diximus ſupra, etiam non vacante Sede Metropolitana, potuiſſe vtrumqoe conſiſtere, & primam Sedem & Metropolitanam vt patet *can.* 93. & ita ſaltem in Numidia eſſent duæ ſpecies Primatuum, ſeu duo Primates, quorum vnus erat ratioue Cathedræ ſuæ ſcilicet Conſtantinæ; alius ratiooe ordinationis: in Mauritania etiam, licèt olim nollus fuiſſet Metropolitanus, tamen Eccleſia Mauritaniæ præcipua hunc habebat honorem, vt eius Epiſcopus eſſet Primas, licet alius quis eiuſdem prouinciæ Epiſcopus eſſet Primas ratione ordinationis: nec mirum, nam Carthaginenſis Epiſcopus dicitur etiam Primas Numidiæ *apud Victorem infra.*

Nec dicas etiam ideò ſeruari in *dicto can.* 93. haoc prærogatiuam Numidiæ, & Mauritaniæ, quod eſſent fortaſſe Metropolitanæ Eccleſiæ: nam eo tempore, quo editus eſt ille canon 93. Mauritaoia ſaltem Sitifenſis nondum facta fuerat Metropolitana, erecta eſt enim tantùm in Metropolim anno Domini 419. in Concilio Carthaginenſi celebrato poſt Conſolatum Honorij 12. & Theodoſij 8. ad 8. Kalendas Iunias, & refertur *can.* 17. *Codicis canonum Eccleſiæ Africanæ*, his verbis, Placuit vt Mauritania Sitifenſis, vt poſtulauit Primatem prouinciæ Numidiæ, ex cuios cœtu ſeparatur vt ſuum habeat Primatem, quem conſentientibus omnibus Primatibus prouinciarum Africanarum, vel omnibus Epiſcopis, propter longinquitatem habere permiſſa eſt, ex quo canone patet, quod antequam Mauritania V. G. Sitifenſis eſſet Metropolitana, habebat aliquam prærogatiuam primatus, quatenus ſcilicet ſaluom ei ius erat, vt aliqui eius Epiſcopi, licet iuniores, non cederent prioribus ordioatis; & quamvis nondom eſſent veri Metropolitani eſſent tamen Primates, vt colligitur ex *dicto can.* 93. & confirmatur *ex dicta Epiſt.* 21a. *d. Auguſtini*. Lego, ait, & in eadem Tractatoria etiam ad Mauritaoos eſſe ſcriptum, quas prouincias ſcimus ſuos habere Primates: hi eoim duo loci loquontur de Mauritaniis, antequam Sitifenſis erecta fuiſſet io metropolitaoam.

Nec mirum ſi Numidiæ & Maoritaniæ Epiſcopi habebant hoc priuilegium, ex Matricula Prouinciæ, vt aliis ordinatione prioribus Epiſcopis non cederent, ſed eos potius præcederent: nam idèm legimus de Epiſcopo Catalsuoenſi apud Fulbertum *Epiſt. ad Deodatum Epiſcopum Sueſſionenſem*, vt licèt non eſſet ordinatione vetuſtior, tamen alios omnes poſt Rhemenſem Epiſcopum in prouincia præcederet; & illud arguit Fulbertus ex antiqua Deſcriptione, ſeu Matricula prouinciæ Belgicæ: ſed ne, inqoit, Ciuitati vel Eccleſiæ Catalaunorum ſuum denegetis honorem, memioiſſe vos decet, quod in antiqua deſcriptione prouiociæ Belgicæ ſecundũ ipſa Ciuitas à Rhemenſi locũ habeat; & prætereà ſæpiſſimè datum eſt hoc priuilegium quarumdam Eccleſiarum Epiſcopis, vt alios quoſcumque, etiam priores ordinatione, præcederent, vt patet ex D. Gregorio *lib.* 7. *Epiſt.* 112. io qua conceſſum legitur hoc priuilegium Æduenſi Epiſcopo, vt primum locum in prouincia prima Lugdunenſi teneret, cæteri verò poſt ipſum ſoæ ordinationis tempus ſeruarent. Item ex Cromero *lib.* 7. *hiſtoriæ Polonicæ*, vbi dicitur Epiſcopum Cracouienſem omnes alios Epiſcopos poſt Archiepiſcopum Gneſnenſem, ex priuilegio Iooocentij 3. præcedere. Item ex Goffrido *lib.* 3. *Epiſt.* 11. in qoa Ildebertus Epiſcopus Cenomanenſis, dicitur primus qooque poſt Metropolitanum in prouincia Epiſcopus.

Cæterùm non tantùm in Africa, qoi erant ordinatiooe primi, dicti ſunt Primates, ſed etiam in noſtris regionibus, vt patet ex *Epiſtola Hilarij Papæ ad Epiſcopos prouinciæ Viennenſis*, his verbis: & qui nunc Eccleſiæ Narbonenſi præſidere permittitur, ordinandorum Epiſ-

coporum, ob hæc quæ prauè facta ſunt, ſuſtulimus poteſtatem, quam ita ad fratrem & Coepiſcopum noſtrum Conſtantium Vſericæ Eccleſiæ Antiſtitem, quia nunc honoris primus eſſe dicitur, pertinere cenſuimus, vt ſi ſuperſtite Herme Epiſcopo defunctus fuerit, illum hæc cura reſpiciat quem reſpexerit Epiſcopalis ordo Primatem.

Supereſt adhuc ampliùs diſcutiendum num præter illos Primates ex cauſa ordinationis, eſſent etiam in Africa veri Primates ex cauſa ſuæ Eccleſiæ hoc eſt veri Metropolitani: nam illi Primates, de quibus egimus ſupra, non erant Metropolitani ſed ſimplices Epiſcopi, & tamen Primates. Nos certè ita cenſemus, præter iam dictos Primates, qui non erant Metropolitani nec Archiepiſcopi, ſed Epiſcopi tantùm, fuiſſe etiam aliquos veros Primates & Metropolitanos in vnaquaque prouincia, quique erant etiam ſimul Primates ac Metropolitani ratione ſuæ Eccleſiæ non ratione ordinationis; & licet eſſent poſteriores aliis ordinatione, priores tamen erant dignitate. Et primùm ſi agatur de Numidia, probatur apertiſſimè ex *dicto can.* 93. vbi dicitur in Numidiæ prouincia Conſtantinam fuiſſe Numidiæ Metropolim: ibi enim agitur de libro Matriculæ ſupradicto; & ſtatuitur vt conſeruetur & in Prima Cathedra Numidiæ Prouinciæ, & in Metropoli Conſtantina; inuenimus enim hîc diſtinctionem inter primam Cathedram Numidiæ & Metropolim eiuſdem Numidiæ. Item ſi agatur de Mauritaniis Matthæus Blaſtares ſeſeit tres fuiſſe in Mauritaniis Metropoles Cæſarienſem, Sitifenſem & Tingitanam: Mauritaniæ, ait, ſunt tres, Cæſariana ita dicta à Metropoli Cæſarea; Sitifenſis cuius eſt Metropolis Sitiphis; & Tingitana cuius eſt Metropolis Tingi: & author etiam Hiſtoriæ Miſcellæ, meminit Metropoleos Sitiphis, & Cæſareæ *lib.* 16. vbi agit de Iuſtiniano: Mauritaniam, ait, & Sitiphim Metropolim ſub tributo Romanis effecit; alterius enim Mauritaniæ Cæſarea Metropolis eſt. Similiter Procopius *lib.* 2 *de bello Vandalico*: Mauruſij poſtquam è Numidia ſuperati, refugientes, Zeben regionem petierunt, quæ ſupra montem Aurafium eſt, pertinens ad Mauritaniam, Sitiphim Metropolim habens Romanorum Imperio tributariam; Mauritaniæ vero alterius Cæſarea caput eſt. & nos ſupra oſtendimus quando Mauritania Sitiphenſis fuerit in Metropolim erecta. Et Iſidorus *lib.* 14. *Originum cap.* 5. meminit Tingitanæ Mauritaniæ, quam dicit ita vocatam à Tingi Metropolitana ciuitate. Si agatur de Byzacena prouincia, Telepte videtur fuiſſe eius Metropolis: nam Donatianus, qui fuit Epiſcopus Teleptenſis Eccleſiæ, vt patet *ex Collatione Carthaginenſi, cognitione* 1. *cap.* 121. dicitus apud Photium *in Bibliotheca cap.* 52. primæ Sedis ſeu Throni Byzacenæ prouinciæ Epiſcopus: & in *can.* 127. *Codicis Africani*, dicitur Senex Primas de Byſacena prouincia. Poſſet tamen quis dicere Byſatium fuiſſe Metropolim ex ſententia Stephani de vrbibus, & Iſidori *lib.* 14. *cap.* 5. quo Byſatium vrbem putat non regionem; in Byſacena enim regione ponit Iſidorus Adrumetum, & Byſacium tanquam Ciuitates duas nobiliſſimas. Item ſi agatur de Tripolitana regione, non videtur dubium quin Tripolis eius ciuitas, quæ dabat nomen toti prouinciæ, eſſet eius Metro-

A politana, maxime cum legamus in *Concilio Carthaginenſi* Tripolitanum Epiſcopum fuiſſe prouinciæ Primatem. Si denique agatur de ipſa Carthagine, quæ erat caput totius Africæ, nullum etiam omnino dubium eſt, quin ea fuerit Metropolis Africæ Proconſularis; & manifeſtum fit ex Leone 9. Papa Romano *Epiſt.* 3. *ad Thomam Epiſcopum Africanum*: noueris ergo proculdubio quia totius Africæ Maximus Metropolitanus eſt Carthaginenſis Epiſcopus, nec quicunque ſit ille Gummitanus Epiſcopus aliquam licentiam conſecrandi Epiſcopos, vel deponendi, ſeu prouinciale concilium conuocandi habet, ſine conſenſu Carthaginenſis Archiepiſcopi, exceptis his, quæ ad propriam parochiam pertinent: cætera autem ſicut & alij Africani Epiſcopi Concilio Carthaginenſi aget Archiepiſcopi. Et apud Victorem *in Chronico*, Reparatus Archiepiſcopus Carthaginenſis Eccleſiæ, dicitur Primas Numidarum Epiſcoporum, ſicut Firmus; quia hi duo præſides fuerunt in Concilio Numidiæ, vnus tanquam Archiepiſcopus Carthaginenſis, alter tanquam Numidiæ Primas.

Obſeruandum autem eſt Patriarchæ nomen commune factum fuiſſe Exarchis, qui dicti ſunt Patriarchæ, vt patet ex Socrate *lib.* 5. *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap.* 8. vbi diœceſes Thracicam, Ponticam, Aſianam, Ægyptum, &

C Orientem, patriarchicas vocat, & in illis Patriarchas à Synodo Conſtantinopolitana fuiſſe conſtitutos. Et ex Synodo Chalcedonenſi, *actione* 5. vbi vnuſquiſque diœceſis Patriarcha, vt à Iudæis vocantur, *actio.* 2. vnum aut alterum ſibi eligit è ſua diœceſi ad formulam fidei componendam. Epiſcopi etiam commune nomen habuerunt Primates cum Summo Pontifice: Iam autem ne vt diximus ambitio occupaſet animos præſulum, aut ne turbarentur Iuriſdictiones, rectè ſtatutum, vt nulli Archiepiſcopi Primates vocentur, niſi illud habeant à ſua Eccleſia, *dicto can.* 2. quæ ita conſtituta ſit: nam Apoſtoli Patriarchas & Primates conſtituerunt,

D vt dicitur *eodem can.* 2. deinde ne animi etiam præſulum faſcinarentur titulis Dominationis, ſtatutum eſt in Concilio Carthaginenſi *can.* 42. & refertur *can.* 3. *hac diſt.* 99. vt primæ Sedis Epiſcopus non diceretur Sacerdotum Exarchus vel Summus Sacerdos, vel alio tali nomine, ſed ſolum Primæ Sedis Epiſcopus, ad quod alludit inſcriptio *Canonis* 21. 1. *Quæſt.* 1. τῷ τὰ πάντα ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ κυρίῳ Ἀδριανῷ Πάπᾳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης Ταράσιος ἀνάξιος ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως ἐν κυρίῳ χαίρειν. Latinè explicatius, fratri & comminiſtro vſquequaque ſanctiſſimo, & beatiſſimo Domino

E Hadriano Papæ veteris Romæ, Taraſius indignus Epiſcopus Conſtantinopolis nouæ Romæ, in Domino ſalutem. prohibita enim ſunt hæc nomina ad tollendam arrogantiam, vt notat Balſamo; & propterea plures ait patriarchæ *in eo can.* 42. & Antiſtites, ſeipſos venerabiles, humileſque appellant in ſuis inſcriptionibus, idemque aſſerit Zonaras, & inſuper monet, potuiſſe tamen vocari Exarchos Sacerdotum, eum ita vocentur in *Synodo Sardicenſi can.* 6. Vnde etiam in Synodo Chalcedonenſi quæ poſterior fuit Carthaginenſi prima, vocantur Exarchi, non obſtante quod in hac Carthaginenſi id diſplicuerit Africanis, vt dicit idem Zonaras;

& nos exiſtimaremus Africanos odio maximè habuiſſe vocem Exarchi, non formam loquendi; aut formam illam non fuiſſe ſeruatam, cùm ſæpiſſime apud eos Cattbaginenſis Epiſcopus, dicatur primas: ob eandemque rationem, nullus patriarcha debet vti vniuerſalitatis vocabulo, & dici vniuerſalis patriarcha abſolutè, quòd inde patriarcharum numen cæteris derogetur *can.* 4. Vnde etiam Gregorius papa Romanus moleſtè tulit ſe ita vocatum in Epiſtula quadam ad ipſum ſcripta à patriarcha Alexãdrino, ne aliis aliquid ſubtraheretur; & deinde quod verba illa vanitatem inflent, & charitatem vulnerent; quamquam tamen Summi pontifices vniuerſales dicti ſint, vt probatur in additis in ſupplemento, & Innocentius 3. *lib.* 2. *Epiſt.* 206. ſcribens Patriarchæ Conſtantinopolitano explicat quomodo id poſſit dici: dicitur, ait, vniuerſalis Eccleſia quæ de vniuerſis conſtat Eccleſiis, quæ Græco ſermone Catholica nominatur; & ſecundum hanc, inquit, acceptionem vocabuli, Eccleſia Romana non eſt vniuerſalis Eccleſia, ſed pars vniuerſalis Eccleſiæ, prima videlicet & præcipua, veluti caput in corpore; quoniam in ea plenitudo poteſtatis exiſtit, ad cæteros autem pars aliqua plenitudinis deriuatur: & dicitur 2. vniuerſalis Eccleſia, illa vna quæ ſub ſe continet Eccleſias vniuerſas, & ſecundum hanc nominis rationem, Romana tantùm Eccleſia vniuerſalis nuncupatur; quoniam ipſa ſola, ſingulari priuilegio dignitatis, cæteris eſt prælata, ſicut & Deus vniuerſalis Dominus appellatur, non quaſi iam diuiſus in ſpecies aut etiam ſubalternas, quoniam omnia ſub eius dominio continentur; eſt enim vna generalis Eccleſia, de qua veritas, inquit, ad Petrum *Lucæ cap.* 22. *σὲ τῶν μαθητῶν ἔξαρχον* te diſcipulorum meorum principem dico; tu es enim Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.

DISTINCTIO C.

Can. 1. IN hac Diſtinctione 100. agitur de Pallio: & primùm ſcire oportet Metropolitanos poſt conſecrationem ſuam, fidem ſuam exponere debere Apoſtolicæ Sedi, & ab ea Pallium petere per ſe vel per nuntium; ne conſecratio aliorum Epiſcoporum viduatis Eccleſiis per hoc proteletur *can.* 11. in Pallio enim eſt plenitudo Pontificalis officij *cap.* 23. *de Priuilegiis*: & aliqui ne cogerentur intra tres illos menſes fidem ſuam illi exponere, differebant conſecrationem ſuam, ne à tempore illius, tempus trium menſium curreret *dicto can.* 1. & antequam aliquis petierit Pallium & obtinuerit, non poteſt conſecrare Suffraganeos, nec ordinare Clericos, chriſma conficere, dedicare Baſilicas, concilium conuocare *cap.* 21. *de Electione in* 1. *Collectione. cap.* 28. *in antiqua*, *&* 4. *de Electione & cap.* 5. *de Conſecratione in antiqua*. Poteſt tamen mandare Suffraganeis vt conſecrent *cap.* 11. *de Elect.*

Can. 2. &c. Priſca ergo conſuetudo obtinuit, vt honor Pallij niſi exigentibus cauſarum meritis, & fortiter poſtulantibus dari non debeat *can.* 2. & petebatur ac dabatur annuente, vel petente principe: nam Virgilius *Epiſt.* 1. *ad Auxanium Arelatenſem*, vſum Pallij quem poſtulabat noluit concedere, donec certiorem feciſſet Imperatorem Iuſtinianum, & ad petitionem ſeu poſtulationem Brunichildæ Reginæ Francorum, & de conſenſu Imperatoris Gregorius Papa *lib.* 8. *Epiſt.* 5. Syagrio Pallium conceſſit; & Hadrianus 2. Vulfado, poſtulante Carolo Caluo *Epiſt.* 12. *Hadriani* 2. Illudque tranſmittebat Summus Pontifex *can.* 6. 10. *&* 11. ſed inſpiciebatur an de more his competeret, *dicto can.* 10. & an prædeceſſores Ius Pallij habuiſſent, *can.* 11. Vnde Hadrianus 2. ait, in *Epiſt. ſuprà citata*: quamobrem poſtulantibus vobis (loquitur de Rege) vt primus eorum Vulfadus ſcilicet frater & Coepiſcopus noſter, Pallij vſu, more prędeceſſorum ſuorum noſtræ authoritatis largitione decorari potuiſſet, meritò condeſcenſionis aures accommodauimus.

Non concedebatur vero Pallium niſi quis priùs vt diximus fidem ſuam, Sedi Apoſtolicæ exponeret, in qua fiebat mentio ſanctarum vniuerſalium Synodorum, in quibus fidei noſtræ Symbolum continetur; ac Decretalium Pontificum Romanorum conſtitutionum, ſecundum morem ſolitum; eamque ſubſcriptione propria muniret, & aliquem mitteret, qui eam iuramento firmaret, *can.* 4. Can. 4. Nam iuramentum exigitur in traditione Pallij *cap.* 4. *de Electione* quod integrum habetur *cap.* 21. *de elect. in prima Collectione*. Et dari vult ſine pretio, Gregorius 1. *can.* 3. Can. 3. & tamen longo poſt tempore conqueſtus eſt Canutus Rex Angliæ Ioanni 19. de pecuniæ immenſitate, quæ expetebatur pro Pallio accipiendo ab Archiepiſcopis *tomo* 1. *Conciliorum Galliæ*.

Can. 11. Proprium autem eſt Pallium Archiepiſcoporum *dicto can.* 11. nec poteſt Archiepiſcopus, ſeu Metropolitanus ſe dicere & appellare Archiepiſcopum, priuſquam à Sede Apoſtolica Pallium acceperit, in quo Pontificalis officij plenitudo cum Archiepiſcopalis nominis appellatione confertur *cap.* 3. *de vſu & author.* Pall. & Amalarius Fortunatus, Epiſcopus Treuirenſis *lib.* 2. *de Eccleſiaſticis officiis, cap.* 23. Pallium, inquit, Archiepiſcoporum ſuper omnia indumenta eſt, vt lamina in fronte ſolius Pontificis: illo diſcernitur Archiepiſcopus à cæteris Epiſcopis. & Alcuinus *lib. de Diuinis officiis*, idem docerat *cap. quid ſignificent veſtimenta*: & Rabanus Maurus *lib. de ordine Antiphonarij cap.* 23.

Can. 5. Quibuſdam tamen Epiſcopis conceſſus eſt vſus Pallij; vt Syagrio Epiſcopo Auguſtodunenſi conceſſit Gregorius I. *can.* 5. qui ſumptus eſt ex eius *lib.* 7. *Epiſt.* 111. *Aregio Epiſcopo Francorum ſcripta*; *& lib. eod. Epiſt.* 112. *ad Syagrium*; vbi dicit; quod cum in prædicationis opera, quod in Anglia per Auguſtinum cogitauerat, illum ſollicitum fuiſſe adiutorem cognouiſſet; ne infructuoſus erga eum videretur, Pallium quod petierat conceſſit: proinde, iuxta, poſtulationis tuæ deſiderium, Pallij te vſu, quod intra Eccleſiam tuam habere debeas, ad ſacra tantùm Miſſarum ſolemnia celebranda Deo authore præuidimus honorandum. Et Hoſtienſis *in Summa §. cui concedendum*; *de authoritate & vſu Pallij* ait Anicienſem Epiſcopum in Gallia, Papienſem in Lombardia, & Maſſanum in Regno Neapolitano, ex veteri conſuetudine Eccleſiarum, ſuarum Pallij vſum habuiſſe.

Cum Pallio verò dabantur aliqua priuilegia, idem Gregorius *Epiſt.* 112. *ad Syagrium* & refertur *can.* 9. Cuius ne indumenti munificentiam nudam videamur quodammodo contuliſſe, hoc etiam pariter proſpeximus concedendum, vt Metropolitæ ſuo per omnia loco & honore ſeruato, Eccleſia Ciuitatis Auguſtanæ, cui omnipotens Deus præeſſe te voluit, poſt Lugdunenſem Eccleſiam eſſe debeat, & hunc ſibi locum ac ordinem ex noſtræ authoritatis indulgentia vindicare; cæteros vero Epiſcopos ordinationis ſuæ tempus, ſiue ad conſidendum in Concilio, ſiue ad ſubſcribendum, vel in qualibet alia re, ſua attendere loca decernimus, & ſuorum ſibi prærogatiuam ordinum vindicare, quia omnino rationis ordo nós admonet, vt cum vſu Pallij, aliqua ſimul, ſicut diximus, largiri priuilegia debeamus. Inter priuilegia hoc etiam eſt, quod cum vſu Pallij, vices Apoſtolicæ Sedis dabantur, aut innouabantur, *can.* 10. Pallium vobis ex more tranſmiſimus, & vices vos Apoſtolicæ Sedis agere iterata innouatione decernimus: & ita Vigilius Papa *Epiſt.* 2. *ad Auxanium Arelatenſem*, vices ſuas & ſimul Pallium concedit: & quia, inquit, dignâ credimus ratione compleri, vt Agenti vices noſtras Pallij non deſit ornatus vſum tantum eius, ſicut Deceſſori tuo prædeceſſor noſter ſanctæ recordationis Symmachus legitur contuliſſe, B. Petri ſanctâ authoritate concedimus: & Aureliano, poſt Auxanij obitum idem Vigilius vtrumque ſimul contulit *epiſt.* 5. *ad Aurelianum Arelatenſem*. & Pelagius Sapaudo Arelatenſi *epiſt.* 6. & Gregorius, Vigilio Epiſcopo Arelatenſi *lib.* 4. *epiſt.* 50.

Cum verò concedit Papa Pallium Epiſcopo, & priuilegia eius Eccleſiæ, maxime addit, ſeruato, per omnia, loco & honore, Metropolitano, vt diximus ſuprà de Auguſtodunenſi Syagrio *ex epiſt.* 112. Gregorij: & cùm concedebat Archiepiſcopo idem inſpiciebat, eſt enim Hadr. P. ep. ad Carolum Regem apud Gretſerum, in quacum Ermembertus Bituricenſis Metropolitanus, miſſus fuiſſet ad Hadrianum cum literis Caroli, quibus petebat, vt ei Pallium concederet, voluit ſcire ab eo, an eſſet ſub alicuius Epiſcopi Iuriſdictione, ne vſurpationis locus aliquis Sacerdotibus in alterius Iure concederetur: & Hadrianus 2. *epiſt. ad Synodum Tricaſtinam*, ait, vſum Pallij iam dicto fratri noſtro Volfado Bituricenſi Antiſtiti, ſecundum priorem conſuetudinem ad gemium & decus Eccleſiæ ſibi commiſſæ & inſtructionem ipſius, concedimus. Extatque etiam Epiſtola Gregorij *lib.* 7. *Epiſt.* 116. *Indictione* 2. *Deſiderio Epiſcopo Galliarum*, quâ noluit ei concedere Pallium niſi oſtenderet Eccleſiæ ſuæ antiquitùs conceſſum fuiſſe hoc priuilegium: inquit autem à veſtra ſibi relatum dilectione quod Eccleſiæ veſtræ quædam olim priuilegia ab Apoſtolica Sede conceſſa ſunt, atque vſum Pallij eius Sacerdotes antiquitùs habuiſſe; quod quia vobis magnopere poſcitis reformari, in Eccleſiæ noſtræ ſcrinio requiri fecimus, & inueniri nihil potuit: ſed quoniam quantò ſtudioſius iſta cupitis adipiſci, tantò vos arbitramur eſſe ſollicitos in requirendis chartis Eccleſiæ veſtræ, vigilantiùs curam impendite: & ſi qua eiuſde ſcripta inueniri potuerint, quæ nos valeant informare, hæc curæ veſtræ ſit tranſmittere: nam qui noua concedimus vetera libentiſſimè reparamus.

Pallium maximè datur Eccleſiæ, vel ratione eius; vnde *in can.* 6. refertur ex præcepto Ioannis Papæ Rauennati Eccleſiæ & Epiſcopo ſeruari debere omnes conſuetudines, & priuilegia. & Hincmarus *epiſt. ad Nicolaum Papam*, qua reſpondet eius literis increpatoriis, ſic ait de Pallio, cum accuſaretur, quod eo frequentius vteretur: pro cuius vſu, ait, apud Sedem Apoſtolicam nihil perij niſi ſicut deceſſores ac prædeceſſores mei eo vti & in Epiſcopi ordinatione ſolebant: non enim vſum Pallij eſſe meæ dignitatis puto, ſed genij Sedis Metropolis eſſe cognoſco: & ita loquitur Hadrianus II. Pallium ad Genium Eccleſiæ pertinere: & tamen hoc ſenſu proprium Epiſcopi, vt non poſſit commodari, nec tranſire ad alium, cum illud cum eo ſepeliatur *cap.* 2. *de vſu Pallij*.

Pallium tamen aliquando conceſſum ſimplicibus Epiſcopis, ipſorum intuitu tantùm, non Eccleſiæ; ita vt ita conceſſum non tranſiret ad eorum Succeſſores: ſic conceſſum eſt Theodulpho, vt ipſe de ſe dicit *Epiſt. ad Modericum Epiſcopum*.

Solius illud opus Romani Præſulis extat,
Cuius ego accepi Pallia ſancta manu.

& ita Hadrianus 2. conceſſit Actardo Namnetenſi, vt ipſemet ait, *epiſt. ad Epiſcopos Synodi Sueſſionenſis* 2. ſique & nos illius multiplici miſeriæ, & diutinæ peregrinationi, atque continuo mœrori compatientes, decus illi Pallij ſolo miſerationis affectu contulimus, quod non aliter illi, nec cuilibet abſque Metropolitis concederemus, niſi multoties hunc exilia, mare, vincula paſſum fuiſſe comperiſſem; & niſi ipſe ſuis tantis detrimentis, quin potiùs meritis, pro celerrimæ conſolationis ſolatio meruiſſet, vt ſcilicet habeat pro exilio & catena Pallij ornamenta; non ad Eccleſiæ cui incardinandus eſt perpetuum inſtitutum, ſed ad ſuum ſpecialem certuque temporis vſum.

Vſus ergo Pallij erat, non vt eo indiſtinctè quibuslibet locis, aut diebus vterentur, ſed præcipuè concedebatur, vt conceſſus eſt Virgilio Arelatenſi *can.* 6. quo intra Eccleſiam ad ſola Miſſarum ſolemnia vterentur, & certis diebus: nam Actardo ita conceſſum, Hadriani II. *epiſt.* 15. *Actardo*. Quod tamen fraternitati tuæ ad Miſſarum ſolemnia tantùm celebranda concedimus, in die duntaxat Chriſti Reſurrectionis, Natiuitatis, Aſcenſionis, & in Aſſumptione B. Virginis, & in natalitiis Apoſtolorum, ſeu Natiuitate S. Ioannis Baptiſtæ, & in Natali Martini, & in Solemnitatis Eccleſiæ tuæ die, & Natalitio ordinationis. Vbi nota concedi tantùm intra Eccleſiam, ad ſola miſſarum ſolemnia; & *cap. vlt. de vſu Pallij* dicitur non ſemper debere & in ſua diœceſi eum Pallio celebrare, ſed diebus duntaxat qui in Eccleſiæ ſuæ priuilegio ſunt expreſſi, quod tamen negatur in Concilio Matiſconenſi I. *cap.* 6. vt Archiepiſcopus, ait, ſine Pallio dicere Miſſas non præſumat: videntur enim hunc olim fuiſſe morem; ſed poſtea Romanos Pontifices hoc ſibi proprium feciſſe, & morem veterem ſuſtuliſſe. Nec extra Prouinciam ſuam *cap.* 5. *eod. tit.* in quo cum generalis in Hiſpania eſſet conſuetudo, vt Archiepiſcopi extra eam Pallio vterentur, ea reprobata eſt. Conceditur tamen Epiſcopo Compoſtellano, ex priuilegio, vt pro conſecrandis Suffraganeis ſuis vel Cleri-

cis ordinandis, extra ſuam prouinciam, de conſenſu Epiſcopi cuius erit Eccleſia, eo vtatur. Cum vero conceditur vt aliquis eo vtatur intra Eccleſiam ſuam, hoc intelligitur intra quamlibet Eccleſiam ſuæ prouinciæ *cap. 1. eod. tit.* & hoc differt Pontifex Romanus ab aliis, quod ille in plenitudinem poteſtatis ſolus in Miſſarum ſolemniis ſemper, & vbique Pallio vtitur; alij nec ſemper, nec vbique, ſed in Eccleſia ſua, & certis quidem diebus *cap. 3.* In proceſſionibus vti pallio non licet *dicto cap. 1. de vſu Pallij.* Gregorius, vero 3. *epiſt. 1. ad Bonifacium Archiepiſcopum.* mittit ei Pallium hac lege: itaque, inquit, dum Miſſarum ſolemnia agis, vel Epiſcopum te contigerit conſecrare, illo tantummodo tempore vtaris: non præſcribit autem ei, vt intra ſuam Eccleſiam eo vtatur, quia ille miſſus erat ad Eccleſias conſtituendas, nec initio habuit Eccleſiam, poſteaque Sedem habuit in Moguntina Ciuitate, & per annos 25. ſine Sede Cardinali laborauit, cui tandem Zacharias Papa Sedem fixit *epiſt. 14.* & refert Hincmarus *opuſc. 44. ad Epiſcopos de Iure Metropolitanorum*; vbi nota Cardinalem Sedem non dici de Tranſlatione. Nicolaus etiam papa *Epiſt. ad Rodulphum Archiepiſcopum Biturricenſem, Reſponſione 7.* Pallio vero, inquit, Apoſtolico, eadem die (ſcilicet in Cœna Domini, de qua loquitur) vti, illis ſolis eſt licitum, quibus eſt ab Apoſtolica Sede permiſſum. Ex quibus dicendum eſt cum Gregorio 1. *in can. 8. hac noſtra diſt.* 100. quædam eſſe quæ cum Pallio omnibus Metropolitanis conceduntur ſecundum morem & conſuetudinem Eccleſiæ generalis; quædam quæ inſuper præter illa, priuilegio Apoſtolico conceduntur: in illis generalitatis vſum ex non ſcripto poſſumus ſequi; in iſtis oportet ex ſcriptis priuilegiis ſe tueri *dicto can.* 8. generalis vſus eſt, vt quis vtatur eo in Miſſarum Solemniis intra Eccleſiam ſuam ſeu prouinciam; priuilegium, vt extra prouinciam: item priuilegium, vt in Cœna Domini, vt patet ex dictis: item priuilegium eſt, quod Leo IV. Hincmaro Rhemenſi conceſſit Pallium ad quotidianum vſum, vt refert Flodoardus *lib. 3. cap. 1. Hiſtoria Rhemenſis*, quod fuit nouum Pallium: habuerat aliud Pallium de more acceptum; ex quo maximè apparet diſtinctio à nobis ſupra allata *ex dicto can.* 8. Hic „ denique, ait, venerabilis Præſul Hincmarus „ pro ſuæ ſanctitatis ac ſapientiæ Reuerentia, per intentionem Lotharii Imperatoris, Pallium ad „ quotidianum ſuſcepit vſum à quarto Leone Pa„ pa, à quo iam aliud perceperat in deſignatis „ Solemnitatibus debitè fruendum: quem quotidianum Pallij vſum nulli vnquam Archiepiſcopo ſe conceſſiſſe, vel deinceps conceſſurum eſſe idem Papa in *Epiſtola* tunc ad eum directa teſtatur.

Et ſicut tradebatur Pallium Metropolitanis ad executionẽ officij, ita ad eiuſdem ademptionem auferebatur; Anaſtaſius *in vita Silverij.* Ioannes Subdiaconus tulit Pallium de collo eius; & expolians eum, induit veſte Monachica; & Liberatus *in Breuiario cap. 21.* Anthimus videns ſe Sede pulſum, Pallium quod habuit, Imperatoribus reddidit: & *cap.* 23. auferentes Paulo Pallium, depoſuerunt: loquitur de Paulo Alexandrino; & in Synodo 6. *Actio.* 8. Macharius depoſitus nudatur pallio. Reſtitutis autem Pallium quoque reſtituitur, ſed de no- A uo datum à Romana Sede. Aimoinus Floriacenſis Monachus, *in vita S. Abbonis Floriacenſis Abbatis*, regreſſus Abbo ad Regem, à quo miſſus fuerat, cuncta pro quibus ierat (ſcilicet Romam) perfecta nuntiat, Arnulphum Rhemenſem cuſtodia exemptum, Pontificatui reſtituit; Pallium illi à Domino Papa directum reddidit: & dicit ibi ſe illud coopertum obtuliſſe vt acceperat.

DISTINCTIO CI.

B HVius diſtinctionis Centeſimæ ſupra Primam, & vltimæ *Canon eſt vnicus* ſumptus ex Concilio Chalcedonenſi *can.* 12. in quo cum quidam affectantes potentiam, per pragmaticum Sacrum, vnam prouinciam in duas diuiderent ita vt ex hoc duo Metropolitani Epiſcopi in vna eademque prouincia eſſent, ſtatuit Synodus nihil deinceps tale attentari à quolibet Epiſcopo, eos verò qui attentauerint cadere de proprio gradu. Hæc verò quæſtio plenè tractatur in Iure Græcoromano *tomo* 1. & explicatur iſte canon *in Synodali Epiſtola Nicolai Patriarchæ ad Alexium Comnenum*, quo probatur non eſſe fas vt Epiſcopatus à Metropolibus auferantur; C & de eadem quæſtione eſt argumentum ex ſcriptis Balſamonis in eodem *Iure Græcoromano.* Cui ſuffragatur Florens *in comment.* nondum edito *ad tit. de officio iudicis ordinarij, lib. 1. Decretal.* quem è Cathedra Iuris Canonici dictauit in Schola Decretorum.

Videndum quid ſint πραγματικὰ *in dicto can.* 12. patres ipſi in eodem canone vocant γράμματα βασιλικὰ & conſtitutiones Imperatorias: πράγματα Zonaras *in dict. can.* 12. & ſignificant Pragmaticas Sanctiones, quæ nihil aliud ſunt quàm ordinationes principis, quæ ex ſuggeſtione, & occaſione negotiorum propoſitorum naſcuntur, vt ait, *gloſſa in cap. 1. de rerum permu-* D *tatione*: in quibus Sacri Conſiſtorij proceres tractant πράγματα κάτω γεγραμμένα, vt loquitur Ariſtophanes in nubibus: id eſt περὶ πάντων ζητοῦντες, καὶ λύσεις τῶν ἀπορουμένων, vt explicat Scholiaſtes: Nam πραγματεία eſt tractatio cum indagatione, vt πραγματεία τῶν φιλοσόφων, apud Clementem Alexandrinum *lib. 8. Stromatum* πραγματικῶν φιλοσόφων, dicuntur ab eodem *lib. 2. Stromatum* qui æmulati ſunt illam philoſophiam de qua ibi loquitur; & in Iure Græcoromano Pragmatica Heraclij ad Sergium. Vocantur ibidem Typi Pragmatici, *vt in can. 38. Synodi Trullanæ*, Typi ciuiles, & publici. Et licet in *l. 2. cod. de legibus*, dicatur ne Pragmaticæ Sanctiones fiant in cauſis priuatorum, eæque concedantur vt E plurimum Corporibus; aliquando tamen & priuatis conceſſæ ſunt, Iuſtinianus *in conſtitut. de Iuſtinianeo Codice confirmando* §. 4. ſi quæ Pragmaticæ, & patet in *l. vnica, vt nemini liceat ſe in empt. ſpecie. excuſ. lib.* 10 *Cod. & l. 13. nulli, de fund. patr. & l. 5. prædia, de locatione prædior. ciuil. l. t.* 11. *Cod.* Et vocantur etiam Edicta illa, facta Imperatoria à Iulio Capitolino *in Gordiano Seniore*: nam cum quadam die factum Imperatorium legeret, atque à proconſulibus Scipionibus cœpiſſet, acclamatum eſt nouo Scipioni, & Factum, id eſt Edictum, quod negotij cauſas & rationes contineret: & Conſtitu-

tio

tio Imperatoris ad Agricolam Præfectum Galliarum *de agendo ſingulis annis Conuentu Septem Prouinciarum*, quam in lucem dederunt Nicolaus de Cuſa *lib. 3. Concordiæ catholicæ* 35. ſub nomine Conſtantini Magni, & Ioſephus Scaliger *in lectionibus Auſonianis* ſub nomine Conſtantini Tyranni, dicitur Factum, vt teſtantur Iuretus, & Iacobus Sirmondus: ſed ea nec fuit Conſtantini Magni, nec Conſtantini Tyranni conſtitutio; ſed Honorii & Theodoſii Auguſtorum Agricolæ Præfecto Galliarum, vt oſtendit idem Sirmondus *in notis ad Sidonium in epithalamio Polemii & Araneolæ*, & Hincmarus Rhemenſis *epiſt. ad Epiſcopos de Iure Metropolitanorum*; cùm de Anſegiſi primatu ageretur *cap.* 18. refert ſententiam, & plura verba ex ea conſtitutione, quam tribuit Theodoſio & Honorio Imperatoribus, Pontificatu Zozimi Papæ factam.

Vt autem intelligatur ampliſſimè Canon ille, opus eſt ſcire, quomodo vel erigantur, vel erigi poſſint de nouo Epiſcopatus, aut Archiepiſcopatus, ſeu Eccleſiæ Metropolitanæ; maxime quoniam illa quæſtio nuperrimè mota fuit inter Eccleſiam Pariſienſem & Senonenſem, quando Pariſienſis, Metropolitanæ Sedis honore donata eſt, & è Senonenſis ditione Metropolitanæ ſubtracta, cum tribus aliis Epiſcopatibus, qui aſſignati ſunt Iuriſdictioni huius nouæ Metropoleos, de qua tenos ita reſpondimus. Sciendum eſſe primo quod aliquando Summi Pontifices, vel Synodi generales cum eo, inſtituerint aliquam Eccleſiam in Metropolitanam nullâ ei datâ Iuriſdictione, ſed tantùm nomine tenus, nihil detrahendo veræ Metropolitanæ, vt factum eſt in concilio Chalcedonenſi de Nicea: his verbis; „Nicomedia primùm totius Bithyniæ Me„tropolis extitit, ſed poſteà Nicea eundem hono„rem habuit quæ fuit in eadem Prouincia, licet Nicenus Epiſcopus tantùm nomen Metropolitani, & honorem haberet, non autem Iuriſdictionem, vt etiam adnotauit Balſamo *in Reſponſis de Patriarchis*, loquens de certo quodam Archiepiſcopo Gotthiæ: & Eccleſia Hieroſolymitana cœpit hoc modo ad Patriarchatum peruenire, & initio nihil habuit præter honorem Metropolitanæ Sedis *can. 7. Nicænæ Synodi*, quoniam, ait, obtinuit conſuetudo & antiqua traditio; vt qui eſt Æliæ Epiſcopus honoretur, habeat honoris conſequentiam, Metropoli propriâ dignitate ſeruatâ; & *can. quoniam mox. diſt.* 65. nam Cæſarea erat Palæſtinæ metropolis; Hieroſolymorum autem Eccleſia eius erat Epiſcopatus, vt ait Balſamo, *in dict. can.* 7. additque licet ſic Hieroſolymitana Eccleſia fuerit abſtracta à Cæſarea, & honoratus eius Patriarcha propter ſalutiferam Chriſti paſſionem; tamen id factum fuit, ita vt Metropoli ſua iura ſeruarentur. Aliquando verò Epiſcopatus aliquis fit Archiepiſcopatus, & Metropolitanæ Eccleſiæ honore decoratur cum maiore reſtrictione, ita vt non tranſeat ille honos ad Succeſſorem, nec ſit perpetuus, ſed potius perſonæ quàm Eccleſiæ conceſſus videatur. vt legimus de Proculo Maſſilienſis Eccleſiæ Viennenſiſque Prouinciæ Epiſcopo, qui factus eſt Metropolitanus, etiam cum Iuriſdictione in aliquos Epiſcopos, qui erant ſubiecti Archiepiſcopo Narbonenſi; eâ tamen lege, vt eo defuncto, ea poteſtas ad alios Maſſilienſes Epiſcopos non tranſmitteretur, vt videre eſt *in concilio Taurinenſi*: & de Epiſcopo Ancyrano, *teſte Nicolao Patriarcha ad Alexium Comnenum*; qui Epiſcopus Ancyranus factus fuit Primas, ſed hac conditione, vt eo extincto qui Metropolitani honorem conſequutus fuerat, Eccleſia ad Epiſcopatus ſtatum reuocaretur. Tertiò aliquando Epiſcopatus in Archiepiſcopatum, & Metropolitani honorem tranſit, vt non tantum id fiat nomine tenus, nec tantum etiam ad vitam Metropolitani ſaluo honore antiquo Metropolitano, & manente integrâ eius iuriſdictione; ſed etiam detractis Epiſcopatibus quibuſdam antiquæ Sedi Metropolitanæ, & ad nouam tranſlatis, vt patet *ex can.* 48 *&* 49. 16. *quæſt.* 1. & *can.* 53. *dicta* 16. *quæſt.* 1. & *ex cap. ſicut vnire, de Exceſſib. Prælat.* vbi dicitur, quod ſicut Epiſcopus poteſt vnire, vel diuidere Eccleſias, Parochiales ſibi inferiores, ita & Papa Epiſcopatus: & notanda ſunt verba *can.* 47. § *quod autem* cum dicitur etiam inuito Metropolitano, quælibet Eccleſia ab eius Iuriſdictione, Apoſtolicâ eximi authoritate: & alia etiam verba *can.* 53. cùm dicitur, quod illa pars populi, quæ nouis Eccleſiis ſupponitur, à Iure prioris Eccleſiæ abſoluitur. Quod confirmatur ex D. Bernardo vbi ita loquitur de Summo Pontifice: poteſt, ait, ſi vtile iudicauerit, nouos ordinare Epiſcopatus, vbi hactenus non fuerunt; poteſt eos qui ſunt, alios deprimere, alios ſublimare, prout ratio ſibi dictauerit, ita vt de Epiſcopis Archiepiſcopos creare liceat, & è conuerſo, ſi neceſſe viſum fuerit; poteſt à finibus Terræ ſublimes quaſcumque Perſonas Eccleſiaſticas euocare, & cogere ad ſuam præſentiam, non ſemel aut bis, ſed quoties expedire videbit: vnde Balſamo dicebat *ad can.* 38. *Synodi in Trullo*, quod dignitas Metropolitani datur ob duas rationes, vel ad honorandam eius virtutem qui illi præeſt, vel propter Ciuitatis honorem. Idque multis exemplis manifeſtum fit; nam cum Hieroſolymitanus Patriarchatus cœpit habere Iuriſdictionem; legimus in concilio Chalcedonenſi tres Palæſtinas ereptas Antiocheno, & Hieroſolymitano aſſignatas, vt noua ex his Diœceſis fieret, vt patet ex eodem concilio Chalcedonenſi *actio.* 7. Item apud Tyrium *lib.* 14. *cap.* 12. duas Alexandrino Prouincias ademptas, Rubenſem, & Berytenſem; duaſque Antiocheno Cæſarienſem, & Scythopolitanam, & Hieroſolymitano traditas. Similiter quando Conſtantinopolis, quæ erat olim ſub Heraclea, eundem Titulum aſſumpſit, Cyprus inſula detracta fuit à Patriarchatu Antiochiæ, & attributa Conſtantinopolitano, vt refert Cedrenus *in Zenone*, & Nicephorus *lib.* 16. *cap.* 37. quæ tamen poſteà exempta fuit ab eius Iuriſdictione, vt videre eſt *in cap.* 8. *Extra de Maioritate & obedientia*: & inſuper Sicilia, quæ pertinebat ad Patriarchatum Romanum, attributa quoque fuit Sedi Conſtantinopolitanæ, teſte Balſamone *in can.* 2. *Synodi primæ Conſtantinopolitanæ*, qui dicit Siciliam Patriarchæ ſubjectam fuiſſe.

Atque id non tantùm Patriarchalibus accidit Eccleſiis, vt aliquot Epiſcopatus amitterent, ad inſtituendas nouas Patriarchales: ſed etiam aliis inferioribus Metropolitanorum Sedibus: legimus enim de Aquileia eam diuiſam fuiſſe in Gradenſem Patriarcham & Forojulienſem, vt conſtat *ex epiſt. Leonis* 9. ita vt ſic mediam partem ſuarum Eccleſiarum amiſerit Aquileia: legimus de Lacedemoniæ Metropoli quod eſſet

Q

Epiſcopatus Metropolis Veterum Patrarum; de Madyta, quod erat Heracleæ; & Abydo Cyzici; & de aliis Epiſcupatibus, qui priuilegiis bonorati ſunt Metropolitanorum, teſte Balſamone *in can.* 12 *Synodi Chalcedonenſis*: & de Rauenna, quod ei olim ſubiecti erant duodecim Epiſcopi, qui adiecti fuerunt aliis Metropolitanis vicinis, vt refert Blondus *lib.* 2. & Sabellicus *in Enneade*: & de Ferraria, quod cùm erecta eſſet in Eccleſiam Metropolitanam & Archiepiſcopalem, Epiſcupatus Vicohabentiæ detractus eſt Rauennati, & ad Ferrarienſem tranſlatus, vt in *hiſtoria Rauennate* ſcribit Rubeus: & de Flurentia, quòd Papa Martinus ei ſubiecit Vulaterranum, Piſtorienſem, & Feſulanum Epiſcopatus circa annum 1421. referente *Platina in eius vita*: & de Senenſi quam Papa Pius II. Eccleſiam fecit Metropulitanam, eique ſubiecit Suanenſem, Cluſinum, Groſſetanum, & Maſſanenſem Epiſcopatus, vt patet ex *Bulla Pij II. die* 21. *Aprilis anno Domini* 1459. qui tamen Epiſcopatus partim partinebant ad Eccleſiam Rumanam. Idem eſt de Archiepiſcopatu Toluſano, quem Papa Bonifacius inſtituit, eique adiunxit Epiſcopatum Pamienſem quem ſuſtuſtulit Narbonenſi; & ſic de aliis multis: de quibus hiſtorici. Quibus exemplis probatur non ſolùm Eccleſias Metrupolitanas vt Rauenna, Narbuna, ſed etiam Patriarchales vt Antiochena, Alexandrina, & Romana etiam, amiſiſſe quaſdam Eccleſias ſibi ſubiectas, ad inſtitutionem & creationem nouarum Sedium Metropolitanarum, vt nun ſit mirum ſi id ita factum ſit in Eccleſia Senonenſi.

Sciendum eſt ſecundò licet id ita fiat, non fieri tamen abſque aliqua ratione, & de ratione prupter quam id fit dubitari poſſe: nam ratio præcipua quæ affertur, eſt mutatio locorum atque ciuitatum: deſinunt enim aliquando ciuitates, vt Ilium, *& ingens Troia fuit*, quæ ampliùs nun eſt, vel etiam nouæ ciuitates exurgunt plenæ pupulo; vnde videtur ad mutationem illam Ciuitatum mutari etiam poſſe Eccleſiarum dignitatem, maximè cum initio, vt habetur *can.* 2. *diſt.* 80. in illis Ciuitatibus in quibus olim apud Ethnicos erant Primates, inſtituti etiam fuerint Primates, vel Patriarchæ; in illis vero in quibus erant Archiflamines minures Primatibus, Archiepiſcopi etiam ab Apuſtulis inſtituti fuerint: vnde etiam *can. ſcitote* 6. *quæſt.* 3. dicitur Prouinciam Metropolitani eam eſſe quæ habet decem, vel duodecim ciuitates, & vnum Regem, vt oſtendatur in Iuriſdictione Eccleſiaſtica ſtatuenda, rationem etiam baberi temporalis Iuriſdictionis: quod valde confirmatur *can.* 3. *Concilij* 2. *Niceni*: vbi de Conſtantinopolitano Patriarcha dicitur, vt habeat priores honoris partes poſt Rumanum Epiſcopum, eo quod ſit ipſa noua Roma: & *can.* 28. *Concilij Chalcedonenſis*, in quo illud ſtatutum fuerat: decernimus ac ſtatuimus de priuilegiis ſanctiſſimæ Eccleſiæ Conſtantinopulis nouæ Romæ: etenim antiquæ Rumæ Throno, quod vrbs illa imperaret iure Patres priuilegia tribuere: & eadem conſideratione moti centum quinquaginta Dei amantiſſimi Epiſcupi ſanctiſſimæ nouæ Romæ Throno æqualia priuilegia tribuere, rectè iudicantes vrbem quæ & Imperio & Senatu bonorata ſit, & æqualibus cum antiquiſſimæ Reginæ Rumæ priuilegiis fruatur, etiam in rebus Eccleſiaſticis, non ſecus ac illam extolli ac magni, fieri ſecundam poſt illam exiſtentem. Et hoc modo etiam diruta Aquileia à Lumbardis, ſucceſſit in eius locum Gradenſis Ciuitas ea parte; dictaque etiam noua Aquileia, vt patet *ex epiſt.* 2. *Leonis* 9. & Forum Iulij in aliam partem, vt patet *ex eadem Epiſt.* & ex Paulo diacono *lib.* 2. *cap.* 14. Venetiæ, ait, Aquileia ciuitas caput extitit pro qua nunc Forum Iulij: & tandem Venetiæ ius illud obtinuerunt. Sed & antiquius his exemplum ſumi poteſt *ex oratione Gregorij Nazianzeni de Laudibus Baſilij* vbi refert, ideo quæſtionem motam, & diſputationem inter Anthimum & D. Baſilium: nam cum Cappadocia diuiſa fuiſſet in duas Metropoles Cæſaream & Tyanam; D. Baſilius qui erat Metropolitanus Cæſareæ, noluit id pati, dicens antiquas inſtitutiones Eccleſiæ eſſe ſeruandas, nec ſequendas diuiſiones temporales; ſed tamen non obtinuit, & valuit diuiſio, atque erectio Tyanenſis in Metropolitanam in qua Anthimus Archiepiſcupus conſtitutus fuit, vt patet *ex Epiſt.* 88. *Gregorii Nazianzeni* qui agnoſcit Tyanenſem Epiſcupum tanquam Metrupolitanum ſuum, quod Nazianzena Eccleſia illi fuiſſet ſubmiſſa atque ſubiecta: quæ tamen Nazianzei Eccleſia poſteà etiam Tyanenſi ſubtracta, & attributa Iuſtinianupoli, quando tertia Cappadocia ſacta fuit, & in ea Muciſſus, ſeu Iuſtinianopolis facta eſt Metropulitana, vt patet ex Euphranta *in* 5. *Synodo Collatione* 5. in illo, ait, tempore ſub Tyanenſi Ciuitate erat & Dohara, & Nazianzus vſque ad tempora huius Pij Imperij (intelligit Iuſtinianum:) piiſſimus Imperator, cum Metrupolitana Iura dediſſet Ciuitati, &c. Et aliud exemplum ſumi poteſt ex *conſtitutione Alexij Comneni in menſe Maio X. indictione anno* 6565. quæ refertur à Balſamone *in can.* 38. *Concilij Conſtantinopolitani* 6. *in Trullo*: nam cum Dorylei & Madyti ciuitates factæ fuiſſent nouæ Metropolitanæ, poſt mortem duorum primorum Metropulitanorum ſynodo babitâ quæſitum an ceſſare deberent, & ſupprimendæ, in pristinumque ſtatum reſtituendæ eſſent ſub ſua Metropoli Heracleenſi & Ancyrana, vnde fuerant deductæ: & ſtatutum eſt, vt manerent, & bonor ſemel datos in Succeſſoribus eorum continuaretur.

Contra vero hæc, opponi poteſt *can.* 1. *diſt.* 10. qui deſumptus eſt *ex Epiſt. Innocentii Papæ ad Patriarcham Alexandrinum*, ex quo colligitur non ideo quod à principe ciuitas aliqua ſit Metropolitana, eam eundem honorem conſequi ab Eccleſiis; nec ordinem Eccleſiaſticum cum Politico mutari: nam, ait canon, quòd ſciſcitaris vtrum diuiſis Imperiali iudicio prouinciis, vt duæ Metropoles fiant, ſic duo Metropulitani Epiſcopi debeant nominari; non viſum eſt ad mobilitatem neceſſitatum mundanarum, Dei Eccleſiam commutari, honoreſque ac diuiſiones perpeti quas pro ſuis cauſis faciendas duxerit Imperator.

Sed reſpondemus verum eſſe bonores Eccleſiæ ſequi ciuiles propter priuilegium Imperatoribus de eo ab Eccleſia conceſſum: vnde cum *in can.* 38. *Synodi Trullana* dicitur, canonem, qui à Patribus factus eſt nos quoque obſeruamus, qui ſic edicit: ſi qua ciuitas ab Impetatore innouata eſt, vel rurſus innouata fuerit, ciuiles ac publicos typos Eccleſiaſticarum quoque rerum

ordo conſequatur ; canon authoritatem accipit A *à can. 17. Synodi Chalcedonenſis.* Hos canones aliter exponimus quàm Græci ; nam illi exiſtimant ſolius eſſe Imperatoris erigere Epiſcopatus in Metropoles, vt apertè fatetur Balſamo *in can. 16. concilii Carthaginenſis* : & ideo, inquit, in eius poteſtate (loquitur de Imperatore) Epiſcopatus in Metropoles erigere, & à ſuis Metropolibus alienare, & de nouo Epiſcopos & Metropolitanos conſtituere : ita igitur exponimus dictum canonem Chalcedonenſem, vt vel intelligendus ſit de tali priuilegio ab Eccleſia dato ipſi Imperatori, vt colligitur ex verbis canonis 38. Synodi Trullanæ, & notat etiam Balſamo *ad cap. 10. tit. 1. Nomocanonis Photii*, dicens B antiquum ius Eccleſiæ eſſe in eo veluti per diſpenſationem mutatum, & abrogatum; & *in can. 16 concilii Carthaginenſis*, vbi dicit Imperatorem non debere in eo ſequi canones Eccleſiæ, prohibentes huiuſmodi erectiones fieri ab Imperatoribus ; & habetur in conſtitutione quadam Alexii Imperatoris in qua cum Imperator ait ſibi à Diuinis canonibus conceſſum illud priuilegium, & cum ipſo *τὸ περὶ τῶν θείων κανόνων δεδόμενον προνόμιον*, nouam feciſſet Metropolim, re in Synodo ventilatâ, & inſuper *can. 12. concilii Chalcedonenſis* allato in contrarium ; quo dicitur ſeruanda veræ Metropoli iura, concluſum tamen fuit & decretum in præſentia Synodi quæ tunc erat, conſentientis vnaque decernentis, Imperatoribus licere Pontificalem Thronum eccleſiis largiri, & Epiſcopatus vel Archiepiſcopatus in Metropoles erigere, ſcilicet iuxta illud priuilegium. At vero nihil inde probatur contra noſtram ſententiam, cum Eccleſia ea ſuppoſitione conceſſerit illud jus Patronatus eſſe Laicum Ius, quod quidem ab Eccleſia Patronis fuerit conceſſum.

Reſpondetur 2. quòd licet illa verba Concilij Trullani, vel Chalcedonenſis, non eſſent intelligenda propter priuilegium priùs conceſſum Imperatori, non inducerent tamē Eccleſiæ neceſſitatem vt neceſſario conſtituere debeat Metropolitanum in Ciuitate politicè Metropolitana, ſed potiùs intelligenda eſſent cum hac ordinatione, ſi ita videatur Eccleſiæ: vnde etiam verba illa, Eccleſiaſticorum quoque rerum ordo conſequatur ; accipi poſſent non quòd neceſſario conſequi debeat, ſed conſequatur, ſi ita viſum ſit : vel conſequatur, vt valeat & robur habeat illa erectio Metropoleos facta ab Imperatore ; quæ cùm ſit ciuilis & politica, non poteſt eſſe Eccleſiaſtica, niſi Eccleſiæ inſtitutio & erectio ſequatur ; & ita ea fiat ſeruatis ſeruandis. Quod adhuc probari poteſt *ex prædicta conſtitutione Alexii Comneni* qui id ſtatuit, quod diximus, quod ſcilicet erectio Epiſcopatus facta ab Im- E peratore, examinaretur à Patriarcha an *ἀμέμπτως* motu proprio, & bono motu, non gratiâ humanâ id fecerit, ô propter Ciuitatis honorem, vel Perſonæ, propter periculum ne incidat in pœnas canonum, qui de ea re facti ſunt, in quos ne incidat permittitur Patriarchæ ne aliter à quouis allatam de cuiuſcumque Eccleſiæ Primatu Cb item Imperatoris confirmet, nec eius Præſulem inter Archiepiſcopos vel Metropolitanos recipiat, quàm poſtquam de ea re ad Imperialem Poteſtatem retulerit, & quid ſacris cautum ſit canonibus docuerit, & intellexerit, quod Imperator proprio motu *ἐξ οἰκείου προαιρέσεως*,

A iuſta de cauſa, Eccleſiæ hunc honorem largitus eſt : tunc enim & eam admittet, & in eorum, qui ſunt, Antiſtitum numerum illum cooptabit, qui præſtantiorem honorem ab Imperatore ſortitus eſt.

Ex quibus omnibus reſpondebamus potuiſſe, imo quodammodo debuiſſe Eccleſiam Pariſienſem excitari in Metropolitanam, cum ſit caput Imperii, & habeat non ſolum vndecim vrbes ſub ſe, vt præſcribitur de Metropolitanis *can. ſententiæ. 6. quæſt. 3.* ſed etiam infinitas : maximè concurrente vnanimiter vtraque poteſtate, Regiâ & Pontificia, & in vnum conueniente. Romanus enim Pontifex omnes ſiue Patriarchicos B apices, ſiue Metropoleon Primatus, aut Epiſcopatuum Cathedras, vel aliarum Eccleſiarum inferiores dignitates inſtituit *can. 1. diſt. 22.* maximè per omnem Italiam, Gallias, Hiſpanias, Africam, atque Siciliam, Inſulaſque interjacentes, *can. 13. diſt. 12.* Atque ſummi Pontificis Iudiciis & conſtitutionibus obuiare, plane eſt hæreticæ prauitatis notā incurrere, vt habet Iuo Carnotenſis *in epiſt* 8. tantùm licet ſupplicationes ei facere, & apud eum conqueri de grauamine, vt ipſemet ferat auxilium, vt monet idem Iuo *epiſt.* 159 in quæſtione ſimili, Foſſatenſis Monaſterii Religioſorum, à quorum Abbatia ſeparatum fuerat Monaſterium S. Mauri, & in Abbatiam erectum. Quare dicebamus Senonenſes non debere huic nouæ erectioni obuiare, nec deſcendere in Ægyptum propter auxilium, vt dicit idem Iuo *dicta epiſt.* 159. ſed ab ipſo ſummo Pontifice, ad ipſum ſummum Pontificem confugere : qui enim ab eo recedit, quò vadit, aut quò fugit, niſi ab ipſo placato ad illum iratum?

Rex verò poteſt eligere quamcumque ciuitatem voluerit in Metropolim atque caput Regni, quomodo hancce Lutetiam elegit Dei gratia ; nec enim ea de re poteſt eſſe vlla difficultas : & patet jamdiu hanc Ciuitatem fuiſſe caput Regni, vt ſit mirum tamdiu eam manſiſſe ſine ampliore honore. Nam quod Senonenſis vrbs Eccleſiæ Primatum habuit, vt loquitur Aimoin. *de Francor. rebus lib.* 5. *cap.* 33. & Antonin. 2. *part. hiſtor. tit. 6. cap.* 15. illud factum eſt, quia Senonum vrbs fuit Galliæ Metropolis ita enim vocatur à Ptolomæo ; ita vt nunc etiam deuoluto Principatu temporali ad hancce Lutetiam, videatur deuolui etiam ad eamdem Principatus Eccleſiaſticus, vt dictum eſt ſupra de Aquileia ſublata.

Cæterùm ad hanc materiam etiam pertinet alia quæſtio, quæ mota nuper eſt Epiſcopo Lingonenſi, affinis ſuperiori, quam ego ſimiliter expendi & de ea Conſultationem meam ac Reſ- E ponſum dedi. Quæſtio vero eſt non parui momenti, & in qua hominum ingenia in varias abire ſententias, & abire poſſunt, niſi quidem fuerint in Iure Canonico apprimè periti. Quæritur enim vtrum Epiſcopus poſſit in ſua Diœceſi mutare Sedem ſeu Eccleſiam Cathedralem ab vna Ciuitate in aliam. Quæ vt à me ad plenum & liquidum explicaretur, dicebam quoque generaliter ſciendum eſſe multis modis poſſe aliquem mutare Eccleſiam de Ciuitate ad Ciuitatem, & de parochia ad parochiam tranſire.

Primus modus eſt per Tranſlationem, & dicitur à Balſamone *in ſupplemento, & altera expoſitione canonis 15. Synodi Nicænæ 1. μετάθεσις*,

id eſt Tranſitio, quæ fit quando V. G. aliquis Epiſcopus variâ ac multiplici doctrinâ inſtructus à Synodo, vel hodie à Romano Pontifice, in aliam maiorem Eccleſiam vacantem & viduam, & tanto viro indigentem, relictâ priore Eccleſiâ transfertur; vt cùm Gregorius Nazianzenus à Saſimis Conſtantinopolim tranſlatus eſt: & hic modus legitimus eſt, vt probat copiosè *canon* 34. 7. *Quæſt.* 1. Mutationes, ait, Epiſcoporum ſeruata vtilitate, atque neceſſitate fieri licere; ſed non propriâ cuiuſque voluntate aut dominatione. Petrus ſanctus, Magiſter noſter & Princeps Apoſtolorum, de Antiochia, vtilitatis causâ Romam tranſlatus eſt, vt ibidem potius proficeret. Euſebius quoque de parua quadam Ciuitate, Apoſtolica authoritate mutatus eſt, &c. *& can.* 35 *ead. Cauſa & Quæſt.* vbi dicitur non mutare Sedem, qui non mutat mentem; & aliud eſt mutare, aliud mutari, de quibus Tranſlationibus nos plura diximus *ad Titulum de Poſtulatione & Tranſlatione Prælatorum.* Sed hic modus non pertinet ad noſtram quæſtionem, eſt enim hæc Tranſlatio potius perſonæ, quàm Sedis.

Secundus modus eſt ex eodem Balſamone, cùm quis Epiſcopus occupatâ ab infidelibus eius Sede & Eccleſiâ, alteri Vacanti præponitur, & hic modus vocatur *μετάβασις*, id eſt tranſitio: non enim propriè eſt tranſlatio: nam in Tranſlatione relinquitur penitus Eccleſia prior; at ſi acciderit ciuitatem illam quæ erat occupata à Gentilibus liberam effici, & pulſis Paganis ad priſtinum ſtatum reuocari, debet Epiſcopus ad eam reuerti, *can* 42. 7. *Quæſt.* 1. Quare dici debet potius Tranſitio quàm Tranſlatio, vt rectè quidem ibidem Balſamo: & non eſt etiam hic quæſtio de tali tranſitione Perſonali.

Tertius modus eſt ex eodem Balſamone *ἐπίβασις*, id eſt inuaſio, quando quis vel Sedem viuentis vſurpat, vt Gillandus quidam in Nannetica Eccleſia *can.* 10. 7. *Quæſt.* 1. quem ideo furem & latronem vocat canon, vel etiam quando quis contemptu minoris Eccleſiæ, aliam ambit celebriorem; quo caſu vtráque priuatur, & & ambitâ & habitâ *can.* 31. *&* 32. 7. *Quæſt.* 1. quæ omnes inuaſiones prohibitæ ſunt, vt rectè Balſamo *loco citato*: & hæc etiam non ſpectat ad quæſtionem noſtram.

Quartus modus eſt cum quis Epiſcopus relicto Epiſcopatu alium recipit in commendam ad tempus *can.* 3. 21. *Quæſt.* 1 qui plures, ait, Eccleſias retinet, vnam quidem Titulatam, aliam vero ſub Commendatione retinere debet. *& can.* 22. 7. *quæſt.* 1. in quo Commendatarius ſine dubio eſt is, qui ibi dicitur interceſſor, vel interuentor: eſt enim interceſſor, quia eſt inter Succeſſorem & deceſſorem, ſeu prædeceſſorem, cui interceſſori non licet retinere illam Eccleſiam, cui interceſſor datus eſt, *dicto can.* 22. & hic etiam modus non pertinet ad noſtrum propoſitum.

Quintus modus eſt per Vnionem *can.* 48. *&* 49. 16. *quæſt.* 1. in quo canone notandum eſt, factâ vnione Cumanæ & Miſenatis Eccleſiæ permitti à ſummo Pontifice, vt in vtraque Epiſcopus omnia Epiſcopi officia exerceat, & inſuper vt poſſit habitare & reſidere in quacumque voluerit, vbi ſcilicet commodius atque vtilius eſſe perſpexerit; ita tamen vt alteram Eccleſiam cui corporaliter præſens non eſt, ſollicitâ pro-

A uidentique curâ diſponat, &c. nec enim tenetur manere in ſua Eccleſia, ſed hoc etiam non facit ad noſtram quæſtionem.

Sextus modus eſt per diſpenſationem, *vt can.* 6. 21. *quæſt.* 1. vbi Fundenſis Epiſcopus fit à Summo Pontifice ſimul Eccleſiæ Tarracinenſis Epiſcopus: & hi omnes modi, præter tertium, ſunt Iure conceſſi, nec de his eſt noſtra quæſtio.

Supereſt ſeptimus modus, qui dicitur à Balſamone *μετάμειψις*, id eſt Tranſmutatio, de quo controuerſia nunc eſſe poteſt, an Epiſcopus poſſit tranſire de Eccleſia in Eccleſiam intra

B ſuam diœceſim, conſtituendo ſuam Sedem & Cathedralem Eccleſiam in alia Ciuitate, quàm in ea in qua ordinatus eſt. Cuius propoſitionis tamen ſpecies non eſt vna. Primò ergo illud intelligi poteſt vt intelligitur à Balſamone *loco citato*, & à Zonara *in can.* 15. *Synodi Nicænæ* 1. ambo enim exiſtimant dictum Canonem 15. eſſe intelligendum de eo Epiſcopo, qui non transfertur quidem, nec tranſit in alienam Eccleſiam, nec illam inuadit; ſed qui relictâ Ciuitate, in qua eſt Matrix Eccleſia, Sedem & habitationem in alia vrbe eligit, vt in ea ſit Epiſcopus, quod fieri non poſſe contendunt; & ſi fiat, reatum eſſe *ex dicto canone*; cuius verba hæc ſunt: propter multum tumultum & ſeditiones, quæ

C fiunt, omninò viſum eſt vt conſuetudo quæ præter canonem in nonnullis partibus inuenitur, tollatur, vt à Ciuitate in Ciuitatem, nec Epiſcopus, nec Preſbyter, nec Diaconus tranſeat, ſi quis autem poſt ſanctæ & magnæ Synodi definitionem tale quidpiam aggreſſus fuerit, vel ſe negotio eiuſdem mancipârit, quod factum erit, omninò infirmabitur; & Eccleſiæ reſtituetur, in qua Epiſcopus, vel Preſbyter ordinatus fuerit. Dicit enim ibi Zonaras, quod ſiue de eligendo in alia vrbe domicilio, Epiſcopus quiſpiam, Preſbyter, aut Diaconus cogitârit, ſiue reipſa migrârit cogitataque perfecerit, irritum id habetur: quique primæ Eccleſiæ or-

D dinatus eſt, in ea reuertendum eſſe decernit. Balſamo autem hæc habet: decimus quintus, ait, can. 1. Synodi Nicænæ prohibet Epiſcopum, vel Preſbyterum, vel Diaconum, ab vrbe in vrbem ad ſuam parochiam pertinentem transmeare ac tranſilire, ſicut Illiderci Archiepiſcopus Dominus Ioannes conatus eſt Illiderci Thronum transferre in Philippopolim, in qua ſuperiorem ipſe iuriſdictionem habeat, eo quod eſſet illa frequentior; & fuit ſynodicè prohibitus; & verum hunc eſſe ſenſum huius canonis 15. contendit Balſamo, maximè ex eo quod hoc modo tranſiens Epiſcopus in aliam parochiam non puniatur, ſed in ſuam Cathedram redire cogatur; cum tamen ij puniantur qui in

E alienam parochiam tranſeunt, & in aliena diœceſi Sedem occupant: & hac ratione conciliat hunc canonem 15. cum canon 14. Apoſtolorum, in quo à parochia in parochiam inuaſio quidem ſeu irruptio prohibetur, Tranſlatio autem propter iuſtam cauſam permittitur: item conciliat prædictum canonem cum canone 16. Synodi Antiochenæ, quia hi duo canones pertinent ad Inuaſores aliarum Sedis, qui communione etiam in mortis articulo priuantur: at in canone 15. nulla pœna transmutantibus ſe à parochia in parochiam infligitur; vnde colligas non, tranſire in alienam parochiam, ſed in aliam tantum à

Cathedrali, & ſuam: cogiturque tantum redire ad Cathedralem; quare ſi vera eſt ſententia tum Zonatæ, tum Balſamonis; non poteſt Epiſcopus etiam ab vrbe in vrbem ad ſuam Diœceſim pertinentem tranſmeare. Confirmari verò poteſt eorum ſententia ex *Concilio Carthaginenſi 5. cap. 5.* his verbis, Placuit vt nemini ſit facultas, relictâ principali Cathedrâ, ad aliquam Eccleſiam in diœceſi conſtitutam ſe conferre, quod verum eſt; ſed ita tamen intelligendum, ſi nulla ſubſit neceſſitas, vel legitima cauſa, quod probatur *can. 44. 7. quæſt. 1.* his verbis; Temporis qualitas admonet Epiſcoporum Sedes antiquitus certis Ciuitatibus conſtitutas, ad alia, quæ ſecuriora putamus eiuſdem diœceſis loca tranſponere, quo & habitatores nunc degere & Barbaricum poſſint declinare faciliùs periculum. Vnde permittitur ibi Epiſcopo Vellitrenſi in locũ Aternatæ ſedem motare: & confirmatur ex Burchardo *lib. 2. cap. 90.* vbi enumerat tres cauſas tranſmutandarum Eccleſiarum: Tribus cauſis, ait, loca Sanctorum tranſmutanda ſunt. 1. cùm neceſſitas perſecutorum loca eorum grauarit, 2. cùm difficultas locorum fuerit, 3. cùm malorum ſocietate grauantur. Et non eſt dubium, quin plures etiam aliæ cauſæ eſſe poſſint. Quare dicebamus nos exiſtimare, præter illas tres, hanc etiam afferri poſſe, celebritatem & amplitudinem vrbis, commercium hominum, atque frequentiam populorum, Iuriſdictionem Senatus ſummam, & Eccleſiarum dignitatem, quæ in ea Ciuitate fundatæ ſunt: adde opportunitatem loci, vnde facilius dona ſua plebi, & mandata Clericis communicet Epiſcopus, quàm in remotiſſimo aliquo angulo V. G. diœceſis in quo ſuum haberet Thronum; nam vt dicitur *can. 13. diſt. 1. de Conſecrat.* Eccleſias per congrua & vtilia facite loca; adde quod ſi Epiſcopi, non in Caſtellis aut modicis Ciuitatibus debent conſtitui ne vileſcat nomen Epiſcopi, ſed ad honorabilem Vrbem intitulandi & denominandi ſunt *can. 3. diſt. 80* ſicque Gregorius papa præcipit *can. 5. 16. quæſt. 1.* vt iuxta ſacrorum canonum ſtatuta, vbi multitudo excreuit fidelium, ex vigore Apoſtolicæ Sedis ordinentur Epiſcopi, piâ tamen contemplatione, vt non vileſcat dignitas Epiſcopalis: eadem ratio videtur valere cõmutandi, quæ prius fuit & nouã conſtituendi, vbi aliqua Ciuitas, quæ minor erat initio in diœceſi, facta eſt maior, & plurimùm excreuit, Cathedralis vero deſiit eſſe populoſa & nomen habere, ne ſcilicet in parua & obſcura Ciuitate vilior fiat eius dignitas, qua ratione *can. 17. Synodi Chalcedonenſis, & 38. Synodi Trullanæ*, conſtituitur vt ſi quæ Ciuitas ab Imperatoriâ authoritate innouaretur, ciuiles ac publicos typos, Eccleſiarum quoque ordo ſequeretur.

Secundò, ſeptimus iſte modus intelligi poteſt, non vt Epiſcopus mutet Thronum ſuum quomodo accipiebant Balſamo & Zonaras dictum canonem 15. Sede non amplius exiſtente in priore Sede, ſed vt manente priore Sede, & retinente omnia ſua Iura ac priuilegia, introducantur in alia Ciuitate & Eccleſia eadem Iura, eique communicentur, vt ſcilicet habeat parem honorem quẽ habet vetus Cathedralis, & vetus Cathedralis ſuam non amittat. De quo caſu non cogitarunt Balſamo, aut Zonaras, imò nec forraſſe patres Synodi Nicænæ 2. & videri poteſt planè nouum atque inauditum, nec in Iure noſtro deciſum: ad quod tamen dici poſſe nobis videbatur id fieri poſſe, nec eſſe magis nouum, quàm quod dicitur *can. 12. Synodi Chalcedonenſis*; quæcumque Ciuitates per literas Imperatoris Metropolis nomine honoratæ ſunt, ſolo honore fruantur, & qui eius Eccleſiam adminiſtrat Epiſcopus, ſeruato ſcilicet veræ Metropolis Iure id faciat: nam ſi *in illo canone*, non ſolum duabus Ciuitatibus tribuitur honor Metropolitani, ſaluo omni Iure Metropolitano veteri, & ſimul duobus hominibus in eadem diœceſi; ita vt ſint duo Metropolitani in eadem prouincia, vnus verus, alter honorarius; facilior erit rei ratio, in noſtro caſu, in quo ſaltem non tribuitur duobus hominibus idem honor, ſed tantum duabus Ciuitatibus, manente vno & eodem Epiſcopo qui fruatur in vtroque loco, ſuo honore. Deinde cum papa *can. 48. 16. quæſt. 7.* vnito Epiſcopatu Cumano cum Miſenate dederit licentiam Epiſcopo habitare vbi commodiùs perſpexerit, vel in Cumana Eccleſia vel Miſenate; quidni idem concedetur euidam Epiſcopo in ſua diœceſi; maximè cùm ſimiliter duæ illæ diœceſes, Cumana & Miſenatenſis vnitæ, non amplius eſſent niſi vna diœceſis. Denique confirmatur; nam in Synodo Laodicena canone 57. περιοδευταὶ ſunt certum genus Epiſcoporum, ita dicti quod huc & illuc continendis in officio fidelibus vagentur, nec vllibi propriam Sedem habeant.

Obiicitur *canon 15. ſicut vir 7. quæſt. 1.* vbi Epiſcopus comparatur viro, & ſicut vir non poteſt habere niſi vnam vxorem; ita nec Epiſcopus, niſi vnam Eccleſiam, quam ſimilitudinem etiam refert Burchardus *lib. 2. cap. 47.* ſicut, ait, Epiſcopus non plus poteſt habere quàm vnam Ciuitatem, & vir vnam vxorem, ita Preſbyter vnam tantum Eccleſiam.

Sed reſpondetur non minùs in noſtro caſu habere vnam Eccleſiam, aut eſſe Sponſum vnius Eccleſiæ, eo quod illæ omnes Ciuitates & Eccleſiæ, non faciant niſi vnam diœceſim; quomodo D. Chryſoſtomus *ſermone 1. de Paſchate*, loquitur de vniuerſali Eccleſia, eſſe vnam in pluribus prouinciis; & caput illud Burchardi intelligendum alio caſu, quando quis Eccleſiam habens, aliam inuadit, vt patet ex dictis.

Obiicitur 2. *ex eodem Burchardo cap. 58. lib. 2.* vide ne offeras holocauſta tua in omni loco quem videris, ſed in loco quem elegerit Dominus tuus.

Reſpondetur id ſcriptum eſſe, propter eos qui in domibus priuatis, non in locis Deo cõſecratis, & ſacrâ vnctione delibutis, Miſſas & Sacrificia celebrant, vt patet ex *eodem Burchardo, eod. cap. & ex can. 12. 14. & 15 diſt. 1. de Conſecrat.* at in noſtro caſu Miſſæ non celebrarentur in loco priuato & prophano, ſed ſacro Deoque dedicato: quarè nec etiam obſtat *can 14. dicta diſt. 1. de Conſecrat.* Dicens oportere nos Dei voluntatem agnoſcere, vbi & agendi & ſacrificandi locus eſt, quoniam in aliis locis ſacrificare non licet.

Obiicitur 3. illius nouæ Cathedralis Eccleſiæ nulla futura Encœnia, nullum dedicationis diem, aut diuerſum à veteri, aut ſi idem fuerit, oportebit aliquid diminui de veteri; & ideirco etiam reliquias aut earum partem transferri de illa, in nouam Cathedralem.

Sed reſpondetur nihil impedire quominùs ſuæ

diminutione vtriuſque, eadem ſint Encœnia, Benedictiones & ſuffragia; vel etiam pars Reliquiarum adhibitarum in conſecratione veteris & Matricis Eccleſiæ, deferatur in nouam: nam vt rectè D. Hieronymus apud laudatum *Burchardum lib. 2. cap. 9.* notandum quod transmutantur alij de Martyribus, cum his honor commigrat, aliis verò tranſmutatis honor in locis eorum eſſe non ceſſat, vt in caſu noſtro & ſpecie propoſita honor non ceſſaret eſſe in veteri Cathedrali: quod ſi V. G. Ciuitas veteris Cathedralis funditùs euerteretur, aut incendio periret; tunc certè, quia non eſſet ampliùs locus A conſecratus, tranſlatis aliò Reliquiis, hoc animo vt nouæ penitus Eccleſiæ Sedes collocaretur, omnino honor commigraret cum Reliquiis in illum nouum locum tranſlatis; nam vt dicitur *cap. ſeq. apud Burchardum*, ſanguis Martyrum conſecrat locum, non locus ſanguinem.

Ex quibus omnibus colligebamus Vrbi Florentiſſimæ, pulcherrimæ, potentiſſimæ poſſe tribui authoritate Regiâ & Pontificiâ honorem Cathedralis Eccleſiæ, omni Iure veteri ſeruato Cathedrali: maximè ſi Eccleſia Cathedralis facta eſt obſcurior ob amplitudinem alterius.

AD SECVNDAM PARTEM DECRETI COMMENTARII.

AD CAVSAM PRIMAM.

QVÆSTIÓ PRIMA.

IN hac *Quæſt*, 1. duæ præcipuè Quæſtiones tractantur; prima eſt de *Simoniæ* labe atque crimine: ſecunda eſt, an Simoniaci, & Hæretici, aliique extra Eccleſiam poſiti, poſſint valide conferre Sacramenta.

Can. 1. & ſeqq. ad 17. Can. 22. 23. 29.

De prima Quæſtione dicitur, res, circa quas verſatur Simonia, eſſe res & gratias, quæ à Deo gratis dantur, & gratis etiam dandæ ſunt *can.* 1. 15. & 17. *hac noſtra quæſt.* 1 & *can.* 22. Gratia enim vendi non poteſt, *can.* 8. ſicut nec Vera Prophetia eſt vendenda, *can.* 25. nam ſemper falſa fuit venalis *can.* 24. & Chriſtus è Templo eiecit ementes & vendentes; & Petrus Simonem maledixit, & Giezi vendens gratiam ſanitatis, leproſus factus eſt *can.* 1. Quarè damnantur dantes, & accipientes *can.* 6 12. & 22. & Simoniaci cenſentur Hæretici, *can.* 3. 12. & 13. Et cùm promouentur ad Ordines vel officia Eccleſiaſtica, ita promouentur vt fiant Heretici *can.* 4. & 9. & benedictio eorum fit maledictio *dict. can.* 4. & 5. & *can.* 23. gratia enim maximè in ordinationibus operatur *can.* 1. & 17. quæ non reperitur in Simoniacis: Spiritus enim Sancti ignis non lucet in illis *can* 29. & qui v. g. ordinem Sacrum pretio C ſtudet mercari, non eſt Sacerdos, ſed dicitur, *can.* 2. & 6. Et ſimiliter qui Eccleſiam pecuniâ obtinet, priuandus eſt eâ, & honore Sacerdotii, *can.* 3. & 6. & ordinatus retrudendus in Monaſterium ſub perenni pœnitentia; ordinans verò, honoris amiſſione mulctatur; & laici anathemate *can.* 7. Vterque verò gradum amittit, & fit alienus à Sacerdotio *can.* 8. & 9.

Can. 20. 21.

Nec ſimiliter poteſt quis promoueri pecuniâ ad dignitatem Eccleſiaſticam, aut carebit ea *can.* 8. & 10. fitque etiam Hæreticus *can.* 4. & nulla

A videtur Hæreſis maior iſtâ, quâ quis vendit Spiritum Sanctum vt rem ſuam *can.* 21. & reputatur vt infidelis & idololatra *can.* 20.

Quarè à baptizandis, conſignandiſque fidelibus pretia non exigenda, & exigentes periculum honoris ſubeunt *can.* 99. & 101. Nec pro Communione percipienda *can.* 100. nec pro Balſamo, quod in Chriſmate ponitur, *can.* 101. & 105. Permittitur tamen aliquid accipere ſi ſponte detur pro Baptiſmo *can.* 103. quod tamen non placuit concilio Eliberino *can.* 104. Nec pecunia etiam accipienda pro Dedicandis Baſilicis, vel emendo Balſamo, aut luminaribus *can.* 106. nec pro Ordinibus *dicto can.* 106 & *can.* 116. 117. & B 120. nec pro reſtituendo Sacerdotali honore *can.* 124. nam ex Iure Ciuili venales non debent eſſe Sententiæ *can.* 126. 127. 128. 129. & 130. & æternam damnationem inueniet, qui munere ad ſacros ordines peruenerit, *can.* 105. & deponendus eſt *can.* 110. nam etiam Ordinationes factæ pretio, intelliguntur falſæ; quod non per Oſtium ad eas perueniatur.

Can. 93. & ſeqq.

In Simonia vero poteſt eſſe Triplex Munus, nempe Munus à manu, Munus ab obſequio, & Munus à lingua, à quibus omnibus abſtinendum *can.* 114. 115. 116. & 117. & ordinationes etiam ab obſequio reprobantur *can.* 11. — Can. 113. & ſeqq.

Tribus etiam aliis modis poſſunt aliqui eſſe C Simoniaci in ordinationibus 1. Simoniaci Simoniacè à Simoniacis ordinati, & tam illi quàm ordinatores proprio gradu excidunt: 2: Simoniaci Simoniacè à non Simoniacis ordinati, & hi ab officio remouentur, non eorum ordinatores. 3. ſunt Simoniaci, non Simoniacè à Simoniacis ordinati; & iſtis conceditur manere in officio *can.* 107. dum iſti neſciunt Ordinatorem fuiſſe Simoniacum: nam ſi ſciunt, irrita eſt ordinatio, *can.* 108. & 109. qui verò per vim in conciliabulo ab Hæreticis ordinati ſunt, & idem eſt de ordinatis à Schiſmaticis, dum poſt menſem redeunt ad — Can. 107. & ſeqq.

Eccleſiam, poſſunt exeuſari, *can.* tit.

Can. 30. & ſeqq. *Can. 52. 53.* De Secunda Quæſtiune, dicendum in Sacramentis conferendis, etſi malus ſit Miniſter, non contaminari dooum Chriſti *can.* 30. & ideo Donatiſtæ dant eadem Sacramenta Eccleſiæ, quæ dabant cùm erant in ea, *can.* 31. quia Deus adeſt Sacrameotis, & verbis ſuis, *ut* ſint operatoria per quoſcumque adminiſtrentur *can.* 32. nec aliquis etſi ſit ex parte Diaboli, poteſt maculare Sacramentum Chriſti, *can.* 33. dummodo non mutentur ab eo Sacramenta, *can.* 34. Nam quia Paulianiſtæ mutabant formam, non baptiſabant *can.* 52. *&* 53. Sed ſi Hæretici vel Schiſmatici non aliter agant Sacramenta, quàm agit Eccleſia, ea conferuot, *can.* 34. nec ſunt iteranda *can.* 57. nec fugienda *can.* 36. *&* 37.

Can. 38. & ſeqq. Cùm multæ tamen ſint operationes Spiritus Sancti in Sacramentis, eas omnes non habent Sacramenta Hæreticorum *can.* 38. nam Baptiſatus in Hæreſi in nomine Sanctæ Trinitatis; ſi ab hæreſi non receſſerit, non fit templum Dei: ſicut nec adultus in auaritia baptiſatus *can.* 47. in quo rectè S. Auguſtinus diſtinguit, atque, quod hæreticus dimittit peccata, & raptor & fœnerator, non ſuis meritis, ſed per vim Sacramenti: illud enim Sacramentum, & in malis hominibus, Chriſti eſſe cognoſcitur; in corpore tamen vnicæ Columbæ incorruptæ, & non habentis maculam, nec ille, nec ille inuenitur, *d.* *can.* 47. Et ita licet Baptiſmus Chriſti, non poſſit violari à malis, illud tamen non habet effectum ſuum in hæretico dante & accipiente, nempe remiſſionem peccatorum *can.* 48. cui adde *& can.* 39. nempe in adulto: & ita intelligendus eſt *can.* 49. itemque *can.* 55 & 56.

Can. 61. & ſeqq. Nec obſtat quod omnia bona opera ab ais contaminantur *can.* 6. & odit Deus Sacrificia Hæreticorum *can.* 61. *&* 63. & quod benedictiones eorum nun ſint accipiendæ; nec ſint benedictiones *can.* 66. *&* 67. Item non obſtant quæ dicuntur *can.* 68. 69. *&* 70. à S. Cypriano, & *can.* 71 71. *&* 76 Nam ſemper credendum eſt, quod in verbis Chriſti fit Sacramentum *can.* 77. & mali quoque conficiunt Sacramenta: ſed videant qualem de eo reddituri ſint rationem *can.* 79. Deinde Spiritus Sanctus dimittit peccata, *c.* 82. & ita Sacrificia offeruot mali, *can.* 83. & ſiue per bonos, ſiue per malos diſpenſentur Sacramenta, quia Spiritus Sanctus illa viuificat, nec bonorum meritis diſpenſatorū amplificãtur, nec malorum attenuantur, ſiue in Corpore Chriſti, ſiue in Baptiſmo, ſiue in Chriſmate id fiat *can.* 84. vbi dicitur illud, *maledicam benedictionibus veſtris*, non intelligi de benedictonibus ipſis, ſed de iis, quæ ex benedictionibus Dei conſequuntur: & ideo S. Auguſtinus in *can.* 87. diſtinguit, & dicit aliud Sacramentum eſſe bonum, aliud Sacerdotem; & hunc poſſe eſſe malum, licet Sacramentum ſit bonum: nec nocet eius malitia Sacramento *can.* 89.

Can. 90. & ſeqq. Exigit quidem Eccleſia Sacerdotum ſanctitatem *can.* 90. 91 92. 93. 94. *&* 95. ſi quis tamen non ſit Sanctus, non nocebit Sacrameoto: nam Spiritus gratiarum, perſonam non ſequitur digni aut indigni, ſed ordinationem traditionis, & Deus ſemper tribuit Benedictionis eff. ctũ *c.* 96.

Can. 97. 70. Quare & ſi quis recedat ab Eccleſia, nec Baptiſmum amittit, nec jus dandi illum; nec pariter Ordinationem amittit, nec jus ordinandi: & venientes ad Eccleſiam non reordinantur & ſæpe

A manent præpoſiti, vt erant priùs: quod ſi eis conceditur, vt ſuos honores adminiſtrent, non tamen ordinationis Sacramenta eis detrahuntur: & poteſt Sacramentum ab eis datum, dici illicitè datum; ſed non poteſt dici non eſſe datum, id eſt non habetur pro non dato: quia qui non ſunt in Eccleſia, & ab vnitate diſceſſerunt, etſi non rectè habent, tamen habent, vt recte probat S. Auguſtinus *in can.* 97. ex quo canone ſoluitur tota quæſtio, & refellitur Cypriani locus relatus *can* 70.

Ex his ſequitur illa Sacramenta quamuis obſint indignè tractantibus, prodeſſe tamen 78. dignè ſumentibus *can.* 98. *& ſupra can.* *Can. 78. 9.*

B Vt vero oſtendatur aliquid deeſſe iis qui Baptiſmum acceperunt ab hæreticis, & ſimilibus; ſciendum eſt, quod licet non ſint rebaptiſandi, tamen inuocatione Spiritus Sancti, per impoſitionem manus Confirmandi, vt ſanctificationem Baptiſmi accipiant, *can.* 51. *&* 73. Vide etiam de hac quæſtione eundem Auguſtinum *in can.* 41. *diſt.* 4. *de Conſecrat.* vbi oſtendit quomodò dici poſſit non dimitti peccata hæreticis ab alio hæretico Baptiſatis, licet accipiatur Sacramentum: nam licet alibi dicat non dimitti, & hæreticos non habere remiſſionem peccatorum, ſcilicet erga alios hæreticos adultos; hoc enim implicat, *Can. 51. 73.*
C eſſent enim & manerent hæretici, & ſimul eis dimitterentur peccata: ſed *in dicto can* 41. *diſt.* 4. *de Conſecrat.* concedit poſſe dimitti, ſed deinceps ſtatim reum eſſe incipere, & paulò antè *in eodem can.* 41. ait, peccata non dimittuntur, aut in ipſo temporis puncto, per vim Sacramenti dimiſſa, iterum replicantur, quod eſt quidem valdè notandum.

Præter has duas quæſtiones notabiles, in hac etiam quæſtione 1. notandum *in can.* 123. dici papam poſſe quoſlibet Clericos de quacumque Diœceſi conuocare: item ſi quos rogante proprio Epiſcopo ordinauerit Diaconos in Eccleſia Romana, eos non ampliùs poſſe ex ea abire, *can.* *Can. 123. & ſeqq.*
D 121. poterat verò rogari Papa ab Epiſcopo vt aliquem ex ſuis ordinaret *can.* 121.

Notandum 2. *in can.* 59. *&* 60. agi de presbytero non baptizato, & dici vt baptizetur & ordinetur ſi verò nondum baptizatus, baptizauerit; baptiſmum valere, & baptizatum non eſſe rebaptizandum. *Can. 59. & 60.*

QVÆSTIO II.

IN *Quatuor Primis Canonibus huius ſecundæ Quæſtionis*, pergit agere Gratianus *de Simonia*: & *in can.* 1. agitur de Conſecrandis eccleſiis Fundatorum; & definitur vt Epiſcopi, nullum Munus ex ea cauſa à Fundatore requirant; & debent tantùm dotem Baſilicæ, & obſequium eius per donationem Chartulæ cõfirmatum accipere, ne ſine ſubſtantiali ſuſtentatione eorum, qui ibidem ſeruituri ſunt, eccleſia conſecretur. *Can.* vero 2. nullus pro vtilitate & commodis, quæ percipiet à cœnobio, eſt, cùm pactione maximè, inuitandus, vt ei deſeruiat: licet poſtquam gratis ſe deuouerit Deo, ei ſubſidii gratiâ, aliqua ſuæ Eccleſiæ munera poſſint ei donari. Contrà vero pretium non eſt ſumendum ab eis, qui ad conuerſionem veniunt ſcilicet per pactum: in iis regula de ordinationibus ſequenda; vt in datione palli, & chartarum nihil accipiendum à *Can. 1. & ſeqq.*
E

Notario *can.* 3. *&* 4. niſi quid detur non ex placito, neque per exactionem: *dict. can.* 4.

Can. 5. & ſeqq. Canones ſequentes *à ſexto vſque ad decimum & vltimum*, admirabilem profectò continent doctrinam de qua alibi poſt agetur duobus locis; ſcilicet vt Clerici, quibus nulla ſunt bona, ſtipendiis Eccleſiæ ſuſtententur, *can.* 6. qui vero de ſuo viuere poſſunt, ſi quod pauperum eſt accipiant, ſacrilegium committunt; & per abuſionem talium, iudicium ſibi manducant & bibunt *dicto can.* 6. *& can.* 7. niſi ſua reliquerint Eccleſiæ *can.* 8. *&* 9. Nam qui Eccleſiæ deſeruiunt, ſtipendia ſui meriti conſequi debent *can.* 10.

QVÆSTIO III.

Can. 1. & ſeqq. HIc agitur maximè de Simonia, quæ fit in rebus, vel Beneficiis, Præbendis, Officiis Eccleſiæ: qui enim vel dant, vel accipiunt Beneficia Eccleſiæ, ſub munere, ſunt ſacrilegi in donis Dei, *can* 1. & Simoniaci *can.* 2. Vbi beneficia dicuntur à quibuſdam Præbendæ: & *can.* 9. dicitur, Beneficium Eccleſiaſticum, quod quidam Canonicam, vel præbendas, ſeu etiam ordines vocant; vbi de iis eadem prohibitio fit, ne pretio comparentur.

Can. 8. Et idem eſt de Officiis Eccleſiaſticis *can.* 3. vt eſt procurator, vel Defenſor Eccleſiæ *in Synodo Chalcedonenſi*: & nomine Procuratoris Synodus intelligit rerum Eccleſiaſticarum adminiſtratorem, vt præpoſitum, OEconomum, Vicedominum: nomine defenſoris Aduocatum, & Iudicem, & Caſtaldum; & in ſubjecto regulæ, Archipreſbyterum, Archidiaconum, Canonicum, Monachum, vel quemlibet Eccleſiaſtico mancipatum officio vt explicat Vrbanus 2. *in can* 8. & id probat de Præpoſitis ex S. Auguſtino *in eod. can.* 8. & hæc nomine promotionum intelligi poſſunt *can.* 13. vbi non ſolum promotionum, vt ſunt Præbendæ, prioratus; ſed etiam Sacramentorum omnium, vt Chriſmatis, &c. venditio prohibetur.

Nec diſtinguendum eſt inter conſecrationes, & res quæ ex conſecratione proueniunt, vt aliqui diſtinguunt; dicentes ſe non emere conſecrationes, & quod eccleſiaſticum eſt in Beneficiis, vel præbendis; ſed tantùm res ipſas quæ ex conſecratione proueniunt: res, inquam, corporales: nam cùm, vt rectè quidem Paſchalis papa dicebat, corporalis Eccleſia, aut Epiſcopus, aut Abbas, aut tale aliquid ſine rebus corporalibus in nullo proficiat, ſicut nec anima ſine corpore corporaliter viuit; quiſquis horum alterum vendit, ſine quo nec alterum prouenit, neutrum Inuenditum derelinquit, *can.* 7. & reſcriuit ex Paſchali ab Vrbano 2. *in can.* 8. & ex eodem Vrbano *in can.* 12. res Eccleſiæ, quæ ex conſecratione proueniunt, neminem aliquo munere ſuas facere debere; & in *can.* 3. quidquid vel in ſacris ordinibus, vel in rebus Eccleſiaſticis pecunia acquirit, non acquirit: donum quippe Dei eſt non ſolùm Spiritus Sanctus, ſed etiam res ipſi Eccleſiæ oblata *dict. c.* 8. Nam non ſolum venditores ſunt columbarum, qui ſacros ordines pretio pecuniæ, vel laudis, vel honoris quærunt; verùm etiam ij qui gradum, vel gratiam in Eccleſia ſpiritualem, quam Domino largiente perceperunt, non ſimplici intentione, ſed cujuſlibet

Can. 4. humanæ causâ retributionis exercent, *can.* 11.

Speciale eſt quod prohibetur *in can.* 4. Et imprimis ſciendum eſt ad inſtar Beneficiorum temporalium, in quibus ad mutationem dominorum, vel Vaſſallorum redemptiones fiunt, quas nos Gallice vocamus *Rachapts*; introductam fuiſſe ſimilem conſuetudinem in Altaribus, id eſt Eccleſiis: nam cùm Monachi, Religioſi olim tantùm eſſent, non Clerici; nullas Eccleſias, & nulla Sacramenta adminiſtrabant: inuentus eſt poſtea modus, quo Monaſteria perciperent redditus Eccleſiarum, per Perſonas, vt refertur *ex cap.* 6. *Capitulorum Concilii Claromontenſis in Aluernia* à Romanis Correctoribus, *in hoc can.* 4. per Perſonas, inquam, non quod perſonæ illæ eſſent plebani, qui dabant Eccleſias Monaſtariis, & cùm eſſent plebani fierent perſonæ; nam id fieri non potuit: ſed per perſonas intelligendum, vt ipſi Monachi Clericos interponerent, qui ſeruirent Eccleſiæ, & ipſi perciperent redditus; qui Clerici, erant tantùm perſonati plebani, non veri; & id fieri non poterat ſine Epiſcopi authoritate, à quo ſine dubio dabantur illæ Eccleſiæ hoc modo, vel cum eius approbatione à patronis. Verba huius Capitis 6. hæc ſunt: vt Altaria Congregationibus Canonicorum vel Monachorum, per perſonas data, mortuis Perſonis redeant in manus Epiſcoporum; niſi fuerint illis per eorum ſcripta, vel priuilegia confirmata: & ſicut mutatis Clericis, quos Perſonas vocant, ſæpiùs ab Epiſcopis vendebantur, vt dicitur *in noſtro can.* 4. & initio vendebantur Monachis eodem modo quo redimebantur. Intereuntu ergo perſonarum tantùm dabantur Monachis ab Epiſcopo Eccleſiæ, ſicut cùm per fidei commiſſa teſtamentis illuditur: & ita fiebat vt qui non ſeruirent altari, nempe Monachi, de altari viuerent. Sariſberienſis *lib.* 7. *Policratici, cap.* 17 vtique & inſignis prudentiæ, ſi quis tot, quocumque modo conquirit altaria, vt quaſi ritu Memphitico quotidianas hoſtias nouis poſſit altaribus immolare: nolunt tamen Sacerdotio Dominari, aut ſeruire altario qui de altario viuunt, ne (vt populus arguit) dicam luxuriantur; ſed perſonatus quoſdam introduxerunt, quorum iure ad alium onera, ad alium reſeruantur emolumenta. Ex quo loco etiam colligi poteſt, non tantùm Cœnobia ita accepiſſe Eccleſias, ſed alios homines ſingulares: & ita Iuo *epiſt.* 12. multa, ait, inordinata fieri video in domo Dei, quæ me torquent, maximè quod apud nos, qui altari non ſeruiunt, de altari viuant; à quo ſacrilegio cùm eos abſterrere velim monendo, increpando, excommunicando; altaria à me, redimere volunt ſub nomine Perſonæ, ſicut à prædeceſſoribus meis ex praua conſuetudine redemerunt: in quo maximè indigeo conſilio veſtro, ſi id tolerabile vobis videtur; vel auxilio, ſi intolerabile iudicatur. Et hæc epiſtola ſcripta eſt ad Vrbanum 2. Vel ergo auaritia Epiſcoporum hunc morem introduxit redimendi altaria, vt patet ex *noſtro can.* 4. vel etiam auaritia Monachorum, vel aliorum priuatorum, vt apparet ex *dicta epiſt.* 12. Et illæ perſonæ dicuntur Vicarii à Goffrido Vindocinenſi, *Lib.* 1. *epiſt.* 27. Decretum illud quod idem Dominus Papa Vrbanus in Aruernenſi concilio ſtatuit contra Simoniam quæ ſub nomine Vicariorum olim fieri ſolebat ab Epiſcopis, annullat: redemptionem enim Eccleſiarum, quæ in illo magno Concilio hæretica prauitas vocata eſt, & ab Apoſtolica Sede damnata, licet in pluribus annis non niſi ſemel per Vicarios fieret, nunc ſub nomine annui cenſus à ſimplicitate noſtra

extorquere conatur. Et *epiſt.* 12. *lib.* 3.

Licet autem ceſſauiſſet illa Redemptio Eccleſiarum quæ fiebat mortuis Clericis, & ita tempore non certo aliquando in triginta, aliquando in quadraginta annis, vt ait Goffridus *dict. lib.* 1. *Epiſt.* 27. *& lib.* 3. *Epiſt.* 12. tamen quia, in eodem Concilio Aruernenſi Vrbanus Papa dixerat ſaluo vtique annuo cenſu, quem ex eiſdem altaribus Epiſcopi habere ſoliti ſunt: aliqui Epiſcopi malè intelligentes hæc verba, exiſtimarunt illam Redemptionem, quæ fiebat mortuis Clericis, mutatam tantum fuiſſe in annuam redemptionem; & ita eam exigere conabantur; vt de Andegauenſi Epiſcopo ſcribit Gotfridus *lib.* 3. *Epiſt.* 10 annunciaſtis, ait, vt dicitur, Presbyteris veſtris, vt perſonis Eccleſiæ veſtræ, quod Dominus Papa Vrbanus in Aruernenſi Concilio præceperat, vt Epiſcopi annuum cenſum habeant à Monachis pro Redemptione Altarium: benè nouit prudentia veſtra non eſſe bonum quod Apoſtolicâ ſinceritate diſponitur, per contrarium prædicare: bone Domine, non illi affuiſti concilio, & ego interfui, qui huius rei agnoſco veritatem. Redemptionem Eccleſiarum, quæ vulgari vocabulo Altaria nuncupantur, beatus vir ille Simoniacam prauitatem vocauit, & damnauit, & rectè: illa tamen Simoniaca pecunia aliquando in 30. aliquando in 40. aliquando in 60. annis ſoluebatur, Epiſcopis: qui autem Redemptio- C nem Altarium, quæ in pluribus annis, non niſi ſemel, per Vicarios fieri ſolebat, hæreſim vocauit, & condemnauit; ſub nomine annui cenſus pro redemptione Vicariorum ſiue altarium annuam pecuniam extorquere dedocuit, non præcepit. Et in eadem ſententia cum Andegauenſi Epiſcopo fuerunt Iuo Carnotenſis, & Raoulphus Santonenſis Epiſcopus, vt probat Sirmondus *lib.* 3. *Epiſtolarum Goffridi Vindocinenſis ep.* 12. ex Epiſtola Paſchalis II. quæ extat in Chartophilacio Vindocinenſi.

Item in eodem Concilio conceſſæ ſunt Eccleſiæ Monachis perpetuo iure poſſidendæ, D quas ab annis 30. & ſupra ſine huiuſmodi Redemptione poſſediſſent *can* 4. ſcilicet ſine vlla exactione pecuniæ, vt ait *Gotfridus dict. lib.* 3. *Epiſt.* 11.

Annuus ergo cenſus, *in dicto can.* 4. non eſt annua Redemptio, ſed ius Epiſcopale, ſeu Cathedraticum, quod dicitur *Epiſcopalis inſtitia*, ab Vrbano II. *Epiſt. ad Ingelramnum Epiſcopum Laudunenſem, apud Iuretum in Epiſt.* 12. *Iuonis.*

Can. 13. Speciale etiam eſt quod dicitur *in can.* 13. Nam reprehenduntur à Gregorio VII. Epiſcopi qui decimas & Oblationes dabant laicalibus Perſonis Militum, vel Seruitiorum, vel etiam conſanguineis, ſiue pretio, ſiue beneficio, de E qua re egimus *in tit. de decimis*, & Romani Correctores hic referunt. Idem *ex can.* 3. 16. *quæſt.* 7. & quædam exempla.

QVÆSTIO IV.

INſerit hic generalem ſententiam, quâ dicitur alienum crimen non maculare neſcientem, & multis probat canonibus, vt proſit hæc doctrina eis, qui Paterno crimine Simoniæ, ob- A tinuerunt Eccleſias, vt ſtatim probat Quæſtione Quinta ſequenti.

QVÆSTIO V.

QVi Eccleſias emptas à parentibus poſſi- Can. 1. & ſeqq. dent, ſi eas poſtea dimiſerint, poteſt eis concedi vt non remoueantur, niſi forte locum ſingularem, & præpoſituram in ea obtinuerint *can.* 1. & 2. Et idem eſt, ſi dederint Parentes eorum pecuniam alicui Principi, nec dederint ipſi Epiſcopo *can.* 3. Quod ſi quis per ſeipſum emerit Eccleſiam, & poſſit transferri in aliam Ec- B cleſiam, poterit ſeruatis ordinibus permitti, vt in ea canonicè viuat, ſi non poſſit in ſua: minoribus tamen contentus, ad ſacros ordines non accedat *can.* 1.

QVÆSTIO VI.

QVi vt eligatur Epiſcopus dat pecuniam, Simoniacus eſt, ſiue det eligentibus *can.* 2. Can. 1. & ſeqq. *&* 3. ſiue etiam aliis potentibus, vt erga Electores interponant authoritatem ſuam, *can.* 1. quod & prohibetur *can.* 2. *in fine, & can.* 3. *quæſt. ſeq.* 7. *hac* 1. *Cauſa.*

QVÆSTIO VII.

IN hac Quæſtione agitur de Simoniacis & Can. 1. & ſeqq. Hæreticis Pœnitentibus recipiendis: Et ſanè diſtinguendum eſt inter Simoniacos, & alios Hæreticos: nam Simoniaci, licet per Pœnitentiam recipiantur, & à Deo, & ab Eccleſia quæ indulget; tamen repelluntur à Sacerdotio, *can.* 2. id eſt Simoniaci vtpote primi & omniũ maximi hæretici: Cæteri autem Hæretici fuerunt faciliùs recepti, etiam in ſuis honoribus, vt latè patet *ex can.* 4. Et ita recepti ſunt Nouatiani D *in can.* 8. *&* 20. & Donatiſtæ *in can.* 19. Aliquando tamen ita recepti ſunt, vt ordinationis & honoris arma non retinerent; ſed ſuſciperentur in communione laica *can.* 1. Aliquando etiam ita ſuſcipiebantur, vt in magno haberent Beneficio, ſi adeptâ omni ſpe Promotionis, in quo inueniebantur ordine permanerent, *can.* 21. Atque ab Hæreticis baptizati aut rebaptizati, nunquam ad militiam Eccleſiaſticam admittebantur, *can.* 10. Et qui erant admiſſi, & iteratâ tinctione erant maculati, in ſuis ordinibus non manebant, *can.* 21.

Hoc verò generaliter obſeruabatur, vt redeuntes ab Hæreſi, ſecundum traditionem Ec- Can. 4. & cleſiæ, ſcripto ſuam negarent hæreſim, & Ca- E tholicam fidem confiterentur, *can.* 4. 8. 19. 20. *&* 22.

De cætero vel propter perſonam rigor cano- Can. 13. num relaxatur, vel propter neceſſitatem *can.* 13. vel vt maius aliquid boni & lucri fiat in Eccleſia, diſpenſationes fiunt; *can.* 16. id eſt vel propter vtilitatem, vel neceſſitatem *can.* 17 & ita fit vt quod exiguus cauſæ vt vltio competens profecatur, manſuetudine toleremus, *can.* 18.

Hoc vero ſemper ſciendum, quædam delicta Can. 18. & vtcumque toleranda, quædam vero penitùs amputanda, *dicto can.* 18. Nam vt rectè dicitur *in can.* 23. etſi illa nonnunquam ſinenda ſunt, quæ

ſi cæterorum conſtet integritas, nocere ſola noo valeant; illa tamen ſunt magnopere præcaoenda, quæ recipi niſi magnâ decoloratiooe oon poſſunt. A

Hic referuntur duo Caoones qui videntur valdè pugnare contra ea qoæ diximus *in Quæſt.* to Simoniacos & Hæreticos conferre Sacramenta, & ab eis collata noo iterari: obſtant enim *can.* 24. *&* 25. Nam io *dicto can.* 24. Daſbertus quidam Diaconus factus ab Epiſcopn Simoniaco, tanquam nihil habens à nihil habente, denuo ab Vrbano Papa 2. Diacoous ex integro factus eſt.

Sed Reſpondetur, fingendum ab Epiſcopo non eſſe collatum ordioem ex aliqua caoſa quæ ignoratur; ait enim non cenſeri iterationem factâ: & cum ait, qui nihil habuit, nihil dare poteſt; intelligendum non de Simoniaco tantùm, ſed malè ordinato alia de cauſa; quomodo dicitor in concilio Nicæno Paolianiſtas eſſe iterum ordioandos: licet Vrbanus faciat mentionem tantùm Simoniæ, & agat de Simoniaco: nam neceſſe eſt alind crimen hæreſeos in eo fniſſe, quo ille ordinationis formam mutaret: qootieſcumque autem forma motatur nihil agitor. Idemque dici poteſt de *can.* 25.

AD CAVSAM II.

QVÆSTIO I.

Can. 1. *& ſeqq.* NVllos condemnandus eſt ſine iudicio, eoque ordinabiliter habito, *can.* 7 qui non ſit vel ſponte confeſſus, vel conuictus per idoneos teſtes, *can.* 1. 2. *&* 5. & ſine idoneo accuſatore, *can.* 1. qui non ſit ſimul accuſator & teſtis *can.* 7. & niſi cauſæ qoalitas ſit examinata, *dicto can.* 7.

Can. 11. *& ſeqq.* Antequam verò cauſa probetur nemo excommunicandus eſt, *can.* 11. nec nomen eius de numero Collegarum delendum, & ſupprimendum quandiu cauſa examinatur *can.* 12. nec enim aliquis condemnandus ante verom iudicium, *can.* 13. & ſententia præcipitanter ferenda non eſt, *can.* 20. & debet de ſcripto proferri *can.* 8. *&* 9.

Can. 14. Multi verò ſunt qoi prohibentur accuſare *can* 14. alii propter Sacramentum, alii propter Magiſtratum, alii propter crimen &c. *dicto can.* 14. qui verò neque conuictus, neque confeſſus eſt, meritò reſtituendus eſt *can.* 10.

Can. 15. *& ſeqq.* Sed ſunt quædam manifeſta crimina, quæ non indigent accuſatione, nec quærendi ſunt teſtes *can* 15. 16. *&* 17.

Can. 18. 19. 6. Sed quæritur an ſi iodex ſciat delictum, & nullus ſit teſtis, nullus accuſator, an ideo condemnandus; & dicitur eſſe tolerandom, non condemnandum, *can.* 17. *&* 19. nam & Chriſtus ſciuit Iudam eſſe eius proditorem, & tamen non condemnauit, noo eiecit è numero Apoſtolorum *can.* 6.

QVÆSTIO II.

Can. 1. *& ſeqq.* SPoliati ante omoia reſtitoendi ſunt ſuis bonis, vel Eccleſiis, *tota hac quæſt.*

QVÆSTIO III.

VEl accuſator, calumniator eſt; & non poteſt probare, & ſic infamis eſt *can.* 1. & talionem recipit, *can.* 2. 3. *&* 6. nec in fine danda ei eſt communio, *can.* 4. Noo omne verò conuitiom accuſario eſt, vt inde calomniator quis cenſeator, niſi quod iracundiâ dixit, poſteà ſcribat *can.* 5. Vel accoſator pro deferenda accuſatione aliqoid accipit, & is quoque punitor de colludio *can.* 8 & ideb Euphemius, atque Thomas, qui pro deferenda accuſatione ſui Epiſcopi, ordines ſacros acceperant, eiſdem ſacris ordinibus ſont priuati, & ſicot depoſiti permanſerunt. B

QVÆSTIO IV.

Can. 1. *& ſeqq.* ETſi dicatur à Cornelio Papa *in can.* 1. 2. *&* 3. oon iurare ſolitos hactenus ſummos Sacerdotes & Miniſtros, nec ab eis exigi ſacramenta quia Deus iurare prohiboit *dicto. can.* 1. 2. *&* 3.

Can. 4. *& ſeqq.* Qua de cauſa in Concilio Triburienſi definitum eſt vt Preſbyter vice iuramenti per ſanctam Conſecrationem interrogaretur *can.* 4. poſteà tamen id ſæpiſſimè factum eſt, maximè in Accuſationibos & Iudiciis, cum accuſati conuicti oon eſſent, & tamen aliqua ſuſpiciooe poſſent laborare, quod conſtituitur *in can.* 5. vbi dicitur: Preſbyter ſi à populo fuerit accuſatus, & certi ooo fuerint teſtes, nec probent, iuſiurandom in medio erit, & illum teſtem proferat, cui nuda ſunt omnia, id eſt Deum. Vnde Menoa Epiſcopus iurans ad ſacratiſſimom corpus Petri Apoſtoli ſe purgatum oſteodit *can.* 7. in qoo canone notandum §. *purgationem tamen* non pertinere ad hunc canonem, & partem eſſe *can.* 11. ac de Epiſcopo Cumano dici oon Bronichilda Regina. Item iuſſu papæ Gregorii Maximos Salonitanus Epiſcopus ſe, coram Caſtorio chartulario ſuo, & Mariniano Rauennate Epiſcopo, Sacramento purgauit ante corpus Sancti Apollinaris *can.* 8. *&* 9. *&* receptum fuit vt cum aliis ſociis ſe purgarent: & ita *in* 12. *can.* dicitur vt Sacerdos cum ſociis ſeptem ſui ordinis, ſeipſum expurget, Diacuous verò cum tribus: & iuret in Sacroſancto Euaogelio coram poſito, quod crimen ſibi illatum non perpetrauit, & ſeptem ſibi Collegas adiungit *can.* 13 qui Collegæ debent eſſe tales, qoos ſcimus nolle peierare *can.* 16. & Tridentinus Epiſcopus de Simonia impetitus, communi ſeotentiâ in coocilio iuſſus eſt, vt tertiâ manu ſui ordinis & quatoor Abbatum & Religioſorum Sacerdotum, de ea Simonia ſe purgaret in præſentia Aquileienſis Patriarchæ *can.* 17. in quo forma purgationis ipſius, & ſociorum ita ponitur. Porrò purgaoonis tenor erit huiuſmodi: idem Epiſcopus ſuper ſancta Euangelia primum iurabit, quod pro Eccleſia S. Petri de rado, Preſbytero Paulo danda, neque ipſe per ſe, oeque per ſubmiſſam perſonam, neque alius pro eo, ſe ſciente pretium receperit: deinde vero purgatores ſuper ſancta Dei Euangelia iurabunt, quod ſicut ipſi credunt, verum iurauit. Et cum conſultus fuiſſet de ea re Leo Papa à Carolo Magno reſpondit, ne in ſuſpiciooe quis maneat, cum vel tribus, vel quinque, vel ſeptem bonis ac

vicinis Sacerdotibus (exemplo Leonis Papæ, qui duodecim Epiſcopos in ſua purgatione habuit) vel eo amplius ſi ſuo Epiſcopo viſum fuerit, aut propter tumultum populi neceſſe perſpexerit, Sacerdos coram populo, ſe ſuper quatuor Euangelia Sacramento purget, *can.* 19. qui canon extat *lib.* 5. *Capitular. cap.* 34. tanquam ipſius Caroli, conſulto Leone III. non tanquam ex Epiſtola Leonis; Vnde cùm Carolus Magnus vidiſſet in concilio Vuormaciæ habito, & ſciuiſſet per Riculphum Moguntiacum, id iam ante definitum fuiſſe à Gregorio Papa, ſcilicet Gregorio III. doluit ſe conſtitutionem de ea re edidiſſe, & hanc remiſiſſe Epiſcopis, vt refertur *lib.* 7. *Capitular. cap.* 281. Ex illo verò *can.* 19. videtur ad arbitrium Epiſcopi minorem vel maiorem eſſe numerum compurgatorum.

Can. 10.18. Atque non ſolum Presbyteri & Epiſcopi Sacramento ſe purgarunt, ſed etiam ipſi Summi Pontifices Sixtus III. *can.* 10. & Leo III. *can.* 18.

Can. 15.20. 22. Olim in Germania alia adhibebatur purgatio per aquam feruentem, vel ferrum cãdens, qua ſe expurgabant, qui deprehenſi aliàs fuerant in furto, vel periurio, vel falſo teſtimonio; aut qui non erant ingenui *can.* 15. quæ purgatio eſt contra canones, & prohibetur *can.* 20. ſicut & monomachia *can.* 22.

Fuit verò in Monaſteriis alia conſuetudo: C quam ſi contigiſſet furtum in eis committi, & furem ignorari, Miſſa celebrabatur ab Abbate, vel alio præſentibus fratribus, quâ expletâ, omnes communicabant, in hæc verba; Corpus Domini ſit mihi ad probationem hodiè, *can.* 23.

QVÆSTIO V.

Can. 2. IN hac Quæſtione duo ſunt canones præcipuè notandi 2. & 3. *In* 2. agitur de numero teſtium, in quo damnantur Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi; & Epiſcopus non damnatur niſi cum ſeptuaginta duobus teſtibus; Presbyter Cardinalis niſi cum quadraginta quatuor, Diaconus Cardinalis Vrbis Romæ niſi cum viginti ſeptem; Subdiaconus Acolytus, Exorciſta, Lector, Oſtiarius, niſi in ſeptem. Et certè ſicut olim, *referente Ioſepho*, à Iudæis Ecbatanenſibus miſſi ſunt ad Varum ſeptuaginta homines ſui purgandi cauſâ, & Chriſtus ſeptuaginta duos elegit Diſcipulos, vt teſtes ipſi eſſent & prædicarent Euangelium, *Lucæ cap.* 10. idcircò, ad horum exemplum, teſtes totidem conſtituti ſunt ad damnandum Epiſcopum, & obſeruatum id fuiſſe in damnatione Chronopij Exantiſtite, referunt Imperatores Valentinianus, Valens & Gratianus *in l.* 19. *Cod. Theodoſ. quorum appellationes non recipiantur*: & ita fuiſſe conſtitutum à Zephyrino refert Luitprandus *in eius vita*. Et illi teſtes dicti ſunt libra, quod libra Romana conſtaret ſeptuaginta duobus ſolidis; & quod etiam in cauſa Marcellini accuſati, ita loquitur Concilium Sinueſſanum, duæ oriuntur difficultates: Prima eſt quod Concilium illud habitum ſit antequam libra eſſet facta ab Arcadio & Honorio ſeptuaginta duorum ſolidorum, & antequam etiam Conſtantinus eam feciſſet octuaginta quatuor ſolidorum: cui difficulta- A ti reſpondet Baronius nimirum acta huius Concilij conſcripta fuiſſe eo tempore, quo Libra erat facta ſeptuaginta duarum librarum, & eorum cõſcriptorem loquutum fuiſſe more temporum ſuorum; quod fieri potuit: nam Virgilius etiam loquutus eſt de rebus antiquis ſecundum ſua tempora.

Secunda verò difficultas maior etiam videtur, quare illa *libra* dicatur *aſſidua*; nam apud nullum alium Authorem ita vocatur; deinde nulla legitur etiam libra, quæ dicta ſit Orientalis. Ego legebam, aſſidua, id eſt vera & expenſa: nam, vt ait Iſidorus *lib.* 10. *Originum*, Aſſiduus dicebatur apud antiquos, qui aſſibus ad ærarium expenſum conferendis præerat, & ita non probo rationes Cuiacij, nec aliorum.

In *canone* verò 3. idem reperitur à Leone 4. de teſtibus ſeptuaginta duobus; ſed additur non debere Epiſcopum niſi à duodecim Epiſcopis iudicari; idem ſtatuitur in *can.* 12. *Synodi Carthaginenſis, apud Balſamonem* & dicitur id fieri extra Synodum, id eſt cum Synodus haberi non poteſt: nam ſi haberi poſſit, ſeruandum videtur, vt à Synodo damnetur *can.* 4. *Synodi Antiochenæ, & in actis Synodi Conſtantinopolitanæ ſub Nectario*, quæ extant poſt Carthaginenſem Synodum apud Balſamonem; etiam definitum erat, vt id fieret in Prouinciæ Synodo.

Cæterùm notandum *canone* 2. qui tribuitur Syluestro, in quo agitur de illis ſeptuaginta duobus, & quadraginta quatuor, & viginti ſeptem teſtibus, reprobari; eaque omninò eſſe diuerſa à ſanctis canonibus & legibus: & ipſum Gelaſium non recipere acta Sylueſtri in canone, vt apparet *ex can.* 3 *diſt.* 15. Vide Hincmarum *Opuſ.* 48. *de Presbyteris criminoſis tom.* 2. *operum illius*.

QVÆSTIO VI.

D QVæſtio hæc 6. tota eſt *de appellationibus*; & agitur de iis, vel generaliter, vel ſpecialiter de iis quæ fiunt ad Romanam Sedem.

Can. 1. & ſeqq. Et generaliter dicitur remedium appellationis concedi *can.* 1. nec vlli denegandum aut prohibendum, *can.* 2. & 3. Appellatio vero ſemper fit ad maiorem iudicem *can* 9. & à Metropolitano ad Patriarcham vel Primatem diœceſeos, vel ad Papam *can.* 7. & 15. In Eccleſiaſticis cauſis licet etiam appellare ante perfectam cauſam, non in ſecularibus *can.* 18. & 21. intra quinque dies appellandum; & his quinque diebus ad Iudicem, ad quem appellauit, eundum; & ipſe dies, quo accepit literas, in his quinque diebus ſpecialiter computatur. E Quod ſi longius ſit iter, exceptis his quinque diebus, ſpatium quo iter peragi poſſit indulgetur *can.* 22. & *can.* 23. dicitur vt habita dinumeratione viginti millium diurnorum, per ſingulos dies computetur; quod quomodo intelligatur oſtendit Theophilus *Inſtit. de excuſation. Tutorum*. Ab eo autem à quo appellatum, ad eum qui de appellatione cogniturus eſt, Dimiſſoriæ literæ dirigantur, quæ vulgo Apoſtoli dicuntur; quarum poſtulatio & acceptio intra quinque dies finienda eſt, *can.* 24. & 31. Iuſtinianus tempora appellationum in decem dies extendit, ſiue cauſa per ſe, ſiue per

Can. 7.9.15 — Can. 18. 21. & ſeqq. — Can 24. & 31. — Can. 28.29.

Procuratores

Can. 31. Can. 4. procuratores agantur *can.* 28. *&* 29. Catholicus non appellat ad alterius fidei Iudicem *can.* 31. Et qui appellat, datur annus intra quem litem exequatur : & ſi iuſta ſit cauſa dandi, alius annus indulgetur *can.* 4. Can. 26. Can. 25. 27. Si poſſeſſor appellauit, fructus ſequeſtrantur *can.* 26. Non recipiuntur appellationes moratoriæ *can.* 25. & iniuſtè appellans puniendus *can.* 27. Reſcindi ſententiam Iudicis à quo appellatum, non nocet ei, niſi iniquo animo & cupiditate iudicauerit *can.* 37.

Duo verò hic præcipuè notanda ſunt primum cùm dicitur à Iudicibus electitiis non licere appellare, *can.* 33. 34. *&* 39. Alterum cùm etiam dicitur ad tranſmarina iudicia non eſſe appellandum *in can.* 35. Can. 34. Dicitur ergo ab electitiis Iudicibus appellari non poſſe, & ita intelligendum *in can.* 34. vbi malè negationem tollit Gratianus: & confirmatur *can.* 39. qui non pertinet ad eos, qui tertiò prouocant, vt putarunt male Romani Correctores. Balſamo quærit quid per iudices illos electitios intelligamus? & putat, hic non agi de Iudice Compromiſſario, qui Iuriſdictionem non habet: hi quippe Iudices ſiue electitii, ſunt priuati homines: ſed de aliis Epiſcopis Electitiis, qui habent Iuriſdictionem; cuius ſententiæ fauet *can.* 23. *Synodi Carthaginenſis*, in quo fit mentio Electorum Epiſcoporum; & ait ab his non appellari Iure Canonico, licet Iure Ciuili appelletur in *can.* 99. *&* 125. *Synodi Carthaginenſis*. Et ſanè verum eſt à Compromiſſariis tam Iure Ciuili, quàm Canonico non appellari : cùm non ex ſententia Arbitri naſcatur actio iudicati. *l.* 1. *Cod. de Arbitris*: eius ergo ſententiæ parendum ſiue iuſtæ, ſiue iniuſtæ, *l.* 27. *§.* 2. *d. de receptis*: parendum, inquam, propter pœnæ compromiſſæ metum *l.* 3. *§. de receptis, & l.* 1 *Cod. eod. tit.* non enim cogitur quis præcisè illi obtemperare, modò pœnam ſtipulatione comprehenſam exoluat, *authent. decernit. Cod. eod. tit.* Verùm etſi ſine compromiſſo & pœna videantur fieri hi Iudices ex conſenſu partium, in *l. penult. Cod. de receptis Arbitris*, & *l. rem non nouam, Cod de Iudiciis*; & *l. vlt. Cod. vbi & apud quem*: duo Arbitrorum genera conſtituuntur, quorum vnum eſt eorum qui conſenſu partium eliguntur, abſque vllâ Compromiſſi pœna, ſcilicet abſque jurejurando, & abſque contractu, ex nudo denique pacto; qui conſtitutione Iuſtiniani redacti ſunt ad ſimilitudinem Iudicum, vt ex eorum ſententia non modò detur velut pacti exceptio; ſed etiam in factum actio *dict. l. penult. Cod. de receptis arbitris*, & ideò meritò inter Iudices recenſeri poſſunt : hoc vero caſu introducta eſt actio in factum, ne ſit illuſorium Arbitrium : at ea non datur ex compromiſſo, quia ſufficit pœnæ metus, in alio ſcilicet Arbitrorum genere, qui Compromiſſo conſtituuntur, adjectâ etiam pœnâ. Ex quo patet non fuiſſe neceſſe vt hi Iudices de quibus agitur, eſſent Compromiſſarii, cum nudo pacto potuerint eligi.

Can. 35. In *can.* vero 35. dicitur ad Tranſmarina Iudicia non poſſe appellari; quod verum eſſe patet de Presbyteris, Diaconis, & aliis Clericis *dicto can.* 35. Vnde in concilio Carthaginenſi *can.* 103. *apud Balſamonem* agitur tantùm de Clericis: quicumque in Africa non communicans, in tranſmarinas partes ad communicandum ſe ſubripuerit, iacturam Clericatus ſuſtinebit, & *can.* 126.

Epiſcopi vero appellabant, & ita rectè diſtinguit S. Auguſtinus inter Presbyteros, Diaconos, A & Clericos; & inter Epiſcopos: vt in his habeant locum Tranſmarina Iudicia, non in illis, *epiſt.* 162. tanto magis Secundus, ſi veræ pacis cuſtos eſſe voluiſſet, cauere debuit ne damnarentur abſentes; qui Iudicio eorum omninò intereſſe noluerunt: neque enim de Presbyteris, aut Diaconis aut inferioris ordinis Clericis, ſed de Collegis agebatur qui poſſent aliorum Collegarum judicio præſertim Apoſtolicarum Eccleſiarum, cauſam ſuam integram reſeruare: & *in ead. epiſt.* ſi aliqui ſint, qui certa crimina ita mouerint, vt ea facilè valeant edocere; pergant ad fratres & collegas noſtros Tranſmarinarum Eccleſiarum B Epiſcopos, & ibi priùs de iſtorum factis & contumacia conquerantur, quod ad Collegarum Afrorum, malè ſibi conſcii, concilium venire noluerint, vt inde illis denuntietur, vt veniant, ibique obiectis reſpondeant : item : ſed quia non erant quæ in Cæcilianum & ordinatores eius, Tranſmarino Iudicio probarentur; item : nulla quippe Collegarū Tranſmarina teſtabāt, vbi apparebat eos iudicari poſſe. Nec obſtat quod *in c.* 18. *Codicis canonum Eccleſia Africana* dicatur; item placuit vt Presbyteri, Diaconi, vel cæteri inferiores Clerici in cauſis quas habuerint, ſi de Iudiciis Epiſcoporum ſuut queſti, vicini Epiſcopi eos cum conſenſu ſui Epiſcopi audiant, & inter eos definiant adhibiti ab eis Epiſcopi : quod C ſi ab eis prouocandum putauerint, non prouocent ad Tranſmarina iudicia, ſed ad Primates ſuarum Prouinciarum, aut ad vniuerſale concilium, ſicut & de Epiſcopis ſæpe conſtitutum eſt : ad Tranſmarina autem qui putauerit appellandum, a nullo intra Africam ad communionem recipiatur. Non obſtat, inquam, quod additur *ſicut & de Epiſcopis ſæpe conſtitutum eſt* : ea namque verba, non ad prohibitionem Iudiciorum tranſmarinorum referenda ſunt: ſed ad eadem illa verba quibus præcipitur vt *Clerici appellent ad Primates vel ad concilium vniuerſale*, Africæ ſcilicet, ſicut & de Epiſcopis conſtitutum eſt. Quare de Clericis duo dicuntur, & vt non appellent ad D Tranſmarina iudicia; & vt appellent ad Primatem vel Concilium, & hoc vltimum tantùm conſtitutum eſt de Epiſcopis, non primum. Quod vero conſtituitur vt Epiſcopi ad Tranſmarina pergere facilè non debeant; id ab Innocentio Papa conſtitutum eſt & confirmatum *can.* 94. *Codicis canonum Eccleſia Africana.* at oſtenditur maxima authoritas Summi Pontificis ex eo quod qui ad Comitatum ire volebat, Dimiſſoriam accipiebat à Carthaginenſi ad Romanum & a Romano aliam dimiſſoriam ad Comitatum. Dimiſſoriæ vero Clericis dantur à proprio Epiſcopo *can.* 106. *codicis Canonum Eccleſia Africa.*

Secundo loco agitur hic ſpecialiter de Appellationibus quæ fiunt ad Romanum Pontificem : Can. 4. & ſeqq. E & generaliter definitur, poſſe ab Epiſcopis, quoties neceſſe eſt, Sedem Apoſtolicam appellari *can.* 4. 5. 6. vt inde accipiant tuitionem atque conſecrationem *dicto can.* 6. Romana enim Eccleſia, Mater eſt aliarum, *can.* 8. & hoc habet priuilegium, vt conuocet concilia, reſtituat Epiſcopos, & de ſummis Eccleſiæ negotiis cognoſcat *can.* 10. *&* 11. Qui enim ſcit ſe aliis præpoſitum, non moleſtè ferat, aliquem ſibi eſſe prælatum *dicto can.* 12. *&* 14.

Maximè verò poſt auditionem primatum Diœceſeos, fieri poſſunt appellationes *can.* 11. & Can. 10. & ſeqq. hoc dicitur priuilegium Eccleſiæ Romanæ in

dictis canonibus 10. & 11. item 13. & 17. Si quis ergo putauerit ſe à proprio Metropolitano grauari, apud Primatem Diœceſeos, aut penes Eccleſiæ Apoſtolicæ Papam iudicetur *can.* 15. & 16. vnde reprehenditur Hincmarus à Nicolao Papa quod Rothadum Apoſtolicam Sedem appellantem damnauerit, & carcerali cuſtodiæ mancipatit, *can.* 13. Iuib ex eo quod Metropolitanus & alii Epiſcopi ſunt ſuſpecti, poteſt Romana Sedes appellari *can.* 16. Cæterùm res illa maximè in concilio Sardicenſi conſtituta eſt, & ad meliorem formam redacta *can.* 7. *& refertur can.* 36. quem canonem Fauſtinus in Africa propoſuit, tanquam canonem Nicænum *can.* 1. *Synodi Carthaginenſis apud Balſamonem.*

QVÆSTIO VII.

Can. 1. & ſeqq.

IN *hac quæſt.* 7. dicitur primùm non eſſe à plebe, & laicis & Vulgaribus hominibus Clericos accuſandos *can.* 1. 2. 3. 8. & 13. licet ſint inordinati *dicto can.* 1. Et ratio affertur, *in can.* 4. quia ſicut maior non poteſt à minori iudicari, ita nec obligari: eſt & alia ratio quia laici ſunt infeſti ſæpiſſimè Clericis, cùm vita eorum & conuerſatio ſit diuerſa & ſegregata, *can.* 5. & 6. 13. & 14. & propter primam rationem etiam minores Clerici non debent accuſare maiores *can.* 10. & 11. Nam ſimiles ſunt Cham filio Noë, ij qui Præpoſitorum culpam produnt, ſicut ille pudenda Patris non operuit, *can.* 9. & 12.

Et ſicut laïci non poſſunt accuſare Clericos, ita nec Clerici laïcos *can.* 6. Poſſunt tamen Preſbyteri Plebani ſuos Plebeios *can.* 7. ſicut & oues quæ Paſtori ſuo commiſſæ ſunt eum nec reprehendere, nec accuſare poſſunt, *can.* 13. maximè ſi peruersè id faciant *can.* 21. Et Apoſtoli & eorum Succeſſores id dicuntur ſtatuiſſe vt Sacerdotes Domini non accuſent, nec teſtificentur in eos, qui ſui ordinis non ſunt, nec eſſe poſſunt *can.* 38. & 39.

Can. 22. 29. & ſeqq.

Sed cum præſumarent Prælati omnia ſibi licere, quod nemo poſſet eos accuſare, hoc dicitur intelligendum, non eſſe accuſandos à criminoſis *can.* 22. præſumunt, ait, Prælati non debere ſe reprehendi & accuſari, pro eo quod canones non eos paſſim conſtituant accuſandos; quod tamen negatur ſolis criminoſis, cùm de reprehendendo veritas ipſa conſtituat: & ita cùm Paulus, ait, *Seniorem ne increpaueris*, intelligit de eo, cuius exemplum ad interitum iuniorum non vergit; nã ſi vergit, feriendus eſt increpatione, *can.* 28. Non omnes enim Epiſcopi ſunt Epiſcopi: attendis Petrum? ſed & Iudam conſidera, *can.* 29. Nec omnis qui dicit Pax vobiſcum, quaſi columba eſt audiendus; corui ſunt qui de morte paſcuntur *can.* 30. & qui regiminis in ſe rationem non habuit, canis impudicus magis dicendus eſt quàm Epiſcopus *can.* 32. Et Paulus Petrum reprehendit, quod non auderet, niſi ſe non imparem ſciret *can.* 33. non imparem, inquam, meritis, nam & S. Cyprianus poteſt hac ratione illi par eſſe. Quare dicendum, vt ait S. Auguſtinus *in can.* 35. Vereri debeo ne in Petrum contumelioſos exiſtam, ſi Petro Cyprianus comparetur: quis enim neſcit illum Apoſtolatus Principatum cuilibet Epiſcopatui præferendum? ſed etſi diſtat Cathedrarum gratia, vna tamen eſt Martyrum gloria, & Epiſcopatus eſt etiam maior Preſbyterio, tamen aliquis Preſbyter poteſt eſſe maior Epiſcopo *can.* 34. & Petrus ad querimonias contra ipſum factas cur ad Gentes intraret, non ex officii Poteſtate reſpondit, oues Paſtorem ſuum non poſſe accuſare, vel reprehendere; ſed ex ratione Diuinæ virtutis *can.* 40. Et ſummus Pontifex Leo 4. petit à Ludouico Auguſto, ſi aliquid incompetenter egit, aut legis tramitẽ non ſeruauit, Miſſorum ſuorum iudicio corrigi, & emendari, *can.* 41. Gregorius quoque dat licentiam ſentẽtiam ſuam reprehendendi, *can.* 42. & Paulus Dioclinæ ciuitatis Epiſcopus, accuſatus a ſuis Clericis, & conuictus, Epiſcopali ſententiâ depoſi- B tus eſt, *can.* 43. Hinc præſcribitur Epiſcopis Sardiniæ, vt Metropolitanum ſuum in aliquo peccantem, nullâ diſſimulatione, deferant ad ſedem Apoſtolicam *can.* 45. ſicut & Epiſcopi Byzacii de ſuo Primate facere admonentur *in can.* 46. & Clerici omnes ſi viderint epiſcopum, presbyterum, vel alium excedentem, iubentur id deferre ad aures ſummi Pontificis *in can.* 47. & 48. Nam negligere, cum poſſis deturbare peruerſos, nihil aliud eſt, quàm fouere; nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare *can.* 55. & nocet Eccleſiæ, ſi deſtruentibus eam non reſiſtat *can.* 56. periculum enim eſt C ne ſubditi cum ſtudent, plus quàm neceſſe eſt, hominibus ſubiici, compellantur vitia eorum veneratі *can.* 57. Quarè admonendi ſunt ne plus quam expedit ſint ſubiecti *dicto can.* 57.

Vt autem obuiam eatur his malis, & nota ſit vita Epiſcopi, Clericis, magis quàm ſæcularibus pueris; conſtitutum eſt vt quidam ex Clericis, vel Monachis electi, miniſterio cubiculi Pontificalis obſequantur, & is habeat teſtes, qui vitam eius in ſecreta conuerſatione videant, *can.* 58. & 60. & vt Epiſcopus prauos homines omninò in ſua ſocietate non recipiat *can.* 59.

Porrò placuit Monachis, quos ſcimus eſſe mortuos, interdici accuſationem Sacerdotum D *can.* 53. & 54.

Cæterùm accuſatio Epiſcoporum non eſt facilè recipienda, ſicut nec Preſbyterorum *can.* 19. nam nonniſi ab idoneis, & probatiſſimis viris, qui & ſuſpicionibus & ſceleribus carent, fieri debet, *can.* 15. & ſi quis velit accuſare Epiſcopum, debet illum prius charitatis ſtudio commonere, *dicto can.* 15. & non ſemel, ſed ſæpiſſime *can.* 16. ſique ſecus egerit, Communione priuandus *dicto can.* 16. Nam ſi quis Sacerdotes Domini lacerauerit, aut infamauerit, iniuria fit Chriſto qui voluit per ſe non per alium caſtigare, & ejicere de Templo peccantes Sacerdotes, tanquam ſuos ſeruos, *dicto can.* 15. Deinde ſi qui velint eos accuſare, prius eſt eorum æſtimatio diſcutienda, vi- E ta, conſcientia, & intentio *can.* 17. Nam Criminoſi non poſſunt accuſare Prælatos *can.* 22. nec Infames, aut Hæretici, *can.* 13. & 26. nec Pagani aut Iudæi, *can.* 25. nec Apoſtatæ, *can.* 24.

QVÆSTIO VIII.

ACcuſatio debet fieri propriâ voce, non per epiſtolam *can.* 5. quæ tamen non recipiatur ſine ſcripto *can.* 1. & ſine vinculo inſcriptionis *can.* 3. quâ quis crimen quod obiicit, ſcribat ſe probaturum *can.* 4. & probet *can.* 2. nam niſi probet, talionem patietur *can.* 4. Et nullus abſens accuſare, vel accuſari poteſt *can.* 1. & 5.

AD CAVSAM III.

QVÆSTIO I.

Can. 1. & ſeqq. CAn. 1. 2. 3. & 4. dicitur expoliatis, vel eiectis Epiſcopis, omnia legibus redintegranda, antequam quidquam eis obijci poſſit, vt dicitur can. 1. Can. verò 5. dicitur malos plerumque eſſe perſequutores bonorum, & maximè eorum qui ſunt in ſeruitio Saluatoris, & ſunt ei familiares, id eſt ſacrati, propter quod humiliemur ſub manu potenti Dei, vt nos liberet. Can. verò 6. moneantur Epiſcopi, vt huiuſmodi præſumptiones tollant, & abſcindant eos, qui calumniam vel opprobrium faciunt.

QVÆSTIO II.

Can. 1. & ſeqq. ITaque expoliatis vel ejectis, ante redintegrationem, vt diximus, nihil objici poteſt can. 1. & dicitur redintegratio fieri legibus can. 1. quæſt. 5. & can. 2. 5. 6. & 8. hac quæſt. 2. & fit cum omni priuilegio ſui honoris & rebus ſuis can. 8.

Can. 11. & 7. Poſt reſtitutionem verò, expoliatis dantur induciæ antequam in Synodum connocentur can. 5. quæ induciæ ſunt vel anniuerſariæ, vel ſex menſium can. 5. vel ſaltem tantum temporis indulgetur, in quo pacificè & poteſtatiuè cuncta diſponens reſideat, quandiu expulſus vel expoliatus carere viſus eſt ſuis rebus, can. 7. idque vt diximus, antequam ad Synodum conuocetur, quod confirmatur can. 6. Canon vlt. aliò pertinet.

QVÆSTIO III.

Can. 1. & ſeqq. CVm accuſatus, ad iudicium vocatus, venerit, induciæ ei petenti dantur can. 1. eæque non modicæ, can. 3. ad repellenda machinamenta, & præparandas reſponſiones can. 2. Et quidam annum & ſex mandauerunt menſes concedi; quidam annum in quo plurimi concordant; minus verò quam ſex menſes non reperiuntur, dicto can. 2. Et ideo in can. 4. dicitur ſex menſes concedi, vel eo ampliùs ſi neceſſe fuerit.

QVÆSTIO IV.

ITerum hîc oſtenditur, qui accuſare non poſſint: & nonnulli enumerantur vt Hæretici, can. 1. & 2. & vel in ſecta fide ſuſpecti, can. 3. & Apoſtatæ can. 2. & inceſtuoſi, can. 4. & Conſpiratores, can. 5. & Anathematiſati in ſcriptis can. 6. 7. & qui Epiſcopum ſuum accuſauit, aut ei inſidiatus eſt, can. 8. & qui eum perſequutus eſt, can. 9. & Detractores, can. 10. & Sacrilegi can. 11. Excommunicatio autem differt ab Anathemate in can. 12. quia Excommunicatio a fraterna charitate ſeparat, Anathema ab ipſo Chriſti Corpore, quod eſt Eccleſia, dicto can. 12.

QVÆSTIO V.

Can. 1. 3. 11. AGitur hîc de Teſtibus, de Accuſatoribus, & de Iudicibus. Et 1. Conſanguinei accuſatoris teſtes eſſe non poſſunt aduerſus extraneum, can. 1. & 12. nec familiaris & de domo, dict. can. 1. & 12. & can. 3.

Can. 5. & ſeqq. Accuſatores verò & Teſtes eſſe non poſſunt inimici, aut facile litigantes can. 2. 3. & 4. nec illi omnes poſſunt eſſe Accuſatores Iure Canonico, quos leges ciuiles ad accuſationem non admittunt can. 5. 7. & 8. nec quorum vita eſt accuſabilis, vel quos Diuinæ leges mortuos appellant, can. 6. illi autem ſunt quos non humanis, ſed Diuinis actibus ſcimus eſſe mortuos, vt dicitur in can. 9. quæſt. 4. ſuprà: nec Homicidæ, Malefici, Fures, Sacrilegi, Raptores, Adulteri, Inceſti, Venefici, falſi Teſtes, Sortilegi, Diuinique can. 9. & ſimiles can. 10. 11. & 13. nec Serui, nec Liberti can. 11.

In can. verò vlt. probatur multis exemplis Inimicum etiam non poſſe eſſe Iudicem.

QVÆSTIO VI.

Can. 1. & ſeqq. IBi generaliter cauſa debet agi, vbi crimen admiſſum eſt. can. 1. & vlt. Si quis verò, ſpeciatim Epiſcopus, accuſatus, debet audiri in Prouincia, can. 2. & can. 7. quæſt. 9. quod & dicitur de Clerico in can. 17. Nec vltra ſed intra Prouinciam à Comprouincialibus debet accuſatio audiri, & terminari; can. 4. & 14. Peregrina namque Iudicia prohibentur can. 12. & 13. & Peregrina ſunt Iudicia facta ab Epiſcopis qui non ſunt Prouinciales, dicto can. 12. Quod tamen intelligendum eſt ſine præiudicio Romanæ Eccleſiæ, cui in omnibus cauſis reuerentia & authoritas debetur can. 14. & niſi ad Apoſtolicam Sedem fuerit appellatum, can. 4. nam accuſatus, vel iudicatus à Comprouincialibus, licenter appellare, & adire poteſt Apoſtolicæ Sedis Pontificem, qui aut per ſe, aut per Vicarios ſuos retractari negotium procurare can. 5. quin etiam dudum à ſanctis Apoſtolis, & ſucceſſoribus eorum in antiquis Decretum ſuit inſtitutis, non oportere præter ſententiam Romani Pontificis concilia celebrari, nec Epiſcopum damnari, can. 9. Et quamuis liceat apud Comprouinciales, & Metropolitanos, atque Primates, Epiſcoporum ventilare accuſationes, non tamen licet definire ſine ſanctæ Sedis authoritate: reliquorum vero Clericorum tantùm cauſæ apud Prouinciales, & Metropolitanos ventilari & finiri poſſunt can. 7. 8. & 10. in quo agitur de Epiſcopis Britanniæ, & eorum Metropolitano Turonenſi Epiſcopo; & dicitur nullâ memoriâ conſtare in Britannia eſſe vllam Eccleſiam Metropolitanam; nec eo quod diuiſa ſint Regna, ideo diuiſionem pati debere Eccleſiam. Erſanè diſcutere Epiſcopos, & ſummas Eccleſiaſticorum negotiorum cauſas, Metropolitano vnà cum ſuis Comprouincialibus Epiſcopis omnibus licet; ſed definire has cauſas, vel damnare Epiſcopos abſque S. Sedis authoritate non licet can. 6.

QVÆSTIO VII.

IN hac quæſt. oſtenditur primùm ex Titulo Digeſtorū de Poſtulando, quinā Procuratores, vel patroni cauſarum eſſe poſſint, & deinde agitur de

Iudice, & oſtenditur eum de vita aliorum iodicare rectè poſſe, qui non habet quod in ſe concondemnet: idque probatur ex eo, quod Dominus in Euaogelio *Ioannis* 8. dixerit qui ſine peccato eſt veſtrûm, primus io illam mittat lapidem *can.* 3. *&* 6. & confirmatur *can.* 4. vbi multa dicuntur de officio boni Iudicis.

QVÆSTIO VIII.

EPiſcopus debet iudicari à duodecim Epiſcopis, *can.* 1. *&* 2. *hac quaſt.* 8. *& can.* 10. *quaſt.* 6.

QVÆSTIO IX.

IDem hic quod ſuprà, multis canoaibus probatur, videlicet non oportere quemquam accuſari niſi Præſens ſit, Præſente etiam Accuſatore, & Præſentibus quoque Teſtibus; nec iudicari & condemnari quàm præſentem, niſi contumax fuerit, & nòluerit adeſſe *can.* 10.

QVÆSTIO X.

Can. 1. & ſeqq. FAlſi Accuſatores in vno articulo, ad probandos alios non admittuntur, *can.* 1. Et qui falſa obieciſſe conuicti ſunt, placuit vſque ad exitum non Communicare, *can.* 2. Item ad arguendos Epiſcopos de cætero non admitti in criminalibus; ſed tantum in propriis cauſis *can.* 3.

QVÆSTIO XI.

Can. 1. & ſeqq. ACcuſatus non poteſt alium Accuſare in pari vel minori crimine, priuſquam probauerit ſe eſſe innocentem, *can.* 1. 2. 3. *&* 4.

AD CAVSAM IV.

QVÆSTIO I.

Can. 1. & 2. EXcommunicati, & infames non ſunt admittendi ad Accuſationem *can.* 1. *&* 2. Nec Hæretici, & Schiſmatici, *dicto can.* 2.

QVÆSTIO II. & III.

TOta hæc Quæſtio eſt de Teſtibus idoneis, vel non, *can.* 1. 2. *&* 3. Et notandum ex *can.* 1. ad Teſtimonium, infra annos quatuordecim neminem admitti.

QVÆSTIO IV.

NVllus poteſt eſſe ſimul Iudex & Teſtis quoniam in omni Iudicio quatuor perſonas neceſſe eſt ſemper adeſſe, iudices electos, idoneos Accuſatores, Defenſores congruos, &

A Teſtes legitimos *can.* 1. Et per ſe Accuſatores, per ſe Iudices, per ſe Teſtes, per ſe Accuſati, in ſuo quiſque ordine eſſe debent: Accuſator autem & Accuſatus, non perſonaliter introduci; ſed æquâ ratione audiri debent, *can.* 2.

QVÆSTIO V.

ACcuſatus Epiſcopus apud Primatem, & electorum Iudicum literis euocatus, ſi non venerit intra ſpatium menſis ex ea die qua
B literas accepit, non ideò Communione priuatur; ſed ſi aliquas veras neceſſitatis cauſas probauerit, habebit alium menſem: verùm in eo non communicabit, donec purgetur, nec in ſua Eccleſia, nec in Parochia: ſi autem nec tunc venire voluerit ad Concilium, ipſe in ſe damnationis ſententiam dixiſſe iudicatur, id eſt, ipſo facto erit excommunicatus, *can. unico.*

QVÆSTIO VI.

C FAlſus ſemel conuictus accuſator, non ampliùs accuſare poteſt; nec cauſas criminales vel Eccleſiaſticas aſſerere, niſi proprias tantùm, *can.* 1. 2. 3. *&* 4. *hac quaſt.* 6. *& can.* 3. *Cauſa* 3. *quaſt.* 10.

AD CAVSAM V.

QVÆSTIO I.

SI quis Famoſum Libellum ſcripſerit, & deD tectus ſit, flagellabitur *can.* 1. & Excommunicabitur *can.* 3. Si verò non innotuerit, priuetur Communione corporis & ſanguinis Chriſti *can.* 2. At ſi quis latet, tanti mali conſcius, licet priuatus communicatione Dominica, præſumpſerit tamen communicare corpori Chriſti, anathemate percolſus, à Sanctæ Eccleſiæ corpore ſit diuiſus, *dicto can.* 2. Can. 1. & ſeqq.

QVÆSTIO II.

AGitur hîc de Vocatione ad Synodum, literis, & per ſcripta facienda. *can.* 1. *&* 4. ad quam Vocati canonicè, venire debent *can.* 3. & Can. 1. & ſeqq.
E Syluester *in can.* 2. cenſet vocatos, per ſeptem dies expectandos, nullâ tamen Eccleſiaſticæ illis interim interdictâ licentiâ: quibus elapſis, dandos eis alios ſeptem dies; ſed interdictâ Eccleſiam intrandi, & diuina officia audiendi licentiâ; quibus addantur duo dies, in quibus à pace & Communione Eccleſiæ ſint ſuſpenſi; deinde alij duo dies, in quibus ſub eadem expectatione deportentur, id eſt, vt ait gloſſa, expectentur; vnoque tandem die ſuperaddito, omni expectatione deſperatâ, anathematis gladio feriantur, *dicto can.* 5.

QVÆSTIO III.

IN *can.* 1. *huius quæſt.* 3. Exceptio à ſuperioribus ponitur: dicitur enim, quod ſi ægrotans fuerit Epiſcopus, aut aliqua grauis neceſſitas illum detinuerit, pro ſe Legatum ad Synodum mittat; nec à communione ſuſpendatur, is cui crimen intenditur, niſi ad cauſam ſuam dicendam, Electorum iudicum die ſtatuta literis euocatus, minimè occurrerit; hoc eſt (niſi aliena præoccupauerit neceſſitas) infra duorum menſium, vel trium ſpatium, & eo ampliùs, prout B cauſa dictauerit.

QVÆSTIO IV.

Can. 1. 2. NVllus Epiſcopus, niſi in legitima Synodo, & ſuo tempore Apoſtolicâ authoritate conuocatâ, Accuſatus audiatur, iudicetur, vel damnetur *can.* 1. ſed poteſt Epiſcopus accuſatus, ſi neceſſe fuerit eligere duodecim Iudices, à quibus eius cauſa iuſtè iudicetur; nec priùs audiatur, aut excommunicetur, vel iudicetur, quàm C ipſi per ſe eligantur; finis verò cauſæ ad Sedem Apoſtolicam deferatur, vt ibi terminetur, *canone* 2.

Can. 3. In *can.* vero 3. agitur de moderatione, & diſcretione adhibenda in conuentibus ſynodorum, ne tumultibus perturbentur, aut riſibus, vaniſque fabulis peragantur.

QVÆSTIO V.

Can. 1. & ſeqq. NOn omnis qui Iudicat crimen alicuius, D maleuolus habendus, *can.* 1. nec eſt inimicus exiſtimandus, quia nec omnis qui parcit, amicus eſt, nec omnis qui verberat inimicus *can.* 2. Et pater non oſculatur ſemper filium, ſed aliquando caſtigat *can.* 3. Videndum tamen ne temerè dehoneſtemus amicum, quia ſcriptum eſt, qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana; qui autem fidelis eſt celat amici commiſſum *can.* 5.

QVÆSTIO VI.

E ACcuſator falſus qui non poteſt probare, & per hoc calumniator apparet, eam pœnam ſubit quam Reus, ſi probaſſet, ſuſtineret, *can.* 3. Et quia ibi Subdiaconus accuſauerat falſo Diaconum, cum Subdiaconus non habeat manuum impoſitionem, & non ſolùm Sacerdotio, ſed officio careat, aliter eſt puniendus quàm fuiſſet Diaconus, & tanquam infamis verberibus caſtigatur, *Can.* 4 & 8. Calumniatores excommunicantur & Pœnitentiam agunt arbitrio Sacerdotis *can.* 7. quomodo etiam delator variam agit Pœnitentiam, pro ratione pœnæ, quam ſubiit ab eo delatus: nam ſi quis per delationem fuerit proſcriptus, vel interfectus; placuit non niſi in fine accipere communionem;

A ſi vero lenior pœna fuit, infra quinquennium eam accipit *can.* 6.

Can. 5. Quod verò in canone 5. dicitur ex Decreto Hadriani Papæ Delatori lingua capuletur, aut conuicto caput amputetur; Antonius Auguſtinus *in Capitular. Hadriani cap.* 45. ſed non erat, ait, Hadriani, hoc decernere, & voluit fortaſſe hoc inſerere ex conſtitutionibus Caroli Magni: nam idem habetur. *lib.* 7. *Capitularium cap.* 360. & ita non loquitur ex ſua ſententia, & Collector eſt potiùs quàm Legiſlator horum canonum. Capulare vero linguam, vel capellare, eſt incidere, amputare, euellere: inde capulare mulieri crines, id eſt incidere *in addimento* 1. *legis Burgundionum tit.* 5. *cap.* 1. & Capellare caudam caballo, eſt ſetas trahere, *in legibus Longobardorum lib.* 1. *tit.* 19. *l.* 10. & multis oſtendit Lindebrogius.

AD CAVSAM VI.

QVÆSTIO I.

Can. 1. & ſeqq. GRatianus *in hac quæſt.* 1. multos canones poſuit veluti per ſatyram, & 1. non Accuſari poſſe Sacerdotes niſi ab eis, qui ſine crimine ſunt, ſicut nec ab aliis eliguntur *can.* 1. & ita Infames legibus ſæculi, & omnes, qui propter culpas non poſſunt ad Sacerdotium prouehi, non poſſunt eſſe eorum Accuſatores, *can.* 2. Inter Infames ponuntur, qui, vt ait Apoſtolus, talia agunt, vt Regnum Dei non conſequantur, *can.* 3. 4. 5. & alij, de quibus *in canone* 13. 15. & 17.

Can. 6. & ſeqq. Quarè videndum imprimis an Accuſator ſit Criminoſus *can.* 6. deinde ſciendum, quatenùs fieri poteſt, abſtinendum inferioribus ab Accuſatione Magiſtrorum ſuorum, *can.* 7. & 9. & Deum permittere ſuâ ordinatione vt mali aliquando præſint *can.* 8. ſiue quia non omnia vult punire in hoc mundo, *can.* 7. ſiue etiam quia ex merito plebis nonnunquam Epiſcopi deprauantur, quatenùs procliuiùs cadant qui ſequuntur. Cæteri canones non conueniunt ſupradictis, & diſſident inter ſe.

QVÆSTIO II.

EPiſcopus qui accuſat Clericum, vel Laicum; veniat ad probationem in Synodum *can.* 1. Nec ſufficiet, ſi dicat ſe ſcire illum eſſe conſcium, & probare non poſſit; nec tunc remouebit eum à Communione *can.* 2. & idem eſt ſi Epiſcopus dicat illum ſibi ſoli crimen confeſſum eſſe, & ille neget, non enim credetur *can.* 3.

QVÆSTIO III.

SCiendũ eſt eſſe certas prouincias quæ habẽt decem aut vndecim Ciuitates & vnum Regem, & totidem minores poteſtates; itemque vnum Metropolitanum, & Suffraganeos decem, vel vndecim *can.* 2. Et nemo mittere debet falcem in meſſem alienam, *can.* 1. vnde etiam

Epiſcopus non poteſt renuntiare Sedi, inconſulto ſuo Primate & Papa, *can.* 3. tamen cùm quis Parochianus in alia Parochia deprædationes exercet, ea hac cauſa poteſt ab alieno Epiſcopo excommunicari *can.* 4. *&* 5.

QVÆSTIO IV.

SI quis Epiſcopus in quibuſdam cauſationibus accuſatus, dum iudicatur; Epiſcopi Prouinciæ in diuerſas abierint ſententias; alterius Prouinciæ vicinus Metropolitanus vocabitur cum aliquibus Epiſcopis *can.* 1. *&* 2. Quod ſi idem ſenſerint, firma erit ſententia, nec vlteriùs iudicabitur, *can.* 5. *&* 6. Tamen *ex Concilio Sardicenſi can.* 4. poteſt iterum renouari iudicium, ſi ita iudicauerit Romanus Epiſcopus, ad quem vel ipſi comprouinciales Epiſcopi, vel Vicini ſcribent *can.* 7.

In aliis cauſis, ſi inter Epiſcopos Concilij dubitatio emerſerit, rem etiam in Concilio Metropolitanus cum Epiſcopis iudicabit: quod ſi vtraque pars non acquieſcat, tunc Primas Regionis inter ipſos audiat, nec poſſit contradici *can.* 3. Si Metropolitanus à comprouinciali Epiſcopo in cauſæ propria appellatus, eum audire diſtulerit; in proxima Synodo negotium ſuum exercebit, vbi res iudicabitur *can.* 4.

QVÆSTIO V.

ACcuſatore non probante, Reus abſoluitur; nec ei neceſſitas vlla probationis imponitur, *can.* 1. *&* 2.

AD CAVSAM VII.

QVÆSTIO I.

IN hac *Quæſt.* 1. duo præcipuè tractantur; Primum eſt, an malè affecto & ægroto Epiſcopo viuenti alius poſſit in locum eius ſubrogari: Secundum eſt de iis qui deſerunt Eccleſias ſuas, vel otij cauſa; vel ambitionis, vt ad aliam tranſeant.

Quod attinet ad primam Quæſtionem, certè nuſquam canones præcipiunt, vt pro ægritudine Epiſcopo ſuccedatur *can.* 1. & eſt contra omnem Eccleſiaſticam Regulam *can.* 17. Nam vna Eccleſia debet habere vnum tantùm Epiſcopum, & ſinguli Eccleſiarum Epiſcopi, ſinguli Archipreſbyteri, ſinguli Archidiaconi *can.* 42. nam cùm, vt dicitur *can.* 5. niſi poſt Primum ſecundus eſſe non poſſit; quiſquis poſt vnum, qui ſolus eſſe debet, factus eſt; non iam ſecundus ille, ſed nullus eſt. *dicto can.* 5. Denique quàm ſit inſeperabile Vnitatis Sacramentum, & quàm ſine Spe ſint, & perditionem ſibi maximam de Indignatione Dei acquirant, qui ſchiſma faciunt, & relicto Epiſcopo alium ſibi foris Pſeudo-Epiſcopum conſtituunt, declarat in libris Regum ſcriptura Diuina, vbi à Tribu Iuda, & Benjamin decem Tribus ſciſſæ ſunt, & relicto Rege ſuo, alterum ſibi foris conſtituerunt, &c. *can.* 9. & qui viuentis locum occupat, fur & latro eſt *can.* 10. & adulter *can* 11. Nam ſicut vxori non licet dimittere virum ſuum, vt alteri ſe, eo viuente, ſociet; ita Eccleſiæ non licet dimittere Epiſcopum ſuum, aut ab eo ſe ſegregare, vt alterum, eo viuente, accipiat; ſed aut ipſum habeat, aut innupta maneat, *dicto can.* 11. deinde non eſt addenda flagellatis afflictio *can.* 2. & denique quia viuentem Epiſcopum ab officio ſuo neceſſitas infirmitatis, non crimen abducit *can.* 14. Quod etiam non permittitur, ne per neceſſitatis occaſionem, præſumptionis pullulet ambitio, *can.* 4. & rogatus Gregorius Papa *lib.* 9. *Regiſtri, ep.* 41. *ad Anatolium Conſtantinopolitanum Diaconum*, vt refertur *can.* 1. (vbi nota ſcribi aliquando ad ſolum Diaconum de rebus Eccleſiæ,) rogatus, inquam, vt in Iuſtinianam primam, pro ægritudine capitis quam patiebatur Epiſcopus, præciperet ſuccedi; reſpondit iniuſtum eſſe, vt Epiſcopus pro moleſtia corporis, honore priuetur; nec ab ipſo id fieri poſſe, ne peccatum in ſua anima ex eius diſpoſitione veniat *dicto can.* 1. Tunc ergo, vbi impediente moleſtiâ non poteſt Epiſcopus iniunctam ſibi ſollicitudinem Eccleſiæ habere, vel diſpenſator dandus qui poſſit eius curam omnem agere, & locum illius in Regimine Eccleſiæ (ipſo non depoſito) implere, *can.* 1. ita vt is non ſuccedat in Cathedra Epiſcopo, ſed accedat, vt dicitur de *S.* Auguſtino *in can.* 12. Quod etiam obſeruatur in eo, qui mente captus, nullo tempore ad ſanæ mentis redit officium; cui etiam perſona fidelis eligitur, quæ ad regimen Eccleſiæ idonea poſſit exiſtere, atque de animarum vtilitate cogitare: qui etiam, ſi Epiſcopo ægroto ſuperſtes extiterit, loco eius debet conſecrari *can.* 14. in tantum vt is, qui datur ei adiutor, poſſit Epiſcopus conſecrari, non illius, nec alicuius loci, ſed tantum Pro ægroti perſona, & miniſterio Eccleſiæ, vt factum eſt *in can.* 17. vbi Bonifacio Moguntino petente propter ſenectutem, & corporis imbecillitatem in ea Sede alium collocari, mandauit ei, vt alium pro ſui Perſona ordinet Epiſcopum, qui ſi ſuperſit in die tranſitus ſui, eum Succeſſorem deſignet; eo autem viuente illi tantùm miniſtret, & in Euangelium Chriſti adiutor exiſtat. Cùm verò in eadem Ciuitate permixti ſunt populi Græci cum Latinis, poteſt etiam Epiſcopus V. G. pro Græcis conſtitui, qui ſit Vicarius alterius; ne duo ſint Epiſcopi eiuſdem Ciuitatis, *cap.* 14. *de offic. Ordinarij, ex Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III.* Durante tamen hæreſi Donatiſtarum, duo admiſſi ſunt Epiſcopi in vna Ciuitate *can.* 103. *Synodi Carthaginenſis.*

Poterat verò etiam Preſbyter eligi ad curam Eccleſiaſticam explendam, vt electus eſt Epiſcopus nomine Conſtitutus *in can.* 18. quibus caſibus quamdiu viuet Epiſcopus, ſumptus ei debiti de eadem Eccleſia miniſtrabuntur, *can.* 14. & aliquando nullus, nec Diſpenſator, nec Coadiutor dabatur, ſed Vicinorum vſque ad recipiendam ſanitatem Epiſcoporum auxilia ſubrogabantur *can.* 4. Hoc caſu poterat Succeſſor eligi, cum ipſe Epiſcopus datâ in ſcriptis ſupplicatione petebat vt ad Regimen Eccleſiæ alius Epiſcopus ordinaretur, *can.* 13. & cùm renuntiabat Sedi, ſeu recuſabat, vt eſt in *can.* 14. Nec pariter licet Preſbytero aliqua ægritudinis cauſâ abſenti in ſui Preſbyteratus loco alium conſtituere, *can.* 3.

Et notandum quod dicitur *in can. 15. ex concilio Tolet. 11.* conſtitutum eſſe vt vbi Cleri copia ſuffragatur, Sacrificans habeat adiutorem ſolamnis, vt ſi aliquo caſu ille qui ſacrificat, turbatus mente fuerit: & ad terram eliſus non poſſit implere officium, adiutor ille impleat, *can. 15. & 16.* nec propterea myſterium deſinit eſſe vnum in Chriſto, nihilque contrarium diuerſitas Perſonarum format, *dicta can. 16.*

Quod attinet ad ſecundam Quæſtionem, primùm ponendum eſt, Epiſcopum quemlibet in ſua Eccleſia reſidere debere, quod ſi non fecerit monaſterio deputandus *can.* 20. in tantùm vt relictâ ſuâ Cathedrâ Principali non poſſit ſe conferre ad aliquam Eccleſiam in Diœceſi conſtitu- B tam, & in ea diutiùs quàm oporteat morari: & Clerici etiam ab Eccleſia ſua non poſſunt deeſſe in Natiuitate Chriſti, Epiphania, Paſcha, Pentecoſte; aut triennio communione ſuſpendentur: & Preſbyteri & Diaconi ſi per tres hebdomadas ab Eccleſia ſua deſuerint etiam triennio ſuſpendentur *can.* 29. & multò magis prohibentur recedere à ſua Eccleſia, vt in alia recipiantur, & mancipentur, ſiue ſint Epiſcopi, ſiue Preſbyteri, ſiue Diaconi *can.* 19. *&* 23. & cogendi redire ad ſuam *dict. can.* 19. *&* 23. aut excommunicabuntur *can.* 23. & deponentur *can.* 23. Nec excuſantur Epiſcopi etiamſi à populis eò fuerint attracti *can.* 25. Placuit pariter, vt à nullo Epiſcopo vſurpentur Plebes alienæ *can.* C 23. nec in Diœceſim alienam irruat ad alienos Clericos ordinandos, *can.* 18. nec interceſſor datus Eccleſiæ, eam debet retinere, *can.* 22.

Can. 31. & ſeqq. Porrò qui in minori Ciuitate conſtitutus Epiſcopus ambierit maiorem, & ad eam ſe tranſtulerit, vtrâque carebit *can.* 31. *&* 32. Poſſunt tamen pro vtilitate communi, atque neceſſitate, non propriâ voluntate, fieri mutationes Epiſcoporum, vt exemplis probatur *in can.* 34. Aliud enim eſt morari, & aliud mutare, *can.* 35. & ita poteſt Epiſcopus à minori ad nobiliorem Sedem transferri à Synodo *can.* 3. & Preſbyter ab Epiſcopo *dicta can.* 37. & confirmatur *can.* 39. Item Deſtitutis, & Captiuatis ab hoſte Eccleſiis, Epiſ- D copi eorum poſſunt in alia Sede interim incardinati, vt in ea maneant durante captiuitate, vel ceſſante ad priorem ſuam redeant Eccleſiam, *can.* 42. Nam etiam propter hoſtilem metum poteſt ipſa Eccleſia Cathedralis in locum tutiorem transferri, *can.* 44. Propter quamlibet tamen perſecutionem non licet deſerere Eccleſiam ſuam *can.* 46. 47. 48. *&* 49. & ſi quis omni alteri Eccleſiæ renuntians, Monaſteriorum ſe quieti contradere velit, & vacationem ab Epiſcopatus laboribus eligendo, in ſilentio atque otio vitam agere appetat, *can.* 46

Can. 45. Sed quæritur *in can.* 45. de Epiſcopo, qui ad E Monachorum vitam & Pœnitentiæ locum tranſierit, an poſſit ad Pontificatum poſteà reſurgere; quod ibi negatur: Monachorum enim vita, vt ibi dicitur, ſubiectionis habet votum, & diſcipulatus; non docendi, vel præſidendi, vel paſcendi alios: & Innocentius 3. *in cap.* 11. *de renuntiatione* hoc canone non obſtante, air pluſes eſſe poſſe caſus, quibus aliquis factus ex Epiſcopo Monachus, puta propter perſecutionem, vel inualetudinem, ceſſante perſecutione vel inualetudine, poſſit denuò poſtulari, vt fiat Epiſcopus. Item ſi propter defectum literaturæ, & poſteà literatus euadat; aut ſi cupiditate Parentum acceperit Epiſcopatum, quo comperto eum dimiſerit, & ingreſſus ſit Monaſterium; & reſpondet huic canoni, dicens, intelligendus eſſe eo caſu quo quis propter aliquod crimen, Epiſcopatum deſerens ad vitam Monaſticam pœnitentiæ causâ tranſierit, vel cùm quis depoſitus includitur in Monaſterium: & ita varias quærit cauſas, propter quas canon ille factus ſit; ſed veram omittit, in eo deceptus, aut memoriâ lapſus, quod potuerit hunc canonem eſſe ſumptum ex vno è quatuor conciliis generalibus, nempe ex Conſtantinopolitano primo, quod verum non eſt: nam Canon ille ſumptus eſt quidem ex concilio Conſtantinopolitano, verum non ex illo primo generali Conſtantinopolitano nec ex 2. 3. vel 4. ſed ex concilio à Photio Patriarcha habito ſub Ioanne 8. præſentibus papæ Apocriſariis in Templo Sapientiæ, eius tantum extant canones tres, *apud Balſamonem*, & hic canon eſt eius Synodi ſecundus.

QVÆSTIO II.

IN *hac Quæſt.* 2. de preſbytero, & Epiſcopo caduco morbo, & epileptico laborantibus, agitur. De preſbytero certum erat, & ita iubetur, abſtinere à Miſſarum celebratione; de Epiſcopo incertum, & ideo mandat Papa vt de eo certum habeant documentum. Morbus ille dicitur Epilepticus, quia ἐπίληπτος eſt qui ſtatim capi poteſt: a talis eſt epilepticus: cùm enim laboret morbo caduco, indiget vt cadens capiatur: Vnde apud Suidam ἐπίληπτος eſt etiam ἐπιλήψιμος, qui carpi & reprehendi poteſt. Dicitur etiam morbus caducus ob eandem cauſam, & caduius à cado; & dicitur Sonticus morbus, & ἱερὰ νόσος in gloſſis. Heſychius in voce ἐπιληψία explicat ἱερὰ νόσος & δαιμονισμός, ὀνομαστὸς autem in gloſſis eſt *cauſarius*. Sonticus etiam dicitur *in l.* 113. *de verbor. ſignificat.* & dicitur ſonticus quia nocet, morbus ſonticus eſt qui cuique rei nocet: & *l. vlt. D. de adilitia edicto*. Caduius verò ſeruus dicitur in *formulis, formula* 135.

AD CAVSAM VIII.

QVÆSTIO I.

NEmo ſibi Succeſſorem in Epiſcopatu eligere debet; ſed Epiſcopus eligendus in Synodo *can.* 3. 4. & 5. Nam nec Moyſes filios ſuos Succeſſores reliquit, ſed extraneus de alia Tribu Ieſus electus eſt, *can.* 6. Et idem eſt de aliis minoribus Eccleſiæ dignitatibus, vt non debeant Iure Hæreditario vindicari, *can.* 7. *Can. 3. & ſeqq.*

Item eligi debet cum populi aſſenſu *can.* 5. vt ſciant omnes, quod præſtantior eſt, & habeatur palam teſtimonium de eo bonum. Et Moyſes cum conuocauit Synagogam *can.* 15. *&* 16. vbi dicit Deus ad Moyſem, aſſume ad temetipſum Ieſum filium Naue, qui habet Spiritum Dei in ſemetipſo, & impones manus tuas ſuper eum, & ſtatues eum coram Eleazaro Sacerdote; & ei dato præcepta in conſpectu totius Synogogæ: & paulo poſt, nulla hic populi acclamatio, nulla conſanguinitatis ratio: propinquis agrorum relinquatur hæreditas; gubernatio

populi illi tradatur, quem Deus elegerit. A

Cùm agitur verò da Epiſcopatu, is imprimis non eſt appetendus; quia locus Regiminis, ſicut deſiderantibus negandus eſt, ita fugientibus offerendos; & ſcriptum eſt *ne quiſquam ſibi ſumat honorem, niſi qui vocatur à Deo tanquam Aaron*, *can.* 9. ſed tamen quia aliu locu dicitur, *paſce oues meas*, quid faciemus? imitabimur, Deo iuuante, duos prophetas, quorum vnus dicebat neſcio loqui; alios, ecce ego, mitte me, vt rectiſſimè ſuadet Gregorius *in dict. can.* 9. Sicut toto, inquit, deſiderio debemus occupationem fugere, ita ſi deſit qui prædicet, occupationis onus libenter neceſſe eſt humero ſubire; quod ex duorum prophetarum opere docemur, quorum vnus prædicationis officium vitare conatus eſt, & B alter appetit: nam mittenti ſe Domino Hieremias reſpondit A A A Domine Deus, neſcio loqui, quia puer ego ſum: & alibi cum omnipotens Deus perſonam ad prædicandum quæreret dicens, quem mittam, & quis ibit nobis, vltrò ſe obtulit Eſaias dicens, ecce ego, mitte me. Et ab vtriſque exterius diuerſa vox prodiit, ſed non à diuerſo dilectionis ſonte manauit: duo quippe ſunt præcepta Charitatis, Dei videlicet amor & proximi: per actiuam igitur vitam prodeſſe proximis cupiens Eſaias officium Prædicationis appetit, per contemplatiuam verò Hieremias, amori Conditoris ſui ſedulò inhærere deſiderans, ne mitti ad prædicandum debeat contradicit: C quod ergò laudabiliter vnus appetiit, hoc & laudabiliter alter expauit; iſte ne tacitæ contemplationis Lucra, loquendo perderet, ille ne damna ſtudioſi operis tacendo ſentiret: ſed hoc in vtriſque eſt ſubtiliter intuendum, quia & is qui recuſauit, plenè non reſtitit; & is qui mitti voluit, ante, ſe per altaris calculum purgatum vidit; ne aut non purgatus adire quiſquam ſacra miniſteria audeat; aut quem ſuperna gratia eligit, ſub humilitatis ſpecie ſuperbè contradicat *dict. can.* 9. Quæ duo exempla ſibi propoſuiſſe ſe dicit Gregorius Nazianzenus *oratio. cùm ad Epiſcopatum vocaretur* Et quia gratia maximè in Eccleſiaſticis ordinibus operator, vt dicitur *in can.* 1. *cauſ.* 1. D *quæſt.* 1. idcircò in appetendis dignitatibus nullum deſiderium noſtrum debet inueniri, ſed id totum gratiæ Diuinæ relinquendum eſt & ſeruandum quod ait idem Gregorius Magnus *in moralibus* & refertur *can.* 10. Sciendum, inquit, quòd obedientia aliquando ſi de ſuo aliquid habeat, nulla eſt; aliquando verò, ſi de ſuo aliquid non habuerit, minima: nam cùm huius Mundi Succeſſus præcipitur, cùm locus ſuperior imperatur, is qui ad hæc percipienda obedit, obedientiæ ſibi virtutem euacuat, ſi ad hæc etiam ex proprio deſiderio anhelat; neque enim ſe ſub obedientia dirigit, qui ad accipienda huius vitæ proſpera, libidini propriæ ambitionis ſeruit. Rurſus cum Mundi deſpectus præcipitur, cum probra adipiſci, & contumeliæ iubentur, niſi ex ſeipſo animus hæc appetat, obedientia ſibi meritum minuit; quia ad ea quæ in hac vita deſpecta ſunt, inuitoſque deſcendit: denique ſi quis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus debet deſiderare; quia epiſcopatus nomen eſt operis, non honoris, *can.* 11. & debet Epiſcopus ſuſcitare ſobolem fratri ſuo, id eſt Chriſto, aut diſcalceatus vno pede conſpuetur, *can.* 8. E

QVÆSTIO II.

ELectiones nec pretio, nec patrocinio Potentum fieri debent, *can.* 1. Nec pro commodo aliquorum, ſed pro communi vtilitate, *can.* 2.

QVÆSTIO III.

NEmo vt eligatur debet promittere ſecuritatem, & impunitatem his qui detinent bo- B na Eccleſiæ, *can.* 5. vbi papa miſit Viſitatorem qui intereſſet electioni & Decreto. Poteſt vero poſt electionem iurare Canonicis de bonis Eccleſiæ conſeruandis, dummodo de ea re nulla præceſſerit conuentio. Narbonenſis tamen Epiſcopus ex hac cauſa noluerat conſecrare Artaldum Epiſcopum, vt hîc dicitur Arelatenſem; ſed legendum putamus *Agathenſem* potiùs, obſeruant Romani Correctores Electenſem; nam Arelatenſis Epiſcopus non eſt Suffraganeus Narbonenſis eccleſiæ; vt dicitur hic in contextu *can.* 8.

C

QVÆSTIO IV.

VNus tantùm hic inſeritur canon ſub nomine Symmachi cùm ſit Ennodij. Sicut ſæpe alibi multa citantur ex Ennodio nomine Symmachi papæ, vt *can. concilia*, *diſt.* 12. *can. non nos*, *diſt.* 40. *can. nemo rectè*, *diſt.* 81. & *can. alterum* 9. *quæſt.* 3 Quomodò & citatur *canon, omnes diſt.* 22. nomine Nicolai, cùm ſit Petri Damiani, *can.* 11. *diſt.* 10. nomine Leonis 9. cum ſit Humberti Legati, ex eius reſponſione ad libellum Nicetæ presbyteri, & Monachi aduerſus Latinos, & ad cuius Concilii canonem ſpectet huius noſtri Canonis auctor, docere conantur D Romani Correctores, in quo traditum Clericum accuſatum ſententiam Epiſcopi ſui expectare, non ante diſcedere debere,

QVÆSTIO V.

SI quis accuſatus, vocatus ſit ad Sedem Apoſtolicam vt Iudicium de eo ferat, puta vt eum defendat & tueatur; ſi ſe repræſentauerit, non debet reuerti ad ſuam Sedem niſi literis Apoſtolicis, vel Formatis pleniter inſtructus, atque purgatus; vt poſtquam domum reuerſus fuerit, cognoſcant Vicini ſui qualiter ſuam alio- E rumque cauſam Romæ finierit, quatenus eam abſque ambiguitate vlla nuntiare & prædicare omnibus poſſit, *can. vn. hac quæſt.* 5. illudque etos Epiſcopi intereſt, vt recipiatur ab aliis ad communionem.

Item hoc, intereſt ipſius ſummi Pontificis vt videatur cauſa, propter quam illum abſoluit: nam aliqui criminoſi & excommunicati aliquando Romam fugiebant, vt ibi abſoluerentur.

AD CAVSAM IX.

QVÆSTIO I.

Can. 1. & ſeqq.

IN hac quæſtione oſtenditur 1. ex multorum ſententia nullam eſſe Ordinationem factam ab Excommunicatis. Nam *can.* 1. dicitur Conſecrationema b eis factam, noo poſſe dici Conſecrationem & *can.* 2. reiterari poſſe, ſicut & *can.* 3. & irrita iudicatur *can.* 5. Et idem eſt de Electioue facta ab Hæreticis *can.* 5.

Can. 6. 7.

Verùm dici poteſt, & nos ſupra diximos, ordinationem ita factam, quia fit verbis Chriſti, uou eſſe irritam & nullam, niſi quantum ad ordinum executionem: oam irrita quoque dicitur ordinatio facta ab alieno Epiſcopo *can.* 1. 6. & 7. quæ non eſt irrita niſi qusnium ad exercitium ordinum. Electio verò poteſt declarari irrita, quia non fit verbis efficacibus Chriſti, ſicuti Sacramenta, quorum effectus ab homine ſuſpendi non poteſt.

QVÆSTIO II.

Can. 1. & ſeqq.

QVæritur hic an Epiſcopus poſſit ordinare Clericos Parochiæ ſine literis proprij Epiſcopi; & rectè prohibetur Epiſcopus alienum Parochianum iudicare, aut ordinare; & iudicatio ac ordinatio ciuimodi nulla eſt *can.* 1. quia nullus alterius Iudicis, niſi ſui, ſententiâ tenebitur, aut damnabitur *dicto can.* 1. Nec poteſt illum recipere ad Pœnitentiam *can.* 2. Nec alienas adire Parochias, & in eis aliquid diſponere, *can.* 3. 6. 7. 8. 9. niſi id faciat vocatus, *dicto can.* 5. & rogatus *can.* 6. vel cum voluutate & teſtimonio proprij Epiſcopi, *can.* 7. quia hæc confundunt & permiſcent Eccleſias *can.* 8.

Can. 10.

Sed licet hæc prohibeantur, & illicita ſint atque irrita; tamen non ſunt ita irrita, quin etiam facta, cenſeantur habere ſignaculum ordinationis: & ita in *can.* 10. & *vlt. hac noſtra* 2. *quæſt.* mandat Papa ordinatos ab alieuo Epiſcopo, cum graduum ſuorum houore, ſi aliàs canonicè ordiuati ſint, eſſe recipiendos, dummodo ſint probabilis vitæ; & dicitur ab eodem Papa Sanctum Epiphanium Epiſcopum ex diœceſi S. Ioannis Chryſoſtomi, quoſdam Clericos ordinaſſe, quod Sanctus vir omnino non feciſſet, ſi ei detrimentum fore perpenderet.

Can. 4. 5.

Quin etiam Plebs non licet recipere ad Miſſam alienum Clericum *canone* 4. & 5. niſi in itinere *dicto can.* 5.

QVÆSTIO III.

Can. 1. 2. 4.

IN omni Prouincia eſt Metropolitanus, qui præeſt, & curam & ſollicitudinem totius Prouinciæ ſubit; ſine cuius conſilio nihil poteſt agi ab Epiſcopis, niſi quod ad iura ſuæ Diœceſis pertinet, & Ciuitatis, *can.* 1. & 2. Sed ſicut nihil agere poſſunt Epiſcopi contra Metropolitani conſcientiam, ita nec Metropolitanus ſine cæterorum conſilio quicquam agere poteſt, *dicto can.* 1. & 2. & *can.* 4 5. & 6. Vnuſquiſque tamen Epiſcopus aget quod in ſua diœceſi illi competit, vt eſt ordinare Presbyteros, Diaconos, & cum moderatione iudicare, *can.* 1. & omnia facere, quæ ad propriam Parochiam pertinent *can.* 8. Nam & Metropolitanus etiam poteſt, quæ ad ſuam Parochiam pertinent ordinare ſine conſilio aliorum Epiſcoporum, *can.* 5. 6. & 7. Non poteſt ergo Metropolitanus aliquem de Parochia Epiſcopi excommunicare ſine eius conſilio, vel iudicio, *can.* 7. nec ad ſuum iudicium venire compellere, *can.* 8. nam, vt ibi dicitur, Primates vel Patriarchæ nihil priuilegij habent præ cæteris Epiſcopis, niſi quantùm ſacri canones concedunt, & priſca conſuetudo illis antiquitùs contulit; ita vt ſecundum Nicænas regulas ſua priuilegia ſeruentur Eccleſiis, præter quam ſi Apoſtolica Sedes aliquam Eccleſiam, vel ipſius Rectorem quolibet ſpeciali priuilegio decreuerit honorare, *dicto can.* 8. In quo obſeruandum Metropolitanum Primatem, dici Patriarcham, & habere ius Patriarchatus, ſicut & Metropolitanus dicitur Primas, ſeu Primatus curam ſuſcipere. Notandum etiam in *can.* 2. Parochiam tribui ſuam Epiſcopo, & *can.* 4. 5. 6. & 7. Metropolitanum etiam dici habere ſuam Parochiam. Poteſt tamen Metropolitanus, ſi Epiſcopi, qui ſub eo ſunt, non ſtatuerint œconomos in ſuis Eccleſiis, in eis & in Monaſteriis ſtatuere: quod ius etiam habet Conſtantinopoleos Epiſcopus in Metropolitanos ſuos, vt ſi hi non conſtituerint œconomum in ſua Eccleſia, ipſe authoritate propriâ licentiam habeat præponendi œconomum in eorum Eccleſiis.

Can. 10. & ſeqq.

In *hac* etiam 3. *quæſtione* à *cap.* 10. vſque ad finem agitur de Poteſtate Romanæ Eccleſiæ, ſeu Sedis Apoſtolicæ; cuius authoritate maior non eſt: & dicitur illam cuncta ligare & ſoluere per Mundum, vt pote quæ de omni Eccleſia fas habeat iudicandi, *can.* 17. & 18. & Illa à nemine iudicatur *can.* 13. Quod illi dedit Deus *can.* 10. 14. & 17. Deus enim Sedis Romanæ cauſas ſibi reſeruauit iudicandas, *can.* 14. & 15. Nec æſtimare eat oportet animas inquiſitionis non habere formidinem, quas Deus præ cæteris ſuo reſeruauit examini: imo tunc magis timendum eſt, nam non habet apud Deum Reus de allegationis errore ſubſidium, quando ipſorum factorum vtitur eo Iudice, quo Teſte, *dicto can.* 14. Nec de eius Eccleſiæ iudicio licet aliquid retractare, aut diſſoluere, quod ipſa ligauit *can.* 10. & 16. nec ab illa appellare permiſſum eſt *can.* 17. Ad ipſam vero Eccleſiam Romanam de qualibet parte Mundi appellandum eſt, *can.* 17. Ipſa Excommunicatos atque damnatos poteſtatiuè, authoritate ſuâ, poteſt reſtituere, *can.* 11. & 19. etiam quos Synodus aliqua damnauit; nimirùm pro ſuo Principatu, quem Beatus Petrus Apoſtolus, Domini voce & tenuit ſemper, & tenebit.

In *can.* verò 20. *huius* 3. *quæſtionis* dicitur hanc eſſe huius Sedis prærogatiuam vt poſſit de qualibet Eccleſia Clericum ordinare: & *can.* 21. Eam poſſe quoſlibet Clericos de quacumque Diœceſi, cùm neceſſe fuerit, conuocare ad ſe: idemque etiam tributum eſt Sedi Carthaginenſi & Conſtantinopolitanæ. Balſamo *in Nomo can. Photij tit.* 1. *cap.* 26. Nota quod ex hac Nouella Patriarchæ Conſtantinopolitano, & ei ſoli datum eſt, Clericos ex aliena Prouincia ſuſcipere, etiam ſine ſententia Epiſcopi eorum, habet autem hoc priuilegium etiam Carthaginenſis Epiſcopus, vt ex aliis Eccleſiis ſuſcipiat Clericos,

& in numerum ſuorum Clericorum aſciſcat, & Epiſcopos creet.

AD CAVSAM X.

QVÆSTIO I.

DVo ſunt quæ in *hac quæſt.* delibantur tantùm: nam de illis alio loco plenius agitur. Primum eſt de his quæ obſeruari debent à conditoribus Eccleſiarum; & de Iure quod in eas habet Epiſcopus: Secundum eſt de viſitandis Eccleſiis ab Epiſcopo.

Quoad primum *in can.* 1. Si quis ex Laicis à ſe factam Baſilicam conſecrari deſiderat, nequaquam eam ſub Monaſterij ſpecie, vbi congregatio non colligitur, à diœceſana lege audeat ſegregare: qui canon eſt pars *capitis* 3. *Synodi Herdenſis*, ſicut & *canon*, *cum pro vtilitate*, 16. *quæſt.* 1. Caput illud ita habet: de Monachis verò id obſeruari placuit, quod Synodus Agathenſis vel Aurelianenſis, noſcitur decreuiſſe: hoc tantummodo dicendum, vt pro Eccleſiæ vtilitate, quos Epiſcopus probauerit in Clericatus officio, cum Abbatis voluntate debeant ordinari; ea verò quæ in iure Monaſterij, de facultatibus C offeruntur, in nullo diœceſana lege ab Epiſcopis contingantur: ſin autem ex Laicis quiſquam à ſe factam Baſilicam conſecrari deſiderat, nequaquam eam ſub Monaſterij ſpecie, vbi congregatio nō colligitur, à diœceſana lege audeat ſegregare. In hoc ergo cap. dicitur primùm, vt obſeruetur de Monachis quod Synodus Agathenſis, vel Aurelianenſis decreuit: at *Synodus Agathenſis in can.* 27. decernit Monaſterium nouum niſi Epiſcopo, aut permittente, aut probante, nullus incipere, aut fundare præſumat, &c. & *Aurelianenſis cap.* 8. vt Abbates pro humilitate Religionis in Epiſcoporum poteſtate conſiſtant, &c. *& cap.* 13. *eiuſdem Concilij Aurelianenſis*, dicitur omnes Baſilicæ, quæ per diuerſa loca conſtructæ ſunt vel quotidiè conſtruuntur, placuit ſecundum priorum canonum Regulam, vt in eius Epiſcopi poteſtate, in cuius ſunt poſitæ territorio, conſiſtant. Senſus vero eſt noſtri canonis, vt ſi quis Baſilicam ædificet, & deſideret conſecrari, ne, quod eam non ædificet in Parochiam, in qua fit collectio fidelium; ſed in Monaſterium, in quo nullus eſt conuentus fidelium, ex ea cauſa putet eam ſegregare à diœceſana lege, id eſt ab Epiſcopi diœceſani poteſtate: nam Lex Diœceſana eſt jus diœceſanum; vt lex Metropolitana eſt ius Metropolitanum *in cap. Paſtoralis, de offic. Iudic.* E *ordinar. Extra.* Nec probanda eſt diſtinctio quorumdam ſeparantium Legem Diœceſanam à Lege Iuriſdictionis vt alibi oſtendimus: & noua videtur hæc diſtinctio, etiam Innocentio IV. *in cap. conquerente, de officio Iudicis ordinarii*: eodemque modo ſumendus eſt *canon*, *cum pro vtilitate*, 16. *Quæſt.* 1. Vbi dicitur, ea quæ in Iure Monaſterij de facultatibus offeruntur, in nullo diœceſanâ lege ab Epiſcopis contingantur: ibi enim dicitur tantùm vt ea quæ offeruntur Monaſteriis, non auferantur ab Epiſcopo, ſeu vt Epiſcopus ea relinquat eis; & videtur hic agi non de Oblationibus tantùm quæ fiunt in Altari, ſed de Oblationibus quæ fiunt in Terris,

A quas ideo dicit de facultatibus offerri in Iure Monaſterij: & hæ duæ Oblationum ſpecies diuerſo iure cenſentur in *Synodo Aurelianenſi* 1. *capite* 14. *&* 15. & referuntur *can. antiquos canones*, & *can.* de hiſque Parochiis, *hac noſtra quæſt.* 1. ita vt Oblationum quæ in altario fiunt, vel tertia pars deferatur Epiſcopo, *can. de his. hac quæſt.* 1. vel medietas, *dicto can. antiquos.* Oblationes vero quæ fiunt in terris & vineis, in Epiſcopi poteſtate & commoditate conſiſtant: ita tamen vt ad Eccleſiæ reparationes, & alimonias Sacerdotum, vel pauperum expendantur, *Concil. Aurelianenſi* 3. *cap.* 5. in quo tamen adhibetur diſtin- B ctio inter terras datas Baſilicis Ciuitatum, & datas Baſilicis Pagorum, vt illæ ſint omninò in Epiſcopi arbitrio, in iſtis ſeruetur conſuetudo locorum: ſed in Concilio Carpentoractenſi dicitur collata Parochiis, ſi Eccleſia Ciuitatis non indiget in Parochiis maneat, ſi Epiſcopus eget, quod Parochiis ampliùs quàm ſufficiat fuerit collatum, ad ſe reuocabit: nam cum Epiſcopi præſumerent ſibi debere relinqui omnia collata Eccleſiis; vt ea quæſtio tantùm decideretur Concilium Carpentoractenſe habitum eſt à quindecim Epiſcopis: & Ludouicus Pius *in capitulari Aquiſgranenſi* adhibuit aliam diſtinctionem, & refertur *lib.* 1. *Capitular. cap.* 87. & ſtaC tuit vt quidquid collatum fuerit Eccleſiæ, in ditioribus locis duas partes habeant pauperes, tertia cedat in ſtipendia Clericorum, aut Monachorum; in minoribus locis in partes æquales inter Clerum & pauperes diuidantur. Res verò omnes & facultates Eccleſiaſticæ, Oblationes appellantur, quia Domino offeruntur, & vota ſunt fidelium, pretia peccatorum, atque patrimonia pauperum, *Epiſt. Concilii apud Tuſiacum, ad rerum Eccleſiaſticarum peruaſores*: & cùm offeruntur, dicuntur conſecrari, *in Capitularibus Herardi Turonenſis cap.* 65.

Ergo omnes res Eccleſiæ pertinent ad diſ- *Can.* 1. *& ſeqq.* penſationem Epiſcopi, *can.* 4. *&* 5. *ead. quæſt.* D 1. id eſt cum dotibus, decimis, & omnibus ſuis *can.* 3. Nam bona Eccleſiæ data, & oblata in eius conſecratione, dicuntur dos eius, *in can.* 2. *& in Capitularib. lib.* 6. *cap.* 69. Quæ in quibuſdam aucta erat, *vt in Synodo Colonienſi*, *cap.* 4. neque ex dote Eccleſiæ, id eſt ex vno manſo, & quatuor mancipiis cenſus exigatur: de quo Manſo fit mentio *in Concilio Metenſi*, *cap.* 4. *& in capitular. lib.* 1. *cap.* 91. Et cùm aliqui eorum qui ædificauerant Eccleſias, & dotauerant, cenſerent Dotem non ad Epiſcopi ordinationem, ſed ſuam pertinere, id damnatur *can.* 5. *ead. quæſt.* 1. ex Concilio Toletano 3. *& can.* 6. ex Concilio Toletano 4. *& canone* 13. 14. *&* 15. *hac quæſt.* 1.

Quod attinet ad ſecundam Quæſtionem, *Can.* 4. *& ſeqq.* Epiſcopi tenentur quidem circuire Eccleſias ſuas *can.* 4. *hac noſtra quæſt.* & annuis vicibus viſitare *can.* 10. *&* 11. in quo verbum *interpretatione*, poteſt pertinere vel ad reconciliationem inimicorum: nam apud Aſconium Pædianum, Sequeſtres ſunt apud quos pecunia deponitur; interpretes, per quos inducitur pactio: vt nimirum ſe medium interponat Epiſcopus. Vnde Iſidorus *lib.* 10. *Originum*: Interpretatur, quod inter partes medius ſit duarum linguarum, dum transfert, &c. & Papias: Interpres, mediator, medius expoſitor, pacificator, author concordiæ. Vide Seruium 4. *Æneidos*, ad illud.

Taque harum Interpres curarum, & conſcia Inno. Quod ſi ipſe non poſſit, occupatus, vel morbo detentus, mittat probabiles Presbyteros, vel Diaconos *dicto can.* 11. *Probabiles*, id eſt approbatos, *in Concilio Tolet.* 4 *cap.* 4. Probabilis vita atque doctrina extiterit. Quod ſi Epiſcopus nec per ſe viſitauerit Eccleſias, nec per alium, non habet ius exigendi, vt manſiones quibus in profectione vti debuerat, aliquo pretio rediмant, qui parere debebant; vt definitur *in can.* 9. *ead. quæſt.* 1. & ibi *per Plebes*, intelliguntur Parochiæ, vt in *Concilio Pontigonenſi* dicitur, *cap.* 11. & vt, inquit, Eccleſias Baptiſmales, quas Plebes appellant, ſecundum antiquam conſuetudinem Eccleſiæ, filij inſtaurent. Per *Manſiones* intelligitur ius Manſionis, ſeu receptionis in viſitatione; vnde dicitur hîc manſionem parare, id eſt tectum, & omnia quæ ad victum hominum, & pabulum equorum parabantur Epiſcopo viſitanti Eccleſias. Nam ſicut à ſeruis dominicis, vel colonis parabantur hæc omnia, & inferebantur in Manſiones publicas, vel Regi vel Miſſis dominicis, vel Legatis, *lib.* 1, *Capitular. cap.* 16. & 17. & *l.* 1. *Cod. de annon. & tribut.* nemo poſſeſſorum ad inſtituendas Manſiones, vel conferendas ſpecies longiùs obligetur: & *lib.* 1. *Formular. Marculphi cap.* 3. ita etiam Plebes, ſeu Plebani tenebantur recipere Epiſcopum viſitantem Eccleſias, & Manſionem & paratas præbere. Et ſimilis huic canoni noſtro refer- C tur exactio facta ab Epiſcopo Pictauenſi, ac ſimilis querela ſubditorum; ad quam eorum querelam Burdegalenſis Archiepiſcopus, illum pœnâ ſuſpenſionis mulctauit, & inhibuit ne pecuniarias Procurationes ab Eccleſiis quas non viſitabat, exigeret; vel collectas maiores quàm Prædeceſſores ſui facere conſueuerant, in ſubditis ſibi Eccleſiis exerceret, vt continetur in *Epiſt.* 93. *Innocentij III. lib.* 1. *Regiſtri* 13. ad quam videatur doctiſſimus Boſquetus. Quid debeant Epiſcopi facere in Viſitatione docetur *can.* 10. 11. & 12.

QVÆSTIO II.

Can. 1. 2. 7. 8. ETſi verò res Eccleſiæ, vt dictum eſt *quæſt.* 1. ſint in diſpoſitione Epiſcopi, eæ tamen ipſi ſunt quaſi commendatæ, ita vt neque alienare poſſit, *can.* 1. *hac quæſt.* 2. nec in ſuas voluptates vſurpare, vel propinquis dare, ſed eis participando, in fratrum neceſſitates partiri: quod ſi non fecerit, à Concilio puniendus *can.* 7. & deiiciendus, in eo; & tanquam furti Reus, honore priuandus *can.* 8. Res enim quæ ad Eccleſiæ iura pertinent, tanquam ipſa Eccleſia, intactas conuenit cuſtodire, *can.* 2.

Can. 2. 4. & ſeqq. In hac vero Quæſtione duo modi præſcribuntur, quibus aliquatenus poſſunt res Eccleſiæ alienari: vnus eſt, qui refertur ex Iure Ciuili *in dicto can.* 2. alius ex Iure Canonico, & fit per Precariam. Precariæ fiunt de bonis ab aliquo ceſſis, & Eccleſiæ pleno iure donatis; quæ ipſa Eccleſia veluti precibus donatoris inducta, quaſi Beneficij & Remunerationis cauſâ, iterum danti, vel eius liberis dat poſſidenda, vt fructus ex ea percipiant, adiunctis etiam huic aliis quibuſdam prædiis; ita vt duplo maiorem fructum donator perciperet vſufructuario iure, quam percipiebat ex re donata, quando eius erat Dominus, eoque ſcilicet caſu duplum conſeque- A rur, cum rebus donatis fruebatur: nam ſi non ſolùm proprietatem, ſed etiam poſſeſſionem dimiſiſſet Eccleſiæ, triplum in fructu percipere poterat, vt continetur *in can.* 4. *hac abſtra quæſt.* 2. & in *Synodo Turon.* 3. *can.* 51. & *vlt.* Sed Synodus ex qua ſumptus eſt hic *can.* 2. ſiue ſit Mediomatricenſis, ſiue Belnacenſis, ſtatuit & Imperialis authoritas denuntiauit, non poſſe cogi Eccleſiam facere Precariam de rebus ſibi dicatis, cùm nemo cogatur de proprio in necem ſuam facere Beneficium *dicto can.* 4. At cùm aliqui res Eccleſiæ tenerent, nec poſſet propter bella Rex Pipinus efficere vt reſtituerentur, Precarias fieri ab Epiſcopis exinde petiit, & nonas, & decimas & de vnaquaque Caſata duodecim denarios Eccleſiæ ſolui, vſquedum ipſæ ad Eccleſiam reuenirent, vt refertur *in Epiſt. Synodi apud Cariſiacum, miſſa ad Ludouicum Regem cap.* 7. & *in Synodo Liptinenſi can.* 2. Et cum Monachi S. Dionyſij *in Concilio Vermerienſi* 2 propoſuiſſent ſe velle ex præcepto Ludouici Regis Monaſterium Lebraha, quod Iuris erat S. Dionyſij, in Precariam dare Inclyto Conrado, ſed non auſos id facere ſine conſultu Epiſcopi, Archiepiſcopi, imò ſacræ Synodi, Patres Concilij prohibuerunt: & prohibitionem etiam Caroli Calui Regis obtinuerunt: & diſtinguuntur ibi Precariæ à Beneficio, licet dicantur Beneficium *in dicto* 4. *can.* quia generaliter ſunt Beneficium: nam propriè Beneficium ad feuda pertinet. Precariæ verò non de- C bent fieri irrationabiliter, & ita factæ, à Succeſſore Epiſcopi, qui has fecit, fiunt irritæ *can.* 6. *ead. quæſt.* 2. quomodo etiam malo ingenio, & mendacio factæ, reſcinduntur *in Concil. Remenſi* 2. *can.* 36. & 37. Item Precariæ fieri non poſſunt Sede vacante, ex *Concilio Meldenſi cap.* 51. & factæ reſcinduntur.

Precariæ verò de Quinquennio in Quinquennium renouari debét *dicto can.* 4. *hac quæſt.* 2. & *cap.* 22. *Synodi Meldenſis*, & *can.* 5. *ead. quæſt.* 2. Quod fit ſecundum antiquam conſuetudinem, *dicto can.* 5. & ne diuturnitate temporis ab aliquibus in ius proprium res vſurpentur Eccleſiæ, D *can.* 1. *Synodi Remenſis.* Et ideò *in Concilio Agathenſi can.* 59. dicitur Epiſcopos prolixas adminiſtrationes, aut Precatorias facere non debere, ne diu retentæ in ius proprietatis tranſcribantur. Non erat tamen aliquando renouanda Precaria de quinquennio in quinquennium, ſi expreſſum eſſet in Precaria, quod prima Precaria omni tempore obtineret firmitatem; & ſic eſſet ſtipulatione firmatum; vt eſt *in Formulis Bignonij cap.* 41.

Mirum videri poteſt quod ſtatuitur in *Synodo Liptinenſi* propter imminentia bella, pecunia commodatur in Precariam, *can.* 2. niſi pecunia ibi ſumatur pro re, vt quædam verba ſonant.

E Precariæ dicebantur olim Precatoriæ *in Synodo Agathenſi cap.* 59. *Epaonenſi cap.* 18. & *Remenſi cap.* 1. Ex quo apparet ſans antiquas fuiſſe Precarias: nam Agathenſe Concilium habitum anno 506. & Epaonenſe anno 517. Vnde male Cironius *in Paratitulo de Precariis* dicit: Precarias non multum antiquas eſſe conſtat, cùm mentio nulla earum reperiatur ante Concilium Belnacenſe, cui Ludouicus Imperator interfuit *cap.* 13. Nam hæc duo Concilia Agathenſe, & Epaonenſe, in quibus fit earum mentio, tribus ſæculis fuerant ante Beluacenſe, ſeu potiùs Meldenſe, vt alij legunt, nec enim in Bellouacenſi agitur vnquam de Precariis.

Porrò cum temporibus Caroli Magni, multi filii, aut fratres, aut nepotes quererentur de Patre ſuo, vel fratre, vel auo, ob frequentes, & immenſas donationes eorum, ſactas Eccleſiis; & Carolus magnus admonuiſſet de ea re Epiſcopos, & concilium Turonenſe 3. iuſſiſſet celebrari: re diligẽter ibi tractata nullus inuentus eſt, qui de eo conquereretur, & compertum nullum fuiſſe tunc qui res ſuas daret Eccleſiis. qui non de rebus Eccleſiaſticis, aut tantùm quantùm donauerat, aut duplum, aut triplum vſufructuariò acciperet, per totam vitam; & mortuo etiam donatore eius liberi: & tandem Epiſcopis viſum eſt prædictis donatorum hæredibus hanc dare optionem, vt ſi voluiſſent traditiones parentum ſuorum conſequi, de qua illi erant per legem excluſi, Rectoribus Eccleſiarum ſe commendarent, & hæreditatem illam in Beneficium, vnde ſe adiuuare ac ſuſtentare poſſent, acciperent, & ab illis etiam Regi dictum ſe paratos eſſe ad agendum quidquid ipſi placuiſſet.

Precaria ſtatim fieri poterat poſt donationem, vt apparet *ex Formulis Bignonii cap.* 40. *&* 41 & Precario quis promittebat quòd in poſterum non haberet poteſtatem alienandi aliquid *dict. cap.* 41. eique dabatur ab Eccleſia Præſtaria, quæ non eſt idem cum precaria, vt apparet *ex cap.* 42. & dicitur præſtaria quia Eccleſia rem ſibi donatam, quodammodo præſtabat, id eſt commodabat, & proprietatem retinebat, vt fit in commodato: & ita Marculphus *lib.* 2. *formularum* dixit, Præſtas equorum. Huic rei exponendæ mirè conuenit locus Saluiani *lib.* 1. *ad Eccleſiam Catholicam*: iſque immemor illius à quo fructum rerum conſequutus eſt, auertere ab eo ipſo proprietatem præſtitæ rei atque alienare conetur: ibi enim agitur de fructu præſtito retentâ proprietate, vt fit in Præſtaria.

QVÆSTIO III.

Can. 1. 8. 10. IN *hac quæſt.* 3. agitur præcipuè de Cathedratico, id eſt honore Cathedræ, qui duobus ſolidis æſtimabatur; & de Viſitatione Epiſcopali. Et definitur vt nullus Epiſcopus per ſuas Diœceſes ambulans, præter honorem Cathedræ ſuæ, id eſt duos ſolidos, aliquid per Eccleſias tollat *can.* 1. 8. *&* 10. & Cathedraticum non ampliùs exigendum. quàm quod vetuſti moris eſſe conſtiterit *can.* 5. Monaſteria eximuntur dicto *can.* 8. Et hoc datur in pecunia: nam in Viſitatione etiam Epiſcopi ſuſcipi debebant ſecundum mediocritatem cuiuſque loci, & præparari eis oportebat conuiuia ſuſceptionis, non enormia prandia *can. vlt. ead. quæſt.* 3. Nec Epiſcopus cùm Diœceſim viſitat onerolus eſſe debet, nec vnquam quinquagenarium numerum euectionis excedere, nec ampliùs quam vna die per vnamquamque Baſilicam remorari, *can.* 8. qui canon eſt ex *Synodo Toletana* 7. in qua hoc definitur contra quoſdam Epiſcopos Galliæ: nam eo tempore, vt obſeruant Romani Correctores, Narbonenſis prouinciæ Epiſcopi veniebant ad Synodos Toletanas, vt apparet ex ſubſcriptionibus Conciliorum Toletanorum, vt concilii Toletani 3. 4. & 6. Quod in *dict. can.* 8. quinquagenarius poteſt eſſe numerus euectionis, hoc ſequitur Innocentius 3. *cap. cùm Apoſtolus, extra. de cenſibus*. Et putamus hoc primum conceſſum propter tempora periculoſa, nam etiam propterea cùm Synodus fieri deberet bis in anno; permiſſum poſteà vt fieret tantùm ſemel.

Nullam ergo Tyrannidem exerceant Epiſcopi in Eccleſiis Viſitandis, ſed cùm Charitate procedant, non cùm quadam iudiciaria Inuectione *can.* 7. Nam vt ſuprà diximus, populi tenebantur miſſis à Rege præbere manſiones, paratas facere, & ad ſubjectionem eorum veredos donare, cùm veniebant ad cauſas audiendas. Aimonius *lib.* 5. *cap.* 17. & Ludouicus Imperator *in precepto remiſſionis quod fecit Hiſpanis*. Neque tamen angariis debent eſſe moleſti exigendis, *dict. can.* 7. & poſſunt de eo queri plebes apud Metropolitanum. Quid ſint Angariæ docet Briſſonius *de verbor. ſignification.* Peragrantur verò Parochiæ ab Epiſcopo, quæ dicuntur Diœceſes *can.* 10. *quæſt.* 1. *& can.* 9. *hac quæſt.* 3. ad honores confirmandos, *can.* 7. *&* 9. ad inquirendum de rebus emendatione dignis, ad Verbi prædicationem *dict. can.* 7. Et non debet Epiſcopus imponere numerum certum Baptiſmorum in viſitandis Eccleſiis; ne vllus repellatur à regeneratione *can.* 5. Nec vni Presbytero plures Eccleſiæ debent committi: nam ſi Eccleſia habet decem mancipia, ſuprà ſe etiam debet habere vnum Sacerdotem; quæ verò minùs decem habuerit, aliis debet iungi eccleſiis *can.* 3. *ead. quæſt.* 3. & interrogatus Innocentius 3. *epiſt.* 16. *lib.* 1. *Regiſtri* 13. *Atheranenſi Archiepiſcopo*, vt in eius villis, vbi duodecim Latini abundanter certas haberent manſiones & mancipia, proprios Sacerdotes inſtitueret; mancipia hic accipit doctiſſimus Boſquetus pro prædiis, quibus mancipia ſunt addicta; & quorum partes, & membra ſunt, vt ait Iulianus Anteceſſor *in Nouel.* 7. *cap.* 36. Et mancipia ita accipiuntur in *can.* 25. 12. *quæſt.* 3. vbi dicuntur vendita, aut donata,

Debetur porrò & Epiſcopis viſitantibus Eccleſias Tertia pars oblationum ex antiquis canonibus *can.* 1. 2. *&* 3. *ead. quæſt.* 3. Sed tamen ea non eſt eis tribuenda, & ſeruanda pro luminaribus & reparatione Eccleſiæ, *dict. can.* 1. *&* 2. quod ſi velit eam exigere Epiſcopus, ipſe tenebitur reparare Eccleſias, ſin contrà eam ceſſerit, non tenebitur, *dicto can.* 3. Quin etiam, ſi Eccleſiæ non indigent reparatione, tertia illa ad eum pertinebit, *dict. can.* 3. Can. 25. 9. 23. Can. 1. & ſeqq.

AD CAVSAM XI.

QVÆSTIO I.

AGitur In hac quæſtione 1. de Foro & Iudicibus competentibus Clericorum: & quidem generaliter Clerici ne in foro ſæculari conuenirentur aut iudicarentur, ſemper ſtatuit Eccleſia: & ſi quæ cauſæ & contentiones inter Clericos, vel inter laïcos & Clericos, tam ſuperioris quam inferioris ordinis, eſſent exortæ, vt ab Epiſcopis Prouinciæ iudicentur *can.* 26. *hac quæſt.* 1. & neque Epiſcopus pro Ciuili, neque pro Criminali cauſa apud Iudicem Ciuilem, vel Militarem producatur; *can.* 8 & ſi qui ex fratribus negotia habent inter ſe, apud cognitores ſæculi non iudicentur; ſed apud Presbyteros Eccleſiæ, *can.* 32. & nullus Clericus, Diaconus, Can. 6. & ſeq.

vel

A vel Preſbyter propter quamlibet cauſam debet ingredi Curiam *can.* 33. Quod ſi Clerici Conclericos relicto ſuo Pontifice ad Iudicia publica pertrahunt, & cauſam ſuam perdent & à communione fient alieni *can.* 42. *&* 43. Et ita nullus Clericus alium Clericum accuſare poteſt apud Iudicem ſæcularem *can.* 6. nec petere Iudicem ſæcularem à Principe *can.* 11. Hoc tamen temperamentum additum, vt id non fieret ſine licentia ſui Epiſcopi *can.* 2. *&* 3. *hac quæſt.* 1. & ex *Leone* 1. *Ep.* 94. & *Concilio Epaonenſi*, *cap.* 11. *&* *Arelatenſi* 3. *cap.* 31. ſiue Clerici eſſent Rei, ſiue Actores, *Demandeurs ou Deffendeurs*. Et *in dicto can.* 2. iuniores Eccleſiæ, B ſunt Clerici in minoribus ordinibus conſtituti, qui foro Clericorum famulantur *dicto can.* 2. & tanquam Eccleſiæ deputati, alebantur in Conclaui atrij Eccleſiæ, 12. *Quæſt.* 1. *can.* 1. Et vocantur Clerici *in Concilio apud Valent. cap.* 11. Preſbyteri qui diœceſanas regunt Eccleſias, non à quibuſlibet Epiſcopis, ſed à ſuo, nec per iuniorem Clericum, ſed per ſeipſos, aut per illum qui ſit ordinis eiuſdem. De illis iunioribus fit mentio *lib.* 5. *Capitular. cap.* 121. & *lib.* 6. *cap.* 354. Et videntur habuiſſe officia, vel Beneficia, quæ dicuntur ab Iuone Carnotenſi *innuratus*.

Can. 15. & ſeqq. Clerici qui pulſant Laïcum, & contra, debent ſequi forum Rei *can.* 15. *&* 16. *hac Quæſt.* C 1. Clericus verò conuentus apud Iudicem Sæcularem, non debet apud eum reſpondere, niſi id permittat Epiſcopus *can.* 17. Et quod canonibus ſuis conſtituerunt Pontifices, effecerunt etiam, vt principes id legibus ſuis ſancirent: Conſtantinus enim conſtituit, vt in omnibus litibus iudicium Epiſcoporũ poſſet eligi, *can.* 35. *&* 36. idemque vt conſtitueretur à Carolo Magno obtinuerunt in Gallia Epiſcopi, *can.* 37. ſed vt diximus *in tit. de Officio Iudicis Ordinarij*, derogatum eſt ſtatim legi Conſtantini à Valentiniano: nec in Gallia Pontifices vſi ſunt pacificè Iure conceſſo à Carolo Magno: & Iu- D ſtinianus etiam poſt Conſtantinum diſtinxit inter crimina Eccleſiaſtica, & non Eccleſiaſtica, *can.* 45. *hac quæſt.* 1. Et ſunt etiam alia quædam negotia quorum cognitio ſemper, & inter omnes, pendet à Iudice ſæculari, vt ſunt de feudis ſæcularibus controuerſiæ, Iuo Carnotenſis *Epiſt.* 168. & cauſæ de poſſeſſione.

QVÆSTIO II.

HÆc Secunda Quæſtio nullus canones habet. E

QVÆSTIO III.

Can. 1. & ſeqq. AGitur hîc præcipuè de Sententia Excommunicationis, & dicitur 1. ſententiam illam ſiue iuſta ſit, ſiue iniuſta, timendam eſſe *can.* 1. Excommunicatus verò non debet ab aliis recipi, niſi à proprio Epiſcopo fuerit receptus, aut veniens ad Synodum in ea recipiatur, *can.* 2. Habent tamen Excommunicati poteſtatem interpellandi finitimos Epiſcopos, vt eorum cauſa audiatur *can.* 4. 5. 8. 30. *&* 34. *hac quæſt.* 3. Interim tamen nemo communicabit excom-

A municato *dicto can.* 4. 16. *&* 17. aut ipſe contrahet cum eo excommunicationis pœnam, *dicto can.* 16. 17. & 18. Et ideo curæ eſt Epiſcopis nomina excommunicatorum tam Epiſcopis vicinis, quàm ſuis Parochianis indicare, & in celebri loco poſita præ foribus Eccleſiæ inculcare, *can.* 20. Nec eſt communicandum ei in oratione, cibo, potu, aut oſculo, aut dicendo Aue *dicto can.* 17. aut ſermone, *can.* 16. & potiùs cum pagano comedere licet, quàm cum excommunicato, *can.* 24. Nec oportet accedere ad domum Excommunicati, *can.* 26. Imò nec licet iis communicare, qui excommunicatis communicant *can.* 25.

B Tamen excuſantur aliqui quando neceſſitate, vel ignorantiâ communicant excommunicatis *can.* 102. 103. 104. *&* 105. & ſimiliter diſtinguitur inter eos, qui ſponte communicant eis, & qui neceſſitate *can. vlt. hac quæſt.* 3. Multò verò minùs oportet conſentire Excommunicatis *can.* 10. Can. 102. & ſeqq.

Non eſt vero quis excommunicandus ab Epiſcopo, niſi pro manifeſto peccato, *can.* 41. non pro leuibus cauſis, *can.* 42. Et tria Crimina ponuntur, propter quæ poteſt quis excommunicari *can.* 43. Et in *can.* 41. dicitur, vt quis non anathematiſetur ab Epiſcopo ſine con- C ſcientia Archiepiſcopi, & pro mortali peccato: & forma excommunicandi traditur in *can.* 106. Reconciliationis *can.* 108. Can. 41. & ſeqq.

Excommunicatio autem eſt maior vel minor: Maior, cum quis authoritate Dei, & iudicio Sancti Spiritus à gremio Sanctæ Matris Eccleſiæ, & à conſortio totius Chriſtianitatis eliminatur, qualis eſt illa de qua *can.* 3. & Dæmonum rabido ore diſcerpitur eiectus ab Eccleſia, *can.* & Excommunicatus traditur Satanæ, *can.* 32. Can. 5. 14. 32.

Nihil ergo ſic reformidare debet Chriſtianus, quàm ſeparari à corpore Chriſti *can.* 33. vnde D licet irrita ſit iniuſta excommunicatio, *can.* 35. & non liget inſontes, *can.* 44. nec petenda dicatur ſolutio iniquæ ſententiæ, *can.* 46. & iniuſta vincula diſrumpat iuſtitia, *can.* 48. nec noceat iniuſta ſententia ei, quem conſcientia non accuſat, *can.* 49. 50. 51. *&* 52. & quem Deus iuſtificat, *can.* 53. Tamen timenda eſt ſententia, *can.* 27. *&* 31. & recurrendum ad ſolutionem, atque intra annum aſſerenda eſt innocentia, *can.* 36. *&* 37. Sententia namque reum non fecit, qui innocens eſt, *can.* 44. ſicut nec ſoluitur apud Deum, qui malè ſoluitur, *can.* 45. ac tunc vera eſt abſolutio præſidentis, cum interni ſequitur arbitrium Iudicis, & ſoluit viuentem, non mortuum, vt Apoſtoli Lazarum, E *can.* 62. illum enim Deus protegit, *can.* 47. & iuſtificat *can.* 53. alia enim eſt Sella terrena, aliud Tribunal cœlorum, *dicto can.* 53. Et ita in *can.* 21. Hieronymus ait, duobus modis aliquem tradi Satanæ, vel per Epiſcopos, cum peccatum eſt manifeſtum; vel per Deum ipſum, cum eſt occultum. In his ergo ſemper ad conſcientiam eſt recurrendum; ea enim ſola ligat, ſoluit, iudicat, hæc ſola cuſtodia, non hominum linguæ *can.* 55. quamquam conſcientia nobis, & fama proximis eſt neceſſaria *can.* 56. Cæterum caueant ſibi Iudices, qui ſine cauſa excommunicant; nam abominabilis eſt apud Deũ, ſi quis dixerit iuſtum miniſtrum iniuſtũ, & ſanctũ non ſanctum, *can.* 57. & Chriſtum vio- Can. 35. 44. &c.

lar, cuius omnes membra ſumus, *dicto can.* 57. & æternum væ maledictionis inueniet, *can.* 59. & ſe poteſtate ligandi aut ſoluendi priuat, qui hac poteſtate pro voluntate ſua, oon pro moribus ſubiectorum vtitur; & certè in hoc iudicio abeſſe debent odium & gratia, *can.* 61. & accepoo pecuniæ, ſeu remuneratio, *can.* 66. Nec enim iuſtum Iudicium vendi debet *can.* 71. citoque violatur auro iuſtitia, nullamque reus pertimeſcit culpam, quam redimere nummis exiſtimat, *can.* 72, totumque hic ratio agere debet, non ira, nec furor *can.* 67. 68. 69. & 70. Item nemo iudicandus eſt ante diſcuſſas criminis cauſas, *can.* 76. nec in re dubia, certa ferenda ſententia, *can.* 74.

Can 7. 8, &c. Sunt & aliæ res in Iudicio conſiderandæ & vitandæ, quibus peruertitur Iudicium, vt eſt conſanguinitas, amicitia, metus poteſtatis *can.* 70. & 80. Quatuor enim modis dicitur peruerti Iudicium humanum, timore, cupiditate, odio & amore, *can.* 78. Et hoc certum eſt, quod qui aliquem anathematiſat, ſibi nocet, non ei qui patitur iniuriam, *can.* 87. & contrà, qui iniuſtè maledicitur, præmium meretur, *can.* 90.

Can 5. 6. 7. Deinde excommunicati nihil de miniſterio ſacro contingere debent; quod ſi præſumpſerint, erunt ſine ſpe reconciliationis *can.* 6. & 7. & ſunt excommunicati ipſo iure *can.* 1.

AD CAVSAM XII.

QVÆSTIO I.

Can. 7. CVm duo ſint genera Chriſtianorum, & alij ſint Clerici Deo deuoti, & conuerſi; alij vero Laici: illi Deo mancipati, victu & veſtitu contenti, nihil proprium habentes, ſed omnia communia: Laici verò poſſident temporalia, ſed non oiſi ad vſum, *can.* 7. *hac quæſt.* 1.

Can. 6. Et Clerici, quia ſunt pars & Sors Dei, nihil debent curare niſi Deum, *can.* 6. Nam & Deus etiam non vult fieri para eorum, ſi ipſi in partem vocent aurum, argentum, & poſſeſſiones, *can.* 5. Idcirco ab ioitio naſcentis Eccleſiæ oullus aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant Chriſtianis omnibus omnia communia, *can.* 8. 9. & 14. Quo tempore Clerici io ordinatione ſua vouebant ſe nihil proprium habere velle, *dicto can.* 9. & *can.* 11 ad quod votum ſeruandum eos hortatur Vrbanus *dicto can.* 9. & S. Auguſtinus in *can.* 18. ſtatuiſſe ſe dicit, nullum ordinare Clericum, niſi qui cum illo vellet manere; aut ſi recederet à propoſito, illi tollere Clericatum: illi, inquam, qui in communi viuere nollet, eumque de tabula Clericorum delere, *can.* 10. & 18. Is tamen mutauit conſilium, & proteſtatus eſt ſe nulli nolenti viuere in communi, velle tollere Clericatum *dicto can.* 18.

Can. 1. Quæ communitas exigebat, vt iuxta Eccleſiam clauſtra conſtituerentur, io quibus Clerici in vno refectorio viuerent, & ſe exercerent. Et conſtitutum etiam eſt, vt qui in Clero impuberes, aut adoleſcentes exiſtebant, omnes in vno conclaui atrij commanarent, & commendarentur probatiſſimo Seniori *can.* 1. Et olim Chri-

A ſtiani Clerici & fideles vendebant poſſeſſiones, & agros: ſed videntes tandem poſſe plus vtilitatis conferre, ſi ſeruarentur, & communem vitam ex ſumptibus ducerent, non amplius vendiderunt: vnde plurimum creuerunt res Eccleſiæ, *can.* 16. ex illis verò rebus, Epiſcopi & fideles diſpenſatores eorum, vitam communem degentibus neceſſaria miniſtrabant, vt nullus egeret, *dicto can.* 16. Nam Epiſcopus omnium rerum Eccleſiaſticarum poteſtatem habebat ad diſpenſandum erga omnes qui indigebant, *can.* 23. & 24. ſed diſpenſari debent per Presbyteros & Diaconos, cum timore Dei, non per domeſticos, aut propinquos, *dicto can.* 23. & 24. nec

B in vſus proprios debent ab eo conuerti, *can.* 23. & 27. in quo Plebes ſubiectæ, ſunt Parochiæ Ruſticæ ſubiectæ Epiſcopo, vt diximus ſupra.

Denique res Eccleſiæ non quaſi propriæ, ſed vt communes & Deo oblatæ diſpenſandæ *can.* 26. Vnde manifeſta eſſe debent quæ propria ſunt Epiſcopi, & quæ ſunt Domini & Eccleſiæ, *can.* 20. & 21. vt poſſit ſua relinquere hæredibus ſi voluerit, & quæ ſunt Eccleſiæ in ſuo iure ſeruare, *can.* 19. 20. & 21. Si tamen habeant Epiſcopi propria, *dicto can.* 21. nam Epiſcopi aliquando res proprias contemnebant, iis dimiſſis, aut venditis aut datis pauperibus, & rebus communibus Eccleſiæ viuebant, eaſque diſ- Can. 2.

C penſabant, vt fecit Paulinus, & Hilarius *in can.* 13. aliquando ita infirmi erant, vt poſſeſſionibus quidem ſuis non renuntiarent, ſed ea quæ ab Eccleſia erant accepturi, diſpenſatori relinquerent, & de ſuo viuerent, eo contenti, & non acciperent ab ea, ſuo labori vel ordini debita, *can.* 25. Quod ſane laudatur à S. Auguſtino *in can.* 28. ſi priuatum, inquit, id eſt proprium poſſidemus quod nobis ſufficiat, non illa noſtra ſunt, ſed pauperum, quorum procurationem quodammodo gerimus, *dicto can.* 18. & *vlt.* Eccleſia vero poteſt habere bona, & Chriſtus habuit loculos, & furem paſſus, vt nunc

D fures patitur Eccleſia, *can.* 12. Et tunc primum Eccleſiaſticæ pecuniæ forma inſtituta eſt: nec id pugnat cum præcepto, quo dicitur non cogitandum eſſe de craſtino: hoc enim non ideo dictum, vt nihil pecuniæ ſeruetur à Sanctis, ſed ne Deo pro pecunia ſeruiatur, & propter inopiæ timorem iuſtitia deſeratur.

QVÆSTIO II.

HÆc *Quæſtio* celeberrima eſt, in qua agitur *de rebus Eccleſiæ non alienandis*, nec diripiendis, nec in vſus alios conuertendis ab

E Epiſcopo, Presbyteris, aut Clericis: & definitum eſt *in Synodo 8. generali can.* 15. & refertur *can.* 13. *hac quæſt.* 2. neminem Epiſcopum vendere vel alienare poſſe Cimelia, & vaſa ſacra, niſi pro redemptione captiuorũ: ſed nec tradere ſalaria Eccleſiarũ in emphyteuſim, vel venũdare poſſeſſiones: & ita ſalaria ibidẽ dicuntur Salaria loca, de quibus etiam fit mentio *in can.* 18. & 19. *hac quæſt.* 2. Dictus *canon* 13. ſumptus eſt, vt diximus, ex *Synodo* 8. *can.* 15. Sed hic canon 15. non reperitur in Græca Synodo, in qua ſunt tantum 14. canones, & extat tantùm in Latina Anaſtaſii Bibliothecarii: & ita non poſſumus ex

hoc concilio videre quid in Græca contineatur, quod *Salaria* Latinè reddiderit Anaſtaſius. Verum id poſſumus cognoſcere ex *can.* 21. *Synodi 7. generalis* ea quo ſumptus eſt *can.* 19. *hac noſtra quæſt.* 2. ibi enim *αὐτίργια* dicuntur ea quæ Anaſtaſius vertit ſalaria; & rectè, quia, vt ait Zonaras *in dict. can.* 12. *αὐτίργια* hoc loco quæcumque fructum ex ſe ferre queunt *τῶν ἐκκλησιῶν*: & Balſamo etiam dicit *αὐτίργια* eſſe, quæ ex rebus ipſis, tanquam à domo fructus præbent, vt ſunt ſalinæ, vinea, prata, molendina in aquis ſita, figulinæ, & eiuſmodi, item prędia quæ ſunt boni reditus. Salaria apud papiam ſunt diaria, quotidiana cibaria, & rectè, vt poſteà oſtendemus. & Gloſſæ Veteres *Salaria ἰδιώτου, παροχή*. Opſonium verò eſt opſonium diarium in alijs gloſſis; & *παροχή* præbitio, præſtatio. Diarium verò eſt cibus quotidianus. Vnde apud Petronium: ecce trea anſeres ſacri, qui vt puto, medio die ſolebant ab anu diaria exigere. Hoc etiam dicebant demenſum, quod metiendo daretur, licet de ea re dubitet Donatus *in Phormio, act.* 1. *ſcena* 1. ad hæc verba, *de Demenſo ſuo*: ſerui, inquit, quaternos modios frumenti accipiebant in menſem, & id demenſum dicebatur, & vtrum vel à menſe, vel à metiendo incertum eſt. Et videtur dictum à metiendo; nam in gloſſis *σιτομέτριον*, eſt cibarium, diarium, & demenſum; *σιτομέτρημα*. Illa verò vel à die dicuntur diaria, vel à menſe *ἐμμηνια*, cibaria in gloſſis. Et ſalaria ſunt ſpecies quæ dantur; Trebellius Pollio *in Claudio*. Huic ſalarium de noſtro priuato ærario dabis, annuos frumenti modios tria millia, hordei ſex millia, laridi libras duo millia, vini veteris ſextarios tria millia quingentos, olei boni ſextarios centum quinquaginta, fœni, paleæ, aceti, oleris, herbarum quantum ſatis erit; pellium, &c. argenti in opere, pondo quinquaginta, Philippeos noſtri vultos annuos centum quinquaginta &c. & Vopiſcus *in Probo*, huic dari jubebis aureos Antonianos centum, argenteos Aurelianos mille, æreos Philippeos decem millia: item in ſalario diurno bubulæ pondo, porcinæ pondo ſex, capprinæ pondo decem, gallinaceum per biduum, olei per biduum vnum ſextarium, vini veteris diurnos ſextarios decem, cum larido bubulino, ſalis, olerum, lignorum, quantum ſatis eſt. Per ſalaria verò hîc intelliguntur ipſa loca, ex quibus hæ ſpecies percipiuntur, quæ etiam appellantur ſalaria; & ſalaria loca vocat ipſe *canon* 13. *hac noſtra quæſt.* Et dicuntur ſalaria locis ſanctis oblata, *can.* 18 & ſalaria Epiſcopi, vel Monaſterii *can.* 19. id eſt prædia dicata Eccleſiis Epiſcopalibus, vel Monaſteriis, ex quibus ſalaria id eſt obſonia, & ſpecies percipiuntur, & præbentur Clericis, & Præbendæ dici poſſunt, vt dicuntur *in can.* 37. *hac quæſt.* 3, & dicuntur ſalaria à ſale, quia inter obſonia ſal præcipuum locum obtinet. Idem vero prohibetur Epiſcopia, *can.* 18. rem Tituli ſui alienare, & Epiſcopis & Abbatibus *can.* 19. & Abbatibus, & Presbyteris aliiſque Clericis *can.* 41. irrita namque erit alienatio, & punitur canonicè, qui alienauit, & reſtituet, *dict. can.* 18. *&* 19 *&* *canone* etiam 25. reuocantur alienata, & emptor recurrit ad venditorem; ac neque licet eas vendere vel transferre in principem, *dict. can.* 19. nec papa poteſt prædium Eccleſiæ alienare pro aliqua neceſſitate, & in vſumfructum dare, niſi ſint domus, quæ in Vrbibus quibuſdam non medicâ impenſâ ſuſtentantur, quod ſi fecerit anathema ipſi erit, & honorem perdet, licebitque omni viro eccleſiaſtico contradicere, quod vbique dicitur locum habere debere *can.* 20.

Item non licet alienare cimelia & vaſa ſacra excepta cauſâ Redemptionis *can.* 13. ex qua cauſa poſſunt vendi *can.* 10. *&* 14. & aliæ res Eccleſiaſticæ, *can.* 15. res enim Eccleſiæ deſolatæ, non ſunt captiuis præferendæ, *can.* 16. Alias prohibentur quoque diſtrahi *can.* 2. in quo *miniſteria* appellantur, ſicut & *can.* 14. Præterea prædia Eccleſiaſtica nec à Rege, vel Epiſcopo ſuſcipienda ſine periculo excommunicationis *can.* 4. Nam cùm ſint Diuina, & ſecretorum id eſt ſacramentorum cœleſtium vſibus tradita, non debent humanis vſibus applicari.

Illi vero qui pecunias Chriſti auferũt, homicidæ ſunt & ſacrilegi, *can.* 1. *&* 3. & idem faciunt ac ſi quis patri & Matri auferret & parricida eſſet: nam Deus pater eſt, & Mater Eccleſia *can.* 6. & omne quod Deo conſecratum eſt, ſiue ager, ſiue homo ſanctum ſanctorum Domino erit, & ad jus Sacerdotum pertinebit; & qui auferet excommunicabitur *can.* 3. & quadruplum reddet, *can.* 7. 8. 9. *&* 10. imò decuplum, *eodem can.* 10. Præter pœnas Inuaſorum, & prædonum, quæ ponuntur ex *lib.* 1. *Legum Longobardorum tit. de aggreſſoribus in vic. fact. l.* 5. *in dict. can.* 7. & aliqui damnis, quidam verberibus puniuntur, *can.* 11. eſtque ſemper neceſſaria reſtitutio, *can.* 13. *&* 18. Sed ea fiet ſine augmento *dict. can* 11. & eſt notanda Pœnitentia quæ imponitur Burgundo cuidam inſigni inuaſori atque deprædatori, ſi reſipiſcere voluerit *can.* 17. Nec excuſat inuaſores, quod prædia à Rege, vel Epiſcopo acceperint, *can.* 4. aut quod ea inuaſerint & poſſederint ex conceſſione Principis: nec enim minùs ſunt excommunicandi, *can.* 22 Illi enim ſacrilegi ſunt *can.* 21. Eodem modo puniuntur qui documenta auferunt Eccleſiæ, æquè ac ſi res ipſas auferrent, *can.* 33. *&* 40. *hac quæſt.* 3. Can. 1. & ſeqq.

Porrò ne ab Epiſcopis alienarentur res Eccleſiæ, papa dabat Epiſcopo conſecrato epiſtolam, in qua præſcribebat ei vt quatuor partes faceret de reditibus & oblationibus fidelium, *can.* 26. quæ epiſtola dicitur Præceptum, *can.* 30. & Formata *in ordine Romano*: de quo Romani Correctores, in *dict. can.* 26. Fiebant enim ex conſuetudine Eccleſiæ Romanæ quatuor portiones quæ dicuntur partes *dict. can.* 26. & portiones *can.* 23. 25. 27. 28. *&* 30. Et illa diſpoſitio Quartarum fieri debebat tam de reditibus antiquis, quàm de nouis, *can.* 29 Nam vt ibi dicitur incongruum eſt vnam eandemque Eccleſiæ ſubſtantiam, duplici quodammodo Iure cenſeri, id eſt vſurpationis & canonum. In *can.* vero 31. paulò aliter ponuntur hæ quatuor partes, quàm in ſupradictis canonibus, niſi dicamus per partem quæ ibi aſſignatur aduenis, intelligi portionem Epiſcopi, quæ in *can.* 30. dicitur dari eiuſque familiæ propter hoſpitalitatem & ſuſceptionem, Pars vero quæ dicitur data fabricis in *can.* 23. 25. 26. *&* 27. dicitur in *can.* 31. attributa Titulorum & Cœmeteriorum reſtaurationibus, & in *can.* 30. reparandis Eccleſiis. Nam Tituli ſũt Eccleſiæ, *dict. c.* 31 Olim vero omnis pẽſionis ſũma quæ ex omnibus prædijs Ruſticis & Vrbanis Eccleſiæ colligebantur, ad Epiſcopum deferri ſolebat, ex qua collectione redituum fiebant

quatuor partes *can.* 23. & illa ſumma tota dicitur *Penſio*, *dict. can.* 23 *&* *can.* 25. ſicut & quod dabatur vnicuique Sacerdoti etiam Penſio appellatur *dict. can.* 23. Vnde olim prohibitum erat ne Clerico pro portione ſua aliquod ſolum Eccleſiæ deputaretur, ne per incuriam minueretur; ſed omnia erant in diſpoſitione Epiſcopi, qui penſionem vnicuique ſuam diſtribuebat, ſiue ſalarium, ſiue præbendam, *dict. can.* 23. Verùm poſteà cœperunt Ciuitatenſes, ſeu Diœceſani Preſbyteri, & Clerici, ſaluo Iure Eccleſiæ, rem Eccleſiæ tenere ex permiſſione Epiſcoporum. Quarè opus fuit, vt prohibitio quæ olim fiebat Epiſcopis, fieret Preſbyteris, *can.* 22. idemque habetur in *can.* 39. Vbi etiam agitur de rebus creditis, & commiſſis Preſbyteris: quò pertinet etiam *can.* 36. & illa res dicitur Præbenda Clerici, ſeu Beneficium Eccleſiæ, *can.* 37. & Preſbyteri qui res Eccleſiæ alienant, excommunicantur quoque, *dict. can.* 15. 13. *&* 40.

Non poſſunt etiam Epiſcopi libertate donare ſeruos Eccleſiæ, niſi id compenſent de rebus ſuis, *can.* 39. Etenim & omnis alienatio rerum Eccleſiæ hoc pacto fieri poteſt, ſi quis de ſuo tantumdem contulerit *can.* 56. ſi tamen ſerui ſint bene meriti de Epiſcopo poteſt eis dare libertatem & viginti ſolidos, & terrulam, vel hoſpitiolum, & Eccleſia non reuocabit poſt mortem eius, *can.* 57 Nam & quæ Epiſcopi promiſerint de rebus Eccleſiæ in remunerationem, præſtari debent; ita tamen vt id ad concilium Prouinciæ deferatur, vt eius conniuentiâ confirmetur, *can.* 66. Et ſerui quoque Eccleſiæ dari poſſunt alicui, qui Eccleſiarum vtilitati deſeruit, facto ſcripto donationis, vt non poſſit retractari, *can.* 67. & ſolo pietatis intuitu Papa duos ſeruos manumiſit, & Ciues Romanos fecit, relicto eis etiam peculio ſeruitutis per libellum, *can* 68. Et fugitiui ſerui Eccleſiæ diſtrahi poſſunt, *can.* 54. Alii verò ſerui Eccleſiæ, nec per venditionem, nec per commutationem debent fieri ſerui aliorum hominum, *can.* 53. Eſt verò modus quo ſerui liberti fiant, ab Epiſcopis ſeruandus, *can.* 63. Vbi ex ſententia Correctorum Romanorum delendæ ſunt voces, *Preſbyteri vel Diaconi.* Debentque liberti Eccleſiæ & eorum filii manere in patrocinio Eccleſiæ, *dict. can.* 63. Quòd ſi ab eo receſſerint, manumiſſio irrita fiet, *can.* 61. Et vt ſemper conſtet de conditione originis libertorum, profeſſionem ſuam facere debent, quâ profiteantur ſe eſſe de familiis Eccleſiæ, & obſequium nunquam relicturos, & illam profeſſionem oſtendere, & renouare Epiſcopo Succeſſori, *can.* 64. Nec ſolum ipſi, ſed eorum liberi, *can.* 65. & hoc eſt quod dicitur *can.* 35. libertos, quos facere voluerint Sacerdotes de Eccleſia ſua, actus Eccleſiæ proſequi iubemus, inter quos actus eſt profeſſio ſerui.

Can. 69. Porrò Eccleſiæ non poſſunt angariis aut publicis negotiis fatigari, *can.* 69. Libertis vero Eccleſiæ non licet eam accuſare, aut reuocabuntur in ſeruitutem, *can.* 57. nec quæſtio de ſeruis contra Dominum haberi poteſt Iure Ciuili, *can.* 59. Item liberti qui contra Eccleſiam, vel Epiſcopum maleficis artibus nituntur, decidant a libertate, vt ingrati, *can.* 62.

Can. 70. &c. Poſſunt verò, vt antè diximus, vendi res Eccleſiæ pro Redemptione Captiuorum, & adhuc patet, *can.* 70. vel etiam pro magna neceſſitate & paupertate populorum, *can.* 71. Item poteſt

A quis ſtipendium Eccleſiæ ſub precariæ nomine dare, *can.* 72. Item poteſt Epiſcopus de conſenſu concilii, id eſt Eccleſiæ Preſbyterorum, ita enim accipitur concilium etiam in *can.* 51. *&* 58. & dicitur conuinentia Clericorum *can.* 52. Nam ſi detrimentum attulerit, debet Epiſcopus Monaſterium quod fecit de reditibus eccleſiæ, tradere eidem Eccleſiæ, *can.* 13. Et poterat olim Epiſcopus dare Monaſterio Quinquageſimam partem Cenſus Eccleſiæ, & Centeſimam pro Sepulchro ſuo, *can.* 74. ita tamen vt vtrumque non poſſet, ſed alterum eligeret, *dict. can.* 74. ex quo patet ſummam redituum tunc fuiſſe in Epiſcopi poteſtate. Papa verò Gregorius, in *can.* 75. dedit domum & hortum iuris Romanæ Eccleſiæ,
B Floræ Abbatiſſæ, vt ibi Monaſterium Virginum conſtrueret. Item quando dicitur Clericos vel Epiſcopos non poſſe vendere res eccleſiæ, vel ex titulo eius, intelligitur ſine neceſſitate, *can.* 50. 51. *&* 34. 37. & inconſulto concilio vel cuncto Preſbyterio, *dict. can.* 51. cuius preſbyterii nomine intelliguntur proprii preſbyteri, vt eſt in Græco; pro quibus verbis Gratianus habet, vel cuncto Preſbyterio: & licet dicatur in *can.* 52. ne quis Epiſcopus de rebus Eccleſiæ ſuæ vendat, vel donet, vel commutet, niſi vt meliora proſpiciat, & cum totius Cleri tractatu, id eſt concilio, poteſt tamen terrulas exiguas, & minùs vtiles, aut longè poſitas, & paruas, ſi neceſſitas exegerit, ſine concilio fratrum diſtrahere,
C *can.* 53. & Abbates cum conſenſu Epiſcopi, *can.* 41.

Hic addendum quod ſi Epiſcopus non habet filios, vel nepotes hæredes, alium quàm Eccleſiā non relinquat hæredem, *can.* 34. Item quòd mortuo nullus de eius domo aliquid ſubripiat, ſed domus committatur duobus, vel tribus fideliſſimis ſeruanda, *can* 38. & œconomus cum duobus Clericis Inuentarium gratis conficiat, aliquo tamen dato Viſitatori, *can.* 45. Ei porro Clerico qui aliquid diripuerit, vix communio Peregrina dabitur, *can.* 38. & deponetur, *can.* 43. Laicis verò anathema erit, *can.* 46. & 47. ſolebant *Can. 34. &c.*
D enim Epiſcopo mortuo, eius bona diripere; *dict. can.* 46. & 47. Nec etiam licet Metropolitano res eas auferre mortuo Epiſcopo, *can.* 48. Mortuo etiam eo non licet Precarias facere, & factæ reſcinduntur, *dict. can.* 48. Ibi enim dicitur eas non poſſe fieri, niſi authoritate Eccleſiaſticâ, vel Ciuili.

QVÆSTIO III.

IN *hac Quæſtione.* 3. dicitur, ſi quis nihil habens ordinatus ſit, nec ei aliquid aliunde obuenerit quàm ex re Eccleſiæ, & aliquid acquiſiuerit nomine ſuo, habendum eſſe tanquam inuaſorem rerum Dominicarum, illud enim quod ex ea cauſa, non ex alia acquiſiuit, acquiritur Eccleſiæ ex qua id profectum eſt; quod ſi ex alia cauſa, puta liberalitate alicuius, vel ſucceſſione aliquid ei obuenerit, illud remanet penes eum, nec ad Eccleſiam pertinet; poteſtque de eo diſponere, *can.* 1. *hac quæſt.* 3. & confirmatur *can.* 2. Sed ſi de eo non diſpoſuerit, non facto teſtamento, ſeu, vt dicitur in *can.* 5. prædicto. Si hoc inordinatum reliquerit, Eccleſia cui præfuit, vel miniſtrauit, illud ſibi vindicabit, *dict. can.* 2. Videndum autem quando aliquid *Can. 1. & seqq.*
E

datur Epiſcopo, quomodo donetur: nam ſi quis id donauerit pro remedio *animæ* ſuæ Sacerdoti Eccleſiæ, id intelligitur Eccleſiæ donaſſe; quia ſicut Sacerdos habet quæ dantur Eccleſiæ, ita & Eccleſia debet habere quæ datur Sacerdoti tãquã Sacerdoti Eccleſiæ, *can.* 3. nam quod Sacerdoti vel Eccleſiæ datur v. g. per fidei commiſſum, vt poſtmodum reſtituat alicui, id non retinet Eccleſia, *d. can.* 3. Planè vno caſu poteſt Epiſcopus ex rebus Eccleſiæ dare, vel ſuæ eccleſiæ, vel etiam alteri, tertiam partem ſibi debitam de rebus Eccleſiarum Parochialium, *can.* 4. *ead. quæſt.* 3.

QVÆSTIO IV.

Can. 1. HÆc *Quæſt.* conuenit cum prima Quæſtione, & Canon primus huius quæſtionis pars eſt canonis 2. *quæſt.* 1. dicitur in hoc *can.* 1. quòd ſi quis extraneus, cui cura commiſſa eſt rerum Eccleſiaſticarum, vt eis præſit tanquam Sacerdos, in adminiſtratione ſua aliquid emerit, debet ad Eccleſiæ nomen inſtrumenta facere: non enim conuenit vt Eccleſia quem ſuſcepit extraneum, efficiat in alieno diuitem, & in ſuo retineat fraudatorem. Ex quibus omnibus poteſt colligi illum Sacerdotem non fuiſſe fortaſſe proprium Sacerdotem, ſed Viſitatorem commiſſum eccleſiæ adminiſtrationi; qui ideo nulla ibi habeat bona, & ita nihil poſſit, aut debeat acquirere niſi nomine Eccleſiæ: nam poſteà ſtatim ſequitur, quòd qui ſacrarum rerum habet compendia, ex omni re quam poſt ordinationem ſuam acquiſierint, ſiue nulla, ſiue aliqua confecta fuerint inſtrumenta, poſt mortem eius, hæredes poterunt cum Eccleſiæ bonis etiam bona Sacerdotis compenſare, & videre an æquo iure aut quo res acquiſita ad eos, vel eam pertineat *dict. can.* 1. Denique dicitur *can.* 3. Presbyter, inquit, dum Diœceſim tenet (Diœceſim id eſt parochiam) de his quæ emerit, ad eccleſiæ nomen ſcripturam faciat, aut ab eius quam tenet Eccleſiæ ordinatione diſcedat. Sed obſtat valdè noſtræ ſententiæ quod dicitur in *can* 1. & prima etiam eius pars ideo pugnat cum poſteriore: dicitur enim in prima parte, *ſi de rebus propriis vel vile vel carum habuerint*, nec videmus quomodo poſſint hæc ſubſiſtere.

In *can.* verò 2. agitur de his qui negligunt laborare pro rebus Eccleſiæ, & tamen augent quæſtum & præmium laboris, & dicitur vt reſtituant quidquid Eccleſiæ perit: & contra ſi quid aliqui laborando pro Eccleſia, pro ea impendeſint, vt eis ab Eccleſia reformetur.

QVÆSTIO V.

Can. 1. & 4. COnjungenda hęc etiam eſt Quęſtio cum ſuperioribus; in ea autem diſtinguitur inter res in Epiſcopatu & de facultatibus Eccleſiæ acquiſitas, & res quas quis ante ordinationem habebat, vel quæ ei ex alia cauſa obuenerint, vt non poſſit illas alienare *can.* 1. nec de eis diſponere: ad ius enim Eccleſiæ pertinere, *can.* 4. de his verò poſſit *dict. can.* 1. & 4. Atque etiam ſi teſtamento dederit aliquid quod ſit Eccleſiaſtici Iuris, id ita valebit, ſi ſuppleuerit tãtumdem de Iuris proprii bonis: & cum aliquis Epiſcopus condit teſta- A mentum, videndum an aliquid de rebus Eccleſiæ conſumpſerit, vel, vt ibi dicitur, minuerit, ſicut *can.* 2. *quæſt.* 4. vtitur nomine minorationis: nam ſi imminuerit is modis omnibus cuius intereſt reparabit *can.* 2. *hac quæſt.* 5. Et ideò Papa non vult confirmare teſtamentum factum in damnum Eccleſiæ, *can.* 3. ſi verò teſtamentum non fecerit quis Epiſcopus, & inteſtatus deceſſerit, ac ſine cognatione, hæreditas eius ad Eccleſiam vbi deſeruiuit deuoluetur, *can.* 7. & poſt defunctionem à Presbyteris, & Diaconis de rebus ipſius inuentarium fiet, *can.* 6. *ead. quæſt.* 5.

B

AD CAVSAM XIII.

QVÆSTIO I.

GRatianus ex *can.* vnico huius *Quæſt.* primæ in quo agitur de diuiſione Parochiarum & Cœmeteriorum facta à Dionyſio Papa, & definitur, vt nullus alterius Parochiæ terminos inuadat, ſuiſque ſit contentus, & ex *can.* 1. *quæſt.* 2. in quo dicitur Diœceſes, id eſt Parochias, quæ poſſeſſæ ſunt ab Epiſcopis, manere C inconcuſſas, ſi poſſeſſæ ſint per triginta annos; format hanc quæſtionem, & quærit ex *dict. can.* vnico, ſi quis in aliqua parochia, in qua habet prædia, ibidem ſoluerit decimas prædiorum illorum, & poſteà propter bella fugerit in aliam Parochiam, & ſoluerit decimas huic alteri Parochiæ ad quam tranſtulit domicilium, non reſiſtentibus per triginta annos Clericis in quorum Parochia ſunt prædia: poſt triginta vero annos litem illis mouentibus, & dicentibus decimas deberi Parochiæ in qua ſita ſunt prędia. Reſpondet in 2. parte ea *dict. can.* 1. *quæſt.* 2. etiamſi decimationes iſtæ eſſent initio debitæ Parochiæ in qua ſita ſunt prędia, tamen obſtare nunc tri-D cennalem poſſeſſionem *dict. can.* 1. *quæſt.* 2. & *can.* 17. Synodi Chalcedonenſis.

Verùm hęc quæſtio non pertinet ad hos canones; nam *can.* 1. *quæſt.* 2. agit de Eccleſiis quæ pertinent ad Epiſcopum, & dicitur Eccleſias poſſeſſas per annos triginta ab Epiſcopis; & ita coniunxit humano capiti, ceruicem equinam: nec agitur in his canonibus vllo modo de decimis, ſed potiùs de terminis, quibus Parochiæ & Diœceſes circumſcribuntur. Quod autem attinet ad quæſtionem quam proponit Gratianus ea celebris eſt, & nos de ea egimus *in tit. de Decimis, Extra.*

E

QVÆSTIO II.

OMiſſo *can.* 1. de quo ſupra egimus, tota hæc *Quæſt.* eſt *de Sepulturis*, & iure funerum; vbi multa tractantur. Agitur enim 1. de loco ſepulturæ defunctorum, & de precibus pro eis factis. De Sepultura dicitur in *can.* 7. temerè non eſſe relinquendam Parentum ſepulturam, & vxor debet ſequi virum ſuum ſiue in vita, ſiue in morte, *can.* 3. *ead. quæſt.* 2. & quos coniunxit vnum coniugium, coniungere debet & ſepulchrum, *can.* 2. licet vltima voluntas defuncti modis omnibus ſit ſeruanda, *can.* 4. Locus autem Sepulturæ vel eſſe debet maior Eccleſia vbi ſedes eſt Epiſcopi, vel Monaſterium, vel Parochia, vt Can. 3. 4. 7. Can. 6.

A vbi quis viuus Decimas perſoluebat, ibi ſepeliatur mortuus *can.* 6. prohibitum tamen eſt vt in Eccleſia nullatenus homines ſepeliantur, ſed in atrio, aut porticu, aut in Exhedris Eccleſiæ, intra Eccleſiam verò, & prope altare, vbi corpus & ſanguis Domini conficitur, nullatenus ſepeliantur, *can.* 15. Excipiuntur tamen Epiſcopi, Abbates, aut digni Preſbyteri, vel fideles laïci, qui poſſunt intra Eccleſiam ſepeliri *can.* 18. Et eodem modò intelligitur quod ait S. Auguſtinus in *can.* 19. homines ſepeliri apud memoriam Martyrum. Verùm ſi id fieri non poſſit vbicumque ſepeliamur, Domini eſt terra & plenitudo eius, *can.* 26.

B Porrò quibus peccata dimiſſa non ſunt, à ſacris locis poſt mortem adiuuari non poſſunt; quia quos peccata grauiora deprimunt, ſi in ſacris locis ſe ſepeliri faciant, reſtat vt de ſua præſumptione iudicentur. quia eos ſacra loca non liberant, ſed culpa temeritatis accuſat, *can.* 16. Cùm verò grauia peccata non deprimunt, hoc prodeſt mortuis, ſi in Eccleſia ſepeliantur, quod eorum proximi, quoties ad eadem ſacra loca veniunt, ſuorum, quorum ſepulchra aſpiciunt, recordantur; & pro eis Domino preces fundunt: nam quos peccata grauia deprimunt, non ad abſolutionem potiùs quàm ad maiorem damnationis cumulum, eorum corpora in Eccleſiis C ponuntur. Idemque dicitur *in can.* 19. *in fine* quod verò, inquit, quiſque apud memoriam martyrum ſepelitur, hoc tantum mihi videtur prodeſſe defuncto, vt commendans eum etiam Martyrum patrocinio, affectus pro illo ſupplicationis augeatur. Corpori etiam humando quidquid impenditur, non eſt præſidium ſalutis, ſed humanitatis officium ſecundum affectum, quo nemo vnquam carnem ſuam odio habet. *dicta can.* 19. Nam ſi aliquid prodeſt impio ſepultura pretioſa, oberit pio vilis aut nulla, *can.* 22. Hoc tamen officium erga mortuos non eſt prætermittendū *dict. can.* 19. *&* 22. Mortuis tantùm proſunt oblationes, & preces Sacerdotum, *can.* 21. & altaris, & eleemoſynarum Sacrificia, D *can.* 19. Quæ tamen non ſemper proſunt iis, pro quibus fiunt, ſed his tantùm quibus dum viuunt comparantur, vt proſint: ſed quia non diſcernimus, qui ſint, oportet ea pro Regeneratis omnibus facere; vt nullus eorum prætermittatur, ad quos hæc beneficia valeant peruenire, *dict. can.* 19. Denique animæ defunctorum quatuor modis ſoluuntur, aut Oblationibus Sacerdotum, aut eleemoſynis, aut ieiunio cognatorum, aut Precibus Sanctorum *can.* 22. Sed hæc proſunt mortuis tempore quod eſt inter hominis mortem, & vltimam Reſurrectionem, *can.* 23. nam ante Tribunal Dei non proderūt preces Sancto- E rum in vltimo Iudicio, ſed vnuſquiſque portabit onus ſuum, *can.* 20. quare cùm nos in omnibus fieri Dei voluntatem poſtulemus, non debemus contriſtari de mortuis, quos ſcimus non amitti, ſed præmitti, *can.* 25. & ea puſillanimitate contingit nos eos lugere, *can.* 26. Imò ex diffidentia lugent enim qui ſpem non habēt, *can.* 27. Idque prohibet Apoſtolus, *dict. can.* 27. *&* 28. Nec id etiam prodeſt nobis erga mortuos, quiquid hîc agatur neſciunt dùm aguntur, *can.* 29. Non reprobatur tamen quod alii Tertium, alii Triceſimum, alii Septimum, alii Quadrageſimum obſeruare diem conſueuerunt in ſepulturis, in luctu, & planctu, *can.* 24. Qui autem Defunctorum

Can. 19. & ſeqq.

A Oblationes denegant Eccleſiis, aut retinent, tanquam necatores egentium excommunicantur, *can.* 9. 10. *&* 11. ſique ſint Clerici Peregrina eis Communio tribuitur, *dicto can.* 11. — Can. 9. 10. 11.

Hoc etiam de ſepulturæ loco præcipitur hîc vt terra non vendatur, quæ Domini eſt, *can.* 14. neque aliquid exigatur à preſbyteris [illegible] quod mortuus viuens iuſſerit dari, *can.* 15. [illegible] niſi ipſi hæredes pro luminaribus quid ſponte obtulerint *can.* 12. & ideo Ephron qui ſepulchrum vendidit Abrahamo, dictus eſt Ephran, & amiſit aliquid de nomine, vt oſtendatur non fuiſſe perfectæ virtutis, & perire ſimilibus aliquid de merito eorum, *can.* 13. Multo vero minùs hæreditas B expetenda patris irati in Filium, ſed potiùs ei reconciliandus, & ſequendum quod ait S. Auguſtinus *can.* 8. *hac quæſt.* 2. Vnum filium habet, putet Chriſtum alterum; duos habet, putet Chriſtum tertium; decem habet, Chriſtum vndecimum faciat, & ſuſcipio: quibus verbis vult docere, nunquam totam hæreditatem in præiudicium filii eſſe accipiendam ab Eccleſia, ſed tantùm partem. Eſt etiam quod poſſit iure accipi, cùm quis relictâ ſuâ Eccleſiâ, vult ſepeliri in aliquo Monaſterio, vt refertur ex Vrbano 2. à Romanis Correctoribus *in can.* 12. *hac quæſt.* 2. Mortuorum inquit, qui in Monaſteriis ſepeliri deſiderant, aut omnino iuxta prędeceſſoris noſtri Leonis De- C cretum partem eleemoſynarum mediam parochialibus Eccleſiis ſtatuimus derelinquendam. aut iuxta diſpēſationem, noſtram partē tertiam. — Can. 12. & ſeqq.

Denique in *can.* 30. quæritur an his, qui in patibulis ſuſpenduntur pro ſuis ſceleribus, danda ſit ſepultura & Oblationes pro ipſis offerendæ, & Miſſæ celebrandæ. Et reſpondetur eis Pœnitentibus, & Confitentibus dandam Communionem, & alia ſupradicta, *dict. can.* 30. & illis etiam furibus & latronibus qui in furando vulnerati, & confeſſi preſbytero, vel Diacono, id eſt Diacono dicto propter officium Diaconi, qui tamen ordine ſit Preſbyter, communio danda: non eſt tamen pro eis orandum qui in furto oc- D ciduntur, *can.* 31. Nec enim ſemper occidendi, ſed comprehendendi, ſi fieri poſſit *can.* 31. Nam ſi quis comprehendi potuit, & occiſus eſt, interfectores eius Pœnitentiam agent, quæ deſcribitur *in dict. can.* 31. Quadraginta diebus, ait, non intrent Eccleſiam laneâ veſte induti, ab eſcis, & potibus, à thoro, à gladio, ab equitatu ſe abſtineant, in tertia, quinta feria, & Sabbato, aliquo genere leguminum, vel olerum & pane, paruiſque piſciculis cum mediocri cereuiſia viciſſim vtantur, & temperatè. Si verò comprehendi non potuit & occiſus eſt, pœnitentia eis pro homicidio non iniungetur, niſi ipſi voluerint aliquid E quod humanitatis eſt facere: at ſi Preſbyter eſt qui occidit, non deponetur, cunctis tamen diebus vitæ ſuæ Pœnitentiam aget. — Can. 30.

AD CAVSAM XIV.

QVÆSTIO.

HÆc quæſtio prima pertinet ad Perfectos qui malunt re ſua carere quàm litigare, etiam conuenti, & prouocati. *can.* 1. vel etiam non exigentes debitum, *can.* 2. Non quod iniquè repetatur debitum, ſed quod benignè dimittatur, *dict. can.* 2. Nam malè hîc diſtinguit Gra- — Can. 1. & ſeqq.

tianus poſſe peti pro Capitulo, vel Eccleſia debitum, non pro ſe; & iudicio contendi pro ea, non pro ſe: hæc enim capita non pertinent ad lites quæ fiunt pro Eccleſia, ſed pro quolibet homine. *Canon* vero 3. videtur apponere aliam diſtinctionem, quæ fit inter præcepta, & conſilia: nam, inquit, vbi conſilium datur, offerentis arbitrium eſt; vbi vero præceptum, neceſſitas eſt ſeruientis. porro hi canones fundamentum accipiunt à verbis Chriſti in Euangelio *Matthæi cap.* 5. vbi dicitur ſi quis te percuſſerit in dextram maxillam tuam, præbe illi & alteram: & ei qui vult tecum contendere iudicio, & tunicam tuam tollere; dimitte ei & pallium &c. quo loco videndus eſt Grorius, qui hæc omnia latiùs explicat *in dicto cap.* 5.

QVÆSTIO II.

IN *hac Secunda Quæſt.* dicitur in cauſis Ciuilibus Eccleſiæ Clericos eſſe teſtes, licet domeſtici ſint, quod non habet locum in cauſis Criminalibus, *can.* 1. In negotiis verò ſæcularibus, aut in conficiendis inſtrumentis, Clerici non ſunt rogandi vt ſint teſtes: ſi tamen caſu euenerit, vt aliquid viderint, vel audierint, & nulli alii ſint teſtes, ne veritas occultetur, & malus vt bonus æſtimetur, in poteſtate erit Epiſcopi, eorum teſtimonium recipere. *Can.* 2.

QVÆSTIO III.

Can. 1. & ſeqq.

CAnonibus huius *Quæſt.* 3. duo tantùm probantur: primum eſt fœnus & Vſuram non conſiſtere in ſola pecunia, ſed in vino, oleo, tritico, eſca, & veſte, & qualibet alia re, *can.* 1. 2. & 3. Alterum eſt vſuram eſſe vbi ampliùs requiritur vel recipitur quàm datur, *dict. can.* 1. 2. 3. & 4. idque dicitur ſuperabundantia *dict. can.* 2. Nec pro pecunia fœnerata licet accipere munera, quia hæc quoque ſuperabundant, *dicto can.* 2. & prohibentur etiam *can.* 3.

QVÆSTIO IV.

Can. 1. & ſeqq.

IN hac *Quæſt.* 4. prohibentur Vſuræ tàm Clericis quam laïcis: & Clerici quidem ab omni cuiuſlibet negotiationis ingenio, vel cupiditate abſtinere debent, *can.* 1. & à ſtudio vilius emendi, vel vendendi carius, *can.* 3. & 4. vnde Clerici qui tempore meſſis vel vindemiæ, non neceſſitate, ſed propter cupiditatem comparant annonam vel vinum v. g. & comparant duobus denariis, & & ſeruant vſque dum vendant quatuor denariis, illi turpe lucrum ſectantur, *can.* 9. Ab vſuris vero multo magis abſtinebunt. *can.* 2. 4. 6. 7. & 8. Clerici enim non ampliùs recipere debent quàm commodauerint, *dict. can.* 6. & ſi quid in neceſſitate præſtiterint, id ſine vllo augmento recipient, *can.* 8. Vbi notandum verbum, *præſtare*, eodem modo ſumi quo nos illud accipimus, cùm Gallice dicimus *preſter de l'argent*: & in *can.* 4. prohibentur vſuræ Centeſimæ Clericis; & in *can.* 6. & ipſæ Centeſimæ quæ ſunt in pecunia, & Seſcuplæ, quæ ſunt in frugibus, & ſpeciebus: & Clerici Vſurarii excommunicantur, *can.* 2. & de gradu dejiciuntur, alienique habentur à Clero; *can.* 4. & 8. Prohibentur etiam Vſuræ laïcis à Leone Papa epiſtola 3, *in can.* 7. & à S. Auguſtino. *can.* 11. Vbi fatetur eas per leges approbari, eſſe tamen iniuſtas & malè poſſideri; oportetque eas tanquam malè poſſeſſas reſtitui, *dict. can.* 11. nam Vſura Rapina eſt, *can.* 9. nec poteſt dari niſi ei quem poſſis occidere, *can.* 12.

Can. 7. & ſeqq.

QVÆSTIO V.

Can. 1. & ſeqq.

IN tantum verò Deo odio ſunt vſuræ, vt nec de iis poſſint fieri eleemoſinæ *can.* 1. Nam dona iniquorum non probat Altiſſimus, *can.* 2. & Victimæ impiorum abominabiles; nec Deus inſpicit quod datur ſed à quo detur *can.* 11. ſolaque illa eleemoſyna placet oculis Redemptoris, quæ non ex illicitis rebus congeritur, ſed ex bene acquiſitis *can.* 7. Neque ſi agris iniquè ac perperam inuaſis ita quiſque vtatur, vt eorum fructibus largas eleemoſynas faciat, ideo rapinam iuſtificat: vſus enim bonus non reddit iuſtam rem malè quæſitam, nec vſus malus iniquam facit rem bene quæſitam *can.* 9. Nec putet aliquis ſibi licere diuiti auferre, vt det pauperi; qui à eiuſmodi cogitatio ex Diaboli calliditate ſuggeritur, *can.* 3. Denique ſi non poteſt ſubueniri alteri niſi alter lædatur, commodius eſt neutrum iuuari, quàm grauari alterum, *can.* 10. Nec ſumendum exemplum ab Iſraëlitis ſpoliantibus Ægyptios, hoc enim Deus iuſſerat; nec Iſraëlitæ furtum fecerunt, ſed Deo iubenti miniſterium præbuerunt, *can.* 12. Quin etiam ſi quis aliquid inuenerit, & non reddiderit, rapina eſt, *can.* 6. & peccatum *can.* 8. Nam Deus cor interrogat quod retinet, non manum quæ rem inueniam leuabit, *dict. can.* 6. nec rapinam emere licet niſi eâ intentione, vt cui eſt ablata, reddatur.

Can. 14. & 15.

Etſi vero nunquam liceat de malo acquirere, vt bonum fiat: qui tamen habet de malo, bonum inde facere debet, *can.* 14. Et de malo quis intelligitur habere, cùm excedit in eo, quod ſi moderatè acciperet, & ſecundum conſuetudinem tolerabilem, non eſſet malum; puta Officialis aliquis: idcoque is differt ab eo qui rapinis, calumniis, oppreſſionibus, & inuaſionibus abſtulerit: hic enim qui ita abſtulit ei reſtituere debet, cui abſtulit, & ablata repeti poſſunt: ab officiali verò accepta repeti non poſſunt: & is ſi ad altiorem Sanctitatis gradum venerit, ea quæ ſupra modum accepit in officio ſuo, tanquam ſua pauperibus erogabit, non tanquam aliena reſtituet, *can.* 15. & *vlt.* Qui caſus eſt valdè notandus. Si verò Iudex pecuniam accepit, debet reſtituere; & poteſt repeti, etiamſi iuſtum iudicium reddiderit: quoniam venale eſſe non debuit, & multò magis cum eſt iniquum, *dicto can.* 15. aſt & caſus cùm ab initio res non eſt acquiſita de malo, & tamen in ea malum committitur; vt cùm quis operario non reddit mercedem, nam etſi ab initio ſibi non acquiſiuerit per iniuriam, tamen per iniuriam non dat, & retinet mercedem, *dicto can.* 15.

QVÆSTIO V.

Can. 1. & ſeqq. HÆc *Quæſtio* rectè coniungitur cùm ſupèrioribus: in ea enim aguur de reſtituendis rebus alienis, de qua re ita S. Auguſtiuus. Si res aliena propter quam peccatum eſt, cùm reddi „ poſſit, non redditur, non agitur quidem Pœni- „ tentia, ſed fingitur: ſi autem veraciter agitur, „ non remittitur certè peccatum, niſi reſtituatur „ ablatum: ſed vt diximus cum reſtitui poteſt; „ plerumque enim qui auſert, amittit, nec aliud habet vnde reſtituat: huic certè non poſſumus dicere, redde quod abſtuliſti, niſi cùm habere credimus, & negare. Vbi quidem ſi aliquos ſuſtinet cruciatus à repetente, dum exiſtimatur habere quod reddat, nulla eſt iniquitas: quia etſi non eſt vnde reddat, merito tamen dum eam per moleſtias corporales reddere compellitur, peccati quo malè ablata eſt pœnas luit, *can.* 1. *hac quæſt.* 6. Atque etiam ſi res ablata conſecrata ſit, pretium eius reddi debet, *can.* 2. Nec eſt differentia inter maiora furta & minora; quia vtrumque furtum eſt, & in vtroque mens eſt furandi, quæ ſola attenditur, *can.* 4. Poteſt tamen Eccleſia, pro his qui cruciantur ob furta, intercedere; non ad hoc vt minimè reſtituatur alienum, ſed ne fruſtra homo in hominem ſæuiat, *can.* 1. & 3.

AD CAVSAM XV.

QVÆSTIO I.

Can. 1. 2. 5. 10. & ſeqq. OStendit hic Gratianus ex S. Auguſtino *lib. de vera religione, cap.* 14. & *lib.* 1. *Retractationum, cap.* 13. nullum eſſe peccatum quod non ſit Voluntarium; ſed non rectè oſtendit an per ſolam ignorantiam, vel per coactionem ſine ignorantia, fiat inuoluntarium: quam quæſtio D nem proponit S. Auguſtinus *in can.* 1. *hac quæſt.* 1. Et licet videatur dubitare de his qui cum non ignorent id quod faciunt, coguntur metu mortis peccare, an peccent contra voluntatem ſuam, vel non; tamen videtur concludere eos non peccare contra voluntatem, ſed volentes, licet coacti ſint. Vnde ait peccata nolentium eſſe non poſſe, niſi ſint & neſcientium; & in hoc diſcerni à peccatis volentium, quia ſcilicet omnis qui ſcit peccatum & peccat, volens peccat, licet cogatur metu mortis: cuius hæc ſunt verba: hæc ſi ita ſe habent, non ſunt peccata nolentium, niſi neſcientium, quæ diſcernuntur à E peccatis volentium *dicto can.* 1. Et ita furioſus, impubes qui doli capax non eſt, iniuriam nemini facere poteſt, quia neſcit ſe furere, *can.* 2. & minimè reus ſit, *can.* 5. Nam nemo tenetur ad culpam, niſi propria voluntate deflexerit, *can.* 10. & Eccleſia etiam inſanienti qui occiderit, ſi ad ſanam mentem peruenerit „ leuiorem pœnitentiam imponit *can.* 12. Item non intelligitur volens peccare, qui non iratus, ſed propter diſciplinam, palmam alicui dederit, & euentu occiderit, ſicut fieri poteſt; & quantùm ad gratiam innocens eſt, quia voluntatem non opus requi- A rit; quantùm ad legem verò, reus eſt, quia opera requirit: nec virgo etiam quæ in perſecutione oppreſſa eſt, *can.* 13. nec qui miniſter Dei eſt, & inuitus fecit homicidium, *can.* 11. Nam lex ait, quia Deus dedit eum in manus eius: manus ergo eius, inſtrumenti modo, diuinæ vltioni miniſterium præbuerunt, *dicto can.* 11.

Non peccant autem nolentes, ſed volentes, qui corporis irrationabiles ſequuntur paſſiones; quarum nos ſumus Domini *can.* 6. Nec eſt quod cuiquam noſtram aſcribamus ærumnam, niſi noſtræ voluntati, *can.* 10. niſi præter voluntatis legem quid fiat, vt in corpore dormientis, *can.* 8. Can. 6. &c.

Sed quæritur de Ebrio, qui per Ebrietatem ignoranter aliquid committit, *can.* 7. & ita inebriauerunt Loth Filiæ eius, & ſe neſcienti miſcuerunt, *can.* 9. & is quidem dicitur venia donandus *dicto can* 7. ſed in *can.* 9. rectè diſtinguit S. Auguſtinus, non eſſe Loth culpandum quantùm ad inceſtum, ſed quantùm ad Ebrietatem: quapropter, inquit, culpandus eſt quidem; non tamen quantùm ille inceſtus, ſed quantum illa meretur ebrietas. Can. 7 &c.

Obſtare videtur ſuperioribus illud *Leuitici* 19. mulier quæ acceſſerit ad omne pecus, & vult aſcendi ab eo, interficietis mulierem & pecus, morte moriantur, rei ſunt. Sed reſpondet S. Auguſtinus *can.* 4. non eſſe reum pecus, ſed interfici quia indignam facti reficiat memoriam. Can. 4.

C Denique obſeruandum eſt quod dicitur *in can.* 3. licet nos per Baptiſmum liberemur ab omnibus peccatis, tamen adultis neceſſariam eſſe pœnitentiam de peccatis ſuis. Can. 3.

QVÆSTIO II.

CLerici, ſcilicet Iudices, non debent more ſæcularium Iudicum, munera accipere pro impenſis patrociniis: quod ſi quis probatur accipere, pœnâ vſurariorum afficietur, id eſt degradabitur *can. vn.* & ſimiliter *in cap.* 10. *de vita & honeſtat. Clericor.* Innocentius III. reprobat Iu- D dicum Delegatorum conſuetudinem, qui more, vt ait, ſæcularium, ſuper decima litis, vel alia parte, præter expenſas victualium, cum litigantibus, receptis pignoribus, pro ſalario conueniebant; & iubet vt gratis ſtudeant vigorem iudiciarium litigantibus impartiri: nec, vt eſt in antiqua, decet eos ad inſtar ſæcularium, ad turpe compendium victus occaſionem accipere. Iubet vero hic canon ne munera accipiant; quod etiam legibus ciuilibus prohibitum eſt, *l. venales, Cod. quando prouocare non eſt neceſſe*, & *l.* 4. *Cod. ad legem Iuliam Repetundarum.* de hac re eleganter Petronius in Satyrico

E *Quid faciant leges, vbi ſola pecunia regnat,*
Aut vbi paupertas vincere nulla poteſt?
Ipſi qui Cynicâ traducunt tempora cœnâ,
Nonnunquam nummis vendere verba ſolent.
Ergo Iudicium nihil eſt niſi publica merces:
Atque eques in cauſa qui ſedet, empta probat.

Idem prohibetur iudicibus Eccleſiaſticis & laicis, *in Concilio Vernenſi cap.* 25. vt nec Epiſcopus, nec Abbas, nec vllus Laicus, pro Iuſtitia facienda ſportulas contradictas accipiat; quia vbi dona intercurrunt, iuſtitia euacuatur: & *Concilio Turonenſi* 3. *cap.* 35. Nullus Chriſtianus, pro quolibet placito, vel iudicio, à qualibet perſona, munera exigere aut accipere debet; quo-

niam in Diuina ſcriptura multis in locis magnâ interdicit authoritate: quæ ait, munera excæcant oculos ſapientum, & ſubuertunt verba Iuſtorum. Vide & Balſamonem *in can.* 15. *Synodi Carthaginenſis.* A

QVÆSTIO III.

POterat Gratianus omittere hanc Quæſtionem, quamvis conatus ſit aliquam huius rei reddere rationem; quæ ratio adhuc rationem quærit, nec nos neceſſe putamus eius canones exponere. B

QVÆSTIO IV.

Can. 1. IN ea prohibentur Clerici die Dominico cauſas iudicare *can.* 1. *&* 3. ſcilicet Ciuiles: nam Criminales cauſas non exercent, *dicto can.* 1. Nullique alij etiam iudices, diebus Dominicis, vel alijs præcipuis Feſtis, ſeu etiam in his diebus in quibus legitima iudicia celebrantur, placita ſæcularia facere debent, *can.* 2. Nec etiam diebus ſeptem ante Natale vſque in octauas Epiphaniæ; & à Quinquageſima vſque in octauas Paſchæ, & ſeptem ante Natiuitatem S. Ioannis diebus, Christianos ad placitum Bannire poſſunt *eod. can.* 2. *Bannire* hîc, eſt citare, vt alibi ſæpè. C

QVÆSTIO V.

PResbyter vel Diaconus qui nec ſponte confitetur, nec accuſatores & teſtes legitimi reperiuntur, quibus conuincatur; & tamen mala fama percrebuit: poteſt ſecretò coram Epiſcopo, & aliquantis Presbyteris & Diaconis ſe iuramento purificare; & ita tanquam boni teſtimonij annuntiari, *can.* 1. *&* 2. *hac quæſt.* 5. etiamſi dicat Epiſcopus ſibi notum eſſe ſcelus *dicto can.* 2. Nam non eſt legitimè manifeſtum, niſi ſit quis conuictus, vel confeſſus *dicto can.* 2. Et ſola ſpontanea confeſſio, & canonicus numerus ac qualitas teſtium, decernentibus Epiſcopis, atque accuſatore quod obiecerat comprobante, Clericum priuat proprio gradu. D

QVÆSTIO VI.

SI quando per vim à Sacerdotibus extorquentur ſcripturæ, nullum eis faciunt præiudicium: Confeſſio enim in talibus non compulſa, ſed ſpontanea fieri debet, *can.* 1. & idem eſt de iuramento quod per violentiam facere coacti ſunt, *can.* 2. *In tribus vero capitulis ſequentibus*, Gregorius VII. & Vrbanus II. abſoluunt ſubditos à fidelitatis iuramento quod fecerant Regibus, vel Ducibus ſuis.

QVÆSTIO VII.

Can. 1. & ſeqq. MVlti ſunt Epiſcopi, qui indiſcuſſos ſuos Clericos poteſtate tyrannica, non authoritate canonica, damnant, *can.* 1. *hac quæſt.* 7. Et ideo definitur, vt nullus Epiſcopus cauſam audiat abſque præſentia ſuorum Clericorum, *can.* 6. ac præſentibus Senioribus Eccleſiæ, *can.* 2. Et conſtituitur vt Presbyterum, & Diaconum ſine Concilij examine non deiiciat, *dicto can.* 1. Epiſcopus enim Sacerdotibus ac Miniſtris ſolus honorem dare poteſt, ſolus auferre non poteſt *dict. can.* 1. *&* 7. qui fruſtra hic repetitur. Et de iis hæc erat obſeruatio in Africa, vt qui diceretur Maior natu, *in can* 3. id eſt Presbyter, & Diaconus, ſi in eos contumelioſus fuiſſet quis, ita iudicaretur: Diaconus à tribus vicinis Epiſcopis, Presbyter à ſex, Epiſcopus à duodecim conſacerdotibus, *can.* 3. 4. *&* 5. *hac noſtra quæſt.* 7. qui tres canones ſumpti ſunt ex diuerſis Concilijs Carthaginenſibus, Tertius ex Concilio Carthaginenſi 1. Quartus ex Carthaginenſi 2. & Quintus ex Carthaginenſi 3. Additur vero in dicto *can* 4. ſi non poſſint plures congregari: nam & *can.* 1. requirit Concilij examen. Quod vero *in fine Canonis* 5. dicitur: reliquorum autem Clericorum cauſas, etiam ſolus Epiſcopus loci cognoſcat, & finiat; hoc ita intelligendum, vt non fiat niſi præſentibus ſuis Clericis, *iuxta can.* 2. *&* 6. *hac quæſt.* 7.

QVÆSTIO VIII.

Can. 1. &c. AGitur hîc de iis Sacerdotibus, & Diaconis qui ante vel poſt Ordinationem Peccauerunt, & dicitur in *can.* 1. eum qui admiſit corporale Peccatum, & poſtea Ordinatus eſt, & confeſſus quod ante ordinationem ſuam peccauit; non offerat, maneat autem in aliis officiis ſi in eis vtilis eſt: ſi vero non fuerit confeſſus, nec conuictus, ipſi de ſe poteſtas eſt committenda, id eſt vt probet & iudicet ſe: & idem eſt de Diacono *can.* 1. *& can.* 4. Additur in primo caſu quando Confeſſus eſt, vt non quidem offerat, ſed tantum pro Religione nomen Presbyteri portet; quod ſi non ſponte confeſſus, ſed conuictus ſit, ſtatuitur *in eod. can.* 4. vt nec ipſum nomen Presbyteri portet.

Si verò poſt ordinationem qui altari ſeruiunt in fragilitate carnis corruerint, & ſubito Pœnituerint mortificato corpore, & cordis contriti Deo ſacrificium obtulerint; maneat in poteſtate Epiſcopi, vel veraciter afflictos non diu ſuſpendere, vel deſidioſos prolixiore tempore ab Eccleſiæ corpore ſegregare: ita tamen vt ſic officiorum ſuorum loca recipiant, nec poſſint ad altiora officia vlterius promoueri. Quod ſi iteratò Peccauerint, non ſolum officij dignitate careant, ſed etiam ſanctam communionem niſi in exitu non percipiant, *can.* 2. Item filij Clericorum ab Epiſcopo vſque ad Subdiaconatum deinceps, ſiunt ſerui Eccleſiæ iure perenni, Ipſique patres canonicâ cenſurâ damnantur, *can.* 3. Porro licet Sacerdos aliquis vel deprehenſus ſit in adulterio, vel ſuſpicione laboret, vſquequo iudicio Epiſcoporum reprobetur, ab eo cômunio recipienda eſt à populo; quia non ſtatim qui E

accuſatur Reus eſt, ſed qui conuincitur crimi-noſus; atque etſi vere eſſet criminoſus & pollutus, non pollueret tamen Diuina Sacramenta, quæ ipſa purgatoria cunctarum contagionum exiſtunt. *can.* 5.

AD CAVSAM XVI.

QVÆSTIO I.

Can. 1. & 4. MVltæ & variæ definitiones in hac Quæſtione prima proponuntur: & primùm agitur de *Monachis*. Monachus autem ſeu *Μοναχὸς* Græcè, Latinè ſingularis dicitur: vnde Monachum per omnia ſingulariter agere oportet, *can.* 1. *&* 5. ſi cupis, inquit, eſſe quod diceris Monachus, id eſt ſolus, quid facis in vrbibus quæ vtique non ſunt ſolorum habitacula, ſed multorum *dicto can.* 5. *&* 8. *in fine*, agnoſcat nomen ſuum Monachus: *μόνος* enim Græcè, Latinè eſt vnus; *ἄχος* Græcè, Latinè triſtis ſonat: Inde dicitur id eſt vnus triſtis. Verùm Monachus ſeu *Μοναχὸς*, vnicum verbum eſt: nec originem habet à *μόνος* & *ἄχος*, nec *ἄχος* non ſignificat triſtem & mœſtum, ſed dolorem ipſum & triſtitiam. Alia verò cauſa eſt Monachorum, alia Clericorum. Clerici paſcunt oues, inquit Hieronymus, ego paſcor: illi de altario viuunt, mihi quaſi infructuoſæ arbori ſecuris ponitur ad radicem ſi munus ad altare non defero: mihi ante Preſbyterum ſedere non licet, illi ſi peccauero, licet me tradere Satanæ in interitum carnis, vt Spiritus ſaluus fiat in die Domini Ieſu, *can.* 6. Et Monachus non docentis, ſed plangentis habet officium, qui vel ſe vel mundum lugeat, *can.* 4. & nemo poteſt & Eccleſiaſticis obſequiis deſeruire, & in Monaſtica regula ordinatè perſiſtere, *can.* 2. & Eccleſia habet Senatum cœtum Preſbyterorum, ſine quorum conſilio nihil Monachis agere licet, *can.* 7. Quamobrem firmiter & indiſſolubiliter præcipitur vt aliquis Monachus pœnitentiam nemini tribuat, niſi ſibi inuicem; mortuum non ſepeliat niſi Monachum, *can.* 1. Qui dicitur à Gratiano ſumptus ex Synodo Nicæna, ſed Romani Correctores notant neque in prima, neque in ſecunda Nicæna haberi hodiè hoc caput: in Nicæna verò Arabica reperitur, *can.* 76. ex qua ſanè ſumpſit Gratianus. Et *can.* 8. Monachi neque pœnitentiam dare, neque filium de Baptiſmo accipere, neque Baptiſare, neque infirmum viſitare, neque mortuum ſepelire, neque ad Eccleſiam ſæcularem tranſire poſſunt, Clauſtro ſuo contenti: & *can.* 9 peruenit ad nos, vnde valde miramur, quod quidam Monachi & Abbates in parochia veſtra, contra Sanctorum patrum decreta, Epiſcopalia iura & officia ſibi arrogantes vindicant, videlicet pœnitentiam, Remiſſionem Peccatorum, Reconciliationem, Decimas, & Eccleſias; cùm abſque proprij Epiſcopi licentia, vel Apoſtolicæ Sedis authoritate præſumere non debeant. Et *can.* 10. interdicimus etiam Abbatibus & Monachis, publicas pœnitentias dare, infirmos viſitare, & vnctiones facere, & Miſſas publicas cantare: & *can.* 11. prohibentur vicos, caſtella, & ciuitates peragrare; & iubentur à prædicatione populorum ceſſare, quod etiam *can.* 14. omnibus inhibetur ſiue Monachis, ſiue Laicis, præter Domini Sacerdotes. Monachi præterea eſſe Defenſores non poſſunt, *can.* 28. Officium enim Defenſoris eſt valdè diuerſum à Monachi quiete: totum enim eſt in cauſarum cognitione, *dicto can.* 21. Epiſcopo quoque ſunt ſubiecti, ſiue ſint eorum Monaſteria in Ciuitate, ſiue in poſſeſſionibus, id eſt in villis & pagis, vbi ſunt poſſeſſiones *can.* 12. & debent permanere in Monaſterio, neque ſæculares actiones attrectare, niſi iubeatur ab Epiſcopo, *dicto can.* 12. & qui vagantur debent compelli per Defenſorum, ad loca ſua redire, *can.* 17. *&* 18.

Quædam tamen poſteà permiſſa ſunt Monachis in Monaſterio ſuo, vt Miſſas cantare, & mortuos ibidem ſepelire, *can.* 13. & permiſſum ſepelire vt ſeruarentur voluntates Teſtantium, *can.* 14. *&* 15. Can. 13. & ſeqq.

Item cùm olim Monachi à Clericis diſtinguerentur, vt diximus ſupra *ex can.* 2. & probatur *ex can.* 77. *Synodi Trullanæ*, *& can.* 24. *Synodi Laodicenæ*, *& can.* 7. *Synodi Chalcedonenſis*, *&* *Synodi* 7. *Generalis can.* 19. Monaſterij præfectus, Preſbyteri non habeat ordinationem; & in Conciliis pœna propria conſtituitur Clericis, non Monachis vt *can.* 8. *Synodi Chalcedonenſis* & alibi paſſim: Poſtea tamen peruenerunt ad Clericatum; ſc. cùm eſſent docti & probi *can.* 21. & neceſſitas exigeret vt ad reſtaurandam Eccleſiam adiutorium facerent, *can.* 22. & Eccleſia eorum operam deſideraret, *can.* 30. & pro vtilitate Eccleſiæ, quod fiebat cum diu manſiſſent in monaſterio, *can* 3. & cùm multo tempore ſic vixiſſent in eo, vt Clerici eſſe mererentur, *can.* 26. & morum grauitas, & vitæ ac fidei inſtitutio commendaret, *can.* 29. Tamen non niſi intra triceſimū ætatis annum digni minoribus ordinibus habebantur, *dicto can* 29. Atque ita vt vel populus eos in Clericatum eligeret, *can.* 26. vel qui conſtruxiſſet Eccleſiam, in ea peteret Monachum Preſbyterum conſecrari, *can* 21. vbi dicitur mediana hebdomada factum fuiſſe Preſbyterum: de qua mediana hebdomada nos egimus alibi. Et Abbas aliquando petebat ab Epiſcopo Monachum aliquem eligi, & in loco quo iudicauerit ordinari, *can.* 28. vel Epiſcopus pro vtilitate Eccleſiæ ſuæ probauerit eſſe promouendos in officio Clericatus; quod fit cum Abbatis voluntate *can.* 14. Nec enim Monachi vagantes, ad Clericatus officium, nec in Ciuitatibus, nec in parochiis ordinantur, niſi habeant teſtimonium, & Abbatis conſenſum *can.* 33. Quod ſi deſertores Monaſteriorum, ad illud eligantur, indigniſſima fit iniuria Clero. Monachi verò ita facti Clerici, poterunt Baptiſare, prædicare, dare pœnitentiam, debita miſeris relaxare, & decimarum, primitiarum, oblationum viuorum & mortuorum, portione iuſtâ perfrui, *can* 21. 22. 23. 24. *&* 25. quia Preſbyteri non ordinabantur abſolutè, ſed in loco certo ordinabantur, *can.* 28. *&* 32. id eſt vel in Ciuitatibus, vel in parochiis *can.* 33. Nam & cum ordinabantur ad Clerum, nullam vltetius habebant poteſtatem in Monaſterio; & ordinatio ſine vllo Monaſterij onere, vel dāno fieri debebat. *can.* 37. ſimiliter Preſbyter non poterat eſſe Abbas, aut debebat Clericatus militiam deſerere, *can.* 38. & inde regula, *Regularia Regularibus, Secularia Secularibus.* Ideoque cùm Xenodochium quoddam in Regno Francorum per

contentiones & ambitiones malè tractaretur, conſtitutum eſt vt Abbas ſine Regali prouiſione, & Monachorum electione non fieret, & vt conſtitutus in eo nunquam ad Epiſcopatum eligeretur, *can.* 39. vbi hæc conſtitutio dicitur eius priuilegium. Romani verò Correctores dicunt hunc canonem eſſe B. Gregorii, de Abbate Xenodochii in Ciuitate Auguſtodunenſi, *lib.* 11.

Can. 40. *Regeſti, epiſt.* 10.

Porrò Monachi, licet non ſint Clerici, habent eandem immunitatem quam habent Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi, à Tortelis, & ſordidis muneribus, ſcilicet dùm manent in Monaſterio ſuo, *can.* 40. Agitur deinde in *hac quæſt.* 1. de Iure Eccleſiarum: & primum ponitur hoc fundamentum, cunctis fidelibus, & B ſummopere omnibus Presbyteris, & Diaconis, & aliis Clericis attendendum eſſe, vt nihil abſque Epiſcopi proprii licentia agant; non vtique Miſſas ſine eius iuſſu quiſpiam Presbyterorum in eius Parochia agat, non baptiſet, nec quidquam ſine eius permiſſu faciat, *can.* 41.

Can. 42. & ſeqq. Præterea multa ſunt alia in quibus poteſtatem habet Epiſcopus, maximè in Eccleſiis Parochiæ ſuæ: nam quicumque voluerit in ſua proprietate Eccleſiam ædificare, neceſſarius eſt Epiſcopi conſenſus; & inſuper prouidet Epiſcopos vt aliæ Eccleſiæ antiquiores, propter nouas, ſuam iuſtitiam aut decimam non perdant; ſed ſemper ad antiquiores Eccleſias perſoluatur, C *can.* 44. & *can.* 42. & vt non dentur nouis oratoriis, *can.* 43. Nam plebibus tantùm, vbi ſacroſancta Baptiſmata dantur, debent dari, *can.* 45. Sed adhibita eſt diſtinctio, vt decimæ quidem de agris & vineis, quæ ad ſuum, vel fratrum ſuorum ſtipendium habent Epiſcopi & Abbates, ad Eccleſias ſuas deferantur, id eſt ad Eccleſias ſitas in Epiſcopi Diœceſi; familiæ vero eorum dent decimas ibi, ibi infantes eorum baptiſantur, & vbi per totum anni circulum Miſſas audiunt, *can.* 46. Et licet decimæ debeantur Sacerdotibus, tamen à Monachis, vel Clericis communiter viuentibus nulla ratio ſinit vt decimæ de laboribus ſeu nutrimentis ſuis exigantur; cùm omne quod ſupereſt ex reditibus Eccleſiæ in cauſis piis ac Religioſis erogan- D dum ſit, dicente Domino quod ſupereſt date eleemoſynam: & in ſacris canonibus præfixum eſt vt decimæ iuxta Epiſcopi diſpoſitionem diſtribuantur.

Can. 56. Et cùm aliqui in propriis beneficiis ſuis id eſt feudis ſuas haberent Baſilicas, & contemptâ Epiſcopi diſpoſitione, non ad eccleſias, vbi Baptiſmum, & Prædicationem, & manus impoſitionem, & alia Chriſti Sacramenta percipiunt, decimas ſuas darent, ſed vel propriis Baſilicis, vel aliis Eccleſiis pro libitu ſuo; petunt Patres *in concilio Ticinenſi* à Ludouico 2. Imperatore, qui ei concilio interfuit, id ab eo corrigi, *can.* 56. *hac quæſt.* 1. ex quo concilio hic canon ſumptus eſt, vt notant Romani Correctores: quæ Synodus habita eſt anno 855. Et ſi quis oblationes Eccleſiæ, vel decimas tenere contenderit, vel extra Baptiſmalem Eccleſiam dare voluerit, præter Epiſcopi conſcientiam, vel eius cui hæc officia commiſſa ſunt, Bannum noſtrum componat, & communione priuetur *can.* 55. Bannum, ait, id eſt pœnam Banni, ita enim

Can. 54. ſumendum. Plures autem Baptiſmales Eccleſiæ in vna Terminatione eſſe non poſſunt, ſed vna tantum cum ſuis Capellis: & ſi contentio fuerit de Terminatione duarum Matricum, ple-

A bes diſcernant; & ſi non conuenerint, Dei iudicio diſcernatur *can.* 54. Decimæ verò debentur Deo pro Sacerdotibus, & ſi ei rectè ſoluantur, effundit benedictionem, & increpat locuſtam & erucam ne deſtruat labores hominum, *can.* 65. Can. 55. & ſeqq. Contra verò qui non ſoluunt, perdunt omnem abundantiam & ſi illi decimam non dederis tu ad decimam reuoceris; dabis impio militi, quod non vis dare Sacerdoti *can.* 66. & Apoſtolicis viris, & Euangeliſatoribus Chriſti, in neceſſariis vſibus nolle tribuere, ſterilitatis eſt ſeipſum condemnare, *can.* 67.

Nec etiam Epiſcopus ipſe de Oblationibus, Can. 41. 57. 60. 61. & de Tributis, ac frugibus, niſi tertiam partem conſequi poteſt ex conſuetudine Hiſpaniæ, *can.* B 60. Quod ſi quid amplius præſumpſerit, per concilium reſtauretur, appellantibus aut ipſis conditoribus, ſcilicet Eccleſiæ, aut certe propinquis eorum, ſi iam illi à ſæculo diſceſſerunt, *dict. can.* 60. Ex conſuetudine Eccleſiæ Romanæ ſiunt quatuor partes, quarum vna datur Clericis, *can.* 41. non debet ergo Epiſcopus turpis lucri gratiâ aliquid exigere à Clericis, vel Monachis, qui ſub ipſo ſunt, *can.* 64. nec debet alienare quibuſuis Titulis, aut argumentis res Eccleſiæ, niſi fortè aut Clericis bonorum meritorum, aut Monaſteriis Religionis intuitu, aut certè peregrinis, ſi neceſſitas largiri ſuaſerit: ſic tamen vt hæc ipſa non perpetuò, ſed temporaliter perfruantur *can.* 61. nam vt diximus ſuprà C *in Cauſ.* 12. *quæſt.* 1. cùm antè, omnes poſſeſſiones & res adminiſtrarentur ab Epiſcopo, & penſio tantùm ex reditibus daretur Clericis; cœpit tamen poſteà fieri vt ſaluo Iure Eccleſiæ, res eius darentur Clericis, & committerentur *can.* 22. & 39. *ead. Cau.* 12. *quæſt.* 1. Et hoc eſt quod dicitur hic *in can.* 61. & in concilio Agathenſi *can.* 7. & 26. Atque ita dabantur, vt poſſent auferri ab Epiſcopo, ſi vellet, *concilii Aurelianenſis* 3. *cap.* 18. & nouo Epiſcopo reddi debebant *Synodi Epaonenſis can.* 14. Nam & poſt mortem Clerici ad ius Eccleſiæ donata eis redire debent; *Synodi Aurelianenſis* 4. *cap.* 36. Et cùm temporibus Symmachi Papæ cœpiſſent peti à Principe res Eccleſiæ, & impetratæ ab eo, retineri: Sym- D machus papa *in concilio Romano* 6, id prohibuit & refertur *can.* 57. *hac noſtra quæſt.* 1. Quicumque res Eccleſiæ confiſcare, aut competere, aut peruadere, periculosâ ſua infeſtatione præſumpſerit, niſi ſatisfecerit, anathemate feriatur. Similiter & hi qui res Eccleſiæ, iuſſu, vel largitione Principum, vel quorumdam Potentum, aut quadam inuaſione, aut tyrannicâ poteſtate retinuerint; & filiis & hæredibus ſuis, vt à quibuſdam iam factum audiuimus, quaſi hæreditarias reliquerint, niſi reddiderint, anathemate perpetuo feriantur: iniquum enim eſſe cenſemus vt Cuſtodes potiùs chartarum, quàm De- E fenſores rerum creditarum, vt eſt præceptum, iudicemur.

In Gallia vero temporibus iiſdem, nempe temporibus Clodouei primi, id cœpit vſurpari, vt teſtantur Patres *Synodi Pariſienſis* 3. *cap.* 1. accidit etiam vt temporibus diſcordiæ ſub permiſſione bonæ memoriæ Domini Clodouei Regis, res Eccleſiarum aliqui cōpetiiſſent, ipſaſque res improuiſâ morte collapſi propriis hæredibus reliquiſſent. Idque diu durauit, ſemper reclamantibus Epiſcopis, vt *in concilio Aruernenſi, cap.* 5. anno 535. qui tericulam Eccleſiæ petunt à Regibus, & horrendæ cupiditatis impulſu, egen-

tium ſubſtantiam rapiunt, irrita babeaot, quæ obtinent, & à communione Eccleſiæ excludantur: & in *Aurelianenſi* 3. *cap.* 22. anno 338. vbi dicuntur ex competitiona à poteſtate accipere: & in *Aurelianenſi* 4. *cap.* 25. anno 541. vbi dicuntur priùs admonendi: *& in Aurelianenſi* 5. *cap.* 14. anno 549. & in *Pariſienſi* 5. *cap.* 1. anno 557. vbi illi qui petierant, dicuntur Competitores: & in *Turonenſi* 2. anno 567. *cap.* 24. de his qui per diſcordias Regum, res Eccleſiarum, aut Sacerdotum competunt: & dicitur vt poſt trinam monitionem, vnà Connioentiâ, id eſt conſenſu eiſpſalmus 108. dicatur & *Pariſienſis* 5. *cap.* 9. anno 615. Nec Bonifacius Epiſcopus miſſus in Galliam, impetrare potuit vt reſtitoeretur; ſed tantùm vt cenſus annuus redderetur Eccleſiis, vt refert Zacharias Papa *epiſt.* 8. *ad Bonifacium Epiſcopum.* De cenſu verò expetendo, eo quod à Francis impetrare ad reddendum Eccleuis, vel Monaſteriis, non potuiſti aliud, quàm vt anno vertente ab vnoquoque coniugio ſeruorum, duodecim denarii reddantur, & hoc gratiat Deo quia potuiſti impetrare: & dùm Dominus donauerit quietem augeantur luminaria Sanctorum: & *epiſt.* 13. De cenſu autem Eccleſiarum, id eſt ſolidum de caſata, ſuſcipe, & nullam habens hæſitationem &c. Idem *epiſt. Epiſcoporum* è Synodo apud Carſiacum, miſſa *ad Ludouicum Regem Germaniæ, cap.* 7. anno 858. poſteà Decimæ, & Nonæ ſoluebantur ab eis, *in Capitularibus Caroli Magni ann.* 11. *cap.* 14. & refertur *lib.* 5. *Capitular. cap.* 127. vbi dicitur de rebus Eccleſiarum vndenam cenſus exeunt, decima, & Nona cum ipſo cenſu ſit ſoluta, & vnde antea non exierunt. Ex quo loco patet eos temporibus cœpiſſe ſolui has nonas, & decimas. Et præcipiuntur dari hi Cenſus, Decimæ & Nonæ: ab omnibus qui ſunt debitores ex Beneficiis, & rebus Eccleſiarum, ſecundum priora capitula Domini Regis, *Synodo Francofordenſi cap.* 25. vbi per *Capitula Regis* intelligit dictum capitulum anni 11. Nam etiam aliqui conabantur non ſoluere, vt eſt *in Capitulis ſelectis Eccleſiaſticis*, *tit.* 1. vt ibi teſtatur Carolus Magnus *tomo* 2. *Concilior. Galliæ.* Et confirmatur ex *concilio Turonenſi* 3. *cap.* 46. vbi qui res Eccleſiaſticas tenebant, Nonas & Decimas non perſoluebant: & præcipitur ſimiliter vt qui Beneficium Eccleſiaſticum habent, has ſoluant, *in Moguntino cap.* 62. & *lib.* 5. *Capitular. cap.* 92. & refertur *cap.* 1. *de Eccleſiis ædificandis*: & *in concilio Sueſſionenſi* 2. *cap.* 6. anno 853. & *in concilio Meldenſi*, *cap.* 9. 10. *&* 62. anno 845. & *concilio Valentino* 3. *cap.* 10. anno 855. & *concilio apud Saponarias cap.* 13. anno 859. vbi addunt patres, & vt deinceps nihil ab Eccleſiis abſtrahatur; ſed his modernis temporibus diſtracta, Deo reddantur, humiliter in Commune ſupplicamus. Habitum fuit ſub Carolo Caluo, & mortuo Carolo Caluo Epiſcopi Remenſis Diœceſeos, atque Rothomagenſis, de ea re ſcripſerunt ad Ludouicum Regem, quæ epiſtola dicitur *Admonitio ad Ludouicum Germaniæ Regem*: & *in cap.* 2. monent eum vt Monaſteria laicis à Carolo Magno conceſſa, Religioſis Perſonis reſtituat, vt ſub eis fuerunt tempore Sancti Remigii, excuſantque Carolum fratrem eius, quod neceſſitate id feciſſet, ne ab eius partibus Petitores diſcederent; quamquam jam ille monitus à Papa, ex parte aliqua voluit id corrigere.

Et non ſolùm res eccleſiæ per petitionem à Rege impetratæ, relinquebantur Succeſſoribus, ſed etiam ab illis velut res Patrimonii temporales diuidebantur, quod prohibuit Carolus Magnus, *can.* 59. *hac noſtra quæſt.* 1. *& lib.* 1 *Capitular. cap.* 83. & paulo ante dicitur, maximè eos Epiſcopatus & Abbatias inuaſiſſe, relictis ibi Canonicis & Monachis ſolis. Tempore Hadriani Papæ & Caroli Magni Imperatoris, quando Paulinus Epiſcopus tenuit Vices Apoſtolicæ Sedis, in Aquis fuit factum iſtud Capitulum, propter hoc quia laici homines ſolebant diuidere Epiſcopia, & Monaſteria ad illorum opus, & non remanſiſſet vlli Epiſcopo, nec Abbati, nec Abbatiſſæ, niſi tantum vt velut Canonici & Monachi viuerent. Similiter Decimas aliquando laici inuadebant, & malè detinebant *can.* 68. *& vlt. hac* 1. *quæſt.* in quo quæritur an poſteà laici illi poſſint eas cedere cuidam Monaſterio, & in vſum Monachorum transferre. & dicitur id poſſe, Epiſcopo loci illius præbente conſenſum, *dict. can. vlt.* Et notandum valdè quod dicitur *in illius canonis fine.* Clericos autem, inquit, illos conuenit Eccleſiæ ſtipendiis ſuſtentari, quibus Parentum & propinquorum nulla ſuffragantur: qui autem bonis parentum & opibus ſuſtentari poſſunt, ſi quod pauperum eſt accipiant, Sacrilegium profectò committunt; & per abuſionem talium, Iudicium ſibi manducant & bibunt. Can. 59.

In *can.* vero 48. *&* 49. oſtenditur poſſe ſummum Pontificem vnire duos Epiſcopatus in vnum, & *can.* 52. poſſe eximere Epiſcopum ab Archiepiſcopi Iuriſdictione: & *can.* 53. poſſe eadem authoritate Apoſtolica ordinari Epiſcopum vbi multitudo excreuit fidelium: ſed plebes quæ in Diœceſibus ab Epiſcopis tenentur, & Epiſcopos nunquam habuerunt; non niſi cum voluntate Epiſcopi à quo tenentur accipient Epiſcopum: extra vero hunc caſum, quo non excreuit fidelium multitudo, Diœceſes quæ nunquam habuerunt Epiſcopum, non debent habere. Can 48. & 49.

QVÆSTIO II.

HÆc *Quæſt.* continet mixturam variorum canonum non ſuo loco poſitorum: nam *in can.* 2. 3. *&* 5. ait Decimas & Oblationes ſoluendas, vel reddendas à laïcis: & *can.* 4. ne quis decimas ad alium pertinentes accipiat. *in can.* verò 6. *&* 7. vt in Parochialibus Eccleſiis quas tenent Monachi, ipſi non ponant Presbyteros abſque Epiſcoporum conſilio, ſed Epiſcopi Parochiæ curam cum conſenſu Abbatum Sacerdoti committant, qui de ea cura rationem reddat Epiſcopo, & de temporalibus Abbati, *dicto can.* 6. nam Eccleſiæ Monachorum in ſingulis Parochiis ſitæ, Epiſcoporum regimini ſubjacent, *dicto can.* 7. In *can.* verò 1. agitur de Inueſtitura horum Sacerdotum quæ pertinet ad Monachos. Can. 1. & ſeqq.

QVÆSTIO

QVÆSTIO III.

Can. 1. & ſeqq.

ALiquis Epiſcopus poteſt quidem in alterius Ciuitatis territorio, ſeu in alterius Diœceſi ædificare eccleſiam; ſed non conſecrare: Conſecratio namque debet ab Epiſcopo loci fieri, *can.* 1. & 3. Poteſt tamen ibi qui extruxit, Sacerdotem quem voluerit, in ea ordinare, *can.* 1. qui tribuitur hîc Nicolao papæ; & Anſelmus citat ex Auraſico: nam extat *in can.* 10. *eiuſdem Synodi, & in Arelatenſi* 2. *can* 36. Quod ſi quis voluerit conuocare Epiſcopos alienos ad dedicandam Eccleſiam, Conuentu abſtinebuntur, vt dicitur tam in dicto Arauſicano, quàm Arelatenſi, id eſt non habebunt ius Conuentus, in aliena ſcilicet Diœceſi, & territorio; quamuis fieri poſſit vt quis in alieno territorio habeat conuentum, quia poſſeſſio territorii Conuentum non adimit *can.* 2. & ita quæ noua conditur Eccleſia, ad eum procul dubio pertinebit Epiſcopum, cuius Conuentus eſſe conſtiterit, non cuius erit Territorium, *dict. can.* 2. Per Conuentũ intelligitur hîc Conuentus Epiſcoporum qui non fit in aliena Diœceſi: nam eſt conuentus fidelium in ſuam Parochiam, de quo *in can.* 35. *diſt.* 1. *de Conſecrat.* & *in can.* 51. 52. 55. & 56. *eadem diſt.* 1. & ideo in *can.* 5. *quæſt.* 4. dicitur Territorium non facere Diœceſim, id eſt Parochiam. Et ita *apud Aggenum Vrbicum.* Coloniæ loca quædam habent aſſignata in alienis finibus, quæ ſolemus Præfecturas appellare: harum Præfecturarum proprietas manifeſtè ad Colonos pertinet, non ad eos quorum fines ſunt diminuti &c.

Quod habetur in *quæſt.* 1. *can.* 54. plures Eccleſiæ Baptiſmales in vna Terminatione eſſe non poſſunt, ſed vna tantummodò cum ſuis Capellis; & ſi contentio fuerit de Terminatione duarum Matricum, plebs vtraque diſcernat; & ſi non conueniat, Dei iudicio diſcernatur: fortè alium ſenſum habet quam vulgo accipiatur. Veteres in Trifinio, vel Quadrifinio, trium, vel quatuor poſſeſſionum, conſtituebant Templa ſua, vbi illa multiplex eſſet Terminatio, & creſcente Religione Chriſtiana, occupata ſunt illa loca, & Eccleſiæ ex Templis illis factæ, quæ habebant eandem Terminationem. Quod ſi duæ fierent Eccleſiæ in vna Terminatione poſitæ, non mirum ſi dicatur plebes id dijudicare: nam cum in vna Terminatione eſſent plura conſinia, plebes erant etiam diuerſæ, ſicut & conſinia. Id totum ſumitur ex Aggeno *in commentaria in Frontinum de limitibus Agrorum* à nobis ſuprà laudato *diſt.* 23. Et confirmatur ex *l.* 15. *Cod. Theodoſ. de Epiſcopis, Eccleſiis, & Clericis.* Eccleſiis quæ in poſſeſſionibus, vt aſſolet, diuerſorum, vicis etiam, vel quibuſlibet locis ſunt conſtitutæ; Clerici non ex alia poſſeſſione, vel Vico, ſed ex eo vbi Eccleſiam eſſe conſtiterit, eatenus ordinentur, vt propriæ capitationis onus ac ſarcinam recognoſcant; ita vt pro magnitudine, vel celebritate vniuſcuiuſque Vici; Eccleſiis certus Epiſcopi iudicio numerus Clericorum ordinetur: vnde alia etiam apparet cauſa, propter quam in vna Terminatione non poterant eſſe plures Eccleſiæ.

QVÆSTIO IV.

Can. 1. & ſeqq.

IN hac *quæſt.* 4. agitur *de Præſcriptione triginta annorum.* Et oſtenditur eam prodeſſe Epiſcopis, qui alterius Diœceſis Eccleſiam, bonâ fide Triginta Annis, Eccleſiæ nomine poſſederint. Atque olim ea præſcriptio ſufficiebat ad Eccleſias ſibi vindicandas, ſeu Diœceſes, *can.* 1. 2. 3. 4. 8. & 9. *hac quæſt.* 4. Hodie verò ex conſtitutione Iuſtiniani non ſufficit, ſed eſt neceſſaria Eccleſiæ aduerſus Eccleſiam Præſcriptio Quadraginta Annorum, *can.* 16. *hac quæſt.* & *can.* 2. & 3. *quæſt.* 5. & *cap.* 8. *Extra. de Præſcriptionibus.* Ex *dict.* tamen *cap.* 8. colligitur in quibuſdam locis poſt conſtitutionem Iuſtiniani, adhuc habuiſſe locum præſcriptionem Triginta Annorum, quia *canon* 3. 4. 10. 16. *quæſt.* 3 & *can.* 2. *quæſt.* 5. ſunt editi poſt conſtitutionem Iuſtiniani de quadraginta annorum poſſeſſione: tamẽ ab illis ſeruata fuit tantum præſcriptio triginta annorum, non quadraginta; ſiue illis incognita eſſet Iuſtiniani conſtitutio de quadraginta annorum poſſeſſione, & ita ſeruata fuerit tantùm ab illis præſcriptio triginta annorum, non quadraginta; ſiue illis cognita eſſet ea Iuſtiniani conſtitutio. Sed cum agitur de finibus Parochiarum, diſtinguitur *in can.* 5. 6. & 7. *ead. quæſt* 5. aut enim fines & limites ſunt certi, & manifeſti, & ab antiquo præfixi; vel non. Primo caſu, cùm ſit certus ſtatus Eccleſiarum, ſeu Parochiarum, nec negligentia Pontificis, nec temporalis incuria, nec ignauiâ conſenſus adhibitus, nec ſubrepente ſupplicatione præceptio, diuellere poteſt ſemel Diœceſim conſtitutam, nec prodeſt poſſeſſio triginta annorum *dict. can.* 5. 6 & 7. vt fit in agris aſſignatis, quorum erat modus certus, formis publicis & ære contentus, de quo ære & forma publica agitur in *l. qui tabulam, ad legem Iul. peculat.* Nam Forma illa obligat vicinos inter ſe, vt qui pluſquam ſit in ea forma, poſſidet, reddat minus poſſidenti, vt ait Vrbicus, & Cuiacius ex eo, *lib.* 10. *obſeruat. cap.* 2. & probat ex *l.* 7. *D. finium Regundor.* Et eodem pertinet *cap.* 4. *de Parochiis, & alienis Parochian.* Et ratio eſt quia poſſeſſor, tunc enim manifeſti ſunt fines, videtur eſſe malæ fidei poſſeſſor; nam fides tribuitur terminis à Iulio Frontino *de Coloniis.* Si verò 2. caſu non conſtet de Terminatione, nec limes legitimus concludat Baſilicam; tunc præſcriptio triginta annorum locum habebit.

Can. 11. & ſeqq.

Non poſſunt verò præſcribi triginta annis, quæ pro remuneratione poſſidentur, *can.* 11. nec mancipiola quæ dantur excolenda ab Eccleſia, *can.* 12. nec cùm poſſeſſio ab hoſte vſurpatur, & interrumpitur; nam eo expulſo veluti poſtliminio res redit ad Eccleſiam, *can.* 13. & 14. & *cap.* 10. *de Præſcript.* Item cùm quis Epiſcopus cum aliquo contraxit de rebus Eccleſiæ contra Patrum ſanctiones, præſcriptio non incipit niſi à morte eius *can.* 10. In *can.* verò 15. non agitur de præſcriptione, ſed de ſententia concilii, lata in Epiſcopum qui quoſdam populos ad ſe pertinentes non curat, & à vicinis accuſatus eſt Epiſcopis in concilio; in quo definitum eſt, vt ſi intra ſex menſes eos non conuenit, alteri id facienti aſſignentur; niſi Epiſcopus oſtendat ſe non negligentiâ, ſed conſilio id feciſſe; ne

cumeſſent hæretici exaſperarentur, atque ideo remiſſiùs egiſſe. Et hic *canon* apud Zonatam eſt 13. Eſt verò in eadem Synodo *can.* 153. in qoo agitur de Triennali puſſeſſiooe vt ſi quis aliquam Diœceſim ab hæreſi Epiſcopus liberauerit, triénio & poſſederit oullo repetére, non deinceps poſt quinquennium petatur: ſed tempos non currit priino ſi Epiſcopus non fuerit; id eſt ſi vacauerit Sedes, oon fiet præindiciom Matrici; nec ſi Epiſcopus fuerit Donatiſta, ſed poſtquam, & Sedes ooo vacauerit, & Epiſcopus Donatiſta, conuerſus erit ad fidem.

Can. vlt. Deniqoe notaodom Priuilegia Sanctæ Romaoæ Eccleſiæ non præſcribi oiſi ceotom annis, etiam ſecundum leges Principum, *can.* 17. *& vlt. hac noſtra quæſt.* 4.

Can. 16. & Ex eo qood dicitur io *hac quæſt* 4. duos prlocipes authores eſſe Legis de Præſcriptione Triginta aooorom *can* a. & ex eo quod *in can.* 6. dicit in plurali Principom Edicta: colligi poteſt duos fuiſſe authores legis huius, Theodoſium iuniorem, & Honorium: & corrigi poteſt *cap.* 5. *de Præſcriptionib. Extra.* vbi dicitor Epheſinus io antiqua Epheſius Legiſlator Origenis patruus, & legendum Theodoſius Legiſlatos Orientis; & patruus, ſupple, Hoorius qui erat Occideotis Legiſlator. Hæc enim eſt vera lectio.

QVÆSTIO V.

INter Eccleſias & Monaſteria viciſſim neceſſaria eſt præſcriptio Quadragiota annorum, *can.* 1. 2. *&* 3.

QVÆSTIO VI.

Can. 1. IN *can.* 1. *huius quæſt.* Conſuetudo ooua rejicitur à S. Gregorio, quâ Rectores eios Patrimonii, cùm vrbana vel ruſtica prædia Iuri illius poſſe competere ſuſpicantur, fiſcali more Titulos imprimunt; & ita defendunt, non iudicio, ſed manibus, qood competit pauperibus; & anathema fit io eos. Dicitur *fiſcali more*; nam ſi qois condemnatus fuiſſet, bona eius fiſco accedebaot, & Tituli priocipales prædiis affigebantur *l.* 11. *&* 20. *Cod. Theodoſ. de bonis Proſcriptorum*: Proſeriptorum, ſatellitumque fortunas ærario ooſtro iubemos accedere; ideoque per agros, per cuncta domicilia, Titulos noſtræ Serenitatis affigi præcipimus. *Et l.* 3. *Cod. Theodoſ. de Aquaductu*, ſciat eundem fuodom fiſcalis Tituli proſcriptiooe ſigoatum, priuatis rebus noſtris aggregandum. Et Gregorius ait hoc eſſe noo iudicio, ſed manibos rem defendere: nam ſic aliquis facto quaſi vindicabat res, quod prohibitum fuit *Nouel. Theodoſii, de Titulis fiſcalibus* quia id ſolius fiſci & Principis proprium eſt, *l. vn. Cod. Theodoſ. de his. qui Potentiorum nomina in lite prætendunt, aut Titulos prædiis affigunt.* *Can. 2. & ſeqq.* Nec irruere debet Epiſcopus in bona quæ exiſtimat ad Cathedram ſuam pertinere, vel in Eccleſias, & plebes; ſed iudicio conueoiendus eſt is qui tenet ess, *can.* 1. Item ſi quis ex familia culpam fecerit Eccleſiæ, in ipſum vindicaodum eſt; ſed ab eius commodo abſtinendum, *can.* 4. niſi cooſtet ab eo res Eccleſiæ fuiſſe ablatas, quæ ab hærede reddentur, *can.* 3. Si quid etiam Clerici vel ſeruientes Epiſcopo, de sebus Eccleſiaſticis in vſum vel proprietatem acceperint, non eſt eis auferendum, ſed perſona punienda, *can.* 8. & Abbati etiam, ſi peccauerit, non eſt poſſeſſio Monaſterii tollenda, ſed is ſubjiciendus poteſtati Abbatis alterius Monaſterii. Cùm vero quis propter delicta ſoa retruditur in Monaſterium, ſi haboerit parentes legitimos, res eius ipſis tradootor, aliquo reteoto in illius ſtipendium, quod detur Monaſterio in quo ad Pœnitentiam datus eſt: ſi vero nullos habet Parentes, ses omnes eius proficiunt in loco, in quo debet agere Pœnitentiam, quatenus illi ex rebos eius ſubſidium habeant qui de ipſius correctiooe ſollicitodinem gerunt: ſi vero lapſi non habuerint niſi res Eccleſiæ cui ſeroiunt, non ſubtrahuntur eios Iuri, ad vſum tamen accipiunt vode ad Pœnitentiam ſubſiſtaot; ne ſi nudentur, locis in quibus dati ſunt ad Pœnitentiam ſint ooetoſi. *Can.* 15.

QVÆSTIO VII.

Can. 4. & ſeqq. OMnes Decimæ Deo dandæ ſunt & Sacerdotibus, *can.* 5. 6. *&* 8. *hac noſtra quæſt.* 7. & quicumque oon ſoluerit, id emendet *can.* 4. debentur autem de graoo, vino, fructibos arborom, pecoribus, horto, negotio, & venatione, *dict. can.* 4. *Can. 1. 2. 3. 21. 22.* Et omoes poni debent ſub Epiſcopi mano, qoi cæteris diſtribuat *can.* 1. & diſpenſet per œconomum, vt ita earum diſpenſatio præter teſtimonium oon ſit *can.* 21. Ille autem œconomus debet eſſe de Clero *dict. can.* 21. non laicus *can.* 22 Decimæ vero quæ in vſum pietatis conceſſæ noſcantur, non debent à laicis poſſideri, cùm ſint de Iure Sacerdotum *can.* 1. Et cum ab Epiſcopis vel Regibus laici temporibus illis acciperent, ſiue pretio, ſiue Beneficio, ve dicitur *in can.* 3. illud reprobatom eſt *dict. can.* 1. *&* 3. Vnde ſæpe legimus Monachos eas à laicis acquiſiuiſſe, & Eccleſias quoque inconſultis Epiſcopis; quod ne fieret ſine conſenſu eorum, eſt definitum *can.* 39. *& can.* 2. *in concil. Claromontano* ab Vrbaoo 2. Oſtendimus aotem ſuprà dio duraſſe in Eccleſia huoc graoem morbom vt laici petereot Decimas, & Eccleſias à Regibus, & patet ex *dict. can.* 1. *&* 2. Epiſcopos etiam ipſos has donaſſe laicis.

Can. 10. & ſeqq. O ones etiam Baſilicæ quæ per diuerſa loca ſuot conſtructæ, vel quotidie conſtruuntur, ſunt in Epiſcopi poteſtate io cuios Territorio ſunt *can.* 10. ſicut & animarum cura, & pecuniarum Eccleſiaſticarum diſpeoſatio, *can.* 11. Vnde nullos animarum curam, vel Præbendas Eccleſiæ, ſine eius iudicio vel conſenſu, tribuere debet *dict. can.* 11. Nullus etiam de manu laicæ Perſonæ Epiſcopatum, vel Abbatiam debet accipere; quod ſi fecerit, ooo habendus eſt Epiſcopus, oec Abbas, & introitu Eccleſiæ interdicitur, *can.* 12. 14. *&* 15. *hac quæſt.* 7. & idem eſt de Clericis, Abbaobus, vel Monachis, *can.* 16. *&* 20. Item nec inueſtitura Epiſcopatus, vel Abbatiæ, accipienda eſt a Principibus laicis, *can.* 12. 13. *&* 15. ſicut nec vllius alterius Eccleſiaſticæ dignitatis, *can.* 17 Eccleſia namque, Chriſti veſtimentom, ſcindi noo debet à laicis, ſed totum debet ſeduci io Epiſcopi poteſtatem, *can.* 19.

Noo placuit ergo laicos aliquid ſtatuere in

Can. 23. & ſeqq. Eccleſia, vel diſponere de tebus eius quantumuis pij ſint, *can.* 23. 24. & 25.

Dubitari vero poterat au Conſtructores Eccleſiarum aliquid poſſent in Eccleſia ab ipſis couſtructa, & ædificata: & ideò in *can.* 26. & 27, dicitur Fundatores Eccleſiarum in re ſui Iuris, nihil babere proprij Iuris in eas, præter Proceſſionis aditum, qui omnibus Chriſtiania in commune debetur; quod quomodo ſit intelligendum diaimus io *tit. de Iure Patronatus.*

Can. 29. & ſeqq. Poſſunt tamen Fundatores Eccleſiarum offetre Epiſcopo Sacerdotes in eis ordinandos *can.* 32. & 33. Nam Epiſcopus nullos poteſt in eis ordinare, niſi cùm conniuentia Fundatotum; quod B ſi fecerit ſpretis ijs, irrita erit otdinatio, *can.* 32. Semel tamen ordinationis tempore ab eis nominatum, & introductum, non poſſunt vi expellere *can.* 29. denique nec ejicient, nec conſtituent ſine Epiſcopi conſenſu *can.* 37. & 38. ſed ſi viderint eum aliquid ea collatis tebus defraudare, aut monendo compeſcent, aut denuntiando Epiſcopo vel Iudici cortigent: & ſi quis Epiſcopua talia gerat, Metropolitano; ſi autem etiam Mettopolitanns hæc tentet, Regi intimabunt: Nec ipſe Fundator aut filij eius aliquid in illis bonis attentabunt, *can.* 31. & *can.* 1. *Synodi Conſtantinopolitana* 1. & 2. qui ædificant Monaſteria, poſt cooſecrationem, nullam in facultatibus eorum habent poteſtatem. Item Monaſte- C rium vel Oratorium à domioio Conſtructoris coinuito non aufertur, *can.* 33. & 34. Hoc habet etiam Fundator eiuſque filij, vt ſi ad inopiam vergere cœperint, ab Eccleſiia ſuis temporalis vitæ ſuffragia percipiaot *can.* 20. & 30. Suffragia ſunt quæ donaotur. Agrætius: ſuffragia populi, & quæ honorant dicuntur, & quæ donantur. Cicero *de Præfectura Vrbana*: iſtum via vllis populi ſuffragiis redimere potui: &

Can. 40. 41. ſuffragari *apud Papiam*, eſt auxilium dare. Item ſi quis volt Monaſterium ſuum ad meliorandum, in alium locum ponete, fiat cum Epiſcopi cooſilio, & fratrum ſuorum, & dimittat Preſbyterum, id eſt relinquat, in priori loco ad Ec- D cleſiæ miniſteria, *can.* 41. & oemioi Regom aut aliorum in proprium Ius liceat Monaſterium rtadete, niſi ad aliud Monaſterium; vel commutare, niſi cum alio Monaſterio; vel quocumque commercio vendere: ſupple non liceat: quod ſi factum fuerit non valebit *can.* 40.

Can. 35. Si plures Conditoris Eccleſiæ fuerint hæredes, & contenderint de communi Eccleſia, iubeat Epiſcopus aoferti reliquias ſacras, & Ecleſiam claudi, donec communi cooſeoſu & conſilio Epiſcopi, ibi ſtatuant Preſbyterum, & vnde viuat. Quod ſi hætedes Eccleſiam diuidere voluerint, & plures ex vna facere, pluteſque ibi cooſtituete Preſbyteros, videndum erit ao eos ſecundum prouideotiam & Epiſcopi ad- E monitionem tenete voluerint, & honorate; & ſi voluerint id facient, id eſt id eis permitteodum eſt: ſin autem hoc contradiaerint, in Epiſcopi Poteſtate maneat vtrum eis conſiſtere permittat, aut Reliquias inde auferti velit, *can.* 35.

Can. 26. Antequam dedicetur Eccleſia, primitùs fieri debet dooatio ſolemois, quam Conditor Eccleſiæ ſa deſtinaſſe Miniſtris Eccleſiæ teſtetur, *can.* 26. quæ dicitur dos, vt ante probatum eſt, & in *can.* 17. *Synodi* 7. Quæ donantur Oratoriis dicuotur ea quæ ad perfectiooem pertinent *τὰ πρὸς ἀπαρτισμὸν*, & *τὰ περίαπτα in Synodo Con-*

A *ſtantinop.* 1. & 2 *can.* 1. Quæ in Breui inſcribantur, & in Epiſcopalibus archiuis reponantur.

Can. 42. De Abbatibus dicitur in *can.* 42. vt neminem circumueniant, tondendo eum turpis lucri causâ, vt res eius ſubripiant: & vt res reſtituantur hæredibus ipſo manente in Religione, item dicitur Coogregationem debere ſibi eligere Abbatem. *Can.* 43.

AD CAVSAM XVII.

B

QVÆSTIO I.

IN hac *tota Quæſt.* 1. agitur de Voto ſeruando, nec ſe ab illo retrahendo: de qua re videndus S. Baſilius *ſermone de inſtit. Monachorum* vbi ſimilia his dicit, & affert etiam exemplum Ananiæ, & loquitur de his qui ſeipſos Vouent Deo. Et Nazianzenus *oratio.* 43. Pollicitatio porrò Voto facta finem per opus accipiat: eſt hoc ſtultorum proprium, vt ſint rejectitii: at tu verax eſto, ſciens longè tibi ſatius eſſe non Vouere, nec facturum aliquid polliceri, quàm poſt conceptum Votum id relinquere. Et valdè notandum quod ait Gregorius Niſſenus C de *oratio. Dominica, orat.* 2. Nullam orationem Deo fieri rectè, quin præcedat aliquod Votum, quod nobis det *πρόσοδον*, id eſt aditum ad Deum: Vouere enim priùs oportet, deinde orare; quaſi colloquium cum fiducia fieri non poſſit, niſi per præcedens aliquod votum, & donum; *πρόσοδος*, id eſt aditus factus ſit. Et votum ab eo dicitur *εὐχὴ*, oratio, *προσευχή*: vbi definitur vtrumque, ſcilicet Votum & Oratio. Votum quoque definit Philo Iudæus, *lib. de inſomniis, in fine*: agitque de Voto, quo quis ſe vouet, quod dicit eſſe magnum Votum *μεγάλη εὐχὴ lib. de Victimis, in fine.*

Hoc loco de Voto ſolemni & ſimplici obſer- D uanda videntur nonnulla. Eſt enim difficultas non minima, ſcire quid ſit Votum Solemne, & quantum differat à Voto Simplici, in quo explicando laborant Theologi, & tandem concludunt cum D. Thoma Votum Solemne eſſe inſtar matrimonij & fieri cum ſui traditione; Votum Simplex inſtar ſponſaliorum, & fieri ſine traditione. Sed vt verum fatear, hoc eſt intelligendo non intelligere. Exiſtimo votum Solemne nihil aliud eſſe, quàm ipſam Profeſſionem, aut Votum cum Profeſſione; Votum verò Simplex, Votum ſine Profeſſione; & illud dici Solemne, quia ipſa Profeſſio Solemnis eſt, quod vt intelligatur, oſtendendum eſt quid ſit Profeſſio, & in qua re dicatur Solemnis.

E Profeſſio eſt certa & ſolemnis ſui Deo facta Oblatio, & ſponſio facta coram aliquo ſuperiore ſtipulante, & acceptante ſponſionem: Et hæc definitio ſumitur ex D. Baſilio, *Ep.* 2. *ad Amphilochium*, vbi dicit id in Profeſſionibus præcedere debere, vt interrogentur profitentes, & euidens ipſorum accipiatur profeſſio; & ex *can* 2. *Synodi Conſtantinopolitana primæ & ſecundæ*, vbi ſtatuit ſancta Synodus, *ne vllus ex omnibus monaſtico habitu dignus cenſeatur, ſine præſentia eius qui illum debet ad obedientiam ſuſcipere, & ſe principatum in illum obtenturum, & eius animæ ſalutis curam geſturum profiteri, qui ſcilicet eſt vir pius & præeſt monaſterio: & eſt*

idoneus ad ſeruandam animam qua Deo offertur. A Sumitur etiam ex *cap. 1. de regularibus*, vbi profeſſio regularis dicitur fieri, ex quo à conuertendo votum emittitur, & recipitur ab Abbate. Sunt igitur hæc tria in Profeſſione: interrogantur profiteri volentes; & reſpondent ad interrogationem; & demum acceptatur eorum ſponſio ſeu promiſſio à ſuperiore, & comprobatur ab Epiſcopo. Nam profeſſio non aſſumpta, ſeu acceptata à ſuperiore, dicitur in eadem Synodo Conſtantinopolitana *can. 2. fieri*, παρὰ λόγον καὶ ἀτάκτως, id eſt præter rationem, & inordinatè; Præcedebant ergo interrogationes ſuperioris, & reſponſiones vouentis, ideoque Profeſſio dicitur apud Græcos, ὁμολογία, vt patet ex loco citato D. Baſilii, & ex gloſſis Græco-Latinis, vbi ὁμολογία, eſt confeſſio, ſponſio, & ſtipulatio: ὁμολογία, inquit, ἡ ἐπὶ ἐρωτήσεως *profeſſio, ſponſio, ſtipulatio*: dicitur etiam, ἐπαγγελία propter eandem rationem: Nam in iiſdem gloſſis, ἐπαγγελία, eſt promiſſum, pollicitatio, promiſſio, repromiſſio; vnde apud Pollucem eſt, αἱ δι' ἐπαγγελία Et apud D. Epiphanium *Hereſi* 48. profeſſæ dicuntur, ἐπαγγειλάμεναι. Quò ſine dubio reſpiciens D. Bernardus, *lib. de præcepto & diſpenſatione cap. 24.* dixit *Profeſſionis ſponſionem.* Porro quia profeſſio illa fiebat, vt iam diximus, verbis Solemnibus, per interrogationem & reſponſionem, ideo Profeſſio illa dicta eſt Votum Solemne. Quicquid enim fit ſub certa C verborum formula, dicitur apud Iuriſconſultos fieri ſub ſolemnitate verborum, & eſſe ſolemne; Scilicet propter verba ſolemnia, vt patet *ex l. 23. D. de manumiſſis vindicta, & l. 1. Cod. de acceptilationibus, & l. 1. Cod. de contrah. ſtipulat.* Et Cicerone *pro domo ſua.* Votum igitur Solemne nihil aliud eſt, quàm Votum in Profeſſione, ſecundum certam formulam verborum, & ſolemnitatem factum & acceptatum: ita enim explicandum ex Iure Ciuili; Nec enim Theologia ad id explicandum poſſet ſufficere.

QVÆSTIO II.

Can. 1. & ſeqq. QVi promiſit in ægritudine aliqua ſe fieri Monachum, non tamen Monaſterio, vel Abbati ſe tradidit, nec promiſſionem ſcripſit, ſed Beneficium Eccleſiæ in manu Aduocati reſutauit; non poteſt cogi, & Beneficia ac Altaria ei reddenda ſunt. Nec enim quis ante annum probationis eſt S. Benedicti Monachus, *can. 5.* Et ſi laicus promiſerit ſe fore Monachum, ac poſteà duxerit vxorem, non diſſoluetur coniugium, licet non debuerit contrahi, *can. 2.* Si quis vero incognitus Monaſterium ingredi voluerit, ante triennium habitus Monachi non ei E præſtetur; & ſi intra tres annos, aut ſeruus, aut libertus colonus quæratur à Domino ſuo, reddatur ei cum omnibus quæ attulit, fide tamen acceptâ de impunitate: ſi autem intra triennium non fuerit requiſitus, poſtea quæri non poteſt: (niſi ſit tam longè, quod inueniri non poſſit) ſed tantum ea quæ in Monaſterium adduxit, Dominus ſerui accipiet.

QVÆSTIO III.

IN hac *Quæſt. 3.* Gratianus nullos affert canones.

QVÆSTIO IV.

RAptores rerum Eccleſiaſticarum Sacrilegi ſunt, & excommunicati *can. 5. & 8. hac quæſt. 4.* Item qui quod illis relictum eſt, tentauerint ſuis compendiis retinere, *can. 4.* etiamque hi, qui poſtquam Eccleſiæ res ſuas contulerunt, poſteà reuocare conantur, *can. 3.* & deponuntur Epiſcopi, Preſbyteri, & Diaconi, qui prædium Eccleſiæ quocumque modo alienant *can. 1.* Nam ratio nulla permittit vt propriis cuiuſquam vſibus applicetur, quod pro communi vtilitate datum eſſe cognoſcitur, *can. 2.* *Can. 1. & ſeqq.*

Item Preſbyter, & Diaconus, qui ornamenta Eccleſiæ ſubtracta vendit, Iudæ comparatur, *can. 15.* Et ita raptum vel amotum reddendum in quadruplum, *can. 16.* Quod ſi neceſſitas vrgeat alienandi conſulendus eſt Primas, vt ad concilium Vicinorum referatur. Similiter Abbas nihil poteſt vendere ſine Epiſcopi ſui licentia, *can. 40.* & cum Abbas Monaſterii dediſſet Epiſcopo Scyllaceno terram quæ in C D. pedes extendebatur ſub prætextu ædificandæ Eccleſiæ, illa donatio reformata eſt tanquam immenſa, & reducta ad ambitum parietum eius Eccleſiæ; ita vt ambitus ille cedat Eccleſiæ Iuri, reliquum reuertatur ad Monaſterium *can. 41.* *Can. 15. 16. 40. 41.*

Eccleſiæ etiam & Perſonæ Eccleſiaſticæ debent habere ſuam immunitatem. Vnde ſi quis in atrio Eccleſiæ pugnam committit, aut homicidium facit, quidquid pro emunitate violata emendandum eſt, altario ſoluatur, *can. 7.* & qui Eccleſiam Dei vaſtat, & eius donaria expoliat, vel prædia inuadit, eſt ſacrilegus *can. 11.* ſi quis etiam Eccleſiam igne combuſſerit, quindecim annis pœnitebit, eamque reſtituet, *can. 14.* ſi quis infregerit Eccleſiam vel triginta paſſus Eccleſiaſticos, qui in circuitu Eccleſiæ fuerint, vel domus quæ intra prædictos paſſus fuerint, aliquid diripiendo vel auferendo, eſt ſacrilegus: Capellæ verò quæ ſunt intra ambitum murorum Caſtellorum, non ponuntur in hac triginta paſſuum obſeruatione. *Can. 7. 11. 14.*

Sacrilegium committitur, auferendo ſacrum de ſacro, vel non ſacrum de ſacro, ſiue ſacrum de non ſacro *can. 21.* Qui etiam committunt officia publica Iudæis, vt ſacrilegi excommunicantur, *can. 21.* *Can. 21.*

Minores autem Eccleſiæ, & Capellæ non habent niſi triginta paſſus in circuitu, at maior Eccleſia habet paſſus quadraginta, *can. 6.* vbi idem conſtituitur quod eſt conſtitutum *in dict. can. 21.* Nemini vero licet Reum ad Eccleſiam confugientem abſtrahere. *can. 9.* ac ne quidem Clerico; qui ſi ſeruum aut diſcipulum ſuum fugientem ad Eccleſiam audeat extrahere, vel flagellare præſumat, ſegregetur *can. 18.* & omnia qui aliquem de Eccleſia violenter rapuerit, ab omnibus eccleſiis prohibendus, *can. 10.* Et cùm Bonifacius hominem de Eccleſia rapuiſſet, S. *Can. 6.* *Can. 9. 10. 18. & c.*

Auguſtinus illi communionem interdixit, & pœnitentiam iudixit; iuſſitque vt quem rapuerat, remaneret Eccleſiæ, & ne oblatio domus eius à Clericis ſuſciperetur, *can.* 8. Et non ſolum qui ab Eccleſia extrahunt, ſed etiam intra triginta paſſus à ianuis Eccleſiæ, *can.* 35. ſeu intra atrium & porticus Eccleſiæ, *can.* 20. & 30. Et hoc fit propter Dei & Sanctorum honorem, *can.* 9. Qui enim extrahit, facit contumeliam Religioni, *can.* 10. & non habet reuerentiam Eccleſiarum, violatque immunitatem, *can.* 20. Rectores verò Eccleſiarum non debent etiam eos donare ad pœnam, vel ad mortem; ſed pacem, vitam, ac membra obtinere; ita tamen vt reus legitimè componat quod iniquè fecit, *can.* 9. Et qui repetunt eos, de impunitate debent ſacramenta præbere, quo caſu eos reddet Eccleſia, *can.* 32. & 35. & ante Sacramenta illa ad Euangelia facta, non reddetur, *can.* 36. Qui Reus quoque conuenire debet de ſatisfactione, *dict. can.* 36. Poſt quam ſecuritatem impetratam, cogitur Reus ire ad Dominum, ſi ſeruus ſit, *can.* 32. & 36. Si quis vero fugerit ad Eccleſiam, qui tenetur ad ratiocinia, egredietur ſub hac conditione, vt ſi actus ſuos fideliter reddiderit, nihil contra eum aſperum fiat, *can.* 32.

Porro cùm olim in Gallia & Germania fieret compoſitio de criminibus, is etiam qui aliquem de Eccleſia rapuiſſet, pro violata immunitate nongentos ſolidos cogebatur componere, & publicâ pœnitentia mulctari.

De Perſonis verò Clericorum dicitur *in can.* 24. qui Preſbyterum occiderit, duodecim annorum ei Pœnitentia ſecundum canones imponatur: at ſi negauerit, ſi liber eſt, cum ſeptuaginta duobus iuret: ſi autem ſeruus, ſuper duodecim vomeres feruentes ſe expurget, conuictus verò noxæ, vſque ad vltimum vitæ tempus militiæ cingulo careat, & abſque ſpe coniugii maneat, *ex concilio Moguntino dicto can.* 24. Et ideo in *can.* 25. Preſbyteri iubentur ferre ſtolam: vt Preſbyteri non vadant niſi ſtola veſtiti, vel orario; & ſi in itinere ſpoliantur aut vulnerantur non induti ſtola, ſimplici emẽdatione ſoluãtur *c.* 25. preſbyterorum etiam occiſores, vel flagellatores monendi ſecundo, & tertio; ſi non audierint, Eccleſiâ conueniente, priuandi Communione; & ſi manſerint in obſtinatione, ab Eccleſiæ compage ſub anathematis interdictione reſecentur: quibus verbis intelligitur excommunicatio maior. Reſipiſcentes tamen, reuocari debent in gremium Eccleſiæ *can.* 23. Qui Epiſcopum percuſſerit, vel à Sede ſua expulerit, niſi condemnatum, anathematiſatur, ſi vero Preſbyterum, vel quemcumque gradus inferioris Clericum, canonicæ Pœnitentiæ ac depoſitioni ſubiicebit *can.* 22. Et qui manus violentas in Clericum, vel Monachum iniecerit, anathematis vinculo ſubiacet, & a nullo Epiſcopo poteſt abſolui, ſed tantum à papa, niſi in mortis articulu, *can.* 29. Qui occiderit Monachum aut Clericum, arma relinquat, & Deo in Monaſterio ſeruiat toto vitæ tempore, nunquam ad ſæculum reuerſurus, & ſeptem annis publicam pœnitentiam agat, *can.* 28.

Quod vero *in can.* 26. & 27. qui occiderit Preſbyterum, Diaconum, vel Subdiaconum, dicitur componere, & ex compoſitione aliquid ſoluere: Dicendum hanc fieri compoſitionem pro conſolatione Eccleſiæ, & non excludere

A pœnitentiam, vt apparet *ex concilio apud Theodoniſvillam* aduerſus Clericorum percuſſores ſub Ludouico Pio, vbi id petierunt Epiſcopi iuxta Capitula Regum præcedentium; ibi enim diſtinctè ponitur pœna Banni ſeu Compoſitionis, & Eccleſiæ pœna: & Rex Ludouicus poſt hanc Synodum, in alio Conuentu apud Tributiam, decretum fecit contra Clericorum percuſſores; vbi etiam in quolibet articulo, percuſſorum, vel eorum qui occiderunt Preſbyterum, Diaconum, vel Subdiaconum; ponitur duplex pœna, nempe Canonica, & pœna Compoſitionis. Extant vero hi canones huius conuentus
B *tomo* 3. *conciliorum Galliæ. Canon* verò 30. & 42. non pertinent ad hanc quæſtionem, nec *canon* 43. Qui tamen eſt notandus: nam in eo S. Auguſtinus non vult exhæredato filio, Eccleſiam hæredem fieri.

AD CAVSAM XVIII.

QVÆSTIO I.

IN *canone vnico huius Quæſt.* notandum, poſſe Monachum, factum Epiſcopum, tanquam
C legitimum hæredem vocari ad ſucceſſionem paternam; ſed tunc quidquid acquiſierat, vel habere viſus fuerat, relinquet Monaſterio: poſtquam enim Epiſcopus ordinatur, ad Altare ad quod ſanctificatur & titulatur, ſecundum ſacros canones, quod acquirere poterit reſtituet; ſcilicet quod acquirere poterit ex Eccleſiæ cauſa: nam acquiſita ex ſucceſſione ſuis hæredibus relinquere poteſt.

QVÆSTIO II.

IN hac *Quæſt.* ſecunda videbimus quid poſ-
D ſint Epiſcopi in Monachos, & in Monaſteria, & quid non poſſint.

Et primùm nullus ſine licentia Epiſcopi poteſt Monaſterium, aut Oratorium ædificare, *can.* 10. *hac quæſt.* 2. item nec fundare *can.* 12. nec cellas nouas, aut congregatiunculas, *can.* 13 & 14. Item Monaſteria, vel Monachorum diſciplina, pertinent ad Epiſcopum in cuius Territorio ſunt, *can.* 17. & Epiſcopi ſecundum canones debent Monachos ad ſanctam conuerſationem præmonere, *can.* 1. Et Abbates pro humilitate Religionis in Epiſcoporum poteſtate conſiſtunt; & ſi quid extra regulam fecerint, ab Epiſcopis corrigentur, qui ſemel in anno, in lo-
E ca vbi Epiſcopus elegerit, acceptâ vocatione conuenient, *can.* 16. Nam Abbatibus qui neque ſub Epiſcopo, neque ſub Metropolitano, neque ſub Primate, neque ſub Patriarcha ſunt, nullus prorſus Epiſcoporum, Epiſcopalia quælibet adminiſtret; nec quæ ſua ſunt, eis tanquam extraneis largiatur, *can.* 18. Et ſi quis Abbas, cautus in Regimine, caſtus, miſericors, diſcretus, ſobriuſque non fuerit, ac diuina præcepta verbis & exemplis non oſtenderit, ab Epiſcopo in cuius Territorio conſiſtit, & à vicinis Abbatibus, & cæteris Deum timentibus, à ſuo arceatur honore, etiamſi omnis congregatio vitiis ſuis conſentiens, eum Abbatem habere voluerit.

Can. 16. 17. 19. Quod autem aliqui dicunt in *can.* 1. & *can.* 16. verba illa, *extra regulam*, accipienda eſſe de his quæ non pertinent ad regulam, ita vt Epiſcopus corrigat Monachos in his quæ non pertinent ad regulam, & ita ſunt extra regulam; in his verò quæ ſunt contra regulam, correctionem pertinere ad Abbatem: illi meritò reprehenſi ſunt à clariſſimo & doctiſſimo Boſqueto: ibi enim *extra regulam*, eſt præter, & contra regulam, vt cùm ait Cicero, extra modum, 1. *Officiorum*, Cauendum eſt etiam ſi ipſe ædifices, ne extra modum ſumpto & magnificentiâ prodeas: & extra legem viuere *apud Petronium*: & ita vocem illam accepit Nicolaus 1. *epiſt. ad Epiſcopos in Regno Caroli Calui conſtitutos*, vt cauſam inter Epiſcopum Cenomanicum & Monachos S. Carileſi diſcutiant, *tomo* 3. *conciliorum Galliæ*, Omnium veſtrorum Reuerentiam commonere decreuimus, vt rectitudinis atque iuſtitiæ intercurrente libamine, Dominum præ oculis habentes, hoc extra inſtitutionem ſanctorum patrum fieri non ſinatis. Vnde *in can.* 19. debet Epiſcopus Monaſteria regulari moderamine diſponere, & *can.* 17. Diſciplina Monachorum pertinet ad Epiſcopum in cuius ſunt territorio, & Clerici etiam Monaſteriis præerant *can.* 10. quos aliquando ipſi fundatores conſtituebant, vt ait Balſamo *in can.* 1. *Synodi Conſtantinopolitanæ* 1. & 2. Item Epiſcopus, non ſemel, ſed ſæpiùs in anno viſitare poteſt Monaſteria Monachorum; & ſi aliquid corrigendum fuerit, corrigetur ab eo, *can* 18. Denique Viſitandi, exhortandique gratiâ, ad Monaſterium, quoties placuerit, ab Antiſtite Ciuitatis accedetur; ſed ſic Charitatis officium illic implebit, vt grauamen aliquod Monaſterium non incurrat, *can.* 28.

Can. 11. 24. 26. 27. Qui Religioſis fœminis præponendus eſt, ab Epiſcopo loci comprobetur *can.* 11. Non debent enim monaſteria fieri habitacula Clericorum, aut laicorum, quia ſic deſtruuntur *can.* 26. nec Clerici prætextu Regiminis debent habere aliquam poteſtatem in Monaſteriis, nec ea poſſidere, vel ad ea accedere, niſi hortandi cauſâ, vel ad peragenda ſacra Miſſarum, *can.* 27. & conſtitutum eſt in Concilio Hiſpalenſi, vt Monaſteria Virginum in Prouincia Betica, Monachorum adminiſtratione ac præſidio gubernentur, qui ſint eorum Patres ſpirituales, *can.* 24.

Can. 1. & ſeqq. Sunt vero quædam Epiſcopo canonibus interdicta, quæ ſi tentauerit excommunicabitur, *can.* 1. inter cætera Abbas non debet ordinari per Epiſcopum, *can.* 5. ſed is quem Congregatio communi conſenſu popoſcerit, *can.* 3. & Dominos etiam Poſſeſſionis, qui ſcilicet fundauit Monaſterium *can.* 14 & eligatur Abbas non extraneus, ſed de eadem congregatione, ab ipſa congregatione: quòd ſi aptam perſonam inter ſe inuenire nequiuerint, ſolerter ſibi de aliis Monaſteriis ſimiliter eligant ordinandum, *can.* 5. & 8. Nec vero ſicut Monachi eligunt Abbatem ſuum, ideo poſſunt illum remouere, *can.* 9. Non poteſt etiam Epiſcopus inuito Abbate ad Ordines ſacros, vel ad Clericatus officium è Monaſterio tollere Monachum, *can.* 5. Nec audeat etiam Cathedram in Monaſterio collocare, vel quamlibet poteſtatem exercere imperandi, nec aliquam ordinationem quamuis leuiſſimam faciendi, niſi ab Abbate loci fuerit rogatus, qua-

A tenus monachi ſemper maneant in Abbatum ſuorum poteſtate, remotis vexationibus & grauaminibus, *can.* 6. Miſſas quoque publicas in cœnobiis facere prohibeantur Epiſcopi, ne in eorum receſſibus vlla popularis conuentus præbeatur occaſio, *dict. can.* 6. quod prohibetur etiam in *can.* 2. & 3. *hac quæſt.* 2. Et ideo etiam Gregorius papa præcepit, vt de Monaſterio Baptiſterium, propter Monachorum moleſtias, auferretur, & alibi Altare fundaretur; quatenus prædictis Monachis opus Dei ſecuriùs liceat celebrare *can.* 7. ibi autem per opus Dei, & *can.* 5. per opus Diuinum, intelligitur Officium Diuinum, vt conſtat ex *Concordia Regularum*: & dicitur etiam Curſus, vt probat optimus
B Mœnardus. Neque Monaſteria ab Epiſcopo, Eccleſiaſticis conditionibus, angariis, vel obſequiis ſæcularibus, aut iuribus canonicis ſubjiciantur: Sed remotis vexationibus opus Diuinum perficiant, *can.* 5. Conceſſit tamen Vrbanus 2. ſeruitium, quod Monaſteria vel eorum Eccleſiæ, à tempore Gregorii ſeptimi vſque ad ſuum tempus fecerant, præſtari *can.* 31. Seruandum etiam eſt, quod inter Epiſcopum & Monaſterii fundatorem conuentum eſt, tempore quo dedicatum eſt, vt fit in *can.* 30. in quo conuenerant vt medietas oblationum pertineret ad Monaſterium, & alia pars Epiſcopo offerretur; & vt Monachus vnus ex Monaſterio, qui erat Presbyter, liberè Miſſas faceret, nec impedire-
C tur ab vllo alio Presbytero ſæculari, *dict. can.* 30. Denique ſemper quieti Monaſteriorum proſpicere oportet *can.* 27.

Potiùs Monachi non debent per loca aliqua vagari, *can.* 10. ex *concilio Chalcedonenſi can.* 4. & *can.* 16. *hoc quæſt.* 2. in tantùm vt qui fuerint peruagati, vbi inuenti fuerint, cum Epiſcopi auxilio ſub cuſtodia reuocentur, *dict. can.* 16. & Reum ſe eſſe cognoſcat, qui ſuſceperit Monachum alienum, *dict. can.* 16. Pernicioſa quoque conſuetudo abolctur, *can.* 26. qua mulieres quædam volebant cenſeri Sanctimoniales, & cùm in Cœnobijs, in Eccleſia, Refectorio, vel Can. 10. 16. 26. &c.
D Dormitorio, communiter eſſe deberent, propria ſibi ædificarant receptacula, & priuata domicilia; in quibus ſub hoſpitalitatis velamine, paſſim hoſpites & minùs religioſos ſuſcipiebant, *dict. can.* 16. Prohibitum quoque fuit, ne Sanctimoniales ſimul cum Canonicis, vel Monachis in Eccleſia, in vno Choro conueniant ad pſallendum, *dict. can.* 26. Et cum ſecundum Regulam S. Baſilii, & eius præceptionem duplicia formarentur Monaſteria, id eſt in vno eodemque Monaſterio Monachi, & Monachæ habitarent; id prohibuerunt Patres Synodi ſeptimæ generalis, vbi dicitur μὴ διπλοῦν, in vno Monaſterio Monachi & Monachæ; nec
E Monachus cubet in muliebri Monaſterio: ex quo verbo colligit Balſamo duplicia Monaſteria intelligi ea, in quibus ſimul habitant Monachi & Monachæ in vno Monaſterio, vt oſtendunt verba *canonis* 21. Sed in *can.* 22. Iulianus Anteceſſor videtur ea ſeparare, & per duplicia Monaſteria, non intelligere ea in quibus Monachi & monachæ ſimul habitant, ſed quæ coniunctè ædificata ſunt: & Balſamo etiam affirmat hanc fuiſſe quorumdam ſententiam, nec poteſt aliter accipi ſententia Iuliani, qui eſt author *canonis* 22. cùm dicat mulieres in ſuo Monaſterio manere debere, & Monachos aliud

ædificare Monaſterium, *dict. can.* Et ne ampliùs id fiat definitur *in dict. can.* 21. Ac ne ſcandalum inde oriatur, aut periculum, *in concilio Agathenſi* fuerat ante conſtitutum, vt Monaſteria puellarum longius à Monaſteriis Monachorum collocarentur, *can.* 23. Prohiberur etiam in *can.* 20. ne mulieres aliæ veniant ad Monaſterium Monachorum, & Commatres eorum fiant, *dict. can.* 20,

AD CAVSAM XIX.

QVÆSTIO I.

DEfinitur in hac *Quæſt.* 1. *can. vn.* vt ſi qui Clerici velint ad Religionem tranſire, id non impediat Epiſcopos. Nam & Epiſcopus poteſt iterum illum, ſi dignum inuenerit Sacerdotio, in loco quo iudicauerit ordinare, *can.* 32. 16. *quæſt.* 1. et id non immeritò definitum eſt in hoc vnico canone, quia ſæpiſſime Epiſcopi ſuis interdicebant Preſbyteris, ingreſſum Monaſterii, vt de Guenilone Senonenſi Epiſcopo, refert Lupus Ferrarienſis *epiſt.* 29. *&* 73. qui ad eundem ſcribit *in dicta epiſt.* 29. pro Andegario, & Valdrico Preſbyteris volentibus amplecti regulam Beati Benedicti, & quibus Senonenſis Epiſcopus relinquendi ſuos Titulos copiam negauerat ſe facturum, niſi ipſe probaret id abſque vitio fieri poſſe; quod ideo idem Lupus in ea *epiſt.* conatur probare rationibus, & exemplis. Et ſane præter quàm quod illi jam plabani eſſent affixi Titulo ſuo, nec poſſent Eccleſiam relinquere ſine conſenſu Epiſcopi; etiam Preſbyteri Monachi nullum Titulum Eccleſiæ poſſidentes, manent quodammodo ratione ordinis ſui ſub Epiſcopi poteſtate, vt apparet ex *concilio Arelatenſi* 3. *tomo* 1. *Concil. Galliæ*. Hoc enim & rationis & religionis plenum eſt, vt Clerici ad ordinationem Epiſcopi debitâ ſubjectione reſpiciant; laica vero omnis Monaſterij Congregatio ad ſolam & liberam Abbatis proprij, quem ſibi ipſa elegerit, ordinationem diſpoſitionemque pertineat. Quinetiam quidam Rectores Eccleſiarum prouinciæ Lugdunenſis aſſerebant non poſſe ſuos Parochianos ad Religionem tranſire, ſine licentia eorum, pro eo quod iure Parochiali eiſdem obligati tenerentur, vt refert Innocentius 3. *lib.* 1. *Regiſtri epiſt.* 166. vbi ait ab illa præſumptione per cenſuram Eccleſiaſticam eſſe compeſcendos. Et alij plebani etiam vſi hoc iure vt ijs qui eſſent ſub Patria poteſtate, non liceret niſi ex conſenſu Plebani ſui, & cum cauſæ cognitione, Religionem amplecti. Innocent 3. *in epiſt. ad Decanum, & alios Canonicos Cabilonenſes lib.* 13. *Regiſtri*: pro eo, inquit, quod Iure Parœciali eiſdem eſſent obligati.

QVÆSTIO II.

Can. 1. & 2. HVius *Quæſtionis* 2. duo ſunt canones, quorum *Secundus* confirmat canonem vnicum primæ quæſtionis: dicitur enim quòd Clerici, licet publicâ lege non debeant ſuam relinquere Parochiam, tamen lege priuatâ, fauore Religionis, id poſſunt, etiam Epiſcopo contradicente: dignior eſt enim lex priuata quàm pu-

A blica; nam lex priuata inſtinctu Sancti Spiritus in corde deſcribitur. *dict. can.* 2. *hac quæſt.* 2. & *cap. licet, Extra de Regularibus*. Extra hunc caſum in *can.* 1. dicitur vt alienum Clericum, inuito Epiſcopo ipſius, nemo ſuſcipiat, quod etiam definitum eſt in *can.* 16. *Synodi Nicænæ*,

QVÆSTIO III.

AGitur in hac *Quæſt.* 3. de his qui fiunt Monachi, & in principio dicit Canonicos Regulares induci non poſſe ab Abbatibus, & Monachis, vt fiant monachi, quandiu ordinis ſui Eccleſiam moenite quiuerint, in qua canonicè viuendo Deo ſeruire, & animam ſuam ſeruare, poſſint, *can.* 1. Et rectè addit *quandiu ſe ſaluare poſſunt* quòd aliquando contingat vt non poſſint, vt cum Religio à ſua perfectione recedit *cap. ſanè, & cap. licet de Regularib.* nam vt rectiſſimè dicebat Lanfrancus, referente S. Anſelmo *in fine carminis de contemptu Mundi*, ſi ego Lanfrancus manu propria me de aliquo Monaſterio non receſſurum juraſſem; & viderem in hoc quod animam meam ſaluare non poſſem, exirem; nec periurii crimen incurrerem: qui Can. 1. & 2.
C enim Deo, propter Deum alligatur, non ab ipſo niſi contra eum ſoluitur; portò ab ipſo contra ipſum non ſolnitur, qui propter eius amorem, vt ei benaplaceat à filiis ſuperbiæ, & diffidentiæ, à filiis diſcordiæ, & vt apertius dicam, à filiis Diaboli migrauit ad filios Pacis, & ad filios Dei. Et generaliter interdicitur ne Canonicus Regulariter profeſſus, niſi publicè lapſus fuerit, Monachus efficiatur; & hîc rectè additur exceptio illa. (qui enim lapſi erant, monaſteriis deputabãtur, vt vagantes animi & ſuperbi, ſeueriori regulâ diſtringerẽtur) Quod ſi quis id agere tentauerit, cogitur redire ad ordinem Canonicum, & deinceps ad memoriam perpetuam cu-
D cullam deferre, & vltimus in Choro manere. Et quidem hæc pœna erat & regradatio Monachorum, vt cum non haberent niſi locum non ordinem, in poſtremo loco referrentur, & vltima Cathedra, vt ait Fructuoſus *apud Menardum*, & confirmatur *ex cap.* 12. *de ætate & qualit. & ordine Præficiendor.* Cuculla etiam ei datur quæ eſt [illegible] Sozomeno *lib* 3. *hiſtoriæ*, *cap.* 14 quo Monachi vſi: eamque deſcribit Caſſianus *lib.* 1. *de habitu Monachi*, *cap* 4. Cucullis namque paruis vſque ad ceruicis humerorumque demiſſis confinia, quibus tantum contegant capita. Denique idem dicitur *in can.* 3. vbi etiam additur alia exceptio, niſi id fiat
E cum Patris, & totius Congregationis permiſſione. Igitur *in his tribus canonib.* diſtinguuntur Canonici Regulares à Monachis: & hoc eſt explicandum, ſciendumque initio Clericos aliquos dictos Canonicos *in concilio Aurelianenſi* 3. *can.* 11. vbi dicitur: ſi Clerici miniſteria ſua detrectent, inter reliquos Canonicos nullatenus habeantur, neque ex rebus Eccleſiaſticis cum Canonicis ſtipendia, vel vlla munera percipiant: hoc habitum anno 538 & in *concilio Aruernenſi cap.* 15. habito anno 535. dicitur: ſi quis ex Preſbyteris, aut Diaconis, qui neque in Ciuitate neque in Parochiis, Canonicus eſſe dignoſcitur, ſed in Villulis habitare, in Oratoriis officio ſancto deſeruiens, celebrat officia Di-

uina;feſtiuitates præcipuas cum Epiſcopo ſuo in A Ciuitate teneat. Ea hoc vero loco pater duo fuiſſe genera Clericorum, quorum alii erant Canonici, ſiue in Vrbe,ſiue in Parochiis eſſent; alii qui deſeruiebant Oratoriis priuatis: ex quo etiam colligitur alios fuiſſe vel in Canone, & Matricula alicuius Eccleſiæ, vel percepiſſe ex ea ſtipendia & canonem: Nam canon ſignificat & matriculam & ſtipendia. Et non ſolùm in Ciuitate erant tales Clerici Canonici, ſed & in Villis, vt Lector Canonicus, Archipreſbyteri Vicani *in can.* 19. *Synodi Turonenſis* 2. Canonici vero illi tantùm Clerici: Clericatus namque dicitur *canonica vita*, in *Capitulari Aquiſgranenſi Caroli Magni*, *anno* 789. tomo 2. Concilio- B rum Galliæ, *cap.* 73. vbi dicitur vt omnes qui ſe Voto Monachicæ vitæ conſtrinxerunt, Monachicè & Regulariter, ſecundum ſuum Votum viuant: & paulo poſt: ſimiliter qui ad Clericatum accedunt, quod nos nominamus Canonicam vitam, vt Canonicè ſecundum ſuam regulam viuant, & Epiſcopus, eorum regat vitam, ſicut Abbas Monachorum. Et in *can.* 9. *concilii Moguntiaci*, deſcribitur vita Clericorum Canonicorum, quod canonicè viuāt in vnoquoque Epiſcopatu, & dicitur, vt ſimul manducent, & dormiant vbi his facultas id faciendi ſuppetit, vel qui de rebus Eccleſiaſticis accipiunt ſtipendia; quibus verbis oſtenditur aliquos de ſuo viuere, alios de ſtipendiis Eccleſiæ: & in ſuo clau- C ſtro maneant, & manè ad lectionem veniant;ad menſam vero ſimiliter lectionem audiant: & deinde *can.* 11. agitur de vita Monachorum, & in *concilio Turonenſi* 3. *can.* 23. de vita Canonicorum, qui in Epiſcopiis conuerſantur: Canonici ait,& Clerici Ciuitatum conſiderauimus vt in Clauſtris habitantes ſimul omnes in vno dormitorio dormiant, ſimul in vno refectorio reficiantur, quò facilius poſſint ad horas occurrere &c. In *concilio vero Turonenſi* 3. fuerunt quidam Canonici qui ſub Abbate viuebant *cap.* 24.qui diſtinguntur à Monachis etiam ſub Abbate viuentibus, *can.* 25. Vnde *Titulus canonis* 24. eſt D de Canonicis qui ſub Abbate viuunt in Monaſteriis; ſimili modo ait,& Abbates Monaſteriorum; in quibus Canonica vita fuit antiquitùs, & nunc videtur eſſe, ſollicitè ſuis prouideant Canonicis, vt habeant Clauſtra, & Dormitoria,&c. & *in can.* 25. reprehenditur in Abbatibus Monachorum, quòd magis Canonicè quàm Monachicè inter ſuos conuerſentur. Ex hoc vero *canone* 24. oſtenditur talem vitam Canonicorum ſub Abbate viuentium, potuiſſe dare initium noſtris Canonicis Regularibus: ſed tamen ſemper manſit diſtinctio Monachorum, & Canonicorum, ſicut & Monacharum, & Canonicarum *in concilio* 6. *Pariſienſi*, *ſub Ludouico Pio cap.* 46. & in *concilio Meldenſi cap.* 53. di- E citur, vt Canonici in Ciuitate vel in Monaſteriis, in dormitorio dormiant &c. & ita ibi quidam Canonici extra Monaſterium, quidam intra viuebant; eorum tamen vita & profeſſio etiam nominibus diſtinguebatur: & *in concilio ad Theodoniſvillam*, *cap.* 4. dicitur: vnde ordo Eccleſiaſticus & Canonica forma, atque Monaſtica religio titubauit, & *in concilio Sueſſionenſi* 2. *actio.* 6. Canonica & Monaſterium diſtinguntur; vbi dicitur, ſecundum conſuetudinem quam in offerendo ordinandos ea Canonica, & Monaſterius, ipſa Metropolis Eccleſia habebat. Ex eo vero quod aliqui Canonici eſſent ſub Abbate, facti ſunt hi, quos nos dicimus nunc Canonicos Regulares; medii inter Monachos & noſtros Canonicos ſæculares, qui ſunt ſub Epiſcopo: & Regulares dicuntur ad differentiam eorum, Canonici autem ad differentiam Monachorum. Regulæ namque inſeruiunt laxiori quàm Monachi, *cap.* 5. *de ſtatu Monachor.* & vt Sæculares, regere poſſunt Eccleſias Parochiales, *dict. cap.* 5.

Secundo dicitur Monaſteria non debere fieri habitacula priuata, *can.* 4. & 5. *Can.* 4.5.

Tertiò agitur de Monachis, vt non niſi poſt biennium conuerſationis ſuæ Tonſurentur; po- B ſteà ea *concilio* 7. *generali*, triennium debuit expectari *can.* 5.& deinceps viſum eſt ſufficere annum probationis, *cap. ſtatuimus*, *de Regularib.* & vt ingreſſi in Monaſterium non habeant teſtandi licentiam, ſed eorum bona fiant Iuris Monaſterii, *can.* 7. & 8. quod intelligitur liberis non extantibus, *can.* 9. ſi verò extent, poſſunt etiam poſt ingreſſum in Religionem, eis diuidere hæreditatem legitimâ non imminutâ, & quod eis non dederit, competet Monaſterio: quòd ſi totam filiis hæreditatem diuidere voluerint, illud vnius locum ſubibit; ſi nec diuidat, filii legitimam conſequentur, & Monaſterium reliqua *can.* 9. Non licet verò parentibus liberos, vel liberis parentes Monachos factos ab C hæreditate repellere. Nec licet etiam parentibus liberos è Monaſteriis abſtrahere *can.* 10. *Can.* 7. & *ſeqq.*

AD CAVSAM XX.

QVÆSTIO I.

OLim Pater poterat filium ſuum impuberem Monaſterio delegare, & tradere; nec liberum illi reuerti ad Sæculum, *can.* 2. 3. 4. & 6. *hac quaſt.* 1. Quod tamen poſteà diſplicuit, & D additum vt poſt pubertatem anno 15. Prælati inquirerent ab eis, an vellent in habitu permanere vel non, vt ſi nollent, abeundi licentia eis daretur *can.* 10. Et in *cap.* 14. *de Regularib.* Mota eſt illa quæſtio de rigore illorum canonum quibus filii impuberes cogebantur à Patribus habitum ſuſcipere Clericalem; vnde cùm id accidiſſet temporibus Cœleſtini 3. reſpondet filium illum, cùm ad annos diſcretionis peruenerit eſſe interrogandum; & ſi induci nequiuerit, vt maneat, non eſſe compellendum *dict. cap.* 14. *vt eſt in antiqua.* Inde eſt quòd *can.* 7. *hac noſtra quaſt.* 1. Infans pro infante poteſt dari in Monaſterio, licet alter votatus fuit (ita legendum, non vocatus) tamen melius eſt Votum E ſoluere, ſimiliter & pecora æquali pretio ſi neceſſe eſt, ſunt redimenda, *dict. can.* 7. Redimere enim licuit aliquando Vota, & compenſare, id eſt aliud pro alio dare, & de ea re intelligendus eſt *canon* 3. *Synodi Antiſiodorenſis*: non licet compenſos in domibus propriis facere, ſed quicumque Votum habuerit, in Eccleſia vigilet, & Matriculis ipſum Votum pauperibus reddat: *Compenſos facere* eſt compenſas Voti facere, vt oſtendunt ſequentia: nam compenſus, compenſi, nihil aliud eſt quàm compenſa compenſæ: & dicitur non ſufficere ſoluere in domibus propriis pretium redemptionis Voti; ſed illud ferendum *Can.* 2. & *ſeqq.*

eſſe ad Eccleſiam, & ibi vigilandum, & Matriculæ ipſum votum reddendum. Nam & *Leuitici* 27. dicitur de paupere cuius Votum æſtimandum eſt, quòd ſi pauper fuerit ad pretium ſtabit ante Sacerdotem, & æſtimabit eum Sacerdos; vt poterit manus vouentis, ſic æſtimabit eum Sacerdos: Et Compenſus vel Compenſa eſt quod datur pro Voto: ſicut in *gloſſis* ἀλμιά τά διδόμενα τοῖς γραικῖ: Penſum, & penſa Latine dicuntur, & quæ donantur vxori à marito ἀντίφερνα, quæ & doti reſpondebant, & cõpenſabant dotem. Vnde *in eiſdem gloſsis*, repenſare eſt ἀναδοῦναι. Vota ergo non poſſunt ſolui niſi in Eccleſia, ſicut nec Oblationes *can.* 58. *Synodi Laodicenæ*.

Can. 1. & 10. Profeſſio vero Virginitatis in adulta fieri debet ætate & nubili, *can.* 1. & cõfirmãtur *c.* 10. Verùm, vt diximus *in Cau.* 27. *Quæſt.* 1. Variæ de ea B re fuerunt conſtitutiones, propter varias cauſas: & hîc etiam *in c* 14. & 15, ante 25. annum non debent conſecrari Virgines; cùm tamen anteà non conſecrarentur ante annum ſuæ ætatis quadrageſimum, *ex concilio Agathenſi*, *can.* 19. Quod immutatum *dict. can.* 14. ex concilio Carthaginenſi, ex quo colligitur Canonem 13. non eſſe ex eodẽ concilio, vt rectè Romani Correctores obſeruant: & *can.* 15. Pius Papa ad annum vigeſimum quintum id reduxit. Propter Abbatiſſas tamen eligendas conſtitutum eſt ne Virgo niſi ſexagenaria velaretur, *can.* 11. & temporibus quibus Profeſſio fieri poterat anno 15. ætatis. Gregorius tamen *lib.* 1. *Regeſti epiſt.* 4. *ad Anthemium* reſcripſit vt quia in Inſulis congre- C gatio Monachorum dura eſt, non ſuſciperentur niſi anno decimo octauo. Inſulas autem intelligit tres proximas Romanæ Sedi, quæ vltra Oſtia Tyberina in mari Tyrrheno, Pontia, Palmaria, & Pandataria de quibus Varro *lib.* 3. *de re Ruſtica*. Hoc ita fieri apparet in Inſulis propinquis Pontia, Palmaria, & Pandataria: & ſunt inſulæ miræ ſolitudinis, & ſterilitatis; in quarum vnam nempe Pontiam miſſus eſt in exilium Syluerius Papa à Belliſſario, iubente Imperatrice Conſtantinopolitanâ: vbi dicitur ab Anaſtaſio in eius vita, & ſuſtentauit eum pane tribulationis & aqua anguſtiæ. Illæ vero Inſulæ dicuntur fuiſſe in dominio Sancti Benedicti. D

Can. 8. & 9. Puellæ quæ non coactæ ſed ſponte Virginitatis propoſitum ſuſceperunt & habitum, ſiue ſint conſecratæ, ſiue non; peccant ſi non maneant in eo, *can.* 8. & 9. contra verò quæ vi coactæ illud ſuſceperunt, non tenentur, quia tales conſiderandæ ſunt magis peccata committere, quàm plangere, *dict. can.* 9.

Can. 11. & 15. Virgines autem non Velandæ niſi aut Epiphaniorum die, aut in Albis Paſchalibus, aut in Apoſtolorum Natalitiis *can.* 11. & 15. Viduæ autem non ſunt Velandæ *dict. can.* 11. profeſſionem tamen in ſcriptis faciunt à ſe ſigno, aut ſubſcriptione notatam, de propoſito ſeruando.

QVÆSTIO II.

Can. 1. & ſeqq. AGitur etiam hîc in *cau.* 1. de Infantibus, quibus vel Religioſis debitam veſtem, vel Tonſuram Parentes dederint, palamque in Eccleſiæ conſpectu geſſerint: anguntur illi perſe- A uerare; ſed ea Poteſtas non datur parentibus, niſi vſque ad decimum quartum ætatis annum *can.* 1. ſed oportet oblatos eſſe à Parentibus infantes ſub plurimorum teſtimonio, vt omnis occaſio maledicti gratia excludatur hominum peſſimorum, *can.* 4. Et poſſunt etiam Parentes, ſi voluerint, puellam, ſi ante duodecimum annum ætatis ſponte ſua ſacrum ſibi velamen aſſumpſerit; vel etiam Tutores intra annum inde retrahere: ſi poſt annum ſiluerint, non ampliùs poſſunt *can.* 2. Adultam vero non poſſunt prohibere, *dict. can.* 2. duo verò ſunt quæ faciunt Monachum *in dict. can.* 1. veſtis, & Tonſura.

Porro Abbatiſſa nec Viduam nec Virginem Puellam Velare poteſt, *can.* 3.

QVÆSTIO III.

Can. 1. & ſeqq. QVi proprio arbitrio propoſitum Monachi ſuſcepere, non poſſunt deſerere *can.* 1. 2. & 3. & idem eſt de iis qui raſati ſunt in Clero, *dict. can.* 3. non ſunt vero perſuaſione tondendi, propter lucrum, *can.* 5. & res eorum hæredibus reſtituendæ, *dict. can.* 5. *Can.* verò 4. agitur de filio cui Pater Cucullam impoſuerat anno ætatis nono, inuito tamen: & poſteà etiam ſine oblatione Patris habita, qua Pallio Altaris indutum filium offert, & ſine Benedictione C Abbatis Epiſcopus illum induere fecit habitum; & dicitur non eſſe Monachum ſub tali violentia: nullum quippe bonum niſi voluntarium, & à nullo ad id agendum cogendus, nec priuandus hæreditate Paterna, ſed faciendum vt in Canonica degat vita, donec Monachus eſſe velit.

QVÆSTIO IV.

MOnachi non poſſunt recipi commigrantes in aliud Monaſterium ſine voluntate Abbatis, *can.* 3. Poſſunt tamen pro lucro ani- D mæ, tranſire ad diſtrictius Monaſterium ex ſententia Synodi *can.* 1. Nam olim id licebat. Innocentius 3. *lib.* 1. *Regeſti epiſt.* 81. Prohibemus vt nulli fratrum veſtrorum, poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem, fas ſit niſi arctioris Religionis obtentu, de Clauſtro veſtro diſcedere: diſcedentem vero abſque communium literarum cautione, nullus audeat retinere. Et hæ literæ omnes ſunt velut literæ Commendatitiæ Monaſterii, *can.* 3. & ait, quod ſi non amendauerint ſe, verberibus coerceantur, *dict. can.* 3. ſeruandum quoque de Monachis, ne eis ad ſolitarias cellulas liceat à Congregatione diſcedere, *dict. c.* 3. niſi forte probatis, poſt emeritos labores, aut propter infirmitatis neceſſitatem aſperior, Abbatis licentiâ, regula remittatur; quod tamen ita demum fiat, vt intra eadem monaſterii ſepta manentes, ſub Abbatis poteſtate, ſeparatas habere cellulas permittantur, *dict. can.* 3. *ex concilio Agathenſi cap.* 27. in quo, caſus planè diuerſus eſt à *Nouella* 132. quæ concedit cellulam propter contemplationem, & à *can.* 41 Synodi *Trullanæ*, & id quod conceditur hîc, prohibetur in concilio Tridentino.

AD CAVSAM XXI.

QVÆSTIO I.

DIcitus in hac *Quæſt.* 1. neminem lu poſtetum in duabus Eccleſiis collocari : negotiationis enim hoc eſt & turpis lucri proprium, *can.* 1. & hæc quidem in Vrbe ſeruanda : in Villis verò, quæ foris ſunt, propter inopiam hominum iodulgetur, *can.* 1. generaliter ergo Clericus in duarum Eccleſiis Ciuitatum, eodem tempore conſcribi non poteſt, *can.* 2. Verùm non prohibetur quis retinere plures Eccleſias, dùm vnam Titulatam, & aliam ſub Commendatione habeat, *can.* 3. Et idem eſt de Monaſteriis; Voum enim Abbatem duobus Monaſteriis interdicimus præſidere. Item qoando Ciuitas aliqua Epiſcopalis ab hoſte vaſtata eſt, & ſimilis Eccleſia vacat, poteſt Epiſcopus in ea Cardinalis Sacerdos conſtitui, ita tamen vt Eccleſiæ vaſtatæ iura retineat, vt videre eſt *in can.* 5, *& 6. hac quæſt.* 1. & in *can.* 5. *diſt.* 71. In quo Romani Correctores dicuot Cardinalem fieri io aliqua Eccleſia Sacerdotem, vel cardinari, ſignificare canonicam Tranſlationem.

Semper verò id obſeruatum eſt in Eccleſia, vt ad miniſterium aliquod ordinareotur Clerici; & ita *in can.* 2. *quæſt.* 2. qoi ſuam reliqoit Eccleſiam, dicitur Eccleſiæ miniſteriis deſtitutus : & ſic Apoſtoli diuiſerunt inter ſe orbem, cuius pars vnicuique eſſet pro Titulo: titulo, inquam, acquirendo, noo acquiſito. De illa dioiſione loquitur Euſebius, & Nicephorus Calliſtus: Quod eſſet acquirendus probatur ex Gregorio 2. *epiſt.* 125. *ad Bonifacium Moguntinum Epiſcopum*, vbi cum miſit eum in Germaniam, ait, ſe ordinare eum Epiſcopum ſine Sede, more Apoſtolorum; & in Actis Apoſtolorum *cap.* 13. dixit Spiritus ſanctua, ſegregate mihi Saulum & Barnabam, in opus ad quod aſſumpſi eos. Sed ex B. Paulo id magis probatur *epiſt. ad Corinthios*, 1. *cap.* 10. vbi dicit ſuum mioiſterium eſſe menſuram regulæ, quâ menſus eſt ei Deus menſuram pertingeodi ad Corinthioa, vt eos fideles reddetet, ciſque prædicaret Euangelium; & ſe ſperare creſcente fide eorum, magnificari ſecundum regulam ſuam in abundantiam, etiam in illa quæ vltra Epheſios ſunt Euangeliſare, non in aliena regula: & bic erat verus quidem Titulus, ſcilicet miniſterium, non attendendo ad reditus, vel Eccleſiaſticos, vel temporales: Nam S. Paulo miniſtrabant manus ſuæ : & multi initio viuebaot ex bonis ſuis, non ax bonis Eccleſiæ, & pauperum. Vnde Titulus Prophanus exortus eſt; & deiode, vt diximus ſuprà, Clerici nullas res adminiſtrabant, ſed ſolus Epiſcopus, qui eis penſionem præſtabat, atque initiò Apoſtoli viuebant ex Collectis & Eleemoſynis.

QVÆSTIO II.

Can. 1. & ſeqq. NVllus Clericus poteſt, relictâ ſuâ Eccleſiâ, in altera ſine Dimiſſoriis Epiſcopi ſui conſtitui, *can.* 1. *hac quæſt.* 2. aut ipſe, & qui ordinauit, deponetur *dict. can.* 1. Imo nec ab alio recipiendus, ſed io ſuam remittendus Eccleſiam: quod ſi quis recipiat, communione priuabitur donec reſtituat, & deſertor Monaſterio relegabitur, aliquo tempore, *can.* 2. Quod ſi quis verè tranſlatus ſit de conſenſu Epiſcopi ab vna Eccleſia ad Eccleſiam aliam, oihil habere debet commune cum Eccleſia priora, ſiue cum in ea conſtitutis Martyriis, vel parochiis, vel Xenodochiis, aut deponetur, *can.* 3. Sicut verò vnus Preſbyter noo debet conſtitui pluribus in Eccleſiis, ita nec plures Preſbyteri poni debent eadem in Eccleſia, nec ea diuidi poteſt in plures Preſbyteros, *can.* 4. Item nec vna Eccleſia ſuo debet Preſbytero carere, nec Regi per coodutitios Preſbyteros, ſi modò facultas ſuppetat vt proprium poſſit habere Sacerdotem; qui (vt additur in concilio ab Eugenio 3. poſtea habito) non poterit amoueri, & ab Eccleſia depelli, niſi canonico Epiſcopi iudicio, vel Archidiaconi: cuique de bonis Eccleſiæ tantùm Beoeficii præberi debet, vnde conuenienter valeat ſuſtentari. Et illis Eccleſiis ſine dubio nullus intitulabatur Clericus, ſed coodu‍ctitiis Preſbyteris committebantur, forſitan ab ipſa pleba : nam ſi collata fuiſſet alicui, potuiſſet is per Vicarium eam regere, *cap.* 30. *de Præbendis*

Olim verò Eccleſiæ ab Epiſcopo committebantur pro tempora quo ipſi videbatur, quia omnia bona adminiſtrabantur ab Epiſcopo, etiam bona particularium Eccleſiarum, vt ſupra dictum eſt: & ita adminiſtratio ſola ſpiritualis, erat Titulus, à qua aliquando pro vtilitate Eccleſiæ Clerici transferebantur ad aliam adminiſtrationem; nec ita Clerici eraot innixi ſuo Titulo, ſicut poſteà, cum res etiam adminiſtrandæ diuiſæ ſunt vnicuique Preſbytero, quod nec ſtatim accidit : Nam ioitio etiam Epiſcopus dabat aliquam rem poſſidendam Preſbytero Rectori, ad tempus ſibi libitum, vt ſupra quoque diximus.

QVÆSTIO III.

PRobibentur Clerici Conductores eſſe, ſæculariumque Procuratores *can.* 1. *hac quæſt.* 3. & *cap.* 1. *ne Clerici, vel Monachi*, oiſi fortè qui legibus ad mioorum ætatum tutelas, ſiue procurationes inexcuſabiles attrahuntur, *dict. can.* 1. Vnde Balſamo *in can.* 3. *Synodi Chalcedonenſis*, ait Clericos ad legitimam tutelam vocari, oon ad Teſtamentariam; quod & hic innuit canon his verbis: *qui legibus* & Balſamo etiam ad id probandum, vel confirmandum, affert Nouellam Leonis, atque etiam Clericos fieri poſſe Executores Teſtamentorum. Non ergo omnes Tutelas gerere poſſunt, & oe gererēt Cypriaous ait *lib* 1. *epiſt.* 9. fuiſſe prohibitum Epiſcoporum concilio, & refertur *can.* 4. *hac quæſt.* 3.

Alia ponitur exceptio, niſi Epiſcopus Eccleſiaſticarum rerum curam alicui commiſerit, aut orphanorum, viduarumque defeoſionem, *dict. can.* 1. qui canon eſt ex *concilio Chalcedonenſi*, *can.* 3. & refertur etiam *diſt.* 88. *can.* 26. Idem defioitur in *can.* 2. *&* 3. & à *S.* Cypriano *can.* 4. 5. 6. *&* 7. *hac quæſt.* 3. à quo *Sportulantes* dicuntur Clerici, ſportulas tanquam decimas ex fructibus accipientes. Nrc putes cum Cironio ſpor-

tulantes fuiſſe diſtinctos Clericos ab eis qui viuebant in communi: Nam Scholiaſtes Ariſtophanis *in Nubibus actu 4. ſcena 1.* vocat ſportulas, pritaneia : *πρυτανεῖα δὲ τὰ νῦν καλούμενα παρὰ Ῥωμαίοις σπόρτουλα* : at Prytaneia & ſportulæ non ſumuntur tantùm pro pecunia, ſed etiam pro conuiuio communi. Scholiaſtes Ariſtophanis *in Equitibus, actu 1. ſcena 3. πρυτανεῖον δὲ τόπος Ἀθήνησιν ἐν τῷ δημοσίᾳ σιτήσεις ἐποιοῦντο, τιμὴν δὲ ἐν ἐλάχιστοις δημοσίᾳ σιτουμένους.* Idemque de ſportulis ait Cuiacius in *Paratitlo Cod. de ſportulis*: ſportularum, ait, nominis origo prima ex prandio, & cœna eſt, quæ in panariolos, vel ſportellas coniecta, dabatur clientibus vice cœnæ rectæ: modò enim dabatur cœna recta, modò in ſportula, & ad extremum quadrantes, quæ ſumma etiam ſportula dicta eſt; ac deinde latiùs porrecta ſportularum appellatio eſt, ad ſalaria, congiaria, diaria, honoraria omnia, quæ vel Sacerdotibus dantur, vt in epiſtola Cypriani &c. Et inde etiam ſportula dicitur culina. Papias: ſporta genus eſt vaſis de iuncis, vel palmis factum: inde ſportula culina, ad quam ſportulæ reportabantur diuitum cum cibis. Notandum & *can.* 2. Clericos dici annexos Choro.

QVÆSTIO IV.

QVi connumerantur in Clero (ita vocantur Clerici *can.* 2. *hac quaſt.* 4. & *can.* 1. *hac cauſ. quaſt.* 1. & *can.* 1. *quaſt.* 3.) non debent fulgidis veſtibus vti, aut epitimio tradentur, *can.* 1. *hac quaſt.* 4. *ἐπιτίμιον* in gloſſis eſt pœna, multa, quæ ita dicitur quaſi merces, & pretium peccati: nec veſtibus indecentibus, ſed ſtolis *can.* 2. Nec ſæcularibus indumentis, ſiue in Ciuitate, ſiue in via, *can.* 3. Ne vt aliquis ſæcularium iniurias patiantur: nec in ſuperfluitate, ſciſſura, vel colore veſtium debent offendere aſpectum, *can.* 5.

QVÆSTIO V.

CLericus diſtinguendus ab Eccleſia non debet fugere ad Iudicem ſæcularem, *can.* 1. & 4. Nec depoſitus ab Epiſcopo proprio, vel damnatus, ab vllo defenſari debet, *can.* 3. nec recurrere ad Imperatorem, ſed ad Synodum *can.* 2. Quod ſi recurrerit ad eum, ſpe reconciliationis carebit, *can.* 5. & niſi cauſæ Epiſcoporum ab Eccleſia iudicentur. quid in Eccleſia facio? ait Gregorius Magnus, *can.* 6.

AD CAVSAM XXII.

QVÆSTIO I.

IN hac *Quaſt.* 1. agitur de Iureiurando permittendo, vel non: & certè Chriſtus Dominus prohibuit omnino iuſiurandum, *Matthæi cap.* 5. cum antiquis prohibitum tantùm eſſet periurium: iterum, inquit, audiſtis quia dictum eſt antiquis, non peierabis, reddes autem Do-

A mino iuramenta tua: ego autem dico vobis, non iurare omninò, neque per cœlum, quia Thronus Dei eſt; neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum eius; neque per Ieroſolymam, quia Ciuitas eſt magni Regis; neque per caput tuum iurauerìs, quia non potes vnum capillum album facere vel nigrum: ſit autem ſermo veſter Eſt, Eſt, Non, Non: quod autem his eſt abundantius, à malo eſt. Et omnes Chriſtiani hanc doctrinam diligenter obſeruarunt, vt teſtatur Iuſtinus *Apologia 2. pro Chriſtianis*: & ait Chriſtianos *μὴ ὀμνύναι ὅλως* id eſt omninò non iurare: & *ſermone 8. de ſtatuis καλῶς μὴ ὀμνύειν ὁ θεὸς ἐκέλευσεν*: & *homilia 9. ad populum Antiochenum*,
B ait hoc eſſe Chriſtianorum proprium: verè magnus Chriſtianorum Deus, quales conſtituit homines, quales è qualibus fecit, Angelos ex hominibus reddidit: ſi quis contumeliam fecerit, non conuiciantur; ſi quis percuſſerit, non ægrè ferunt, ſi quis iniuriam intulerit, pro his, qui ſe læſerint, orant; inimicum non habent; iram ſeruare non norunt; mentiri non didicerunt, peierare non ſuſtinent; quinimo nec iurare, ſed linguam excidi mallent quàm vllum ex ore iuramentum emittere: & *homilia* 14. ait. iuramentum caput amputaſſe Ioanni Baptiſtæ; & notat hoc habere proprium vt ſeruatum, &
C non ſeruatum noceat: nec enim hoc ſolum habet mali iuramentum, quod & temerarium, & ſeruatum iuſtos pœnæ facit obnoxios, quod in nullo alio peccatorum accidere poteſt. Chriſtus verò *in dicto cap. 5. Matthæi* prohibet generaliter iuramentum cùm dicit *μὴ ὀμόσαι ὅλως*, non omnino iurare: & deinde prohibet iuramenta per cœlum, terram, Ieroſolymam, & caput ſuum; quia Iudæi exiſtimabant ex illis iuramentis non ſeruatis neminem fieri periurum, vt docet S. Auguſtinus *lib. 1. de ſermone Domini in monte, cap. 17.* Quæri poteſt cùm diceretur neque per cœlum &c. credo, inquit, propterea,
D quia non putabant Iudæi ſe teneri iureiurando ſi per iſta iuraſſent; & quoniam audierant, reddes autem Domino iuſiurandum tuum, non ſe putabant Domino debere iuſiurandum, ſi per cœlum, aut terram, aut per Ieroſolymam, aut per caput ſuum, iurarent; quod non vitio præcipientis, ſed illis malè intelligentibus factum eſt. Itaque Dominus docet nihil eſſe tam vile in Creaturis Dei, vt per hoc quiſque peierandum arbitretur. Et explicat deinde cætera verba Euangelii: & cùm iuras, inquit, per cœlum, aut terram, non te arbitreris non debere Domino iuſiurandum tuum, quia per eum iuras cuius cœlum Thronus eſt. Vnde rectè Vl-
E pianus dicebat, qui per ſalutem tuam iurat, Deum iurare videtur; reſpectu enim Diuini Numinis iurat: & ideo refelluntur à Chriſto *Matthæi cap.* 23. Væ vobis duces cœci, qui dicitis quicumque iurauerit, per templum, nihil eſt, qui vero iurauerit in auro templi debet, &c. vbi apparet inter hæc etiam minora iuramenta diſtinctio, nata ſine dubio ex auaritia Sacerdotum, inter iurare in templum, & iurare in auro templi, & iurare in altari & iurare in auro: quaſi non hæc in templo & in altari continerentur: & non ipſum donum ab altari ſanctificetur. Et quod in *dict. cap.* 23. 18. & *Matthæi cap.* 15. *verſ.* 5. *dicitur* donum, *Δῶρον*, Marcus 7. 8. vocat corban, eratque munus ſacratum, quod Chriſtus reprobat, factum contra Dei mandata

puta contra alimenta quæ præſtare debet Patri A ſuo; & dicitur Corban Κορβᾶν ὅ ἐστι δῶρον: & ſumitur pro gazophilacio, continens pro contento; erat cognita Martiali diſtinctio horum iuramentorum, vt ſcilicet iuramentum per Deum obligaret, non v. g. iuramentum per Templum, his verſibus *lib. 9.* vbi ita Iudæum alloquitur

Ecce negas, iuraſque mihi per templa Tonantis
Non credo; iura, verpe, per Anchialon.

id eſt per hanc formulam nega, non viuit Dominus: nam in voce *Anchialon*, vox *an*, ſignificat non; *chi*, viuit; *alon*, Deus: & viuit Deus, iuramentum eſt, per Deum: nam 2. *Regum* 2. B ita iurat Eliæ Eliſæos, viuit Deus, viuit anima tua: vel, teſtis eſt mihi Deus, *epiſt. ad Romanos, cap. 1. 9.* vel in conſpectu Dei non mentior, *ad Galatas* 1. 28. vel ſcit Deus pater Chriſti, me non mentiri; 2. *ad Corinth.* 11. 71. Quibus tribus modis iurauit S. Paulus. Ex quibus locis ait S. Auguſtinus *can.* 2. Dominum quidem prohibuiſſe iuramentum, vt quantùm in ipſo eſt quiſque non iuraret; ſed propter alterius incredulitatem, propter quam iuramentum dicitur à malo eſſe, *dict. can.* 2. Ex illo ergo Pauli iuramento colligitur iurare non eſſe peccatum, *dict. can.* 2. & 4. Quod autem prohibuerit Dominus in nouo Teſtamento, ne iuremus, multæ ſunt cauſæ prohibitionis huius: prohibuit enim, & C ne cupiditate iurandi, vel delectatione iuremus *dict. can.* 2. & 5. & ne quiſquam ſicut bonum appetens iuramentum, conſuetudine ad periurium labatur, *can.* 5. & *can.* 3. & 13. Et iurare licet cùm neceſſitas cogit *dict. can.* 5. Eſt enim aliquando neceſſarium *can.* 6. vt pro fidei confeſſione, & ad condemnationem Idolorum, *can.* 7. & in multis aliis cauſis prodeſt iurare, vt in fœdere Pacis, in teſtimonio, & pro innocentia ſua, *can.* 1. & accuſatus Athanaſius, ita ſe purgauit Conſtantio: tuæ pietati, magnâ & clarâ voce, manuque extentâ, quod ab Apoſtolo didici, Deum in meam ipſius animam teſtor: & vt ſcribitur *in libris Regum*, concipio iuſiurandum, teſtis ſit Dominus, & teſtis Chriſtus eius, D quod nunquam in malum tui mentionem feci apud fratrem tuum Conſtantem Auguſtum, neque illum aduerſum te irritaui.

Can. 15. Deinde licet vetitum ſit ne iuremus, non eſt tamen vetitum vt ab aliquo iurationem accipiamus, *can.* 15. Porrò iurare oportet in magna neceſſitate, & cùm nobis non creditur; & cum magno Dei timore, *can.* 14. Hic ponuntur varia iuramenta, vt illud Pauli, Morior per veſtram Gloriam, *can.* 2. & 4. Viuit Dominus, *can.* 7. vel coram Deo, aut teſtis eſt Deus, aut ſcit Chriſtus, *can.* 14. Non licet verò Chriſtianis iurare per Creaturas, *can.* 8. 9. & 10. nec per Dei capillum, vel caput, *dict. can.* 10. Non licet etiam Chriſtiano iurare ſacramenta infidelium, *can.* 81. *epiſt. ad Amphilochium* & *can.* 94. *Synodi Trullanæ.* Licet tamen ab infidelibus accipere iuramenta per ſuos falſos Deos, *can.* 16. E

Can. 17. Si quis verò in periurium inciderit pœnitentiâ adulterii, vel homicidii plectitur *can.* 17. & videndum quanta ſit eorum pœnitentia, apud Baſilium *epiſt. ad Amphilochium*, *can.* 82.

QVÆSTIO II.

AGitur hîc præcipuè de periurio, & mendacio, & rectè: nam iuſiurandum hos habet comites, Veritatem, Iudicium, atque Iuſtitiam; & ſi iſta defuerint nequaquam erit iuramentum, ſed periurium, *can.* 2. *hac quæſt.* 2. & in dolo iurat qui aliter factu rus eſt quàm promittit, cùm periurium ſit nequiter decipere credentem, *can.* 1. homines verò falſum iurant, vel cum fallunt, vel cum falluntur; vt quis putat aliquid verum eſſe quod falſum eſt, & iurat tanquam verum, temerè quidem, licet poſteà reperiatur verum: quod tamen ſi ſit verum, non eſt periurus: intereſt enim quemadmodum verbum procedat ex animo; ream linguam non facit niſi mens rea, *can.* 3 *hac quæſt.* 2. Et idem eſt de Mendacio quod fit cùm quis mentitur linguâ contra id quod animo ſentit; loquitur voluntate fallendi: nam nemo mentiens iudicandus eſt, qui dicit falſum quod putat verũ: quoniã quantũ in ipſo eſt non fallit ipſe, ſed fallitur, & ita potius temeritatis arguendus eſt qui falſa credit & iurat pro veris; contra mentitur ille qui dicit verum quod putat falſum: nam etſi poſtea verum inueniatur, quia tamen non dicit quod ſentit, quantùm ad eius attinet animam, non verum dicit, & mentitur, mente, non ore; & mentitur intentione *can* 4 cùm è contrario etſi effectus rei non ſequatur aliquis non ſit mendax affectu, *can.* 5. Can. 1. & 4.

Et hoc de mendacio generaliter hîc ſtatuendum eſt, nullum mendacium putandum non eſſe peccatum, *dict. can.* 4. & 8. & *can* 16. omne genus mendacii ſummoperè fuge; nec caſu, nec ſtudio loquaris falſum; nec vt præſtes, mentiri ſtudeas; nec qualibet fallaciâ vitam alterius defendas: caue mendacium in omnibus, *can.* 16. os enim quod mentitur occidit animam, *can.* 17. Nec quis per vetus Teſtamentum tueatur mendacium, quia minùs illic nocuerit; nam & in eo, infirmis multa conceſſa ſunt, vt retributio iniuriæ, quæ nominus inſequitur *can.* 16. Omne ergo mendacium eſt peccatum; licet multùm interſit quo animo, & quibus de rebus quis mentiatur: non enim ſic ille peccat, qui conſulendi, quomodò ille qui nocendi voluntate mentitur; nec tantum nocet, qui viatorem mentiendo in aduerſum iter mittit, quantum is qui viam vitæ mendacio fallente deprauat, *can.* 12. Nam in quibus rebus nihil intereſt ad capeſſendum Dei Regnum, vtrum credatur an non, & vtrum vera ſiue ſint, ſiue putentur, falſa: in his errare, id eſt aliud pro alio putare, non arbitrandum eſt eſſe peccatum, aut ſi eſt, minimum eſſe atque leuiſſimum, *can.* 6. Et licet mentiri grauius ſit malum, quàm falli, quantum ad hominis pertinet voluntatem; longè tamen tolerabilius eſt, in his quæ à Religione, & ſalute ſeiuncta ſunt, mentiri, quàm in his ſine quorum fide, vel notitia Deus coli non poteſt, falli, *can.* 7. Nec ergo artificioſo mendacio, nec ſimplici verbo oportet decipere quemquam, quia qui quomodolibet mentitur, occidit animam, *can.* 13.

Et decipiuntur multi in mendaciis, putantes eſſe cauſas aliquas propter quas mentiri liceat: Can. 9. & ſeqq.

nam,

nam multæ tales referuntur hîc, in quibus ta- A
men eſt mendacium, vt *can.* 9. dicitur non men-
tiendum humilitatis cauſâ: cum humilitatis cau-
ſa mentiris, ſi non eras peccator antequam men-
tireris, mentiendo efficeris quod euitaueras;
veritas in te non eſt niſi te ita dixeris peccatorem,
vt etiam eſſe cognoſcas: veritas autem ipſa eſt,
vt quod es, dicas; nam quomodò eſt humilitas,
vbi regnat falſitas? *&* *can.* 10. incauti ſunt hu-
miles, qui ſe mendacio illaqueant: nec pro tem-
porali hominum ſalute, *can.* 14. *&* 15. vbi dici-
tur: cùm ad hunc articulum ventum fuerit, vt
tali saluti conſulere niſi peccando non poſſit,
iam ſe exiſtimet non habere quid faciat, quando
id reliquum eſſe perſpexerit, quod non rectè B
faciat: *&* *can.* 17. ſi quis, ait, ad te confugiat,
qui mendacio poſſit à morte liberari, non es
mentiturus. Cùm ergo mentiendo vita æterna
amittitur, nunquam pro cuiuſquam vita tem-
porali mentiendum eſt. Non mentitur autem
qui dicit aliquid ioco *can.* 14. *&* 18. nec qui
Veritatem occultat; quoniam aliud eſt mentiri,
aliud eſt verum occultare: ſi quidem aliud eſt
falſum dicere, aliud verum tacere; vt ſi quis fortè
vel ad iſtam viſibilem mortem non vult homi-
nem prodere; paratus eſſe debet occultare ve-
rum, non dicere falſum; vt neque prodat ne-
que mentiatur, ne occidat animam ſuam pro C
corpore alterius, *can.* 14. Et verum occultauit
Abraham, vocando Saram ſororem ſuam, quia
fratris erat filia *can.* 22. Item ſimulatio aliquan-
do quidem vtilis eſt, & fictio pro tempore, vt
exemplo probatur *can.* 21. In *can.* vero 8. *hac
quæſt.* 2. octo obſeruat eſſe fugienda mendacia,
quorum primum ſit capitale, & in aliis ali-
quem tantò minùs peccare, quantò magis ab
illo primo recedit. Primum mendacium eſt in
doctrina Religionis, ad quod nemo adduci po-
teſt, & magnum quidem eſt ſcelus: 2. vt quis ali-
quem lædat iniuſtè, & nulli proſit, quia nulli
facienda eſt iniuria. 3. quod ita prodeſt alteri, vt D
& obſit alteri, quamuis non ad immunditiam
obſit corporalem; quia nulli cum alterius iniu-
ria conſulendum: nam & in *can.* 4. *ſuprà*, dici-
tur non poſſe nos diuiti furari etſi non ſentiat
incommodum, vt demus pauperi vnde ſentit
commodum. Mendacium 4. eſt propriè quod
fit ſolâ mentiendi fallendique libidine, & dici-
tur hîc merum mendacium, quod per ſe vitioſum
eſt: 5. quod fit placendi cupiditate de ſuauilo-
quio, quia veritas præualere debet huic Com-
placentiæ: 6. quod & nulli obeſt, & prodeſt ali-
cui, veluti ſi quiſpiam alicuius pecuniam iniu-
ſtè tollendam ſciens; vbi ſit, neſcire ſe mentia-
tur quocumque interrogante; neque enim veri- E
tas pro cuiuſquam temporali commodo, ac ſa-
lute corrumpitur. 7. quod & nulli obeſt, & ali-
cui prodeſt, ad hoc vt ab immunditia corporali
aliquem tueatur; puta Virginem, quia & in bo-
nis, caſtitas animi pudicitiæ corporis præfertur;
& in malis id quod ipſi facimus, eo quod fieri ſi-
nimus nobis dãnabilius eſt. Cæterum Gratianus
affert *in fine* exempla plura ex veteri Teſtamen-
to, in quibus mendacium videtur factum impu-
nè, & reſpondet quomodò poteſt. Præter illa
exempla 1. *Regum cap.* 16. Deus proiecto Saül,
cùm præcepiſſet Samüeli vt vngeret Dauid, & ti-
mens Samuel dixiſſet quomodo vadam, audiet
" enim Saül, & interficiet me: dixit ei Dominus,
" vitulum de armento tolles in manu tua, & dices

A ad immolandum Domino veni, & vocabis Iſai ad
victimam. Et ita videtur Deus ipſe mendacium
docuiſſe. At reſpondet Theodoretus, non eſſe
mendacium, verè namque perfecit Sacrificium:
ei ergo dictum eſt vt opus quidem celaret, di-
ceret autem id quod erat præter opus, τὸ πάρεργον.
Et *cap.* 21. cum fugiſſet Dauid Saül, venit in nocte
ad Achimelech ſacerdotem; & obſtupuit Achi.
eo quod veniſſet Dauid, & dixit ei: quarè tu ſolus,
& nullus eſt tecum? & ait Dauid ad Achimelech
Rex præcepit mihi ſermonem, & dixit nemo ſciat
rem propter quam miſſus es à me, & cuiuſmodi
præcepta dederim tibi, nam & pueris condixi in
illum & illum locum: & tamen nihil ei dixerat
B aut præceperat Saül: & reſponderi poteſt iuxta
can. 19. *hac quæſt.* 2. hæc in vmbra veteris legis fa-
cta, quæ nobis in luce fidei fugienda: & rectè
Grotius *in dict. cap.* 21. condonandum aliquid illis
temporibus, laetiore multum virâ æterna, & in
Ioſuè cap 2. Raab meretrix excuſari poteſt. His
addendum quod ait S. Auguſtinus *ad Cõſentium,
cap.* 15. vbi fatetur in quæſtione ſoluenda de offi-
cioſo mendacio doctiſſimos quoſque fatigari, vt
mirum videri non debeat ſi plebeius quis, vel
muliercula, maximè inter Gentiles nata, idem ſi-
bi per errorem ſuaſerit, & ſe teneri etiam puta-
uerit. vide Grotium *lib. de Iure Belli & Pacis, cap.*
C 1. §. 16. *& in annotatis.*

QVÆSTIO III.

IN hac *Quæſt.* 3. nulli ſunt canones.

QVÆSTIO IV.

HAc tota *Quæſt.* 4. probatur Iuramentum *Can.* 4. & 14
quod malum, quod turpe, quod illicitum,
D quod ſit contra officium, vel contra mandata
Diuina, non eſſe ſeruandum; & de duobus pecca-
tis minus eligendum, *can.* 4. adde quod non eſt
appellanda fides quæ ad peccatum faciendum
adhibetur, *can.* 20. nec intelligitur violari, *can.* 21.
id enim omne quod per ſe illicitum eſt, adhibito
iureiurando licitum fieri non poteſt: & rectè Phi-
lo Iudæus *lib. de Legibus ſpecialibus*: iurant ſe
commiſſuros furtum, ſacrilegium, ſtuprum, adul-
terium, homicidium, aut aliud ſimile; mox ne
periuri habeantur committunt; quaſi non me-
lius, Deoque gratius ſit tale periurium, modo
ſeruentur leges per manus acceptæ à Maioribus
de colenda Iuſtitia, virtutibuſque cæteris: proin-
E de quiſquis iuratus Iura violat, ſciat ſe non peje-
rare quidem, ſed ea peſſumdare ad quæ conſta-
bilienda Iuſiurandum eſt inuentum; addit enim
culpæ culpam dum abutitur ſacramento, cùm
potius abſtinere debuiſſet à maleficiis: abſtineat
ergo & ſupplex Deum exoret vt pro ſua cle-
mentia, inconſultæ temeritati ignoſcat, qua ad
iurandum præceps actus eſt: nam duplicare no-
xam cum te poſſis exonerare dimidio, maxima
eſt inſania, vix vnquam curabilis. Etſi verò non
ſit faciendum, quidquid iuratum ex ſe malum
eſt, tamen ei qui malè iurauit, pœnitentia eſt im-
ponenda, *can.* 11. *&* 14. *ead. quæſt.* 4. videndus
eſt hîc Gratianus *in fine huius quæſtionis.*

V

QVÆSTIO V.

Can. 1. & ſeqq. IN hac *Quaſt.* 5. ſunt eiuſdem materiæ articoli: & primùm dicitur neminem à Domino, vel alio, quocumque modo compulſum peierare debere;is enim præfert Dominum animæ ſuæ, *can.* 1. 2. & 3. *hac quaſt.* 5. & maior ei impoonitur pœnitentia, ſi in maou Epiſcopi, vel in Cruce conſecrata iurauerit,*dict.c.*2. Dominus etiam qui coëgit peierare periuros eſt,*c.* 1. Quin etiā ſi quis peierauerit,& alios in periuriom induxerit, nunquam erit ſine pœnitentia, *can.* 4. & non communicabit niſi in exitu,*can.* 7. etiamque qui ab aliquo exigit iuramentum, ſi ſcit eum falſum iuratorum,vincii homicidam; quia ſuam & illius animam occidit, *can.* 5. & 6. Si vero neſcit falsò iuratorum,& exigit iuſiurādum,non peccat, *diſt. can.* 6. Patuuli verò ante rationis vſum non ſunt cogendi iorare, *can.* 14 15. & 16. Et in *dicto can.* 16. decernitur vt qui in Sanctis audet iurare, hoc ieiunos faciat: & in *can.* 17. vt à Septuageſima vſque ad octauam Paſchæ, & ab Aduento Domini in octauam Epiphaoiæ, nec non in jeiuniis Quatuor Temporum, & in Litaniis maioribus, & in diebus Dominicis, & in diebus Rogationum, niſi de concordia & pacificatione, nullus ſuper ſacra Euangelia iurare præſumat. & *can.* 22. dicitur, vt nullus ex Eccleſiaſtico ordine cuiqoam laico ſuper ſacroſancta Euaogelia iurare præſumat; ſed ſimpliciter cum veritate dicat & puritate, Eſt Eſt, Non Non: quod ſi eſt aliquid quod ſibi objiciatur, prout iudicauerint qui eiuſdem ordinis ſunt, aut corrigatur, aut expurgetur, videlicet iuramento. Item in *can.* 23. nullus Epiſcopus Clericos ſuos, niſi fortè quibus Eccleſiaſticarum rerum diſpenſatio commiſſa fuerit, ſibi iurare compellat. Porrò periurus eſt etiam qui ſuper lapidem, falſum iurat, quia per id quod ſanctum non putat, falſum iurat; non enim lapidi iurat ſed proximo, nec tantùm ante lapidem, ſed ante Deum; atque etſi non audit lapis loquentem, puniet tamen Deus fallentem, *can.* 10.

Can. 9. 11. & ſeqq. Cauendum eſt ergo periurium & Mendacium, quia omnes qui amant mendacium, filii ſunt Diaboli, *can.* 20. Et ideò quoties loquimur, conſideremus quid loquamur, *can.* 21. imò & quoties aliquid agimus, videamus quid agamus: nam non ſolùm verbo, ſed & opere poſſumus eſſe mendaces, & periuri, *can.* 20. Non ſolum ait, in falſis verbis, ſed etiam in ſimulatis operibus eſt mendaciom: mendacium namque eſt Chriſtianum ſe dicere, & opera Chriſti non habere; mendacium eſt Epiſcopum, Sacerdotem, vel Clericum ſe profiteri, & contraria hoic ordini operari. Et non tantum in verbis & factis, ſed etiam in cogitationibus maximè exercetur meodacium *can.* 13. qui, inquit, peierare paratus eſt, antequam iuret iam periurus eſſe videtur, quia Deus non ex operibus iudicat, ſed ex cogitationibus & ex corde, & inde iudicat mendacia atque periuria Deus omnipotens, non ex verbis & ſyllabis, vt dicitur *in can.* 11. Aures humanæ verba noſtra talia iudicant qualia foris ſonant; diuina vero iudicia, talia ea audiunt, qualia ex interois proferuntur:

A certè nouerit ille qui intentionem & voluntatem variis explicat verbis, quia non debet aliquis verba conſiderare, ſed voluntatem & intentionem; quia non debet intentio verbis deſeruire, ſed verba intentioni: vnde rectè in *can.* 9. dicitur quacumque arte verborum quiſque iuret, Deus tamen qui conſcientiæ teſtis eſt, ita hoc accipit ſicut iſte cui iuratur intelligit; dupliciter autem reus fit qoia & Dei nomen in vanum aſſumit, & proximum dolo capit: & in *can.* 12. Dominus, inqoit, inter ſacramentum & loquelam noſtram nollam volt eſſe diſtantiam; quod ſicut in iuramento nullam conuenit eſſe perfidiam, ita quoque in verbis noſtris nullum debet eſſe menda-

B ciom; quia vtrumque & periurium & mendacium diuini Iudicii pœna damnatur, dicente ſcripturâ, *os quod mentitur, occidit animam.*

Can. 18 19. In hac etiam *Quaſt.* 5. agitur ſecundò de Fidelitate quam quis iurat Domino ſuo, vel Regi ſuo, *can.* 18. & 19. In *can.* 18. dicitur de forma fidelitatis, aliquid ſcribere monitus hæc vobis quæ ſequuntur breuiter ex authoritate librorum notaui. Qui domino ſuo fidelitatem iurat, iſta ſex in memoria debet habere, incolume, totum, honeſtum, vtile, facile, poſſibile: Incolumne videlicet, ne ſit in damnum domino ſuo, de corpore ſuo; Tutum ne ſit ei damnum de ſecreto ſuo,

C vel de munitionibus per quas tutus eſſe poteſt. Honeſtum, ne ſit ei in damnum ſua Iuſtitia, vel aliis de cauſis quæ ad eius honeſtatem pertinere videntur; Vtile ne ſit ei in damnum de ſuis poſſeſſionibus; Facile vel poſſibile, ne id bonum quod dominus ſuus facere leuiter poterat; faciat ei difficile, neue id qood erat poſſibile, reddat ei impoſſibile; vt fidelis hæc nocumenta caueat, iuſtum eſt: ſed quia non ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat id quod bonum eſt, reſtat vt in eiſdem ſex ſupradictis conſilium & auxilium domino ſuo fideliter præſtet, ſi Beneficio dignus videri vult, & ſaluus eſſe de fidelitate quam iurauit. Dominus quoque fideli ſuo

D in his omnibus vicem reddere debet, qood ſi non fecerit merito cenſebitur malefidus, ſicut ille qui in eorum præuaricatione, vel faciendo, vel conſentiendo fuerit deprehenſus perfidos & periuros. Vbi Romani Correctores obſeruant eam epiſtolam Folberti hanc habuiſſe inſcriptionem, Glorioſo Duci Aquitanorum V V. Fulbertus Carnotenſis Epiſcopus, orationis ſuffragium: & in ipſa epiſtola poſt hæc verba, vt fidelis hæc nocumenta caueat iuſtum eſt; ſed addi poſt illud ſed non ideo caſamentum meretur, quia non ſufficit, &c. ſenſus eſt vaſſallum non ideo mereri caſamentum, id eſt beneficium, ſi non no-

E ceat domino; non enim non ſufficit, ſed ei etiam prodeſſe debet, ſi, vt poſtea dicit *in hoc canone*, beneficio dignos videri vult: nam *Caſamenta* dicuntur feuda ab eodem Fulberto *epiſt.* 6. condemnationem veſtrorum militum, qui de noſtro Caſamento Beneficiom teneor, ſaluâ fidelitate veſtrâ; & iuone Carnotenſi *epiſt.* 28. adiecimus etiam, vt quidquid hactenus de Caſamento Carnotenſis Eccleſiæ, conceſſione poſſidentium & præſideotum, per annum & diem quietè poſſede-

rint, de cetero noſtrâ conceſſione quietè poſſideant. Et *Caſati* ſunt Vaſſalli. Idem Iuo *epiſt*.28. præterea Caſati Eccleſiæ, & reliqui milites, penè omnes, vel abſunt, vel pro pace violata excommunicati ſunt. Et *Capitularium lib*.3. *tit*. 74. In *can*. vero 19. eorum pœna continetur qui iuramentum Domino ſuo, vel Regi, violant: ſi quis ait laicus iuramentum violando profanat quod Regi, Dominoque ſuo iurat, & poſteà peruertè & doloſè Regnum eius tractauerit, & in ipſius mortem aliquo machinamento inſidiatur, quia peragit ſacrilegium, in Chriſtum Domini manum mittens, anathema ſit, niſi per dignam Pœnitentiæ ſatiſfactionem emendauerit, vt conſtitutum eſt à Synodo ſancta: id eſt ſæculum relinquat, arma deponat, in Monaſterium eat, & pœniteat omnibus diebus vitæ ſuæ, veruntamen communionem in exitu vitæ ſuæ cum Euchariſtia percipiat; Epiſcopus, vero, Preſbyter, Diaconus ſi hoc crimen commiſerit, degradetur: & hic canon videtur ſumptus non ex dictis Auguſtini, vt ait Burchardus, & Iuo; nec habetur in pluribus Gratiani codicibus etiam melioribus vt obſeruant Romani Correctores: ſed ſumptus videtur ex aliqua Synodo, cum in ipſo canone dicatur ſicut conſtitutum eſt à ſancta Synodo, niſi hæc verba referantur non ad ipſam conſtitutionem canonis, ſed ad Pœnitentiæ rationem, ſumptam ex aliquo Synodo. Simile autem habetur in Synodo *Tolet*. 16. *cap*. 8. cui fortaſſe tribui poteſt.

AD CAVSAM XXIII.

QVÆSTIO I. & ſeqq.

Eſſe ius quoddam Belli & Pacis.

CAP. I.

Eſſe ius quoddam Belli & Pacis, quod naturale ſit, vel ex eo colligitur, quod naturalis ſit non ſolum hominibus, ſed etiam belluis defenſio, & in eum finem ſingulis animantibus vel vis, vel ars quædam attributa, qua ſe tueantur, ſuæque ſaluti conſulant atque proſpiciant, vt rectè Cicero *pro Milone*: hoc & ratio doctis, & neceſſitas barbaris, & mos gentibus, & " feris natura ipſa præſcripſit, vt omnem ſem" per vim, quacumque poſſent ope, a corpore, à vita ſua propulſarent. Et Plinius: Leonum feritas inter ſe non dimicat, ſerpentum morſus non petunt ſerpentes, ſed ſi vis inferatur, nulla eſt cui non ſit ira, non ſit anima iniuriæ impatiens, & prompta ſi noceas, ad ſe defendendum alacritas. Et ideo videas animalia læſa, recurrere ad arma naturalia, etiam antequam ea habeant; vt patet de Vitulo, qui fronte petit, & infenſus vrget, antequam etiam cornua extent; vt optimè Lucretius obſeruat;

Sentit enim vim quiſque ſuam quà poſſit abuti:
Cornua nata prius Vitulo quàm frontibus extant,
Illis iratus petit atque infenſus inurget.

In tantum, vt ſi animalia quæ poſſunt vti v. g. cornibus ad ſe defendendum, ijs vtantur ad lædendum, videatur ab eis crimen committi, & iniuria fieri teſte Vlpiano *l*. 1. *D. ſi quadrup. pauper. feciſſe dic*. §. *ait*, & § *cum arietes*, vbi licet dicat animalia ſenſu rationis carentia, non poſſe iniuriam feciſſe, refert tamen cùm arietes, duo commiſiſſent, & alter alterum occidiſſet, Quinto Mutio authore diſtinguendum, vt ſi quidem is qui aggreſſus erat, periſſet; ceſſaret, & nulla daretur actio: ſi vero is qui non prouocauerat, competeret actio: cui congruit illud *Geneſis* 19. 5. & 6. vbi Legem ponit de repoſcenda morte hominum, non ſolùm ab aliis hominibus, ſed etiam à belluis qui eas internecium dederint, quin etiam ſanguinem veſtrum, id eſt animarum veſtrarum, repoſcam, ab omni beſtia repoſcam eam, atque de manu hominis alterius. Et legimus animalia ſæpiſſimè fuiſſe pœnis affecta.

Aduerſus ergo periculum naturalis ratio permittit ſe defendere, vt eſt in *l. itaque. D. ad legem Aquiliam*, & *l. vt vim. D. de Iuſtitia & Iure*. Et ex hoc Iure bella deſcendunt, vt ait Titus Liuius *lib*. 42. Iure Gentium ita comparatum eſt vt arma armis propulſentur. Et inde bella iuſta ſunt & ſine peccato, vt rectè D. Ambroſius *ſermone* 7. non militare delictum; ſed propter prædam militare, peccatum eſt, & *lib*. 1. *de Officiis*, *cap*. 27. Fortitudo quæ vel bello tuetur à barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel a latronibus ſocios, plena eſt Iuſtitia.

Certum tamen eſt eſſe perfectiſſimæ Chriſtianitatis, odio non habere inimicos ſuos *Matthæi* 5. & benedicendum iis, qui nós perſequuntur; & ſcriptum eſſe qui te angariabit ad vnum miliare, abi cum eo duo; & deinceps petenti abs te daro, & volentem à te mutuò ſumere, ne reijce: & alibi cædenti te in dextram maxillam, alteram porrige. & *Romanorum* 12. 17. nemini malum pro malo reddite &c. & 2. *ad Corinth*. 3. quamquam in carne ambulantes, nequaquam carnis bella gerimus. In tantum vt D. Ambroſius *lib*.3. *de officiis*, *cap*.4. non videatur probare ſui defenſionem quæ coniuncta ſi cũ alterius occiſione: Chriſtianus etiamſi in latronem incidat armatum, ferientem referire non poteſt; ne dum ſalutem defendit, pietatem contaminet. Et D. Auguſtinus *lib. de libero arbitrio*, *cap*.5. legem quidem non reprehendo, quæ tales, ſcilicet latrones, interfici permittit; ſed quómodo iſtos qui interfecerunt, defendam, nun inuenio; & *epiſt*. 54. *ad Publicolam*: de occidendis hominibus, ne ab eis quiſquam occidatur, non mihi placet conſilium, niſi fortè ſit miles, aut publicâ functione teneatur, vt non pro ſe hoc faciat, ſed pro aliis acceptâ legitimâ poteſtate. Quæ omnia ſunt quidem iuxta illud Chriſti *Matthæi* 5. ego autem dico vobis ne reſiſtite iniuriam facienti; & Apoſtoli *ad Romanos* 12. 19. vbi dicitur, non vos defendentes chariſſimi. Verùm dicendum eſt hæc omnia prohiberi in Euangelio, vt oſtendatur differentia quæ eſt inter illud & vetus Teſtamentum, quaſi id licuerit vſque ad Euangelium, vt ait D. Ambroſius *lib*.10. *in Luc*. & ideò, ait, fortaſſe Petro duos gladios afferenti, ſatis dicit, quaſi licuerit vſque ad Euangelium, vt ſit in lege æquitatis eruditio, in Euangelio veritatis. Vel 2. dicendum eſt hæc omnia, ſua temperamenta accipere; nempe prohiberi defenſionem cum vltione, vt ſonat verbum Græcum ad Romanos ἐκδικοῦντες, defendentes, id eſt vindicantes: & confirmatur ex ipſo D. Paulo qui 1. *ad Corinthios*, *cap*. 8. *verſ*. 14. ita videtur explicare illud, petenti abs te dato, & volentem mutuò ſumere a te ne reiice, vt hoc recipiat interpretamentum: non, ait,

vt aliis ſit laxamentum, vobis res anguſtæ, ſed A vt æqualiter veſtra copia ſuccurrat illorum inopiæ. Vel 3. dicendum eſt prohiberi cædem in iniuria repellenda, vel quia ſæpiſſimè quis occidit quia timet occidi licet fortaſſe non ſit interficiendus, quod non debet permitti, vt rectè Cicero quis hoc ſtatuit vnquam, aut cui concedi ſine ſummo omnium periculo poteſt, vt eum iure potuerit occidere à quo metuiſſe ſe dicat ne ipſe poſteriùs occideretur; de qua re vide Gellium, vbi *de gladiatoribus*. Vel 4. quià ſemper eſt iuſta cauſa cur ob iniuriam quis occidat: nam propter bona quæ nobis auferuntur, nemo occidendus eſt, vt rectè D. Auguſtinus *lib. 1. de libero arbitrio*: quomodo, ait, diuinam apud prouidentiam à peccato liberi ſunt, qui pro B his rebus quas contemni oportet, humana cæde polluti ſunt.

Porrò vt iuſtum ſit bellum cauſæ debent eſſe iuſtæ. T. Liuius *in oratione Rhodiorum*: Certè quidem vos eſtis, Romani, qui ideo fælicia eſſe bella veſtra, quia iuſta ſint præ vobis fertis; nec tam exitu eorum quod vincatis, quàm principiis, quod non ſine cauſa ſuſcipiatis, gloriamini. Et Halicarnaſſeus *lib. 8. Coriolani oratione*: id primum vobis euitandum arbitror, vt piam ac iuſtam accipiatis belli cauſam. Et Cicero *lib. 3. de Republica*: illa bella iniuſta ſunt, quæ ſunt ſine vera cauſa ſuſcepta. Iuſta vero ſunt propter iniquitatem aduerſæ partis, vt rectè D. Auguſt. *lib.* C *4. de Ciuitate Dei.* iniquitas partis aduerſæ iuſta bella ingerit; & ideo in bello gerendo conſilium capiendum eſt, examinandæque cauſæ: nam ſæpiſſime in eo erratur, & cauſa iniuſta nos impellit: etenim, vt ait Tacitus, aurum & opes, præcipuæ bellorum cauſæ: & Salluſtius: vna & ea vetus cauſa bellandi eſt, profunda cupido Imperij & diuitiarum: atque, vt ait Velleius, bella non cauſis inita, ſed prout eorum merces fuit. Et rectè Polybius *lib 11. cap. 2.* duplicem ſæpiſſime eſſe cauſam, vnam veram quæ iniuſta plerumque ſit, aliam quæ prætendatur in ſpeciem iuſtitiæ: & illam ait dicendam eſſe *αἰτίας* no- D mine, hanc *προφάσεως*; quomodo Alexander bellum geſſit in Darium, & eius *πρόφασις* fuit vltio iniuriarum quas Perſæ Græcis intulerant; ſed *αἰτία*, ſeu verè cauſa, cupido gloriæ, imperij, & diuitiarum, vt notat Polybius: qui refert etiam quod *πρόφασιν* belli Punici ſecundi fuit controuerſia de Sagunto, vera autem *αἰτία* ſeu cauſa, indignatio Carthaginenſium ob pactiones quas Romani iniquis temporibus ipſis expreſſerant, & aucti ſpiritus ex ſecundis per Hiſpaniam rebus. Verùm inter iniuſtas cauſas hæc eſt omnium peſſima, ſi quis fundendi ſanguinis cupiditate bella gerat, vt E rectè Ariſtoteles *lib. vlt. Nicomachiorum*; omnino namque crudelis ſit habendus, qui ex amicis hoſtes faciat, pugnandi & fundendi ſanguinis cupiditate. D. Auguſtinus *lib. 4. de Ciuitate Dei*: inferre bella finitimis, & inde in cætera procedere, ac populos ſibi non moleſtos ſolà Regni cupiditate conterere, quid aliud niſi grande latrocinium?

Verum enimuero, licet cauſæ Belli iuſtæ videantur, non tamen ſtatim illud gerendum eſt: nam, vt rectè Terentius,

Omnia prius experiri verbis quam armis ſapientem decet,
Qui ſcis an quæ iubeam ſine vi faciat?

& Rex Theodoricus *apud Caſſiodorum Variar. 17.* veniendum tunc ad arma cùm locum apud aduerſarios Iuſtitia non poteſt inuenire. Et licet iure poſſis gerere, tamen plerumque vtilius eſt non gerere: nam, vt ait D. Ambroſius *lib. 2. de officijs cap. 2.* de ſuo iure virum bonum aliquid relaxare, non ſolum liberalitatis, ſed plerumque etiam commoditatis eſt, nam multa conſideranda ſunt. Liuius, cùm tuas vires, tum vim fortunæ, mortemque communem animo propone. Deinde tanta ſunt belli mala & tam horrenda, vt nemo poſſit ea ſine dolore conſiderare, niſi perdiderit ſenſum, vt rectè D. Auguſtinus *lib. 3 de Ciuitate Dei, cap. 1.* At vt idem dicit *quæſt. 10 ſuper Ioſue* cum iuſtum bellum ſuſcipitur, vi apertà pugnet quis, aut ex inſidijs, nihil ad iuſtitiam pertinet: & Virgilius

Dolus an virtus, quis in hoſte requirat?

& Tacitus *Annal. 10.* ait, vbi bellum ingruit, innocentes ac noxios iuxta cadere: & Seneca in Troad.

Quodcumque libuit facere victori licet,

iuſque datum ſceleri in bello, vt loquitur Lucanus *Pharſal. 1.* atque vt ait Tacitus *lib. 1. Annalium*, non ſexus, non ætas, miſerationem afferunt: Homerus

Illiſaque corpora terra
Infantum, ſæuus dum coacuit omnia Mauors.

& Liuius *lib. 31.* ait eſſe quædam Belli iura, quæ vt facere, ita pati ſit fas, exuri ditui tecta, prædas hominum pecorumque agi: & Pomponius Iuriſconſultus *in l. cum loca. D. de Religioſis*, cum loca capta ſunt ab hoſtibus, omnia deſinunt eſſe ſacra: vnde Tacitus *Annalium lib. 1.* profana ſimul & ſacra ſolo æquantur, & Caius Iuriſconſultus *l. naturalem, & l. adeo Dig. de acquirendo rerum dominio*, quæ ex hoſtibus capiuntur, Iure Gentium ſtatim capientium fiunt, adeo quidem vt & liberi homines in ſeruitutem redigantur: & Saluſtius *lib. 1. de Rep. ordin.* videas non armatos, neque in prælio belli iure, ſed ſupplices interſectos: & Onoſander *ſtromatum, cap. 6.* ita præcipit, hoſtium terram perdere, vrere, populari meminerit; nam & pecuniarum & frugum penuria bellum minuit, quantum auget copia: & Iſocrates in Plutarcho; res acerbiſſima eſt belli iure captiuum fieri: & Tacitus *hiſtor. 4.* neque quies ſine armis, neque arma ſine ſtipendiis, neque ſtipendia ſine tributis haberi queunt. Quare dicendum eſt cum Salluſtio *oratione ad Cæſarem*, ſapientes Pacis tantùm cauſà bellum gerere.

De quibuſdam legitimis Belli cauſis.

CAP. II.

Bellum, vt diximus, ſi legitimè fiat, iuſtum eſt & legitimum, ſique legitimam cauſam habeat. Et 1. iuſtum eſt bellum quod ex edicto geritur *can 1 quæſt. 2.* ordo enim ille naturalis Mortalium Paci accommodatus, hoc poſcit vt ſuſcipiendi belli authoritas atque conſilium ſit apud Principes, *can. 4 quæſt. 1.*

Iuſtum eſt 2. bellũ quod geritur de rebus repe-

tandis, aut hoſtium cauſâ propulſandorum, *dict. can.* 1. *quæſt.* 2. *& can* 7. *quæſt.* 3. non in inferenda, ait, ſed in depellenda iniuria, lex virtutis eſt, qui enim non repellit à ſocio iniuriam, ſi poteſt, tam in vitio eſt, quàm qui facit: vnde S. Moyſes hinc priùs orſus eſt tentamenta bellicæ fortitudinis, cum vidiſſet Hebræum ab Ægyptio iniuriam accipientem defendit, ita vt Ægyptium proſterneret. Salomon quoque (Prouerb. 24.) ait, eripe eum qui ducitur ad mortem. A

3. Iuſtum eſt bellum cum innoxius tranſitus denegatur *can.* 1. *quæſt.* 2.

4. Cum patria defenditur, vel defenduntur infirmi *can.* 5. *ead. quæſt.* 1. fortitudo, ait, quæ vel in bello tuetur à barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel à latronibus ſocios, plena iuſtitia eſt; & *can.* 7. *quæſt.* 1. ſumma militiæ laus inter alia bona merita hæc eſt, obedientiam Reipublicæ vtilitatibus exhibere: & *can.* 6. *ead. quæſt.* 1 apud veros Dei cultores etiam ipſa bella pacata ſunt, quæ non cupiditate, aut crudelitate; ſed ſtudio Pacis geruntur, vt mali coërceantur, & boni ſubleuentur. B

5. Iuſtum eſt bellum, quod fit contra inimicos Sanctæ Fidei & Religionis qui nos perſequuntur, *can.* 9. 23. *quæſt.* 8. qui omnium Chriſtianos perſequuntur: & ideo *in can.* 11. *quæſt.* 8. dicitur quod diſpar ſit Iudæorum & Sarracenorum cauſa; in illos enim qui Chriſtianos perſequuntur, & propriis ſedibus & vrbibus pellunt, iuſtè pugnatur, hi vero vbique ſeruire parati ſunt. C

6. Bellum iuſtum eſt pro ſociis, vel amicis affectis iniuriâ, geſtum. D. Ambroſius 1. *Officior. cap.* 36. qui non repellit iniuriam à ſocio, ſi poteſt, tam eſt in vitio, quàm ille qui facit. Denique pro ſubditis, *Cic. ad Quirites*, ſæpe mercatoribus, ac nauiculariis iniurioſiùs tractatis, bella geſſerunt: & *Verrina* 2. quot bella Maiores noſtri ſuſceperunt, quod Ciues Romani iniuria affecti, nauicularii retenti, mercatores ſpoliati eſſe dicerentur? nec vero quod moriuntur homines in bello, culpari debet bellum, D quia, vt eſt *in can.* 4. *quæſt.* 1. moriuntur quandoque morituri, vt dominentur in Pace victuri: & *can. quæſt.* 8. vbi idem habetur. Nec etiam exiſtimandum eſt, vt habetur in *can.* 3. *quæſt.* 1. neminem placere poſſe Deo, qui bellicis armis militat; in armis enim erat ſanctus Dauid, cui Dominus tam magnum perhibuit teſtimonium; in his etiam plurimi illius temporis iuſti; in his erat & Centurio ille qui Domino dixit, non ſum dignus vt intres ſub tectum meum, & ideò *can.* 2. *quæſt.* 1. dicitur: D. Ioannes non dixit militibus vt abiicerent arma, ſed vt neminem concuterent, nulli calumniam facerent, ſufficerentque iis ſtipendia ſua; quibus E enim proprium ſtipendium ſufficere debere præcepit, militare vtique non prohibuit & *can.* 4. *&* 5. *ead. quæſt.* 1. imò quia non eſt poteſtas niſi à Deo, ſiue iubente, ſiue ſinente, vir iuſtus ſi fortè ſub Rege homine ſacrilego militet, rectè poteſt illo iubente bellare, ſi vice Pacis ordinem ſeruans, quod ſibi iubetur, vel non eſſe contra Dei præceptum certum eſt, vel verum ſit, certum non eſt; ita vt fortaſſe reum faciat Regem iniquitas imperandi, innocentem autem militem oſtendat ordo ſeruiendi, *can.* 4. *quæſt.* 1. & omni tempore etiam in quadrageſima, ſi neceſſitas vrget ineuitabilis, eſt bellum gerendum *can.* 5. *quæſt.* 8.

Quod ergo culpatur in bello, eſt tantum nocendi cupiditas, vlciſcendi crudelitas, implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi quæ alia, *can.* 4. *quæſt.* 1. Culpatur, inquam, ſi pacem non habeat voluntas, & bellum neceſſitas: non enim pax quæritur vt bellum excitetur, ſed bellum geritur vt pax acquiratur: itaque hoſtem pugnantem neceſſitas perimat, non voluntas: & victo miſericordia debetur in quo maxime Pacis turbatio non timetur, *can.* 3. *quæſt.* 1. & bella cum beneuolentia gerantur: nam cui licentia iniquitatis eripitur, vtiliter vincitur; quoniam nihil eſt infœlicius fœlicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas velut hoſtis interior roboratur, *dicto can.* 3. Culpatur deinde bellum ſi propter prædam fiat, *can.* 5. *ead. quæſt.* 1. militare, ait non eſt delictum, ſed propter prædam militare, peccatum eſt: nec Rempublicam gerere criminoſum eſt, ſed ideo gerere Rempublicam, vt rem familiarem potius augeas, videtur eſſe damnabile. Propterea enim prouidentiâ quadam militantibus ſunt ſtipendia conſtituta, ne dum ſumptus quæritur prædo graſſetur: Non culpatur vero per inſidias vincere, vt probat D. Auguſtinus, *ſuper Ieſum Naue*, *can.* 2. *quæſt.* 2.

De quibuſdam Belli cauſis iniuſtis.

CAP. III.

MVltæ ſunt iniuſtæ Belli cauſæ, ſicut & Iuſtæ: 1. ſola pugnandi & fundendi ſanguinis cupiditas, cum ex Ariſtotele *lib. vlt. ad Nicomachum*; omninò crudelis habendus ſit, qui ex amicis hoſtes faciat pugnandi, & fundendi ſanguinis cupiditate.

2. Regnandi cupiditas, ex D. Auguſtino *lib.* 4. *de Ciuitate Dei*: inferre bella finitimis, & inde in cætera procedere, ac populos ſibi non moleſtos ſolâ Regni cupiditate conterere, quid aliud quàm grande latrocinium nominandum eſt?

3. Auaritia, ex Salluſtio, aurum & opes præcipuæ bellorum cauſæ.

Denique ex D. Auguſtino *contra Fauſtum*, *lib.* 22. *cap.* 74. nocendi cupiditas, vlciſcendi crudelitas, implacatus & inplacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi quæ ſunt ſimilia, hæc ſunt quæ in bellis iure culpantur.

4. Iniuſtum ſemper eſt bellum quod fit à ſubditis contra Regem ſuum, quocumque modo ſe gerat: nam, vt ait Euripides,

τὰς τῶν κρατούντων ἀμαρτίας χρὴ φέρειν,

Id eſt, *Imperantium iniurias oportet ferre.*

& Romanorum 13. qui obſiſtit Poteſtati, Dei ordinationi obſiſtit: & D. Petrus 1. *epiſt.* 2. ſubditi eſtote cum omni timore Dominis, non ſolùm bonis & æquis, ſed etiam prauis. Et ita Patres. D. Cyprianus ad Demetriadem: quamuis nimius & copioſus noſter ſit populus, non tamen aduerſus violentiam ſe vlciſcitur, patitur: & D. Ambroſius: coactus repugnare non noui; dolere potero; potero flere, potero

gemere, aduerſus arma, milites Gothos quoque; lacrymæ meæ arma mea ſunt, aliter nec debeo, nec poſſum. Et Gregorius Nazianzenus *oratio. 1. in Iulianum*, ait: lacrymas ſibi ſolum, contra perſequutorem fuiſſe remedium, & D. Auguſtinus hanc quæſtionem optimè decidit *in can. qui reſiſtit 11. quaſt. 3.* vt nempe ſi contra Diuina præcepta quid iuſſum ſit à Rege, aut fugiamus, aut moriamur; non autem vt armis reſiſtamus: & *lib. 6. quaſt. 10. in Ioſue*, quoties Imperatores in errore ſunt, legem ad tuendum errorem contra veritatem condunt, per quas iuſti examinantur, & coronantur; & *epiſt. 166.* ita à plebibus Principes, & à ſeruis Domini ferendi ſunt, vt ſub exercitatione tolerantiæ ſuſtineantur temporalia, & ſperentur æterna. Et Tertullianus copioſè oſtendit hanc eſſe noſtram diſciplinam, vt magis occidi liceat, quàm occidere: ſi enim, ait, & hoſtes apertos, non tantùm vindices oc- B
cultos agere vellemus, deeſſet nobis vis numerorum & copiarum? plures nimirùm Mauri & Marcomanni, ipſique Parthi, vel quantæcumque, vnius tamen loci, ſuorumque finium gentes, quàm totius orbis? externi ſumus, & veſtra omnia impleuimus, vrbes, inſulas, caſtella, municipia, conciliabula, caſtra ipſa, Tribus, Decurias, Palatium, Senatum, Forum: Sola vobis relinquimus Templa: cui bello non idonei, non prompti fuiſſemus etiam copiis impares, qui tam libenter trucidamur, ſi non apud iſtam diſciplinam magis occidi liceret, quàm occidere? & ita Thebæa Legio quæ conſtabat militibus ſex millibus ſexcentis ſexaginta ſex Chriſtia- C
nis, cùm à Maximiano iuberetur Diis falſis ſacra facere, & ea noluiſſet, iuſſiſſetque ideò Maximianus decimum quemque ex ea interfici, non reſtitit armis, cùm poſſet, ſed Martyrium amplexa eſt, vt eſt in Martyrologio veteri: cædebantur, ait, itaque paſſim gladiis non reclamantes, ſed & armis depoſitis ceruices perſecutoribus, vel intectum corpus offerentes, non vel ipſà ſuorum multitudine, non armorum motione elati ſunt, vt ferro conatentur aſſerere iuſtitiæ cauſam; ſed hæc ſolùm reminiſcentes ſe illum confiteri, qui nec reclamando ad occiſionem ductus eſt, & tanquam agnus non aperuit os ſuum, ipſi quoque, grex veluti Domini- D
carum ouium, laniari ſe, tanquam ab irruentibus lupis, paſſi ſunt: & refertur etiam apud Eucherium Lugdunenſem Epiſcopum.

Et cùm iniuſtum ſit bellum ſubditorum in Regem ſuum, iniuſtum etiam erit, quod ſuſcipietur pro illis ab alio Principe: nam, vt ait Euripides, *Heraclidis*,

Nos quotquot huius colimus Vrbis mœnia,
Sufficimus ipſi noſtra iudicia exequi.

& ideo apud Thucididem *lib. 5. Corinthii* cenſent, vt in ſuos quiſque animaduertant æquum eſſe. E

Bellum interdictum eſſe Clericis.

CAP. IV.

LIcat Bellum ex ſe, iuſtum eſſe poſſit ex antedictis; illud tamen interdicitur Clericis *can. 1. quaſt. 8.* nimirum, ait, certè veretur, & iure reformidat contra profeſſionem ordinis ſui militiam ſæcularem exercere, terram defendere, da prælus tractare, de armis terrenæ Poteſtatis: & *can. 3. quaſt. 8.* non pila quærunt ferrea, non arma Chriſti milites; coactus repugnare non noui, ſed dolor, fletus, orationes, lacrymæ fuerunt arma mihi aduerſus milites; talia enim monimenta ſunt Sacerdotis; aliter nec debeo nec poſſum reſiſtere; fugere autem & Eccleſiam relinquere non ſoleo: ſeruum Chriſti non cuſtodia corporalis, ſed Domini prouidentia ſepire conſueuit: & *can. 4. ead. quaſt. 8.* dicitur vt ſi Clericus in bello, rixa, vel ludis mortuus fuerit, pro eo neque in oblatione, neque in oratione poſtuletur, licet ſepulturà non ſit priuandus: & *can. 5.* dicitur vt Clerici quicumque in ſeditione arma volentes ſumpſerint, amiſſo ordinis ſui gradu, in Monaſterium Pœnitentiæ tradantur: *can. 6.* idem ſtatuitur: dicitur enim quicumque ex Clero eſſe videntur, arma militaria non ſumant, nec incedant armati; ſed ſuæ profeſſionis vocabulum religioſis moribus, vel habitu religioſo præbeant; quod ſi contempſerint, tanquam canonum ſacrorum contemptores, & Eccleſiaſticæ ſanctitatis profanatores, proprii gradus amiſſione mulctentur; quia non poſſunt Deo ſimul & ſæculo militare: & *can. 2. ead. quaſt. 8.* cùm, ait, à Iudæis Dominus caperetur, & Petrus cuiuſdam inobedientis abſcinderet aurem, ferire prohibuit; omniumque forma ſacerdotum, quorum prior erat, etiam pro ſeipſo capi arma carnalia prohibuit. Adde *canonem 19. quaſt. 7.* reprehenſibile valdè conſtat eſſe, quod ſubintuliſti, dicendo maiorem partem omnium Epiſcoporum die noctuque cum aliis fidelibus tota contra Piratas maritimos inuigilare, ob idque Epiſcopi impediantur venire, cum militum Chriſti ſit Chriſto ſeruire, ſæculi vero militum ſæculo, ſecundum quod ſcriptum eſt; nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus: quod ſi ſæculi milites ſæculari militiæ ſtudent quid ad Epiſcopos & milites Chriſti, niſi vt vacent orationibus? Ideoque Gregorius Papa *can. 2. quaſt. 8.* rectè dicebat, ſi in morte Longobardorum me miſcere voluiſſem, hodie Longobardorum gens nec Regem, nec Duces, nec Comites haberet, atque in ſumma confuſione eſſet diuiſa; ſed quia Deum timeo in mortem cuiuſlibet hominis me miſcere formido: & ſane ſi omnes Chriſtiani, vellemus eſſe veri ac perfecti Chriſtiani, bella tantum gereremus cum vitiis, quorum bellorum ſpiritalium bella externa fuerunt tantùm figura, vt eſt in *can. 1. quaſt. 1. hac 23. cauſa*: niſi ait, bella iſta carnalia figuram bellorum ſpiritualium gererent, nunquam, vt opinor, hiſtoriarum Iudaïcarum libri diſcipulis Chriſti, qui venit Pacem docere, legendi in Eccleſiis fuiſſent ab Apoſtolis traditi: quo enim eis bellorum proficeret iſta deſcriptio, quibus dicitur à Ieſu *Ioannis 14.* Pacem meam do vobis, Pacem meam relinquo vobis; & quibus per Apoſtolum *1. Corinthiorum 6.* iubetur, & dicitur non voſmetipſos vindicâres, ſed magis iniuriam accipite, & magis fraudem patimini: vnde deinque ſciens Apoſtolus, nulla nobis iam vltrà bella eſſe carnaliter peragenda, ſed animæ certamina contra ſpirituales aduerſarios deſudanda, velut Magiſter militiæ, præceptum dat militibus Chriſti dicens, induite vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus aſtutias Diaboli.

Non tantum Bella exercere ſed etiam Iudicium Sanguinis, prohibitum eſt Clericis.

C A P. V.

TAntùm abeſt vt Clerici poſſint intereſſe bello, vt ne quidem Iudicium ſanguinis poſſint agitare, *can.* 30 *quæſt.* 8. his, ait, à quibus Domini Sacramenta tractanda ſunt, Iudicium ſanguinis agitare non licet: & ideo magnopere talibus exceſſibus eſt prohibendum ne indiſcretæ præſumptionis motibus agitati, aut quod morte plectendum eſt, ſententia propriâ iudicare præſumant, aut truncationes quibuſlibet perſonis per ſe inferant, aut inferendas præcipiant: quod ſi quiſquam immemor horum præceptorum, aut in Eccleſiæ ſuæ familia, aut in quibuſlibet Perſonis, tale quid fecerit, conceſſi ordinis honore priuetur, & loco; ſub perpetuo quoque damnationis teneatur ergaſtulo religatos; cui tamen communio exeunti ea hac vita non eſt neganda propter Domini miſericordiam, qui non vult peccatoris mortem, ſed vt conuertatur & viuat, & *can.* 7. *quæſt.* 5. reos ſanguinis defendit Eccleſia, ne effuſione ſanguinis particeps fiat; & ideo, vt dictum eſt ſupra de aſylis, Sacerdotes redditur ieum qui confugerat in Eccleſiam, ſemper ſtipulabantur ne mors, vel truncatio ei infligeretur. Item ſi qui eſſent capti rei, ſolebant Epiſcopi ſemper pro his veniam petere, & intercedere, ne ſaltem morerentur, vt patet ea interceſſione quam fecit D. Auguſtinus pro Circumcellionibus quibuſdam, qui homicidium in duos Preſbyteros fecerant, *in can.* 1. *quæſt.* 5. vbi Orat Iudicem vt viui, & nullâ parte corporis truncati puniantur, ſed ſicut virgarum verberibus, non extendente equuleo, nec ſulcantibus vngulis, nec vrentibus flammis, confeſſi erant crimen; qui modus coërcitionis & à Magiſtris Artium liberalium, & ab ipſis Parentibus, & ſæpe etiam in Iudiciis ſolet ab Epiſcopis adhiberi; nolit atrocius vindicare quod lenius inuenit, nec puniendi quàm inquirendi maior neceſſitas ſit, & *can.* 2. *quæſt.* 5. pœna, ait, illorum quamuis de tantis ſceleribus confeſſorum, rogo te vt præter ſupplicium mortis ſit, & propter noſtram conſcientiam, & propter catholicam conſuetudinem commendandam: ipſe enim fructus ad nos peruenit Confeſſionis illorum, quia inuenit Eccleſia Catholica vbi ſuam erga atrociſſimos inimicos ſeruet & exhibeat lenitatem: in tanta quippe crudelitate, quæcumque præter ſanguinem uindicta proceſſerit, magna lenitas apparebit; quod etſi modo noſtris quibuſdam illà commotis atrocitate, videtur indignum, & quaſi diſſolutionis & negligentiæ ſimile, tranſactis tamen motibus animorum qui factis recentioribus ſolent turbulentius excitari, egregiè luculenta bonitas apparebit: & *can.* 3. *ſeq* corrigi, inquit, cupimus, non necari: & *can.* 4. *ead. quæſt* 5. vbi nec Iudices fieri debent Principum Sacerdotes, niſi vbi interiorando ab eis indulgentia ſupplicii promittitur. Sed quod dicimus de Auguſtino interceſſionem faciente pro miſeris ne morte plecterentur, idem dicitur de D. Epiphanio Ticinenſi ab Ennodio: interceſſionum, ait, tantam ſibi propoſuit curam, vt ipſum ſe miſeris inferre crederet moleſtiam, quam per negligentiam à quibuſcumque permiſiſſet inferri. Has interceſſiones vocabant, vt patet ex dictis locis D. Auguſtini, & Ennodii. Exemplum etiam interceſſionis eſt apud D. Chryſoſtomum, *Homilia in Eutropium:* qui cum offenſo Arcadio in Eccleſiam confugiſſet, & ſub Altari delituiſſet, pro eo interceſſit D. Chryſoſtomus, vt patet ex eius verbis in illa homilia: Circenſis, ait, quidem multitudo excuſſis in ſe tuis facultatibus, gladium in te acuit; Eccleſia vero tuo furore exagitata, vltrò citróque curſitat, ſi quo pacto te ex his caſibus implicitum explicare queat.

Cæterùm poteſt nihilominùs aliquis Sacerdus inſidias timens in itinere, accipere homines armatos, vt fecit D. Paulus; nec etiam ſi ſit inde ſecuta latronum percuſſio, reus erit, quomodo nec ſi bos alicuius alium cornu ferierit, ipſe reus erit; alioquin Chriſtianorum boues deberent naſci ſine cornu, *can.* 8. *quæſt* 5.

Eccleſia in puniendis morte malis, recurrit ad ſæculares Poteſtates.

C A P. VI.

ECcleſia ergo, cùm non ædificet in ſanguinibus, recurrere ſolet ad Regum & Magiſtratuum ſæcularium arma, & authoritatem contra ſuos inimicos, vel alios quoſcumque nefarios, & ſacrilegos homines: quam rem probat D. Auguſtinus *can.* 41. *quæſt.* 4. cumque id negarent aliqui, & dicerent non inueniri exemplum in Euangelicis, & Apoſtolicis literis, quo aliquid petatur à Regibus terræ pro Eccleſia contra inimicos Eccleſiæ; reſpondet nihil obſtare, licet non inueniretur de ea re vllum exemplum, extare tamen figuras in propheticis libris. Verba ſunt: quis negat non inueniri, ſed nondum implebatur illa Prophetia, & *nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram, ſeruite Domino in timore*; adhuc enim illud implebatur quod in eodem pſalmo, *Quare fremuerunt Gentes, aſtiterunt Reges terræ*, &c. nempe propter perſecutiones: veruntamen ſi facta præterita in Propheticis libris, figuræ fuerunt futurorum; in illo Rege qui appellabatur Nabuchodonoſor, vtrumque tempus figuratum eſt, & quod ſub Apoſtolis habuit, & quod nunc habet Eccleſia. Tempore itaque Apoſtolorum & Martyrum illud implebatur quod figuratum eſt, quando Rex memoratus pios & iuſtos cogebat adorare ſimulachrum, & recuſantes in flammam mittebat: nunc autem illud impletur quod paulo poſt in eodem Rege figuratum eſt, cùm conuerſus ad honorandum Deum Verum, decreuit in Regno ſuo vt quicumque blaſphemaret Deum Sidrach, Miſach, & Abdenago, pœnis debitis ſubiaceret: prius ergo tempus illius Regis ſignificabat tempora Regum infidelium, quos patiebantur Chriſtiani pro impiis: poſterius verò tempus eiuſdem, ſignificabat tempora Regum poſteriorum iam fidelium, quos patiuntur impii pro Chriſtianis, ſed planè in eis qui ſub nomine Chriſti erant ſeducti à peruerſis &c. &

paulo poſt, quis enim noſtrum, quis veſtrum non laudat leges ab Imperatoribus datas aduerſus ſacrificia Paganorum, &c. & *can.* 42. *quæſt.* 2. quod autem dicunt qui contra ſuas impietates, leges iuſtas inſtitui nolunt, non petiiſſe à Regibus terræ Apoſtolos talia, non conſiderant aliud tunc fuiſſe tempus, & omnia ſuis agi temporibus: quis enim tunc in Chriſtum crediderat Imperator, qui ei pro pietate contra impietatem leges ferendo, ſeruiret, quando adhuc propheticū implebatur, *quare fremuerunt Gentes &c.* & *can.* 37. *quæſt.* 4 nimirum ſunt inquieti Donatiſtæ, quos per ordinatas à Deo Poteſtates cohiberi atque corrigi mihi non videtur inutile; & *can.* 3. *quæſt.* 3. noſtri aduerſus illicitas & priuatas veſtrorum violentias, quas & vos qui talia non facitis, doletis & gemitis à Poteſtatibus ordinatis tuitionem petunt, non quâ vos perſequantur, ſed quâ ſe defendant: & *can* 4. *quæſt.* 3. pro membris Chriſti aduerſus vos ſæuiunt, & vobis reſiſtunt quicumque in Catholica paruæ adhuc fidei eo animo ſunt, quo tunc Petrus fuit cum ferrum pro Chriſti nomine ſtrinxit: ſed multum intereſt inter veſtram perſecutionem, & iſtorū; vos ſimiles eſtis ſeruo Sacerdotis Iudæorum, quia ſeruientes Principibus veſtris aduerſus Eccleſiam Catholicam, id eſt aduerſus Chriſti corpus armamini; iſti autem tales ſunt qualis tunc Petrus fuit qui pro Chriſti corpore, id eſt pro Eccleſia, & corporaliter pugnauit: & ideo *in can.* 2. *quæſt* 3. Maximianus Epiſcopus Vagienſis auxilium petiit ab Imperatore Chriſtiano contra hoſtes Eccleſiæ, non tàm ſui vlciſcendi causâ quàm tuendæ Eccleſiæ ſibi creditæ; quod ſi prætermiſiſſet, non eius fuiſſet laudanda patientia, ſed negligentia meritò culpanda: neque enim & Apoſtolus Paulus vitæ ſuæ tranſitoriæ conſulebat, ſed Eccleſiæ Dei, quando contra illos qui eum occidere conſpirauerant, conſilium eorum Tribuno vt proderetur effecit. Vnde factum eſt vt eum ad locum quò fuerat producendus, deduceret miles armatus, ne illorum pateretur inſidias. Et D. Gregorius ad id excitat & hortatur Gennadium Exarchum, vt inimicis Eccleſiæ omni viuacitate mentis & corporis conetur obuiare. Verba eius ſunt in *can.* 48. *quæſt.* 4. ſicut excellentiam veſtram hoſtilibus bellis in hac vita Dominus Victoriarum fecit luce fulgere, ita oportet etiam inimicis eius Eccleſiæ omni viuacitate mentis & corporis ſubuiare, quatenus eius ex vtroque triumpho magis ac magis eniteſcat opinio, cùm & forenſibus bellis aduerſarius Eccleſiæ Catholicæ pro Chriſtiano populo vehementer obſiſtitis, & Eccleſiaſtica prælia ſicut Bellatores Domini fortiter dimicatis: notū eſt enim hæreticæ Religionis viros, ſi eis, quod abſit, ſuppetit nocendi licentia, contra Catholicam Fidem vehementer inſurgere, quatenus hæreſeos venena ſuæ ad tabefacienda ſi valuerint Chriſtiani corporis membra transfundant: cognouimus enim eos contra Catholicā Eccleſiam ſubrigere colla, fidēque Chriſtiani nominis inclinare velle; ſed Eminentia veſtra conatus eorum comprimat, ſuperbas eorum ceruices iugo rectitudinis premat. Idemque Gregorius pariter hortatur Bronichildam Reginam *can.* 47 *ead. Cauſa & Quæſt.* his verbis: ſi quos violentos, adulteros, fures, vel aliis prauis actibus ſtudere cognoſceritis, Deum de eorum correctione placare feſtinate, vt per vos flagel-

A lum perfidarum Gentium non inducat: & in *can.* 26. *quæſt.* 5. ſtatuitur vt adminiſtratores dignitatum Sæcularium, qui ad Eccleſiarum tuitionem, pupillorum ac viduarum protectionem, rapaciumque reformationem conſtituti proculdubio debent eſſe, quoties ab Epiſcopis & Eccleſiaſticis viris conuenti fuerint, eorum querimonias attentius audiant, & ſecundum quod neceſſitas expetierit, abſque negligentia examinent, & diligenti ſtudio corrigant; quod ſi Dei timorem præ oculis non habentes, id negligere poſt ſecundam & tertiam admonitionem inuenti fuerint, omni ſe nouerint communione vſque ad condignam ſatisfactionem priua-
B tos. Vbi notandum eſt illud, *omni communione*, quo ſcilicet intelligitur vtraque Communio, nimirum & communio Sacramentorum ſeu corporis Chriſti, & communio fidelium ſeu precum. Et *can.* 32. *quæſt.* 5. ſi audieris in vna ex ciuitatibus quas Dominus Deus tuus dabit tibi, te illic inhabitare, dicentes eamus & Diis aliis ſeruiamus, quos non nouiſti, interficiens necabis omnes qui ſunt in Ciuitate cæde gladii, & incendes Ciuitatem igni, & erit ſine habitaculo in æternum, non reædificabitur etiam tunc, vt auertatur Dominus ab indignatione iræ ſuæ, & dabit miſericordiam tibi, &c. Cuius præcepti memor Mathatias interfecit eum qui ad aram ſacrificaturus acceſſerat: & *can.* 23. Regum
C officium eſt proprium, facere Iudicium & Iuſtitiam, & liberare de manu calumniatorum vi oppreſſos, & peregrino pupilloque & viduæ, qui facilius opprimuntur à Potentibus, præbere auxilium c 3 *quæſt.* 8. dicitur non conſiderādū quod quiſq; cogitur, ſed quale ſit illud quod cogitur, vtrū bonum an malum, non quod quiſq; bonus poſſit eſſe inuitus, ſed timendo quod non vult pati, vel relinquit impedientem animoſitatem, vel ignoratam compellitur cognoſcere veritatem, vt timens vel reſpuat falſum de quo contendebat, vel quærat verum quod neſciebat, & volens iam teneat quod nolebat: & poſtea; mea
D primitus erat ſententia neminem ad vnitatem Chriſti eſſe cogendum, verbo eſſe agendum, diſputatione pugnandum, ratione vincendum, ne fictos Catholicos haberemus, quos apertos noueramus hæreticos; ſed hæc opinio mea non contradicentium verbis, ſed demōſtrantium ſuperabatur exemplis: nam primò mihi opponebatur Ciuitas mea, quæ cùm tota eſſet in parte Donati, ad vnitatem Catholicam timore legum Imperialium conuerſa eſt; quam nunc videmus ita huius veſtræ animoſitatis perniciem deteſtari, vt in ea nunquam fuiſſe credatur &c. & *can.* 4. *quæſt.* 6. quo onere penſionis ruſticus cogitur: iam vero ſi ruſticus tantæ perfidiæ & obſtinationis fuerit inuentus, vt ad Deum venire mini-
E mè conſentiat, tanto penſionis onere grauandus eſt, vt ipsâ ſuæ exactionis pœnâ compellatur ad rectitudinem feſtinare: & *can.* 14. *quæſt.* 4. ſi per Poteſtatem, quam per Religionem & fidem Regum, tempore quo debuit, diuino munere accepit Eccleſia, hi qui inueniuntur in viis & ſepibus, id eſt hæreſibus & ſchiſmatibus, coguntur intrare; non quia coguntur reprehēdant, ſed quare cogantur attendant: conuiuium Domini vnitas eſt corporis Chriſti, non ſolum in ſacramento altaris, ſed etiam in vinculo pacis. Theodoſius Imperator legem generaliter in omnes Hæreticos promulgauit, vt quiſquis eorum

Epiſcopus, vel Clericus vbilibet eſſet inuentus, decem libris auri mulctaretur. Idem confirmatur ex *can.* 34. 47. *&* 50. *quæſt.* 4.

Cùm autem coërceantur Hæretici à Principibus Orthodoxis, id fit multis modis: nam puniuntur vel locorum, vel honorum, vel pecuniæ priuatione, vt ſupra diximus ex *can.* 35. *quæſt.* 5. *& in can.* 24. *quæſt.* 4. decem libris auri mulctantur à Theodoſio. Quod vero dicitur *in can.* 1. *quæſt.* 7. vt Hæretici res pauperum, vel Baſilicas congregationum, aut denique aliquas poſſeſſiones habeant quæ pertineant ad Eccleſiam, vt poſſint eis adimi tanquam non ipſorum ſint, non pertinet ad ipſa propria bona hæreticorum, nec ad eos ſpoliandos bonis ſuis, vt putat malè Gratianus, ſed ad Eccleſiæ bona, quibus hæretici ſunt ſpoliandi; quod amplius exponitur *tota quæſt.* 7. *can.* 1. 2. 3. *&* 4. quos etiam canones malè intelligit Gratianus de bonis propriis Hæreticorum; in quo valde decipitur, quamquam non negemus omnibus modis poſſe pro delicti qualitate Hæreticos coërceri.

Quod Magiſtratibus carnalibus liceat nefarios occidere.

CAP. VII.

ITa publicarum eſt poteſtatum alios, puta noxios, occidere, vt ne quidem videatur D. Auguſtinus permittere vt occidamus, nos defendendo, inimicos noſtros, à quibus timemus ne occidamur, vt diximus ſuprà, & refertur *can.* 8. *quæſt.* 5. de occidendis, ait hominibus, ne ab eis quiſquam occidatur, non mihi placet conſilium; niſi forte ſit miles, aut publicâ functione teneatur, vt non pro ſe hoc faciat, ſed pro aliis, vel pro Ciuitate, vbi etiam ipſe eſt, acceptâ legitimâ poteſtate, ſi eius congruit Perſonæ: in tantum vt cùm Miniſter Iudicis, vt dicitur *can.* 14. *quæſt.* 5. occidit eum quem Iudex iuſſit occidi, profectò ſi id ſponte faciat, ſit homicida, etiamſi eum occidat, quem ſcit à Iudice debuiſſe occidi: quoniam, vt eſt in *can. ſeq.* 15. *quæſt.* 5. lex æterna, ita medio quodam loco poſuit aliqua hominibus, vt in eis vſurpandis meritò reprehendatur audacia, in exequendis autem iure laudetur obedientia. Abraham ſi ſpontaneus in occidendo filio motus fuiſſet, execrabilis haberetur; & iubenti Deo obſecundans famulatus eſt. Et ideo cùm homo ab homine occiditur multa conſiderantur, *can.* 17. *quæſt.* 5. cùm homo, ait, ab homine occiditur, multum diſtat vtrum fiat nocendi cupiditate, vel iniuſtè aliquid auferendo, ſicut fit ab inimico, ſicut à latrone; an vlciſcendi, vel obediendi ordine, ſicut à Iudice, ſicut à Carnifice; an euadendi, vel ſubueniendi neceſſitate, ſicut interimitur latro à viatore, hoſtis à milite: & aliquando qui cauſa mortis fuit, potius in culpâ eſt quàm ille qui occidit, veluti ſi quiſpiam decipiat fideiuſſorem ſuum, atque ille pro iſto legitimum luat ſupplicium: nec tamen qui cauſa alienæ mortis eſt Reus eſt, quid ſi enim quiſquam ſtuprum petat, ſeque non impetrando interimat? quid ſi filius timens pia Patris verbera, præcipitio pereat? nec enim ideo, quia hæc non fiunt nocendi ſtudio, ſed corrigendi, pateroa, vel miſericor-

A diæ opera adhibenda; hæc enim cùm accidunt debemus eis humanum dolorem, non propter illa, ne accidant rectè factorum reprimere voluntatem. Miles igitur, cum obediens Poteſtati ſub qua legitimè conſtitutus eſt, hominem occidit, nullâ ſuæ ciuitatis lege Reus eſt homicidii, vt eſt *in can.* 13. *quæſt* 5. imo, vt ibidem dicitur, niſi fecerit, reus eſt imperii deſerti; atque contempti: quod ſi ſuâ ſponte atque authoritate feciſſet; in crimen effuſi ſanguinis incidiſſet: itaque vnde punitur ſi fecerit iniuſſus, inde punietur niſi fecerit iuſſus. Iudex etiam immunis eſt, cùm ſecundum leges condemnat, *can.* 46. *quæſt.* 4. cùm cauſæ cognitione condemnat,

B Confirmatur *can.* 41. *quæſt.* 5. ſi homicidium eſt hominem occidere, poteſt tamen occidere aliquando ſine peccato: nam & Miles hoſtem, & Iudex vel Miniſter eius nocentem, & cui forte inuito atque imprudenti telum manu fugit, non mihi videntur peccare; & *can.* 47. *quæſt.* 5. Quicumque verò priuatus aliquem, ſine publicâ poteſtate, etiam criminoſum, maleficum, ſacrilegum, adulterum occiderit, homicida nihilominus habebitur. Et *can.* 33. *quæſt.* 8. & idem eſt ſi occiderit excommunicatum *can.* 47. *quæſt.* 5. vbi pro nece hominis excommunicati pœnitentia infligitur, licet de eo dubitetur an ſit homicida, *dict. can.* 47. *quæſt.* 11 Et quamuis verum

C ſit, neminem eſſe qui non deſideret mortem facinoroſorum hominum, *dict. can.* 33. *quæſt.* 8. quæ etiam aliquando vtilis eſt Publico, vt patet de Abſalonis morte, *can.* 44. *quæſt.* 5. tamen non eſt fas niſi publicis Poteſtatibus malos eâ afficere, *dict. can.* 33. *quæſt.* 8. nam relinquendum eſt Deo, quomodo voluerit aliquem puniri, quandoquidem variis modis puniuntur peccata, etiam per populos, Dei iuſſu excitatos, *can.* 49. *quæſt.* 5. Nec etiam è contrario fas eſt mortis gratiam pro Reo petere à Principe ſummâ authoritate, niſi quatenus ad Iudices Princeps remittit, *can.* 46. *quæſt.* 4.

Pro omni autem homicidio infligenda & fe-

D renda congrua & legitima Pœnitentia, *can.* 31. *&* 32. *quæſt.* 8. nec ſine illa debent crimina hæc relaxari, quòd non in nos tantùm committuntur, ſed etiam in Deum. Vnde qui hæc perpetrarunt, dicuntur debitores Dominici, *can.* 48. *quæſt.* 4. ſi is qui prælatus eſt, debitori Dominico culpas impune dimittit, non mediocriter profectò offendit, qui debita cœleſtis Regis & Domini, ſuâ præſumptione reſoluit; namque quæ in nos committuntur facile poſſumus dimittere, ea verò quæ in Deum commiſſa ſunt, cum magna diſcretione, nec ſine pœnitentia debemus relaxare. Porrò notandum eſt quod dicitur *in can.* 49. *quæſt.* 5. remitti peccata

E per Leuitas, ſed id non dicitur, imo per Verbum Dei, cuius Leuites interpres & executor eſt.

Nec vero alium tantùm nemo poteſt ſuapte voluntate occidere, ſed nec etiam ſeipſum, quantumuis Reus eſſet & ab alio occidendus: nam Iudas qui morte dignus erat, tamen peccauit ſe occidendo, atque ſeipſum interficere nec licet immortalitatis adipiſcendæ causâ, vel etiam alicuius mali vitandi: & lex cùm ait, *non occides*, nil excipit, nec addit etiam proximum vt intelligatur, nec te, nec alium. Quòd vero Sanſon ſe ruinâ domus oppreſſerit, excuſatur, quia Spiritus latenter hoc iuſſerat, qui per illum

miracula faciebat, vt eſt *can. 9. quæſt. 5.* cuius hæc eſt clauſula: his igitur exceptis, quos vel lex iuſta generaliter, vel ipſe fons Iuſtitiæ Deus ſpecialiter occidi iubet, quiſquis hominem, vel ſeipſum, vel quemlibet occiderit, homicidij crimine innectitur; hoc dicimus; hoc aſſerimus; hoc modis omnibus approbamus, neminem ſpontaneam mortem inferre ſibi debere, velut fugiendo moleſtias temporales, ne incidat in perpetuas, neminem propter aliena peccata; neminem propter ſua peccata præterita, propter quæ magis hac vita opus eſt, vt poſſint pœnitendo ſanari; neminem velut deſiderio vitæ melioris, quæ poſt mortem ſperatur, quia Reum ſuæ mortis melior poſt mortem vita non ſuſcipit: & *can. 10. quæſt. 5.* tu dixiſti, laqueo Traditor petiit, laqueum talibus dereliquit; hoc ad nos omnino non pertinet: neque enim veneramur nomine Martyrum eos qui ſibi collum ligauerunt; *can. 11. ead. quæſt. 5.* non eſt noſtrum mortem arripere: vnde & in perſecutionibus non licet propriâ perire manu, abſque eo vbi caſtitas periclitatur; ſed percutienti colla ſubmittere: vnde ſtatutum eſt *can. 12 quæſt. 5.* vt qui ſibi ipſis voluntariè mortem quocumque modo, per violentiam inferunt, nulla prorſus pro illis, in oblatione, commemoratio fiat, neque eum pſalmis ad ſepulturam eorum cadauera deducantur, multi enim ſibi hoc per ignorantiam vſurpant.

An præciſè propter Religionem aliqui à mala ad bonam cogendi ſint.

CAP. VIII.

Diximus ſuprà poſſe cogi hæreticos à bonis Regibus ac Imperatoribus ad rectam fidem, ſed eſt additum id poſſe non qua Catholici eos perſequuntur, ſed qua ſe defendunt *can. 4. quæſt. 3.* vel ſecundò ne impunitas eorum aliquid audeat mali, vt dicitur à D. Auguſtino *lib. 2. cap. 5 Retractationum*, vel etiam ſi id fiat cum dilectione corrigendi, non cum odio perſequendi, vt dicitur *in can. 6. quæſt. 4.* & non odio peccantium, ſed peccati, vt eſt *in can. 51. quæſt. 4* & emendandi potiùs quàm nocendi causâ, *can. 37. quæſt. 4.* vel etiam id poſſe, quia multi non conuerterentur ad fidem niſi timendo, & eo timore adducuntur quò non peruenirent ſuaſione, vt eſt *in can. 3. quæſt. 6.* vel etiam propter pertinacitatem, cùm quis ſtatim inſtructus eſt ad fidem, & tamen non vult acquieſcere, vt dicitur in *can. 42. quæſt. 5.* ex concilio Chalcedonenſi: vel denique quia Deus ita volt, ita præcipit vt mali coerceantur, vt patet ex dictis, imò periculum eſt ne princeps peccet, niſi hæreticos cogat, vt etiam oſtenſum eſt ſuprà; ſed hoc præceptum de hæreticis cogendis multo conſilio & deliberatione, multiſque cauſis indiget, etiam in eorum ſententia qui exiſtimant hæreticos poſſe cogi ad fidem, in qua tandem fuit D. Auguſtinus, licet initio alteram partem defenderit. Etſanè propter periculum peccati nunquam placuit antiquis Patribus cogere ad Religionem præciſè, niſi aliundè peccatum ſit propter Religionem, vt patet ex D. Bernardo *in Cantica. ſermone 66.* fides, ait, ſuadenda eſt, non imperanda: & in *concilio Toletano 4. can. 56.* qui refertur *can. de Iudæis diſt. 45.* præcipit, ait, ſancta Synodus nemini deinceps ad credendum vim inferri; cui enim Deus vult, miſeretur, & quem vult indurat; & ita Tertullianus *ad Scapulam*: non eſt Religionis cogere Religionem, quæ ſponte ſuſcipi debet, non vi: & alio loco; lex noua non ſe vindicat vltore gladio. Et Iſidorus Peluſiota *lib. 2. epiſt. 129.* non vi, ait, nec tyrannide, ſed perſuaſione ac bonâ voluntate, hominum ſalus conficitur: & D. Athanaſius: Dominus, ait, non cogens, ſed libertatem ſuam voluntati permittens, dicebat quidem vulgo omnibus, ſi quis vult venire poſt me; Apoſtolis verò, nunquid & vos abire vultis? & Theodoricus *apud Caſſiodorum lib. 2. epiſt. 27.* Religionem imperare non poſſumus, quia nemo cogitur vt credat inuitus; & ideo Athenagoras, *initio legationis, de Chriſtianis*, ait Religionum veterum antiquos ritus, etſi ſint ridiculi, non eſſe tamen vllis legibus, nec pœnæ metu tollendos: & *cap. 9. de Iudæis & Sarracenis, & c. ſyncera. diſt. 45.* Iudæi non cogũtur ad Baptiſmum ſuſcipiendũ. Quapropter idem D. Athanaſius *epiſt. ad Solitarios* dãnat Arrianam hæreſim, & oſtẽdit quàm non ſit pia, quàm non Dei cultrix, quòd vi & armis Catholicos ad ſe pertrahere niteretur. Et ſane magna aliquando
C
impietas eſſet cogere hæreticos ad veram fidem: nam negari non poteſt quin multi hæretici ſint excuſandi; vti certè multos excuſat Saluianus his verbis: Hæretici ſunt, ſed non ſcientes, denique apud nos ſunt hæretici, apud ſe non ſunt: nam in tantum ſe Catholicos iudicant eſſe, vt nos ipſos Hæreticæ titulo prauitatis infament; quod ergo nobis illi ſu[…], & hoc nos illis; nos quidem illos iniuriam Diuinæ generationi facere certi, quòd minorem Patre Filium dicant; illi nos iniurioſos Patri exiſtimant, quod æquales eſſe credamus: Veritas apud nos eſt, ſed illi apud ſe præſumunt: honos Dei apud nos eſt, ſed illi hoc arbitrantur honorem diuinitatis quod
D
credunt, inofficioſi ſunt, ſed illis hoc eſt ſummum Religionis officium; impii ſunt, ſed hoc putant veram eſſe pietatem: errãt ergo, ſed bono animo errant, nec odio ſed affectu Dei honorare ſe Dominum atque amare credentes; quamuis non habeant rectam fidem, illi tamen hoc perfectam Dei exiſtimant Charitatem: & qualiter pro hoc ipſo falſæ opinionis errore in die Iudicii puniendi ſint, nemo poteſt ſcire niſi Iudex: interim idcirco eis, vt reor, patientiam Deus commodat, quia videt eos & ſi non rectè credere, affectu tamen piæ opinionis errare. Et D. Auguſtinus loquens de Manichæis & ad Manichæos quos ipſe quidem ſectatus erat, illi ſæuiant in vos qui neſciunt quo cum labore verum
E
inueniatur, & quam difficilè caueantur errores; illi in vos ſæuiant qui neſciunt quàm rarum & arduum ſit carnalia phantaſmata, piæ mentis ſerenitate ſuperare; illi in vos ſæuiant qui neſciunt quantâ difficultate ſanetur oculus interioris hominis, vt poſſit intueri ſolem ſuum; illi in vos ſæuiant, qui neſciunt quantis gemitibus & ſuſpiriis fiat vt ex quantulacumque parte poſſit intelligi Deus; poſtremo illi in vos ſæuiant, qui nullo tali errore decepti ſunt, quali vos deceptos vident: ego autem ſæuire in vos omnino non poſſum, quos ſicut meipſum illo tempore, ita nunc debeo ſuſtinere, & tantâ patientia vobiſcum agere, quãtâ mecũ egerunt proximi mei, cũ in veſtro dogmate rabioſus & cæcus errarẽ.

AD CAVAM XXIV.

QVÆSTIO I.

DIcitur ptimò, excommunicato aliquo noui arroris authore, eius imitatores eſſe ipſo iure excommunicatos, nec opus eſſe noua ſententia excommunicanonis, *can.* 11. 2. *&* 3. & Gelaſius dicit ſe fore Executorem illius ptimæ ſententiæ, *dict. can.* 1.

Agitur ſecundò de Eccleſia Petri, ſeu de Ro- B mana Eccleſia: dixit enim Chriſtus Petro; quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis; & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis; & iu Perſona Petri, Eccleſiæ *can.* 6. & ille eſt Vnitatis origo ſine quo non eſſet vna Eccleſia *can.* 18. Et vt oſtendatur firmitas Eccleſiæ Petri, quæ omnes diſſipet controuerſias; etſi aliis imperatur vt laxent retia ſua, ſoli tamen Petro dicitor, duc in altum, hoc eſt in profundom diſputationum, *can.* 7. Eſt & aliud Apoſtolicum piſcandi genus, quo genere ſolum Petrum piſcari Dominus iubet, dicens mitte hamum, & eum piſcem qui primus aſcenderit, tolles; & ideo priuilegium Petri habuit eius Eccleſia, quæ eſt Mater Eccleſiarum ſicut ille caput Apoſtolorum, & per Dei gratiam nun- C quam à tramite traditionis Apoſtolicæ errasse probatur, nec hæreticis nouitatibus deprauata ſuccubuit; ſed normam fidei quam ab Apoſtolis percepit, retinuit, *can.* 9. & fides eius nullam vnquam hæreſim fouit, *can.* 10. & in ea ſemper eſt extra maculam ſecura Religio *can.* 11. & maior zelus Religionis incubuit, *can.* 13. atque aduerſus hæreſes ipſa ſola ſemper firma fuit *can.* 14. Vnde non aliud neque ſentiendum, neque docendum, quàm quod Romana docet Eccleſia, *can.* 15. Et quoties fidei ratio ventilatur, omnes Epiſcopi ad Petrum, id eſt ſui nominis & honoris aothorem, referre debent *can.* 12. & tam An- D tiochena, quàm Alexandrina, eius agnoſcere debent diſpoſitionem *can* 15. *&* 16. & qui non audiuerit Eccleſiam, eius Petrus ſpirituali gladio tollet autem malè intelligentis *can.* 17. Cum ea verò vnitas ſeruatur, *can.* 18. *&* 19. & viuendum in ea, tanquam in vna domo, *can.* 10. ſchiſma enim eſt omnium grauiſſimum crimen, hiatu terræ à Deo vindicandum; *can.* 21. & Cyprianus non putauit ſedem eſſe in ſchiſmate. *can* 21. & ſchiſmatici indiſciſſam Domini tunicā, & deſuper textam per fruſta diſcerpunt, *can.* 25. & prophanus eſt qui extra Eccleſiam Agnum comederit, *can.* 20. *&* 25 & peribit tanquam qui erant extra Arcam, *dict. can.* 25. Nam quicum- E que ab vnitate fidei vel ſocietatis Petri Apoſtoli ſeipſum ſegregauerit, nec vinculis peccatorum poteſt abſolui, nec ianuam Regni Cœleſtis ingredi, *can.* 23. & tanquam ab hoſtibus Dei, ab eorum conſorno fugiendum, *can.* 26. vt fecit Satyrus Epiſcopus, *can.* 13. & Polycarpus, *can.* 24. Odit enim Deus hæreticorum feſtiuitates, Eleemoſynas, & ſacrificia *can* 28. Nam vbi ſana fides non eſt, non poteſt eſſe Iuſtitia & Charitas, etiam Schiſmaticorum, *can.* 19. & hæretici cùm à fide Catholica deſciuerint, perfectionem Spiritus quam acceperant, amiſerunt, *can.* 30. &

A Cyprianus in *can.* 31. exiſtimabat omnes hæreticos & ſchiſmaticos nihil habere poteſtatis & iuris, nec ideo manus eis imponi, nec remiſſionem peccatorum per eos dari. Et licet Pelagius dicere ſimilia videatur, *can.* 33. *&* 34. non tamen idem ſentit, ſed tantùm docet per ſchiſma ſeparatos à toto, eſſe in parte, nec facere corpus Chriſti, id eſt Eccleſiam: vnde S. Auguſtinus *in can.* 40. exiſtimauit in neceſſitate ſchiſmaticum extra Eccleſiam poſitum, poſſe conferre ſacramenta, & illa prodeſſe cum conditionibus ibi poſitis. Nam pœnitentiam agere debet qui dederit, aut acceperit de manu Hęretici, *can.* 41. & potius eſt mortem arripere quam eam accipere, *can.* 42.

Non debent autem Catholici eſſe ſollliciti de excommunicatione ſua facta ab excommunicatis: nam excommunicatus excommunicare non potuit, *can.* 4. nec eſt excommunicatus habendus, ab eis excommunicatus *can.* 35. Sed in communione Eccleſiæ manſiſſe, *can.* 36. Hoc tamen admonandi ſumus quod quiſquis apud ſchiſmaticos, vel hæreticos pro aliquo flagitio vel facinore proiectus eſt, ſi conſtet de crimine, non eſt ſine pœnitentia ſuſcipiendus à Catholicis, ſi tranſire velit ad Catholicam diſciplinam, *can.* 38. *&* 39. *hac quaeſt.* 1.

QVÆSTIO II.

QVæſtio proponitur in qua fuerunt variæ ſententiæ, an mortuus poſſet abſolui, & excommunicari, vt apparet ex *Synodo* 7. *generali. can.* 6. *quaeſt.* 1. Sed ante hanc ſeptimam Synodum hæc fuit ſententia Leonis, vt eorum cauſa Dei iudicio reſeruaretur, *can.* 1. & Gelaſii *can.* 2. qui ait nonquam hoc factum, nec ab Apoſtolis, nec à Chriſto qui mortuos ſuſcitauit non abſoluit, & tamen debet iudicare viuos & mortuos; deinde Chriſtus dedit poteſtatem ligandi & ſoluendi ſuper terram, *& can.* 4. *hac ead. quaeſt.* & in Actis Synodi habitæ Conſtantinopoli ſub Nectario, & Theophilo Alexandrino, & Flauio Antiocheno aliiſque multis, de Agapio & Bagadio depoſito à duobus tantùm Epiſcopis qui iam mortui erant, Theophilus dixit aduerſus eos qui exceſſerant, fieri non poteſt vt indignationis feratur ſententia, & videtur Vrbanus 2. diſtinguere in *can.* 3. vt excommunicatus nominatim, vel communicans excommunicatis non poſſit habere nobiſcum communionem poſt mortem: peccatores autem tantùm, poſſint noſtris eleemoſynis & precibus communicare. In *concilio.* verò 5. *generali*, definitum eſt poſſe Hæreticos poſt mortem anathematiſari in impietate morientes, *in can.* 6. *hac quaeſt.* 2. vbi id probatur ex S. Auguſtino, & exemplo Rambolæ Epiſcopi Edeſſæ, qui mortuum Theodorum Mopſueſtenum anathematizauit; & Romanæ Eccleſiæ, quæ Dioſcorum etiam poſt mortem excommunicauit; & Origenis, qui poſt mortem fuit excommunicatus, & dicitur Eccleſiaſtica traditio *dict. can.* 6. Poſt illud tamen concilium, alia ſententia etiam apud plures obtinuit. Hadrianus 2. *epiſt. ad Carolum Caluum* 32. atque de his qui ad Dominum migrauerunt nobis facilè iudicare non licet: cùm enim in manu Dei Iudicis conſiſtant, ſi humanis definitioni-

bus quidquam de his tribuatur, non ſolùm præſumptionis, ſed & damnationis eſt prorſus iudicium: ille qoippe Ebba ſuo jam Domino aut ſtat aut cecidit, qood ſi ſtat, quis eum conabitur dejicere? ſi vero cecidit, qois nitatur erigere, niſi forreis qui ſua indicia diuino Iudicio præponere impiâ temeritate deliberatt &c. Conſtantinus tamen Porphytogeneta, cùm Leo pater eius eſſet excommunicatus quod quartas nuptias contraxiſſet, petijtà Patriarcha & Epiſcopis, vt Patri ſuo etiam poſt mortem communi decreto delicti Remiſſionem concederent, vt refertur in Iure Græco Romano. Erio *concilio apud Troſleium anno Domini* 921. Erlebaldns Comes excommunicatus, poſt murtem abſolutus fuit, vt refert Flodoardus *lib. 4. hiſtoria cap.* 16.

QVÆSTIO III.

HIc agitur præcipuè de excommunicatione, & dicitur *in can.* 1. pro peccato Patris non poſſe excummuoicari filium, nec vxorem pro mariti, nec ſeruum pro peccato Domini, nec familiam pro peccato patrisfamilias; nec poſſe eos qui id faciunt vllam huius rei reddere rationem: non enim trahit filius ex Patre peccata, ſicut ex Adam trahitur originale peccatum, *dict. can.* 1. & qui nullis culpis exigentibus priuarot communiune, poteſt officium ſuum peragere, & communionem ſine formidine ſumere aui horitate Papæ; & *in Nouella* 123. quæ refertur hîc *can.* 6. præſcribitur vt nemo Epiſcopns excommunicet, antequam cauſa probetur, propter quam præſcripti canones id fieri lubent, ſi quis autem non legitimè excommunicatus ſit, aui horitate Sacerdotis maioris redeat ad communionem, & qui excommunicauit excommunicetur ab eo, *dict. can.* 6. Cæterum illi qui iniuſtè maledicunt, etſi non animo malo, tamen immunditiam labiorum incurrunt, *can.* 3. vnde Michaël non fuit auſus maledicere Diabolo, & indicium inferre blaſphemiæ, quâ digous erat, *can.* 10. & diſtincti erant montes in quibus licebar maledicere vel benedicera, & Tribus aliquæ conſtitutæ erant in monte Garizim vt benedicerent populo, & aliæ in montealtero vt maledicerent Roben qui macnlauerat thorum Parentis, & Zabnlon nouiſſimus Liæ filius & ancillarum liberi in monte Hebel ponuntur, vt maledicant his qui ſunt digni maledictione, *can.* 10. Vnde colligit Hieronymus *in lib. Ioſué*, & refertor *can.* 11. alios amore boni, alios timore mali adduci, *dict. can.* 11. Sed nos colligimus inde, v dendum eſſe qui ſint maledictione, vel benedictione digni: quamquam ſi qnis non recto iudicio foras mittatur, ſi ipſe non exiit, id eſt id non egerit vt mereretur exire, nihil læditur in eo, & intus maneat; ipſe qui ejecit, ſit foras, *can.* 4 nam nos noo damnamur cùm iniuſtè iudicamur, *can.* 5. Vita, non ſententia ejicit, vel reducit, *can.* 7. Neque enim ſolùm ad Eccleſiam non pertinent, qui ſeparationis aperto ſacrilegio manifeſti ſunt, ſed etiam illi qui in eius vnitate corporaliter miſti, per peſſimam vitam ſeparantur, *can.* 8. Et certum eſt, qnod qui impius demonſtratus eſt omnimodo ſeparatns eſt à Deo; ſicut etiam ille, qui anathematizatus, tanquam impius ſeparatus eſt: nihil enim aliud ſignificat anathema, niſi à Deo ſepsrationem, *can.* 9. Sed cùm ſancti Viri ſententiam maledictionis proferunt, in hanc non ex voto vltionis, ſed examine Iuſtitiæ prorumpunt, *can.* 12. Errantes tamen, & in errorem alios inducentes, tradendi ſunt Sathanæ, *can.* 13. & incorrigibiles *can.* 14. & 18. & mali omnes, ne ſerpat malum, & gregem corrumpat, *can.* 16. & 17.

Excommunicandus etiam eſt, qui duas ſimul vxores habere præſumit, *can.* 19. & falſi teſtes, & homicidæ, *can.* 20. & Potentes qui Clericum, vel quemlibet pauperem, vel Monachum expoliant, & qui vocatus vt redderet rationem, contempſit Epiſcopum, *can.* 21. Quiſqnis verò per dolum manum ſuam mittit in Chriſtum Domini, id eſt Epiſcopum, & qui ſacrilegus vaſtat Eccleſiam; eius bona publicanda, & ipſe in Monaſterio incluſus pœnitentiam aget omnibus diebus vitæ ſuæ, *can.* 22. Et communione priuantur, qui Romipetas ſpoliant, vel Viſitatores, aliorum Sanctorum viſitantes oratoria, *can.* 23. & 24. & 25. vbi Oratores Sanctorum dicuntur illi Peregrini, quia orationis Sanctorum causâ peregrinantur Flodoard. in Vuulfatio: eundi denique Romam orationis causâ ad S. Petrum licentiam ab Imperatore ſe accepiſſe in quadam ſua deſignat epiſtola. *Can. 1. & ſeqq.*

Poſtea agitur hîc de Schiſmaticis, & docetur in quo differant ab hæreticis *can.* 26. *Et can.* 27. incipit agere de Hæreticis & dicitur in eo, vnde dicatur hæreſis, & quis ſit hæreticus. Item *in can.* 28. oſtenditur, qui propriè dicantur hæretici. Non ſunt vero Hæretici qui non audaciâ ſuâ, nec pertinaciâ defendunt hæreſim, ſed ſeducti ſunt, *can.* 29. Sunt vero Hæretici Magiſtri erroris, *can.* 30. & qui quod prauè ſapiunt, contumaciter defendunt, *can.* 31. Non ſunt ferendi tamen, qui vel aliorum prauitati conniuent, ſed puniendi ſunt, *can.* 34. Et Conuiuia, & ſodalitates Hæreticorum nec non & Schiſmaticorum fugiendæ, eorumque conuenticula, quæ non ſunt Eccleſiæ, ſed conciliabula, *can.* 36. nec cum iis ineunda Synodus, aut diſputatio, *can.* 36 Nec obſtat quod aliqui dicunt contra excommunicationem præceptum Domini de non eradicandis zizaniis: nam qui excommunicat, non eradicat, *can.* 37. Porrò quia homo non ſemper poteſt ſcire in quem vere proferendum maledictum, ſed Deus tantùm, melius eſt vt benedicamus quàm maledicamus. De cætero in *can.* 39. vſque ad finem ponuntur diuerſæ Sectæ hæreticorum ex Iſidoro *lib. 8. origin. cap.* 3. *Can. 26. & ...*

AD CAVSAM XXV.

QVÆSTIO I.

IN *Quæſt.* 1. *can.* 1. nullam Sedem magis Synodi conſtituta exequi oportere quam primam profitemur. Vnde Fœlix 3. *epiſt. ad Vetrionem* dicit Apoſtolicam ſedem eſſe executricem concilii Chalcedonenſis, *can.* 2. & diuinis præceptis, & monitis Apoſtolicis incitantur ſummi Pontifices ad paſcendas oues cum Petro, & ab ignorantia reuocandas, vel præſumptione, *can.* 3. Quæ ergo ad perpetuam vtilitatem inſtructa ſunt nullo modo varientur, *can.* 4. nulli verò

fas

ſas diuinas conſtitutiones vel Apoſtolicæ Sedis decreta temerare; ac neque etiam ſummis Pontificibus, qui grauius peccarent quo potiori honore perfruuntur, *can.* 5. Et violatores canonum peccant contra Spiritum Sanctum, *can.* 6. licet autem ſummi Pontifices poſſint nouas leges condere, vbi nihil Euangeliſtæ vel Prophetæ dixerunt; vbi tamen Dominus, vel Apoſtoli ſententialiter aliquid definiuerunt, hoc illi ſine errore non poſſunt immutare: ſed vſque ad animam & ſanguinem debent confirmare, *can.* 7. Contra namque ſtatuta Patrum, condere aliquid, vel mutare, nec Romanæ quidem Sedis poteſt authoritas. Vnde Leo 4. *can.* 16. dicit ſe Paſtorem effectum, vt quod Patres noſtri ſiue in ſanctis canonibus, ſiue in legibus conſtituerunt, excedere non debeat: & *can.* 10. Pelagius rogatus ab Imperatore per Ruffinum Legatum, an tomum Leonis Papæ per omnia ſeruaret, profeſſus eſt ſe ſeruare, quia *can.* 14. iuſtitiæ ſanè & ordo rationis ſuadet, vt qui à Succeſſoribus deſiderat ſua ſeruari, mandata deceſſoris quoque ſui ſtatuta cuſtodiat, *can.* 12. Alij quoque Epiſcopi debent Apoſtolica conſtituta cuſtodire, vt ſi quis in illa commiſerit, veniam ſibi nouerit denegari; in tantum vt *can.* 13. qui ſacris neſcit obedire canonibus, nec accipere communionem ſit dignus. Item Reges & Principes *can.* 11. præuaricatores Catholicæ fidei apud Deum exiſtent, ſi Pontificalium decretorum permiſerint violari centuram: nam à ſanctis patribus *can.* 14. conſtitutum eſt, in Synodis prolatas Regulas tenendas: atque, vt ait Zozimus *epiſt.* 6. inſtituta canonica veluti quædam fundamenta ſunt, ferendis fidei acta ponderibus: imò irritum ſit, *can.* 8. quidquid contra Euangelicæ, vel propheticæ, vel Apoſtolicæ doctrinæ, vel Sanctorum Patrum Decreta fuerit actum. Denique *can.* 9. prima ſalus eſt rectæ fidei regulam cuſtodire, & à conſtitutis Patrum nullatenus deuiare.

QVÆSTIO II.

PRiuilegia Eccleſiarum atque Sacerdotum intemerata & inuiolata debent permanere, Ea maximè quæ Nicænæ Synodi decretis, & Sanctorum Patrum canonibus inſtituta, nullà poſſunt improbitate conuelli, nulla nouitate mutari: in quo opere exequendo ſummi Pontifices eſſe debent attenti, vt non violentur, *can.* 2. *apud Correctores & can.* 17. *hac quæſt.* 2. Vnde *can.* 3. cùm Gregorius 1. miſiſſet in Angliam Auguſtinum, in mandatis ei dedit, vt dum tranſiret per Galliam, ſi quid ex authoritate agendum eſſet, nullam authoritatem prætenderet in Epiſcopos Galliarum, & omnia ageret cum Epiſcopo Arelatenſi, qui ab antiqua Patrum conſtitutione Pallium acceperat à ſummis Pontificibus. Ille vero Auguſtinus non erat in Gallia Legatus à latere, ſed cum mandati formula. Tales, Miſſi vocantur *in Capitulari Aquiſgranenſi ſub Carolo Magno.* Legatos vero mittit Papa ante ſe, exemplo Chriſti, qui ſuos diſcipulos in vniuerſum mundum direxit ad prædicandum, vt ait Innocentius 3. *epiſt.* 104. *lib.* 4. *Regeſti,* 16. *cap.* Arelatenſis enim Eccleſia Primatus priuilegio erat ornata, & vicibus Apoſto-

A licæ Sedis vſuque Pallij decorari ſolita, vt ait Pelagius *epiſt.* 11. *ad Childebertum*, de Sapando Arelatenſi, vbi de eo conqueritur, quod ad petitionem Epiſcopi ab eo ordinati, in iudicium ſequentis Ciuitatis Epiſcopi, id eſt minoris iuſſus eſſet à Rege iudicari, quod nullà Eccleſiaſticà lege, vel ratione concaditur; & rogat Regem vt eius prouidentià, Eccleſiaſticorum ordinum ſeruetur integritas. Idem Pelagius *epiſt.* 7. *ad eundem Childebertum* vſum Pallij conceſſerat, quia inquit, in ſcrinio Eccleſiaſtico huiuſmodi exempla reperimus, quibus oſtenditur Epiſcopis Arelatenſibus à ſanctæ recordationis deceſſoribus noſtris hæc fuiſſe collata. Et quidem

B Zozimus papa *epiſt.* 5. de priuilegiis Arelatenſis Eccleſiæ ſtatuit, vt qui è Gallia Romam venirent Formatas acciperent ab Arelatenſi Metropolitano: 2. vt idem Arelatenſis ordinat Epiſcopos per Prouinciam Viennenſem, & per vtramque Narbonenſem, & vt poſſideat Parochias quas antiquitùs habuit. Ius illud vocatur Priuilegium vetus, *epiſt.* 7. & 8: Ante tamen de Primatu controuerſia fuerat inter Epiſcopū Arelatenſem, & Viennenſem *in concilio Taurinenſi* agitata, in quo Prouinciæ viciniores vtrique aſſignatæ, donec probarent ampliùs ad quem pertineret Metropolis prouinciæ, & primatus *can.* 2. Sed, vt diximus, poſteà à Zozi-

C mo ius primatus tributum Arelatenſi ſupra Viennenſem, & conceſſum Patroclo, non tamen ſine querela & controuerſia: nam, vt ait Leo 1. *epiſt.* 89. Arelatenſis ante Patroclum id Jus non habebat; habuitque illud temporaliter, fuitque ſublatum: quid, ait, ſibi quærit Hilarius in aliena Prouincia, & id quod nullus Deceſſorum ipſius ante Patroclum habuit, cur vſurpat cum & ipſum quod Patroclo ab Apoſtolica Seda temporaliter videbatur eſſe conceſſum, poſtmodum ſit meliore ſententià ſublatum: & poſteà precibus oblatis Leoni ab Epiſcopis prouinciæ Arelatenſis, de renouando Arelatenſis Eccleſiæ priuilegio, Leo *epiſt.* 109. controuerſiam inter

D Viennenſem & Arelatenſem diuiſione prouinciæ compoſuit, Anaſtaſius verò Papa aliquid innouauit, quo reciſo Symmachus iuſſit antiqua decreta Sedis Apoſtolicæ obtinere *epiſt.* 1. *ad Æonium Arelatenſem*, vocatis priùs Arelatenſi & Viennenſi ad Sedem Romanam Symmachus *epiſt.* 2. *ad ipſum Aeonium* & ipſe ſummus Pontifex *epiſt.* 10. confirmauit compoſitionem Leonis, ac diuiſionem; & libello poſteà ipſi Symmacho oblato, Symmachus ſcribens Cæſario *epiſt.* 11. non mutauit ſententiam. In *can.* 2. 8. *quæſt.* 3. Artalous dicitur Epiſcopus Narbonenſis Eccleſiæ ſuffraganeus; vbi Correctores Romani malè ponunt Electenſis, fortè legendum Agathenſis, quæ eſt ſub Narbonenſi 1. & omiſſa

E eſt in notitia tomi primi Conciliorum: nam Arelatenſis nunquam fuit ſub Narbonenſi: in concilio Francofordienſi *cap.* 8. adhuc confirmata Symmachi ſententia. *Can.* 4. reddit horum rationem idem Gregorius 1 dicens ſi ea deſtruerem quæ Anteceſſores noſtri ſtatuerunt, non conſtructor ſed euerſor eſſem: omne enim Regnum in ſe diuiſum deſtruetur: *can.* 5. idem ſcribit Leo 1. *epiſt.* 1. ad Anaſtaſium, cui vices ſuas commiſerat, vt ſecundum Patrum canones Spiritu Dei conditos, & totius mundi reuerentià conſecratos ius Metropolitanis antiquitus conceſſum, habeat intemeratum: & cum Leo

Papa *epiſt.* 89. hoc honore voluiſſet decorari Leontium Epiſcopum Seniorem Eccleſiæ Vienneñſis, vt præter eius conſenſum concilium non indiceretur, addidit Leo *can.* 6. Metropolitanis priuilegii ſui dignitate ſeruarâ: & Hormiſda Papa *epiſt.* 5. ſeruatis priuilegiis Metropolitanorum vices Apoſtolicæ Sedis delegat, vt ea ſeruentur integra: & *epiſt.* 7. *ad Saluſtium Hiſpalenſem Epiſcopum*, vices, ait, noſtras per Beticam, Luſitaniamque Prouincias, ſaluis priuilegiis, quæ Metropolitanis Epiſcopis decreuit antiquitas, præſenti authoritate tibi committimus: & *can.* 7. Gregorius 1. voluit etiam priuilegia pro defenſoribus diſpoſita à ſeipſo, ſeruari. Sic iura quædam annua tributa nomine Aduocatiæ, Otto Vrſpergenſis *in Philippo Cæſare*: nomine Aduocatiæ, Monachorum fūdis annuum tributum indixit. Et *can.* 8. generaliter ſcribit Epiſcopo Carthagineoſi de Eccleſiaſticis priuilegiis, ſe omnium Eccleſiarum iura tam bene ſeruaturum quàm ſua. Item *can.* 9. iubet ea quæ pro quiete Monachorum ſunt ordinata, non negligi: & *can.* 10. profitetur ſe ſtatuta aliarum Eccleſiarum nolle infringere, & exiſtimare ſe ſibi iniuriam facere ſi fratrum ſuorum iura perturbet. Et Gregorius 7. *epiſt. ad Rauennenſes Clericos in cauſa Viennenſis Eccleſiæ*: nam ſicut ſanctæ Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ iura & dignitates ſuas conſeruari cupimus, ita & membris eius, videlicet cæteris Eccleſiis, &c. & *can.* 12. ait Eccleſiaſticæ moderationi eſſe omnino conueniens, vt quæ ordinata ſunt, nullâ refragatione turbentur. Iulius quoque Papa *can.* 11. conſtituit, ea quæ ſunt ab Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus inſtituta, nullâ deſidiâ negligantur, nullâ diſſentione violentur, nullâ concertatione turbentur: & Nicolaus Papa *can.* 18. ſi quis dogmata, mandata, interdicta, ſanctiones, vel decreta Sedis Apoſtolicæ contempſerit, ait anathema eſſe. Et *can.* 21. Pelagius à iuribus Eccleſiæ Pontificem diſcedere non debere. *Can.* tamen 19. Gelaſius diſtinguit inter malè & benè conſtituta à Deceſſoribus, vt hæc ſeruentur, illa corrigantur: nam, vt ait Nicolaus Patriarcha *in ſententia Synodali ad Alexium Comnenum*: non hoc Pontificum eſt vt neceſſariò putent Eccleſiæ ſuæ *προνόμια*, (hoc eſt) priuilegia, ſibi indifferenter tuenda, tam iuſta quàm iniuſta; ſed quæ iuſta ſunt inuiolabilia præſtare debet, iniuſtis verò cedere: ita & *can.* 22. ſi quis aliquid vſurpauerit, quod non habuit veteri iure conſtitutum eſt. Idē conſtituitur *c.* 20. ab Imperatoribus, qui præcipiunt, priuilegia quæ olim reuerentia Religionis obtinuit, inuiolata manere; & prohibēt ea, ſub pœnæ interminatione mutilari.

Iura ergo Eccleſiarum dicuntur Priuilegia ab Arcadio & Honorio *dict. can.* 20. & à Theodoſio, & Valentiniano, *l.* 47. *de Epiſcopis & Clericis*, & *can.* 1. 5. 6. 7. 8. & 17. *hac quæſt.* 2. & in concilio Chalcedonenſi *can.* 28. quo priuilegia Eccleſiæ Romanæ tribuuntur Conſtantinopolitanæ: & Balſamo *in can.* 17. *eiuſdem Synodi*, & *can.* 9. vbi agit de Exarchorum priuilegio: & in Nomocanone Photii *lib.* 2. *cap.* 36. & *Nouella* 11 *de priuilegiis Archiepiſcopi primæ Iuſtinianæ*, & *Nouella* 37. *de Eccleſiis conſtitutis in Africa*, confirmantur priuilegia Carthaginenſis Eccleſiæ: & *L. omnia. Cod. de Epiſcopis & Clericis*, Priuilegia conceſſa Orphanotrophiis, ſiue Aſceteriis, vel Eccleſiis, aut Parochiis, aut Mo-

A naſteriis, confirmantur: & Zeno *L.* 16. *Cod. de ſacroſanctis Eccleſiis*, dixit priuilegium Metropolitanum, vel Patriarchicum. Et priuilegia vocantur iura ab eodem Balſamone *in Nomocan. tit.* 1. *cap.* 36. eum qui aufert ius proprii Epiſcopatus ciuitati de nouo ædificatæ, vel aliud priuilegium. Vnde idem Balſamo *in Synodo Chalcedonenſi dict. can* 17. vocat præſcriptionem quadraginta annorum, priuilegium: & *in can.* 8. *hac noſtra quæſt.* 2. ſummus Pontifex, quæ dixerat ante priuilegia, poſtea iura appellat. Exemptiones Monachorum, dicuntur priuilegia exemptionis: Innocentius 3. *lib.* 3. *Regeſt.* 15. *epiſt.* 154. Priuilegia Eccleſiarum in ſcrinio Eccleſiaſtico Romæ ſeruabantur, vt teſtatur Pelagius *epiſt.* 7 *ad Childebertum*: & conſtitutum etiam eſt à Gregorio 1. *lib.* 11. *epiſt.* 8. vt in Regalibus ſcriniis ſicut in Romanis tenerentur

B & ſeruarentur.

Et notandum, quod dicitur *in dict. can.* 20. tuitionem deferri his qui deſeruiunt Eccleſiis. Et Theodoricus quoque prædiis, & honoribus Eccleſiæ Mediolanenſis intra Siciliam conſtitutis, tuitionem dedit, *lib.* 1. *Variar. epiſt.* 29. & rectè dicebat Auitus *epiſt.* 39. quidquid habet Eccleſiola mea, imò omnes Eccleſiæ noſtræ, veſtrum eſt de ſubſtantia quam vel ſeruaſtis hactenus, vel donaſtis: & Tuitio illa dicitur *in gloſſis Græcolatinis ἀσφάλεια* cautio, munitio, tuitio, præſidium, tutela. Heſichius vocat *ἀσφάλειαν, φυλακήν*. Exemplum tuitionis antiquum eſt *apud Appianum*, quæ data eſt Iulio Cæſari à

C populo Romano: pollicemur nos Cæſarem, eiuſque corpus ſeruaturos, quantum in nobis ſitum erit: quicumque vel eius vitæ inſidiatus erit, vel contra caput ipſius coitionem fecerit, vel ei opem auxiliumque non tulerit, ſacer & deuotus eſto & Cuiacius notat *lib.* 12. *obſeruat. cap.* 19. ex *l.* 5. *Cod.* de iniuriis & *l. Capitolium*, §. *ad ſtatuas*, *D. de pœnis*; imaginem Imperatoris præferri Tuitionis gratiâ: & Vrbanus 2. *in concilio Claromontenſi*, conſtituit bonis militum Hieroſolymam proficiſcentium impendi tuitionem: quod nouum aliqui dicebant, vt teſtatur Iuo Carnotenſis *epiſt.* 173. Omnes Clerici per Commendatitias ponebantur ſub Epiſcopi de-

D fenſione, cui commendabantur, *can.* 1. *diſt.* 73. & ſub tuitione regiminis eius *can.* 2. *ead. diſt.* 73. & omnes parochiæ regendæ per Sacerdotes ſub prouiſione & Epiſcopi tuitione, *can.* 4. 10. *quæſt.* 1. Aliud eſt ſaluus conductus, qui tamen tuitio eſt perſonæ aliquo proficiſcentis. Iuo *epiſt.* 8. 9. & 50.

Tuitiones tamen traditæ ſunt ſaluâ Ciuilitate, id eſt Iure Ciuili: Caſſiodorus *lib.* 1. *Variar. epiſt.* 19. & *lib.* 5. *epiſt.* 37. Nam tuitio non datur calcare volentibus publica iura, *lib.* 7. *epiſt.* 39. ſicut ius aſylorum non nocentibus, ſed læſis datur à lege, *Nouell.* 17. *cap.* 7. Extat exemplum tuitionis Caroli Martelli Maioris domus,

E datæ Bonifacio Epiſcopo, *tomo* 1. *concilior.* & *in epiſtola Epiſcoporum Synodi apud Cariſiacum miſſa ad Ludouicum Regem Germaniæ, cap.* 7. dicunt Epiſcopi res Eccleſiæ eſſe ſub tuitione Regis. Quapropter ſicut & illæ res ac facultates, de quibus viuunt Clerici, ita & illæ, ſub conſecratione ſunt immunitatis, de quibus debent militare Vaſſalli, & pati tuitione a Regia poteſtate in Eccleſiarum vſibus debent muniri. Et S. Gregorius *lib.* 7. *epiſt.* 121. ad Brunichildem

Reginam Francorum, Hilarium commendat vt illum tuitione ſuâ protegat, vt quia, inquit, ſe perhibet nequitiâ, aduerſitatibus laborare, excellentiæ veſtræ eum tuitio muniat, & ne contra rationem valeat prægrauari, & *lib. 7. epiſt. 112. ad Vantilonum & Aregium*: Hilarius, inquit, lator præſentium valido ſe fidit patrocinio releuari, ſi aſſequi fauorem tuitionis veſtræ meruerit.

Tres canones vltimi, non pertinent ad *hanc quæſtionem 2.* niſi dicamus forte in *canone antepenult. & penult.* agi de his qui alienos Epiſcopos ordinarunt; illi namque priuilegia violant Eccleſiarum, *can. 8. Synodi Epheſinæ*, vbi ordinatio facienda ſecundum antiqua iura: In Vltimo verò agi de Viſitatore dato, ne quis ſcilicet ius illud vſurpet, & ita violet priuilegia. Et in *can. antepen.* inuiti ordinantur contra canones: atqui in *d. can. 23. & 24.* agitur de his qui ordinant indignos; in *can. 25. & vlt.* de his, qui ſuum Epiſcopum interficiunt; & in tali Eccleſia Pontifex non ſtatim conſtituit Epiſcopum, ſed Viſitatores mittit duos Epiſcopos vicinos; nam etiam Eccleſiâ vacante, donec Epiſcopus eligeretur, ſolebat Papa mittere Viſitatorem, *can. Presbyteri diſt. 24.* & *can. obitum*, & *can. ſeq. Catinenſis* Eccleſiæ *diſt 61.* & *can. charitatem 12. quæſt.* & *cap. cum nobis, de Electio.* & *cap. fin. de ſupplenda negligentia Prælatorum, in Sexto, can. ſi in plebibus, diſt. 63. cap. 51. de Appellationib. cap. cum veniſſent, de inſtitutionib.* Metropolitani tamen olim delegabant aliquem Epiſcopum ex prouincialibus, qui Eccleſiam vacantem regeret, *can. 8. Synodi Carthaginenſis 5.* & refertur *can. conſtitum 7. quæſt. 7. & can. 77. Synodi Carthagin.* & Ambroſius *epiſt. 44.* ſic ait, commendo tibi, fili, Eccleſiam, quæ eſt ad Forum-Cornelii, quo eam de proximo interuiſas frequentiùs, donec ei ordinetur Epiſcopus. In Gallia etiam id præſtiterunt Metropolitani, ſed fere ſemper cum conſenſu Regis. Hincmarus *epiſt. 1. 2. 3. 4. & 5. tomo 2. concilior. Galliæ*: & diſſidentibus de electione ſua in Romana Sede, Symmacho & Laurentio, auſus eſt Theodoricus Epiſcopum Petrum Viſitatorem Apoſtolicæ Sedis inſtituere, Sigebertus *anno* 4;6. & Contumelioſo Epiſcopo Regenſi eiecto ab Epiſcopatu ob criminis notam, Ioannes 2. id mandat Cæſario Arelatenſi *epiſt.* 1. in cuius locum, ait, Viſitatorem conſtituite, donec propriam Eccleſiam, quæ euacuata eſt eius ſacerdotio, mereri valeat ſacerdotem: idemque ſcribit *epiſt. 3.* ad Epiſcopos Galliæ, & ad Clericos Regenſis Eccleſiæ *epiſt. 4.* Et Canones ſtatuunt Viſitatorem deſtinare Metropolitanum, vt ait Leo Epiſcopus Senonenſis *epiſt. ad Childebertum*: & *in concilio Vermerienſi 2.* cùm Niuernenſis Epiſcopus, corporis debilitate, ſanè & animi parum ageret, Archiepiſcopus Senonenſis datus eſt ei Viſitator, *cap. 1.* Hincmarus ad Regem ſcribit, vt Clero & plebi Siluanectenſi, noui Epiſcopi permittat electionem, & Viſitatorem deſignet qui præſit electioni; nimirum vt ſibi nominet aliquem ex eius Epiſcopis.

Priuilegia Eccleſiæ Romanæ dicuntur defenſiones totius Eccleſiæ à Nicolao 1. *epiſt. ad Epiſcopos Synodi Siluanectenſis*; & cuſtodienda ab omnibus ait, & à ſe: verum priuilegia Sedis noſtræ vſque ad mortem, diuinâ annuente gratiâ, veſtigia Patrum noſtrorum ſequentes, defendemus; ſed & vos illa, quatenus illibata, vtpote totius Eccleſiæ Domini remedia, cuſtodiantur, toto conamine & omnibus votis operari ac deſudare debeatis; quoniam priuilegia Sedis Apoſtolicæ, tegmina ſunt, vt ita dicamus, totius Eccleſiæ Catholicæ; priuilegia, inquam, huius Eccleſiæ, munimina ſunt circa omnis impetus prauitatem. Idem dixit Nicolaus 1. *epiſt. 30. ad Carolum Caluum Regem.* Priuilegia autem ſeruanda *in capitulis Herardi, cap. 63.* vt priuilegia Eccleſiis conceſſa maneant incorrupta, & qui corruperit pœnas luat ſacrilegii. & in *ep. à Synodo apud Cariſiacum miſſa ad Ludouicum Regem Germaniæ, cap. 7.* ſi Eccleſiæ Dei, ſicut nobis ſcripſiſtis, quæritis debita reſtaurare, Epiſcopis & ſibi commiſſis Eccleſiis priuilegia intemerata, ſicut diuinitùs conſtituta ſunt cuſtodite. Et eſt regula Iuris 16. *in Sexto*, decet conceſſum à Principe beneficium eſſe manſurum. Callixtus confirmauit priuilegia Viennenſis Eccleſiæ, atque etiam noua addidit anno Domini 1120. & Gregorius 7. anno Domini 1077.

In *can. 13. ead. quæſt. 2.* dicitur conſtitutum eſſe ab Imperatoribus, vt quæ contra leges fiant, non ſolùm inutilia, ſed & pro infectis habeantur: nam Imperatores religiosè cauebant ne quid à Iuris ratione alienum conſtitueretur. *Inſtin. de codicillis*; atque ſi quid deeſſet ad iuris obſeruationem, nouâ conſtitutione ſanciretur, *l. 2. §. 14. Cod. de veteri iure enucleando.* Et hic canon ſumptus eſt ex Gregorio 1. Can. 15.

In *can. 14.* qui ſumptus eſt ex *l. 3. Cod.* de precibus offerendis Imperatori, dicitur, nec damnoſa fiſco, nec iuri contraria oportet poſtulari; & per conſequens Reſcripta ad preces, quæ tale damnum contineant, impetrata non valent, vt colligit Cuiacius *eod. tit.*

In can. verò 15. ſumptus eſt canon ex *l. 7. Cod. eod.* tit. & dicitur in eo Reſcripta contra Ius allicita, non eſſe admittenda, niſi forte aliquid eſt quod non lædat alium, & proſit petenti; vel crimen ſupplicantibus indulgeat: exceptis his caſibus non valent preces, aut reſcripta contraria Iuri, vel vtilitati Publicæ, *dicta l. 7. & l. vlt. Cod.* ſi contra ius, vel vtilitatem Publicam, vel per mendacium, fuerit aliquid poſtulatum vel impetratum.

In *can. 16. quæſt.* 2. idem quidem repetitur quod dictum eſt, conceſſa illa Sacra, ſeu Reſcripta effectui mancipari, quæ cum Iuris & Legum ratione concordant; ſed additur, ea quæ ſubreptione, vel falſis precibus forſitan impetrantur, nullum ſupplicantibus ferre remedium; & ita canon iſte continet totam inſcriptionem dicti *Tit. ſi contra ius, vel vtilitatem publicam*: in ea enim agitur de his, qui vel Reſcripta iuri contraria obtinent, vel per mendaces preces Reſcripta impetrant, licet ea legibus oraculum conſentaneum contineant, vt dicitur in *l. 5. Cod. ſi contra ius.* Qui enim in precibus mentitus eſt, id ei non prodeſt; & ſi nimia mentientis inueniatur improbitas, punitur *dict. l. 5.* Iudex tamen Reſcripto datus, iudicare poterit, licet quid precibus omiſſum ſit, aut in tacendi fraude mendacium reperiatur, *l. 1. & 2. Cod. eod.* pro tenore enim veritatis non precantis affirmatione, datus iudex cognoſcere debet, & ſecundum hoc ferre ſententiam; & ita caret Impetratis, vt dicitur in *dicta l. 5.* ſed Iudex datus manet, *dicta l. 2. Cod. ſi contra Ius*: & manere oſtendit ipſa

lea 5. cùm ait, ſi oimia menrieotis improbitas A inueniſtur, Iudex datus poſſit animaduertere; nec diſtingueudum de falſitate per errorem, aut fraudem & dolum; nam vtroque modo mendax precator caret impetraiis, & Iudex datus manet *dicta l. 2. Cod. ſi contra Ius*. Eſt tantum io hoc differentia, quod qui omiſit aliquid ſiue fraude, non punitur tanquam falſarius; ſed qui dolo malo falſum commiſit *l. 20. D. ad legem Cornel. de falſis*, & idem colligitur *ex dicta l. 5. Cod. ſi contra Ius*. Sed hæc non ſpectant ad conciliationem legis 2. & 5. Cod. ſi contra Ius: contrarietas enim illarum legum eſt in eo quod dicitur *in dicta l. 5.* vt careat penitus impetratis, *in dicta l. 2.* vt Iudex cognoſcat: in alio enim B conueniuot, quia ſiue falſæ ſint preces ſiue per errorem, ſiue per improbitatem, caret impetratis, qui impetrauit; & Iudex datus manet.

Priuilegium autem eſt in *hac quæſt. 2.* Eccleſiarum prætogatiua quædam inter alias Eccleſias, & honor *l. 16. Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*; Vnde poteſtas Papæ dicitur priuilegium *epiſt. 42.* Nicolai I. priuilegia ſua à Chriſto Eccleſia Rumana per Petrum conſequuta eſt; & ipſa ſunt ſtatuta Chriſti. Et *cap. 25. de priuilegiis*, dicuntur antiqua Patriarchalium Sedium priuilegia; & officij Eccleſiaſtici miniſterium dicitur à Saluiano *lib. 1. de gubernatione Dei*, miniſterii ſacri C priuilegium. Vnde Priuilegium dicitur beneficium quod à Principe datur alicui papias priuilegium, lex priuata, ſeu beneficium quod à Principibus conceditur. Sed interdum Priuilegia pro legibus dicuntur. Et vero Priuilegia origine ſuâ, ſunt leges priuatorum, ſeu priuatæ leges. Iſidorus *lib. 4. cap. 18.* Priuilegia vero ſunt leges priuatorum, quaſi priuatæ leges: nam priuilegium inde dictum, quod in priuato feratur, & Cicero *pro domo ſua*, vetāt leges ſacræ, vetant duodecim tabulæ, leges priuatis hominibus irrogari; id eſt enim priuilegium; & alio loco, an licuit tibi de peſte ciuis indemnati ferre, D non legem, ſed nefarium priuilegium? Et priuilegia quædam cauſæ ſunt, quædam perſonæ, *l. 196. D. de diuerſ. Reg.* & eſt Priuilegium cuiuſque Ciuitatis, vel corporis, vel officii in quo quiſque eſt. *l. 36. §. vlt. D. de fideicommiſſar. libertat.* & multa priuilegia propter publicas neceſſitates publico luti præſtantur, *l. 27. Cod. de fideiuſſorib. & mandatorib.*

Forma priuilegiorum ſummorum Pontificum deſcribitur à Papia, poſt deſcriptionem Formatarum epiſtolarum: vnde malè Petitus exiſtimauit hanc formam pertinere ad literas Commendatorias, nec benè vacuos orbiculos impleuit.

Priuilegia etiam vt concedi ſolebant à Principe, ita & confirmari, vt probat Cuiacius *in cap. 4 de confirmat. vtil.* ex Suetonio in Tito Veſpaſiano, *cap. 8* & Dione in eodem Tito, & Plinio, 10. *epiſt.* de Nerua Imperatore, & *l. 6. D. de excuſat. Tutorum*, Princeps, inquit, omnibus iis, ſtatim atque iniit Principatum, ſua priuilegia & immunitates confirmauit: loquitur de priuilegiis Philoſophorum, Rhetorum, & aliorum, qui mos in Gallia ſeruatur. *In ſententia Nicolai Patriarcha ad Alexium*, refertur Patrenſem Eccleſiam ex Archiepiſcopatu in Metropolim euectam à Nicephoro Imperatore, & tres Epiſcopatus ei conceſſos, & hoc priuilegium confirmatum à Leone, & Alexandro Auguſtis, deinde à Conſtantino alio, tùm à Nicephoro, Phoca, poſt à Burooiata.

Priuilegia dicuntur προνόμια in dicta Synodali Nicolai Patr. & *l. 12. Cod. de Sacroſ. Eccleſiis* & *l. 1. Cod. de Hæreticis & Nouella 131.* & *in gloſſis Græco-Latinis* προνόμιον, priuilegium prærogatiua; à Gregorio Nazanzieno *oratione 20.* dicitur etiam, πρεσβεῖα prærogatiua.

Summus quoque Pontifex confirmabat priuilegia Eccleſiarum: nam Nicolaus I. *epiſt. 22. ad Hincmarum Rhemenſem*, agit de Priuilegiis quæ Hincmarus Eccleſiæ ſuæ confirmari poſtulabat, priuilegia, ait, prætereà ab Apoſtolica Sede veſtræ Eccleſiæ confirmanda depoſcitis, qui tamen noſtra priuilegia, quantum in vobis eſt infirmare ſatagitis.

Certè illa Priuilegia aliquando lites abſtulerunt, quia vt diximus ſupra, ex Nicolao I. ſunt munimina contra impetus prauicatum; aliquando verò attulerunt, vt dicit Gregorius Nazianzenus, de προεδρίας prærogatiua, *oratio. 28.* vtinam autem ne vlla quidem eſſet προεδρεία, nec vlla loci προτίμησις prælatio καὶ τυραννικὴ προνομία id eſt & tyrannica prerogatiua, vt ex ſola virtute cognoſceremur: nunc autem dextrum hoc & ſiniſtrum ac medium latus, & ſublimior atque inferior gradus, præcedere & ſimul incedere, multas nobis contentiones incaſſum pepererunt.

AD CAVSAM XXVI.

QVÆSTIO. I. & II.

IN his duabus Quæſtionibus agitur præcipuè de Sortilegis: & *in Quæſt. 1. can. Illos* definiuntur qui ſub nomine fictæ Religionis, per quaſdam, quas Sanctorum ſortes vocant, Diuinationis ſcientiam profitentur, aut quarumcumque ſcripturarum inſpectione futura promittunt, ab Iſidoro *lib. 8. Originum cap. 9.* & ita ferè definiuntur etiam à Sariſberienſi *lib. 1. cap. 12.* Sortilegi ſunt, qui ſub nomine fictæ Religionis, obſeruatione ſuperſtitioſâ rerum pollicentur euentus. Quod genus ſortes Apoſtolorum, & Prophetarum, & Videntium (ita legimus non diuidentium) & inſpectio Tabulæ quæ Pythagorica appellatur, obſeruatio quoque cuiuſque caſus in rei de qua quæritur ſignificationem. Et ſub eo nomine prohibentur Sortes, *in concilio Venetico*, anno Chriſti 453. *cap. vlt.* Clerici ſtudent Auguriis, & ſub nomine confictorum Religionis, quas Sanctorum ſortes vocant, diuinationis ſcientiam profitentur, aut quarumcūque ſcripturarum inſpectione, futura promittunt: & prohibentur etiam *in can. 6. 7. & 9. quæſt. 5.* in quo *can. 9.* habetur eas falsò dici Sortes Sanctorum.

Sortilegi ergo dicti ſunt à Sortibus, cùm fiebat diuinatio per ſortes quæ κληρομαντεία dicitur. Fiebat autem olim multis modis Sors, vt ait Cicero *lib. 2. Diuinationis*, Quid enim Sors eſt? idem propemodum, quod micare, quod talos jacere, quod teſſeras, quibus in rebus temeritas & caſus non ratio & conſilium valet. In hac vero definitione agitur de Sortibus quas vocant Sanctorum, vel Apoſtolorum, aut quæ qua-

rumcumque ſcripturarum iofpectione futura promittebant; & tales erant olim Virgilianæ Sortes, de quibus Spartianus in Hadriano: cùm ſollicitus, inquit, de Imperatoris erga ſe iudicio Virgilianas Sortes conſuleret, incidit in hunc locum:

Quis procul ille autem ramis inſignis oliuæ,
Sacra ferens?

& cùm Seuerus Alexander Virgilianas ſortes conſuleret, incidit in hæc verba:

Tu regere imperio populos Romane memento.

De his intelligendus eſt S. Auguſtinus *lib.* 4. *Confeſſionum, cap.* 3. Pro Sortibus verò illis Virgilianis vſi ſunt Chriſtiani Sortibus veteris & noui Teſtamenti, Prophetarum, vel Euangeliu. B Gregorius Turonenſis *lib.* 5. *Hiſtor.* Merouæus Chilperici filius tres libros ſupra S. Martini ſepulchrum poſuit, id eſt pſalmorum, Regum, Euangeliorum; & vigilans tota nocte petiit vt ſibi ventura oſtenderentur; continuato triduo in vigiliis & orationibus, reuoluit libros, &c. & *lib.* 4. *cap.* 16. poſitis Clerici tribus libris ſuper altarium, id eſt Prophetiæ, Apoſtoli, atque Euangeliorum, orauerunt ad Dominum, vt Chramno quid eueniret, oſtenderet: Aperto igitur 1. omnium Prophetarum libro reperiunt, auferam maceriam eius, &c. Et interdum non aperto vllo libro, ingredientes in Eccleſiam obſeruabant, an verba quæ legebantur eſſent congruentia eorum cogitationi, vt inde omen ſumerent. Exemplum huius rei eſt apud eundem Gregorium *lib.* 8 *cap* C 4. & apud Gregoram *lib.* 8. Sortes ergo illæ hic prohibentur, & dicitur nos non debere exemplo Ionæ, & Matthiæ illis credere, *can.* 2. *&* 4. quia hoc in eis priuilegium fuit, & priuilegia ſingulorum non poſſunt facere legẽ cõmunẽ, vt ait S. Hieronymus *dict. can.* 2. *&* 4. & deinde alio modo vſi ſunt Apoſtoli ſorte quàm vtantur hodiè *dict. can.* 4. Et non ſolùm ſortes; ſed omnis inquiſitio, & omnis curatio quæ à Diuinis & Magis vel ab ipſis Dæmoniis in idolorũm cultura expetitur, mors potiùs dicenda eſt quàm vita: nam Chriſtus hæc non docuit, qui eſt vera ſapientia, & ſine quo nemo poteſt eſſe ſapiens, D *can.* 7. In *can. verò* 6. multa molimina Magicarum artium, aut pacta cum Dæmonibus placita prohibentur, vt ſunt Augurum & Aruſpicum libri: nam libri erant Aruſpicini & Augurales, de quibus loquitur Cicero *lib.* 1. *de Diuinatione.* Et Ligaturæ. Tertullianus *lib. de ſpectaculis*, magicas deuictiones appellat. Tibull. *libr* 1. *Ele.* 8.

Magico religatum brachia nodo

Virgil. *Terna tibi hæc primùm triplici diuerſa colore*
Licia circumdo.

Ligaturas etiam vocat Nicolaus 1. *epiſt. ad Bulgaros*, & remedia, ait, quæ medicorum quoque diſciplina condemnat, ſiue in præcantationi- E bus, ſiue in notis quas characteres vocant, ſiue in quibuſdam ſuſpendendis ſiue ligandis vt prodeſſe videantur; & hæc remedia ſunt amuleta, quæ ſuſpenduntur, vel incantationes quas Græci ἐπῳδὰς vocant. Lucianus de vtriſque *in philopſeud.* Exiſtimatis incantationibus quibuſdam eiuſmodi mala ſedari, aut amuletis extrinſecus adhibitis malo intus deliteſcente. Macrobius vocat Cantus *in ſomn. Scipionis, cap* 3. Cantus, corporum quoque morbis medetur: & Gaudentius *ſermo* 4. *de Paſchate*: Præcantationes: partes, ait, idololatriæ ſunt Veneficia, præcantationes, A ſuballigaturæ, vanitates, auguria, ſortes, &c. vtrumque prohibetur in Synodo Laodicena *can.* 26. quod non oportet eos, qui ſacrati ſunt, vel Clerici, eſſe Magos, vel Incantatores ἐπαοιδὰς, vel Mathematicos, vel Aſtrologos, vel ea facere quæ dicuntur Phylacteria, quæ quidem ſunt animarum vincula: & in *Synodo Turonenſi* 3. *cap.* 42. fideles magicas artes, incantationeſque infirmitatibus non adhibeant, ſciantque ligaturas oſſium, vel herbarum adhibitas, laqueos & inſidias eſſe hoſtis antiqui: & Chryſoſtomus *de infirmitate*: cùm in grauem morbum incideris, & multi affuerint vt excãtationibus & amuletis malum leuent, tu autem Dei B timore ductus, eorum nihil ſuſtinere volueris; Martyr es. Additur, remedia hæc medicos condemnare; & poſſumus dicere nec probare Iuriſconſultos *l.* 1. §. 2. *&* 3. *D. de extraordinariis cognitionibus*, vbi etiam videtur Chriſtianos arguere, qui ſignando & imprecando curabant morbos, vt oſtendit Tertullianus *in Scorpiaco*, exemplo Chriſti *Lucæ* 4. *cap. verſ.* 39. cum Socrum Petri curauit. Ait ſi canis intermedius interuenerit: nam canis inopinatus concurſus omen habet. Horatius:

Impios parræ recinentis omen
Ducat & prægnans canis.

Limen calcare mali quoque ominis putatur. Ouidius in Amoribus:

Omina ſunt aliquid; modo cùm diſcedere vellet,
C *Ad limen digitos reſtitit icta pede.*

Sariſberienſis *lib.* 1. *Polycrat.* ſi egrediens, limen calcaueris, aut in via offenderis, pedem contine: & *lib.* 2. *cap.* 8. Marcus Euangeliſandi cauſâ Alexandriam proficiſcens, cùm nauim egreſſus rupiſſet calceum, gratias agens iter ſuum expeditum eſſe proteſtatus eſt. Si quis dum ſe calceat ſternutauerit, iubetur redire ad lectum: nam matutina ſternutatio inſauſta, meridiana auſpicata, Ariſtoteles *ſect.* 33. *problemat. cap.* 11. Notandum cum ſternutantibus bene precamur id etiam factum à Paganis. Plinius *lib.* 28. *cap.* 2. cur in ſternutamentis ſalutamur? quod etiam D Tiberium Cæſarem triſtiſſimum, vt conſtat hominum, in vehiculo exegiſſe tradunt. Nomine ſalutare religioſius eſt: & dicebant Græci ζεῦ σῶσον, Iupiter ſerua, *lib.* 2. *Græcor. epigrammatum*: & Ariſtoteles *ſect.* 13. *cap.* 11. *problemat.* reddit rationem, quia, inquit, maximè ſacer locus eſt caput, ideo flatum è capite, vt ſacrum ſalutant (non vero flatum veſicæ, vel ructationis) & Apuleius *lib.* 9. ponè tergum eius maritus acceperat ſonum ſternutationis, quod cum putaret ab ea profectum ſolito ſermone ſalutem ei fuerat imprecatus. Aliqui etiam ſternutamentum vt Deum ſalutabant. Xenophon *lib.* 3. *expedition.* Cùm veſtis à ſoricibus roditur ſe- E quioris etiam ominis cenſetur: Cicero *lib.* 2. *de diuinatione*: nos autem leues, atque inconſiderati ſumus, vt ſi mures corroſerint aliquid quorum eſt opus, hoc vnum monſtrum putemus: nam ſi ita ſequimur, quod Platonis politiam nuper apud me mures corroſerint, de Republica debui pertimeſcere: & Sariſberienſ. *lib.* 1. *Policrat.* ſi veſtem in operis tui initio à ſoricibus corroſam ſenſeris, tempera ab inceptis.

Genethliaci, qui nunc Mathematici, conſuli quoque vetantur: licet enim bis fateatur Auguſtinus hos poſſe ſcire veram ſtellarum poſitionem, inde tamen non poſſe prædici huma-

naſactiones contendit; quamquam Origenes A dicat eos præſentem aſtrorum vim ignorare, & multo magis ignorare futura: de his ita etiam *lib. 2. epigrammat. Græc.*

Omnes quotquot Martis & Saturni ſitum obſeruant,
Digni ſunt qui tympanum & fuſtuarium conſequantur.

& Origenes: Rurſus ſi res hominum aliter ſe habere non poſſint quàm vt aſtra definiant, hominis liberum arbitrium euertitur, nihil laude dignum vel vituperatione agimus, acti neceſſitate ſυνειμαρμένων. Item, ſi, inquit, poſitura hodierna ſtatuſque aſtrorum aliquid in aliquo efficit, intelligi nequit eandem poſituram aliquid quod iam præteriit in alto effeciſſe: & Euſebius *lib. 6. de præparat.* refert oraculi verba B

Hodiè non conuenit dicere aſtrorum viam & Poſitum: diuinatio enim ex aſtris nunc impeditur, &c.

& Cardanus ait *ſectio. 1. aphoriſmo 71.* in his poſſe errari facilè: quatuor ſunt ex quibus contingit errari; falſa ratio, falſa computatio, falſa obſeruatio, falſa temporum enumeratio. Et Sextus Empiricus *lib. 1. contra Mathematicos, cap.* 21. irridet fallacias eorum in geneſi inſpicienda: & Cicero agnouit nos manere liberos, *lib. de fato*. Similiter ad animorum motus voluntarios, non eſt externa cauſa requirenda, motus enim voluntarius eam naturam in ſeipſo continet, vt ſit in noſtra poteſtate, nobiſque pareat: nec id ſine cauſa, eius enim rei cauſa natura eſt; licet aſtra propenſionem hominibus C injiciant, ea tamen ratione conſtringi, & in contrarium flecti poteſt, cùm homines ſui iuris & arbitrii ſint, nec aliunde quàm à Deo & à ſeipſis neceſſariò pendeant. Et Iul. Firmicus *lib. 1. cap.* 3. ſuppliciter inuocemus Deos, & religioſè promiſſa numinibus vota reddamus, vt confirmati animi noſtri diuinitate, ex aliqua parte ſtellarum violentis decretorum poteſtatibus reſiſtamus: & Ptolomæus *in Centiloquio*: poteſt, inquit, is qui ſciens eſt multos ſtellarum effectus auertere, quando naturam eam nouerit & ſeipſum præparare.

Hoc vero Peccatum dicitur genus Fornicationis animæ, *can.* 6. & genus idololatriæ *can.* D 9. In *cap.* 7. quatuor tribuuntur Diabolo, aruſpicia, auguria, oracula, & necromantia; de quibus aliquid dicendum. Aruſpices erant vt ait *Donat. in phorm.* ab hara dicti, quæ eſt hoſtis, vel vt alii legunt ab haruga, & ſicut extiſpices. Quintus Curtius *lib.* 5. mos erat aruſpicibus, exta ſine Rege ſpectare, & quæ portenderent referre: & Silius *lib.* 5.

Nam dum nos augur, & extis
Quæſita fibra, vanuſque moratur aruſpex.

Aruſpices vero & Augures auium cantus inſpiciebant: de vtriſque Tibullus *lib. 2. & 5.*

Tu procul euentura vides, tibi deditus augur E
Scit bene quid fati prouida cantet auis:
Tuque regis ſortes; per te præſentit aruſpex
Lubrica ſignauit cum Deus exta notis.

& Sariſberienſis *lib. 1. Polycrat.* de aruſpicibus: aruſpicium, ait, in extorum inſpectione viget. Idem de augurio *lib. 1. cap.* 11. augurium in voce auium proditum eſt, aut volatu.

Oracula vero multa fuerunt vt Pythiæ, Apollinis, & alia.

Necromantia quid ſit docet Iſidorus *lib.* 8. A *cap.* 9. Necromantici ſunt, quorum præcantationibus videntur reſuſcitati mortui diuinare, & ad interrogata reſpondere: νεκρὸς enim Græcè, mortuus Latinè: μαντεία diuinatio nuncupatur. Vergilius 8. *Eclog.*

Mærim ſæpe animas imis excire ſepulchris.

& Tertullianus *lib. de anima* ait, non vmbras defunctorum, ſed earum loco Dæmones apparere; ſed de his vide *can.* 1. *ſequentis quæſt.* quia iam dictas ſpecies diuinationis definit & deſcribit eruditè.

QVÆSTIO III. & IV.

B OMiſſo *can.* 1. qui ſpectat ad ſpecies diuinationum, & plurimum facit ad explicationem *canonis 6. & 7. quæſt.* 2. in duobus ſequentibus canonibus videlicet *in can. 2. & 3.* oſtenditur quot modis Dæmones poſſint futura prædicere, & dicitur 1. eos eſſe tantâ celeritate motus vt prænuntiare videantur futurum, quod factum nuntiant: 2. tantâ eos eſſe & pollere experientiâ rerum, vt per eam efficacias rerum noſcant, & ita non ſolùm multa prædicant, ſed etiam multa mira faciant, quæ homines non poſſint concipere: 3. eos aliquando prænuntiare quod ipſi facturi ſunt, vel morbos immittendo, vel aërem vitiando, vel malis hominibus perC ſuadendo: ſuadent autem miris & inuiſibilibus modis. 4. aliquando eos non quæ ipſi faciunt, ſed quæ naturalibus ſignis futura prænoſcant, prædicere; quæ ſigna in hominum ſenſus venire non poſſunt: nam & medicus præuidet quod ignarus eius artis non præuidebit, nec eſt diuinus. 5. aliquando & hominum diſpoſitiones non ſolùm voce prolatas, verùm etiam cogitatione conceptas, cum ſigna quædam ex animo exprimuntur in corpore, perdiſcere ac prænuntiare: quamquam quantùm ad id quod dicit Auguſtinus hoc *can.* 2. Dæmones res cogitatione conceptas per expreſſa ſigna cognoſcere, de eo dubitet & retractet ſe *can.* 3. dubitet, inquam, an dentur ſigna ex corpore cogitantium, illis ſenſibilia. D

QVÆSTIO V.

IN hac *Quæſt.* 5 prohibentur omnibus tam Clericis quam laicis, ſortilegia, auguria, incantationes, phylacteria, & alia maleficia illis ſimilia, quod videbitur meliùs in ipſis canonibus.

QVÆSTIO VI. & VII.

E CErtiſſimum eſt omnia Sacramenta tum veteris, tum nouæ legis à Deo inſtituta fuiſſe poſt hominis peccatum: id colligitur ex D. Auguſtino *lib. 13. Confeſſionum cap.* 20. his verbis: & pulchra ſunt omnia faciente te, & ecce tu inenarrabiliter pulchrior qui feciſti omnia, à quo, ſi non eſſet lapſus Adam, non diffunderetur ex vtero eius ſalſugo maris, genus humanum profundè curioſum, & procelloſè tumidum, &

inſtabiliter fluidum, atque ita non opus eſſet, " vt in aquis multis corporaliter & ſenſibiliter " operarentur diſpenſatores tui myſtica facta & " dicta &c. quibus verbis oſtenditur homines propter primi hominis lapſum Sacramentis indigere: & ideò Iſidorus *can. his igitur, diſt. 23. apud Gratian.* vocat Eccleſiæ ſacramenta, medicinas Dei, quippe quibus morbus peccati à Deo ſanatur: & D. Hilarius *lib. 5 de Trinitate*, ait eſſe ſalutaria Mundo Sacramenta: & D. Cyprianus *lib. 4. epiſt. ad Magnum*, docet etiam ſacramenta omnibus animarum morbis ſalutarem facere medicinam, & ita concludit: totum, ait, credentibus conferunt Diuina compendia de Sacramentis. Per peccatum enim fuimus penitùs à Deo ſeparati, & Diabolo coniuncti, teſte D. Baſilio *in moral. lib. 22. Regula*: quæ ita inſcripta eſt *ὅτι ἡ ἐργασία τῆς ἁμαρτίας ἀποξενοῖ τοῦ θεοῦ καὶ προσοικειοῖ τῷ διαβόλῳ*: quod peccati commiſſio ea eſt, quæ homines abalienat à Deo & conciliat Diabolo; & per Sacramenta denuo vniti & coniuncti fuimus, vt rectè Diuus Martialis *epiſt. 2. ad Toloſanos*, myſteria, inquit, Sacramentorum nos Deo coniungunt: & D. Auguſtinus *lib. 3. de peccatorum meritis & remiſſione contra Pelagianos*: cum Sacramentis imbuimur, Chriſti membris incorporamur, per peccatum nobis Paradiſi & Cœli Fores occluſæ fuerant, per ſacramenta nobis denuò fuerunt reſeratæ: vt rectè Gaudentius Brixienſis Epiſcopus *tractatu quem 1. die ordinationis ſuæ edidit.* Ianua, ait, Regni cœlorum nonniſi hac Sacramentorum ſpiritualium claue reſeratur: & Beda *in pſalmum 9.* Sacramenta, inquit, ſunt portæ id eſt acceſſus ad ſalutem; per peccatum Diuinam imaginem & Regiam quæ erat in nobis amiſeramus, vt rectè ait Gregorius Nazanzienus *apolog. oratio. 1. καὶ τὸ τίμιον πλάσμα καὶ διαφθείρειν ἐπανειρῶντος τὴν βασιλικὴν ἐν ἡμῖν εἰκόνα, καὶ τὸν τῆς ἀντιρροπίας ἡμᾶς συνεκτραχηλίζοντος*, id eſt à peccati lege, Spiritui legi repugnante, Regiamque in nobis imaginem & quidquid Diuinæ defluxionis nobis inſperſum eſt, corrumpere conante: & per pœnitentiæ lacrymas illam imaginem peccato fuſcatam detergimus, ex eodem Gregorio Nazanzieno *can. 31. ἡ γε τρίτη δακρύων τε καὶ ἄλγους ἡ νίκη ἀπεξύνουσα μελαινομένην εἰκόνα*, id eſt tertia autem Nauitas lacrymarum & doloris noſtri eſt, imaginem detergens fuſcatam à peccato. Denique per peccatum penitus Diuinâ gratiâ ſpoliati eramus, vt oſtendit Fulgentius *lib. de Incarnatione & Gratia, cap. 12. & 13.* & per Sacramenta de ea ſumus denuo inueſtiti, vt optime philoſophatur D. Bernardus *de cœna Domini.* Sacramentum, ait, dicitur ſacrum ſignum, ſiue ſacrum ſecretum: multa ſi quidem fiunt propter ſe tantùm, alia verò propter alia deſignanda, & ipſa dicuntur ſigna, & ſunt; vt enim de vſualibus ſumamus exemplum: datur annulus abſolutè propter annulum; & enim ſignificatione datur ad inueſtiendum de hæreditate aliqua; & deinde ſignum eſt, ita vt iam dicere poſſit qui accipit, annulus non valet quidquam, ſed hæreditas eſt quam quærebam. In hunc itaque modum, appropinquans paſſioni Dominus, de gratia ſua ſuos inueſtire curauit, vt inuiſibilis gratia ſigno aliquo viſibili præſtetur: ad hoc inſtituta ſunt omnia ſacramenta, ad hoc pedum ablutio, ad hæc denique Baptiſmus initium Sacramentorum omnium: Sacramenta enim nouæ legis conferunt gratiam & remiſſionem peccatorum, vt patet ex concilio Tridentino *ſeſſio. 7. can. 6. de Sacramentis in genere*, ſi quis dixerit Sacramenta nouæ legis non continere gratiam quam ſignificant, aut hanc eandem non conferre, anathema ſit. Et omnis ſanctificatio per Sacramenta nobis acquiritur, teſte D. Auguſtino, *lib. de peccatorum meritis & remiſſione*: illud tamen ſine dubio tenendum eſt, quæcumque illa ſanctificatio ſit, non valere ad Chriſtianos faciendos, atque ad dimittenda peccata, niſi Chriſtianâ & Eccleſiaſticâ inſtitutione, & Sacramentis efficiantur fideles. Et ideo Sacramenta dicuntur ſanctificationes officiales à D. Cypriano *lib. de Baptiſmo*; & in hoc differunt noſtra Sacramenta à Sacramentis veteris legis; quod ſacramenta Moſaïca non conferrent gratiam, nec tollerent peccata, vt patet ex D. Baſilio *lib. de Spiritu Sancto, cap. 14.* his verbis: nam quæ peccatorum remiſſio, quæ vitæ renouatio in mari, quod donum ſpirituale datum eſt per Moſem, quæ illic peccati mortificatio? non illi Chriſto commortui ſunt, eoque nec cum illo reſuſcitati ſunt; non portabant imaginem illius cœleſtis, non exuerant veterem hominem cum actibus ſuis, non induerant nouum: & ex D. Chryſoſtomo *lib. 3. de Sacerdotio*, vbi dicit ea, quæ in veteri teſtamento erant venerabiliora, fuiſſe leuia præ his quæ ſunt in noſtro: tremenda, ait, illa atque horrenda quæ gratiæ tempus præceſſerunt, qualia ſunt tintinnabula, mala punica, lapides in pectore Sacerdotis, itemque alii ſuperhumerali eius ſuperpoſiti, mitra, cidaris, veſtis talaris, lamina aurea, Sancta Sanctorum: at vero ſi quis quæ gratiæ tempus nobis aduexit, examinet, illa quæ tremenda & horrenda diximus, minima ac leuia iudicabit, *μικρὰ ὄντα εὑρήσει τὰ φοβερὰ καὶ φρικώδη ἐκεῖνα*: vbi nota vetera dici ante tempus Gratiæ, *τὰ πρὸ τῆς χάριτος*, noſtra verò *τὰ τῆς χάριτος* id eſt gratiæ, vt & *omilia de ieiunio.* Et ideo Sacramenta veteris legis poſſunt dici tantùm ænigmata noſtrorum Sacramentorum, quomodo à D. Epiphanio Panis & Vinum Melchiſedech dicuntur ænigmata myſteriorum, *lib. 2. contra hæreſes τῶν μυστηρίων τὰ αἰνίγματα* quod non contineant rem quam ſignificant: Nouæ vero legis Sacramenta contineant, & ſint id quod ſignificant, vt ſupra diximus ex concilio Tridentino: & ideo pura & nuda ænigmata non ſunt, vt colligitur ex D. Chryſoſtomo *ad cap. 6. Ioannis*, quid hoc eſt, ait, verus eſt cibus, verus eſt potus? an hoc vult dicere, quod verus eſt cibus qui animam ſeruat, aut fidem eis aſtruere de his quæ dixerat, & ea confirmare vt non putarent ænigma eſſe quod dixerat, & parabolam, ſed noſſent omninò comedendum eſſe corpus eius? & ex Euthymio etiam *ad cap. 6. Ioannis* Caro mea, inquit, verè eſt cibus, confirmans quod non ænigmaticè, neque parabolicè loqueretur.

Sacramenta vero noſtra inſtituta ſunt à Chriſto, vt teſtatur D. Ambroſius *lib. 4. de Sacramentis cap. 4.* ergo, ait, author Sacramentorum quis eſt niſi Dominus Ieſus Chriſtus Dei Filius? de cœlo iſta Sacramenta venerunt; conſilium enim omne de cœlo eſt.

Inſtituta verò ſunt propter multas cauſas 1. quia homines non poſſunt in vnam aliquam Religionem conuenire niſi per aliqua ſigna, ſeu

Sacramenta, vt rectè obſeruat D. Auguſtinus *lib. 19. contra Fauſtum cap.* 11. in nullum, ait, nomen Religionis ſiue verum, ſiue falſum coagulari homines poſſunt, niſi aliquo ſignaculorum ſeu ſacramentorum viſibilium conſortio colligentur, quorum Sacramentorum vis inenarrabiliter valet plurimùm, & ideo contempta ſacrilegos facit, impiè quippe contemnitur, ſine quo non poteſt perfici pietas.

Secunda ratio eſt quia res Diuinæ & ſpirituales non poſſunt nudè tractari, ſed per ſigna & figuras debent repræſentari, vt rectè obſeruat S. Maximus *in cap. 1. D. Dionyſii de Eccleſiaſtica Hierarchia* & patet ex ipſomet D. Dionyſio *loco citato*, ἡ καθ' ἡμᾶς ἱεραρχία ... Hierarchia, inquit, noſtra, id quod dixi pro modo noſtro, ſi quis continetur, cùm egeat rebus quæ ſenſus mouent, ad diuiniorem noſtri ex ipſis ad eas quæ mente comprehenduntur reuocationem. Nam vt ait D. Paulus *ad Romanos cap. 1.* inuiſibilia Dei, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur; ſempiterna eius quoque virtus, & diuinitas.

Tertia ratio eſt, quia cùm homines conſtent corpore & ſpiritu, oportuit eos de rebus ſpiritualibus in rebus ſenſibilibus edoceri, vt rectè oſtendit Chryſoſtomus *homil. 83. in Matthæum*, vbi ita hominem alloquitur: ſi incorporeus eſſes ô homo tibi ipſi incorporea bona Deus tradidiſſet; at quoniam corpori coniuncta eſt anima tua, in ſenſibilibus intelligibilia tibi traduntur.

Quarta ratio eſt, vt quemadmodum homines per peccatum relicto Deo ſe ſubjecerant elementis & creaturis, vt eſt in Geneſi 9. *verſ.* 2. terror veſter ac tremor ſit ſuper animalia cuncta terræ: ita oportuit eos per remedium ſacramentorum elementis ſubjici, vt ſubjici notat D. Auguſtinus *epiſt.* 118. primò te tenere volo quod eſt huius diſputationis caput, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſicut ipſe in Euangelio dicit, leui iugo ſuo nos ſubdidiſſe, ſarcinæ leui Sacramentis numero pauciſſimis, obſeruatione faciliimis, ſignificatione præſtantiſſimis; ſicut eſt Baptiſmus in nomine Trinitatis conſecratus, & communicatio ſanguinis & corporis ipſius, & ſi quid aliud in canonicis ſcripturis commendatur.

Quinta ratio eſt vt ſic nobis carnem ſuã daret ad manducandum, nam cum carnem ſuam vellet nobis dare, vt ipſemet pluribus in locis Euangelii teſtatur, oportuit eam dari nobis in Sacramento, nec enim fas erat Chriſtum vorari dentibus, vt rectè dicitur *in can. 72. diſt. 2. de Conſecrat.* Chriſtum dentibus vorari fas non eſt, voluit Dominus hunc panem & vinum in myſterio verè carnem ſuam conſecratione Spiritus ſancti potentialiter creari, & quotidiè pro Mundi vita myſticè immolari. Et Theophilactus *ad cap. 6. Ioannis*: quia enim, inquit, imbecilli ſumus, & non ſuſtineremus carnem hominis, ideò nobis videtur panis cùm reuera caro ſit quidem, & à Samona *in dialogo cum Acmete* adimit nobis horrorem & metum quo detineremur ſi carnem eius in ſpecie carnis ſumere oportuiſſet: & à D. Ambroſio *lib. de myſterio initiationis cap. 9.* ſimilitudinem pretioſiſſimi ſanguinis bibis, vt nullus horror cruoris ſit.

Sacramenta autem ideò nomen habent Sa-

A cramenti, quod ſint ſigna quædam, & ſecreta rerum diuinarum; vt patet ex D. Bernardo, *loco ſupra citato*, de cœna Domini, & ex Iſidoro *lib. 6. origin. cap. 19.* ob id ſacramenta dicuntur, quia ſub tegumento rerum corporalium virtus diuina ſecretiùs ſalutem eorumdem ſacramentorum operatur: & ænigmata à D. Epiphanio *lib. 2. contra hæreſes* vbi loquitur de Melchiſedech, eiuſque pane & vino, quæ vocat ænigmata Euchariſtiæ: ὁ Μελχισεδὲκ αὐτῷ ὑπήντα τότε καὶ ἐξέβαλεν αὐτῷ ἄρτον καὶ οἶνον προτυπῶν τοῦ μυστηρίου τὰ αἰνίγματα, ἀντίτυπα τοῦ κυρίου, &c. id eſt Melchiſedech ipſi tunc occurrit, & obtulit ipſi

B panem & vinum, præfigurans myſteriorum ænigmata, antitypa Domini, &c. Porro ne mortua putes contineri elementa atque ſigna in ſacramentis; ſigna enim illa non ſunt ſine diuina virtute atque maieſtate, vt rectè D. Cyprianus *lib. de cœna Domini*: Sacramenta, inquit, quantùm in ſe eſt, propria virtute eſſe non poſſunt, nec vllo modo diuina ſe abſentat Maieſtas myſteriis. Signa illa licet appareant nuda, non ſunt ſine rei quam ſignificant veritate, vt rectè D. Bernardus *ſermone 33. ſuper Cantica*, habeo & Verbum, ſed in carne, & mihi apponitur veritas, ſed in ſacramento; Angelus ex adipe frumenti ſaginatur grano, me oportet interim quo-

C dam Sacramenti cortice eſſe contentum, carnis furfure, literæ paleà, velamine fidei: ſigna illa non ſunt caſſa, vel ludificatoria, ſed prorſus vera ac efficacia, vt dicitur *in concilio Valentino 3. can. 5.* in Eccleſiæ ſacramentis nihil caſſum, nihil ludificatorium, ſed prorſus totum verum, & ipſâ ſui veritate ac ſinceritate ſubnixum.

Et licet quantùm in ſe eſt ſint corpora ſimplicia, & ſigna naturalia, tamen eleuata ſunt & aſſumpta à Deo ad producendam per ſe gratiam, vt definitum eſt *in concilio Tridentino, can. 8. ſeſsion. 7. de Sacramentis in genere*: ſi quis dixerit per ſacramenta nouæ legis, ex opere operato non conferri gratiam, ſed ſolam fidem

D Diuinæ promiſſionis ad gratiam conſequendam ſufficere, anathema ſit; & ita ſine dubio explicandus eſt D. Chryſoſtomus *homilia 7. in primam ad Corinthios*, his verbis; myſteria, inquit, non ſunt profananda ſermonibus ſuperuacaneis, myſterium enim præparatione non indiget, ſed quod eſt, hoc ſolum annunciat ac præ ſe fert; quoniam non erit myſterium Diuinum & integrum cùm aliquid de te addideris, ait, inquam, myſteria non eſſe prophananda λόγοις περιττοῖς, τὸ γὰρ μυστήριον κατασκευῆς οὐ δεῖται, ἀλλ' ὅπερ ἐστὶ τοῦτο μόνον καταγγέλλεται· ἐπεὶ οὐκ ἔσται μυστήριον θεῖον καὶ ὁλόκληρον, ὅταν παρὰ σαυτοῦ τι προσθῇς. Idem patet ex D. Auguſtino *lib. 4. contra Creſconium, cap.*

E 16. vbi ita loquitur de Baptiſmo: non eorum meritis à quibus miniſtratur, conſtat Baptiſmus, ſed propria ſanctitate & veritate, propter eum à quo eſt inſtitutus, & *lib. 4. de Baptiſmo paruulorum contra Donatiſtas cap.* 24. Baptiſma per ſeipſum in paruulis plurimum valet: & *lib. de peccatorum meritis, cap.* 19. totum hoc in ſpe fit vi ſacramenti diuinæque gratiæ, quam Dominus Eccleſiæ donauit; & idcirco Sacramenta ſemper valent, ſemper operantur, licet conſecrantur ab immundis hominibus, nec melior aut pejor miniſter ea reddit meliora aut pejora, vt rectè oſtenditur ab Iſidoro *lib. 6. cap. 19.* Sacramentum, inquit, eſt in aliqua celebratione, cùm res geſta ita ſit vt aliquid ſignificare intel-

ligatur, quod ſanctè accipiendum eſt: ſunt autem Sacramenta Baptiſmus, & Chriſma, Corpus & ſanguis Chriſti; quæ ob id Sacramenta dicuntur, quia ſub tegumento rerum corporalium virtus Diuina ſecretiùs eorumdem Sacramentorum ſalutem operatur: vnde & à ſecretis virtutibus, vel ſacris, Sacramenta dicuntur; quæ ideò fructuosè penes Eccleſiam fiunt, quia ſanctus in ea manens Spiritus eorumdem latenter Sacramentorum operatur effectum: vnde ſeu per bonos, ſeu per malos miniſtros intra Dei Eccleſiam diſpenſentur, tamen quia Spiritus ſanctus myſticè illa viuificat, qui quondam Apoſtolico in tempore viſibilibus apparebat operibus, nec bonorum meritis diſpenſatorum amplificantur hæc dona, nec malorum atte-
B nuantur; qui neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus. Vnde Græcè myſterium dicitur, quod ſecretam & reconditam habet diſpenſationem. Et à D. Auguſtino *lib. 3 cap. 6. contra Creſconium grammaticum*: porrò ſi ſunt boni miniſtros, cùm ſit alius alio melior, non eſt melior Baptiſmus, qui per meliorem datur; nullo modo eſt malus, qui etiam per malum datur; quando idem Baptiſmus datur: & ideò per miniſtros diſpares, Dei munus æquale eſt: quia non illorum ſed eius. Quod oſtendit idem D. Auguſtinus *tractatu 5. in Ioannem* exemplo lucis: ſpiritalis enim, inquit, virtus Sacramenti ita eſt lux, & ab illuminandis pura excipitur, & ſi per immundos tranſeat non
C inquinatur. Et ex D. Ambroſio *lib. 4. de Sacramentis cap. 5.* & à D. Nazianzeno *oratione in S. Baptiſma*, vbi id oſtendit exemplo duorum ſigillorum, quorum vnum eſſet ferreum, aliud vero argenteum: & ex D. Chryſoſtomo *homilia 8. in epiſt. 1. ad Corinthios*, & nos ſupra id pluribus exemplis oſtendimus.

Sciendum eſt tamen peccare malos Miniſtros, qui cùm immundi ſint, audeant miniſtrando mundare: nam, vt eſt *in Numeris cap. 19.* mundus luſtrabit immundum: & *Eſdræ 12.* mundati ſunt Sacerdotes, & Leuitæ, & populum mundauerunt; de qua re Dauid *pſalmo* 100. ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabat. Illud etiam prohibetur *Leuitici* 21. Sacerdos in
D quo fuerit macula, non accedet offerre oblationes Domino Deo: & *Iſaiæ* 1. non offeratis vltrà Sacrificium fruſtrà, incenſum eſt mihi abominatio. Et probatur adhuc ex D. Auguſtino *lib. 2. contra Parmenianum cap.* 10. quod autem intelligimus in hac ſententia ſacræ ſcripturę, quam certè ipſi non intelligentes, & quaſi pro ſuis partibus præponentes, ad ſeipſos conuincendos ingerunt nobis, hoc pene in omnibus talibus quæſtionibus intelligendum admonemus; ſcilicet quia omnia Sacramenta cum obſint indignè tractantibus, proſunt tamen per eos dignè ſumentibus. Et ex D. Dionyſio *epiſt. 8.*
E *ad Demophilum*: nefas eſt, vt ſcriptura ſancta loquitur, etiam quæ bona ſunt non ex dignitate tractare: ſed vnuſquiſque ſibi debet attendere; & rurſus, vt mihi videtur, audax nimium eſt qui non veretur ea quæ diuina ſunt, præter meritum exequi.

Cum igitur omnia Sacramenta ſint ad delendum peccatum, maximè Pœnitentiæ, de quo in his quæſtionib. agitur, Sacramentum, à Deo inſtitutum eſt propter peccatum tanquam eius remedium, diuinâ ita concedente gratiâ, vt

A rectè Iuſtinus Martyr *quæſt. 97. in Reſponſione*: ita enim loquitur de Diuina Gratia; *αὐτὴ ἰατρὸν ἐν τῷ κόσμῳ τῶν ἁμαρτωλῶν ἰατρὸν δόκιμον τὴν μετάνοιαν*, &c. ipſa, ait, in mundo probatum Medicum peccatorum conſtituit, nempe ipſam Pœnitentiam, quæ etiam ſeptuagies ſepties lapſos ſanandi poteſtatem obtinet, ſi modo in animum illi inducant Pœnitentiæ vti conſilio. Et D. Chryſoſtomus *homilia 5. de Pœnitentia*: Pœnitentia medicamentum eſt extinguens peccatum, donum cælitùs datum, virtus admirabilis. Et Origenes *homil. 2. in Leuiticum*, per duram, ait, & laborioſam pœnitentiam remiſſio fit peccatorum: nam peccatum omne aut punitur in hoc mundo, aut non punitur, vt ait Gregorius Nazianze-
B nus *oratione* 15. punitur vt quis ad ſanitatem redeat; non punitur, vt in alio mundo puniatur, vt ibi dicitur. Inter Sacramenta ergo, poſt Baptiſmum, maximè neceſſarium omnibus hominibus, vt pote Peccatoribus, eſt Pœnitentiæ Sacramentum; de quo his *duabus quæſtionibus* Gratianus agere incipit, deque Reconciliatione, quæ in *Tractatu de Pœnitentia Cauſa 33. Quæſt. 3.* fuſiùs explicantur. Interim partem eius argumenti nuper maximâ contentione agitatam, hoc loco inſergendam velut in anteceſſum putauimus; *Tractatum* ſcilicet *de Pœnitentia Publica, & Quotidiana Communione*.

Homo, cùm in honore eſſet, non intellexit; comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimi-
C lis factus eſt illis. Et quidem Adamus multâ ſapientiâ repletus erat, & ſciebat bonum & malum, antequam ederet de fructu arboris ſcientiæ boni & mali, vt ait D. Chryſoſtomus *in Geneſim, ſermone 6.* erat enim in Paradiſi diuitiis opulentus, vt loquitur Gregorius Nazianzenus *oratione* 16. erat omnibus naturæ bonis exornatus, & Spiritus Sancti gratiâ plenus, vt ait Cyrillus *in Ioëlem cap. 35.* & non in tempore ſicuti nos, ſapientiam conſequutus, ſed à primo ortus ſui initio perfectâ intelligentiâ præditus fuerat; denique nullius rei egebat, & perfectè ſe habebat tàm corpore quàm animo. Quod cùm ita ſit, dubitari poteſt quomodo Adamus non cognouit Statum ſuum, cùm fuerit ſapiens; quo-
D modo potuit peccare, cùm fuerit bonus. Et D. Chryſoſtomus *ſermone 7. in Geneſim* fatetur hominem, antequam de ligno ederet, boni ac mali cognitionem habuiſſe, multaque repletum ſapientia fuiſſe, ex eo quod nomina beſtiis impoſuerit, & vxorem agnouerit; dici tamen poſſe non intellexiſſe facto, & rerum experientiâ: ſi quidem, inquit, antè ſciebat Adamus Mandatum ſibi à Deo datum, nouerat bonum eſſe obedire Deo, & malum non obedire; manifeſtiùs autem poſteà, ex ipſa rerum experientiâ didicit: nam, inquit, mala ſcimus omnes etiam antequam illa perpetremus, manifeſtiùs verò ea
E diſcimus poſtquam illa perpetrauimus; ac multo etiam manifeſtius, cùm punimur: quandoquidem nos quoque ſanitatem rem bonam eſſe nouimus, & ægritudinem rem moleſtam, antequam illud experiamur; multò verò certiùs, cùm in morbum inciderimus, vtriuſque rei diſcrimen agnoſcimus; nam vt ait Diuus Epiphanius *in Anchorato cap.* 20. Duplex eſt in Scriptura cognitio, vna quæ in actione conſiſtit, altera quæ ſola ſcientiâ continetur ſine actione. Et licet lignum dicatur Scientiæ boni & mali, hoc fit non quod ipſum lignum ſcientiâ

polleret, ſed quod circa illud facta eſſet declaratio boni & mali, & obedientiæ aut inobedientiæ præceptum; quomodo puteus Iſaac, de quo ſimultas orta eſt, dictus eſt inimicitia, *Geneſis* 26. v. 21. & puteos in quo iurarunt Abraham & Abimelech, puteus iuramenti, *Geneſis* 21. 31. Ita igitur arbor, in qua aliquo patuo tempore primum ſeruauit Mandatum Adamus, fuit illi bona & ſcientia boni; quando verò non ſeruauit Mandatum, fuit illi mala & ſcientia mali: quod oimitum, vt ait idem D. Chriſoſtomus *ſermone* 7. *in Geneſim*, hic ſcripturæ mos ſit, vbi res quæpiam in locis aut temporibus quibuſdam acciderit, à rebus illis & loca & tempora vocare.

Dici quoque poteſt Adamum non intellexiſſe, id eſt ſe geſſiſſe vt ſi non intelligeret; quomodo dictum eſt Virginibus fatuis, neſcio vos: & *Luca* 13. 27. diſcedite à me operarii iniquitatis, nunquam enim noui vos; id eſt ſic me gero vt ſi eſſetis mihi incogniti: vel non intellexiſſe id eſt non firmiter credidiſſe, ſed putaſſe Deum præcepiſſe, vt non ederet de illa arbore, ne Deus fieret: & hanc rationem teddidit Gregorios Nazianzenus *oratione* 27. de inuidia loquens; hæc, ait, Adamum per voluptatem & mulierem circumuentum è Paradiſo expulit; addoctus eſt enim, vt Deitatem ſibi inuideri crederet, dum à ſcientiæ ligno arceretur: non intellexit ergo per fidem; nam fides non eſt ſine cognitione ἐπεὶ πίστις ἄνευ γνώσεως, vt ait Clemens Alexandrinus *lib.* 5. *ſtromatum, in principio*. Et D. Augustinus *tractatu* 29. ſi non, ait, intellexiſti, crede; intellectus enim eſt merces fidei: ergo noli quærere intelligere vt credas, ſed crede vt intelliquoniam niſi credideritis, non intelligetis: denique ex eo quod peccauit, non credidit; malè enim credit quicumque peccat, vt ait Origenes *homilia* 9. *in Ezechiel. cap.* 17. His ergo omnibus modis ſapiens ille Adamus non intellexit.

Nunc videndum quomodo ſapiens ille, & bonus, & ſanctus potuit peccare: Creator enim vniuerſorum Deus fecit hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, vt apparet ex literis ſacris; & natura illius hanc prærogatiuam ſortita eſt, vt irradiauerit ipſi pulchritudo & iuſtitia Creatoris: Et licet D. Epiphanius *in Anchorato cap.* 35. putet ignorari, quid ſit hominem ſactum eſſe ad imaginem & ſimilitudinem Dei; & cuiuſmodi ſit illud, ſoli Deo cognitum eſſe: ineſt quidem, inquit, in homine quod ad imaginem expreſſum dicitur, cuiuſmodi verò ſit illud ſoli Deo cognitum eſt: tamen D. Baſilius *homilia* 9. *in hexameron*, rectè dicit imaginem Dei conſiſtere in peculiari Diuinitatis proprietate; ἐν τῷ ἰδιώματι τῆς θειότητος; & Gregorius Nazianzenus *oratione* 38. ait ſpiraculum vitæ eſſe imaginem Dei, ſicut & D. Cyrillus *lib.* 1. *de Adoratione in Spiritu & Veritate*. Alii putant hanc imaginem Dei in libertate conſiſtere: liberum enim arbitrium eſt diuino æquale, ἰσόθεον γὰρ ἐστὶ τὸ αὐτεξούσιον, vt loquitur Gregorius Nyſſenus *oratione de mortuis*. Alii illam imaginem referunt ad imperium, quod accepit Adamus à Deo in omnes creaturas, vt refert Theodoretus *in quæſtionibus in Geneſim*. Fuit ergo ſanctus & iuſtus in ino primus homo, & per conſequens, homo fuit ad benè faciendum propenſus; Cyrillus *lib.* 3. *in Iulian.* id vero dici operæpretium puto, Deum vniuerſorum ad opera bona hominem condidiſſe, nullius boni egentem, & perfectè ſe habentem, ἀρτίως ἔχοντα, animo & corpore, & ideò vocat eum *in Ioëlem cap.* 55. πεπηγότα καὶ τοῖς τῆς φύσεως χρηστοῖς ἐμπρέποντα, id eſt fixum quaſi ac ſtabilem in naturæ bonis, & illis exornatum. Quod quidem vel hoc argumento colligi poteſt euidenter: non enim initio factus eſt ex malo bonus, ſed ex bono malus; deinde peccatum eſt aliquid ſpurium, & præter hominis naturam, imò nihil eſt, & nuſquam eſt, cùm in defectione boni conſiſtat, vt rectè S. Maximus *in Dionyſi. Areopagit. de Eccleſiaſtica Hierarchia cap.* 3. neque, ait, nobis eſt naturale peccatum, ſed aptitudo ad omne opus bonum, ſecundum Apoſtolum: & ideo Christus inſtaurando illud dicitur ei dediſſe primam quam habebat ſanctificationem, ex Cyrillo *aduerſus Antropomorphitas cap.* 2. inſtauratio veteris illius doni, & inſufflationis nobis datæ, inſufflatio per Chriſtum fuit, transformans nos in primam illam ſanctificationem, euehenſque humanam naturam velut in primitiis ſanctis Apoſtolis, in eam quæ olim & in prima creatione data fuerat ſanctificationem. Vnde *in eius collectaneis, cap. de Paſchate*: illa duo tempora dicuntur ſancta, tempus Adami in Paradiſo; & quod fuit in extremis, quod adueniens Chriſtus ſanctificauit: & ex Gregorio Nazianzeno *oratio.* 2. homo ad vitam redit eius ſimilem quam degebat in Paradiſo à carnis perturbationibus remotam, & cum Deo atque Angelis coniunctam.

Peccauit tamen Adam, licet bonus, & ad bonum procliuis: quia, inquit, S. Cyrillus *lib.* 1. *aduerſus Antropomorphitas cap.* 10. in primo Parente omnis quidem aptitudo inerat deferens facultatem ad amplectendam virtutem, non tamen omnino actus, ſiue operatio ipſa aderat: & D. Chryſoſtomus *homilia* 13. *ad populum Antiochenum* virtutis, inquit, cognitionem indidit animæ noſtræ Deus, actionem verò & emendationem voluntati noſtræ conceſſit, hoc eſt vno verbo, quia homo liber fuit in operationibus ſuis, vt licet plura bona à Deo conſecutus eſſet, plura adhuc ſeruando eius mandata, conſequeretur. Ita Gregorios Nazianzenus *oratione* 42. creati ſumus, vt beneficio afficeremur, beneficium accepimus poſtquam creati ſumus; Paradiſus fidei noſtræ commiſſus eſt, vt deliciis frueremur; Mandatum accepimus, vt eo ſeruato gloriam aſſequeremur; non quod Deus id quod futurum erat ignoraret, ſed quod arbitrii libertatem lege ſanciret. Et Baſilius quoque *homilia, quod Deus non eſt author mali*, dicit animam creatam fuiſſe bonam à Deo, & illi coniunctam per charitatem; vltro verò contaminatam degeneraſſe, & mali capacem fuiſſe factam per liberum arbitrium, quod vitæ ſuæ quodammodo author eſſet, ad imaginem Dei: & *Cyrillus lib.* 1. *Glaphyrorum*, factus eſt, ait, in principio homo liber, & arbitrii ſui Dominus; liber enim eſt Deus ad cuius imaginem formatus eſt: ita ſi quidem nec aliter laudem conſequi poterat, quàm ſi voluntarius cerneretur virtutis operator: eandem quoque rationem reddit Gregorius Nazianzenus *oratio.* 37. homo arbitrii libertate donatus, vt bonum non minùs illius eſſet, qui elegiſſet, quàm eius qui ſemina præbuiſſet. Ec hoc ſenſu aliqui Patres dixerunt hominem quidem factum à Deo ad imaginem tantùm, à

nobis fieti ad eius ſimilitudinem per victutes. Et id probant ex Scriptura; in qua com Deus dixiſſet, ſaciamus bomioem ad imaginem & ſimilitodinsm noſtram; poſteà dicitur tantùm, & fecit Deus bominem *ad imaginem*, & non additur *& ſimilitudinem*, vt ſignificaretur vnnm eſſe in Creatione Dei, aliud in electione noſtra: ex imagine fieri à Deo ratione præditos, ex ſimilitudine fieti bonos, vt Origenes *lib. 3. de principiis, cap. 6.* & dixit Deus faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ooſtram; tonc deinde addit, fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit eum: hoc ergo quod dixit, ad imaginem Dei fecit eum, & de ſimilitudine ſiluit; non aliud indicat, niſi quod imaginis dignitatem in prima

B conditiooe perceperit ſimilitudinis verò perfectio in conſummatione ſeruata eſt, vt ipſe ſibi eam propriæ induſtriæ ſtudiis ex Dei imitatione conciſceret, cum poſſibilitatem perfectionis diuinitùs datam per imaginis dignitatem; io fine demum per operum expletionem, perfectam ſibi ipſe ſimilitudinem conſummaret. Et Gregorius Nyſſenos *oratione 1. in hac verba, faciamus hominem*, &c. Quos tamen refellit D. Cyrillus *lib. 1. aduerſus Antropomorphitas*, dicens, hæc verba *ad imaginem*, nihil aliud ſignificare qnàm *ad ſimilitudinem*; & ideo ſola repetita fuiſſe. Propter hanc rationem. Enam aliqui dixerunt, hominem non fuiſſe perfectum quia poterat peccare. Clemens Alexandrinus *lib. 6. ſtromat.* dicit

C Adamum non fuiſſe perfectum κατὰ τὴν κατασκευήν, ſed aptum ad ſuſcipiendam virtutem: & D. Cyrillus *lib. 3. contra Iulianum* non ἄρτιον dicit, ſed ἀρτιεπιτήδειον, id eſt non perfectum, ſed perfectè ſe habentem. Alii dixerunt hominem non fuiſſe dictum à Deo valdè bonum, vt aliæ res creatæ, vt Moſes Barcepha Syrus Epiſcopus *in Commentariis de Paradiſo*: Adamo creato Deus non dixit bonum eſſe quod feciſſet, quia in libertate arbitrii poſitum erat vt bonus eſſet; imo dixit non eſt bonum Adamum eſſe ſolum.

Sed dubitari poteſt an primi Parentes potoerint peccare ante præceptum & legem de non comedendo fructu ex arbore ſcientiæ boni &

D mali: nam Methodius *in libro de Reſurrectione*, videtur exiſtimaſſe non potuiſſe peccare; ait enim primos Parentes noſtros in Paradiſo immunes egiſſe à concupiſcentia, nec potuiſſe peccare ante legem illis à Deo datam, & probat ex Paulo *ad Romanos* 7. 9. dicente, ego autem viuebam ſine lege aliquando, & concupiſcentiam neſciuiſſem, niſi lex dixiſſet non concupiſces. Verom, dicendum eſt, Peccatom quidem aote legem nullom foiſſe, ſed Adamum nunquam fuiſſe ſine lege, & ita ſemper potuiſſe peccare: nam legem habuit Naturalem, vt rectè oſtendit D. Chryſoſtomus *homilia 12. ad populum Antiochenum*: ab initio Deus formans ho-

E minem, legem illi naturalem iodidit. Et quid tandem eſt lex naturalis? conſcientiam nobis expreſſit, & à natora inditam eſſe voluit bonorum & contrariorum ſcientiam: non enim opus habemus diſcere qood malom eſt fornicari, & bonum continentia; ſed ab initio hoc ſcimus: & vt diſcas quod ab initio hoc ſcimus, Legiſlator poſteà leges ferens, & dicens *non occides*, non intulit, *malum enim cædes*; ſed ſimpliciter, non occides, inqoit: prohibuit enim peccatum duntaxat, non docuit. Quare igitur qui dixit non occides, non addidit quod malum cædes? quoniam præueniens conſcientia nos hoc docuit, & tanquam ſcientibus & intelligentibus ita loquitur. Cùm igitur de alio loquitur mandato, non nobis noto per conſcientiam facto, non tantùm prohibet, ſed cauſam apponit. De Sabbato itaque legem ferens, & dicens, ſeptima die non facies opus, ſubjunxit cauſam ceſſationis: qualem vero? quia io die ſeptima requieuit Deus ab omnibus operibus ſuis quæ cœperat facere; & rurſum, quoniam ſeruus fuiſti in terra Ægypti. Quare igitur, dic mihi, in Sabbato quidem cauſam adiecit, io cæde verò nihil tale fecit? quoniam hoc quidem mandatum non de ante greſſiſerat, nec per conſcientiam nobis exquiſitis, ſed particulare quoddam & temporaneum; pro-

B pterea poſt hæc ſolutum eſt. Neceſſaria verò & vitam noſtram continentia illa ſunt, *non occides, non furaberis, non mœchaberis*. Nec obſtat Tertullianus *aduerſus Iudæos, cap. 2.* cum vocat legem datam Adæ, primordialem, & matricem omnium præceptorum Dei, & in ea omnia præcepta per Moyſem data recondita fuiſſe; ait enim in hac lege Adæ data, omnia præcepta condita recognoſcimus, quæ poſteà pullulauerunt data per Moyſem, id eſt diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo, diliges & proximum tibi tanquam te, & non occides, non mœchaberis, &c. primordialis lex eſt enim data Adæ & Euæ in Paradiſo quaſi matrix præceptorum Dei. Nam Tertullian. *illo loco*, comparat

C tantùm legem Adæ datam, cum lege Moſaica, ratione cuius poteſt dici primordialis. Sed præter legem illam datam Adæ in præcepto de fructu arboris, fuit alia lex naturalis, quæ figurata & adumbrata erat in illo præcepto, ſed non primom data & poſita, ex qua lege naturali omnes aliæ germinauerunt.

Sed oſtendendum eſt ex Philoſophia Ariſtotelis, quomodo homines peccent, & licet ſciant id quod eſt bonom tamen eligant id quod eſt malum, vt Medea *apud Ouidium* dicebat:

Video meliora, proboque,
Deteriora ſequor.

D nam ſic etiam intelligemus quomodo Adam, licet ſapiens & bonus, peccarit; & huius rei tres poſſunt aſſignari rationes.

Prima eſt, quia noo vtuntor ſcientiâ quam habent, vt qui non attendunt, vel qui ebrii ſunt, vel furioſi, vel perturbationibus agitati: illi enim oon vtuntur ſcientiâ quam habent, eamque habent vt hiſtriones, qui recitant verſus Empedoclis, oon tamen intelligunt.

Secunda, quia illi non perfectè ſciunt: nam cùm omnis ſcientia practica ſit velut ſyllogiſmus in quo ſunt duæ propoſitiones, vna vniuerſalis, alia particularis, & fieri poſſit vt quis cognitam habeat puta vniuerſalem, & non particula-

E rem; vt omne venenum eſſe fugiendum ſciat; neſciat autem elleborum eſſe venenum: tunc enim ſi edat elleborum oon perfectè ſciuit.

Tertia, qoia licet qnis norit rationem vniuerſalem, & norit rationem particularem; quia tamen ratio particularis eſt de rebus qoibus dominatur ſenſus, ſeu quæ ſenſu percipiuntur. idcirco ſenſus interuenit, vt non ſecundum vniuerſalem propoſitionem concludamus, vt erat neceſſe concludere; ſed ſecundum particularem propoſitionem, que particularis eſt propoſitio de rebus ad ſenſum pertinentibus: intellectus enim ex conſequentia particularis propoſitionis

videtur commentari ſecum aliam propoſitionem vniterſalem penitus contrariam priori, & conformem propoſitioni particulari: vt v. g. ſi dicas, & ſcias, omne dulce eſt fugiendum, ſcias quoque, hoc eſſe dulce; & cùm neceſſario concludendum eſſet, ergo hoc eſt fugiendum, tamen quia minot propoſitio ait hoc eſt dulce, & continet rem cui ſcuſus dominatur, ſenſus interuenit, cupiditas accedit, & impedit ne concludas, ergo boc eſt fugiendum; ſed vt potius concludas, hoc eſt dulce, ergo guſtandum, ergo amplectendum, quaſi id concludatur in vim alterius commentitiæ vniuerſalis propoſitionis contrariæ priori vniuerſali, quâ dicatur omne dulce eſt ſequendum: nam niſi cupiditas interuenitet, neceſſariò erat concludendum hoc dulce eſſe fugiendum, & fugitum fuiſſet; ſed illius interuentu fit vt contraria planè ſit concluſio priori & vniuerſali propoſitioni.

Adam ergo peccauit his tribus modis: primo modo, quia non vſus eſt ſcientiâ, quam babebat, & non ad eam attendit; 2. modo, quia licet iuſſiſſet Deus ne ederet de arbore, tamen non credidit mortem illaturam erborem, & ita ignorauit minotem propoſitionem argumenti, quo poterat Adam concludere non eſſe edendum; 3. modo, licet videret de arbore mala non eſſe edendum, cùm tamen ventum eſt ad minorem propoſitionem, ſed hæc arbor eſt mala, ſenſus interuenit, & ſuaſit non eſſe malam, & ita concluſit eſſe edendum: & ſic Theodoretus, ait *in pſalm.* 50. Adamo peccante, turbatam fuiſſe ab affectionibus eius naturam, maximè interuentu Diaboli, vt ait Baſilius Seleuciæ Epiſcopus *oratione* 5. Cùm ergo Homo peccaſſet, & vidiſſet Deus eius mutabilitatem, illumque Diaboli calliditate lapſum eſſe, & ex bono factum eſſe malum, Pœnitentiam inſtituit, per quam poſſet redire, & ex malo bonus fieri. Clemens Alexandrinus *lib. 2. ſtromatum*, cùm autem ſit Dominus cognitor cordium, & futura præſciat, facilem bominis mutationem, & ad reuertendum propenſionem, & Diaboli calliditatem vidit à principio, qui homini inuidens propter remiſſionem peccatorum, aliquas peccatorum cauſas ſeruis Dei ſuggerit, aſtute hoc molitus, vt ipſi quoque cum eo cadant: dedit ergo, cùm ſit multæ miſericordiæ, ijs etiam qui fide in aliquod peccatum incidunt, ſecundam pœnitentiam; quam ſi quis tentatus fuerit, poſt vocationem coactus, & callidè circumuentus, vnam adhuc non pœnitendam acceperit Pœnitentiam. Et Tertullianus *lib. de Pœnitentia*, *cap.* 7. ſed enim boſtis peruicaciſſimus ille, nunquam malitiæ ſuæ otium facit, quin tunc maxime ſæuit cùm hominem plenè ſentit liberatum, tunc plurimum accenditur dum extinguitur. Doleat & ingemiſcat neceſſe eſt veniâ peccatorum permiſſâ, tot in bomine mortis, tot titulos damnationis retrò ſuæ eraſos: dolet quod ipſum & Angelos eius, Chriſti ſeruus ille peccator iudicaturus eſt; itaque obſeruat, oppugnat, obſidet, ſi qua poſſit aut oculos concupiſcentiâ carnali ferire, vel animum illecebris ſæcularibus irretire, vel fidem, terrenæ poteſtatis formidine euertere, vel via certa, peruerſis traditionibus detorquere; non ſcandalis, non tentationibus deficit. Hæc igitur eius venena prouidens Deus, clauſâ licet ignoſcentiæ ianuâ, & intinctionis ſerâ obſtructâ, aliquid adhuc permiſerit patere; collocauit

A in veſtibulo Pœnitentiam ſecundam; quæ pulſantibus patefaciat, ſed iam ſemel, quia iam ſecundo; ſed ampliùs nunquam, quia proximè fruſtra: & Kimhi *in pſal.* 24. *ad illa verba*, *Dulcis & rectus Dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in via*, bunc locum intelligit de Pœnitentia à diebus orbis conditi à Deo hominibus data, vt refert vir Sacrarum & bonarum artium periſſimus Simeon de Muis Regius illarum Profeſſor: propterea, inquit, quod eſt bonus, & rectus Dominus, nunquam peccatores repellit, ſed quoties voluerint reſipiſcere, recipit, eoſque rectam viam docet, viam nimirum Pœnitentiæ, quæ jam tùm à diebus orbis conditi

B bominibus à Deo palam facta eſt; illam enim ipſum Caïn peccatorem docuit his verbis, (*Geneſis* 47.) nonne ſi bona feceris, id eſt emendaueris opera tua, erit remiſſio ſeu venia?

Deus ergo dedit Pœnitentiam, vt præueniret Iuſtitiam: nam, vt inquit D. Chryſoſtomus *homilia* 54. *de Pœnitentia*, ſi Pœnitentiam Iuſtitia præueniſſet, periiſſet Mundus omninò, atque deſtuaiſſet; niſi enim Deus expectaret Pœnitentes, maior bominum pars periret: & Paulum perſecutorem Dei & Eccleſiæ præconem non haberet; nec Mathæus Publicanus fuiſſet Euangeliſta.

C Item Deus non ſolùm inſtituit Pœnitentiam, vt per eam reſurgeremus & exiremus à peccato, ſed etiam nos ſemper à principio per ſingulas generationes ad eam vocauit. Clemens *lib.* 2. *Conſtit. Apoſtolicar. cap.* 55. Deus enim, miſericordiæ Deus à principio ſingulas generationes ad Pœnitentiam per Iuſtos & Propbetas vocat, & alios quidem ante diluuium corrigebat per Abel, Seth, Sem, item per Enos & Enoch tranſlatum; alios verò rurſus in ipſo diluuio per Noë; Sodomitas per illum hoſpitalem Lot; poſt diluuium per Melchiſedech & Patriarchas, & per Iob, quem habuit Deus chariſſimum; eos, qui in Ægypto erant, per Moyſem; Iſraëlitas per

D ipſum Moyſen, & per Ieſum, & Caleph, & Phineem, & reliquos; poſt legem, Per Angelos & Prophetas, & eoſdem per aduentum ſuum in carne ex Virgine ſumpta. alios paulo antequam eſſet oſtenſus per Ioannem Præcurſorem, eoſdem vero per eundem; & poſt Ortum ſuum cùm aiebat, agite Pœnitentiam, appropinquauit enim Regnum cœlorum; poſt Paſſionem ſuam vocat nos per duodecim, & per Paulum vas electionis: & D. Baſilius *ad Virginem lapſam*, nos ergo ad Pœnitentiam vocans Diuini Verbi doctrina clamat ac vociferatur; venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis iniquitatibus, & ego reficiam vos; Venite adoremus &

E procidamus ante ipſum, & ploremus coram ipſo: & *homilia* 18. *de Pœnitentia* id probat ex profeſſo, oſtenditque pluribus ſcripturæ locis pœnitentiam tam in Veteri quàm in Nouo Teſtamento fuiſſe commendatam, & in veteri quidem Teſtamento *Hieremiæ* 8 5. num qui cadit non reſurgit? *Eſaiæ* 1 4 16. Lauamini, mundi eſtote; *Ezechielis* 18. 3. Viuo ego, dicit Dominus, nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. *Ioannis* 3. non eſt ſubuerſa Niniue, Pœnitentiam enim egit; & 3. *Regum* 2. Achab ſaccum induit, & propbeta audiit, quoniam precatus eſt Achab, hæc veritas quæ illi minatus ſum, in diebus ipſius non eueniet: & 2. *Regum* 15. Dauid dixit, Peccaui, & audiit Dominus; tranſtulit

tranſtulit peccatum tuum: & 4. *Regum* Manaſ-
ſes idololatra pœnitentiam egit, & a captiuita-
te reuocatus eſt. In Nouo quoque Taſtamento
Matthæi 9. 13. non veni ſeruare iuſtos, ſed pec-
catores; *Luca* 15. Angeli lætantur de Peccatore
Pœnitentiam agente, & 13. 8. ficus expectatur vt
fructum ferat, & 7, 31. accedit ad Chriſtum mu-
lier peccatrix, & Ioannes prædicauit Pœniten-
tiam, & Chriſtus quoque. Idem etiam probat
ex illis & aliis Veteris & Noui Teſtamenti locis,
Theodoretus *lib. 5. fabularum hæreticarum, cap.*
28. Deus enim gratam habet Pœnitentiam, &
illius odorem thymiamatis inſtar, recipit, vt ait
Iſidorus Pelnſiota *lib.* 1. *epiſt.* 500. imo Deus ipſe
dicitur honorare Pœnitentiam τιμᾶν τὴν μετάνοιαν,
vt ait Iuſtinus Martyr, *in quæſtionib. ad Ortho-
doxos, quæſt.* 78. & gratior videtur iuſtis quàm
peccatoribus vt habetur *pſalmo* 88. terribilis eſt
ſuper omnes qui in circuitu eius ſunt; & ſuauis
Dominus vniuerſis: nam ſi cadentem intuetur
elementiæ manum protendit, ſi ſtantem timo-
re coneutit, & velox eſt ad ſalutem hominis, &
reparationem, & tardus ad demolitionem: atque
eum ab hominibus multo tempore ædificia ex-
truanint, paruo vero deſtruantur, alia & con-
traria ratio in Deo inuenitur, vt cùm ſtruit, ve-
lociter ſtruat, cùm deſtruit, tardè deſtruat; nam
& ſex diebus Mundum conſtruxit & Hierico
vrbem ſeptem deſtruxit, vt rectè Philoſophatur
D. Chryſoſtomus.

Atque poſt peccatum neceſſaria nobis fuit
pœnitentia: nam peccatum morbus eſt; Pœni-
tentia verò eſt medela peccati. D. Chryſoſto-
mus *homilia* 3. *de Pœnitentia*: duo ſunt hæc, pec-
catum, & Pœnitentia. Peccatum vulnus eſt,
Pœnitentia impacti vulneris medela; & quem-
admodum in corpore medicina & vulnus, ſic in
anima peccata & Pœnitentia. Peccatum mors
eſt *Apocalypſis cap.* 3. *verſ.* 1. & *Luca* 15. filius
prodigus dicitur mortuus quando peccauit, &
reuixiſſe per Pœnitentiam; filius meus mortuus
eſt atque reuixit: & Deus opponit morti Pœni-
tentiam, cum ait, nolo mortem peccatoris, ſed
vt viuat; vt obſeruat Tertullianus, *de Pœniten-
tia*; viuo, inquit, Dominus, & pœnitentiam ma-
lo quàm mortem; ergo Pœnitentia vita eſt,
cum præponitur morti. Pœnitentia ergo reſur-
rectio eſt: idē Chryſoſtomus *homilia* 3. *de anima*,
anima, inquit, non eſt vt corpus, quod enim in
anima morticinū eſt, ſi frequenti luctu proſeque-
eriges ad ſanitatem, & corpus ſemel emortuum
non viribus humanis excitari poteſt, anima ve-
ro præmortua, per reſipiſcentiam vitæque cor-
rectionem erigitur; peccatum nos ſeparat à Deo
& diſiungit. Cyrillus *in Oſeam* μεταλαβῶν γὰρ πα-
λαιὸς ἡ ἁμαρτία ἐκ θεοῦ, & conciliat Diabolo.
D. Baſilius *in Moralibus, regula* 1. *cap.* 1. pec-
cati, inquit, commiſſio ea eſt quæ homines ab-
alienat à Deo. & reconciliat Diabolo; & Pœni-
tentia nos Deo reddit, coniungit, & reconciliat.
D. Chryſoſtomus *lib.* 3. *de prouidentia, cap.* 15.
peccata, inquit, ſeparant à nobis Deum, conſti-
tuuntque nobis illum inimicum; cruciatus vero
nobis illum reconciliat, præparatque propi-
tium ac propinquum fieri. Peccati natura pœ-
nam vltricem expoſcit, vnde etiam apud Eſaiam,
peccata ſumuntur pro pœnis peccati, eum ait
væh trahentibus peccata tanquam funiculo lon-
go, & iniquitates, id eſt ſupplicia & pœnas pro
peccatis, vt explicat D. Cyrillus *oratione* 4. *lib.*

A 1. & qui peccat, cum pœna contrahit, vt rectè
dixit Michaël Epheſius *lib.* 5. *Moralium Ariſto-
tel. cap.* 2. quærendum, inquit, quomodò furta,
contractus, συναλλάγματα dicenda ſint; fortaſſe
ob eam cauſam quod qui furatus eſt, pro furto,
interdum alia quædam reſtituit, interdum aut
manibus, aut oculis priuatur; quia in re eſſe &
datio & acceptio quodammodo videtur, in qui-
bus contrahendi ratio conſiſtit: nam cùm ſub-
ripuerit pecunias fur, pro illis pœnas ſoluit; ſi-
mili modo qui adulterium commiſit, vel pecu-
niis, vel ſupplicio aliquo mulctatus flagitium
luit; qui item veneno aliquem necauit, par ali-
quod damnum etiam ipſe perpetitur: non aliter
B etiam, qui ſeduxit ſeruum, vel necem alicuius
doloſè molitus eſt, aliquā ſimili jactura ſcelus
perpetratum compenſat.

At Pœnitentia vel ſolùm ſuſcepta, ſolùm Deo
oſtenſa, etiam ipſam pœnam tollit, & gratiam
confert, id probat Chryſoſtomus *homilia* 3. *de
Pœnitentia* ex Eſaiæ *cap.* 43. 26. his verbis: dic tu
primus iniquitates tuas vt iuſtificeris: ô benigni-
tatem, inquit, erga nos Domini! non dixit vt ne
plectaris ſupplicio, ſed vt iuſtificeris: nonne ſuf-
ficiebat peccatori, quod non punies ipſum, & tu
iuſtum efficis: cæterum ſermoni animum atten-
tum adhibe; iuſtum ipſum efficio & hoc vbi fe-
cit? in latrone nimirum, vt id ſolùm latroni
C diceret, neque tu times Deum, & nos quidem
iuſtè, his enim quæ geſſimus, digna recipimus;
dicit ei Saluator, Hodiè mecum eris in Paradiſo;
non dixit, liberum te & immunem reddo ſuppli-
cii, ſed ipſum in Paradiſum introduxit iam iu-
ſtum. Vidiſti vt merito exhomologeſis effectus
ſit iuſtus. Et *lib.* 3. *de prouidentia cap.* 15. & *vlt.*
quo triſtem conſolatur Stagirium Monachum,
& anxium de pœnis peccatorum, & dicit pœni-
tentiam non eſſe tantùm peccatorum remiſſio-
nem, ſed coronarum retributionem; nec gau-
dere Deum noſtris ſuppliciis, & plerumque
oſtensâ Pœnitentiâ, atque ſuſceptâ, minas &
pœnas remouere. Quod autem non ſit pecca-
D torum retributio, ſed coronarum potius præ-
miorumque materia, ſudor iſte tuus ac dolor,
hinc ſane manifeſtum eſt: ſi enim priùs turpiter
ac luxurioſè vixiſſes, atque ita te ad Monacho-
rum politiam contuliſſes, ne ſic quidem hæc ſuſ-
picio locum habuiſſet; nam ſi Deus ob hoc pœ-
nas infert, vt in malis perſeuerantes ad Pœni-
tentiam prouocet, oſtensâ Pœnitentiâ ſuperflua
iam erit pœna; tantùm enim abeſt, vt nos puni-
re velit Deus, vt cùm ſæpenumerò pœnis digna
faciamus, ſummaque conuerſione opus habea-
mus, comminatione ſolùm verbiſque terribili-
ter nos caſtigare malit: idque facile quiſpiam
animaduertet, & in Iſraëlitica plebe, & in Ni-
E niuitarum ciuitate; non ſolum enim intentata
ſupplicia non intulit, cum Pœnitentiam oſten-
derent, ſed & minas ipſas remouit: multò enim
magis vult ipſe nihil nos pati mali quàm nos
ipſi, nulluſque ſibi ita parceret libenter, vt nobis
omnibus Deus.

Denique peccatum corrupit in nobis imagi-
nem Dei, Cyrillus *aduerſus Antropomorphitas
cap.* 5. ſanctum erat primum humanæ vitæ tem-
pus; ſed poſtquam peccatum irrepſit, characte-
res ſimilitudinis cum Deo, non amplius illu-
ſtres ac ſplendidi in nobis permanſerunt: &
Gregorius Nazianzenus *oratione* 1. peccati lex
Spiritûs legi repugnat; Regiamque in nobis

imaginem, & quidquid diuinæ defluxionis nobis inſperium eſt, corrumpere conatur; nec tantùm corrumpit imaginem Dei, ſed etiam notitias ferarum affigit, & inculcat, hanc nempe lupi, illam canis, illam ſerpentis talem animam reddens, vt ait D. Chryſoſtomus *epiſt.* 7. Dixi vero per peccatum obumbrari imaginem Dei; nam non omninò tollitur, & homo ſemper manet cum Imagine Dei, vt probat Epiphanius, *hæreſi* 70. *cap.* 3. ex Geneſi 9. 5. & 1. ad Corinthios 11. 14. & Iacobi 3. 8. nec Adamum amiſiſſe Imaginem Dei contendit: & Pœnitentia, deficientem imaginis ſimilitudinem, ad primum propòſitum exemplar emendat & corrigit, reliquias dignitatis & gratiæ animat, neque patitur vllam ferinam formam ampliùs in homine apparere. Quare cùm D. Chryſoſtomus hortaretur Theodorum lapſum *paræneſi* 1. *cap.* 9. ad Pœnitentiam, inter alia hortatur eum, vt illos characteres quos Deus primùm homini impreſſit, peccatis ampliùs non obſcuret, ſed inſtauret perpetuò atque refingat in melius Regiæ imaginis notas: quare noli characteres, inquit, illos perpetuò nobis obſcurare, amice optime; ſed eos è veſtigio inſtaura, refingeque in melius: & D. Paulus ait, ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœleſtis: & alibi, deponentes veterem hominem, cum actibus ſuis, & induentes nouum hominem qui ſecundum Deum creatus eſt.

Porrò, grauiora ſunt hominum peccata, eorum qui ſunt in Euangelio, quàm eorum, qui in lege Moyſis poſiti ſunt; 1. quia, vt ait Origenes *homilia* 5. *in Ieſu Naue*, *cap.* 4. & 5. multò maioris criminis eſt Filium Dei conculcare, & ſanguinem Teſtamenti pollutum ducere, quàm legem Moyſis negligere; & multo maioris opprobrii eſt, qui poſt Euangelium quàm ille qui ſub lege poſitus fornicatur; quia iſte tollens membra Chriſti facit membra meretricis; denique ſacrilegus eſt, quia dictum eſt, an neſcitis quia corpora veſtra Templum Dei ſunt, ſi quis autem Templum Dei violauerit, diſperdet illum Deus; & quia, qui poſt Baptiſmum peccat, primum Baptiſmi pactum violat: nam, vt ait Gregorius Nazianzenus *oratione* 40. nihil aliud eſt vis & facultas Baptiſmi, quàm ſecundæ vitæ, ac purioris viuendi rationis pactum cùm Deo initum; ac proinde vel maximo in metu omnes eſſe, atque omni cuſtodia noſtras animas ſeruare debemus, ne hoc pactum violaſſe comperiamur: & per Pœnitentiam fœdus illud, per peccatum iam ruptum atque diremptum, renouamus & iterum ſancimus. Pacianus *epiſt.* 7. illi pœnituerunt quia vetus Baptiſma corruperunt, & quaſi poſt fidem, fide proditâ pœnitebant, &c. Hoc ergo baptiſma violauerant, & ideo pœnitebant. Et pœnitens apud Amphilochium *oratione de Pœnitentia*, timens dicebat, timeo ne mihi Pœnitentia non fuerit, pollui enim ſacrum Baptiſma, diuinitusque ſactum veſtimentum ſordidaui: Pœnitentia enim eſt alter Baptiſmus, licet laborioſus. Gregorius. Nazianzenus *oratione* 39. Quintum locum lacrymarum Baptiſmus tenet, verùm aſperior eſt & laborioſior; quo quidem ille tingitur, qui per ſingulas noctes lectum ſuum ac ſtratum lacrymis lauat, cui ipſæ quoque vitii cicatrices fœtent, qui lugens & contriſtatus ingreditur, qui Manaſſis reſipiſcentiam ac Niniuitarum humilitatem, cui miſericordia impertita eſt, imitatur, qui Publicani verbis in templo vtitur ac ſupra inſolentem ac ſuperbum Phariſæum iuſtificatur, qui denique Chananeæ in modum deprimitur, & miſericordiam implorat, ac micas poſcit, hoc eſt canis vehementi fame correpti pabulum. Et Clemens *in Conſtitutionibus Apoſtolicis lib.* 2. *cap.* 41. ſic alloquitur Epiſcopum de Ethnico baptizato, & de fideli Pœnitente, dicens, vtrumque eſſe recipiendum, & Pœnitenti manuum impoſitionem loco lauacri futuram: & ethnicum baptiſmo lotum poſt doctrinam admittis, ſic hunc per manus impoſitionem, vtpote factum mundum Pœnitendo cunctis deprecantibus in antiqua paſcua reſtitue; eritque ei loco lauacri manuum impoſitio. Et D. Cyprianus, *de opere & eleemoſyna*, ait, Pœnitentiam eſſe Baptiſmi inſtar, & quia ſemel in Baptiſmo remiſſio peccatorum datur, aſſidua & iugis operatio, Baptiſmi inſtar imitata, Dei rurſus indulgentiam largietur. Et D. Chryſoſtomus *homilia* 57. *de Pœnitentia* 9. dicit Petrum flentem propter peccatum, lotum feciſſe veluti ſecundo Baptiſmo: Petrus, inquit, cœpit flere, & non fleuit modò ſed amarè, ſecundum Baptiſma per lacrymas ex oculis efficiens. Denique *Marci cap.* 1. habemus Baptiſmum Pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum, ſcilicet futuram, vt explicat Tertullianus: nam Pœnitentia ſicut Baptiſmus, eſt medela delictorum, & conſumptio præuaricationum, legis ſolutio, loquendi libertas in conſpectu Dei, aduerſus Diabolum armatura ſimul & gladius caput illius præſecans, ſalutis ſpes, euerſio ignorantiæ; ipſa homini cœlum adaperit, eadem ipſum in Paradiſum introducit deuicto Diabolo, vt ait Chryſoſtomus *homil.* 3. *de Pœnitentia*. Et per pœnitentiam ſicut per Baptiſmum omnes peccatores, quantumuis grauiſſimi, Deo quoque reconciliantur: Idem Chryſoſtomus *Paræneſi* 1. *ad Theodorum lapſum cap.* 31. caue dicas iis tantùm veniæ locum concedi, qui modicè deliquerunt; nam finge ſi lubet vniuerſâ malitiâ redundantem, & qui patrarit omnia quæ à Regno excludunt; is, vt demus, non ſit extra fidem, ſed fidelis aliquando fuerit acceptuſque Deo, poſteà vero factus ſcortator, adulter, mollis, pædico, fur, ebrius, calumniator, aliaque id genus flagitia committat; equidem illi non ero deſperandi author, neque ſi perſeuerauerit ad extremam vſque ſenectam cum infandis illis maximiſque vitiis.

Eſt tamen inter hæc duo Sacramenta differentia: primùm quod remiſſio peccati in Baptiſmo eſt gratuita donatio, & in Pœnitentia eſt meritum Pœnitentis. Pacianus *epiſt.* 3. Baptiſmus eſt ſacramentum Dominicæ Paſſionis, Pœnitentium venia eſt meritum confitentis: illud omnes adiſpici poſſunt quia gratiæ Dei donum eſt, id eſt gratuita donatio; labor vero iſte paucorum eſt, qui poſt caſum reſurgunt. Et Theodoretus *lib.* 5. *fabul. hæreticar. cap.* 25. itaque medicabilia ſunt etiam quæ poſt Baptiſmum fiunt vulnera, medicabilia autem non vt olim per ſolam fidem datâ remiſſione, ſed per multas lacrymas, & fletus, & luctus, & ieiunia, & orationem, & laborem commiſſi peccati magnitudini reſpondentem.

Secundò differunt quia vnus eſt Baptiſmus in omnibus, at multiplex Pœnitentia, aliorum remiſſior, aliorum plenior; ita vt quorumdam

peccata videsntur tantùm recta per Pœniten-
tiam, aliorum verò peccata ita ſint eradicata, vt
nullum veſtigium remaneat, ita eas diſtinguen-
te Gregorio Nazianzeno *oratione* 40. Porrò
non fucanda eſt purgatio, ſed imprimenda, tibi-
que hoc agendum vt plenè & perfectè ſplendeſ-
cas, non vt leuiter atque in ſuperficiem illina-
ris; vt gratia non peccata tantum obducat, ſed
ab iis omninò te vindicet: Beati quorum remiſ-
ſæ ſunt iniquitates, hoc plenæ & cumulatæ pur-
gationis eſt; & quorum tecta ſunt peccata, hoc
iis congruit, quorum intimæ animæ partes
nondum purgatæ ſunt: & alibi dicit, quod
ægrè cicatrix obducitur. Tertullian. verò *de Pœ-
nitentia cap.* 6. non credit omni Pœnitentiæ, &
quam dicit infidam eſſe; nec putat maculas car-
nis poſt Baptiſma dilui Pœnitentiâ *cap.* 12. *de pu-
dicitia*. Et ideo D. Chryſoſtomus *homilia* 3.
de Pœnitentia, dicit, quod per Pœnitentiam ſic
Deus abolet aliquando peccatum, vt nullam
relinquat cicatricem; aliquando, inquam, pro-
pter diuerſam hominum Pœnitentiam, & ibi lo-
quitur de perfecta Pœnitentia: per Pœniten-
tiam, inquit, ſic Deus abolet aliquando pecca-
tum, vt nullam reliquam faciat cicatricem,
nullum veſtigium ſinat manere, ſed vnà cum
ſanitate eximium etiam conferat formæ decus:
ſimul enim atque eximit pœnâ, donat iuſtitiam;
peccatorem enim efficit parem ei qui non pec-
cauit; ad internecionem enim deducit pecca-
tum, & ipſum dat peſſum, peræquè ac iam non ſit
neque fuerit; prorſuſque ita de medio aufert, vt
non iam cicatrix, non veſtigium, non argumen-
tum, non item vllum appareat indicium; & *pa-
ræneſi* 1. *ad Theodorum lapſum cap.* 10. ait, quod
aliqui, qui per Pœnitentiam iterum reſurgunt,
magna claritate reſplendeant, & non rarò majo-
re quàm alii qui nunquam ceciderunt. Quare
vt Pœnitentia Baptiſmum exæquare poſſit, debet
eſſe perfecta, & multùm lugendum, multùm
laborandum. Gregorius Nazianzenus *oratione*
40. quantam, ait, vim lacrymarum impendemus
vt Pœnitentia cum Baptiſmi fonte exæquari
poſſit? nam Baptiſmi purgatio prima eſt, & quæ
omnibus communis eſt; & labore vacua, cun-
ctiſque ex æquo patet, tàm ſeruis, quàm heris,
tàm egentibus, quàm copioſis, tàm abjectis,
quàm nobilibus, non ſecus atque aëris hauſtus,
& lucis profuſio, & temporum viciſſitudines,
&c. Pœnitentia, purgatio ſecunda eſt, nec per
gratiam ſolam fit, ſed per laborem; graue enim
eſt facilioris medicinæ loco, difficilem & mole-
ſtiorem adhibere, ac projectâ miſericordiæ gra-
tiâ ſupplicijs ſeipſum obnoxium reddere, &
admiſſa peccata correctione vitæ compenſa-
re.

Pœnitentia verò non eſt ſimpliciter mutare
vitam, ſed etiam dolere de peccatis, *can.* 54.
diſt. 1. *de Pœnit.* qui agit Pœnitentiam non ſolùm
diluere lacrymis debet peccatum ſuum, ſed
etiam emēdatioribus factis operire & tegere de-
licta ſuperiora, vt non imputetur ei peccatum:
& *can.* 63. *ead. diſt.* non ſufficit mores in melius
commutare, & à præteritis malis recedere, niſi
etiam de his quæ facta ſunt ſatisfiat Deo per pœ-
nitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per
contriti cordis Sacrificium, cooperantibus elee-
moſynis & ieiuniis. D. Baſilius *in Moralibus*, ait
cap. 4. *Regula* 1. quod Pœnitentibus ſatis non
ſit ad ſalutem ſi tantummodo receſſerint à pec-

A catis, ſed opus eſſe ipſis vt fructus Pœnitentiæ di-
gnos ferant: & Theodoretus *Eſaia cap.* 30.
verſ. 15. Pœnitentiæ modus eſt, non ſolum do-
lere de peccatis, ſed & iſta deuitare, & horum
iter auerſari, atque in contrarium tendere: &
Chryſoſtomus *Paræneſi* 1. *ad Theodorum lapſum*:
illud non nominatim exomologeſim, quia non
cum animæ compunctione, neque cum amari-
tudine lacrymarum, neque cum mutatione in
melius peccata ſic enuntiant. Et notandum
quod *δικαίωμα* iuſtificatio appellatur etiam pœna
quâ quis eſt afficiendus, vt notat Origenes *ho-
milia* 11. *in Leuiticum*: & ita accipitur *Leuitici
cap.* 24. 22.

B Pœnitentiæ huius multæ variæque dicuntur
eſſe viæ, quò faciliorem Deus faceret Pœniten-
tiam, vt ait D. Chryſoſtomus *homilia* 57. *quæ
eſt* 9. *de Pœnitentia*; eaſque ſigillatim deſcribit.
Prima eſt, inquit, Confeſſio: dic, *peccaui*, &
ſoluiſti peccatum: habes & aliam viam Pœni-
tentiæ opportunam, quà poteris & à peccatis te
vindicare, ora per ſingulas horas, neque orans
deficias, & neque negligenter Dei clementiam
implora; non repellet perſeuerantem, ſed pecca-
ta dimittet, & petita concedet; multùm enim
oratio poteſt: habes & aliam Pœnitentiæ viam
haud difficilem; defle ſuper peccatum tuum; &
ita Petrus peccauit & fleuit amarè; nam quæ ſe-
cundum Deum eſt triſtitia, Pœnitentiam in ſa-
C lutem incommutabilem operatur, 2. *Corinth.* 7.
10. habes & aliam nempe eleemoſynam, & ie-
iunii laborem; eleemoſynam, quoniam Pœni-
tentia ſine eleemoſyna mortua eſt, & ſine pen-
nis nequit volare Pœnitentia, pennas eleemo-
ſynæ non habens; quare Cornelio dictum eſt
Act. 10. eleemoſynæ tuæ & orationes in cœlum
aſcenderunt; nam ſi in Paradiſo ieiunium ne-
ceſſarium fuit, multò magis extra Paradiſum; il-
lud enim ab omni ligno, quod eſt in Paradiſo co-
medes, de ligno verò ſcientiæ boni & mali non
comederis, ſpecies jeiunii eſt. Hactenus D.
Chryſoſtomus. Denique vno verbo, & gene-
raliter, Pœnitentiæ via Regia & certiſſima eſt, ſi,
D vt Zachæus, commiſſa peccata contrariis rectè
factis compenſemus, vt ait D. Baſilius *in Regu-
lis breuioribus, cap.* 5. Hæ ſunt viæ Pœnitentiæ.
Et Theodoretus *Eſaia cap.* 57. 17. explicat illa
verba, *vias eius vidi de Pœnitentia*: cùm vidiſ-
ſem, inquit, illorum Pœnitentiam, & vultus
oriſque triſtitiam, Conſolationem ipſis imper-
tii: nam vt ait Baſilius Seleuciæ Epiſcopus *ora-
tione* 12. hæc veræ Pœnitentiæ indicia, lugens
anima, plorantes oculi, improbitatis correctio,
impietatis fuga, carnis contritio, animi contra-
ctio, iniuſtitiæ deſertio. Atque etſi nulla eſ-
ſent præcepta, ſufficerent exempla Dauidis in
Veteri Teſtamento, & mulieris Peccatricis in
E Nouo: nam Dauidis lacrymas pro Pœnitentiæ
lege fuiſſe ſcribit Baſilius Seleuciæ Epiſcopus
oratione 17. Prophetæ lacrymæ, pro Pœniten-
tiæ lege ſunt: monſtrauit quomodo curentur
animæ vulnera; monſtrauit ecquod ſit antiphar-
macum, monſtrauit amicas eſſe Deo lacrymas.
Peccatricis quoque exemplum proponit Gre-
gorius Nyſſenus *oratione in eos, qui alios acer-
bius iudicant*: nunc mihi vos, quibus in viam
redeundum eſt atque reſipiſcendum, attendite ſi
vultis diſcere, quomodo de peccatis dolere, &
erroribus veſtris ingemiſcere debeatis; mulie-
rem nobis à Luca in præſentia deſcriptam conſi-

derare, illius animi demiſſiooem atque pruden-tiam æmulamini, abſolutumque in ea nobis exemplum conſtituite; quæ Phariſæi domum ingreſſa, nec cooviuarum multitudinem erubuit, nec conuiuii tempus importunum exiſtimaoit, quo minùs ad confeſſionem confugeret; ſed affecta dolore, & peccata quæ commiſerat vehementer deteſtata, ne momentum quidem temporis ſibi interponendum exiſtimauit, quos minùs ſtatim ad peccatorum Medicum accederet.

Videodum nunc eſt an omnia peccata ſint remiſſibilia per pœnitentiam: nam peccata quædam ſunt ad mortem, quædam oon mortifera, vt ait Origenes *tractatu 6. in Matthæum, & in Ezechielem homilia 9. cap.* 17. quod, inquit, inæqualia ſunt peccata, ſcriptoris vtentibus, nulli dubium eſt; alia quippe magna, alia mioora ab his eſſe dicuntur: idemque obſeruat *homilia 5. Leuitici cap.* 7. diſtinctè mandari ritum ſacrificii pro peccato, & ſacrificii pro delicto, & delictum eſſe leuius commiſſum quàm peccatum: & *in epiſt.* 1. *Catholica Ioannes cap.* 5. eſt ἁμαρτία πρὸς θάνατον, & ἁμαρτία μὴ πρὸς θάνατον: & Cyrillus *Commentario in Amos*: fortia, inquit, peccata cenſemus eſſe grandia & intolerabilia; non enim omue peccatum eſt ad mortem iuxta ſapientiſſimam Ioaonis vocem. *Amos* autem *cap.* 49. vocat fortia peccata ἰσχυρὰς ἁμαρτίας: & Tertullianus quoque peccata diſtinguit inter remiſſibilia, & irremiſſibilia *lib. de pudicitia cap.* 2. & inter leuiora & maiora, *cap.* 18. Et *Matthæi* 12. 30. *Marci* 3. 28. & *Lucæ* 12. 10. blaſphemia cootra homines remittitur, blaſphemia contra Spiritum ſanctum non remittitur, neque in hoc ſæculo, neque in futuro.

Dicendum eſt quoſdam cenſuiſſe quædam peccata eſſe omnino irremiſſibilia, vel ſaltem non remittenda ab Eccleſia, & Deo reſeruanda; nempe illa omnia quæ dicuntur ad mortem à D. Ioanne; inter qoos fuit Tertullianus *lib. de pudicitia, cap.* 2. his verbis: cauſas Pœniteotiæ delicto condicimus; hæc dioidimus in duos exitus, alia erunt remiſſibilia, alia irremiſſibilia, ſecundum quod nemini dubium eſt, alia caſtigationem mereri, alia damnationem; omne delictum aut venia expungit aut pœna; venia ex caſtigatione, pœna ex damnatiooe. De iſta differentia, jam & quaſdam præmiſimos altercatiooes ſcripturarum, hioc retineotium, hioc dimittantium delicta; ſed & Ioannes docebit: ſi quis ſcit fratrem ſuum delinquere, delictum noo ad mortem poſtulabit, & dabitur ei vita, quia oon ad mortem delinquit, hoc erit remiſſibile: eſt delictum ad mortem, pro illo dico vt quis poſtulet, hoc erit irremiſſibile; ita vbi eſt conditio vel ratio poſtulationis, illic etiam remiſſionis; vbi nec poſtulationis, ibi æque nec remiſſioois: ſecundum hanc differentiam delictorum, Pœnitentiæ quoque conditio diſcriminatur, alia erit, quæ veniam conſequi poſſit, in delicto ſcilicet remiſſibili, alia quæ conſequi nullo modo poſſit, in delicto ſcilicet irremiſſibili. Et inter irremiſſibilia hæc ponit, homicidium, idololatriam, mœchiam, blaſphemiam, negationem *cap.* 19. & hìc enim illam (diſtinctionem) Ioannes commendauit, quod ſint quædam delicta quotidianæ incurſionis, quibus omoes ſimus objecti; cui enim non accidit, aut iraſci iniquè, & vltra ſolis occaſum, aut & manum immittere, vel facilè maledicere, vel temerè iurare, vel fidem pacti deſtruere, vel verecundiâ, vel neceſſitate mentiri? in negotiis, in officiis, in quæſtu, in victu, in viſu, in auditu, quanta tentamus, vt ſi nulla ſit iſtorum venia, nemini ſalus competat? horum ergo erit venia per exoratorem patris Chriſtum: ſunt autem & iſtis contraria, vt grauiora & exitioſa, quæ veniam non capiunt, homicidium, idololatria, fraus, negatio, blaſphemia, vtique & mœchia, & fornicatio, & ſi qua alia violatio templi Dei. Ille tamen ita dicit irremiſſibilia, vt ſcilicet oon ſint ab Eccleſia remittenda, Deoque reſeruanda, ita vt Eccleſia remittat leuiora delicta, Deus vero maiora, *cap.* 18. ſaluâ pœnitentiæ ſpecie poſt fidem, quæ vel leuioribus delictis veniam ab Epiſcopo conſequi poterit, aut maioribus atque irremiſſibilibus à Deo ſolo: & *cap.* 22. quis permittit donare, quæ Deo reſeruanda ſunt? Is videtur tameo exiſtimaſſe poſſe ea remittere Eccleſiam, ſed noo debere, *cap.* 21. poteſt, inquit, Eccleſia donare delictum, ſed oon faciam, ne & alia delinquant: idem teſtatur D. Cyprianus *epiſtola ad Antonianum*: & quidem, inquit, apud Anteceſſores noſtros, quidam de Epiſcopis iſtic in Prouincia noſtra dandam pacem Mœchis oon putauerunt, & in totum Pœnitentiæ locum contra adulteria clauſerunt, non tamen ab Epiſcoporum ſuorum collegio receſſeruot, aut Eccleſiæ Catholicæ vnitatem vel duritiæ, vel cenſuræ ſuæ obſtinatione ruperuot; vt quia apud alios adulteris pax dabatur, qui noo dabat ſepararetur; manente concordiæ vinculo, & perſeuerante Eccleſiæ indiuiduo Sacramento. Illi ergo noo erant hæretici, quia non negabant Eccleſiæ illam poteſtatem à Chriſto eſſe datam, ſed vſum illius denegabant, 1. vt dixit Tertullianus *dicto cap.* 21. Eccleſia noo donabat hæc peccata, ne alii delinquerent. 2. hoc fiebat ad aliorum ædificationem & terrorem, Origenes *homilia* 9. *in Hieremiam*: hæc autem in Eccleſia ſæpe accidentia poſſumus conſiderare: peccauit quiſpiam, & poſt peccatum poſtulat communionem; ſi ei conceditur quod rogat, in incommodum omnium venia prona procedit, & laxatis frænis, ſceleribus panditur via; ſin vero cum rationabili deliberatione noo vt miſericors, nec rurſum vt crudelis iudex, ſed & quaſi vni prouidens, & de omnium ſalute pertractans, conſiderauerit populi damnum in vnius venia, haud dubium eſt quin faciat ejici vnum de Eccleſia, vt multos ſaluet incolumes; nam ſcriptum eſt, peccantem coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant. Hanc verò opinionem non ſequuta eſt Eccleſia Romana, vt conſtat ex ipſomet Tertulliano *toto libro de pudicitia*: nec D. Cyprianus *epiſtola ad Antonianum*, nec D. Auguſtinus, qui *libro de fide & operibus*, exiſtimauit dari Pœnitentiam idololatris, impudicis, & homicidis: qui autem opinantur, inquit, & cætera eleemoſynis compenſari; tria tamen mortifera eſſe, non dubitent excommunicatione puniendo, donec humiliore Pœnitentiâ ſanentur, impudicitiam, idololatriam, homicidium. Et multò minùs D. Chryſoſtomus, magnus pœnitentiæ Præſul, vt apparet *Parænesi* 1. *ad Theodorum lapſum, cap.* 5. *ſupra citato*. Sequutus tameo videtur Pacianus rigorem & cenſuram Tertulliani, *Parænesi ad Pœnitentiam*, vbi oſtendit leniora quædam peccata redimi, non verò mortifera: tenacitas, inquit, humanitate redimetur,

conuitium ſatisfactione penſabitur, triſtitia iucunditate, aſperitas lenitate, grauitate leuitas, honeſtate peruerſitas: quid verò faciet contemptor Dei? quid aget ſanguinarius? quod remedium capiet fornicator? iſta ſunt capitalia, fratres, iſta mortalia: & probat ex Ioanne, &c. quid ergo? moriendum eſt, &c. hæc quicumque poſt fidem fecerit Dei faciem non videbit; deſperauere tantorum criminum rei; quid vobis ergo feci? &c. Illi ergo peccata ad mortem ita acceperunt, vt eſſent peccata, quibus non eſſet danda venia ab Eccleſia, etiam ſi pœniterent, licet ea poſſet dari: nam qui eam dari non poſſe dixerunt, habiti ſunt hæretici, vt ait D. Auguſtinus *homilia* 27. *cap.* 3. fuerunt qui dicerent quibuſdam peccatis non eſſe dandam Pœnitentiam, & excluſi ſunt de Eccleſia, & hæretici facti ſunt; in quibuſcumque peccatis, non perdit viſcera pia Mater Eccleſia.

Alii verò peccata ad mortem putauerunt, quibus non poteſt dari remiſſio, non defectu Poteſtatis; ſed defectu Pœnitentiæ: & ita OEcumenius explicat *Ioannem epiſt.* 1. de Impœnitentibus: nam ſolum, inquit, hoc peccatum eſt ad mortem, quod ad pœnitentiam non reſpicit; quo cùm ægrotaſſet Iudas, in ſempiternam mortem abductus eſt: & D. Auguſtinus *ſermone* 11. *de verbis Domini in Euangel. ſecundum Matthæum*, verba illa in quibus dicitur apud Matthæum *cap.* 12. blaſphemiam contra Spiritum Sanctum non remitti, neque in hoc ſæculo, neque in futuro, intelligit de impœnitentia; impœnitentiam enim obicem ponere remiſſioni peccatorum, quæ fit dono Spiritus Sancti, quia poſt peccatum ſemper Pœnitentia impetrat remiſſionem, aliter enim hunc locum non poſſe intelligi; faceturque nullum ſibi videri locum difficiliorem in ſcriptura *cap.* 5.

Dici tamen poteſt verum eſſe quod ait D. Auguſtinus, impœnitentiam non remitti quandiu durat; nam aliquis poteſt eſſe aliquando impœnitens, & poſteà Pœnitens: verum in dicto *cap.* 12. agitur de blaſphemia in Spiritum Sanctum, cùm quis detrahit Spiritui Sancto, eius opera tribuit Diabolo, vt explicat D. Baſilius *in Regulis breuioribus*, *cap.* 273. perſpicuum eſt eum blaſphemare Spiritum Sanctum, hoc eſt actus & fructus Spiritus Sancti, qui aduerſario eius eos tribuit: & Pacianus *epiſt.* 3. ait non remitti blaſphemiam in Spiritum Sanctum, quia inexcuſabilis eſt error, tribuere Diabolo quæ ſunt Dei; nec infirmitatis eſt humanæ hoc peccatum, ſed Diabolicæ peruerſitatis. Denique dicit omnia peccata quibus Dominus comminatur, eſſe præſentia & manentia, de quibus nulla fit, aut facta eſt Pœnitentia, & perſeueratur in eis.

Illi tamen qui non admittebant idololatras, homicidas, & mœchos ad Pœnitentiam, exiſtimabant eos agere poſſe Pœnitentiam; ſed quæ negotietur ſalutem apud ſolum Deum; nec eam vanam futuram: delicta enim illa ad Dominum remiſſa, & illi proſtrata, hoc magis operabuntur veniam, quod eam à ſolo Deo quis exorat, vt ait Tertullianus *cap.* 3. *de pudicitia*.

Nouatiani autem illum rigorem Tertulliani & aliorum, conuerterunt in articulum fidei, & dixerunt quod poſt Baptiſmum pœnitere non liceret, vt refert D. Baſilius *homilia* 28. *de Pœnitentia*, vbi refert illos quidem admiſiſſe Pœni-

A tentiam in veteri Teſtamento, & ante Baptiſmum, non in nouo poſt Baptiſmum; & dicere quod ſi ante Seruatoris Paſſionem, priuſquam ille ſacratiſſimus ſanguis pro nobis effunderetur, de Pœnitentia aliquid legitur, id in veteri Teſtamento eſt, quo peccatum quidem eſſe remiſſum, in nouo verò non eſſe remiſſionem propter Paſſionem: quod & hodiè dicunt Hæretici noſtri; & locus eſt ſingularis. Et Gregorius Nazianzenus *oratione* 35. aſſerit Nouatum authorem huius hæreſis, & Nouatianos poſt Baptiſmum non admiſiſſe Pœnitentiam, ſed ante Baptiſmum; dixerunt denique Eccleſiam donare non poſſe peccatum mortale, vt teſtatur Pacia- B nus *epiſt.* 3. *contra tractatus Nouatianorum*; & Socrates *lib.* 5. *cap.* 7. & Sozomenus *lib.* 1. *cap.* 21. & 25. Nouatiani tamen referebant ſuam doctrinam ad Cataphrygas apud dictum Pacianum *epiſt.* 3. Nouatiani dicti ſunt à Nouato, & Nouatiano, teſte eodem Paciano *epiſt.* 1. & Nouatus & Nouatianus diuerſi ſunt hæretici, Nouatus enim fuit Africanus, *epiſt. Cypriani* 19. & *Paciani epiſt.* 3. Nouatianus Romanus Preſbyter, quem ſæpè confundunt cum Nouato, & hic ſe addixit Nouato.

Rurſus ſciendum, quædam fuiſſe peccata propter quæ concedebatur Pœnitentia, ſed commu- C nio denegabatur; vt quando quis peccator nunquam ſe repræſentabat Eccleſiæ vt acciperet pœnitentiam, & graui morbo correptus petebat pœnitentiam & communionem; taliter enim obſtinato dabatur in ægritudine Pœnitentia, non communio, ſeu Pœnitentia ſine ſpe communicationis & pacis. Cyprianus *epiſt. ad Antonianum*: idcirco frater chariſſime Pœnitentiam non agentes, nec dolorem delictorum ſuorum toto corde & manifeſtâ ſuæ lamentationis profeſſione teſtantes, prohibendos omnino cenſuimus à ſpe communicationis & pacis, ſi in infirmitate atque periculo cœperint depreca- D ri, quia illos rogare non delicti Pœnitentia, ſed mortis vrgentis admonitio compellit; nec dignus eſt accipere ſolatium, qui ſe non cogitauit eſſe moriturum. Et Innocentius 1. *epiſt.* 3. *ad Exuperium cap.* 2. huius rei reddit rationem: & hoc quæſitum eſt quid de his debeat obſeruari, qui poſt Baptiſmum omni tempore incontinentiæ & voluptati dediti, in extremo fine vitæ ſuæ Pœnitentiam ſimul & Reconciliationem communionis expoſcunt: de his obſeruatio prior durior, poſterior interueniente miſericordiâ inclinatior eſt: nam conſuetudo prior tenuit, vt concederetur eis Pœnitentia, ſed Communio negaretur; cum enim illis temporibus crebræ E perſecutiones eſſent, ne Communionis conceſſa facilitas homines de Reconciliatione ſecuros non reuocaret à lapſu, negata meritò Communio eſt, conceſſa Pœnitentia, ne totum penitus negaretur; & duriorem remiſſionem fecit temporis ratio: ſed poſtquam Dominus noſter Pacem Eccleſiis ſuis reddidit, jam depulſo terrore communionem dari abeuntibus placuit, & propter Domini miſericordiam Viaticum profecturis, ne Nouatiani hæretici negantis veniam, aſperitatem & duritiam ſubſequi videremur: tribuetur ergo cum Pœnitentia extrema communio, vt homines eiuſmodi vel in ſupremis ſuis, permittente Saluatore noſtro, ab exitio perpetuo vindicentur.

Et ſane propter hanc rationem priſcæ ſeueri-

tatis Cyprianus, ait *epiſtola ad Antonianum*, à ſe A libellaticis & lapſis non fuiſſe laxatam Pacem, vt eorum mentes animarentur, non ſolùm ad Pœnitentiam, ſed ad Martyrium, & ad repetendum certaminis agonem; qui agon quotidie tunc celebrabatur: & ita qui vere Pœnitebat poterat coronari, & fatetur etiam ſe aliquando prohibuiſſe à ſpe communicationis & pacis eos qui in infirmitate peterent Pœnitentiam, in tantùm vt licet moniti ad ipſum ſcripſiſſent Presbyteri, & Diaconi multos lapſos immoderatos eſſe, & vrgere ad communicationem, noluerit tamen mutare ſententiam, & nulli de lapſis voluerit communicare; & iuſſerit ne ſui Presbyteri B communicarent, *in dicta epiſt. ad Antonianum*. Idem agnoſcit tamen ſe poſteà mutaſſe ſententiam, habito de ea re in Africa concilio, & alio Romæ à Cornelio; & iuxta eorum conciliorum definitionem neceſſitati temporum incubuiſſe, & ſaluti multorum prouidendum putaſſe; quæ varietas ſententiæ ei objecta eſt ab Antoniano *in dicta epiſtola*. Quare Innocentius 1. *loco citato* per obſeruationem illam priorem, quâ Pœnitentia non Communio dabatur, intelligit eam obſeruationem ſecundum, quam D. Cyprianus non dabat communionem lapſis etiam in infirmitate; per obſeruationem poſteriorem & inclinatiorem intelligit eam, quæ obſeruata fuit ab eodem D. Cypriano, habito concilio à Cornelio Romæ, & ab ipſo in Africa, per C quam etiam in infirmitate recurrentes ad Pœnitentiam, ad communionem quoque admittebantur, vt apparet ex his verbis D. Cypriani: ſi qui enim in infirmitatibus occupantur, illis ſicut placuit, in periculo ſubuenitur: & notanda ſunt verba, *ſicut placuit*, ſcilicet concilio Romano & Africano, vt oſtendat ſe ex ſua ſententia non loqui. Potuit etiam Innocentius 1. intelligere *canonem* 22. *concilii Arelatenſis* 1. in quo dicitur de his qui apoſtatant, & nunquam ſe ad Eccleſiam repræſentant, nec quidem Pœnitentiam agere quærunt, & poſtea in infirmitate correpti petunt communionem, placuit eis non dandam communionem, niſi reualuerint & egerint fructus dignos Pœnitentiæ. D Et ita durior illa prima obſeruatio, fuit in vſu in Gallia ante Innocentium 1. nam illud concilium habitum eſt anno Chriſti 314. & epiſtola Innocentii 1. ſcripta eſt annò 405. Ex quo concilio patet Patres Arelatenſes fuiſſe ſequutos priorem ſententiam D. Cypriani, non poſteriorem, licet poſterior niteretur duobus conciliis: eodem tamen anno 314. Patres Ancyrani receperunt eos ad communionem, qui in infirmitate petebant Pœnitentiam, *can.* 6. & fruſtra ſe torquet Binius in concilio Eliberitano, dùm quærit an ad Cyprianum; aut ad Eliberitanum concilium referenda ſint E verba Innocentii 1. ad vtrumque enim referri poſſunt: nam in concilio Eliberitano, hi qui in infirmitate Pœnitentiam & Communionem petebant, non admittebantur ad eam, ſi in toto decurſu vitæ nunquam eam petiiſſent, vt apparet *ex Burchardo lib.* 19. *cap.* 154. de his qui apoſtatant, & tarò ſe ad Eccleſiam repræſentant, nec quidem Pœnitentiam agere quærunt, & poſteà infirmitate arrepti petunt communionem, placuit non dandam eis communionem; qui tamen canon non extat niſi ſit pars canonis 46. in quo dicitur, ſi quis fidelis, apoſtata, per infinita tempora ad Eccleſiam non acceſſerit, ſi tamen aliquando fuerit reuerſus nec fuerit idololatra, poſt decem annos placuit eum accipere communionem: & poſtea ſequatur, de his qui apoſtatant, & tarò ſe ad Eccleſiam repræſentant, &c. vt eſt in canone Burchardi; ita vt ſint duo caſus, vnus *in dicto can.* 46. de his Apoſtatis, qui per infinita quidem tempora non accedunt ad Eccleſiam, & tamen aliquando accedunt in bona valetudine conſtituti, & poſt annos Pœnitentiæ, Communionem accipiunt, alter vero in dicto *can.* Burchardi ſit de his, qui non petunt Pœnitentiam niſi in infirmitate, quibus ideò communio denegatur: nam ſimiliter *canon* 64. continet hos duos caſus, agitur enim de muliere adultera, quæ ſi in infirmitate petat Pœnitentiam non accipit Communionem: ſi non in infirmitate, accipit eam poſt Pœnitentiam decem annorum: Si qua mulier, inquit, vſque in finem mortis ſuæ cum alieno fuerit viro mœchata, placuit nec in fine dandam ei eſſe communionem: Si vero eum reliquerit, poſt decem annos recipi ad communionem actâ legitimâ Pœnitentiâ. Et tandem in Synodo Nicæna rectè conſtitutum eſt *can.* 13. vt nulli communionem atque Euchariſtiæ participationem petenti in exceſſu, denegaretur. De his, ait, qui excedunt, antiqua & canonica lex nunc quoque ſeruetur; vt ſi quis vita excedat, vltimo & maximè C neceſſario Viatico ne priuetur; ſi autem deploratus & communionem aſſequutus, rurſus in viuos relatus ſit, cùm iis ſit qui orationum ſunt tantùm communionis participes: in ſumma autem, de quolibet excedente & Euchariſtiæ participationem petente, Epiſcopus cum examinatione eum oblatione impertiat. Iuxta quem canonem Syneſius *epiſt.* 67. iuſſit vt Lamponianus, ſi neceſſitas mortis immineret, ſolueretur vinculis excommunicationis: nullus enim, ait, quantum in me erit, Eccleſiaſticis vinculis obſtrictus morietur. Idem conſtitutum eſt *in can.* 13. 26. *quæſt.* 6. & ab Hincmaro *in Capitulis anno* 12. *editis*, *cap.* 1. Hoc, inquit, tamen omnimodis ab omnibus caueatur, vt nemo Pœnitens, & D cum deuotione petens, vltimâ Pœnitentia, vel vltimo Viatico defraudetur, ea conuenientiâ vt ſi conualuerit, ſecundum Eccleſiaſticas Regulas agat Pœnitentiam & Reconciliationem, quantùm ſibi Deus conceſſerit in ordine Pœnitentium.

Item quædam erant crimina, propter quæ, Pœnitentia quidem dabatur, ſed Communio non dabatur niſi in exitu vitæ; vt iis, qui iniiſſent animalia rationis expertia, quinquageſimum annum ætatis tranſgreſſi, *Synodo Ancyrana can.* 16. & voluntarii homicidæ, *ead. Synodo can.* 23. & fœmina quæ nupſiſſet duobus fratribus *Synodo Neocæſarienſi can.* 2. & qui Chri- E ſtum negaſſent *can.* 7. *ad Amphilochium*, & ſic de aliis multis.

Denique ſciendum, non fuiſſe admiſſos Pœnitentes ad 2. Pœnitentiam; ita vt Pœnitentia publica non iteraretur. Tertullianus *lib. de Pœnitentia*, collocauit in veſtibulo pœnitentiam ſecundam, quæ pulſantibus pateſaciat; ſed jam ſemel, quia jam ſecundo; ſed ampliùs nunquam, quia proximè fruſtrà: & D. Ambroſius *lib.* 2. *de Pœnitentia* . *cap.* 10. & refertur *can.* 2. *diſt.* 3. *de Pœnit.* meritò reprehenduntur qui ſæpius agendam Pœnitentiam putant, quia luxuriantur in Chriſto: nam ſi verè agerent Pœnitentiam,

A iterandam non putarent; quia ſicut vnum Baptiſma, ita vna Pœnitentia quæ tamen agitur publicè, nam quotidiani nos debet pœnitere peccati; ſed hæc delictorum quidem leuiorum, illa vero grauiorum: & D. Auguſtinus *epiſt.* 54. *ad Macedonianum*, & refertur *can.* 22. *diſt.* 3. *de Pœnitentia*, quamuis cautè, & ſalubriter prouiſum ſit, vt locus illius humillimæ Pœnitentiæ ſemel in Eccleſia concedatur, ne medicina vilis minùs eſſet vtilis ægrotis, quæ tantò magis eſt ſalutaris, quanto minus fuerit contemptibilis; quis tamen audeat dicere Deo, quare huic homini, qui poſt primam Pœnitentiam, rurſus ſe laqueis iniquitatis obſtringit, adhuc iterum parcis? & ante illos Clemens Alexandrinus *lib.* 5. *Stromatum*: eum, qui accepit remiſſionem peccatorum non oportet amplius peccare, nempe in prima & ſola peccatorum Pœnitentia, &c. dedit ergo cùm ſit multæ miſericordiæ (Deus) iis B etiam qui fide in aliquod peccatum inciderint, ſecundam Pœnitentiam, quam ſi quis tentatus fuerit poſt vocationem, coactus, & callidè circumuentus, vnam adhuc non Pœnitendam acceperit Pœnitentiam: & vtitur loco Pauli *ad Hebræos* 10. voluntariè enim peccantibus nobis, &c. duas enim admittit ille Pœnitentias, vnam ante Baptiſmum quam vocat primam, aliam poſt Baptiſmum quam vocat ſecundam. Et Origenes *homilia* 15. *cap.* 25. *Leuitici*, vbi agitur de venditionibus domorum, & redemptionibus, ſiue illæ domus eſſent in vrbe, ſiue in agro; & dicitur venditas domos, quæ erant in vrbe C potuiſſe redimi intra annum, venditas, vero domos quæ erant in agris, potuiſſe ſemper redimi & recuperari reſtituto pretio, item & venditas domos Sacerdotum: Origenes verò comparat Venialia peccata venditionibus domorum quæ ſunt in agro, & Pœnitentiam redemptioni eorum; quia ſicut illæ domus poterant ſemper redimi & recuperari reddito pretio, ita & peccata quibus venundati ſumus, poſſunt redimi Pœnitentiâ, quaſi pretio, id eſt ſatisfactione, & fructibus laborioſis illius; Mortalia verò, quæ muro dogmatis Eccleſiaſtici cincta ſunt, comparat domibus, quæ ſunt intra vrbem muro cinctam, quæ non poſſunt redimi niſi vno anno, vt mortalia & grauiora crimina non poſſunt redimi niſi D vnicâ Pœnitentiâ: ſi nos, inquit, aliqua culpa mortalis inuenerit, quæ non in crimine mortali, non in blaſphemia fidei, quæ muro Eccleſiaſtici, & Apoſtolici dogmatis cincta eſt; ſed vel in ſermonibus vel in morum vitio conſiſtit: hoc eſt vendidiſſe domum, quæ in agro eſt, vel in vico cui murus non eſt: hæc ergo venditio, huiuſmodi culpa reparari poteſt, nec aliquando tibi interdicitur de commiſſis huiuſmodi pœnitudinem agere; in grauioribus enim criminibus ſemel tantùm vel rarò pœnitentiæ locus conceditur; iſta vero communia, quæ frequenter incurrimus, ſemper Pœnitentiam recipiunt, & E ſine intermiſſione redimuntur. Nec eſt legendum ſi *mortalis* culpa, ſed ſi *moralis*, vt rectè emendauit doctiſſimus Theologus: nam manifeſta eſſet contradictio in illis verbis, ſi mortalis nos culpa inuenerit, quæ non ſit in crimine mortali; non poteſt enim eſſe culpa mortalis, quæ non ſit in crimine mortali: deinde, ſequentia oſtendunt eſſe legendum, ſi nos culpa moralis uenerit; explicant enim quæ ſit illa culpa moralis, nempe ea quæ in ſermonibus, vel in mo-

A rum vitio conſiſtit, & talia peccata dicuntur, à Tertulliano Peccata Quotidianæ incurſionis; & ab Origene *eodem loco* Communia peccata, quæ frequenter incurrimus. Et colligendum eſt ex eo quod vertit interpres, moralis culpa, in Græco fuiſſe ἠθικὰ ἁμαρτήματα: quæ verba aliter Latinè reddenda erant, & erat dicendum ſi nos aliqua culpa *communis*, vt poſteà dicit, & *ferè ſolita*, inuenerit, &c. nam vt ait, Ariſtoteles *lib.* 2. *Ethicor.* ἠθικὴ ἐξ ἔθους περιγίνεται, id eſt more comparatur, & à more deflectit. & Euſtatius *ibidem* [illegible].

Licet autem non daretur Secunda Pœnitentia illis criminibus ab Eccleſia, poterant tamen Peccatores, & debebant agere Pœnitentiam, vt à Deo remiſſionem obtinerent, vt ait D. Auguſtinus *epiſt.* 54. *ad Macedonium*, & refertur *can.* B 23. *diſt.* 3. *de Pœnit.* In tantum autem hominum aliquando iniquitas progreditur, vt etiam poſt actam Pœnitentiam, poſt Altaris Reconciliationem, vel ſimilia, vel grauiora committant, & tamen Deus facit etiam ſuper tales oriri ſolem ſuum, nec minus tribuit quàm antea tribuerat, largiſſima munera vitæ & ſalutis: & quamuis eis in Eccleſia locus humillimæ Pœnitentiæ non concedatur, Deus tamen ſuper eos Pœnitentiæ ſuæ non obliuiſcitur: ex quorum numero ſi quis dicat, aut date mihi eandem iterum Pœnitendi locum, aut deſperatum me permittite vt faciam quidquid libuerit, quantùm meis opibus adiuuor, & humanis legibus C non prohibeor, in ſcortis omnique luxuria, damnabili quidem apud Dominum, ſed apud homines pleróſque etiam laudabili; aut ſi me ab hac nequitia reuocaris, dicite vtrum mihi aliquid proſit ad vitam futuram, ſi in iſta vita illecebroſiſſimæ voluptatis blandimenta contempſero, ſi libidinum incitamenta frænauero, ſi ad caſtigandum corpus meum multa mihi etiam licita & conceſſa ſubtraxero, ſi me pœnitendo vehementiùs quàm prius excruciauero, ſi miſerabilius ingemuero, ſi fleuero vberiùs, ſi vixero meliùs, ſi pauperes ſuſtentauero largiùs, ſi charitate quæ operit multitudinem peccatorum flagrauero ardentiùs; quis noſtrum ita deſipit, vt D huic homini dicat, nihil tibi iſta proderunt in poſterum; vade ſaltem vitæ huius ſuauitate perfruere? auertat Deus tàm immanem ſacrilegii dementiam. Nam vt ait D. Cyprianus *epiſt. ad Antonianum*, ſiue Eccleſia condemnet iuſtum, ſiue abſoluat fictum, non præiudicat iudicio Dei, qui iudicabit quomodo quis egerit Pœnitentiam, & emendabit ſententiam ſeruorum ſuorum; Deus enim non deridetur, & cor hominis intuetur.

Tandem vero placuit Eccleſiæ Secundam & Tertiam, & deinceps Pœnitentiam non denegari; in tantum vt toties daretur quoties aliquis peccaret: D. Chryſoſtomus *homilia* 58. *de Pœ-* E *nitentia* 9. quoties cecideris in foro, toties exurgis; ſic quoties peccaueris peccati pœniteat nec deſperes tametſi ſecundo peccaueris, ſecundo pœniteat; neque animo conſternatus à ſpe bonorum repoſitorum cadas; quamuis nouiſſimo in vitæ die peccaueris, ingredere Eccleſiam, Pœnitentiam age: medicinæ locus eſt hic non iudicii, non pœnas exigens, ſed peccatorum remiſſionem tribuens: & *homilia* 3. *de Pœnitentia*. non quieſcam dicere hæc, quotidie peccas?

quotidianam age Pœnitentiam, &c. & D. Auguſtinus *ſermone 56. de tempore*, 2. *de Pœnitentia*, nemo nec poſt centum peccata, nec poſt mille crimina, de miſericordia diuina deſperet: & D. Baſilius *epiſt. ad Virginem lapſam*, num qui cadit, non reſurgit? aut qui ſe auertit non conuertitur? non enim ſi quis cecidit debet etiam pronolui. Epiphanius quoque *hæreſi* 59. ait Petrum ter negaſſe, & ter reuocatum eſſe: Petrum poſt negationem reuocat Dominus; & ad triplicem illam negationem compenſandam, ter ipſum ad Confeſſionem indusit: & Amphilochius *oratione de Pœnitentia* refert ex libro Sanctorum, de quodam fratre, qui per decem annos, & vltrà, ſpiritu fornicationis ſuperante, quotidie in peccato deprehendebatur, & quotidiè inueniebatur Dominum ſuum lacrymis & precibus placans; ita vt conſuetudine quotidiè peccaret, & commiſſo peccato, ad Eccleſiam accurreret, verè dolens & pœnitens; ſed iterum egreſſus da Eccleſia in peccatum incideret, & rurſus in Eccleſiam fugeret & doleret; & ita nec à peccato, nec à confeſſione ceſſaret: vnde tandem vnâ die cùm peccaſſet, & in Eccleſiam profectus eſſet, vtrumque curſu feciſſet, iactauit ſe in ſolũ in faciem, lamentis replens aërem, ac miſericordiam Dei obteſtatus mortuus eſt, & obtinuit ſalutem. Vnde Diabolus, qui eum ſequutus fuerat, id moleſtè ferens, cœpit in Deum maledicta coniicere quaſi toties parcendo huic homini non fuiſſet iuſtus; cùm ipſe ſemel peccauerit, nec veniam habuerit? & ex parte Dei vox fulminauit in Diabolum, illi iuſte parcitum fuiſſe propter Pœnitentiam, in qua peragenda tradidit Spiritum: & D. Chryſoſtomus maximè profeſſus eſt hanc doctrinam, vt doceret Pœnitentiam eſſe dandam peccatoribus quotieſcumque peccauiſſent. Socrates *lib. 6. cap.* 19. cùm à concilio, inquit, Epiſcoporum illis, qui ſemel duntaxat poſt Baptiſmum lapſi fuerant, locus Pœnitentiæ concederetur; ille (ſcilicet Chryſoſtomus) non dubitauit dicere: ſi millies lapſus egeris Pœnitentiam; ingredere in Eccleſiam: ob quam doctrinam, & in aliorum multorum etiam qui familiares erant, offenſionem incurrit, & à Siſinnio imprimis Nouatianorum Epiſcopo, qui librum contra hoc eius dictum conſcripſit, grauiter exagitatus eſt. Vnde in Synodo ad Quercum ex ea cauſa accuſatus eſt, quod per illam doctrinam, licentiam peccantibus præberet, vt continetur in illa Synodo *apud Photium*: ſeptimum, ait, quod licentiam peccantibus præbeat, ſic docens; ſi iterum peccaſti, pœniteat iterum; & quoties peccaueris, veni ad me, ego te ſanabo: & ita D. Chryſoſtomus feneriſſimus fuit peccatoribus, & indulgentiſſimus Pœnitentibus.

Verùm aliquando Pœnitentia illa iterata, & quæ non eſt conſtans in propoſito, non videtur vera pœnitentia. D. Baſilius *concione 8. de Pœnitentia ex Commentario in Eſaiam*: non enim qui dicit peccaui, deinde in vitiis perſeuarat, hic verè confitetur; ſed qui ſuo, Dauidis imitatione, agnito peccato, illud odit abhorretque: & *in Regulis breuioribus*, *cap.* 28. ait quod qui ſemel egerit Pœnitentiam, denuò idem peccatum commiſerit, hoc argumento eſt illum primam cauſam illius peccati funditus non extirpaſſe, à qua veluti à quadam radice alia eiuſdem generis pullulare neceſſe eſt: & non videtur talibus prodeſſe

A Pœnitentia: D. Baſilius *in eadem concione*: ſicut enim ægrotanti non prodeſt Medici diligentia, ſi rebus vitæ plurimùm exitioſis ægrotus operam det, ſic neque ex delictorum condonatione quidpiam vtilitatis accipiet is qui delinquendi adhuc imbecillitate laborat; neque ſcelera ſi remittantur, quidquam ei profuerit, qui adhuc ſcelera tè flagitioſeque viuere pergit: & *can.* 15. *diſt. 3. de Pœnitent.* idem dicitur: inanis eſt Pœnitentia quam ſequens culpa coinquinat; vulnus iteratum ſanatur tardiùs, fraquenter peccans & lugens vix veniam meretur; nihil profunt lamenta, ſi replicantur peccata; nihil valet veniam à malis poſcere, & mala denuò iterare: & Iſidorus, ait *lib.* 1. *cap.* 24. qui ſce-
B leratè viuunt in Eccleſia, & communicare non deſinunt putantes ſe tali communione mundati, diſcant nihil ad emendationem ſibi proficere, dicente Propheta, quid quod dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa? nunquid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas: & periculum eſt ne magis aliquando peccetur; nam, vt dicitur in *can.* 14. *diſt. 3. de Pœnitentia*, qui admiſſa plangit, nec tamen deſerit, penè grauiori culpæ ſe ſubiicit. Et ideò D. Ambroſius dicebat *lib. 2. de Pœnitentia*, *cap.* 11. melius eſt tunc quieſcere cum exercere nequeas opera Pœnitentiæ, ne fiat in iſta Pœnitentia quod poſteà indigeat Pœnitentia; & periculum eſt etiam ne Deus poſtquàm ſæpius condonauit, non amplius ve-
C lit condonare. Diuus Baſilius *in Eſaiam*: omninò ſe veniam negaturum comminatur Deus his qui ſæpiùs collapſi, cum ſuæ benignitatis auxilio ſe erexerint, ab ipſis vitiis poſtea ſuperari ſe permittunt: ait enim, non amplius remittam vobis peccata veſtra: atque ea ratione id facere oſtendit, quod iam anteà ſæpiùs ſimilia nobis peccata condonarit. Et cùm in Hiſpania talis mos introductus fuiſſet apud fideles, vt tàm facilè tranſirent à communione ad peccatum, quàm à peccato ad communionem, ſine Pœnitentia, mos ille reprobatus eſt *concilio Toletano 3. can.* 11. Quoniam comperimus per quaſdam Hiſpaniarum Eccleſias, non ſecundum
D canones, ſed fœdiſſimè pro ſuis peccatis homines agere Pœnitentiam, vt quoties peccare libuerit toties à presbyteris ſe reconciliari expoſtulent; id pro coërcenda tam exectabili præſumptione à ſancto concilio iubetur, vt ſecundum formam canonum antiquorum detur Pœnitentia.

De Pœnitentia autem à Patribus dicitur eam eſſe faciendam de omnibus Peccatis, etiam minimis: id Cyprianus, ait clarè *epiſt.* 10. nam cum in minoribus peccatis agant peccatores Pœnitentiam, iuſto tempore & ſecundum diſciplinæ ordinem ad exhomologeſim veniant, & per manus Epiſcopi & Cleri ius excommunicationis
E accipiant: & *epiſt.* 11. nam cum in minoribus delictis quæ non in Dominum committuntur, Pœnitentia agatur iuſto tempora, & exhomologeſis fiat inſpectâ eius vitâ qui agit Pœnitentiam, nec ad communionem venire quis poſſit, niſi prius illi ab Epiſcopo & Clero manus fuerit impoſita; quantò magis in grauiſſimis & extremis delictis, cautè omnia & moderatè ſecundum diſciplinam Domini opportet obſeruari? & Cyrillus *in Amos cap.* 5. itaque ſuper paruis etiam delictis, velimus nolimus, agenda Pœnitentia ne maioribus conſciſcendis Deum

quaſi inuitum ac reluctantem irritemus, ſi enim ſortia multaque peccata fuerint, tum planè pretium nobis perſoluet, & indignationis flammam inſeret: ſortia vero peccata cenſemus eſſe grandia & intolerabilia; non enim omne peccatum eſt ad mortem. Et D. Baſilius *in Regulis breuioribus, interrogatione 4.* quærit ſi quis pro leuiſſimis etiam peccatis fratres acriter nimis vrgeat, ac dicat de iis Pœnitentiam eos agere debere, nunquid is inclemens habendus eſt, & euerſor Charitatis? hæc eius interrogatio: ſequitur reſponſio in hunc modum: cùm, inquit, aſſeueranter Dominus affirmauerit quod iota vnum, aut apex vnus non præteribit à lege, donec omnia fiant; cumque idem etiam pronuntiauerit, quod omne verbum otioſum quod loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die Iudicii; nihil omnino tanquam minutum contemni debet; qui enim rem contemnit, inquit, contemnetur ab ea: quamquam, quis eſt, qui peccatum vllum cuiuſcumque modi illud ſit, leue audeat appellare, cum aſſeueret Apoſtolus, quod per tranſgreſſionem legis Deum inhonoras? *& interrogatione 293.* quærit quomodo agi par eſt cum iis, qui cum maiora peccata declinent, minora perinde ac ſi nihil referret, committant? & reſpondet, primò, inquit, ſcire illud conuenit, differentiam hanc minorum & maiorum nuſquam in nouo teſtamento reperiri; ſi quidem vna eſt, & eadem ſententia aduerſus quælibet peccata, cùm Dominus dixerit, qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati; & concludit magnum vnicuique eſſe illud peccatum à quo quiſque ſuperatur, & exiguum quod quiſque ſuperat. Et Theodoretus obſeruat *in lib. Numeror. cap. 9.* leuiora peccata dici humana. *Numerorum* 5. inquit, vocat peccata leuiora, quia hominum naturam, cum mutationi ſit obnoxia, ab omnibus immunem eſſe peccatis eſt impoſſibile: additque illa peccata indigere expiatione & Pœnitentia. *cap. 5. Numeror. verſ. 6.* quicumque fecerit aliquod ex omnibus peccatis humanis, & deſpiciens deſpexerit, & deliquerit; anima illa, annuntiabit peccatum quod fecit, & reddet delictum, caput & quintas eius adiiciet ſuper illud, & reddet ei cui deliquit. Idem confirmatur ex Innocentio *1. epiſt. ad Decentium Eugubinum Epiſcopum, cap. 7.* De Pœnitentibus verò, qui ſiue ex grauioribus commiſſis, ſiue ex leuioribus Pœnitentiam gerunt; ſi nulla interueniat ægritudo, quintâ feriâ ante Paſcha eis remittendum, Eccleſiæ Romanæ conſuetudo demonſtrat: cæterùm de pondere æſtimando delictorum Sacerdotis eſt iudicare, vt attendat ad confeſſionem Pœnitentis, & ad fletus, atque lacrymas corrigentis, ac tum iubere dimitti cùm viderit congruam ſatisfactionem. Sanè ſi quis in ægritudinem inciderit, atque vſque ad deſperationem deuenerit, ei eſt ante tempus Paſchæ relaxandum. Et *in Capitularibus, lib. 5. cap. 67.* de Pœnitentibus qui grauioribus leuioribuſque commiſſis Pœnitentiam gerunt, in quo eadem verba Innocentii primi planè continentur, vt & apud Iſaac Lingonenſem *de Pœnitentibus cap. 15.*

Pœnitentes habebantur tanquam alieni à Communione vel propter ipſum peccatum, vel propter ſtatum Pœnitentis. D. Auguſtinus *lib. 5. de Ciuitate Dei, cap. 20.* per pœnitentiam malamque conſcientiam quiſque ab eodem corpore Chriſti ſeparatus eſt: ille enim ibi vtramque rationem comprehendit propter quam aliquis debet eſſe abſtentus à communione. Rurſùs propter peccatum; nam vt ait Gregorius Nyſſenus *oratione aduerſus eos qui acerbiùs & duriùs alios iudicant*, à myſteriis quidem arcanorumque communione Sacramentorum culpâ noſtrâ decidimus & ſeparamur. Et ita Patres concilii *Lugdunenſis 1. cap. 3.* loquentes de Rege qui crimen aliquod grauiſſimum commiſerat, dicunt illum, cùm deliquit, ſemetipſum ab Eccleſiæ communione ipſo facto ſuſpendiſſe: quod ſi Rex præcellentiſſimus ab Eccleſia vel Sacerdotum communione vltro ſe ſuſpenderit, locum ei dantes ad ſacræ Matris gremium veniendi.

Propter Statum etiam Pœnitentis arcentur à communione Pœnitentes. D. Auguſtinus *homilia 27.* reſtat ergo tertium Pœnitentiæ genus, vnde aliquid breuiter dicam, vt adiuuante Domino propoſita & promiſſa perſoluam. Eſt Pœnitentia grauior atque luctuoſior, in qua propriè vocatur Pœnitens, etiam à ſacramentis Altaris participandis; ne accipiendo indignè, iudicium manducent & bibant; & *epiſt. 108.* in qua etiam dicitur, qui ſint Pœnitentes; agant etiam homines pœnitentiam ſi poſt Baptiſmum ita peccauerint, vt excommunicari & poſteà reconciliari mereantur, ſicut agunt in omnibus Eccleſiis, qui propriè Pœnitentes appellantur: & *epiſt. 118. cap. 3.* licet loquatur ex quorumdam ſententia, cui ſuam quoque accommodat, ait: quod ſi Pœnitentes Communionem acciperent ante completam Pœnitentiam, indignè illam acciperent: debet, inquit, quiſque ab Altario remoueri ad agendam Pœnitentiam, & eadem authoritate reconciliari, hoc eſt enim indignè accipere ſi eo tempore accipiat quo debet agere Pœnitentiam. Et Iſidorus *lib. 1. de officiis Eccleſiaſticis*: qui manducat, ait, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit; hoc autem eſt indignè accipere, ſi eo tempore quis accipiat quo debet agere Pœnitentiam. Et *in excerptionibus Egberti Archiepiſcopi Eboracenſis, cap. 39.* Pœnitentes, ait, ſecundum canones non debent communicare ante conſummationem Pœnitentiæ: & Balſamo *in can. 6. Synodi Carthaginenſis*, ii quibus pœna, quæ alias Pœnitentia dicitur, eſt iniuncta, & ab Eccleſia arcentur, non permittuntur cum fidelibus conſiſtere; ſed per ſe Deum laudare non prohibentur.

Qui igitur erant in Pœnitentia eliminabantur ab Eccleſia tempore Communionis Myſteriorum, teſte Dionyſio Areopagita *lib. de Eccleſiaſtica Hierarchia cap. 3.* & D. Chryſoſtomus *homilia 3. ad Epheſios* audis præconem? quicumque in pœnitentia ſupplicaſtis, abite: ob hoc qui flagitiis noſcuntur eſſe contaminati priùs eliminantur Templi foribus, quàm communio ſumenda dignis proponatur. Nec poterant communicare. D. Chryſoſtomus *homilia 61. ad populum Antiochenum* (licèt enim non reperiantur niſi viginti duæ orationes ad populum Antiochenum ex octoginta quas Brixianus latinitate donauit plures tamen olim extiterunt: nam *canon 48. diſt. 3. de Pœnitentia* ſumptus eſt ex Ioanne Chryſoſtomo *homilia 67. ad populum Antiochenum*) aſta item, inquit, audis præconem atque dicentem, quotquot eſtis in pœnitentiâ, orate: quid ſtas ſi es in Pœnitentia? ſu-

meie non debes; qui namque non communicat, eſt ex Pœnitentia. Et D. Ambroſius *lib. 2. de Pœnitentia cap. 9.* reprehendit eos, qui nimiùm properè, ſtatim poſt Pœnitentiam petebant communionem: nonnulli ideo poſcunt Pœnitentiam, vt ſtatim ſibi Communionem reddi velint; hi quidem non tam ſe ſoluere cupiunt, quàm Sacerdotis induunt. Hinc irridentur à Theodoreto Audiani *lib. 4. hæreticarum fabularum, cap. 10.* quod Confeſſis darent remiſſionem, peccatorum ſine Pœnitentia: Confeſſis, ait, dant veniam non tempus ad Pœnitentiam definientes, ſicut Eccleſiæ leges præcipiunt; ſed poteſtate condonantes.

Illi vero peccatores, qui refugiebant Pœnitentiam poſt peccatum, etiam eiiciebantur ab Eccleſia, & Communione priuabantur. Clemens *in Conſtitution. Apoſtolicis lib. 2. cap. 41.* quem à Pœnitentia videris alienum, & obduruiſſe, hunc tu cum mœrore vt inſanabilem ejice ab Eccleſia. Et in Synodo Neocæſarienſi *can. 1.* dicitur de Presbytero qui adulterium commiſit, extrudatur & ad Pœnitentiam deducatur; *In Capitulis etiam Hincmari anno 11. Epiſcopatus ſui*, dicitur, vt qui peccatum criminale perpetrauit, Pœnitentiam agat publicam: quod ſi nolit excommunicetur. Et *in Capitulis Theodulphi cap. 26.* ſi quis perpetrato periurio, vel quolibet criminali peccato, timens Pœnitentiæ longam ærumnam, ad Confeſſionem venire noluerit, ab Eccleſia repellendus eſt, ſiue à communione & conſortio fidelium; nullus cum eo comedat, neque bibat, neque oret, neque in ſuam domum recipiat. Quod ſi nec excommunicati venirent ad Pœnitentiam, aliquando Rex interponebat authoritatem ſuam, vt cogerentur eam complecti; atque ita *in concilio Triburienſi cap. 3.* Arnulphus Imperator præcepit omnibus Regni ſui Comitibus, vt poſt quàm aliqui ab Epiſcopis excommunicationis anathemate percelluntur, tamen ad Pœnitentiam non inclinantur, vt ab ipſis comprehendantur, & ante ipſum perferantur; vt qui Diuina iudicia non verentur, humanâ ſententiâ feriantur. Aliquando tamen hi non aliter cogebantur quàm priuatione & abſtentione Communionis, vt illi quos diximus ſuprà nunquam veniſſe in Eccleſiam, & in infirmitate petiiſſe communionem; & aliqui etiam monebantur & non cogebantur, ſi reſpuiſſent eam; Vnde Auitus *epiſt. 16.* de quodam, ait, peccatore, quod ad Pœnitentiam ſpectat, moneatur interim agere, accipere non cogatur.

Denique omnes Peccatores arcebantur à Communione donec Pœnitentiam egiſſent. Origenes *homilia 9. in Hieremiam, cap. 3.* peccauit quiſpiam, & poſt peccatum poſtulat Communionem; ſi ei conceditur quod rogat, in incommodum omnium venia procedit; & laxatis frænis, ſceleribus panditur via: ſin verò cum rationabili deliberatione, non vt miſericors, nec curſum vt crudelis iudex, ſed quaſi vir prouidens conſiderauerit populi damnum in vnius venia; haud dubium eſt quin faciat eiici vnum de Eccleſia, vt multos ſaluet incolumes. D. Chryſoſtomus *homilia 14. de Baptiſmo Chriſti*: ſcio fore vt quamplurimi apud nos ex Feſti conſuetudine ad ſacram hanc menſam accurrant. Sanè quidem expediret id quod alias ſæpe dixi, vt Feſta nequaquam obſeruarentur quan-

A do communicare opus eſſet; ſed vt conſcientia mundaretur, ac tam ſanctum illud ſacrificium attingeretur qui enim piacularis eſt, & immundus, ne quidem in Feſto æquum eſt vt illius ſanctæ ac tremendæ carnis particeps fiat, qui verò mundus eſt, & accuratâ pœnitentiâ abſterſit delicta, cùm in ſolemnitate, tum ſemper dignus fuerit, qui myſteriis diuinis communicet, ac Dei donis perfruatur: ſed quoniam hoc neſcio quo pacto negligitur à quibuſdam, multique ſexcentis ſcatentes ſceleribus, cum viderint aduentare Feſtum, tanquam ab ipſa die protruſi myſteria ſacra contingunt, quæ ne oculis quidem vſurpari ab his qui fuerint ita B affecti fas eſt; eos quidem, qui manifeſti ſunt nobis, planè arcebimus; eos vero qui nobis ignoti ſunt, Deo relinquemus, qui mentis cuiuſque ſecreta nouit: id quidem certè, in quo ab omnibus apertè peccatur, emendare conabimur. Et *homilia 90. ad populum Antiochenum*, ita Sacerdotes alloquitur: ad vos ô Miniſtrantes, ſermonem conuertere neceſſarium eſt, vt multo cum ſtudio hæc dona diſtribuatis: non parua vobis imminet vltio, ſi quem cuiuſpiam conſcium nequitiæ, huius menſæ participem eſſe concedatis; ſanguis eius de manibus veſtris exquiretur, ſiue quis Dux militiæ ſit, ſiue Præfe- C ctus, ſiue Princeps diademate coronatus: indigne autem accedat, prohibete; maiorem illo Poteſtatem habetis. Et Clemens *lib. 2. Conſtitution. Apoſtolicar., cap. 16.* cùm vero, ait, aliquem deliquiſſe videris, iube eiici foras acerbè ferens, de quo ejecto doleant item Diaconi qui eum obſeruent & eum contineant; iidemque in Eccleſiam poſteà ingreſſi pro eo te rogent. Nam, vt ait D. Chryſoſtomus *homilia 83. in Matthæum*, non ita malum eſt Dæmoniacos intus eſſe in Eccleſia, ſicut iſtos qui ſordibus peccatorum polluuntur: & *homilia 60. ad populum Antiochenum* Dæmonium patiente pejor eſt qui poſtquam peccauit accedit. Idemque *in lib. de* D *Sancto Babyla*, contra Gentiles ſcribit, quod cùm Imperator temporibus Babylæ, fœdere Pacis facto cum Rege aliquo, & accepto eius filio pro certo Pacis pignore, filium Regis illius apud ſe depoſitum trucidauiſſet; & conſpurcatis manibus ſanguine innocenti, quaſi nullo ſcelere ad Dei Optimi Maximi Templum accurriſſet, Babylas, qui per eos dies Chriſti Eccleſiam à Spiritus gratia ſibi concreditam habebat, ipſum Imperatorem à Dei Templo exegit tanta cum conſtantia, cum quanta Paſtor ſcabioſam ac morbidam ouem ab ouili excludit, dum prohibet ne laborantis ouis morbus ad reliquum quoque gregem contagione ſerpat: Ec- E cleſia namque debet reſpicere ſemper totius gregis vtilitatem, & ſingulorum vitam emendatiorem reddere, nec omnibus nocere, vt vni alicui parcatur; cum ſingulorum ſalus in vniuerſitate reperiatur, & nefas ſit Paſtori dicere, huic homini peperci, huic mulieri indulgens fui, ſi inde communitas iniuriam accipiat, ſi diſſimulando, palpando, ſilendo, negligendo diuinæ leges accipiant iniuriam: Adde quod non ille cui parcetur conſeruatur; peccatum enim vbi initium cepit, nec eſt qui viteriùs impediat progredi, cohiberi poſteà vel frænari haud facilè poteſt; equorum inſanientium ritu, qui cum fræno ab ore diſiecto, nec non excuſſo seſſore, immoderato quodam impetu huc illuc ſeipſi

A præcipites ferunt. Simile quid affert Euſebius *lib. 6. cap. 27.* cum Philippus Imperator in die poſtremæ vigiliæ Paſchatis vellet ingredi in Eccleſiam, non ei permiſſum ab Epiſcopo donec fuiſſet confeſſus, & inter eos qui peccatorum vinculis adhoc tenentur aſtricti, in locum pœnitentiam agentibus conſtitutum ſe ſua ſponte collocauiſſet; & Epiſcopo dicente Eum non aliâ conditione niſi illud faceret, propter multa delicta quæ ab illo ferebantur admiſſa, ab ipſo in Eccleſiam recipiendum non fore; Imperatorem alacri animo Epiſcopo morem geſſiſſe.

B Sciendum verò eſt, cum dicitur Pœnitentes alienos eſſe à Communione, eos non eſſe propterea vere excommunicatos, ſed ſeparatos, abſtentos à communione: nam priuatio Communionis duplex eſt: vna quæ eſt ſimilis abdicationi; abdicari vero dicuntur filii eum ob aliquod crimen ab hæreditate paterna ejiciuntur; alia quæ eſt ſimilis abſtentioni, dicuntur etiam filii abſtineri hæreditate; & ita *ἀφορισμὸς* apud Græcos eſt abſtentio Communionis, *ἀποκήρυξις* abdicatio, eſt perfecta excommunicatio, & ita diſtinguit Zonaras *in can. 2. Synodi Antiochenæ*, cùm ait: de his qui auerſantur Communionem, eos non ſegregatione *ἀφορισμῷ*, ſed perfecta excommunicatione *ἀποκηρυκτοὺς τελεία*, & anathemata damnari oportuiſſe. Et ideo D. Cyprianus, C priuatos Communione ſeu ſeparatos ab ea vocat abſtentos, non excommunicatos *epiſt. 38. &* 55. & alibi ſæpè.

Pœnitentia porro petebatur à verè Pœnitentibus *can. Pœnitentes 63. diſt. 50.* pœnitentes tempore quo Pœnitentiam petunt, impoſitionem manuum, & cilicium ſuper caput à Sacerdote ſicut vbique conſtitutum eſt, conſequantur. Et *concilio Arelatenſi can. 29.* Pœnitentiam deſiderantibus etiam Clericis non negandam: & *can 62. diſt. 1. de Pœnitentia*, quæ dilata eſt, cum ſtudioſius petita fuerit non negetur. Et D ideò qui inuiti ad agendam Pœnitentiam in Monaſterium mittuntur, aliud quam Pœnitentes, dicuntur, vt eſt *in Titulis canonum Gallicanis. ſub Ioanne 2. Papa tomo 1. conciliorum.*

Ille qui vltro petit Pœnitentiam, quamuis perfectè agat, non poteſt aut Epiſcopus aut Preſbyter ordinari, ita vt etiam ſi per ignorantiam fuerit ordinatus, & poſteà conuincitur accepiſſe Pœnitentiam, dejiciatur. Ille qui inuitus ad Pœnitentiam agendam in Monaſterium mittitur, & vtique qui aliud quàm Pœnitens dicendus eſt, quâ conſcientiâ ad Sacerdotium tedita permittitur.

E Pœnitentia dabatur & iudicebatur à Sacerdote poſt confeſſionem peccatorum. Paulinus *in vita S. Ambroſii*: ſi quidem quotieſcumque illi aliquis ad percipiendam Pœnitentiam, lapſus ſuos confeſſus eſſet; ita flebat, vt & illum flere compelleret: videbatur enim ſibi cum jacente iacere. *Et concilio Cabilonenſi anno 650. cap. 8.* de Pœnitentia peccatorum, quæ eſt animæ medela, vtilem hominibus eſſe cenſemus, & vt Pœnitentibus à Sacerdotibus datâ Confeſſione indicatur pœnitentia, vniuerſitas Sacerdotum noſcitur conſentire. Et Leo *epiſt. 1. ad Theodorum Epiſcopum Foroiulienſem*: Ieſus Chriſtus hanc Præpoſitis Eccleſiæ tradidit poteſtatem, vt & confitentibus actionem Pœnitentiæ darent, & eoſdem ſalubri ſatisfactione purgatos, ad communionem Sacramentorum, per ianuam reconciliationis admitterent. Et *concilio Andegauenſi anno 454.* Pœnitentiæ locus omnibus pateat, qui conuerſi errorem ſuum voluerint confiteri: in *Capitulari Caroli Magni ſub Leone 3. cap. 21.* idem dicitur: & *in concilio Remenſi 2. cap. 16.* vt Epiſcopi & Preſbyteri examinent qualiter confitentibus, peccata dijudicent, & tempus pœnitentiæ conſtituant. Confeſſio enim præcedere debet: Quarè dicit Dauid *pſal. 94.* præoccupemus faciem eius in confeſſione; & *Eſaias cap. 43. 26.* dic, inquit, tu iniquitates tuas prior, vt iuſtificeris: & Sapiens *Prouerbiorum 18, 17.* iuſtus ſui ipſius eſt accuſator in principio ſermonis: ita D. Chryſoſtomus ad probandam confeſſionem vtitur illis ſcripturæ Sacræ locis, *homilia 39. aduerſus Iudæos 6. & homilia 55. de Pœnitentia 5.* Confirmatur ex eiuſdem D. Chryſoſtomi *homilia 30. in Geneſim*: quia, inquit, in magnam hanc hebdomadam peruenimus Dei gratiâ, nunc maximè & ieiunii curſus intendendus eſt & continuandæ preces; faciendaque diligens & pura peccatorum confeſſio, & in operibus ſedulitas: & *homilia 10. in Matthæum*: tempus quidem confeſſionis æquè & lotis baptiſmate & illotis prophaniſque incumbit, his quidem vt poſt patrantia criminum vulnera, Pœnitentiâ interueniente curentur, & ad ſacra myſteria venia mereantur; illis vero, vt eam quam poſt cæleſte lauacrum conceperunt maculam diluentes, ad Dominicam menſam mundâ iam conſcientiâ ſecuráque conueniant. Et *homilia de ſpectaculis*: hortor rogoque vt priùs Pœnitentiâ ac confeſſione, aliiſque remediis omnibus ſeſe à peccato ex theatricis ſpectaculis contracto expurgent. Et Origenes *in Leuitici cap. 11. homilia 2. cap. 1. & 2.* vbi numerat ſeptem modos remittendi peccata, quorum ſeptimus eſt Confeſſio cum Pœnitentia: eſt, ait, & adhuc ſeptima licet dura & laborioſa, per pœnitentiam remiſſio peccatorum: lauat peccator in lacrymis ſtratum ſuum, & fiunt ei lacrymæ ſuæ panes die ac nocte, cumque non erubeſcit indicare Sacerdoti peccatum ſuum, & quærere medicinam, ſecundum eum, *quia dixi pronuntiabo aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem cordis mei.* Et D Baſilius *in Regulis breuioribus cap. 288.* neceſſariò iis peccata ſunt confitenda, quibus credita eſt diſpenſatio myſteriorum Dei: & *cap. 229. & epiſt. ad Amphilochium cap. 73. & 74.*

Pœnitentia illa data in Confeſſione à Sacerdotibus, dicebatur accipi a Pœnitente; & vocabatur accepta *in concilio Andegauenſi anno 453. cap. 5.* quod etiam de his, qui acceptâ Pœnitentiâ reſiluerint, debitâ ſeueritate ſeruabitur: & *concilio Turonenſi 1.* ſi quis poſt acceptam Pœnitentiam, ſicut canis ad vomitum ſuum, ita ad illecebras ſæculares, derelictâ quam profeſſus eſt pœnitentiâ, fuerit reuerſus, à communione Eccleſiæ, vel à conuiuio fidelium extraneus habeatur, quo facilius & ipſe compunctionem accipiat, aliquatenus terreantur: & *concilio Arelatenſi 3. cap. 28.* de his qui in extremis periclitantur, acceptâ Pœnitentiâ placuit ſine Reconciliatoria manus impoſitione eis communicari; quod ſi accepto hoc Viatico ſuperuixerint, ſtent in ordine Pœnitentium.

Item dicebatur Pœnitentia profeſſa, à Diuo Cypriano *epiſt. 31. & in concilio Epaonenſi cap. 3.*

ſi quis acceptâ, profeſſaque Pœnitentiâ. Et Pœnitentes dicebantur profiteri Pœnitentiam, *in eodem concilio Epaonenſi cap.* 3. Pœnitentiam profeſſi ad Clericatum penitus non vocentur: & *in epiſt. concilii Cabilonenſis anno* 650. *ad Arelatenſem Epiſcopum.* Ii Pœnitentiam dicebantur egiſſe publicè, propter quam monebantur, vt recederent à Sede ſua: ſcripta qualiter vos conſtituti fuiſſe Pœnitentiam profeſſos veſtrâ manu vidimus & comprouincialium veſtrorum manibus roborata; vnde vos credimus iam legiſſe, nec nos penitus ignoramus, quod qui publicè pœnitentiam profitetur, Epiſcopalem Cathedram nec tenere nec regere poteſt. Et pœnitentiæ profeſſio apud D. Cyprianum *epiſt.* 51. *ad Antonianum*; & *in concilio Toletano* 6. *cap.* 7. quoniam tanta exiſtit hominum peruerſitas, vt his quos ſub habitu Religioſo Pœnitentiæ profeſſio pro venia peccatorum ad manum Sacerdotis deducit, vel adduxit, iterum rediuiua malitia ad vitæ priſtinæ ſordes reuocet: & *in Concilio Aurelianenſi* 2. *cap.* 15. *vel* 13. de his, qui ſuſceptâ pœnitentiâ Religionem ſuæ profeſſionis obliti, ad ſæcularia relabuntur, placuit eos & à communione ſuſpendi.

Et inde eſt, quod illi qui Pœnitentiam acceperant, dicebantur in Pœnitentia poſiti, *in concilio Arelatenſi cap.* 25. hoc, inquit, etiam de viro in pœnitentia poſito placuit obſeruari: & in Pœnitentia eſſe, *lib.* 8. *Conſtitution. Apoſtolicar. cap.* 9. & *apud Balſamonem Synodi Laodicena canone* 19. & in Pœnitentium ordine *in concilio Arelatenſi* 5. *cap.* 28. & ſimpliciter Pœnitentes *in concilio Toletano* 1. *cap.* 2. Eum verò Pœnitentem dicimus qui poſt Baptiſmum, aut pro homicidio, vel pro diuerſis criminibus, grauiſſimiſque peccatis publicam pœnitentiam gerens ſub cilicio, diuino fuerit reconciliatus Altario. Et apud *D. Auguſtinum* duobus locis ſupra citatis. At qui moreretur poſt acceptam Pœnitentiam, illud in eorum Titulo ſepulchrali ponebatur: extat enim talis inſcriptio *apud Gruterum* inter monumenta Chriſtianorum Aquis Sextiis: hic in Pace quieſcit Adiutor, qui poſt acceptam Pœnitentiam migrauit ad Dominum, vixit ann. 65. menſes 7. dies 15. depoſitus S. D. 9. Kal. Ianuar. Anaſtaſio V. C. conſule.

Pœnitentia autem fuit duplex vna Publica, alia Priuata: vnde dicitur *in Concilio Remenſi* 2. *cap.* 31. vt diſcretio ſeruanda ſit inter Pœnitentes, qui Publicè & qui abſconſè debent Pœnitere: & in *concilio Ingilenheim.* ſi quis infra Regnum rapinas fecerit; ſi publicè fuerit factum, publicam agat Pœnitentiam iuxta canonum ſanctorum ſanctionem; ſi verò occultè, Sacerdotum conſilio, ex hoc agat Pœnitentiam. Et communiter qui publicè peccabat, Pœnitentiâ publicâ mulctabatur, *concilio Arelatenſi* 6. *cap.* 26. vt qui publico crimine conuicti ſunt, Rei publicè iudicentur, & Pœnitentiam publicam agant ſecundum canones: in *concilio Carthaginenſi can.* 46. *apud Balſamonem*; cuiuis autem pœnitentiam agente, ſi ſit eius publicum & vulgo iactatum crimen quod omnem mouet Eccleſiam, ante abſidem ei manus imponatur: quem locum male accipit Balſamo, quaſi Sacerdos poſſit *ante abſidem* abſoluere ſine Epiſcopali iudicio. Et *in capitulis Hincmari anno* 12. *Epiſcopatus*, etiam dicitur quod preſbyteri curare debent, vt publici peccatores accipiant pœnitentiam, & Epiſcopo referre, quomodo illam agant.

Publicè pœnitentes, Preſbyteri non reconciliabant niſi iuſſione Epiſcopi, vel in eius abſentia, *dicto can.* 4. *Synodi Carthaginenſis*; & *in canonibus Iſaac Lingonenſis*, *cap.* 3. *de Pœnitentibus*, vbi idem canon Carthaginenſis affertur; & additur, & alibi in Canonibus, vel Decretalibus Leonis Papæ, præcipitur de eadem re, vt abſolutio Pœnitentium per manus impoſitionem Epiſcoporum ſupplicationibus fiat: & *cap.* 9. ne abſolutos, lapſos in fide, credamus, niſi per impoſitionem manus Epiſcopi; & *cap.* 30. pœnitentibus ſecundum differentiam peccatorum, Epiſcopi arbitrio Pœnitentiæ tempora decernantur: & *cap.* 35. *ex capitularibus*: ſtatutum eſt, & in ſanctis canonibus prohibitum, vt nullus preſbyter publicè pœnitentem inconſulto Epiſcopo reconciliare præſumat, niſi morte forte periclitantem. Inde eſt querela Theophili Alexandrini *apud Socratem lib.* 6 *cap.* 9. vbi accuſatur à Theophilo Petrus preſbyter quod mulierem Manichæam ad ſacra myſteria admiſiſſet, ſed ille probauit de eius ſententia fuiſſe admiſſam.

Eos vero qui in occulto peccauerant, de occultis reconciliabant Preſbyteri *in capitulis Herardi*, *cap.* 59. & Pœnitentes de eorum conſilio pœnitentiam agebant, vt dicitur in *concilio Cabilonenſi* 1. *cap.* 45. qui peccata ſua Sacerdotibus in quorum ſunt parochiis confeſſi ſunt, & ab his agendæ pœnitentiæ conſilium acceperunt, ſi orationibus inſiſtendo, eleemoſynas largiendo, vitam emendando, mores componendo, Apoſtolorum limina vel quorumlibet Sanctorum inuiſere deſiderant, horum eſt deuotio omnibus collaudanda.

Aliquando verò fiebat, vt pœnitentia quæ debebat eſſe occulta, eſſet publica, vt Hincmarus ait *epiſt. concilii apud Tuſiacum*, vbi loquens de Stephano eiuſque fornicatione, dicit eum potuiſſe ſecretam agere pœnitentiam, niſi eam publicaſſet: Stephanus ait pro fornicatione, de qua niſi coactus neceſſitate eam publicaret, ſecretà confeſſione pœnitentiam agere poterat, &c.

Cæterum publica illa pœnitentia non poterat omnibus imponi etiam publicè peccantibus: nam in concilio *Arelatenſi* 2. *cap.* 22. dicitur pœnitentiam coniugatis, non niſi ex conſenſu coniugum dandam, & refertur *can. Pœnitentiam coniugatis.* 33. *quæſt.* 3. & *Aurelianenſi* 3. *cap.* 24. Ea tamen impoſita Vuimaro, qui tres filios ſuos peremerat, ablatumque conſortium vxoris; ſed poſteà reſtitutum à Nicolao 1. *epiſt.* 5. *ad Rinoladum Epiſcopum*, ne ſutte incideret in adulterium: & in *concilio Vuormacienſi cap.* 37. definitum eſt vt illi qui pœnitentiæ iugo fuerint ſubmiſſi, legitimo nullatenus matrimonio ſeparentur. Item iunenibus Perſonis non eſt credenda Pœnitentia, *in concilio Aurelianenſi*, *cap.* 24. & conſtitutum eſt à Sylueſtro *in Synodo Romana* 284. Epiſcoporum *cap.* 12. vt nemo det Pœnitentiam niſi quadraginta annorum petenti. Nec datur Pœnitentia Publica vxori adulteræ, ne conuictæ, mortis cauſa præbeatur, *can.* 34. *epiſt. D. Baſilii ad Amphilochium* adulterio pollutas mulieres, & confitentes, ob pietatem, vel quocumque modo detectas, publicare quidem Patres noſtri prohibuerunt, ne conuictis mortis cauſam præbeamus: eas autem ſtare ſine communione

munione iuſſerunt donec impleretuc tempus rœnitentiæ. Si enim mulier illa cogeretur eſſe cum flentibus extra ambitum Eccleſiæ, aut cum Catechumenis exiret, facilè cognoſceretur eam peccatum peccaſſe adulterii, vt ait Zonatas, *ibid.*

Dubitatur de Clericis an poſſint accipere, & agere Pœniteotiam: nam Leo 1. *epiſt. ad Ruſticum Narbonenſem, cap.* 2. & refertur *can. alienum eſt, diſt.* 50. ait alienum eſſe à conſuetudine Eccleſiæ vt Preſbyteri, vel Diaconi pro aliquo crimine per maaus impoſitionem remedium accipiant Pænitendi; & huiuſmodi lapſis dandam eſſe priuatam ſeceſſionem, vbi ſatisfactio illis ſi fuerit digna, ſit & fructuoſa. Et ita Ioannes 2. *epiſt.* 1. *ad Cæſarium Arelatenſem*, ſuſpenſo Contumelioſo Epiſcopo ab Epiſcopatus ordine, mandauit vt in Monaſterio dirigeretur, vbi delictorum memor in Pœnitentia lacrymas effundere non omitteret. Et conſtitutum eſt *in can.* 65. *&* 66. *diſt.* 50. vt Pœnitentiam agere cuiquam non liceat Clericorum. Quanquam tamen in *conſilia Arauſicano* 1. *cap.* 4. habeatur, Pœnitentiam deſiderantibus Clericis non negandam: vt & in *concilio Arelatenſi* 2. *cap.* 29. E diuerſo Pœnitentes etiam non poſſunt fieri Clerici *can.* 55. *&* 56. *dicta diſt.* 5a. licet rectè egerint Pœnitentiam *can.* 58. *ead. diſt.* ſiue ſponte eam egerint, ſiue coacti *dict. can.* 58. confirmatur ea *can.* 59. 60. 61. 66. *&* 68. *ead. diſt.* 50. ita vt ab infimis etiam officiis Clericorum excludantur *dicto can.* 60. niſi vſus & neceſſitas id requirat vt admittantur inter Oſtiarios, vel Lectores, ſic tamen vt Euangelia vel epiſtolam non legant, *dicto can.* 68. Quod ſi qui Pœnitentes ordinati ſint, debent à Clero deponi, *can.* 55. 58. *diſt.* 50. Placuit tamen *can.* 68. Diaconum regradari tantùm in Subdiaconum, & ita manum non imponere, nec ſacra tangere. Confirmatur ex *concilio Epaunenſi, cap.* 3. Pœnitentiam profeſſi ad Clericatum penitùs non vocentur: & *concilia Agathenſi cap.* 43. *concilio Cabilonenſi anno* 650. in quo cum conſtitiſſet Patribus concilii Theodoſium Epiſcopum Arelatenſem aliquando fuiſſe profeſſum Pænitentiam, cenſuerunt illum non potuiſſe tenere Cathedram epiſcopalem, & iuſſerunt vt ea abſtineret. Hoc autem factum eſt non deſperatione indulgentiæ, ſed rigore diſciplinæ, vt loquitur D. Auguſtinus *epiſt.* 50. vt enim, inquit, conſtitueretur in Eccleſia, ne quiſquam poſt alicuius criminis Pœnitentiam, Clericatum accipiat, vel ad Clericatum cedeat, vel in Clericatu maneat; non deſperatione indulgentiæ, ſed rigore factum eſt diſciplinæ: alioquin contra claues datas Eccleſiæ diſputabitur, de quibus dictum eſt, quæ ſolueritis in terra, erunt ſoluta & in cælo; ſed ne fortitam etiam de cæteris criminibus, ſpe honoris Eccleſiaſtici animus intumeſcens, ſuperbè ageret Pœnitentiam, ſeueriſſime placuit vt poſt actam de crimine damnabili Pænitentiam, nemo ſit Clericus, vt deſperatione temporalis altitudinis, medicina maior & verior eſſet humilitatis.

In Pænitentia publica irroganda duo inſpiciuntur, 1. ſi publicum eſſet crimen; nam vt ait Rabanus *de inſtitutione Clericorum lib.* 2. *cap.* 30. quorum peccata ſunt in publico, in publico etiā debet eſſe Pænitentia, &c. & quorum peccata occulta ſunt, & ſpontaneà confeſſione, horum occulta debet eſſe Pænitentia, ne infirmi in Eccleſia ſcandaliſentur, videntes eorum pœnas quorum penitus ignorant cauſas. Et peccatum quidem publicum puniri debet propter ſcandalum. D. Auguſtinus *homilia* 2*lt. cap.* 2. vt ſi peccatum eius non ſolum in graui eius malo, ſed etiam in tanto ſcandalo eſt aliorum, atque hoc expedire vtilitati Eccleſiæ videtur Antiſtiti, in notitia multorum, vel etiam totius plebis agere Pænitentiam non recuſet, non reſiſtat, non letiferæ plagæ pec pudorem addat tumorem: nam vt ait D. Chryſoſtomus *ecloga de peccata & confeſſione*, ſi quis vehementer peccauerit, fecerit autem hoc occultè, nec cuiquam fuerit offenſioni, leuioribus mulctabitur pænis, quàm ille qui imparia admiſit, ſed palam & cum multorum offenſione.

Secundo in pænitentia publica inſpicitur grauitas criminis, etiamſi illud publicum non ſit: nam D. Baſilius *apud Simeonem Magiſtrum concione* 8. *de Pænitentia*, hortatur Pænitentem, vt quæ clam admiſit, palam inuerecundè profiteatur: tui, inquit, vult miſereri iudex, ſuarumque te miſerationum facere participem, modò te poſt peccatum humilem inueniat, dolore contritum, ſcelera tua multùm deplorantem; quæ clam admiſiſti, palam inuerecundè profitentem; obnixè à fratribus petentem, vt in paranda tibi medicina tecum ſimul laborent, inuigilent: & Gennadius Maſſilienſis *de dogmatibus Eccleſiaſt. cap.* 53. nam quem poſt Baptiſmum mortalia crimina commiſſa premunt, hortor priùs publicà Penitentià ſatisfacere. Et ante illos Origenes *homilia* 2. proba, inquit, priùs medicum cui debeas cauſam languoris exponere, qui ſciat infirmari cum infirmante, flere cum flente, qui condolendi & compatiendi nouerit diſciplinam; ita vt demum ſi quid ille dixerit facias & ſequaris; ſi intellexerit, & præuiderit talem eſſe languorem qui in conuentu totius Eccleſiæ debeat exponi & curari, ex quo fortaſſe & cæteri ædificari poterunt, & tu ipſe facilè ſanari, multa hoc quidem deliberatione, & ſatis perito Medici illius conſilio procurandum eſt. Et generaliter Hincmarus ait *in Capitulis, loco ſuprà citata*, vt qui peccatum criminale perpetrauit Pænitentiam agat publicam. Et *Canones* Nicæni, Ancyrani, Laodicæni, & D. Baſilii, Gregorii Nyſſeni, & Pænitentiales Bedæ, & Rabani Mauri *de Pœnitentiis Publicis* ſpectant ad varia crimina, non habità ratione quòd ſint publica; licet ſæpiſſimè contingat vt crimen mortale ſit etiam Publicum, vt eſt crimen peruaſorum rerum Eccleſiaſticarum, *in concilio Meldenſi, cap.* 61. non erat tamen neceſſe ſemper Publicam imponi criminibus Pænitentiam quæ non erant publica: *Synodo Meldenſi cap.* 17. Pænitentia Publica non imponitur homicidio, licet ſit graue crimen, niſi illud ſit Publicum: ſi quis voluntariè & per inſidias hominem interfecerit, iugi ſe Pæniteotiæ ſubmittat; & ſi hoc publicè actum conſtat, ſi laicus eſt à communione orationum quinquennio remoueatur, poſt quinquennium tantùm in orationum communionem recipiatur, non autem offerat, non corpus Domini contingat: in quo perdurans quatuordecim annis, tunc ad plenam communionem cum oblationibus recipiatur. Et apud D. Baſilium *epiſt. ad Amphilochium* mulier adultera non punitur Publicà pænitentia, quia

publicum non erat adulterium, *can.* 34. vt ante obſeruauimus. Epiſcopi enim eſt hoc iudicare, & pœnas temperare Pœnitentiæ, vt ait D. Baſilius *epiſt. ad Amphilochium can.* 74. nam diſciplina hæc Pœnitentiæ, peccatorum eſt œconomia quædam, diſpenſanda cum iudicio, vt ait Gregorius Nyſſenus *epiſt. ad Letoium, in princip.* vnum eſt, ait, hoc quoque eorum quæ ad Sanctum Feſtum contulerunt, ſi nos intelligamus legitimam & canonicam in iis qui peccarunt OEconomiam, vt curetur omnis morbus animæ, qui per aliquod peccatum accidit; & paulo poſt: Neque verò parum opus eſt, ea quæ de his dicenda ſunt in recto & probato iudicio diſpenſare: & Balſamo quoque *in dict. can* 74. ait Epiſcopos augere, minuere, mutareque poſſe Pœnitentias. Hi vero, inquit, noſtrorum onera ſuſcipientes peccatorum, tanquam Deo pro nobis reddituri rationes, pro ſuo arbitratu pœnas & augent, & minuunt, ideoque in eorum eſt poteſtate, non ſolùm pœnarum tempora minuendi, ſed etiam pœnas commutandi; etſi enim conſtitutum eſt, vt qui peccauit hanc carnem non comedat, nec cum fidelibus conſiſtat; ſimiliter nec ſit diuinorum Sacramentorum particeps, qui tamen confeſſionem ſuſcepit pro Perſonæ cui imponitur qualitate, eiuſque confeſſionis vehementia, ſtudioque Pœnitentiæ, has quidem pœnas moderabitur, illas vero multiplicabit. Quare non eſt hic accipiendus canon, vt nonnulli dicebant, ad ſolam temporis pœnarum diminutionem, ſed ad omne pœnarum genus. Et *Capitularium lib.* 7. *cap.* 18. definitur vt Epiſcopi arbitrio Pœnitentiæ tempora decernantur. Et Vigilius papa temporibus Iuſtiniani, in quibus adhuc vigebant Publicæ Pœnitentiæ, cùm conſultus fuiſſet à Rege Theodeberto cuiuſmodi Pœnitentiâ poſſet illius purgari delictum, qui cum vxore fratris ſui illicitum præſumpſiſſet inire coniugium, mandauit Regi & Cæſario Epiſcopo Arelatenſi, tale quidem commiſſum non paruâ cordis afflictione expiari valere, ſed addit, vt plurimùm, modum Pœnitentiæ illis temporibus committi iudicio Sacerdotum: ſed quia, inquit, ſicut charitatem tuam bene noſſe confidimus, modus Pœnitentiæ præſentium potius Sacerdotum inſpectioni cõmittitur, vt iuxta compunctionis meritum, veniæ quoque poſſit indulgeri remedium, tuæ potius æſtimationi credimus relinquendum. Aliquando namque Epiſcopi in imponenda Pœnitentia conſulebant Romanum Pontificem, vt refertur *in concilio Lemonicenſi* 2. *apud Baronium*: ſi Epiſcopus Parochianum ſuum cum teſtibus vel literis Apoſtolico ad accipiendam Pœnitentiam direxerit, vt multoties pro grauiſſimis fieri ſolet reatibus, in quibus Epiſcopi ad dignam hæſitant Pœnitentiam, hic talis licenter à Papa remedium ſumere poteſt, nam inconſulto Epiſcopo ſuo ab Apoſtolico Pœnitentiam & Abſolutionem nemini licet accipere: & deinde ad ea confirmanda agitur de quodam milite, qui cum iuſſu Ducis Vaſconum Seniorem ſuum decollaſſet, & grauiſſimo dolore repletus ad Epiſcopum ſuum pœnitentiæ causâ recurriſſet, Epiſcopus miſit eum Romam, vt peteret Pœnitentiam, & quomodo eum miſerit, & quomodo is petierit Pœnitentiam dicitur in ea Synodo his verbis. Epiſcopus dixit ei, debueras pro ſeniore tuo mortem ſuſcipere, antequam illi aliquo modo manus inferres, & Martyr Dei pro tali fide fieret; ſed grauiſſimum reatum egiſti & nobis inauditum; neſcio tibi ferre conſilium Pœnitentiæ; ſed vade quanto citius ad Papam Romanum ſi tibi ille Pœnitentiam concedit, & ego gaudeo & confirmo; ſi te ille abiecerit, nunquam nec à me nec ab aliquo inuenies pœnitentiam: quod ille concitus impleuit, & cum teſtibus detulit ſecum literas Epiſcopi ſui; & cùm Apoſtolicus ſecundâ paſchali feriâ apud Sanctum Petrum Sacra agens poſt Euangelium reſediſſet, cœpit ille Reus ante eum in conſpectu totius Eccleſiæ grauiſſimè plorans & ſuſpirans exclamare dicens, pœnitentiam volo Domine, pœnitentiam volo Domine; & Apoſtolicus iis qui dextrâ læuaque aſſiſtebant ei, ait, requirite pro qua culpa; ille inquiſitus nihil aliud dicebat quam Creatorem meum offendi; cui Apoſtolicus, cur, inquit, Epiſcopum tuum non expetebas? & ille meus Epiſcopus miſit me ad te: tunc teſtes Apoſtolico culpam ſuggeſſerunt, atque literas Epiſcopi protulerunt. Hic Apoſtolicus Epiſcopo qui à dextris eius ſtabat, loquutus eſt dicens, recogita authoritatem Diuinam quali pœnitentia hic mortuus poſſit viuificari, & Epiſcopus, ait, Dominus dixit in Euangelio, Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, vel ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros: reliqua deſunt: ex quibus verbis colligit Binius hanc illi pœnitentiam iniunctam vt renuntiaret ſæculo, & peteret Monaſterium.

Aliquando etiam poſt pœnitentiam ab Epiſcopo, ipſi pœnitentes cum literis Epiſcopi proprii qui dederat pœnitentiam, recurrebant ad ſummum pontificem vt obtinerent aliquam moderationem & indulgentiam in ſua dura Pænitẽtia: vt Vuimarus quidam Miles qui tres filios ſuos peremerat; cum enim ſtatutum eſſet vt triennio ante fores Eccleſiæ pro peccatis ſuis oraturus conſiſteret, & deinde inter auditores permaneret quadriennio, vt ita ſeptem annorum ſpatio abſque communione Dominici corporis degeret, & in omnibus diebus vitæ ſuæ carnem non manducaret, & ſeptennio iam dicto vinum non ſumeret niſi diebus Dominicis & Feſtis, &c. Nicolaus I. permiſit ei vxorem habere ne incideret in adulterium, conceſſit calceatum redire in patriam; ſed ibi triennio diſcalceatum ire; permiſit vti lacte atque caſeo, vt dicitur in eius *epiſt.* 5. *ad Riuoladrum Epiſcopum*. Imò aliquando excommunicati ab Epiſcopo propter aliquod crimen, vt de eo agerent pænitentiam, recurrebant ignorante Epiſcopo ad papam, vt ab eo abſoluerentur, quod ne fieret monebatur ſæpe papa: cuius rei exemplum luculentiſſimum habetur *in concilio Lemonicenſi* 2. *apud Baronium*, in quo actum eſt de quibuſdam excommunicatis ab Epiſcopo à Romano Papa Pænitentiam & Abſolutionem accipientibus, & nominatim de Pontio Comite Aruernenſi, quem Stephanus Aruernenſis epiſcopus excommunicauerat, quod vxore legitimâ relictâ aliam duxiſſet; qui à Papa abſolutionem accepit; de qua re cùm conqueſtus fuiſſet Epiſcopus Aruernenſis, papa illi reſpondit, ſe de ea re debuiſſe moneri: debueras, ait, mihi, antequam illa morbida ouis Romam veniret, eius cauſam tuis innoteſcere apicibus, eam ego omnimodè abiicerem, tuamque firmando authoritatem, eam anathe-

matis ictu repercuterem. Et ibidem dicitur Epiſcopum Engoliſmenſem noluiſſe admittere ad communionem aliquem ab ipſo excommunicatum, quem Papa abſoluerat, eique Pænitentiam indixerat, licet Papa ad eum ſcriberet vt eum reciperet, & Pænitentiam quam illi impoſuerat affirmaret. Et Græci Orientales hac de cauſa ſeparauerunt ſe à communione Iulii Romani Pontificis, quod depoſitos in Synodo Antiochena Sedibus ſuis reſtituiſſet, & excommunicatos abſoluiſſet.

Hoc verò ſciendum eſt, quod cum dabatur atque accipiebatur Pænitentia, non dabatur pax ſeu Communio, nec fiebat Reconciliatio, ſed poſt peractam Pænitentiam; quod apertiſſimè probatur ex Tertulliano *lib. de Pænitentia cap.* 6. vbi ſeparat tempus Pænitentiæ à tempore abſolutionis; & dicit Pænitentiam eſſe pretium abſolutionis, eſſe nummum quo venia addicitur, & ſæpe nos magis abſolui per Pænitentiam cum verè pœnitet, quàm per abſolutionem cùm nos verè non pœnitet: Quod eſt valde notandum. Quàm porrò ineptum, quàm iniquum non adimplere, & veniam delictorum ſuſtinere; hoc eſt pretium non exhibere, ad mercem manum emittere! hoc enim pretio Dominus veniam inſtituit addicere, hac Pænitentiæ compenſatione redimendam proponit impunitatem: ſi ergo qui venditant, priùs nummum quo paciſcuntur examinant, ne ſculptus, neue raſos, ne adulter; etiam Dominum credimus Pænitentiæ probationem priùs inire, tantam nobis mercedem, perennis ſcilicet vitæ conceſſurum; ſed differamus tantiſper Pænitentiæ Veritatem, tunc opinor emendatos liquebit, cùm abſoluimur? nullo pacto, ſed cum pendente veniâ, pœna proſpicitur; cum adhuc liberari non meremur, vt poſſimus mereri; cum Deus comminatur non cum ignoſcit: quis enim ſeruos, poſteaquam libertate mutatus eſt, furta ſua & fugas ſibi imputat? quis miles poſtquam caſtris ſuis emiſſus, pro notis ſuis ſatagit? peccator ante veniam deflere ſe debet, quia tempus Pænitentiæ idem quod periculi & timoris, neque ego renuo diuinum Beneficium, id eſt oblationem delictorum, ſed vt prouenire contingat elaborandum eſt: & ex Sozomeno *lib.7.cap.* 16. vbi ait Pænitentes recipi & abſolui poſt peractam Pænitentiam: elapſo, inquit, demum præfinito die pœnâ iam quaſi debito quopiam exſolutâ, à peccatis abſoluitur, & populo in Eccleſia coniungitur. Et ex *Pænitentiali Romano, vel lib. 6. Halitgarij* in quo ad ſuſcipiendum Pænitentem, eique indicendam Pænitentiam nullæ reperiuntur abſolutiones, ſed tantùm orationes; vt nec in conſtitutionibus Apoſtolicis. Et D. Ambroſius poſt Pænitentiam Theodoſii ſoluit vinculum peccati, quo tenebatur, vt refert Theodoretus: & Serapion lapſos in perſequutione, & pænitens, reconciliatus eſt tantùm cùm ex hac vita decederet, nec vnquam ante potuit veniam obtinere, vt teſtatur Euſebius *lib. 6. cap.* 36. & in *concilio Valentino, cap.* 3. damnantur aliqui acturi Pænitentiam vſque in diem mortis, non ſine ſpe tamen remiſſionis in morte: abſolutio enim atque reconciliatio dicitur adhiberi poſt completam Pænitentiam ab Iſidoro *lib. 6. originum, cap. vlt.* Reconciliatio, inquit, eſt quæ poſt complementum Pœnitentiæ adhibetur. Et Remiſſio peccatorum dicitur præmium Pænitentiæ à D. Chryſoſtomo *homilia* 55. *de Pænitentia* ἄφεσις ἁμαρτιῶν, πηγὴ σωτηρίας, καὶ ἐπάθλον μετανοίας id eſt remiſſio peccatorum fons ſalutis, & Pænitentiæ præmium.

Hoc verò plurimum confirmatur ex eo quod multis canonibus prouiſum eſt illis, qui Pænitentiam accepiſſent ſine Remiſſione; primùm quia ſi in morbum incidiſſent, ante tempus Pænitentiæ relaxabantur, *can. de Pænitentibus diſt.* 3. *de Conſecr.* ita tamen vt ſi conualuiſſent, eſſent in ordine Pænitentium: *ex concilio Epaonenſi cap* 36. & *Arelatenſi* 2. *cap* 12. & ex Capitularibus *lib.* 5. *cap.* 61. & *Iſaac Lingonenſi cap.* 10. *de* B *Pænitentibus*. Deinde etiam, ſi acceptâ Pænitentiâ ante reconciliationem morerentur, cenſebantur mori in communione fidelium, ex eo quod honorauerant Pænitentiam, *cap.* 12. *Synodi Arelatenſis* 2. & *concilio Vaſenſi cap.* 2. & 6. & *concilio Ancyrano can.* 6. & in pace quieſcere, vt habet inſcriptio vetus apud Gruterum *loco ſupra citato*. De qua re tamen dubitatum eſt à quibuſdam exiſtimantibus, eis qui morerentur ante Reconciliationem etiam accepta Pænitentia, non eſſe communicandum; quia quibus viuentibus non communicauimus, mortuis cōmunicare non poſſumus: & dicentibus horum cauſam Dei iudicio eſſe reſeruandam, vt ait Leo C *epiſt. ad Ruſticum cap.* 8. & habetur *in can.* 49. *diſt.* 1. *de Pænit.* Et varias ea de re fuiſſe ſententias aperte dicitur *lib.* 5. *capitular. cap.* 65. de his autem qui acceptâ Pænitentiâ, antequam reconcilientur, ab hac vita receſſerint; quamuis diuerſitas præceptorum de hoc capitulo habeatur, illorum tamen nobis ſententia placuit, qui multiplices numero de huiuſmodi humanius decreuerunt, vt & memoria talium in Eccleſiis commendetur, & oblatio pro eorum dedicata Spiritibus accipiatur. Non eſt enim dubium quin aliqui peccatores priùs aliquando conciliati eſſent apud Deum quàm in Eccleſia, in qua D non reconciliabantur, vt pronam homines improbi non laudarent facilitatē; vt dicitur à Preſbyteris Romanis *epiſt. ad Cyprianum*. Non autem dabatur communio infirmis niſi eſſent probabiliter morituri, vnde factum eſt aliquando vt ſi forte aliqui poſt acceptam in infirmitate communionem ſanitati reſtituerentur, accuſarentur poſtea Sacerdotes, quaſi non morituris, ante tempus communionem dediſſent, vt teſtatur D. Cyprianus *epiſt. ad Antonianum*.

Pænitentiam illam ſequebatur Remiſſio peccatorum D Chryſoſtomus *homilia* 55. *Pænitentia*: remiſſio peccatorum eſt fons ſalutis, & Pænitentiæ præmium. Et oportet remitti peccata vt Deo reconciliemur, nam nemo Deo reconciliatus dicitur qui manet in peccato Origenes E *epiſt. ad Romanos lib.* 4. *cap.* 5. & *lib.* 9. *cap.* 14. vbi dicit noſtra peccata impedire Reconciliationē: & D. Chryſoſtomus *paræneſi* 1. *ad Theodorum lapſum cap* 9 deſtruamus, inquit, interiectum murum diſſipemuſque, atque cadauer eiiciamus, quò Beata Reconciliatio contingat, quò reddamur iterum amabiles & expetendi Deo. Et Deus nos hac ratione ſibi reconciliauit per Chriſtum. Idem Chryſoſtomus *ibid.* Deus, inquit, erat in Chriſto Mundum reconcilians ſibi, non imputans ei peccata ſua, & poſuit in nobis ſermonem Reconciliationis. Zonaras *in can.* 49. *Synodi Carthaginenſis*, ponit aliquam differentiam inter culpæ Remiſſionem, &

Reconciliationem; & putat Remiſſionem culpæ veniam eſſe quæ nobis per gratiam datur, Reconciliationem eſſe Abſolutionem à pœna; & ſumit hanc diſtinctionem ex verbis *dicti canonis* 49. Verba canonis ſunt: vt Scenicis, & Mimis, & reliquis eiuſmodi Perſonis, vel Apoſtolis, Pœnitentiam agentibus, & ſe ad Deum conuertentibus, gratia vel Reconciliatio non negetur. Zonaras autem ſic ait: gratiam quidem appellat per quam veniam peccatorum conſequimur, quod ea nobis à Deo per gratiam donetur, quemadmodum B. quoque Paulus ait, gratiâ ſalui facti eſtis: Conciliationem, vero Abſolutionem à mulcta intelligit; tunc enim qui pœnæ obnoxius eſt abſoluitur à vinculo, cum illi Deum ob ſuſceptas pœnas placatum, & quodammodo conciliatum eſſe mulctæ exactor intelligit. Et quidem remiſſio peccatorum fit per gratiam, & ideo Ioannes Chryſoſtomus *homilia* 23. *de Baptiſmo Chriſti*, dicebat Ioannis Baptiſmum in eo differre à Baptiſmo Chriſti, quod Ioannis Baptiſmus *μὴ τὴν διὰ τῆς χάριτος παρέχειν συγχώρησιν*, Remiſſionem per gratiam non conferebat, Pœnitentiam enim agere iubebat, non dimittendi poteſtate pollebat. Sed Reconciliatio etiam dicitur *Gratia*. Iſaac Lingonenſis *cap.* 14. *de Pœnitentibus*: qui Pœnitentiam in mortis agit periculo non diutinè à Reconciliationis gratia differendus eſt.

Eſt porro notandum poſſe dimitti culpam & non dimitti omnem pœnam *can.* 6. *&* 7. *diſt.* 7. *de Pœnit.* productior eſt, inquit, pœna quam culpa; & temporaliter hominem detinet pœna, quem ad damnationem non detinet culpa. Et ſic Dauid poſt culpam remiſſam multis cruciatibus eſt afflictus *can.* 72. *diſt.* 1. *de Pœnit.* & confirmatur *can.* 7. *ead. diſt.* Quod & iure Ciuili locum habet, in quo etſi pœna dimittatur, non tamen ſemper culpa, *l.* 3. *&* *vlt. Cod. de generali abolitione*, & *gl. in dict. l.* 3. citat illud Ouidii.

Pœna poteſt demi, culpa perennis erit.

Iſidorus *lib. origin. cap. vlt.* ponit quoque differentiam inter conciliari & reconciliari, vt concilientur Pagani per Baptiſmum, reconcilientur Chriſtiani: Reconciliatio, inquit, eſt quæ poſt complementum Pœnitentiæ adhibetur: nam ſicut conciliamur quando primùm à gentilitate conuertimur; ita reconciliamur quando, poſt peccatum pœnitendo regredimur. Et hoc modo apud Seruium 1. *Æneidos* conciliantur noui, reconciliantur antiqui; vbi etiam additur, quod ſuperiori conciliatur inferior, non ſuperior inferiori.

Pœnitentibus communiter Pœnitentia dabatur Feriâ quartâ, quæ eſt Caput Ieiunii *concilio Meldenſi, cap.* 76. poſt quartam feriam, quæ caput ieiunii nominatur, in qua omnes Pœnitentes manus impoſitiones, ad vacandum ſolummodo Pœnitentiæ & diuinis officiis, accipiunt: & apud Burchardum *lib.* 19 *cap.* 26. *ex concilio Agathenſi cap.* 9. in capite Quadrageſimæ omnes Pœnitentes qui publicam ſuſcipiunt aut ſuſceperunt Pœnitentiam, ante fores Eccleſiæ ſe repræſentent Epiſcopo Ciuitatis, induti ſacco, nudis pedibus, vultibus in terram proſtratis reos ſe eſſe ipſo habitu & vultu proclamantes: ibi adeſſe debent Decani, id eſt Archipreſbyteri Parochiarum, & Preſbyteri Pœnitentum, qui eorum conuerſationem diligenter inſpicere debent, & ſecundum modum culpæ, Pœnitentiam per præfixos gradus iniungant. Poſt hæc in Eccleſiam eos introducat, & cum omni Clero ſeptem pœnitentiæ pſalmos in terram proſtratus, cum lacrymis, pro eorum abſolutione decantet, tunc reſurgens ab oratione, iuxta quod canones iubent, manus eis imponat, aquam benedictam ſuper eos ſpargat, cinerem priùs mittat, deinde cilicio capita eorum cooperiat, & cum gemitu crebriſque ſuſpiriis, eis denuntiet, quod ſicut Adam proiectus eſt de Paradiſo, ita & ipſi ab Eccleſia pro peccatis abiiciuntur; poſt hæc iubeat Miniſtris vt eos extra ianuas Eccleſiæ expellant; Clerus vero proſequatur eos cum Reſponſorio, in ſudore vultus tui veſceris pane tuo, vt videntes ſanctam Eccleſiam pro facinoribus ſuis tremefactam atque commotam non paruipendant Pœnitentiam; in ſacra Domini Cœna rurſus ab eorum Decanis, eorumque Preſbyteris, Eccleſiæ liminibus repræſententur. Non ſolùm autem initio Quadrageſimæ dabatur Pœnitentia, ſed omni alio tempore: nam in concilio Ancyrano *can.* 6. dicitur de quibuſdam qui in Synodo peierant admitti ad Pœnitentiam, vt vſque ad diem Paſchæ ſint inter Audientes, & poſt diem Paſchæ inter proſtratos.

Reconciliabantur verò Feria 5. ante Paſcha, *can.* 17. *diſt.* 3. *de Conſecrat.* de Pœnitentibus verò qui ſiue ex grauioribus commiſſis, ſiue ex leuioribus Pœnitentiam gerunt, ſi nulla interueniat ægritudo, quintâ feriâ ante Paſcha eis remittendum Eccleſiæ Romanæ conſuetudo demonſtrat: & *ſermone de vnctione Chriſmatis, qui eſt inter opera Cypriani*: hodie, ait, reconciliantur Eccleſiæ Peccatores, & eiecti foras ad Matris vbera reducantur, excluſique à cœtu Sanctorum, ad communionem, quâ caruerant, reuertantur. Et ideo cùm in concilio Remenſi anno 923. *tomo* 3. *conciliorum Galliæ*, iniungitur iis Pœnitentia, qui interfuerant bello Sueſſionis inter Robertum & Carolum; dicitur, in Cœna Domini reconcilientur: vt tribus, inquit, Quadrageſimâ ſint extra Eccleſiam, & Cœna Domini reconcilientur. Et per reconciliatoriam manùs impoſitionem, *in concilio Arelatenſi cap.* 28. & *Arauſicano* 1. *can.* 39. & *in capitularibus lib.* 5. *cap.* 57. intelligenda eſt ea quæ fiebat in Cœna Domini, ad illius differentiam quæ Pœnitentibus dabatur in infirmitate.

Non ſemper autem omnibus Pœnitentibus dabatur gratia Reconciliationis in Cœna Domini, ſed adhuc aliqui ſuſpendebantur, dilatâ eorum Reconciliatione in aliam Domini Cœnam: Herardus *in Capitulis, cap.* 14. in die magno Cœnæ reconciliandi, vel adhuc ſuſpendendi Pœnitentes: vel aliquibus gradus tantum mutabant: nam *in concilio Ancyrano*, *can.* 6. dicitur vt aliqui qui erant tunc inter Audientes, inter proſtratos ponantur, poſt diem Paſchæ.

Pœnitentes illi de quibus egimus ſuprà, legibus quibuſdam tenebantur: nam non poterant communicare Corpori Chriſti, vt ſupra diximus: nec nubere ex *concilio Arelatenſi* 2. *can.* 1. nec extremam vnctionem accipere, *can.* 3. *diſt.* 95. nec vllos ſuſcipere in Baptiſmo, vel confirmatione, *concilio Pariſienſi* 6. *lib.* 1. *cap.* 54 Preſbyteri tamen & Diaconi Pœnitentes poterant in neceſſitate baptizare, *in concilio Aurelianenſi, cap.* 12. Item in dolore viuere debebant, &

a delicijs abſtinere, *concilio Cabilonenſi 2. cap.* 35. vt a conuiuijs, ornamentis; albâ veſte ſemper indui, *in capitulis Herardi*, *cap.* 116.

Cæterùm illa Pœnitentia Publica videtur ab vſu receſſiſſe in Gallia in quibuſdam tantùm locis, temporibus Caroli Magni, vt apparet *ex concilio Cabilonenſi 2. cap.* 29 his verbis: Pœnitentiam agere iuxta antiquam canonum conſtitutionem in pleriſque locis ab vſu receſſit, & neque excommunicandi, neque reconciliandi antiqui moris ordo ſeruatur; vt à Domino Imperatore impetretur adiutorium qualiter ſi quis publicè peccat publicâ mulctetur Pœnitentiâ, & ſecundum ordinem canonum, pro merito ſuo excommunicetur & reconcilietur: & *in capitularibus Ludouici Pij*, *addit.* 3. *cap.* 23 Dicimus in quibuſdam locis tantùm: nam poſt illud concilium reperiuntur aliquæ Pœnitentiæ publicæ indictæ in Gallia, vt illa quæ indicta eſt Teutbergæ vxori Lotharij *in concilio Aquiſgranenſi*, & alia Vuiniaro, temporibus Nicolai 1. & alia etiam poſterior, eorum qui interfuerant bello Sueſſionis inter Robertum & Carolum, de quibus actum eſt ſupra. Zonaras quoque *in can.* 16. *Synodi Carthaginenſis*, ait, hæc quæ fiebant de Pœnitentibus, ſuis temporibus in deſuetudinem abiiſſe: verum, ait, hoc tempore, quæ ſpectant ad Pœnitentes, neſcio quomodo intermiſſa obſoleuerunt, S. quoque Maximus *cap.* 3. *de Eccleſiaſtica Hierarchia*, in quo agitur de locis diſtinctis Catechumenorum, Energumenorum, & Pœnitentium, ait has differentias ſuo tempore non eſſe in vſu.

Cauſæ verò propter quas illa publica Pœnitentia deſijt frequentari in Eccleſia, multæ poſſunt à nobis reddi. Prima eſt, quia multi erubeſcebãt illam Pœnitentiam agere, & ita manebant in peccatis ſine correctione, & renuntiabant remedio, quod ad eorum inuidiam tenderet, & exprobrationem, ac publicationẽ ſui contineret. Tertullianus *lib. de Pœnitentia*, *cap.* 10. pleroſque tamen, inquit, hoc opus, vt ſui publicationem ſuffugere, vel de die in diem differre præſumo, pudoris magis memores quàm ſalutis; veluti illi qui in partibus verecundioribus corporis contracta vexatione conſcientiam medentium vitant, & ita cum erubeſcentia ſua pereunt. Ideo ne multi dum erubeſcunt aut ſuos metuunt inimicos à Pœnitentiæ remedijs arceantur, & omnes prouocarentur ad eam, permiſſum eſt ſecretam agere Pœnitentiam, *can.* 89. *diſt.* 1. de Pœnitentia quamuis ait plenitudo fidei videatur eſſe laudabilis, quæ propter Dei timorem apud homines erubeſcere non veretur, tamen quia non omnium huiuſmodi ſunt peccata, vt ea qui Pœnitentiam poſcunt non timeant publicare; remoueatur tam improbabilis conſuetudo, ne multi à Pœnitentiæ remedijs arceantur, dum vel erubeſcunt vel metuunt inimicis ſuis ſua facta reſerare, pro quibus poſſunt legum conſtitutione percelli: ſufficit enim illa confeſſio quæ primum offertur Deo, tum etiam Sacerdoti, qui pro delictis Pœnitentium precator accedit, tunc enim demum plures ad Pœnitentiam poterunt prouocari ſi auribus populi non publicetur conſcientia confitentis. Cuius indulgentiæ exẽplũm addit D. Baſilius epiſtola ad Amphilochium canone 4. in quo dicitur adulterio pollutas mulieres & confitentes non oportere publicare

A iuum adulterium per publicam Pœnitentiam, nec tranſire per gradus Pœnitentium publicorum, ſed ſtare tantum ſine communione: adulterio pollutas mulieres & confitentes, ob pietatem vel quomodocumque accuſatas vel conuictas, puta, per fraternam correctionem, publicare quidem patres noſtri prohibuerunt, ne cõuictis mortis cauſam præbeamus; eas autem ſtare ſine communione iuſſerunt donec impleretur tempus Pœnitentiæ: & cum multi tales caſus contigiſſent, horum occaſione factum eſt facile, vt in morem veniret ſecreta peccatorum Pœnitentia, & eam approbauerit Leo 1. in *dicto can.* 89. *diſt.* 1. *de Pœnit.* Sæpiſſimè namque indul-
B gentiæ quibuſdam conceſſæ in ius commune poſteà trahuntur, vt iure Ciuili, ex conſtitutione D. Pij inter liberos & parentes nudâ tantum voluntate conſtitit iam olim donatio, *l.* 4. *&* 7. *Cod. Theodoſ. de donationib.* quod iuris priuilegium dicitur *l.* 5. *eod. tit.* & Iuſtinianus *in l.* 35. §. *ſi vero Cod. eod. tit.* priuilegium illud quod erat inter liberos & parentes, ius commune inter alios homines effecit, vt ſcilicet nudâ voluntate conſtitueretur, eſſetque perfecta & plena donatio ſine traditione.

Secunda cauſa fuit eorum qui erant in infirmitate conſtituti: illi enim propter mortis periculum reconciliabantur, & communione dona-
C bantur, *Nicæna Synodi can.* 13. ita tamen vt ſi eſſent reſtituti ſanitati, tenerentur perſeuerare in accepta & profeſſa Pœnitentia, vt pluribus oſtendimus ſuprà: quâ ratione Eccleſia iudicauit per Reconciliationem illam abſolui quidem à culpa peccatores, ſed non liberari à pœna, eáq; teneri poſt abſolutionem & reconciliationem. Et certè Eccleſia rectiſſimè admiſit eos ad reconciliationem & Communionem, vt eorum ſaluti prouideret, & à culpa & æterna pœna liberaret; & ita certos ſalutis, & in tuto poſitos reſeruaret eos pœnis temporalibus in hoc ſæculo vel in futuro: at delicati peccatores inde ſumpſerunt occaſionem petendæ communionis & reconci-
D liationis, & dixerunt ſe eſſe infirmos, non poſſe publicæ Pœnitentiæ longas ærumnas tolerare; nam & D. Paulus dicebat 1 *Corinth.* 1. propterea inter vos multi infirmi & ægri, & dormiunt multi. Quod cum videret Eccleſia eos non ſtatim ex ea cauſa admiſit; ſed initio monuit, hortata eſt, & in terrorem diuini iudicij adduxit, & aliquando excommunicauit, vt ante probatum eſt: & cùm nihil proficeret, illis cauſantibus debilitates, vexationes, ægritudines & morbos, éaque non iudicaret de occultis, & videret poſterioribus temporibus omnes velut infirmos Pœnitentiæ laborem & pudorem recuſare; permiſit eis ad Communionem & Reconciliationem per Contritionis Confeſſionem perue-
E nire, & ita hodie nos omnes quaſi in Iubilæo perpetuo, vel in infirmitate conſtituti, ſine magna Pœnitentia Communionem & Reconciliationem impetramus; & hoc iure vtimur, vt Contritus & Confeſſus ad Communionem accedere poſſit ex concilio Tridentino *ſeſſ.* 13. *cap.* 7 *de S. Euchariſtiæ Sacramento*: in quo dicitur, ad communicandum, Eccleſiaſticam conſuetudinem declarare eam probationem neceſſariam eſſe, vt nullus ſibi conſcius mortalis peccati, quamuis ſibi contritus videatur, abſque præmiſſa Sacramenti confeſſione ad ſacram Euchariſtiam accedere debeat. Et quidem Eccleſia rectiſſimè

A voluit per periculum ſubeundæ legitimæ peccatorum pœnæ, vincere periculum damnationis æternæ, maluntque eſſe addictos pœnæ quàm culpæ. Vnde temporibus quibus publicæ Pœnitentiæ erant in vſu, non denegauit infirmis communionem, vt eorum ſaluti prouideret, quamquam ſciret eos poſt Communionem adhuc ad Pœnitentiam teneri; & quamquam etiam dubitaret de eorũ Pœnitẽtis, vt dicitur *in c. 2. diſt. de Pœnit.* ſi quis poſitus in vltima neceſſitate ægritudinis ſuæ voluerit accipere Pœnitentiam, & accipit, & mox reconciliatur, & hinc vadit, fateor vobis, non illi negatur quod petit, ſed non præſumimus quod bene hinc exit; ſi ſecutus hinc exierit, ego neſcio: Pœnitentiam dare poſſumus, B ſecuritatem vero dare non poſſumus. Nunquid dico, damnabitur? ſed non dico, liberabitur. Ea tamen admiſit: nam & hodie etiam cum vetus illa Pœnitentia non eſt in vſu, cum remittuntur peccata, vniuerſa etiam pœna ſæpiſſime non condonatur, vt dicitur in Synodo Tridentina *ſeſſ. 16. cap. 8. de Pœnit. Sacram.* Et aliquando reatus manet temporalis pœnæ exoluendæ, vel in hoc ſæculo, vel in futuro in Purgatorio, *ſeſſ. 4. de reformat. can.* 30. diximus ſæpiſſime, diximus aliquando, quia tanta poteſt eſſe Charitas & dilectio Dei, tanta Pœnitentia, vt omnis pœna etiam poſſit condonari, vt probatum eſt ſuprà ex D. Chryſoſtomo. Ratione ergo illius pœnæ C tutius eſt agere Pœnitentiam, & ita ſatisfacere: & licet patres concilii Tridentini, agentes de præparatione quæ adhibenda eſt vt dignè quis ſacram Euchariſtiam percipiat, *ſeſſ. 13. cap. 7. de S. Euchariſtia Sacramemento*, mentionem tantum faciant Contritionis & Confeſſionis; poſteà tamen *ſeſſ. 16. cap. de Pœnitentia Sacramento*, agunt de ſatisfactionis neceſſitate, & fructu, & nos ad eam hortantur: & diuinã, inquiunt, clementiã decet ne ita nobis abſque vlla ſatisfactione peccata dimittantur, vt occaſione acceptâ, peccata leuiora putantes, velut iniurii, & contumelioſi Spiritui Sancto, in grauiora labamur, theſaurizantes nobis iram in die iræ: nam proculdubio D a peccato reuocant magnoperè, & quaſi fræno quodam coërcent hæ ſatisfactoriæ pœnæ, cautioreſque, & vigilantiores in futurum efficiunt Pœnitentes; medentur quoque reliquiis peccatorum, & vitioſos habitus malè viuendo comparatos, actionibus virtutum contrariis tollunt. Neque verò ſecurior vlla via in Eccleſia Dei exiſtimata fuit vnquam ad amouendam imminentem à Domino pœnam, quàm vt hæc opera Pœnitentiæ homines cum vero animi dolore frequentent. Accedit ad hæc quod dum ſatisfaciendo patimur pro peccatis, Chriſto Ieſu, qui pro peccatis noſtris ſatisfecit, ex quo omnis eſt noſtra ſufficientia, conformes efficimur, &c. E Pœnitentia enim Confeſſionem parit vtilem, vt dicitur *in tractatu 14. de viſitatione infirmorum, lib. 2. cap. 5. qui eſt inter opera D. Auguſtini.*

Tertia cauſa eſt opinio & ſcientia quorumdam hominum, qui temporibus Tertulliani reſpuebant omnem laborioſam Pœnitentiam, & dicebant Pœnitentiam corde & animo ſuſcipiendam, licet actu minùs fieret, ſeu licet nullo corporis actu adminiſtraretur: quorum ſententiam refellit Tertullianus *lib. de. Pœnitentia, cap. 5.* ſed aiunt, inquit, quidam ſatis Deum habere, ſi corde & animo ſuſpiciatur, licet actu minùs fiat: & reſpondet: ſed iſta ingenia de ſemine hypocritarum pullulare conſueuerunt, quorum indiuidua cum Diabolo eſt amicitia, quorum Pœnitentia nunquam fidelis: & D. Auguſtinus videtur contra nos ſcribere *ſermone 56. de tempore, & 1. de Pœnitentia*: parum eſt, inquit, peccatorem pœnitere, niſi peregerit Pœnitentiam: ad emendanda namque crimina vox pœnitentis ſola non ſufficit; nam in ſatisfactione ingentium peccatorum, non verba tantùm, ſed opera quæruntur: datur quidem in extremis pœnitentia quia non poteſt denegari, ſed auctores tamen eſſe non poſſumus, quod qui ſic perierit abſolui poſſit. Cùm ergo hæc opinio quoſdam occupaſſet, fieri potuit, vt mitiùs ageretur cum eis, & non cogerentur agere Pœnitentiam quam crederent inutilem.

Quarta cauſa eſt quia cùm olim primis temporibus omnes ferè Chriſtiani quotidiè communicarent, & raræ eſſent pœnitentiæ; illi qui in aliquod peccatum lapſi erant, omnem lapidem mouebant vt non viderentur à communione diu remoti, pudorique ſuo malebant obſequi quàm pœnitentiæ ſaluti, & ita inſtabant, vrgebant, inſectabantur, vt vel a communione non remouerentur, vel remoti promptè reſtituerentur, vt apparet ex multis *epiſtolis D. Cypriani*; & à quibuſdam Sacerdotibus Pacem extorquebant importunè, vt ait idem Cyprianus *epiſt. 51. ad Cœlidonium*, vel etiam ipſi præpoſiti Eccleſiarum gratificantes eis, eam tribuebant eodem teſte Cypriano *epiſt.* 47. Inde vero factum eſt, vt multi Sacerdotes hæc exempla traxerint in conſequentiam, ſo tantum vt inualuerit conſuetudo quæ tandem ſit approbata propter rationes iam dictas: non quo minus Sancto cibu veſcatur, comedet enim, inquit, de Sanctis; ſed ne ad velum ingrediatur, neque accedat ad Altare: nam qui languoribus adhoc in animo latentibus obnoxii ſunt, hi participes eſſe benedictionis Chriſti poſſunt, non tamen eo modo quo Sancti viri percipiunt ad ſanctificationis incrementum, & animi firmitatem, & ad fixam in rebus præclaris perſeuerantiam; ſed eo modo quo conuenit infirmis, ad vitii abiectionem, ceſſationemque à peccato, voluptatumque mortificationem, nec non & valetudinis ſpiritualis recreationem: nam quia Chriſtus noua Creatura eſt ſecundum ſcripturas, eam ob cauſam nos quoque illum in nobis ipſis accipimus, vt per ſanctam eius carnem & ſanguinem, in vitæ nouitatem, per ipſum, & in ipſo reformati, deponamus veterem hominem, qui quidem corrumpitur ſecundum deſideria erroris, vt ſcriptum eſt: illi enim qui ſine pœnitentia communicant, vt infirmi communicant, non vt fortes & benè valentes.

Quinta cauſa eſt, quia cùm in arbitrio Sacerdotis intelligentis, Pœnitentia vtplurimùm relicta fuerit, & ille tempora Pœnitentiæ pro fide & conuerſatione pœnitentium abbreuiare, vel protelare poſſit, vt dicitur *in can. 86. diſt. 1. de Pœnit.* inde etiam ſæpiſſimè factum eſt, vt aliqui fuerint ſacerdotes inclinatiores ad veniam, & admiſerint facilè peccatores ad communionem, vt conſtat ex D. Cypriano *de lapſis*; vbi plurimùm reprehendit eos, & ex Origene *in Ieſu Naue, cap. 7. homil.* 7. hoc modo, inquit, accidit quando Sacerdotes, qui populo præſunt, erga delinquentes indulgentes videri volunt, & ve-

rentes peccantium linguas ne fortè malè de eis loquantur, Sacerdotalis ſeueritatis immemores, nolunt implere quod ſcriptum eſt, peccantem coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant: & iterum; auferte malum ex vobis ipſis: nec, Zelo Dei ſuccincti imitantur Apoſtolum dicentem tradidi huiuſmodi hominem Sathanæ in interitum carnis, vt Spiritus ſaluus fiat: factum etiam eſt vt ipſi peccatores, cùm viderent aliquos Sacerdotes leuiorem imponere Pœnitentiam, haberent odio ſeueriores: qua de re D. Auguſtinus apud Burchardum *lib. 19. cap. 60.*

Ex eo igitur quod omnes Pœnitentiæ factæ ſunt arbitrariæ propter hominum vel infirmitatem, vel peruicacitatem, factæ quoque ſunt leuiores priſcis & legitimis canonum pœnitentiis, nec amplius tenuerunt modum Pœnitentiæ canonicum peccatores: & ſicut olim quidam peccatores non admittebantur ad Communionem, & poſteà admiſſi ſunt; & non erat etiam locus certus Pœnitentiæ, & poſtea locus ei datus fuit; ſic etiam olim nulla fiebat Reconciliatio, niſi poſt Confeſſionem & Contritionem, præcederet Pœnitentia, & hodie contritionem & confeſſionem ſubſequi poteſt Pœnitentia: quod iden placebat olim, quod ſcirent homines poſt Communionem contemnere pœnitentiam: quia enim, vt ait Tertullianus *de Pœnit.* poſteaquam libertate mutatus eſt, furta ſua & fugas ſibi imputabit? item quod exiſtimarent non eſſe conſentaneum vt peccator, qui ſe ægrotare confitetur, eadem victus ratione vtatur, quâ vtuntur illi qui proſperâ ſunt valetudine, & hodie placuit vt minus pendeat ſalus peccatoris; nam cùm ad culpam magis pertineat reconciliatio, & Pœnitentiæ ſatisfactio ad pœnam, culpa verò non poſſit niſi in hoc ſæculo dimitti, & pœna in altero quoque poſſit adimpleri, cautius viſum eſt ſi culpa potiùs quàm pœna ſolueretur.

Verùm hoc ſemper manet, Pœnitentiam & Reconciliationem illam eſſe ſimilem infirmorum Reconciliationi, & quantum fieri poteſt non eſſe ſine congrua Pœnitentia concedendam, vt nihil ſublatum Pœnitentiæ complemento, ſed ordo tantum mutatus videatur, & quæ olim præcedebat communionem Pœnitentia, hodie ſaltem eam ſubſequatur, ſeruatâ in omnibus rectâ illius œconomiâ atque diſpenſatione, vt quantùm quis ſoluerit peccatorem à culpa, eum liget ad pœnam: nam & D. Petrus iniungit Simoni, & Patres veteres hoc requirunt, & concilium Tridentinum plurimum commendat: debent, inquit, Sacerdotes Domini, quantùm Spiritus & prudentia ſuggeſſerit, pro qualitate criminum & Pœnitentium facultate, ſalutares & conuenientes iniungere ſatisfactiones; ne ſi forte peccatis conniueant; & indulgentius cum Pœnitentibus agant, opera quædam leuiſſima pro grauiſſimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur: habeant autem præ oculis vt ſatisfactio quam imponunt, non ſit tantum ad nouæ vitæ cuſtodiam & infirmitatis medicamentum, ſed etiam ad præteritorū peccatorum vindictam: & caſtigationem; claues enim Sacerdotum non ad ſoluendū duntaxat, & ſed ad ligandum conceſſas etiam antiqui Patres credunt & docent: & Synodus Prouincialis Conſtantinopolitana ſub

A Luca Patriarcha *apud Balſamonem epiſt. ad Amphilochium can. 74.* ait, quod Antiſtitibus quidem licet pœnas augere canonicas, & diminuere, aranearum vero filis ligare, quæ debent trabibus rudentibus alligari, non conceſſum eſt: quibus tamen temporibus non erant in vſu Pœnitentiæ. Noſtra quoque tempora non ſunt tantum tempora Abſolutionis, Reconciliationis, & Indulgentiæ; ſed etiam tempora Ieiunii, Orationis, Vigiliarum, Eleemoſynarum, Pœnitentiæ: & Deus etiam non tantùm Miſericors eſt, ſed & Iuſtus; & nunquam miſericordiam velut oleum effundit, quin aliquid iuſtitiæ admiſceat, vt dicitur in *can. 43. diſt. 1. de Pœnit.* nullus, ait debitæ grauioris pœnæ veniam accipit, niſi qualemcumque, etſi longè minorem quàm debeat,
B ſoluerit pœnam: ita enim à Deo largitas miſericordiæ impertitur, vt non relinquatur etiam iuſtitia diſciplinæ.

Supereſt vt agamus de locis in quibus Pœnitentes Pœnitentiam agebant: erant enim certa loca Pœnitentibus aſsignata, quæ deſcribuntur à Gregorio Thaumaturgo *in epiſt. canonica can. 11. & vlt.* ἡ πρόσκλαυσις id eſt fletus ſeu luctus & eiulatus, eſt extra portam oratorii, vbi peccatorem ſtantem oportet fideles ingredientes orare vt pro ſe precentur. ἡ ἀκρόασις, id eſt auditio,
C eſt intra portam, in loco quem νάρθηκα vocant, id eſt ferulam, vbi oportet eum qui peccauit ſtare poſt Catechumenos, & illinc egredi; audiens enim, inquit, ſcripturas & doctrinam, ejiciatur. ἡ δὲ ὑπόπτωσις, id eſt ſubſtratio, vt intra portam Templi proſtratus, cum Catechumenis egrediatur: ἡ σύστασις cœtus, ſeu congregatio, conſiſtentia eſt, vt cum fidelibus conſiſtat, & cùm Catechumenis non egrediatur. poſtremò eſt μέθεξις τῶν ἁγιασμάτων participatio Sacramentorum: & D. Baſilius *in can. 22. epiſt. ad Amphilochium.* eodem ordine hos quinque gradus pœnitentiæ numerat, vt primo pœnitentes ſint inter flen-
D tes: 2. inter audientes: 3. in pœnitentiæ gradu qui eſt proſtratorum. 4. in congregatione cum populo, denique 5. inter communicantes Bono: & Scholion Harmenopuli *ſect. 5. tit. 3.* canonem D. Baſilii 58. in quo qui commiſit adulterium annis quindecim pœnitet, quatuor quidem annis plorans, quinque audiens, quatuor ſuccumbens, vno ſedens; ſic explicat: plorans, inquit, hoc eſt ſtans extra Eccleſiam & ingredientes orans vt pro ſe preces fundant; audiens, hoc eſt ſtans foris in narthece; ſuccumbens, id eſt ſtans intra Eccleſiam poſt ſuggeſtum, & cum Catechumenis exiens; ſtans, id eſt cum fidelibus orans, qui nec dum tamen admittitur
E ad Sacramenta.

Iſti omnes gradus pœnitentium dicuntur τόποι τῶν ἐν μετανοίᾳ ὄντων, à Sozomeno *lib. 7. cap. 16.* & à Zonara *in can. 57. epiſt. ad Amphilochium*, vocantur τόποι ἐπιτιμίων id eſt loca mulctæ. Et D. Baſilius *can. 4. dixit τῷ τόπῳ κατηχουμένῳ* reſtituere: dicuntur etiam χώραι à Gregorio Nazianzeno *oratione 39. in fine.* pœnitentes, ait, recipio, cumque recipio, conuenientem illis aſſigno locum, τοὺς μετανοοῦντας αὐτοῖς ἁρμόζουσαν χώραν. Synodus Ancyrana vocat βαθμὸς id eſt gradus, *can. 20. 21. & 25.* & Synodus Agathenſis *cap. 9. apud Burchardum lib. 19. cap. 26* gradus appellat. Illi gradus certi, & diſtincti maximè obſeruabantur in Eccleſia Romana, vt teſtatur Sozomenus *lib. 7. cap. 16.* & Nicephorus Cal-

latus *lib. 13. cap. 28.* & obſeruatos quoque fuiſ-ſe in Eccleſia temporibus Dionyſij Areopagitæ colligit S. Maximus ex ipſo Dionyſio *cap. 3. de Eccleſiaſtica Hierarch.* in quo diſtinctis locis collocat Catechumenos, Energumenos, & pœnitentes: ordo, ait, Patris huius temporibus obſeruabatur fortaſſis in Eccleſiis ſecundum loca: in eo enim capite duobus in locis loca diſtincta aſſignantur Catechumenis, Energumenis, atque pœnitentibus. Et quod in fine plures videntur differentiæ hominum fieri, illæ omnes differentiæ ad has tres ſpecies reducendæ ſunt, & reducuntur à S. Maximo. Horum quoque omnium quinque locorum mentio fit in *can. 22. 56. 57. & 64. epiſt. ad Amphilochium.*

Hi autem qui erant in primis quatuor gradibus non communicabant Sacramentis, id eſt Corpori Chriſti, *can. 56. 57. 58. 59. & 64. epiſt. prædict. ad Amphilochium*, nam in quinto tantùm gradu licebat communicare Sacramentis, *dict. can. 56. 57. & 64.* Et illa communio dicitur Sacramentorum participatio, *dict. cap. 56.* vel Sacrorum *cap. 57.* vel Communio ſimpliciter, *dict. can. 59. & 64.* Et hoc eſt recipi perfectè *can. 8. Ancyrano*, & quod eſt perfectum, aſſequi, *can. 9. & 29.* & ſancto myſterio communicare, & oblationem aſſequi *can. 1. Ancyrano* vel cum oblatione recipi, *can. 7. ead. Synodo.* Qui vero erant in gradu 4. etſi non participarent Sacramentis, habebant tamen communionem precum, *can. 4. Ancyrano*: & hoc eſt quod dicitur in *can. 5. eiuſdem Synodi* ſine oblatione recipi, vel ſine oblatione communicare *can. 9. & 24. ead. Synodo Ancyrana.* Et ita non communicare, duobus modis accipitur, pro in Eccleſiam non accedere, vel Sacramentis non participare, vt ait Balſamo *in can. 16. Synodi Nicænæ 1.* & Zonaras *in Synodi Chalcedonenſis can. 2.* Communionis, inquit, priuatio, non de ſola ſacrorum myſteriorum perceptione his deneganda, ſed de illorum quoque conſuetudine & congreſſu vitando accipi debet.

Neceſſe erat aliquando Pœnitentibus illos omnes gradus percurrere, vt homicidæ voluntario *cap. 56. ad Amphilochium*; fornicatori *cap. 59.* periuro *cap. 64.* & aliis multis. Aliquibus vero non erat neceſſe omnes illos gradus percurrere: nam in *can. 34. ad Amphilochium* pœnitens adultera mulier iuſſa eſt ſtare toto tempore pœnitentiæ in loco conſiſtentium, & ita accipiendus eſt *can. 61.* in quo dicitur vt fur pœnitens anno vno arceatur à ſola communione, puta, inter conſiſtentes; nam fur qui conuictus agit pœnitentiam, vno anno eſt in loco Subſtratorum, & alio anno in loco Conſiſtentium. Alii pœnitentes toto vitæ ſuæ tempore manent primo loco, qui eſt lugentium *can. 73. ad Amphilochium*, aliquando locus ille eiulantium non percurritur, *can. 4. Synodi Ancyranæ*: aliquando nec gradus eiulantium, nec gradus audientium, *can. 7. 8. & 24. Synodi Ancyranæ.* Et ſic de aliis locis, in quibus obſeruare licet nunc primum gradum, nunc ſecundum, nunc tertium, nunc alium gradum omitti & præteriri, & ita per ſaltum alicuius, vel aliquorum graduum ad communionem peruenire prout ratio veniæ & peccatorum exigit.

Primus igitur gradus ſeu locus pœnitentium eſt, & dicitur ἡ προσκλαυσις, ſeu locus eiulantium, & eſt eorum qui ſtabant propter fores Eccleſiæ, rogabantque populum ingredientem vt pro

A ipſis Dominum orarent, vt ait Gregorius Thaumaturgus; & hoc etiam dicitur à D. Baſilio *ad Amphilochium can. 56.* debet, inquit, quatuor annis deflere ſtans extra fores Oratorii, & fideles rogans ingredientes vt pro eo deprecentur, ſuam iniquitatem pronuntians: & *can. 75.* poſtquam autem tanto horrendi peccati ſenſum & animaduerſionem venerit, triennio defleat ſtans præter fores domus Oratorii, & rogans populum ingredientem ad orationem, vt vnuſquiſque pro eo miſericorditer ad Dominum intenſas fundat preces. Et omnes qui grauiter peccauerant, in agenda pœnitentia, per hunc locũ tranſire debebant, vt ſunt illi de quibus agitur *in dict. can. 56. & 75.* imò aliqui propter atrocitatem criminis iubebantur toto vitæ ſuæ tempore eſſe in hoc

B loco luctûs; vt qui Chriſtum negauerant, *can. 7. ad Amphilochium*: qui Chriſtum negauit iubetur toto vitæ ſuæ tempore eſſe in loco luctûs & exomologeſeos, προσκλαιειν δὲ ἐξομολογεῖσθαι. Illi dicuntur eſſe extra fores Eccleſiæ: nam pœnitentes acceptâ pœnitentiâ iubebantur ſtare ante fores Eccleſiæ, & in hoc Adamum repræſentare eiectum è paradiſo, vt dicitur apud Burchardum *lib. 19. cap. 26. ſupra citato*: & oſtendimus ſuprà eiici ſolitos ab Eccleſia pœnitentes: & adhuc probari poteſt ex *can. 9. Synodi Carthaginenſis*, qui eſt de his qui pro ſuorum peccatorum meritis ex Eccleſiaſtico cœtu eiiciuntur. Deinde dicuntur in hoc loco Pœnitentes rogare fideles in-

C gredientes in Eccleſiam, vt orent pro ipſis, vt oſtendimus *ex epiſt. ad Amphiloch. can. 56. & 75.* & confirmatur ex Gregorio Nyſſeno *oratione in eos qui alios acerbius iudicant* affligere, fratreſque beneuolos atque vnanimes adhibe, qui ſimul doleant, adiumentoque ſint vt liberetis; oſtende mihi amaras atque vberes lacrymas tuas, vt meas ego quoque commiſceam, afflictionis participem; & ſocium ſume Sacerdotem, vt Patrem: & ex D. Baſilio *apud Simeonem Magiſtrum concione 8. de Pœnitentia, loco ſupra citato.*

Rogabant autem etiam pro iis Epiſcopi, & Sacerdotes & Diaconi *lib. 8. conſtitution. cap. 16.* & plebs quoque, quæ dicitur rogaſſe Syneſium pro Lamponiano, apud eundem Syneſium *epiſt. 67.* & ipſe etiam Epiſcopus rogabat Deum cum Pœ-

D nitentibus, & pro Pœnitentibus, & flebat ac dolebat cum eis, vt teſtatur Sozomenus *lib. 7. cap. 16.* & oſtendit quoque Gregorius Nyſſenus *oratione in eos qui alios acerbius iudicant.* Sacerdos, ait, ita triſtatur ob illius peccatũ quem propter Religionem habet loco filii, vt Iacob viſâ tunicâ Ioſeph ſanguine conſperſâ, vt Dauid luxit Abſalonis interitum, vt Eli Ophnim & Phinees, qui in acie ceciderant, vt Moyſes impium populum qui rerum nouarum ſtudioſus vitulum ſibi conflauerat. Et oſtendimus *ſuprà* ex Paulino *in vita D. Ambroſii*, eum in danda Pœnitentia peccatoribus ita flere ſolitum, vt Pœnitentem

E flere compelleret. Nam vt ait Theodoretus *in Ezechielem, lib. 14. cap. 31.* non eſt illis inſultandũ qui propter peccata puniuntur, ſed cum flentibus, ſecundum Apoſtolicam admonitionem flendum: talis, ait, Pœnitentia Natalis Confeſſoris, qui cum in errorẽ lapſus fuiſſet, & eius erroris cõſcius factus fuiſſet Epiſcopus, Dei miſericordiæ viſionibus ſæpè admonitus, tandem per integram noctem ab Angelis flagris cæſus egit pœnitentiam, vt refert Euſebius *lib. 5. cap. vlt.* tandem, ait, per integram noctem à ſanctis

Angelis, flagris & verberibus vſque adeò acerbè & grauiter cæſus eſt, vt cùm primo mane ſurgeret, cilicio & ſacco indutus, cineribus aſperſus, cum magno mœrore & lacrymis ad pedes Zephyrini Pontificis ſe ſupplicem adiiceret; & non ſolùm ad Cleri, ſed ad Laicorum etiam genua aduolueretur; itavt Chriſti miſericordis Eccleſia illum magnoperè commiſerata, lamentis ſe vnà dederet: attamen ille licet multis precibus vſus fuiſſet, & plagarum vibices, quas pertuliſſet, oſtenderet, vix tandem in Eccleſię communionem receptus fuit. Talis etiam fuit pœnitentia Ecebolij Sophiſtæ apud Socratem *lib. 3. cap. 11.* vbi Ecebolius Sophiſta ſub Conſtantio Catholicus, ſub Iuliano Gentilis, eo mortuo iterum fidelis, & pœnitens, ante portam Eccleſiæ ſe pronum abiiciens, ſic vociferabatur: me quaſi ſalem inſipidum pedibus calcate. Talis etiam Pœnitentia Mœchi quam deſcribit Tertullianus *lib. de Pudicitia cap. 13.* his verbis: vbi loquitur de pœnitentia Mœchorum: & tu quidem, inquit, Pœnitentiam mœchi ad exorandam fraternitatem inducens in Eccleſiam conciliatum & concineratum, cum dedecore & horrore compoſitum, proſternis in medium ante viduas, ante presbyteros, omnium lacinias inuadentem, omnium veſtigia lambentem, omnium genua detinentem: Nam ille locus Tertulliani pertinet ad primum gradum Pœnitentiæ, qui eſt gradus eiulantium, non ad tertium gradum, vt male exiſtimauit vir doctiſſimus; qui non rectè quoque dixit gradum tertium eſſe omnium laborioſiſſimum, & vocari exomologeſim. Nam primus gradus eſt omnium laborioſiſſimus, & vocatur exomologeſis; nec per conſequens eſt gradus omnium laborioſiſſimus: magnæ namque difficultates erant ſuſtinendæ in primo grado pœnitentium, in quo quis eiectus erat ab Eccleſia, publicéque ſua crimina cum dolore, cum clamore ad Deum, ad homines, cineratus confitebatur; & ideo vocabatur exomologeſis; nam exomologeſis fit cum his actibus, & cum Confeſſione. Tertullianus *de Pœnitentia, cap. 9.* is actus qui magis Græco vocabulo exprimitur, & frequentatur, exomologeſis eſt, quâ delictum noſtrum Domino confitemur, non quidem vt ignaro, ſed quatenus ſatisfactio confeſſione diſponitur, confeſſione pœnitentia naſcitur, pœnitentiâ Deus mitigatur: itaque exomologeſis proſternendi & hominis humilificandi diſciplina eſt, conuerſationem iniungens miſericordiæ illicem; de ipſo quoque habitu atque victu, mandat ſacco & cineri incubare, corpus ſordibus obſcurare, animum mœroribus deiicere, illa quæ peccauit, triſti tractatione mutare, cæterùm paſtum & potum pura noſſe, non ventris ſcilicet, ſed animæ causâ. plerumque verò ieiuniis preces alere, ingemiſcere, lacrymari, & mugire dies noctéſque ad Dominum Deum ſuum, Presbyteris aduolui, & charis Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis ſuæ iniungere. Hæc omnia exomologeſis vt pœnitentiam commendet, vt de periculi timore Dominum, honoret, vt in peccatorem ipſa pronuncians, pro Dei indignatione fungatur, ex temporali afflictione ſupplicia non dicam fruſtretur, ſed expungat: cum igitur prouoluit hominem, magis releuat; cùm ſqualidum facit, magis mundatum reddit; cùm accuſat, excuſat; cùm condemnat,

A abſoluit; in quantum non tibi peperceris, in tantum tibi Deus, crede, parcet. Pleroſque tamen hoc opus vt ſui publicationem aut ſuffugere, vel de die in diem differre præſumo, pudoris magis memores quàm ſalutis, velut illi qui in partibus corporis verecundioribus contractâ vexatione, conſcientiam medentium vitant, & ita cum erubeſcentia ſua pereunt. At tertius gradus Pœnitentiæ non fit cum tam variis pœnitentis actibus: & D. Baſilius *in can. 73. ad Amphilochium*, dixit nominatim exomologeſim pertinere ad primum gradum luctus, cum ait in eo pœnitentem προσκλαίειν καὶ ἐξομολογεῖσθαι, vt non amplius recurrendum ſit ad coniecturas. In iſto gradu maxime populus commouebatur propter grauitatem peccatorum quæ recitabantur à pœnitentibus, vt dicitur in *concilio Agathenſi cap. 9. apud Burchardum lib. 19. cap. 26.* videntes Sanctam Eccleſiam pro facinoribus ſuis tremefactam & commotam: & in Synodo Carthaginenſi, *can. 46.* ſi ſit crimen publicum quod omnem mouet Eccleſiam.

Secundus gradus ſeu locus Pœnitentium eſt *ἡ ἀκρόασις*, ſeu locus audientium, in quo videntur fuiſſe & Catechumeni: illos ſiquidem inter auditores ponit Tertullianus *de Pœnitentia cap. 6.* nemo ſibi aduletur, quia inter auditorum tyrocinia deputatur &c. *& paulò poſt* audiẽtes vocat: prima audientis intinctio eſt metus integer, ſed pœnitentes qui audiebant, erant poſt Catechumenos. Gregorius Thaumaturgus *dicto c. 11.* Nam in *can. 14. Nicænæ Synodi* apud Zonaram & Balſamonem Catechumeni, qui peccant, ea ſtatione & ordine mouentur, ac inter audientes quaſi regradari ponuntur. in *can.* tamen 5. *Synodi Neocæſareæ* Zonaras & Balſamo dicunt eſſe duo genera Catechumenorum; vnum eorum qui in Catechumenorum ordine ſtant & genuflectunt, de quibus dicitur quod ſi peccauerint, inter audientes reponuntur; aliud genus eorum, qui inter audientes ſunt, & dicitur quod ſi illi peccauerint, extruduntur. Scholion Harmenopuli *ſect. 5. tit. 3.* duos quoque ponit ordines Catechumenorum vnum eorum, qui genuflectebant, perfectum ſcilicet; alterum imperfectum eorum qui audiebant. Sed valdè errant illi omnes, non enim duo genera Catechumenorum, ſed vnum genus, & de eodem genere agitur in dicto *can. 5.* nam in *can. 4. Synodi Nicænæ*, dicitur vt Catechumenus qui peccat, reiiciatur, & regradetur inter audientes; quod ſi iterum idem Cathecumenus peccet dicatur in canone Neocæſareo, vt reiiciatur inter lugentes: ſed hoc non eſt conſtituere diuerſa genera Catechumenorum; alioquin inter lugentes eſſet etiam ponendus ordo Catechumenorum, quia ad eorum gradum reiiciuntur. In eo ergo canone Neocæſareo ponitur ordo pœnarum imponendarum Catechumenis qui ſemel aut iterum peccant, non ordo Catechumenorum; itavt qui ſemel peccat, in ordinem Audientium redigatur; qui iterum ibi peccat, in ordinem Eiulantium: quod ſi redactus in ordinem Audientium non peccet, ſed emendet peccatum ſuum, tunc iterum reducitur ad ordinem Catechumenorum, vt dicitur in Synodo *Nicæna can. 14.* Hi vero qui in hoc gradu Pœnitentiæ conſtituuntur dicuntur eſſe in loco quem vocant νάρθηκα, vt ait Gregorius Thaumaturgus *in epiſt. canonica can. 11.* νάρθηξ eſt ferula, quia pœnitentes tunc ferulę ſubditi erant,

Dicuntor intra portas, à Gregorio Thaumatur-
go *dicto can.* 11. & tamen extra Templum à Bal-
ſamona *in can* 11. *Synodi Nicænæ* ἔξω ἵστασθαι τοῦ ναοῦ
καὶ ἀκροᾶσθαι, id eſt, eſſe extra Templum, & audira;
& ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἵστασθαι ἐν τῷ νάρθηκι, καὶ τῶν θείων
ἀκούειν γραφῶν, id eſt, extra Eccleſiam ſtare in fe-
rula, diuinaſque ſcripturas audire, vt loquitur
Theorianus *in legat. Armen.*

Tantius grados aſt ἡ ὑπόπτωσις, proſtratio; qui
locus dicitur ſimpliciter pœnitentia 10 *c.* 12 a. *epiſt.*
ad Amphiloch. vbi admitti ad Pœnitentiam, eſt
admitti ad huoc tertium gradum; & ipſi qoi ſunt
in eo grado dicuntor pœniteotes, qui ſubjscent
manibus Sacardotum, in *Capitularibus*, *lib.* 5.
cap. 69. Pœnitentas, qui ax grauiotibus peccatis
pœnitentiam gerunt ſi ex corda pæniteant, ſicot
Nicæna Synodus de lapſis conſtituit, tribus ao-
ois ſunt ioter audientea; quinqua verò, vel ſep-
tem annis ſubiacaant inter pænitentas, manibus
Sacerdotum; duobus etiam oblationes, modis
omnibus non ſinantur offerta, ſed tantummodo
populis in oratione ſociantur; nec confondan-
tur colla Deo ſubmittera, qoi eum non timua-
runt abnegate. Nam ibi pænitentes qui ſubja-
cant manibos Sacerdotum, ſunt proſtrati, qui
ſunt in tertio gradu pænitentiæ: vt & in *cap.* 71.
eod. lib. vbi locus ille dicitur intro oſtium Eccle-
ſiæ, infra tamen ipſam Eccleſiam, vt in Scholia-
ſte Harmenopuli loco citato ὄπισθεν τοῦ ἄμβωνος, id
aſt, pona ambonem, & *in can.* 19. *Synodi Lao-
dicena*, hi qui agunt pænitentiam, & ſub ma-
num accedunt, ſunt proſtrati; vt ait interpres
Latinus Zonaræ in *dict. can* 19. Hi axibant cum
Catechomenis. Scholion Harmenupuli; *ibidem*
dici etiam poteſt genuum flexio, nam in Syno-
do Naocæſarea *can.* 5. cum Catechumenus dici-
tur γόνυ κλίνων, idem eſt ac ὑποπίπτων. Iſte verò
Tertius gradus μετάνοια dicitur, ſeu pænitentia,
propter illas proſtrationes, inclinationes, & ge-
nuflexiones, qoas Græci μετανοίας vocant. Litor-
gia Chryſoſtomi: Sacerdos, ait, com Diacono
ποιοῦσι μετανοίας τρεῖς εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον, id eſt fa-
ciont tres inclinationes ad Sanctum altare: & in
Synodo 7. generali, *actio.* 4. ex Maximo Confeſ-
ſore dicitur: poſt hæc ſurgantes omnes cum
gaudio, & lacrymis, καὶ ἔβαλον μετανοίας, & mi-
ſerunt pænitentiam, id aſt, ad genu procideruut;
& oratio facta eſt. Ideoque genuflexiones illæ
loco pæniteotiæ impoſitæ ſunt, & dictæ pæni-
tantiæ à Ioanne ieiunatore. Scholion Harmeno-
puli *in tit.* 3. *de panis criminum*, de ſcortatore:
ſcortatoram jeiunator ad Bienniom condemnat,
ſi duntaxat ad veſparam quotidiè ieiunat, & ſic-
cis veſcitur; & pæniteotias μετανοίας 250. peragit
Aliud Scholion *de eo qui cum ſorore ſua pollutus*
eſt: talam, ait, ieiunator ad trieonium condemnat
cum ieiunio, & ſiccorum vſo, quotidianiſque
pænitentiis 400. & Scholioo *de Magis* Ieiunator
Magos & veneficos ad triannium damnat, cum
pænitentiis quotidianis 250. & aliud Scholioo *de
Sepulchri violatore*, ioter alias pænas ponit pſal-
mom quinquageſimum quotidie dicendum, &
50. pæoitentias peragendas: in qoibus omnibus
locis ducentæ quinquagints pænitentiæ, ſunt
ducentæ quinquaginta inclinationes & genuom
flaxiones, & ſic de aliis. Ex quibos patet vera
cauſa cur tertius gradus dictus ſit pænitantia,
quod gradus ille proſtratorum eſſet, & reclina-
torum, ac genoflectentium, vt ſonat ipſum no-
men gradus.

A Qoattos gradus σύστασις, aſt locus in qno ſi-
mul conueniunt fideles, ſeu cætus, & congre-
gatio ſimul ſtantium fidelium: vnde apud Hely-
chium συστάσεις ſuot σύνοδοι, συμφωνίαι. In eo sta-
baot fidelas, erantque in communione precum,
vt apparet ex dictis.

Quintus gradus aſt ἡ μέθεξις, participatio
Sacramantorum, non tantùm precum: in eo
enim Corpori Chriſti participabant.

Cum iam actum ſit de Pænitentia, ſaqoitur vt
agamus de vſu freqoentis Commonionis: nam
pænitentia eſt via ad Communionem Imprimis
autem colligimus ex patribus olim primores
Chriſtianos ſemper in Sacrificio Miſſæ Sacro-
B ſanctæ, communicaſſe Corpori Chriſti: quotieſ-
cumque enim loquuntur de eius ritu & celebra-
tione, ſtatim faciunt mentionem plebis acceden-
tis ad hanc communionem. Clemens *lib.* 2. *con-
ſtitut. cap.* 57. poſteà verò fiat ſacrificium cuncto
pupulo ſtante, & ſilentio precante, & oblationa
factâ, quiſque ordo ſeorſum corpus Domini &
pratioſum ſanguinem ſumat, accedentes ordine,
vtpote ad corpus Regis; item muliares aperto
capite, vt ordinem earum decet: & *lib.* 8 *cap.* 13.
& poſtea ſumat Epiſcopus, deinde Presbyteri, &
Diaconi, & Subdiaconi, & Rectores, & Can-
tores, & Aſcetici: Et ax fæminis Diaconiſſæ, ac
Virgines & viduæ; poſtaa pueri, & deinda cun-
C ctus populus ordine, cum pudore & reuerentia,
ſine tumultu & ſtrepitu; atque Epiſcopos tribuat
quidem oblationem dicens, Corpus Chriſti, &
qui accipit dicat, amen. Et Iuſtinus Martyr *apo-
logia* 2. precibos, ait, peractis & gratiarum actio-
ne populus quiadaſt omnis benedicit, ſiue ac-
clamat & concinit, aman: vbi is qui præeſt gra-
tias egit, & populus omnis benedixit; qui apod
nos Diaconi dicuntur, diſtribuont vnicuique
eorum, qui adſunt, eum in quo gratiæ actæ ſunt
panam vinum & aquam: & in *can.* 9. *Apoſtol.*
commonio fidalibus præcipitur ſub pæna ex-
commonicationis; quicumqoe fideles, ait, in-
grediuntur, & ſcripturas audiunt, non perma-
D nent autem in precatione, vt Eccleſiæ confuſio-
nem afferantes, uportet ſegregari: nam vt ait
Zonaras in *dict. can.* 9. tunc temporis à laïcis
exigebatur vt συνεχῶς aſſiduè communicarent, &
egradi jobabantur ab Eccleſia non communi-
cantes, vt ſatis ax dictis ſupra colligitur; & coo-
firmatur ex Gregorio 1. *lib.* 2. *dialog. cap.* 2. cùm
in Eccleſia, ait, Miſſarum ſolemnia celebrarentur,
& ex more clamaret Diaconus, ſi quis non com-
municat det locum; & rursùs dum oblatio pro
ais fuiſſet immolata, & à Diacono iuxta morem,
clamatum aſſet, vt non communicantes ab Ec-
cleſia exirant: vnda Micrologus ait *lib. de Eccle-
ſiaſticis obſeruationibus*, olim ſolos communi-
E cantes ſacris interfuiſſe, *cap.* 51. ſciendum eſt au-
tem iuxta antiquos Patras, quod ſoli communi-
cantes diuinis myſteriis intereſſe conſueuarunt;
vnda & ante oblationem juxta canones iube-
bantur exira Catechomani, & Pæniteotas, vt qui
nondum ſe parauerant ad Communionem. Et
aliqui erant ita Religioſi coſtodes hujos conſue-
tudinis, vt in omnibus Miſſis quibus intererant,
communicarent. Vualfridus Strabo *de rebus Ec-
cleſiaſticis cap.* 22. & qoia, inqoit, de communi-
candi varietate quædam præmiſimus; hoc ad-
dendum videtur, eſſe quoſdam qui ſemel in die
commuoicare, etiamſi pluribus interfuerint
Miſſis, pro dignitate Sacramentorum ſufficere

credant, eſſe vero alios, qui ſic in vna, ſic in A omnibus quibus affuerint Miſſis in die communicare velint, quorum neutros culpandos exiſtimo; quia illos reuerentia ſanctarum terrabit rerum, hos amor ſalubrium inuitat Sacramentorum: alii etiam crediderunt nefas eſſe recitare orationem Dominicam niſi communionem accipienti. Idem Vualafridus *cap.* 20. Vnde etiam orationem Dominicam, quæ ab ipſis, vt credimus, Apoſtolis, vel Apoſtolorum temporibus ante communicationem & panis fractionem dicebatur; quidam illo tantùm tempore recitandam crediderunt, quo ſacrificia celebrabant, quia panem illum qui in eadem oratione petitur, ſuperſubſtantialem intelligi, non quotidianum voluerunt; & ſic fiebat vt qui ſemel per B hebdomadam communicabant, ſemel etiam orationem Dominicam recenſerent.

Poſteà tamen factum eſt vt hi qui non communicarent, non exirent Sacris, ſed eis panis benedictus daretur *Synodo Nannetenſi cap.* 9. vt de oblationibus quæ offeruntur à populo, & ſuperſunt conſecrationi, vel de panibus quos offerunt fideles ad Eccleſiã, vel certè de ſuis presbyter conuenienter partes habeat inciſas in vaſe nitido, vt poſt Miſſarum ſolemnia, qui communicare non fuerunt rati, Eulogias omni die Dominico, & in diebus Feſtis exinde accipiant. Et Simeon Theſſalunicenſis *in libello de Templo*, C Antidorum eſt panis, qui loco donorum tremendorum videlicet, iis qui non communicarunt diſpertitur. Certum eſt ergo Chriſtianos olim communicaſſe quotidie, quod adhuc Origenes teſtatur *homilia* 11. *in Geneſim*, Chriſtiani, inquit, omni die carnes agni comedunt, id eſt carnes Verbi Dei quotidie ſumunt, &c.

Deſierat autem illa conſuetudo communicandi in Oriente apud Græcos in pluribus locis D. Athanaſii temporibus: in concilio enim Antiocheno *can.* 2. conqueruntur patres concilii de quibuſdam qui ingrediebantur Eccleſiam, & ſacras audiebant ſcripturas, ſed non communicabant, nec ſanctam Euchariſtiam percipiebant. Maximè verò deſiit hæc conſuetudo tempori- D bus D. Chryſoſtomi, vt diſcimus ex eius libris, vt *homilia* 17. *in epiſt. ad Hebræos cap.* 9. ſed quoniam memini huius Sacrificii, volo pauca vobis dicere qui myſteriis eſtis initiari, quæ menſurâ quidem ſunt pauca, magnam autem habent vim & vtilitatem; non enim ſunt noſtra ſed Diuini Spiritus quæ dicuntur, quid eſt ergo? multi huius Sacrificii ſemel toto anno ſunt participes, alii vero bis, alii ſæpe: ad omnes ergo habetur oratio non ſolum ad eos qui hic ſunt, ſed ad eos etiam qui ſedent in deſerto; nam illi ſemel in anno ſunt participes, ſæpe etiam poſt duos annos. Quid vero? quinam erunt nobis magis ac- E cepti? an qui ſemel, an qui ſæpe, an qui raro? nec hi, nec illi, ſed ii qui cum munda conſcientia, qui cum mundo corde, qui cum vita quæ nulli eſt affinis reprehenſioni; qui ſunt huiuſmodi ſemper accedant; qui non ſunt huiuſmodi ne ſemel quidem. Idem tamen fatetur diebus Feſtis vt plurimùm frequentatam fuiſſe communionem, *oratione de S. Philogonio*, communionis, ait, tempus non quidem Feſtum, vel celebritas ſed conſcientia pura, vitaque à peccatis purgata: & *homilia* 17. *ad Hebræos*, *ſupra citata*, ſi inſtaret, ait, vel ſanctæ Quadrageſimæ tempus, vel ſolemnis Epiphaniorum dies ſuperueniret, qualiſcumque ſit aliquis myſteria ſumit; Ego vero dico, nec aduentus Sacri, nec Epiphaniæ, nec Quadrageſimæ tempus nos facit aditu tanti Sacramenti dignos, ſed animæ ſola puritas & ſinceritas: cum hac ſemper accede, ſina hac nunquam. Et D. Baſilius *epiſt.* 189. *ad Cæſariam Patritiam*, agnoſcit quidem ſingulis diebus Feſtis communicandum eſſe, ſed fatetur tamen ipſos Cæſarienſes ſolitos tantùm quater in ſingulis ſeptimanis, & in diebus Feſtis communicare: ſingulis, ait, certè diebus communicare & participare ſancto corpori ſanguinique Chriſti; bonum & fructuoſum eſt, &c. quater igitur nos ſingulis ſeptimanis communicamus, Dominico die, Feria quarta, in Paraſceue, & Sabbato; ſed & per dies etiam alios ſi alicuius Martyris memoria celebretur. De communione quæ fiebat Feſtis Martyrum, eſt locus celeberrimus *in Synodo Chalcedonenſi actione* 10. in libello Samuelis & aliorum Edeſſæ Presbyterorum ad Photium contra Ibam, vbi ſunt octodecim capita accuſationis. quorum decimum eſt quod vinum non daretur in Sacrificio Altaris, & quod dabatur eſſet lutulentum: quia dum memoria fieret Martyrum non eſt datum vinum ad Altaris Sacrificium, ad ſanctificationem, & populi diſtributionem niſi admodum exiguum, & vitioſum ac lutoſum, & quaſi ex tempore vindemiatum, vt ex hoc cogerentur qui miniſtrare deputati erant, de tabernis omninò vitioſi comparare ſex ſextarius, qui nec ſufficerent, ita vt his qui Sacroſanctum corpus diſtribuebant, innueret vt ingrederentur, quia ſanguis non inueniretur, illis bibentibus, ac ſemper habentibus diuerſum ac mirabile vinum.

Apud Latinos verò diutiùs videtur duraſſe conſuetudo in quibuſdam locis quotidianæ communionis. S. Gregorius *ad Auguſtinum Anglorum Epiſcopum reſponſione* 3. & refertur *can.* 11. *diſt.* 12. alia vero, quæ per loca terrarum, regioneſque variantur; ſicuti eſt, quod alii quotidiè communicant corpori & ſanguini Dominico, alii certis diebus accipiunt, &c. Nam D. Hieronymus *apologia pro libris aduerſus Iouinianum*, ait ſuis temporibus hanc fuiſſe Romæ conſuetudinem, vt quotidie communicarent. Scio, inquit, Romæ hanc eſſe conſuetudinem, vt fideles ſemper Chriſti corpus accipiant, quod nec reprehendo, nec probo, vnuſquiſque enim in ſuo ſenſu abundat: & *epiſt. ad Lucinum Baticum de Euchariſtia*, an accipienda quotidiè, quod Romana Eccleſia & Hiſpaniæ obſeruare videntur, &c. Nec mouit Latinos quod Orientales non quotidiè communicarent quin ipſi aliquo tempore perſeuerauerint in quotidiana fractione panis, dicentes panem eſſe quotidianum, vt refert D. Auguſtinus *de ſermone Domini in Monte*, *lib.* 2. *cap.* 7. de Sacramento verò corporis Domini, vt illi non moueant quæſtionem, quia plurimi in Orientalibus partibus non quotidiè cœnæ Dominicæ communicant, cùm iſte panis quotidianus ſit dictus.

Tandem vero in Eccleſia Occidentali rariùs fuit communicatum: primò diebus tantum Dominicis. Secundo quibuſdam tantum feſtiuitatibus; tertiò tantùm ſemel in anno Diebus Dominicis, vt præcipitur in *Synodo Aquiſgranenſi* 2. *ſub Ludouico*, *parte vlt. cap.* 21. ſanè, inquit, com-

ſcire animi ſui motum; illos qui non commu-nicant ſæpe poſſe reuerentiâ terreri, iſtos qui communicant amore inuitari: & ita vtroſque honorare Sacramentum; illos recedendo, iſtos accedendo: his accedit quod vt dixit S. Bonauentura *lib. 1. de profectu Religionis cap.* 77. varia ſunt hominum merita, diuerſa operum ſtudia, & multiplices Spiritus Sancti operationes; Deum autem ad ſe vocare aliquando, aliquando dicere, noli me tangere.

Generaliter ergo ſeruandum eſt quod ait Theodulphus *ad Presbyteres Aurelianenſes, cap.* 44. Admonendus eſt, inquit, populus vt ad Sacroſanctum corporis & ſanguinis Domini Sacramentum nequaquam indifferenter accedat, nec ab hoc nimium abſtineat; quia ſicut eſt periculoſum impurum quemque ad tantum accedere Sacramentum, ita quoque periculoſum eſt ab hoc, prolixo tempore abſtinere, ſaluâ eorum ratione qui excommunicatt, non quandiu eis liber, ſed certis temporibus communicanti & Religioſis quibuſque, qui pene omni die id faciunt. Et Patres *Synodi Cabilonenſis ſub Carolo cap.* 46. & refertur *apud Burchardum lib.* 5. *cap.* 14. in perceptione corporis & ſanguinis Dominici magna eſt diſcretio adhibenda: cauendum eſt enim ne ſi nimiùm in longum differatur, ad animæ perniciem pertineat, dicente Domino, niſi manducaueritis carnem filii hominis, &c. ſi vero indiſcretè accipiatur, timendum eſt illud quod ait Apoſtolus, qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit.

Illud quoque magis arbitramur dicendum, vt viri probitate conſpicui ſæpe ac ſemper communicent; nam vt diximus ex D. Chryſoſtomo *homilia* 17. *ad Hebræos cap.* 9. qui cum munda conſcientia, qui cum mundo corde, qui cum vita quæ nulli eſt affinis reprehenſioni, ſemper accedat; qui non eſt huiuſmodi ne ſemel quidem. Et ead. *hom.* 17. *ad Hebræos*: ſola, inquit, puritas nos facit dignos tanti Sacramenti, cum hac ſemper accede; ſine hac, nunquam: & Burchardus refert ex dictis S. Maximi *lib.* 5. *cap.* 18 qui iam peccare quieuit, communicare non deſinat: & D. Ambroſius illos hortatur *lib.* 5. *de Sacramentis*, vt quotidie accipiant ſi quotidie mereantur accipere; accipe, inquit, quotidie, quod quotidiè tibi proſit; ſic viue vt quotidiè merearis accipere; qui non meretur accipere quotidiè, non meretur poſt annum accipere. Et ita Balſamo ducet *in can. Apoſtolor.* quoſdam canones decernere, vt omnes qui audiunt ſacrum, ſint parati & digni communione; illi ergo poſſunt, illi debent aut ſemper, aut quotidiè communicare: nam vt ait D. Baſilius *epiſt.* 289. ſingulis certè diebus communicare, & participare Sancto corpori & ſanguini Chriſti, bonum eſt & fructuoſum, cùm dixerit ipſe perſpicuis verbis qui comederit carnē meam, & biberit meum ſanguinem, vitam habet æternam: jam verò quis dubitat quin vitæ frequentiùs participare, non ſit aliud omninò quam frequenter viuere? Et cum olim Chriſtiani ſanctè viuerent quotidiè communicabant, cumque quotidie communicarent non erat illis opus publicâ Pænitentiâ, & poterant poſt confeſſionem reconciliari nullâ prænià factâ Pænitentiâ, ſicut etiam hodie poſſunt Viri Iuſti & Religioſi. Et hæc eſt ratio propter quam in primo Sæculo, rara ſit mentio publicæ Pænitentiæ:

A nam ſi tale crimen commiſſum foret quod eſſet Pænitentiâ tali expiandum, non eſt dubitandum quin Eccleſia illud remedium adhibuiſſet, vt colligitur ex Pænitentia fornicatoris publica, inflictâ à Diuo Paulo 1. *ad Corinthios* 5.

Si verò agamus de peccatoribus, illi olim ante communionem, Pænitentiam agebant: nam cùm per peccatum peccato viuunt, & mortui ſint Deo; per Pænitentiam moriuntur peccato & viuunt Deo: atque vt ait Origenes *in epiſt. ad Romanos cap* 6. *lib.* 6. niſi priùs per Pænitentiam moriamur peccato, non poſſumus per Iuſtitiam viuere Deo; peccator cum peccauit amiſit gratiam, non recuperaturus niſi pænitentiam aſſum-
B pſerit; & meruit pænam, non euitaturus niſi caſtigationem obtulerit: cauſas enim Pænitentiæ delicta condiemus, & pænitentia omnis dolet, & timet, & ſibi proponit redimendam laborioſâ aliquâ compenſatione impunitatem: de ſe cogitat primò, & peccata recogitat; reformat quod deliquit: quia, vt ait Paulus *epiſt.* 2. *ad Corinthios, cap.* 7. 10. ſecundum Deum triſtitia Pænitentiam in ſalutem ſtabilem operatur. Iſidorus *lib.* 6 *Originum, cap. vlt.* Pænitentia appellata quaſi Pænitentia, eò quod ipſe homo in ſe puniat pænitendo, quod ipſe admiſit; nam nihil aliud agunt quos veraciter pœnitet, niſi vè
C quod malè fecerunt, impunitum eſſe non ſinant; expeditque cito pœnam ſubire peccatorum ſuorum: quiſquis enim, vt loquitur Syneſius *epiſt.* 44. tempore longo faciens iniuriam pœnæ expers manet, eum par eſt infæliciſſimum haberi, qui neque Deo, neque homini curæ ſit. Quarè, vt ait Origenes *homilia* 2. *in pſalmum* 37. hæc vox boni & optimi peccatoris eſt, qui delinquerit quidem, expectet tamen delictorum flagella, quibus in præſenti oportet emendari, ne puniatur & pereat in futuro. Propone tibi ante oculos peccatorem dicentem ad Dominum, ego quoniam peccaui iam nunc in flagella paratus ſum,
D noli me reſeruare tenebris exterioribus; dum in hac vita ſum, redde mihi peccata mea, quoniam flagellas omnem filium quem recipis, oro te flagella me quoque, & noli me reſeruare cum his qui non flagellantur, qui in laboribus hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur, id eſt qui penitus à te derelinquuntur; quorum emendationem correptionemque non quæris. Sciens ergo Dauid quæ ſit differentia cum flagellatur peccator ab eo qui flagellat omnem filium quem recipit; & quæ ſit eius differentia, qui dignus non habetur flagellis, ait ad Dominum, ego in flagella paratus ſum, id eſt ſi volueris ſuper ducere languores in me, mittere ægritudines, tolerabiliter feram; ſcio quia di-
E gnus ſum, vt non ſolum per ægritudines peccata mea ſoluantur, ſed per omnes afflictiones purgari deſidero, tantùm vt cæteris pœnis & cruciatibus non reſeruer; ſi placet inferre damna ſuſtineo; ſi placet omnes facultates perire, pereant; tantum ne anima mea pereat apud te. Et omnes Patres nos hortantur ad Pænitentiam. D. Chryſoſtomus, qui plures homilias fecit de Pænitentia, non quidem de publica, ſed de Pænitentia tantùm; & Patres concilii Tridentini *ſeſſ.* 16. *cap. de Pænitentiæ Sacramento*: peccatum enim & timor abſumit, & pudor abſtergit, & dolor abluit, & confuſio confundit, & pœna delet. Ac peccata non eſt tam graue peccatum,

quam peccatorum ſpinam non ſentire, & poſt peccatum non pudere, non triſtari, non dolere. Nam neceſſe eſt aliquando luere peccata, & qui peccat cum pœna contrahit, at prodeſt luere in hoc Mundo, Pœnitentia enim ſimilis eſt fornaci trium puerorum, in quam qui erant ingreſſi nihil grauè paſſi ſunt, & qui erant extra fornacem omnes conſumpti ſunt; & ignis fornacis quos continebat, euoluit, quos non continebat, rapuit: qui enim Pœnitentiam accipient incolumes erunt, qui extra Pœnitentiam viuent, peribunt; illi quia mala ſuſtulerunt, vt Lazarus accipient conſolationem; iſti quia bona ſua in hoc Mundo ſemper receperunt, vt Diues cruciabuntur. Et ſimilis eſt impœnitentia cuidam præſumptioni de ſe, & impudentiæ coram Deo, quod peccatum grauiſſimum eſt; ſi enim graue ſit peccare, multò grauius eſt altum ſapere in peccato, vt dicebat D. Chryſoſtomus *homilia 57. de Pœnitentia 10.* & *ſermone 68. de Pœnitentia & mæſtitia Regis Achab.*; vbi contendit quod Deus irrogauit pœnã Caino, non tam ob cædem fratris ſui, quàm ob impudentiam; non enim, inquit, ita Deus odit eum qui peccat, quàm eum qui impudenter ſe gerit. Et impœnitentes nullam poſſunt ſperare ſalutem, & erga illos tales eſſe debemus, ſicut Dominus præcepit, dicens, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus. Ruſus, Deus opera mala odit, & punit, & de omni etiam verbo otioſo rationem exigit, adeò vt nos ab omni delicto etiam minimo oporteat emundari; & eſt magnum chaos inter Deum & peccatorem, eſt & magnus hiatus, qui nos ſeparat, & tranſitum ad illum prohibet, nec à peccato ad Deum per ſaltum tranſitur, ſed eſt ordo quidam à peccato ad Pœnitentiam, à Pœnitentia ad veniam, à venia ad participationem: eſt & ordo profectuum, & ſunt profectibus & virtutibus gradus, vt ait Origenes *epiſt. ad Romanos lib. 6. cap. 6.* Et qui peccauerat non veniebat ſine Pœnitentia ad communionem. D. Chryſoſtomus *homilia de Pœnitentia*, & refertur *can. 41. diſt. 1. de Pœnit.* non poteſt quis gratiam doni cæleſtis accipere, niſi priùs purgatus fuerit ab omni ſorde peccati per Pœnitentiæ confeſſionem: & *can. 49. ead. diſt. 1. de Pœnitentia*: nam peccator Pœnitentiæ debitor eſt; in tenebris eſt, & debet illuminari; in vinculis eſt, & debet liberari; à Deo ſe auertit, & debet ad Deum conuerti; ſordes contraxit, & debet purificari; Deum offendit, & debet reconciliari; ab innocentia excedit, & debet reſtitui: omnis enim purgatio immixta eſt ſupplicio, vt ait Origenes *homilia 7. in Hierem. cap. 12. & 13.* & cùm hæc fiunt, & caro malè tractatur, nondum ſecuri ſumus, ſed anxii pendemus; & nondum Deus vult nos illum tangere, nondum vult nos obrepere ad Communionem interceptâ Pœnitentiâ, ſed vult nos expectare donec iterum formetur Chriſtus in nobis; & claudere interim videtur ignoſcentiæ ianuam, vt pulſantibus atque inculcantibus Pœnitentiam, eam pateſaciat; & ideo peccatori aliquando non ſtatim communicandum veteres ſuadebant, quaſi nihil mali feceſſet, vt nos docet Origenes *homilia 2. in pſalmum 38.* Quicumque veſtrum conſcius ſibi eſt in aliquo peccato, & ita ſecurus eſt quaſi nihil mali fecerit, commoueatur ex hoc ſermone, qui dicit cogitabo pro peccato meo; bonum eſt eum qui

A deliquit, non eſſe ſecutũ, & velut qui nihil deliquerit, nullam gerere ſollicitudinem, nec cogitare quomodo poſſit ſuum delere peccatum: ſi in corpore tuo aliqua macula, vel vulnus oriatur, aut ex colliſione aliqua intumeſcat, ſollicitus es, & perquiris quid curæ debeat adhiberi, quomodo corpori ſanitas antiqua reddatur; ſi circa oculos ſe aliquis acerbus humor infuderit, ſollicitus es & perquiris, quomodo ſuccurras & præuenias cæcitatem: cùm anima tua ægrotet, & peccatorum langoribus vrgeatur, ſecurus es & contemnis gehennam ignis æterni, ſupplicia deſpicis & rides? Iudicium Dei parui pendis? teque commonentem deſpicis Eccleſiam? Communicare non times corpus Chriſti, accedens ad
B Euchariſtiam quaſi mundus & purus, quaſi nihil in te ſit indignum, & in his omnibus putas quod effugias Iudicium Dei? non recordaris illud quod ſcriptum eſt, quia propterea in vobis infirmi & ægri, & dormiunt multi? quare multi infirmi? quoniam non ſeipſos dijudicant, neque ſeipſos examinant, nec intelligunt quid eſt Eccleſiæ communicare, vel quid eſt accedere ad tanta & tam eximia Sacramenta: patiuntur hoc quod febricitantes pati ſolent, cum ſanorum cibos præſumunt, ſibimetipſis inferentes exitium: & Proſper *lib. 1. de vita Contemplatiua, cap. 7.* & refertur *can. 32. diſt. 1. de Pœnitent.* faci-
C liùs Deum ſibi placabunt illi qui non humano conuicti iudicio, ſed vltrò crimen agnoſcunt, qui aut propriis illud confeſſionibus produnt, aut neſcientibus aliis (quales occulti ſunt) ipſi in ſe voluntariæ excommunicationis ſententiam ferunt, & ab Altari, cui miniſtrabant, non animo ſed officio ſeparati, vitam ſuam tanquam mortuam plangunt, &c. Et D. Cyprianus *in tractatu de lapſis* hortatur eos ad Pœnitentiam, deterret à Communione, & acriter inſurgit in Sacerdotes, qui neglectâ Pœnitentiâ admittebant eos ad Communionem: cùm, inquit, ſcriptum ſit, qui vos fælices dicunt in errorem mittunt, & ſemitas pedum veſtrorum turbant; qui peccantem blandimentis adulatoribus palpat, peccandi
D fomitem ſubminiſtrat, nec illa delicta comprimit, ſed nutrit; at qui conſiliis fortioribus res arguit, ſimul atque inſtruit fratrem, promouet ad ſalutem: ſic oportet Dei Sacerdotem non obſequiis decipientibus fallere, ſed remediis ſalutaribus prouidere, &c. Emerſit enim fratres dilectiſſimi nouum genus cladis, & quaſi parum procella perſecutionis ſæuierit, acceſſit ad cumulum ſub miſericordiæ titulo malum fallens, & blanda pernicies contra Euangelii vigorem, contra Domini ac Dei legem, temeritate quorumdam laxatur incautis Communicatio; irrita eſt & falſa Pax, periculoſa dantibus, & nihil accipientibus profutura: non quærunt ſanitatis
E Pœnitentiam, nec veram de ſatisfactione medicinam: Pœnitentia de pectoribus excluſa eſt, grauiſſimi extremique delicti memoria ſublata eſt; à Diaboli aris reuertentes ad Sanctum Domini, ſordidis & infectis nidore manibus aſcendunt; mortiferos idolorum cibos adhuc pene eructantes, Domini corpus inuadunt, &c. & deinde: ſpretis his omnibus atque contemptis, ante exomologeſim criminis factam, ante purgatam conſcientiam Sacrificio manuque Sacerdotis, ante offenſam placatam indignantis Domini & minantis, vis infertur corpori eius &

ſanguini; & plus modò in Deum manibus atque ore delinquunt, quàm cùm Dominum negauerunt. pacem putant eſſe: non eſt Pax illa, ſed bellum, interceptâ Pænitentiæ lamentatione communicare; *& paulo poſt* perſecutio eſt hæc alia, & alia tentatio, per quam ſubtilis inimicus, impugnandi adhuc lapſis, occultâ populatione graſſatur, vt lamentatio congemitûs quiaſcat, vt dolor ſileat, delicti memoria vaneſcat, comprimatur pectorum gemitus, ſiſtat fletus oculorum, nec Dominum grauiter offenſum longa & plena Pænitentia deprecetur, cùm ſcriptum ſit memento vnde eecideris, & age Pænitentiam; & *rurſus.* Ceterùm ſi quis præproperâ feſtinatione temerarius remiſſionem peccatorum ſe cunctis putat dare poſſe, vel audet Domini præcepta reſcindere, non tantùm nihil prodeſt, ſed & obeſt lapſis; prouocaſſe eſt iram, non ſeruaſſe ſententiam, nec miſericordiam priùs Dei deprecandam putare, ſed contempto Domino de ſua facilitate præſumere. Quibus verbis ex profeſſo docet lapſos non eſſe ante Pœnitentiam ad Communionem admittendos.

Non eſt tamen negandum, quin aliquis Peccator, ſine longa & laborioſa Pœnitentia peccatorum ſuorum poſſit contritus & confeſſus communicare: nam Pænitentiæ loco poterit eſſe dolor cordis, & amaritudo animæ, *can. 39. diſt. 1. de Pœnitentia*, vel erubeſcentia confeſſionis, *can. 88. ead. diſt.* ſed ille fortaſſe non ſatisfaciet pœnis, extra ſacramentum in hoc Mundo, vel in alio eas ſubiturus; non fortè medebitur peccatorum reliquiis, non erit cautior in futurum; denique communicabit vt infirmus, non vt fortis & bene valens; communicabit tamen.

At enim non ſolùm carere peccato ad communionem Corporis Chriſti requiritur, ſed etiam Sanctitas priùs acquirenda, vt probat D. Chryſoſtomus *homilia* 17. ſtat, ait, apud nos præco, quãdo nobis dicit Sancta Sanctis, hoc dicit, ſi quis non eſt Sanctus: ſanctum enim non facit liberatio à peccatis, ſed etiam præſentia Spiritus & bonorum operum copia: non ſolum, inquit, volo vos à cœno eſſe liberatos, ſed albos eſſe, & ſpecioſos. Et idcircò S. Cyrillus dicebat duplicem eſſe hominum communicationem, vnam infirmam, aliam longe excellentiorem, *lib. 12. de adoratione Spiritu & Veritate*: igitur, inquit, ſine vlla controuerſia à ſacris arcetur qui fuerit alicuius maculæ reus, arcetur autem non quo minùs ſancto cibo veſcatur: comedet enim, inquit, de Sanctis; ſed ne ad velum ingrediatur, neque accedat ad Altare: nam qui languoribus adhuc in animo latentibus obnoxii ſunt, hi participes benedictionis Chriſti eſſe poſſunt, non tamen eo modo, quo ſancti viri percipiunt, ad Sanctificationis incrementum, & animi firmitatem, & ad fixam in rebus præclaris perſeuerantiam; ſed eo modo qui infirmis conuenit, ad vitii abjectionem, ceſſationemque à peccato, & mortificationem voluptatum, valetudiniſque ſpiritualis recreationem: nam quia Chriſtus noua creatura eſt, ſecundum ſcripturas, eam ob cauſam nos quoque illum in nobis ipſis accipimus, vt per ſanctam eius carnem & ſanguinem in vitæ nouitatem, per ipſam & in ipſo reformati, deponamus veterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria carnis, ſicut ſcriptum eſt, &c.

Quod ſi vero à nobis immoratum eſt peccatis, adhuc magis immorandum eſt Pœnitentiæ; & quia diu peccauimus, oportet orare impenſiùs & rogare, diem luctu tranſigere, noctes vigiliis ac fletibus ducere, tempus omne lacrymoſis lamentationibus occupare, ſtratos ſolo adhærere cineri, in cilicio & ſordibus volutari; vt ſicut magna deliquimus, granditer defleamus, & pœnitentia crimine minor non ſit, & alto vulneri diligens & longa medicina non deſit: fructus enim Pœnitentiæ, vt ait D. Baſilius *in Regulis Breuioribus cap.* 287. ſunt opera iuſtitiæ peccato contraria: Et Pœnitentibus illud ſatis non eſt ſi tantummodò receſſerint à peccatis, ſed opus ipſis eſſet vt fructus Pœnitentiæ dignos ferant, vt docet idem Baſilius *in Moralibus cap.* 4. Amphilochius *orat. in mulierem peccatricem* deſcribit eam Pœnitentiam agentem, in iis in quibus peccauerat: lugebat quidem, inquit, velut quæ multum riſiſſet, bonis lacrymis eluens malum riſum, oculorum verò ſtillis abluebat genarum ſordes, vt in quibus peccauerat, in ijs quoque defenſionem haberet, in ijs in quibus egiſſet iniquè in iis Legiſlatorem placaret.

Prætereà qui ſine Pœnitẽtia cõmunicant, minùs vident peccata ſua, minùs cognoſcunt Dei miſericordiam. Pœnitentia ſiquidem magna eſt intelligẽtia, eamque ita Paſtor vocabat, & dicebat *τ μετάνοιαν σύνεσιν εἶναι μεγάλην apud Clementem Alexandrinum lib. 2. ſtromat. & tomo 2. Bibliotheca, mandato 4. lib. 2.* an non tibi videtur Pœnitentiam agere magnam ſapientiam eſſe, quoniam qui Pœnitentiam agit ſenſum magnum adipicitur, ſentit enim ſe peccaſſe, &c.

Denique meminiſſe oportet eorum quæ dicebat D. Auguſtinus: ſolitus enim erat dicere vt refert Poſſidonius *in eius vita*, neminem ſine congruo noxarum dolore oportere vitâ decedere: nam præter illam duram, & luctuoſam Pænitentiam, de qua egimus ſuprà, eſt alia quotidiana, in qua dicimus, dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: & quia quotidie ſordes alicuius peccati contrahimus, nullusque viuit immunis à peccato, quotidiè Pœnitendum eſt; quia vt ait idem D. Auguſtinus *homilia* 50. *cap.* 3. nemo vitam æternam, incorruptibilem, immortalemque deſiderat, niſi eum huius vitæ temporalis, corruptibilis, mortaliſque pœniteat. Deinde etſi aliquis non peccet, & glorietur ſe ſic habere corpus edomitum, vt Mundo crucifixus, ab omni opere malo in ſeruitutem membra caſtiget; quotidianam tamen deberet habere Pænitentiam. Nam, vt ait Ennodius *lib.* 2. *ep.* 1. Pænitentia, ſi in aliquo non inuenit, quod diluat, inueniet quod ornet: ea enim quoties innocentibus datur, coronam pro humilitatis affectione conciliat: quomodo Iſidorus Peluſiota dixit *lib.* 3. *ep.* 195. Baptiſmum non peccata tantummodò delere; verùm & adoptionem & diuinam cognationem in nobis procreare, ita vt etiam dici poſſit de Baptiſmo eum eâ ratione quâ gratiam confert & ſanctificat, & nos in adoptionis ius adducit, potuiſſe Beatæ ſemper Virgini Deiparæ conferri, licet in ea nullum inueniret peccatum quod tolleret de de medio: Baptiſmus enim cum aufert peccata hoc *ἐκ περιουσίας χαρίζεται*, id eſt ex abundantia

largitur, vt ait Theudoretus *lib. 5. hæreticarum fabularum cap. 18.*

AD CAVSAM XXVII.

QVÆSTIO I.

GRatianus acturus de *Sponſalibus & Matrimonio* à Cauſa 27. vſque ad 35. præmittit Quæſtionem de Virginibus & Viduis, quæ caſtitatem vouerunt; & docet eas Matrimonium cõtrahere non poſſe poſt Votum, idq; non ſine aliqua ratione: nam cum edictum de Matrimonio ſit prohibitorium *cap. 22. de ſponſalibus & matrimonio*, neceſſe eſt priùs ſcire quæ Perſonæ in eo edicto prohibitorio contineantur; nam vitio priùs carere debet quod facimus, etiamſi illud eſſet per ſe bonum: ea enim eſt ſpecies boni, non eſſe malum, vt oſtendit Indus quidam apud Philoſtratum *lib. 3. de vita Apollonii*, dicens Apollonio, ipſum & Græcos omnes exiſtimare, non facere iniuriam eſſe iuſtitiam, quomodo caupones & mangones qui ex Caria ſeruos captiuos adducunt; Illi enim cum eorum mores enarrant, inter primas laudes enumerare ſolent, τὸ μὴ κλέπτειν i. non eſſe furaces: idem dicendum de iis qui matrimonium contrahere volunt, ſcilicet caſtitatem non vouiſſe, Monachos non eſſe, vti mox dicemus. Deinde primò agit *de Sanctimonialibus*, quàm agat de matrimonio aliarum mulierum, quia ipſæ ſunt Sponſæ Chriſti, vt etiam dicemus infra; & nuptiæ cœleſtes præferendæ ſunt terreſtribus, vt latè D. Chryſoſtomus oſtendit *lib. de Virginitate*, qui totus eſt in ea re oſtendenda. Denique priùs agit de Virginibus, quia ordine naturæ priùs quidem Virgines quàm nuptæ, & nuptæ non amplius Virgines, vt rectè Chryſoſtomus *homilia 13. ad Corinthios 2.* ô rem miram! in Mundo, Virgines ante matrimonium ſunt, poſt matrimonium non item: in Chriſto non ſic; verùm etiamſi Virgines ante hoc matrimonium non ſint, poſt initum matrimonium Virgines efficiuntur: & *lib. de Virginitate* ἡ παρθενία μὲν ἐξ ἀρχῆς καὶ τοῦ γάμου πρεσβυτέρα ἐστὶν, id eſt Virginitas ex initio matrimonio prior fuit.

Iam verò ſciendum eſt, Virginitatis perpetuæ, Deoque ſacræ continentiæ Votum ab Eccleſia fuiſſe ſemper receptum, vt patet ex Iuſtino Martyre *Apologia 2. pro Chriſtianis*: multi, inquit, ex vtroque ſexo reperiuntur egreſſi annum ſexageſimum & ſeptuageſimum, qui à teneris diſciplinâ Chriſtianâ imbuti perpetuam caſtitatem incorrupti ſeruauerunt: & ex D. Athanaſio, *epiſt. ad Conſtantium Imperatorem*, Chriſtus, ait, inter cætera dona ſua largitus eſt nobis in virginitate exemplar Angelicæ ſanctitatis. Certè puellas eâ virtute præditas, ſponſas Chriſti Catholica appellare ſolet Eccleſia; quas Ethnici conſpectas, vt Verbi Templum admiratione proſequuntur: nuſquam enim alibi ſanctum illud & virginitatis æternæ mandatum adimpletur, niſi apud nos duntaxat Chriſtianos; Io eoque magnum documentum eſt planè apud nos eſſe veram Religionem. Et ex Origene *homilia 2. in Numeros* ſecũdum ordinem Sacerdotalem Epiſcoporum & Preſbyterorum, & Leuiticum Diaconorum, quid, ait, & de Virginibus dicam, aut

A de Continentibus vel omnibus qui in profeſſione Religionis videntur; & ex D. Auguſtino *in pſalmum 75. Vouete* & reddite; ſunt autem Vota quædam omnium communia; ſunt & ſingulorum propria: alius vouet Deo caſtitatem coniugalem, vt præter coniugem neminẽ nouerit alii majus quid vouẽt coniugium ſemel experti, vltra nihil tale pati, ſuſtinere, vel concupiſcere, alii plurimum Vouent ab ineunte nimirum ætate virginitatem vt nihil tale vel experiantur quale illi ſunt experti & reliquerunt, quorum quiſque ſi retrorſum reſpiciet, malum eſt: neſcio quæ caſtimonialis nubere voluit, quid & virgo quælibet, & mater ipſius, aliquid mali voluit, mali

B plane, quare? quia, iam Domino vouerat: quid enim dixit de talibus Paulus? quæ vouerunt, & non reddiderunt habentes Dæmonem, quia primam fidem irritam fecerunt: Vnde aliqui ex ſanctis Patribus dixerunt Deum vitam hominum diſtinxiſſe in hæc duo genera, Virginum ſcilicet, & Coniugatorum: ita vt coniugati vitam communem ducerent, Virgines verò perfectiorem, vt rectè D. Baſilius *ſermone de abdicatione rerum*: benigniſſimus Deus vt noſtræ ſaluti prouideret, hominum res duplici vitæ genere diſtinxit, Coniugio videlicet, & Virginitate, vt qui Virginitatis certamini ferendo pares eſſe non poſſent, hi ſibi vxorem adiungerent. Et

C Euſebius *de demonſtratione Euangelica cap. 8.* in Eccleſia Dei duo viuendi modi inſtituti ſunt, alter quidem naturam noſtram & communem hominum vitæ rationem excedens, non nuptias, non ſobolem, non ſubſtantiam requirens, à conſueta hominum vita abhorrens, & ſoli Diuino cultui ex Immenſo rerum cœleſtium amore addictus: qui hunc modum amplexi ſunt quaſi ab hac vita mortali ſeiuncti, ipſumque duntaxat corpus in terra degentes, quaſi quidam cœlites, reliquorum hominum deſpiciunt vitam; quippe qui pro vniuerſo genere, ſuperno omnium Deo ſacrati ſint, idque non boum mactationibus, ſed purgati animi affectione, ad hæc ope-

D ribus, & verbis: & talis quidem exiſtit in Chriſtianiſmo perfectus vitæ modus. Alter vero remiſſior atque humanior: hic & modeſto coniugio, & ſobolis procuratione implicatus, rei familiaris curam aſſumit, & mercaturæ: & huic quidem ſecundus pietatis attributus eſt gradus, dum aptam huic ipſi generi vitæ præbet vtilitatem, vt nullus planè ab aduentu ſalutari ſeparetur, ſed omne genus hominum, tàm Barbarorum quàm Græcorum Euangelicæ doctrinæ fructum percipiat. Et hoc eſt quod etiam dicere voluit D. Ambroſius *lib. 3. ad S. Marcellinam.* Eccleſia, ait, velut ager diuerſis fœcundus & redundans copiis: hîc cernas ger-

E mina virginitatis flore vernantia; illic In campis ſyluæ viduitatem grauitate pollentem, alibi vberis coniugii fuiſſe ſegetem mundi horrea replentem, ac veluti maritatæ fœtibus vineæ torcularia Domini, fidelis coniugii fructo exuberante redundantia: nec improbum, nec nouum integritatis ſtudium.

Virginitas igitur Status eſt Chriſtianorum perfectiſſimus, &, vt ait Gregorius Nazianzenus *oratione 20.* μέγα παρθενία, καὶ ἀζυγία, καὶ τὸ μετ' ἀγγέλων τετάχθαι, καὶ τῆς μοναδικῆς φύσεως, ὀκνῶ γὰρ εἰπεῖν χριστοῦ, &c. id eſt, magna res eſt Virginitas; & cælibatus, atque in Angelorum naturæque

ſingularis ordine cenſeri, vereor enim dicere Chriſti &c. & idem *carmine 2. in laudem Virginitatis*, eam donum Dei, & Chriſti portionem vocat.

Παρθενίη μέγα χαῖρε θεόσδοτε, δῶρον ἄνακτος,
Μῆτερ ἀπημοσύνης, Χριστοῦ λάχος, οὐρανίων
Κάλλος ἀζυγίων τε μάκαρ ζυγόν, ἄζυγες γὰρ
Πρῶτα θεὸς, μετέπειτα θεοῦ χορὸς αἰὲν ἐόντος.

Salue Virginitas Diuino tradita dono,
Mater inoffenſæ vitæ, bona maxima fundens,
Chriſti pars, & Spiritibus ſociata ſupernis
Ignares thalami: nam magnus coniugis expers
Eſt Deus, atque Dei rutilans chorus omnipotentis.

Tertullianus vocat Virginitatem, *præiudicium bonæ mentis*. Diuus Baſilius, anticipationem gloriæ reſurrectionis: & Gr. Nyſſenus *lib. de Virginitate cap. 13.* D. Hieronymus *lib. 1. contra Iouinianum*, hoſtiam Chriſti. Gregorius Nazianzenus *carmine 49.* decus cœli: S. Epiphanius *lib. 3. tomo 2. in expoſitione fidei* vocat crepidinem & fundamentum quoddam in Eccleſia. D. Ambroſius *lib. 3. ad Marcellinam ſororem*, dicit Virginitatem eſſe velut præmium Beatorum. Improba ergo Vita omnium, etiam vita Angelorum, quam Reſurrectionis gratia imitatur; & hominibus pro præmio conſtituitur, neque nubere, neque nubi. Eſt ergo Virginitas perfectior Conubio, & vt ait idem Gregorius Nazianzenus *carmine 2.*

Connubium tantùm exuperans & vincula vitæ,
Quantùm animus carni præſtat.

Τοσσοῦτον προφέρουσα γάμου δεσμοῖό τε βιότου
Ὅσσον περ ψυχὴ προφερεστέρη ἐστὶ σαρκός, &c.

idemque aſſerit Virginitatem præſtantiorem, matrimonio *carmine 16. & orat. 31.* Bonum eſt, ait, matrimonium: ſed quod virginitate præſtantius ſit dicere non poſſum; neque enim magnum quid eſſet Virginitas, niſi re aliqua bona melior & præclarior eſſet: & Epiphanius *lib. 3. tomo 2 expoſitione fidei Catholicæ*, vbi ponit Virginitatem tanquam fundamentum in primo gradu; ſolitariam vitam in ſecundo; continentiam in tertio, Viduitatem in quarto; nuptias in quinto & vltimo. Et D. Ambroſius *epiſt. 81.* non negamos coniugium à Chriſto ſanctificatum; ſed prius eſt quod nati ſumus, quàm quod effecti, multoque præſtantius operis diuini myſterium quàm humanæ fragilitatis remedium, & paulo poſt: bonum coniugium, per quod inuenta ſucceſſionis humanæ poſteritas; melius virginitas, per quam acquiſita Regni cœleſtis hæreditas, & cœleſtium meritorum reperta ſucceſſio. Et Sariſberienſis *lib. 7. Policratici cap. 33.* vbi ſaltem in gradu inferiore ponit nuptias: planè, ait, Virginum gradus primus & ſingularis gloriæ titulus eſt; in continentibus tamen & coniugatis, ſunt aliqui multis Virginibus præferendi. Atque propter præſtantiam quæ exiſtit in virginitate, Chriſtus, vt ait Chryſoſtomus *epiſt. 2. ad Olympiadem Diaconiſſam*, non auſus eſt eam lege latà præſcribere, ſed voluit in arbitrio cuiuſque relinquere, licet mori præceperit & crucem ferre, verba ſunt: tanta res eſt Virginitas, tantoque indiget labore, vt Chriſtus cùm è cœlo deſcendiſſet vt homines Angelos efficeret, ac cœleſtem vitæ rationem ſereret; ne tum quidē, imperare, ac lege lata præſcribere ſit auſus; verū emori quidē quouis grauius, ac perpetuā cruce affici, hoſteſque beneficiis proſequi iuſſerit, Virginitatem autem edicto minimè ſanxerit, verum eam in audientium arbitrio atque voluntate reliquerit, his verbis vtens, qui poteſt capere capiat, &c. vnde Virginitas Domini præceptum non eſt, ſed conſilium, vt probat idem D. Chryſoſtomus ex D. Paulo, *lib. de Virginitate*, & D. Baſilius *lib. de vera Virginitate*: quia enim, ait, ſupra naturam ea res ſutura eſt, meritò ab ea ſeruilis omnis iuſſio explodi debet, liberoque potiùs conſilio agendum ac docendum, quo pacto poſſit is qui libet imperio ſuaque ſponte præſtantior effectus eſt, naturæ ſuæ ad conſequendam inuiolabilem integritatem vim inferre, & D. Ambroſius *epiſt. 82.*

Porro virginitas propriè Chriſtianorum eſt, vt oſtendit D. Athanaſius *loca ſuprà citato epiſtola ad Conſtantium Imperatorem*. Euſebius *de demonſtratione Euangelica cap. 8. & 9.* Vnde ſuprà dicitur Chriſti pars à Gregorio Nazianzeno *carmine citato*; & à Chriſto dicitur velut lege latà inſtituta, quando propter nos gignendus gigni voluit ex Virgine, vt ait idem Gregorius Nazianzenus *oratione 20.* & Gregorius Nyſſenus *lib. de Virginitate, cap. 2.* Iudæi enim enim virginitatem odio habebant, teſte D. Chryſoſtomo *lib. de Virginitate* τὸν παρθενίας ἔπαινον, οἱ ἀπεστράφησαν τῶν Ἰουδαίων: virginitatis laudem Iudæi auerſantur. Neque mirum qui ipſum quoque natum ex Virgine Chriſtum ignominiis affecerunt, admirantur ac ſuſpiciunt exteri, ſola vero colit Eccleſia Dei. Sed audiamus eundem Nazianzenum *carmine 8. in laudem Virginitatis*: ibi enim oſtendit quomodo virginitas ſit Chriſti, ex eo ſcilicet quod ſit natus ex Virgine, vnde cœpit amari magis virginitas quàm ante Chriſtum, & plures eſſe virgines in Mundo cùm antea eſſent pauciſſimæ.

Virginitas magni pars inclyta Chriſti,
Ante quidem vmbroſo in paucis ſplendore micabat,
Dum lex iura daret terris, & in orbe vigeret
Exiguis ſpectanda notis, paucisque liceret
Lucis ad interna radios penetrare micantes:
At poſtquam Chriſtus per caſta viſcera Matris
Abſque patre & tedis, vita progreſſus in auras
Luſtrauit muliebre genus, primamq; parentem
Depulit, & carnis leges abſcedere iuſſit,
Spirituique nouo ſubmiſit litera faſces,
Gratiaque in medium venit; tum denique noſtro
Virginitas generi præclaro lumine fulſit,
Iaſtabilem mundum abrumpens, abraptaque mundo,
Connubium tantùm exuperans & vincula vitæ
Quantum animus carni præſtat, connexaque cœli
Regia tellurem ſuperat, quantoque fugaci
Illud in æternum durans præſtantius aeuum eſt,
Quanto mortali melior Deus.

Nec vero deſunt rationes propter quas Chriſtus tam ſero, non Moyſes, Virginitatem inſtituit. Plures affert Euſebius *de demonſtratione Euangelica cap. 9.* Primò dicit, veteres priùs numeroſæ ſoboli operam dediſſe, vt genus humanum creſceret & multiplicaretur, & mundus incrementum accipere deberet, nunc verò, cum mundus ad extremum finem tendere credatur, planè conuenienter eius interitui, nobis curæ non eſt augeri per hominum generationem: vnde

ſignificatur nobiſq; denuntiatur renouationem ac generationem alterius ſæculi appropinquare, in quo ſunt omnes virgines, nec nubunt.

Secundò dicit priſcos illos nupſiſſe, quia nuptiis vacare poterant, vtpote paucis impliciti negotiis, remiſſè viuentes; hodie verò multæ extrinſecus nos premũt curæ, quæ vndiq; trahant.

Tertiò dicit vacaſſe vt relinquerent ſuæ virtutis ſucceſſores; hodie verò cùm in peius ruant nati, melius videtur ſi abſtineamus à generatione: hæc quidem Euſebius *loco citato*.

D. verò Baſilius *lib. de vera virginitate* aliam affert rationem, nẽpe vt ſicut per peccatum Adami homo ante Chriſtum ab incorruptione ad corruptionem præter naturam. deſcenderat, vtens immoderatâ poteſtate; ita rurſus à corruptione ad incorruptionem, naturam ſuam, præſtantiori voluntate vim ſibi inferendo, proueheret.

Cæterùm aliqui hîc mouent quæſtionem, vel potius faciunt contra Virginitatis bonum dicentes, ſi omnes Virginitatem profiterentur Mundũ citò interiturum: ad quam multis modis reſponderi poſſe exiſtimamus. Et quidem reſpondetur 1. nihil referre etiamſi mundus citiùs intereat, cùm ad interitum vergat, vt ſuprà diximus ex Euſebio; nec magis referre quàm cùm aliquis homo citiùs moritur vel in Bello, vel in Religione: quam rationem tangit D. Chryſoſtomus *lib. de virginitate cap.* 14. his verbis: ecquid verò prohibebit omne genus hominum deleri, cum & mors id quotidie depaſcat & concidat? & addit, non magis inconueniens videri, Mundum eſſe cum vno, vel duobus virginibus, quàm cœpit cum vno Adamo & Eua Virgine: imo ſatius eſt vt pereat Mundus propter virtutes ad gloriam, quàm ſi pereat propter vitia ad damnationem.

Reſpondetur 2. ab eodem Chryſoſtomo *eod. cap.* noſtram non eſſe debere illam ſollicitudinem de mundo perituro, vel non, ob virginitatem ſeruatam ab omnibus; noſtram curam eſſe debere, vt quantùm fieri poterit, perfecti ſiamus, nec animum noſtrum tanquam alienum negligamus, de quo rationem reddituri ſumus, non de paucitate vel numeroſitate hominum; ideoque non formidandum, ne matrimonio deſinente deſinat mundus, cum mille millia Angelorum Deo miniſtrent ſine partu; & quemadmodum Deus primos finxit homines, vnde alii orti ſunt ſine connubio; ita multo magis ſi omnes virgines extitiſſent, citra matrimonium homines finxiſſet.

Reſpondetur 3. ex eodem D. Chryſoſtomo *cap.* 15. genus humanum non frequentari vi matrimonii, ſed verborum Domini dicentis, Creſcite & multiplicamini & replete terram; quarè, ſicut matrimonium nolente Deo non producit homines, ita Virginitas etiam ipſa, volente eodem Deo, multitudinem non minueret, ſed augeret: & ſicut cùm dixit Deus; *creſcite & multiplicamini*, parendum ei fuit, ita & cùm ſuaſit vt virginitatem ſeruaremus, eius conſilium eſt ſine periculo ſequendum. Licet autem, vt poſtea dicit *cap.* 17. hoc an illo modo id fieret non poſſit dicere, illud tamen certum eſt Deo ad homines in terra frequentandos non opus fuiſſe matrimonio, cum Adamus & Eua, non interueniente matrimonio, duobus aliis modis iiſque diuerſis orti ſint, ita vt ea ſollicitudo aut formido nemi-

A nem tenere debeat, quomodo genus humanum poſſet in virginitate ſubſiſtere, cum virginitas in humano genere ſcilicet in Adamo & ſua noſtris primis Parentibus fuerit prior matrimonio ante peccatum; & matrimonium ortum ſit poſt peccatum; ita vt ſi Adam non peccaſſet, ei forſaſſe non fuiſſet opus matrimonio.

Reſpondetur 4. ab eodem D. Chryſoſtomo *cap.* 19. matrimonium magis inſtitutum eſſe ad reſtinguendum ardorem concupiſcentiæ, quàm ad liberos quærendos.

Reſpondetur 5. cum D. Ambroſio *lib.* 3. *ad Marcellinam ſororem*, ex eo quod Chriſtus natus eſt ex Virgine non inutilem dicendam eſſe Virginitatem ad homines generandos: ea orbis, inquit, terrarum vſu non inutilis exiſtimatur Virginitas, præſertim cum per Virginem ſalus venerit orbem fœcundatura Romanum.

B

Reſpondetur 6. poſito hoc Mundi ſtatu illam quæſtionem aut dubitationem fieri non poſſe: nam cum dictum ſit à nobis ſupra ex D. Baſilio, & ex Euſebio de demonſtratione Euangelica, duplicem eſſe ſtatum hominum Chriſtianorum, vt alii nubant, alii virgines ſint; ille ſtatus eſt immutabilis & perpetuus, & ideò fieri non poteſt vt omnes fiant virgines; aut ſi fiant, tunc eſt fatendum eum non fuiſſe ſtatum, vt alii virgines

C eſſent alii coniuges, ſed alium planè, vt videlicet poſſent omnes eſſe v. g. virgines, quo caſu Deus huic ſtatui aliter prouidiſſet, vt ſcilicet genus humanum non periret; cui non prouidit ſciẽs alium iam eſſe rerum & hominum ſtatum.

Reſpondetur 7. Mundum etiam non periturum, quod homines tunc viderentur mereri immortalitatem, vt colligere videtur Gregorius Nyſſenus *lib. de virginitate cap.* 13. in quo probat ὅτι ἡ παρθενία κρεῖττον ἢ τοῦ θανάτου δυναστείας ἐστι, id eſt quod virginitas exempta eſt mortis dominio.

Sciendum eſt a. moris antiqui fuiſſe puellas in Templo ſiſtere, quæ Virginitatem profiterentur,

D & caſtimoniam vouerent, quas Epiſcopi adhibitis precationibus veluti Deo dicatas conſecrabant; earumque cuſtodiæ ac inſtitutionis, poſtquam à parentibus receſſiſſent curam ipſi ſuſcipiebant, vt rectè Zonaras obſeruat *ad can.* 6. *Synodi Carthaginenſis*, & deinceps *ad can.* 140. *eiuſdem Synodi* Moris, ait, fuit, Templis offerri puellas, & conſecrari, hoc eſt vt Deo dicatæ virginitatem profiterentur, ac poſteà opportuno tempore in Diaconiſſarum ordinem legerentur, eaque conſecratio dicitur *ἀφιέρωσις καθιέρωσις in eodem concilio Carthaginenſi can.* 6. quà ſe Domino Deo dedicabant, vt patet ex concilio Chalcedonenſi *can.* 16. vbi loquens de Virgine ſe Deo conſe-

E crante, vocat eam παρθένον ἀναθεῖσαν ἑαυτὴν τῷ Δεσπότῃ θεῷ: & virginitatem profitebantur, vt patet ex D. Baſilio *epiſt. canonica can.* 60. vbi talis Virgo dicitur παρθενίαν ὁμολογήσασα. Quin etiam hac ſiue profeſſione, ſiue voto dicebantur etiam Virgines ordinari teſte Tertulliano *in exhortatione ad caſtitatem*: quantæ igitur, inquit, & quæ ordinari ſolent in Eccleſia, quæ Deo nubere maluerunt, quæ ſuæ carnis honorem inſtituerunt, quæque ſe iam illius pudoris filias dicauerunt, occidentes in ſe libidinis concupiſcentiam, illudque totum quod intra paradiſum non potuit admitti. Dicebantur & conſecrari teſte etiam D. Ambroſio *lib.* 3. *ad S. Marcellinam ſororem ſuam*: ſi quis ait, putat conſecratione Virginum genus huma-

num periturum conſideret, quia vbi paucæ Virgines ibi etiam homines pauciores.

Verùm initio Virgines & Viduæ etiam cum laicali habitu ad Deum accedebant, & Virginitatem profitebantur, vt rectè obſeruat idem Balſamo *in can. 16. Synodi Chalcedonenſis*: olim, ait, quædam mulieres cum habitu laicali accedebant ad Deum, & Virginitatem profitebantur, & confirmatur *ex canone 2. hac noſtra quaſt* 1. *can.* 27. vbi Virgines non Velatæ, in propoſito tamen Virginali permanere tenentur: & ex *can.* 8. vbi Vidua quæ ſponte Velamen, quamuis non conſecratum ab Epiſcopo, ſibi impoſuit, hoc eſt vt velata in Eccleſia ſuas oblationes fecit, pariter tenetur: & ex *can.* 34. vbi etiam idem habetur. Item manebant etiam in domibus propriis, vt patet *ex can.* 7 *hac noſtra quaſt.* idque ſiue eſſent Virgines ſiue Viduæ, vt ibidem dicitur: de Viduis, ait, & Puellis quæ habitum Religionis in domibus propriis tam à parentibus, quàm per ſe mutauerunt, &c. & *can.* 31. mulieres obtentu Religionis Velatæ, vel in monaſterio regulariter viuant, aut in domibus ſuis ſuſceptum habitum caſte obſeruent. Quod tamen poſtea non placuit, & conſtitutum vt in monaſteriis ſub ſpiritalis Matris regimine, non in domibus propriis manerent, vt patet ex *capitularibus lib.* 1. *cap.* 102. & *lib.* 7. *cap.* 257.

Ratio cur cum habitu laicali poſſit emitti Votum Religionis affertur *cap.* 13 *de Regularibus*, vbi dicitur quod poteſt quis profeſſionem facere, ſi votum emittat quod recipiatur à ſuperiore, licet nunquam priùs habitum habuerit: & additur quod habitus non facit Monachum; res enim inuenta eſt ad ſignum capitis non ad remedium caſtitatis; nam virginitas, ſi ſit illæſa, ſine mitella tuta eſſe poteſt, vt habet Optatus Mileuitanus *lib.* 6.

Virgines tamen vt plurimùm in conſecratione ſua velabantur, & Velatæ in Eccleſia conſpiciebantur, vt patet ex Tertulliano *lib. de Virginibus velandis*, vbi dicit eas, quæ velatæ in Eccleſiam ventitabant, Virgines Dei vocari; quæ foris, hoc eſt, in viis propter ethnicos velabantur, in Chriſtianorum autem cœtu ſeu Eccleſia nudato capite ſtabant, hominum virgines appellari, iuxta id *Geneſis* 6. filij Dei & filiæ hominum. Et priùs quidem ſolæ Virgines Velabantur, non Viduæ, vt patet ex *can.* 2. 28. *quæſt.* 3. Vnde ſunt multi libri antiquorum Patrum de Virginibus Velandis, nulli vero de viduis Velandis. Quinimo olim fuit prohibitum velare Viduas Velo conſecrato *can.* 8. & 31. *hac quaſt.* 1. & ideo ſi Viduæ non ſeruaſſent Votum, ſoli Deo erant de eo rationem reddituræ, *dicto can.* 8. Permiſſum verò videtur tantum fuiſſe Viduis vt ipſæmet ſponte velamen non conſecratum ſibi imponerent, & in Eccleſia inter velatas oblationem Deo offerrent: ſed tunc tenebantur obſeruare Votum *dicto can.* 8. idemque definitum eſt in *Concilio Aurelianenſi cap.* 3. apud Borchardum *lib.* 8. *cap.* 39. & confirmatur *can.* 16. & *can.* 1. *hac noſtra quaſt.* Sed illæ viduæ, licet Religionem profiterentur, non conſecrabantur, nec conſecratæ dicebantur, ſed Deuotæ, id eſt religionem profeſſæ: quæ diſtinctio colligitur ex *Concilio Aurelianenſi* 3. *cap* 16. de raptoribus virginum conſecratarum ſeu in propoſito ſub deuotione viuentium, id ſtatuimus, vt ſi quis conſecratæ vel deuotæ, id eſt religionem profeſſæ, vim inferre præſumpſerit, ab Eccleſiaſtica communione vſque ad exitum repellatur, viatico tantum ei, infirmitatis periculo, reſeruato.

Quod vero Virgines Velarentur antiquiſſimum eſt, vt ſupra diximus, & adhuc probatur ex D. Chryſoſtomo *oratione quod canonicæ fœmina viris cohabitare non debent, in principio*: Velum, ait, quod eam à nuptiis ſeparabat, ſublatum: & ab impudentiſſimis manibus dilaceratum, Virginitas iniuriâ affecta eſt, Sancta Sanctorum conculcata, &c. Quod deinde non velarentur Viduæ, ſed Virgines tantùm, ratio ſumi poteſt ex illo loco *Pauli* 2. *ad Corinthios* 11. deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto, ſiue tanquam infantes & ſanctos, verumtamen ſoli Domino: virgines enim poſſunt eſſe propriæ ſponſæ Chriſti vnius, non Viduæ quæ alteri fuerunt deſponſatæ, & ita non poſſunt verè repræſentare Sponſam Chriſti. Verumtamen quia hæc Sponſalia mere ſpiritualia ſunt, & in eis ſtatus animæ noſtræ præſens conſideratur potius quàm qui præceſſit; ideo tandem admiſſæ ſunt Viduæ ad Velum recipiendum, quaſi vidua ſit per caſtitatis propoſitum iterum Virgo; ſicut qui peccauit, & ſe continuit, factus eſt ſimilis ei qui nunquam peccauit, vt recte philoſophatur Clemens Alexandrinus *lib.* 7. *Stromatum*: qui enim, ait, concupiuit, & ſeipſum continuit, inſtar eſt Viduæ quæ eſt rurſus Virgo per temperantiam: *ὥσπερ ἡ χήρα διὰ σωφροσύνην αὖθις παρθένος*. & D. Chryſoſtomus *Homilia* 23. *ad Corinthios* 2. ô rem, ait, nouam! in mundo Virgines ante matrimonium maneant, poſt matrimonium non item; in Chriſto non ſic, verum etiamſi virgines ante hoc matrimonium non ſint, poſt initum matrimonium Virgines efficiuntur: & amplius confirmatur ex Petro Damiani *lib.* 5. *Epiſt.* 17. vbi probat Virginem poſſe ſuſcitari poſt lapſum, non ſolum iuxta meritorum plenitudinem, ſed etiam iuxta carnis integritatem; & iuxta meritum quidem reparari Virginitatem oſtendit ex illo loco D. Pauli *ante citato*, ex eo quod in illo populo quem alloquebatur Paulus, non omnes erant Virgines, verùm & aliquæ erant nuptæ; & aliis etiam ex locis confirmat, quibus oſtendit peccatorem reſurgere ad maiorem gratiam, & per eam ablui omnes maculas turpitudinis ac vitij; vt cum *Ezechielis cap.* 33. dicitur impietas impij non nocebit ei, in quacumque die conuerſus fuerit ab impietate ſua: & *cap.* 18. omnium iniquitatum quas operatus eſt, non recordabor ampliùs: iuxta carnem verò etiam poſſe reparari Virginitatem probat, quia ſicut Deus reparat manum aut pedes amiſſos, ita poteſt reparare clauſulam virgineam. Hoc autem dicit contra D. Hieronymum *Epiſt. ad Euſtochium, de cuſtodia* dicentem: audenter loquor, cùm omnia poſſit Deus, ſuſcitare Virginem non poteſt poſt ruinam; valet quidem liberare à pœna, ſed non valet coronare corruptam.

Ad id tamen quod obiicitur, Deum non poſſe hoc agere, vt quæ facta ſunt non fuerint, reſpondet Petrus Damiani id non eſſe verum, aſſeritque Deum id poſſe, ſed id quomodo poſſit, à nobis intelligi non poſſe: & ſanè nos exiſtimatemus conciliari poſſe Diuum Hieronymum

cum Petro Damiani, & vtrumque verum ſenti- A te, niſi quod Petrus Damiani male aſſerit Deum poſſe facere vt quod factum eſt infectum iam ſit, id enim eſt quod voluit dicere D. Hieronymus: Petrus vero Damiani rectè quidem dicit poſſe a Deo reparari Virginitatem, ſicut oculum amiſſum, nihil enim vetat; ſed ea Virginitas vel non erit eadem, vel erit reſtituta.

Verum enimvero licet Viduæ ad meritum Virginum ſuis virtutibus poſſent peruenire, & licet profeſſione religionis veluti Virgines haberentur, tamen inter virgines non cenſebantur, vt patet ex ſupradictis, & ex D. Hieronymo *contra Iouinianum*: & idem eſt de his Virgini- B bus, quæ quoquomodo virginitatem amiſiſſent, puta vi barbarorum vitiatæ: nam hæ licet in ſacro propoſito Virginitatis manſiſſent, tamen gradum Virginum amittebant. *can.* 2. 28. *quæſt.* 3. & confirmatur ex D. Auguſtino *lib. de bona coniugali cap.* 18. & ex Leone I. *Epiſt.* 87. *ad Epiſcopos Mauritaniæ Cæſarienſis cap.* 2. Nec obſtat D. Hieronymus *ad finem capitis* 11. *Matthæi*, dicens: finge virginem in perſecutione proſtitutam; hæc apud Euangelium, qui a voluntate non peccat, Virgo ſuſcipitur; in lege quaſi corrupta repudiatur: vult enim dicere non repudiari ad merendum ſed non vt locum teneat & ordinem virginum.

Poſtquam cœperunt poſtea Virgines ſepa- C rari à domibus propriis, vel in certis domiciliis ſimul ſub ſtudio Matronarum habitare iuſſæ ſunt, vel ſimul habitantes ſeipſas cuſtodierunt, vt patet ex Synodo *Carthaginenſi can.* 47. in quam rem eſt etiam *Nouella Iuſtiniani* 123. & D. Chryſoſtomi *liber, quod Canonica ſeu Regulares fœmina viris cohabitare non debent*. Nam vt habet Palladius *in dialogo de vita Chryſoſtomi*, ſtatim atque D. Chryſoſtomus eſt ordinatus, morem hunc ſuſtulit, quo cœlibatum profeſſi diuerſi ſexus contubernales apud ſe alebant. Per Canonicas autem mulieres intelligit Sanctimoniales Chryſoſtomus *dicto lib.* quomodo Iulianus Anteceſſor *conſtitut.* 53. dicit D Sanctimoniales pſallentes, quas Iuſtinianus ipſe *conſtitutione* 59. dixerat Canonicas pſallentes: & Balſamo *in Epiſt. D. Baſilij ad Amphilochium*, vbi dicitur, Canonicorum fornicatio, pro matrimonio non reputetur, ſed eorum coniunctio omnimodo diuellatur; nomine Canonicorum intelligit Monachos & Monachas.

Virginibus autem ita in communi domo reſidentibus prodire foras ſæpius non licuit, ſed tanquam muro eſſent circumſeptæ, debebant viuere, vt habet D. Chryſoſtomus *lib.* 3. *de Sacerdotio*: cum tamen Viduæ frequentius apparere poſſent in foro, ex eod. D. Chryſoſtomo *lib.* 3. *de Sacerdotio*. E

Erant vero illæ Virgines & Viduæ ſub cuſtodia Epiſcoporum, vt patet ex Synodo Carthaginenſi *dicto can.* 47. Imo etiam, ſi pauperes eſſent, alebantur de bonis Eccleſiæ, vt patet ex *Fabiani Epiſtola lib.* 6. *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap.* 33. & ex *Nicephoro lib.* 8. *cap.* 26. & Socrate *lib.* 2. *cap.* 38. & ex Sozomeno *lib.* 4. *cap.* 20. & 27. & Nicephoro *lib.* 9. *cap.* 42.

Conſecrabantur porro etiam olim virgines ſanctæ à ſolo Epiſcopo, vt continetur in dicta *Synodo Carthaginenſi can.* 6. Vnde *canone* 1. *hac noſtra quæſt.* 1. Vidua dicitur Velata ſub teſtimonio Epiſcopi & Eccleſiæ; & in *can.* 3. habetur, quod Viduæ & Virgines profeſſionem faciebant coram Epiſcopo in Secretario; viduæ quidem viduitatis ſeruandæ, impoſitâ coram Epiſcopo veſte viduali; virgines vero virginitatis, impoſitâ etiam veſte virginali; vnde patet inter eas differentia: & roborabant ſuam profeſſionem iuramento, & conſcribebant, veniebantque ad ſanctam religionem pallio capita ſua contegentes *dicto can.* 36. Vnde ſanè mos Velandi Virgines exortus eſt: & harum Velum vocat Optatus Mileuitanus mitellam: Mitella verò eſt μιτρίον mitra, capitis operimentum.

Et quod conſecratio Virginum fieret ab Epiſcopo, id adhuc probatur ex *Synodo* 6. *generali can.* 40. & ex *Epiſt. Damaſi ad Epiſcopos Numidia, & Leonis* 1. *ad Germaniæ & Galliæ Epiſcopos*, vbi etiam Chorepiſcopis eſt interdicta Virginum conſecratio. Item ex *can. perlectis, diſt.* 25. & *can. quamuis, ead. diſt.*

Olim verò non conſecrabantur quotidie & paſſim Virgines, ſed certis diebus, ſcilicet in Epiphania, vel albis Paſchæ, vel etiam Natalitiis Apoſtolorum, niſi cauſa mortis vrgeret, vt patet ex *can. Virgines* 20. *Quæſt.* 1. & ex *Gelaſij* 1. *Decreto & can. deuotis, dicta quæſt.* 1. *cauſa* 20. Quem morem tangit ſine dubio D. Ambroſius *libro ad Virginem lapſam cap.* 5. non es memorata, ait, diei ſanctæ Dominicæ Reſurrectionis, in quo diuino altari te obtuliſti velandam; in tanto itaque ſolemni Eccleſiæ conuentu, inter lumina ſplendida, Regnique cœleſtis candidatos quaſi regi nuptura proceſſeras, &c. & *in exhortatione ad Virgines*, venit Paſchæ dies; in orbe toto Baptiſmi Sacramenta celebrantur, ſacræ Virgines velantur. Vno ergo die ſine dolore plures filios & filias Eccleſia ſolet parturire: ideò pulchrè ſubnectitur: & gens nata eſt de populo conſecrato.

At vero quod Pallio capita ſua contegerent Virgines dum conſecrarentur, vt dictum eſt ex *canone* 36. & ex aliis canonibus ſupra, inde ſanè mos Velandi Virgines exortus eſt, de quo more D. Ambroſius *ad virginem lapſam, cap.* 5. aſpice quantus ad ſponſi Dominique tui nuptias populus conuenit; ſeruare te fidem oportuit, quam ſub tantis teſtibus pollicita es; ſemper cogitare cui Virginitatem ſpoponderas; faciliùs ſanguinem cum ſpiritu fundere, quàm caſtitatem perdere, ſuper quam multa præconiis tunc illo conſecrationis die dictis, ſacro Velamine tecta es, vbi omnis populus dotem tuam ſpiritu, non atramento ſubſcribens, pariter clamauit, amen. Et D. Hieronymus *ad Sabinianum Diaconum*, Virginum ad ſtuprum ſollicitatorem: poſt, ait, Apoſtoli Petri Baſilicam, in qua Chriſti flammeo conſecrata eſt, poſt Crucis, Reſurrectionis, & Aſcenſionis Dominicæ Sacramenta, in quibus tutidem ſe in monaſterio victuram ſpoponderat, audes crinem accipere tecum noctibus dormituræ quem Chriſto meſſuerat in ſpelunca. Idemque Diuus Ambroſius in *lib. de inſtitutione Virginis*: hæc famula tua, ad eius virtutis gratiam laceſſita, tuis aſſiſtit altaribus, non rutilantis cæſariei flauum deferens crinem flameo nuptiali dicatum, ſed quo mulier Euangelica pedes

Chriſti ſedulâ pietate deterſit, domumque totam effuſo impleuit vnguento, ſacro offerens velamine conſecrandum. Vbi vides illud Velum vocari Flammeum à D. Hieronymo. Optatus Mileuitanus vocat mitellam, vt ſupra eſt obſeruatum: Pallium purpurei vel nigri coloris dicitur *in Synodo Toletana* 10. *cap.* 4. Pallio purpurei nigriuæ coloris caput contegat ab initio ſuſceptæ Religionis vidua, ac probabilis illic ſignum ſanctitatis dum tulerit, vbi nullius falli poterit viſio inruentis, deteſtandæ præſumptionis nunquam auſus attentet.

Quicquid ſit de Colore, certiſſimum eſt diſtinctum fuiſſe habitum Sanctimonialium à veſtitu laïcarum, vt patet ex D. Auguſtino *lib.* 6. *aduerſus Fauſtum cap. vlt.* lineis, ait, veſtibus miſcere purpuram, & leuiſſimâ indui veſte aliquando peccatum fuit, nunc non eſt peccatum; ſed inordinate viuere, & diuerſi generis profeſſiones velle miſcere, vt vel Sanctimoniales Nuptarum habeat ornamenta, vel Nupta Virginis ſpeciem gerat, omnimodo peccatum eſt; & ſi quid inconuenienter ex diuerſo genere in cuiuſque vita contexitur, id nunc figuratur in veſtibus quod tūc declarabatur in moribus. Et probatur etiam ex D. Chryſoſtomo *homilia* 8. *in* 1. *ad Timotheum*, vbi Virginitatem Profeſſis concedit viles pannos, pullam tunicam, velum candidum, & reliquum habitum virginalem, non mundum muliebrem: ex D. Baſilio *lib. de Virginitate*, vbi fit mentio habitus Virginitatis.

Velum autem in conſecratione ideo datum eſt Sanctimonialibus vt ſcirent ſe alienas factas eſſe à nuptiis, referente eodem D. Chryſoſtomo *lib. quod Regulares fœmina viris cohabitare non debent* his verbis: heu me ô anima, quale negotium! Virginitas iniuriâ eſt affecta; Velum, quod eam à nuptiis ſeparabat, ſublatum eſt, & ab impudentiſſimis manibus dilaceratum. Et inſuper probatur ex Optato Mileuitano *lib.* 6. in mitella, indicium eſt voluntatis non caſtitatis auxilium, vt iam Deo deuotam, nec qui ſponſabat perſeueret petere, aut ne raptor audeat violare. Signum eſt ergo non ſacramentum. Et ex *Synodo Toletana cap.* 4. loco ſuprà citato. Diximus datum eſſe Velum in ſignum tantùm: nam habitus, vt dicitur, non facit Monachum, ſed virtus Monachalis; & vt ait D. Ambroſius *in inſtitutione Virginis*, hæc ſunt meliora Velamina, indumenta Virtutum quibus obtegitur culpa, reuelatur innocentia. Et ideo cum Euſtachius quidam hæreticus, veſtibus communibus ſpretis, nouos & inſolitos habitus aſſumpſiſſet, & ſub hoc Religionis cultu alios omnes contemneret, Synodo Gangrenſi fuit excommunicatus, *can. ſi quis* 12. *diſt.* 30. ſi quis virorum, ſancto propoſito conuenire ratus, pallio vtatur, quaſi per hoc iuſtitiam habens, ſiue ſe credens habere, & deſpicit aut iudicat eos, qui cum Dei metu ac reuerentia, communi & vſitatâ veſte vtuntur, anathema ſit. Quomodo etiam attonſio ſuperſtitioſa Virginum prohibita fuit ab eadem Synodo Gangrenſi *can.* 17. *diſt.* 30. & à Valentiniano Theodoſio & Arcadio 27. *de Epiſcopis & Clericis*; nam aliquando fuerunt Virgines attonſæ & raſæ, vt colligitur ex illo loco D. Hieronymi *ad Sabinianum Diaconum ſupra citato*.

Epiſcopi vero conſecrantes virginem Sancti-

A monialem, precationem faciebant ad Deum pro ea, vt colligitur ex illa longa precatione quam habet D. Ambroſius *in inſtitutione Virginis, ad finem*, quæ ita incipit: Te quæſo, vt hanc tuearis famulam, quæ tibi ſeruire, animam ſuam integritatis ſtudio dicare præſumpſit, quam Sacerdotali munere offero, affectu patrio commendo, vt propitius & præſul gratiam ei conferas, quâ cœleſtium thalamorum immorantem adytis ſponſum excipiat, mereatur verò introduci in cubiculum Dei ſui Regis audire dicentem, adès à Libano ſponſa, &c. & populus etiam in conſecratione Virginum dicebat & reſpondebat, amen; vt patet ex alio loco D. Am-
B broſii *ſupra citato lib. ad Virginem lapſam*, *cap.* 5. quæ vox fuit populi optantis, vel affirmantis pro Virgine, ea quæ ipſa vouebat, vt *in* 1. *Corinthio.* 14. 16. & Iuſtini Martyris *apologetico* 2. cùm hæc vox ſit confirmandi, *dict. cap.* 14. 1. *ad Corinthios.* Origenes in *epiſt. ad Romanos cap.* 16. *lib.* 10. Amen, ait, quaſi ad confirmationem omnium, quæ ſuperius ſcripta ſunt, in fine poſuit, per quod vernaculo ſermone Hebræorum, vera & fidelia eſſe quæ ſunt ſcripta ſignaret. Iſidorus *lib.* 6. *Origin. cap.* 19. Amen, ait, ſignificat verè, ſiue fideliter; quod & ipſum Hebræum eſt. Sic etiam hæc vox optandi: vnde eſt ſignaculum orationis Dominicæ, quaſi dicatur, ita ſit, vt notat D. Hieronymus *in cap.* 6. *Matthæi.*
C porro Deus dicitur *Deus Amen*, id eſt verus. *Eſaia* 65. qui benedictus eſt ſuper terram benedicetur in Deo Amen, id eſt in Deo Vero; Quarè etiam Chriſtus, *Apocalypſis* 3. dicitur Amen, id eſt Verus Deus: & *loco Apoſtoli citato*, dicitur quod per ipſum, Amen, Deo ad gloriam noſtram, id eſt per ipſum confirmantur à Deo omnia ad gloriam noſtram, ita namque accipimus hunc locum: agitur enim de Veritatis confirmatione in præcedentibus; quomodo Græci dixerunt *ἀμὴν* & *ἀμηνὶν* pro vero, ſic *ἀμὴν οἶκος* dicitur de Domini Templo *in libris Regum*, & *προφήτης ἀμὴν Haſmonæorum* 1. *cap.* 14. de Meſſia; & *Ioannis* 12. Maria dicitur accepiſſe libram vn-
D guenti piſtici, id eſt veri, nam conſtat fucatam fuiſſe nardum ex Dioſcoride *lib.* 1. *cap.* 6.

Cæterùm non leuiter nec temerè virgines conſecrari debent; quod oſtendit Origenes *homilia vnica in librum Regnorum*, qui ex eo quod Anna puerum Samüelem ante ablactauit quàm Deo obtulit; 1. *Regum* 1. probat Deo neminem conſecrandum qui lacte adhuc alatur: & D. Baſilius *Regulæ ſuæ cap.* 7. quærenti verum omnes venientes oporteat cum probatione ſuſcipere, & qualis hæc eſſe debeat, cùm Diuina clementia omnes ita vocet, venite ad me omnes, *Matthæi* 11. reſpondet non conuenire neque venientem abſque diſcrimine abiicere, nec illotis
E pedibus cuiuis in ſanctam doctrinam introitum conſulere: ſed ſicut Dominus iuuenem ad ſe venientem, de vita eum percontatus, cum recte tranſactam audiuit, quod ei deerat implere iuſſit, tum ita ſe demum ſequi præcepit *Matthæi* 19. ſic etiam nos oportet de præterita conuerſatione inquirere, ne quis ſimulatâ fortaſſis mente, & ad nos animo fallaci accedat, &c. *& cap.* 8. idem quærenti reſpondet, omne quidem tempus ætatis ad ſuſcipiendam Dei diſciplinam eſſe opportunum, firmam autem profeſſionem ex quo adulta iam eſſe cœperit ætas, & nuptiis

apta :& D. Ambroſius *lib. 3. de Virginibus.* Aiunt etiam plerique maturiores Virgines eſſe velandas , idque Sacerdotalis eſſe cautionis, vt non temerè puella veletur : ſpectet ſane Sacerdos ætatem, ſed fidei, vel pudoris & verecundiæ maturitatem , &c. & addit : differatur puella magis moribus quàm annis.

Licet autem parentibus cōceſſum ſit filios ſuos tradere Monaſterio , vt conſtat ex capite *conſulti ſumus de Regularib. Extra*, eos tamen cogere non poſſunt, vt ibi maneant , ſeu votum emittant. Nam vt, ait D. Auguſtinus *ad Ediſium epiſt.* 199. quamuis ad meliora ſint excitandi & erudiendi filii Sanctorum , vnuſquiſque tamen donum habet à Deo , alius ſic , alius autem ſic. Licet etiam filiis conceſſum ſit ſequi Chriſtum vocantem etiam per calcatum pergendo patrem , vt ait D. Hieronymus *ad Heliodorum* & ſineodo mortuos ſepelire mortuos , vt Chriſtus dicebat ; adeo vt crudelitas illa pietas dicatur ab eodem D. Hieronymo epiſtola *ad Ruſticum monachum*, hoc tamen intelligendum eſt vel de iam monachis factis vt retro non aſpiciant ; vt quando D. Hieronymus ad Ruſticum Monachum ſcribebat ; vel de filiis infidelium vt quouis periculo ad fidem tranſeant , quomodo D. Hilarius explicat *in Matthæum cap.* 7. & D. Ambroſius *Lucæ* 9. Nam quando pater & Filius ſunt fideles , cautio tunc adhibenda eſt quæ affertur à D. Petro *lib. 3. & 7. Recognitionum D. Clementis* : ſi qui poſſunt & volunt ſequi nos, permittitur eis ſaluâ pietate , hoc eſt ne quem contriſtent diſceſſu, qui contriſtari non debet, cuique ſecundum Deum adhærere debet , vel parentes relinquens quos non oportet , vel vxorem fidelem , vel ſi quæ ſunt huiuſmodi perſonæ: & ideo definitum eſt in *Synodo Gangrenſi*, ſi quis ſeruus Dominum , mulier virum , filius parentem , vel parens filium reliquerit aut contempſerit prætextu Religionis Chriſtianæ , vel etiam continentiæ , anathema eſſe. Et quod dicitur , qui diligit Patrem aut Matrem pluſquam Me indignus Me eſt, & qui non odit Patrem , Matrem , liberos , vxorem, &c. non eo ſpectat , vt pater auxilio filii egens derelinqui debeat: eaque vera eſſe poſſunt in iis qui ſic manent cum Patre vel Vxore , vt Patrem vel vxorem non præferant Chriſto , vt rectè explicat D. Baſilius *ſermone Aſcetico & hortatorio de renunciatione huius vitæ , ſpiritalique perfectione*: & D. Chryſoſtomus *homilia* 7. *ad Hebræos.*

Poſtquam vero Sanctimoniales receptæ V. G. fuerant inter alias Sanctimoniales , ſequebantur earum profeſſionem quæ dicitur ὁμολογία à D. Baſilio in *Regulis fuſius diſputatis , interrogatione* 14. & 15. Ea vero dicitur debere fieri μετὰ πολλὴν ἀνάκρισιν καὶ ἐπίσκεψιν, ὡς ἐν πλείοσιν ἡμέραις ἐπιτρέπειν αὐτῷ ποιεῖσθαι καθ᾽ ἑαυτὸν σκέψιν , &c. id eſt idque diligenti habitâ quæſtione & animaduerſione, ut quamplurium ipſi dierum ſpatium dari debet quibus ſecum ſeorſum deliberet , ne quid aſtutè , repentinè , per raptum fieri videatur à nobis, & tum demùm ſic recipi debet , & ad reliquorum fratrum numerum aſcribi , communem deinceps cum cæteris locum ad habitandum habiturus , &c. dicitur autem illa profeſſio ὁμολογία quod eſſet quaſi Confeſſio , & Reſponſio ad interrogationem quæ fiebat an vellent vitam exercere Religioſam , vt colligitur

A ex D. Baſilii *epiſt. 2. ad Amphilochium* , dicentis illud in Profeſſionibus præcedere debere, vt ipſi interrogentur Profitentes , & euidens ipſorum accipiatur Profeſſio : & ex gloſſis Græcolatinis vbi ὁμολογία eſt confeſſio , profeſſio. Deinde ὁμολογία ἡ ἀπὸ ἐρωτήσεως, vertitur ſponſio, ſtipulatio. Illaqua profeſſio debebat ab Epiſcopo comprobari , vt patet ex *ead. epiſt. paulo antè.* Et propter illam interrogationem præcedentem, ὁμολογία illa ſeu profeſſio continet pactum: nam ὁμολογία apud Suidam eſt συμφωνία. Vnde idem D. Baſilius profeſſionem intelligit per nomen pacti *epiſt. 185. ad Virginem lapſam* : etiam, B ait, ad verum ſponſum pacta negas , & te nec Virginem nec profeſſam eſſe clamas , &c. & *ad Monachum profugum epiſt.* 183. *& alibi paſſim.* In Synodo verò Ancyrana profeſſio dicitur ἐπαγγελία , quæ vox ſignificat etiam promiſſionem , repromiſſionem : gloſſæ Græcolatinæ ἐπαγγέλλομαι promitto, polliceor, ſpondeo. Vnde apud Iulium Pollucem *lib. 3. cap.* 30. ſunt σπονδαὶ ἐπαγγελίαι. Sed & illud maximè patet ex Harmenopulo *lib. 3. tit. 7.* ἀνυπάρκτου εἰ μὲ γὰρ ... ἔχεται τοῦ ὁμολόγου , ὁμολογεῖς παρέχειν μοι καὶ τὰς τόκους , &c. id eſt ſi enim promiſſioni hoc eſt inſertum , ſpondes mihi etiam dare vſuras , id ad eas exigendas efficax eſt : ita vt Profeſſio ſit , cum quis emittit Votum quod à ſuperiore recipiatur, C vt dicitur *cap. 13. de Regularibus* , vbi ſubaudi quod recipiatur , per ſuperioris interrogationem, & reſponſionem profitentis. Voce etiam ἐπαγγελίας vſus eſt Epiphanius *hæreſi* 48. Cataphygarum, vbi Profeſſæ dicuntur ἐπαγγειλάμεναι, & dicitur quod ſi nupſerint , damnationem habent, non profeſſæ verò non habent , μὴ ἐπαγγειλάμεναι. ὁμολογία autem non eſt ſolum profeſſio Virginitatis , aut caſtitatis , ſed etiam fidei , vel ſumitur apud Iuſtinum Martyrem *in dialogo cum Triphone Iudæo* , & apud Clementem Alexandrinum *lib. 4. ſtromatum* , & apud Xenophontem *lib. 2. hiſtoria Græca* , ὁμολογεῖν eſt certis conditionibus facere deditionem , & accipere paD cem : & apud D. Chryſoſtomum ὁμολογεῖν χάριτας eſt gratias referre, habere, & beneficium agnoſcere *epiſt. 115. & epiſt.* 162. & licet profeſſio ſit confeſſio , tamen vt patet ex Nonio Marcello *cap.* 5. confiteri & profiteri hoc diſtant; quod profitari voluntatis eſt , confiteri neceſſitatis & coactus: quod ita poſitum ſæpius legimus, Cicero pro Manlio , hic ego non ſolum confiteor , verùm etiam profiteor: honeſtiùs profiteri, quàm confiteri.

Cæterùm non tantùm in Virginitate fiebat illius profeſſio à Virginibus , aut Caſtitatis à Viduis mulieribus , aut Conuerſionis à Coniugatis ; ſed etiam à Pœnitentibus fiebat profeſſio Pœnitentiæ, ſcilicet Pœnitentiæ publicæ, & ab hæE reticis profeſſio fidei , & ſic de aliis tùm Sacramentis, tum vitæ generibus ſeu inſtitutis : quæ profeſſio nihil aliud erat quàm ſponſio & ſtipulatio; vnde à D. Bernardo *lib. de precepto & diſpenſatione cap.* 24. dicitur ſponſio profeſſionis. Profeſſio ergo eſt, quæ facit Monachum, vt ait idem D. Bernardus *epiſt. 42. ad Henricum Senonenſem Epiſcopum* , profeſſio , inquam, quæ fit cum cordis deuotione , & voluntatis affectu, vt notat Gotfridus Abbas Vindocinenſis *epiſt.* 94. Atque cum illa profeſſione dabatur à Superiore etiam Benedictio, teſte eodem Gotfrido

loco citato: igitur, ait ſi conſuetudinaria profeſſio quæ fit viſibiliter, & benedictio illum non tenet ligatum, &c. Certè antiquiſſimam fuiſſe in profeſſionibus Monachorum arguit locus Dionyſii Areopagitæ *cap. 6 de Eccleſiaſtica Hierarchia*, vbi deſcribit Monachi Profeſſionem atque conſignationem ab Epiſcopo factam: conſignans, ait, eum ſigno Crucis Sacerdos tondet, Trinas Diuinæ beatitudinis Perſonas inclamans; exutumque omni veſte, alia induit, & cum ſanctis aliis, qui aſtant, viris, ipſum ſalutans Diuinorum myſteriorum participem efficit.

Eſt vero Benedictio; ſpiritalis quædam gratiæ ſanctitatiſque communicatio, vt eam definit Zonaras *ad can 26. Synodi Trullanæ*. *καὶ γὰρ εὐλογία χάριτος πνευματικῆς, καὶ ἁγιασμοῦ ἐστι μετάδοσις*, id eſt, eſt namque benedictio, ſpiritalis quædam gratiæ & ſanctitatis communicatio. Et ſane illa Virginum Benedictio nihil aliud eſt quàm ipſa conſecratio, quæ fiebat adhibitis precationibus ab Epiſcopo, vt obſeruat idem Zonaras *ad can. 6. concilii Carthaginenſis*. Virgines, ait, porrò conſecrare non idem eſt ac Diaconiſſas manuum impoſitione conſtituere: verum antiqui moris fuit puellas in Templo ſiſtere quæ Virginitatem profiterentur *παρθενίαν ἐπαγγελλομένας*, & caſtimoniam vouerent; quas Epiſcopi adhibitis precibus velut Deo dicatas conſecrabant, *καὶ ταύτας οἱ Ἐπίσκοποι δι᾽ εὐχῶν καθιέρουν εἰς ἀνάθημα τῷ θεῷ*. Quæ verba etiam habet Balſamo *ad dictum can. 6. concilii Carthaginenſis*.

Cùm ergo illa profeſſio ſit pactum inter Deum & hominem quod coram pluribus teſtibus, imò coram Angelis & totâ Trinitate initur, illud ſedulo ſeruandum eſt multò magis quàm ſi cum homine contractum eſſet, aut ſaltem non minùs; cuius argumenti ratione D. Baſilius vtitur *ad Monachum profugum epiſt. 183.* vide ne ſi quod quibuſdam pactus es voluctis cuſtodire, quæ Deo ſub multis teſtibus pactus atque profeſſus es, violes: & *ad Virginem lapſam, epiſt. 185.* Etiam ad verum Sponſum pacta negas, & te nec Virginem nec Profeſſam eſſe clamas quæ multa ſuſcepiſti ſigna Virginitatis atque oſtendiſti, reuoca in memoriam honeſtam quam coram Deo Angelis ac hominibus profeſſionem profeſſa es, venerandam congregationem, ſacrum Virginum chorum, concilium Domini, &c. Et D. Gregorius *expoſitionis lib. 4. cap. 4.* ad id 1. Regum 10. *audiuit Samuel verba populi & locutus eſt ea in auribus Domini*: hoc, inquam audiant Nouitiorum noſtrorum mentes, & expaueſcant: nam quod coram nobis promittunt Deo offerimus, vt iam de manibus noſtris teneat quod exquirat, quæ profectò libertas Rectoris eſt obligatio ſubditi, quia tantò diſtrictiori ſententiæ ſubditur quantò apertiùs ſcire poteſt, quia de eo quod reſpondet, Deo rationem reddere debet: cùm ergo ea quæ Nouitii promittunt offerimus Deo, quaſi chirographum, quod nobis faciunt illi damus. Et cuſus D. Baſilius *in Regulis fuſius diſputatis* idem ferè habet cum D. Gregorio dicens, per præſules, eorumque teſtimonium confirmari Deo Profeſſionem Monachorum: huius animi, ait, & de virginitate ſententiæ teſtes Eccleſiarum Præſules aſſumendi, per quos corporis quædam ſanctimonia velut Deo conſecretur oblatio; & quod factum eſt, illorum teſtimonio con-

A firmetur. Vtræque igitur ex his ſcilicet iam Virgines quàm viduæ tenentur ſeruare caſtitatem: nam generaliter eſt ſtatutum, Virginem quæ ſe Deo conſecrauerit, ſimiliter & Monachum non poſſe nuptialia iura contrahere *can. 12.* ſolùm enim licentia nubendi tribuitur illis qui virginalem vel vidualem caſtimoniam profeſſi non ſunt, non autem illis qui virgines vel continentes eſſe decreuerunt, *can. 20. & 22.* idem dicitur de Preſbyteris omnibus, Diaconis & Subdiaconis, Regularibus Canonicis, atque Conuerſis profeſſis, vt de Monachis *can. 40.* idquè etiam de his intelligitur quæ velatæ ſunt veſte laicali abiectâ, *can. 1. & 2.* & *can. 16. 33. & 34. & 35. quæſt. 5.* idque licet nondum velatæ ſint, dummodo in propoſito virginali ſimulauerint

B ſe velle ſemper manere. *can. 2. & 9. hac quæſt. 1.* Intelligitur item tam de Virginibus, quàm de viduis, vt patet *dict. can. 1. & 2.* de virginibus quidem *dict. can. 2. & 9.* de vtriſque, *dict. can. 3.* eſtque magnum nefas fœminam Deo conſecratam nubere *can. 39.* & quæ ita nubunt adulteræ dicuntur, *can. 1.* & quidem peiores adulteris *can. 2.* præuaricatæ dicuntur *can. 24.* & præuaricationis reæ, *can. 32. & 36.* Et ratio eſt, quia virgines cum Deo conſecrantur, nubunt Chriſto ſpiritualiter, *can. 1. hac quæſt. 1.* quod confirmatur ex Optato Mileuitano *lib. 6.* Inueniſtis, ait, huiuſmodi Virgines, quæ iam ſpiritualiter nupſerant: & ex D. Chryſoſtomo *lib.*

C *quod fœminæ regulares viris cohabitare non debent.* væ tibi, ait, quia ipſe te ad thalamos traxit ſpirituales, tu autem teipſam ab hac gloria abripuiſti: & Chriſtus ipſe dicitur Sponſus Virginum immortalis, *can. 10. hac ead. quæſt. 1.* & Cœleſtis, ab eodem Chryſoſtomo *loco citato*; nec ſolum Sponſus, ſed Amator, & Amator quouis homine ardentior, vt inferius dicit idem Chryſoſtomus. Et omnis Sanctimonialis eſt Sponſa Chriſti, *can. 6.* ſpondet enim in eodem habito permanere, & nunquam Religionis velamen deponere *can. 34.* & Chriſti coniugium dicitur eligere Virgo, quæcumque Chriſtianâ ſanctitate nubit, *can. 41.* & ſponſio eius à Domino tenetur *can. 9.* Quarè ſicut inter homines hæc ratio obſeruatur, vt quæcumque viuente

D altero nubit alteri, adultera habeatur, *can. 10.* ita Virgo ſponſa Chriſti ſi nubat alteri, eſt adultera Chriſti, *can. 5.* & ſicut iraſcitur maritus videns ſponſam ſuam cum alio iacentem, ita & Chriſtus *dict. can. 5.* Nuptiæ namque Sanctimonialium ad iniuriam Chriſti pertinent *can. 13.* ſuntque illicita, inceſta, & ſacrilega fœdera *can. 11. 14. & 17.* Item ad iniuriam gratiæ Dei *can. 23.* quatenùs ſcilicet Spiritui Sancto mentiuntur *can. 16.* Ideoque grauiſſimis pœnis afficiuntur, eæ quæ poſt tale pactum cum Chriſto, nupſerunt: nam primò excommunicantur *can. 1. 2. 26. 27. & 36.* Deinde ſeparantur à marito, & nun-

E quam cum eo vel alio poſſunt coniungi, atque in Pœnitentiæ lamentis dum viuunt verſari debent, *can. 13. quæſt. 5.* & interdum ſoli in Monaſteriis, vel aliis recluduntur toto vitæ ſuæ tempore, dum diem vltimum claudant, *can. 36. & 39* maximè Viduæ *can. 20.* & Monachi *can. 39.* nec enim ad illam Pœnitentiam quam profitebantur Pœnitentes publicè, admittebantur. Sed nec talis mulier admittebatur ad Communionem viuo marito eius *can. 10. hac noſtra quæſt. 1.*

& *can.* 26. niſi eo viuo valdè caſtè viuere cœ- A
piſſent, *dict. can.* 36. & 26. Veruntamen exci-
piontur eæ quæ nondum velatæ fuerunt, ſed
propoſitom tantùm habuerunt; nam illæ faci-
liùs admittuntur ad Pœnitentiam, eamque tan-
tum agunt aliquanto tempore publicè, *can.* 2 &
9. *hac quaſt.* 1. itam ij qui per ſe peccatum con-
fitentur; his enim Epiſcopus poteſt authoritate
ſuâ miſericordiã largiri, *can.* 20. quemadmodum
etiam iis aliquando qui conuicti ſunt in quibuſ-
dam cauſis. Excommunicantur & parentes qui
conſilium operamque dederunt vt Sanctimonia-
les Deo dicatæ Virgines nuberent, *can.* 26. Eſt &
alia pœna, quod ita contrahentes contemptâ
profeſſione ſuâ, inter digamos recenſentur, id B
eſt inter eos qui ad ſecundas nuptias tranſierunt
can. 24. Hi etiam puniuntur qui cum Sanctimo-
nialibus contrahunt *can.* 13. *quaſt.* 5. & excom-
municantur, nec niſi per publicam probatamque
Pœnitentiam recipiuntur *can.* 17.

Ex his verò colligitur Matrimonium contra-
ctum à Sanctimonialibus poſt votum & Pro-
feſſionem Religionis nullum eſſe, cum ſit adul-
terium.

Sed obſtat D. Auguſtinus *can.* 41. *hac quaſt.* 1.
qui non videtur eſſe in ea ſententia: nam 1. dicit
nuptias illas Sanctimonialium non damnari
præcisè ex eo quod ſint nuptiæ, ſed quod conti-
neant Voti ruptionem, fideique primæ, eſſeque C
earum ruinam ex bono ſuperiore. nuptiæ enim
bonæ ſunt, ſed minus bonæ quàm Virginitas
quæ violatur, ſiue nuptiæ ſubſequantur, ſiue
non, ex eo ſolo quod quis velit diſcedere à ſua
pactione.

At reſpondetur id ab eo dici ne quis putet nu-
ptias ex ſe eſſe malas, quæ neutiquam ſunt, nec
etiam tales nuptiæ damnantur quod ſint nuptiæ,
ſed quod contineant primam fidem irritam, cu-
ius ruptio mala eſt, ſiue ſequantur nuptiæ, ſiue
non; quod probat ex eo quod Apoſtolus dicat
nubere eas velle, eſſe damnabile, licet non nu-
bant; & deinde quod addat hanc ſolam ratio-
nem, quod primam fidem irritam fecerint; nec
enim tam damnat ſecundam fidem datam, quàm D
primam violatam, quòd nuptiæ ex ſe malæ non
ſint, ne quidem comparatæ cum virginitate, ſed
ſint tantùm inferius bonum, ſed ſemper bonum,
vt initio dixerat D. Auguſtinus: nuptiarum bo-
num, ait, eſt quidem ſemper bonum; ſed in popu-
lo Dei fuit aliquando legis obſequium, nunc eſt
infirmitatis remedium, in quibuſdam humani-
tatis ſolatium; vnde Virgini, quæ non promiſit
Virginitatem Deo, æquè licet ad matrimonium
tranſire atque ad religionem; nam ſi nupſit vir-
go non peccauit, inquit D. Paulus, nec Vidua,
imò meliùs nubere quàm vri, dum ſit vidua
ἁπλῶς ſimpliciter, vt dicit D. Chryſoſtomus E
lib. de Virginitate cap. 39. Nec licet Virginitas
ſit præſtantior Matrimonio, propterea eſt in ma-
lis ponenda, eſt enim continentiæ portus ac re-
medium, vt rectè idem Chryſoſtomus *de Virgi-
nitate cap.* 9. Matrimonii enim duæ olim fuere
præcipuæ cauſæ, 1. liberorum procreatio, 2. li-
bidinis abolitio, quæ ſola ſecunda iuxta Apo-
ſtolum videtur iam mundo repleto reliqua, vt
idem Chryſoſtomus *ibidem, cap.* 19. Eſſe tamen
potuit & tertia cauſa quæ affertur à D. Augu-
ſtino *can.* 41. *ſupra citato*: in quibuſdam verò,
ait, humanitatis ſolatium; matrimonium enim

A inſtitutum eſt ex indulgentia quadam, quæ di-
citur à D. Chryſoſtomo *cap.* 15. *συγκατάβασις* con-
deſcenſio, vt haberet homo adiutorem, & reme-
dium aliam ne peccaret: nam quod ad liberos
generandos attinet opus fuit ſpeciali præcepto,
creſcite & multiplicamini, quaſi non ſufficeret
matrimonii vnio, vt rectè D. Chryſoſtomus *ibid.
cap.* 15. & ſicut Adam vno modo productus eſt,
Eua alio modo, & Chriſtus alio, ita à Deo po-
tuiſſent & poſſent aliis modis extra nuptias ho-
mines produci.

Secundo dicit D. Auguſtinus *dict. can.* 1. nu-
ptias illas quæ fiunt à Sanctimoniali non eſſe
adulteria; nec ei placet opinio vel argumentum
B eorum, qui putant adulteria eſſe, ex eo quod
Chriſtus ſit ſponſus earum: & licet qui hoc dicũt
acutè quidẽ acutè moueãtur, parũ tamen atten-
dere quanta abſurda inde ſequantur; primum ab-
ſurdũ eſt, quia, ſi quæ Chriſto nupſit Sanctimo-
nialis, adultera ſit nubens homini; vice verſa,
quæ nupſit homini, ſi poſtea etiam de conſenſu
viri, & cum viro, nubat Chriſto, dici poterit
adultera, adulterium enim eſt reciprocum; &
cum viuente marito priore non poſſit aliqua
mulier cum alio contrahere niſi eum adulterum
faciat, ſicut adulterinum eſt cum vir ſponſam
Chriſti ducit, ita adulterium erit cum Chriſtus
ducet ſponſam alterius viri.

C Secundum abſurdum eſt, quia ſi Vidua ſe Deo
conſecrct, ſequeretur Chriſtum eius eſſe ſecun-
dum maritum, quod dici non debet; nam pri-
mæ nuptiæ ſunt meriti melioris quam ſecundæ,
cum etiam durante matrimonio ipſæ Viduæ
Chriſtum habeant ſponſum, non carnaliter, ſed
ſpiritualiter; & tanquam Virgines reputentur,
vt oſtendimus ſuprà, & adhuc probatur ex OE-
cumenio *in* 1. *epiſt. ad Timotheum cap.* 11. Vide
autem, ait, quod veræ Viduæ etiam Chriſto ad-
iunguntur; quæ autem ipſi adiunguntur, in or-
dinem Virginum conſtituuntur *ἐν τάξει παρθένων*
καθίστανται: vtitur loco Pauli 2. *Corinth.* 11. vt id
probet, quod Eccleſia ipſa, cuius membrum
ſunt, coniux eius ſit, quæ fidei, ſpei, & charitatis,
D non ſolùm in Virginibus ſacris, ſed etiam in Vi-
duis & fidelibus coniugatis tota virgo eſt: vni-
uerſæ enim Eccleſiæ, cuius illæ membra ſunt,
Apoſtolus dicit; optaui vos viro virginem ca-
ſtam exhibere Chriſto, nouit enim ille virginem
coniugem ſine corruptione fœtare, quem in ipſa
etiam carne potuit mater ſine corruptione pro-
creare.

Tertium abſurdum eſt quod inde non par-
uum malum ſequatur, nempe vt ſi ita contra-
hentes poſtquam ſe Deo dedicauerunt, ſint adul-
teræ, debeant ſuis a maritis ſeparari, quaſi ſint
adulteræ non vxores, & mariti etiam ſeparati,
E ducentes aliam fiant adulteri, quod non placet
D. Auguſtino.

Reſpondetur autem ad 1. & 2. abſurdum, inde
tantum probari modum illum loquendi Sancti-
moniales nubentes adulteras eſſe, claudicare,
& omnia quæ pertinent ad adulteras carnales
non conuenire his ſpiritualibus adulteris, quod
verum eſt. Vnde colligitur ipſum de verbis
maximè inſtituiſſe diſputationem. nec mirum
ideo ſi concludit has nuptias non eſſe adulteria,
ſed lapſus, & ruinas à caſtitate ſanctiori.

Ad 3. abſurdum reſpondetur videri Auguſti-
num in ea fuiſſe ſententia, vt matrimonium
talium

talium Virginum valeret poſt Votum, maximè cùm vota tunc temporis eſſent vtplurimum ſimplicia: & ideo concludit has nuptias adulteria non eſſe propriè loquendo, licet minùs propriè ipſemet vocet has nuptias adulteria, & Chriſti adulteram etiam vocat Sanctimonialem quæ nubit *ad pſalmum* 83. Virgo, ait, quæ ſi nuberet, non peccaret; Sanctimonialis ſi nupſerit, Chriſti adultera reputabitur: reſpexit enim retro. Et ſanè alii Patres hunc loquendi modum vſurparunt. Chryſoſtomus *epiſt.* 6. obiurgans Theodorum lapſum, & Hieronymus obiurgans Sabinianum D. Baſilius *lib. de Virginitate, & alii*, certè etſi D. Auguſtinus non approbat has nuptias, licet dicat adulteria non eſſe, cùm eas vocet à caſtitate ſanctiore ruinas adulteriis B peiores, quomodo etiam D. Hieronymus *can.* 9. *diſt.* 27. dicit virgines, quæ poſt conſecrationem nupſerunt, non tam adulteræ quam inceſtæ, in tantum vt Moniali non liceat nubere infideli promittenti ſe Baptiſmum & fidem accepturum ſi ei nubat: nam nullâ conditione rumpenda ſunt quæ ſine conditione vouerunt, *can. vn.* 32. *quæſt.* 8. Videtur itaque D. Auguſtinus fuiſſe in ea ſententia, vt matrimonium talium Virginum valeat poſt votum emiſſum, teſte D. Bernardo *opuſculo de præcepto & diſpenſatione*, vbi Abbati Columbenſi poſtulanti cur S. Auguſtinus coniugii legi votum quodammodo ſubiiciat continentiæ, ita vt *lib. de Virginitate* C vel viduitate aſſerere videatur, nec vitæ cœlibis propoſitum poſſe copulæ præſcribere coniugali quominus indiſſolubile maneat etiam quod à continentibus, fallente Diabolo, fracto ſanctitatis voto, initum fuerit matrimonium; ita reſpondet: & ad hæc, inquit, nihil ad præſens certius, breuiuſque occurrit reſpondendum, niſi quòd ita ſancti Antiſtites ſapuerunt, rectius ipſi viderint; nam ego in ſenſibus, actibuſque illuſtrium Patrum cautus profectò ſum, omnino non aliud æſtimare, quàm quod quæritur inter diſpenſatores, vt videlicet fidelis quis inueniatur 1. *Corinth.* 4. certus enim ſum ſiue in ſuo ſenſu abundauerint, ſiue in Dei Spiritu, vt in D cæteris, ita & in his ambos fuiſſe fideles, illum in diſpenſando quod præ manibus erat, iſtum in ſcribendo, quod ſenſerat: & ſane hanc fuiſſe ſententiam D. Auguſtini adhuc probatur ex eodem Auguſtino tum *lib. de ſancta virginitate, cap.* 34. quem locum innuit D. Bernardus, tum *lib. de bono coniugali, cap.* 8. & *ad Pollentiam, lib.* 1. *cap.* 12. Verba capitis 34. de ſancta virginit ſunt: quas, ait, à nubendo dedecoris operi timor, non propoſiti præclari reuocat amor; quæ nubere volunt, ſed ideo non nubunt, quia melius non poſſunt, melius nuberent quàm vrerentur, id eſt occulta concupiſcentiæ flamma vaſtarentur; quas pœnitet profeſſionis & piget E confeſſionis. Verba poſtremi loci ſunt: incontinentibus Apoſtolum non dixiſſe, melius eſſe mœchari, ſed nubere, quàm vri; vt intelligamus illud nubere Virginum deuotarum non eſſe mœchari. Huc ſpectant quidam canones qui habentur *diſt.* 27. & 30. *quæſt.* 5. apud Gratianum.

Obſtat D. Cyprianus his verbis: ſi, inquit, ex fide Chriſto dicauerunt pudicè & caſtè, ſine vlla fabula perſeuerent, ita fortes, & ſtabiles præmium virginitatis expectent: Si verò perſe- A uerare nolunt, vel non poſſunt, meliùs eſt vt nubant, quàm in ignem ſuis deliciis cadant; certe nullum fratribus aut ſororibus ſcandalum faciant.

Obſtat 2. D. Epiphanius *hæreſi. Apoſtolicorum* 61. meliùs, ait, iudicium ſeu reprehenſionem quàm condemnationem ſubire; qui enim, vt ne apud homines confundantur, occultè ſcortantur, monaſticæ vitæ, aut continentiæ ſponſione ſeu profeſſione ſe apud Deum colligant non apud homines, qui occulta nouit & omnem carnem prout quiſque peccauit in aduentu ſuo redarguit; melius itaque vnum habere peccatum non plura, melius à curſu lapſum palam ſibi vxorem ſumere iuxta legem, à virginitate diu Pœnitentiam agere, & ſic rurſus ad Eccleſiam reduci velut male operatum, lapſum, fractum, indigentem obligatione, & non quotidie occultis iaculis ſauciari ab improbitate quam Diabolus infert.

Obſtat 3. Gelaſius Papa qui *decreto de Viduis propoſitum mutantibus*, ita loquitur: nos, ait, talibus nullum laqueum debemus iniicere, ſed adhortationes tantùm præmii ſempiterni, diuinique pœnas Iudicii proponere, vt & noſtra abſoluatur conſcientia, & earum pro ſe rationem reddat intentio: & addit D. Paulum teſtari iuniores aliquas viduas poſt votum tranſiſſe ad nuptias.

C Ad has omnes obiectiones Reſpondetur olim Vota vtplurimũ fuiſſe ſimplicia, etiã earum quæ diu manſerant in Religione; nec ita Profeſſionis leges obſeruatas fuiſſe, vti nunc cum eſt poſita differentia inter Votum. Simplex & Solemne; at vt dicemus infra, nuptiæ contractæ poſt votum ſimplex valent: & ſanè ita videtur accipi poſſe D. Epiphanium; non tamen apparet mens D. Epiphanii, qui locus eſt mutilus, & deſunt nonnulla, & innuitur tamen ex eo quod dicit ἀλλὰ κρεῖττον ἐστι κρῖμα ἢ μὴ κατ' ἄκριμα id eſt melius eſt iudicium quàm damnatio, vt iudicium ſeu accuſatio ad eas quæ nubunt poſt ſimplex votum referatur, damnatio ad eas quæ D poſt votum illud non nubunt quidem, ſed ſcortantur perpetuò, ita vt perpetuò loquatur D. Epiphanius de Voto ſimplici.

Reſpondetur 2. eos Patres intelligi poſſe vt melius fuiſſet ante nupſiſſe quàm nouiſſe, non autem quod melius ſit nubere poſt votum: vel etiam intelligi poſſe melius eſſe nubere & non vouere, quàm ſcilicet vouere & ſcortari: nec enim nubere ſimpliciter & vouere inter ſe comparantur, ſed nubere & non vouere, cum vouere & votum frangere. Quomodo Chriſtus dixit de Iuda, Meliùs eſſet huic homini ſi natus non fuiſſet, non comparauit eum eſſe natum cùm non eſſe natum ſimpliciter, ſed eſſe E natum, & peccaſſe tradendo Filium Dei, cum non eſſe natum & non peccaſſe; quod melius ita eſt, non eſt autem melius ſimpliciter non eſſe natum quàm eſſe natum. Vel denique intelligi, melius eſſe nubere quàm ita mœchari, comparando hæc duo mala & peccata inter ſe, non quod alterum ſit bonum alterum malum; nam vtrumque malum eſt poſt votum, ſed nubere minus malum.

Reſpondetur 3. fateri nos poſſe eos Patres in ea ſententia fuiſſe vt ſubſiſteret matrimonium poſt votum emiſſum, vt diximus de D. Augu-

ſtino, quò etiam trahi poteſt D. Chryſoſtomus A *lib. de Virginitate cap.* 39. nam quæ vidua, ait, ſimpliciter ſit ἁπλῶς, ſi velit nobere permittit, at quæ perpetuò Vidua agere Deo promiſit atque interim nubit, eam vehementer damnat, quæ ictum cum Deo pactum conculcet: noo ergo his ſed illis dicit; tamen ſi ſe oon cootinent, contrahant matrimoniom, ſatius eſt enim matrimonium contrahere quam ardere: hoc enim loco etiam Viduis poſt Votum permittit nubere.

Reſpondetur 4. intelligi Patres illos de nuptijs poſt votum etiam ſolemne, ſcilicet ex B diſpenſatione, vt ſatiùs ſit eis concedere jus connubii, & ita D. Bernardus *loco citato.*

Reſpondetur 5. veriorem eſſe ſententiam ſamel Profeſſam non poſſa nubere, & nubendo nihil agere, eogique votum obſeruare, & ita *ſermone aſcetico ad vitam perfectam aſpirantes*: ante, ait, gtanis ac teligioſæ vitæ profeſſionam initio liberum eſt, iuxta legitimam viuendi rationem volenti coniugem agere vel cœlibem; at vero qui ſe jam propriâ ſponte profeſſiooe obſtrinxit, & perpetuâ vitæ cootinentiâ auctorauit, hanc detrectare non licet, ſe ita ſeruare conuenit tanquam anathema vel hoſtiam ſacram: *& de vita ſolitaria*, qui cooiugium profugit, eoque vitato vitam ſuam Deo conſecrauit, caſtita- C tem profeſſus eſt, is iam poteſtatem ad coniugium redeundi, ſeu vxorem ducendi libertatem noo habet ampliùs; *& lib. de virginitate* vbi ait, in talibus nuptiis ſcortationis peccatum nuptiarum nomine tegi, & coniugium reputari in peccatum. Idem habet Theodoretus *in epit. Diuinorum Decretorum, cap. de Virginitate.*

Sciendum verò eſt differentiam aliquam poſitam fuiſſe inter Votum Simplex & Votom Solemna: & Simplicis 1. mentionem in *Theodori Pœnitentiali can.* 3. *diſt.* 27. vnde eo poſtea vſi ſummi Pontifices Cœleſtinus 3. *cap. rurſus, qui Clerici vel vouentes*; & Bonifacius 8. *cap vn. in Sexto de Voto & voti redemptione*: dixerunt ergo illi ſummi Pontifices hanc eſſe differentiam D inter votum ſimplex & votum ſolemne, qood voto ſimplici matrimoniom quidem impeditur contrahendum, ſed poſtea contractum non ſit irritum: ſolemni vero etiam poſtea cõtractũ nullum eſt; & illi ſũmi Pootifices videntor illius differentiæ Decretique ſui ſumpſiſſe rationem ex D. Auguſtino *can. nos nouimus* 17. *quæſt.* 2. vbi cum Bonifacius Comes ſibi propoſuiſſet omnes actus publicos quibus occupatus erat relinquere, ſeque in otium ſanctum coofetre, atque in ea vita viuere in qua ſerui Dei Monachi viuunt, cuius rei ſe fuiſſe teſtem ait idem D. Augoſtinus, taman poſtea duxit vxorem, ad quem eâ ductâ ſic reſpondet D. Auguſtious; ſi coniugem non E haberes, dicerem tibi quod & Tribunis diximus, vt ſanctitate continentiæ viueres; ſed vt te ad iſtam vitam non exhorter impedimento coniux eſt, ſine cuius conſenſione continenter tibi non licet viuere, quia & ſi tu poſt illa tua verba Tubunenſia, ducere non debebas, illa tamen nihil eorum ſciens, innocenter tibi & ſimpliciter oupſit. Nam ibi D. Auguſtinus palam oſtendit, poſt Votum ſcilicet ſimplex, non licere quidem coorrahere matrimonium, ſed ſi poſteà ſit contractum, non diſſolui; etiamque colligi poſſet, ſi quidem ſciret vxor ſponſum eius A caſtitatem vouiſſe, idqoe ſpooſæ ſuæ proteſtaretur, ſeqoe velle ſeruare votum aſſeueraret, nec aliter nubere velle; certè ea matrimonium cum eo contrahendo deberet etiam ſeruare virginitatem. Quod vero neceſſario ponenda ſit differentia inter Votum Simplex & Votum Solemne adhoc probatur ex *can.* 1. 17. *quæſt.* 2. vbi cum Preſbyter in infirmitata conſtitutus promiſiſſet ſa fieri Monachum, ſanitati reſtirutus abſoluitur ab illo voto, ſcilicet taoquam ſimplici; licet enim in voto ſimplici ſit obligatio erga Deum æqualis, non tamen æqualis quantùm ad im- B pedimentum Matrimonii, vt rectè Cœleſtinus *loco citato, qui Clerici vel vouentes*, ſicut nullam vult Dominus differentiam inter iuramentum & loquelam, ita vt æquè ſit perfidus qui mentitur poſt aſſeuerationem ſimplicem, ac qui iurauerat ante, *can. Iuramenti hæc cauſa eſt*, 22. *quæſt.* 5. tamen iuramentum alios effectus habet, quos non habet ſimplex loquela, in ſponſalibus ſcilicet & matrimonio. Et confirmatur ex D. Auguſtino *ad illa verba Pſalmi* 31. *Dixi confitebor, & tu remiſiſti*: magna, ait, pietas ad ſolam promiſſionem, peccata dimittere, nondum enim pronuntiat ore, & Dominus iam dixit in corde: votum enim pro opere reputator; votum, inquam, reputatur quantùm ad Dominum; ſed C deeſt obligatio voti ſolemnis, vt ibidem rectè Gratianus refert.

Sed cur non ſit tanta vis Voto Simplici quanta eſt Voto Solemni Magiſter ſententiarum & D. Thomas *tertia Summa parte quæſt.* 53. *art.* 1. *&.* 2. hac ratione oſtendit, quòd Votum Simplex non ſit niſi ſimplex promiſſio ſine vlla ſui traditione, & ita inchoatio voti potiùs quàm votom perfectum atque completum: Votum verò Solemne ſit inſuper eius quod promittitur actualis traditio, qua ſe quis Deo ad perpetuam continentiam tradens corporis ſui poteſtatem amittit, qood ſemel Deo traditum alteri tradere ampliùs non poſſit, vt fit in Matrimonio & Sponſalibus; ita vt Votum Simplex ſit inſtar D Sponſalium, in hoc matrimooio ſpirituali cum Chriſto, Votum vero Solemoe inſtar Matrimonii.

Sed Votum Solemne, nihil aliud eſt quàm profeſſio, & dicere matrimonium contrahi non poſſe poſt Votum ſolemne, & contractum oollum eſſe, idem eſt ac dicere, poſt profeſſionem contrahi noo poſſe, & contractum poſteà matrimoniom nullum eſſe: Hæc enim videtur colligi poſſe diſtinctio inter non profeſſas Virgines & profeſſas apud Epiphanium *hæreſi* 48. *cap.* 9. vt non profeſſæ, nubant: ſi quidem, ait, quæ caſtitatem profeſſæ, irritam eam profeſſionem fecerint, iudicium κρίμα dicuntur habere; quæ E vero minimè fuerint profeſſæ, ſed pro infirmitate nupſerint iudicii ſunt prorſus expertes vbi profeſſæ dicuntur αἱ ἐπαγγειλάμεναι; & non profeſſæ μὴ ἐπαγγειλάμεναι: ſed putamus per non profeſſas, eas intelligi, quæ etiam nunquam vouerunt, & per profeſſas, eas quæ votum tantùm ſolemne fecerunt, propter verbum κρίμα: nam in profeſſis dixiſſet κατάκριμα, vt *hæreſi* 6. vt ſupra diximus.

Profeſſio autem dicta fuit Votum Solemne, quod fieret verbis Solemnibus per interrogationem & reſponſionem, vt ſuprà oſtendimus, vbi agebamus de Profeſſiooe, & adhuc manifeſtè

probari poteſt ex verbis Balſamonis *cau.* 2. *Synodi Conſtantinopolitanæ* 1. *&* 2. propterea enim vt eſt conſentaneum, interrogationes & conſenſus in omni tonſura proferuntur: qui canon ſine dubio intelligendus eſt de Voto Solemni, quod neceſſarium eſſe decernit, non verò ſufficere Votum ſimplex. Quod enim fit ſub certa verborum formula, dicitur fieri ſub ſolemnitate verborum, & ſolemne ſcilicet propter verba ſolemnia, de quibus *l.* 13. *d. de Manumiſſis vindicta*, vbi licet verba ſolemnia non dicantur, vt dicta accipiuntur, & *l.* 1. *Cod. de acceptilationibus*, vbi acceptilatio dicitur fieri ſolemnibus verbis ſiue νομίμοις ῥήμασι, vt Theophilus ait *in tit. quibus modis tollatur obligatio*; & *l.* 1. *Cod. de formul.* & *l.* 15. *Cod. de Teſtib. &* *l.* 10. *Cod. de contrahenda ſtipulatione.* Vel etiam ſolemnia propter formam aliquam ſeruari ſolitam, quomodo in *l. Miles* §. *quidam*, *d. ad legem Iuliam de adult.* dicitur ſolemnia accuſationis implere; & *l. ſi quis*, *Cod. ad legem Iul. de vi publica*: Solemnia in prædictis legibus ſunt inſcriptiones & ſubſcriptiones, & ſatiſdationes de peragendo reo. Vel ſolemnia dicuntur, quaſi firma, metaphorâ ductâ à ſacris ſolemnibus, quaſi firma & ſolida. Iſidorus *lib.* 6. *cap.* 18. ſolemnitas, ait, à ſacris dicitur, ita ſuſcepta vt mutari ob Religionem non debeat, à ſolito, id eſt firmo atque ſolido nominata: nam, vt patet ex Feſto, ſolemnia ſacra dicuntur, quæ certis temporibus anniſque fieri ſolent; & aræ ſolemnes apud Virgilium *lib.* 2. *Æneidos*,

Solemnes Taurum ingentem mactabat ad Aras

vbi Seruius; anniuerſario, ait, ſacrificio religioſum: dicimus autem & ſacrificium ſolemne, & aras ſolemnes. Vnde ſolemnia ſunt ἔθιμα, id eſt ſolita in *Onomaſtico Græco-Latino, & gloſſis veteribus*: ſolemne eſt ἔθιμον, id eſt ſolitum, & ſolemniter eſt ἐθίμως, συνήθως: quomodo ſumitur apud Ciceronem 1. *Tuſculanarum quæſtionum*. ſolemne, ait, & ſtatum, aliter ſtatutum, ſacrificium; & *pro Milone*: interim, ait, cum ſciret Clodius, neque enim erat difficile ſcire, iter ſolemne, legitimum, neceſſarium ante diem Kalendas Februarii, Miloni eſſe Lanuuium ad Flaminem prodendum. Verba igitur Solemnia dicuntur, id eſt certa, & vſitata pro more, in actibus legitimis, de quibus etiam mentio fit apud eundem Ciceronem *pro domo ſua*: nec inſtitutas, ait, ceremonias, nec vllum verbum ſolemne potuit effari: & iterum *in ead. oratione*: ſi Tribunus plebis, verbis priſcis & ſolemnibus bona ciuis cuiuſpiam conſecrarit. Et ita nos Solemne Votum accipimus, & explicamus ex Iure Ciuili, pro Voto in profeſſione ſecundum certam formulam accepto, quod nullus Interpretum, ignoratione Iuris Ciuilis, expoſuit.

Votum ergo ſimplex quantùm ad Deum obligat, non quantùm ad matrimonium contrahendum, vt dicebamus ex Cœleſtino 3. *cap. rurſus*, *qui Clerici vel vouentes*; ſeu etiam non quantùm ad homines: nam Voto Solemni videntur etiam obligari non tantùm Deo, ſed etiam hominibus, nempe Præpoſitis ac ſuperioribus ſuis; in quo etiam conſiſtere poteſt aliqua ratio Voti Solemnis, & differentia inter Votum Solemne & Votum Simplex; quod valdè confirmatur *ex can.* 2. *Synodi Conſtantinopolitanæ* 1. *&* 2. qui canon nullo modo admittit vota facta ſine

A præſentia alicuius qui ea ſuſcipiat; vt vota propter mœrorem, aut infirmitatem facta, vt ibi dicunt Zonaras, & Balſamo; quæ ſine dubio ſunt vota ſimplicia, vt oſtendimus ſuprà ex *can.* 1. 17. *quæſt.* 2. ſed ea tantum quæ facta ſunt in præſentia Superioris admittentis ea; quæque aliter facta ſunt, id eſt non aſſumpta ſeu acceptata à Superiore, dicuntur fieri παρολόγως καὶ ἀνόμως: verba Synodi ſunt. Quoniam, ait, nonnulli ſe vitam Monaſticam ſubire præ ſe tulerunt, non vt Deo purè ſeruiant, ſed vt propter habitus honeſtatem, pietatis opinionem conſequantur, &c. ſtatuit ſancta Synodus, ne vllus ex omnibus habitu monaſtico dignus cenſeatur B ſine præſentia eius, qui illum debet ad obedientiam ſuſcipere, & ſe principatum in illum obtenturum, & eius animæ ſalutis curam geſturum profiteri; qui ſcilicet eſt vir pius & præeſt Monaſterio, & eſt idoneus ad ſeruandam animam quæ Deo offertur; ſi quis autem deprehenſus fuerit aliquem tondens ſine præſentia eius qui ipſum debet ad obedientiam ſuſcipere, præfecti, ille quidem depoſitioni ſubjiciatur, vt qui canonibus non pareat, & Monaſticum ordinem benè compoſitum diſſoluat; qui verò inordinate & præter rationem tonſus eſt, in ſubjectionem & Monaſterium in quo illius loci Epiſcopus meliùs eſſe duxerit, tradatur: citra enim Iudicium factæ & temerariæ atque præcipites C tonſuræ Monaſticum quoque habitum ignominia affecerunt, & vt Chriſti nomen blaſphemiis appeteretur, effecerunt. Ex eo namque canone patet obligari Monachum ſuo Superiori, & Superiorem, Monacho vice verſâ, ſcilicet propter interrogationes & reſponſiones eorum, ſeu ſtipulationes ab iis interpoſitas in Voto Solemni quæ non interponuntur in Voto Simplici: & male ibi Balſamo exiſtimat eum qui ita inordinatè votum fecit non cogi denuò vouendo iuxta formam præſcriptam in dicto canone, profeſſionem facere, ait, enim: interrogationes & conuenta prius vt in omni tonſura eſſe prolata, non videntur fuiſſe prolata, videlicet facta ſine D præſentia Superioris. Et ex hoc canone data videtur anſa introducendæ differentiæ inter Votum Simplex & Votum Solemne. Nam in eo ſpecies præbetur eadem voti ſimplicis quæ habetur *in can.* 1. 17. *quæſt.* 2. in quo Presbyter, vt ante diximus, in infirmitate conſtitutus promiſerat ſe Monachum fieri, à quo Voto tanquam Simplici abſoluitur; nam ſimiliter hic ſpeciem ponit Zonaras de eo, qui propter morbum idem votum fecerit; & deinde præſcribitur vera forma Voti Solemnis emittendi, diuerſa ab eo voto de quo priùs dixerat, à ſimplici nempe voto: quod ideo factum eſt à patribus, vt ſciretur quinam ad votum ſeruandum eſſent compellendi; E omnes enim indiſtinctè compellebantur, etiamſi tantum ſimplex votum emiſiſſent, quod etiam ſuo tempore ſeruatum, & ſeruandum dicit Balſamo *loco citato*: & vidimus, ait, multos qui ad extremam ferè reſpirationem tonſi ſunt, & qui propter morbum neſciebant quid in ipſis fieret, qui cùm priorem vellent habitum recipere propter ignorantiam, & quod morbo malè affecti eſſent, & in ſæcularibus vitam agere vellent, id non fuit eis permiſſum, ſed etiam pœnâ fuerunt affecti; alios autem, qui cùm temerè ad habitum priſtinum reuerſi

eſſeot, turſus ad monaſticum habitum coacti, & inuiti reuerſi ſont. Sed malè Balſamo putat hos eſſe cogendos Votum ſoluere ſeu præſtare, & diſtinguit inter votum ex fictione, & votum ex morbo factum, Ita vt illud ex fictioe non obliget, iſtud vero ex morbo obliget: & melius Zonatas eodem iure cenſet votum ex fictione, & votum ex morbo, quando neutrum factum eſt ſub Epiſcopi præſentia; ita vt non ſit conſequenter cogendus, votum implere, qui illud fecit ex morbo, atque ſi fictè feciſſet, ſcilicet ſi factum non ſit coram Superiore illud acceptante: nonuulli, ait Zonatas, aut ob morbum fortè, vel mœrorem, vel ob eam cauſam quæ io canone memoratur, detonſi, &c. partes enim concilii illam cauſam fictæ deuotionis attulerant exempli causâ ſub qua etiam alias cauſas complexi ſunt; ita vt ex quacumque cauſa votum quis emittat, ſi illud votum non ſit acceptatum à Superiore, votum non teneat, ſitque puniendus qui vouit, ſcilicet in aliquod Monaſterium taoquam in carcerem retrudendus. Quare malè Balſamo voluit, vt ſubtilior videretur, recedere à ſententia Zonatæ, & diſtinguere inter cauſas, cum nihil interſit ex quacumque cauſa id fiat, & interſit taotùm an votum factum ſit ſine Superioris præſentia votom acceptantis & ſtipulatione firmantis, vel factum ſit in eius præſentia; quod Patres dicti Concilii voluerunt tãtùm propter rationes ſupra allatas: quomodo à Patribus coocilii Tridentini, ne clandeſtina fierent Matrimooia & ignorarentur, iotroducta eſt forma ſub qua fierent, alia Matrimonia nulla declarantibus: nam ſimiliter hic ne vota ignorarentur ſimplicia, iotroducta eſt forma ſub qua fierent, & alia vota non ita obligare definitum eſt quantùm obligant ſolemnia.

Iam vero ſi Virgines Deo dicatæ noo habeot jus connubii, multò minus poterunt facere concubitus illicitos: vnde *can.* 6. habetur quod ſi quis Epiſcopos, Preſbyter, Diaconus aut Subdiaconus, aot Lector, aut Pſalmiſta, aut Oſtiarius cum muliere ſanctificata Deo, mœchatus fuerit deponatur, quia Sponſam Chriſti corrupit; ſi vero laicus id fecerit, excommunicetur: & *can.* II. *hac noſtra quæſt.* I. mandatum eſt impudicas deteſtabileſque perſonas Monachorum, & Monacharum, quæ abjecto propoſito Sanctitatis, illicitâ atque ſacrilegâ contagione ſe miſcuerint, & in abruptum conſcientiæ deſperatione productæ, de illicitis complexibus liberè filios procreauerint, à Monaſteriorum cœtu, Eccleſiarumqoe cooueutibus eliminandas eſſe, quatenus retruſæ in ergaſtulis, tantum facinus lamentatione continua deflentes, purificatorio poſſint igne Pœnitudinis decoqui, vt eis vel ad mortem, ſolius intuito miſericordiæ per communicationis gratiam poſſit ſubueniri: & *can.* 17, idem continetur quod *can.* II. *ſupra citato & can.* 14. in quo hæc verba leguntur: virginibus ſacris ſe quoſdam temerè ſociare cognouimus, & poſt dicatum Deo propoſitum inceſta fœdera, ſacrilegaque miſcere, quos protinus æquum eſt à ſacra communione detrudi, & niſi per publicam probatamque Pœnitentiam omninò non recipi; ſed tamen his Viaticum de ſæcolo tranſeuntibus, ſi dignè pœnituerint, oon negatur: & *can.* 25. vbi dicitur; Virgines quæ ſe Deo dedicaoerunt, ſi pactum perdiderint virginitatis, eidemque libidini ſeruierint

A non intelligentes quid amiſeriot; placuit nec in fine eis dandam eſſe cõmunionem, quod ſi ſimiliter perſuaſerint quod iofirmitate corporis lapſæ fuerint, totoque vitæ ſuæ tempore pœnitentiam egerint, & à coitu ſe abſtioeant, placuit eas in fine communionem accipere: & *can.* 28. & 27. in quo ad diſtrictius Monaſterium recluduntur Virgines quæ peccarunt; is vero qui cum eis deliquit communione priuatur, ſi laicus eſt; ſi vero Clericus, etiam in Monaſterium detruditur: & *can.* 30. vbi ex conſtitutione Iuſtiniani, bona ipſius qui cum eis ſtuprum committit à Religioſo loco virginis vindicantur, ipſeque capitali periculo ſubjicitur, itemque *can.* 37. & 17. ſcilicet
B tanqoam ſacrilegus, & iuxta Apoſtolum 2. *Theſſalonicenſium* 2. filios perditionis.

Cæterum in *hac quæſt.* I. ſunt duo canones, qui de Diaconiſſis loquuntur, quæ magis etiam puniuntur, aut ſaltem alio modo quàm cæteræ Sanctimoniales, propter earum ordinem & dignitatem. Diaconiſſarum enim vſus in Eccleſia multus fuit maximè in Baptiſmo conferendo, vt patet ex Palladii *dialogo de vita Chryſoſtomi*: ingreſſus autem, ait, baptiſterium, Olympiadem vocat quæ ab eccleſia non diſcedebat, vnà & Pentadiam, & Proculam Diaconas, Saluinamque beati Nebridii coniugem: & ex D. Epiphanio *lib.* 3. *tomo* 2. *aduerſ. hæreſes in hæreſi Collyridiani*
C 79. vbi earum functionem explicat: quaoquam, ait Diaconiſſarum in Eccleſia ordo ſit, non tamen ad Sacerdotii functionem, aut vllam huiuſmodi adminiſtrationem inſtitutus eſt; ſed vt muliebris ſexus honeſtati conſolatur, ſiue vt baptiſmi tempore adſit, ſiue vt inſpiciat ſi quid paſſa ſit aut moleſtiæ pertulerit, ſiue vt cum eſt nudandum corpus mulieris, interueniat, ne virorum qui ſacris operantur aſpectui ſit expoſita, ſed à ſola Diaconiſſa videatur, quæ Sacerdotis maodato mulieris curam gerit, quo tempore veſtibus exuitur; & paulo poſt: illud verò ſedulò obſeruãdum ſolum Diaconiſſarum officium ad Eccleſiaſticum ordinem fuiſſe neceſſarium, ac viduas qui-
D dem nominatim expreſſas, & inter illas quæ anus eſſent *πρεσβύτιδας* vocatas, nunquam vero Preſbyteridas aut Sacerdotiſſas eſſe factas *πρεσβυτερίδας ἢ ἱερείας*: ex quo loco patet quodnam fuerit earum officium. Et confirmatur *can.* 12. *Synodi Carthaginenſis*: Viduæ, ait, vel Sanctimoniales, quæ ad miniſterium baptiſandarum mulierum eliguntur, tam inſtructæ ſint ad officium, vt poſſint apto & ſano ſermone docere imperitas, & ruſticas mulieres, tempore qoo baptiſandæ ſunt, qualiter baptiſatori reſpondeant interrogatæ, & qualiter accepto baptiſmate viuaot.

Diaconiſſæ vero illæ, ſeniores erant & aliquando Viduæ, vt patet ex ſuperioribus locis, &
E *can.* II. *Synodi Laodicenæ* qui etiam vocat *πρεσβύτιδας*: Latini vocant Preſbyteras. Erant vero & aliquando non viduæ, ſed virgines ſanctimoniales, quæ æquè poterant eligi in Diaconiſſas, vt patet ex *can.* 12. *Synodi Carthaginenſ.* 4. *ſupra citato*: & ex Balſamo. & Zonara *ad can.* 12. *Synodi Nicænæ*; & ex eodem Zonara *ad can.* 14. *Synodi Carthaginenſis*: eæque Diaconiſſæ quodammodo conſecrabantur per manuom impoſitionem, ex *concilio Chalcedonenſi can.* 15. & *Epaonenſi can.* 21. Viduarom, ait, conſecrationem, quas Diaconas vocant, ab omni regione noſtra penitùs abrogamus; ſolum eis Pœnitentiæ

benedictionem, ſi conuerti ambiunt imponendo: idque vt plurimum anno quadrageſimo ex *dicto can. 15. Synodi Chalcedonenſis* & *Synodi Arelatenſis can. 19.* & *ex can. 23. hac noſtra quæſt. 1.* vbi dicitur quod poſt ordinationem ſuam non poſſunt ſe nuptiis tradere. Extant epiſtolæ plures D. Chryſoſtomi ad varias Diaconiſſas, ad Pentadiam *epiſt. 94. 104. & 185.* ad Ampulam Diaconiſſam eiuſque comites *epiſt. 103. & 191.* item ad Sabinianam, ad Olympiadem Diaconiſſam. Fileſacus, ait, Diaconiſſas eſſe vxores Diaconorum conuerſas; & Presbyteras, vxores Presbyterorum; & verum eſt Diaconorum vxores dici Diaconas, Presbyterorum Preſbyteras; ſed tunc per Diaconas illas non B ſignificantur prædictæ noſtræ Diaconiſſæ, quæ longè aliud quid ſunt: nec enim negamus ita accipi Diaconas, vt probat Baronius, & Lorinus *in Acta Apoſtolorum cap. 6. verſ. 6.*

QVÆSTIO II.

POſtquam egit ſupra *quæſt. 1.* de Virginitate, iam agit de Nuptiis tanquam ignobilioribus, vt ſatis oſtenſum eſt. Tria verò quæruntur in *hac quæſt. 2.* Primò in qua coniunctione C nuptiæ conſiſtant, animorum an corporum. Secundò an vni coniugum liceat tranſire ad Religionem ſine conſenſu alterius. Tertiò, an liceat ducere ſponſam alterius.

Quod ad primum attinet, Matrimonium definitur Viri & Mulieris coniunctio indiuiduam vitæ ſocietatem continens, *inſtitut. de Patria poteſtate, & l. 1. de ritu nuptiar.* & Tertullianus etiam vocat indiuiduum vſum *lib. ad vxorem.* Dicitur autem indiuidua vitæ ſocietas, nempe ex propoſito contrahentium, vt nunquam dirimatur, *l. 1. de Iure Dotium*: diuiduum enim eſt diuiſum ex Columella *lib. 12.* nihil conſpicie- D batur in domo diuiduum: & diuiduitas diuiſio, *l. 8. § 1. D. ad Legem Falcidiam*, legata, ait, quæ diuiduitatem non recipiunt.

Quid ſit autem in Matrimonio illa indiuidua ſocietas valdè dubitatur: ſolus quid ſit nobis videtur expreſſiſſe rectè D. Auguſtinus *in hac noſtra quæſt. 2. can. 3* qui locus eſt ſingularis, & valdè notandus: dicit enim indiuiduam vitæ conſuetudinem nihil aliud eſſe, quàm talem ſe in omnibus exhibere viro fœminam qualis ipſe vir eſt fœminæ, & è conuerſo; id eſt in omnibus conſentire, ita vt Matrimonium ſit mutua traditio & acceptatio coniugum inter ſe dicentium accipio te in meam, accipio te in meum, quæ eſt formula verborum conſenſum exprimen- E tium *cap. 31. de Sponſalibus & Matrimoniis extra*: formula, inquam, generalis ſub qua multa tacitè continentur, & illa omnia quæ ad iura Matrimonii ſpectare poſſunt; vnde fit vt ſi quid marito deſit vel vxori ex iis quæ ſpectant ad Matrimonium, ſi id ſciat vxor vel maritus, verum ſit ſe talem exhibere, qualem ſibi eſſe velit, & ideo ſubſiſtat matrimonium; ſi neſciat, diſſolui poſſit illud, quod talem non accipiat qualem ſe exhibuit: nempe quia coniuges eo modo ſe dant quo voluerint eſſe ſibi, vel ſecundum omnes & præcipuos fines matrimonii generaliter, cùm nullos dignoſcitur defectus, vel ſecundum A vnum vel plures fines Matrimonii. Quocirca ſi mulier v. g. ſciat maritum antequam nubat impotentem eſſe, eumque accipiat vt talem, ſeque det vt tali, illud matrimonium ſubſiſtet; *cap. 4. de frigidis & maleficiatis.* Item ſi viderit antequam nubat maritum velle virginitatem ſeruare, eumque vt talem accipiat, & ſe illi det, rectè contrahet matrimonium, eritque indiuidua vitæ ſocietas, licet pro liberis gignendis non fiat, ſed pro alio fine ad illam tamen ſocietatem pertinente: indiuidua namque vitæ ſocietas plures habet fines; quæ cùm in matrimonio contrahendo generaliter promittatur, hinc fit vt impotentes, & virginitatem ſeruare volentes B poſſint modo dicto minimè derogando virginitati, matrimonium contrahere: ideo enim generaliter promittitur in matrimonio, vt vera reperiatur in aliquo fine, licet non ſit vera in omnibus: illaſque nuptias Petrus Damiani *lib. 5. epiſt. 11.* vocat nuptias cœlibes, & nuptias virginales, quæ fiunt ſine vllo concubitu; & ita fieri poſſe probat ex nuptiis Ioannis Euangeliſtæ.

Verùm licèt hæc ita ſe habeant, & licet in eo matrimonio impotentum, vel virginitatem ſeruare volentium, tacitè contineatur vt nullos habeat liberos nullumque concubitum, & C ita verba illa, accipio te in meam vel meum, non ſignificent vt ſuſcipiamus liberos, ſed ad alios fines tantùm matrimonii porrigantur; nihilominus tamen id in nuptiis contrahendis exprimendum non eſt, eas non contrahi liberorum procreandorum cauſâ, ne videatur matrimonium expreſsè fieri contra præcipuum finem Matrimonii, hicque locum habet Regula Iuris, expreſſa nocent, non expreſſa non nocent; quodque tacitè ineſt, exprimi non debet, vt patet in multis Iuris articulis, & præcipuè in actibus legitimis, qui non recipiunt expreſſam conditionem, ſed tacitam; & *l. 52. de conditionib. &* D *demonſtrat.* nonnunquam contingit vt quædam expreſſa nominatim officiant, quamuis omiſſa tacitè intelligi potuiſſent, nec eſſent obfutura, vt ſi alicui ita legetur: Titio, decē do, lego, ſi Mæuius Capitolium aſcenderit; nam licet in arbitrio Mæuii ſit aſcendere, vt Legatum debeatur, non tamen poterit expreſsè ita legari, ſi Mæuius voluerit Titio decem do lego: nam in alienam voluntatem conferri legatum non poteſt. Planè hoc caſu quo nubit virginitatem ſeruare volens, & vir etiam non debet alter ab altero petere debitum, & idem eſt de impotenti; nec tale matrimonium diſſolui poteſt, cum ſciuerint ambo ab initio in quam vitæ ſocietatem coierint, indiuiduam, vt ſupra diximus; qui ſi neſ- E ciuerint, atque alter ſe alteri exhibuerit alium quàm ſibi velit alium exhiberi, tunc locus eſt diſſolutioni: quod ſi vnus non obſtante propoſito, petat debitum, & votum rumpat, tunc certè peccabit, & tamen, quia votum illud erat ſimplex non ſolemne, non obſtabit Matrimonii coniunctioni.

Eodem modo D. Auguſtinus *dict. can. 3.* dicit Beatiſſimam Virginem Deiparam verè nupſiſſe B. Ioſeph in indiuiduam vitæ ſocietatem, ſe talem exhibendo, qualem ſibi alium exhiberi vellet; & rectè iis omnia ſuperiora conuenite: ait enim B. Virginem, & B. Ioſeph ſeruare voluiſſe virginitatem; non tamen expreſſiſſe; vnde

poteſt exiſtimari alterum de altero id ſciuiſſe, vel ſaltem præſumpſiſſe, licèt neſciuiſſe dicat D. Auguſtinus *loco citato*: ſed ſi neſciuiſſet ſe expoſuiſſet periculo virginitatis eius amittendæ, ſi petitum fuiſſet debitum: vel neſciiſſe dicit D. Auguſtinus ab ore coniugis alterius, licet ſcierit per inſpirationem; & eò facit quod matrimonium contraheretur à B. Virgine & B. Ioſeph, tantùm ad vitandam cœlibum infamiam; vel etiam poſito quod neſciuit, quia tamen vterque coniux omninò eandem habuit volútatem, vt hîc dicit D. Auguſtinus, nil obſtabit ignorantia rei, cum ſubſit veritas; nec dicendum potuiſſe petere debitum, cùm non magis id potuerint quàm potuit Virgo peccare, ſicque de B aliis, licet Virgo ſuum haberet liberum arbitrium; illud enim habuit etiam Chriſtus, habent & Beati, nec tamen poſſunt peccare: ſic enim dicendum eſt; licet nos liberum habeamus arbitrium, tamen multi ſunt actus in quibus non poſſumus aliter agere; & ideo B. Ioſeph non potuit debitum petere à B. ſemper Virgine, nec potuit velle. Nec obſtat quod B. Virgo dicitur etiam conſenſiſſe in carnalem copulam, non illam appetendo, ſed diſpoſitioni Diuinæ & inſpirationi in vtroque obediendo; id enim intelligitur ſi Deus ei reuelauerit vt non maneret in virginitate, quomodo licuit Abrahamo occidere filium ſuum, & Iſraëlitis auferre ſpolia C Ægyptiorum.

Quibus poſitis facilè intelligitur illud axioma quod dicitur, Matrimonium conſenſus facit, non concubitus, de quo *can.* 1. *&* 4. quod etiam habetur *can.* 2. his verbis: ſufficit, ait, ſecundum leges ſolus eorum conſenſus de quorum coniunctionibus agitur, qui conſenſus ſi in nuptiis ſolus fortè defuerit, cætera omnia etiam cum ipſo coitu celebrata fruſtrantur, & *can.* 5. non defloratio virginitatis facit coniugium, ſed pactio coniugalis: & *can.* 6. coniuges, ait, veriùs appellantur à prima deſponſationis fide, quamuis adhuc ignoretur inter eos coniugalis concubitus. Et inde eſt quod inter D B. Ioſeph, & B. Mariam dicitur fuiſſe verum coniugium, licet defuerit commixtio carnis, *can.* 9. Et ita etiam Iure Ciuili, nuptias non concubitus facit, ſed conſenſus, *l.* 15. *D. de conditionib. & demonſtrat.* vbi teſtator 100. Titiæ legauit ſi in familia nupſerit, hanc domum duxit Teſtatoris filius, & priuſquam in cubiculum introduxiſſet, deceſſit; quæritur an legatum debeatur, ſeu an conditio ſit impleta: Reſpondetur impletam eo quod in domum deduxit, quia nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit.

Sed & inſuper verum Matrimonium inter eos fuiſſe probatur ſi bona Matrimonii inſpicias: nam, vt dicitur *can.* 10. omne nuptiarum bo- E num impletum eſt in parentibus Chriſti, proles, fides, Sacramentum: prolem cognoſcimus ipſum Dominum Ieſum; fidem, quia nullum diuortium: ſolus ibi nuptialis concubitus non fuit, quia in carne peccatum fieri non poterat, ſine illa pudenda carnis concupiſcentia, quæ accidit ex peccato, ſine qua concipi voluit qui futurus erat ſine peccato. Et D. Auguſtinus obſeruat concepto Chriſto de Spiritu Sancto; Virginem Mariam ſimul cum Viro tunc labiis expreſſiſſe virginitatem quam corde conceperant, &

A vtrumque in virginitate manſiſſe, vidiſſe namque tunc non eſſe periculum exprimendi Voti cùm peperiſſet in virginitate *dict. can.* 3 Nec obſtat quod ea proles non ſit modo generationis humanæ ordinariæ, ſed nobilioris generationis: ſufficit enim eſſe prolem, vt ſit Mater; & eſſe conſenſum, vt Pater, licet illa proles modo ſit ſupernaturali: nam quia eſt verè Filius Mariæ viroris, virtute Dei, eſt etiam Filius mariti Matris: vnde ſicut mater dicitur Chriſti Maria, ita & pater Chriſti Ioſeph *can.* 9. illa eſt mater, quia parit; iſte pater, quia coniux eſt parientis: ita cum inter B. Mariam & B. Ioſeph fuerit conſenſus, & ex Maria coniuge B. Ioſeph B natus Filius, ſequitur eſſe verum inter eos Matrimonium, cum bono prolis, fidei, & ſacramenti, licet nulla fuerit commixtio; media namque tempora non ſunt conſideranda: ſufficit enim eſſe conſenſum & eſſe prolem, licet non ſit inter vtrumque commixtio; maximè cùm commixtio ſit propter prolem, quæ ſi aliunde poſſit exiſtere, non eſt neceſſaria coniunctio. Sed tamen quia B. Ioſeph. non cognouit eam, ideo aliquando non dicitur coniux, ſed potiùs Dei vnigeniti electa virgo Mater eſt *can.* 44. vel ſponſa Ioſeph *can.* 40. & 42. ideoque etiam eam Dominus commendauit Diſcipulo Ioanni, vt eam reciperet in ſuam, quaſi abſque ſolatio C exiſtentem, quod non feciſſet ſi eam B. Ioſeph cognouiſſet, & loco vxoris habuiſſet *can.* 43.

Obiicitur *canon* 17. in quo dicitur neceſſariam eſſe corporum mixtionem, verba ſunt; cùm ſocietas nuptiarum ita à principio conſtituta, vt præter commixtionem ſexuum non habeant in ſe nuptiæ coniunctionis Chriſti & Eccleſiæ ſacramentum, non dubium eſt illam mulierem non pertinere ad Matrimonium, cum qua docetur non fuiſſe nuptiale miniſterium: & confirmatur *can.* 18. in quo dicitur Virum & Mulierem non poſſe fieri vnam carnem niſi copulâ carnali ſibi cohæreant, & tamen ſcriptum D eſt, futuros eſſe vnam carnem.

Reſpondetur ad primum *canonem* 17. illum canonem eſſe corruptum, & planè contrario modo poni in epiſtolis Leonis, tam impreſſis, quàm manuſcriptis, apud Burchardum & Iuonem; & ita vt ſequitur conceptum eſſe: cùm ſocietas nuptiarum ita ab initio ſit conſtituta, vt præter ſexuum coniunctionem haberet in ſe Chriſti & Eccleſiæ Sacramentum, dubium non eſt eam mulierem non pertinere ad Matrimonium in qua docetur non fuiſſe nuptiale miniſterium: quo modo ſi legatur, non erit neceſſaria commixtio.

Reſpondetur 2. etiamſi aliter legatur, dicendum nuptias ſine copula non pertinere ad Ma- E trimonium propter quaſdam repræſentationes quas non habet ante conſummationem; habet enim maiores cum Chriſto & Eccleſia poſt conſummationem: vnde matrimonium dicitur initiari per conſenſum, *can.* 35. & perfici per commixtionem *can.* 36. in omni, ait, Matrimonio coniunctio ſpiritualis intelligitur, quam confirmat & perficit coniunctorum commixtio corporalis,

Reſpondetur ad 2. dictum eſſe, *erant duo in carne vna*, ſcilicet ſi carnaliter copulentur, non aliter; vel erunt duo in carne vna inſpectâ

origine, cùm Eua producta eſt ex Adami carne. A

Conſenſus igitur, cùm in eo conſiſtat Matrimonium, eſt omnino neceſſarius; ita vt etiam ſi omnia alia adſint, etiam coïtus; ipſe vero deſit conſenſus, non ſit matrimonium *can.* 2. nam vt ait D. Baſilius *epiſt. ad Amphilochium can.* 26. πορνεία γάμος ἐκ ἔστιν, ἀλλ' ἐδὲ γάμου ἀρχή, id eſt, fornicatio non eſt matrimonium, ſed nec initium matrimonii. Quare etſi parentes coniunxerint matrimonio liberos ante pubertatem, nihil agunt, niſi liberi poſtquam pubuerunt, conſenſerint, quantumuis id voluerint parentes *can.* 1. 30. *quæſt.* 2. vbi legendum voluerint, pro *violauerint*, & *can.* 1. 2. & 3. 32. *quæſt.* 2.

B Quod attinet ad 2. an vni Coniugum liceat tranſire ad Religionem ſine alterius conſenſu; certum eſt cauſâ Religionis non poſſe diſſolui coniugia: honorabile namque eſt Matrimonium, & thorus immaculatus, vt ait Apoſtolus; & D. Chryſoſtumus *oratione quod Regulares fœminæ viris cohabitare non debent cap.* 3 nuptias, ait, neque Deus condemnat, neque homines reprehendunt; honeſta enim res eſt neminem offendens, neminem lædens; deinde: matrimonium eſt vinculum per quod intercedente Deo, animæ coniugum coniunguntur, δεσμὸς δὲ ὁ θεοῦ μεσάζοντος αἱ ψυχαὶ συνάπτονται, vt refert Balſamo ex libris Baſilicon, & ideo habet C locum, illud Scripturæ, *quod Deus coniunxit, homo non ſeparet.* Adde quod cum coniuges ſint duo in carne vna, ſequeretur vno tranſeunte ad Religionem ſine alio, diuidi coniugium, & vnam & eandem carnem tranſire in Religionem aliâ manente in ſæculo, quod fieri non poteſt, *can.* 19. 21. & 25. *hac quæſt.* 2. denique quia vir ſui corporis non habet poteſtatem, ſed vxor, & vice verſâ, vt rectè dicitur *can.* 19. in quo rationes illæ omnes delibantur. Et rectè D. Chryſoſtomus *libro de virginitate, cap.* 47. explicans illa verba D. Pauli, deuinctus es vxori? ne quære ſolutionem; ait coniuges nihil à vinctis differre; ita vt quocumque alter trahat, alteri ſequendum ſit, aut pugnanti cum eo D vna pereundum; & iucundam matrimonii catenam eum cogere qui cum eo deuinctus eſt: & ideo quæ inuito viro continens ſit, non ſolùm continentiæ præmiis carere, ſed ob illius etiam adulterium, grauius quàm ipſum puniri: quod vt dicitur *can.* 11. & 24. vnius conuerſio poſſit eſſe occaſio perditionis alteri. Et in hanc rem eſt *canon* 14. *Synodi Gangrenſis*, in quo dicitur ſi qua mulier relinquit maritum, & vult recedere, matrimonium abhorrens, anathema ſit. Quare non licet vni tranſire ad Religionem ſine alterius conſenſu, ſique tranſierit, redire compellitur, *can.* 21. & 24 *ante citat.* Quod E confirmatur *can.* 2. 33. *quæſt.* 5. in quo vir aſſumptâ veſte monachali ſine conſenſu vxoris, aut ab ea extorto conſenſu, ad eam reuerſus eſt: & *can.* 6. *ead. quæſt.* 5. quo impleri tale votum prohibetur ſine alterius conſenſu, ſique præproperè factum ſit, magis eſt corrigenda temeritas, quàm perſoluenda promiſſio, quandoquidem Deus non exigit ſi quis ex alieno quid vouerit, ſed potius vſurpare vetat alienum: & ſimiliter *can.* 5. *ead. quæſt.* 5. Quare non quærat vxor eſſe continens aut Sanctimonialis, id ſi maritus non approbet, ſed faciat virgines ſi

A nequit eſſe virgo, *can.* 7. 33. *quæſt.* 5. nec ſolùm non poteſt tranſire in Religionem, ſed neque domi continere inuito marito; debitum enim reddere cogitur *can.* 1. 33. *quæſt.* 5. eique imputatur ad continentiam ſi cedat illius infirmitati, ne veniat in adulterium, *can.* 5. 33. *quæſt.* 5. Quin etiam & ſi maritus permiſerit vxori priuatim continere, poteſt mutare ſententiam & pœnitere quoties voluerit *can.* 11. 33. *quæſt.* 5. Vt ergo poſſint continentem vitam ducere maritus & vxor, ita debent inter ſe conuenire (quod liberum eſt eis vel vt meritum augeant, vel vt veteres culpas detergant vt multi Sanctorum fecerunt, *can.* 19. *hac noſtra quæſt.* 2.) debent, inquam, inter ſe conuenire, & caſtimoniam ſimul B promittere *can.* 21. 25. & 26. *hac quæſt.* 2. nam licet ſcriptum ſit quod Deus coniunxit homo non ſeparet, Deus tamen & non homo ſeparat quando Diuini amoris intuitu, & conſenſu coniugis vtriuſque, matrimonia diſſoluuntur, vt habetur *can.* 26. *hac quæſt.* 2. & ideo vterque ſuam voluntatem coram Epiſcopo debet aperire, *can.* 23. *hac quæſt.* 2. Quare ſi quis vxorem ſuam velari permiſerit, ille ſimiliter conuerti debet, vt eſt *in can.* 10. 33. *quæſt.* 5. nec ei liberum eſt ducere aliam vxorem *dict. can.* 10. & licet vnus ex illis conuerſus non ſeruaret caſtitatem, alius tamen teneretur, *can.* 4. 33. *quæſt.* 5. Sed C hæc latius explicantur in *tit. de conuerſione coniugatorum in Decretalibus lib.* 3. vbi in ſumma definitum eſt nullum Coniugatorum poſſe ad ſacros Ordines promoueri niſi conſentiat vxor, *cap.* 5. & 6. & ſimul etiam vxor profiteatur continentiam, *dict. cap.* 5. & 6. nec ſimiliter fieri monachum, niſi de conſenſu vxoris, *cap.* 1. 3. 4. 8. 9. & 11. *eod. tit.* & niſi etiam vxor tranſierit ad religionem, vel perpetuam continentiam vouerit, *dict. cap.* 1. 4. 8. 9. 14. & 18. nam ſi vxor valdè anus ſit & ſterilis, atque ſine ſuſpicione remanere poſſit in ſæculo, ſatis erit ſi promittat caſtitatem, *dict. cap.* 4. 8. 14. & 18. Ratio cur vterque conſentire debet eſt, vt diximus, ne pars vna conuerſa ſit, alia non conuerſa; 2. quia D coniuges non habent ſui corporis poteſtatem; 3. ne alter coniugum incidat in fornicationem. Quod ſi alter coniugum ſine conſenſu alterius conuerſus ſit, repeti poteſt ab alio & cogi ad eum redire, *cap.* 3. & 11. *eod. tit.*

Verùm amittit tamen v. g. vxor priuilegium repetendi virum tribus caſibus, 1. ſi poſt conuerſionem Viri ſit auſa alteri nubere *cap.* 15. *eod. tit.* 2. ſi fuerit alteri fornicata *cap.* 16. 3. ſi fuerit infidelis facta, *cap.* 21. Et vir qui conuerſus erat ſine vxoris conſenſu, ab ea reuocatus non poterit petere debitum, ſed tamen reddere debebit, nec rurſus vxore mortuâ aliam E ducere poterit, *cap.* 3. & 10. *eod. tit. apud Gregorium*, quia videtur votum ſimplex emiſiſſe. Et idem eſt de ea muliere quæ putans maritum eſſe mortuum, conuerſa eſt; nec enim ab eo reuerſo reuocata petet debitum, aut eo mortuo alteri nubet, *dict. cap.* 12.

Portò de conſenſu inuicem dato poſſunt tranſire ad Religionem, vt patet ex dictis capitulis; Cæterum ille mutuus conſenſus perpetuam debet habere cauſam, non autem fieri ad tempus; vt conſtat ex ſpecie *cap.* 11. *eod. tit. de Conuerſ. Coniugator.* Item non debet eſſe fictus *cap.* 17. & in eo debet vterque renuntia-

ſe omni iuri quod habet in alium, *cap.* 20.

Quæ autem diximus de Conſenſo alterius requirendo, cum alter vult ad Religionem tranſire, intelligenda ſunt poſtquam facti ſunt vna caro per copulam, *cap.* 2. 7. & 13. *eod. tit.* nam ante copulam, poteſt alter ſine alterius conſenſu conuerti, vel quia vterque eſt ſolidum, nondum pars; vel quia nondum alter habet alterius corporis poteſtatem; vel denique quia nullum eſt periculum fornicationis, quandoquidem alter qui relictus eſt, cum alio contrahere poteſt: & multa Sanctorum exempla reperiuntur talis conuerſionis hominum, qui celebratâ nuptiarum ſolemnitate, ſtatim relictâ ſponsâ, ſibi ſolitudinem Monachorum elegerunt, vt de Machario inter Chriſti Eremitas præcipuo refert Gratianus; quem, ait, celebrato nuptiarum conuiuio veſpere thalamum ingreſſum, ſtatim vrbe exiiſſe, & tranſmarina petiiſſe, atque eremum ſibi elegiſſe; & de Thecla etiam refert D. Epiphanius *hæreſi antepenult.* in Paulum incidens à nuptiis ſoluta eſt, cum ſponſum haberet virum Vrbis Primarium, generoſum, illuſtrem, diuitem, & ſic de aliis.

Verùm hæc omnia de Coniugibus intelligi debent: aliud enim dicendum eſt de Sponſa; ea enim poteſt conuerti ſine venia Sponſi, *can.* 27. *hac noſtra quæſt.* 2. deſponſatam, ait, puellam non licet parentibus alii viro tradere; licet tamen illi Monaſterium eligere: & *can.* 28. Decreta legalia, deſponſatam ſi conuerti voluerit, nullo omnino cenſuerunt damno mulctari; & multi viri Sancti poſt ipſa Sponſalia tranſierunt ad Religionem; imò poſt nuptias, ſed ante copulam & corporum commixtionem; quia nondum ſunt vna caro: & ita ratio quam ſupra attulimus, ceſſat ex parte carnis conuerſa, & parte non conuerſa.

Iure vero Ciuili res non eodem planè modo ſe habet in Coniuge, licet in Sponſa non ſit jus diuerſum: nam Sponſalibus quidem ſecundum leges factis inter aliquos, ſiue Sponſus ingrediatur Monaſterium, ſiue Sponſa vitam elegerit Monaſticam, id facere poſſunt impunè, & Sponſus omnia recipiet, quæ arrhatum nomine data ſunt, ſponſa ſolummodò reddet quæ ſimiliter arrhatum nomine accepit, pœnâ vtrique parti concedendâ, *Nouella* 133. *cap.* 39. & hoc eſt quod innuere voluit *canon* 28. *hac* 2. *quæſt. ante citatus.*

Si vero de Coniugibus agatur, etiam Iure Ciuili coniugia Religionis cauſâ diſſolui poſſunt; ita vt ſiue vir ſolus, ſiue vxor ſola intrauerit Monaſterium, diſſoluatur Matrimonium, & citra Repudium, poſtquam tamen perſona pergens ad Monaſterium, ſchema perceperit: & ſi quidem vir elegerit vitam Monaſticam, reſtituit prius mulieri dotem, & ſi quid aliud ab ea receperit; & ſuper hoc ex nuptiali Donatione tantam partem, quanta ex morte viri competebat mulieri ſecundum pactum dotalibus inſtrumentis inſertum; ſi verò mulier fuerit ingreſſa Monaſterium, ſimiliter vir retinet nuptialem donationem, & caſum dotis ex morte mulieris placitum, reliquum vero dotis mulieri reſtituitur, & ſi quid aliud ex rebus mulieris apud eum inuenitur: ambobus autem vitam monaſticam eligentibus, vacantibus dotalibus placitis, vir retinet donationem antenuptialem, & mulier propriam accipit dotem & ſua omnia, vt vnuſquiſque citra damnum ſuis fruatur rebus, vt habetur *dicta Nouella* 123. *cap.* 40. idemque conſtitutum eſt *Nouella* 117. *cap.* 12. *ex quibus cauſis Matrimonium ſine pœna ſoluatur*; & *Nouella* 22. *cap.* 5. & *l.* 56. *Cod. de Epiſcopis & Clericis*: in quibus omnibus locis inter cauſas diſſolutionis Matrimonii ponitur Monachiſmus, quem etiam morti comparat Iuſtinianus: atque ideo quod pacti ſunt coniuges in caſum mortis, trahit ad caſum monachiſmi; ita vt eligente viro ſolitariam vitam, dos mulieri reddatur, & ex donatione propter nuptias, lucrum quod ſibi pacta eſt in caſum mortis mariti; muliere vero eandem eligente vitam, vt maritus retineat donation propter nuptias, & ex dote lucrum de quo conuenit in caſum repudii: hæc enim coniugii diſſolutio fit ſine repudio *dicta Nouella* 123 & de his omnibus conſtitutionibus eſt intelligendum quod dicitur *can.* 19 *hac quæſt.* 2. ſunt, inquit, qui dicunt Religionis causâ Coniugia debere diſſolui; verùm ſciendum eſt, quia etſi hoc lex humana conceſſit, lex tamen Diuina prohibet.

Quod ad 3. attinet an liceat ducere Sponſam alterius, vt hoc intelligatur ſciendum eſt ſponſalia eſſe mentionem & repromiſſionem futurarum nuptiarum, *l.* 1. *D. de Sponſalibus*: & ideò propter nuptias futuras dicuntur ſpes nuptiarum *l.* 6. *eod. tit.* & ſperatæ nuptiæ, *l. vlt. Cod. eod. tit.* Sponſalia dicta ſunt, quod veteribus moris fuiſſet ſtipulari & ſpondere ſibi vxores futuras; vnde ſponſi ſponſæque appellatio nata eſt, *l.* 2. & 3. *D. eod. tit.* quem morem Gellius exponit *lib.* 4. *cap.* 4. & tunc actio dabatur ex ſponſo vt nos dicimus *in tit. de ſponſalibus extra*; nec libera erant matrimonia, poſt ſponſalia: poſteà verò placuit pactum ſufficere, & ſolum conſenſum ad conſtituenda ſponſalia, *l.* 4. & 11. *de Sponſalib.* vnde factum eſt vt libera eſſent matrimonia *l. Titia* 134. *de verbor. obligationib.* & *l.* 14. *Cod. de Nuptiis.*

Iure vero Canonico paulò aliter ſe res habet, quatenus non licet temerè, & ſine ratione, cauſæq; cognitione diſcedere à ſpõſalibus, vt cum alio vel ſponſalia, vel nuptiæ contrahantur, poſteriores aliis ſponſalibus non reſcindantur, ſed vires ac robur habeant, vt oſtenſum eſt à nobis *in tit. de Sponſalibus*, & ex inferioribus patebit. Deinde Iure Canonico hæc affertur differentia, vt Sponſalia tantùm per verba de futuro ſeu per fidem pactionis, per matrimonium cum alio diſſoluantur, non ſponſalia per verba de præſenti ſeu per fidem conſenſus; quia fides conſenſus eſt verum matrimonium *can.* 51. *hac noſtra quæſt.* 2. Quod non liceat alicui deſponſatam, alii temerè deſponſare patet ex *can.* 27. Deſponſatam, ait, puellam, non licet parentibus, alii viro tradere: & *can.* 15. vbi dicitur, quod non licet deſponſatam alterius accipere: adde *can.* 1. 27. *quæſt.* 3. quo qui frangunt fidem ſponſaliorum, triennii tempore abſtineant à communione, ſiue ſint parentes, ſiue ſponſi ipſi: & ideo *can.* 51. *hac noſtra quæſt.* 2. dicitur de puella deſponſata, quam alios quis volebat in matrimonium accipere, modis omnibus, ne id fieret, eſſe prohibendum; quia, inquit canon, illa benedictio, quam nuptæ Sacerdos imponit apud fideles, cuiuſdam ſacrilegii inſtar eſt, ſi vllâ

tranſgreſſione violetur; imo dicitur in *dicto can.* tale connubium anathematiſari, quod tamen non eſt in antiquis exemplaribus. Verùm, vt diximus, illa prohibitio non facit, quin ſi Matrimonium ſubſequatur cum alio, illud valeat *dict. can.* 54.

Deſponſatas vero puellas ſi quis rapuerit, placuit eas reddi ſuis ſponſis, etiamſi eis à raptoribus vis illata conſtiterit *can.* 46. *&* 47. *hac quæſt.* 2. *& can.* 12. *ead. quæſt.* non quod ea fuerit vxor, ſed quia à parentibus vxor fieri debebat, *dict. can.* 12. quod ſi eam ſponſus recipere noluerit, & ipſa eidem crimini conſentiens non fuerit, licentia alii nubendi non negatur, *can.* 33. *&* 34. *hac quæſt.* 2. raptor vero publicâ mulctabitur Pœnitentiâ *can.* 33. *&* 34. & ſine ſpe coniugii manebit, *dict. can.* 34. nec raptam ducere poterit *can.* 4. *&* 11. 36. *quæſt.* 2. quod etiam continetur in *l. vn. Cod. de raptu virginum, ſeu viduarum, vel ſanctimonialium,* vbi interdicuntur nuptiæ raptoris, vt & *Nouella* 143. *&* 150. in tantum vt nullo modo, nulloque tempore liceat eis conſentire, vel Principi, vel parentibus, ei qui more hoſtili ſtudet matrimonium ſibi coniungere; & oporteat, vt qui vult vxorem ducere, petat eam à Parentibus, vel aliis, quos decet: vnde hodie receptum eſt, maximè in Gallia, vt qui clam parentibus duxit puellam, etiamſi volentem duxerit, pro raptore habeatur, quia nec velle intelligitur quæ circumuenitur & ſeducitur, *l.* 3. *§. ſi quis volentem. D. de liber. homin. exhibend* quod Ioannes, & vſus etiam trahit ad adoleſcentes illecebris peſſimarum mulierum inſciis parentibus perſuaſos, vt notat Cuiacius *dict. tit. de raptu virginum & gl. dicta l. vn. de raptu virginum; ad hæc verba, & ſponſam ſuam;* eademque pœna locum habet ſi ſponſa vel mulier rapiat virum, licet hoc rarò contingat.

Item raptori irrogatur vltimum ſupplicium, & publicatio bonorum, *dict. l. vn.* de raptu virginũ, & raptæ bona addicũtur, *dict. l. vn. ſi rapta raptori contra interdictum nupſerit,* quo caſu ad eam illius bona non pertinent, ſed ad parentes, nec quidquam ea teſtamento Raptoris conſequi poteſt, *Nouell.* 143. quod fit etiam, cum puella non deſponſata *can.* 49. *hac quæſt.* 2. Et non ſolùm Raptor, ſed etiam ij qui conſilium & operam præbent ad raptum faciendum, Iure quidem Ciuili puniuntur vltimo ſupplicio, *d. l. vn. de raptu virginum.* Iure vero Canonico, ſi Clerici ſint, deponuntur, ſi laici anathematiſantur, ita vt nec ipſi etiam raptas ad coniugium poſſint habere *can.* 2. 36. *quæſt.* 1. *& can.* 4 36. *quæſt.* 2. nec licet etiam quamcumque rapere Matrimonii cauſa: illud enim eſt capitale, *can.* 3. 36. *quæſt.* 2. & quicomque rapit ita, excommunicatur, *can.* 6. 36. *quæſt.* 2. Io tantum etiam vt ſi raptor poſt raptum raptam dotauerit, vel nuptialiter, etiam de conſenſu parentum acceperit, non ideo tamen valeat matrimonium, *can.* 11. 36. *quæſt.* 2. & *dict. l. vn. Cod. de raptu virginum.* Aliud eſt ſi ſponſus ipſe eam rapuerit quam deſponſauerat, *can.* 5. 36. *quæſt.* 4. Veruntamen poſteà Iure Canonico permiſſum eſt Raptori ducere Raptam, *cap.* 7. *de Raptoribus,* de conſenſu ſcilicet raptæ, ita vt etiamſi alius rapuerit, licuerit patri eam relinquere raptori, & accipere ab eo, dotis quantum ipſe pater ſtatuiſ-

A ſet vna cum pretio pudicitiæ *can.* 8. 36. *quæſt.* 2. ita vt ſi pater puellæ raptæ quinquaginta drachmas argenteas accepiſſet, poſſet ea relinqui raptori, & dari in coniugem *can.* 9. 36. *quæſt.* 2. quod tamen non fuit permiſſum Iure Ciuili *dict. l. vnica, & Nouella* 143. Similiter ſeparatâ raptâ à raptore, & Pœnitentiâ ab eo peractâ, poterant denuo coniungi matrimonio: ſi vero interim rapta obiiſſet, vel raptor, quando ea conſenſit raptui, tunc alter ſuperſtes nubere non poterat alteri niſi Epiſcopo permittente, *can.* 10. 36. *quæſt.* 2. Rurſus ſi contigerit raptorem & raptam ad aſylum confugiſſe, & raptã vim paſſam

B a raptore, ea omnino liberabatur de poteſtate raptoris, & raptor mortis, vel pœnarum impunitate conceſſâ, vel ad ſeruitium patri eius faciendum erat ſubjectus, aut redimebat ſe pecuniâ ab eo ſeruitio, *can.* 3. 36. *quæſt.* 1.

De Sponſa hoc adhuc ſtatuitur *hac noſtra quæſt.* 2. vt ſi quis deſponſauerit ſibi aliquam, & præueniente mortis articulo eam cognoſcere non potuerit, frater eius non poſſit eam ducere in vxorem *can.* 11. nec alius quis proximus cognatus, *can.* 12. *&* 14. licet eam cognouerit *can* 15. & ratio redditur *dict. can.* 11. quia legis eſt mos Sponſas appellare coniuges, quaſi diceret propter illam publicam honeſtatem loquendi; quo argumento etiam vtitur D. Am-

C broſius *epiſt. ad Maternum* 66. tu copulare, inquit, paras filium tuum & neptem ea filia, hoc eſt vt accipiat ſororis ſuæ filiam, diuerſâ licet matre quam ſocrus editus, interroga nominum Religionem: nempe auunculus iſte illius, illa huius neptis vocatur; nec ipſe te reuocat ſonus nominum, cùm hic auum reſonet, illa hoc nomen ad auunculum, quod ad auum referat? quanta deinde reliquorum confuſio vocabulorum? Illa namque nomina, vt ait D. Auguſtinus *lib.* 15. *de Ciuitate Dei cap.* 16. honeſtatem & humanam continent verecundiam. Veruntamen quis dubitet, ait, honeſtius hoc tempore conſobrinarum eſſe prohibita coniugia, non

D ſolùm ſecundum ea quæ diſputauimus propter multiplicandas affinitates, ne duas habeat neceſſitudines vna Perſona, cùm duæ poſſint eas habere, & numerus propinquitatis augeri; ſed etiam quia neſcio quomodo ineſt humanæ verecundiæ quiddam naturale atque laudabile, vt cui debet cauſa propinquitatis verecundum honorem, ab ea contineat quamuis generatricem libidinem, de qua erubeſcere videmus & ipſam pudicitiam coniugalem. Nam, vt ait Cicero *lib.* 5 *de finib.* nomina tanquam rerum notæ ſunt. Atque ſuperior definitio etiam locum habet, licet ſponſus impotens ſit deprehenſus, maxime ſi eam frater dum ſponſa erat, cognouerit, *can.* 31. *hac quæſt.* 2. Verùm hoc caſu mœchus

E & mœcha non priuantur iure connubii cum alio, vel alia, *dict. can.* 31. *hac quæſt.* 2. Aliud eſt in *can.* 30. *ead. quæſt.* 2. in quo vxoris ſororem cognouit maritus: nam vtraque extitit cognita ab eodẽ viro, ſoror vxoris, & vxor; ideoque non diſſoluitur quidem matrimonium illius mariti cum vxore ſua, ſed quia cognouit ſororem vxoris, illa non poteſt cum eo nec cum alio vnquam copulari, *dict. can.* 30. at *in can.* 31. frater cognouit vxorem fratris, ſed impotentis, nec ab eo cognitam; vnde mitius agitur cum eo.

Dices *can.* 18. mortuâ vnâ Sponſâ licuiſſe

ſororem eius eidem tradere Sponſo in vxorem: A & ratio ibi affertur, quod copulâ carnali non ſequutâ, non ſiot vna caro, nec conſequeoter vlla ſit propioquitas. Reſpondetur 1. id ita fieri in eo canone, quia oondum fuerat deſponſata niſi à parentibus, quatenus eam deſtinauerant in Sponſam, non quod actus deſponſationis factus eſſet; quod colligitur ex eo quod dicitur s. ſimplicibus verbis fuiſſe deſponſatam, deinde quia dicitur quod pater iam decreuerat deſponſare: quare videtur illa dicenda tantùm ſponſa deſtinatione, quæ ſponſa deſtinatione non inducit impedimentum publicæ honeſtatis, ſicut vera ſponſa; differunt enim, & diſtinguuntur deſponſa & deſtinata in *l. 36. & 66. de ritu nuptiar.* B deſtinatio enim poteſt eſſe ſine ſponſalibus, vt cum pater filiam ſuam teſtamento alicui deſtinat, vel etiam cum quis per ſe, vel per alios filia ſua abſente paciſcitur; poteſt eum qnis de nuptiis alienis vel ſuis paciſci, *l. 2. & 4. Cod. de ſponſalib.* vt cùm pater nomine liberorum paciſcitur, vel cum alio, quia ſponſalia conſtituuntur per interpoſitas Perſonas, *l. 4. 5. & vlt. D. de ſponſalib.* Quod vero Papa addit ſolam copulam inducere propinqnitatem faciendo vnam carnem, hoc additum eſt, vt oſtenderet inter eos nec fuiſſe impedimentum publicæ boneſtatis, vt iam diximus, ſponſalibus nou contractis; nec copulam, & ideo nullum eſſe impedimentum: nam ex ſola copula ſine ſponſalibus aliud, C nempe affinitatis impedimentum fuiſſet exortum, ſed de hac quæſtiooe copioſius io Decretalibua.

AD CAVSAM XXVIII.

QVÆSTIO I. II. & III.

MVltæ tractantur Quæſtiones in hac Cauſa 28. agitur enim de ouptiis cum Infideli, cum Iudæo, & Hæretico.

Quod attioet ad Nuptias quæ contrahuntur D cum Infideli, quæritur 1. an ſiot veræ nuptiæ & verum matrimonium inter infideles, & definitum eſt *cau. 1. quaſt. 1.* eſſe veras nuptias inter infideles ante Baptiſmum, & filios ex eo matrimonio ſuſceptos eſſe legitimos & naturales, noo ſpurios; & ſi qui naſcantur poſt Baptiſmum parentum, eſſe verè fratres eorum qui nati erant ante Baptiſmum, & vxorem poſt Baptiſmum eſſe eandem, & matrem eandem vnam & communem omoium liberorum; & confirmatur ex eo quod Chriſtus Iudæis ipſis nondum baptiſatis dixit, quod Deus coniunxit homo non ſeparet, vt etiam habetur ex *Innocentii 1. epiſt. 22. cap. 2.* ounquid, ait, in hæreditatis conſortium E admittendi ex cooiuge ante baptiſmum ducta ſuſcepti, an verò vel naturales, vel ſpurii appellandi, quia matrimooium, niſi qnod poſt baptiſmum aſſumitur, non eſt legitimum: Dominus de vxoris dimittendæ licentia ioterrogatus, expoſuit fieri non debere, dicens; quod Deus coniunxit, homo noo ſeparet, *Matthæi* 19. *Marci.* 10. & ne de his qui poſt baptiſmum ſortiuntur vxores loquutum credas, memineris à Iudæis rogatum Iudæis reſpondiſſe, ſi quis ex vna eademque vxore, filios alios catechu- A menus, alios fidelis ſuſceperit, num hi fratres appellandi, vel patre defuncto hæreditatis hercíſcundæ ius habituri, quibus filiorum nomen ſpiritualis generatio abſtulerit?

Quæritur 2. an non ſaltem deſinat vxor eſſe, & an Baptiſmo matrimooiom dirimatur; & ratio dubitandi ſumitur ex D. Hieronymo *cau. 1. quaſt. 3.* qui *epiſtola ad Oceanum*, ita nouum hominem fieri in baptiſmo & nouam vitam habere teſtatur, vt etiam non viuat nomen vxoris vel mariti, & ex *gloſſa ordinaria*. N. de Lira qui ſequutus eſt D. Hieronymi opinionem, atque exponens *vnius vxoris virum*, illud intelligit, poſt Baptiſmum, ita vt vxor ante baptiſmum B nouo homioi non imputetur.

Verùm reſpondetur prius matrimonium quod contractum eſt ante baptiſmum, non diſſolui baptiſmo; & ratio eſt quia in baptiſmo ſoluuntur crimina non coniugia *cau. 1. quaſt. 2. & cap. 8. de diuortiis.* Matrimonium autem cum ſit etiam ante baptiſmum lege permiſſum, non eſt ponendum inter crimina, & ideò neutiquam venit diſſoluendum, vt rectè Innocentius 1. *epiſt. 22. cap. 2.* nuptiarum ergo copula Dei mandato perfecta, non eſt peccatum, ac proinde nec inter peccata dimiſſum; integrumque ac ſalutare eſt, exiſtimare aboleri non poſſe prioris nomeo vxoris, cum non dimiſſum ſit pro peccato, quod ex Dei ſit voluntate comple- C tum: & *epiſt. 24. cap. 6.* non admittendum quod aliquanti pro defenſione praui erroris opponunt, ante Baptiſmum omnia dimitti, non intelligentes ſola in baptiſmo peccata dimitti, non vxorum numerum aboleri: & D. Ambroſius *lib. 1. officior. in fine*; idem plane habet his verbis: ſed cùm in coniugio lex ſit non culpa, quod culpæ eſt, in baptiſmo relaxatur, qnod legis eſt non ſoluitur aut aboletur: atque D. Auguſtinus oſtendit *can. 4. quaſt. 1.* propter ſolam fidem io baptiſmo acceptam non ſtatim irritum fieri matrimonium, quandoquidem ſi ideo irritum fieret non eſſet inſpiciendum ex qua alia cauſa diſſolueretur, quod tamen inſpicitur; nec enim D ex qualibet cauſa dirimitur matrimonium, puta non dirimitur ſi velit vxor ipſum eſſe latronem, lenonem, facinoroſum, vti erat ante baptiſmum; poteſt enim reſiſtere vxori iam fundatus in fide & gratia: dirimitur autem propter contumeliam Creatoris, ſi inferatur ab vxore: ergo ſignum eſt ooo dirimi ex eo tantum quod alter baptiſmum ſuſcepit, ſeu ex ſola fide baptiſmi, ſed ex cauſa legitima nempe cauſa cõtumeliæ Creatoris: non igitur ex omni cauſa, vt patet etiam ex *cap. 2. de diuortiis extra*, vbi non dimittitur vxor propter furta vel lenocinia, ſiue ſit fidelis ſiue infidelis: & hoc eſt qnod ait D. Auguſtinus *cau. 4 quaſt. 1.* non E attendunt ſi qui dicunt matrimooium infidelium ſolo vnius baptiſmo diſſolui, nempe non attendunt qui hoc dicunt, Matrimonium non ideo ſolui, ſed ex cauſa legitima; nec ex omni cauſa quandoquidem mutatio vitæ propter baptiſmum in marito fideli, non eſt cauſa legitima propter quam dirimatur; & maritus ferre debet omnem querelam factam ab vxore propter illam mutationem, quandiu querela ſcilicet illa nullam affert contumeliam Creatori, licet ipſi moleſta ſit, & ita explicamus hunc *cau 4 quaſt. 2.* qui eſt valde obſcurus & legitur duobus mo-

A dis, primus modus eſt: quamobrem, ait, & illud quod dicunt, veluti probare cupientes quantùm valeat ſola fides, vbi Apoſtolus dicit, quod ſi infidelis diſcedit, diſcedat, non eſt enim ſeruituti ſubjectus frater aut ſoror in huiuſmodi, id eſt vt propter fidem Chriſti etiam ipſa vxor legitimâ ſocietate coniuncta ſine vlla culpa relinquatur, ſi cum viro Chriſtiano propter hoc quod eſt Chriſtianus permanere noluerit: non attendunt eo modo, id eſt ſi vera ſit eorum opinio illâ rectiſſime dimitti, id eſt poſſe dimitti ex alia quacunque cauſa, vt & ſequenti, ſi viro ſuo dicat non ero vxor tua, niſi mihi de latrocinio congeras diuitias, aut niſi ſolita lenocinia quibus noſtram domum tranſigebas etiam Chri- B ſtianus exerceas, aut ſi quid aliud facinoroſum vel flagitioſum in viro nouerat, quo delectata vel libidinem explebat, victum facilem habebat, vel etiam ornatior incedebat; tunc enim ille cui vxor hæc dicit, ſi veraciter egit Pœnitentiam ab operibus mortuis, quando ad Baptiſmum acceſſit, habetque in fundamento fidem, quæ per dilectionem operatur, proculdubio plus tenebitur amore Diuinæ gratiæ quàm carnis luxuriæ; & membrum quod eum ſcandaliſat fortiter amputabit (id eſt reſiſtet mulieri ita ipſum ſcandaliſanti) nec enim per ea verba nos exiſtimamus intelligi dimiſſioné vxoris quæ ſit diſſolutio matrimonii. Quarè ſenſus illius canonis C ita lecti eſt, non eſſe tantum tribuendum fidei Baptiſati, vt propter id ſolùm, coniugium diſſoluatur, ſed videndum an infidelis poſſit manere cum viro ſine contumelia Creatoris; nec enim ſufficit eam eſſe aliâ ratione moleſtam: nam ſi propter ſolam fidem diſſolueretur ſine vlla alia cauſa, nihil referret ex qua cauſa, cum nequaquam conſideraretur vera cauſa: & ideo cum vxorem queri de viro non ſit cauſa legitima, tamen eo caſu quo illa cauſa reperiretur, & vxor manens in infidelitate proteſtaretur ſe non manſuram cum eo niſi perſiſteret in latrociniis, lenociniis, & aliis criminibus quibus erat deditus antè, diſſolueretur, quod tamen non fit. Ita ſane nobis videtur exponendus ille canon, ſi D modo correctiore, vt par eſt, legatur. Vt eſt in Gratiano, ita explicandus eſt: Vxor legitima ſine vlla culpa relinquitur, ſi cum viro Chriſtiano permanere noluerit (ſcilicet ſine contumelia Creatoris ſiue idolorum cultu, &c.) non attenditur, eo modo illam rectiſſimè dimitti, id eſt, non vero ſimiliter eodem modo dicendum illam poſſe dimitti propter alias cauſas, puta latrocinia, lenocinia, &c. vt ſupra diximus; nam propter illas cauſas, non eſt locus diuortio, poteſt enim in firma fide reſiſtere conſtanter vxori & tollere ſcandalum vel in ſe, vel in membris ſuis, vel in vxore, etiam ſi non dimiſerit eam: quare E ex hoc canone 4. dicendum eſt, non propter ſolam fidem acceptam à coniuge baptiſato diſſolui matrimonium inter ipſum & vxorem quæ manet infidelis; ſed propter fidem ipſam violatam, ſeu propter contumeliam Creatoris, vt dicitur *cap. 7. de diuortiis extra*; ita vt tunc diſſolui poſſit, & hoc ſenſu dicitur, ſi infidelis vult diſcedere, & non vult permanere cum coniuge fideli, diſcedat, fidelisque non erit ſubjectus, & ſine vllâ culpa dimittetur infidelis, *can. 3. 4 5. 6. 7. & 8. quæſt. 1.* vt puta ſi infidelis illa adhuc ſacrificare velit idolis, *can. 5. & 6. hac quæſt. 1.* & contumeliam faciat Creatori *can. 2. quæſt. 2.* ſitque periculum ne fidelis Chriſtum dimittat, ſi maneat cum infideli *can. 7. q. 1* & ratio eſt, quia Chriſtus permiſit causâ fornicationis dimitti vxorem; at idololatria fornicatio eſt cordis, major & pejor fornicatione corporis, *c. 5. 6. & 9. q. 1.* propter alias cauſas putà furta, lenocinia, vt diximus, non dimittatur vxor infidelis: & adhuc confirmatur *ex cap. 2. de diuortiis apud Gregorium ſuprà citato.*

Ex quibus ſequitur rectè dictum fuiſſe à D. Auguſtino *can. 9. quæſt. 1.* nec à Domino prohiberi fidelem dimittere eam quæ eſt infidelis, nec iuberi: non prohiberi quia permiſſum eſt à fornicante diſcedere, & infidelitas eſt fornicatio; non iuberi quia eorum matrimonium factum in infidelitate fuit verum, nec fuit contractum contra vllam iuſſionem Domini, quod omnes homines rectè poſſint matrimonium verum contrahere; quare cùm nullum ſit generale legis præceptum, quo id prohibeatur aut à Domino iubeatur, veniendum fuit ad cauſas & rationes propter quas aliquando dimittenda vxor infidelis a fideli, & aliquando non dimittenda; & videndum fuit, an ea quæ iam aliquo iure eſſent conſtituta de vxore dimittenda, poſſent ad hunc caſum per interpretationem produci, vt ſæpè fit à Iuriſconſultis *l. non poſſunt, & ſequentib. D. de legib.* Vnde cùm pater inofficioſum feciſſet teſtamentum præterito filio ſuo, Iuriſconſulti videntes nullâ lege id quidem prohiberi, & tamen exiſtimantes non æquum eſſe, aliam legem accommodauerunt huic negotio, vt quia lege & Iure certo dementes non habent teſtamenti factionem, is qui contra officium pietatis teſtatus eſt, quaſi furioſus, & non ſanæ mentis habeatur, & conſequenter teſtamentum facere non potuerit, vt patet ex Iuſtiniano *Inſtit. de inofficioſo Teſtam.* Similiter quia lex eſt & præceptum vt poſſit vxor dimitti propter fornicationem, ea accommodata eſt infidelibus tanquam fornicantibus, ſcilicet ſi non maneant quieti cum fideli, & ſine cultu idolorum, aut ſimili contumelia Creatoris; quod ſi maneant quieti, non eſt cauſa legitima diſſoluendi coniugii: quare ex facto jus oritur vt diſſoluatur, vel non diſſoluatur. Vnde non mirum ſi Apoſtolus Paulus teſte D. Auguſtino *can. 8. & 9. quæſt. 1.* de hoc negotio loquitur, vt Dominus non præceperit quidem, aut prohibuerit vxorem infidelem dimittere, ſed ipſe moneat, aliquando dimittendam, aliquando non; & licet dimittere liceat aliquando, tamen non ſemper expediat; ita vt illa diſſolutio matrimonii non petenda ſit ex ipſo vinculo per fidem rupto vel non rupto, ſeruando vel non ſeruando, vt colligitur ex *can 8. quæſt. 1.* ſed ex eo quod aliunde expedit, vel non expedit: nam non expedit aliquando vt dimittatur: quomodo enim ſcis mulier, ait D. Paulus, *dict. can. 8. quæſt. 1.* ſi virum ſaluum facies? aut vnde ſcis vir ſi ſaluam facies vxorem? ſanctificatus eſt enim vir infidelis in muliere fideli, & contra: non enim, vt poſtea ſequitur, *dict. can. 8* propter vinculum cum talibus coniugale ſeruandum, ſed vt acquiratur Chriſto, recedi ab infidelibus coniugibus Apoſtolus piè vetat, non etiam expedit aliquando, quia infidelibus aliis id affert impedi-

mentum ſalutis, non ſolùm quia pernicioſiſſimè ſcandaliſantur offenſi (videntes ſcilicet poſt Baptiſmum vxores dimitti) verùm etiam quia cùm in alia coniugia ceciderint viuentibus eis à quibus dimittuntur, adulterinis nexibus colligati difficillimè reſoluuntur: id eſt, periculum eſt ne ex temeraria dimiſſione, ſi ad alia vota tranſierint, adulterium committant *can. 9. quæſt. 1.* Licet tamen dimittere propter prædictam fornicationem *dict. can. 8. & 9*, ita vt dicendum ſit, licere ſed non expedire, *dict. can. 8. & 9 quæſt. 1.* licere, quia non vetat Dominus; non expedire, quia ne fiat, monet Paulus Apoſtolus; licere & non expedire, quia non prohibet, nec iubet Dominus; & ſolum monet Apoſtolus licere & non expedire *dict. can. 9.* nam ſi iuberet aut prohiberet Dominus, nihil prodeſſet dicere non expedire; nullo namque modo quod Dominus iubet, Apoſtolus prohibuiſſet, aut quod Dominus prohibuiſſet ipſe permiſiſſet: quod enim Deus iubet ita iubet aut vetat, vt aliud omnino facere non liceat, *dict. can. 9. in fine*, ſed quia Deus nec iubet nec prohibet, bona fuit occaſio Apoſtolo videndi, quando id expediret; quod cùm prohibitum vel præceptum non ſit, liceat, & ita tamen liceat, vt non expediat, nec ex eo quod liceat dici ſtatim poſſit rectè facere eum qui dimittit vxorem, & qui non dimittit rectiùs facere, ſicut dicitur in matrimonio, qui nubit bene facit, & melius facit qui non nubit: nam non eſt par ratio; dimittere namque vxorem infidelem; non eſt ſtatim res bona, ſed licita, & quæ ſimul non expedit: cùm liceat, & non expediat, eadem res non poteſt inter ſe comparari, vt res bona & melior, vt colligitur ex *dict. can. 9.* Vt verò licet & non expedit dimittere vxorem infidelem, ita liberum eſt fideli qui ante fidem repudiauerat, poſt baptiſmum eam recipere vel non recipere, *can. 2. dicta quæſt. 1.* nempe iuxta rationem iam dictam, quatenus ſcilicet expedit, vel non expedit.

Nec verò dicas ſcriptum eſſe non accipies vxorem alienigenam: Deinde nubendum in Domino, teſte Apoſtolo: hæc enim intelliguntur de matrimonio contrahendo, non de contracto diſſoluendo, ita vt non niſi vnius fidei & religionis coniugia copulentur; ac vero ſi contracto matrimonio vnus maneat infidelis, ad hunc caſum non pertineat prædicta prohibitio, poſſintque diuerſæ Religionis coniuges permanere ſimul, vt rectè D. Auguſtinus *can. 9.*

Sed quæres, an, poſito quod infidelis diſcedat aut dimittatur à fideli, liceat vtrique nubere alii? & ratio dubitandi ſumitur ex *can. 1. quæſt. 2.* his verbis: ſi quis habuerit vxorem virginem ante baptiſmum, illâ viuente poſt baptiſmum, alteram non poteſt habere: & confirmatur *dict. can. 9. quæſt. 1.* vbi dicitur, quia cum in alia coniugia ceciderint viuentibus eis à quibus dimittuntur, adulterinis nexibus colligati, difficillimè reſoluuntur: & deinde ex *cap. 2. de diuortiis extra*; vbi Alexander 3. id negat & admittit tantùm ſeparationem thori, non vinculi. Denique dici poteſt propter fornicationem non diſſolui matrimonium; & proinde non venire diſſoluendum propter infidelitatem, quæ fornicatio ſpiritualis appellatur. Sed Reſpondetur nihilominus eis licere alteri nubere, quando ex cauſa legitima contumeliæ Creatoris dimiſſio

A facta eſt; ita vt ſi talis cauſa non extiterit, ſola conuerſio ad fidem aut Baptiſmi tinctio non diſſoluat matrimonium; nec proinde permiſſum ſit alii nubere. Probatur noſtra ſententia ex *can. 2. quæſt. 1.* his verbis: ſi infidelis diſcedit odio Chriſtianæ fidei, diſcedat; non eſt enim frater aut ſoror ſubiectus ſeruituti huiuſmodi, non eſt enim dimiſſo, id eſt, ei qui dimittitur, peccatum, propter Deum: ſi alii ſe copulauerit, contumelia quippe Creatoris, ſoluit ius Matrimonii circa eum qui relinquitur, infidelis autem diſcedens; & in Deum peccat & in matrimonium: nec eſt ei fides ſeruanda coniugii, quia propterea diſcedit ne audiret Chriſtum Deum

B Chriſtianorum coniugiorum, vel vt aliter legitur, ne audiret Auctorem eſſe Chriſtianorum Deum, coniugii: & confirmatur *can. 8.* vbi dicitur non propter vinculum cum talibus coniugale ſeruandum, manere fidelem cum infideli, ſed vt eam acquirat Domino; quaſi diceret vinculum illud iam penè ruptum non impedire: & *can. 9.* in quo dicitur licitum eſſe dimittere infidelem licet non expediat. Nec eſt dicendum *dictum canonem 2.* intelligi debere de ipſo infideli, vt aliud matrimonium poſſit contrahere, non vero fidelis; nam æquè idem dicitur de fideli *dict. can. 8. & 9. quæſt. 1.* etenim contumelia Creatoris in vtroque diſſoluit coniugium, ſi-

C cut è contrario conuerſio coniugatorum illud etiam diſſoluit quia non tam homo tunc diſſoluit quam Deus ipſe.

Ad rationes verò dubitandi allatas ex *can. 1. quæſt. 2. & can. 9. quæſt. 1.* eas intelligi, vt per ſolam Baptiſmi tinctionem, & fidei adeptionem non diſſuatur matrimonium iuxta ſupra dicta. Ad *can. 4. quæſt. 1.* ſed propter contumeliam Creatoris; & interim ſubſiſtat matrimonium, donec illâ ſuperueniente contumeliâ dirimatur.

Ad cap. verò 5. *de diuortiis, extra*, reſpondetur Alexandrum 3. fuiſſe quidem in ea ſententia, vt etiam annotauit Innocentius 3. *cap. 7. eod. tit.* ſed aliter poſteà cenſuit Innocentius 3. *dict.*

D *cap. 7.* vbi reddit hanc rationem cur dirimatur tunc omnino matrimonium infidelium; quia, inquit, licet matrimonium infidelium ſit verum, non eſt tamen ratum ſicut inter Chriſtianos, eo quod fidei ſacramẽtũ ſeu Baptiſmus ratum facit.

Ad id vero quod dicebatur propter carnalem fornicationem non diſſolui matrimonium: Reſpondetur hanc fornicationem ſpiritualem eſſe deteriorem, & ideo per hanc diſſolui matrimonium, etſi non per aliam diſſoluatur.

Quæritur 3. an ſaltem non imputetur matrimonium quod præceſſit Baptiſmum, iis qui volunt ordinari, puta vt non dicantur bigami, licet vnam habuerint vxorem ante Baptiſmum

E & aliam poſt Baptiſmum, ita vt ratio tantùm habeatur eius quam habuit poſt Baptiſmum: & reſpondetur D. quidem Hieronymum exiſtimaſſe nuptias, poſt baptiſmum eſſe tantùm conſiderandas *can. 1. quæſt. 3. & ad ti. 1.* multi, ait, ſuperſtitioſiùs quàm veriùs eos qui amiſsâ quam Gentiles habuerant, vxore, poſt baptiſmum alteram duxiſſent, in Sacerdotio non legendos putant, & *lib. 1. aduerſus Iouinianum*: quàm ſancta, ait, digamia ſit, hinc oſtenditur quod digamus in Clerum eligi non poteſt; & ob hanc cauſam non eſſe vxorum numerum definitum,

quia

quia poſt baptiſma vxor etiam tertia quartaqoe, qoaſi prima repuretur: & in *epiſt. ad Oceanum*, copiusè ſuam ſententtam explanat, ait enim I. Paulum iobentem Epiſcopum eſſe vnius vxoris vitum, loqui de baptiſatis tantùm; deinde dicit ſe non videre quomodò vxoris nomen impediat ordinarionem, quod ſi ſit peccatum iam baptiſmo eſſe dimiſſum, ſi vero non ſit peccatum non poſſe atiam imputari in peccatum: Item ait ſi in Eccleſia non impuiantur ſcortationes ordinandis, multò minùs eis impuranda mattimonia: Denique addit hominem ita fieri nouam creaturam bapriſmo, vt tam maculoſum vxoris nomen debeat illâ nooitate deleri. Baptiſmos, ait, hominem nooum facit an noo? facit; ex toto. an ex parte? ex toto; nihil ergo veteris hominis in baptiſmo reſeruatur, proindeque non poteſt imputari nouo, quod in vetere quondam fuit: & paulò poſt; rem nouam audio, quia peccatum non fuit, in peccatum reputabitur: ſcorta, ſordes, impietas; parricidium, inceſtus, extraordinariæ vtriuſque ſexus voluptates Chriſti fonte purgantur; vxoris inhærebunt maculæ, lupanaria thalamis præferentur? tibi non imputo meretricũ exercitus, exoletorum greges, effuſionem ſanguinis, inſtar ſuis in omni libidinum cœno volutabra, tu mihi olim mortuam de ſepulchro vxorcolam protrahis, quam ideò accepi ne facerem quod feciſti: audiant Ethnici Eccleſiæ meſſes, & catechumeni fidei candidati, ne ante Baptiſma vxores ducant, honeſtaue iungant matrimonia, ſed promiſcuas vxores & communes liberos habeant; imo qualecumqoe coniugis vocabulum caneant, ne in Chriſto poſteà credentibus noceat, quod aliquando non concubinas, nec meretrices, ſed vxores habeant: quid ſimile vxor & ſcortum? imputatur infœlicitas coniugis mortuæ & libido meretricia coronatur, &c. & licet propter illam opinionem ſit reprehenſus à Ruffino, tanquam contemptor Eccleſiaſticarum conſtitutionum, tamen in ſua perſeuerauit ſententia, vt patet ex eius *apologia in fine*. Cæterum hæc ſententia omnibus aliis Eccleſiæ patribus ſemper diſplicuit, vt D. Auguſtino *can. 2. quæſt. 3.* vbi oſtendit nimis acutos videri qui hoc dicunt: qood enim in baptiſmo fit innouatio Perſonæ, ea fit ratione criminum, quæ abolentur, oon ratione fœderationis coniugii, & ſicut virgo viriata ante baptiſmum, manet poſt baptiſmum vitiata, ſimiliter qui plures vxores habuit ante baptiſmum erit æquè bigamus vt non poſſit ordinari; quod ex nullo vitio deſcendit, ſed ex defectu; amiſit enim aliquid, non ad vitæ meritum ſed ad ſignaculi Sacramentum: & clarè definit Innocentius I *epiſt. 2. cap. 5.* ſi quis, ait, viduam laicos duxerit vxorem ſeu ante baptiſmum ſeu poſt, ad clerum ne admittatur, quia eodem vitio videtur excluſus; in Baptiſmo enim crimina dimittuntur, vxoris acceptæ conſortium non relaxatur: & *cap. 6.* ſi quis exiſtimat eum qui ante baptiſmum acceperit vxorem, eaque de ſæculo recedente, alteram duxerit, in baptiſmo dimiſſum, satis errat à regula; quia in baptiſmo peccata dimittuntur, non acceptarum vxorum numeros aboletor, cùm vxor legis præcepto ducatur, à Domino benedicatur, *Geneſis 1.* præparetutque *Prouerb. 19* & refertur *can. ſi quis viduam 34. diſt.* & *epiſt. 22. cap. 2.* vbi videtor reſponderi D. Hieronymo. Opponitur, ait,

A digamom non eum dici oportere, qui cum catechumenus vxorem habuerit, & amiſerit, aliam baptiſatus duxerit, eamque primam videri quæ nouo homini copulata ſit, quia prius coniugiom, cum cæteris criminibus, Baptiſmi ſacramẽto ſit ablutum; quod cùm de voa dicitur, certè ſi tres habuerit in vetere poſitus homine, quarto poſt baptiſmum ducta erit ſic interpretantibus prima, & virginis æquè nomen accipiet quarto ducta loco; quod quis non videt eſſe cootra Paoli præceptum? Sed objicitor totum in Baptiſmo quidquid in vetere geſtum eſt, lotum eſſe aut ſolutum, dicite mihi, crimina tantùm in B Baptiſmo dimittuntur? an & quæ iuxta Domini præcepta compleotur? ſi crimen eſt vxorem ducere, erit Author in culpa qui homines in paradiſo coniungens benedixit: ſi crimen non eſt quomodo creditur inter crimina dimiſſum, quod authore Deo legitur conſummatom? & D. Ambroſius *lib. 1. officior.* de Miniſtrorum Altaris caſtimonia, quid loquar? quando vna tantùm, nec repetita permittitur copula; & in coniugio lex eſt, non iterare coniugium, nec ſecundæ coniugis ſortiri cooiunctionem: quod pleriſque mirum videtur, cur etiam ante Baptiſmom iterato coniugio ad electionem muneris & ordinationis prærogatiuam geoerentur impedimenta, cùm C etiam delicta, lauacri Sacramento remiſſa obeſſe non ſoleant: ſed cùm in coniugio lex ſit non culpa, quod colpæ, eſt in baptiſmate relaxatur; quod legis eſt, non ſoluitur aut aboleror. D. etiam Auguſtinus *lib. de bono coniugali contra Iouinianum cap. 18. c. citato*, vbi oſtendit veram rationem, cur poſt baptiſmum maneat illa inhabilitas ad ordines recipiendos, ſi plures vxores habuerint ante baptiſmum, nempe non quod in eis ſit vllum peccatum, ſed quod deſit Sacramenti ordioationis norma, ſeu ſignaculum neceſſarium vt ſupra diximus. Sacramentom, ait, nuptiarum temporis noſtri, ſic ad vnum maritum & vnam vxorem redactum eſt, vt Eccleſiæ diſpenſatorem oon liceat ordinari niſi vnius vxoris virum; quod acutiùs D intellexerunt qui nec eum qui catechumenus, vel paganus habuerit alteram, ordioandum eſſe cenſuerunt: de ſacramento enim agitur non de peccato; nam bapriſmo peccata omnia dimittuntur; ſatis Apoſtolus declarauit nuptias quidem nullum eſſe peccatum; propter ſacramenti autem ſanctitatem, vt fœmina etiam catechumena, vitiata nequit poſt baptiſmum inter Dei virgines conſecrari; ita non abſurdè viſum, eum qui exceſſit ſingularem vxorum numerum, non peccatum commiſiſſe, ſed normam ſacramenti amiſiſſe, non ad vitæ bonæ meritum, ſed ad ordinationis eccleſiaſticæ ſignaculum neceſſarium, &c. *dict. can. 2. quæſt. 3.* vbi nota vitæ meritum non E facere ad ſacramenti ſignaculum, contra nouam Monachorum qoorundam doctrinam.

Sciendum eſt ergo digamos arceri à ſacris ordinibus: digami vero ſunt, qui duobus coniugiis impliciti fuerunt: vnde Balſamo in *can 17. Apoſtolorum*, illa verba, qui poſt ſanctum Baptiſmum duobus coniugiis fuerit implicitus; vertit, qui poſt ſanctum baptiſmum digamos fuerit: & D. Baſilius digamos eodem modo accipit, quo trigamos & polygamos, *can. 4. epiſt. ad Amphilochium* & Origenes *hom. 17. in Lucam*: ſicut enim ab Eccleſiaſticis dignitatibus, non ſolùm fornicatio, ſed & nuptiæ repellunt, neque enim Epiſ-

copus, nec Preſbyter, nec Diaconus, nec Vidua poſſunt eſſe digami, ſic forſitan & de cœtu primitiuorum immaculatorumque Eccleſiæ, quæ non habet maculam neq; rugam digamus ejicietur; non quò in æternum mittetur incendium, ſed quò partem non habeat in Regno Dei, &c.

Digami etiam ſunt, qui plures ſimul vxores habuerunt, vt explicat Theodoretus exponens D. Paulum, eo loco quo dicit Epiſcopum eſſe *vnius vxoris virum*.

Deinde tanquam digami arcentur etiam à ſacris hi qui Viduam acceperunt in vxorem, aut eiectam, vel meretricem, vel Mimam, *can.* 18. *Apoſtolor.* & ita *can. qui in aliquo, diſt.* 51. qui ſecundæ vxoris coniunctionem ſortiti ſunt, aut numeroſa coniugia frequentauerunt, qui Viduam, vel à marito relictam duxerunt, aut corruptarum mariti fuerunt, qui Fornicarias habuerunt, ad ſacrum ordinis honorem non perueniunt: & *can. quicumque, diſt.* 77. *& can. quiſquis, diſt.* 84.

Dubitatio eſt, nec quidem parua inter Theologos, an cum digamis ſaltem diſpẽſetur, vt poſſint ordinari: ratio dubitandi ſumitur ex *cap.* 2. *de digamis non ordinandis*, vbi dicitur, cum digamis non videri licere diſpenſare contra Apoſtolum, vt debeant ad ſacros ordines promoueri; vel in eis, ſi promoti fuerint, remanere. Sed reſpondetur olim quidem hunc fuiſſe rigorem Eccleſiæ vt non diſpenſaretur cum eis; et ſi quis digamus eſſet ordinatus contra normam Eccleſiæ, priuaretur celebratione diuinorum, vt dicitur *cap.* 3. *eod. tit. de digamis non ordinandis*, & confirmatur ex Tertulliano *lib. de caſtitate, ſiue exhortatione ad caſtitatem*: vſque ad quoſdam, ait, memini digamos loco deiectos, eoque facto Sacerdotis actione excommunicatos: & Balſamo *ad can. Apoſtolor.* quomodo autem, ait, multi Lectores, qui digami fuerunt, in ſuis gradibus conſeruati, & per Archiepiſcopalia pittacia ad maiores gradus promoti ſunt, ignoro.

Poſteà tamen Eccleſia paſſa eſt aliquando digamos ordinatos, ordinis ſui executionem habere, vt patet ex D. Hieronymo *epiſt. ad Oceanum*, vbi cum Oceanus dixiſſet Carterium Epiſcopum, fuiſſe bigamum, ipſe ait plures & innumeros alios fuiſſe: miror, ait, vnum in medium protraxiſſe, cùm omnis Mundus his ordinationibus plenus ſit; non Preſbyterorum tantùm, & gradus inferioris, ſed Epiſcoporum; qui ſi ſigillatim numerentur tantus numerus congregabitur, vt Ariminenſis Synodi multitudo ſuperetur. Ideoque Valentina Synodus vetuit quidem digamos ordinari, nihil tamen de ſtatu ordinatorum reuolui voluit. Aliquando permiſit quidem Eccleſia digamos ordinatos in ordine manere, ſed vetuit ad ſuperiora promoueri, vt patet ex Siricii Papæ *epiſt. ad Himerium Tarraconenſem Epiſcopum, can.* 56. *diſt.* 50. Aliquando non permiſit in eodem ordine permanere, ſed ad inferiorem degradauit vt patet ex *Synodo Toletana* 1. *cap* 4. quæ reducit Subdiaconum ad Lectoris, vel Oſtiarii officium; & ſic de aliis.

Ex quibus locis, maximè ex *dict. can. diſt.* 56. probat D. Thomas *Quodlibeto* 4. *art.* 13. diſpenſari poſſe cum digamis, & addit multa propoſuiſſe quidem D. Paulum tanquam ad Ius Diuinum pertinentia, ſed multa etiam ſuà authoritate ſtatuiſſe, vt patet ex pluribus verbis eiuſdem

A D. Pauli: vt cùm dicit, cætera cùm venero diſponam; vt quod præcipit de Dominica faciendum, 1. *Corinth.* 1. 16.

Quæritur 4. an licuerit Iudæis primum, deinde Chriſtianis nuptias contrahere cum infidelis? Reſpondetur 1. omnem ſocietatem & fœdus cum alienigenis & gentilibus fuiſſe prohibitum vt patet ex *Actis Apoſtolorum cap.* 10. *verſ.* 28. vbi D. Petrus ita loquitur: vos ſcitis quomodo abominatum ſit viro Iudæo coniungi, vel accedare ad alienigenam; ſed mihi Deus oſtendit neminem communem aut immundum dicere hominem: vbi eſt notanda vox illa, communis, pro immundo & ſordido, quâ vtitur etiam D. Petrus

B *in Actis Apoſtolorum cap.* 10. abſit Domine, quia nunquam manducaui omne commune & immundum, eamque exponit D. Marcus *cap.* 7. & cùm vidiſſent, ait, quoſdam diſcipulorum manducare panes communibus manibus, hoc eſt non lotis, vituperauerunt; ipſe ibi explicat quid ſit κοιναῖς χερσὶ τ. ἀνίπτοις: vſus eſt ea etiam D. Marcus *eod cap.* nihil eſt extra hominem, & introiens in eum, quod poſſit eum coinquinare; ſed quæ de homine procedunt, illa ſunt quæ communicant hominem: & D. Matthæus *cap.* 15. non quod, ait, Dominus, in os ingreditur κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον; vbi vetus interpres vertit, coinquinat hominem, cũ *Marci* 7. vertiſſet, communicat hominem: & Tertullianus *lib. de patientia*: non vaſculorum,

C ait, inquinamentis, ſed eorum quæ ex ore promuntur, communicare, id eſt coinquinare. Vſus etiam eſt eâ voce D. Paulus in *epiſt. ad Romanos cap.* 14. & *lib.* 1. *hiſtoriæ Machabæorum*, pro ciborum immundorum nomine, vox vſurpatur, τὸ κοινόν. Auctor Quæſtionum veteris Teſtamenti notat etiam in Scripturis ſacris vocem, commune, accipi pro immundo: & Origenes *in epiſt. ad Romanos cap.* 14. *lib.* 9. Diximus, ait, & alibi quod in ſcripturis ſacris vernaculâ quadam appellatione, quod ſanctum vel mundum non eſt, commune nominatur; quæ tamen appellatio in nouo Teſtamento frequentius, in veteri vero non recordor ſicubi nominata eſt: idemque habet

D *Leuitici cap.* 7. *homil.* 5. vbi addit ideo ſeruos Dei non eſſe communes quia nemini communicant; peccatorem autem communem eſſe, quia eum Dæmones poſſident: vnde ille Dæmoniacus à Dæmonio, curatus cum interrogatus eſſet quod ei nomen eſſet, reſpondit, legio, multi enim ſumus.

Maximè vero ſocietas nuptialis cum eis prohibebatur *Exodi* 23. *&* 24. *Deuteronomii cap.* 7 *Eſdra cap.* 9. idque propter periculum idololatriæ, vt dicitur *Exodi* 34. nec vxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis, ne poſtquem ipſæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant & filios tuos in Deos ſuos: & *Deuteronomii* 7. non inibis fœdus nec miſerebere earum, neque ſociabis cum

E eis coniugia: filiam tuam non debis filio eius, nec illius filiam accipies filiis tuis, quia ſeducet filium tuum ne me ſequatur, & vt magis diis alienis ſeruias, iraſceturque furor Domini, teque delebit.

Verùm excipiebatur niſi Infidelis promitteret ſe ab infidelitate receſſuram, quo caſu permiſſum erat nuptias cum tali infideli contrahere, quomodo Salmon videtur duxiſſe Raab relicto ſuæ religionis errore, cum legantur hæc eius verba Ioſue 2. *verſ.* 11. Dominus Deus

veſter ipſe eſt Deus in cœlo ſurſum, & in terra deorſum. Et exceptio affertur in concilio Chalcedonenſi *act. 15. can. 14.* non debet, ait, copulatrix nuptura, hæretico, vel Iudæo, vel Pagano, niſi fortè promittat ad Orthodoxam fidem ſe per Catholicæ perſonæ copulam tranſire; eademque exceptio ponitur *in concilio Laodiceno can. 31.*

Cæterùm hanc prohibitionem coniugii inter Iudæos & Gentiles ſeu alienigenas, aliqui ita explicant vt non intelligatur de quibuſuis Gentilibus, ſed tantùm de Chananeis, de quibus etiam loquitur *cap. 23. Exodi, & 7. Deuteronomii*, maximè cum paſſim per alienigenas intelligantur Chananei, vel Philiſtei, vt notat D. Hieronymus *in Amos cap. 1.*

Et licet prohibitum eſſet Matrimonium inter Iudæos & alienigenas, vel Gentiles, non eſt tamen exiſtimandum illud matrimonium fuiſſe nullum. Nam ante legem, Iacob *Geneſis 29* matrimonium contraxit cum filiabus Laban: poſt legem, Dauid Maacham filiam Regis Geſſur duxit vxorem *3. Regum. 11.* Salomon contraxit cum filia pharaonis. *3. Regum 3.* Eſther nupſit Aſſuero. *Eſther cap. 2.* & S. Monica mater D. Auguſtini contraxerat cum Patritio Gentili, ex eodem D. Auguſtino *lib. 9. Confeſſionum cap. 9.* Et in Actis Apoſtolorum *cap. 16.* memoratur Timotheus filius mulieris Iudææ fidelis Patre Gentili.

Reſpondetur 2. Eccleſiam prohibuiſſe matrimonia facta cum Chriſtiano à infideli. Paulo dicente, nolite iugum ducere cum infidelibus, & *2. ad Corinth. cap. 7.* cui vult nubat, tantùm in Domino; ea namque verba, in Domino, explicant de religionis eiuſdem coniuge, nec diſpari cultu. Tertullianus *lib. 2. ad vxorem.* D. Hieronymus *lib. 1. contra Iouinianum*, D. Ambroſius *ad illum locum D. Pauli*: D. Auguſtinus *lib. de adulterinis coniugiis, can. 9. 28. hac noſtra quæſt. 1.* atque qui diuerſæ fidei contraxerunt videntur excommunicandi, argumento *can. 17. ead. quæſt. 1.*

Prohiberi item patet hæc matrimonia ex *concilio Carthaginenſi 3. cap. 12.* placuit, ait, vt filii vel filiæ Epiſcoporum, vel quorumlibet Clericorum, Gentibus, vel Hæreticis, vel Schiſmaticis matrimonio non coniungantur. Addenda tamen videtur exceptio illa niſi conuerſionem ad fidem polliceantur vt ſuprà diximus ex *concilio Chalcedonenſi act. 15. can. 14.* & concilio *Laodiceno can. 31.*

Porrò Matrimonia fidelis cum infideli non eſſe nulla manifeſtum fit ex D. Epiphanio *hæreſi 66.* vbi dicit ex mente D. pauli, ſi quæ Virgo valdè adulta initio naſcentis Eccleſiæ non inueniſſet fidelem cum quo contraheret, potuiſſe contrahere cum Iudæo; nubat ei quemcumque nacta fuerit, non peccat, ſcilicet ſi periculum ſit ne incidat in fornicationem, tunc enim melius nuberet cum Iudæo & infideli.

Quod verò attinet ad Matrimonia contracta cum Iudæo vel Iudæa. Quæritur 1. an ſi Iudæus vel Iudæa fiat Chriſtianus vel Chriſtiana matrimonium dirimatur. Reſpondetur modo ſuprà dicto, cum agebamus de Gentili, dirimi ſcilicet, ſi ſimul manere non poſſit ſine contumelia Creatoris, ex *dict. can. 10. quæſt. 1.* licet Apoſtolus non faciat mentionem niſi infidelis, non autem Iudæi: & ratio eſt, quia matrimonium Iudæorum non eſt magis ratum quàm matrimonium Infidelium; & ſane *can. 1. quæſt. 1.* coniugium Iudæorum comparatur coniugio infidelium. Adde quod in *can. 12. quæſt. 1.* nulla vltra communio Iudæis ad fidem conuerſis præſcribitur, cum iis qui manſerunt Iudæi, & *can. 10. quæſt. 1.* dicitur vt ſi Iudæus monitus ab Epiſcopo, nolit fieri Chriſtianus ſicut eius vxor, ſeparentur ab inuicem & liberi eorum ſequantur matrem Chriſtianam, eiuſque Religionem.

Rurſus prohibitum eſt etiam Chriſtianis ad conuiuium Iudæorum recipi, vel eos recipere, *can. 14. quæſt. 1.* item vti medico Iudæo, *can. 12.* quod etiam prohibitum in Synodo *Trullana can. 11.* & legimus apud Ammonium *lib. 5. cap. 35.* Carolum Caluum febre correptum, hauſto puluere quem Sedechias Iudæus ei tranſmiſit vt febre liberaretur, vndecimo die poſt mortuum eſſe; & excommunicantur eorum opera *dict. can. 11.* & ſepulturâ priuantur, vt patet ex *Bulla Gregorii 13.*

Quæritur 2. an liceat cum ergo Chriſtianis contrahere nuptias cum Iudæo? Reſpondetur prohiberi has nuptias concilio Chalcedonenſi *act. 15. can. 14.* niſi promittat conuerſionem, vt ſuprà diximus; & *concilio Laodiceno can. 31.* qui que contrahunt excommunicantur *can. 17. hac quæſt. 1.* Verùm contracta non ſunt nulla, vt patet ex Epiphanii loco ſuprà citato *hæreſi. 66.*

Denique quod attinet ad matrimonia Hæreticorum. Quæritur 1. an ſi vnus tranſeat ad Religionem Catholicam, matrimonium fiat irritum ſaltem quando non poſſunt ſimul manere ſine contumelia Creatoris? Reſpondetur ne quidem hoc caſu fieri irritum: & ratio affertur *cap. 7. de diuortiis*, quia matrimonium Baptizatorum eſt ratum propter Baptiſmi ſacramentum. Verùm licet non fiat irritum, tamen poſſunt ſeparari coniuges, ſaluo vinculo coniugii, authoritate Eccleſiæ, *cap. 6. de diuortiis.*

Quæritur 2. an Catholicus poſſit contrahere cum Hæretico? Reſpondetur poſſe, & valere matrimonium, dummodo ſit contractum iuxta formam concilii Tridentini in iis locis vbi eſt publicatum concilium, vel ſine ea, in aliis locis; prohiberi tamen illud matrimonium, vti prohibetur omnis communio cum hæreticis; & patet ex D. Cypriano *epiſt. 76. ad Magnum*, vbi loquens de Hæreticis, ait: cum illis nulla fœdera, nulla commercia, nulla communio, nulla denique connubia ſunt celebranda; & rationem affert, quia ſicut Ethnici & publicani habendi ſunt: & *concilio Carthaginenſi 3. cap. 12.* placuit vt filii vel filiæ Epiſcoporum vel Clericorum Gentibus, vel Hæreticis, aut Schiſmaticis Matrimonio non coniungantur: & concilio Chalcedonenſi *act. 15. can. 14. citato, & Laodiceno can. 31.* excipitur niſi conuerſio ſperetur, & *can. 17. quæſt. 1.* Verùm illud, quamuis ſit prohibitum, valet Iure Ciuili, vt notat Balſamo *tit. 12. cap. 14. Nomocan. Photii*, qui id tamen non debere permitti ſcribit, *cap. 13.* Iure quoque Canonico valet, nec vllo canone declaratum eſt nullum.

Cæterùm ex antedictis deſcendit & alia quæſtio, an is, qui cùm eſſet Gentilis, & ante Baptiſmum, plures habuit coniuges, Fidelis

factus debeat eas omnes coniuges retinere, vel vnam tantùm? Reſpondetur *cap. 8. de diuortiis* vnicam tantùm debere retinere: & ratio eſt, quia Matrimonium videtur ex ſua natura eſſe vnius tantùm Viri cum vna fœmina coniunctio; quia dictum eſt erunt duo in carne vna *Geneſis 2. & Matth. 19.* & probatur *dict. cap. 8.* quia videtur abſonum & inimicum fidei Chriſtianæ, cùm ab initio vna coſta in vnam fœminā ſit conuerſa, ſcripturaque Diuina teſtetur quod propter hoc relinquet homo Patrem & Matrem & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna; non dixit tres, vel plures, ſed duo, nec dixit, & adhærebit vxoribus, ſed vxori: vbi etiam reſpondet obiectioni, quæ fieri potuiſſet de multis patribus Veteris Teſtamenti, qui plures vxores habuerunt, id enim fecerunt non affectu libidinis, ſed ſtudio tantùm & amore prolis, & denique propter aliquod myſterium ſignificandum, vt patet ex *cap. 4. ad Galatas* vbi diſſerit Apoſtolus de Matrimonio Abrahæ cum Sara, & Agar, quod aſſerit ſignificaſſe myſterium fidei & Religionis Chriſtianæ. Verba *cap. 8. de diuortiis* hæc ſunt: nec vlli, vnquam licuit inſimul plures vxores habere, niſi qui fuit diuinâ reuelatione conceſſum, quæ mos quandoque interdum etiam fas cenſetur, per quam ſicut Iacob à mendacio, Iſraëlitæ à furto, & Samſon ab homicidio, ſic & Patriarchæ & alii viri iuſti, qui plures leguntur ſimul habuiſſe vxores, excuſantur ab adulterio. Ex quibus colligitur ipſum malum non eſſe malum, quod fit Deo iubente vel cooperante, vti Rebecca non peccauit, nec Iacob cùm dixit mendaciter ſe eſſe Eſau, vt obſeruat D. Chryſoſtomus *homilia 53.* quia Deus erat qui cooperabatur iis quæ fiebant: omnia opera ſunt impleta, quid igitur cooperatus eſt-ne Deus mendacio? dilecte, ne indages tantùm quod fit, ſed etiam attende ſcopum: & infra; ne igitur hoc conſidera quod ementita fuerint, quæ dicebantur à Iacob, ſed illud cogita, quod volens Deus impleri prædictionem, omnia vt ſic fierent diſpenſauit. Et ſimiliter quod Abraham filios ſuſcepit de ancilla, & Iacob etiam; quamquam D. Auguſtinus *lib. 22. cap. 47. contra Fauſtum Manichæum*, ait morem tunc illum fuiſſe, vt gignendi causâ pluribus vxoribus vterentur Patriarchæ, quod neceſſaria eſſet filiorum propagatio; quâ ratione vtitur etiam D. Chryſoſtomus *homil. 56. in Geneſim*: permiſſum fuit, inquit, vt humanum genus propagaretur, nunc verò, quia per Dei gratiam genus humanum valdè multiplicatum eſt, gratia quoque accepit incrementum; adueniens enim Chriſtus, & in hominibus plantans virtutem, Angeloſque, vt ita dicam, ex hominibus faciens, omnem illam veterem conſuetudinem aboleuit. Dicunt igitur Patres vel hunc morem fuiſſe tunc vt D. Auguſtinus & D. Chryſoſtomus *loca citato*, vel id factum ex quadam diſpenſatione, & œconomia, vt patet ex Iuſtino Martyre *in dialog. cum Triphone Iudæo*, vbi ait non tanquam fornicantes Patriarchas plures vxores habuiſſe, ſed œconomiam quandam id, atque diſpenſationem fuiſſe, & myſteria atque ſacramenta omnia per eos peracta eſſe nos exiſtimare debere: exiſtimandum eſt enim Deum ſibi retinuiſſe potentiam quandam diſpenſandi de lege ſua, & imperandi contrarium; ſicut ſibi retinuit potentiam in crea-

A
turas, vt agant contrarium his propter quæ inſtitutæ ſunt. Eorum namque natura magis eſt poſita in voluntate Creatoris quàm in ſui conſtitutione, vt dicebat D. Auguſtinus *lib. 21. de Ciuitate Dei, cap. 8.* voluntatem, ait, Conditoris, conditæ rei cuiuſque naturam eſſe dixit; Dei enim eſt naturæ imperare, & naturam reformare: nam vt ait D. Baſilius *oratione 21.* fallitur ſæpe natura dum fingit, vt imperantis miniſtra videatur non etiam creatrix; imperat enim naturæ Deus, quæ quod impar imperio ſeruitium dedecorat, & Diuinam expectans manum, molitionis inuocat adiutricem; & ſicut permittit naturæ aut in natura non obſtantibus legibus,

B
quibus obſtricta eſt, facit monſtra atque portenta; ita & Deus portenta quædam morum facit in legibus ac mandatis ſuis: & ideò *cap. 8. Iſaiæ verſ. 18* Iſaias dicitur fuiſſe in portentum, quod nudus iuſſu Dei per vrbem Hieruſalem pleno die, nudus, inquam, toto corpore etiam pudendis, (vt habet verſio Chaldæa) per triduum inceſſit, vel vt alii vertunt per triennium, idque iuſſu Domini, vt patet ex *cap. 2. verſ. 2.* locutus eſt Dominus in manu Iſaiæ filii Amos dicens; vade, & ſolue ſaccum de lumbis tuis, & calceamenta tolle de pedibus tuis; & fecit ſic vadens nudus & diſcalceatus. Quod verò ideo dictus ſit portentum patet ex *cap. 8 verſ. 18. citata*. Ecce ego & pueri mei quos mihi dedit Domi-

C
nus in ſignum, & in portentum Iſraël à Domino exercituum, qui habitat in monte Sion. Et ideo D. Auguſtinus defendit Diuinam ſcripturam, licet in ea ſcriptum ſit Oſeæ *cap. 1* vade, tolle tibi vxorem fornicationum, & fac filios de fornicatione, *aduerſus Fauſtum Manichæum* maledicè & ſacrilegè hunc locum accipientem *lib. 22. cap. 80. 89. & 96* iuſſiſſe namque Deum, & feciſſe prophetam ſcribit; & vt idem ait *lib. 3. de Doctrina Chriſtiana, cap 22.* quod in aliis perſonis plerumque flagitium eſt, in diuina, vel prophetica magnæ cuiuſdam rei ſignum eſt. Denique certum eſt, quia lex non eſt poſita iuſto, ſed iniuſto tantùm, multò minùs Deo eſt poſita. Quæ

D
cùm ita ſint, illa exempla Patriarcharum plures vxores habentium, ſunt iuris ſingularis; ius enim commune eſt, vt ſint homines contenti vnâ vxore & mulieres vno marito; & ſatis eſt ſi nupturæ plures habeant procos, vel de quibus cogitant, nuptæque vno ſint contentæ Viro: nam D. Auguſtinus, & ex eo D. Bernardus *lib. de Paſſione Domini, cap. 28.* conſentit huic ſententiæ. B. Auguſtinus, (inquit D. Bernardus) quod nequaquam virgo aſpirans ad nuptias melior eſt muliere nuptias adepta, cum ea quæ iam nupſit vno ſit viro contenta, nuptura verò quærens per omnem populum cui adhæreat, cum pluribus neceſſe eſt animo forni-

E
cetur. Porro Iudæi exemplo Patriarcharum vtentes, multas ſibi mulieres ſub nomine Matrimonii copulabant, non exiſtimantes factum illud patriarcharum ad alicuius ſacramenti myſterium eſſe referendum, & ius quoddam ſingulare, non commune continere, vt eis obiicit D. Iuſtinus Martyr *dial. cum Tryphone Iudæo*: & Dauidis exemplo reprobat atque reprehendit: Dauidis, ait, in Vriæ coniuge delicti factum oſtendit (pœnitētia ſcilicet factâ) non itāquā fornicātes patriarchas, plures vxores habuiſſe, ſed œconomiā quandā id atq; diſpoſitionem fuiſſe, & myſteria,

omniaque Sacramenta per eos eſſe peracta non A exiſtimare debere : nam ſi permiſſum eſſet, quam quis vellet, atque vt vellet, & quot coniuges habere vellet, quemadmodum faciunt populares veſtri per omnem terram vbicumque peregrè ſunt, aut quocumque proficiſcuntur, ſub matrimonii nomine mulieres ſibi copulantes, longè magis id in Dauide permiſſum fuiſſet. Et paulò ſuprà, vbi dicit hanc fuiſſe Rabinorum ſuorum ſententiam, cui potiùs credunt quàm Deo, & nos contrà potiùs Deum quàm cœcos Rabinos ſequimur, qui plures vxores etiam ad quatuor vſque, vel quinque, permittunt habere : proinde, ait, ſi vos quoque & Prophetarum, & illius ipſius doctrina religione quapiam mo- B uet, melius fuerit Deum nos quàm inſipientes & cœcos Rabinos veſtros ſequi, qui ſane adhunc vſque diem, & quatuor & quinque veſtrûm quemque vxores habere permittunt : & ſi quis venuſtam inſpiciens eam experiuerit, cum Iacobi Iſraëlis aliorumque Patriarcharum facta commemorant, tum nihil iniqui agere ſimilia facientes aſſeuerant ; quo quidem etiam miſeri ſtultique ſunt nomine : nam, ſicuti priùs dixi, magnorum ſacramentorum œconomiæ & diſpoſitiones, in quolibet eius generis facto, ſunt celebratæ ; & poſteà nominatim oſtendit quæ in coniugiis Iacobi Patriarchæ diſpoſitio & præ- C dicatio fuerit facta, vt inde oſtendat Doctores Iudæorũ reſpexiſſe ſemper non ad illud quod ſublimius & diuinius fuit, propter quod quælibet actio Patriarcharum inſtituta eſt, ſed ad humi tantùm repentes, & concupiſcentiæ obnoxias affectiones, & ait connubia Iacobi rei per Chriſtum perficiendæ fuiſſe figuram ; quod probat etiam ex eo quod duas ſorores eodem tempore ducere Iacobo non fuit illicitum ; & pluribus perſequitur : & ſimiliter Procopius *in lib.* 3. *Regum, cap.* 17. ait, licet Deus prohibuiſſet conuerſationem cum alienigenis, tamen Heliam Prophetam ſine peccato eos frequentaſſe: Deus, D ait, conuerſationem cum alienigenis prohibuerat propter Iudæorum imbecillitatem, quam eis permiſiſſet, ſi firmi exiſtentes ipſis prodeſſe potuiſſent, quemadmodum Helias Propheta: hanc enim in lege vitandi commercii alienigenarum cauſam affert, ne fornicentur cum Diis ipſorum, aut filii Iſraël, vel viduæ nuptiis, cum nuptiis contractis ſeducantur. Item Ezechiel *cap.* 4. iuſſus eſt veſci pane in ſtercore cocto, à quo ipſe abhorrebat ; ſed paruit Deo iubenti: & *cap.* 5. etiam iuſſu Dei ritu ſurentis, raſam barbam capilloſque gladio concidit, in aërem ſparſit, & flammâ combuſſit ; & ſic de aliis multis, quorum paſſim ſunt obuia exempla. E

AD CAVSAM XXIX.

QVÆSTIO I. & II.

IN his duabus Quæſtionibus agitur præcipuè de Nuptiis Seruorum : ſed in *quæſt.* 1. ſolus loquitur Gratianus nec vllum affert canonem. Iure Ciuili cum Seruis nullum eſt connubium, id eſt, nulla eſt facultas, nullum Ius Matrimonii A contrahendi: nam connubium ibi non ſignificat matrimonium, ſed jus vxoris ducendæ, vti apud Seruium *lib.* 1. *Æneidos.*

Connubio iungam ſtabili.

Connubium, ait Seruius, jus Matrimonii legitimi: & Iſidorus *lib.* 9. *originum cap.* 8. dicitur, ait, Connubium, cùm æquales in nuptias coëunt, vt puta ciues Romani: & inter Seruos Matrimonium cõtrahi non poteſt, *l. ſi ancilla. D. de conditionibus & demonſtrationibus, l.* 3. *Cod. de inceſtis nupt.* & inter ſeruiles Perſonas eſt tantùm Contubernium, *l.* 14. *D de ri. nupt.* 1. Nuptias enim iuſtas ſoli ciues Romani inter ſe contrahunt, *Inſt. de nuptiis.*

B Iure vero Canonico res longè aliter ſe habet: jus enim Canonicum non conſiderat ſtatum fortunæ hominum, ſed naturæ ; cumque omnibus hominibus vnus ſit Deus, ita vnam exiſtimat etiam eſſe legem Matrimonii inter ingenuos & ſeruos, *can.* 2. *&* 8. *quæſt.* 2. vnde Iſidorus Peluſiota dicebat *lib.* 1. *epiſt.* 471. ſeruis tanquam nobis ipſis vtendum eſt ; homines enim illi, noſtri inſtar ſunt ; anticipata quippe opinio, vel belli fortuna, vel vis armorum eos in aliorum poſſeſſionem redegit : at reuera omnes vnum atque idem ſumus, ſiue naturam, ſiue fidem, ſiue futurum iudicium ſpe- C ctemus. Et Philo Iudæus, *lib. de ſeptenario, & Feſtis* ; mercenarius eſt, mi homo, qui dicitur ſeruus ; & ipſe homo cum ſit, ſupremam tecum cognationem habet, *ἴσον ὡς ἐν τῇ φύσει τὸ συγγένειαν* : quod ex multis aliis Patrum locis comprobari poſſet ; Deus enim vnus eſt cum quo omnes ſumus vnum genus ac proles, vt ait Pindarus *Ode 6. Nemeor.* & ſaltem vnum omnes in domino ſumus ; vt ait Gregorius Nazianzenus *orat.* 16. omnes enim, inquit, vnum in Domino ſumus, ſiue diues, ſiue pauper, ſiue ſeruus, ſiue liber, ſiue ſanus, ſiue æger ; atque vnum omnium Caput, ex quo & omnia Chriſtus. Deni- D que tàm ſeruorum quàm liberorum redimendorum gratiâ venit, eodem loco habens omnes præcepta ſua ſeruantes ; quemadmodum & qui Iacobo tum ex liberis, tum ex ſeruis progeniti ſunt filii, omnes eodem iure fuere, vt dicit Iuſtinus Martyr *dialogo cum Tryphone Iudæo.*

Ius ergo Canonicum conſiderat omnes homines æquales, & per conſequens à natura liberos, & ideò neq; ſeruum, neq; liberũ eſſe à ſacramentis Eccleſiæ remouendum, vt ait Summus Pontifex *cap.* 1. *de coniugio ſeruorum*, imo conſiderat ſecundum doctrinam D. Pauli *in* 1. *ad Corinthios cap.* 4. eum hominẽ qui vocatur apud homines liber, eſſe ſeruum Chriſti, & eum qui vocatur ſeruus eſſe Domini libertum.

E Ex his rationibus motus Imperator Alexius Comnenus, cum audiuiſſet matrimonia ſeruorum fieri ſine ſacra benedictione, ita cauentibus Dominis, ne ſeruorum ſuorum dominium ex ea cauſa amitterent, iuſſit vt benedictio adjiceretur: vnus enim, ait, eſt Dominus omnium, vna fides: vnum baptiſma ; & quod ad fidem quidem attinet, dominii & ſeruitutis differentiam non cognoſcimus ; omnes enim ſumus ex æquo ſerui eius qui nos ſuo diuino & viuifico ſanguine redemit. Igitur, licet olim vigente lure ſeruitutum, matrimonia contracta à ſeruis ſine conſenſu dominorum, nulla eſſent, vt patet ex *can.* 42. *D. Baſilij ad Amphilochium* ;

quem poſteà afferemus; hodie tamen iure noſtro ſerui matrimonium contrahere poſſunt, *can. 1. quæſt. 2.* idque etiamſi ſeruus, & ſerua contrahentes diuerſos dominos habeant, dummodo licentiam contrahendi acceperint à ſuis dominis, *can. 8. quæſt. 2.* quâ non obtentâ, olim matrimonia contracta ſine conſenſu domini à ſeruis, nulla erant, vt patet *ex can. 42. D. Baſilii ad Amphilochium*; hodie etiamſi contradicentibus dominis ſuis, contraxerint, valent *cap. 1. de coniugio ſeruorum*: & ratio cur ſerui matrimonium inire poſſint æquè ac liberi, eſt, quia æquè dictum eſt de ſeruis ac de ingenuis quod Deus coniunxit homo non ſeparet, *dict. can. 2.* Verùm contractum à ſeruis matrimonium non eos liberat à ſeruitio quod ſuis debent dominis, *dict. can. 8. & dict. cap. 1. de coniugio ſeruorum.*

Poſſunt etiam ingenui ſeruam in matrimonium accipere, nec poſteà licet eis eam dimittere, ſi ſcienter & non ignoranter cum ea contraxerint, *can. 2. quæſt. 2.* Et ſimiliter ingenua mulier poteſt accipere ſeruum in maritum, dummodo ſciat eum eſſe ſeruilis conditionis, *can. 5. ead. quæſt. 2.* quia, vt ibi dicitur, cùm omnes vnum Patrem habeamus in cœlis, vna lex etiam debet eſſe viro & fœminæ: idemque definitur *can. 4. in fine, quæſt. 2.* Aliud eſt ſi ingenuus ancillam duxerit in vxorem, quam exiſtimabat eſſe ingenuam: nam tum, vt dicitur *dict. can. 4. quæſt. 2.* ſi eam à ſeruitute redimere poteſt, id faciat; vel ſi id non non poteſt, ſi voluerit, aliam accipiat: & *cap. 2. 3. & 4. de coniugio ſeruorum* dicitur, ſi voluerit; nam poteſt nouo conſenſu cum ea manere *dict. cap. 2. 3. & 4.* & in hoc etiam negotio ſolet examinari, an errore comperto, cum ea concumbere non deſtiterit, quia id pro nouo conſenſu habetur, *dictis capp. 2. 3. & 4. de coniugio ſeruorum.* At ſicut ſeruitus non impedit matrimonium contrahendum, ſi ita partes conſenſerint; ita nec ſuperueniens, quocumque modo contractum dirimit, ita vt ſi ingenuus qui duxit ingenuam, ſe poſteà dederit in ſeruitutem, ſubſiſtat tamen matrimonium inter talem ingenuam & ſeruum, *can. 7. quæſt. 2.* nec mulier propterea redigatur in ſeruitutem, maximè ſi non conſenſerit, *dict. can. 7.* non eſt verò mirum, ſi *dict. can. 7.* dicatur ingenuum quendam ſe ſeruum feciſſe, quod multis de cauſis fieri poteſt, vt aliquis det ſe pro ſeruo, vt loquamur cum *l. 21. §. 1. de liberali cauſa*, puta ſuis neceſſariis infenſus, quo ſcilicet eos dolore, iniuriâ, & infamia afficiat, *l. 1. & 2. D. de liberali cauſa*, item animo furandi, & ſpe poſteà reparandæ libertatis, *l. 41. & 43. D. eod. tit.* item zelo Charitatis, quò parentes, liberos, vxorem, amicum ſeipſo chariorem redimeret; aut vt Paulinus Epiſcopus Nolanus faciebat, qui ſe pro aliis in ſeruitutem dedit, vel ſaltem dari paſſus eſt amore cuiuſdam captiui: item cùm quis ingenuus pacto participationis vendi ſe patitur, eſtque maior 20. annis, *l. 5. D. de ſtatu hominum, & l. 4. D. de liberali cauſa*, vbi id participationis pretii pactum appellatur; & par eſt turpitudo huic participationi pretii; cùm quis venundari ſe patitur ad gerendum actum, *l. 6. §. de iniuſto rupto* & notandum eſt eos qui ſe his vltimis duobus modis vendiderant, ſe penitùs abdicare libertate; ita vt non poſſent etiam intra quinquennium ingenuitatem proclamare, *l. 2. D. ſi ingenuus eſſe*

A *dicetur*, cùm hi qui alio modo ſerui facti ſunt, proclamare poſſint intra quinquennium ingenuitatem, nec officiat manumiſſio. Interdum tamen ſi pretium reddiderint, & hi proclamare poterunt, ſcilicet ſi iuſta cauſa ſubſit, ſed apud Principem tantùm, *dicta l. 2. §. 1. ſi ingenuus, &c.* non apud Magiſtratum.

Quid ſit ingenuus & ſeruus oſtendit Iuſtinianus *Inſtit. de iure Perſonarum, & de ingenuis.* ingenuus eſt, is qui ſtatim vt natus eſt, liber eſt; ſeruus autem vel naſcitur, vt ex ancilla; aut fit iure Gentium, vt captiuitate, vel etiam Iure Ciuili, cùm liber homo maior viginti annis ad pretium participandum ſe venundari paſſus eſt,

B vt ſupra diximus.

AD CAVSAM XXX.

QVÆSTIO I. II. III. & IV.

AGitur in primis quatuor Quæſtionibus huius Cauſæ xxx. de nuptiis cum Spirituali cognata, ſeu de ſpirituali Cognatione, quæ non eſt parua, imò, vt ait Gregorius Nazianzenus *epiſt. 95.* eſt maior cognatione corporali: *ἡ πνευ-*

C *ματικὴ συγγένεια τῆς σωματικῆς κρείττων*; & *can. 53. Synodi Trullana* idem planè refert. Ea verò Cognatio Spiritualis oritur præcipuè ex Baptiſmo, & illa inſufflatione quâ regenerati ſumus, vt rectè idem Nazianzenus *oratione 16.* alius enim, ait, nobis mundus eſt, omnibus rebus quæ oculis cernuntur longè ſublimior ac diuturnior, patria autem ſupernæ Hieruſalem, quam nullus Antiochus obſidione cinget, nec ſpem habebit fore vt ditioni atque imperio ſuo ſubiiciat, vtpote firmam & inexpugnabilem: Cognatio autem, inſufflatio illa, & qui ſecundum virtutem progeniti ſunt: nam, vt rectè D. Chryſoſtomus *lib. 3. de Sacerdotio*, ſunt aliqui partus in Baptiſmo &

D ſpiritales propagines, ipſe enim vocat *πνευματικὰς ὠδῖνας καὶ τοῦ βαπτίσματος τόκον*: & ideò etiam per Catechiſmum qui præcedit Baptiſmum, Cognatio ſpiritualis contrahitur quæ impedit, ſed non dirimit Matrimonium *cap. 2. de Cognat. Spirit. in 6.*

Oritur etiam Cognatio ſpiritualis ex Confirmatione, vt dicemus infrà alio loco, & probatur *cap. 1. de Cognat. ſpirituali in 6.* Ideoque *can. 1. quæſt. 1.* dicitur ſeptem eſſe dona Baptiſmi, vti & ſunt ſeptem dona Spiritus Sancti, à primo pabulo ſalis & ingreſſu Eccleſiæ, vſque ad Confirmationem Sancti Spiritus per chriſma; & ab hoc Spiritus Sancti dono vſque ad ſeptimum, nullum Chriſtianum ſuam Commatrem

E in coniugium ſuſcipere debere *dict. can. 1. quæſt. 1.* Propter hanc verò Cognationem Matrimonium impeditur inter aliquas perſonas.

Primo impeditur inter Patrem Suſcepti & Suſceptricem, Matrem Suſcepti & Suſceptorem, *can. 5. quæſt. 1.* & *can. 3. quæſt. 4. & cap. 1. de Cognat. ſpirit.* & ſi contraxerint ſeparantur, & pœnitentiâ plectuntur, *can. 5. quæſt. 1.* vbi fit mentio Commatris ſpiritualis. Compater autem dicitur duobus modis, ſeu eſt duplex, 1. eſt Pater Filii bapuſati reſpectu Patrini vel Matrinæ, & ita Commater eſt Mater

etiam filii baptiſati reſpectu eorumdem Patrinorum, ita vt Compater Matrinæ dicatur, & Commater patrini, pater ſcilicet & mater filii baptiſati, vt conſtat *ex can.* 4. *quæſt.* 4. qui ſpiritualem, ait, habet Compatrem cuius filiom de lauacro ſacri fontis ſuſcepit: & *Synodi Trullana can.* 53. & vice verſà.

Secundò ipſi Patrini & Matrinæ cumparati cum parentibus filiorom baptiſatorum, ſunt etiam Compatres, & Commatres, & ſeparantor, *can.* 3. *ead. quæſt* 4. Confirmatur noſtra propoſitio *ex can.* 55. *Synodi Trullana*: quoniam, ait, ſpiritualis neceſſitudo, ſeu affinitas corporum coniunctione maior eſt, in nonnullis autem locis cognouimus quoſdam qui ex ſancto & ſalutari baptiſmate ſuſcipiunt infantes, poſteà quoque cum matribus illotum viduis contrahere, ſtatuimus, vt id io poſterum noo fiat; ſi qui vero fecerint, deſiſtant & fornicatorum pœnis ſubjiciantur: vbi Balſamo, ait, hanc Cognationem vſque ad quintum gradum producendam; &, ait, ex *Nouella* 24. Leonis adoptionem fieri per ſanctas preces, quod notandum, cum nullibi alibi reperiatur.

At verò olim non ſolum pater & mater filii Suſcepti, erant Compater & Commater Suſceptoribus, ſeu Patrinis & Matrinis, ſed etiam mortuo Patre ſuſcepti, omnis alius vir qui duxiſſet in vxorem matrem ſuſcepti, vxor quæ nupſiſſet Patri ſuſcepti, mortuâ eius matre, ſimiliter Compater aut Commater habebatur: idque introductum erat propter hanc rationem, quod vir & vxor fiant vna caro; vnde Pater ſuſcepti, idemque Compater faciebat ſecundam ſuam vxorem Cõmatrem Suſceptoris & Cõmater faciebat Compatrem eiuſdem noouum maritom ſuñ, non quod eſſent tales natora, ſed quod tales fierent propter vnionem eorum inter ſe, vt eſt *in can.* 3. *quæſt.* 4. idemque aſſeritur *can.* 1. *ead. quæſt.* 4. vbi dicitor, v. g. Sempronius duxerit in vxorem Titiam, quæ erat iam Commater Mæuiæ fœminæ, conſequi ex eo quod Sempronius & Titia facti ſint vna caro, Sempronium quoque reputari Compatrem Mæuiæ, nec poſſe mortuâ Titiâ matrimonium cum ea contrahere, *dict. can.* 1. ita enim, vt diximus, ſpecies facti ponenda eſt. *in dict. can.* 1. quod etiam ſeruatur *cap.* 4. *de Cognat. ſpirit.*

Verùm poſtea diſplicuit illa ratio ſummis pontificibus, & ſtatutum eſt ne propterea quod vir & vxor ſint vna caro, alter per alium fiat Compater vel Commater, ideoque nihil obſtare quin quis mortuo compatre ſuo eius vxorem, quæ non erat commater niſi per virum ſuum, duceret, & è contrario; eo quod nulla inde propinquitas exoriator *can.* 4. & 5. *quæſt.* 4. idque factum ad tollendas cauſas peccandi in matrimonio, quod, vt habetur in *concilio Tridentino ſeſſ* 24. *cap.* 2. *de Reformat.* propter multitudinem prohibitionum multoties in caſibus prohibitis ignorantes contrahuntur Matrimonia.

Ex his verò omnibus ſequitur atque colligitur quod ſi Suſceptor vel Suſceptrix non poſſint Commatri vel Compatri ſuo, id eſt Patri vel Matri Suſcepti coniungi, fit multò magis vt quis matrimoniu copulatos non poſſit è contrario de fonte ſuſcipere ſuos filios communes,

A & quicumque eos acceperit cum vxore, ſeparetur ab ea, nec amplius habeat vſum thori; nec enim diſſoluetur matrimonium: & ſi id præſumpſerit, anathemate feriatur donec pœnituerit, *can.* 1. *quæſt.* 1. & licet ex quorumdam ſententia diſſolueretur olim matrimonium, melior tamen ſententia fuit vt non diſſolueretur *cap.* 2. *de Cognat. ſpirit.* & ita *cap.* 5. *eod. tit.* non diſſoluitur ex eo quod vxor aliqua viri ſui filiom ex concubina ſuſcepiſſet de fonte, imò vix impeditor ex ſententia Alexandri 3. cum tamen ex Innocentii 3. ſententia *cap.* 6. ſi filium ex vxore vel viro, quis vel quæ ſuſceperit, impediator.

B Adhibetur vero diſtinctio *can.* 1. *quæſt.* 1. vt ſi vnus ex coniugibus hoc ſcienter fecit, puta vt Matrimonium diſſolueretur, non diſſoluatur tamen, ſed inſidiatori pœnitentia imponatur, ſique ſuperuixerit adhuc in pœnitentia viuat, & ſine ſpe coniugii maneat, *dict. can.* 5. *quæſt.* 1. adhibetur & exceptio *in can.* 7. *ead. quæſt.* 1. niſi in neceſſitate & periculo mortis, Pater filium ſuum baptiſauerit, cum eſſet ſolus; tunc enim manebit cum vxore, *dict. can.* 7. Item inde fit etiam vt non poſſit ſuſcipere filium vxoris ſuæ ex alio connubio ſuſceptum, vel contrà. Quòd ſi id fecerint, diſtinguitur *can.* 3. *quæſt.* 1. vel enim de conſenſu communi id fecerunt, vt ſe-
C parentur, quoad thorum V. G. & tunc debent ſeparari, licet peccarint; vel vnus id fecit alio inſcio, vel non de eius conſenſu. Et tunc non poſſunt ſeparari *dict. can.* 3.

Atq; non ſolùm quis prohibetur filiaſtrum, vel filiaſtram ſuſcipere in Baptiſmo, ſed etiã in Confirmatione, quod ſi fecerit, ſeparatur ab vxore, *can.* 2. *quæſt.* 1. ſed diſtinctio adhibetur *can.* 4. nam ſi in fraudem id factum fuerit, nón ſeparantor, *dict. can.* 4. nam hoc peccatum viſum quidem eſt dignum Pœnitentia, non autem tale vt per illud nuptiæ diſſoluerentur, *can.* 6. *quæſt.* 1.

Item fit, vt non poſſint vir & vxor alicuius alterius tertii puerum ſimul ſuſcipere in Baptiſ-
D mo, *can.* 6. *quæſt.* 4. vbi dicitur quod licet id nullà reperiatur authoritate prohibitum, ideò tamen prohibetur, vt potitas ſpiritualis paternitatis ab omni labe & infamia conſeruetur immunis, *dict. can.* 6. *quæſt.* 4.

Secundò prohibitum eſt nuptias fieri inter Suſceptorem & filiolam ſeu ſuſceptam, *can.* 5. *quæſt.* 1. idem etiam definitur in Nicæna Synodo *n.* 21. his verbis; nemo fidelium cum Patre vel Matre ſpirituali matrimonium contrahat, id eſt cum Patrinis aut Matrinis, & qui hoc commiſerit habeatur tanquam ethnicus, quouſque ſeparentur, & ſpatio viginti annorum Pœnitentiam
E peccati agat; & *l. ſi quis alumnam, Cod. de Nuptiis*; ea perſona omnimodè ad nuptias venire prohibenda, quam aliquis, ſiue alumna ſit, ſiue non, è ſacroſancto Baptiſmate ſuſcepit, cum nihil aliud ſic inducere poteſt paternam affectionem & iuſtam nuptiarum prohibitionem, quam huiuſmodi nexus, per quem Deo mediante, animæ eorum ſunt copulatæ: & *cap.* 4. *de Cognat. ſpirit. in* 6. in quo etiam prohibentur nuptiæ inter Baptiſatum & vxorem Suſcipientis cognitam ab eo ante ſuſceptionem. Et ratio ſuperiorum eſt, nam Suſceptores fiunt quaſi Patres eorum, vt patet ex locis citatis, & ita vocantur à Simeone Metaphraſte *de vita S. Epi-*

phanii Conſtantiæ Epiſcopi; & ex *can.* 1. *quæſt.* 3. vbi dicitur quod diligere debet homo eum qui ſe ſuſcepit de ſacro fonte, ſicut Patrem.

Ex eo verò qood qui ſuſcepit aliquem de fonte ſacro, eſt veloti pater, fit vt eios filii naturales, habeantur veluti ſratres ſuſcepti, & non poſſint cum eo matrimonio coniungi, *can.* 1. 2. 3. 4. *&* 5. *quæſt.* 3. quia ſi adoprio poteſt fratrem facere filii naturalis, filiom adoptiuum, multò magis gratia Diuina quâ adoptamur ſpiritualiter, id poterit, *can.* 1. *quæſt.* 3. Poſſunt tamen eius filii com aliis filiis compatris, ſeu cum fratribus ſoſcepti matrimonio copulari quandoquidem baptiſati perſona tantùm excipitur, *can.* 4. *quæſt.* 3.

B Et quidem quod attinet ad eum qui ſuſceptos eſt, is cum aliis filiis Suſceptoris nobere non poteſt, niſi alia ſit conſuetodo, *cap.* 3. *de Cognat. ſpirit. in Sexto* & *cap.* 7. *eod. tit.* eaque Cognatio impedit, & dirimit Matrimonium, *cap.* 8. *eod.* Et coofirmatur ex *cap.* 1. *eod. tit. in Sexto.* Quod verò ad alios attinet filios præter Baptiſatum, olim quidem diſtinguebatur; nati aotè Compaternitatem poterant nuptias inire, poſt paternitatẽ verò nati non poterant inite niſi alia eſſet conſuetudo, *cap.* 1. *de Cognat. Spirit.* Hodiè verò ſiue antè, ſiue poſt fuerint nati, poſſuot coniungi, *dict. cap.* 1. *de cogn. ſpirit.* Ex eo etiam quod qui ſuſcipit aliqoem de lauacto, ſit C veluti Pater, fit vt omnes alii filii Commatris tanquam eius quoque filii, & fratres ſuſcepti, non poſſint ipſi Suſceptori matrimonio coniungi, *can.* 7. *quæſt.* 3. nec Suſceptori licebat contrahete cum aliis filiis Cõmatrum, propter eum qui in Baptiſmo ſuſceptus erat, ita vt ſuſceptori non tantùm cum Baptiſato, ſed etiam com omnibos eius fratribus poſt Compaternitatem natis, eſſet cognatio Spiritualis, & patet ex *can.* 5. *quæſt.* 3. Poſt ſoſceptom vero de fonte filium vel filiam, ait Canon, ſpiritualem, qui ex Compatre vel Commatre nati fuerunt, matrimonio coniungi non poſſunt; quia ſæculi leges non emancipatos adoptiuis prohibent copulari.

D Tertiò præter illam Cognationem quæ contrahitur inter Suſceptorem & Suſceptum, eiuſque Patrem & Matrem, contrahebatur etiam inter Baptiſantem & Baptiſatum, Pœnitentem & Confeſſorem, *can.* 8. 9. *&* 10. *quæſt.* 3. Pœnitens enim, ſicut & Baptiſatus, eſt filius ſpiritualis Confeſſoris ſui, ſicut ille Baptiſantis, B. Ephrem *lib.* 1. *Admonitionum cap.* 8. Patrem Spiritualem vocat Sacerdotem apud quem peccata pœnitens enuntiat; & apud Græcos, qui Confeſſionibus præerant, dicebaotor Patres Spirituales πνευματικοὶ, vt patet ex Athanaſio Patriarcha Conſtantinopolitano *epiſt. ad Epiſcopos proficiſcentes ad ſuas Diœceſes*, & *in Iure Græco Romano Reſponſor.* 2. *& in liturgia D. Chry-* E *ſoſtomi* eſt Precatio. ὑπὲρ τοῦ πνευματικοῦ ἡμῶν πατρὸς τοῦδε ἱερομονάζοντος, &c. id eſt pro Spiritoali noſtro Patre qui Monachus & Sacerdos eſt: & *Synodo Florentina* memorantur ἱερεῖς τοῦ βασιλέως, καὶ ὁ πνευματικὸς αὐτοῦ, id eſt Sacerdotes Regis, & eius Confeſſarius; ideoque ſi Sacerdos ad ſuam pœnitentem cauſa fornicationis seceſſerit, non ſolum dignitatis honorem amittet, ſed etiam vſque ad exitum vitæ peraget Pœnitentiam, *dict. can.* 8. peregrinando per duodecim annos, ſi eſt Sacerdos, *can.* 9. & quindecim annis ſi eſt Epiſ-

A copus, *can.* 10. ita videlicet ſi peccatum illud in conſcientiam populi deuenerit, *dict. can.* 10. & hæc qoidem olim ita ſe habebant.

Hodie verò concilio Tridentino Cognatio Spiritualis non contrahitur inter tot Perſonas: non enim contrahitur inter Suſceptorem alioſque fratres Suſcepti, nec inter Suſceptorem & ſecundam vxorem Patris Soſcepti, nec inter Suſceptum & filios Suſceptoris. Hodie ergo antedicta Cognatio Spiritualis contrahitur tantùm inter ſex Perſonas, 1. inter ſuſceptorem & ſuſceptam, ſuſceptricem & ſuſceptum, 2. inter ſuſceptorem & matrem ſuſcepti, ſuſceptricem & patrem ſuſcepti; 3. denique inter baptiſantem & baptiſatum; inter alias verò Perſonas præter has ſex, nulla eſt Cognatio quæ nuptias impedire poſſit.

Cæterum in *hac Cauſa* agitur etiam de Impedimento Legalis Cognationis, quod oritur ex Adoptione, quâ nempe Iure Ciuili filius adoptiuus non poteſt contrahere nuptias cum filia naturali Patris ſui Adoptiui, *can.* 5. *& can.* 6. *quæſt.* 3. *cap. vn. de cognatione legali & Inſtit. de Nuptiis.*

Adoptio eſt, vt ait Theophilus *Inſtitut.* actus legitimus, naturam imitans, ad eorum qui liberos non habent ſolatium inuentus. Dicitur *actus legitimus* triplici de cauſa. Prima quod C eſſet actus, qui fieret certâ formolâ & conceptione verborum in Iure, ex legis mente à prudentibus compoſita: nam actos legitimi nihil aliud ſont quàm certi & ſolemnes titus aliquid peragendi, *l.* 25. *D. de Adoptionib.* à prudentibus ex legis mente compoſiti, quæ & legitimæ actiones dicuntur *l.* 2. § his legibus. *D. de orig. Iur.* nam præter actiones quibus aliquid in Iure perſequimur, alii actus legitimi dicuntur actiones legitimæ, vt emancipatio V. G. dicitur actus legitimos, *l.* 77. *de Reg. Iur. & Nou.* 81. Et dicitur etiam legis actio, *l.* 4. *D. de Adoptionib. & Emanc.*

D Dicitur 2. Actus Legitimos propter Iuris aliquam ſolemnitatem quæ in eo obſeruabatur: nam vis quædam Ciuilis adhibebatur, imaginaria diſceptatio; nec enim ſine vindicatione perficiebatur Adoptio, vt notat Gellius *lib.* 5. *cap.* 19 quomodo in omni ceſſione in Iure, quam actum legitimum fuiſſe oſtendit Boëtius *in Topicis*, Vindicatio adhibebatur ex Vlpiano *tit.* 19. itemque in Emancipatione, *l. vlt. Cod. de Emancipat.* & *dicta Nou.* 81.

Tertiò dicitur Actus Legitimus, qoia adoptiones fieri non poterant, niſi apod eum qui legis haberet actionem, *l.* 4. *de Adopt. & l.* 3. *D. de offic. Proconſ. & l.* 1. *de offic. Iurid. & l.* 1. *Cod. de Adoptionibus.*

E Diximus, *naturam imitans*: nemo poteſt ſibi fratrem facere per adoptionem, ſed filium, quia nemo naturâ ſibi fratrem gignit, *l. apud Cod. de hæred. inſtit. & cap. vn. de Cognat. legali.*

Diximos, *qui liberos non habent*; quia orbitas initium dedit Adoptionibus: verùm deinde liberos etiam habenti adoptare interdum permiſſum eſt, *l. nec ei*, § *præterea*, *D. de Adopt.*

Eſt autem Adoptio duplex; Adoptio propriè dicta, & Arrogatio: illâ adoptantur filii familiæ Magiſtratûs imperio, eiuſque conſenſu cuius ſunt in poteſtate, ſuoque, *l.* 1. 2. 3. 4. *&* 5. *D. de Adoptionibus* iſtâ verò adoptantur patresfami-

lias, olim populi, nunc Principis authoritate, A quæ perinde valet, *l. 2. eod. tit. & l. a. Cod. eod.* ideoque olim, cùm per populum fiebat, poterat tantùm fieri Romæ ex Vlp. *tit.* 8. hodiè cum fit per Principem, poteſt & in Prouinciis, *l. Arrogationes, Cod. eod.* Item olim cùm per populum, fœminæ arrogari non poterant, quia nullaiis Comitiorum communio, vt patet ex Vlpiano, & Gellio *locis citatis.* Differunt quia in Arrogatione adhibetur cauſæ cognitio, *l. 15. & 17. de Adopt.* at in Adoptione Patris Prouidentia ſufficit, vt ait Teophilus *loco citato.*

Iam verò per Adoptionem Ius Agnationis, non tamen Ius Sanguinis affertur *l. 23. de Adopt.* B cuius legis ſenſus eſt, eum quem per Adoptionem, vel per Arrogationem aſſumimus filium, vel nepotem, agnatum & cognatum fieri agnatis noſtris, non verò agnatum vel cognatum fieri noſtris cognatis; & ita ciuilem tantùm agnationem afferre: vnde per adoptionem aliquis fit nobis patruus, & Amita, ſed non fit auunculus aut matertera, quia illi ſunt ciuilis cognationis, iſti naturalis.

Ex illa agnatione fit vt filius adoptiuus non poſſit Patris adoptiui filiam ducere in vxorem quandiu durat adoptio, adoptio enim facit filium adoptiuum, filium Patris adoptiui, & fratrem filiorum eius; denique facit agnatum, & per con- C ſequens cognatum, quos enim adoptio facit agnatos, facit & cognatos; quos verò non facit agnatos nec cognatos. *dicta l.* 23. Et ſanè adoptio cùm ſit actus legitimus, facilè agnationi quæ & ipſa legitima eſt, coniungitur, legitima enim legitimis facile cohærent, vt ait Theophilus *Inſt. de Nupt.* cùm vero diſſoluta fuerit adoptio, poteſt matrimonium contrahere: nam cùm adoptio, quæ legitima res eſt, per emancipationem, quæ etiam Ciuilis eſt, diſſoluta ſit, *l. 17. de ritu Nuptiarum, & l. 9. de liberis & poſthumis.* (Quod etiam ſeruatur Iure Canonico *cap. vn. de Cognatione Legali*) ſublata eſt agnatio, & per conſequens cognatio, quæ ab D agnatione tantùm ortum habebat. Aliud eſt in matre, vel vxore Adoptatoris patris, quam etiam Adoptione diſſolutâ, filius qui fuit Adoptiuus ducere non poteſt; & ratio eſt, quia etſi V. G. Vxor Patris Adoptiui diſſolutâ adoptione ampliùs non ſit Nouerca, eſt tamen quaſi Nouerca, & proinde quaſi Mater, vt patet ex Paulo *l. 14. D. de ritu Nupt.* quia id honeſtum non eſſet; & in Nuptiis contrahendis honeſtas potiſſimùm inſpicitur, *dicta l. 14. §.* 1. & idem eſt de Matre Patris Adoptantis.

Quærunt hîc Tryphoninus *l. 67. D. de ritu Nuptiar.* & Theophilus *Inſtit. de Nuptiis & de Adoptionib.* an quis generum ſuum poſſit adoptare, & quomodò, & an per Nuptias impe- E diatur Adoptio, an vero per Adoptionem Nuptiæ perimantur; alterum enim iſtorum duorum fiat neceſſe eſt, quandoquidem iure noſtro ſimul conſiſtere non poſſunt ſoror & coniux. Et ſanè videtur Nuptias perimi, quandoquidem Adoptio generi rem ad eum caſum deducit à quo incipere non poterat, nempe efficit vt quaſi ſorori nupſiſſe videatur gener, qui eſt frater ſororis ſuæ adoptiuus, quod fieri non poteſt: nec enim nuptiæ procedunt inter ſororem & fratrem adoptiuum; & ita Theophilus *Inſtitut.* de *Nupt.* vt infra dicemus.

Verùm melior ſententia viſa eſt Tryphonino, vt nuptiæ non dirimantur, ſed impediant adoptionem: quod magis dicendum eſt, ait Tryphoninus *dicta l. 67. §. 3.* & ipſe etiam Theophilus *Inſtit. de Adopt. in princ.* cùm ait, in ea ſpecie, niſi nuptiæ prohibuiſſent, nihil fuiſſe quo adoptio impediretur: niſi, ait, nuptiæ prohibuiſſent, quaſi velit dicere nuptias prohibere ne procedat adoptio: quapropter, inquit, *tit. de nuptiis*, ſi quis generum ſuum velit adoptare, vel ſi quis cùm filium habet, nurum ſuam velit adoptare, debet ante emancipare filium: ſed mirum Theophilum addere hæc verba, id enim niſi fecerit, per adoptionem generi vel nurus ſoluetur matrimonium; ita enim ſecum pugnat ipſe Theophilus: nam in *tit. de Adoptionib.* exiſtimat adoptioni nuptias obſtare, & impediri adoptionis effectum nihilque operari; *in tit.* vero *de nuptiis*, aliam ſequitur ſententiam, vt non adoptio impediatur, ſed vt adoptio dirimat matrimonium, quaſi dubitauerit Theophilus quam ſententiam ex his duabus ſequeretur, cùm tamen verius ſit adoptionem impediri, quàm nuptias dirimi, vt recte Tryphoninus *loco citato.*

QVÆSTIO V.

C QVot modis dicantur Nuptiæ Clandeſtinæ docet Tancredus antiquus Decretalium Interpres *cap. 3. de Clandeſtina deſponſatione.* Et s. dicit Clandeſtinum Matrimonium eſſe, quod eſt factum nullis teſtibus præſentibus, vt *cap. 2. eod. tit.* 2. quod teſtibus quidem præſentibus, & in Eccleſia etiam, verùm in Eccleſia vel Diœceſi non ſua, vt *cap. 1. eod. tit. in 2. collectione.* 3. illud cui non eſt adhibita ἱερολογία ſeu benedictio, quod Eccleſia non conciliauit, nec parentum conſenſus, nec bannorum publicatio, *cap. 3. eod. tit.* Nuptiæ Furtiuæ dicuntur, quæ D Clandeſtinæ *l. 7. Cod. de Repudiis*, multùm vero intereſt quid fiat clam an in propatulo: qui faciunt palam aliquid minùs legitimum, tanquam errantes excuſantur, aut minùs puniuntur; qui clam, grauius coercentur vt contumaces, *l. vlt. de ritu nuptiar.* Quintilianus *lib. 5. cap.* 10. dicam bonâ mente factum ideoque palam, malâ ideoque ex inſidiis, noctu, in ſolitudine. Omnium autem optime deſcribuntur ea quæ requiruntur in nuptiis vt non ſint Clandeſtinæ *can. 1. hac noſtra quæſt.* 5. Aliter, ait canon, legitimum non ſit coniugium, niſi ab his qui ſuper ipſam, dominationem habere videntur, & à quibus cuſtoditur vxor, petatur, & à paren- E tibus & propinquioribus ſponſetur, & legibus dotetur, & ſuo tempore ſacerdotaliter, vt mos eſt, cum precibus & oblationibus à Sacerdote benedicatur, & à Paranymphis, vt conſuetudo docet, cuſtodita & ſociata, à proximis congruo tempore petita, legibus detur ac ſolemniter accipiatur, & biduo vel triduo vacet orationibus, & caſtitatem cuſtodiat: ita peracta legitima ſciatote eſſe connubia; aliter vero præſumpta, non coniugia, ſed adulteria, vel contubernia, vel ſtupra, vel fornicationes potiùs quàm legitima coniugia eſſe non dubitate. *etſi* (ita legendum non & niſi) voluntas propria ſuffragauerit,

& vota ſuceutrerint legitima, etc. in quo canone enumerantur multa ſpactantia ad matrimonium, ſed aliqua ſine quibus poteſt rectè conſiſtere; ea autem omnia ſparſim etiam repetuntur in canonibus ſequentibus.

Dicitur ergo 1. quod matrimonium fiebat ab his qui dominationem habent in contrahentes, *dict. can.* 1. *quæſt.* 5. ſeu de conſenſu eorum, qui ea contrahunt & eorum in quorum ſunt poteſtate, vt eſt in *can.* 2. *&* 3. 31. *quæſt.* 2. *&* *can.* 2. 35. *quæſt.* 6. vbi dicitur parentum eſſe intereſſe nuptiis, ita vt ſi non interfuerint & conſenſum adhibuerint, ſecundum leges nullum fiat matrimonium; vbi obſerua ea verba ſecundum leges; B ex quibus colligitur Eccleſiam illis temporibus obſeruaſſe Ius Ciuile in nuptiis filiorumfamilias contrahendis, quemadmodum obſeruabat Ius Ciuile in multis aliis, vt in ſeruorum coniugio, & aliis rebus, vt ſupra diximus. Vnde *can.* 1. 32. *quæſt.* 3. dicitur quod ſi Auus ſit liber, & pater puellæ ſit ſeruus, non erit requirendus Patris conſenſus, ſed aui in nuptiis illius; ea quo manifeſtum fit conſenſum parentum fuiſſe requiſitum, etiam Iure Canonico, in nuptiis filiorumfamilias. Et confirmatur ea D. Baſilio *epiſt. ad Amphilochium can.* 42. quæ, ait, ſine iis qui habent poteſtatem fiunt matrimonia, ſunt fornicationes: nec ergo viuente Patre, nec Do- C mino, ii qui conueniunt, ſunt ab accuſatione liberi, donec coniugio Domini annuerint, tunc enim accipit firmitatem: & ex Tertulliano *lib.* 2. *ad vxorem:* nam nec in terris filii ſine conſenſu Patrum ritè & iure nubent. Item petebatur Vxor *can.* 2. 4. *&* 5. *hac noſtra quæſt.* 5. & hoc pertinet ad articulum præcedentem de conſenſu patris in nuptiis liberorum, quos habebat in ſua poteſtate.

Item legitimè dotabatur *can.* 1. 3. 4. *&* 5. niſi ſi maritus tactis ſactis Euangeliis, vel in Oratorio iuraſſet ſe talem accipere in vxorem: nam quamuis tunc nulla dos, nulla ſcriptura alia ſit interpoſita, valent nuptiæ, *can.* 9. *ead. quæſt.* 5. & ſanè obtinuit, ſine dote iuſtum eſſe matrimo- D nium, *l. vlt Cod. de donationib. ante Nuptias. l. vlt. Cod. de Repud. & Nou. Iuſtiniani* 18. *&* 22. ſed tamen fuit quando viſum eſt vt ſine dote non conſiſteret matrimonium, *can. nullum ſine dote* 6. 30. *hac noſtra quæſt.* 5. nullum ſine dote fiat coniugium, qui eſt concilii Arelatenſis: item *can.* 2. *ead. Cauſa & quæſt. & can. conſanguineorum* 3. *quæſt.* 4. *& Nou. Maioriani Imperatoris de ſanctimonialib. & viduis*, vbi dicitur ſine dote matrimonium non eſſe, nec iuſtos liberos ex ea naſci quæ eſt indotata, Quod ſanè ideò factum vt obuiam iretur fraudibus innumeris, & nuptiæ clandeſtinæ coërcerentur. Dos verò dicitur à Græcis *προὶξ*, quia datur ante nuptias, vt notat Etymologici Auctor: *προὶξ*, ait, *παρὰ τὸ προῖκα ἢ προδιδομένη εἰς τὸν τοῦ ἀνδρὸς οἶκον*, E id eſt dos ita dicta quia danda ſit priùs vt nuptui collocetur puella, deducaturque in domum.

Item a Sacerdote benedicebatur *dict. can.* 1. 2. 3. 5. *&* 7. *hac quæſt.* 5. & *cap.* 1. *de deſponſat. impuber. in* 2. *collectione.* Benedicebatur, inquam, cum precibus à ſacerdote factis, & oblationibus à ſponſa, *dict. can.* 1. *&* 3. & apud Harmenopulum *lib.* 4. *tit.* 1. *in Nouella Alexii Comneni*, vbi ponit nuptias habuiſſe *τὴν ἱερὰν εὐλογίαν*, id eſt ſacram benedictionem; & in monu-

A mento Alexii Patriarchæ Georgius quidam dicitur Theodoten cum benedictione duxiſſe, *ὁ δὲ γεώργιος μετὰ ἱερολογίας ἠγάγετο θεοδότην ὄνομα*: & apud Balſamonem *lib.* 5. *Reſponſor.* mouetur quæſtio de muliere quam quis ſubarrhauit, & mortuus tamen eſt *πρὸ τοῦ ἱερολογηθῆναι μετ᾽ αὐτῆς ὡς νενόμισται*; id eſt antequam cum ea benediceretur, ſicut conſtitutum eſt; eiuſdemque Benedictionis mentio fit *in Iure Græco-Romano titulo de laicis inceſtas nuptias contrahentibus, ex canone Timothei Epiſcopi Alexandrini*, vbi dicitur ne Presbyteri per Benedictionem nuptias inceſtas coniungant: quo loco etiam ad oſtendendam B neceſſitatem benedictionis, matrimonium definitur maris & fœminæ coniunctio, & omnis vitæ conſortium, diuini & humani Iuris communicatio, ſiue per benedictionem, ſiue per coronationem, ſiue per inſtrumentum, *εἴτε διὰ εὐλογίας, εἴτε διὰ στεφανώματος, ἢ διὰ συμβολαίου*: & ſanè ſine benedictione matrimonium apud Græcos factum nullum erat propter conſtitutionem *Leonis* Imperatoris *Nou.* 74. tantum enim tribuebant huic benedictioni, vt exiſtimarent per eam a Deo animas coniugatorum coniungi, vt patet ex Balſamone *in Nomocan. Photii tit.* 13. *de laicis*: ideoque Demetrius Syncellus in declamatione ſua, quæ erat in Iure Græco-Romano, miratur quoſdam diſiungere voluiſſe poſt bene- C dictionem quoſdam nullâ cognatione ſe tangentes, & matrimonio copulatos per benedictionem *μετὰ ἱερολογίας συναφθέντας*: & exiſtimabant etiam affinitatem maximè conſiſtere in illa benedictione, vel per eam maximè produci, vt ait Balſamo *in tit. ſuprà cit. ad Nomocan. Photii*: dicit enim inde deſcendere vt ſponſam tantùm fratris ſui v. g. vel cognati quis ducere non poſſit. *οὐδὲ γὰρ ἡ συνάφεια, ἀλλ᾽ ἡ τῶν εὐχῶν τελετὴ ποιεῖ τὰ μνηστεῖα ὡς γάμον λογίζεσθαι*; non enim, ait, coniunctio ſeu affinitas in iis, ſed precationum cæremoniæ, vt ſponſalia tanquam nuptiæ reputentur faciunt. Sciendum enim eſt apud Græcos etiam benedictionem interueniſſe æquè in D ſponſalibus, ac in nuptiis, vt conſtat ea *Alexii Comneni Nou.* relâta à Balſamone *in Photii Nomocan. tit.* 13. *de laicis*: vbi dicitur, quod lex antiqua, ſponſalia in ſola contrahentium voluntate definit, nec de alio quàm conſenſu, & contractibus, & ſponſis curioſa inquirit, nunc vero, ait, non ſolùm nuptiæ, ſed etiam ipſa ſponſalia habent ſacram quæ in eis peragitur benedictionem: & repetit Balſamo *ad can.* 38. *epiſt. D. Baſilii ad Amphilochium.*

Ratio cur in eccleſia nuptiæ fierent per Benedictionem eſt 1. quia Deus coniungens Adamum cum Eua, benedixit eos, vt oſtendit Tertullianus *lib.* 1. *ad vxorem*: vbi Coniunctio Viri & Fœminæ dicitur Benedicta à Domino; & ge- E neri humano, & orbi replendo, & inſtruendo ſæculo excogitata. Deinde quia Dei eſt tradere vxorem viro, vt dicitur *Prouerb. cap.* 19. *verſ.* 14. domus atque diuitiæ dantur à parentibus, à Domino autem vxor prudens. Ex quo loco D. Chryſoſtomus *homilia* 23. *epiſt. ad Romanos*, colligit legitimas nuptias inuentas eſſe à Deo: cum ait, inquit, ſapientum quis, quod à Domino conglutinetur vxor viro, non aliud dicit quàm Deum inſtituiſſe nuptias, non quod quiſquis mulieri vtcumque cohabitat à Deo illi ſic coniunctus, (vidimus enim multos in malo non

iuxta nuptiarum leges ſimul commorari, quod tamen Deo vtrique non imputamus) ſed quod Christus ipſe dixit, qui hominem ab initio fecit, maſculum & fœminam fecit eos, propterea relinquet homo Patrem & Matrem & adhærebit vxori ſuæ.

Huius Benedictionis conſuetudinem antiquam fuiſſe patet ex Clemente Alexandrino *lib. 3. Pædagogi cap.* 11. loquente de comis mulierum externis, quaſi impedientibus Benedictionem: cui autem, inquit, manum imponit Preſbyter, cui autem benedicit? non mulieri quæ eſt ornata, ſed alienis capillis, & per ipſos alii capitis: de hac quoque Benedictione intelligendus
B
eſt Tertullianus *lib. 2. ad vxorem* cùm laudat matrimonium quod Eccleſia conciliauit; intelligit enim conciliaſſe per benedictionem: vnde ſufficientia, ait, ad enarrandam fœlicitatem eius matrimonii quod Eccleſia conciliat, & confirmat oblatio, & obſignatum Angeli renuntiant? & *lib. de monogamia*, qualis es, ait, id matrimonium poſtulans, quod eis à quibus poſtulas non licet habere, ab Epiſcopo monogamo, à Preſbyteris & Diaconis eiuſdem Sacramenti. Ex quo colligitur non omnium eſſe Sacerdotum dare hanc benedictionem.

Porro vir vel mulier ad Bigamiam tranſeuntes non debebant à Preſbytero Benedici, quia cum alia vice benedicti ſint, eorum benedictio non
C
debet iterari, iuxta id quod dicitur à D. Ambroſio in *epiſt. 1. ad Timotheum cap.* 2. homini enim vnam vxorem decreuit Deus, nemo enim cum ſeconda benedicetur: & ita definitum eſt *cap. 1. & 3. de ſecundis nuptiis*, ita vt in *dict. cap.* 1. Capellanus qui ſecundam vxorem benedixit, ab officio, beneficioque ſuſpendatur, & abſoluendus à Papa ad ſedem Apoſtolicam remittatur.

Item publicè aſſumebatur vxor *can. 6. 30. quæſt.* 5. vbi dicitur nec ſine nuptiis publicis quiſquam nubere, vel vxorem ducere præſumat; & *can.* 2. nullus fidelis cuiuſcumque conditionis ſit, occultè nuptias faciat; & *can.* 4. publicis
D
nuptiis in coniugium liquidè ſumenda: ideoque Tertullianus *lib. de pudicitia cap.* 4. opponit matrimonio Coniunctiones Occultas, vt poſtea dicemus; & Harmenopulus *lib. 4. tit.* [illegible] *in fine, de occulto Matrimonio*, ait plectendum eſſe etiam Sacerdotem, qui operam & aſſenſum præbet occultis nuptiis: ideoque etiam ne eſſent occultæ, Banna proclamabantur, ita vocata à Gallis *cap. vlt. qui matrimonium accuſare poſſunt; & cap. cum inhibitio copula de clandeſtina deſponſatione.*

Item in Facie Eccleſiæ, vt patet ex *cap. 3. de ſponſalib. in 2. collectione*, vbi mentio fit Nuptiarum factarum in facie Eccleſiæ, *& cap. 17. eod. tit. in ead. collectione*: in conſpectu, ait, Eccleſiæ
E
nupſit: & *cap. 3. de Matrimonio contra interdictum Eccleſiæ celebrato, in ead. 2. collect.* nihil defuit, ait, niſi ſolemnitas in facie Eccleſiæ celebranda, quæ propter tempus Quadrageſimæ tunc non potuit effectui mancipari: & paulò poſt, in facie Eccleſiæ ſibi ſolemniter copulauit vxorem: & probatur valdè ex Tertulliano *lib. de pudicitia cap.* 4. ideo penes nos Occultæ quoque Coniunctiones, id eſt non priùs apud Eccleſiam profeſſæ, iuxta mœchiam & fornicationem iudicari periclitantur.

Item Solemniter accipiebatur, vt patet ex *cap.*
A
3. ſupra citato de matrim. contra interdict. Eccleſ. celebrat. & *dict. can. 1. hac noſtra quæſt.* 5. Vnde ſæpiſſimè dicitur Nuptiarum ſolemnitas, & pompa, ſeu celebritas, vt in *l. 13. 21. & 22. Cod. de nupt.* & nuptiarum feſtiuitas in *l. 24. eod. tit.* & ad ſolemnia illa refertenda eſt inſcriptio tituli de ritu nuptiarum. Per eam autem ſolemnitatem multa ſimul intelligi poſſunt, quæ innuere videtur Petrus Damiani *lib. 5. epiſt.* 18. dona, ait, ſponſalia, tabularum dotalium inſtrumenta, conuentus pronubarum, conuiuii apparatus, & ſi qua alia, hæc omnia ſimul iuncta
B
nuptias vocamus: & Optatus Mileuitanus, *lib.* 6. hoc, ait, nec mulieres patiuntur, quæ carnaliter nubunt, ex quibus ſi alicui maritum mutare contigerit, non reperitur illa temporalis feſtiuitas, non in altum tollitur, non populi frequentia procuratur: quo loco oſtendit non tantam ſolemnitatem fieri in Nuptiis Viduarum, quanta in Nuptiis Virginum.

Item à Paranymphis cuſtodita offerebatur Sacerdoti *can. 1. 3. & 4. quæſt.* 5. Dicuntur Paranymphi qui cum ſponſo domum deducebant ſponſam, quaſi paranymphii, vt Euſtathius notat *in Iliad.* & παράνυμφοι dici quaſi παρανύμφιοι, & impropriè παράνυμφοι, & παρανυμφίοι dici debere, quaſi συμπαρόντα τῷ νυμφίῳ, id eſt vnà cũ Spon-
C
ſo ducentem ſponſam, quæ νύμφη dicitur, vt Seruius annotauit *Æneidos* 8. & Iſidorus *lib. 9. originum, de coniugiis*. Idem Paranymphus parochus dicitur à Polluce *lib. 3. cap. 3. de ſponſatione Nuptiar.* eò quod præberet ſponſam ſponſo. Sed notandum Sponſum cum Paranymphis deduxiſſe Sponſam, ſi ipſe priores nuptias non contraxiſſet: nam ſi contraxiſſet, ipſe non erat præſens in deducenda in domum ſponſa, ſed alii eam deducebant, qui vocabantur non paranymphi, vel paranymphii, (nec enim erant cum nymphio id eſt ſponſo) ſed ſimpliciter nymphagogi, vt ibidem notant Iullius Pollux & Euſtathius. Porro Paranymphus ὁ παράνυμφος dicitur etiam Pronuba *in gloſſis Græco-Latinis* & apud
D
Iſidorum *lib. 9. originum, cap. de coniugiis*: pronuba, ait dicta, eo quod nubentibus præeſt, quæque nubentem viro coniungit, ipſa eſt & paranympha; nam Nympha Sponſa in nuptiis.

Item Annulus in digito Sponſæ ponebatur, *can. 3. & 7. hac noſtra quæſt.* 5 iſque in quarto digito *dict. can.* 7. vbi ratio vtriuſque rei redditur, item ait quod in primis negotiis annulus à Sponſo Sponſæ datur, fit hoc nimirum vel propter mutuæ fidei ſignum, vel propter id magis vt eodem pignore eorum corda iungantur; vnde & quarto digito annulus iſdem inſeritur, quod in eo vena quædam, vt fertur, ſanguinis ad cor
E
vſque perueniat.

Confirmatur annulum fuiſſe datum in Nuptiis ex Tertulliano *in Apologetico*; vbi idcirco Pronubum Annulum vocat: & ex Iſidoro *lib. 2. de Officiis cap.* 15. in Miſſa, ait præeunte verba Sacrificio Sponſus Annulum argenteum ſponſæ digito induit, in mutuæ dilectionis ſponſum. Annuli etiam Pronubi fit mentio in *l. 36. §. 1. D. de donationib. inter vir. & vxor.* Cæterùm notandum ex Plutarcho *in problematis*, illum annulum non habuiſſe σφενδόνην ſeu palam, & fundam, Gallicè *le chaton.* Dabatur autem annulus pro arrhis, vt conſtat ex *can. 3. hac noſtra*

quæſt. 5. & propter hanc rationem Græci dixerunt ὁρμάζειν id eſt ſubarrhare, & deſponſare, in Iure Orientali, & ὅρμον eſt ſubarrhatio apud Heſychium, à voce ὅρμος id eſt monile.

Item velabantur Nuptæ *can.* 3. 30. *quæſt.* 3. Velamen, ait, cœleſte accipiunt; cuius velaminis ratio redditur *can.* 7. & 8. *ead. quæſt.* 5. dicitur enim *can.* 7. ideò velari fœminas, vt nouerint ſe ſemper maritis ſuis ſubditas eſſe, & humiles: *can.* verò 8. dicitur eas velari ob verecundiam, quæ nuptiis præire debet, ideoque non otioſum fuiſſe quod cum veniret Rebecca, & vidiſſet Iſaac ambulantem, deſcenderit, & caput ſuum obnubere cœperit. Additur verò inſuper *dict. can.* 7. nubentes poſt Benedictionem vittâ inuicem quaſi vinculo copulari, ne compagem coniugalis vnitatis diſrumpant: illamque vittam candido purpureoque colore permixtam fuiſſe; candorem enim ad munditiam vitæ, & purpuram ad ſanguinis poſteritatem adhiberi, vt hoc ſigno & continentiæ lex tenenda ab vtriſque ad tempus admoneretur, & poſt hæc reddendum debitum non negaretur.

Coronabantur prætereà Sponſæ, non tantùm apud Iudæos & Paganos, quos prætermittimus, ſed etiam apud Chriſtianos ipſos, vt patet ex D. Baſilio Seleuciæ Epiſcopo *in vita B. Thecla.* περιθήσω μέν σοι, περιθήσω δὲ τῷ σῷ τὸν πολυπόθητον στέφανον, id eſt imponam tibi, imponam & ſponſo tuo optandam plurimùm Coronam: & ex D. Chryſoſtomo *lib. de virginitate*: & hic, inquit, qui nuper ad tumulum volutabatur, de ſubito fit ſponſus; qui comam vellebat, coronam rurſus in eodem capite geſta: & ex Tertulliano *lib. de corona militis*: Coronant, ait, & nuptiæ ſponſos. Et corona dicitur nuptialis νυμφικὸς στέφανος, apud Iulium Pollucem *lib.* 3. *cap.* 1. Fiebat autem corona, vt refert Scholiaſtes Ariſtophanis ex foliis ſeſami, papaueris, & ſiſymbrii; vel, vt refert Feſtus ex floribus verbenæ herbiſque; vel denique, vt alii exiſtimant, ex oleaſtro.

Item conuiuium publicum celebrabatur in nuptiis, vt patet ex Gregorio Nazianzeno *de vitæ differentia*: vnde in concilio Laodiceno dicitur quod non oportet Chriſtianos ad nuptias venientes ballare, vel ſaltare, ſed modeſtè cœnare, vel prandere, vt decet Chriſtianos.

Denique in domum mariti deducebatur: vnde formula loquendi vſitata eſt, vxorem ducere, quâ vſi ſunt Latini & Græci. Plautus *in Aulul.* volo te domum vxorem ducere; & *in Ciſtellar.* illam extruder cùm hanc vxorem ducet domum: [V]alerius Maximus *lib.* 4. *cap.* 4. loquens [de] Megalia dotata, ſic ait, maritam domum intrauit; & Seruius in illud 3. *Æneidos*

Et patrio Andromachen iterum ceſſiſſe marito.

exponit illud ceſſiſſe marito, pro domicilium mutare ſuum, & tranſire in domicilium viri: ſecundum ius, ait, loquutus eſt, quia vxor viri domicilium ſequitur: & Lyſias *oratione de cæde Eratoſthenis* καὶ γυναῖκα ἠγαγόμην εἰς τὴν οἰκίαν, & vxorem deduxi in domum: & Scholiaſtes Euripidis *in Oreſte*, ait, deductiones illas in curru fieri ſolitas; vnde currus ipſi dicti ἁμάξαι ἢ πάροχοι. Illum vero morem deducendi vxorem in domum, manaſſe à Deo ipſo quando Euam ad Adamum deduxit, docet eleganter Seuerianus *homilia* 5. *in Hexameron*, vbi ita concludit, ἔμεινεν οὗτος ὁ νόμος ἕως σήμερον: manſit hic legis inſtar in hunc diem.

Porro Iure Ciuili *l.* 5. *D. de ſponſalib.* opus eſt deductione in mariti, non in vxoris domum, quaſi in domicilium matrimonii; nec tamen illa erat neceſſaria, ſi conſtaret matrimonium verè contractum fuiſſe: ſi vero non conſtaret, deductio in domum erat neceſſaria, quæ probaret matrimonium fuiſſe contractum, *l. penul. de donationib. inter virum & vxor*: vt rectè *gl. ex l.* 6. *Cod. eod. tit.*

Item nupta biduò vel triduò abſtinebat à viro, & orationi vacabat *dict. can.* 1. ſaltem ea nocte, pro reuerentia Benedictionis ipſius, *can.* 5. *hac noſtra quæſt.* 5. & ideo in *can.* 7. habetur, vt ſuprà diximus, vittâ albâ & coccineâ ſimul copulatos fuiſſe ſponſos; albâ quidem vt hoc ſigno continentiæ lex tenenda ab vtriſque ad tempus admoneatur; nam v. g. tempore Pœnitentiæ publicæ coniuges abſtinebant à conſortio, & qui nondum erant coniugati, à nuptiis, vt diximus alio loco.

Item apud Græcos, Sacerdotes coniugati, tempore quo Diuinum officium celebraturi erant, ab vſu vxorum ſuarum omninò abſtinebant, vt patet ex Synodo Trullana *can.* 13. Apud Latinos verò perpetuò abſtinent, vt colligitur *ex eod. can.* 13. *Synodi Trullanæ* & probatur ex *Synodo Carthaginenſi can.* 4. vbi Fauſtinus Epiſcopus dixit: placet vt Epiſcopus, & Preſbyter, & Diaconus, & omnes qui contrectant ſacra, temperantiæ cuſtodes à fœminis abſtineant; & concluſum eſt ab omnibus, placet omnes ſeruent continentiam, quia Altari aſſident ſeu ſeruiunt: quem canonem male explicant Græci, intelligi, vt tantùm tempore contrectationis ſanctorum myſteriorum abſtineant, vt Balſamo loco citato; & patres Synodi Trullanæ loco citato. Cæterùm concilium Tridentinum nihil de illa bidui, vel tridui abſtinentia præſcribit, ſed tantùm vt ante conſummationem, peccata confiteantur, & Euchariſtiam ſumant triduo ante. Denique nubebant in Domino vt dicitur *can.* 2. *hac noſtra quæſt.* 5. ſeu vt exponitur *can.* 4. ſecundum legem, & Euangelium, publicis nuptiis in coniugium ſumebantur; hoc eſt enim in Domino, & publicè nubere: nec enim vt habetur *can.* 6. ſine publicis nuptiis quiſquam nubere, vel vxorem ducere debet præſumere: nec facilè concedebant Apoſtoli nubere viro diuerſæ Religionis, puta Gentili, vel Iudęo, vt oſtendimus ſupra ex Patribus ita accipientibus illud D. Pauli dicentis nubendum in Domino. Addi poteſt & Balſamo *in can.* 41. *epiſt. D. Baſilii ad Amphilochium*, vbi explicat quid ſit nubere in Domino: quod autem, inquit, adiicitur canoni, & dicitur ſolùm in Domino, adjectum eſt propter infideles; in Domino enim matrimonium contrahit, quæ cum orthodoxo, non cum hęretico matrimonium contrahit. Diximus tamen ſupra ex D. Epiphanio, ſi tales nuptiæ contractæ fuiſſent à viro Chriſtiano, vel muliere Chriſtiana, cum Gentili, vel Iudæo, vel Iudæa, non fuiſſe ideo nullas, aut irritas, nec fuiſſe inter eos propterea dirimendas.

Porrò ex his omnibus quæ dicta ſunt in hac quæſt. 5. duæ Quæſtiones proponuntur valdè ſolemnes,

ſolemnes, de Matrimonio Filiorum ſine conſenſu Patris, & de omni matrimonio nullo clanculum facto.

Magna hic ergo quæſtio proponitur de Matrimonio Filiorum ſine Coofenſu Pareorum ſuorum contracto, quæ vt intelligatur, Sciendum eſt 1. Parentes peræquè apud omnes Gentes ſemper procuraſſe filiorum ſuorum Matrimonia, & ſe huic negotio immiſcuiſſe. Nam ſi de Iudæis agamus, & Abraham petiit filio ſuo vxorem à Bathüel patre Rebeccæ, & Bathüel eam dedit in vxorem filio Abrahami *Geneſis* 24. item Iſaac iuſſit Iacobum filium ſuum petere vxorem à Laban *Geneſis* 21. idem legimus *Geneſis* 38. quod Thamar vxorem dedit primogenito ſuo, idque ante legem: lege vero Moyſis promulgatâ, *Ioſué* 15. Caleb ita loquitur, qui ciuitatem percuſſerit, dabo ei Axam filiam meam vxorem; Cepit vrbem Othoniel, & dedit ei Caleb filiam ſuam vxorem: Et *Iudicum*, *cap*. 12. dicitur de Abeſau Bethlehemita Iſraelis Iudice, habuit triginta filios & totidem filias, quas emittens foras maritis dedit, & eiuſdem numeri filiis ſuis accepit vxores introducens in domum ſuam: & *Iudicum* 14. Sampſon Philiſtinam fortè intuitus, cum oculis eius illa adhæſiſſet, petut primum à parentibus ſuis vt permitterent eam ſibi dari vxorem, & à parentibus puellæ vt eam ſibi darent: & *Tobiæ* 6. & 7. iuſſus eſt Tobias iunior ab Angelo petere Saram à Raguele ipſius patre, quam petiit & obtinuit: & Moyſes ipſe *Deuteronomii* 7. & *Exodi* 34. cum loquitur de Matrimonio filiorum alloquitur parentes, tanquam huius rei arbitros: filiam tuam, ait, non dabis filio Gentilis, nec filiam illius accipies filio tuo: & Exodi 22. ac Deuteronomii 22. ſtupratâ filiâ alicuius, pater poteſt eam adhuc non dare ſtupratori, ſed ab eo petere dotem filiæ ſuæ. Sic Cyrus *apud Xenophontem lib*. 8. noluit accipere in vxorem Cyaxaris filiam, niſi cum Patris & Matris ſententia: & apud Euripidem *in Andromacha*, cùm Oreſtes peteret connubium Hermiones, hæc reſpondet eam rem pertinere ad arbitrium patris,

Sponſaliurum quidem meorum Pater meus
Curam ſubibit, hoc enim non eſt meum:

quæ verba referuntur à D. Ambroſio *lib*. 1. *cap*. 9. *de Abrahamo*; & Homerica Venus *in hymnis*, Anchiſen ei nuptura, ita alloquitur: per honeſtos tuos te parentes oro, vt me intactam adhuc, & rei venereæ inexpertem ducens, patri tuo ac reuerendæ Matri tuæ fratribuſque tuis oſtendas, & exhibeas non imparem illis notum futuram, qui ſubito mittant nuncium ad patrem meum, matremque meam, mei ſeſe cauſâ atque curâ afflictantes, auri ſatis & veſtium remiſſuros; tu vero multam ſplendidamque dotem accipies: his confectis celebra nuptias aptatas hominibus, & Diis immortalibus honorabiles, quæq; in pretio habeantur: & Leander apud Muſæum alloquitur amaſiam ſuam Heronem, ei quoque nupturam.

Non manifeſta queunt inter nos fœdera iungi,
Obſtat vterque parent.

Et apud Apuleium *lib*. 6. Venus arguit nuptias Copidinis & Pſyches factas ſine conſenſu parentum: quamquam, ait, inepta ego fruſtra filium ſeu nepotem dicam; impares enim nuptiæ, & prætcrea in villa, ſine teſtibus, & Patre non conſentiente factæ, legitimæ non poſſunt videri: & apud Martianum Capellam *lib*. 1. *de nuptiis*

A *Philologiæ* hæc Iouem patrem rogat, pro nuptiis Mercurii fratris cnucedendis.

Sciendum eſt 2. apud Romanos maximè Ius illud fuiſſe vt parentes matrimonia filiorum ſuorum conciliarent, & niſi exigeretur parentum conſenſus ipſa matrimonia nulla eſſent, vt patet ex *l. Nuptiæ, D. de ritu nuptiarum*: nuptiæ, ait, conſiſtere non poſſunt, niſi conſentiant omnes, id eſt qui coëunt, quorumque in poteſtate ſunt: & *Inſtit. de Nupt*. & *l*. 11. *de ſtatu hominum*; & *l. filiusfamilias. D. de ritu nuptiar*. item ex *l. nec filium Cod. de nuptiis*, & *l. in coniunctione, Cod. eod.* ſed id fit propter patriam poteſtatē, quæ erat propria Romanorum: nam in *l. in poteſtate*, *de* B *ſponſalib*. & in *l. filius eod. tit*. filius emancipatus, ſine conſenſu parentis ritè contrahit. Et ſecundum ea loquutus eſt Catullus his verſibus:

At tu ne pugna cum tali coniuge virgo:
Non æquum eſt pugnare, Pater cui tradidit ipſe,
Ipſe pater cum matre, quibus parere neceſſe eſt.
Virginitas non tota tua eſt: ex parte parentum eſt;
Tertia pars matri data, pars data tertia patri,
Tertia ſola tua eſt: noli pugnare duobus,
Qui Genero ſua iura ſimul cum dote dederunt.

& Terentius *act*. 5. *ſcena* 3. *Andr*.

Tibi pater me dedo, quiduis oneris impone, im-
C *pera:*
Vis me vxorem ducere, hanc vis amittere, vt potero feram.

& Plautus *in Sticho*

Pi. *Quid agimus ſoror? ſi obfirmabit pater aduerſus nos?* Pa. *pati*
Nos oportet, quod ille faciat quoius poteſtas plus poteſt.
Pi. *Gratiam ſi à patre petimus, ſpero ab eo impetraſſere;*
Aduerſari ſine dedecore & ſcelere ſummo haud poſſumus.

Iam vero dicimus 1. conſenſum parentum neceſſarium fuiſſe apud Iudæos aliaſque Gentes in D nuptiis filiorum Iure Naturali, id eſt ratione naturali. Apud Romanos verò Naturali & Ciuili: & probatur ex Theophilo *Inſtit. de nupt*. id enim, ait, fieri & Ciuilis & Naturalis poſtulat ratio; Ciuilis quidem propter ius, quod Romanorum proprium eſt; nempe patriam poteſtatem: Naturalis verò, quoniam æquum eſt vt qui ad illam vſque ætatem eos educauerunt, parentes ſcilicet, hoc honoris habeant, id eſt vt matrimonio conſentiant. Iure naturali: hæc eſt enim apud omnes lex naturæ, vt parentibus pareamus, vt ait Pomponius *l*. 2. *D. de Iuſt. & Iure*: & D. Chryſoſtomus *contra contemptores vitæ Monaſticæ*. Ius enim naturale commune eſt omnibus hominibus.

E Dicimus 2. ex eo ſequi Matrimonium contractum apud alias Gentes ſine conſenſu parentum non fuiſſe iure naturali nullum, ſed contractum tantùm apud Romanos Iure Ciuili, à filiis ſcilicet qui erant in patris poteſtate. Probatur quia naturalis obligatio non eſt Iuris vinculum tale, quod cogat ad faciendum id quod naturali Iure fieri debet, aut factum tollat, & reſcindat; ideoq; opus eſt obligatione Ciuili, vel recorrendum ad Magiſtratum; atque ideirco etſi paterfamilias poſſet aliquid ſtatuere in filium, vel ſeruum, ſi ille quid peccaſſet in patrem, vel hic in

dominum; hoc tamen intelligitur vt eſſet moderata caſtigatio, atque ſi de mediocri delicto ageretur; nam ſi ſcelus aliquod pœnâ grauiore coërcendum eſſet, Iudicibus erant à patre vel domino offerendi, *l. vn. Cod. de emendat. propinq.* & legimus quandoque filios oblatos Iudicibus vt punirentur, *l. 3. Cod. de patria poteſtate l. 13. §. de re militari.* & ſeruos etiam *l. 11. D. ad legem Corneliam de ſicariis.* Vnde Seneca *controuerſ. 17.* agens de filio à patre parricidii damnato, ait, opus tunc fuiſſe Magiſtratu: Tribunali, inquit, opus eſt, Comitio, carnifice; tanti ſceleris non magis priuatum eſſe poteſt ſupplicium quàm iudicium: & ideo ſi filii malè tractentur à patribus, recurrunt etiam ad Magiſtratum qui eos liberet à paterna poteſtate. Vnde Traianus iuſſit Patrem emancipare filium, quem malè contra paternæ pietatis officium afficiebat *l. vlt D. ſi à Parent. quis manum.* & idem Imperator in inſulam deportauit Patrem qui in venatione filium Nouercæ adulteratorem occiderat, cùm Patriam poteſtatem oporteat in pietate non in atrocitate conſiſtere *l. 5. D. ad legem Pompeiam. de Parricid.* Sic Filiæ quibus Pater peccandi neceſſitatem imponit, implorato Epiſcoporum auxilio, abſoluuntur ab ea neceſſitate, *l. 12. Cod. de Epiſcopis.* Nempe hæc ita obſeruantur, quia Ratio naturalis non habet iuriſdictionem, quâ poſſit ius ſuum perſequi, vt Ratio Ciuilis: & ideo ſi rationem naturalem inſpiciamus, ea apud Romanos nullas babebat vires aduerſus matrimonia contracta à filiis emancipatis ſine conſenſu Parentum; vt patet ex *legib. ante citatis. & l. 25. D. de ritu nuptiarum*: imo ſi Pater qui liberos habuiſſet in poteſtate, eos iniuria prohiberet vxurem ducere, vel filias nubere dotem eis non aſſignando, per Proconſules vel Præſides ad id cogi poterat, *l. 19. D. de ritu Nuptiar.* ſi filia annum 25. exceſſerit *l. mulier, Cod. de Sponſalib. & l. viduæ, & l. in coniunctione Cod. de nuptiis, & Nou. 115.* & ita filiifamilias ex cauſa legitima apud Magiſtratum cogere poterant Patrem ſuum conſentire nuptiis, quod è contrario non poterat Pater in filios, nec eos poterat ad nuptias compellere generaliter, & efficere vt cœlibes non manerent, ſed vxorem ducerent, *l. 21. D. de ritu nuptiar.* & *l. 12. Cod. eod. tit.* nec particulariter cogere ad huius, vel illius nuptias puellæ, *l. 13. D. Sponſalib. & l. 21. D. de ritu nuptiarum,* & *l. 12. Cod. eod. tit.* niſi volens cogi ſe permitteret, *l. 22. D. de ritu nuptiar.*

De Filia tamen familias dubitari potuit an cogi poſſit, & videtur cogi potuiſſe vtroque modo Iure Ciuili, 1. vt nuberet nec maneret in cœlibatu, idque propter pudicitiæ periculum, *argument. §. vnde quæſitum Inſtitutionib. de nupt. & §. cum igitur, de non elig. ſecundo nub. coll. 1.* & *gl. in l. 16. §. 1. de ritu nupt.* quod in maſculis verendum non erat 2. modo etiam vt nuberet huic, vel illi perſonæ, quod patet ex *dicta l. 12.* ita vt patris expectetur arbitrium, ipſius autem puellæ non exploretur aſſenſus, *l. 20. Cod. de Nupt.* & tantùm repugnandi licentiam habere videatur, cùm indignam moribus, vel turpem Perſonam ei elegit Pater, *dicta l. 12. Cod. eod. tit.*

Ratio differentiæ inter filios & filias, quia ipſius fœminæ plerumque aduerſus commoda propria nititur conſilium, & præſertim circa nuptias; *l. 4. Cod. de Sponſalib.* nam & in alia ſpecie Pater voluntate filiæ dotem recepiſſe videtur, cùm cauſas contradicendi non habuerit, *l. 37. l. 22. §. eo autem tempore, D. ſoluto Matrim.* quâ ratione etiam in nuptiis emancipatarum etiam viduarum quæ ſunt minores viginti quinque annis, ſententia Patris deſideratur; & Patris potiùs voluntas attenditur quàm filiæ ſi filia diſſentiat à patre, niſi ſi pares ſint genere, ac moribus competitores, *l. 18. & l. 20. Cod. de Nuptiis.*

Si etiam ad Iudæos inſpiciamus, licet apud eos potiſſimùm coniungerentur matrimonió filii à Parentibus; tamen matrimonium contractum ſine eorum conſenſu, non erat irritum: nam etiam apud eos Eſau dicitur Parentibus inconſultis vxores duxiſſe Hebræas, quæ ambæ offenderant animum Iſaac & Rebeccæ, vt 26. *Geneſis* colligitur, eiuſque filii non ideo fuerunt illegitimi, qui Duces, Principes, ac Reges fuerunt; *Geneſis* 36. Tobias etiam fœlicem euentum in ſuis nuptiis ſortitus eſt, cui tamen Patris conſenſus defuit, *Tobiæ* 7.

Dicimus 3. Eccleſiam aliquando obſeruaſſe vt Matrimonia contracta ſine conſenſu Parentum eſſent nulla propter ius patriæ poteſtatis in populo Romano vigens, credidiſſe tamen ceſſante illâ patriâ poteſtate non eſſe nulla. Probatur 1. pars ex *can. 1. aliter 30. quæſt. 5.* qui eſt Euariſti, & ita ponitur integer: ſimiliter cuſtoditum & traditum habeamus, vt vxor legitimè viro iungatur; aliter enim legitimum, vt à Patribus accepimus & à Sanctis Apoſtolis eorumque Succeſſoribus traditum inuenimus, non fit coniugium, niſi ab his qui ſuper ipſam fœminam dominationem videntur habere, & à quibus cuſtoditur, vxor petatur, & à Parentibus & à propinquioribus ſponſetur, & legibus dotetur, & ſuo tempore ſacerdotaliter, vt mos eſt, cum precibus & oblationibus à Sacerdote benedicatur, & à Paranymphis, vt conſuetudo docet, cuſtodita & conſociata, à proximis tempore congruo petita, legibus detur, & ſolemniter accipiatur, & biduò vel triduò vacent orationibus, & caſtitatem cuſtodiant, vt bonæ ſoboles generentur, & Domino in actibus ſuis placeant; taliter enim & Domino placebunt, & filios non ſpurios ſed legitimos atque hæreditabiles generabunt. Quapropter filii Chariſſimi, & meritò illuſtres, fide Catholica ſuffragante, ita peracta, legitima ſcitote eſſe connubia; aliter vero præſumpta, non coniugia ſed adulteria, aut contubernia, vel ſtupra, vel fornicationes potiùs quàm legitima coniugia eſſe non dubitate; etſi voluntas propria ſuffragata fuerit (Ita legendum, non *niſi*, vel *nec ſi*) & vota ſuccurrerint legitima; nam fructus Diuinus eſt præcepta diuina cuſtodire, ea quoque deſerere, præſumptionem eſſe nulli dubium eſt: cur ergo indignum eſt vnitatem Eccleſiæ cuſtodire? idem omnes & pariter ſentiamus & pronuntiemus; ſi enim aliter præſumpta fuerint perdunt profectò ipſi tranſgreſſores ſeipſos, qui ſemetipſos decipiunt: hæc cunctis recitanda per omnes Eccleſias Africanas ſcripta dirigite, & iſtis connectite quas adiunximus literas Præfectorum vt de his, quæ iniquè laudantur,

ſi quid tale probari poterit, iudicium fiat, & inhibita coërceantur, & mala præterita, & illicita coniugia, ſi doceantur admiſſa, dignâ ſeueritate corripiantur: ex quo loco patet quod diximus, propter patriam poteſtatem tunc vigentem quam conuellere nolebant ſummi Pontifices, Decretum cum Iure Ciuili, vt matrimonia citra conſenſum parentum contracta, eſſent nulla, ſuamque ſententiam de ea re accommodaſſe tempori; quod patet ex eo quod dicit 1. Euariſtus *fide Catholica ſuffragante*; deinde quod dicit idem Euariſtus, ſe adiunxiſſe ſuis literis literas Præfectorum; tertiò quod addit vnitatem Eccleſiæ cuſtodire, & vt idem omnes pariter ſentiamus & pronunciemus, fortè enim Catholici non deferentes huic patriæ poteſtati exiſtimabant ſe matrimonium contrahere poſſe ſine conſenſu patris, qui erat fortaſſe Gentilis, ipſique filii erant Catholici, & contrahere volebant cum Catholica, quod patet eorum approbare nolebat: nihilominùs tamen Euariſtus pro bono pacis & Vnitatis Eccleſiæ, confirmat leges Ciuiles ſuper hoc, ſed tamen videtur monere Catholicos ne temerè contrahant iniuſſu patris, quia ita contrahentes, cùm diſſolui poſſet illud Matrimonium iuxta leges & conſtitutiones, ipſi poſſent ſeipſos decipere, ſcilicet quod coram Deo fortaſſe non eſſent diſſoluta.

Et confirmatur matrimonium fieri ab his qui dominationem habent in contrahentes *can. 9. quæſt. 11.* & *can. 13. 32. quæſt. 2.* vbi dicitur, parentum eſſe nuptiis intereſſe; ita vt ſi non interfuerint, & conſenſum non adhibuerint, ſecundum leges nullum fiat matrimonium: vnde *can. 1. 32. quæſt. 3.* dicitur quod ſi auus ſit liber, & pater puellæ ſit ſeruus, non erit requirendus patris conſenſus, ſed aui in eius nuptiis: ex eo enim canone patet conſenſum Parentum fuiſſe requiſitum, etiam ex obſeruatione Eccleſiæ. Idem probatur ex *concilio Pariſienſi can. 6.* & refertur à Burchardo: nullus viduam, neque filiam alterius, extra voluntatem Parentum aut rapere præſumat, aut Regis beneficio æſtimet poſtulandam: & refertur *can. nullus 36. quæſt. 2.* item ex *Aurelianenſi 4. can. 20.* vt nullus per imperium poteſtatis filiam competere audeat alienam, ne coniugium contra voluntatem parentum copulatum, velut captiuitas iudicetur, ſed ſic vt eſt prohibitum abnuatur vel adimatur; ex *Toletano* etiam 3. *can. 10.* & refertur *can. ſanctum 32. quæſt. 2.* ſimilis de Virginibus habeatur conditio, ne extra voluntatem parentum, vel ſuam, cogantur maritos accipere. Et ſuprà oſtendimus, ſi cui rapta eſſet filia ſua, eam à raptore adimi & patri reſtitui, in cuius arbitrio eſſet eam dare, vel non dare raptori, ex *can. fin. 36. quæſt. 2.* & *can. tria ead. quæſt. 2.* item ex Tertulliano *lib. 2. ad vxorem*: vnde, ait, ſufficientia ad enarrandam fœlicitatem eius Matrimonii, quod Eccleſia conciliat, confirmat oblatio, obſignatum Angeli renunciant, pater rato habet; nam nec in terris filii ſine conſenſu patrum rite & iure nubent: & *lib. de pudicitia*, ideo penes nos occultæ quoque coniunctiones, id eſt non prius apud Eccleſiam profeſſæ, iuxta mœchiam & fornicationem iudicari periclitantur. Item Photius *in Nomocan. tit. 13. de laicis, cap. 9.* filius, ait, vel filia non poſſunt meliùs legitimè coniungi matrimonio niſi is conſentiat qui

A eos habet in poteſtate, vbi refert *canonem 38. 40. & 42. D. Baſilii epiſt. ad Amphilochium* & *canon* quidem 38. eſt de raptis quarum matrimonium in patris poteſtate relinquit: puellis, ait, quæ præter Patris ſententiam fornicatores ſecutæ ſunt, reconciliatis parentibus videtur res accipere remedium; ſed non protinus ad communionem reſtituuntur, ſed triennio puniuntur: *canon* 40. eſt de ſeruis ſed habet regulam generalem quæ ad filiosfamilias pertinet, verba ſunt: quæ præter Domini ſententiam ſe viro tradidit, fornicata eſt, quæ autem poſteà libera vſa eſt matrimonio, B nupſit; quare illud quidem fornicatio, hoc verò matrimonium, eorum enim qui ſunt in alterius poteſtate pacta conuenta firmi nihil habent: *canon* verò 42. eſt generalis & communis tàm ſeruis quàm filiisfamilias; quæ ſine iis, inquit, qui habent poteſtatem, fiunt matrimonia, ſunt fornicationes; nec ergo patre viuente, nec Domino, hi qui conueniunt ſunt ab accuſatione liberi, donec coniugio Domini annuerint, tunc enim accipit firmitatem coniugium; vbi ait Balſamo illud Matrimonium diſſolui, & puniri contrahentes tanquam fornicatores.

Verum igitur eſt Eccleſiam declaraſſe aliquando nulla, matrimonia facta ſine conſenC ſu Parentum, propter vigentem tunc Patriam poteſtatem, cui ſe accommodauit: ſicut etiam propter ſeruitutes Iure Gentium introductas multa ſecundum ius illud ſtatuit in ordinationibus Clericorum, vt patet ex *tit. de ſeruis non ordinandis.* & *1. Timoth. 6.* & *ex epiſt. canonica D. Baſilii ad Amphilochium loco ſupra citato*: & poſtea etiam ſtatuiſſe, ea poſſe fieri ſine conſenſu parentum, vel ſublatâ illâ patriâ poteſtate, quæ tota ciuilis eſt, per aliam rationem ciuilem videlicet, per emancipationem, Ius enim ciuile ciuili ratione facile tollitur; vel eâ poteſtate per deſuetudinem abrogatâ, vel denique non omninò receptâ ab Eccleſia.

D Iam verò probatur ſecunda pars, Eccleſiam crediſiſſe ſubductâ illâ patriâ poteſtate nuptias ſine conſenſu patris potuiſſe conſiſtere: videbat enim in emancipatis filiis, qui non ſunt in patris poteſtate, etiam ipſo Iure Ciuili non requiri patris conſenſum. Item poſt vigeſimumquintum annum poſſe filium impetrare vt contrahat matrimonium ſine conſenſu patris, & hoc eſt quod dicere voluit concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. cap. 1. de Reformatione Matrimonii*, damnandos eos qui falsò affirmant matrimonia a filiisfamilias ſine conſenſu parentum contracta, irrita eſſe, & parentes ea rata vel irrita facere poſſe; non dicit canon illud fuiſſe ſemper ſeruatum aut eſſe ſerE uandum, ſed dicit de matrimonio filiorumfamilias id eſſe tenendum atque ſentiendum, eorum matrimonia ſine conſenſu parentum contracta poſſe conſiſtere, & non eſſe irrita hoc ipſo quod ſint contracta ſine eorum conſenſu, nec ſtatim irrita reddi poſſe ab eorum parentibus, quod verum eſt. Et probatur quia matrimonium filiorum emancipatorum non fit irritum, & ſi pater illud rato non habeat, aut non anteà conſenſerit, ſed valet etiam ſine conſenſu parentum contractum; ſufficit enim vel hoc ſolum & vnicum exemplum, vt oſten-

datur falſam eorum eſſe opinionem qui affirmabant matrimonia filiorumfamilias contracta ſine conſenſu parentum, eſſe nulla, & negabant eſſe valida. Sed non inde præſcribunt vllam formam Patres Concilii Tridentini, nec inde volunt id eſſe perpetuò ſeruandum, aut vbique matrimonium factum ſine conſenſu parentum valere: eſt enim verum patris diſſenſum non facere irrita matrimonia filiorumfamilias, quia non ſemper hoc facit, vt patet in emancipatis: ſed fieri poteſt, vt irrita reddant ibi vbi viget patria poteſtas, vel vbi ſeruatur gloſſa *l. 25. de ritu Nuptiarum* quæ ait filios emancipatos etiam ſine conſenſu patris vxorem ducere non poſſe ſi ſint minores viginti quinque annis, eo modo quo filiæ emancipatæ, etiam viduæ, minores viginti quinque annis, ſine patris conſenſu non riè nubunt, *l. 18. Cod. de nuptiis. & l. 20. Cod. eod. Tit.* quæ leges loquuntur tantùm de fœminis, non de maſculis; ſed gloſſa prædicta eas trahit etiam ad maſculos, & nos ſeruamus eam gloſſam in Gallia, atque in maſculis etiam longius tempus conſtitutum eſt, nempe annus trigeſimus, ita vt non liceat ſine conſenſu, non tantum patris, ſed & aliorum cognatorum contrahere ante trigeſimum annum, & fœminis ante vigeſimum quintum; ita vt inde appareat Romanos non attendiſſe ſolùm ad patriam poteſtatem, ſed ad ætatem contrahentium; vel vbi matrimonium contractum ſine conſenſu parentum, pro raptu habetur, vt in Gallia, vt patet ex Conſtitutionibus Regis Henrici 3. Bleſenſibus *articulo* 24. & 40. anno 1585. item 41. & 43. vbi etiam filii minores viginti quinque annis, perſuaſi, & contrahentes ſine conſenſu patris, vel Matris, vel Tutorum pro raptis habentur. Fuit etiam opinio Ioannis antiqui Gloſſatoris, quam probat Cuiacius in *Parat. ad tit. de Raptu virginum, Cod.* & ita iudicatum refert Papo 5. Maii anno 1555. nec mirum Matris perſonam vel propinquorum, mortuo patre conſiderari in nuptiis filiorum: nam conſiderant *lex* 10. *Cod. de nuptiis*, vbi eius vel eorum conſenſus deſideratur. ſunt & alia pulchra Senatuſconſulta relata à *Chopino de ſacra politia lib.* 2.

Aliud ergo eſt dicere quid ſit ſentiendum, & dicere quid ſit faciendum, ſeu quid de facto fiat: & ita dici poteſt non negari doctrinam Concilii Tridentini, ſed non ſeruari ibi vbi viget patria poteſtas, vel vbi non eſt admiſſum ac publicatum concilium; quæ interpretatio defendi poteſt ipſis verbis concilii, cùm dicatur poſteà, ſi quæ Prouinciæ aliis vltra prædictas conſuetudinibus hac in re vtantur, eas omnino retineri ſancta Synodus exoptat: deinde etiam exemplo ſumpto ex *cap. de Conſanguinit. & Affinitate*: nam cùm regula Iuris eſſet admiſſa qua quoto gradu quis diſtabat à ſtipite eodem cenſebatur diſtare à quolibet per aliam lineam deſcendentium, ſecundum quam ſi vnus ſexto vel ſeptimo gradu diſtaret, licet alter non diſtaret niſi ſecundo vel tertio, matrimonium contrahi poterat, *cap. 9. de Conſanguinit. & Affinit.* tamen quia illius loci de quo agitur *in dicto cap.* 3. conſuetudo erat vt illa diſtantia à communi ſtipite eſſet eadem ex vtraque parte, & in computatione graduum vterque contrahentium v. g. diſtaret ſex gradibus à communi ſtipite, nec ſufficeret ſi vnus diſtaret ſex gradibus, alter verò duobus vel tribus tantùm, ideò ſecundum eam conſuetudinem matrimonium contractum inter eas perſonas quarum vtraque non diſtaret ſex gradibus, contrahi non poſſet: Reſpondet Papa ſeruandam eſſe loci conſuetudinem, nec ſcandalum populo eſſe afferendum, ex quo fit vt matrimonium eodem modo contractum in quibuſdam locis ſit nullum, in aliis vero non: & eodem modo dici poteſt, licet Matrimonia filiorumfamilias valeant, contracta ſine conſenſu parentum, tamen in Gallia, propter locorum conſuetudinem non valere; vel quia ibi patria poteſtas hunc retinuit effectum à Iure Romano, vel quia illud apud Gallos raptui comparatur, & ita ſeruatur ſententia Ioannis *ad l. vn. Cod. de raptu Virginum*, exiſtimantis etiam legem illam intelligi de his qui puellarum illecebris perſuaſi ſunt, & ratio eius ſententiæ eſt, quia raptus omnis habet peccandi occaſionem, [illegible], vt ait Balſamo *in can. 92. Synodi Trullanæ*: vnde ſequitur ſcandalum huic populo non eſſe afferendum; eadem enim ratio hoc caſu reperitur quæ *dict. cap. 3 de Conſanguin. & Affinit.* Vnde etiam ſumi poteſt argumentum pro matrimoniis clandeſtinis, quod alibi approbata ſint, alibi rejecta; & quod aliquando fuerint valida, aliquando non; intelliguntur enim ſemper eos qui cõtrahunt cõtrahere debere ſecundum locorum cõſuetudinẽ & morẽ receptum, nec aliter adhibere potuiſſe conſenſum ſuum: nec enim quod Iure prohibetur cuique facere liberum eſt, eſt enim libertas naturalis facultas eius quod cuique facere licet, niſi ſi quid vi vel iure prohibetur: in his ergo quæ prohiberi poſſunt & non prohiberi, ſi non prohibeantur, intelliguntur permitti, niſi alia ſit locorum conſuetudo, quæ ſine ſcandalo tolli nullo modo poſſit, vti eſt noſtra conſuetudo de nuptiis liberorum ſine conſenſu parentum, aut eorum in quorum poteſtate ſunt. Vnde fit vt hodie in Gallia ſi filiifamilias nupſerint ſine conſenſu parentum, quaſi ex cauſa raptus nuptiæ diſſoluantur, quia in Gallia ſeruatur *lex vn. Cod. de raptu Virginum*, & Ioannis in eam interpretatio.

Iam vero colligitur ex dictis vbi non viget jus patriæ poteſtatis, ſeu jus illud Ciuile Romanorum; ſed tantùm jus naturale, & naturalis pietas erga parentes, ibi matrimonium contractum ſine conſenſu parentum, non eſſe irritum; quandoquidem pietas illa paterna ſi violetur, pudorem tantùm affert & contemptum filio, non diſſolutionem matrimonii: & ideo ſicut patri debet plurimum concedere filius, ita & filio aliquid pater, vt fiebat in emancipatis qui contraxerant cum turpi fœmina matrimonium: nam cum eſſet non leue filii delictum etiam emancipati, *l. 3. § ſi emancipatus D. de Bonor. poſſ. ſſ. contra Tabulas*, ideo ibi dicitur in ea ſpecie, quod qui de inofficioſo cogniturus eſt, tam merita nepotis quàm patris eius delicta perpendet; quæ lex ideo eſt valde notanda: nam quando turpis eſt Vxor, poteſt pater emancipatum exhæredare, *Nou. vt cum de app.* Ius coim ſeu ratio naturalis hoc requirit; etenim cum matrimonium fiat maximè propter contrahentes, & vnicuique Deus inſpitet multa

quæ ſpectãt ad eius ſtatũ & cõſeruationem; vnde A veteres dicebãt animum vnicuiq; ſuũ eſſe Deum, *Cicero* 1. *Tuſculanarum*: ergo animus qui, vt dico, Diuinus, vt Euripides audet dicere, Deus eſt. Certiſſimum eſt non debere patres eſſe ita pertinaces in reſiſtendo voluntati filiorum ſuorum; quod confirmatur exemplo Samſonis: ille enim vt refert D. Ambroſius *in* 1. *ad Corinth.* 7. dicebat *Iudicum* 14. parentibus ſuis, Vidi mulierem, hanc mihi quæſo vxorem concilietis: cui parentes, eum deterrentes, quaſi verò in tanta populari multitudine deſint, vt vxorem à Philiſtinis incircumciſis accerſas: quid ille? hanc mihi quæſo aſciſcite, quæ placuit oculis meis, &c. & additur, & neſciebant parentes rem à Domino fieri. B Similiter enim exiſtimare debent partes hoc magis eſſe negotium Dei quàm ipſorum, dare & inuenire vxorem bonam ſuis filiis, & ſi filii perſeuerauerint in ea voluntate cum aliqua contrahendi, aut denique progreſſi fuerint vltra, debent ignoſcere, & imitari Siſynnium apud D. Ambroſium quod filio, ait, remiſiſti meo rogato, quia te inconſulto vxorem acceperat, pietati magis tribuo quàm noſtro amori; plus eſt enim pietatem ipſam de te impetraſſe quàm cuiuſquam petitionem. Certe Sacerdos tunc magis impetrat cùm virtus præualet, Sacerdotis enim petitio doctrina pietatis eſt; impetrauit igitur natura, impetrauit filius eo plenius, quia C poſtulari contemplatio temporalis ſolet eſſe, virtutis autem diuturnus habitus, & iugis animarum inductio: pulchre namque geſtum, vt te patrem recognoſceret ſimul, quia iuſta indignatio fuit, malo enim culpam fateri vt plus laudetur indulgentia paterna; ſed & ipſa offenſio paterna fuit, quoniam veniſti in locum filiæ tuæ debuiſti eligere iudicio, cui fieret Pater: namque aut natura filios ſuſcipimus aut electione, in natura caſus eſt, in electione iudicium; magiſque in Adoptatis offendimus quàm in genitalibus filiis, quia genitales filios degeneres ad naturam referimus, aſcitos adoptione vel copulà decentes eſſe nonniſi errori aſcribitur: fuit ergo quod ſuccenſeres filio, ſed fuit etiam quod D remitteres, quia ſibi vxorem elegit; acquiſiſti filiam ſine electionis periculo, ſi bonam duxit, tibi gratiam acquiſiuit, ſi errauit, recipiendo meliores facies, refutando deteriores. Maiore quidem conſilio puella filio à patre traditur ſed maiore obſequii propoſito à filio ad patrem ducitur, & à viro lecta ingreditur ſoceri domum, dum metuit & filius diſplicere iudicium ſuum, & nurus miniſterium: illum paternæ electionis prærogatiua attollit atque erigit, illam offenſionis humiliat metus, inclinat verecundia; non habebit filius quod in vxorem referat quaſi exors culpæ, ſi fortaſſe ſit offenſum, quod habet E vſus; imo ampliùs elaborabit vt in vtroque ſuum probari poſſit & in vxore iudicium & in ſe obſequium: feciſti igitur quod boni parentes, ſed obſecratus; nam aliquam rogateris non erat ignoſcere, ſed factum probare; deinde diutiùs differre veniam & tibi acerbum, & illis inutile, neque enim paterna viſcera diutiùs tolerare poſſent, &c.

Idemque etiam venit in mentem patribus concilii Colonienſis *cap.* 43. *de Sacramentis* vt refert D. Ioannes Groperus, vbi dicunt; Parochis cauendum ne liberos citra authoritatem parentum coniungant, parentes viciſſim aut negligentiores vt liberos ætatis maturæ elocent, aut in admittendo matrimonio iam contracto rigidiores ne gatores, ne vinculo iam per Eccleſiam indiſſolubili pertinaciùs obluctentur admonendos. Et ſane rem eſſe ita conſiderandam ſecundum Ius & rationem naturalem potius quàm Ciuilem, ipſi etiam Romani agnouerunt, qui non obſtante ſuà patrià poteſtate, non reſcindebant Matrimonia contracta à filiisfamilias ſine volũtate eorum in quorum erant poteſtate, vt patet ex *Paulo lib.* 2. *ſentent. tit.* 19. eorum, ait, qui ſunt in patris poteſtate, ſine eius voluntate matrimonia iure non contrahuntur, ſed contracta non ſoluuntur; contemplatio enim publicæ vtilitatis priuatorum commodis præfertur. Deinde illa poteſtas paterna non egrediebatur patris perſonam, nec tranſibat ad Matrem, vel ad Tutores aut Curatores, quia nimia erat, & veluti tollebat libertatem filiis vtendi Iure omnibus communi, nempe naturali; & maris & fœminæ coniunctionem, ideoque iure illud reſcindi & coarctari erat neceſſe. Quod non ſit eadem poteſtas agnatorum, affinium, Tutoris vel Curatoris, patet *ex l. in copulandis, Cod. de nupt. l. ſciendum, D. de ritu Nuptiarum & l. ſi Pater Cod. de ſponſalib.* quod non ſit etiam eadem poteſtas Matris patet quia Patria poteſtas non pertinet ad Matrem, ſed ad Patrem tantùm; ſed tamen eius Perſona, & propinquorum etiam conſideratur *l.* 20. *Cod. de nupt.*

Altera & non minor Quæſtio fieri poteſt circa Matrimonia Clandeſtina, de eo quod dicitur in concilio Tridentino *ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *de Reformat.* matrimonia clandeſtina libero contrahentium conſenſu facta, rata & vera eſſe matrimonia, quandiu Eccleſia ea irrita non fecit, licet ea ſemper ſit deteſtata; & deinde Matrimonium Clandeſtinum contractum aliter quàm præſente parocho, vel de licentia, alio Sacerdote, & duobus vel tribus teſtibus, factiſque denuntiationibus, nullum eſſe; nam durum alicui id videri poſſit, quod non videatur quomodo poſſit Eccleſia præſcribere impedimenta matrimonii, in quo materia & forma reperiatur; vbi enim eſt conſenſus coniugatorum ſeſe acceptantium, videtur verè contrahi matrimonium. Sed reſponderi poteſt 1. Matrimonia quidem Clandeſtina eſſe vera & rata, dum tamen non ſint ita Clandeſtina vt nullo modo de iis conſtet fuiſſe contracta; nam tunc nulla omninò erunt, ſed vt conſtet tamen fuiſſe clam contracta; & videtur ſanè Eccleſiam non conſtituiſſe olim vt eſſent neceſſariò rata vel irrita, ſed id Epiſcopi iudicio reliquiſſe; quod colligendum videtur ex Tertulliano *lib. de pudicitia cap.* 4. *ſupra citato*, vbi dicit quod occultæ cõiunctiones, iuxta mœchiam & fornicationem iudicari periclitantur, ſcilicet apud Iudicem causà cognità: prohibita vero ſunt Matrimonia Clandeſtina, vt ſupra diximus eodem loco. Reſponderi poteſt 2. Eccleſiam poſſe præſcribere impedimenta prohibentia, & dirimentia matrimonium, quod ita definitum eſt in concilio Tridentino *ſeſſ.* 24. *can.* 4. vbi dicitur ſi quis dixerit Eccleſiam non poſſe conſtituere impedimenta matrimonium dirimentia, vel in iis conſtituendis erraſſe, anathema ſit. Et ſanè ita feciſſe videtur Eccleſia tempore Euariſti, quando iudicauit matrimonia

nulla, quæ ſacta eſſent ſine conſenſu Pattom, propter Parriam poteſtatem tunc vigentem; item ita fecisſe in ſpecie *cap. 3. de Conſanguinin. & Affinit.* vt ſupra diximus. Maximè vero id poteſt Eccleſia quando agitur de malo maiore euitaodo, & minore malo eligendo, quod licitum eſt; nam cum nerui Leuiathan colligati ſunt, ſi omnino nullus euadendi ſine peccato aditus patet, in illis anguſtus vtiliter minimia ſubdimut, ne in magnis ſine venia peccemus; ſic enim plerumque neruotum Behemot iſtius perplexitas ſoluitur, dum ad virtutes maximas per admiſſa minora tranſitut, vt habetur *can. 2. diſt.* 53. & confirmatur ex Iuſtino Martyre *quæſt.* 27. in B rebus, ait, omnibus id quod minus eſt maiori præferendum eſt malo: & permulta ſunt huiuſmodi in ſacris literis, quæ noo imputat eis Deus, tanquam peccata, qui illa tranſgrediuntur, & propter eam quæ incurrit, neceſſitatem, veluti octiduana circumciſio, atque ſeptiduanus Hienchuntis circuitus, & victimatum oblatio in Sabbatho, quæ Sabbathi complectuntur violationem: ca ratio videtur dediſſe locum conſtituuoni, quà declaratur Matrimonia Clandeſtina eſſe nulla; ait enim concilium admitteodo clandeſtina matrimonia, illud malum conſequi, vt qui clam contraxerunt poſſint facilè negare ſe contraxiſſe, & facilè negent, atque relictà eà vxore cum qua clam contraxerant, cum C alia poſteà palam contrahant, & ita cum ea perpetuò viuant in adulterio: cui malo Eccleſia, quæ de occultis noo iudicat, cùm ſuccurrere non poſſet, maluit prohibere matrimooia clandeſtina; multo enim plura & grauiora mala conſurgunt ex matrimoniis clandeſtinis, quàm ex irritatione eorumdem; Matrimonia ſi quidem Clandeſtina hoc faciunt vt plerique toto tempore vitæ in adulterio perpetuo degant, viuantque; nempe quoniam ſæpe poſtquam clanculum cootraxerunt cum vna, palam poſteà contrahunt cum alia, at prohibeudo matrimonia clandeſtina, id oon ita accidit, cùm qui clanculum contraxit, debent palam modo contento D in coocilio Tridentioo contrahere, & facilè poſſit ſatisfacere concilio, ſi noo ſeruatâ illius forformâ coutraxit.

Reſpouderi 3. poteſt Eccleſiam prohibendo matrimonium aliter factum quàm ibi præſcriptum eſt, efficere tantùm vt materia & forma non rite coniuncta habeantur ad effectum producendum, & recipiendum coniugii Sacrameotum: neque enim putandum eſt matrimooium eſſe coniunctionem quamcuoique, ſed legitimam, hoc eſt factam ſecundum leges tùm Ciuiles, tùm Canonicas: Ius enim Ciuile, & idem eſt de Canonico, nou in totum à Naturali vel Gentium recedit, nec per omnia ei ſeruit, ſed addit vel detrahit, *l. 6. D. de Inſt. & Iure*; ita E vt Eccleſia quæ conciliare debet noptias aliter factas quàm ipſa præſcripſit atque conſtituit, vt v. g. in ipſo *concilio Tridentino* hoc ita hodie præſcripſerit, licet aliter aliis temporibus & aliud præſcripſit: & ita matrimooium Chriſtianæ mulieris cum Iudæo, vel Iudæ cum Chriſtiano non eſt matrimonium, ſed adulterii vicem obtiouit, *l. 2. Cod. Theod. de nupt.* ſic etiam apud Græcos in Eccleſia Conſtantinopolitana nuptiæ erant nullæ niſi acceſſiſſet ſacra *ἱερολογία*, ſeu *εὐλογία* ſacra Benedictio; vnde eſt *Nou. Leonis* 89. *ne matrimonia citra ſacram benedictionem confirmentur*, in qua ſi qui citra hanc matrimonium inierint, matrimonii iure oon potiuntur; & additur, ſi quis coniugalis vitæ deſiderio tenetur illas coniugii leges ſeruer neceſſe eſt: & *Nouella Imp. Alexii Comneni*, in qua cum ad aures eius veniſſet, quod in eius Imperio fierent Seruorum Matrimonia, ſeu coniunctiones matrimoniales ſine ſacra benedictione, ſeu quaa illa ſacra non conſequeretur Benedictio, cauentibus dominis ne ſerui ſe inuicem cum ſacra benedictione coniungerent, qua poſtea ad libertatem peruenirent; conſtituit benedictiooes oon ſolùm apud liberoa, ſed etiam apud Seruos valere; & nuptias non alioquin legitimas, & inſtitutione chriſtianâ dignas eſſe & exiſtimari, niſi etiam benedictio eos qui coniunguntur colliget, *καὶ γάμον μὴ ἄλλως ἐννομόντι, καὶ τῆς χριστιανικῆς καταστάσεως ἄξιον εἶναί τι καὶ νομίζεσθαι, εἰ μὴ καὶ ἱερολογία τοὺς συναπτομένους συνδεῖ*: abſurdum enim eſſet cùm vna io omoibus Chriſtianis fides valeat, & vnus ſit in confeſſo Baptiſmus, per quem ad Dominum deducti ſumus, & eadem ſalus à nobis omnibus ſperetur; nonnullis hanc obortam eſſe ſuſpicionem quod ſerui ſint Boni minùs participes, & liberi quidem matrimonio inuicem coniungantur priùs oratione colligati, ſerui autem à tali Bono excidant, & Deum non aſſumant in congreſſus benedictione, vel metuant quod ſi aſſumpſerint, eorum dominus in dominio afficiatur iniuria, illorum dominio priuatus, &c. exiſtimabant enim Græci vinculum maximè matrimonii conſiſtere in illa benedictione, vnde Balſamo *in tit. 13. cap. 5. Nomocan. Photii* refert ex Baſilicis hæc verba: nihil enim, inquit, æquè poteſt paternam affectionem, & iuſtam matrimonii prohibitionem introducere, vt eiuſmodi vinculum per quod Deo iotercedente eorum animæ coniunguntur.

Ex quibus patet non quidem eſſe nouum, Eccleſiam præſcribere etiam aliquando iuxta leges ciuiles, formam conciliandi & contrahendi D mattimonia, ſine qua contractus matrimonii veniant io irritum, cùm Eccleſia vtplurimum in negotio Matrimooii & in multis aliis ſe accommodet legibus Ciuilibus: nam etiam Apoſtoli, vt ait D. Epiphaoius *hæreſi* 60. ita Chriſtianæ Religionis prædicationem aggreſſi ſunt, vt veteris adhuc legis ſanctionibus eſſeot obſtricti, idque ipſum non ad carnis iuſtificationem, ſed ad concinnam atque aptam legis obſeruationem. Vnde ſomi poteſt argomentum cur in Gallia non valeat matrimonium filiorumfamilias, contractum ſine cooſenſu parentum ſuorum; & confirmari etiam ex ipſo *concilio Tridentino*, in quo dicitur *loco ſupra citato*: ſi quæ Prouinciæ aliis vltra prædictas conſuetudinibus E hac in re vtuntur, eas omninò retineri ſanctam Synodum exoptare, hæc eoim eſt conſuetudo in Gallia vt liberis ſine Conſenſu Parentum Matrimonium contrahentibus ſaltem ante trigeſimum annum ſi ſint maſculi, & vigeſimumquintum ſi ſint fœminæ, matrimonium nullum ſit iuxta *l. 18. D. de ri. nupt. & l. 10. Cod. de nupt. & gl. in l. 25. D. de ritu nuptiar.* quam ſequimur: & inſuper vt conſtat ex infinitis Curiæ Senatuſconſultis atque Decretis, Parentibus accuſatio raptus competat, ſiue ſint maſculi ſiue fœminæ qui contraxerint: ſeruatâ etiam *l. vn. Cod. de*

raptu Virginum atque Sanctimon. vel Viduar. A etiamque ſeruata ad eam legem interpretatione *Ioannis veteris Interpretis ac Iuriſconſulti*, qui huius legis Sanctionem ad Adoleſcentes etiam trahit, qui blanditiis atque illecebris mulierculcularum contrahere perſuaſi ſunt, vt notat *Cuiacius ad dict. l. vnic. & gl.* etiam, & hoc Iure vtitur Senatus, vt patet ex eius Decreto anno Domini 1602. die 10. Augusti, in quo Pater Antonius de la Planche accuſauit raptûs matrimonium filii ſui, licet vigeſimum ſecundum annum exceſſiſſet: & alio Decreto anno Domini 1569. die 10. Februarii, in quo Perreta le Vaſſor quaſi raptrix Iacobi Palhiard condemnata eſt, & infamiâ notata, matrimonio prius reſciſſo. Nec ſine ratione ſtuprum illud vocauerunt Raptum Senatuſconſulta: nam, vt ait Iſidorus, *lib. 5. orig. cap.* 15. ſtuprum raptûs propriè eſt illicitus coitus, à corrumpendo dictus: vnde Virgilius *rapto potitur*, id eſt ſtupro fruitur. Et ſanè Seruius *Æneid. lib.* 4. ita explicat, vt refert Iſidorus: rapto, ait, potitur, ſtupro fruitur; nam propriè raptus eſt illicitus coitus: & Donatus *in Adelph. act. 3. ſcena* 3. rapina ad rem, ait, raptus ad ſtuprum, ſi volumus propriè loqui; & *in onomaſtico Græco-Latino* eſt Raptus ſtuprum, *gla.* Et ſanè patet etiam Eccleſiam poſſe leges ferre quibus ſtatuatur matrimonium eſſe nullum, ex iis quæ dicuntur de Cognatione Spirituali. Olim enim vxor Compatris non poterat cum Compatre mariti, eo mortuo, nubere, *can. 1. & 3. quæſt. 4. & cap. 4. de cognat. ſpirit.* quod eſſent vna caro: hodiè verò poſſunt, *can. 4. & 5. dicta quæſt.* 4. Olim filii Compatrum præter Baptiſatum, ſaltem ſi nati eſſent poſt compaternitatem, non poterant nubere, *can. 5 quæſt. 3. & cap. 1. de cognat. ſpirit.* Hodie verò poſſunt, *dict. cap.* 1. olim diſſoluebatur matrimonium ex eo quod maritus & vxor filium de lauacro ſimul ſuſcepiſſent, vt innuitur *cap. 1. de cognat. ſpirit.* hodie non diſſoluitur, *dict. cap.* 1. Denique dici poteſt ſemper in ſanctionibus legum ſubintelligi hanc exceptionem, niſi ſit conſuetudo in contrarium talis, propter quam graue ſcandalum exoriatur; nam propter talem conſuetudinem is qui ſuſceptus eſt de fonte, cum aliis filiis Suſceptoris nubere non poteſt, *cap. 3. de cognat. ſpirit.* qui alioquin ſecundum Eccleſiæ conſtitutionem ibi poſitam poſſet, & ſimiliter *cap. 1. eod. tit.* alii filii præter baptiſatum, ſeu fratres baptiſati poſſunt ex conſtitutione canonica inire matrimonium cum filiabus Suſceptoris, at propter contrariam conſuetudinem non poſſunt.

Ex quibus patet in locis diuerſis eaſdem perſonas poſſe, & non poſſe contrahere, ſeu cum iiſdem Perſonis matrimonium valere, & non valere: vnde ſequitur verum eſſe Eccleſiam poſſe præſcribere impedimenta prohibentia, & dirimentia matrimonium.

Summa eorum quæ ante dicta ſunt tum de Conſenſu Parentum requiſito in nuptiis filiorumfamilias, tum de Nuptiis Clandeſtinis, hæc eſt. Quod attinet ad primam quæſtionem, non eſt dubium quin conſenſus parentum fuerit ſemper requiſitus apud omnes ferè nationes, apud Hebræos, Græcos, & Latinos; ſed non ideò tamen matrimonium apud omnes pæræquè Gentes fuit nullum, ſi ſine eorum conſenſu fuiſſet contractum, excepto populo Romano: nam Iure Ciuili Romanorum propter patriam poteſtatem, ſi filius in patris poteſtate poſitus & nondum emancipatus, matrimonium contraxiſſet, illud matrimonium erat ipſo iure nullum; ſecus ſi fuiſſet emancipatus: excipitur tamen filia emancipata, etiam vidua, quæ non exceſſiſſet annum vigeſimum quintum; ea enim matrimonium contrahere non poterat, non requiſitâ Patris ſententiâ, & ſi contraxiſſet, illud erat omnino nullum *l. 18. D. de ri. nupt. & l. 1 n. Cod. de nupt.* quæ leges loquuntur de filia tantùm, non de filiofamilias, ſed gloſſa in *l. 15. D. de ritu nuptiar.* eas etiam trahit ad maſculos, filioſque familias; & nos in Gallia hoc Iure vtimur, & ſequimur gloſſam illam hac in re, & ſublatâ B differentiâ inter emancipatos & non emancipatos, maſculos & fœminas, matrimonium non poteſt ab eis contrahi ſine conſenſu, non tantùm patris, ſed nec etiam matris, fratris & aliorum cognatorum ante annum vigeſimumquintum, vel trigeſimum, ſcilicet à fœminis ante 25. annum elapſum, & à maſculis ante annum trigeſimum, ita vt in Gallia non ſit propriè conſtituta patria poteſtas quæ erat apud Romanos, in Matrimoniis, tamen filiorumfamilias ſit maior quædam apud nos ſubiectio quam eſſet apud apud Romanos, 1. eo quod apud nos illa poteſtas conſentiendi matrimonio filiorumfamilias tranſit ad Matrem & alias perſonas, quæ apud C illos reſidebat in ſolo patre. 2. eo quod ius illud quod conſtitutum erat de filiabus tantùm emancipatis, & viduis, vt non nuberent ſine conſenſu patris ante vigeſimumquintum annum, productum eſt à nobis ad filiosfamilias; item Iure noſtro filiisfamilias contrahentibus ſine conſenſu parentum, ſiue ſint maſculi ſiue fœminæ, competit Parentibus, vel tutoribus etiam accuſatio raptûs, quaſi *ex l. vn. Cod. de raptu Virginum*, licet nulla vis eis illata fuerit; ſed tantùm perſuaſi & illecti ad id faciendum, in quo ſequimur ſententiam *Ioannis* veteris Interpretis, qui eam legem etiam ita accipit, quem probat Cuiacius, & vſus communis confirmat, vt conſtat ex plurimis Senatuſconſultis ea de re ſæpiſſi- D mè habitis.

Nec obſtat quod concilium Tridentinum damnet eos, qui affirmant Matrimonia à filiisfamilias ſine conſenſu Parentum contracta irrita eſſe, & parentes ea rata vel irrita facere poſſe: nam nos quidem non negamus doctrinam concilii, ſed dicimus hoc ideo dici à Patribus concilii, per modum definitionis, & deciſionis huius quæſtionis generalis, an defectu conſenſus Patris, generaliter matrimonium ſit nullum, & rectè reſpondetur non eſſe nullum; non autem per modum legis, cuius eſt iubere, imperare: & licet per modum legis hoc ita definite- E tur in eo concilio, non tamen ideò in Gallia illud eſſet ſeruandum, nec ideo derogaretur legibus noſtris, tum quia non eſt receptum Concilium in ea, tùm quia, etſi receptum eſſet, non omnia decreta conciliorum, quæ non ſunt de fide, ſeruanda ſunt, ſed videndum an id mores ferant, & an ſine ſcandalo poſſint leges locales tolli & abrogari, vt pluribus exemplis ſuprà, id fieri non poſſe oſtendimus. Quare concludimus non eſſe mirum ſi Senatus in Gallia, nulla ſemper habuit cenſuitque ea matrimonia quæ facta fuiſſent ſine conſenſu Parentum, & inſuper

Ee iiij

Tranſgreſſores noſtrarum legum Raptûs inſimulauit iuxta prædictam Ioannis gloſſatoris ſententiam. Nec enim putandum eſt Senatum temerè aliquid ſimile ſtatuiſſe contra concilium Tridentinum, ſed leges Patrias obſeruaſſe.

Quod attinet ad ſecundam quæſtionem, quæ eſt de Matrimonio Clandeſtino, dicimus verum eſſe matrimonia clandeſtina ſemper fuiſſe prohibita, vt nos ſupra oſtendimus, cùm dicebamus ea publicè non occultè & in facie Eccleſiæ, non in priuatis parietibus fuiſſe celebrata; Item authoritate Tertulliani dicentis *lib. de Pœnitentia, cap.* 4. apud Chriſtianos occultas coniunctiones, id eſt, non apud Eccleſiam profeſſas iuxta mœchiam & fornicationem iudicari periclitari; denique ex ipſomet concilio Tridentino dicente, ea ſemper prohibenda & deteſtanda habuiſſe Eccleſiam; ſed licet prohibita fuerint, non videtur ea ſemper fuiſſe ideo nulla quod eſſent clanculum facta, vt teſtatur idem concilium: & ſanè dici poteſt Eccleſiam, non ea olim ſemper declaraſſe generaliter ſuis conſtitutionibus vera, vel nulla; rata vel irrita, vti ſtatutum eſt in prædicto concilio Tridentino; ſed id arbitrio & conſcientiæ Iudicis reliquiſſe, vt iudicaret an vera vel nulla eſſent; quod confirmari poteſt ex prædicto loco Tertulliani quando dicit, occultæ quoque coniunctiones, id eſt non apud Eccleſiam profeſſæ, iuxta mœchiam & fornicationem iudicari periclitantur, quaſi diceret id totum à Iudice pendere, vel ab eius iudicio & ſententia. Hodie verò ex dicta Synodo Tridentina ea Matrimonia ſunt omninò nulla, vtpote Clandeſtina, quæ illud ita conſtituit ad euitandum maius malum, vt dicitur in eodem concilio, propter eos qui in ſtatu damnationis permanent, dum priore vxore, cum qua clam contraxerant, relictâ, cum alia palam contrahunt, & cum ea in adulterio viuunt perpetuo; ſed etſi non ageretur de maiore malo euitando, illud ita ſtatuere potuiſſet Synodus Tridentina, quacumque aliâ ratione, quandoquidem Eccleſia poteſt conſtituere impedimenta matrimonium dirimentia, vt dicitur in eadem Synodo *can.* 4. & confirmatur, quia olim Eccleſia declarauerat matrimonia nulla v. g. inter Suſceptorem & fratres Suſcepti, & inter Suſceptorem & ſecundam vxorem Patris Suſcepti, & inter Suſceptum & filios Suſceptoris; quæ impedimenta poſteà ſublata ſunt, vt ſuprà diximus. Item Eccleſia declarauerat nulla ea matrimonia quæ fuiſſent contracta vſque ad ſeptimum gradum cognationis quod impedimentum fuit poſteà ſublatum, vt patet ex *cap. de Conſanguin. & Affinit.* & ſic de aliis.

AD CAVSAM XXXI.

QVÆSTIO I.

TRactantur in *hac quæſtione* 1. de nuptiis inter Adulterum & Adulteram, & de Secundis Nuptiis. De 1. definitum eſt hic, vt nullus ducat in matrimonium eam quam priùs polluit per adulterium, *can.* 1. 2. & 3. *hac quæſt.* 1. ſed in hac re opus eſt pluribus diſtinctionibus: nam quis aut polluit aliquam mulierem per adulterium tantum, nec ea fidem dedit de matrimonio cum ipſo contrahendo, nec aliquid eſt machinata in mortem mariti; & Iure veteri, mortuo viro ſuo non poterat contrahere cum adultero, *can.* 2. *quæſt.* 1. ſecundum veteriorem eius lectionem, in quo dicitur, fieri verò connubium non poteſt, & confirmatur *can.* 3. *ead. quæſt.* nolumus enim, ait canon, nec Chriſtianæ Religioni conuenit vt vllus ducat in Matrimonium quam polluit priùs per Adulterium: ſed poſtea illud Matrimonium permiſſum eſt *cap.* 6. *de eo qui duxit in matrimon. quam polluit per adulter.* & permiſſum videtur ſaltem poſt Pœnitentiam, *can.* 5. *ead. quæſt.* 1. nam & poſt Pœnitentiam recipitur ad communionem *can.* 7. *hac noſtra quæſt.* 1.

Vel 2. quis polluit per Adulterium aliquam mulierem, & ea fidem dedit ei de contrahendo cum eo matrimonium mortuo marito, vel etiam de ea re interpoſuit iuſiurandum; & ſi fidem dederit, non valet matrimonium *cap.* 8. *eod. tit.* quin etſi de ea re iurauerit tale connubium anathematiſatur, *can.* 4. *hac noſtra quæſt.* 1.

Vel 3. polluit tantùm, nec fidem dedit de futuro matrimonio, ſed in mortem mariti machinata eſt; tunc non coaleſcit matrimonium *cap.* 3. *eod. tit. de eo &c.*, imo ſine ſpe coniugii manet vxor, ſi ſola machinata eſt, *can.* 6. vel vterque, ſi vterque ſit machinatus, *can.* 5. *hac quæſt.* 1.

Vel 4. polluit, & ea fidem dedit & in mortem mariti machinata eſt, & tunc multò magis, quia concurrunt illa omnia capita de quibus ſuprà.

Vel 5. non polluit, ſed tantum machinata eſt in mortem mariti: & ſanè tunc abſque ſpe coniugii manere debet ſi machinata eſt ſolâ hac intentione, vt cum eo alio contraheret; nec cum eo, nec cum alio contrahere poteſt *dicto can.* 6. ſi verò machinata eſt ſimul cum ipſo futuro marito, vterque abſque ſpe coniugii manebit, *dict. can.* 5.

Vel 6. non polluit, nec machinata eſt in mortem mariti, ſed tantùm fidem dedit de contrahendo cum ipſo, mortuo marito; & tunc peracta ab iis Pœnitentia poſſunt Matrimonium ſimul contrahere *cap.* 8. & 6. *eod. tit. ſuprà citato.*

Vel 7. aliquis matrimonium contrahit cum alia, adhuc viuente vxore ſuâ, & vel ignorante eâ cum qua 2. contrahit id fecit, & tunc mortuâ vxore ſua primâ diſſoluitur matrimonium, niſi ipſa ſecunda vxor per nouam voluntatem illud conciliet; vel non ignorante, & tunc ſiue ipſa ſit machinata aliquid in mortem prioris, dirimitur matrimonium *cap.* 6. *dict. tit.* ſiue non ſint machinati *cap.* 4. *eod. Tit.*

Et hi ſunt diuerſi caſus, & valdè notandi qui continentur iam in *hac quæſt.* 1. quàm in dicto titulo *de eo qui duxit in matrimonium, &c.* & ſecundum prædictas diſtinctiones decidendi.

De ſecundo articulo quem diximus contineri in *hac quæſt.* 1. nempe de Secundis & Tertiis Nuptiis, ſciendum eſt illas non placuiſſe olim Patribus Eccleſiæ D. Chryſoſtomus *ſermone*

de libello repudij, ait D. Paulum nuptias ſecundas permittere, quaſi adultera non ſit ſi alteri viro iungatur; & ideo quaſi licentiam dare, & excludere, dum ait, *tantùm in Domino*, tantùm ait, in Domino, quaſi ſimul & licentiam dans & excludens. & Origenes *homilia 17. in Lucam*; bonum eſt, ait, & primum, ſi qua poteſt Virginitatis gratiam poſſidere, ſin euenerit vt virum perdat, vidua perſeueret, nec poſt viri tantùm mortem, ſed eo quoque viuente, id in animo habeat, vt etiamſi venerit eius propoſitum à Domino coronetur; dicat ergo hoc voueo & promitto, ſi quid mihi humanum quod non opto contigerit, viduam me in contaminatam permanſuram: iamvero ſecundæ, tertiæ, quartæ nuptæ pluresque reperiuntur, nec ignoramus quod tale conjugium de Dei vos Regno ejiciet, vt enim ab Eccleſiaſticis dignitatibus non ſolùm fornicatio, ſed & digamia repellit, ſic forſitam & de cœtu primitiuorum, Eccleſiæque immaculatorum, rugam & maculam non habentis, eiicietur digamus, non vt in æternum mittatur incendium, ſed quò partem non habeat in Regno Dei: memini me alibi de Eccleſiæ diuerſitate dixiſſe, puto monogamum & virginem, & in caſtimonia perſeuerantem de Dei eſſe Eccleſia, digamum autem bonæ licet conuerſationis, & cæteris pollentem virtutibus, de Eccleſia tamen non eſſe, nec eo numero qui non habet rugam aut maculam, ſed de ſecundo gradu & his qui Domini nomen inuocant, quique in Chriſti nomine ſaluantur, non tamen ab eo coronantur digami quodammodo nec intus, nec foris ſunt: & Clemens Alexandrinus *ſtromatum lib. 3. & 7.* vnuſquiſque noſtrum habet poteſtatem ſi velit legitimam vxorem ducendi, in primis inquam nuptiis, & ſi cui Apoſtolus propter intemperantiam, & vſtionem, ex venia ſecundum concedit matrimonium; hic enim non peccat quidem ex Teſtamento, nam lege non prohibetur, non tamen implet ſummam Euangelicæ vitæ perfectionem &c. D. etiam Hieronymus multis in locis; nam in *apologia ad Pammachium*, digamam in hoc ait eſſe laudabilem quod ſit tantùm melior ſcortis: in eo, ſit, ſe putet digama laudabilem ſi ſcortis melior ſit, publicarum libidinum victimas ſuperet, & vni ſit proſtituta non pluribus: & ideo *epiſt. ad Gerontiam*, ait, digamiam in nullo merito eſſe ponendam; & cum triplicem ſementis Euangelicæ fructum totidem continentiæ gradibus attribuiſſet; digamia, inquit, in quo erit numero? imo extra numerum; certè in bona terra non oritur, ſed in vepribus & ſpinetis; & *ead. epiſt.* comparat digamiam vaſis quæ ſunt in magna domo ad contumeliam; item animalibus immundis quæ fuerunt in arca: in Arca Noé, ait, munda & immunda fuerunt animalia, homines & ſerpentes, in magna domo diuerſa vaſa, alia in honorem, crater ad bibendum; alia in contumeliam, matula ad ſecretiora naturæ: quam vltimam comparationem latiùs explicat *ad Matth. 19.* Noé cum tribus filiis ſingulas, non binas vxores in arcam, Eccleſiæ typum, induxit; in quam quæcumque animalia bina ingreſſa ſunt, immonda ſunt, & duplici numero: id ſacramentum oſtendit nec in beſtiis, ſerpentibus, auibus, crocodilis, & lacertis digamiam comprobari: vtitur & quibuſdam aliis ſcripturæ locis ad pro-

A baudam ſuam ſententiam, vt quod vnus à principio Adam, vna Eua, quod dixerit Moſes, maſculum & fœminam fecit Deus, non fœminas, & adhærebit vxori non vxoribus: vnde ita concludit; vt primus Adam in carne, ſecundus in ſpiritu ſit monogamus, vna Eua cunctorum viuentium mater, vna Eccleſia omnium Chriſtianorum parens; primus ergo Adam monogamus, & ſecundus monogamus; qui digamiam probant, exhibeant mihi tertium Adam digamum, quem ſequantur. Item exemplo Samaritanæ, etiam *in Iouinianum*: virum, ait, non habeo; arguitur à Domino quod non ſit vir ejus, vbi enim numerus eſt maritorum, ibi vir qui B propriè vnus eſt, eſſe deſiit; idemque recitat in exemplum *epiſt. ad Gerontiam*, ſe vidiſſe paria hominum è plebe, alterum viginti ſepultis vxoribus, alteram viginti duorum maritam, extremo vt putabant matrimonio copulatos, & cùm expectarent omnes vter vinceret, victor maritus, totius orbis populo confluente coronatus & palmam tenens, per ſingulos ſibi acclamantes vxoris multinubæ feretrum præcedebat. Aliud exemplum refert D. Auguſtinus *Quæſtionum mixtim* 115. quandam Romæ mulierem vndecim maritos habuiſſe, & alium virum duodecim vxores. D. etiam Gregorius Nazianzenus *oratione in dictum Euangelij*: erunt, inquit Paulus C *Epheſ. 5.* duo in carne vna, myſterium hoc magnum ad Chriſtum & Eccleſiam relatum, videtur mihi ſecundas nuptias reiicere: ſi enim duo ſunt Chriſti, duo etiam mariti, duæ quoque vxores; ſin vnus eſt Chriſtus, vnum Eccleſiæ caput, vna caro, ſecundæ reſpuuntur; quod ſi ſecundas prohibeo, quæ ratio tertiarum erit? primæ, legis ſunt; ſecundæ, indulgentiæ; tertiæ verò præuaricationis, quod vltra hæc, fuiſſe magis quàm aliud quidquam, multa nequitiæ habens exempla.

Et ſane non ſine pœnitentia tranſigebantur ſecundæ, vel aliæ nuptiæ, vt patet ex *canon. 8. quaſt. 1.* qui eſt deſumptus ex ſynodo Neocæſa- D rea de his, ait, qui frequenter vxores ducunt, & de his quæ ſæpius nubunt, tempus quidem pœnitentiæ his manifeſtum eſt conſtitutum, ſed conuerſatio & fides eorum tempus abbreuiat. & ex *can. 9. 32. quaſt. 7.* ſi quis fuerit multis nuptiis copulatus, pœnitentiam agat; conuerſatio autem & fides pœnitentis tempus comprehendat: & ex *can 4. D. Baſilij ad Amphiloch* in quo bigami vno anno, vel duobus annis pœnitentiam agunt, trigami verò tribus vel quatuor annis; ſi autem aliqui ſint trigami, id ait non ampliùs conjugium, ſed polygamiam appellari, vel potiùs *[illegible]*, id eſt, caſtigatam fornicationem, quod probat ibidem D. Baſilius ex eo E quod dixerit Dominus Samaritanæ, quæ quinque maritos iam habuerat, quem nunc habes non eſt maritus, nempe quod non ſint digni qui à digamiæ menſura exciderunt, vt vel mariti, vel vxoris nomine appellentur. Separari vero dicit v.g. trigamos à communione, ita tamen vt non omninò arceantur ab Eccleſia, ſed ſint inter audientes duobus vel tribus annis, & poſtea poſſint conſiſtere ſeu eſſe in congregatione fidelium, à boni tamen, id eſt, Euchariſtiæ communione abſtineant, *dicto can. 4.* & quia nuptiæ illę ab Eccleſia non approbabantur, ideo prohibitum eſt ne preſbyteri conuiuio ſecundarum

nuptiarum inte[...]ent, *can. 8. quæſt. 1.*

Verumtamen permiſſæ ſunt hæ nuptiæ propter incontinentiam vt habetur *can. 9. quæſt. 1.* hac ratione, inquit, & Apoſtoli præceperunt ſecundas adire nuptias, propter hominum incontinentiam: nam ſecundam quidem accipere eſt ſecundum Apoſtoli præceptum; ſecundum autem veritatis rationem eſt verè fornicatio: ſed dum permittente Deo publicè & licenter committitur, fit honeſta fornicatio, propterea benè dixit quia Moyſes hoc permiſit, non præcepit; aliud eſt enim præcipere, aliud permittere; quod enim permittimus nolentes præcipimus, quia malas hominum voluntates ad plenum prohibere non poſſumus. Item B probatur ex *can. 10.* vbi etiam exponitur dictum Domini ad Samaritanam, ſicut & *can. 12.* quomodo ergo, inquit, virginibus ob fornicationis periculum concedit nuptias, & excuſabile facit quod per ſe non appetitur; ita ob eandem fornicationem vitandam concedit viduis ſecunda matrimonia, melius eſt enim vnum virum noſſe quàm plurimos; ſi quidem illa in Euangelio *Ioannis 4.* Samaritana ſextum ſe maritum habere dicens, arguitur à Domino, quòd non ſit vir eius, vbi enim eſt numerus maritorum, ibi vir propriè, qui vnus eſt, eſſe deſiit; vna coſta à principio in vnam vxorem verſa eſt, non C tres, nec quatuor: primus Lamech ſanguinarius & homicida, vnam carnem in duas diuiſit vxores; fratricidium & digamiam eadem cataclyſmi deleuit pœna: de altero ſepties, & de altero ſepties, & de altero ſeptuagies eſt vindicatum; quantùm diſtas in numero, tantùm & in crimine: quàm ſancta ſit digamia hinc oſtenditur, quod digamus in clerum eligi non poteſt; item vidua, ait Apoſtolus, eligatur non minor ſexaginta annis quæ fuerit vnius viri vxor; hoc omne præceptum eſt de his viduis quæ Eccleſiæ paſcuntur eleemoſynis, & idcirco ætas præſcribitur, vt illæ tantùm accipiant cibos pauperum, D quæ iam laborare non poſſunt; ſimulque conſidera, quod, quæ duos habuit viros etiamſi anus eſt atque decrepita & egens, Eccleſiæ ſtipes non meretur accipere: ſi autem panis illi tollitur eleemoſynæ, quantò magis ille panis qui de cœlo deſcendit, quem qui indignè comederit, reus erit violati Corporis & Sanguinis Chriſti? &c.

Quocirca licet damnentur bigami trigami & octogami in Eccleſia, non tamen ita damnantur quin liceat eis, vt diximus, nubere, *can. 11. quæſt. 1.* quia Deus non illas damnauit *dict. can. 11. & 12.* nam v. g. Apoſtolus dixit, quod ſi dormierit vir eius, non etiam addidit primus, vel ſecundus, vt rectè dicitur *can. 13.* non damnantur, E inquam, illæ nuptiæ, ſed permittuntur vtriuſque Teſtamenti pagina, habentque tantùm numeroſitatis verecundiam, vt loquitur dictus *can. 13.* & confirmatur *can. 11. 32. quæſt. 4.* vbi dicitur Abrahamum poſt decrepitam ætatem, mortuâ Sara, alteram duxiſſe, illud ita permittente Deo, ne putarent hæretici, quibus etiam Tertullianus aſtipulator exiſtit, poſt vxoris mortem crimen eſſe ducere vxorem: & licet D. Hieronymus *in locis ſupra citatis* videatur paulò infenſior bis nuptiis, tamen non exiſtimauit matrimonium non poſſe inter digamos conſiſtere, vt ipſemet teſtatur *epiſt. ad Geruntiam, & in Iouinianum, & apologia ad Pamma*A*chium*: quid igitur? ait, damnamus ſecunda matrimonia? minimè, ſed prima laudamus: abiicimus de Eccleſia digamos? abſit, ſed monogamos ad continentiam prouocamus: non damno bigamos, imo nec trigamos, & ſi dici poteſt, octigamos & *ad Titum 3.* hæreſim eſſe Nouati & Montani oſtendit, qui ſecunda matrimonia ab Eccleſiæ communione repellebant: & D. etiam Chryſoſtomus *homilia 14. in 1. Timoth.* ait non eſſe reprehenſibiles ſecundas nuptias, quippe hæreticorum eſſe ita ſentire. Permittuntur ergo nuptiæ etiam iteratæ, ſed melior virginitas, & nuptiæ minùs iteratæ, meliores quam ſæpiùs multiplicatæ vt rectè idem D. Chryſoſto-B mus *ad Timotheum*, nam ſi non nubere, ait, multò melius eſt, quàm nubere, pari ratione ſemel, quàm ſæpiùs nubere multò, multiſque de cauſis excellentius; & ideo in *canon. 15. 32. quæſt. 1.* dicitur, nuptiæ terram replent virginibus paradiſum. Sed & hoc intuendum eſt dumtaxat iuxta Hebraicam veritatem, quod cum ſcriptura in 1. & 3. & 4. & 5. & 6. die expletis, operibus ſingulorum dixerit, & vidit Deus quia bonum eſt, in ſecundo verò die hoc omnino ſubtraxit, nobis intelligentiam derelinquens non eſſe bonum duplicem numerum qui ab vnione diuidat, & præfiguret fœdera nuptiarum, C vnde & in arca Noë, omnia animalia quæcumque bina ingrediuntur immunda ſunt, impar numerus eſt mundus; quamquam in duplici numero & aliud ſacramentum oſtendatur, quod ne in beſtiis quidem digamia comprobata eſt, bina enim egrediuntur immunda, & ſeptena quæ munda ſunt, vt haberet poſt diluuium quod impari numero ſtatim poſſet offerre Deo.

AD CAVSAM XXXII.

D • QVÆSTIO I.

IN hac cauſa 32. duæ quæſtiones verſantur. De nuptiis cum Meretrice, & de cohabitatione cum Adultera, vel alia muliere.

Quod attinet ad 1. an ſcilicet laudabile ſit Meretricem ducere in vxorem ratio dubitandi eſt quod dimittenda videatur etiam vxor meretrix & adultera, tantum abeſt vt ſit aſſumenda. Verùm reſpondendum eſt, poſſe meretricem duci in vxorem, non quidem vt meretricio more viuat, ſed vt conuertatur ad pudicitiam; & ſanè factum Oſeæ eâ ratione excuſat Hieronymus *in commentario ad Oſeam Prophetam*, quod E meretricem reddiderit pudicam: non, ait, culpandus interim Propheta, vt hiſtoriam ſequamur, ſi meretricem conuerterit ad pudicitiam, ſed potiùs laudandus quòd ex mala bonam fecerit; non enim qui bonus permanet malo ſociatus polluitur, ſed malus in bonum vertitur, ſi boni exempla ſectetur: quamquam in libri proœmio ſentire videtur hæc in typo & figura dicta eſſe: & D. Auguſtinus *lib. 22. contra Fauſtum*, talis etiam modo excuſat Prophetam, cùm ait, meretricem Propheta fecit vxorem, & ad vitam corrigendam mulieri conſultum eſt, & figuræ ſacramentum expreſſum. Idem verò D. Auguſtinus *lib. 3. de doctrina Chriſtiana cap. 12.*

etiam aliter excuſat, & ait, quod in aliis perſo- A nis plerumque flagitium eſt, in diuina & Prophetica magnæ cuiuſdam rei ſignum eſt; alia quippe in perditis moribus, alia in Oſeæ Prophetæ vaticinatione conjunctio meretricis; & Fauſto Manichæo illud reprehendente *lib.* 22. *cap.* 80. 89. & 98. ait id iuſtum factumque eſſe, & propter quid iuſſerit Deus, & fecerit Propheta Deum qui iuſſit exponere: & ſi quis nimiùm pertinaciter aſſeueret non debere meretrices in vxores aſſumi, poſſumus ei dicere id quod dicebat idem D. Augustinus Secundino Manichæo, ipſum fortaſſe delectari meretricibus, ideoque nolle eas fieri caſtas matronas: ita enim B ludit D. Auguſtinus *aduerſus Secundinum* itidem *Manichæum eod. lib. cap.* 21. accuſantem Oſeam & Scripturam Sacram calumniantem: noui, ait, vnde veniat indignatio tua, non enim tibi tam fornicari diſplicet in fornicatione, quàm quod in matrimonium commutata eſt & ad pudicitiam coniugalem conuerſa.

Alia ratio poteſt eſſe, cur Propheta Oſeas accipere meretricem iuſſus ſit, ſi dicamus Iudæis omnibus præterquam Sacerdotibus, licuiſſe ducere meretrices, ſiquidem *Matth.* 1. *verſ.* 5. dicitur Salomon ſibi coniugio copulauiſſe Rahab meretricem, de qua *Ioſue cap.* 2. Sacerdotibus autem non licuit *Leuit.* 21. quemadmodum non C poteſt Sacris miniſtrare, qui meretricem accepit aliquando in vxorem ex *can. Apoſtolico* 17. *vel* 18. & his omnibus rationibus motus ſtatuit Clemens 3. *capit.* 20. *inter opera, de ſponſalib.* vt omnibus qui publicas mulieres è lupanari extraxerint, & in vxores duxerint, quod agunt, ad remiſſionem proficiat peccatorum; quia, vt ibidem dicitur, inter opera charitatis, non minimum eſt errantem ab erroris ſemita reuocare: & legimus apud D. Chryſoſtomum locupletiſſimum de ea re exemplum quorumdam iuuenum ſumentium vxores è lupanari propter liberalem faciem, *epiſt.* 1. *paranætica ad Theodorum Monachum*; num vides, ait, deformes impudenteſque mulieres proſtitutas vix obtrudi poſſe gla- D diatoribus & iis qui cum beſtiis depugnare ſoliti ſunt, ſi quæ autem bonæ formæ ingenuâ facie ac liberali, per occaſionem in eam inciderunt calamitatem, quemlibet generoſum eximiumque virum nihil pudere vel connubio ſibi talem adiunxiſſe; tanta apud homines miſericordia & vulgaris opinionis deſpectio ſæpè in propatulo ignominiâ affectas ab infami ſeruitute liberat, & in matronarum ordinem recipit. Eſt etiam, ſi credamus Iulio Firmico *lib.* 6. *Matheſeos cap.* 26. genitura quorumdam hominum, vt accipiant vxorem de meritorio ſeu lupanari: ſi autem, ait, iis veneris acceſſerit ſtella, illuſtribus viris de E meritorio detracta mulier gratiâ cõjugali copulatur. Et ſane non eſt dubium, quin tales mulieres poſſint fieri caſtæ, nam meminit idem Chryſoſtomus *homil* 68. *in Matth.* Phœniſſæ cujuſdam non nobilis tantùm a pueritia Meretricis, ſed Magæ quoque maleficæ, quæ poſt exhauſta multorum patrimonia ſic Dei gratiâ conuerſa eſt, vt quomodo in theatro quondam & ſcena fuerat prima, & omnes impudicitiâ ſuperauerat, ita poſt Baptiſmum vniuerſas continentiâ poſt ſe reliquerit, cilicio reliquam vitam induta, & multos annos quaſi in carceribus vincta & incluſa, à ſcenicis & armatis militibus à præfecto miſſis rapi non potuit, nec à virginum, quæ illam receperant, numero abduci.

Sed hic moueri poteſt Quæſtio de Lupanaribus & Meretricibus. Meretrix eſt quæ multorum libidini paret, *can. vidua, diſt.* 34. cuius publicè venalis eſt turpitudo, 32. *quæſt.* 4. *can. meretrices*, & ita Arnobius *lib.* 6. dixit meretricem diuendere meritorij corporis formam: & Iulius Firmicus *lib.* 6. *Matheſeos*, vocat meretricem proſtituti pudoris, quæ corpus ſuum prauis cupiditatibus libidinum tradit, pudorem ſuum mercedis quotidianæ gratiâ lenoni addicit, eſtque in publicis meritoriis proſtituta: denique, vt habet Origenes *homil.* 8. *in Ezechie-* B *lem cap.* 16. ex Propheta, Meretrices ſunt quæ omni tranſeunti, ſiue viatori ſe exponunt, pedes diuidunt, crura diuaricant. Hæ lege Moſaica ſubmotæ ſunt *Deuteron* 23. non erit Meretrix de filiabus Iſrael nec ſcortator de filiis Iſraël; eæque etiam ante legem ipſam Moſaïcam odio erant Iſraëlitis, & capite puniebantur, vt teſtatur Philo Iudæus, qui Ioſephum ita introducit alloquentem dominam ſuam impudicam: bonis moribus & legibus vtimur nos Hebræorum poſteri; aliæ gentes puberibus quartumdecimum annum egreſſis permittunt vſum ſcortorum, & fœminarum corpore quæſtum facientium, apud noſtrates nulla eſt meretrix, capi- C tali ſupplicio propoſito talem quæſtum exercentibus ante legitimam copulam; alios congreſſus cum muliere neſcimus, caſti caſtis virginibus conjungimur: & *de ſpecialib. legib. lib.* 1. ſcortum lex eiicit è Republica, vt honeſtate, pudore, ſobrietate, cæteriſque virtutibus vacuum, impudicitiâ viros fœminaſque replens, immortalem mentis pulchritudinem deturpans, ſolam corporis venuſtatem breui perituram excolens, proſtituens ſe tranſeuntibus, florem ætatis venditans ad illectandos iuuenes, omnia tum dicens tum faciens: & paulo poſt, vt peſtis labeſque publica ſaxis obruetur, quod naturæ donis abutatur, quæ ſe virtutibus exornaſſe debuerat. Conſtat tamen ex *Geneſis* 38. in biuiis ſeu com- D pitis, aut etiam in propatulo ſediſſe magis impunè ante legem, quàm poſt legem: At ſub Antiochi tyrannide magna ſcortatio 2. *Machabæorum* 6. Apud Romanos Lupanaria exercebantur impunè tum in priuatis domibus, vt patet ex *l. ancillarum, dig. de petit. hæred.* tum in locis publicis: & olim quidem in Stadio & Circo, ac Balneis verſabantur impunè, primuſque Heliogabalus Romæ collegit in ædes publicas certas, vt patet ex Lampridio *in vita Heliogabali*: omnes de Circo & Theatro, de Stadio & omnibus locis & balneis collegit Meretrices in ædes publicas. Meritoria tamen Tacitus Imperator intra E vrbem ſtare vetuit, quod diu tenere non potuit, ait Vopiſcus *in eius vita*: & ex quæſtu meretricio ſumebatur vectigal ex Suetonio *in Caligula cap.* 40. Iuſtino *in apologetico*, & Tertulliano *libro de fuga*; quod vectigal ab Imperatoribus Chriſtianis vnà cum Lupanaribus poſtcà ſublatum *l. vlt. Cod. de ſpectaculis & ſcenicis & lenonib.* à Theodoſio, & *Nou.* 14. à Iuſtiniano. Et certè diſplicebant ipſis Paganis Lupanaria: nam Alexander Seuerus noluit meretricum tributum deputari ad iuſtam rationem Theatri, Circi, & Amphitheatri, tanquam propudioſum.

Ea Lupanaria ergo apud Chriſtianos prohibita ſemper fuerunt, vt patet ex Lactantio *lib.* 2. *diuinar. inſtitution. cap.* 4. ſunt tales leges, ait, Dei

lex eſt, quæ pro licitis habentur vetans, vt iuſtitiam conſummet; ac ne quis pœnarum metu abſtineret lupanaribus inuentis, aduerſarius noſter pudorem infœlicium mulierum publicauit, vt ludibrio haberet tam eos qui faciunt, quàm quos pati neceſſe eſt; his obſcœnitatibus animos ad ſanctitatem genitos velut in cœni gurgite demerſit, pudorem extinxit, pudicitiam profligauit: & *lib. 6. de vero cultu, cap.* 23. eadem etiam penè habet, ac D. Auguſtinus *lib.* 14. *cap.* 18. *de Ciuitate Dei*: & Saluianus *lib.* 7. *de gubernatione Dei*; leges, ait, Vandalorum nequaquam illis legibus ſunt conſentaneæ, quæ ita partem improbitatis remouent, vt partiam obſcœnitatis admittant, vt Romana illa Decreta, quæ ſcortatores quidem ab alienis vxoribus remouerunt, ad omnes autem ſolitarias paſſim admiſerunt; adulteria vetantes, lupanaria ædificantes; timuerunt ſcilicet ne nimis caſti homines ac puri eſſent ſi ab omni eos penitùs improbitate prohiberent.

Ea Lupanaria ſuſtulit maior Theodoſius, vt refert Socrates *lib.* 5. *hiſtoria Eccleſiaſt. cap.* 18. & Nicephorus *lib.* 12. *cap.* 21. & apud nos S. Ludouicus, vt refert Guaguinus *lib.* 7.

Sed dices cur igitur in locis pluribus permiſſa ſunt? & reſponderi poteſt ex canone *vernis Leuiathan, diſt.* 13. fuiſſe permiſſa ad euitandum maius malum: quod etiam confirmari poteſt ex D. Auguſtino, *lib.* 2. *de ordine cap.* 4. quid ſordidius, ait, quid decoris inanius, turpitudinis plenius, meretricibus, lenonibus, cæteriſque id genus peſtibus dici poteſt? aufer meretrices de rebus humanis, turbaueris omnia libidinibus; conſtitue matronarum loco, labe ac dedecore dehoneſtaueris: ſit igitur hoc hominum genus per ſuos mores vitâ impuriſſimum, per ordinis leges conditione viliſſimum. Et vt D. Thomas *lib. de regim. Principum cap.* 14. refert ex eodem D. Auguſtino, id facit in mundo meretrix quod in naui ſentina, in palatio cloaca: tolle hæc, & illa fœtore replebis. Et rationes huius rei poſſunt afferri 1. ex D. Thoma 2. 2. *quæſt.* 10. *art.* 11. *in corpore*, quia cùm humanum regimen omne deriuetur à Diuino, & Deus permittat, vt minora mala tolerentur ne maiora mala ſequantur; ſic & principes etiam quædam mala tolerare debent: & confirmatur à D. Auguſtino *lib.* 1. *de libero arbitrio*: lex humana, ait, non poteſt omnia quæ mala ſunt punire, vel prohibere, quia dum vellet auferri omnia mala, tollerentur etiam plura bona, & impediretur vtilitas communis. Secundò quia Deus videtur ſibi quædam reſeruaſſe punienda, vt rectè idem D. Auguſtinus *eod. lib.* ita lex quæ regendis ciuitatibus fertur multa concedit & impunita relinquit quæ per Diuinam prudentiam vindicantur; & ita toleramus Iudæos *can. qui omnes. diſt.* 45. denique leges feruntur multitudini quæ eſt imperfecta, ergo toleranda multa, alioquin ſi vinum nouum, id eſt præcepta perfectæ vitæ, mittatur in veteres vtres, in homines imperfectos, vtres corrompuntur & vinum effunditur, id eſt præcepta contemnuntur, & homines ad peiora prolabuntur, vt rectè ait D. Thomas 1. 2. *quæſt.* 95. *art.* 3. *in corpore*: & Leo Imperator *Nou.* 83. ait propter redundantem in humana vita peruerſitatem, legem Baſilii qua prohibuerat vſuras non modò non profuiſſe, ſed

A etiam obfuiſſe, & ideo eas ipſe poſteà permiſit, quoniam humana natura ſe ad Diuinæ legis ſublimitatem eleuare non poteſt.

Sequitur & hic alia quæſtio quæ fieri poteſt de Cohabitatione Mulierum & Virorum fugienda: & certè his omiſſis quæ multa ſcripta & dicta ſunt in mulieres, paſſim in ſcriptura ſacra & in libris Patrum, mulierum congreſſus tanquam periculoſus prohibetur, *Eccleſiaſtici* 7. inueni amariorem morte mulierem, cuius vt laqueus & ſagena cor, manus vincula; hanc, qui Deo placet, effugiet, & ab eadem qui peccator eſt rapietur: & deinde, in medio mulierum noli commorari; de veſtimentis procedit tinea, & à

B muliere iniquitas viri & *Eccleſiaſtici* 25. non eſt tentatio ſuper tentationem mulieris: & *Prouerb.* 6. & alibi prætereà apud D. Hieronymum *quæſt.* 5. & 3. *in Iouin anum*; & apud D. Chryſoſtomum *epiſt.* 8. *ad Olympiadem*, & *homilia* 15. & *homilia* 5. *qua inſcribitur in ſecund. libro Paralipomenon*, & *in Matth. homilia* 9. 17. 39 69. & aliis pluribus locis, vbi agit de periculoſo fœminarum non ſolùm conuictu, ſed etiam aſpectu fortuito: & apud D Cyprianum *lib.* 1. *epiſt.* 11. & *lib. de bono pudicitiæ*. Item apud D. Ambroſium *lib.* 1. *officior. cap.* 20. & apud authorem *de Clericorum ſingularitate*, & Gregorium Magnum *epiſt.* 39. *lib.* 7.

C Duæ autē ſunt huius rei rationes, periculum, & ſuſpicio. Periculum, nam, vt ait D. Ambroſius *loco citato*, quammultos etiam fortes decepit illecebra, quanti non dederunt locum errori dederunt ſuſpicioni, atque, vt ait D. Hieronymus *quæſt.* 1. *in Iouinianum*, alligabit aut abſcondet quis in ſinu ſuo ignem vt veſtimenta illius non ardeant? ambulabit ſuper prunas, & non eius plantæ comburentur? quo igitur modo, qui ignem tetigerit ſtatim aduritur, ita viri tactus & fœminæ ſentit naturam ſuam, & ſexus diuerſitatem intelligit. & D. Chryſoſtomus *homilia* 15. *in Matth.* to. malum ſummum & acutiſſimum Diaboli telum, per mulierem Adamum in paradiſo proſtrauit, è Paradiſo exterminauit.

D Suſpicio etiam vt diximus ex D. Ambroſio; nam ideo etiam D. Hieronymus in ſuſpicionem venit quaſi Paulam Euſtochii matrem deperiret, vt ipſemet de ſe fatetur; vnde conuicium illud, ſic apud Aſellum deprecatur: multa me virginum crebro turba circumdedit, Diuinos libros vtporui nonnullis ſæpe diſſerui, lectio aſſiduitatem, aſſiduitas familiaritatem, familiaritas fiduciam fecerat: dicant quid in me vnquam aliter ſenſerint quam Chriſtianum decebat, pecuniam cuiuſquam accepi? munera vel parua vel magna non ſpreui? in manu mea æs alicuius inſonuit? obliquus ſermo, oculus petulans fuit? nihil mihi obiicitur niſi ſexus meus, idque tantum

E cum Hieroſolymam Paula & Melania proficiſcuntur. Quin etiam multi Epiſcopi id circò calumniam plerumque paſſi ſunt, vt D. Chryſoſtomus: vnde impotentiam ſui corporis ſe poſſe oſtendere profeſſus eſt, vt ipſemet de ſe ſcripſit *epiſt.* 2. *ad Cyriacum quæſt.* 125. & Macedonius Epiſcopus Conſtantinopolitanus, qui accuſatus, ſe virilibus carere oſtendit, ſubductâ tunicâ, ex Euagrio *lib.* 3. *cap.* 32. & Nicephoro *lib.* 16. *cap.* 26. & Methodius, vt narrat Zonaras *in Michaele Theophili filio*: accuſatus etiam falsò Damaſus Romanus Pontifex, & à quadraginta

quatuor

quatuor Epiſcopis innocens dictua, ex Platina: A item Narciſſus Hieroſolymitanus Epiſcopus ex Nicephoro *lib.* 6. *cap.* 9. & D. Athanaſius, vt patet ex Theodoretn *lib.* 8. *cap.* 3n. & Nicephoro *lib.* 8. *cap.* 49. & ſic etiam Briuus D Mattini Diaconus & Succeſſor, exactis 3n. annis, à ſerua veſtium eius Inttice quæ pepcrerat accuſatus eſt, ſed infante licet dierum triginta adiutato purgauit ſe, infans enim patrem ſuum Epiſcopum eſſe negauit, vt eſt *in Martyrologio.* Vide Gratianum 4. *quæſt.* 3. *ad finem.*

Sicut vero nnn licuit verſari cum fœminis, multn minus permiſſum eſt fœminas in domum ſuam introducere; nam id *can.* 3. *Synodi Nicænæ.* B definitnm eſt: vetuit omnioò, ait, magna Synndns ne liceat Epiſcopo, nec Preſbytero *συνείσακτον ἔχειν* introductam habete mulietem, præterquam vtique mattem, vel ſnrorem, vel amitam, vel eas ſolas Perſonas, quæ omnem effugiuot ſuſpicionem: Latina verus verſio habet pro *συνείσακτον* ſubintroductam, vel extraneam; & Ruffinus *lib.* 1n. *cap.* 6. vertit *extraneam.* Idem eſt conſtitutum concilio *Carthaginenſi* 3. *cap.* 17. & refertur *can.* 27. *diſt.* 81. vbi etiam vocantur extraneæ fœminæ, ſicut etiam *can.* 30. *ead. diſt.* Euſebius *lib.* 7. *hiſtor. cap.* 24. ait primum eas mulieres *συνεισάκτους* introductitias vocaſſe Antinchenns, quos Preſbyteri ac Diaconi ſecum habebant: C eſt liber D. Chryſoſtomi *πρὸς τοὺς συνεισάκτους ἔχοντας* aduerſus eos qui ſubintroductas habent: ex qun libro patet per *συνεισάκτους* intelligi poſſe mulieres cum aliquo cohabitantes, etiamſi ab omni ſuſpicione alienæ ſint, & ab omni mala cngitatione; nam illæ de quibus loquitur D. Chryſoſtomus tales ſunt, cum quibus tamen habitandi periculum oſtendit; & confirmatur ex inſcriptione alterius libri D. Chryſoſtnmi *περὶ τοῦ μὴ τὰς κανονικὰς συνοικεῖν ἀνδράσιν*, id eſt quod oon debent Canonicæ ſeu Regulares cohabitare cum viris; id eſt, vt nec illæ deuotæ mulieres & religioſæ debeant etiam cum viris habitare: nam Canonicæ ſunt in cœnnbio vinentes, vt patet ex *conſtitutionibus mo-* D *naſticis* D. Baſilii *cap.* 19. *περὶ τῶν ἐν κοινοβίῳ κανονικῶν*, & notat Balſamo Canonicas eſſe Monachas Religionem profeſſas *in epiſt ad Amphilochium cap.* 6. & apud Iuſtinianum *Nou.* 59. fit mentin Aſcetriarum ſeu Canonicarum pſallentium, quæ in Xenndochijs ad opus ſepulturæ miniſtrabant: & Iulianus Anteceſſor vertit Sanctimnniales. Per *συνεισάκτους* etiam intellexere concubinas, quæ animo delinquendi cum Preſbyteris habitabant, vt notat Balſamo ad *can.* 3. *Synodi Nicenæ*; & hoc modn ſine dubio accipitur ſubintrodncta mulier *can.* 5. & 6. *diſt.* 32.

Accipitur ergo vtroqne modn: nam omnis E cnngreſſio omnino cum mnlieribns prohibita eſt; vnde exiat D. Baſilii *epiſtola ad Gregorium Presbyterum ὥστε χωρισθῆναι ἀπὸ τῆς συνοικούσης γυναικός*, vt ſeparetur à mnliere cnm qua habitat; licet vt dicit in *ea epiſt.* exiſtimet ipſum, vtpote ſeptuaginta annos natum, non cnhabitare cum ea nb turpem aliquam actionem, ſed cœlibatus decus hoc requirere, atque etiam ne vlli ſcandalum faciamus; idenque ſub anathematis interminatione iubet eam dimitti.

Porrò notandum ex Gregnrio Nazianaeno *carmine* 3. *inſcriptio eſt, præcepta virginitatis,* non tantùm mulieres dici *συνεισάκτους*, intrnductitias, ſed etiam virns dici ſubintrnductos, bis verbis:

A cunctis abſcedo viris, ſed maximè ab illis
Virgo συνεισάκτους quos nos de more vocamus.

Quod attinet ad adulteram, is dicitnr fatuus & iniuſtus qui retinet Merettices, quia patronus eſt turpidioi qui crimen celat vxoris, *can.* 1. *quæſt.* 1. propter fornicationem ergo liberè dimittitur vxor, *can.* 2. *ead. quæſt* 1. ſed tamen quia fieri poſſet vt mulier falsò damnaretur adulterii, eà viuâ nnn licet aliam ducere, *dict. can.* 2. vt verò quis adulteram retinere poſſit vxorem in matrimonio, ſeque cum ea miſcere; priùs ipſa pœnitere debet dnobus annis, *can.* 6. his verbis: ſi quis vxnrem ſuam ſcit adulteram, & non vult eam dimittere, ſed in matrimonio habere: tribus annis pœniteat, & quandiu pœnitet abſtineat ab eà. Debet ergn eam dimittere, & ipſa ſe debet purgate de crimine ſuo, vel ſi id præſtare oon poſſit, pœnitentiam agere, quo tempore, donec expleatur ſatisfactio criminis, impleatque pœnitentiam, abſtinebit ſe maritus ab eius conſortio, & poſt ſatisfactionem & pœnitentiam poterit eam recipere, quia tunc non meretur adultera vocari, *can.* 4. *quæſt.* 1. qund etiam ſeriatim exponitur ab Hermete in *libro Paſtoris*, *can.* 7. 34. *quæſt.* 2. nec id durum videri debere marito D. Auguſtinus oſtendit *can.* 7. *hac quæſt.* 1. qund autem, ait, tibi durum videtur vt poſt adulterium reconcilietur coniugi coniux, ſi fides adſit non erit durum; cur enim adhuc deputamns adulteros quos vel baptiſmate vel pœnitentia credimus eſſe ſanatns?

Hæc crimina in veteri lege nullis ſacrificiis mundabantur, & ideo tunc erat omninò prohibitnm ab alio contaminatam viro recipere vxntem, quamuis Dauid Saülis filiam quam Pater eiuſdem mulieris ab eo ſeparatam dederat alteri, tanquam noui Teſtamenti præſignator, ſine cunctatione receperit: nunc autem poſtquam Chriſtus ait adulteræ, nec ego te condemnanbo, vade, deinceps noli peccare; quis non intelligat debere maritum ignnſcere, quod videt ignouiſſe Dominum ambnrnm, nec iam debere adulteram dicere, cuius pœnitentis crimen Diuinâ credit miſeratione deletum? & *can.* 8. nnn erit turpis, neque difficilis etiam poſt perpetrata atque purgata adulteria, reconciliatio coniugium, vbi per claues Regni cœlorum non dubitatur fieri remiſſio peccatorum.

Ratio vero affertnr etiam *can.* 9. *quæſt.* 1. nam cum rennntiatur improbitati, ſtatim aſciſcitur virtus; egreſſus enim malitiæ, virtutis operatur ingreſſum; eodemque ſtudio quo crimen excluditur, innocentia copulatur, & Deus poſt pœnitentiam abſcondit peccata noſtra, vt dicitur *can.* 1n. *quæſt.* 1. Si tamen maritus nolit eam recipere, non cogitur, & tunc adultera in locnm in quo ei non liceat malè viuere prnuidâ diſpenſatione eſt conſtituenda, *can.* 5. *quæſt.* 1. in matrimonio enim nnn debet attendi ſola epmmiſtio corporum, quamuis ſine illa li-

beri eſſe non poſſint, ſed attendi ſolùm debet fides & euta ordinatè procreandi filius, *can. 11. quaſt. 1.*

Iute Ciuili quoque non licet matito vxorem deprehenſam in adulterio, retinere in matrimonio *l. 1. Cod. ad legem Iul. de adulteriis & ſtupro*: nec damnatam, ſi quocumque modo pœuam capitalem euaſerit, *l. 9. Cod. eod.* nam quandiu in pœna durauerit eſt ſerua pœnæ, *l. 2. §. vlt. D. ad legem Iuliam de adulteriis, & l. mariti, §. 1. eod. tit.* Poteſt autem pœnam euadere, vel auxilio legis, vel gratiâ, *l. denuntiaſſe §. vlt. D. de Transactionib.* non licet etiam marito qui ita ſcit eam eſſe adulteram, vt ignorantiam ſimulare non poſſit, retinere vxorem, *l. 17. Cod. ad legem Iul. de adult.* licet verò retinere ſi ſuſpectam tantùm habuerit, *l. 2. Cod. eodem.* Sed an liceat eam retinere quam quis maritus accuſauit, quæſtio eſt; & *l. 17. Cod. eod. tit.* dicitur quod ſi maritus nihil ampliùs quam libellos accuſationis obtulerit, poteſt vxorem reuocare in matrimonium, agnoſcens & affirmans ſe vanâ indignatione ad accuſationem fuiſſe incitatum, vt eſt in *dict. l. 17.* quam ita intelligit D. Cuiacius, vt tamen maritus debeat abolitionem petere ad deſiſtendum ab accuſatione, ne incidat in pœnam Senatuſconſulti Turpiliani ex *l. 16. precedenti Cod. eod. tit.* denique qui dimiſſam ſolùm, nec accuſatam, nec deprehenſam, nec damnatam dimiſerit vxorem, licet verbis non tenetur ſi eam reduxerit, tamen ex ſententia legis reducere non poteſt, *l. ſi quis adulteram §. penult. D. ad legem Iul. de adulter.* Poſtcà verò Ius Ciuile correctum videtur *Authent. ſed hodie, Cod. ad legem Iuliam de adulteriis,* vbi dicitur quod damnatam de adulterio poſſumus reaſſumere intra biennium, vt ait gloſſa ibidem: nam *Authentica, ſed hodie*, eſt de damnata non de conuicta tantùm, vt male putauit Cuiacius, qui etiam male cenſuit licuiſſe Iure Ciuili reaſſumere vxorem deprehenſam in adulterio, & nondum damnatam: nam dicta lex 2. ad legem Iuliam de adulteriis, quæ id prohibet, eſt tantùm de deprehenſa, non de damnata. Ratio cur *Authentica ſed hodie* liceat damnatam etiam reaſſumere, eſt quia jam non ampliùs eſt ſerua pœnæ, & pœna illa capitalis de qua agitur in *l. 9. caſtrati, ad legem Iul. de adulter.* mutata eſt in detruſionem in Monaſterium Pœnitentiæ biennalis causâ, & ita Iuſtinianus videtur ſententiam ſuam accommodaſſe ad Ius noſtrum Canonicum, & reſpexiſſe ad biennij pœnitentiam, quæ Iure noſtro præſcribitur *can. 4. 32. quæſt. 1.* poſt quod tempus Pœnitentiæ impletum, non ampliùs adultera ſit reputanda, *can. quod autem 7. & can. non erit 8. hac noſtra quæſt. 1.* ita vt poſſit reaſſumi tanquam non ampliùs adultera.

QVÆSTIO II.

Certum quidem eſt Matrimonium quod eſt liberorum procreandorum cauſa eſſe primam generis humani in iſta mortalitate ſocietatem, *can. 3. quæſt. 2.* & partum fœminarum, ac

A liberorum generationem eſſe ſimul & præ[illegible] & gratiam nuptiarum, quâ ſi caruerint fœminæ pudentes fiant, *can. 1. hac noſtra quæſt. 2.* & apud Chryſologum *ſermone 92.* honor coniugii, matrimonii dignitas eſt, ſatis triſte & virginitatis præmio carere, filiorumque ſolatia non habere, ſuſtinere onera matrimonii & ad fructum matrimonii non venire: nuptiæ enim præcipuè liberorum causâ procreandorum inſtitutæ ſunt, vt rectè D. Auguſtinus *de moribus Manichæorum, cap. 18.* nuptiæ, vt ipſæ nuptiales tabulæ clamant, liberorum procreandorum causâ marem fœminamque coniungunt; & in nuptialibus tabulis apponi formula ſolebat libero-B rum procreandorum causâ, vt teſtatur idem D. Auguſtinus *ſermone 3. de caſtitate coniugali*: vxor non propter libidinem, ſed propter filiorum procreationem accipitur; denique & ipſæ tabulæ matrimoniales hoc continent, liberorum procreandorum causâ; video, quia non dixit libidinis causâ, ſed liberorum procreandorum.

Verumtamen dubitatur an etiam propter alios fines Matrimonium ſit inſtitutum, ita vt ſubſiſtat licet aliquis non ſibi proponerat liberorum generationem, puta quia vetulam, vel ſterilem ducit; aut etſi iuuenem ducat non cogitat de liberis ſuſcipiendis, ſed vel de ſocietate animorum ineunda, vel de remedio carnis adhiben-C do, & diximus ſupra *Cauſa 27.* ſufficere alteram ex his tribus cauſis Matrimonii, dummodo non cogitetur de impedienda generatione prolis; & oſtendimus præcipuè ratione ſolâ expreſsâ coniunctionis animorum & indiuiduæ vitæ matrimonium contrahi poſſe. Iam oſtendendũ hic eſt etiam ſufficere ſi contrahatur ad euitandos illicitos concubitus; atque ſi ſequamur ſententiam D. Chryſoſtomi *lib. de virginitate, cap. 19.* Dicemus quidem liberorum procreandorum causâ proditum eſſe matrimonium, tùm multo magis ad ardorem naturæ reſtinguendum; quod et[illegible] probat ex D. Paulo: verba eius ſunt; itaque c[illegible] liberorum quærendorum causâ proditum eſt D matrimonium, tum multò magis ad naturæ ardorem reſtinguendum, atque id Paulus teſtatur dicens 1. *ad Corinthios 9.* ſed propter fornicationem, ſuam quiſque habeat vxorem; rurſumque conuenire iubet, non vt multarum prolium ſi[illegible] parentes; ſed cur? ne vos tentet, inquit, Satanas; ac progreſſus, non dixit, ſin obſtant liberi, ſed quid? qui non continent, matrimonium contrahant, principio enim, vt dicebam duplicem hanc occaſionem habebat; ſed deinde terrâ, mari, omnique orbe repleto vnus eſt duntaxat reliquus, nequitiæ & libidinis abolitio. Idem etiam ſed propter aliam rationem aſſerit Petrus Damiani *lib. 5. epiſt. 11.* nuptiarum, ait, ſocietas ab initio propter gignendam ſobolem & propagandam poſteritatem non ambigitur inſtituta; quantùm ergo ad antiquitatem ſæculi, intentio nuptiarum eſt procreatio filiorum, & paulo poſt, & hæ antiquitùs nuptiæ vt prædictum eſt, ad propagandam ſolummodo ſobolem, nunc autem adueſperaſcente iam Mundo, illi[illegible] que coruſcante doctrinâ, qui de virgine virgo eſt, ad euitandam ſpectat procu[illegible]ubio fornicationem.

Nec obſtat id quod ſupra diximus ex D. Auguſtino *de caſtitate coniugali lib. 3.* D. enim Auguſtinus propoſuit ſibi tantùm dicere

cooiuges vti non debere coniugio immoderatè, & incontinēter, proponendo ſibi tantùm libidinem prouocandam & explendam; non autem dicere, coniugium non etiam proficere ad eam impediendam, de qua re poſtea dicemos. At quia ſenteōtia Chryſoſtomi, niſi rectè intelligatur, videri poteſt paulo dorior, ſi nempe hæc ſola bodiè ſuperſit cauſa vt libidini noſtræ remedium adhibeamus, & illa quæ erat liberorum procreandorom cauſa, ampliùs non extet; dici poteſt vtramque cauſam adhiberi poſſe, ſed hanc eſſe in vſu frequentiorem, & quodammodo magis hodie neceſſariam; & quod Apoſtolus tantùm feceris mentionem fornicationis impediendæ 1. *ad Corinthios cap.* 4. dicendnm iuxta *can.* 3. *hac noſtra quæſt.* 2. quod talem ſecundum veniam concedit Apoſtolns, vt etiam præter cauſam procreandi liberos ſibi miſceantur; atque ſi praui mores ad concubitum impellunt, nuptiæ eos ab adulterio ſeo fornicatione defendant; neque enim illud propter nuptias admittitur, ſed propter nuptias ignoſcitur: & idcirco coniugati debent non ſolùm liberorum pcocreandorum cansâ ſed etiam infirmitatis inuicem excipiendæ ad illicitos concubitus euitandos, mutuam quodammodo ſeruitutem, vt etſi alteri continentia perpetoa placeat, niſi ex alterius conſenſu non poſſit eam ſeruare, *dict. can.* 3. *quæſt.* 2. Verùm qui ad illicitos concubitus euitandos matrimonio coniunguntur, non ad liberos procreandos nominatim, non tamen debent vitare, vt vel nolint ſibi naſci filios, vel etiam opere malo agant ne naſcantur *can.* 6. *hac noſtra quæſt.* 2. nam ſi v. g. ſterilitatis venena procurent, vel conceptos fœtus extinguant inter viſcera, atque confundant, cupiendo priùs prolem interire quàm viuere, vel ſi viuat occidi antequam naſcatur; tales ſi eâ intentione conuenerint, non ſunt coniuges, nec conſenſum præbuerunt matrimonio, ſed ſtupro; ſi vero matrimonio prius ritè contracto hoc eis venerit in mentem, idque fecerint, tunc illa vxor meretrix maritit, & ille adulter vxoris eſt *can.* 7. *hac quæſt.* 2. imo ſi poſt puerperium formatum & animatum, id procorauerint, ſunt homicidæ qui hoc faciunt. Tertullianus *in Apologetico* nobis homicidio ſemel interdicto, etiam conceptom vtero, dùm adhuc ſanguis in hominem delibatur, diſſoluere non licet: homicidii feſtinatio eſt, prohibere naſci, nec refert natam quis eripiat animam, aut naſcentem diſturbet: homo eſt, & qui eſt futurus, etiam fructus omnis iam in ſemine eſt, *can.* 8. & 9. *hac noſtra quæſt.* 2. & pœnis homicidarum ſubjiciuntur in Synodo Trullana *can.* 91. Et cùm olim per totam vitam agerent Pœnitentiam, concilio Ancyrano egerunt pœnitentiam decem annorum; ſi vero non fuerit formatum, non ſunt homicidæ, ſed pecuniâ mulctantur *can.* 8. & 9. *hac quæſt.* 2. nam tandiu non reputatur homo, donec elementa confecta ſuas imagines recipiant, *can.* 10. *ead. quæſt.* 2. anima enim quia ſpiritus eſt, in ſicco habitare non poteſt, *can.* 9. Diuus Hieronymus *epiſt. ad Euſtochium*, parricidas vocat nondum nati filii, mulieres illas quæ procurant abortum; nonnollæ cum ſe ſenſerint concepiſſe de ſcelere, abortûs venena meditantur, & frequenter etiam ipſæ commortoæ trium criminum Reæ ad inferos perducuntur, homicidæ ſui, Chriſti adulteræ, necdum nati filii parricidæ. Abortûs venena vocat, quæ Græci ἀμβλωθρίδια φάρμακα φθόρια (id eſt pharmaca quæ faciunt abortum) vt ait Snidas: *l.* verò 38. §. 5. *D. de Pœnis* Paulus vocat abortionis poculum. Pœna abacti partus erat ex conſtitutionibus Imperatorum, exilium temporale, *l.* 4. *D. de criminibus extraordinariis. l. Cicero. D. ad legem Corneliam de ſicariis.* Quod ſi ea mulier quæ poculum abortionis ſumpſit, ex eo mortua ſit, is qui dedit ei, afficitur ſummo ſupplicio, *l. ſi quis aliquid.* §. *qui abortionis. D. de Pœnis.*

Maneat ergo finem procreandi liberos non eſſe ſimpliciter, aut generaliter neceſſarium, ſed ſi hic ſe finis objiciat, illom debere eſſe ordinatum, vel ſi ſe non offerat, ſufficere etiam ſolam concupiſcentiæ abolitionem, vt etiam ſolam fidem coniugalem ſine vlla copolâ, vt rectè dicitur *can.* 11. *quæſt.* 1. *ſuprà*: non enim, inquit, in ſola, vt delitas, commiſtione maris & fœminæ, nuptiarum veritas eſt, quamuis ſine illa commiſtione nuptiæ filios procreare poſſint nullo modo, ſed alia ſunt ad nuptias propriè pertinentia quibus ab adulteriis noptiæ diſcernuntur, ſicuti eſt coniugalis thori fides, & cura filios ordinatè procreandi, quæqoe maxima eſt differentia, bonus vſus mali, hoc eſt bonus vſus concupiſcentiæ carnis, quo bono adulteri malè vtuntur. Vnde Concubinæ poſſunt ſibi proponere hunc finem tùm liberorum procreandorum, tùm concupiſcentiæ temperandæ, & tamen eorum concubinatus ad nuptias non pertinet; quia in his non conſiſtit ſtatura matrimonii, licet matrimonium afferat illa bona, vt ſupra diximus *ex dict. can.* 11. *quæſt.* 1. in quo dicitur nuptias filios procreare, quaſi diceret eas ante conſtitoi in eſſentia ſua: & hæc duo eſſe communia iuſtis nuptiis, & concubinatui patet ex *can.* 5. *hac quæſt.* 2. Concubinæ, inquit, ad tempus adhibitæ, nec etiam ſi cauſa filiorom concumbunt, iuſtum faciunt concubinatum ſuum: nam, vt eſt in *can.* 12. *hac noſtra quæſt.* 2. aliud eſt vxor, aliud concobina; nec omnis mulier iuncta viro eſt vxor viri, quia nec omnis filius eſt hæres Patris, *dict. can.* 12. Confirmatur *can.* 11. *hac quæſt.* 2. vbi coniugium reſpectu concubinatus, ſi quis ab eo tranſierit ad illud, hoc dicitur non duplicatio coniugii, ſed profectus honeſtatis, eo quod concubinatus coniugium non ſit; & Iure etiam Ciuili differat à Matrimonio, & ſaltem ſit aliquid minus; ita enim accipimus & legimus illud Pauli *lib.* 2. *ſentent. tit.* 20. concubina ab vxore ſolo deliquio ſeparatur, id eſt diſtinguitur ab vxore, eo tantùm quod ſit aliquid minus quàm vxor: nam vt refert Feſtus Pompeius in voce *deliquium*, Deliquium apud Plautum ſignificat minus: legitur vulgo *delicto*, ſed malè: Cuiacius vero legit *delecta*, nec malè, ſed magis congruit ſi legamos *deliquio*.

Cæterùm ex eo quod maximè Incontinentiæ vitandæ causâ inſtitutum ſit Matrimonium, idcirco ſuadentur Viduæ vt nubant, & parentes vt Virgines ſuas dent nuptui *can.* 15. & 16. *hac quæſt.* 2.

Licèt vero Matrimonium contrahi poſſit Prolis generandæ, vel incontinentiæ vitandæ causâ, tamen vſus immoderatus coniugii pro-

hibitus eſt, vt oſtenditur copioſè *can.* 3. *quæſt.* A
2. quidquid, ait, inter ſe coniugati immodeſtum, inuerecundum, ſordidum gerunt, vitium eſt hominum, non culpa nuptiarum: iam in ipſa quoque immoderatiore exactione debiti carnalis quam eis non ſecundum imperium præcipit, ſed ſecundum veniam concedit Apoſtolus, vt etiam præter cauſam procreandi ſibi miſceantur, &c. & confirmatur *can.* 5. 32. *quæſt.* 4. his elegantiſſimis verbis D. Hieronymi: origo, ait, amoris etat honeſta, ſed magnitudo deformis; nihil autem intereſt quàm ex honeſta cauſa quis inſaniat. Vnde Xiſtus in ſententiis, adulter eſt, ait, ſuam in vxorem amator ardentior, in aliena quippe vxore B omnis amor turpis eſt, in ſua nimius: ſapiens vir iudicio debet amare coniugem, non affectu; reget impetus voluptatis, nec præceps feretur in coitum; certè, qui dicunt ſe cauſâ Reipublicæ & generis humani vxoribus iungi, filioſque procreare, imitentur ſaltem pecudes, & poſtquam venter vxoris intumuerit, non perdant filios, nec amatores ſe exhibeant, ſed maritos: & *can.* 12. *ead. quæſt.* 4 idem D. Hieronymus: ipſa quoque opera nuptiarum ſi non verecundè, & cum honeſtate quaſi ſub oculis Dei fiant, vt tantùm liberis ſeruiatur, immunditiam & luxuriam nominauit (ſcriptura) & *can.* 12. *ead. quæſt.* 4. Liberorum cauſâ (vt diximus) in matrimonio conceſſa ſunt C opera; voluptatea autem quæ de meretricum capiuntur amplexibus, in vxore damnatæ: & tantùm abeſt vt permittatur immoderatus coitus cum vxore, vt etiam moderatus dicatur arcere præſentiâ Spiritus ſancti, vt eſt *can.* 4. *hac noſtra* 2. *quæſt.* quod quidem eſt valdè notandum: verba ſunt D. Hieronymi: connubia legitima carent quidem peccato, non tamen illo tempore quo coniugales actos geruntur præſentia Spiritus Sancti dabitur, licet etiam Propheta eſſe videatur qui officio generationis obſequitur; ſed & alia plura ſunt, in quibus ſufficit ſola vis humana, neque res indiget, D neque decet adeſſe præſentiam Spiritus Sancti: & dictum eſt etiam à Gregorio Nyſſeno *oratione in diem Natalem Chriſti*, vbi comparat conceptionem Domini cum conceptione aliorum hominum, his verbis: in reliquis omnibus vix animus purus Spiritus Sancti præſentiam capit, hic autem caro fit Spiritûs receptaculum.

Quod vero ait D. Hieronymus loco citato, etiam ſi Propheta eſſe videatur qui generationi obſequitur, vult dicere in actu coniugali præſentiam non eſſe Spiritus Sancti, licet matrimonio qui debitum reddit & officio generationis obſequitur, videatur hoc facere inſtar Oſeæ Prophetæ, cui dictum eſt fac tibi filios E fornicationum.

Quæſtio 3. pertinet ad conſenſum Parentum in nuptiis, de quo ſuprà egimus.

QVÆSTIO IV.

Agitur hac *quæſt.* vtrum ſuperſtite vxore liceat ex ancilla liberos ſuſcipere. In qua Quæſtione, Quod facit præcipuè difficultatem, eſt ſi recutiat animus noſter ad Abraham, Iſaac, & Iacob, qui omnes ex ancillis liberos ſuſceperunt, & tamen de illis Deus dixit, ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob; item ſi recordemur filios Iacob ex ancillis ſimul ei ſucceſſiſſe cum legitimis, quæ omnes difficultates proponuntur in *can.* 2. *quæſt. hac noſtra* 4.

Sed reſponderi poteſt 1. tunc temporis, ante legem Moyſi, morem fuiſſe vt quis ex pluribus mulieribus plures filios haberet ad multiplicationem generis humani, ita vt ille mos includeret diſpenſationem ab illis verbis, erunt duo in carne vna; niſi illa verba intelligantur tones quoties coniungetur quis cum vna, vel alia vxora: quod vero talis mos obtinuerit ante legem, puta à tempore Noe probat D. Auguſtinus excuſans illud Abrahæ factum; quando ait, mos erat, crimen non erat; & nunc propterea crimen eſt quia mos non eſt, *lib.* 22 *contra Fauſtum, cap.* 47. *& lib.* 3. *de Doctrina Chriſtiana*, vbi dicit ſufficiendæ prolis cauſâ fuiſſe inculpabilem conſuetudinem vt plures ſimul vxores vir vnus haberet, non autem vt mulier vna plures maritos ſungeretur. Ex quo ſequitur non fuiſſe tunc adulterium, vel etiam adulterium non fuiſſe damnatum & interdictum. Et Deus quidem in Paradiſo coniugium laudauerat, ſed adulterium non damnauerat, vt rectè dicitur *can.* 3. *hac noſtra quæſt.* 4. & *can.* 6. *dicta quæſt.* 4. quis ignorat ſub altera diſpoſitione Deum omnes retro Sanctos eiuſdem meriti feciſſe, cuius nunc ſunt Chriſtiani; quomodo ante Abraham placuit in coniugio, ſic nunc virgines placent in perpetua caſtitate; ſeruiuit ille legi & tempori ſuo, ſeruiamus & nos Euangelio & tempori noſtro in quibus fines ſæculorum decurrerunt.

Reſpondetur 2. quod Abraham, non ardore aliquo vagæ ſuccenſus libidinis, nec petulantus formæ capius decòre, ancillæ contubernio coniugalem poſt habuit thorum, ſed ſtudio quærendæ poſteritatis, & propagandæ ſobolis: quandoquidem adhuc poſt diluuium raritas erat generis humani: erat etiam ſpecies Religionis, ne quis non reddidiſſe debitum naturæ videretur; vnde & Lothi ſancti filiæ hanc cauſam quærendæ poſteritatis habuerunt, ne genus deficeret humanum; & ideo publici muneris gratia priorem culpam prætexuor: idemq; habetur c.7 *ead. quæſt.* 4. obijciuntur, ait, quatuor vxores Iacob, quod quando mos erat, crimen non erat; ſicut Patriarchæ coniugibus excipientibus ſemen ſuum miſcebantur, non concupiſcentiâ percipiendæ voluptatis, ſed prouidentiâ propagandæ ſucceſſionis, ſic Apoſtoli auditoribus admirantibus doctrinam ſuam, condelectabantur, non auiditate conſequendæ laudis, ſed charitate ſeminandæ veritatis.

Reſpondetur 3. id accidiſſe de conſenſu vxoris, vt rectè D. Auguſtinus *homil.* 438. *cap.* 4. *& lib.* 16. *de Ciuitate Dei*: vſus eſt ancilla Abraham, ait, ad prolem generandam, non ad libidinem explendam; nec inſultans, ſed potius obediens coniugi, quæ ſuæ ſterilitati credidit eſſe ſolatium

ſi fœcundum ancillæ vterum, quoniam naturâ A non poterat, voluntate faceret ſuum; eoque iure quo dicit Apoſtolus, vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier, vteretur mulier ad pariendum ex altera quod non poterat ex ſeipſa. Idem habet Philo Iudæus *lib. de Abrahamo*, vbi refert Saram dixiſſe marito ſuo, Ecce concluſit me Dominus ne parerem, ingredere ad ancillam meam, ſi forte ſaltem ex illa ſuſcipiam filios: & deinde eam viro ſuo vxorem dediſſe, & Abrahamum miratum tantam vxoris Charitatem, vſum ancillæ coniunctione donec efficeretur grauida; & cũ facta eſſet grauida abſtinuiſſe ab eius congreſſu, vel propter innatam viro continentiam, vel propter honorem quem B vxori habebat mutuum: vnde fit vt ab vxore volẽte communes filii naſcerentur, *can.* 17. *quæſt.* 7. quomodo etiam Ieſus eſt Filius Ioſeph, quod ſit Mariæ ſponſæ eius, quia conceptus de Spiritu Sancto ex eius conſenſu.

Reſpondetur 4. id accidiſſe, vt compleretur figura totius populi futuri Chriſtiani, vt habetur *can.* 2. *quæſt.* 4. vbi dicitur inueniri rem miram in iſtis generationibus vxorum liberarum, & ancillarum; quatuor ſcilicet genera hominum in quibus completur figura totius populi futuri Chriſtiani, vt non ſit mirum quod in illis tribus dictum eſt, ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob; in omnibus enim Chriſtianis quemadmodum in illis Patriarchis, aut per malos naſcuntur boni, vel per bonos mali, vel per bonos boni, vel per malos mali, & amplius iſtis quatuor non poſſumus inuenire: inuenimus vero ibi bonos filios Iacob natos de liberis, nihilque illis obfuit natiuitas de vteris ancillarum quando in patre cognouerunt ſemen ſuum, & conſequenter Regnum cum fratribus tenuerunt, quia boni manſerunt; nam non ita Iſmaël filius Abrahæ, quia bonus non manſit: igitur per malos naſcuntur boni, vt filii Iacob per ancillam, & tamen fiunt hæredes, quomodo & apud nos hi qui baptiſantur ab hæreticis & à malis: nam videntur in Eccleſia nati per an- D cillas, quia ex ſemine Verbi Dei quod figuratur in Iacob, vnde non debent contriſtari cum fiant æquè participes ſalutis ac nos: aliquando enim boni ſpiritales Euangeliſantibus vel baptiſantibus carnalibus hominibus generantur; Lia quidẽ vel Rachel eos parit, ſed veluti per vterum ancillarum, nempe malorum & hæreticorum. Per Bonos etiam naſcuntur Mali, vt cum Rebecca parit per ſe, non per ancillam Eſau, vt ſunt apud nos qui à ſpiritualibus verè hominibus & ſanctis Euangeliſantur, & ſacramentis imbuuntur, ſed nihilominus tamen manent mali. Per bonos etiam boni naſcuntur, vt filii legitimi Abraham, & Iacob per veram vxorem, & non per ancillam progeniti, vt ex vtero Saræ Iſaac & Iacob E per Rebeccam, qui quidem boni manſerunt, in bonam vitam & nouum teſtamentum, vt apud nos Chriſtiani fideles, pij, ac ſpiritales, qui per alios ſpiritales ſunt Euangeliſati & ſacramentis imbuti. Denique ſunt Mali per malos generati, vt cum Iſmaël Sara genuerat per Agar, quales ſunt ij qui per eos qui non purè ſed cum errore Euangelium annuntiant, baptiſantur, docentur, purgantur; nam ij manent in ſimili errore, nec agnoſcunt ſemen paternum, ſed ancillam tantum ſequuntur.

A Iam ergo licet Abraham, & Iacob habuerint filios ex ancilla, nobis tamen idem non eſt permiſſum, quia crimen id eis non erat ante legem, ſed mos, vt diximus ex *can.* 3. & 7. *quæſtione hac* 4. noſque ſumus ſub alia diſpoſitione & lege Dei, *can.* 6. *hac ipſa quæſt.* & ſicut illi ſeruierunt legi & tempori ſuo, ita nos ſeruire debemus Euangelio & tempori noſtro *dict. can.* 6. Et rurſus licet Abraham habuerit filium ex Agar, tamen non ita filius fuit ac Iſaac ex Sara, ſicut Agar non ita fuit vxor ac ipſa Sara; vnde dictum eſt ei quod hæres non eſſet cum filio liberæ, vt rectè D. Ambroſius obſeruat *can.* 9. *hac noſtra quæſt.* 4. qui inde ſumit occaſionem docendi fu- B giendos eſſe tales concubitus: cur, ait, quæritur tale coniugium, de quo ſuſceptus filius non poſſit ſucceſſionis hæres eſſe, nec ſanguinis? cur quæritur contubernium, de quo nati, non filii ſint matrimonii, ſed teſtes ſint adulterii? cur huiuſmodi ſuſcipiuntur adulterini, qui parti ſint pudori non honori? dicit ſcriptura Sapientiæ 3. adulterorum filii in conſummatione erunt, & ab iniquo thoro ſemen exterminabitur: mulier tua ſi talibus moribus prædita eſt vt mereatur conſortium, mereatur & nomen vxoris, præſta concubinæ tuæ libertatem & nomen vxoris, ne tu ſis adulter potiùs quam maritus. Vrgetque acriter idem argumentum D. Auguſtinus *can.* 7. dicens quod ſicut ſatius eſt mori fame quàm ido- C lothytis veſci, ita ſatius eſt defungi ſine liberis quam ex illicito coitu ſtirpem quærere: nam licet vndecumque homines, ſi parentum vitia non ſectentur & Deum rectè colant, honeſti & ſalui fiant, quoniam ſemen hominis ex qualicumque homine Dei creatura eſt; male tamen erit eo malè vtentibus: quarè nulli licet ſcire mulierem aliam præter vxorẽ, *c.* 4. *hac quæſt.* 4. quod intelligendum eſt etiam ſi quis non habeat liberos ex vxore ſua, *can.* 10. *ead. quæſt.* ſic, inquit, non ſunt adulteria facienda etiam voluntate generandi generandos, quemadmodum nec furta facienda ſunt etiam voluntate paſcendi pauperes ſanctos; quod faciendum eſt, non perpetrando D furta ſed benè vtendo mammona iniquitatis. Denique omne adulterium prohibetur cum alia muliere, ei qui habet vxorem, *can.* 15. & 16. 32. *quæſt.* 5. nam adulterii malum vincit fornicationem, *can.* 11. & *can.* 16. 32. *quæſt.* 7. quid, inquit, in omnibus peccatis adultero grauius? ſecundum namque in pœnis obtinet locum, quoniam quidem primum illi habent qui aberrant à Deo etiamſi ſobriè vixerint.

Cæterùm in quanta mala Salomon venerit ob immoderatum vſum mulierum oſtenditur *can.* 13. *hac noſtra quæſt.* 4 vbi dicitur, quod illo immoderato vſu mulierum ad hoc vſque productus eſt, vt Templum idolis fabricaret, & E qui priùs Deo Templum conſtruxerat, aſſiduitate libidinis, etiam perfidiæ ſubſtratus Idolis conſtituere Templa nõ timuit.

Quæres de ſimplici Fornicatione eius qui non habet vxorem, cum ea quæ virum non habet, quomodo prohibeatur, non eſt enim *mœchia* decalogi quæ propriè adulterium eſt, nec vſquam in ſcripturis reperitur fornicationem dici mœchiam; & ita non inuenio, ait D. Auguſtinus *can.* 11. *hac noſtra quæſt.* 4. vbi fornicatio ſit prohibita: verùm ipſemet reſpondet *dict. can.* 11. licet hoc ita ſit, tamen ſicuti furti nomine

benè intelligitur omnis illicita vſurpatio rei alienæ, non enim rapinam permiſit qui furtum prohibuit, ſed vtique à parte totum intelligi voluit quidquid illicitè rerum proximi aufertur; ita & nomine mœchiæ omnis illicitus concubitus, & illorum membrorum non legitimus vſus prohibitus debet intelligi; & ſatis etiam nomine immunditiæ intelligi poteſt in veteri teſtamento, vt rectè argumentatur D. Hieronymus *can. 12. hac noſtra quæſt. 4.* vbi etiam oſtendit quàm maioris ſit criminis fornicator Chriſtianus quàm infidelis; quod infidelis qui fornicatur, faciat quidem ſua membra membra meretricis; Chriſtianos verò & fidelis, non ſolùm ſua, ſed membra Chriſti, faciat quoque membra meretricis: item quod infidelis ædificet Idolo Templum, fidelis violet Templum Dei.

Cæterum videbis quomodo omnis immunditia dicatur fornicatio, quomodo & quando à Deo ſeparet, & quænam ſit ſpiritalis fornicatio, *can. 15. 32. quæſt. 7.*

QVÆSTIO V.

OStenditur hoc loco Raptas ac violatas, poſſe tamen caſtas permanere. Virgo proſtitui poteſt, adulterari non poteſt, ne quidem in lupanari, *can. 1. hac quæſt. 5.* & caro non poteſt corrumpi niſi mens corrupta ſit, *can. 2.* nec polluit nos aliena libido in carne noſtra, ſi renuat mens noſtra, *can. 3.* At contra violatâ animi ſanctitate amittitur magis ſanctitas corporis, eo licet non violato, quàm ſi eo violato non violetur ſanctitas animæ, *can. 4. hac ead. quæſt. 5.* nam pudicitia in animo eſt; vnde eripi non poteſt à violatore, *dict. can. 6.* ſoliuſque erit culpa facientis, non patientis, *can. 7. quæſt. 5.* mundâ enim animâ caro non peccat, *can. 8.* Hoc ergo præcipuè nobis timendum ne ſenſu interiore caſtitas corrumpatur, *can. 9. hac quæſt. 5.* multi enim corpore caſtitati ſtudent, adulterium verò voluntate committunt, *can. 10. dicta noſtra quæſt. 5.* vnde dicitur iam mœchatus eſt eam in corde ſuo, quia voluntas ſine opere frequenter peccat, *eod. can. 10.* Nam perit & mente virginitas *can. 11. quæſt. 5.* vbi etiam dicitur Virginibus, vt caueant, nam cum omnia poſſit Deus, ſuſcitare virginem non poteſt poſt ruinam, de qua re ſupra diximus: & *can. 12.* nec ſolo, ait, tactu, ſed affectu quoque, & aſpectu appetitur, & appetit fœmina; nec dicatis vos animos habere pudicos, ſi habetis oculos impudicos, quia impudicus oculus eſt impudici cordis nuncius, &c. idemque dicitur *can. 13* & vt ait Iſidorus Peluſiota *lib. 2 epiſt. 8.* non corporis duntaxat caſtitate, vir ſapiens & erudite, verùm etiam quietis atque otij amore D. Paulus virginitatem definit: & Gregorius Nazianzenus condemnat amorem etiam oculorum quem vocat aërem *in carmine 63. aduerſus mulieres ſe ambitioſiùs adornantes*

Vt nil corporibus tribuas, ſolis ſed ocellis:
Non expers morbi eſt hic amor aëreus.

ἠεροειδής: & D. Chryſoſtomus *lib. de virginitate cap. 7.* vilis eſt amictus, at non in veſtibus aut colore, ſed in animo atque corpore virginitas eſt: & *cap. 6.* vbi affert in eam ſententiam illud *pſalmi 44.* omnis gloria filiæ Regis eſt interior; dicit tamen quod Virginitatis eſt definitio, & animo & corpore ſanctam eſſe, quod intelligitur quantum in nobis eſt, vt non per nos ſtet quin corpore & animo caſti ſimus, ſed præcipuè in anima virtus caſtitatis, aut peccatum libidinis, vt ipſemet arguit *lib. quod Regulares fœminæ viris cohabitare non poſſint, cap. 1.* eſt enim, inquit, & hæc quædam fornicationis ſpecies; pura manſiſti ab iniuria corporis, ſed non animæ, & completum eſt a te peccatum etiamſi non per coitum, ſed per aſpectum; illaque Virginitas in mente difficiliùs cuſtoditur quàm in corpore, vnde Gregorius Nazianzenus *carm. 58. dicebat.*

Σάρκα τι παρθενική εἰμι, ἢ εἰ φρενὶ οὐ σάφα οἶδα.

id eſt carne virgo ſum, ſi & mente haud certò ſcio.

Verumtamen, licet hæc ita ſe habeant, illæ nihilominùs famulæ Dei quæ integritatem corporis & pudoris, oppreſſione forte barbaricâ perdidere, laudabiliores erunt ſi in humilitate atque verecundia permanentes, ſe incontaminatis non audeant comparare virginibus: quamuis enim omne peccatum ex voluntate naſcatur, & non potuerit mens inuita, corruptione carnis pollui, minùs tamen oberit eiſdem ſi quod animo potuerunt non amittere, doleant ſe vel corpore perdidiſſe, vt dicitur *can. 14.* Vnde etiam *can. 1. ead. quæſt. 5* hæc habentur: tolerabilius eſt mentem virginem quam carnem habere, vtrumque verò bonum ſi liceat, ſi non liceat ſaltem non homini caſtæ, ſed Deo ſimus; & oſtendimus ſupra ex D. Chryſoſtomo vtrumque venire ad caſtitatem.

QVÆSTIO V. VI.

NOn ex qualibet cauſa ad libitum fas eſt vxorem dimittere, nam quicumque v. g. fuerit maritus horrendus, inculius, dimitti non debet, *can. 17. quæſt. 5.* ſiue ſodomita, vel adulter; maritus enim eius eſt, nec ei alterum virum accipere licet, *can. 7. quæſt. 7.* & ſimiliter nec vir vxorem deformem corpore, debilem membris, vel cœcam, vel ſurdam, vel claudam dimittere poteſt *can. 18. quæſt. 5.* nec etiamſi ea contra virum aliquid cogitauerit, dixerit, fecerit, vel etiam accuſauerit, *can. 21. quæſt. 5.* nec ob ſterilitatem *can. 18. ead. quæſt. 5 & can. 21. quæſt. 7.* nam, vt ibi dicitur, tantum valet illud ſociale vinculum coniugum, vt cùm causâ procreandi colligetur, nec ipsâ causâ procreandi diſſoluatur, poſſet enim homo dimittere ſterilem, & aliam ducere de qua filios haberet; & tamen non licet: item manet vinculum nuptiarum & ſi proles cuius causâ initum eſt, manifeſta ſterilitate non ſubſequatur, ita vt ſcientibus coniugibus non ſe filios habituros, ſeparare ſe tamen vel ipsâ causâ filiorum non liceat, & aliis copulare; quod ſi fecerint, cum aliis adulterium committent, ipſi enim coniuges manent, nec licet vt olim vxore volente aliam adhibere, vnde filii communes naſcantur, *dict. can. 27. quæſt. 7.*

Excepta eſt ſola cauſa fornicationis, propter quam vir dimittere poteſt vxorem *can. 18. 19.*

21 *&* 22 *quæſt.* 5. & vxor virum: nam quidquid in hoc negotio viris iubetur, hoc conſequenter redundat in fœminas; neque enim adultera vxor dimittenda eſt, & vir mœchus retinendus, *can.* 19. *&* 20. *quæſt.* 5. & apud nos, quod non licet fœminis non licet æque viris, *d. c. can.* 20. nihil enim iniquius eſſet quàm fornicationis cauſâ dimittere vxorem, ſi ipſe conuincitur fornicari: quare quiſquis fornicationis cauſâ vult abjicere vxorem, prior eſſe debet à fornicatione purgatus, *can.* 1. *quæſt* 6. vnde *can.* 2. *quæſt.* 6. dicitur maritis, quales vultis eas inuenire, tales & ipſæ vos inueniant, &c. & puram quæris, noli eſſe impurus: non enim illa poteſt, & tu non potes: & *can.* 4 *ead. quæſt.* 6. *& can.* 4. *&* 5. tu, inquit, hoc exigis ab vxore, & non vis reddere hoc vxori, cum debeas in virtute vxorem præcedere, quoniam caſtitas virtus eſt, tu ſub vno impetu libidinis cadis, & vis vxorem tuam victricem eſſe? tu victus iaces, cumque tu ſis caput vxoris tuæ, præcedet te ad Deum, cuius caput es: vis domum tuam capite deorſum pendere: caput enim mulieris eſt vir; vbi autem melius viuit mulier quàm vir, capite deorſum pendet domus, ſi caput eſt vir meliùs debet viuere vir, in omnibuſque præcedere bonis factis vxorem ſuam; vt illa imitetur virum, & ſequatur caput ſuum. Nec obſtat quod non tam ſæpe accidat, vt dimittat virum mulier ex cauſa fornicationis quàm vir vxorem: illud enim inde fit quod lateat magis fornicatio virorum, vt dicitur *can.* 23. *quæſt.* 5. & cùm par cauſa ſit, interdum tamen probatione ceſſante, vindictæ ratio conquieſcit, *dict. can.* 23. *quæſt.* 5.

Quod verò diximus ex cauſa fornicationis licere dimittere vxorem, non ita intelligitur vt eâ dimiſsâ diſſoluatur vinculum matrimonii; & aliam quis ducere poſſit, *can.* 1. *quæſt.* 7. interueniente, ait, diuortio non aboletur illa confœderatio nuptialis, ita vt ſibi coniuges ſint & ſeparati, cum illis autem adulterium committunt quibus etiam fuerint poſt ſuum repudium copulati; idemque habetur *can.* 1. *quæſt.* 8. *& can.* 7. 34. *quæſt.* 2. *& can.* 2. *hac cauſa* 32. *quæſt.* 7. vbi illud exemplo illuſtratur; licet, ait, dimittitur coniux ob cauſam fornicationis, ſed manet vinculum prioris, propter quod fit reus adulterii qui dimiſſam duxerit, etiam ob cauſam fornicationis: ſicut enim in ſe manente Sacramento Regenerationis, excommunicatur quiſquis reus eſt criminis, nec illo ſacramento caret etiam ſi nunquam Deo reconcilietur; ita manente in ſe vinculo fœderis coniugalis vxor dimittitur ob cauſam fornicationis, nec illo vinculo carebit etiamſi nunquam viro reconcilietur, carebit autem ſi mortuus fuerit vir eius; reus verò excommunicatus ideò nunquam carebit ſacramento regenerationis, etiam non reconciliatus, quia nunquam moritur Deus, & *can.* 28. *quæſt.* 7. *hac* 32. *cauſa*, vſque adeo manent inter viuentes ſemel inita iura nuptiarum, vt potiùs ſint inter ſe coniuges qui ab adulterato ſeparati ſunt, quàm cum his quibus aliis adhæſerunt; manet inter viuentes quoddam vinculum coniugale, quod nec ſeparatio neque cum altero copulatio poſſit auferre; manet ad noxam criminis non ad vinculum fœderis; vt in apoſtata baptiſmus, &c. & *can.* 5. *quæſt.* 7. quo dicitur, vt neque dimiſſus ab vxore, neque dimiſſa alteri coniungantur; & *can.* 3. *quæſt.* 7. *& can.* 22. *dicta quæſt.* 7. his verbis: his vero, qui ſuas vxores in adulterio deprehendunt, non licebit nec eum, nec eam aliam accipere vxorem, vel alium virum, quamdiu viuunt ambo: vnde qui ita dimiſſam ducit in vxorem, mœchatur, vel quæ nubit dimiſſo, *can.* 1. 6. 7. *&* 10. *ead. quæſt.* 7. debet ergo innupta manere, vel reconciliari viro, & ipſe innuptus, vel vxori reconciliari, *can.* 3. *&* 5. quandiu viuunt ambo, *can.* 22. ſed mortuo marito, nec adhuc adulteræ licet alteri nubere, ſed omnibus diebus vitæ ſuæ acerrimæ pœnitentiæ lamenta perſoluet, *dict. can.* 2. *quæſt.* 9. id enim fit in pœnam adulterii *dict. can.* 22. mortuâ vero ipſa adulterâ maritus qui adulter non fuit, alteram ducere poterit, *eod. can.* 22. *& can.* 17. *quæſt.* 7. ſi autem dum viuit dimiſſus maritus, alii nupſerit vxor, ad Pœnitentiam redigatur, *can.* 5. *quæſt.* 7. nec priùs accipiat communionem quam quem dimiſit, de ſæculo exierit, niſi neceſſitas dare communionem impulerit *can.* 8. *quæſt.* 7. vbi ex concilio Elibertano, nuptiæ cum alio prohibitæ ſunt ob fornicationem, magis tamen peccant, qui vxore dimiſsâ ob aliam cauſam quàm ob fornicationem, aliam ducunt, *can.* 10. *quæſt.* 7.

Non negandum tamen eſt quoſdam Patres in ea fuiſſe ſententia vt exiſtimauerint ita dimitti potuiſſe vxorem, ex adulterii causâ, vt etiam alia ducerentur, vt Tertullianus *lib.* 4. *contra Marcionem*, Auctor *Commentar. in prior. epiſt. ad Corinthios cap.* 7. qui vulgo tribuitur D. Ambroſio, cùm fortè ſit Remigii; item Origines *in Matth. cap.* 10. *tractatu* 7. teſtatur quoſdam qui præſunt Eccleſiis permiſiſſe vxore dimiſsâ propter fornicationem, alteri nubere, quod tamen eos feciſſe dicit contra ſcripturam, nec eſt in ea ſententia, vt id debeat permitti, ſed mœchari qui aliam ducit.

Porrò, ſi non licet coniugibus cum alio contrahere poſt talem ſeparationem factam ex cauſa fornicationis, multò verò minùs licebit eis cum alio fornicari, vel ſtupra committere, *can.* 4. *quæſt.* 7. vnde ſi quæ cum fratre viri ſui dormiuit, vel quis cum ſorore vxoris ſuæ, ambo ſeparantur à marito, vel vxore, & manent ſine ſpe coniugii, *can.* 19. 20. 21. 23. 24. *quæſt.* 7.

Cæterùm aliud eſt, ſi mulier ob infirmitatem nunquam potuerit debitum reddere: nam tunc, etſi viro bonum eſſet ſi ſic maneret, licet tamen ei aliam ducere, *can.* 18. *quæſt.* 7. quia præſumitur nunquam conſenſiſſe cum tali muliere quæ non poſſet corpore coniungi. Diximus, nunquam potuerit, in his enim qui matrimonium contraxerant ſani, ob infirmitatem poſtea accedentem non ſoluitur coniugium, *can.* 25. *&* 26. *quæſt.* 7.

QVÆSTIO VII.

PEccatum contra naturam dicitur quod eſt contra ordinem creaturæ naturalis, & ordinationem Creatoris, ſi quis vſum membrorum mutet, *can.* 11. *quæſt.* 7. & dicitur extraordinaria pollutio, *can.* 11. 35. *quæſt.* 3. hocque peccatum eſt omnium peſſimum *dict. can.* 11. *quæſt.* 7. Atque damnabile, *dict. can.* 11. 35. *quæſt.* 3. ſicut

enim adulterii malum vincit fornicationem, & hæc vincitur ab inceſtu (peius ſi quidem eſt cum matre quàm cum aliena vxore concumbere) ita & horum omnium eſt peſſimum quod fit contra naturam, vt ſi vir membro mulieris non ad hoc conceſſo voluerit vti, vſus enim naturalis ſi vltra modum prolabitur, in vxore veniale eſt, in meretrice damnabile; ſed iſte qui eſt contra naturam execrabiliter fit in meretrice, ſed execrabiliùs in vxore; tantum valet ordinatio Creatoris & ordo creaturæ, vt in rebus ad vtendum conceſſis, etiam cùm modus exceditur, longè ſit tolerabilius, quàm in eis quæ conceſſa non ſunt, vel vnus vel rarus exceſſus, *dict. can.* 11. *hac quaſt.* 7. Vnde *can.* 15. dicitur quod offerebat S. Loth filiarum pudorem; nam etſi illa quoque flagitioſa impudicitas erat, tamen minus erat, ſecundum naturam coire, quàm aduerſus naturam delinquere; præferebat domus ſuæ verecundiæ hoſpitalem gratiam etiam apud barbaras gentes inuiolabilem: & ſanè, vt eſt in *can.* 14. vſus naturalis & licitus eſt in coniugio, ſicut illicitus in adulterio; contra naturam verò ſemper illicitus, & proculdubio flagitioſior atque turpior, quem S. Apoſtolus, & in fœminis & in maſculis arguebat, damnabiliores volens intelligi quàm ſi in vſu naturali vel adulterando vel fornicando peccarent: locus D. Pauli eſt *ad Romanos* 1. *& can.* 13. flagitia quæ ſunt contra naturam vbique & ſemper deteſtanda atque punienda ſunt, qualia Sodomitarum fuerunt; quæ ſi omnes gentes facerent, eodem criminis reatu Diuinâ lege tenerentur, quæ non ſic fecit homines vt ſe illo vterentur modo; violatur quippe ſocietas ipſa quæ cum Deo nobis eſſe debet, cum eadem natura cuius ipſe auctor eſt, libidinis peruerſitate polluitur; verùm licet criminoſa ſit & damnabilis extraordinaria illa pollutio, maiorque omnibus aliis, etiam ipſo inceſtu, vt initio dictum eſt, tamen ea non impedit matrimonium contrahendum, *dict. can.* 11. 35. *quaſt.* 5. in quo legendum, *niſi in naturalibus admiſſa*, non verò, non niſi, vt eſt in volgatis.

Hoc peccatum dicitur contra naturam incontinentia, *can.* 11. *concilii Lateranenſis ſub Innocentio* 3. Incontinentia illa quæ eſt contra naturam, propter quam venit ira Dei in filios diffidentiæ, & quinque ciuitates conſumpſit, ex quo deſumptum eſt *cap.* 13. *de vita & honeſtate Clericorum*: filii vero diffidentiæ ſunt, qui nullam ſalutem ſperare poſſunt. Hoc etiam peccatum aliqui Pagani dixerunt contra naturam, vel præter naturam, vti Plato *lib.* 1. *de legibus*, vbi vocat τὸ παρὰ φύσιν τόλμημα, & tanquam ſceleratum impuriſſimumque facinus execratur: & D. Clemens *lib.* 6. *Conſtitutionum Apoſtolicar. cap.* 27. vbi vocat παρὰ φύσιν βδελυκτὴν μῖξιν, id eſt nefariam ſiue abominandam coniunctionem contra naturam, & vno verbo vocatur à Græcis παιδεραστία à Platone *loco citato*, & Tatiano *lib. contra Græcos.*

Ea prohibita eſt *Leuitici cap.* 18. *&* 20. vt teſtatur idem Clemens *lib.* 6. *ca.* 27. his verbis: non cubabis cum mare concubitu muliebri, maledictus eſt enim huiuſmodi, & lapidibus obruite eum qui abominationem fecerit: & cœpiſſe dicitur à Sodomitis *lib.* 7. *cap.* 3. *earumd. Conſtitutionum.* ex eodem Leuitico; neque pueros vitiabis; præter naturam enim eſt huiuſmodi libido, nata ea Sodomorum ciuitate quæ igne a Deo miſſo conſumpta eſt atque deleta; maledictus enim qui huiuſmodi eſt, & dicet omnis populus fiat: Philo Iudæus *lib. de ſpecialibus legib.* ait illud ſcelus fuiſſe ſemper probro, ſed & aliis morbus, ait, petulanter irrupit in ciuitatem, hoc multo quidem nocentior, eorum qui pueros amant, quod olim probrum fuit maximum μέγα ὄνειδος, & ait eodem modo puniendum quo puniuntur androgyni qui ſexum ſuum adulterant, id eſt morte & infamiâ; ſi quidem hi quodammodo mutant maſculum ſexum in fœminam. Clemens Alexandrinus *lib.* 2. *Pædagogi cap.* 10. oſtendit etiam hoc crimen vetitum in ſcripturâ ſymbolicè per hæc verba, non comedes leporem, nec hyenam, nempe quod hyena maſculum agat & fœminam; & refert ideo Platonem vocaſſe *in Phædro* τὸν παιδεραστίας θηρίον, id eſt amorem puerorum, beſtiam. Conſtantinus verò & Conſtantius Imperatores in hos Pædicones vltimum ſupplicium & infamiam irrogarunt, *l.* 3. *Cod. Theod. ad legem Iul. de adulter.* & Iuſtinianus etiam *l.* 31. *Cod. eod. tit.* vbi iubet inſurgere leges & armari iura gladio vltore, vbi Venus mutatur in alteram formam; & eſt *Nou.* 141. contra eos, quæ inſcribitur edictum de his qui luxuriantur contra naturam, & *Nou.* 77. vt non luxurientur homines contra naturam, &c. & Nomocanon Photii *tit.* 13. *de laicis, cap.* 5. Porro in *epiſt. D. Baſilii ad Amphilochium* maſculorum corruptores ſeu ἀρσενοκοῖται eâdem quâ initores animalium & homicidæ, & Venefici, & adulteri, & idololatræ condemnatione coërcentur, vt ſcilicet hi omnes etiam, gradus omnes Pœnitentiæ percurrant, non quod alii aliis non diutiùs maneant in pœnitentia peragenda, vt Balſamo rectè notat illo loco. Euſebius *lib.* 8. *de preparatione Euangelica*, refert ex Ioſepho quid Iuris ſeruaretur apud Hebræos contra marium congreſſiones: de nuptiis, ait, quid? eam tantùm conſuetudinem quam natura cum vxore concedit, lex noſtra probat, modo tamen ea prolis ſuſcipiendæ causâ ineatur at marium cum maribus congreſſiones execratur, eiuſque flagitii reos capitali ſupplicio damnat.

AD CAVSAM XXXIII.

QVÆSTIO I.

SI de Frigidis agatur videntur hic canones magis vxori fauere quàm marito, ita vt ſi vir non poſſit vti vxore ſua vtpote arctâ, habeat eam quaſi ſororem, nec poſſit aliam accipere, *can.* 2. *hac* 33. *quaſt.* 1. ſi verò mulier cauſetur, & dicat volo mater eſſe filioſque procreare, & probet maritum eius cum ea copulari non poſſe, tunc alium virum poſſit accipere *can.* 1. *&* 2. Id autem probare debet mulier per iuſtum iudicium *can.* 1. & vtroque eorum ſeptimâ manu propinquorum, tactis ſacroſanctis reliquiis iureiurando dicente, vt nunquã per commiſtionẽ carnis coniuncti vna caro fuiſſent effecti, *can.* 2.

nam ſi non probauerint, idque tantum mulier dixerit, vir vero negauerit, viro potius eſt fides adhibenda, quia mulieris eſt caput, *can.* 3. Atque tunc, ita diſſoluto matrimonio propter impotentiam viri, poteſt ipſa quidem alii nubere, at ipſe non poteſt aliam ducere, qui ſi duxerit ſeparabitur ab ea *can.* 5. & redibit ad priorem, *can.* 3. periurii que rei tenebuntur qui iurauerunt cum eis eſſe impotentem, *can.* 2. Quod ergo dicitur de viro *dict. can.* 2. vt habeat mulierem arctam tanquam ſororem, in ea ſpecie dicendum fuiſſe videbatur, quod ipſe mendacii falſitate conaretur vxorem dimittere odio illius, vt patet ex textu; nam generaliter non eſt verum vt qui duxit arctam, teneatur eam habere vt ſororem; & ille non probabat quod intenderat. Nec obſtat quod canon dicat, vt habeat vt ſororem eam quæ non erat arcta, hoc enim dicit, non quod eſſet arcta, ſed in contemptum & illuſionem eius, qui eam dixerat arctam. Eſt & alius caſus de quo non agitur *in dict. can.* 2. vt ſi quis vir ſcienter duxerit arctam, & mulier impotenti nupſerit, tunc ille debeat eam habere vt ſororem, & hæc vt fratrem, quia non ignorarunt, & ſub hac conditione conſenſerunt, vt patet ex *cap. 4. de frigidis & maleficiatis*, vbi Papa dicit illud ita ſeruari in Eccleſia Romana. Quid ſit vero probare aliquid ſeptimâ manu diximus alio loco.

Si vero agatur de Maleficiatis, qui per Sortiarias, & maleficas occulto quidem, ſed nunquam iniuſto Dei iudicio permittente, & Diabolo præparante, concubitum non poſſunt habere; dicitur *can. 4. quæſt.* 1. eos hortandos eſſe vt corde contrito, Deo & Sacerdoti de peccatis omnibus puram confeſſionem faciant, vel, vt eſt in vulgatis, duram; & orationibus & ieiuniis Domino ſatisfaciant, & per exorciſmos, cæteraque Eccleſiaſticæ medicinæ munia Miniſtri Eccleſiæ tales, quantùm Dominus annuerit, qui Abimelech eiuſque domum Abrahæ ſanauit orationibus, ſanare procurent: quod ſi forte ſanari non potuerint, poterunt ſeparari; ſed poſtquam alias nuptias expetierint, illis in carne viuentibus quibus fuerant iuncti priùs, quoſque reliquerant, etiamſi poſſibilitas concumbendi reddita fuerit, reconciliari nequibunt, *can. 4. quæſt.* 1. Quod tamen immutatum poſtea à ſummis Pontificibus, vt reconciliari debeant, etiamſi aliam duxerint, poſt reſtitutam illam poſſibilitatem, *cap. 6. de frigidis & maleficiatis*; niſi derelicta votum Religionis ſolemne emiſerit, *dict. cap.* 6.

QVÆSTIO II.

AGitur adhuc de diuortio ex cauſa Fornicationis *in hac Quæſtione* 2. deque ordine iudiciario ea in re ſeruando. Dicitur verò 1. legem Diuinam prohibere dimittere vxorem, etſi lex humana non prohibeat, & audiendam magis Domini legem *can. 1. hac quæſt.* 1. ſaltem ſine iudicio Superioris, ita vt ſi dimiſſa ſit etiam ob adulterium ſine iudicio Epiſcopi, tunc primùm reſtitui debeat bonis ſuis, & liberè diſponat de eis, tum vero non antè teneatur objectis reſpondere, *can. 3. hac quæſt.* 2. & vel debet red-

:

A di ſuis conſanguineis, vel locus prouidendus in quo nulla ei vis formidinis ſit timenda, & in quo etiam non ſit difficilè adducere teſtes, *can. 4. ead. quæſt.* 2.

Diſſidii verò huius cauſæ agi debent apud Epiſcopos Comprouinciales, & priuſquam in iudicio damnentur, à communione non poſſunt excludi, vel abjicietur à viro ſi cum eo maneat; ſed poſt iudicium; poſt quod non tam ipſe homo abjicit quàm crimen; non enim homo ſeparat quos pœna condemnat, quos reatus recuſat, quos maleficium coarctat, vt dicitur *can. 18. hac noſtra quæſt.* 2.

B

QVÆSTIO III.

SI, vt ſupra diximus, non licet viro propter adulterium vxorem aut temerè dimittere ſine iudicio Epiſcopi, vel ita dimittere vt poſſit cum alia contrahere: multò minùs licet propter ipſum adulterium eam interficere, ſecundum legem Diuinam, quæ gladium non habet niſi ſpiritualem, & non occidit ſed viuificat; nam humanam legem hic non ſequitur Eccleſia, *can. 6. & 9. quæſt.* 2. & ſanè ſi liceret vxorem adul-

C teram occidere, liceret & dimittere, quoniam occiderentur vt dimitterentur, & fieret quod eſſet licitum, vt fieret quod eſt illicitum: quare ab vtroque abſtinendum, vt dicitur, *dict. can.* 9. his verbis: ſi, inquit, quod veriùs dicitur, non licet homini Chriſtiano Adulteram coniugem occidere, ſed tantùm dimittere, quis eſt tam demens qui dicat ei, fac quod non licet vt liceat tibi quod non licet? cùm enim vtrumque ſecundum legem Chriſti ſit illicitum, ſiue adulteram occidere, ſiue illâ viuente alteram ducere, ab vtroque abſtinendum eſt, non illicitum pro illicito faciendum; ſi enim facturus eſt quod non

D licet, iam faciat adulterium, & non faciat homicidium; & viuente vxore ſuâ alteram ducat, & non humanum ſanguinem fundat; quod ſi vtrumque nefarium eſt, non debet alterum pro altero perpetrari, ſed vtrumque vitari.

Datur verò poteſtas Clericis, ne fortè vxores eorum peccandi poteſtatem ampliùs habeant, eas præter necem cuſtodiendi atque ligandi in domo ſua, atque ad ſalutaria ieiunia non mortifera eas cogendi, ita vt inuicem Clerici pauperes ferant auxilium, ſi ſeruitia fortè non habeant; cùm vxoribus autem ipſis quæ peccauerint non cibum ſumant, niſi fortè ad timorem Dei actâ pœnitentiâ reuertantur, *can. 10. quæſt.* 2.

E Interfectores verò coniugum ſunt Homicidæ veri, & ad pœnitentiam redigendi, iiſque penitùs coniugium denegatur, exceptis adoleſcentibus, de quibus eſt B. Leonis Papæ 25. *regula Decretalium*, imò indulgentia obſeruanda *can. 5. quæſt.* 2. cui regulæ ſimile habetur *can. 14. quæſt.* 2. ſique pœnitentiam agere detrectauerint, anathematiſantur, *can. 7. quæſt.* 2. maximè ſi vxorem ſuam iniuſtè & ſine cauſa, non ſibi ipſis inſidiantem, nec adulteram interfecerint. Vnde cum Haſtulphus quidam vxorem ſuam ita ſine cauſa interfeciſſet, & poſt huius mortem, teſtem reprobum eam incuſantem produxiſſet, Papa mandauit vt non audiretur, tum quia vnius

improbi viri teſtimoniom non ſit recipiendum, tum quod ea viuâ debuerat producere teſtes contra eam, non eâ mortuâ, vt ita adulterio comperto dimitteret eam, & pœnitentia ſeptem annos coërceret: nunc verò quia occidit eam, mandat ſummus Pontifex & præſcribit quænam ſit pœnitentia ei neceſſaria ad diluendum hoc crimen: placeat, inquit, tibi conſilium noſtrum, & hoc fac quod tibi melius, leuiuſque; miſerere animæ tuæ vt non ſis tibi homicida; relinque, te rogamus, hoc malum ſæculum, ingredere Monaſterium, humiliare ſub manu Abbatis, & multorum fratrum precibus adiutus obſerua cuncta ſimplici animo tibi imperata, ſi fortè B ignoſcat Dei bonitas peccatis tuis, & refrigeret animam tuam priuſquam crucieris flammis perpetuis; hoc leuius & melius tibi ſcietis: ſin autem publicam pœnitentiam in domo tua permanens, vel in hoc mundo vis agere, quod tibi peius & durius & grauius eſſe non dubites, ita vt agere debes hortamur omnibus diebus quibus pœnitere debes, vinum & ſiceram non bibas, carnem nullo vnquam tempore comedas præterquam in Paſcha & die Natalis Domini, in pane & aqua & ſale pœnitentiam age, in ieiunijs, vigiliis, orationibus, & eleemoſynis omni tempore perſeuera; armis nunquam cingere, ne in quolibet loco litigare præſumas, vxorem nunquam C ducere, concubinam non habere, nec adulterium committere audeas; in balneo nunquam laueris, in conuiuiis lætantium nunquam te miſceas, in Eccleſia ſegregatus ab aliis Chriſtianis poſt oſtium & poſtes humiliter te repone, ingredientium & egredientium ſuppliciter orationibus te commenda, communione corporis & ſanguinis Domini cunctis diebus vitæ tuæ indignum te exiſtimes, in vltimo tamen exitus vitæ tuæ die, ſi merueris pro Viatico ſi ſit qui tribuat, tantummodo venialiter, vt accipias tibi concedimus, &c. vt habetur *can. 8. hac quaſt. 2.* vbi forma auſterioris pœnitentiæ proponitur atque deſcribitur huic Haſtulpho ſeruanda. D

Quod attinet ad Ius Ciuile, quæritur an marito liceat in adulterio vxoris ſuæ deprehenſum occidere, vel etiam vxorem. Et reſpondetur 1. ſi de Adultero agatur, non poſſe maritum quemlibet adulterum, nec quolibet loco, ſed domi ſuæ tantùm deprehenſum occidere, & poſſe tantùm impunè occidere ſeruum quemlibet, *l. 24. D. ad legem Iul. de adulter.* libertum ſuum, vel vxoris, vel Patris, vel Matris, filii filiæve, vtriuſue eorum, viri ſcilicet, & vxoris, non verò quemlibet libertum *dicta l. 24. D. ad leg. Iul. de adulteriis:* item nec quemlibet alium liberum hominem, ſed tantùm eum liberum E hominem qui vel noxæ deditus eſſet, id eſt qui noxam feciſſet, & condemnatus, iudicando faciendo impar eſſet, auctore iudice, vel patre in noxam datus erat, eique addictus qui cauſam obtinuerat, vt fieri in more fuiſſe probat *lex 3. § proinde, D. de libero homine exhibendo, & §. vlt. inſtitut. de noxalibus actionib.* Liber ergo homo noxæ deditus, in adulterio deprehenſus à marito, poterat impunè ab eo occidi, vt ait Paulus *lib. ſingulari de adulteriis.* Item liber homo, ſi eſſet infamis, vt puta publico iudicio damnatus, nec famæ reſtitutus, vel ſi lenocinium, aut artem ludicram quæſtûs causâ exercuiſſet, A & in ſcenam prodiiſſet cantandi vel ſaltandi causâ, *dict. l. 24. marito, D. ad legem Iul. de adulteriis:* item ſi corpore quæſtum feciſſet, vt ait Paulus *lib. 2. ſententia 2.* item ſi beſtiarius, vel gladiator fuiſſet, vt ipſemet Paulus ait, *dict. lib. ſing. de adulteriis:* alioqui non poteſt adulterum occidere; ſed occiſo tali adultero debet ſtatim dimittere vxorem, & exigere foras, & profiteri in triduo proximo apud Iudicem ſe illum adulterum occidiſſe domi ſuæ, vt diſcimus ex eodem Paulo; nam ſic impunè occidet adulterum. Et ſicut ipſe maritus poteſt occidere talem adulterum, ita & poteſt iubere filio ſuo vt occidat, vt patet ex *l. 4. Cod. ad leg. Iul. de adult.*

Quòd ſi maritus, alterius conditionis hominem, quem per legem Iuliam impune occidere non poterat, occidiſſet, tamen iuſtus dolor eum excuſabat, vt non teneretur ſcilicet pœnâ legis Corneliæ de ſicariis, ſed tamen non manebat impunitus: nam ſaluo capite & patrimonio relegabatur *l. 4. Cod. ad leg. Iul.* nec enim occidere debebat, ſed tantùm retinere, idque intra viginti horas teſtandæ rei gratiâ, ſicut lege Iuliâ fuerat definitum, *l. 25. D. eod. tit.*

Si vero de Vxore agatur, maritus non poterat vxorem deprehenſam per legem Iuliam occidere vllo caſu, cuiuſcumque conditionis eſſet: ſi tamen interfeciſſet non tenebatur pœnâ legis Corneliæ, ſed relegabatur vt diximus de adultero, & patet *l. 5. §. vlt. D. ad leg. Cornel. de ſicariis. l. ſi adulter. §. Imperatores, D. ad leg. Iul. de adult. l. 3. §. ſi maritus, ad Senatuſconſult. Syllanianum:* molliri enim pœnam, vt ibi dicitur, quod difficillimum fuerit marito iuſtum dolorem temperare. Tamen ante legem Iuliam videtur olim marito fuiſſe ius occidendæ vxoris, vt patet ex *fragmentis Marci Catonis.*

Denique poſt legem Iuliam obtinuit aduerſus eam, ex Nouella Maioriani Imperatoris, vt ſcribit *Pap. lib. Reſponſorum tit. de adult.* vt poſſit maritus deprehenſum quemlibet adulterum & D vxorem in ipſo actu, vno ictu, & impetu vno, æquali vero irâ aduerſus vtrumque ſumptâ, ſimul occidere, non aliter: confirmatur ex Caſſiodoro *lib. 1. Variar.* & *can. inter 32 quæſt. 2.* quod & ita lex Iulia permiſerat Patri, deprehenſo adultero filiæ domi ſuæ, generiue ſui; non etiam marito, *l. quod ait, §. vlt. D. ad leg. Iul. de adul.* nam licet maritus dicta lege Iuliâ non poſſet quemlibet adulterum occidere, nec quolibet in loco, nec etiam vxorem, tamen pater ipſius mulieris adulteræ, qui eam in poteſtate habebat, poterat, dicta lege Iulia omnem adulterum filiæ ſuæ occidere, dummodo & filiam quoque ſi- E mul eodem impetu occideret; alioqui ſi adulterum tantum occiderit, ſiue filiam, reus erit lege Cornelia de ſicariis, *l. 20. 25. & 32. ad legem Iuliam de adulter.* Ratio verò cur latiùs pateat jus Patris quàm Mariti, ea eſt quod pater non ſit facilè occiſurus adulterum, eùm & filiam quoque teneatur occidere, vt videatur plura lex permiſiſſe ei qui facilè iure ſuo non erat vſurus, cum contrà mariti impetus facilè decernentis fuerit coërcendus & refrænandus, *dict. l. 22. §. fin. D. ad l. Iul. de adult.* Sed tandem exemplo patris, Maiorianus Imperator, vt ante diximus, permiſit maritis, vxorem quoque vno ictu & impetu cum adultero occidere, ſeu ſi-

mul occidere æqualitra aduerſus vtrūq; ſumptâ.

QVÆSTIO II.

SCiendum eſt olim Pœnitentiæ publicæ fuiſſe quandam profeſſionē, & certa iura circa Pœnitentes publicos ſtatuta, vt v. g. ſi quis vnā Pœnitentiam publicam egiſſet, non poſſet etiam ſecundam profiteri, nec matrimonium, nec militiæ cingulum accipere, ſicque deal[illegible], vt habetur, *can.* 12. *quæſt.* 2. de his, ait, qui actâ pœnitentiâ tanquam canes ac ſues ad vomitus priſtinos redierint, & volutabra, militiæ cingulum, & ludicras voluptates, & noua coniugia, & inhibitos concubitus, quorum profeſſam incontinentiam generati poſt abſolutionem filii prodiderunt, quia iam ſuffugium pœnitendi non habent; decernitur, vt ſolâ intra Eccleſiam fidelibus oratione iungantur, ſacris myſteriorum celebritatibus, quamuis non mereantur, interſint, à Dominicæ menſæ conuiuio ſegregentur, vt hac ſaltem diſtinctione correpti, & ipſi in ſe ſua errata caſtigent, aliis exemplum tribuant, quatenus ab obſcœnis cupiditatibus retrahantur; quibus tamen, quia carnali fragilitate ceciderunt, Viatico munere cum ad Dominum cœperint proficiſci, per communionis gratiam volumus ſubueniri, ex quo *can.* patet noua coniugia fuiſſe quodammodo interdicta publicis pœnitentibus. Nihilominus tamen, ſi quis in adoleſcentia propter aliquod delictum, metu mortis, vel periculo captiuitatis geſſerit pœnitentiam, poſtea timens lapſum incontinentiæ iuuenilis, copulam vxoris elegerit, ne crimen fornicationis incurrat, rem videtur feciſſe venialem, eique permittitur vxorem ducere; ita tamen vt nullam præter eam omnino cognoſcat: permittitur, inquam, quia in hoc Summus Pontifex ait ſe non conſtituere regulam, ſed quid ſit tolerabilius æſtimare, *can.* 14. *quæſt.* 2. attenditur enim in eo tum iuuenilis ætas, tum maximè periculum fornicationis: vnde & ſi aliquis cum duabus ſororibus fuerit fornicatus, aut cum aliis Perſonis prohibitis, & proinde dignam egerit pœnitentiam, ſi tum caſtitatis non voluerit continentiam ſuſtinere, licebit ei legitimam vxorem accipere connubio, mulierique ſimiliter quæ tali fuerit ſcelere lapſa, vt ſcilicet ad fornicationis chaus non perducatur, *can.* 14. *quæſt.* 2.

Quòd ſi verò poſt peractam & profeſſam pœnitentiam publicam, indultum eſt propter fornicationis periculum, & conceſſum Pœnitentibus nouam vxorem ducere, multò magis datum erit retinere, & non dimittere vxorem quam iam habebant, & ad eam propter idem periculum redire, quod tamen non eſt generaliter, & canonicè præceptum, ſed pro humana fragilitate indultum, *can.* 19. *quæſt.* 2. quod ideo etiam indultum, ne aliqui timentes ne coniugii vſum amitterent, de peccatis ſuis debitam pœnitentiam nunquam agerent, vt iam aliqui faciebant, *can.* 33. *quæſt.* 2. Et ideo adoleſcens coniugatus, qui mortis formidine peruenerat ad pœnitentiam, & fuerat incontinens; ne poſteà lapſum adulterii incurreret, accepit licentiam redeundi ad priſtinum coniugium, quouſque poſſet adipiſci temporis maturitate continentiæ ſta-

A tuor, *dict. can.* 19. *quæſt.* 2. Quin etiam matricida Pœnitens non ſeparatur poſt pœnitentiam ab vxore.

Forma verò Pœnitentiæ præſcribi tur antiquæ *can.* 15. *quæſt.* 2. latorem præſentium, ait canon, matricidam eſſe cognouimus; cui præcipimus vt ſub Pœnitentiæ iugo permaneat, ita vt per annum integrum Eccleſiam non ingrediatur, ſed ante fores Baſilicæ orans & deprecans Deum perſeueret, qualiter tanto eripiatur piaculo; B completo verò anni curriculo, introeundi in Eccleſiam habeat licentiam, tamen inter audientes ſtet, ſed nondum communicet; completis autem trium annorum curriculis ſacræ communionis ei gratia concedatur, oblationes verò non offerat niſi prius aliorum ſeptem annorum curricula expleantur: his autem omnibus annis atque temporibus carnem non manducet, nec vinum bibere præſumat, exceptis diebus Feſtis atque Dominicis, & à Paſcha vſque ad pentecoſtem; & quocumque ire voluerit nullo vehiculo deducatur, ſed pedibus proficiſcatur; arma non ſumat niſi contra Paganos; ieiunet autem tribus diebus per hebdomadam vſque ad veſperam; à propria quidem & legitima coniuge non ſeparetur, ne in fornicationis voraginem corruat, quod ne fiat optamus; ſi autem ante annorum trium curſum finis vitæ illius appropinquauerit, corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti particeps fiat; ſin autem, C vt ſuprà ſtatuimus efficiatur, tamen ſi illius conuerſionem & lacrymarum fontem in omnibus videritis floridis actionibus & optimis operibus pullulare, humaniùs circa eum veſtra ſollicitudo peruigil appareat, mitiſque cibus demonſtretur. Ex quo appatet per ſacræ Communionis gratiam, non intelligi communionem corporis Chriſti, ſed communionem fidelium & precum. Item is qui cum matre vel filia ſpirituali à qua ſuſceptus eſt de fonte, vel quam ſuſcepit, aut D cum illa quam coram Epiſcopo tenuit vt ſacro chriſmate vngeretur, ſcelus fornicationis perpetrauit, legitimam tamen ſi habuit non dimittet vxorem, *can.* 17. *quæſt.* 2.

Erat tamen in eo hæc obſeruatio, vt ſi viro Pœnitentiam agente, vel contra, moreretur eius vxor v. g. antequam plenam pœnitentiam is peregiſſet, ſuperſtes non poſſet aliam vxorem poſtea recipere, *dict. can.* 19. *quæſt.* 2. nam de eo qui non eſt in Pœnitentia, ſi ſuperſtes ſit, non eſt dubium quin poſſit contrahere matrimonium, *dict. can.* 19.

E

QVÆSTIO III.

DE POENITENTIA.

DISTINCTIO I.

NVllum proculdubio Dominus Peccatum ſine vltione deſerit: aut enim in ſe pœnitens punit, aut hoc Deus cum homine vindicans percutit; nequaquam igitur peccato parcitur, quia nullatenus ſine vindicta laxatur; ſicque Dauid audire poſt confeſſionem meruit, Dominus tranſtulit peccatum tuum, & tamen poſt, multis cruciatibus afflictus ac fugiens reatum

culpæ quam perpetrauerat exoluit, *can.* 82. *&* 83 & Adam poſt culpam ſtatim de Paradiſo Deus eiecit; non diſtulit, ſed ſtatim ſeparauit à delitiis vt ageret Pœnitentiam, ſtatim tunicam veſtiuit pelliceam non ſericam, *can.* 8. Deinde in Geneſi legimus centum viginti annos Pœnitentiæ conſtitutos ante diluuium *can.* 75.

Verùm quia diuinitatis natura clemens & pia, magiſque ad indulgentiam quam ad vindictam prona, quia non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat; ſi quis poſt lapſum peccatorum ad veram Pœnitentiam ſe conuertit, cito à miſericorde Iudice veniam impetrabit, *can.* 72 nouit enim Dominus mutare ſententiam, ſi tu noueris emendare delictum, *can.* 64. ſique agamus Pœnitentiam ipſum quoque ſuæ pœnitebit ſententiæ, *can.* 97. quod facile ſoluitur Ezechiæ Regis exemplo, quem Eſaias dixerat eſſe moriturum; & Niniuitarum, quibus dictum eſt, adhuc quadraginta dies & Niniue ſubuertetur; & tamen ad preces Ezechiæ & Niniuæ Dei ſententia commutata eſt, non vanitate Iudicii, ſed eorum conuerſione qui meruere indulgentiam: neque enim Deus hominibus, ſed vitiis iraſcitur, quæ cùm in homine non fuerint, nequaquam punit, quod mutatum eſt, *can.* 68. & vindictam temperat ab eo qui illam pœnitentia præuenit, tantoque tempore iraſcitur quanto quis in peccato permanſit: vnde ſcriptum eſt, quanto, inquit, tempore *ſeruierunt* Balaam tanto Chuſarſaton, *can.* 69. & vt Deum cito adeſſe Pœnitenti videamus, conſideremus quia donec ſeruierunt Chuſarſatoni cui traditi fuerant pro delictis ſuis, & non clamauerunt ad Dominum, nemo ſuſcitatus eſt qui eos ſaluare poſſet; cùm verò clamauerunt ad Dominum tunc ſuſcitauit Dominus Saluatorem Iſraël, & ſaluauit eos, *dict. can.* 69. nam non adeſt Deus impœnitenti, quod oſtenditur ex Amos *cap.* 1. & vt refertur *can.* 71. ſuper tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quatuor non conuertam eum: iuxta tropologiam hoc dicere præſumus, primum peccatum eſt cogitaſſe quæ mala ſunt, ſecundum cogitationibus acquieuiſſe peruerſis, tertium quod mente decreueris opere cōpleuiſſe, quartum poſt peccatum, non agere Pœnitentiam, & in ſuo ſibi complacere peccato, *dict. can.* 71.

Multiplex Dei miſericordia lapſibus ſubuenit humanis, vt non ſolùm per Baptiſmi gratiam, ſed etiam per Pœnitentiæ medicinam ſpes vitæ reparetur, *can.* 49. & qui dixerat ſicut Adama faciam te, & ſicut Seboim, quæ duæ vrbes ex vicinia Sodomorum parilis excidii traxere conſortium, poſteà dixit conuerſum eſt cor meum, in eo ipſo turbata eſt pœnitentia mea, non faciam ſecundum iracundiam furoris mei, *can.* 46. & quotidie dicit libenter ignoſco, promptè indulgeo, miſericordiam malo quàm Sacrificium, quia in lege Sacrificium eſt, in Euangelio Miſericordia eſt; & tanta Dei pietas eſt, vt ad ſolam promiſſionem peccata dimittat, nondum quis pronuntiat ore & tamen Deus audit in corde. vt ait D. Auguſtinus exponens illud Dauidicum, *Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei*: & ait per Prophetam, conuertimini ad me in toto corde veſtro, & conuertar ad vos, *can.* 34. Sed non poteſt quis gratiam doni cœleſtis accipere niſi priùs purgatus fuerit ab omni ſorde peccati, per Pœnitentiæ Confeſſionem, per donum Baptiſmi ſalutaris, *can.* 41. & nullus debitæ grauioris pœnæ accipit veniam; niſi qualemcumque etſi longe minorem quàm debeat ſoluerit pœnam; ita enim impertitur à Deo largitas miſericordiæ, vt non relinquatur etiam iuſtitia diſciplina, *can.* 42. nec potes aliquem ab errore ad veritatem, vel à quocumque ſeu magno ſeu paruo peccato ad correctionem ſine Pœnitentia poſſe tranſire, *can.* 45.

Deus autem nullum crimen excepit, qui peccata donauit omnia, *can.* 50 & definitionem

B non facit, qui miſericordiam ſuam promiſit omnibus, & relaxandi licentiam Sa[illegible]dotibus ſuis ſine vlla exceptione conceſſit: ſed qui [illegible]ulpam exaggerauit, exaggeret & Pœnitentiam; maiora enim crimina, maioribus abluantur fletibus, *can.* 78. & miſericordiæ Dei nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur veniæ moras conuerſio, *can.* 49. vnde S. Ambroſius *in can.* 54. arbitror quod etiam Iudas, tantâ potuiſſet Dei miſeratione non excludi à venia, ſi pœnitentiam non apud Iudæos, ſed apud Chriſtum egiſſet, *can.* 54.

Pœnitentia verò eſt amor cordis, & amaritu-

C do animæ pro malis quæ quiſque commiſit. Pœnitentia eſt mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere, *can.* 39. nam perfecta Pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter ſufferre; in corde eius contritio, in ore confeſſio, in opere toto humilitas, hæc eſt fructifera Pœnitentia, *c.* 40. Et Petrus quidem doluit & fleuit, quia errauit vt homo, non inuenio quid dixerit inuenio quod fleuerit; lacrymas eius lego, ſatisfactionem non lego: & ſcriptū eſt *c.* 2. lacrymæ lauent delictum, quod voce pudor eſt confiteri, *can.* 5. Amat vero Deus non tantùm vt ſolus peccator doleat, ſed vt pro vno multi rogent: Deusque in Euāgelio motus eſt viduæ lacrymis,

D quia plurimi pro ea flebant, *can.* 79. amat verò maximè cor contritum & humiliatum, *can.* 1. & alibi: conuertimini ad me in toto corde veſtro, *can.* 34. quia peccata incipiunt, & aliquando deſinunt in corde; nam non ſolum ſunt homicidæ qui manibus hominem occidunt, ſed per quorum conſilium homines extinguntur: etenim Iudæi Dominum hoc pacto occiderunt, *can.* 23. & occidit fratrem ſuum qui odit, qui detrahit, *can.* 24. & omnis oppreſſio, iudicium ſanguinis eſt, & licet gladio non occidat, voluntate tamen interficit *can.* 25. *&* 27. Nunquid enim Cain, cùm Deo munus offerret, iam peremerat fratrem, & tamen parricidium men-

E te conceptum Deus prouidus antè damnauit, *can.* 26. ſic qui mulierem concupiſcit non minùs reus eſt, quàm ſi in ipſo facto deprehenderetur; voluntas enim remuneratur, non opus, voluntas autem in cordis contritione eſt & opus in oris confeſſione: & ita Iure Ciuili, licet generaliter conſtitutum ſit nullam cogitationis eſſe pœnam, *can.* 54. plerumque tamen eadem ſeueritate, voluntatem ſceleris quà effectum puniri iura voluerunt, *can.* 6. *&* 15.

In Pœnitentia multa ſunt neceſſaria; Confeſſio nam non poteſt quis à peccato iuſtificari niſi fuerit ante confeſſus peccatum, *can.* 38. & Confeſſio

feſſio animum à morte liberat, Confeſſio aperit Paradiſum, Confeſſio ſpem ſaluandi tribuit: vnde ſcriptura dicit dic tu iniquitates tuas, vt iuſtificetis; Confeſſio, inqoim, quæ fit cum Pœnitentia, *can.* 39. & ſeconda poſt naufragiũ tabula eſt culpam ſimpliciter confiteri, *can.* 72. & venialis eſt culpa quã ſequitur profeſſio delictorum, ideoqoe Eua non deſpecta quæ non tetricoit Deo, ſed magis confeſſa eſt peccatum, quam medicinalis ſequuta ſententia; bonum eſt enim condemnari in peccato, & flagellari in delicto, vt cum hominibos flagellemur: denique Cain, quia voluit crimen oegare indignos iudicatus eſt qoi puniretur in peccato, ſed remiſſus eſt ſine præſcriptione pœnæ, & Accuſatori Diabolo, eius accoſatio reſeruata eſt, *can.* 47. Quarè *in can.* 69. dicitur, quaoto tempore deliquiſti, tanto tempore humilia te ipſum Deo, eique ſatisfacito in confeſſiooe Pœniteotiæ, & *can.* 88. quem pœoitet, omninò pœoiteat, & dolorem lacrymis oſtcodat, repræſentet vitam ſuam Deo per Sacerdotem, præueniat Dei iudicium per Coofeſſionem; præcepit enim Dominus muodaodis vt oſteoderent ora Sacerdotibus, docens corporali præſentiâ confitenda peccata, non per nuntium, non per ſcriptum maoifeſtanda, dixit enim, ora mooſtrate; & omnes, non vnus pro omnibos; non alium ſtatuatis nontium, ſed qui per vos peccaſtis, per vos erobeſcatis, erubeſcentia enim partem habet remiſſionis: ex miſericordia eoim præcepit Dominus, vt neminem pœniteret in occulto, io hoc enim quod per ſcipſum dicit Sacerdoti & erubeſcentiam vincit timore offenſi, fit venia criminis; fit enim per confeſſionem veniale quod criminale erat in operatiooe, & ſi non ſtatim purgatur, fit tamen vitale, quod commiſerat mortale, *dict. can.* 88. ſufficit autem Pœnitenti illa confeſſio quæ primùm Deo offertur, tum etiam Sacerdoti, qui pro delictis Pœnitentium precator accedit, *can.* 61. Quidam eoim Deo ſolummodo confiteri debere peccata dicunt, vt Græci; quidam vero Sacerdotibos eſſe confitenda percenſent, vt tota ferè Eccleſia ſancta, quod vtrumque non ſine magno fructu fit intra Eccleſiam, ita duntaxat vt Deo qui remiſſor eſt peccatorum, & deinceps: ea vero quæ fit Sacerdoti, docet qualiter ipſa purgentur peccata, *can.* 90. & Verbum quidem Dei peccata dimittit, Sacerdos verò Iudex eſt, & quidem ſuum officium exhibet, & nullius poteſtatis iura exercet, *can.* 51. faciliuſque Deum ſibi placabunt, qui non conuicti humano iudicio, vltro crimen agnoſcunt, aut propriis illod confeſſiooibus produnt, aut neſcientibus aliis ipſi io ſe voluntariæ excommunicationis ſententiam ferunt, & ab Altari non animo, ſed officio ſeparati, vitam ſuam tanquam mortuam plangunt, *can.* 52. & contra, illi quòrum peccata, nec confeſſa nec publicata ſunt, ſi ea confiteri vel emeodare noluerint, Deum qoem habent teſtem, ipſum habituri ſuot vltorem, *can.* 31. Quare agenda Pœnitentia qualis agitur in Eccleſia, vt oret pro nobis Eccleſia, nemoque ſibi dicat, occultè ago, apud Deum ago, nouit Deus qui mihi igooſcit, quia in corde ago: ergo ſine caoſa claues datæ ſunt Eccleſiæ Dei, fruſtramus Euangelium Dei; fruſtramos verba Chriſti: Iob dicit, ſi erubui in coospectu populi confiteri peccata mea, *can.* 44.

A omnia ergo quæ faciunt Sancti, in conſpectu Dei faciunt, peccatores autem à conſpectu Dei fugiuot, & Adam fugit poſtquam peccauit, & Cain, *can.* 45. Confeſſio verò publicè fieri non debet, *can.* 89.

In Pœnitentia etiam Eleemoſyna plurimùm poteſt: habemus pluta ſobſidia, quibus peccata noſtra redimamus, pecuoiam habes? redime peccatom tuum; oon venalis eſt Domious, ſed tu ipſe venalis es, peccatis tuis veoūdatus es, redime te operibus tuis, redime te pecuniâ tuâ; vilis quidem pecunia, ſed pretioſa eſt miſericordia: eleemoſyna, inquit, liberat à peccato, crimina eleemoſynis redimuntur, *can.* 76. & ſicut
B in præceptis medicioæ medicamentum, multas qoidem herbas accipit, vnam aotem dominantiſſimam, ſic & in Pœnitentia dominantior iſta herba & potentior eſt, & ipſa efficit vniuerſum; audi enim qoid dicit Dioina ſcriptura, date eleemoſynam & ecce omnia munda ſunt vobis, *can.* 77. & Daoiel hoc conſilium Regi dabat, *can.* 68. Quamobrem Rex, conſilium meum tibi placeat, peccata tua eleemoſyois redime, & iniqoitates tuas miſericordiis pauperom, forſitan ignoſcet Deus delictis tuis.

Item qui agit Pœnitentiam non ſolum diluere lacrymis debet peccatum ſuom, ſed etiam factis emendatioribus operire, & tegere delicta
C ſuperiora, vt non imputetur ei peccatum, *can.* 54. nec ſufficit mores in melius commutare, & à malis præteritis recedere, niſi etiam de his quæ facta ſunt, ſatisfaciat Deo per Pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis Sacrificium, cooperantibus eleemoſynis, & ieiuniis, *can.* 63. & mores qoidem oportet in melius conuertere volontate, ne præter voluntatem quis iudicetur à Deo; ſed venieodum ad eos per quos claues in Eccleſiis miniſtrantur, vt ab eis accipiat ſatisfactionis modum; atque ſi peccatum eius ſcandalo fuit aliorom, atque hoc expedire videatur Eccleſiæ, io notitia multorom, vel etiam totius populi agere pœnitentiam non recuſet, *can.* 85. nonnulli enim pœni-
D tentiam poſcuot, vt ſtatim ſibi reddi velint communionem; hi verò non tam ſe ſoluere cupiunt, quàm Sacerdotem ligare; ſuam enim conſcientiam non exuunt, ſed Sacerdotis induunt, cui præceptum eſt, nolite Sanctum dare canibus, *can.* 55. nemo enim in peccatis poſitus, arrogare ſibi debet authoritatem vel vſurpationem ſacramentorum, quia ſcriptum eſt, peccaſti quieſce, *can.* 56. Dicimus ergo & agendam Pœnitentiam, eoque tempore agendam quo culpæ deferueſcat luxuria, & in captiuitate peccati poſitos nos reuerentiores non vſurpatores eſſe debere; nam dictum eſt Moyſi, ſolue calceamentum pedum tuorum, *dict. can.* 56. & ſanè qui
E recordatur vnde lapſus ſit per peccatum, non poteſt non dolere, *eod. can.* 56.

Non omoinò tamen à Sacramentis abſtinendum, ſed in illis eſt quærendum remedium: ſuot, ait D. Ambroſius *in dict. can.* 56. qui arbitrentur hoc eſſe pœoitentiam ſi abſtineaot à Sacramentis cœleſtibus; hi vero ſæuiores io ſe ſunt Iudices, qui pœnam ſibi præſcribuot; declinant remedium, quos vel pœoam ſuam dolere conueniebat; quia cœleſti fraudarentur gratiâ. Qui ergo peccator eſt, & quem remordet propria cooſcientia, cilicio accingatur, & plangat pro-

ptia delicta, vel populi, & ingrediatur Eccleſiam de qua propter peccatum fuerat egreſſus, & iubet vel dormiat in ſacco, vt præteritas delitias per quas offenderat Deum, auſteritate vitæ compenſet, *can.* 66. nam qui peccator eſt, & aliquâ ſorde maculatus, non videtur eſſe de Eccleſia quæ maculam non habet, *can.* 70. & per pœnitentiam fiat de Eccleſia, *dict. can.* 70.

Menſuram verò temporis in agenda pœnitentia, idcirco non ſatis aperte præfigunt canones pro vnoquoque crimine, vt de ſingulis dicant; ſed magis in arbitrio Sacerdotis relinquant; quia apud Deum non tam valet menſura têporis, quàm doloris, vnde ipſa têpora, pro conſideratione fidelium abbreuiâda, vel protelanda. B

Extant tamen pro quibuſdam culpis, Pœnitentiæ modi impoſiti, iuxta quos cæteræ perpendendæ ſunt, cùm ſit facile per eoſdem modos vindictam & cenſuram canonum æſtimare, *can.* 86. idemque dicitur in *can.* 84. Verùm quia dolor plerumque occultus eſt, & ſoli Deo cognitus; ideo rectè conſtituuntur ab his qui Eccleſiæ præſunt, tempora Pœnitentiæ, vt ſatisfiat etiam Eccleſiæ in qua remittuntur ipſa peccata, *dict. can.* 84. Et contra ſunt aliqui qui Pœnitentiam agere detrectant, etiam Clerici: quis, inquit Auctor operis imperfecti, aliquando vidit Clericum citò pœnitentiam agentem? *can.* 87. C ideoque S. Ambroſius optimè dicebat *in can.* 56. faciliùs inueni qui ſeruatint innocentiam quàm qui congruè egerint Pœnitentiam: an quiſquam illam Pœnitentiam putat, vbi acquirendæ ambitio dignitatis, vbi vini effuſio, vbi ipſius copulæ coniugalis vſus? renuntiandum eſt ſæculo, ſomno ipſi minùs indulgendum quàm natura poſtulat, interpellandus eſt ſuſpiriis, ſequeſtrandus orationibus, ita viuendum vt in tali vita huic moriatur vſui, ſeipſum ſibi homo abneget, & totus mutetur, *can.* 56.

Nec vero vlli vnquam Reconciliatio Pœnitentiæ & Communionis gratia deneganda eſt, maximè in periculi inſtantia, *can.* 49. vnde Cyprianus miratur quoſdam ſic obſtinatos eſſe, vt D dandam non putent lapſis Pœnitentiam, aut Pœnitentibus exiſtiment veniam denegandam, cum ſcriptum ſit, memento vnde cecideris & age Pœnitentiam, *can.* 57.

Quatuor vero ſpecies Pœnitentiæ ponuntur à S. Auguſtino *in can.* 81. Prima quam agunt adulti cùm accedunt ad Baptiſmum: Secunda quam agimus per totam vitam, cùm contemnimus mortalem, & ad immortalem aſpiramus: Tertia eſt quæ pro peccatis contra decalogum, ſubeunda: Quarta denique eſt quotidiana, ob ea quæ fragilitate ſubrepunt, nec grandia ſunt peccata, *dict. can.* 81. E

DISTINCTIO II.

In hac Diſtinctione multa reſecanda ſunt, quæ parùm ad noſtram doctrinam pertinent: ſumma eſt nos iuxta *Epiſtolam Iacobi*, omnes multa peccare: multa peccamus omnes, & nemo mundus à peccatis, nec infans; quod multis probatur in *can.* 4. vbi hæc ratio redditur, quia liberi arbitrii nos condidit Deus, nec ad virtutes, nec ad vitia neceſſitate trahimur, alioquin vbi neceſſitas eſt damnatio nec corona eſt, *dict. cap.* 4. & qui vult facere Dei mandata, & non poteſt, iam quidem habet bonam voluntatem, ſed adhuc paruam & inualidam, poterit autem cum magnam habuerit & robuſtam, *can.* 16. Quare laborâdum vt creſcat & fiat robuſtior per timorem Dei; nam ſicut ſeta introducit linum, ita timor introducit Charitatem, creſcit Charitas, minuitur timor, & è conuerſo, *can.* 17. & fuit nata eſt in te Charitas, ſed nondum perfecta eſt, noli deſperare, nutri eam ne offuſcetur *can.* 18 *&* 20. Charitas enim in quibuſdam eſt perfecta, & in quibuſdam imperfecta; perfectiſſima in hac vita non poteſt haberi, in gradibus enim aliquando dignoſcitur, & ad perfectum per incrementa aſſurgit, ſicut ſemen fit herba, ſpica, & plenum frumentum, Regnum enim Dei eſt quemadmodum ſi iaciat homo ſemen in terram, & dormiat, & exurgat, & ſemen germinet, & creſcat dum neſcit ille, *can.* 15.

Sed Charitas non poteſt eſſe cum peccato, nec peccatum cum charitate, *can.* 13. charitas enim eſt recta voluntas, ab omnibus terrenis & præſentibus protſus auerſa, omnis inquinamenti extranea, corruptionis neſcia, nulli vitio mutabilitatis obnoxia, ſupra omnia quæ carnaliter diliguntur excelſa, affectionum omnium potentiſſima, Diuinæ contemplationis auida, in omnibus ſemper inuicta, ſumma actionum bonarum, ſalus morum, finis cœleſtium præceptorum, mors criminum, vita virtutum, virtus pugnantium, palma victorum, anima ſanctorum mentium, cauſa meritorum bonorum, præmium perfectorum; ſine qua nullus Deo placuit, cum qua aliquis peccare non potuit, nec poterit, fructuoſa in Pœnitentibus, læta in proficientibus, glorioſa in perſeuerantibus, victorioſa in Martyribus, operoſa in omnibus omninò fidelibus, ex qua quidquid eſt operis boni, viuit, *can.* 5. Illa quæ perfecta eſt nunquam excidit, *can.* 7. & Spiritus in bonis & virtutibus, quibus ad cœleſtem patriam perueniunt, manet apud ſanctos, eoſque nunquam deſerit, licet in aliis operibus ſine quibus ad vitam peruenitur, recedat, vt eſt Prophetia, virtuteſque miraculorum, & ſanitatum, *can.* 6. *&* 11. & ſic ad bona tendunt electi, vt ad perpetranda multa non redeant, ſicut illa animalia pennata non reuertebantur cum incederent apud Ezechielem: Quod ſi aliquando deficiant, vt Petrus, qui Paſſionis tempore per amorem Dominum ſequens, hunc ante ancillæ vocem confiteri timebat, vt dicitur *in can.* 15. non in perpetuum deficiunt, & ad vitam quam reliquerant, redeunt, vt refert Gratianus ex S. Auguſtino *in lib. de correptione & gratia can.* 24. & probatur adhuc ex *can.* 25. horum fides quæ per dilectionem operatur, profectò aut omninò non deſinit, aut ſi qui ſunt quorum deficit, reparatur antequam iſta vita finiatur, & deletâ quæ intercurrerat iniquitate, ad finem perſeuerantia deputatur: & *can.* 21. quæ eſt etiam S. Auguſtini, cum quo concludendum. In *can.* 26. nullus eorum ex bono in malum mutatus finit hanc vitam. Peccatur autem multis modis *can.* 31. *&* 22.

DIſTINCTIO II.

DVo ſunt præcipua in Pœnitentia, dolere de peccato commiſſo, & iterum illud non cõmittere, *can.* 1. 6. *&* 9. dolor enim requiritur; nam Pœnitentia eſt quædam dolentis vindicta, puniens in ſe quod dolet commiſiſſe, *can.* 4 & vbi dolor finitur, deficit & Pœnitentia, ſi verò pœnitentia finitur, quid relinquitur de venia? tandiu enim gaudeat & ſperet de gratia, quan- B diu ſuſtentatur à Pœnitentia, dixit enim Dominus vade & noli ampliùs peccare, &c. *can.* 5. & notandum quod ibi dicitur Apoſtolum etiam peccata per Baptiſmum dimiſſa continuè plorare, perfectaque pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter ſufferre, *can.* 8.

Item requiritur in pœnitentia ne is qui plangit peccatum, iterum peccatum committat, quaſi qui laterem lauet crudum, quia quantò magis lauerit, tantò magis lutum facit, *can.* 9. & irriſor eſt non pœnitens qui adhuc agit quod pœnitet, nec videtur Deum poſcere ſubditus, ſed ſubſannare ſuperbus, *can.* 10. *&* 11. eſtque inanis Pœnitentia quam ſequens culpa coinquinat, nec proſunt lamenta ſi replican- C tur peccata, *can.* 12. *&* 13. atque is pene grauiori culpæ ſe ſubjicit, *can.* 14 lauatur, nec mundus fit, *can.* 15. Vnde aliqui dixerunt olim non eſſe iterandam Pœnitentiam, quia ſicut vnum Baptiſma, ita & vnica Pœnitentia, *can.* 2. idque cautè & ſalubriter prouiſum eſt in Eccleſia, vt locus illius humillimæ Pœnitentiæ concedatur, ne medicina vilis minùs eſſet vtilis, & contemptibilis fieret; ſed hoc non impediebat quin crederet Eccleſia huic homini qui poſt primam Pœnitentiam pec- D cat, poſſe Deum parcere, *can.* 22. & quin etiam exiſtimaret poſſe iterari pœnitentiam, ſicut iterantur peccata: nam aliqui erant, vt dicitur *in can.* 32. qui ſapiebant pluſquam oporteat, dicentes etſi ſemel peccantibus poſt Baptiſmum valeat pœnitentia, non tamen ſæpè peccantibus prodeſſe iteratam, hac ratione ducti, quod ſic remiſſio, ad peccatum eſſet incitatio, & ita Deum fore incitatorem mali: & deinde ſumebant occaſionem dicendi ex factis Domini, Chriſtum neminem cæcum bis illuminaſſe, neminem mortuum bis ſuſcitaſſe, &c. ſed dixiſſe vade & noli ampliùs peccare, ne deterius tibi contingat, promittendo pœnam non amplius veniam: ſed ibidem reſpondetur Deum quidem deſtruere peccatum, & neminem bis ſanaſſe vt quiſque timeat mergi peccato; & promittere peccatori conuerſo veniam vſque ad ſeptuagies ſepties, quam poteſtatem conantur ij auferre Eccleſiæ, ſeducti & errantes, *dict. can.* 32. *quæſt.* 3 & quamuis in Eccleſia locus humillimæ pœnitentiæ non concedatur, Deus tamen ſuper eos Pœnitentiæ ſuæ non obliuiſcitur. Neque aliquis dicat, aut date mihi iterum pœnitendi locum, aut deſperatum me permittite vt faciam quidquid libuerit, & ſcortis me dem & illecebris, cùm Pœnitentia non detur; nam etſi non de- A tur, ea tamen eſt peragenda, *can.* 33.

Sed videndum eſt quomodo fieri debeat Pœnitentia: nam qui mundari vult, ignem alienum remouear oportet, & illi ſe igni offerat, qui culpam exurit non hominem; hic ignis ſiccauit hæmorroiſſæ ſanguinem, ſiccauit culpam latronis, ignis enim conſumens eſt, ſanat enim ſimpliciter & purè confitentes: Iudas, inquit, peccaui tradens hominem iuſtum, ſed in pectore habuit ignem alienum, quo inflamatus cucurrit ad laqueum; indignus autem remedio fuit, qui non purâ mente pœnituit, *can.* 34. & ita ſunt plures, quos pœnitet peccaſſe, ſed non B omnino, reſeruantes ſibi quædam in quibus delectantur, non animaduertentes Dominum ſimul ſurdum & mutum à Dæmonio liberaſſe, per hoc docens nos nunquam niſi de omnibus ſanari, ſi enim vellet ex patre peccata reſeruari, habenti ſeptem Dæmonia, manente vno proficere poterat ſex expulſis; expulit autem ſeptem, vt omnia crimina ſimul ejicienda doceret; & deinceps: quædam enim impietas eſt infidelitatis ab illo qui iuſtus & iuſtitia eſt dimidiam ſperare veniam, *can.* 42. Si quando ergo frater ſic peccat in fratrem, & emendare valeat quod peccauit, poteſt ei dimitti; ſin autem permanent opera, fruſtrà voce aſſumitur pœnitentia, *can.* 38. & poteſt dici de iis hominibus quod dicitur apud Ezechielem, pluit Do- C minus ſuper vnam ciuitatem, & ſuper alteram non pluit, & eandem ciuitatem ex parte compluit & ex parte aridam reliquit; quia cùm ille qui proximum odit, ab aliis vitiis ſe corrigit, vna eademque ciuitas compluitur, & ex parte arida manet, quia ſunt qui cùm quædam vitia reſecant, in aliis grauiter perdurant, *can.* 40. Quare melius eſt tunc quieſcere cùm exercere non queas opera pœnitentiæ, ne in ipſa Pœnitentia fiat quod poſtea indigeat pœnitentia, *can.* 37.

D Peccatum autem per pœnitentiam aut donatur aut deletur, aut tegitur. Donatur per gratiam, deletur per ſanguinem Crucis, tegitur per Charitatem, *can.* 25. per Charitatem & opera bona *can.* 26.

Licet autem peccatum dimiſſum ſit per pœnitentiam, pœna tamen durat, *can.* 7. productior eſt, ait, pœna, quàm culpa, ne parua putaretur culpa, ſi cum illa finiretur & pœna, ac per hoc vel ad demonſtrationem debitæ miſeriæ, vel ad emendationem labilis vitæ, vel ad exercitationem neceſſariæ patientiæ, temporaliter detinet hominem pœna, etiam quem iam ad damnationem ſempiternam Reum non deti- E net, ita rectiſſimè Philoſophatur S. Auguſtinus in *dict. can* 7.

DISTINCTIO IV.

IN hac *Diſtinctione* 4. duo præcipuè quæruntur an in eum, qui in peccato moritur, dimiſſa ante peccata redeant, & reputentur ei ad pœnam; & an bona opera quæ fecit, ei prodeſſe poſſint.

Ad primum videtur dicendum. Ex *can.* 1. 2. *&* 4. hoc ita poſſe intelligi, vt peccata dimiſſa non proſint nec iuuent peccatorem: nam vt

dicitur *in can.* 14. qui recedit à Chriſto, & alienus à gratia finit hanc vitam, quid niſi in perditionem cadit? ſed non in id quod remiſſum eſt recidit, nec in originali peccato damnabitur, qui tamen propter poſtrema crimina eâ morte afficietur, quæ ei propter illa quæ dimiſſa ſunt debebatur: ex quo videtur dici, remiſſionem priorum peccatorum non impedire pœnam eandem quâ tenentur propter peccatum poſterius; & deinde quia qui peccat in vno factus eſt omnium Reus, ſcilicet ad vitam æternam, *can.* 8. *diſt.* 5. *de Pœnit.*

Ad ſecundum dicendum iuſtitias ei ſuas non prodeſſe, nec in memoria eſſe, ſi quis à iuſtitia receſſerit & fecerit iniquitates, *can.* 15. etenim B ex malo opere perduntur, de pertuſo quippe ſacculo aliunde exit, quod aliunde immittitur, *can.* 17. imò quodammodo imputabuntur in peccatum; melius enim erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem retrorſum ab eo conuerti quod illis traditum eſt ſancto mandato.

In eadem quæſtione agitur etiam de prædeſtinatione nimirum *can.* 8. 9. 10. & 11. quos vide ſi velis.

DISTINCTIO V.

IN hac Diſtinctione nonnulla ponuntur quæ conſiderare debet in iſtis peccatis qui verè pœnitet, *can.* 1. qui continet mira & præclara præcepta ex D. Auguſtino his verbis: conſideret qualitatem criminis in loco, in tempore, in perſeuerantia, in varietate perſonæ, & quali hoc fecerit tentatione, & in ipſius vitii executione multiplici. Oportet enim pœnitere fornicantem ſecundum excellentiam ſui ſtatus, aut officii, & ſecundum modum meretricis, & in modo operis ſui, & qualiter turpitudinem ſuam peregit, ſi in loco ſacro, aut cui debuit excellentiam fidei (vt ſunt domus dominorum & aliorum multorum) ſi in tempore orationi conſtituto, aut in feſtiuitate Sanctorum, & in tempore Ieiunii; conſideret quantùm perſeuerauerit, & defleat quod perſeueranter peccauerit, & quanta virtus fuerit in pugnatione; ſunt enim qui non ſolùm vincuntur, ſed vltrò ſe offerunt peccato, nec expectant tentationem, ſed præueniunt voluptatem, & pertractant ſecum quam multiplici actione vitii delectabiliter peccent. Omnis iſta varietas eſt confitenda, atque deflenda, vt cum cognouerit quod peccatum eſt multum, citò inueniat Deum propitium, in cognoſcendo augmentum peccati inueniat ſe cuius ætatis fuerit, cuius ſapientiæ, & ordinis, & ſtatum omnem alterius non peccantis: immoretur in ſingulis iſtis, & ſentiat modum criminis, purgans lacrymis omnem qualitatem vitii, defleat virtutem quâ interim caruit: dolendum eſt enim, & dolore purgandum, non ſolùm quia peccauit, ſed etiam quod ſe virtute priuauit; nam licet ſperet ſe veniam conſecuturum, dolere tamen poteſt quia non promeruit vnde remunerari confidat: anxietur & doleat quod modo effugiens de præteritis pœnam, miſer non inde expectet gloriam, cuius omne tempus quoniam breuiſſimum eſt, debuit A decertaſſe ad præmium conſequendum. defleat etiam quoniam in vno offendens factus eſt omnium Reus; ingratus enim extitit qui plenus virtutibus Deum omnino non timuit; in hoc enim quiſque peccator fit culpabilior quò eſt Deo acceptior; ideo enim Adam plus peccauit quia omni bono abundauit: etiam alio modo offendens in vno Reus eſt omnium, quia omnis virtus patitur detrimentum ab vno vitio; nam ſi quis cadit in auaritiam, largitatem deſtruit, & etiam caſtitatem minorauit, amore namque pecuniæ vel violaret caſtitatem vel ſaltem minùs amaret; ſi enim propter Deus tanta adhuc caſtitas ineſt, vt nolit eam perdere, B tamen ſaltem minori gaudio, minore affectu tuetur eam, vbi videt inde procedere damnum pecuniæ; ſicque & in aliis, quæ etiamſi non expellantur, tamen per conceptionem vnius vitii, vel ſatis vel parum minuuntur, vel intentione deteriorantur: vnde omnis virtus cuicumque crimini eſt deflenda, & de omnibus indulgentia petenda. Animaduertere etiam oportet, & animaduertendo deflere, animam proximi quam fornicator Deo eripuit, vel ex ceptam, in malo confirmauit; etiam quod extitit exemplum mali in operatione ſui criminis, cui magis profuiſſet, ſi alius fuiſſet cauſa conuerſionis: gemat itaque aliorum vitam in C ſua corruptam, vel incorruptam non conſeruatam, & commodum proximi quod dediſſet exemplo boni: doleat de triſtitia quam peccando bonis intulit, & lætitia quam eis non adhibuit; & non ſolùm cogitet quid & qualiter fecerit, ſed quàm iniuſtè Deum, vt diximus, offenderit peccando; timeat illam Veritatis ſententiam *Matthæi* 6. non poteſtis duobus dominis ſeruire: timeat ergo ne omnia bona quæ fecit, dum in vno peccato perſeuerauerit, ex contaminatione mali perdiderit, vt qui ſeruiuit Diabolo per crimen, Dei quam obtulit, amiſerit ſeruitutem. Pium tamen eſt credere, vt recepta Dei gratia quæ D in eo deſtruit mala priora, etiam remuneret bona, vt cùm deſtruxerit quod ſuum non inuenit, amet & diligat bonum quod etiam in peccante plantauit: in his omnibus dolens, aut ſæculum derelinquat, aut ſaltem illa quæ ſine admiſtione mali non ſunt adminiſtrata, vt mercatura, & militia, & alia quæ vtentibus ſunt nociua, vt adminiſtrationes ſæcularium poteſtatum, niſi his vtatur ex obedientiæ licentia; ponat ſe omnino in poteſtate Iudicis, in iudicio Sacerdotis, nihil ſibi reſeruans ſui, vt omnia eo iubente paratus ſit facere pro reparanda animæ vita, quæcumque faceret pro vitanda corporis morte; & hoc cum deſiderio, quia vitam recuperat infinitam, vt Deus: cum gaudio enim facere debet immortalis futurus, quæ faceret pro differenda morte moriturus: ſemper Deum deprecetur, certus de venia, quia modis omnibus & ſine tædio dubius rogaret poteſtatem terrenam; abſtineat à multis licitis, qui per arbitrii libertatem illicita commiſit; ſemper offerat Deo mentem cordiſque contritionem, & deinde quod poteſt de poſſeſſione; tunc quod offert ſecurus offerat, reſpexit enim Dominus ad Abel & ad munera eius (*Geneſis* 4.) ſed priùs reſpexit ad Abel, quàm ad munera; ſumens enim mentem,

quam cognouit humilem & puram, remunerauit eius largitatis munere: ad Cain verò non reſpexit, nec ad eius munera; mentem enim eius quam videtat, quoniam non cognouit, eius munera non recepit: in iudicio namque cordis conſideranda eſt eleemoſyna tribuentis, nec enim conſiderandum eſt quantùm, ſed quâ mente, quâ affectione dat quod poteſt; vidua enim (*Matthæi* 12.) duobus quæ habuit larga minutis, plus omnibus miſit: qui ergo ſua vult peccata redimere temporalium oblatione, caueat vt prius offerat mentem; cautus ſit ne verecundia ductus diuidat apud ſe confeſſionem, vt diuerſa diuerſis velit ſacerdotibus manifeſtare: quidam (A) enim vni celant quæ alii manifeſtanda reſeruant, (B) quod eſt ſe laudare, & ad hypocriſim tendere, & ſemper veniâ carere, ad quam per fruſta putat totam peruenire: caueat præterita quem vera delectat Pœnitentia: non prius ad Domini corpus accedat quam confortetur bonâ conſcientiâ, ſed in hac ſeparatione tremendum Dei Iudicium, vbi maius & terribilius impœnitentes ſeparauit in ignem: gemat quod nondum audet ſumere quem multum deſiderat cibum ſalutarem. Iſti ſunt digni fructus Pœnitentiæ, animam captiuam elaqueantes, & in libertate ſeruantes. Cohibeat ſe præterea à ludis, & à ſæculi ſpectaculis, qui perfectam vult conſequi (C) gratiam remiſſionis; nam (*Geneſis* 34.) Dina ſi ſe cohibuiſſet, ſi inter ſuos remanſiſſet, ab extraneo raptore corrupta non fuiſſet: tantò igitur magis ſibi caueat, & cohibeat ſe anima quæ ſæpe vel ſemel corrupta eſt & rapta; timeat iam docta experimento quod ignorauit Virgo, eligat quem imitetur, non ſequatur quem ſuus animus damnat; ſe enim iudicat, qui fructus Pœnitentiæ non habentem à ſe non elongat; laudet enim & amet, quos dignè fructificare non ignorat, quærat fructus dignos, & ſi non dignos, Pœnitentiæ; ſunt enim fructus digni, virtutum fructus, qui non ſufficiunt pœnitentibus: pœnitentia enim grauiores expoſtulat, vt ſic paretur Eccle- (D) ſia, vt pacata dolore & gemitibus, Mortuis impertet veniam. In aliis vero canonibus præcipuè *can.* 6. *&* 8. oſtenditur quæ ſint Falſæ Pœnitentiæ, nempe 1. quæ non pro qualitate criminum imponuntur *can.* 6. Secundò cùm Pœnitens non recedit ab eo vel officio, vel exercitio in quo peccabat, *dict. can.* 6. *&* 8. quo poſſunt referri *can.* 2. 3. 4. *&* 5. *hac diſt.* 5. Tertiò cum de vno ſolo peccato pœnitentia agitur, & tamen multa commiſſa ſunt, *dict. can.* 8 *& vlt.*

DISTINCTIO VI.

(E) Iſta vero Diſtinctio tota ſpectat ad Sacerdotem cui quis vult confiteri, vt eum ſcilicet eligat qui ſciat ligare & ſoluere, ne ambo in foueam cadant *can.* 1. nam vt dicitur eodem canone, oportet vt ſciat cognoſcere quidquid debet iudicare: iudiciaria namque poteſtas hoc expoſtulat, vt quod debeat iudicare diſcernat: deinde vt Sacerdos ille ſit vir probus, & in nullo eorum ſit iudicandus quæ in alio iudicare eſt promptus; vnde dicitur *eod. can.* qui omnino confitetur, Sacerdoti meliori quàm poteſt con- (A) fiteatur. 3. vt quis pœnitens non recurrat ad Sacerdotem qui per aliquam culpam ſit diuiſus ab Eccleſiæ vnitate, hoc eſt vt ſacerdos non ſit hæreticus, vel ſchiſmaticus; ad conuerſionem enim peccatoris pluſimùm iuuat vnitas Eccleſiæ, *dict. can.* 1. quod ibidem confirmatur exemplo Iudæ, non ad Apoſtolos recurrentis, ſed ad Phariſæos: Iudas, ait, pœnitens iuit ad Phariſæos, reliquit Apoſtolos, nihil inuenit auxilii, ſed augmentum deſperationis, &c. 4. de prudentia & diligentia Sacerdotis plura refert notatu digna *dict. can.* 1. *in fine.* *Can.* verò 2. dicitur vt Sacerdos nulli reuelet peccata ſibi confeſſa, quod ſi fecerit deponatur. *can.* denique 3. *& vlt.* ſta- (B) tuitur vt deinceps nulli Sacerdotum liceat quemlibet commiſſum alteri Sacerdoti, ad Pœnitentiam ſuſcipere ſine eius conſenſu cui priùs ſe commiſit.

DISTINCTIO VII.

Tota hæc Diſtinctio vnum tantum continet, nempe Peccatorem poſt Pœnitentiam veraciter actam viuere deo ſicut ante peccatum, *can.* 3. *& can.* 4. vbi enumerantur hi qui ad Deum ſecuri vadunt. 1. Baptiſatus, is enim ad horam (C) ſecurus exit, *dict. can.* 4. ita vt nec Purgatorium ſentiat, *can.* 6.

Secundò fidelis bene viuens ſecurus quoque exit.

Tertiò agens Pœnitentiam & Reconciliatus, tunc cùm ſanus eſt, & poſteà bene viuens, ſecurus hinc exit. Vbi mouetur difficultas de eo qui poſitus in vltima neceſſitate ægritudinis, tantùm Pœnitentiam petit & Reconciliatur, qui ſi ſecurus hinc exit, neſcitur nec præſumitur exire, *can.* 2. *&* 4. & in dubio tamen non eſt ei deneganda Pœnitentia; præſumitur autem non ſecurum exire hinc, maximè ſi in infirmitate tantùm, atque in mortis periculo, & non priùs (D) cœperit petere pœnitentiam, *can.* 5. is enim potiùs à peccatis relinquitur quàm ipſa relinquat, *dict. can.* 6. & cum non amore, ſed potiùs timore conuertatur, non videtur habere Charitatem, ſine qua nemo ſaluus fit *eod. can.* 6. charitas enim non admittit timorem, vt diximus ſuprà *diſt.* 2. & ita vix conuerſio fieri poteſt, oportet enim quem ſerò pœnitet, non ſolùm timere Deum Iudicem, ſed & Iuſtum diligere, non timere pro pœna ſed amare pro gloria *dict. can.* 6. ſed quoniam ſemper Deus omnipotens eſt, ſemper poteſt, etiam in morte iuuare, quibus placet; cumque opus ſit non hominis, ſed Dei fructifera Pœnitentia, inſpirare eam poteſt (E) quandocumque vult miſericordiâ ſuâ, & remunerare ex Miſericordia quos damnare poteſt ex Iuſtitia, *dict. can.* 6. ex quo patet periculoſiſſimum ſemper eſſe ad mortem protrahere Pœnitentiæ remedium, & expectare quando iam non poſſis peccare *dict. can.* 6. vbi concluditur quod quicquid ſit, de ſic conuerſo, & poſito quod viuat & non moriatur, ipſum tamen non euadere omnem pœnam quam vnquam paſſus eſt aliquis in hac vita, & tanta nunquam in carne inuenta eſt pœna licet mirabilia paſſi ſint Martyres tormenta, & multi nequiter iniqui tanta ſuſtinuerint ſupplicia, vt dicitur *eod. can.* 6.

Ratio cur tales veniam obtineant, & tamen obnoxii ſint igni Purgationis, aſſertur *eod. can.* 6. nam quædam peccata ſunt, quæ ſunt mortalia, & in Pœnitentia fiunt vitalia, non tamen ſtatim ſanata: ſæpe namque morientur ægri niſi medicarentur, non tamen ſtatim ſanantur; languet victurus qui priùs erat moriturus; qui autem impœnitens moritur omnino moritur, & æternaliter cruciabitur, qui enim impœnitens finitur, ſi ſemper viueret, ſemper peccaret, *diſt. can.* 6. & hæc eſt ſumma eorum quæ habentur in tractatu de Pœnitentia apud Gratianum.

AD CAVSAM XXXIII.

QVÆSTIO IV.

COniugatis nonnúquam abſtinendum à congreſſu: etenim Chriſtiano cum vxore ſua conuenire aliquando licet, aliquando non licet, *can.* 5. *hac noſtra quæſt.* 4. nam quicumque debitum reddit vxori, vacare non poteſt orationi, nec de carnibus Agni comedere: & ſi qui tetigerant vxores, Panes propoſitionis comedere non poterant, quantò magis Panis Cæleſtis non poterit comedi ab his, qui *coniugalibus* paulò ante adhæſere *complexibus*; quod fit non vt nuptiæ condemnentur, ſed quod eo tempore quo carnes Agni manducaturi ſumus, vacare carnis operis non debemus, *can.* 1. *hac quæſt.* 4. *&* *can.* 7. *ead. quæſt.* 4. Item tempore Ieiuniorum nemo debet vxori ſuæ vacare, *can.* 3. *&* *can.* 6. in quo dicitur vt ieiunio continentiam addamus. Item quotieſcumque dies Natalis Domini, aut reliquæ Feſtiuitatis adueniunt, *can.* 2. *ead. quæſt* 4. vt ſunt dies Feſti, & dies Proceſſionis, *can.* 4. *&* 5. hîc: Et olim vir cum propria coniuge dormiens niſi lotus aqua Eccleſiam intrare non debebat, ſed neque lotus intrare ſtatim; nam poſt lauacri purificationem ab ingreſſu Eccleſiæ adhuc paululum reuerenter abſtinere debebat; non quod coniugium damnaretur, ſed quia ipſa licita admixtio coniugum ſine voluptate carnis eſſe non poteſt, licet procreandorum liberorum causâ fiat commiſtio, nec conſequenter ſine culpa; nam & Dauid non de adulterio, ſed de legitimo natus matrimonio, dicebat tamen, ecce in iniquitatibus conceptus ſum & in peccatis concepit me mater mea: Verùm hoc caſu probet ſeipſum vnuſquiſque, & videat an debeat ſumere corpus Chriſti vel non, & ſe iudicet; nam ſi cupidine voluptatis facta ſit commixtio, non debet ſumere, *can.* 7. *hac noſtra quæſt.* 4. & propter ſupradicta interdictum eſt ne in Quadrageſima nuptiæ, vel quælibet Natalitia Martyrum celebrentur, *can.* 8. *&* 9. his verbis: non licet in Quadrageſima Natalitia Martyrum celebrare, ſed tantùm Sabbatho & Dominica pro commemoratione eorum oblationes offerri; ſed nec Natalitia, nec Nuptias licet in Quadrageſima celebrare: *can.* 11. nec vxorem, ait, ducere, nec conuiuia facere in Quadrageſimali tempore conuenire poſſe nullatenus arbitramur: nec, vt eſt in *can.* 10. oportet à Septuageſima vſque in Octauas Paſchæ, & tribus hebdomadibus ante A Feſtiuitatem S. Ioannis Baptiſtæ, & ab Aduentu Domini vſque poſt Epiphaniam, nuptias celebrare, quod ſi factum fuerit ſeparentur; in aliis vero vt vacent orationi, coniuges de mutuo conſenſu debent ad tempus abſtinere, ne inuicem ſe fraudent debito, *can.* 12. quomodo etiam de conſenſu eorum danda eſt Pœnitentia coniugans, *can.* 13.

QVÆSTIO V.

EST ordo naturalis in hominibus vt ſeruiant B fœminæ viris, filii parentibus, quia nulla iuſtitia eſt, vt maior ſeruiat minori, vel, vt eſt in originali, quia & illic eſt iuſtitia hæc vt infirmior ratio ſeruiat fortiori, *can.* 12. *hac quæſt.* 5. tum quia hæc eſt communis lex naturæ *can.* 15. tum quia à Deo accepit homo imperium cum imagine ſua ad quam factus eſt, non fœmina, *can.* 13. hæc, ait, imago Dei eſt in homine, vt vnus factus ſit quaſi Diuinus ex quo cæteri oriventur, habens imperium Dei quaſi Vicarius eius, quia omnis Rex Dei habet imaginem, ideoque mulier non eſt facta ad imaginem Dei, ſic etenim dicit (*Geneſis* 1. *Sapientiæ* 1.) & fecit Deus hominem; ad imaginem Dei fecit illum. Hinc eſt vnde Apoſtolus (1. *Corinth.* 11.) ait, vir C quidem non debet velare caput ſuum quia imago & gloria Dei eſt, mulier autem ideo velet quia non eſt gloria vel imago Dei: quod probatur aliis rationibus, 1. quod in delictu viri erga fœminam, aut contra, viri ſatisfactio erga fœminam non debeat eſſe tanta, quanta fœminæ erga virum, vt patet *can.* 14. *hac quæſt.* 5. ſatis, ait, hinc apparet ſubditas fœminas viris, & penè famulas, vti lex eſſe voluerit, quod dicens vir aduerſus vxorem teſtimonium, vnde lapidaretur illa ſi hoc verum eſſe demonſtraretur, ipſe tamen non viciſſim lapidatur, ſi hoc falſum eſſe conſtiterit, ſed tantummodo caſtigatur & damnificatur, eique perpetuo iubetur adhærere quâ D carere voluit, &c. item quia in multis Iuris articulis deterior eſt conditio fœminarum, nec enim docere poſſunt, nec eſſe teſtes, *can.* 17. item quod in ſignum ſubjectionis velum ſemper gerant in capite, *can.* 18. item quod non de eadem terra de qua plaſmatus eſt Adam, ſed de ipſius Adæ coſta facta eſt, nec duo à principio facti vir & mulier, neque duo viri, neque duæ mulieres; ſed primùm vir, deinde ex eo mulier, *can* 20. vnde quemadmodum ab ipſo viro eſt mulier, ita eum ipſo in omnibus ſuam debet accommodare voluntatem, idemque velle quod ipſe vult, non aliud; quod vel ex eo ſatis colligitur quod habetur *can.* 16. vt ſi quædam virgo E permittente patre aliquid vouerit Deo, & nupſerit antequam perſolueret, atque maritus nolit vt perſoluat, non debeat perſoluere, nec peccet non perſoluendo; maritus enim cuius voluntati ſe conformem reddere debet, mundauit eam, nec hoc eſt contra Deum, vt notat D. Auguſtinus *diſt. can.* 16. Denique æquum fuit mulierem ſubjici viro propter peccatum primæ mulieris per quam Adam deceptus eſt; eumque gubernatorem aſſumere, ne iterum fœmineâ facilitate labatur, *can.* 18.

AD CAVSAM XXXIV.

QVÆSTIO I. & II.

DE ea quæ nubit viuo Marito eum mortuum credens, vno verbo dicitur, vt ſi quæ exiſtimans Virum ſuum mortuum eſſe in Bello alicui nupſerit, reſtituatur priori marito, & matrimonium reformetur, *can.* 1. *&* 2. *quaſt.* 1. *&* 2. & niſi ea redierit ad eum, communione priuetur, quia ſecundum matrimonium non eſt legitimum, *dict. can.* 2. quinimò etſi mulier habens virum, ab alio rapta fuerit, debet eum dimittere, & niſi dimiſerit, vix eſt quin ſit adultera, ideoque reſtitui debet viro ſuo, ſed antequam reſtituatur pœnitentiam agere debet, *can.* 3. *hac quaſt.* 2. quod ſi vir eius ob bellum ſugerit in aliam prouinciam, idque ſcierit vxor, debet eum quoque ſequi, *can.* 4. *quaſt.* 2.

De muliere vero quæ ignoraos nubit alicui vxorem habenti, dicitur *can.* 5. eam non peccare quandiu neſcit, at vbi ſcit debere eum dimittere.

Antequam ergo mulier de morte mariti certum nuntium acceperit, alteri nubere non poteſt, quamvis ſeptennio, vel longiore tempore abfuerit captus & detentus ab hoſtibus, quod congruit cum *Nou. Iuſtiniani* 117. *& Leonis* 33. Satis erat olim captiuum expectati quinquennio, militem verò qui Reipublicæ cauſa abeſſet quadriennio, deinde decennio, *l. vxor, Cod. de Repud.* & *Nou.* 22. & notandum ex Cuiacio Iulianum *l.* 6. *de diuortiis* loqui, vt loquitur Iuſtinianus dicta *Nou.* 22. hodie non prodeſt illud tempus, & neceſſarium eſt certum habuiſſe nuntium de morte mariti *cap.* 19. *de Sponſalib.* & ſi nupſerit, marito priore reuerſo, reſtituetur ei, *cap. de ſecundis nuptiis*.

AD CAVSAM XXXV.

QVÆSTIO I. II. III. IV. V. VI. VII. & VIII.

DE Conſanguinitate & Affinitate in hac cauſa diſſerit Gratianus.

Rectè in *can. vn. quaſt.* 1. dicitur à D. Auguſtino *lib.* 15. *de Ciuit. Dei cap.* 10. quod cum genus humanum cœperit ab vnius viri & vnius mulieris coniunctione, neceſſe fuit filios & filias eorum poſtea ſimul matrimonio coniungi, neceſſitate cogente, nec enim vlli erant homines; & ita idem Adam erat Pater & Socer filiorum ſuorum, eadem Eua erat Mater & Socrus eorumdem; eorumque quilibet filius erat frater & maritus, quælibet filia ſoror & coniux, & plura ſimul in vno vincula concurrebant, quæ poſtea diuiſa ſunt; habita eſt enim ratio rectiſſima charitatis, vt homines quibus erat neceſſaria concordia, variis vinculis coniungerentur, nec ampliùs eſſent omnia in vno, ſed ſpargerentur ad ſingulos, & vnus eſſet pater, alius ſocer,

A vnus eſſet frater, alius eſſet maritus: hoc autem tantum debuit fieri quando potuit, & ſi id potuiſſet ſtatim initio debuiſſet; atque cùm potuit, cœpit eſſe nefas aliter facere: hactenus D. Auguſtinus *loco citato*; & alio *loco eiuſdem libri*: cùm non eſſent, inquit, vlli hominum niſi qui ex illis duobus antè fuiſſent, viri ſorores ſuas coniuges acceperunt, quod profectò quantò eſt antiquius compellente neceſſitate, tantò poſteà factum eſt damnabilius Religione prohibente. Verùm, vt diximus ex eodem *can. vn.* id poſteà Iure prohibitum fuit, & ideò D. Hieronymus *lib. contra Heluidium* obſeruat, quòd licet in primis hominibus frater duceret ſuam ſororem, tamen ſcriptura ſacra propter aurium

B ſanctitatem noluit id expreſsè & nominatim dicere, malens intelligi quàm proferri: verba ſunt: quomodo & Abraham ipſe Saram ſororem ſuam habuit vxorem? etenim, ait, verè ſoror mea eſt, de Patre, ſed non de Matre, id eſt fratris filia non ſororis, alioqui quale eſt vt Abraham vir iuſtus Patris ſui filiam coniugem ſumpſerit, cùm in primis hominibus propter aurium ſanctitatem id ipſum ſcriptura non nominet, malens intelligi quàm proferri; & Deus poſtea lege ſanciat, ac minetur, qui acceperit ſororem de Patre ſuo, vel de matre ſua, & viderit illius turpitudinem, opprobrium eſt & extermina buntur coram filiis generis ſui; turpitudinem ſororis ſuæ detexit, peccatum ſuum recipiet.

C Fuit ergo prohibitum tunc quando multiplicato hominum genere, potuerunt cum aliis coniungi perſonis, quàm cum ſororibus, neceſſitate non ampliùs compellente, & Religione ſuadente, vt diximus ex eodem D. Auguſtino locis ſupra citatis.

Et ſanè temporibus Abrahami iam non licebat accipere ſororem in vxorem, vt patet ex loco D. Hieronymi *ſupra citato*, & confirmatur ex D. Auguſtino *lib.* 2. *contra Fauſtum cap.* 35. Abraham, ait, eo tempore viuebat in rebus humanis quo tempore iam fratres ex vtroque, vel altero altera-ve parente natos necti coniugio non licebat.

D Nec obſtat quod *Geneſis* 20. *verſ* 12. Abraham alloquens Abimelech, de vxore ſua loquens, eam vocat ſororem ſuam; vere, inquit, ſoror mea eſt, filia Patris mei & non filia Matris meæ: nam licet exiſtiment aliqui Saram fuiſſe verè Abrahami ſororem, vt Caietanus, Lipomanus, & alii; verior tamen eſt ſententia etiam veterum Patrum Saram non fuiſſe Abrahami ſororem, ſed tantùm neptem, vt patet ex D. Auguſtino *lib.* 16. *de Ciuitate Dei cap.* 12. *&* 19. *& lib.* 22. *contra Fauſtum cap.* 35. *&* 36. & D. Hieronymo loco ſupra citato, & *in cap.* 11. *Geneſis*, licet dubitare videatur *in cap.* 20. &

E D. Chryſoſtomo *homilia in cap.* 20. *Geneſeos*, & ex Ioſepho, qui *lib.* 1. *antiquitatum*, *cap.* 6. *&* 7. ait Saram fuiſſe filiam Aran, neptem Abrahæ, ſororem Loth: Aran, inquit, relicto filio Lotho, & filiabus Sara, & Melcha, in regione Chaldæorum eſt mortuus; & paulo poſt: neptes verò ex fratre duxerunt coniuges Meleham Nachor, Saram Abrahamus; nam ſciendum eſt Thare fuiſſe Patrem Abrahami, & Aran, & Nachor, ipſumque Abrahamum ideo fuiſſe fratrem ipſius Aran, qui Aran habuit vnum filium nomine Loth, duaſque filias Melcham & Saram; ſcien-

dum quoque eſt ipſum Aran fratrem Abrahami, fuiſſe mortuum præmaturè, viuoque adhuc patre ſuo Thare, in Vr Chaldæorum, qui Thare mortuo filio ſuo Aran, curam habuit filiarum eius Melchæ & Saræ, eaſque dedit vxores duobus filiis ſuis, Abraham & Nachor, vt colligitur ex *Geneſis cap.* 11. Iam ergo Abraham vocauit ſororem ſuam, cùm tantùm neptis eſſet ex fratre Aran, quod mortuo fratre Aran, eodemque Patre Saræ, viuoque & ſuperſtite Thare Auo, Sara & Melcha vocabant Auum Thare, Patrem ſuum, qui erat tantùm Pater Patris earum; qui Thare cùm verus eſſet Abrahami Pater, potuit Abraham vocare ſororem Saram quæ Patrem ſuum Thare vocabat Patrem; nec propterea fuiſſe mentitum Abrahamum: & ita explicat hunc locum D. Chryſoſtomus *homil.* 45. *in Geneſ.* vbi ita loquentem facit Abrahamum: ne putetis me etiam ſic mentitum eſſe; etenim ſoror mea eſt ex Patre, ſed non ex Matre; data autem mihi eſt in vxorem, quia eundem Patrem vocat quem & ego, ideo & ſororem ipſam vocaui: & D. Auguſtinus eodem etiam modo excuſat dictum Abrahami *lib.* 6. *de Ciuit. Dei, cap.* 35. *&* 36. vxorem ſuam dixit ſororem ſuam, nihil mentitus, & hæc quia erat propinqua ſanguine, ſicut etiam Loth eadem propinquitate, cum fratris eius eſſet filius, frater eius eſt dictus.

Vſus eſt ergo Abraham more communi loquendi, quo etiam *filii* filiorum vocant Patrem, Auum, ſeu Patrem patris ſui: quod verò Abraham addit filia Patris, & non filia Matris meæ, tantùm oſtendit ordinem generationis & originis, & Aran fratrem ſuum eundemque Patrem Saræ, fuiſſe fratrem eius ex patre tantùm non ex Matre, nam Thare duas habuit vxores, ex vna ſuſtulit Aran, ex alia verò Abrahamum: poſteà igitur conſtitutum eſt vt nullus de ſua cognatione duceret vxorem vſque ad certum gradum, & certam generationem, tum Lege Moſaïca *in Leuitico*, tum lege Ciuili & Canonica vt dicemus inferiùs: Quod vt facile intelligatur agendum nobis erit de Generationibus hominum ex quibus omnis Agnatio, Cognatio, & Conſanguinitas proficiſcitur, & Gradus etiam deſumuntur; tum vero agemus de ipſorum Graduum copulatione Canonica & Ciuili, vt inde cognoſcatur, quæ Perſonæ à nuptiis, aut à ſucceſſione remoueantur.

Igitur cùm, vt dictum eſt initio, omnes homines ab vno maſculo & vna fœmina, quos Deus à initio creauit, orti ſimus, oportuit certè alios homines qui fuerunt olim, aut nunc ſunt in terris, aut futuri ſunt aliis in annis, gigni ex eis, atque propagari; & quidem ex illis duobus primis Parentibus filios aliquos filiaſque, ex iſtis alio, & ſic deinceps ordine, generis humani initium propagari: & ſicut de radice trunci egrediuntur ramuſculi quidam, & ex iſtis alii, ita generationes diuerſæ veluti per lineam ſucceſſionis inter ſe coniunctæ, quæ efficerent homines vel Agnatos, vel Cognatos, vel Conſanguineos: & idcirco Seth filius Adæ à quo genealogiam orditur ſcriptura dicitur radix ſeu fundamentum generis humani, in *Chronico Alexandrino*: Seth, ait, fundamentum per interpretationem dicitur, quia enim Cainus & tota Caini poſteritas aquarum diluuio periit, Abel autem natu minor abſque liberis vitam finiit, bis poſterior Seth factus eſt fundamentum, ex quo per Noë totus orbis terrarum velut à radice ſeu fundamento propagatus eſt: vnde neceſſarium eſt dicere quid ſit Cognatio, Agnatio, & Conſanguinitas.

Cognatio Græcè *συγγένεια*, eſt genus & ſpecies, ſicut Adoptio: & generaliter eſt neceſſitudo, vel vinculum tàm Aſcendentium quam Deſcendentium, & à latere ſeu ex tranſuerſo in in eodem ſanguine coniunctorum, ſiue ſint agnati, ſiue conſanguinei; ſanguis enim ſufficit, *l.* 4. *D. de gradib.* vbi Cognati dicuntur quod quaſi vnà, communiterque nati, vel ab eodem progeniti ſunt; & ſanguinis ratio nihil aliud eſt quàm cognatio *l.* 2. *D. de manum. vindic.* Ius ſanguinis dicitur *l.* 23. *de adoptionib.*

Verùm cognatio ſæpiſſime ſumitur in Iure Ciuili magis ſtrictâ ſignificatione, prout non continet Agnatos, & opponitur Agnationi *dicta l.* 23. non quòd agnati non ſint etiam ſanguine coniuncti, imò magis, cum agnatio à Patre, Cognatio à matre ſit, *§. vulgo inſtitut. de ſucceſſ. cognator.* ſed quod in Agnatis tantùm nomen & legitimam perſonam, non cognationem naturalem intuemur, *l.* 10. *§.* 3. *D. de gradib.* & ideò iuris nomen, quâ ratione & adoptione quæritur, *l.* 44. *de adoption.* non ius ſanguinis, *dict. l.* 23. Cognatio verò eſt naturalis, *inſtit. de ſucceſſione cognator.*

Cognatio ergo hoc ſecundo modo ſumpta, & vt eſt ſpecies Cognationis, eſt neceſſitudo in eodem quidem ſanguine, ſed non in eadem familia; & eſt eorum qui non ex Patre deſcendunt, ſed ex Matre: vnde & ex ſtupro oritur Cognatio, *l. nihil, D. de ritu nuptiar.* & ſic Cognati non ſunt Agnati, ſed Agnati ſunt Cognati; & nomine proximorum intelliguntur Cognati propriè ſumpti, omnisque proximitatis ipſa Cognatio *l.* 1. *§.* 4. *D. unde cognati, l.* 3. *&* 4. *eod. tit. &* *§. ult. de ſucceſſio. cognat. inſtit.* & hac ratione Proximitas opponitur Agnationi, *l.* 5. *Cod. de legit. hæred. & l.* 4. *D. unde cognati*, licet proximitas, vt & Cognatio, ſit aliquando generale nomen, & commune tam cognatis quàm agnatis, *l. vn. de imponenda lucratiua deſcriptione.*

Agnatio verò eſt neceſſitudo & vinculum cum aliquo in eodem ſanguine & familia, ſcilicet per mares, vt habent gloſſæ veteres: *agnatus*, ὁ ἀπὸ ἀρσενικοῦ γένους καταγόμενος; & Agnati ſunt per virilis ſexus perſonas cognatione coniuncti, quaſi à Patre cognati, *Inſtit. de legitima agnator. ſucceſſ.* vnde fit vt qui familiam mutarunt, Agnati deſinant eſſe, & maneant tantùm cognati *l.* 5. *D. de capite minutis*, quia hoc ius omne à patrefamilias oritur, *l.* 4. *D. unde cognati*, & eſt iuris nomen vt anteà diximus: & Agnatio, Legitima Cognatio, Authore Caio, & Vlpiano in *l.* 12. *§. vl. D. de ritu nuptiar.*

Conſanguinitas verò continetur in Cognatione tanquam ſpecies Cognationis generaliter ſumptæ, vt dicebamus de agnatione, vt patet ex Caio *Inſtit.* imò in Agnatione ipſa, eſt enim ſpecies agnationis; non enim omnes agnati ſunt conſanguinei, *l.* 2. *§.* 1. *D. unde legitimi & l.* 30. *§.* 1. *de acquirend. hæredit. & l.* 4. *unde cognat. & l.* 1. *&* 6. *Cod. de legitimis hæredib.* ſunt enim plures quos in locum agnatorum erexit vel Senatus, *inſtit. de ſucceſſ. cognator.* vel conſtitutio-

nes, *l. penul. & vl. Cod. de legit. heredib.* Conſangoinitas propriè eſt fraternitas, *l. 3. Cod. de legitima Tutela*: Conſanguinei enim ſunt fratres germani; id eſt ex eodem patre geniti, qui dicuntur *ὁμαιμοι*, id eſt eiuſdem ſanguinis, ab Atchia, & Zozimo *in 6. epigram. Græcorum*, & *αὐθαιμοι* ab Antipatro *ibidem*, & *ὅμαιμοι*, vel *ὁμαιμονες*, & *συναιμόνες*, & à Theophilo *Inſtit. de legit. Agnator. ſucceſſ.* Et licet Cognati ſunt eiuſdem ſanguinis, non tamen dicuntur Conſanguinei: ius Sanguinis longè aliud eſt à conſanguinitate; continet enim ius ſanguinis Cognatos, Agnatos, atque Conſanguineos, at conſanguinitas non continet niſi fratres: ideo que malè Interpres Harmenopuli *lib. 4. tit. 6. §. 1. π.* vertit hæc verba *ὁπὶ τ̃ ἐξ αἵματος*, in Conſanguineis, com vertere debuiſſet in Cognatis; nam Conſanguineorum nullus eſt ſeptimus gradus, & ibi agitur de ſeptimo gradu.

B

Gradus verò Cognationis, Agnationis, vel Conſanguinitatis, eſt Perſonarum cognatione coniunctarum inter ſe diſtantia; quæ diſtantia cognoſcitur ex numero, & multitudine generationom, prout omnes deſcendunt ab vno communi ſtipite, & ab eo ortum habent, ad quem veniendum eſt: quomodo duo filii ortum habent ab vno Patre tanquam ſtipite communi, per doas generationes, eorumque filii etiam per alias duas, vnde fit vt quia pluribus generationibus diſtant à ſtipite communi, pluribus etiam gradibus diſtare dicantur inter ſe. Iure namque Ciuili quælibet generatio gradum facit; vt pater generat filium, illa generatio vnum gradnm facit; filius generat nepotem, eſt alius gradus, perſonâ generatâ ſemper gradum adjiciente, ita vt quoties eſt vna Perſona generata comparata ad vnam generantem, ſit tantùm vnus gradus; quoties verò ſunt doæ Perſonæ generatæ comparatæ ad eandem Perſonam primò generantem, ſint duo gradus: quod intelligitur dummodo Perſonæ quæ ſunt ſub eodem ſtemmate, inter ſe comparentur tranſeundo per communem ſtipitem, vna ad vnum tantum, non vna ad plures ſimiles: nam v. g. quatuor fratres generati ſunt per quatuor generationes, & tamen non diſtant inter ſe quatuor gradibus, ſed duobus tantùm, quia non comparantur omnes qoatuor inter ſe, id eſt tres cum vno, ſed vnus ad vnom, tranſeundo per communem ſtipitem, quoniam omnes ſunt in eodem ſtemmate.

C

D

Sciendom eſt ergo In Cognationibus eſſe Gradus, eſſe Stemmata. Gradus fiunt ex generationibus diuerſæ ſpeciei; ſtemmata ſunt perſonæ eiuſdem ſpeciei, & Generationes eioſdem ſpeciei faciunt eundem Gradum, & Perſonæ eiuſdem ſpeciei faciunt idem ſtemma. Dicitur vero Gradus Cognationis, vt in *veteri gloſſario*, *Βαθμὸς συγγενείας*: ſic verò dicitur à ſimilitudine ſcalarum, locorumue decliuium, quos ita ingredimur, vt à proximo in proximum, id eſt in eum qui quaſi ex eo naſcitur, tranſeamus, vt habetur *in l. vlt. §. gradus D. de grad. & Affinib.*

E

In Cognationibus Triplex Ordo Perſonarum conſtitui poteſt, & conſequenter Triplex Cognatio. Prima Superior nempe Parentum, Secunda Inferior nempe liberorum, Tertia à latere, fratrum, & ſororum, & aliorum qui ex ijs

A generantur, vt ſunt Patrui, Amitæ, Auunculi, Materteræ, Conſobrini, & alij illud ex *l. 1. D. de gradib.* ea qua conſtat alios eſſe gradus ſuperioris ordinis, alios inferioris, alios ex Tranſuerſo; & *l. vlt. D. de ritu nuptiar.* Et licet *in l. 10. D. de gradib. & Affinib.* ſtemmata cognationum in duas tantùm lineas ſeparentur, quarum altera ſuperior, altera inferior, id ideo fit quia ex ſuperiore & ſecundo gradu tranſuerſa linea pendet, vt dicitur ibidem; & ita eſt: nam inter has tres cognationes hæc eſt differentia, quod duæ priores incipiant à primo gradu, pater enim filio eſt in linea aſcendentium in 1. gradu, filius verò patri etiam in linea deſcendentium eſt in

B primo gradu; at linea Tranſuerſa ſeu à Latere incipit à ſecundo gradu, nec poteſt incipere à primo; incipit enim à fratribus qui ſunt in ſecundo gradu, & hoc eſt quod ait *l. 10. D. de gradib. & Affinib.* ex ſecundo gradu ſecundam lineam pendere, id eſt à ſecundo gradu incipere.

Gradus cognationis ſunt plures, & ſub quolibet gradu multæ ſunt perſonæ, numero & ſpecie, proindeque multa ſunt ſtemmata: nam omnes perſonæ quæ ſunt in eodem gradu ſeu in eadem diſtantia, ſunt plures numero & pauciores ſpecie, quoniam numerus earum ad diuerſas ſpecies reducitur, quæ ſpecies dicuntur. Stemmata: nam v. g. Pater & Mater ſunt duæ

C Perſonæ eiuſdem ſpeciei, ac proinde in eodem ſtemmate; filius & filia, aliæ duæ ſunt etiam perſonæ eioſdem ſpeciei, proindeque ſunt in eodem ſtemmate; Stemma enim quodlibet continet perſonas qoæ ſunt eiuſdem ſpeciei in eodem gradu conſtitutæ; vnde fit vt plura ſint ſtemmata quàm gradus in aliqua cognatione, eo quod Perſonarum generantium ſit vnum ſtemma, nempe Patris & Matris, Perſonarum generatarũ aliod ſtemma vt filii, filiæ; inter eas tamen non fit niſi vnus gradus, licet duo ſint ſtemmata, quoniam ſtemmata nihil aliud ſunt quàm circuli in quibus perſonæ eiuſdem ſpeciei repoſitæ ſunt; ſiue illæ perſonæ generantes ſint, ſiue generatæ:

D at gradus conſiderantur præcipuè ratione Perſonæ generatæ, non generantis, vel potiùs ratione generationis quæ vnica eſt inter generantem & generatum.

Stemmata vero dicta ſunt quia veteres cognatorum ſuæ gentis imagines in atrio collocabant ramis laureis in circulum lanâ implicatas, ac veluti coronatas, lineis ab vna ad aliam ductis, prout ordine & cognatione ſeſe contingebant, qui rami in circulom flexi ideo ſtemmata dicebantur, vt teſtatur Seneca *lib. 3. de Benefic. cap. 28.* qui imagines, inquit, exponunt in atrio, & nomina familiæ ſuæ longo ordine ac moltis ſtemmatum illigata flexuris, in parte ædium prima collocant: & Plinius *lib. 35. cap. 15.* Stem-

E mata verò lineis diſcurrebant ad imagines pictas: & Cornutus *in Perſium*: & ramum ait ac lineam ſucceſſionis à genealogo in ſtemmate numeratus obrinaas; ita enim vt diximus intelligendi ſunt illi loci, vt & Iſidori *lib. 9. cap. 6.* ſolent, ait, Aduocati ſtemmata ſiue ramuſculos facere in genere, cùm gradus cognationum partiuntur; & adhuc Cornutus *in Perſium ſat. 3.* ſtemmata dicuntur ramuſculi quos faciunt Aduocati in Iure cum cauſam partiuntur, vt puta ille filius illius, ille Pater illius. Propriè verò ſtemmata dicuntur imagines rotundæ, quoniam

ſυνέω L. ri ſè dicitur coronare: quamquam illo loco Coronatus, & veluti cinctus & illigatus ramuſculis: & propter hoc ramos inflexos circa imagines cognatorum. ſtemma accipitur pro gentilitio ſanguine à Perſio *loco citato*.

Stemmate quod Tuſcum ramum milleſime ducit: & à Martiale *lib. 4. epiſt. 40*.

Atria Piſonum ſtabant cum ſtemmate toto.

Item Rami alicuius Familiæ dicuntur qui ex ea deſcendunt, vt apud Perſium loco citato, & Gregorium Nyſſenum *oratione de Deitate Filii & Spiritus Sancti*, vbi Iſaac dicitur à Matre ſua ramus ſucceſſionis ὅτος ὁ διαδοχῆς ὁ κλάδος: & Donatus *in heautentim.* multi, ait, gradus ſunt, & veluti rami propinquitatis, in Affinitate & Cognatione diſpoſiti: item tota Series Cognatorum dicitur Arbor, in qua eſt truncus, & rami qui egrediuntur ex eo, vt patet ex *can. ſeries* 35. *quaſt.* 5. filius, ait, & filia, quod eſt frater & ſoror, ſit ipſe truncus: illis ſeorſim ſeiunctis ex radice illius trunci egrediuntur iſti ramuſculi, nepos neptis, &c.

Quamquam ſunt aliæ duæ rationes, propter quas tota Cognatio dicitur Arbor Conſanguinitatis, vel Affinitatis. Prima eſt quia primi homines olim credebantur nati ex quercu, vel aliis arboribus, vt patet ex Lycophrone *in Caſſandra*, vbi vocat homines ἐκγόνους δρυός, id eſt nepotes quercûs, & Virgilio 8. Æneidos,

Hæc nemora indigenæ Fauni Nymphæque tenebant,

Genſque virum truncis, & duro robore nata.

& ratio eſt, quia cùm arborea olim pro domibus eſſent, ibique parerent fœminæ, inde fides & opinio fuit illam ſobolem ex illis arboribus fuiſſe natam, vt optimè notauit Interpres Homeri *in 22. Iliados* γυναῖκες τίκτουσαι ἐν τοῖς ὄρεσιν ὑπὸ τὰ κοιλώματα τῶν πετρῶν, καὶ δρυῶν ἀνέτρεφον, οἱ εὑρόντες δὲ τοὺς ἐκεῖθεν ἐνόμιζον γεγονέναι, id eſt patientes fœminæ verſabantur in montibus, ſub cauis rupium & quercuum; qui verò inuenerunt, putabant inde genitam ſobolem: & confirmatur ex Statio *lib. 4. Thebaidos*.

Nondum arma, domuſque, nec vrbes,
Connubiiſque domus, quercus laurique ferebant
Cruda puerpeR, ac populus vmbroſa creauit
Fraxinus, & fœta viridis puer excidit alno.

Item tota Cognatio dicitur Arbos, quia ad explicandam hominum generationem multæ ſunt metaphoræ ab arboribus & plantis deſumptæ, vt paſſim videre eſt apud Authores: & ideo ab Homero Iliados. ϛ Homines dicuntur φύλλοισιν ἐοικότες, id eſt foliis ſimiles, & à Pauſania homo dicitur δενδρίτης arboreus; & à Philone homo dicitur planta, *lib. quis Diuinarum rerum hæres*: vt etiam à Platone homo dicitur planta cœleſtis, φυτὸν οὐκ ἔγγειον ἀλλ' οὐράνιον: & Marci *cap.* 8. cæcos videre incipiens ait, vidi homines ambulantes tanquam arbores ſuper terram.

Denique propter has Ramorum Lineas dicimus Lineam generis coniungi *l. 5. Cod. de emancipation. liberor.* & lineam ſanguinis *l. 4. Cod. de bonis vacantib.* & lineam aſcendentem, vel deſcendentem, *l. a. Cod. de legitimis hæredib* & lineam maternam, *l. tt. Cod communia de ſucceſſion.* id enim eſt ſumptum ab illis lineis quæ ducebantur ab vno ſtemmate ad aliud, vel etiam à lineis quæ faciunt rami in arboribus.

Iam nomina perſonarum quæ ſunt in quolibet gradu, vel ſtemmate, ſunt exponenda. In primo gradu ſunt duæ ſpecies Perſonarum; in prima ſpecie ſunt duæ Perſonæ Pater & Mater; in ſecunda ſpecie ſunt etiam duæ Perſonæ Filius & filia: & ita in hoc primo gradu ſunt quatuor Perſonæ, & duæ ſpecies tantùm Perſonarum, ſeu duo ſtemmata; quia filius & filia ſunt ſub vno eodemque ſtemmate reſpectu Patris & Matris, Pater vero & Mater in alio, & ita Perſonę primi gradus, ſunt in duplici ſtemmate, ſeu in duobus locis. Nomina vero in hoc gradu contenta omnibus nota ſunt, nempe Pater, Mater, Filius, Filia. Pater Græcè Πατήρ, & à Platone γεννήτωρ; Mater vero Μήτηρ, filij, υἱοί, filiæ θυγατέρες apud Iulium Pollucem.

In Secundo Gradu ſunt tres ſpecies Perſonarum, ſeu tria ſtemmata, & duodecim perſonæ, nempe quatuor in qualibet ſpecie: in prima ſpecie ſurſum verſus eſt Auus, Auia; in ſecunda deorſum eſt nepos, neptis; in tertia ex Tranſuerſo Frater & Soror; & in qualibet ſpecie perſonarum ſeu in quolibet ſtemmate ſunt quatuor Perſonæ; & hoc pacto in toto gradu ſecundo ſunt duodecim perſonæ: nam quia v. g. eſt Auus paternus, maternus, nempe pater patris & matris; Auia paterna, materna, nēpe mater patris & matris: ideo in prima ſpecie quæ eſt Aui & Auiæ aſcendendo, ſunt quatuor perſonæ: & quia eſt nepos ex filio, nepos ex filia, & neptis ex filio, neptis & ex filia, idcirco in ſecunda ſpecie, quæ eſt nepotis & neptis, deſcendendo ſunt quatuor Perſonæ: & tertiò quia in Tranſuerſo eſt frater ex patre, & frater ex matre, & ſoror ex patre, & ſoror ex matre; ideo quatuor ſunt Perſonæ in hac tertia ſpecie: ſciendum enim eſt numerum parentum & liberorum aliarumque perſonarum gradus vlterioris, in quolibet ſtemmate ſeu ſpecie ſemper duplari, vt dicitur *l. 3. de gradib. § vlt.* licet ſtemmate non duplentur, ſed augeantur tantùm in gradibus: Duplantur, inquam; nam in primo gradu eſt vnus pater, vna mater; in ſecundo gradu duo aui paternus & maternus, duæ auiæ paterna & materna; in tertio gradu quatuor proaui, quatuor proauiæ; in quarto gradu octo abaui, octo abauiæ; in quinto gradu, ſexdecim ataui, ſexdecim atauiæ; in ſexto gradu, triginta duo tritaui & totidem tritauiæ; in ſeptimo gradu, ſeptuaginta quatuor tritauorum patres & totidem tritauorum matres: Duplantur vero propter patrem & matrem cuiuſque perſonæ: nam vt ego habeo Patrem & Matrem qui ſunt duo, ita Pater meus habet Patrem & Matrem; & Mater quoque mea alium Patrem aliamque Matrem, & ita ſunt quatuor in illo ſecundo gradu, cum in primo gradu patris & Matris eſſent tantum duo; & iſti quatuor adhuc habent Patrem & Matrem, & ita ſunt octo; & ſi des his octo Patrem & Matrem erunt ſexdecim, & ſic de aliis. Similiter & in liberis & in deſcentibus eadem proportione duplantur perſonæ, vt in primo gradu eſt filius; in ſecundo duo nepotes; in tertio quatuor pronepotes; in quarto octo abnepotes; in quinto ſexdecim at nepotes; in ſexto triginta duo trinepotes; in ſeptimo ſeptuaginta quatuor trinepotum filii & filiæ. Ex tranſuerſo etiam duplantur; nam in ſecundo gradu ſunt duo fratres, duæque ſorores, frater ex patre, frater ex matre, ſoror ex patre, ſoror & ex matre; in ter-

tio gradu ſunt duo patrui, auunculi duo, amitæ duæ, materteræ duæ, & ita octo perſonæ; in quarto gradu patrui magni quatuor, & ita ſexdecim perſonæ, & ſic de aliis. A

Quod verò attinet ad ſtemmata, in primo gradu ſunt duo ſtemmata, vnum patris & matris, alterum filii & filiæ; in ſecundo gradu ſunt tria ſtemmata, ſeu tres ſpecies perſonarum, Auus Auia primum ſtemma faciunt, nepos neptis ſecundum, frater & ſoror tertiam ſtemma faciunt; in tertio gradu ſunt quatuor ſtemmata, ſeu quatuor ſpecies Perſonarum, primum proauus proauia, ſecundum pronepos proneptis, tertium Fratris filius filia, quartum Patruus Amita, & ita pater augeri quidem ſtemmata, ſed non duplari; duplari verò perſonas graduum in quolibet ſtemmate remotiori: augentur autem ſtemmata vno ſtemmate in quolibet vlteriore gradu, quod ſtemma tot continet Perſonas, quot alia ſtemmata eiuſdem gradus. B

Iam nomina in ſecundo Gradu contenta explicanda ſunt. Auus Græcè πάππος, id eſt patris mei vel matris pater, Pœtis dicitur νέννος; Auia verò id eſt patris vel matris mater, dicitur τήθη vocant etiam Græci μάμμην, vel μάμμαν ex Iulio Polluce: eorum definitio habetur *l.* 10. *D. de gradib.* Nepos eſt filius filii noſtri vel filiæ noſtræ, Neptis eſt filia filii noſtri vel filiæ noſtræ: nepos Græcis eſt υἱιδοῦς aui & auiæ, ſcilicet is qui eſt filii eorum filius, & υἱιδῆ vel υἱιδοῦς ſi ſit eorum filia; nam is qui eſt filiæ eorum filius vel filia, dicitur θυγατριδοῦς, θυγατριδῆ: frater & ſoror ſunt filius & filia vel patris noſtri tantùm, vel matris tantùm, vel vtriuſque, ſcilicet patris & matris ſimul, ideoque multiplex eſt; ſed qui eſt vtriuſque non multiplicat perſonas huius ſpeciei, quia in ea multiplicatione tantum attendimus fratrem ex patre vel matre ſeparatim; item ſororem ex patre vel matre: ſed quod ad nomina ſpectat fratrum, illi dicuntur propriè conſanguinei ὅμαιμοι ἀδελφοί, & à Poëtis ὅμαιμοι, & quia eſt triplex diuiſio fratrum, atque ſunt qui ab vtroque parente, alii ex vno tantum, qui ab vtroque parente ſunt fratres dicuntur ἀμφιθαλεῖς, vel αὐτάδελφοι: Sophocles enim *in Antigone* vocat natum ex eodem patre & matre αὐτάδελφον; dicuntur etiam ὁμομητρίῳ καὶ ὁμοπατρίῳ à Xenophonte *lib.* 3. *de expeditione Cyri*, & à Demoſthene *oratione contra Ariſtogitonem*, id eſt qui habent eundem patrem & matrem; nam ὁμοπάτριοι tantùm ſunt qui habent eundem patrem, & ὁμομήτριοι tantùm qui habẽt eandem matrem; qui verò ex altero tantùm parente ſunt fratres, dicuntur generaliter ἑτεροθαλεῖς ex Balſamone in *can.* 76. *Baſilii ad Amphilochium*, vbi ſoror dicitur ἑτεροθαλὴς, quæ ex vno tantùm parente fratri ſuo coniuncta eſt: qui vero nominatim ex eodem tantum patre, & non ex eadem matre prognati ſunt, dicuntur ὁμοπάτριοι; ὁμοπατρίους ἀδελφοὺς vocat Socrates *hiſtor. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap* 1. dicuntur etiam ἀμφιμήτορες, vel ἀμφιμήτορες apud Suidam, & à Latinis dicuntur Germani, & conſanguinei, vt patet ex Paolo *lib.* 5. *ſententiar.* conſanguinei, ait, ſunt eodem Patre nati licet diuerſis matribus; & ex Caio *lib.* 2. *Inſtitution. tit.* 8. & ex Theophilo *in tit. de legitima agnator. ſucceſſ.* Hinc conſanguinitas ſumitur pro fraternitate quæ à patre communi deſcendit, *l.* 4 *D.* C D E

vnde cognati, *l.* 44. *D. de adoptionib. l.* 15. *Cod. de probation.* non enim refert an eadem matre, an ex diuerſis geniti ſint qui dicuntur conſanguinei, *l.* 3. *Cod. de legit. tutela l.* 1. 3. 6. 14. *Cod de legitimis hæred. l.* 1. *Cod. ad Senatuſconſ. Orphitian. l.* 5. *Cod. communia de ſucceſſionib.* Conſanguinitatis enim ius à Patre deſcendit, & oritur, *l.* 4. *D. vnde cognati.* Vnde etiam in *gloſſis Græco Latinis* ἀδελφὸς ὁμοπάτριος, dicitur germanus, conſanguineus: qui verò ex eadem tantùm matre nati ſunt, dicuntur tantùm ὁμομήτριοι, & ἀμφιμήτορες, ex *Scholiaſte Euripidis in Andromacha*: à Latinis dicuntur Vterini *l.* 27. *Cod. de inofficioſo Teſtam.* & *l. penult.* & *vlt. Cod. de legiti. hæredib. l.* 21. *Cod. de excuſat. Tutor.* Fratres ergo ſunt, in triplici differentia, vel ex eodem patre & matre ſimul, vel ex patre tantùm, vel ex matre tantum.

In tertio Gradu ſunt Perſonæ triginta duæ, & quatuor ſpecies & veluti loci perſonarum: in prima ſpecie in linea recta aſcendentium eſt Proauus Proauia; in ſecunda, in eadem linea recta, ſed deſcendentium, eſt Pronepos Proneptis; in tertia ex tranſuerſo eſt patruus, amita, &c. & in qualibet ſpecie ſunt octo perſonæ quia ſunt octo proaui vel proauiæ, octo pronepotes vel proneptes, octo filii & filiæ fratris, octo patrui, &c. Ex quo vides ſecundum gradum in linea tranſuerſa reperiri tantùm deorſum, tertium verò gradum ex tranſuerſo incipere hic eſſe ſurſum, & ſic eſſe ſurſum & deorſum, ſicut ſunt omnes alii gradus ex tranſuerſo; ſunt enim quidam gradus ex tranſuerſo, qui deſumuntur à Perſonis lineæ rectæ inferioria vel ſuperioris.

Quod verò ſpectat ad nomina Perſonarum huius tertii gradus, Proauus eſt pater aui paterni vel materni, vel etiam auiæ paternæ vel maternæ, & dicitur πρόπαππος à Græcis, Ariſtoteles vocat τριππάππον, Plato verò ex voce προπάππου dixit ὑπερβολὴν προπαππώων amentiam proauitam: dicitur etiam proauus πρωτοπάππος. Proauia eſt mater aui paterni vel materni, & auiæ paternæ vel maternæ: dicitur a Græcis προτήθη. Pronepos eſt filius nepotis ex filio vel filia, & ſic de pronepte; fratris filius vel ſororis, nomen apud Latinos ſpeciale non habet, vt patet ex *l.* 10. *D. de gradib.* & ideo dictus eſt aſſumpto aliunde nomine nepos, aut patet ex Suetonio, & Spartiano *in Adriano*, vbi dicitur de nepte per ſororem Traiani, vxore accepta, & D. Ambroſio *epiſt.* 66. interroga nominum Religionem, nempe auunculus iſte illius, iſta huius neptis vocatur: & Ouidio, hoc verſu:

Cæſar ab Ænea, qui tibi fratre nepos.

& *cap.* 12. *de deſponſat. impuberum.* Nepos dicitur de filio fratris impropriè; nam propriè nepos eſt natus ex filio vel filia, quod patri poſt naſcatur quam filius vel filia, vt habet Feſtus; ideoque apud Euſtachium νέπος dicitur κατὰ παραγλώσσου ἔγγονος: vnde apud Columellam *lib.* 3. *cap.* 6. nepotes ſunt palmites qui viti adnaſcuntur. Dici tamen poſſunt filii fratris Latinè fratrueles, vt patet ex Iſidoro *lib.* 9. *cap.* 6. vbi dicitur filias ſororis Latinè dici fratrueles, & rectè: à Græcis verò filius fratris dicitur ἀδελφιδοῦς, & filia fratris ἀδελφιδῆ: Vnde in *Cantico Canticorum* in Græca verſione, filius fratris dicitur ἀδελφιδὸς, & in Latina fratruelis. Sed eſt no-

& neptes; in ſexta patrui maioris filius filia; in ſeptima patruus maximus. In hoc gradu continentur filii conſobrinorum, qui ſobrini dicuntur, taleſque ſunt nepos fratris mei, nepoſque meus ſeu filii filiorum noſtrorum; ſed illa ſpecies non eſt perſonarum mihi comparatarum, ſed inter ſe.

Quod ſpectat ad nomina, ea ſatis conſtant ex dictis; nam iſti ſobrini ſunt filii conſobrinorum ſeu ex filiis conſobrini deſcendunt, & dicuntur ἐξανεψιοὶ & ἐξανέψιαι mihi comparati, inter ſe vero comparati dicuntur ἀνεψιάδαι ex Iulio Polluce, quaſi nati ex ἀνεψιοῖς, id eſt filiis fratrum ſeu Conſobrinis.

Septimus gradus eſt in octo locis, ſeu in ſeptimo gradu ſunt octo ſpecies Perſonarum, & in toto gradu duplando ſunt mille viginti quatuor perſonæ. In prima ſpecie ſupra ſunt Tritaui Tritauiæ pater vel mater; in ſecunda ſunt trinepotis trineptis filius filia; in tertia ex tranſuerſo ſunt fratris & ſororis atnepos atneptis; in quarta patrui abnepos abneptis; in quinta patrui magni pronepos proneptis; in ſexta patrui maioris nepos neptis; in ſeptima patrui maximi filius filia; in octaua tripatruus & triamita. Nomina aut non ita frequentia, vel ex ſuperioribus intelligi poſſunt.

Et hi ſunt gradus qui vulgo exponuntur à Iuriſconſultis, & hæc eorum nomina, nec enim plures quam vel ſex gradus eorumque nomina ſolent exponi, vt à Paulo 4. *ſententiarum tit.* 11. vel ſeptem vt à Caio *Inſt.* & Paulo etiam *l. vlt.* §. 7. *D. de gradib.* & ratio eſt quia vlteriùs non reperiuntur nomina cognationum, vt rectè dicitur in *l. vlt. D. de gradib.* §. *vlt.* vel etiam quia ex his gradibus ſex aut alii ſeptem gradus colligi & intelligi poſſunt: ſunt enim plures quam ſex vel ſeptem; nam octaui & decimi mentio reperitur, *l.* 9. *D. vnde cognati, & de bonor. poſſeſſion.* atque quod Modeſtinus *in l.* 4. *D. de grad.* negat plures reperiri quàm ſex, id dicit eà conſideratione, quod vltra eum gradum, rerum natura cognatorum vitam conſiſtere non patitur.

Iam igitur vt hos gradus in ſummam contrahamus, in primo gradu ſunt duæ ſpecies perſonarum, & quælibet ſpecies habet duas perſonas; ergo in primo gradu erunt quatuor Perſonæ.

In ſecundo gradu ſunt tres ſpecies Perſonarum, & quælibet ſpecies continet quatuor perſonas, ergo in ſecundo gradu erunt duodecim perſonæ

In tertio gradu ſunt quatuor ſpecies perſonarum, & quælibet ſpecies habet octo perſonas; ergo hic tertius gradus continebit triginta duas perſonas.

In quarto gradu ſunt quinque ſpecies perſonarum, & quælibet ſpecies habet ſexdecim perſonas, at quinques ſexdecim faciunt octuaginta, & in hoc quarto gradu conſequenter erunt octuaginta perſonæ.

In quinto gradu ſunt ſex ſpecies perſonarum, quælibet ſpecies habet triginta duas perſonas, & proinde in quinto gradu ſunt nonaginta duæ perſonæ.

In ſexto gradu ſunt ſeptem ſpecies perſonarum, & quælibet ſpecies habet ſexaginta quatuor perſonas, ergo ſunt quadringentæ quadraginta octo perſonæ.

In ſeptimo gradu ſunt octo ſpecies perſonarum, & quælibet ſpecies habet centum viginti duas perſonas, & proinde ſunt mille viginti quatuor perſonæ.

His poſitis, quod ſpectat ad prohibitionem Nuptiarum, Iure Ciuili generaliter ſtatuendum eſt eas in Directo limite in infinitum in omni gradu Inferiorum & Superiorum prohiberi, ita vt Adamus ſi viueret nullam mulierem poſſet accipere in vxorem; quam regulam etiam valere dicunt Iure Canonico Richardus, Durandus, Sylueſter, alii: negat vero Bellarminus. A latere autem eodem Iure Ciuili prohibitæ ſunt etiam nuptiæ generaliter inter eas omnes perſonas quæ ſibi inuicem habent locum parentum, licet in gradu ſint valde remoto, & ideo in tertio gradu prohibetur v. g. ne filiam fratris ducam, ne materteram, non propter gradus diſtantiam vel proximitatem, ſed quia illa eſt filiæ loco, hæc matris; licet verum ſit Senatuſconſulto Claudii temporibus permiſſum fuiſſe fratris filiam ducere in vxorem, non ſororis filiam, & ita excepta ſit fratris filia ab hac regula, & regula vera tantum fuerit in ſororis filia: ſed hodie vera eſt tam in filia fratris, quàm ſororis, nulla diſtinctione adhibitâ, & nuptiæ non conſiſtunt cum ijs, *Inſt. de Nuptiis*, vt infra dicemus.

Item in quarto gradu prohibentur quando ratio parentum & liberorum repetitur inter eas perſonas, productâ quodammodo illâ regulâ lineæ directæ ad tranſuerſalem, vt inter Patruum magnum, auunculum magnum, amitam magnã materteram magnam, propatruum proauunculum, proamitam promaterteram, abpatruum abauunculum, abamitam abmaterteram, atpatruum atauunculum, atamitam, atmaterteram, & eos qui his reſpondent, puta fratris ſororis nepotem neptem, fratris ſororis pronepotem proneptem, abnepotem abneptem, & ſic de aliis, licet præciſè in eo quarto gradu non prohibeantur, vt inter conſobrinos, qui ſunt in quarto gradu non prohibentur, *l. celebrandæ Cod. de Nuptijs*, quia illa ratio parentis atque liberorum non eſt inter eos

In primo ergo gradu qui eſt inter patrem & filiam, matrem & filium nuptiæ prohibitæ ſunt, & ſemper fuerunt Iure Ciuili, imo & Iure Hebræorum, nec enim filiæ vnquam Iure nupſerunt ſuis parentibus, ne quidem in principio Creationis Mundi.

In ſecundo vero gradu, etiamſi locum non habeat ratio parentum & filiorum, nuptiæ prohibentur, vt inter fratres & ſorores qui ſibi non habent locum parentum, ita vt poſſimus directe in hoc ſolo ſecundo gradu lineæ collateralis nuptias prohiberi, in aliis autem gradibus eiuſdem lineæ collateralis non per ſe prohiberi, niſi quatenus reperitur ratio parentum & liberorum.

In tertio gradu etiam olim nuptiæ erant prohibitæ propter allatam ſupra rationem, quia videlicet nulla eſt perſona in hoc gradu quæ non gerat vicem parentis aut liberorum: Vlpiani tamen tempore licuit ex tertio gradu filiam fratris vxorem ducere, non filiam ſororis, vt patet *ex lib. Regular. tit.* 6. idque cautum eſt Senatuſconſulto Claudii temporibus.

In quarto gradu etiam erant olim prohibitæ, ſine locum parentum obtinerent ſiue non: nec conſobrini poterant matrimonio iungi, vt patet ex Vlpiano loco citato, ex Caio *Inſtitut.* & Theophilo *de Nuptiis Inſtit.* poſteà tamen fuerunt permiſſæ, *l. 3. D. de ritu Nupt.* & *l. 2. Cod. de Inſtitutionib. & Subſtitution.* Verùm Theodoſius Magnus vetuit ne aliter quàm ex Reſcripto Principis fierent, *l. vn. Cod. ſi nuptiæ ex Reſcripto petantur*: ſed Arcadius & Honorius videntur abrogaſſe legem Theodoſii, & permiſiſſe vt ſine Reſcripto contraherentur, *l. celebrandis, Cod. de Nuptiis*, niſi ita ſit illa lex interpolata à Triboniano, quod quidem verius videtur, nec Arcadium & Honorium legem Theodoſii abrogaſſe cum idem Honorius cum Arcadio fratris filio reuocauerit dictam legem paternam Theodoſii magni, *l. 3. Cod. de inceſtis nuptiis.* Iuſtinianus vero in inſtitutionib. ſecutus eſt dictam legem celebrandis Cod. de nuptiis, quam non ſequitur Theophilus, nec patres Eccleſiæ, vt patet ex D. Auguſtino *lib. 15. de Ciuit. Dei cap. 16.* & ex D. Ambroſio *epiſt. 66. ad Paternum.*

B

Iam verò antequam veniamus ad prohibitionem nuptiarum Iure Canonico, priùs agendum eſt de computatione graduum canonica, & oſtendendum quomodo Iure Canonico Gradus computentur atque dignoſcantur; quod erit facile ex his quæ dicta ſunt de gradibus iuxta regulas Iuris Ciuilis: diximus enim Iure Ciuili, quot ſunt generationes, tot eſſe gradus, quæ computatio recte componitur ex Theophilo *in §. 1. de legit. agnator. ſucceſſ.* iuxta regulam datam à Iuſtiniano *in §. penult. de gradib. cognat.* & communiter dicitur Iure Pontificio non attendi generationes, vti attenduntur atque conſiderantur Iure Ciuili; & ideo plures aſſignant regulas ad graduum computationem faciendam: nos vero vt perſiſtamus in ſuperiore doctrina, iiſdem regulis Iuris Ciuilis computationem canonicam graduum efficiemus, & ita fieri poſſe faciliùs ac tutiùs oſtendemus, imo neceſſario veniendum eſſe ad Ciuilem computationem, vt Canonica dignoſcatur.

C

Quare dicimus etiam Iure Pontificio computationem fieri poſſe ſecundum generationes, & nihil vetare reduci regulas plures quas afferunt ſacri Iuris Interpretes, ad vnicam eandemque regulam quæ eſt in Iure Ciuili, cum cautione & obſeruatione quadam à nobis apponenda.

D

Dicimus, inquam, Iure Pontificio fieri computationem ſecundum generationes μονομερῶς tantùm, & ex vna parte, nimirum ex illa ex qua ſunt plures generationes deſcendendo tantum à communi ſtipite, vel ad eum tantùm aſcendendo; quo pacto numeratio Canonica fit per generationes inter generantem nobis communem, cum hoc tantùm, vt diximus diſcrimine.

E

Computatio verò illa Canonica Graduum eſt antiquiſſima, & in vſu diu ante reductionem Lateranenſem recepta, quod probatur ex conſtitutionibus Alexandri 2. qui erat circa annum 1061. *can. 2. 35. quæſt. 5.* vbi quod aliqui propinquitatis gradus iuxta leges Ciuiles computarent, dicuntur ab eo id feciſſe contra ſacros canones, Eccleſiaſticumque morem, & nouo & inaudito errore dixiſſe quod fratres ſint in ſecunda generatione, filii eorum in quarta generatione, nepotes in ſexta vt fit Iure Ciuili, cùm ſint in prima, ſecunda, tertia; & illa quæſtio dicitur noviter exorta in Eccleſia; nam longè ante Alexandrum ſecundum, Zacharias Papa, qui erat circa annum 741. docuerat Eccleſiæ ritu gradus parentelæ enumerandos *in can. parentela 35. quæſt. 5.* parentelæ, ait, gradus taliter computamus, ſi quidem ego & frater meus vna ſumus generatio, primumque gradum efficimus, nulloque gradu diſtamus; rurſus filius meus fratriſque mei filius ſecunda ſunt generatio, ſecundumque gradum faciunt, atque ad hunc modum cæteræ ſucceſſiones numerandæ dicuntur dicto canone parentelæ: & Gregorius qui vixit circa annum 571. *can. 20. 15. quæſt. 3. & 4.* dicit quod licet terrena lex in Romana Republica permittat vt fratrum filii miſceantur, tamen & euentu infelices eſſe tales nuptias propterea quod ſunt contra legem quæ prohibet cognationis turpitudinem reuelare, vnde nec permitti debent nuptiæ per diſpenſationem in illo gradu: qui, inquit, ſecundus eſt; ſed in poſterioribus, nempe tertio vel quarto. Agitur verò hic de diſpenſatione facienda Anglis, ne diſſoluerentur matrimonia quæ ipſi neophyti vel contrahebant, aut contraxerant Iure Ciuili inter filios fratrum, quod non vult eis concedere, ſed in tertio tantùm, id eſt inter nepotes fratrum; loquitur enim Gregorius ſecundum computationem canonicam dicens, neceſſe eſſe ad minus vt illa matrimonia ſint in tertia generatione, non in ſecunda, in qua ſupponit eſſe filios fratrum inter ſe: quod ſi filii fratrum ſunt in ſecondo gradu, ſeu ſecunda generatione, fratres ipſi erunt in prima, & nepotes in tertia, vt recte argumentatur Alexander 2. *can. ad ſedem 2. 35. quæſt. 5.* qui horum canonum gratià dixit quæſtionem illam eſſe nouam in Eccleſia. De prioribus vero temporibus qui præceſſerunt Gregorium & Zachariam nihil conſtat, nec apertum eſt quando cœperit iſta computatio, niſi quod D. Ambroſius *epiſt. 66.* ſequi videtur computationem Iuris Ciuilis; dicit enim patrueles fratres, [illegible] conſobrinos ſibi quarto conſociati gradu, & [illegible] ei poteſt eâ computatione etiam aliquando [illegible] veteres, quam & Græci retinuerunt, ſicut poſt reuocatam cognationem vſque ad quartum gradum ab Innocentio 3. *cap. penult. de Conſanguinit. & Affinit.* adhuc conſuetudo manſit in quibuſdam Eccleſiis vt non contraherent etiam in quinto gradu.

Confirmatur verò computationem olim, diu ſaltem ante reductionem graduum factam ab Innocentio, fuiſſe canonicam, hac nempe ratione: nam ſi veteres qui nuptias prohibuerunt vſque ad ſeptimum gradum cognationis eam computarint olim vt Iuris Ciuilis Authores, reperiretur non fuiſſe coanguſtatam nuptiarum prohibitionem ab Innocentio 3. nec tres gradus detractos, vt ait *cap. 3. de clandeſtina deſponſat.* at vero ſi dicamus computaſſe tunc ſecundum jus canonicum valde reperientur anguſtata & tres gradus eſſe detractos, quintum, ſextum, ſeptimum: quare coarctatio illa vt ſit alicuius momenti, ſupponit priùs habuiſſe locum canonicam computationem.

Dices gradus computationis canonicæ dici generationes, vt *can. 4. 54. quæſt. 5. can. 4. 35.*

quæſt. 3. *& can.* 16. 17. 18. *& can.* 1. 35. *quæſt.* 5. *&* 3. ex quo ſequi videtur tot eſſe debere gradus quot ſunt generationes, & proinde ſequendam computationem Ciuilem non Canonicam.

Reſpondetur gradus Canonicæ computationis etiam dici generationes, licet non ſint vna generatio ciuiliter, ſed eſſe vnam generationem canonicè, vt dicitur *in can. parentela*, 35 *quæſt.* 5. ego, ait Canon, & frater meus vna generatio ſumus, primumque gradum efficimus.

Reſpondetur 2. dici gradum generationem, quia vt diximus computatio Canonica poteſt eſſe Ciuilis, ſi ex vna parte tantùm fiat, eaque à remotiore à trunco perſona.

Reſpondetur 3. dici generationes & eſſe, ſpecie ſcilicet non numero diuerſas.

Dices 2. ante reductionem graduum factam ab Innocentio videri non potuiſſe habere locum illam computationem Canonicam: nam ſi eam quis explicare voluiſſet, ſeptimus gradus computatione Canonicâ, expoſitus per Ciuilem fuiſſet aliquando decimus quartus; generationes Ciuiles vſque ad decimum quartum gradum ignotæ planè ſunt, & vix ad eas perueniri poteſt; vnde nec ſunt nomina quibus illæ deſignentur, & conſequenter ignota eſſe debuit Canonica ſeptem graduum, quæ eſt eadem cum Ciuili quatuordecim graduum computatione.

Reſpondetur 1. non fuiſſe neceſſe in caſibus quibuſdam ſeptimum gradum Canonicum exponere per decimum quartum Ciuilem, ſed etiam exponi potuiſſe per octauum, vt v. g. trineptis fratris mei, quæ mihi eſt in ſeptimo gradu Canonico, eſt tantùm in octauo Ciuili, non autem in decimo quarto, quia gradus in linea inæquali non duplantur, & ita potuit perueniri etiam aliquando ad ſeptimum gradum Canonicum, quando eſt v. g. octauus Ciuilis non decimusquartus; licet verum ſit ſeptimum gradum Iure Canonico etiam vt plurimum ignotum fuiſſe; ideò aſſumptus fuerat gradus valdè remotus, vt magis arcerentur homines à nuptiis cognatarum.

Reſpondetur 2. *ex can. ad Sedem*, licet nullum eſſet nomen quibus hæ generationes, & hi gradus Ciuiles numerarentur, ſufficere quod reuera ſint, & ſufficere regulam iſtam quod generata perſona v. g. Iure Ciuili ſemper gradum adjicit, ſiue gradus ille habeat nomen, ſiue non: nam vt rectè Alexander 2. *ibid.* aliter ab arbore Affinitatis multi rami truncarentur.

Nuptiæ ergo erant olim prohibitæ ratione Cognationis, & per conſequens Affinitatis, Iure Canonico vſque ad ſeptimum gradum, vt conſtat ex multis canonibus, *can.* 1. 7. 16. 17. *&* 19. *quæſt.* 2. *&* 3. & cùm aliqui in quarta vel quinta, vel ſexta generatione nuptias contrahere voluiſſent, id eis interdictum erat, *can.* 21. *quæſt.* 3. & *can.* 2. *quæſt.* 8. idemque habetur *can.* 1. *dict. quæſt.* 8. & ideo in *can.* 18. dicitur: non liceat de propria conſanguinitate, ſeu cognatione, vxorem accipere vſque dum generatio recordatur, cognoſcitur, aut memoria retinetur, vt eſt in *can.* 2. *ad Sedem quæſt.* 5. illa ſacrorum canonum præceptio quæ iubet à propria abſtinere conſanguinitate, quandiu generatio recordatur, aut memoria retinetur, nec à prædicta parentelæ diſcrepat computatione: nam in ſeptem gradibus, ſi canonice & vſualiter numerentur, omnia propinquitatum nomina continentur, vltra quos nec conſanguinitas inuenitur, nec nomina graduum reperiuntur, aut ſucceſſio poteſt ampliùs prorogari, nec memoriter ab aliquo generatio recordari, *dict. can.* 2. quod ſi intra hos gradus aliqui iungantur, ſeparari debent, & non licet eis, quandiu viuunt vtrique, alias vxores ducere, *can.* 4. *quæſt.* 3. *& can.* 2. *quæſt.* 8. & Pœnitentiam agere debent *can.* 3. *dicta quæſt.* 8. nec vnus poſt mortem alterius adhuc nubere poteſt, *dict. can.* 3. *quæſt.* 8. niſi neſcientes in ſexto, aut etiam 5. gradu contraxerint, quia tunc non ſeparantur *can.* 1. *quæſt.* 8. tales enim de quibus ſupra, ſunt inceſtuoſi, *can.* 8. & infames, *can.* 5. *quæſt.* 3. quo canone conſanguineorum coniunctiones prohibitæ ſunt, & per conſanguineos illi omnes cognati intelliguntur: ſunt, inquam, inceſtæ nuptiæ *can.* 7. *quæſt.* 3. & nullæ, quia inceſtuoſorum nullæ ſunt nuptiæ, *dict. can.* 8. *&* 10. & vſque ad Miſſam tantùm Catechumenorum in Eccleſia admittuntur, cum quibus etiam nec cibum ſumere licet vlli Chriſtianorum, *can.* 9. *quæſt.* 3. ſed vt dicitur *can.* 7. inter Catechumenos vſq; ad legitimam ſatisfactionem manere & orare iubentur, atque filii inde nati ſunt maledicti lege Diuinâ, & infames lege humanâ *can.* 2. *quæſt.* 3. & tales ſunt frater qui germanam acceperit vxorem, & ſi quis conſobrinæ ſuæ ſe ſociauerit, vel filiæ auunculi, vel patrui, *can.* 8. & qui etiam in quarto, vel quinto gradu olim erant coniuncti, *can.* 2. *quæſt.* 8.

Dices canone 1. 3. *quæſt.* 3. nuptias permitti in tertio vel quarto gradu, vt correctè legitur in *can. ad Sedem*; item in quarta vel quinta generatione: nam id factum & conceſſum Anglis de nouo ad fidem conuerſis donec eſſent in fide firmati, quo tempore denuò iubebitur ne coniungantur vſque ad ſeptimam generationem; hoc ergo fit, non tam vt contraheretur matrimonium in tertio, vel quarto gradu, quàm vt contractum non diſſolueretur, idque per diſpenſationem.

Dices 3. *in can.* 18. 35. *quæſt.* 5. *&* 3. dici nullum certum numerum aſſignari, ſed ſtatui vt vxor de cognatione non accipiatur vſque dum generatio recordatur, ergo fruſtra dicitur prohibitionem extendi vſque ad ſeptimum gradum.

Reſpondetur ex interpretatione Alexandri 2. *dict. can. ad Sedem*, id ita dici quia eodem res recidit, nam in ſeptimo gradu omnia nomina propinquitatum continentur, nec vltra Conſanguinitas, vel Cognatio, vel Succeſſio extat, vel reperitur.

Dices 4. *can. contradicimus* 20. 35. *quæſt.* 2. *&* 3. dici tãtùm ne quis in ſexta generatione copulenit, ergo non interdicitur in ſeptimo gradu, ſed tantum in ſexto, etiam antiquo Iure; & confirmatur *can.* 1. *quæſt.* 4. in qua dicitur vſque ad ſextum gradum generationis conſtitui conſanguinitatem, quod ſicut ſex ætatibus mundi generatio hominiſque ſtatus finitur, ita & generis propinquitas tot gradibus terminatur.

Reſpondetur ex *can. ad ſedem quæſt.* 5. Iuris Canonici auctores dupliciter feciſſe Canonicam computationem; aliqui incipiebant à fratribus in quibus ponebant primum gradum, ſecundum

in filiis fratrum, tertium in nepotibus fratrum, & ſic de aliis, quomodo fit numeratio in *can. ad ſedem 2. quæſt. 5. & can. 4. parentela, quæſt. 5. & can. 20. quæſt. 3.* eaque fit vſque ad ſeptimum gradum, & ita illa computatio quæ incipiebat à fratribus habebat ſeptem gradus; alij verò numerabant gradus vt inciperent non à fratribus, ſed à filiis fratrum, dicentes fratres eſſe veluti truncum qui generat, ex quo ita ramuſculi egrediuntur, nepos ſeu filius & filia fratris, & ſint primos gradus: & ita computatio non habebat niſi ſex gradus, vt patet *can. 1. quæſt. 5.* quod in Ciuili computatione omnes generationes ex vtraque parte ad communem ſtipitem numerantur, & conſtituunt diſtantiam, in Canonica B verò, generationes quidem omnes ex vtraque parte numerantur, ſed omnes non faciunt diſtantiam, ſed eæ tantùm quæ ſunt plures in vna parte. Idem igitur labor iuſumendus in conſiderandis generationibus vtriuſque partis collateralis, ſed illa pars in qua minor numerus generationum apparet, eſt detrahenda, alia parte ſolà in qua maior eſt numerus generationum, gradus canonicos conſtituente; ita vt in computatione Ciuili aſcendatur & deſcendatur, in Canonica verò computatione aſcendatur tantùm, vel deſcendatur tantùm; & Ciuilis ſit velut integra computatio generationum vtriuſque partis, Canonica vera ſit veluti dimidiata, & C vnius ſeu alterius tantùm partis computatio.

Ratio verò computationis hæc nobis viſa eſt præcipua, quod nullus adhuc animaduertit. Ius nempe Ciuile in gradibus diſtinctis conſtituendis & computandis attendere diuerſas generationes numero, inter duas ſcilicet perſonas inter ſe comparatas: Ius autem Canonicum attendere eaſdem diuerſas ſpecie tantùm, ita vt generationes numericæ gradus faciant Ciuiles, ſpecificæ verò gradus Pontificios: vt v. g. ego diſtero à fratre meo duobus gradibus Ciuilibus, quia ſunt duæ numero generationes; vnico autem gradu Canonico, quia mea generatio & generatio fratris, mei ſunt eiuſdem ſpeciei, & in eodem ſtemmate reponuntur reſpectu patris, qua- D tenus ambo ſumus eius filii, quod eſt valde docendum vel etiam dicendum cum Alexandro 2. *can. ad Sedem 2. 35. quæſt. 5.* vbi ait Iuſtinianum gradus ciuiles ita conſtituiſſe per generationes, propter hæreditates quæ ad vnam tantùm perſonam deferuntur, Canones verò per duplices generationes propter nuptias, quæ inter duos fiunt: quæ tamen ratio vacillat, nec alia quàm quæ à nobis allata fuit ſuprà, videtur aſſignanda.

Porrò in noſtra computatione Canonica fit aliquando, vt vbi Iure Canonico eſt vnus gradus, Iure Ciuili ſint duo, videlicet quia ſunt duæ generationes, quod tamen non ſemper accidit: nam in computatione graduum Canonica fit quidem aliquando vt interdum duplentur, & ſint duo gradus Ciuiles vbi eſt vnus tantùm Canonicus; interdum non duplentur, ſed numerus graduum generationum ſit maior, vel vnâ, vel aliquâ, vel pluribus generationibus Iure Ciuili quam ſit Iure Canonico, vt mox oſtendimus: duplantur v. g. cùm fratres ſunt ciuiliter in ſecundo gradu, canonicè in primo; fratrum filii ciuiliter in quarto, canonicè in ſecundo; nepotes fratrum ciuiliter in A ſexto, canonicè in tertio; ſicque deinceps hi qui ſecundum leges ſunt in octauo gradu, canonicè erunt in quarto; qui ciuiliter in decimo, canonicè erunt in quinto; & ita duplari agnoſcit, *Canon ad ſedem, canon parentela 35. quæſt. 5.* duplantur enim quia ex æquo deſcendunt collaterales à communi ſtipite, & ex æquo diſtant: non duplantur autem cum diſtant inæqualiter; nam v. g. ſobrinorum nepotes, qui Iure Ciuili diſtant à ſobrini filio, nono gradu, non diſtant canonicè niſi quinto; abneptis etiam proauunculi mei id eſt auunculi maioris, quæ nono gradu à me diſtat Iure Ciuili, non diſtat Iure Canonico niſi quinto, & ideò poſſum eam ducere B hodiè; neptis conſobrini quæ eſt conſobrino in ſexto gradu Ciuili, eſt in quarto Canonicè, proneptis etiam conſobrini quæ eſt conſobrino ciuiliter in ſeptimo, eſt canonicè in quinto; auunculi magni proneptis quæ ciuiliter mihi in ſeptimo, canonicè in quarto; item fratris mei abneptis eſt mihi in ſexto gradu ciuili, & in quinto canonicè. quod voluimus notare contra eos qui putant ſemper duplari gradus Canonicos Iure Ciuili, hoc enim falſum eſt: nam duplantur tantum in linea æquali, non autem in linea inæquali Collateralium, ſed vt rectè dicitur *can. 2. ad Sedem quæſt. 5.* iſta computatio eodem recidit, & tantummodo valet, nec facit diuer- C ſitatem in prohibitione matrimonii vel ſenſu Regulæ, ſed tantum in modo computationis graduum.

Cæterùm quod diximus de Cognatis, & eorum Gradibus, intelligitur tàm de cognatis vxoris, quàm viri, & ſiue cognati ſint ſiue agnati, *can. 7. & 13. quæſt. 3. & can. 2. quæſt. 8.* Supradicta quoque locum habent multò magis, vt quis non tantùm nuptias, ſed nec ſtuprum nec fornicationem committat cum cognatis ſuis, & vt inceſtuoſum id ſit, ſi commiſerit, *can. 2. quæſt. 3. & can. 9. & 10. quæſt. 3.* nec verò appellentur filii vel hæredes ſint, qui de coniunctionibus illis inceſtuoſis naſcantur, *dictis canonibus;* D & ijs, qui ſe i lo ſcelere coinquinant, infligitur pœnitentia, poſtquam etiam ſine ſpe coniugii manent, *can. 5. quæſt. 3.* In quo quidam cùm duabus mulieribus fornicatus erat, quarum vna mater erat alterius, matre neſciente de filia, & filia de matre, & dicitur vt nunquam accipiat vxorem, nec illæ etiam, ſi id ſcierint; idemque ſtatuitur *can. 9 & 10. quæſt 1. Cauſa 24.*

Hodiè ratione Cognationis, & per eam Affinitatis, nuptiæ prohibitæ ſunt Iure Canonico vſque ad quartum gradum incluſiue, *cap. 3. de clandeſtina deſponſat. & cap. 3. & 6. de conſanguinit. & Affinit. & cap. 2. eod. tit. in 1. collectione*, quod ita intelligendum eſt, vt quemadmodum Iure Ciuili, ita & Canonico in directo limite in infinitum in omni gradu inferiorum & ſuperiorum, prohibitæ ſint nuptiæ, & non tantùm vſque ad quartum gradum: quod ex eo conuincitur omninò, quia computatio Canonica inuenta eſt tantùm propter gradus in linea collaterali, vt patet ex omnibus exemplis ſupra allatis *in dictis canonibus*, quæ ſunt tantùm de gradibus collateralium, non autem propter gradus in linea deſcendentium, vel aſcendentium; & confirmatur, nam in linea recta, ſemper quot ſunt generationes tot ſunt gradus, quam regulam cùm non agnoſcat à latere Ius

Canonicum, ſed alter diuerſam ponat à latere, A quia etiam duæ generationes Ciuiles faciunt vnam tantùm Canonicam, ſequitur nihil immotarum à Iure Canonico in linea recta. Et deinde Computatio Canonica ex dictis non poteſt incipere à linea recta, ſed tantùm à collaterali, ergo in ea tantùm locum habet.

A latere vero Iure Canonico prohibitæ ſunt nuptiæ vſque ad quartum Gradum, vt patet ex *capitulis ſuprà citatis*: ſed dici poteſt etiam hic habere locum exceptionem Iuris Ciuilis, niſi qui ſunt in quinto, vel ſexto gradu, habeant rationem parentum vel liberorum; quo caſu etiam vellemus, vt obtineret regula præcedens, vt in infinitum in linea collaterali nuptiæ ſint B prohibitæ, quæ alias eo iure permitterentur; & ita Abpatruus qui fratris abneptis eſt in quinto gradu, non poterit eam ducere in vxorem; licet fortè id non obſeruetur Iure Canonico in linea tranſuerſa.

Iam verò ſi quis duxiſſet in vxorem mulierem aliquam quæ ipſi diceretur cognatione coniuncta, res non carebat magno examine, & diſquiſitione; nec enim ideo ſtatim ſeparabatur ab illa, donec Epiſcoporum Religioſorum concilio cauſa iſta fuiſſet examinata, *can. 10. quæſt. 6.* & primùm attendebatur quis illud matrimonium accuſaret; nam 1. nullus extraneus poterat accuſare eos, & dicere eam mulierem eſſe C viro cognatam vel eius computare conſanguinitatem, ſed propinqui priùs ad quos propriè pertinere poteſt huius rei notitia, vt pater, mater, ſoror, frater, patruus, auunculus, amita, matertera, & eorum procreatio: ſi vero omnium propinquorum progenies tota deſierit eſſe, rem ab antiquioribus & veracioribus quibus eadem propinquitas nota ſit, Epiſcopus canonicè perquiter *can. 1. quæſt. 6.* & hæc eſt antiqua conſuetudo, vt parentes & cognati ſexûs vtriuſque in ſuorum teſtificationem ad matrimonium coniungendum & dirimendum admittantur, & maximè parentes, & ſi defuerint proximiores; quoniam vnuſquiſque ſuam genealogiam, cum teſtibus, & chartis, tum etiam ex recita- D tione Maiorum ſuorum ſcire laborat; & nulli meliùs recipi debent, quàm illi qui meliùs ſciunt, & quorum inter ſt, ita vt ſi non interfuerunt & conſenſum non adhibuerint, ſecundum leges nullum fiat matrimonium. Quod vero legitur, pater non recipiatur in cauſa filii, nec filius in cauſa patris, id verum eſt in contractibus, & in criminalibus; in Matrimonio verò coniungendo, vel diſiungendo, & ipſius coniugii prærogatiua, quia fauorabilis res eſt, congruè recipiuntur *can. 2. quæſt. 6.* ſi ergo duo vel tres viri ex propinquioribus propinquitatem iureiurando firmauerint, vt eſt *in can. 3. & 4 quæſt. 6.* vel etiam fortè confeſſi fuerint, vt E dicitur *can. 4.* nuptiæ diſſoluentur *dict. can. 3.* imo deficientibus propinquis, ſi tres aut duo ex antiquioribus Ciuibus, quibus hæc propinquitas nota eſſe poteſt, quique ſint viri probi, eam modis ſupradictis intercedere probauerint, ſine mora diſſoluetur matrimonium, *can. 3. quæſt. 2.* Quod ſi nec illi propinqui, nec extranei iſti voluerint iurare rem ita ſe habere, ſed tantùm nudis verbis teſtentur propinquitatem, non diſſoluentur nuptiæ tunc, ſed tamen propter eorum teſtimonium non iuratum, coniugibus imponetur pœnitentia, ob infamiam vel maculam peccati, ſi aliquam contraxiſſe videantur, *dict. can. 3. quæſt. 6.* atque Epiſcopus eos coniuges per baptiſmum, per fidem, per iudicium Chriſti in vera obedientia obteſtabitur, quatenus palam faciant, vtrùm ſe, ſicut fama eſt, conſanguineos recognoſcant; ſi enim negauerint, ſibi ipſis relinquendi ſunt; ita tamen, vt ſi aliud habeant in conſcientia, ſe à liminibus Eccleſiæ, à corpore & ſanguine Domini, à fidelium communione nouerint ſegregatos, & infames effectos, donec ab inceſti facinore deſinant: ſi vero Epiſcoporum iudicio coniuges ſegregauerint ſe ſintque iuuenes, alia matrimonia contrahere non prohibentur, *dict. can. 4. quæſt. 6.* & hoc eſt inſuper notandum quod in teſtibus nulla varietas vel contrarietas inueniri debet, *can. 8. quæſt. 6.* & vt diximus, iurare debent, *dict. can. 3. & can. 8. quæſt. 6.* ideoque Synodale iuramentum præſcribitur aduerſus teſtes & accuſatores *can. 6. quæſt. 6.* Epiſcopus, ait canon, in Synodo reſidens, poſt congruam allocutionem, ſeptem ex plebe ipſius parochiæ, vel eo ampliùs, prout viderit expedire, maturiores, honeſtiores, atque veraciores viros in medium debet euocare, & allatis Sanctorum pignoribus, vnumquemque illorum tali ſacramento conſtringat, amodò in antea quidquid noſti, vel audiſti, vel poſtmodum inquiſiturus es, quod contra Dei voluntatem & rectam Chriſtianitatem in parochia factum ſit aut futurum erit, ſi in diebus tuis euenerit, quantùm vt ad tuam cognitionem quomodocumque perueniat, ſi ſcis aut tibi fuerit indicatum Synodalem cauſam eſſe, & ad Epiſcopi miniſterium pertinere. quia tamen nec propter amorem, nec propter timorem, nec propter pretium, nec propter parentelam vllatenus celes Epiſcopum, aut eius Miſſum, cui hoc inquirere iuſſerit, quandocumque te ex hoc interrogauerit, ſic te Deus adiuuet, & illæ Sanctorum Reliquiæ; & cæteris vt iurarent dicebatur iſtud ſacramentum, quod iſte iurauerit de Synodali cauſa, quod tu illud ex re ita obſeruabis in quantùm ſapis, & audiſti, aut ab hoc die in antea inquiſiturus es, ſic te Deus adiuuet, vt continetur in *can. 7. quæſt. 6.* atque inſuper parentela probata, cum ſeparandi venirent coniuges, ipſi quoque ita iurabant, ab iſto die in antea quod tu per nullum ingenium te ſociabis huic tuæ conſanguineæ N. cum qua contra legem & rectam chriſtianitatem adulterium & inceſtum perpetraſti, neque coniugio, nec in adulterio illam tibi ſociabis, nec cum illa ad vnam menſam manducabis & bibes, aut ſub vno tecto manebis, niſi forte in Eccleſia vel in alio publico loco, vbi nulla mala ſuſpicio poſſit eſſe, ibique coram teſtibus idoneis pro certa neceſſitate pariter colloquamini, nec aliam coniugem accipies, niſi fortè poſt peractam pœnitentiam tibi licentia data fuerit ab Epiſcopo tuo, vel eius Miſſo, ſic te Deus adiuuet, & iſtæ Sanctorum Reliquiæ, vt dicitur & refertur *can. 9. quæſt. 6.* contrà vero is, qui dimiſerat vxorem legitimam, ſi ei reconciliaretur, etiam ita iurabat: ab iſto die in antea iſtam coniugem tuam N quia iniuſtè dimiſeras, ita tenebis ſicut per rectum Maritus ſuam debet habere Coniugem in dilectione, & debita diſciplina, nec eam per vllum malum ingenium à te

ſeparabis, nec eâ viuente aliam accipies ſi te Deus adiuuet, &c.

Poſtquam verò egimus de Conſanguinitate & eius Gradibus, tàm Iure Ciuili, quam Canonico, ſupereſt vt generaliter etiam tractemus de Affinitatis gradibus, eiuſque generibus.

Affinitas propriè ſumpta eſt ius quo Conſanguinei, vel Cognati Mariti coniunguntur Vxori, aut è contrario, quo Cognati Vxoris coniunguntur Marito, & ideo vocatur Affinitas apud Thucididem Connubium, referente Iulio Polluce *lib. 3. cap. 3* ſic verò dicta quod inter cognatos vnius coniugum cum alio coniuge contrahatur, & in eius perſona finiatur, ita vt duæ cognationes, cognatio viri & vxoris, per ipſos coniuges tanquam fines & extrema copulentur, vxor ſcilicet ſanguini mariti, & maritus ſanguini vxoris, non etiam vterque ſanguis cognatorum inter ſe, vt eſt in *l. 4. §. affines, D. de gradib. & affinib.* & *cap. 5. de conſanguinit. & affinitat.* Vnde rectè Pollux *lib. 3. cap. 1.* genus, ait, nobis cum ipſa generatione conſiſtit, nec terminum quo finitur habet; affinitas verò tempore ſumit initium, & legitimè finitur; & in *Padia Cyri*, ὁμηχμίας ...., affinitatem iungentes dicuntur, qui contrahunt matrimonium, quod ipſi finis ſint affinitatis, nam ipſi coniuges non ſunt affines, ſed fines potiùs, & id rectè probat Demetrius Comstios in Reſponſo contra quoſdam qui dicebant vnius ac primi gradus eſſe maritum cum vxore; nam dicit, quod ſi id verum eſſet, ſic nuptiæ eſſent licitæ in primo gradu, & prohibitæ in remotiori, quod quidem eſt abſurdum. Item ipſi cognati viri & vxoris non ſunt affines inter ſe, vt comprivigni, filius nempe mariti & filia vxoris ex aliis nuptiis poſſunt iungi matrimonio, *l. generali §. inter D. de ritu nuptiar. l. Titia D. de verbor. obligationib.* Item conſoceri, id eſt pater vel mater mariti, & pater vel mater vxoris. Rurſus filius mariti ex aliis nuptiis, & mater vxoris non ſunt affines, & poſſunt copulari, *l. vlt. §. 3. D. de gradib.* & hinc eſt, quod *cap. quod ſuper his 5. de conſanguinit. & affinit.* duo cognati viri rectè ducunt duas cognatas vxoris, vt auunculus & nepos cognati inter ſe, duas ſorores; item nec affines ſunt duorum fratrum vxores vel duarum ſororum mariti.

Ad affinitatem propriè ſumptam requiritur, vt ſint iuſtæ nuptiæ, *l. 4. §. ſciendum, D. de gradib.* ita vt affinitas oriatur & pereat cum nuptiis: vnde cùm Iure Ciuili, maximâ capitis diminutione diſſoluantur nuptiæ, diſſoluitur etiam affinitas: & gener quis mihi eſſe deſinit, *l. ſi quis 1. D. ſoluto matrimon.* licet Iure Gentium ſubſiſtant: Cùm verò minimâ capitis diminutione, vel mediâ non diſſoluantur nuptiæ, nec diſſoluitur affinitas. Requiruntur, vt diximus, nuptiæ ad affinitatem contrahendam, quia non ſufficiunt Sponſalia, licet impropriè propter ſponſalia ſocrus & nurus vſurpentur, *l. 6. & 8. D. de gradib.* nec ſufficit etiam contubernium, licet inde aliqua imago & ſpecies affinitatis fomatur, *l. adoptiui, §. idem tantum D. de ritu nuptiar.* nec concubinatus, licet inde oriatur impedimentum nuptiarum *l. 4. Cod. de nuptiis*: ex his enim omnibus quæ oriuntur affinitates impropriè tantùm ita dictæ ſunt: Sicut vera Affinitas aliquando dicitur Cognatio & ius ſanguinis impropriè *l. ſancimus, Cod. de pœnis, can. 8. 35. quæſt. 5.* vbi dicitur affinitas conſanguinitatis, & affines vulgo cognati dicuntur, *can. quod autem 35. quæſt. 5.* vbi dicitur per æquiuocationem, non propriè fieri, vt frater vel ſoror vxoris tuæ tibi cognati, cùm ſint tantùm affines, nam cognatio propriè eſt συγγένεια κατὰ αἷμα, id eſt ſanguinis cognatio, affinitas verò eſt συγγένεια κατ' οἰκειότητα ἢ κηδείαν, id eſt ſecundum familiam. Soluitur etiam affinitas morte alterius coniugum, nec eius extinctæ ratio ſolet ampliùs haberi, *l. 3. § 1. D. de poſtulat.* & patet ex Philone *lib. de legatione ad Caium*, & Tullio *in oratione pro Sextio*: ademit, inquit, Albino ſoceri nomen mors filiæ: & Iulio Polluce *lib. 3. onomaſtici cap. 1 ſupra citato*: ſemel matrimonio dirempto nomina quoque per matrimonium orta ſimul euaneſcunt: Verùm remanent reliquiæ ad certos effectus; nam & propinquis deficientibus, ad legati vel fideicomiſſi perceptionem proſunt, *l. vlt. Cod. de verb. ſignificat.* & nuptiis afferunt impedimentum, vt patet ex D. Thoma *ſupplement. 3. part. quæſt. 55 art. 2.*

An ſint gradus vlli Affinitatis dubitari poteſt, Iureque Ciuili nulli dicuntur eſſe gradus affinitatum *l. 4. §. gradus, de gradib.* quia cùm nullæ ſint Affinium generationes, nec vlli affinium poſſunt eſſe gradus; quandoquidem non vt cognati, ita & affines alii ex aliis generantur, vt pro numero generationum inter ipſos gradus conſtitui poſſint. Quarè, quando ex genero & filia mea filius naſcitur, is eſt mihi quidem cognatus, quia filia mea quæ mihi cognata eſt eum generauit; nam cognatus cognatum gignit; non eſt autem mihi affinis, ex eo quod affinis meus, nempe meus gener eum generauit, quia affinis affinem non generat: & ratio inſuper eſt, cur affinitatis nulli propriè ſint gradus, quòd omnis affinitas coniugum perſonâ concludatur, nec [illegible] vlteriùs: quia tamen non omnes affines ſunt eodem gradu cognati, pro ratione graduum cognationis, ad maiorem explicationem, ſtatuti ſunt etiam gradus affinitatis. Quare in Iure maximè Pontificio conſtituti ſunt gradus affinitatis, non quidem ex affinitate ſolâ per ſe, ſed deducti & deriuati quodammodo ex ratione cognationis; nam ita cenſent Pontifices, cùm aiunt, quo gradu quis vxori meæ cognatus eſt, eodem & eſſe mihi cum affinem, *can. porro 35. quæſt. 5* & ita frater vxoris meæ qui eſt ei cognatus in primo gradu, erit etiam mihi affinis in primo gradu; filius fratris vxoris meæ, qui ei eſt cognatus in ſecundo gradu, erit & mihi affinis in ſecundo; item nepos fratris vxoris meæ, qui eſt ei cognatus in tertio gradu, erit quoque mihi affinis in eodem tertio gradu.

Gradus affinitatis ſurſum verſùs hi ſunt, ſocer proſocer; ſocrus, proſocrus, qui & ſocer magnus, ſocrus magna dicuntur; abſocer, abſocrus adſocer, adſocrus; triſocer, triſocrus. Et apud Latinos eſt ſocer mariti vel vxoris pater, ſocrus mariti vel vxoris mater; Græcis diſtincta ſunt eorum nomina; nam mariti pater eſt ἑκυρός, vxoris pater πενθερός ex Ariſtophanis *Grammatico in ſyngeniciis*: ecce igitur mihi marito eſt pater, mater, ii ſunt ſocer ſocrus vxori, mihi marito eſt auus auia, hi vxori ſunt proſocer proſocrus, & ſic de aliis: ſimiliter vxori meæ eſt pater mater,

ij mihi ſocer ſocrus; vxori item meæ eſt auus auia, ij mihi proſocer proſocrus & ſic de aliis aſcendendo. Nota verò nomen ſocrus eſſe generis communis, teſte Priſciano *lib.* 6. vetuſtiſſimi, ait communiter hic & hæc ſocrus proferebant.

Deorſum verò in Linea recta eſt Nurus, Gener; pronurus, progener; abnurus, abgener; atnurus, atgener; trinurus, trigener, qui omnes ſunt loco filiorum, ſicut priores loco parentum, fictitiè tamen §. *ſocrum Inſtit. de nuptiis*, quia parentis locum ſocer obtinet, ex Plinio *lib.* 7. *cap.* 13. nurus, ait, generoſque, & omnes qui ſe patris appellatione ſalutarent; nam ſicut in cognatione ſuperiores dicuntur parentes, inferiores liberi; B ita & in affinitate, ſocer & ſocrus, proſocerum & proſocrum aſcendendo continebunt; gener & nurus progenerum & pronurum & alios gradus inferiores. Ecce igitur deſcendendo in linea recta mihi marito & vxori meæ eſt filius, filia communis, filio detur vxor erit nurus vtriuſque; neptis maritus progener; proneptis vxor abnurus vtriuſque, proneptis maritus abgener vtriuſque, & ſic de aliis qui ex eodem marito & vxore: nam vt maritus & vxor generant, conſiderantur vt vnus ſanguis eadem affinitate contingentes generum vel nurum, nempe in primo gradu; & ita maritus & vxor ſunt in medio lineæ, à quibus aſcenditur & deſcenditur, C aſcenditur ad ſocerum, deſcenditur ad generum.

Rurſus in Affinitate in linea recta alius ordo graduum ita conſtitui poteſt in quo ſint aliæ perſonæ ſuperiores & inferiores, vt ſurſum verſus ſint vitricus id eſt matris ſecundus maritus, & Nouerca id eſt vxor ſecunda patris; aui vxor, auiæ vir; proaui vxor, proauiæ vir, & ſic deinceps. Deorſum verſus priuignus priuigna, id eſt coniugis filius filia ex alio matrimonio, coniugis nepos neptis, coniugis pronepos proneptis, qui gradus ſunt loco liberorum & parentum inter ſe; nam vitricus eſt loco parentis priuignæ, & inter ſe matrimonio iungi nequeunt. D Quod autem ſpectat ad hanc lineam rectam quæ hîc proponitur, ea incipit à marito & vxore quatenus alio matrimonio copulati liberos ſuſceperant, quorum ipſi ſunt Vitricus & Nouerca; vt ecce, eſt maritus qui aliam habuit vxorem, & ex ea filium filiam; iterumque eſt vxor quæ alium habuit maritum ex quo ſuſcepit filium filiam: mariti filius vxoris eſt vitricus, mariti filii vxori ſunt priuignus priuigna, & vxor eſt nouerca ſeu vxor patris eorum; mariti nepotes ſunt vxori propriuigni, vxor pronouerca ſeu aui vxor, mariti pronepotes vxori abpriuigni, vxor abnouerca, ſeu proaui vxor: vice versâ vxor mariti eſt filius nouerca, vxoris filii marito ſunt priuignus priuigna, & ipſe maritus E vitricus ſeu vxoris vir; vxoris nepotes marito propriuigni, ipſe prouitricus ſeu auiæ maritus; vxoris pronepotes marito abpriuigni, ipſe abuitricus ſeu maritus abauiæ.

Ex latere vero ſeu ex tranſuerſo gradus Affinitatis numerantur, Leuir, 4. *D. de gradib.* id eſt frater mariti, qui Homero δαὴρ Priſciano *lib.* 5. ἀδελφὸς: item ex latere eſt Glos, id eſt ſoror mariti, Homerus vocat non δαίρα, ſed γάλων *Iliad.* item vxor fratris quæ à Nonio Fratria, & maritus ſororis, qui à Cicerone frater, à Iuſti- A no & Æmilio gener, ab aliis ſororius: item etiam à latere eſt ſoror vxoris, quæ à quibuſdam Glos; frater vxoris qui à Sophocle γαμβρὸς gener, defectu nominum dicuntur.

Ecce ergo in hac linea tranſuerſali ego maritus fratrem & ſororem habeo, vxor etiam fratrem & ſororem habet; frater meus eſt vxori meæ Leuir, ſoror mea eſt vxori meæ Glos, frater verò vxoris eſt mihi gener nomine, γαμβρὸς, nec enim proprium nomen habet: item frater meus habet vxorem quæ mihi fratria; ſoror mea habet maritum qui mihi ſororius, vel frater, vel etiam gener, ita enim à quibuſdam dicitur: ſimiliter frater vxoris meæ ſi duxerit vxorem, ea B erit vxori fratria, & ſoror vxoris meæ ſi nupſerit, maritus eius erit ei ſororius eodem modo. Sed vxor fratris mei qui habet vxorem quid erit vxori meæ? non datur nomen proprium affinitatis; erit igitur ei in ſecundo genere affinitatis.

Præter autem illos Gradus fictitios Affinitatis de quibus ſuprà dictum eſt, qui in primo genere affinium conſtituuntur, ſunt & alia quædam genera affinitatis, quæ cum affinibus affinium, ſemper alternando, contrahuntur; vt ecce omnes cognati vxoris meæ ſunt affines, & omnes cognati mariti ſunt affines, in primo genere ſecundum gradus prærogatiuam quo cognati ſunt vxori vel marito; item omnes mariti C vel vxores cognatorum meorum ſunt mihi affines in primo quoque genere pro gradus prærogatiua: at verò cognatorum vxoris, mariti vel vxores, ſunt Affines marito in ſecundo genere, & vice versâ cognatorum mariti, vxores vel mariti ſunt affines vxori in ſecundo genere, vt vxor priuigni, maritus priuignæ; item generi mei ſecunda vxor erit mihi affinis in ſecundo genere, quia eſt vxor affinis mei in primo genere: in ſecundo genere affines ſunt omnes quæ nupſerunt ei qui nobis affinis erat in primo genere, & ita affines ſunt marito qui affines fuerunt vxoris ex aliis nuptiis, ſeu ex nuptiis prioribus, & viciſſim vxori affines mariti ex aliis nuptiis; qui D tamen non ſunt affines propriè ſed affinium loco, vt in *L.* 15. *de ritu nuptiar.* nurus vxoris eſt marito, nurûs loco; & gener mariti, vxori, generi loco: item affines ſunt, mei generi ſecunda vxor, vel meæ nurûs ſecundus maritus.

In tertio genere affinis eſt marito vxor ſecunda generi vxoris ſuæ, id eſt inter me & ſecundam vxorem eius qui quondam gener fuit vxoris meæ, eſt affinitas tertii generis, nam priuigna ſeu filiaſtra mihi eſt affinis in primo genere, maritus priuignæ in ſecundo genere, quaſi gener, licet propriè non ſit gener meus; vxor vero ſecunda iſtius generi, vel quaſi generi, mihi eſt E affinis in tertio genere affinitatis: ſicque ſecundus maritus quondam nurûs meæ, vxori meæ, eſt affinis in tertio genere; nam priuignus vxori meæ fuit affinis in primo genere, vxor eius in ſecundo quaſi nurus, maritus verò quondam nurus meæ qui mihi affinis eſt in ſecundo genere, vxori meæ eſt affinis in tertio genere. Vnde in tertio genere affinitatis ſunt quatuor perſonæ quæ interueniunt, in ſecundo tres, in primo duæ ſolum. Item maritus ſecundæ vxoris generi mei, eſt mihi affinis in tertio genere; & vxor ſecundi mariti nurus meæ erit mihi affinis in tertio genere.

DISTINCTIO IX.

Certè omnibus modis Eccleſiaſticæ diſciplinæ vel moderationi conueniens eſt, vt quæ rationabiliter ordinata fuerint vel deciſa, nullâ in poſterum debeant refragatione turbari, *can.* 1. *hac eadem quæſt.* 9. Eccleſiaſtici quippe vigoris ordo confunditur, ſi aut temerè illicita præſumantur, aut non conceſſa impunè tenentur, *can.* 2. maximè vero ea quæ à Sede Apoſtolica ordinata ſunt, immutari non debent, aut retractari, quoniam cum magni conſilii deliberatione ſtatuuntur, *can.* 4. Verumtamen non negat Papa *can.* 6. ſententiam Romanæ Sedis in melius poſſe mutari, cùm aut ſibi ſubreptum fuerit aliquid, aut ipſa pro conſideratione ætatum, vel temporum, vel neceſſitatum diſpenſat; quoniam & D. Paulus multa fecit diſpenſatoriè, quæ poſteà reprobaſſe dignoſcitur, *dict. can.* 6. nec illud graue videri debet, ſi Iuſtitia ſæpius recenſeatur, *can.* 7. Quare Gregorius 4. Eugenii ſententiam mutauit *can.* 8. & alius Papa ſuammet etiam ſententiam mutauit in Photinum *can.* 5. *dicta quæſt.* 9.

Maximè vero illa mutatio locum habere poteſt in Iudiciis potiùs quam in legibus; magna enim eſt differentia inter leges & iudicia, vt rectè obſeruât Ariſtoteles *lib.* 1. *Rhetoricor. cap.* 1. leges enim fiunt ex longi temporis conſiderationibus, at Iudicia de repente; leges ſunt de vniuerſalibus & futuris, nec reſpiciunt ad perſonam; ad Iudicium de præſentibus, vbi amor, & odium, & vtilitas propria coniuncta ſæpiſſimè eſt. Nec dubium tamen eſt quin leges etiam ipſæ mutari poſſint, aut aboleri aliâ lege, vel conſuetudine *l. de quibus D. de legib.* & apud Aulum Gellium *lib.* 11. *cap.* 18. *&* *lib.* 12. *cap.* 13. maximè ſi nocuerint, vt ait Ariſtides *oratione* 2. *Sicula*, & fatetur Iuſtinianus, *l.* 1. §. *his igitur, Cod. de emendatio. Codicis* his verbis: hoc & omnioi dubium eſt quod ſi quid in poſterum melius inueniatur, & ad conſtitutionem neceſſariò ſit redigendum, hoc à nobis conſtituatur: & Innocentius 3. *cap. non debeat* 8. *de conſanguinit. & affinit.* vbi etiam addit quod Deus ex iis quæ in veteri Teſtamento ſtatuerat, in nouo mutauit. Et ideò Plutarchus refert Lycurgum noluiſſe leges ſuas eſſe Ius ſcriptum, vt poſſet eis aliquid ſemper, prout videretur rationi conſentaneum, addi, vel tolli. D. etiam Auguſtinus *lib.* 1. *de libero arbitrio*, *cap.* 6. ait legem omnem quantumuis iuſtam poſſe pro tempore moribus immutari.

Et hæc dicta ſufficiant ad Secundam Partem Decreti: nam huius Cauſæ xxxv. Quæſtio x. ex his poterit intelligi, quæ de Affinitate dicta ſunt: Cauſa vero xxxvi. ex iis quæ de raptu virginum dicemus ad tit. Decretalium de Raptoribus. Sed priuſquam Tertiam Partem aggrediamur, pleniorem noſtrum de *Pœnitentia* Tractatum hoc loco ſubjiciendum putauimus.

TRACTATVS DE POENITENTIA.

CONGRVVM FVISSE DIVINAE BOnitati, & neceſſarium noſtræ Infirmitati, à Deo Inſtitui Pœnitentiam.

CAP. I.

QVi meminerit Deum non ſolùm eſſe maximum, ſed etiam optimum, & hominem eſſe animal mutabile, ac varium, & arbitrii ſui poteſtate, nunc ferri in bonũ, nunc flecti in malum; is facilè intelliget Pœnitẽtiam eſſe homini neceſſariã, & Deo digniſſimam, vt rectè D. Epiphanius *hæreſi* 39. argumentatur: nos, ait, vnam Pœnitentiam vltro concedimus, ac per eam iteratæ generationis lotionem, ad ſalutem perueniri: ſed Dei humanitatem ac clementiam minimè tollimus, cùm & veritatis dogma, & miſericordiam Domini, naturæque noſtræ conditionem venià ſanè dignam, & animorum inconſtantiam, & carnis imbecillitatem, & ſenſuum in pleriſque hominibus diſtractas ac diſſipatas vires, perſpectas habeamus: & Gregorius Nyſſenus *oratione de Pœnitentia*: vehementer admiror, quomodo iſti qui naturâ perturbationibus obnoxia, voluptatumque ſtudioſa circumdati ſunt, duriores ſe in eos qui peccant, præbeant; in alios verò arbitri eſſe velint inexorabiles, adeo vt Dei benignitatis ſpem auferant, vberemque miſericordiæ fontem obſtruant, vt ipſi putant. Homo igitur, ſemper peccat, &, vt ait Gregorius Nazianzenus *oratione* 3. nemo hominum eſt ſine peccato: *&* *oratione* 40. peccato carere, Dei eſt; peccare verò, hominum: τὸ μὲν μηδὲν ἁμαρτεῖν ὄντως θεῖον, ... τὸ δὲ ἁμαρτάνειν ἀνθρώπινον nam vni hoc teſtimonium datur, quod peccatum non fecerit, vt ait D. Baſilius *homilia* 27. *contra Sabellianos*. Item Deus ſemper clemens, ſemper miſericors, & vt ait Gregorius Nyſſenus *oratione de Pœnitentia*, nihil tam graue reperitur, quod non & gratia Dei con[illegible], & miſericordia curet atque expiet: & Balſamo *in can.* 43. *Synodi Trullanæ*, nullum eſt peccatum quod Dei clementiam ſuperet [illegible] [illegible]od pluribus exemplis oſtendit D. Baſilius *homilia* 28. *de Pœnitentia* ex variis ſcripturæ locis: non eſt, ait, ſubuerſa Niniue, pœnitentiam enim egit; nec punitus Achab, quia precatus eſt & ſaccum induit; nec Dauid ſimiliter, nec Manaſſes idolorum cultor.

Nec vero tantùm id conuenit Diuinæ bonitati vt ſit miſericors, & noſtræ infirmitati neceſſarium vt miſericordiam conſequamur: ſed & ita nobis eſt præſcriptum; ita iuſſit Deus in ſcriptura ſacra, non tantùm vt ſperemus in ea, ſed etiam vt ad eam per pœnitentiam accedamus, quod idem D. Baſilius *homil.* 28. *de Pœnitent.* Probat multis ex locis ſcripturæ ſacræ, tam ex veteri quàm ex nouo Teſtamento deſumptis: & ſcriptum eſt, inquit, *Hieremiæ* 8. num qui cadit non reſurgit? & *Eſaiæ* 16. lauamini, mundi eſtote: & *Ezechielis* 18. viuo ego, dixit Dominus, quoniam nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat: & *Matthæi* 9. non veni ſeruare iuſtos, ſed peccatores vocaturus ad pœnitentiam: & *Lucæ* 15. Angeli lætantur ſuper vno peccatore pœnitentiam agente; & paulo poſt: denique hoc vult Deus, qui vero nos ſumus vt Deo præſcribamus? volt Deus remittere peccatum, quis prohibuit? nos dicimus non quid illi auſint, ſed quid Deus præcipiat, num qui cadit non reſurgit?

Deinde verò id videtur quodammodo pertinere ad Iuſtitiam diuinam, vt dimittat mala quæ perpetramus, propter bona quæ egimus; nam cùm nunc in bono, nunc in malo poſiti ſint, & nullus ſit malus qui non aliquando benè agat, & nullus bonus qui non aliquando peccet, non videtur maior ratio cur Deus potius puniat tranſitũ à bono ad malum, quam approbet tranſitum à malo ad bonum, & damnet hominem in malo, quem non ſalua[illegible] in bono; quæ eſt ratio eiuſdem D. Baſi[illegible] *homil.* 28. *de Pœnit*, verumne, ait, malum repu[illegible] Deus, multa vero bona non reputat[illegible] quot Martyres primùm quidem Chriſtum abnegarunt, poſteà

vero ad pugnam redierunt? quor ſunt, quî cùm improbè vixiſſeot, martyrium paſſi ſunt? an quoniam ſententià mutantur, ob id & laborum ſoorum nulla erit ratio? non ſumus Angeli, ſed homines, & cadimus, & reſurgimus, idque ſæpenumero eadem horà; & ideo ficus illa quæ colebatur, & poſt tres annos fructum non dabar, dimiſſa eſt & non exciſa ob ſpem futuri fructus, *Luca* 13.

Cenſeamus ergo Pœniteotiam eſſe gratiam χάρισμα, vt vocat D Baſilius *ead. homil.* 28. *de Pœnit.* & eſſe magnum donom Dei, ex Iſidoro Peluſiota *lib.* 3. *epiſt.* 157. & eius donatorem adorandum, ex Gregorio Nazianzeno *oratio.* 39. & licet fœlicitas ſit magna non peccare, altera etiam fœlicitas eſt à peccato reſurgere, vt rectè D. Baſilius *homilia ſupradicta*: beatum eſt ſi nec vacillanerit quiſquam; altera fœlicitas eſt ſi poſt plagam acceſſerit medicina: & Clemens Alexandrinus *lib.* 1. *Pædagogi cap.* 9. pulchrum enim quidem certè eſt non peccare, bonum eſt etiam vt & qui peccat, ducatur Pœnitentia; quemadmodum optimum quidem eſt ſemper eſſe ſanum, bonum autem eſt etiam à morbo connaleſcere.

Nec verò quis puret Pœnitentiam datam eſſe vt homines peccent, ſed vt à peccato recedant, vt recte ait Iſidorus Peloſiota *lib.* 3. *epiſt.* 157. *ſuprà citata.* & D. Baſilius, *dicta homil.* 28. *de Pœnit.* his verbis: nolumos, ait, eum qoi deliquit, ad peccandum ſpe pœnitentiæ procedere, ſed potiùs jacentem erigere ſtudemus; deſperatio namque, quæ ab aduerſariis introducitur, eum qui ſemel occidit, in peccatis volutari ac perdurare ſuadet, pœnitentiæ verò expectatio jacentem ſurgere & amplius non delinquere hortatur.

De Nouato qui negauit Pœnitentiam Lapſis, & de Nouatiano eius Sectario.

CAP. II.

FVere Nouatus & Nouatianus. Nouatus Epiſcopus Africæ, vt patet ex *epiſt.* 1. *Cornelii, & epiſt.* 3. *Paciani, & epiſt.* 3. *Cypriani ad Cornelium, quod ad Confeſſores à Nouatiano ſeductos literas fecerit; & alia epiſt. eiuſdem Cypriani, quæ eſt reſponſum ad Cornelium de Nouati ſceleribus*, cuius hæc ſunt verba: de Nouato nihil inde ad nos fuerat nuntiandum, cùm magis per nos vobis debeat Nouatus oſtendi; & paulò poſt: idem & Nouatus qui apud nos primum diſcordiæ & ſchiſmatis incendium ſeminauit; & infra: ipſe eſt qui feliciſſimum ſatellitem ſuum Diaconum nec me permittente, nec ſciente, ſuâ factione & ambitione conſtituit, & cùm ſua tempeſtate Romam quoque ad euertendam Eccleſiam nauigans, ſimilia illic & paria molitus eſt, à Clero portionem plebis auellens; & infra: qui iſtic aduerſus Eccleſiam Diaconum fecerat, illic Epiſcopum fecit; & infra addit, quod pater eius in vico ſame mortuus, eo non iuuante illum, & deinde quod non ab eo ſepultus: item quod vxoris grauidæ vterum calce percuſſit, vnde abortum procurauit; quibus ſimilia

A de Nouato quoque refert Pacianus *dicta epiſt.* 3.

Nouatus cum ex Africa Romam venisset, vt conſtat ex *Paciano epiſt.* 3. *& Cypriano epiſt. etiam* 3. *quæ eſt reſponſum ad Cornelium de Nouati ſceleribus*; Romæ exiſtens tempore perſecutionis, cum multi propter metum lapſi eſſent, & agerent pœnitentiam, ipſe reſtitit, typho arrogātiæ ductus, & noluit poſteà alios admittere, vt teſtantur Epiphanius *hæreſi Nouatianorum*, Euſebius *lib.* 6. *hiſtoria Eccleſiaſt. cap.* 35. Elias Cretenſis *in oratione* 23. Nicetas *in oration.* 40. Gregorii Nazianzeni, licet exiſtimet etiam ipſum Nouatum abiuraſſe fidem ac ſacerdotium in perſecutione; & Balſamo *in can.* 7. *Synodi* 2. Is ergo Nouatus Lapſos non recipiebat, eiſque Pœnitentiam denegabat, vt dicit Gregorius Nazianzenus *oratione* 39. *in fine*, & Epiphanius, *hæreſi Nouatianorum*, & Eulogius, *contra Nouatianos*: & Euſebius, Nicetas, Elias Cretenſis, & Balſamo *locis ante citatis*; item D. Ambroſius *lib.* 1. *de Pœnit. cap.* 2. vbi animaduertit Nouatum nemini Pœnitentiam dandam cenſuiſſe; Nouatianos verò eius ſectatores non dandam quidem grauioribus criminibus, ſed tantùm leuioribus; verba eius ſunt: ſed aiunt ſe exceptis grauioribus criminibus, relaxare veniam leuioribus; non hoc quidem author erroris veſtri Nouatus, qui nemini Pœnitentiam dandam putauit, eâ ſcilicet contemplatione, vt quod ipſe non poſſet ſoluere, non ligaret, ne ligando ſperari à ſe faceret ſolutionem: in eo igitur patrem veſtrum propriâ damnatis ſententiâ, qui diſtinctionem peccatorum facitis, quæ ſoluenda à vobis eſſe putetis, & quæ ſine remedio eſſe arbitremini.

Nouatianus verò fuit Preſbyter Eccleſiæ Romanæ, vt colligitur ex *epiſt.* 3. *Paciani* & *epiſt.* 5. *Cornelii*; qui Nouatianus hæreſim Nouati Romæ defendit, contra Cornelium Papam qui lapſos admittebat poſt pœnitentiam, vt patet ex Eulogio *loco citato*: & propterea à Nouato corruptis quibuſdam Epiſcopis factus fuit Epiſcopus Romanus, vt patet ex dicta *epiſt. D. Cypriani, quæ eſt reſponſum ad Cornelium de Nouati ſceleribus*; & ſchiſma fecit contra Cornelium, vt patet ex Eulogio *loco* jamjam *citato*, & D. Cypriano *epiſt. ad Antonianum*; vbi de Nouatiani Perſona agens, non eodem modo eum deſcribit, quo deſcripſerat Nouatum; ſed tantùm de eo dicit, non fuiſſe in vnitate Eccleſiæ. Porrò ad Nouatianum ipſum, non ad Nouatum pertinent ea omnia quæ de Nouato dicuntur *in epiſt. Cornelii ad Fabianum*, quæ refertur ab Euſebio *loco citato*: dicitur enim ibi Nouatum initio iuraſſe ſe nunquam Epiſcoparum appetiuiſſe; dicitur verſutum ac varium fuiſſe, quoſdam Epiſcopos ebrios coëgiſſe ſibi Epiſcopatum tribuere imaginariâ manuum impoſitione; dicitur ipſum à nullo ex Preſbyteris qui erant 46. & Diaconis qui erant ſeptem, & Subdiaconis etiam ſeptem, & acolytis quadraginta duobus, & exorciſtis qui erant cum Oſtiariis quinquaginta duo, fuiſſe electum; dicitur eum, cum eſſet exorciſta, à Dæmone poſſeſſum, in lecto baptiſatum, fauore ordinatum Preſbyterum, & negaſſe ſe Preſbyterum; & denique eo tempore quo ordinatus eſt Epiſcopus iuraſſe in ordinatione quod nunquam eum deſereret, nec tranſiret ad Cornelium; quæ omnia crimina pertinent ad Nuua-

tianum qui Romanus Epiſcopus factus eſt, cùm eſſet Eccleſiæ Romanæ Preſbyter, non autem Nouatus, cui ideo hæc quæ ibi referuntur non conueniunt vllo modo. Adde quod D. Cyprianus ſcribens de ſceleribus Nouati, nullum ex illis commemorat, ſed longè diuerſa, quo fit vt illa epiſtola Cornelii tota ſit de Nouatiano, non de Nouato; licet præ ſe ferat nomen Nouati; vel quia ita legendum putauit Euſebius qui eam inſeruit ſuis libris, vel quia Cornelius vocauit Nouatianum nomine Nouati, quod Nouatum haberet authorem ſuæ Sectæ. Reponendum eſt ergo in *ea epiſt.* nomen *Nouatiani*, pro nomine, Nouati: nec enim Nouatus fuit, vt ibi dicitur, factus Epiſcopus Romanus, ſed Nouatianos factione Nouati.

Atque hic error in alium errorem deduxit nonnullos, maximè Græcos, nempe vt dicerent Nouatum fuiſſe presbyterum Eccleſiæ Romanæ, vt Euſebius, Socrates, Sozomenus, Nicephorus Calliſtus, Eulogius *loco citato*, Balſamo, & Zonaras *in can. 7. Synodi Nicenæ*; Honorius Preſbyter Auguſtodunenſis *de hæreſibus*, & alii nonnulli; cum tamen non Nouatus, ſed Nouatianus fuerit Preſbyter Eccleſiæ Romanæ, vt ſuprà diximus. Fuerunt igitur duæ diſtinctæ Perſonæ Nouatus, & Nouatianus, & eos diſtinxerunt Cyprianus, Pacianus, & Cornelius *in epiſtolis ſupra citatis*; nec non etiam Euſebius *in Chronico*: & Nouatus fuit author hæreſis quæ Pœnitentiam denegabat lapſis, Nouatianus autem eam hæreſim defendebat, vt ſuprà diximus.

Quid mouerit Nouatum ad illam hæreſim inducendam.

CAP. III.

IAm videndum eſt quibus rationibus moti Nouatus, & Nouatianus crediderint non eſſe concedendam Pœnitentiam lapſis; pœnitentiam, inquam, quæ coniuncta eſſet cum relaxatione ſeu abſolutione, aliam enim pœnitentiam, quæ eſſet ſine indulgentia, concedebant, vt patet ex D. Ambroſio *lib. 1. de Pœnit. cap. 2.* qui indè eos arguit, quod Pœnitentiam quidem concederent, ſed veniam pœnitentiæ denegarent: quod autem, inquit, durius, quàm vt indicant pœnitentiam quam non relaxent, cùm vtrique veniam negando incentiuum auferant pœnitentiæ? nemo enim poteſt benè agere pœnitentiam, niſi qui ſperauerit indulgentiam. Fuerunt verò duæ rationes, ſeu cauſæ præcipuæ, quibus mouerentur Nouatus & Nouatianos ad illam hæreſim tuendam.

Prima & præcipua fuit quod exiſtimarent Chriſtum non dediſſe poteſtatem Eccleſiæ ligandi atque ſoluendi, niſi per pœnitentiam, quæ præcederet baptiſmum, vel quæ cum eo coniuncta eſſet, non autem per Pœnitentiam poſt Baptiſmum, vt teſtatur Eulogius *lib. 2. contra Nouatianos*: quod vero dicunt, licèt multùm inter ſe Baptiſmus & Pœnitentia differant, oſtenditur tamen ante baptiſma pœnitentiæ nomen vſurpari, &c. & D. Epiphanius *in hæreſi Catharorum*, vbi probat contra eos, etiam poſt Baptiſmum eſſe locum pœnitentiæ. Probabant autem ſuam opinionem ex his verbis Apoſtoli *Hebr. cap. 6. verſ. 4.* impoſſibile eſt eos, qui ſemel illuminati ſunt, & guſtauerunt bonum Dei Verbum, ac virtutes futuri ſæculi, & ceciderunt rurſus, renouare crucifigentes ſibimetipſis Filium Dei, & traducentes; terra enim, &c. quem locum ita accipiebant, quod Paſſio Domini, & per conſequens Baptiſmus, quo conſepelimur in Chriſto, ſufficientem fecerint remiſſionem, & omnem aliam remiſſionem impediant; ita licet ante mortem Chriſti Pœnitentia locum haberet in Veteri Teſtamento, vt per eam peccatum remitteretur; peccatum poſt mortem Chriſti, & in Nouo Teſtamento, ſolo Baptiſmo remittatur, non autem Pœnitentiâ ſubſequenti, vt refert D. Baſilius *homil. 18. de Pœnitentia*: quâ ratione vtuntur etiam hodiè hæretici noſtri.

Verùm ad illum locum Apoſtoli reſpondet Eulogius *loco citato*, eum locum D. Pauli non facere pro Nouatianis, ſed intelligendum & accipiendum eſſe de Iudæis credentibus, qui tamen adhuc legem Iudaicam ſeruare volebant vel ſeruabant, & ita diuerſis Baptiſmis, ſeu aſperſionibus vtebantur; ad illos igitur ſe conuertens Paulus, eos dehortatur ab omnibus aliis Baptiſmis, & oſtendit ſolum Baptiſmum Chriſtianorum ſemel collatum ſufficere, non quidem ideo vt excludat Pœnitentiam, ſed tantùm alia Baptiſmorum genera legalia, vel etiam alium Baptiſmum Chriſtianorum, qui non debet iterari: dicit ergo impoſſibile eſſe eos qui ſemel illuminati ſunt, ſcilicet Baptiſmo, iterum renouari per alium verum Baptiſmum; ſemel enim Chriſtus, in conſummatione ſæculorum paſſus eſt, vnde & in eius morte Baptiſamur, qui enim vel quærit ſeruare Baptiſmata legis, vel etiam vult ſecundò baptiſari vero Baptiſmo, iterum Dei Filium crucifigit, & oſtentui habet ſemel crucifixum. Et quod noluerit D. Paulus illis verbis excludere Pœnitentiam, idem Eulogius oſtendit ex verbis ſequentibus D. Pauli, quibus hortatur Hebræos vt renuntient peccatis, & ad perfectionem tendant & bona peragant opera; quod non fit niſi per Pœnitentiam, ipſum igitur renouationem quæ fit per eam non excludere. Item Epiphanius *loco citato*, eodem planè modo reſpondet ad illum locum D. Pauli, & quidem fatetur poſt Baptiſmum non ampliùs poſſe renouari, alio ſcilicet Baptiſmo, ſicut nec Chriſtus bis moritur, quia vnus eſt Baptiſmus, & vna eius renouatio; neque tamen ideo illos à ſalute excludi, quos peccati ſui pœnitet, ſed & ſaluti propinquos eſſe, & Deum rectè ab iis factorum eſſe Suſceptorem, qui delictorum ſuorum abſolutam Pœnitentiam expoſcerent: item OEcumenius *in epiſtolam D. Pauli ad Hebræos, dicto loco*.

Ex quibus, ſequitur Nouatum & Nouatianũ malè accepiſſe verba D. Pauli *loco citato*, cum exiſtimarunt per ea excludi Pœnitentiam, ea verò de alio Baptiſmo ſint accipienda, qui etſi locum non habeat, tamen Pœnitentia locum habebit, vt oſtendit D. Baſilius *loco citato*, reſpondens ad Nouatianos & Nouatos, & ad interpretationem quam afferebant verbis Apoſtoli: Dicunt enim, inquit, quod ſi ante Seruatoris paſſionem,

paſſionem ; priuſquam ſacratiſſimus ille ſanguis pro nobis effunderetur , ex Veteri Teſtamento de Pœnitentia aliquid nobis legeritis, dicitis in veteri Teſtamento quidem remiſſum eſſe peccatum, in nouo verò non eſſe remiſſionem propter paſſionem; nos verò ſi ex nouo Teſtamento oſtenderimus , quod & poſt Baptiſmo & acceptum Spiritum , qui peccauit, à peccato per Pœnitentiæ Chriſma reuocatur ; manifeſtum erit & poſt Baptiſma Pœnitentia locum eſſe iis qui deliquerunt.

Secunda cauſa vel ratio, cur Nouatus ad ſuam hæreſim fuerit inductus , eamque ſtatuerit , hæc eſſe potuit, quod videret ſuis & prioribus temporibus nonniſi cum magna difficultate Patres Eccleſiæ conceſſæ Pœnitentiam cum abſolutione quibuſdam facinoroſis hominibus, vt Idololatris, homicidis , adulteris , quæ fuit potiùs ſeueritas & diſciplina quam doctrina Eccleſiæ, vt poſteà dicemus ; item quod videret etiam quoſdam Epiſcopos omninò cenſuiſſe non eſſe dandam illis Pœnitentiam , nec idcò tamen fuiſſe tanquam hæreticos damnatos aut excommunicatos , vt habetur apud D. Cyprianum *epiſt. ad Antonianum*: & quidem , inquit , apud Anteceſſores noſtros quidam de Epiſcopis iſtic in prouincia noſtra dandam pacem mœchis non putauerunt , & in totum pœnitentiæ locum contra adulteros clauſerunt , non tamen ab Epiſcoporum ſuorum collegio receſſerunt. Et ſane ita eſt , fuerunt enim certa quædam atrocia crimina, pro quibus non dabatur in totum Pœnitentia; quædam pro quibus non niſi vnica, id eſt ſemel dabatur pœnitentia , quædam pro quibus non niſi in fine vitæ dabatur communio, quod fiebat ad continendos in diſciplina Chriſtianos , vel etiam propter Prædeceſſorum noſtrorum potiorem vitam maioremque pietatem: quod cùm ità obſeruari viderent nonnulli, putà non dari in totum pœnitentiam , exiſtimarunt non omninò poſſe dari, vt Tertullianus *lib. de pudicitia* , *cap*. 5. quæ non fuit doctrina Eccleſiæ Romanæ , vt patet ex eodem Tertulliano *loco citato*, qui malè reprehendit Zephyrinũ Papam admittentem adulteros ad Pœnitentiam, non obſtante vetere obſeruatione ac Eccleſiæ rigore. Ibi enumerantur à Tertulliano tria ſcelera , propter quæ non debeant homines recipi ad Pœnitentiam ex veteri conſuetudine Eccleſiæ, nimirum idololatria , homicidium , & mœchia , & cùm Zepherinus papa conſtituiſſet admittendos adulteros , (& idem poterat ſtatuere de idololatris , & homicidis) Tertullianus grauiter inuehitur in eum , & ait : ſi mœchis Pœnitentia detur , ſequi dandam & aliis , quod putat abſurdum, & ad molliſſimam pertinere diſciplinam. Pontifex, ait, ſcilicet Maximus Epiſcopus Epiſcoporum dicit, ego & mœchiæ & fornicationis delicta Pœnitentiâ functis dimitto: quid ages molliſſima & humaniſſima diſciplina? aut omnibus eis hoc eſſe debebis , beati enim Pacifici ; aut ſi non omnibus, noſtris eſſe : idololatram quidam & homicidam ſemel damnas, mœchum verò de medio excipis idololatriæ ſucceſſorem , homicidii anteceſſorem , vtriuſque collegam ; perſonæ acceptio eſt , miſerabiliores pœnitentias reliquiſti ; planè ſi oſtendas de quibus patrociniis exemplorum , præceptorum cæleſtium ſoli mœchiæ , & in ea fornica-

A tioni quoque januam Pœnitentiæ expandas. Sed decipiebatur Tertullianus , nec enim ſoli mœchiæ Pœnitentiam dandam putabat ſummus Pontifex , ſed & idololatris, & homicidis , licet de facto tunc dediſſet eam tantùm mœchia.

Quod igitur eſſent atrocia quædam crimina, pro quibus non dabatur Pœnitentia , patet ex loco citato Tertulliani *cap*. 5. *de pudicitia*, & *cap*. 9. hoc eſt , ait , quod neque idololatriæ , neque ſanguini Pax ab Eccleſiis redditur. Item ex Paciano *in Paræneſi ad Pœnitentiam* , & ex D. Cypriani *epiſt. ad Antonianum* , *loco ſuprà citato*, & ex *concilio Elıberitano can*. 1. placuit vt B quicumque poſt fidem Baptiſmi ſalutaris , adultà ætate ad templum idoli idololatraturus acceſſerit & fecerit , quod eſt crimen capitale , quia eſt ſummum ſcelus , nec in fine eum accipere communionem. Locus Paciani ita habet: deſpectus in multis Spiritus Sanctus hæc nobis capitalis periculi conditione legauit ; reliqua peccata meliorum operum compenſatione curantur ; hæc verò tria crimina (ſcilicet idololatria, fornicatio , & homicidium , quæ ante nominauerat) metuenda ſunt ; & paulo poſt : hæc quicumque poſt fidem fecerit , Dei faciem non videbit. Deſperauere tantorum criminum Rei, quid vobis ego feci ? nunquid non fuit in poteſtate ne fieret, nullus ne admonuit ? nemo præ- C dixit ? tacuit Eccleſia ? nihil Euangelia dixerunt? nihil Apoſtoli comminati ſunt ? nihil rogauit Sacerdus ? quid quæritis ſera ſolatia ? tunc decuit cum licebat : dura iſta vox eſt , ſed qui vos felices dicunt, in errorem vos mittunt , &c.

Quædam erant etiam Crimina propter quæ Pœnitentia quidem , non communio daretur; inter quæ fuit crimen eorum , qui poſt peccata quædam maxima nunquam ſe ad Eccleſiam repræſentaſſent ad Pœnitẽtiam agendam, & quodammodo impœnitentes manſiſſent , & poſteà infirmitate correpti Pœnitentiam petebant , & ſimul Communionem : Illis enim dabatur quidem Pœnitentia, ſed non Communio ; vt patet D ex concilio *Arelatenſi can*. 23. de his qui apoſtatant , & nunquam ſe ad Eccleſiam repræſentant, nec quidem Pœnitentiam agere quærunt, & poſtea infirmitate correpti petunt Communionem, placuit eis non dandam Communionem niſi reualuerint & egerint dignos fructus Pœnitentiæ: & ex D. Cypriano *epiſt*. 51. *ad Antonianum*. Frater chariſſime Pœnitentiam non agentes, nec dolorem delictorum ſuorum toto corde & manifeſtâ lamentationis ſuæ profeſſione teſtantes, prohibendos omninò cenſuimus à ſpe Communicationis & Pacis , ſi in infirmitate atque periculo cœperint deprecari; quia rogare illos non delicti Pœnitentia , ſed mortis vrgentis admoni- E tio compellit , nec dignus eſt accipere ſolatium , qui ſe non cogitauit eſſe moriturum. Qui etiam rigor Eccleſiæ diſplicuit Innocentio Papæ, quod ſuperet aſperitatem & duritiem Nouatiani hæretici , vt patet ex eiuſdem Innocentii *epiſt*. 3. *ad Exuperium* , *cap*. 2. vbi facit mentionem veteris rigoris Eccleſiæ : & hoc quæſitum eſt quid de his obſeruari debeat, qui poſt Baptiſmum omni tempore incontinentiæ & voluptatibus dediti , in extremo fine vitæ ſuæ Pœnitentiam ſimul & Reconciliationem Communionis expoſcunt : de his obſeruatio prima

durior, poſterior, interueniente miſericordiâ, inclinatior eſt; nam conſuetudo prior tenuit vt concederetur eis Pœnitentia, ſed Communio negaretur; nam cùm illis temporibus crebræ perſecutiones eſſent, ne Communionis conceſſa facultas homines de reconciliatione ſecuros non reuocaret à lapſu, negata meritò Communio eſt, conceſſa Pœnitentia, ne totum penitùs negaretur; & duriorem remiſſionem fecit ratio temporis; ſed poſtquam Dominus noſter Pacem ſuis reddidit Eccleſiis, iam depulſo terrore Communionem dari placuit abeuntibus, & propter Domini miſericordiam quaſi Viaticum profecturis, ne Nouatiani hæretici negantis veniam, aſperitatem & duritiam ſequi videamur, tribueretur: ergo cum Pœnitentia Extrema Communio non eſt deneganda. Idem oſtenditur ex *can.* 30. 23. *quæſt.* 8. vbi his qui exercent Iudicium, ſanguis non datur Communio niſi in exitu vitæ.

Quod etiam eſſent quædam crimina, pro quibus vnica tantum, id eſt ſemel daretur pœnitentia, & non pluries, patet ex Patribus, qui veram Pœnitentiam comparant Baptiſmo, vt ſicut datur vnus tantum Baptiſmus, ita velint vt non detur quoque niſi vna Pœnitentia: & ita D. Ambroſius *lib. 2. de Pœnit. cap.* 10. meritò reprehenduntur qui ſæpius agendam Pœnitentiam putant, quia luxuriantur in Chriſto: nam ſi verè agerent Pœnitentiam, iterandam non putarent; quia ſicut vnum *Baptiſma*, ita vna Pœnitentia, *quæ* tamen publicè agitur; nam quotidiani nos debet pœnitere peccati, ſed hæc delictorum leuiorum, illa grauiorum: & Tertullianus *lib. de Pœnit.* collocauit in veſtibulo Pœnitentiam ſecundam quæ pulſantibus pateſaciat, ſed iam ſemel, quia iam ſecundò; ſed amplius nunquam quia proximè fruſtra: & Origenes *homil.* 15. ſi vos aliqua culpa mortalis inuenerit, quæ non in crimine mortali, non in blaſphemia fidei, quæ muro Eccleſiaſtici & Apoſtolici dogmatis cincta eſt, ſed vel in ſermonibus, vel in morum vitio conſiſtat, hoc eſt vendidiſſe domum, quæ in agro eſt, vel in vico, cui murus non eſt; hæc ergo venditio, huiuſmodi culpa ſemper reparari poteſt, nec aliquando tibi interdicitur de commiſſis huiuſmodi Pœnitentiam agere; in grauioribus enim criminibus ſemel tantum, vel rarò Pœnitentiæ locus conceditur; illa vero communia quæ frequenter incurrimus, ſemper Pœnitentiam recipiunt, & ſine intermiſſione redimuntur: & Clemens Alexandrinus: eum qui accepit remiſſionem peccatorum non oportet amplius peccare, nempe in prima & ſola Pœnitentia; ea autem fuerit eorum quæ prius fuerunt in Gentili & prima vita; ea, inquam, quæ fuit ignorantia: & apertiùs & copioſiùs oſtendit D. Auguſtinus *epiſt.* 54. his verbis: nam ſi à Domino peccata adeò prohibentur, vt ne pœnitendi quidem copia poſt primam Pœnitentiam tribuatur, quemadmodum nos poſſumus ex Religione oſtendere, vt nobis qualecumque illud crimen fuerit, dimittant: in tantùm aciem hominum aliquando iniquitas progreditur, vt etiam poſt actam Pœnitentiam, poſt Altaris reconciliationem, vel ſimilia, vel grauiora committant, &c. & quamuis eis in Eccleſia locus humillimæ Pœnitentiæ non concedatur, Deus tamen ſuper eos ſuæ patientiæ non obliuiſcitur; ex quorum numero ſi quis nobis dicat, aut date mihi eundem iterum pœnitendi locum, aut deſperatum me permittite, vt faciam quidquid libuerit, quantum meis opibus adiuuor, & humanis legibus non prohibeor, in ſcortis omnique luxuria, damnabili quidem apud Dominum, ſed apud homines pleroſque etiam laudabili; aut ſi me ab hac nequitia reuocatis, dicite verùm mihi aliquid proſit ad vitã futuram, ſi in iſta vita illecebroſiſſimæ voluptatis blandimenta contempſero, ſi libidinum incitamenta frænauero, ſi ad caſtigandum corpus meum multa mihi etiam licita & conceſſa negauero, ſi me pœnitendo quàm prius vehementiùs excruciauero, ſi miſerabiliùs ingemuero, ſi fleuero vberiùs, ſi vixero meliùs, ſi pauperes ſuſtentauero largiùs, ſi charitate quæ operit multitudinem peccatorum ardentiùs flagrauero: quis noſtrum ita deſipit, vt huic homini dicat, nihil tibi iſta proderunt in poſterum, vade ſaltem huius vitæ ſuauitate perfruere? auertat Deus immanem ſacrilegamque dementiam: quamuis ergo cautè ſalubriterque prouiſum ſit, vt locus illius humillimæ Pœnitentiæ ſemel in Eccleſia concedatur, ne medicina vilis eſſet ægrotis, quæ tantò magis eſt ſalubris quantò minùs contemptibilis fuerit, quis tamen audeat dicere, quare huic homini, qui poſt primam Pœnitentiam ruſus ſe laqueis iniquitatis obſtringit, adhuc iterum parcis?

Verùm dicendum eſt hęc non ideo fuiſſe ità obſeruata quin multoties poſſe dari Pœnitentiam exiſtimaret Eccleſia; ſed vt perfecta oſtenderetur Pœnitentia. Nam vt ait Iſidorus *can. irriſor, de Pœnit. diſt.* 3. Irriſor eſt pœnitens qui adhuc agit quod pœnitet, nec videtur Deum poſcere ſubditus, ſed ſubſannare ſuperbus.

Quod etiam eſſent quædam crimina, propter quæ datur quidem Pœnitentia, ſed non Communio niſi in fine vitæ, patet de Deuota quæ peccauit, & maritum duxit, in *concilio Toletano* 1. *can.* 9. vt Epiſcopi vel Diaconi filia, ſi deuota fuerit, & peccauerit, & maritum duxerit, &c. & infra, ſi viuente marito ſeceſſerit, & pœnituerit, nullo modo niſi vitâ deficiens accipiat Communionem: & de eo qui Pœnitentiæ benedictione ſuſceptâ, ad habitum ſæcularem militiamque reuerti præſumpſerit in *concilio Aurelianenſi* 3. *cap.* 25. dicitur enim ibi, vt Viatico conceſſo, vſque ad exitum excommunicatione plectatur; & de Raptoribus Virginum *in eod. concilio Aurelianenſi* 3. *cap.* 16. & de idololatris in *concilio Valentino, can.* 3. his verbis: de his qui ſe poſt vnum & ſanctum lauacrum, vel prophanis ſacrificiis Dæmonum, vel inceſtâ lauatione polluerunt, vt his iuxta Synodum Nicænam ſatisfactionis quidem aditus non negetur, ne infælicibus lacrymis vel ſolatii ianua deſperatione claudatur, acturi vero Pœnitentiam vſque in diem mortis non ſine ſpe tamen remiſſionis: & de his, qui Patrem, Matrem, fratrem, aut ſororem occiderint apud Gregorium 3. *epiſt.* 1. *ad Bonifacium Archiepiſcopum*: dicitur enim vt toto vitæ tempore Corpus Dominicum non ſuſcipiant niſi in ſuo exitu pro Viatico. Sed ſciendum eſt ſemper Eccleſiam reliquiſſe arbitrio Epiſcopi indulgentiam concedendi ante tempus Communionem, vt poſteà dicemus.

Oſtenditur, præter Baptiſmum, per Pœnitentiam verè dimitti peccata, contra Sectam noſtrorum temporum.

CAP. IV.

HÆretici noſtrorum temporum dicunt quoque Pœnitentiam non eſſe Sactamentum, nec per eam dimitti peccata, ſed Baptiſmo tantùm, vt ſuprà dicebamus de Nonatianis, non quidem tepetito teipſa Baptiſmo, ſed repetitâ cogitatiune Baptiſmi.

Verùm in hoc, tuto cælo errant ac decipiuntur Hętetici, & patet ex D. Auguſtino *epiſt.* 23. *ad Bonifacium*: ſi, inquit, infans poſt baptiſmum incipiat habere propria peccata, quæ non regeneratione auſeruntur, ſed aliâ curatiune ſanantur: & *lib. de adulterinis coniugiis cap.* 16. ſi à Catechumeno factum eſt humicidium, Baptiſmate abluitur; & ſi à Baptiſato, Pœnirentiâ & Recunciliatione ſanatur: & *can. multiplex* 49. *diſt.* 1. *de Pœnit.* vbi Baptiſmus & Pœnitentia tanquam diſtincti mudi delendi peccata conſtituuntur: multiplex, ait, miſeticordia Dei ita lapſibus ſubueuit humanis, vt uou ſolùm per Baptiſmi gratiam, ſed etiam per Pœniteutiæ medicinam ſpes Vitæ reparetur æternæ, vt qui Regeoerationis donum violaſſent, pruprio ſe iudicio condemnantes, ad temiſſionem ctiminum peruenireut: Deus enim ioſtituit Baptiſmum prupter peccatum Originale, & Pœnitentiam propter actuale: *can.* 41. *diſt.* 1. *de Pœnitent.* atque ideu Pœnitentia ſola eſt mediciua peccati poſt Baptiſmum, ex Gotftido, *ſermone* 2. *in Natiuitate Domini*: & hæc eſt ſenteotia de fide atque definita in *concilio Florentino in Decreto Vnionis*, & *in Tridentino ſeſſio.* 7. *can.* 1. & *ſeſſione* 14. *can.* 1. denique poteſtas, quæ data eſt Sacerdotibus temittendi peccata *Ioannis* 20. non eſt tantùm data propter Baptiſmum, ſed propter Pœnitentiam.

Pœnitentiam nunquam eſſe clauſam, & ſemper dari poſſe.

CAP. V.

HÆc eſt fides Eccleſiæ vt credamus nullum eſſe ctimen quud noo poſſit expiari Pœnitentiâ, & propter quod debeat Pœnitentia denegari. Ita D. Chryſoſtomus *parænesi* 1. *ad Theodorum lapſum, cap.* 3. caue dicas, inquit, iis tantúm veniæ locum concedi qui modicè deliquerunt; nam finge ſi lubet aliquem viuuetaâ malitiâ tedundantem, quique patrarit omnia quæ excludunt à Regno; is, vt demus, non ſit extra fidem, ſed fidelis aliquando fuerit, acceptuſque Deo, poſteà veto factus ſcortator, adulter, mollis, pædico, ſur, ebrius, columniator, aliaque id genus flagitia committat, equidem illi non eto deſperandi authot, neque ſi ad extremam vſque ſenectam perſeuerauerit, cum infandis illis maximiſque vitiis. Et Gregorius Nazianzenus *oratione in cuncta lumina aduerſus Nouatum*, Pœnitentiam nuu admittis, luctibus locum negas, lacrymas non prufundis; vtinam talem tibi Iudicem experiti uun contingar: Clementiâ & Facilitate Ieſu uon muueris, qui noſtras infitmitates accepit, & motbos portauit, qui non venit vt iuſtos vocaret, ſed peccatores ad Pœnitentiam, qui miſericordiam mavult quàm ſacrificium, qui ſeptuagies ſepties peccata condonat? & Iuſtinus Martyr *in quæſtionibus ad Orthodoxes quæſt.* 97. hæc in Mundu Medicum peccantium probatum cunſtituit ipſa pœnitentia, quæ etiam ſeptuagies ſepties lapſos ſanaudi obtinet poteſtatem, ſi modo in animum illi inducaot Pœnitentiæ vti voluntate & præſcripto: & Clemeus Papa *lib.* 2. *Conſtitution. Apoſtolicar. cap.* 20. ſcite igitur oportet quod Deus qui eſt miſericots, Pœnitentiam ijs qui peccarunt, iureiurando promiſit: & D. Damaſcenus io *hiſtoria Barlaam Heremita*, & Ioſaphat Iudeæ Regis: per Domini gratiam Pœnitentia compluresè multis peccatis eripuit, quoniam uullum eſt peccatum quod Dei Benignitatem vincat, ſiquidem priùs teſipuerimus; neque enim miſerationum Dei multitudo numerari puteſt, nec miſeticordiæ ipſius magnitudo in menſuram cadit; peccata contrà, quæcumque tandem illa fuerint, menſuræ ac numeru ſubjiciuutur, & idem D. Chryſoſtomus apud *Socratem lib.* 6. *cap.* 19. *Hiſtoriæ Eccleſiaſt.* dicebar, ſi millies lapſus Pœnitentiam egeris, in Eccleſiam ingtedere: & Callixtus Papa *epiſt.* 2. *ad Episcopos Galliarum*, ait, conttarium his dicete, eſſe contra traditas claues Eccleſiæ diſputare, quando dictum eſt, quæcumque ſolueria in terra erunt ſoluta & in cælu: & Ennodius *apologia pro Synodo*; nnmquam eſt ſera correctio, multis gradibns eſt recurſus ad ſalutem, præter deſperantem uullus excluditur; fructus veniæ eſt proximum corunare. Item D. Chryſoſtomus *homil.* 3. *de Pœnitentia*, cum omnem vitam in peccatis detriuerim, ſi me pœnituerit ſiamne ſaluus? protſus fies: vnde liquet? ab ipſa Dumini tui erga nus benignitate: num enim ex tua Pœnitentia mihi ſumo fiduciam? num Pœnitentia tua præualet tantam abſtergere malotum eluuiem? Pœnitentia ſi ſola fuerit, meritò tibi metuendum eſt; non quando Dei erga nos clementia attamperat ſe Pœuitentiæ: Dei autem benigoitas nullam nouit menſuram; ſed ueque eius bonitatem vllu ſermone quis interpretari poreſt: tua quidem malitia modo aliquo circumſcribitur, menſuram autem nullam habet medicamentum; malitia verò tua, qualiſcumque tandem ſuerit, humana eſt malitia, Dei autem benignitas erga homines nullo eloquiu enarrabilis eſt, tu fiduciam bunam ſume; quia malitiam tuam euinxit: & *alio loco infrà*, ſi innumeris peccatorum vulneribus quis ſaucietur, pœniteat autem talem malè cummiſſorum, faciat item qnod bonum eſt, ſic eius peccata abolet Deus, vt nulla cicatrix, veſtigium nullū, nullū appareat ſpecimen peccatorum aut indicium: & *ſermone in Eutropium*, non tribulationis eſt præſeus tempus, ſed miſericordiæ potius, non iracundiarum ſed clementiæ, nun examinationis

ſed condonationis, non ſuffragiorum ac calcu- A
lorum, ſed miſerationis ac gratiæ.

De Variis Nominibus Pœnitentiæ.

CAP. VI.

CLemens Alexandrinus *lib. 2. ſtromatum* refert ex Paſtore Pœnitentiam eſſe magnam intelligentiam: Idem autem, inquit (ſcilicet Paſtor) etiam Pœnitentiam eſſe magnam intelligentiam: quis enim, eorum quæ fecit ducitur Pœnitentiâ? non amplius facit vel dicit? & B
Gregorius Nyſſenus *orat. de Pœnitentia*: quid aliud eſt Pœnitentia, niſi diſſolutio & euerſio præteritorum, quæ vel re vel cogitatione ſunt admiſſa? & Gotfridus *ſerm. 2. in Natiuitate Domini*, Pœnitentia eſt præteritorum humilis ſatisfactio peccatorum, & cauendorum prouida ſollicitudo futurorum, finis & odium mali, quoddam initium & amor boni: & *can. 29. diſt. 1. de Pœnit.* Pœnitentia eſt dolor cordis, & animæ amaritudo pro malis quæ quiſque commiſit; Pœnitentia eſt mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere: & Hierocles *in carmina Pythagoræ*, Pœnitentia eſt Sapientiæ principium, ſtultorumque ſermonum C
atq; operũ fuga, primaque ad vitam, cuius pœnitere non queat, inſtructio: & D. Baſilius Seleuciæ Epiſcopus *orat. 12. in Ionam*, dicit Pœnitentiam, eſſe ſalutis commilitonem τὴν τῆς σωτηρίας σύμμαχον μετάνοιαν: & D. Chryſoſtomus *homil. de Pœnit.* eſt enim Pœnitentia permoleſta, quæ & horroris plena peccatoribus eſt, alioqui medela delictorum, & conſumptio præuaricationum, legis ſolutio, loquendi libertas in conſpectu Dei aduerſus Diabolum, armatura ſimul & gladius caput ipſius præſecans, ſalutis ſpes, euerſio ignorantiæ; ipſa homini cælum adaperit, eademque ipſum in Paradiſum introducit euicto Diabolo.

Pœnitentia vero multis nominibus inſignitur: dicitur enim *ſecunda poſt naufragium tabula*, à Tertulliano *lib. de Pœnit.* à D. Ambroſio *ad Virginem lapſam, cap. 8.* à D. Hieronymo *in cap. 3. Iſaiæ.* Dicitur *Baptiſmus lacrymarum aſperior ac laborioſior*: à Gregorio Nazianzeno *orat. 39.* dicitur hoſtia placabilis: à D. Hieronymo *in epiſtola ad Fabiolam* reſipiſcentia: dicitur μετάνοια à Græcis, ſeu metanoëa: ab Auſonio dicitur ſecunda purgatio: à Gregorio Nazianzeno *orat. 40.* via cognita ab Hebræis, *in pſalm. 49. verſu 9.* dulcis & rectus Dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in via: nam illud, *in via*, accipiunt pro in Pœnitentia Razi, & Kimhi, ſeu in via cognita, pœnitentia E
propter patach litteræ ב via nimirum pœnitentiæ, quæ iam tum à diebus orbis conditi hominibus à Deo palam facta eſt: illa enim ipſum Cain peccatorem docuit his verbis *Geneſis 4. 7.* non niſi bona feceris, id eſt emendaueris opera tua, erit remiſſio ſeu venia: ita namque explicant hunc locum Kimhi & Rab. Pinhas & alii: & ſicut Via ſemper eſt aperta, & nunquam clauditur; ita portæ Pœnitentiæ numquam clauſæ ſunt in mundo iſto.

Quotuplex ſit Pœnitentia.

CAP. VII.

TRiplex ponitur Pœnitentia in *can. 81. diſt. 1. de Pœnit.* Prima eſt quæ fit ab adultis ante Baptiſmum, vt illum recipiant, ſine qua paruuli recipiuntur: Secunda eſt quædam perpetua humilitas, cum ſupplicatione per totam vitam, donec mortalitatem deponamus: Tertia eſt actio Pœnitentiæ, quæ pro peccatis ſubeunda eſt, de qua hic agimus: additur & quarta in eodem *can. 81.* nempe pœnitentia quotidiana, quæ eſt cùm dicimus, & dimitte nobis debita noſtra, pectus noſtrum tundentes; quæ maximè pertinet ad venialia peccata, quæ quamuis parua, ſi collecta contra nos fuerint, ita nos grauabunt ac oppriment, ſicut vnum aliquando grande peccatum, vt *ibidem* dicitur, & oſtenditur hoc exemplo: quid enim intereſt ad naufragium vtrum vno grandi fluctu nauis operiatur & obruatur, an paulatim ſubrepens aqua in ſentina, & per negligentiam derelicta ac contempta, impleat nauem atque ſubmergat?

Neceſſariam eſſe ad ſalutem Pœnitentiam.

CAP. VIII.

CVm nemo poſſit gratiam doni cæleſtis accipere, niſi prius purgatus fuerit ab omni ſorde peccati, ideo Deus inſtituit Baptiſmum & Pœnitentiam, Baptiſmum propter Originale peccatum, & Pœnitentiam propter Actuale, vt dicitur in *can. 41. diſt. 1. de Pœnit.* Item cùm Eccleſia Chriſti non habeat maculam neque rugam, idcirco peccator non poteſt dici de Eccleſia Chriſti, nec Chriſto ſubjectus eſſe, quandiu
D habet in ſe peccatum, & vt fiat de Eccleſia, quæ eſt corpus Chriſti, debet ad Medicum currere, *can. 70. diſt. 1. de Pœnit.* ſicque habitare in Tabernaculis Saluatoris, id eſt in Eccleſiis, vt dicitur in *can. 74. diſt. item 1. de Pœnit.* Neceſſaria ergo eſt omninò, Pœnitentia, & niſi eam quis egerit non liberabitur à peccato, vt in *can. 40.* dicitur *ead. diſt. 1.* his verbis: nullus debitæ grauioris pœnæ accipit veniam, niſi qualemcumque, etſi longè minorem quàm debeat, ſoluerit pœnam; ita enim impertitur à Deo largitas miſericordiæ, vt non relinquatur etiam iuſtitia diſciplinæ: & *can. 43.* neminem putes ab errore ad veritatem, vel à quocumque ſeu magno ſeu paruo peccato ad correctionem ſine Pœnitentia tranſire: idemque habetur *can. 41.* Vnde D. Hieronymus *can. 71. ead. diſt. 1.* exponens hæc verba, ſuper tribus ſceleribus Damaſci & ſuper quatuor non conuertam eum, explicat illud quartum de neceſſitate Pœnitentiæ, ſine qua Deus non placatur; verba ſunt. iuxta tropologiam hoc poſſumus dicere, primum peccatum eſt cogitaſſe quæ mala ſunt, ſecundum cogitationibus acquieuiſſe peruerſis, tertium quod mente decreueris opere compleuiſſe; quartum poſt peccatum non agere Pœnitentiam, &

lo ſuo ſibi complacere delicto: nam impœnitentes non poſſunt ſaluari, nec recipi debent ab Eccleſia, teſte Gregorio Nazianzeno *oratione 39. in fine*, Epiphanio *hæreſi Catharorum*, & Iuſtino Martyre, & Burchardo *lib. 19. cap. 64.* vbi dicitur de eo qui pro peccato commiſſo non pœnitet, vt ſit nobis ſicut Ethnicus & publicanus; & ex Sariſberienſi *epiſt. 193.* in qua dicit nec Petro datam fuiſſe poteſtatem abſoluendi impœnitentes: auſim dicere, quod nec Petrus ipſe perſeuerantem in ſcelere quemquam & voluntate peccandi, poſſet abſoluere, nec claues accepit quibus Regni ianuam poſſit impœnitentibus aperire.

A

Neceſſarium ergo eſt vt, quia peccator per peccatum diſceſſit à conſpectu Dei, conuertatur ad eius conſpectum per Pœnitentiam, vt dicitur in *can. 45. diſt. 1. de Pœnit.* in quo canone inſuper habetur multùm intereſſe inter malum coram Deo facere, & à Dei conſpectu diſceſſiſſe peccato; & impœnitentes diſcedere à conſpectu Dei, Pœnitentes autem, etiam Sanctos, licet malum coram Deo faciant, & in conſpectu eius; vt Dauid dicebat, malum coram te feci; tamen quia continuo pœnitent & dicunt peccaui, non fugiunt à conſpectu Dei. Et ſanè ſi quis ſit impœnitens, Deus iuſtitiam in eum exercet, nec ignoſcit, vt habetur *in can. 60. dictâ diſt. 1. de Pœnit.* voluiſſent, ait, iniqui ſi potuiſſent, ſine fine viuere, vt potuiſſent ſine fine peccare; quare ad magnam iuſtitiam Iudicantis pertinet vt nunquam careant ſupplicio, qui in hac vita nunquam carere voluerunt peccato: & idcirco in *can. 69. diſt. 1. de Pœnit.* D. Hieronymus obſeruat quod donec ſeruierunt Iudæi Chuſarſatomi, cui traditi fuerant pro delictis ſuis, & non clamauerunt ad Dominum, nemo ſuſcitatus eſt qui poſſet eos ſaluare; cùm verò clamauerunt ad Dominum, tunc ſuſcitauit Dominus Saluatorem Iſraël, & ſaluauit eos, vt cognoſcamus recurrendum eſſe ad Pœnitentiam, vt Deo placeamus.

B

Pœnitentiam autem petit Deus ab homine, non tantùm vt miſericordiam ſuam exerceat, ſed etiam vt & iuſtitiam, vt dicitur in *can. 49. diſt. 1. de Pœnit.* Vide ait benignum Dominum miſericordiam cum ſeueritate miſcentem, & ipſius pœnæ modum iuſtâ & clementi libratione penſantem; non in perpetuum pœnæ tradidit delinquentes, ſed quanto tempore ſeruierunt Balaam, tanto, inquit, ſeruiant Chuſarſaton, hoc eſt octo annis: & *can. 88. ead. diſt.* Deus miſericors & iuſtus, ſicut conſeruat miſericordiam in iuſtitia, ita & iuſtitiam in miſericordia; opus enim eſt miſericordiæ, peccanti peccata dimittere; ſed oportet vt iuſtus iuſtè miſereatur: parcit ergo & punit Deus in Pœnitentia, ſed magis parcit quam puniat; quia, vt eſt *in can. 73. diſt. 1. de Pœnit.* Diuinitatis natura clemens eſt & pia, magiſque ad indulgentiam quàm ad vindictam prona, & vincitur facilè precibus peccatoris & fletibus; tanquam Pater Filium prodigum amplectitur, & tanquam Paſtor quærit ouem perditam, *can. 58. ead. diſt.* Imo ideò ſæpe, peccatoribus iraſcitur Deus, vt eos indignationis tantùm terrore conuertat; eius enim indignatio non vltionis eſt executio, ſed magis abſolutionis operatio, *can. 46. ead. diſt. 1.* & , vt habetur in *can. 48. ead. diſt. 1.* Deus libenter ignoſcit, indulget promptè, & miſericordiam mauult quàm ſacrificium; quia per ſacrificium iuſtus commendatur, per miſericordiam peccator redimitur; & venit vocare peccatores non iuſtos; & in lege ſacrificium, in Euangelio miſericordia eſt; & pro ſua bonitate Deus ſæpiſſimè monet peccatores eiſque præſcribit tempus ad Pœnitendum, *can. 75 ead. diſt.* 6, atque adeo bonus eſt, vt licet iurauerit ſe puniturum peccatorem, nouerit tamen mutare ſententiam, ſi peccator nouerit emendare delictum, *can. 64. ead. diſt. 1.* nam ſi agamus Pœnitentiam, ipſum quoque Deum ſuæ ſententiæ pœnitet, *can. 66. ead. diſt. 1.* vel etiam Pœnitentium arma irâ Dei valentiora ſunt, vt ait Baſilius Seleuciæ Epiſcopus *oratione 13.* non enim Deus vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat, *can. 73. ead. diſt. 1.*

Cæterùm Pœnitentiæ tanta vis eſt, vt per eam, mortui in Eccleſia, dicantur reuiuiſcere, *can. 53. ead. diſt. 1.* & apud D. Chryſoſtomum *homil. 3. de Pœnitentia*, corpus ſemel mortuum non viribus humanis excitari poteſt, anima verò præmortua, per reſipiſcentiam vitæque correctionem erigitur: & apud Origenem *in Philocalia*, vbi dicit Eccleſiam ſuſcipere peccatores Pœnitentes tanquam è mortuis ſuſcitatos. Reuiuiſcunt autem admirabili modo, Deo viuente in ipſis, vt dicitur *can. 35. ead. diſt. 1.* reſuſcitatus, ait, corpore, viuit abſente Suſcitatore; non autem ſic reſuſcitatus in anima, quia non ſuſcitatur, ſcilicet ſine Deo ipſo. Ergo mortuus reuiſcit, & fœtor omnis mortui aboletur, *can. 52. ead. diſt. 1.* Deinde etiam Diabolus illuditur, vt ſe ipſe morſu ſuo vulneret, & contra ſe armet quem debilitandum putauit, *dict. can. 52. ead. diſt. 1.* denique quod facit Baptiſma, facit & Pœnitentia, *can. 74. ead. diſt. 1.* hominem certè innouat Pœnitentia, teſte D. Chryſoſtomo *homil. 3. de Pœnit.* ἀνακαίνισον σεαυτὸν ἀπὸ τῆς μετανοίας, id eſt renoua teipſum per Pœnitentiam: teſte etiam D. Hieronymo *in pſalmum 95.* fœlix Pœnitentia; licet rueris, ſi tamen egeris Pœnitentiam, noua domus Deo diceris, & reſtitueris ad integrum: ex eodem D. Hieronymo *in Eccleſiaſtem. cap. 2.* omnibus per Pœnitentiam ad integrum reſtitutis, ſolus Diabolus in ſuo permanebit errore: quomodo idem Chryſoſtomus *loco citato*; nos quodammodo manumittit per Pœnitentiam, ſcilicet à ſeruitute peccati, ἀλλὰ τῇ χάριτι τῆς μετανοίας ὑμᾶς ἐξαιρεῖ, &c. ſed vos tradam manumittendos manibus Pœnitentiæ, vt noueritis quàm ſit valida & efficax Pœnitentia, &c. & *paulò ſuprà* ait Pœnitentiam ex coruo facere columbam, ex lupo ouem, ex ſerpente agnum.

C D E

Quatuor eſſe partes Sacramenti Pœnitentiæ.

CAP. IX.

SVnt in Pœnitentiæ Sacramento quatuor partes ſubſtantiales: Prima, Confeſſio peccati: Secunda, pœnitentia, ſeu pœna ac ſatisfactio pœnalis impoſita pro peccato: Tertia, Dolor

de peccato, ſeu exhomologeſis: Qoarta, Ab- E ſolutio, ſeu manuum impoſitio: & ille ſeruatur ordo, vt Confeſſio præcedat, Pœnitentia ſeu ſatisfactio pœnalis ſequatur, deinde vt aliquo actu dolor de peccato manifeſtetur, & taodem vt abſolutio & reconcilia io manuum impoſitione detur: & hæc omoia colliguntur ex Tertulliaoo, & Cypriano diuerſis in locis, licèt ooo omoia hæc quatuor, ſemper ſimul reperiantur. Ita verò Tertullianus *lib. de Pœnit., cap.* 9. huius igitur Pœnitentiæ ſecundæ, & voius, quanto in arte negotium eſt, tanto operoſior eſt probatio, vt non ſola conſcientia præferatur, ſed aliquo etiam actu adminiſtretur; is actus qui magis Græco vocabolo exprimitur, & frequen- B tatur eſt Exhomologeſis, qoâ delictum Domino ooſtro confitemur, oon quidem vt ignaro, ſed quatenus ſatisfactio coofeſſiooe diſponitur, confeſſiooe pœniteotia naſcitur, Pœnitentiâ Deus mitigatur: itaque Exbomologeſis proſternendi, & humilificandi hominis diſciplina eſt, ioiuogens conuerſatiooem miſericordiæ illicem: D. Cyprianus *epiſt.* 10. nam eum io minoribus peccatis agant peccatores Pœnitentiam iuſto tempore, & ſecuodum diſciplinæ ordinem, ad exhomologeſim veoiant, & per maous impoſitionem Epiſcopi & Cleri jus communicatioois accipiant; nunc crudo tempore, perſecutione adhue perſeuerante, nondom reſtitutâ Eccleſiæ C ipſius Pace, ad commuoiooem admittuntur, & offertur nomen eorum, & oondum actâ pœnitentiâ, oondum exhomologeſi factâ, ooodum mano eis ab Epiſcopo, & Clero impoſitâ, Eocharistia datur illis; & *epiſt.* 12. nam cùm io minoribus delictis quæ non io Dominum committuntur, Pœniteotia agatur iuſto tempore, & Exhomologeſis fiat inſpectâ vitâ eius qui agit pœnitentiam, ad commuoicatiooem venire qoia poſſit, oiſi priùs illi ab Epiſcopo & Clero manus foerit impoſita? & *ſermone de lapſis*: quoniam tamen de hoc vel cogitauerunt, hoc ipſum apod Sacerdotes Dei dolentes, atque ſimpliciter confitentes, exbomologeſim cooſcientiæ faciunt, animi ſui poodus expoouot, ſaluta- D rem medelam paruis licet & modicis vulneribos exquirunt: & *epiſt.* 11, & alibi paſſim. Ex quibus omnibus locis ſimul ſumptis colligitur illa quatuor neceſſariò reperiri in hoc ſacrameoto, de quibos nunc ſpeciatim agendum eſt.

De Confeſſione.

CAP. X.

CErtiſſimum eſt datam fuiſſe Sacerdoribus ligandi & ſoloeodi poteſtatem, *Matthæi cap.* 18. *& Ioannis* 20. accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt: & conſtat ex Chryſoſtomo *lib.* 3. *de Sacerdotio*: ſi datum eſt Apoſtolis, vt poteſtatem habeant, quam Deus optimus neqoe Angelis neque Archangelis datam eſſe voluit, neque enim ad illos dictum eſt, qoæcumque ligaueritis ſoper terram eruot ligata & in cælis: habens qoidem & terreſtres Principes vinculi poteſtatem, verùm corporũ ſolùm: id autem quod dico Sacerdotũ vinculum ipſam etiam animam attingit, atque ad cœlos vſque peruadit, vſque adeo vt quæcumque Sacerdotes infernè confeceriot, illa eadem Deus supernè rata habeat, ſententiamque ſeruorum confirmet: & ex D. Hilario *lib.* 3. *de Trinitate*: vos, ô ſancti & beati viri, ob fidei veſtræ meritum claues Regoi cœlorum ſortiti, & ligaodi atque ſoluendi io cælo & in terra ius adepti: & ex D. Auguſtino *tractatu* 121. *in Ioannem*: Eccleſiæ Charitas quæ per ſpiritum Sanctum diffunditur in cordibus noſtris, participum ſuorum peccata dimittit, eorum aotem qui non ſunt participes, tenet: & ex D. Hieronymo *in epiſt. ad Heliodorum*, abſit, inquit, vt de Clericis quidquam ſiniſtrum loquar, qui Apoſtolico gradui ſuccedentes Chriſti corpus ore ſacro conficioot, per qoos & nos Chriſtiani ſumus; qui claues Regoi cælorum habentes, ante Iudicii diem quodammodo iudicant: & coofirmatur ex eodem D. Auguſtino *lib. de vera & falſa pœnit. cap.* 3. *& lib.* 10. *de Ciuitate Dei, cap.* 9. *& in pſalm.* 101. & ex D. Ambroſio *ad ciues timore perculſos*.

Vt autem illa poteſtas poſſit à Sacerdoribus exerceri & expediri, neceſſaria eſt Confeſſio; & niſi rei peccata ſua confiteaotur, fruſtranea erit illa poteſtas, vt rectè D. Auguſtinus *lib. quinquaginta homiliarum, homil.* 49. qoo loco hortatur ad Confeſſionem, & ait quod niſi confiteantur homines Sacerdoti, fruſtrà datæ erunt claues Eccleſiæ Dei: ergo, ait, ſine cauſa datæ ſuot claues Eccleſiæ Dei, fruſtramus Euangelium Dei, fruſtramus verba Chriſti, promittimus vobis quod ille negat: & *in pſal.* 66. ſi non coofeſſus, ait, lates, noo confeſſus damoaberis; damoaberis tacitus, qui poſſes liberari confeſſus: idemque dicit & docet *in pſalm.* 50. *& lib.* 1. *de adulterinis coniugiis, cap.* 28.

Confeſſio verò illa vltro fieri debet & ſponte, vt rectè Chryſoſtomus *lib.* 2. *de Sacerdotio*: moltâ quidem, ioquit, arte opus eſt, vt qui laborant Chriſtiaoi, vltrò ſibi perſuadeant, curatiooi Sacerdotum ſeſe ſubmittere oportere: & ratio eſt quia oon in hoc iudicio res ſe habet, vt apud Iudices temporales, apud quos accuſator expectatur, & teſtes, vt infra dicemos ex Sidonio *lib.* 4. *epiſt.* 14. & patet ex Tertolliano, *lib. de Pœnitentia*, vbi ait quod in Pœnitentia, qui accuſat excuſat, qui condemnat abſoluit; quod non ita procedit in Iudiciis temporalibus: cùm igitur ait, prouoluit homioem magis releuat, cùm ſqualidum facit magis mundatum reddit, cùm accuſat excuſat, cùm condemoat abſoluit, inquantum oon peperceris tibi in tantum tibi Deus, crede, parcet: & ex D. Chryſoſtomo *homil.* 6. *in Matthæum*, vbi ponit hanc diuerſitatem quod apud Iudices ſæculares & extraneos, nemo nocens eſſe deſioit Pœniteotiâ, quod verum eſt ex *l. penult. D. vi bonor. raptor. & l.* 65. *D. de furtis*; at pœniteotia apud Deum veniam omnino impetrat.

Cæterùm Confeſſio peccatorum ſemper fuit io Eccleſia cognita, vt patet ex Clemente Ro- Romano *epiſt.* 1. *ad Fratrem Domini*: quod ſi fortè, ait, in alicuius cor vel liuor, vel infidelitas, vel aliqood malum latenter irrepſerit, non erubeſcat qui animæ ſuæ curam gerit, confiteri

hæc huic qui præeſt, vt ab ipſo per Verbum Dei & conſilium ſalubre curetur: & ex D. Cypriano *epiſt.* 11. *loco citato*, & alio etiam loco in *ead. epiſt.* confiteantur, ait, ſinguli, quæſo vos fratres dilectiſſimi, delictum ſuum dum adhuc qui deliquit in ſæculo eſt, dum eius confeſſio poteſt admitti, dum ſatisfactio & remiſſio facta per Sacerdotes apud Dominum grata eſt: & ex Tertulliano *lib. de Pœnit. cap.* 9. *&* 10. vbi arguit eos qui differunt, aut verentur confiteri peccata ſua: & *lib. de Baptiſmo cap. vlt.* licet agat eo loco de confeſſione ante Baptiſmum: ingreſſuros, ait, crebris orationibus, ieiuniis, & geniculationibus, & peruigiliis oportet orare, B & cum confeſſione omnium retrò delictorum, vt exponant etiam Baptiſmum Ioannis; tinguebantur, inquit, confitentes peccata ſua, nobis gratulandum eſt ſi non publice confitemur iniquitates, aut turpitudines noſtras, ſimul enim & de priſtinis ſatisfacimus conflictatione carnis & ſpiritus, & ſubſecuturis tentationibus munimenta præſtruimus: & ex Nazianzeno *oratione* 40. ne peccatum ſuum confiteri ἐξαγορεῦσαι, graue ducas, ſciens quò pacto Ioannes Baptiſauerit, vt per huius vitæ pudorem, futuri ſæculi pudorem ignominiamque fugias; nam hoc quoque ſempiterni illius ſupplicii, pars eſt; ac perſpicuum facias te ſeriò atque ex animo peccatum odiſſe ac deteſtari, dum illud tanquam contumeliâ dignum traducis ac velut ludibrio C exponis, de eoque triomphum agis: vbi notandum eſt Gregorium Nazianzenum & Tertullianum, loco ſupracitato, Confeſſionem probare ex Confeſſione Ioannis Baptiſtæ: & ex Origene *homil.* 2. *in pſalmum* 37. ſi quis memor delicti, conſiteatur quæ commiſit, & humanâ confuſione parui pendat eos qui exprobrant eum confitentem; ille vero intelligens per hoc veniam ſibi dari, &c. & *paulò poſt*: ſi ergo ſit aliquis ita fidelis, vt ſi quid conſcius ſit ſibi, procedat in medium, & ipſe ſui accuſator exiſtat; & *adhuc poſt*: circumſpice diligentiùs cui debeas confiteri peccatum tuum, proba tantummodo priùs D Medicum: & ex D. Auguſtino *lib. de vera & falſa Pœnitentia, cap.* 10. quem pœnitet, omnino pœniteat, & dolorem lacrymis oſtendat, repræſentet vitam ſuam per Sacerdotem, præueniat Iudicium Dei per Confeſſionem; præcepit enim Dominus mundatis vt oſtenderent ora ſacerdotibus, docens corporali præſentiâ confitenda peccata, non per nuntium, non per ſcriptum manifeſtanda; dixit enim ora monſtrate; & omnes, non vnus pro omnibus, non per nuntium, &c. quo in loco videtur D. Auguſtinus exiſtimaſſe abſolutionem non poſſe dari per *epiſtolam*, non niſi in præſentia, quod obiter eſt no- E tandum; & inſuper dicendum reperiri tamen Roberti Epiſcopi Cenomanicæ Vrbis *epiſtolam Confeſſionis*, quam in ægritudine valida poſitus direxit Epiſcopis circa muros Andegauis cum Carolo Principe in obſidionem Normanorum reſidentibus, petens ab eis abſolui anno 872. & *epiſtolam Abſolutionis*, quam ei remiſerunt iidem Venerabiles Conſacerdotes de loco obſidionis: reperitur & alia *epiſtola Hincmari* ad Hildebaldum Sueſſionenſem, quem iuxta petitionem literarum Confeſſionis illius, authoritate ſua per abſentiam corporalem reconciliando abſoluit. Quod ſi ita eſt dubitabitur an Abſolutio data

A intelligatur tempore quo ſcripta eſt, an eo quo data eſt; quomodo apud Iuriſconſultos dubitatur de libertate data per epiſtolam, de qua re Cuiacius *lib.* 13. *obſeruation. cap.* 31. vbi ſi pupillus manumittat per epiſtolam, ex Iuliano Tutor author eſſe debebat quo tempore ſeruus epiſtolam legit, non quo pupillus ſcribit, ex Neratio verò è contrario ſufficiebat authoritatem eius interponi, epiſtolam ſcribente pupillo; cuius ſententia fauore libertatis comprobata eſt, conſtitutione Imperatoris vt conſtat ex fragmentis Vlpiani quæ ibi referuntur, & ex D. Chryſoſtomo *homil.* 30. *in Geneſim*, *& homil.* B 10. *in Matthæum*, *& homil.* 3. *operis imperfecti*, *& homil.* 33. *in Ioannem*, & ex aliis quibuſdam locis, quos referemus infra, cùm agemus de Confeſſione facienda Sacerdoti: & ex D. Baſilio in *pſalm.* 29. in propitiationem ait, remiſſionemve eorum quæ admiſiſtis, confitemini de his quæ à vobis non rectè priùs nec ſobriè facta ſunt; & in regulis breuioribus *interrogatione* 110. *&* 229. & ex Sidonio Apollinari *lib.* 4. *epiſt.* 14. his verbis: at ſi videtur humilitas noſtræ profeſſionis habenda contemptui, quia Chriſto res humanas vitaſque medicatoro putrium conſcientiarum cultro ſqualens vlcus aperimus, quod & in noſtri ordinis viris etſi adhuc aliquid C de negligentia fœtet, nihil iam tamen de ſuperbia tumet; noueris volo, non vt eſt apud Præſidem ſoriſſe eſſe apud Iudicem Mundi; nam vt is qui propria vobis (Iudicibus) non tacuerit flagitia, damnatur; ita nobiſcum qui eadem Deo fuerit confeſſus, abſoluitur: & ex S. Leone *epiſt.* 80. *ad vniuerſos Epiſcopos per Campaniam, Samnium, & Picenum*: & ex S. Chryſologo *ſermone* 46. *in pſalm.* 94. ad illa verba, præueniamus faciem eius in Confeſſione: & ex D. Bernardo multis in locis, & inter alios *lib. de interiori domo, cap.* 2. homo, ait, per veritatem ſtimulatus, peccata ſua confitetur, Deus autem per miſericordiam flexus, confitenti miſeretur; omnis namque ſpes veniæ & miſericor- D diæ in confeſſione eſt, nec poteſt quis à peccato iuſtificari niſi priùs fuerit confeſſus peccatum ſuum, ex eo enim vnuſquiſque iuſtus incipit eſſe, ex quo ſui accuſator extiterit.

Confeſſio autem fieri debet de omnibus delictis ex Tertulliano *lib. de Pœnitentia*: omnibus ergo, ait, delictis ſeu carne, ſeu ſpiritu, ſeu facto, ſeu voluntate commiſſis, qui pœnam per iudicium deſtinauit, idem & veniam per Pœnitentiam ſpopondit: & ex D. Auguſtino *lib. de vera & falſa Pœnitentia, cap.* 9. vbi oſtendit pœnitendum eſſe de omnibus, nullum reſeruandum.

E

An publica Confeſsio fuerit in Vſu ſicut Pœnitentia.

CAP. XI.

Certè ex illo loco Tertulliani *de Baptiſmo, cap. vlt. ſupra citato* patet non fuiſſe communiter in vſu Publicam, ſed Secretam Pœnitentiam: nobis, ait, gratulandum eſt ſi non publicè confitemur iniquitates, aut turpitudines

noſtras: & confirmatur ea D. Cypriano *epiſt.* 54. *lib.* 3. *& lib. de lapſis*; & ex D. Auguſtino *de vera & falſa Pœnitentia cap.* 10. & ex Hieronymo *ad illud Eccleſiaſtici* 10. ſi quem mordeat ſerpens in ſilentio: & D. Baſilio *in pſalmum* 32. & Chryſoſtomo *homilia* 5. *in Matthæum*; in tantum vt S. Leo noluerit permittere fieri Confeſſiones publicas ab ijs etiam Pœnitentibus qui id facere poſtularent, & ea de re conſuetudinem alicubi exortam voluit ſubmoueri tanquam illicitam, vt patet ea eius *epiſt.* 80. illam etiam, ait, circa Apoſtolicam Regulam præſumptionem, quam nuper agnoui à quibuſdam illicitâ vſurpatione committi, modis omnibus conſtituo ſubmoueri; de Pœnitentia videlicet, quæ ita à fidelibus poſtulatur, ne de ſingulorum peccatorum genere libellis ſcripta profeſſio publicè recitetur, cum reatus conſcientiarum ſufficiat ſolis Sacerdotibus indicari Confeſſione ſecretâ; quamuis enim plenitudo fidei videatur eſſe laudanda, quæ propter Dei timorem apud homines erubeſcere non veretur, tamen quia non omnium huiuſmodi ſunt peccata, vt ea qui Pœnitentiam poſcunt non timeant publicare, remoueatur iam improbabilis conſuetudo, ne multi à Pœnitentiæ remediis arceantur, dùm aut erubeſcunt aut metuunt inimicis ſua facta reſerari, quibus poſſent legum conſtitutione percelli; ſufficit enim illa confeſſio, quæ primùm Deo offertur, tum etiam Sacerdoti, qui pro delictis Pœnitentium precator accedit: & in concilio Tridentino dicitur Confeſſionem publicam nullo diuino præcepto mandatam eſſe; nec ſatis conſultè humanâ aliquâ lege præciperetur vt delicta, præſertim ſecreta, publicâ eſſent confeſſione aperienda; verba concilii ſunt: etſi Chriſtus non vetuerit, quin aliquis in vindictam ſuorum ſcelerum, cùm ob aliorum exemplum & ſui humiliationem, tum ad Eccleſiæ offenſæ ædificationem, delicta ſua publicè confiteri poſſit; non eſt tamen hoc Diuino præcepto mandatum, nec ſatis conſultè humana aliqua lege præciperetur: & tantùm abeſt, vt Confeſſio publica indiſtinctè permitteretur, vt nec etiam publica Pœnitentia, quæ peccato alicui debebatur, certis perſonis, vel caſibus imponeretur, ſed tantùm ſecreta, vt patet ea *can.* 34. *D. Baſilii ad Amphilochium*, in quo dicitur, ne Publicam Pœnitentiam agant mulieres adulteræ, ſed eam adimpleant inter audientes; & ratio eſt ne fortè à maritis ſuis aliquo malo afficerentur, quia Pœnitentia publica arguit ſemper culpam grauiorem.

Nec dicas non eſſe maiorem rationem cur Pœnitentia publica eſſet recepta, quàm Confeſſio publica, cum per illam Pœnitentiam ſatis cognoſcatur crimen pœnitentis fuiſſe ex atrocioribus, & ideo vel vtramque permittendam, vel vtramque tollendam.

Nam reſpondetur parem rationem non eſſe; licet enim ex Pœnitentia Publica arguatur atrocitas aliqua criminis, tamen ſpecies delicti manet ignota; & deinde propter ſolam contumaciam poteſt imponi Pœnitentia criminis, quare rectè Confeſſio poteſt eſſe Secreta, licet Pœnitentia ſit Publica, vt patet ex D. Auguſtino *apud Burchardum lib.* 19. *cap.* 36. ſi quis inceſtum occultè commiſerit, & Sacerdoti occultè Confeſſionem egerit, indicetur ei remedium canonicum, quod ſubire debuiſſet, ſi eius facinus publicatum fuiſſet.

Cæterùm vbi crimen publicum erat, vel Confeſſio, vel Reconciliatio poterant fieri publicè, vt patet ex *Capitularibus lib.* 5. *cap.* 52. his verbis: ſi occultè & ſponte confeſſus fuerit, occultè fiat; & ſi publicè ac manifeſtè conuictus aut confeſſus fuerit, publicè ac manifeſtè fiat, & publice coram Eccleſia iuxta canones Pœnitentiales: & ex *concilio Carthaginenſi* 3. *can.* 32. cuiuſcumque Pœnitentis publicum & vulgatiſſimum crimen eſt quod vniuerſa Eccleſia nouerit, ante abſidem ei manus imponatur: atque Goffridus *epiſt.* 16. *lib.* 5. enumerat quatuor peccata propter quæ publica eſſe poſſit, non tantùm Pœnitentia, ſed etiam Confeſſio: illa, inquit, vtiqua quatuor peccata, error videlicet Gentilis, Schiſma fraternum, Hæretica prauitas, & Iudaica perfidia, in quantum præualent vniuerſalis Eccleſiæ caſtitatem commaculant; vnde neceſſa eſt, vt iſtis quicumque peccatis, vel vno ea ipſis polluuntur, non iam ſoli Sacerdoti ſicut in cæteris agitur, ſed vniuerſæ confiteantur Eccleſiæ, & ſic ad eius vnitatem redeant, cuius ante fidem impugnabant; & ratio eſt, quia illa peccata, cùm ſint publica, nullam afferunt infamiam aut periculum confitenti.

An Nectarius ſuſtulerit Publicam Confeſſionem.

CAP. XII.

IAm dicendum eſt de Nectarii conſtitutione, quæ petenda eſt ea Sozomeno *lib.* 7. *cap.* 16. & ex Socrate *lib.* 5. *cap.* 19. Socrates putat eo tempore quo Nouatiani ab Eccleſia ſe ſeiunxerant, Preſbyterum quendam Pœnitẽtiarium qui præeſſet Pænitentiæ, in Eccleſiis eſſe conſtitutum, qui audiret eorum omnium peccata, qui poſt baptiſmum lapſi eſſent; & durаſſe illum Pœnitentiarium in Eccleſia Conſtantinopolitana vſque ad Nectarium Patriarcham, qui propter facinus quoddam admiſſum in Eccleſia eum ſuſtulit: cum nempe, vt refert, mulier quædam nobilis ad Preſbyterum illum pœnitentiarium accedens, peccata poſt Baptiſmum commiſſa particulatim cõfeſſa eſſet, Preſbyter autem mulieri præcepiſſet, vt ieiuniis & continuis precibus ſe dederet, quo vnà cum peccatorum Confeſſione opus dignum Pœnitentia oſtenderet; & cùm longiùs in Pœnitentia illa procederet, ſeu eſſet morata, vt habet Sozomenus, alterum ocſas interim commiſit, & de eo ſe accuſauit, nempe dixit Diaconum Eccleſiæ eum ipſa cubaſſe, ob quod facinus hoc modo cognitum & pateſactum, Diaconus ab Eccleſia eiectus eſt, & tumultus inde in populi multitudine excitatus eſt, tum ob crimen, tum ob ſcandalum Eccleſiæ: ideoque Eudæmon ſuaſit Nectario vt Preſbyterum pœnitentiarium tolleret, & libertatem daret, vt pro ſua quiſque conſcientia ad myſteria participanda accederet, & ea ſe dicit accepiſſe Sacerdos ab ipſo Eudæmone: Sozomenos verò non multùm differt a Socrate, niſi in eo quòd putat Pœnitentiarios illos fuiſſe

olim inſtitutos, non tantùm tempore Nouatianorum, vt ſcilicet ſecreta non publica eſſet Confeſſio, illis ſolis Pœnitentiariis Pœnitentiam indicentibus; & deinde in eo quod putat ſublatos fuiſſe non tantùm Conſtantinopoli, ſed alibi paſſim illos Pœnitentiarios, & iis ſublatis cœpiſſe mores delabi, cùm anteà minora eſſent peccata, vel ob verecundiam peccantium, vel ob ſeueritatem Pœnitentiarij.

Ex hac hiſtoria colligunt hæretici Publicam fuiſſe ante Nectarium Confeſſionem, non Priuatam, & tandem à Nectario ſublatam.

Verùm dicendum eſt, non colligi ex ea Publicam ante Nectarium fuiſſe Confeſſionem, imò contrarium plane apparet, & ex Sozomeno, nempe ſecretam fuiſſe Confeſſionem.

Reſpondendum ergo eſt hinc tantùm colligi poſſe, Confeſſarium quidem ſeu Pœnitentiarium illum fuiſſe publicum, ſed non Confeſſionem ipſam, & cur ille Pœnitentiarius publicus Inſtitutus fuerit, intelligi poteſt ex Socrate, cùm ait tempore Nouatianorum inſtitutum fuiſſe, vt is ſcilicet dignoſceret omnes Nouatianos, & videret quinam effugerent Confeſſionem: ex quo ſequitur ante illa tempora Nouatianorum, fuiſſe varios priuatos Pœnitentiarios, & vnumquemque ſibi aliquem pro arbitrio ſuæ conſcientiæ Magiſtrum elegiſſe, cùm nulla eſſet hæreſis orta quæ Pœnitentiam denegaret. Tempore verò Nouatianorum illam fuiſſe ſublatam libertatem confitendi cui quiſque vellet, vt initio vnuſquiſque ei cui volebat, aut cui videbatur, confitebatur; Ita enim accipienda ſunt verba Sozomeni, & permiſſum vt pro ſua quiſque conſcientia ad myſteria accederet; vt ſcilicet libera facultas data ſit vnicuique confitendi cui voluerit, vt myſteria ſuſcipiat, non vt vnicuique conceſſum ſit accedere ad myſteria ſine Confeſſione, quod quidem deridiculum eſſet.

Ex quibus magis patet non Confeſſionem, ſed Confeſſarium illum publicum fuiſſe ſublatum; & ita intelligenda eſt hæc hiſtoria, quam nondum intellexere viri docti Petauius, & alii.

Non eſſe ſoli Deo confitenda Peccata.

CAP. XIII.

EX antedictis iam ſatis apparet non Soli Deo, ſed etiam Sacerdotibus fieri debere Confeſſionem; quod tamen hic magis diſcutiendum eſt propter *vltimum canonem diſt.* 1. *de Pœnit.* in quo habentur hæc verba: quidam Deo ſolummodo confiteri debere peccata dicunt, vt Græci; quidam verò Sacerdotibus, vt tota ferè Eccleſia: ſed in eo canone expungenda eſt illa vox, vt *Græci*, vt patet ex cócilio *Cabilonenſi* 2. ex quo deſumptus eſt ille canon, & ex *Capitularib.* in quibus refertur idem canon, nec habétur in eis illa verba, vt græci, licet poſſit quis dicere per illa verba vt Græci, intelligi Nouatianos, qui, vt refert Pacianus *epiſt.* 2. *&* 3. credebant Eccleſiam donare ſeu remittere non poſſe peccatum mortale factum poſt Baptiſmum, ſed ante Baptiſmum tantùm; verùm ſolum Deum, & huic Vni honorem illum tribuendum eſſe, vt ei ſoli delicta confiteamur; & poteſtatem quam Chriſtus Apoſtolis & Succeſſoribus eorum attri- A buit, nempe ligandi atque ſoluendi, non ad fideles Baptiſatos, ſed ad Catechumenos ſpectare, nimirum vt Baptiſandis adhuc paruulis, liceret crimina ſoluere vel tenere.

Præter illos autem paucos Græcos, nempe Nouatianos, adhuc hæretici noſtri putant ſoli Deo peccata eſſe confitenda, idque probant ex D. Chryſoſtomo *homilia* 1. *in pſalmum* 50. at pudet te peccata confiteri? dic ea quotidie in oratione, non dico vt exponas conſeruo qui te probris impetat, dic Deo qui iis medetur: & *ſermone de Pœnitentia & Confeſſione, tomo* 5. nunc, inquit; neque neceſſarium eſt præſentibus teſtibus confiteri; cogitatione exquiſitio delicto- B rum, abſque teſte ſit hoc iudicium, ſolus Deus te videat confitentem, qui non exprobrat peccata tua, ſed ſoluit propter Confeſſionem: nunquid & ſic grauaris & retrocedis? & *homilia* 4. *de Lazaro*: caue ne homini dixeris, ne tibi exprobret; neque enim conſeruo confiteris, vt in publicum proferat; ſed ei qui Medicus eſt oſtendes vulnera: & *paulo poſt*: nolo ergo te in medium prodire theatrum, ac multos adhibere teſtes, mihi ſolùm dic peccatum priuatum, vt ſanem vlcus, teque dolore liberabo.

Verùm his non obſtantibus dicendum eſt Confeſſionem ſacramentalem ſemper factam fuiſſe Deo & Sacerdoti, vt patet ex D. Auguſti- C no *de vera & falſa Pœnitentia*, *cap.* 10. *ſuprà citato*, & ex *can.* 89. *diſt.* 1. *de Pœnit.* ſufficit, ait, illa Confeſſio, quæ primùm offertur Deo, tùm Sacerdoti: & ex *can.* 61. *ead. diſt.* 1. vbi eadem omnino verba repetuntur; ex D. Athanaſio *homilia*, *ite in caſtellum*: ſi nondum vobis peccati vincula remiſſa ſunt, ecce ſacerdotes qui vos ſoluant poteſtate à Deo acceptâ: & ex Gregorio Nazianzeno apud Maximum, ἐπὶ ἐνὸς ..., &c. nihil, ait, ità Deum placat ac propria peccata apud Sacerdotem confiteri; nolumus hîc erubeſcere apud vnum, quid in illo iudicio tunc facturi ſumus cùm apud tot hominum millia, peccata noſtra manifeſta fient: & ex Cyrillo D Alexandr. *lib.* 12. *in Ioannem cap.* 5. cùm Sacerdos peccata remittit, non eſt Sacerdos qui peccata remittit, ſed Spiritus Sanctus quem accepit cùm ordinaretur: & ex Theodoreto *lib. de Sacrificiis*, vt Sacerdos in lege Moſis diſcernit inter lepram & lepram, ita & Sacerdotem in lege Gratiæ oportet de peccatis eſſe Iudicem: & Clemente Romano *in Conſtitutionibus Apoſtolicis lib.* 2. *cap.* 84. Sacerdotes, qui vos exoluerunt peccans, qui à Deo vitæ mortiſque poteſtatem acceperunt in iudicando eos qui peccarunt, ſoluendo eos qui cõuertuntur ad Pœnitentiam.

Fit autem Deo Confeſſio, quia Remiſſor eſt peccatorum, *can. ead. diſt.* 1. & Verbum eſt Dei quod dimittit peccata, & Sacerdos eſt Iudex; & Sacerdos quidem ſuum exhibet officium, & nullius poteſtatis ſcilicet exoticæ iura exercet, *can.* 51. *ead. diſt.* 1.

Fit etiam Sacerdoti, dixit enim quodcumque ſolueritis ſuper terram ſoluetur & in cœlis, vt habetur in *can.* 88. *ead. diſt.* 1. quia per Sacerdotes claues Eccleſiæ miniſtrantur *can.* 85. *ead. diſt.* 1. vnde Dominus præcepit mundandis vt oſtenderent ora Sacerdotibus; item Lazarum ſuſcitatum obtulit diſcipulis ſoluendum, vt dicitur in *dict. can.* 88. *ead diſt.* 1.

Fit igitur Deo per Contritionem, & Sacer-

doti per Confeſſionem *can. 90. ead. diſt. 1.*
Non negamos tamen Confeſſionem aliquam
quæ fit ſoli Deo, per Contritionem purgare pec-
cata, ſed illa Confeſſio dicitur Perfectorum, id
eſt Contritorum, *dict. can. 90.* & fit inuiſibili-
ter, nec oſtendit qualiter ipſa purgentur pecca-
ta, ſicut ea quæ fit Sacerdoti, quæ poteſt eſſe
imperfectorum, & vtramque admittit Eccleſia;
Deus namque, vt ibidem dicitur, Salutis &
Sanctitatis Auctor & Largitor, hanc plerum-
que præbet ſuæ Pœnitentiæ Medicinam inuiſi-
bili adminiſtratione; plerumque medicorum,
id eſt ſacerdotum operatione; ſed propterea non
eſt dicendum ſufficere priorem Confeſſionem
quæ fit Deo, imò potiùs eſt dicendum non
ſufficere propter imperfectos qui non poſſunt
elicere veram Contritionem.
Et hæc Confeſſio quæ fit Sacerdoti, eſt Ec-
cleſiæ vera Confeſſio, non illa; quoniam, vt di-
citur in *can. 44. ead. diſt. 1.* illa quæ fit Deo in-
uiſibiliter in ſola conſcientia, non videtur fieri
in Eccleſia, ſed vt diximus ex *can. 90.* fit inuiſi-
bili adminiſtratione; at Eccleſia eſt viſibilis. Qua-
re non immeritò conſtitutum eſt, & prohibitum
in *dict. can. 44.* ne quis diceret ſibi ſufficere
apud Deum Pœnitentiam occultam, verba ſunt:
agite Pœnitentiam qualis agitur in Eccleſia, vt
oret pro vobis Eccleſia; nemo dicat ſibi, occul-
tè ago, nouit Deus, qui mihi ignoſcit, quia in
corde ago; ergo ſine cauſa dictum eſt, quæ ſol-
ueritis in terra, ſoluta *erunt* & in cælo; ergo
ſine cauſa claues datæ ſunt Eccleſiæ Dei, fruſtra-
mus Euangelium Dei, fruſtramus verba Chriſti,
promittimus vobis, quod ille negat, nonne vos
decipimus?
Dicitur ergo vt fiat in Eccleſia id eſt viſibili-
ter; vel etiam in Eccleſia, quia hæretici qui non
ſunt proprii Epiſcopi, non poſſunt dimittere
peccata *can. 51. 52. & 54. ead. diſt. 1.* vel deni-
que in Eccleſia, id eſt in ordinibus Eccleſiæ, quia
laïci non habent poteſtatem ligandi atque ſol-
uendi: vnde qui laïco confitetur non poteſt ſol-
ui, ſed tamen venia fit dignus ob humilitatem,
ſi contrito fuerit corde, & Deus tunc poteſt ei
dimittere peccatum, vt habetur in *can. 88. ead.
diſt. 1.* cùm Deus ad cor reſpiciat, *dict. can. 88.*
vbi etiam monentur fideles vt meliori Sacerdoti
omnino confiteantur, ſicut Origenes etiam tra-
dit *in pſalmum 37. homil. 2.*
Ad rationem verò dubitandi quam ſumebant
Hæretici noſtri temporis ex D. Chryſoſtomo:
Reſpondendum eſt ex aliis locis D. Chryſo-
ſtomi ſatis fieri manifeſtum, hanc opinionem
Chryſoſtomi fuiſſe, vt non tantùm Deo, ſed
etiam Sacerdoti fieri deberet Confeſſio, & Pro-
feſſio peccatorum; id probatur ex eius *oratione
in Samaritanam, & in illud venit Ieſus in Ciui-
tatem Samariæ*; imitemur, ait, & nos hanc mu-
lierem Samaritanam; jam vero contrarium fieri
video; nam eum qui nos iudicaturus eſt non re-
formidamus, eos vero qui nullatenus nos læ-
dunt, perhorreſcimus, & ignominiam ab ipſis
inferendam reformidamus: Quapropter in iis
quæ timemus, pœnam ſuſtinemus; qui
enim homini detegere peccata erubeſcit, Deo
vero cernente facere non erubeſcit, neque
vult confiteri, aut agere pœnitentiam, in
die illo, non coram vno vel duobus, ſed vni-
uerſo terrarum orbe ſpectante traducetur: & *ho-*
A *milia de cœmeterio, & de Dauid*: non ſuſtineo, in-
quis, accedere ad hunc Sacerdotem, & ei pec-
cata confiteri mea, qui ſæpiùs & grauiùs peccat
quàm ego; qui poteſt hic homo peccator mea
peccata delere? talia cauſantur qui ſunt in pecca-
tis, & faſtu quidem ſe attollunt, ſed ô homo
qui tibi inſidiaris, ſuperbis cedere cenſes; an ho-
mo dimittit peccata tua? accedis ad Dominum
& Regem omnium Deum, qui tibi per Sacer-
dotem remittit peccata tua; Mediator enim
non Primarius auctor eſt Sacerdos: quid igitur
iudicas, & deſpicis eum quem Deus non con-
demnat? pretioſum eius corpus diuidit, & eius
impollutum ſanguinem ſacrificat, & Deus pati-
B tur eum habere Sacerdotium; & *paulo poſt*: ita-
que homo, ſi ea de cauſa non vis ad Pœniten-
tiam accedere, & confiteri, quia homo eſt Sa-
cerdos & peccator, neque Baptiſeris, homo eſt
enim is qui baptiſat; ne communices, homo
enim eſt is qui Agnum Dei diſtribuit & diuidit;
ſi autem hæc habent fidem, & illud fide ſuſci-
pite; & *paulo poſt*: liquidò igitur oſtenſum eſt
Deum non in lege Gratiæ tantùm, verùm &
ante Gratiam hominibus per homines peccata
remiſiſſe, *ὅτι παρὰ μόνον ἐν τῇ χάριτι, ἀλλὰ καὶ πρὸ
τῆς χάριτος δι' ἀνθρώπων ἱερέων ἀνθρώποις συγχωρεῖ τὰ
ἁμαρτήματα.* Ad alios verò locos D. Chryſo-
C ſtomi dicimus eò non pertinere, vt velit dicere
Confeſſionem perfectam Sacramentalem ſoli
Deo factam ſufficere; ſed vel, vt Deo potiſſi-
mum confitendum eſſe qui remittit peccata, vel
etiam vt oſtendat, quod qui Sacerdoti confite-
tur, Deo confitetur, ita vt nihil debeat timere; vel
deniq; vt oſtendat hoc ſecretum Iudiciũ non eſſe
ſimile ſæcularibus, quod in hoc nullo ſint timẽ-
di teſtes, nulla pœna, nulla infamia; & tantum
abeſt, vt velit nos à Sacerdotali Confeſſione
reuocare, vt magis hortetur ad eam, vtpote
tanquam Deo factam, tanquam ſecretam, tu-
tam & minimè periculoſam.

D

---

*In Confeſſione grauiorum criminum non
ſemper datam fuiſſe Abſolutionem,
ſed tantum Pœnitentiam.*

CAP. XIV.

EX antedictis Confeſſio præcedit Pœniten-
tiam, Pœnitentia Exhomologeſim, Exho-
mologeſis Abſolutionem. Ergo ſtatim poſt
Confeſſionem non dabatur Abſolutio, nec niſi
poſtquam quis egiſſet Pœnitentiam; quæ qui-
E dem nonnunquam erat valde longa, aliqui enim
agebant Pœnitentiam vſque in diem mortis,
non ſine Spe tamen Remiſſionis, vt ſupra dixi-
mus ex *concilio Valentino*; & patet ex D. Baſilio
ad Amphilochium can. 37. de his qui Chriſtum
negauiſſent; & ex *Synodo Ancyrana can. 23.* de
homicidis voluntariis, qui toto vitæ curriculo
Pœnitentiam agebant, nec niſi in exitu vitæ
communicabant; & ita apud Euſebium *lib. 6.
cap. 36.* cum Serapion ſenex, vir egregius, in
perſecutione lapſus eſſet, non eſt admiſſus ad
Communionem niſi in exitu vitæ: & ſuprà oſten-
dimus quædam fuiſſe crimina, propter quæ da-
batur Pœnitentia non Communio: quod idem
eſt ac dari pœnitentiam ſine Abſolutione &

Reconciliatione: & de illis qui Pœnitentiam in Confeſſione ſine Abſolutione acceperant, intelligendi etiam ſunt illi canones, in quibus ſtatuitur, vt qui excedunt, vltimo & Maximo Viatico non priuentur; ſi autem reualuerint, perſeuerent in Pœnitentia, vel tantum habeant Communicationem orationum, vt in *can.* 13. *Synodi Nicenæ*, & concilio *Arelatenſi* 1. *can.* 13. & concilio *Carthaginenſi can.* 7. qui eſt de Reconciliatione eorum qui ſunt in periculo, vbi Balſamo ſeparat Reconciliationem à Confeſſione: nam Reconciliatio eſt conceſſio vſus Diuinorum Sacramentorum poſt Confeſſionem, vt ait rectè Balſamo.

B Sed & manifeſtum fit ex Burchardo *lib.* 19. ſæpe Pœnitentiam fuiſſe datam in Confeſſione ſine Abſolutionis Communicatione; vbi tradit ordinem Pœnitentiæ dandæ, & oſtendit quomodo in Confeſſione daretur Pœnitentia, non ſtatim Abſolutio, vt patet ex *cap.* 5. *eiuſdem libri* in quo variæ enomerantur Pœnitentiæ, quæ variis criminibus ſunt aſſignatæ, vt furto, adulterio, homicidio, ſacrilegio: & aliis *cap.* vero 7. oſtenditur quomodo pœnitens Pœnitentiam peteret, & quæ orationes fierent pro eo, *cap.* 26. dicitur eos in capite Quadrageſimæ Pœnitentiam petiiſſe, quoque ritu eis daretur, & quomodo ab Eccleſia omnes expellerentur, & deinde in Cœna Domini eccleſiæ liminibus repræſentarentur; & *cap.* 41. *dicitur quod poſt*

C Pœnitentiæ tempus impoſitum, eis Communio concedatur; & *cap.* 63. eos non debere communicare ante conſummationem Pœnitentiæ; & *cap.* 141. non debere reconciliari ſi neceſſitas non coegerit, niſi poſt peractam Pœnitentiam.

Nec dicas id valde periculoſum fuiſſe animabus, dari Pœnitentibus Pœnitentiam, ſine Abſolutione.

Nam Reſpondetur hoc ideo factum vt recurrerent ad Contritionem; & Eccleſiam exiſtimaſſe eos indignos eſſe qui ſaluarentur per facilem gratiam Sacramenti Pœnitentiæ, niſi adderent & labores in pœnitẽdo propter grauitatem

D peccati; deinde Eccleſiam ipſam cenſuiſſe eos poſſe ſaluari per Sacramentum Pœnitentiæ in voto, vt patet ex *cap.* 14. *canonum Iſaaci Lingonenſis tit.* 1. Quapropter eos, qui acceptâ Pœnitentia ante Abſolutionem migrabant, Eccleſia recipiebat, tanquam eſſent abſoluti, vt patet *ex canonibus eiuſdem Iſaaci Lingonenſis tit.* 1. *cap* 10. placuit his, qui acceptâ Pœnitentiâ migrant ad Deum ante Reconciliationem communicari, pro eo quod honorauerunt Pœnitentiam; qui ſi ſuperuixerint, ſtent in ordine Pœnitentium, vt legitimam Communionem ſtatuto tempore, Reconciliatione, & manus

E impoſitione Epiſcopi, vel eius iuſſu presbyteri, recipiant.

Reſpondetur 2. infirmis Pœnitentibus in periculo mortis abſolutionem fuiſſe datam, non quidem abſolutiſſimam quâ liberarentur à pœna Pœnitentiæ, ſed quâ liberarentur à peccato, vt patet ex *Synodo Arauſicana can.* 7. & vt refertur *can.* 6. 26. *quæſt.* 6. & Ancyrana *can.* 11. & ita accepiſſe Abſolutionem ante vltimam Reconciliationem, vt patet ex *canonibus Iſaac Lingonenſis tit.* 1 *cap.* 11. In tantum vero Abſolutionem illam accipiebant in infirmitate, vt non ſolùm

A ad Eccleſiæ communionem admitterentur, ſed etiam ad Euchariſtiæ communionem; ita tamen vt ad ſanitatem reuerſi indigerent aliâ Reconciliatione, & manus impoſitione abſolutoriâ, quâ ſcilicet ab impoſita Pœnitentia liberarentur, vt patet ex *cap.* 21. canonum prædictorum *Iſaaci Tit.* 1. Pœnitentes, ait, qui in infirmitate Viaticum Euchariſtiæ acceperint, non ſe credant abſolutos ſine manus impoſitione, ſi ſuperuixerint.

Aliquando tamen datam fuiſſe cum Confeſſione, Pœnitentiam ſimul, & Abſolutionem.

CAP. XV.

Dicimus nunc aliquando in Confeſſione datam fuiſſe Pœnitentiam ſimul & Abſolutionem, quemadmodum hodie fit apud nos; nempe vel iis, qui leuiùs peccauerant, vel etiam his, qui cùm grauiter peccaſſent, & nunquam ſe repræſentaſſent Eccleſiæ ad agendam pœnitentiam, & quodammodo impœnitentes manſiſſent, in infirmitate deinde & periculo mortis conſtituti, Pœnitentiam petiiſſent; his enim data eſt tandem Abſolutio cum Pœnitentia, vt

C oſtenſum eſt ſuprà *cap.* 14. ex Innocentio Papa *epiſt.* 3. *ad Exuperium cap.* 2. & hoc etiam de iſtis eſt ſtatutum in 11. *concilio Toletano, can.* 12. qui Pœnitentiam in mortis agit periculo non diutiùs à Reconciliationis gratia eſt differendus, ſed ſi præcincto mortis vrgeatur periculo, Pœnitentiâ per manus impoſitionem acceptâ, ſtatim ei Reconciliatio adhibenda eſt, ne prius ab humanis æger abſcedat, quàm donum Reconciliationis accipiat; ſicque ſuperſtitibus cauſa quodammodo doloris videatur eſſe perpetui, ſi præciſum ab Eccleſiæ membris eum qui vtique Reconciliationem non meruit, raptum à præſenti vita mors naturæ ſeduxerit: & S. Leo

D Papa *epiſt.* 89. etiam talium neceſſitati ita auxiliandum eſt, vt nec illis actio Pœnitentiæ, nec communionis gratia denegetur, ſi eam omiſſo vocis officio per indicium integri ſenſus quærere comprobentur, vt ſimul & Pœnitentiæ & Reconciliationis beneficium conſequantur, ſeruatâ tamen canonũ regulâ circa eas Perſonas quæ in Deum à fide diſcedendo peccauerunt: & in *Synodo Namnetenſi cap.* 2. infirmus qui mortis neceſſitate vrgente peccata ſua confitetur, ſub ea conditione à Sacerdote reconcilietur, vt ſi ei Dominus vitam donauerit ſanitatemque reddiderit, ſecundum delicti qualitatem pœniteat.

E Idem habetur in *Synodo Ancyrana can.* 11. & Arauſicana *dict. can.* 7. *qui recedunt.* 26. *quæſt.* 6. vbi etiam additur ipſum. Pœnitentem reconciliatum, ſanitate recuperatâ non poſſe iterum communicare, donec Pœnitentiam ſibi in lecto aſſignatam impleuerit, quod eſt valde notandum.

De Sigillo Confeſsionis.

CAP. XVI.

NOſtri Patres vocant Sigillum Confeſſionis, vt oſtendant Confeſſionem eſſe debere ſecretam, & nulli reuelandam; quomodo *Danielis Cap.* 12. *verſ.* 4. dicitur: tu autem Daniel claude ſermones, & ſigna librum vſque ad tempus ſtatutum: & in *Commentariis* Areiæ Epiſcopi Cæſareæ Cappadociæ *in Apocalypſim cap.* 13. dicitur ſignatum eſſe librum in Apocalypſi, ſignificare non eſſe liberum dicere quæ in eo B ſcripta ſunt, *ἐσφραγίσθαι τὸ βιβλίον, τὸ ἀπαῤῥησίαστον τῶν ἐν αὐτῷ γεγραμμένων δηλοῖ*: & Varro etiam dixit ſigillare oculos alicuius, pro claudere: contra, ait, lex nimis impia eſt ne filii Patribus luce caſſis ſigillent oculos. Vtitur verò hac voce D. Bernardus *ſermone* 3. *de S. Andræa*: videat, ait, Sacerdos ne de his vnquam quæ ſub ſignaculo Confeſſionis accepit, aliquam faciat mentionem, vel alicui loquenti conſentiat; quod ſi fortuito de his, quæ ſuſcepit in Confeſſione, cauſa curam eo fuerit ventilata, non tanquam conſcius in partem declinet, ſed tanquam neſcius iudiciarium ordinem permittat exerceri. C

Confeſſionem autem eſſe ita ſecretò tenendam dicitur duobus modis: 1. generaliter ex eo quod ſecretò fiat, ita vt etiamſi non eſſet Sacramentum, quia ſecretò committitur fidei alicuius, ſecretò cuſtodienda foret iure ipſo naturali, ſeu Gentium, quod ratio dictat omnibus hominibus, vt patet ex omnibus ferè Scriptoribus, ex Seneca *epiſt.* 89. fides, ait, ſanctiſſimum humani pectoris bonum eſt, nullâ neceſſitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur præmio; vre, inquit, occide, non prodam; ſed quo magis ſecreta quæret dolor, hæc illa altius condet: & ex Iſocrate *oratione* 1. *ad Demonicum*: diligentiùs tuere depoſita verborum D quàm pecuniarum, *μᾶλλον τήρει τὰς τῶν λόγων, ἢ τὰς τῶν χρημάτων παρακαταθήκας*. Vocat Iſocrates depoſita verborum, ſicut Anaxandrides *apud Stobæum ſermone* 41. *ὅστις λόγους γὰρ παρακαταθήκην ὡς λαβὼν ἐξεῖπεν ἄδικός ἐστιν, ἢ ἀκρατὴς ἄγαν, ὁ μὲν διὰ κέρδος ἄδικος, ὁ δὲ τοῦτο δίχα ἀκρατής: ἴσοι δ' εἰσὶν ἀμφότεροι κακοί*, id eſt qui commiſſum ſibi inſtar depoſiti ſeu numen euulgat, aut iniuſtus eſt aut incôtinês, ſi lucri cauſa id faciat iniuſtus, ſi abſq; eo incontinens, ex æquo autem vtrique mali ſunt. Item conſtat ex Quintiliano *Declamatione* 19. non prodere ſecretum prima fuit ſapientia in priſcis illis morum mentiumque Rectoribus: & Petronio, inter duos perire debet ſecretum; in tantùm vt etiam aliqui mori maluerint E quam arcanum enunciare, vt Zeno Eleates qui linguam erodens eam expuit in Tyrannum, referente Clemente Alexandrino *lib.* 4. *ſtromatum*; & alii multi teſte Iuſtino hiſtorico *lib. vlt.* ſæpe tormentis, ait, pro ſilentio rerum creditarum immortui. Et damnati ſemper fuerunt ac contempti illi qui arcanum vulgauerunt, apud Horatium *ſatyra* 4. *lib.* 1.

Commiſſa tacere
Qui nequit, hic niger eſt, hunc tu Romane caueto.

A & apud Ouidium *lib.* 2. *de arte*:

Eximia eſt virtus præſtare ſilentia rebus.
At contrà grauis eſt culpa, tacenda loqui.

& *Prouerbior. cap.* 11. qui ambulat fraudulenter, reuelat ſecreta. Imò aliquando grauiter puniti fuerunt, & morte etiam, vt apud Perſas teſte Ammiano Marcellino *lib.* 21. vetus diſciplina Perſarum, ſilentium vitæ periculo ſanxerat: & Quinto Curtio *lib.* 4. lingua grauius apud Perſas caſtigatur quam vllum probrum.

Deinde idem oſtenditur, ex eo quod Confeſſio ſit Sacramentum ad Salutem neceſſarium: nam Confeſſio Sacramentalis ideò maxime debet eſſe ſecreta, quia non eſt libera, ſed imperata, ita vt qui iuſſit vt confiteremur peccata ſecretò, iuſſiſſe videatur vt qui ſecretò accipit, ſecreto conſeruet; nam quæ ſecreta ſunt, minimè ſunt euulganda, vt obſeruat rectè D. Baſilius *in pſalmum* 45. cuius inſcriptio eſt *pro arcanis pſalmus*; quam inſcriptionem ita explicat, pro arcanis, inquit, hic dictus eſt pſalmus, ſeu *ὑπὲρ τῶν κρυφίων*, hoc eſt pro his quæ neutiquam ſunt euulganda & prodenda, ſed ſecreta ſunt, & in myſterio retinenda: *τουτέστιν ὑπὲρ ἀπορρήτων*, &c.

Deinde debet eſſe ſecreta quia Deo præcipuè fit, & magis Deo quàm Sacerdoti, nec fieret Sacerdoti niſi ſimul fieret Deo; & cùm fit homini, non fit illi tanquam homini, ſed tanquam C Domino, vt rectè dicebat Petrus Conſtantinopolitanus, S. Sophiæ Cartbularius *in ſuis reſponſis*, vt habetur *in iure Græco-Romano lib.* 6. *& cap.* 2. *de offitio ordinar.*

Et ſanè in hoc differt hoc Tribunal Eccleſiæ ab aliis Tribunalibus, quod in iſto iudicentur ſecreta ſecretè, in aliis verò manifeſta manifeſtè: quarè forum ſæculare non eſt forum competens peccatorum ſecretorum, ſed eſt alienum omninò Tribunal, vt dicitur à Sidonio Appollinari *lib.* 4. *epiſt.* 14.

Quod igitur Sacerdos teneatur arcana noſtræ conſcientiæ in arcano ſilentii cuſtodire tanquam ſigillo clauſo, patet ex *can.* 2. *diſt.* 6. *de Pœnit.* D his verbis: Sacerdos ante omnia caueat, ne de his qui ei confitentur, peccata recitet alicui, non propinquis, non extraneis, neque, quod abſit, pro aliquo ſcandalo; nam ſi hoc fecerit, deponatur, & omnibus diebus vitæ ſuæ ignominioſus peregrinando pergat: & ex concilio Lateranenſi ſub Innocentio 3. quod refertur *cap.* 12. *omnis vtriuſque ſexus, de Pœnitentiis & Remiſſionib.* caueat autem Sacerdos omnino ne verbo, vel ſigno, vel alio quouis modo aliquatenus prodat peccatorem, quoniam qui peccatum in Pœnitentiali iudicio detectum præſumpſerit reuelare, non ſolùm ab officio Sacerdotali decernimus deponendum, verùm etiam ad perpetuam Pænitentiam agendam, in arctum Mona- E ſterium detrudendum: & ex D. Bernardo *ſermone* 3. *de S. Andræa*, *loco ſuprà citato*: & ex Iuone Carnutenſi *epiſt.* 156. eſt ſententia, ait, quæ non tantùm ſecretam Confeſſionem publicandam vetat, ſed etiam publicam pœnam irrogat: & paulò-poſt, iubemur Confitentium crimina non propalare.

Porro ſi quis reuelauerit Confeſſiones, grauiter punietor, & ideo in Capitulari Caroli Magni quod factom eſt tempore Leonis 3. Papæ *cap.* 27. de Preſbyteris qui Confeſſiones reuelare dicebantur,

dicebantur, ſtatuitur vt inquiratur ſi Presbyteri de Confeſſionibus accepto pretio manifeſtent latrones, inquiratur, inquam, vt puniantur. Pœna vero canonica eſt depoſitio, & in carcerem retruſio, vt patet ex dicto *cap. 12. de Pœnit. & Remiſſionib.* vel excommunicatio, vt patet ex Balſamone *in can. 133. concilii Carthaginenſis*, vbi ait Epiſcopum, qui reuelauerit Confeſſionem, & tulerit teſtimonium aduerſus eos quorum audiuerit Confeſſionem, excommunicandum eſſe à Superiore; & inſuper refert Lucam Patriarcham Conſtantinopolitanum excommunicaſſe Abbatem Monaſterii Gerotrophij, qui fuerat Archiepiſcopus Heracleæ, eò quod tuliſſet teſtimonium aduerſus filium ſuum ſpiritualem, id eſt ſuum Pœnitentem.

Quod ſi non debent Sacerdotes prodere Confeſſionem, multo minùs admitti debent ad teſtimonium contra ſuos Pœnitentes, etiamſi ſe non emendauerint, vt patet ex *cap. 2. de offic. Iudicis Ordinar.* vbi id confirmatur exemplo Chriſti, qui nominatim Iudam non accuſauit; ſed ſi eos accuſatori ſunt, aliis documentis debent eos conuincere, vt patet ex *concilio Carthaginenſi 7. can. 5.* quod refertur apud Iuonem *epiſt. 156.* cui interfuit Fauſtinus Eccleſiæ Romanæ Legatus: & qui ab eis accuſantur poſſunt negare ſe non fuiſſe confeſſos, nec inde quod negent poſſunt communione priuari ab Epiſcopo, ac ſi priuauerint, ipſimet communione priuandi erunt, vt habetur in eodem concilio dicto *can. 5.* his verbis: placuit vt ſi quando Epiſcopus dicit aliquem ſibi ſoli proprium crimen fuiſſe confeſſum, atque ille neget, & pœnitere noluerit, non putet ad iniuriam ſuam Epiſcopus pertinere quod illi ſoli non credatur, & ſi ſcrupulo propriæ conſcientiæ ſe dicit neganti nolle communicare, tum interdicat ei communionem donec obtemperet, quandiu illi excommunicato publicè non communicauerit ſuus Epiſcopus, eidem Epiſcopo ab aliis non communicetur Epiſcopis, vt magis caueat Epiſcopos ne dicat in quemquam quod aliis documentis conuincere non poteſt; & idcirco in concilio *apud Tuſiacum*, cùm Stephanus quidam Regimundi Comitis filiam duxiſſet in vxorem, & eâ ductâ cum illa conſuetudinem non habuiſſet ex conſilio Confeſſoris, eò quod confeſſus eſſet ſe cum aliqua eiuſdem vxoris propinqua priùs carnali copulâ miſcuiſſe, & in concilio illud allegaſſet, Patres concilii non admiſerunt illam allegationem, ſed reſponderunt illud ei aliâ ratione iuxta ordinem iudiciarium eſſe Probandum. Item nec ſi Iudices conſtituti ſint in foro exteriori, & ſciuerint confeſſum ſibi crimen, debent proptereà declinare ad eius condemnationem, quòd ſciant eum eſſe reum, ſed tanquam neſcij debent ordinem Iudiciarium ſequi, vt rectè D. Bernardus *loco ſuprà citato*: nam etiamſi extra Cōfeſſionē, vel ſine Confeſſione cognitum haberent atque compertum crimen alicuius, nec id eſſet in publico aduerſus eum indicio probatum, & Iudex eſſet conſtiturus; non ſecundum ea quæ ipſi cognita eſſent, ſed ſecundum ea quæ eſſent probata iudicandum foret, vt oſtendit rectè Gellius contra Phauorinum *lib. 14. cap. 2.* idque licet videret ſe iudicando ſecundum acta & probata, vel innocentem condemnaturum, aut

A nocentem abſoluturum, niſi vt ſuæ conſcientiæ ſatisfaceret mallet Perſonam Iudicis deponere, & teſtis, vel accuſatoris ſuſcipere, vt apud Liuium *lib. 3.* C. Iulius Decemvir accuſator apud populum maluit eſſe eius Rei cuius Iudex legitimus erat. Et cum quæritur an ſi aliquis confeſſus fuerit & ſit abſolutus ab Epiſcopo de illo crimine quod mereretur v. g. excommunicationem, vt eſt incendium alicuius domûs, & peteret is cui damnum illud illatum eſt, vt incendiarius excommunicetur, & ab Epiſcopo excommunicatus ſit, an erit is excommunicatus qui iam confeſſus eſt, & an poterit ab ipſo Epiſcopo qui ſolus nouit Auctorem à communione remoueri

B auctor incendij?

Reſponſum eſt auctorem incendii, licet iam confeſſus ſit, poſſe excommunicari, & manere excommunicatum, quia nondum ſatisfecit ei cui damnum intulit; ſed non poſſe tamen à communione remoueri à ſuo Epiſcopo, licet is ſciat Reum eſſe verè excommunicatum, vt eſt definitum in *cap. de offic. Iudic. Ordinar. ſuprà citato apud Gregor.* Verba capituli hæc ſunt: ſi Sacerdos ſciat pro certo aliquem eſſe Reum alicuius criminis, vel ſi confeſſus fuerit, & emendare noluerit; niſi iudicario ordine quis probare poſſit, non debet eum arguere nominatim, ſed indeterminatè, ſicut dixit Chriſtus, vnus veſtrûm me traditurus eſt: ſed ſi ille cui damnum illatum eſt, pe-

C tierit iuſtitiam, poteſt excommunicare auctorem damni, licet etiam ei ſit confeſſus, ſed tamen non nominatim poteſt eum à communione remouere, licet ſciat eum eſſe Reum, quia non vt Iudex ſcit, ſed vt Deus; ſed debet eum admonere ne ſe ingerat, quia nec Chriſtus Iudam à communione remouit. Eademque huius quæſtionis definitio affertur ab Iuone Carnotenſi *epiſt. 106.* niſi quod ponit Reum priùs excommunicatum, & deinde confeſſum: dicit ergo non eſſe repellendum à communione propter Confeſſionem ſecretam, & tamen non deſignatâ perſonâ generaliter prædicandum eos qui ex ea cauſa ſunt excommunicati, quod bona proximi ſubripuerint,

D vel de medio ſuſtulerint, nec reſtituerint, apud Deum eſſe damnatos & excommunicatos; nam & ſic Chriſtus Iudam non nominauit nec remouit eum à communione, dixitq; tantùm generaliter, non deſignatâ perſonâ, vnus ex vobis Diabolus eſt.

Ratio ergo præcipua cur Sacerdos non poſſit nec debeat Confeſſionem Sacramentalem propalare ac publicare, hæc eſt quia, vt dictum eſt ſuprà, confeſſio fit homini non tanquam homini, ſed velut Domino, vt habentur *loco cit.* in *Iure Græco-Romano lib. 6. in reſponſis Petri Chartulary S. Sophia Conſtantinopolit.* vel vt dicitur *in dicto cap. 2. de offic. Iudic. ordin.* Sacerdos non vt Iu-

E dex ſcit noſtras turpitudines, ſed vt Deus; & ideo dupliciter tenetur Sacerdos ſeruare ſecretum nempe Deo & Pœnitenti.

Aliâ etiam ratione ad id probandum vtitur D. Baſilius *regula 229. ex Breuior.* vtens exemplo Medicorum quibus aperimus vitia corporis, non omnibus hominibus, quomodo & ſolis Sacerdotibus oſtendimus animæ morbos.

Ex his verò ſequitur quotieſcumque aliquis confitetur per interpretem, etiam interpretem teneri ſeruare ſecretum: item eum qui audit quomodocumque aliquem confitentem Sacerdoti.

Cæterùm etſi prohibitū ſit Sacerdotibus ſe- A
cretam Confeſſionem manifeſtare, poteſt tamen Sacerdos teſtari ſe confeſſionem alicuius ſæpiùs vel ſemel audiuiſſe, eique abſolutionem dediſſe; nec inde violabit ſecretum Confeſſionis: & fides etiam ei nonnulla adhibebitur, vt patet ex *concilio Tarraconenſi apud Franc. Pegn. in annotat. ad Directorium Inquiſit. par. 2. lib. 2. ſcholio* 20. de quo tamen dubitatum fuit in *concilio Narbonenſi* anno 1280. *cap.* 28. in quo Patres concilii conſulendum eſſe ea de re Romanum Pontificem conſtituerunt, exiſtimantes potiùs fidem ei vtpote ſoli denegandam.

Tanta porrò vis eſt huius ſigilli, vt Medina, *Summa lib.* 2. *cap.* 4. & Victoria *Numero* 138. B
dicant quod ſi penderet ſalus, vel liberatio totius Mundi ex vnius reuelatione peccati, non eſſet reuelandum etiam ſi totus mundus eſſet periturus: item quod propter liberationē omnium animarū quæ ſunt in inferno ab initio mūdi non eſſet reuelandū. Item idem Medina addit *loco citato*, nec ſi quis confeſſus, & non ab aliquo abſolutus ſe præſentet ei in mēſa dū dat cōmunionē aliis, debet eam ei denegare, licet denegauerit in Confeſſione, ne ita reuelet Confeſſionem: quomodo nec vt impediatur peccatum, poteſt Confeſſio reuelari. Martinus verò Salmanticæ Profeſſor dicebat quod etſi ſciret Confeſſor alia omnia ſex Sacramenta eſſe per aliquod tempus peritura ſi non reuelaret, non deberet *reuelare*. Item C
volgò dicitur quod *etſi* Papa ſub omni cenſura præciperet reuelare, id non eſſet faciendum, & potius moriendum: & Sylua nuptial. *lib.* 3. *Num.* 8. & Nauarrus *cap.* 8. *num.* 8. ſentiunt etiam quod Confeſſor qui commiſit aliquod peccatum mortale, quod non poteſt confiteri abſque confeſſionis ſibi factæ reuelatione, non tenetur illud peccatum confiteri.

Multis autem modis frangitur Sigillum, vt ſi quis Confeſſor dicat, ille mihi confeſſus eſt, ſed illum non abſolui: ex Nauarro *num.* 10. & Caietano, & Armilla 14. Item ſi dicat, ille confeſſus eſt grauia peccata, ex Nauarro, Angelo, Armilla & Sylua: item ſi dicat volenti communicare, amice non concedo, quia habes caſum re- D
ſeruatum, ex Nauarro: item ſi cùm duos vel tres audiuit, dixerit de vno, iſte nullum habet mortale peccatum, quia ſignificat alios habere, ex Nauarro: item ſi Confeſſor ſurgat à Confeſſione, vt conſulat alium de quodam caſu Confeſſionis, & reuertatur ad Pœnitentem ex Nauarro: item qui poſt Confeſſionem meretricis, dicit, illa mihi confeſſa eſt multa grauia peccata, licet omnes nouerint illam talia commiſiſſe, & ſic de aliis.

De ſecunda parte Sacramenti Pœnitentiæ, ſeu de Pœnitentia in pœnam peccati & ſatisfactionem impoſita.

CAP. XVII.

Agimus hîc de Pœnitentia prout eſt pars ipſius Sacramenti pœnitentiæ, ſcilicet de ea quæ vel eſt impoſita, vel liberè ſumpta, vel neceſſariò toleranda propter commiſſum peccatum: nec enim pœnitentiā ſicut Baptiſmo peccata ſine labore & lacrymis delentur. Quare hæc Pœnitentia dicitur Baptiſmus lacrymarum laborioſus à Gregorio Nazianzeno *orat.* 39 [illegible] tum, ait, locum, lacrymarum Baptiſmus tenet, verùm aſperior eſt & laborioſior, Βάπτισμα [illegible], quo quidem ille tingitur, qui per ſingulas noctes lectum ſuum ac ſtratum lacrymis lauat, cui quoque ipſæ cicatrices fœtent, qui lugens & contriſtatus ingreditur, qui Manaſſis reſipiſcentiam ac Niniuitarum humilitatem, cui miſericordiam impertita eſt, imitatur; qui Publicani verbis vtitur in Templo, ac ſupra inſolentem & ſuperbum Phariſæum iuſtificatur, qui denique Chananææ in modum deprimitur, & miſericordiam implorat, ac micas poſcit, hoc eſt canis vehementi fame correpti pabulum.

Confirmatur à D. Chryſoſtomo de S. Pentecoſte: ante Baptiſmum, inquit, peccata commiſſa, gratiâ & benignitate virtutis Crucifixi cuncta deleta ſunt, quæ verò poſt Baptiſmum commiſſa ſunt, multâ indigent, vt rurſus deleantur, quandoque neque ſecundum eſt lauacrum, ſed lacrymis indigent noſtris, exhomologeſi, eleemoſyna, precibus, aliiſque generibus omnibus pietatis. Sic etiam poſt Baptiſmum delentur peccata multo cū labore & fatigatione: Et à S. Baſilio Seleuciæ Epiſcopo *oratio.* 11. *in Ionam* hæc vera Pœnitentiæ indicia, lugens anima, plorantes oculi, improbitatis correctio, impietatis fuga, carnis contritio, animi contractio, iniuſtitiæ deſertio: & à Magno Baſilio *in Ethicis*, *definitione* 1. reſipiſcentes debent acerbè flere, & quæ reliqua propria ſunt Reſipiſcentiæ, ex animo oſtendere: & *in Moralib. cap.* 3. in quo talis eſt inſcriptio, quod Pœnitentiam agentes oporteat amarè flere, & reliqua quæ ſunt Pœnitentiæ ſigna edere ex corde: & *cap.* 4 eſt etiam talis inſcriptio quod Pœnitentibus illud ſatis non ſit ad ſalutem, ſi tantummodò receſſerint à peccatis, ſed opus ipſis vt fructus pœnitentiæ dignos ferant: & à D. Bernardo *lib. de gratia humil.* qui veraciter pœnitet, laborem Pœnitentiæ non abhorret: & *lib. de Meditat. cap.* 40. verus pœnitens ſemper in labore eſt & dolore; dolet de præteritis, laborat pro futuris cauendis, &c. & à D. Ambroſio *lib. de Sacramentis cap.* 6. audiant, qui agunt Pœnitentiam, quomodo eam agere debeant, quo ſtudio, quo affectu, quâ mentis intentione, quâ interiori concuſſione viſcerum, quâ cordis compunctione; vide, inquit, Domine, quia tribulor, venter meus turbatus eſt à fletu meo, conuerſum eſt cor meum in me.

Ex quibus hæretici conuincuntur dicentes Pœnitentiam eſſe ſolam Reſipiſcentiam, ſiue vitæ mutationem ſimplicem ſine vllo dolore de præteritis peccatis; & ab Origene *in Leuiticum*, per duram & laborioſam Pœnitentiam fit remiſſio peccatorum.

Tanta eſt difficultas in agenda rectè Pœnitētia, E
vt D. Ambroſius dixerit hæc verba *can.* 56 *diſt.* 1. *de Pœnitentia* faciliùs autem inueni qui ſeruauerint innocentiam, quàm qui congruè egerint Pœnitentiam: nam multi ſuſtinendi ſunt labores in Pœnitentia bene peragēda, vt ibidem dicitur: in agenda Pœnitentia renuntiandum eſt ſæculo, ſomno ipſi minùs indulgendum quàm poſtulat natura, interpellandus eſt gemitibus, interrumpendus eſt ſuſpiriis, ſequeſtrandus orationibus, viuendum ita vt in tali vita huic moriatur vſui, ſeipſum ſibi homo abneget, & totus mutetur: & *can.* 54. *ead. diſt.* 1. qui agit Pœnitentiam,

A non ſolùm diluere lacrymis debet peccatum ſuum, ſed etiam emendatioribus factis operire & tegere delicta ſuperiora, vt non ei peccatum imputetur: & *can. 40. ead. diſt.* Perfecta Pœnitentia cogit peccatorē omnia libēter ſufferre; in corde eius Contritio, in ore Confeſſio, in opere toto humilitas, hæc eſt fructifera Pœnitentia: & *can. 66.* qui peccator eſt, & quem remordet propria conſcientia, cilicio accingatur, & plangat vel propria delicta, vel populi, & ingrediatur Eccleſiam de quà propter peccata fuerat egreſſus, & cubet vel dormiat in ſacco, vt prætteritat delitias, per quas offenderat Deum, auſteritate vitæ compenſet: & *can. 88 ead. diſt.* B quem pœnitet omnino pœniteat, & dolorem lacrymis oſtendat, repræſentet vitam ſuam per Sacerdotem, præueniat iudicium Dei, &c, & idcirco in *can. 88. ead. diſt.* dicitur Deus Adamum ſtatim poſt culpam è Paradiſo eiecit, nec diſtulit, ſed ſtatim ſeparauit à delitiis vt ageret Pœnitentiam, ſtatim tunicam veſtiuit pelliceam non ſericam, quod ei proderat ad Pœnitentiam: nam vt dicitur in *can. 5. ead. diſt.* nihil eſt quod tam ſummo dolori ſit, quàm ſi vnuſquiſque poſitus ſub captiuitate peccati, recordetur vnde lapſus ſit, atque vnde deciderit; dolores autem illi ſuſtinendi ſunt & labores exantlandi maximè ad ſatisfaciendum Deo de peccatis commiſſis, vt rectè dicitur *in can. 63. ead. diſt.* 1. C non ſufficit, ait canon, mores in melius commutare; & à præteritis malis recedere, niſi etiam de his quæ facta ſunt ſatisfaciat Deo per Pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis ſacrificium, cooperantibus eleemoſynis, & ieiuniis, loquit S. Auguſtinus *in vlt. homilia ex quinquaginta*: & valdè facit contra Aduerſarios. Et idcirco Pœnitentia illa dicitur ſatisfactio à Tertulliano *lib. de Baptiſmo, cap. vlt.* De præteritis iniquitatibus ſcilicet ſatisfacimus conflictatione carnis & ſpiritus: & *lib. de Pœnit.* qui per delictorum Pœnitentiam inſtituerit Domino ſatisfacere, Diabolo per aliam Pœnitentiæ Pœnitentiam ſatisfacit: & D à D. Auguſtino *lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus* Pœnitentia vera eſt pœnitenda non admittere, & admiſſa deflere; ſatisfactio Pœnitentiæ eſt cauſas peccatorum excludere, nec earum ſuggeſtionibus aditum indulgere: & patribus *Toletani concilii 3. can.* 11. expleto autem ſatisfactionis tempore ſicuti Sacerdotalis contemplatio probauerit, eum communioni reſtituat: & a D. Cypriaoo *lib. de lapſis* confiteantur ſinguli, quæſo vos fratres, delictum ſuum dùm adhuc qui deliquit in ſeculo eſt, dum admitti eius confeſſio poteſt, dum ſatisfactio & remiſſio facta per Sacerdotes apud Dominum grata eſt.

Neceſſe ſiquidem eſt vt aliqua pœna toleretur, vt ſupra diximus, *ex can. 48.* nullus debitæ pœnæ grauioris accipit veniam, niſi qualemcumque, vt dicitur *in can. 69 diſt.* quæ pœna etiam aliquando durat poſt veniam peccati impetratam, vt poſtea oſtendemus; & clarè E exi liet exemplo Dauidis *canon* 81. ille, namque poſt iratiſſimum peccatum, multis cruciatibus affectus, reatum culpæ exoluit; & exemplo Adami idem oſtendit *canon* 81. peccata enim omnia ſunt clamantia ad Deum, vt ab eo puniantur, & clamor eorum penetrat cælos; vt pluribus oſtendit *Saluianus lib. 1. de Gubernationi Dei*,

& hæc differentia ponitur à S. S. Patribus inter Baptiſmum atque Pœnitentiam, quod Baptiſmo delentur peccata gratiâ & virtute Paſſionis Chriſti, vt ſuprà diximus, & ex D. Chryſoſtomo *de Sancta Pentecoſte*, & veluti per vnguentum, vt ait Goffridus *ſermone 5. de Reſurrectione Domini*; Pœnitentiâ verò delentur multo cum labore & fatigatione, cum lacrymis, ieiuniis, & orationibus, vt patet ex eodem D. Chryſoſtomo *loco citato*; vel, vt, ait, *ibidem* Goffridus per ignitum ferrum: verba D. Chryſoſtomi ſuprà ſunt allata. Quare verba Goffridi hic tantùm reponemus, quæ talia ſunt: priùs, vt diximus, Redemptor noſter & Domious Sanguine proprio à trangreſſione Parentum nos ſanauit, ſed illis vulneribus noſtris quaſi vnguentum adhibuit; & qui aliundè peccati plagam habuimus, aliunde habuimus & peccati medelam: nunc verò quia propriâ voluntate, & in ætate perfecta peccauimus, percuſſione opus eſt, id eſt cordis contritione, & ſi curari volumus iam non quæramus oleum oliuæ, vel quodlibet aliud vnguentum, quoniam ignitum grauis pœnitentiæ ferrum eſt neceſſarium, quo noſtrorum vratur rubigo peccatorum; nemo vnquam poſt perpetratum vel ſemel criminale peccatum, illam vtilem ſibi Confeſſionem ſeu pœnitentiam credat, quam Spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum non præcedit.

Cęterùm Pœnitentia debet agi cum Spe & Timore; cum ſpe veniæ obtinendæ, vt oſtendit rectè D. Chryſoſtomus *Parœneſi 1. ad Theodorum lapſum. cap.* 12. nolo vt proficiſcaris à deſperatione ad Confeſſionem, quin cùm alacritate ac fiducia erutâ radice deſeſperationis quantùm vales huic ſtudium contrarium oſtendas: & *homil. 38. ad Corinthios* 1. nemo ex his, qui ſunt in vitio, deſperet, nemo ex his qui ſunt in virtute confidat: ſed & hic ſit timidus, & ille promptus & alacris; nam, vt eſt in *can. 50.* nemo poteſt bene agere pœnitentiam, niſi qui ſperauerit indulgentiam. Et ideò cum in *can. 75. ead. diſt.* 1. Hieremias prædixiſſet ſeptuaginta annos deſolationis Templi, hæc res non fecit Danielem negligentem, ſed magis prouocauit ad rogandum Deum, & de eo ſperandum vt audiret eorum preces cum timore & reuerentia, vt nemo ſtatim audeat vſurpare Sacramenta *can 56. ead. diſt.* 1. nemo, ait, in peccatis poſitus, arrogare ſibi debet auctoritatem aut vſurpationem Sacramentorum, quia ſcriptum eſt, peccaſti? quieſce: & paulo poſt: dicimus ergo & agendam pœnitentiam, eoque tempore agendam, quo culpæ deferueſcat luxuria; & in captiuitate peccati poſitos reuerentiores nos, non vſurpatores eſſe debere: nam ſi Moyſi propiùs accedere geſtienti, vt cognitionem myſterii cæleſtis hauriret, dicitur, ſolue calceamentum pedum tuorum, quantò magis animæ noſtræ pedes ſoluere vinculis corporalibus, & greſſus omnes iſtius Mundi nexu debemus abſoluere? Quare Communio nec fugienda *dict. can. 56. ead. diſt.* 1. nec ſtatim etiam petenda *can. 55. dicta diſt.* & ita proſequenda cum dolore & fugienda cum timore ac ſollicitudine; ſunt enim, vt eſt *in can.* 56. aliqui qui pœnitentes & afflicti pergunt in Pœnitentia, nec audent Sacramentis communicare: item ſunt aliqui qui nihil agentes, & velut deſperantes, ſe abſtinent à Sacramentis; & vtique poſſunt peccare, illi quidem quòd nimium

timeant, & Pœnitentiam agant ſine ſpe ſufficiente, vt eſt *in can.* 56. *ead. diſt.* 1. ſunt, ait, qui arbitrentur hoc eſſe Pœnitentiam ſi abſtineant à Sacramentis cæleſtibus; hi ſeueriores in ſe iudices ſunt, qui ſibi pœnam præſcribunt, declinant remedium, quos vel pœnam ſuam conueniebat dolere quia cæleſti fraudarentur gratiâ; iſti verò quod non agant vllam Pœnitentiam nec ſint ſollicíti de eâ: oportet enim vt non animo quis à communione ſeparetur, vt dicitur *can.* 32. *ead diſt.* 1. ſunt & alij qui ſibi nimis præſumunt, & ſine Pœnitentia petunt ſtatim communionem, de quibus hæc habentur *in can.* 55. *ead. diſt.* 1. hi qui poſcunt Pœnitentiam, vt ſtatim ſibi reddi communionem velint, hi non tam B ſe ſoluere capiunt quàm Sacerdotem ligare; ſuam enim conſcientiam non exuunt, Sacerdotis induunt, quibus præceptum eſt, nolite dare Sanctum canibus, neque miſeritis margaritas veſtras ante porcos, hoc eſt Spiritibus immundis non impendenda ſacræ communionis conſortia.

Non eſt autem definitus modus, nec tempus Pœnitentiæ pro peccatis, ſed id totum relictum eſt iudicio Sacerdotum, *can.* 78. *ead. diſt.* 1. Deus definitionem non facit, qui ſuam promiſit omnibus miſericordiam, ſuiſque relaxandi Sacerdotibus licentiam ſine vlla exceptione conceſſit; ſed qui culpam exaggerauit, exaggeret & Pœnitentiam; maiora namque crimina maioribus abluuntur fletibus: & confirmatur *can.* 49. *&* *can.* 86. *ead. diſt.* 1. menſuram, ait, temporis in agenda Pœnitentia idcirco non ſatis apertè canones præfigunt pro vnoquoque crimine, vt de ſingulis dicant qualiter vnumquodque ſit emendandum, ſed magis in arbitrio Sacerdotis intelligentis relinquendum ſtatuunt, quia apud Deum non tam valet temporis menſura quàm doloris, nec abſtinentia tantùm ciborum quàm mortificatio vitiorum; propter quod ipſa tempora Pœnitentiæ pro fide & conuerſatione Pœnitentis præcipiunt abbreuianda, & pro negligentia protelanda, *dict. can* 86. cuius canonis verba referuntur apud Fulbertum Carnotenſem Epiſcopum *epiſt.* 36. Idem patet etiam ex *can.* 84. 61. *&* 68. *ead. diſt.* 1. Deinde non tantum Pœnitentis dolor, ſed etiam ipſa crimina conſideranda ſunt; nam quædam ſunt crimina leuiora, quædam atrociora, propter quæ is qui ea commiſit de Christi corpore debet ſeparari, *can.* 84. *ead. diſt.* 1.

Non eſt tamen negandum in canonibus conſtare de certa pœna quorumdam criminum, ex quibus deſumenda ſit Regula ad infligendam Pœnitentiam pro aliis, vel leuiorem vel maiorem, vt rectè dicitur in *can.* 86. *in fine.*

Porro non tantum ipſe Peccator dolet de peccatis ſuis, & luget, ſed etiam tota Eccleſia, *can.* E 44. *ead. diſt.* 1. agite Pœnitentiam qualis agitur in Eccleſia, vt oret pro vobis Eccleſia, *can.* 79. *ead. diſt* 1. fleat pro te Mater Eccleſia, culpam tuam lacrymis lauet, videat te Chriſtus mœrentem, vt dicat beati triſtes, quia gaudebitis; amat vt pro vno multi rogent: denique in Euangelio motus viduæ lacrymis Deus, quia plurimi pro ea flebant, filium eius reſuſcitauit. Quod ſi quis manens in duritia cordis putet Eccleſiæ preces ſibi prodeſſe, decipitur; vnde *can.* 75. dicitur ad Hieremiam ob duritiam cordis populi Iudæorum, ne ores pro populo hoc,

A quia non audiam te; ad Samuel, vſque luges ſuper Saül? & ego abjiciam eum. Sacerdotes verò ipſi pro delictis Pœnitentium precatores accedebant, vt dicitur *can.* 89. *ead. diſt.* 1. quia Deus, qui nullis viribus ſuperari poteſt, vincitur precibus & importunitate, *can.* 85. *ead. diſt.* 1. & denique orant omnes pro Pœnitentibus, vt intelligamus publicè peccantibus non proprium, ſed Eccleſiæ ſufficere meritum.

Maxima deinde debet eſſe humilitas in Pœnitente, vt ſuprà diximus ex *can.* 63. *diſt.* 1. *de Pœnit.* & *ex can* 40. *ead. diſt.* nam, vt ait Optatus Mileuitanus *lib.* 2. meliora inuenta ſunt peccata cum humilitate, quàm innocentia cum ſuperbia; & ideo ſcriptum eſt in *pſalmo* 50. *verſ.* 19. cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies; & alibi, propè eſt Dominus ijs qui tribulato ſunt corde. & humiles ſpiritu ſaluabit: nam vt ait Goffridus *ſermone* 50. *de Reſurrectione Domini*: nemo vnquam poſt perpetratum vel ſemel criminale peccatum, illam vtilem ſibi confeſſionem ſeu Pœnitentiam credat quam Spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum non præcedit, Quare apud Tertullianum *lib. de Pœnitent. cap.* 9. Exhomologeſis, vt poſtea dicemus, proſternendi & humilificandi hominis eſt diſciplina, indeque factum eſt vt Græci μετάνοιαν ſeu nomē μετανοίας acceperint pro C proſtratione, inclinatione, & ad geniculatione ipſa; quod ſigna Pœnitentiæ maximè in humilificatione conſiſtant, vt in vita D. Baſilii *apud* eius authorem *Amphilochium*, vbi ita loquitur de D. Ephrem: ſtupefactus ſuper his Sanctus glorificans Deum, & faciens metanœam ποιήσας μετάνοιαν reſpondens ei dixit, vbi pro illis verbis faciens metanœam, verſio antiqua habet, & genu flecteos; & in vita D. Chryſoſtomi, quam citat D. Ioannes Damaſcenus *oratione* 1. *de imaginibus*, hæc habentur verba: βαλὼν μετάνοιαν τῷ Ιωάννῃ, quæ ita exponuntur Ioanni venerabundus, ad pedes ſe proſternens, ſeu adgeniculatus ad eius pedes, & in *Liturgia D.* D *Chryſoſtomi* ὁ δὲ ἱερεὺς σὺν τῷ διακόνῳ ποιοῦσι μετανοίας τρεῖς εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον, καὶ λαμβάνει εὐλογίαν παρὰ τοῦ ἱερέως; id eſt Sacerdos autem cùm Diacono faciunt adgeniculationes ſeu inclinationes tres ad ſanctum Altare, &c. & in Euchologia ſæpiſſimè legitur de Diacono, quod ſe incuruat ter ante Sacerdotem in modum Pœnitentis, τῷ ἱερεῖ τρεῖς μετανοίας βάλλει, id eſt Sacerdoti tres facit adgeniculationes: ita enim accipienda eſt his locis metanœa pro ſalutatione & proſtratione quæ fiebat in modum Pœnitentis.

Item Pœnitentia debet eſſe vera non ficta: nam Pœnitentia eſt, mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere, *can.* 1. *&* 6. *diſt.* 3. *de Pœnit.* ſeu eſt quædam dolentis vindicta, puniens in ſe quod dolet commiſiſſe; ſola enim vera Pœnitentia Deo placet & veniam impetrat ab eius miſericordia, vt dicitur in *can.* 28. *diſt.* 3. talis eſt, ait, erga homines Dei pietas vt nunquam ſpernat Pœnitentiam, ſi ei ſincerè & ſimpliciter offeratur, etiamſi ad ſummum quis peruenerit malorum, & inde tamen velit reuerti ad virtutis viam, ſuſcipit & libenter amplectitur, & facit omnia quatenus ad priorem reuocet ſtatū. Quod multis exemplis probatur: nam cum talis fuiſſet Pœnitentia Dauid, ea placuit Deo, vt refertur in 6. 24. 25. *&* 26. *diſt.* 3. *de Pœnit.* Itē Pœnitentia re-

gis Achab *can. 27. & 28. ead diſt.* 3. quæ magna eſt A hominum conſolatio, vt dicitur in *can. 41. diſt. 3. de Pœnit.* prima, qui conſolatio eſt, quia non obliuiſcitur miſereri Deus, ſecunda quia etſi fides deſit, pœna ſatisfacit & releuat. Et ſicut vera Pœnitentia veniam promittetur, ita ſimulata Deum irritat, quia Spiritus Sanctus diſciplinæ effugiet fictum, *can. 35. ead. diſt. 3. de Pœnit.* Vnde dicitur *can. 34.* Iudas pænituit, ſed male, laqueo namque ſe ſuſpendit: pœnituit etiam Eſau, ſed malè, magis autem iſte neque pœnituit, lacrymæ quippe illæ non erant Pœnitentiæ, ſed animi violenti & indignationis internæ: & *can. 34. ead. diſt. 3.* indignus remedio B fuit Iudas, quia non purà mente pœnituit. Et hoc eſt quod dicitur *eod. can. 34.* peccatum non poſſe exuri in conſpectu Domini, vbi ignis eſt alienus, id eſt, vt ibi dicitur, non placere Deo, qui iniuſtitiam tenet in corde incluſam, & ſe Pœnitentem agere perhibet: ignis alienus, libido, auaritia, & omnis praua cupiditas; hic ignis exurit, non mundat; in quibus enim eſt, ſi offerant in conſpectu Domini, ignis eos cæleſtis abſumit ſicut Nadab & Abiu, cum his quæ pro peccato fuerant oblata. Qui ergo mundari vult, ignem alienum remoueat, & illi ſe offerat igni qui culpam exurit non hominem; hic ignis ſiccauit hæmorroiſſæ ſanguinem profluentem, C hic ſiccauit culpam latronis, igni enim conſumens eſt, ſanctè eum ſimpliciter & purè confitentes: Iudas, inquit, peccauit tradens ſanguinem iuſtum, ſed in pectore habuit ignem alienum, quo inflammante cucurrit ad laqueum, & talibus non relinquitur hoſtia pro peccato, id eſt per Pœnitentiam peccatum non deletur, *can. 35. ead. diſt. 3.*

Item Pœnitentia debet eſſe cum perpetua ſui peccati memoria; nam vt rectè dicitur *can. 36. ead. diſt. 3.* magnum bonum eſt vt ſua agnoſcat peccata, memoriamque eorum retineat perſeueranter, & nullum inuenitur delictorum tale remedium, ſicut eorum contaminata memoria; & *can. 4.* continuè dolendum eſt de peccato, quod declarat ipſa dictionis virtus, pœnitere enim eſt pœnam tenere, vt ſemper puniat D in ſe vlciſcendo quod commiſit peccando, quod intelligitur etiamſi iam culpa remiſſa ſit: nam vt habetur in *can. 7.* productior eſt pœna quàm culpa, ne parua putaretur culpa, ſi cum illa finiretur & pœna. Itaque etiam poſt Reconciliationem adhuc pœnitendum ſemper ſit de culpa etiam dimiſſa, cum poſſit adhuc pœna durare peccati poſt culpam, & melius eſt in hoc ſæculo nullam profectò habere proſperitatem vel remunerationem, vt eſt in *can. 47. & 48. ead. diſt. 3.* cum ſæpe mali ſint fœliciores *dict. can. 48.*

Item debet eſſe Pœnitentia cum propoſito E non peccandi: ille enim, vt dicitur *in can. 9. ead. diſt. 3.* Pœnitentiam dignè agit, qui quæ commiſit ſic præterita mala deplorat, vt futura iterum non committat: nam qui plangit peccatum, & iterum admittit peccatum, quaſi ſi quis laterem crudum lauet, quia quantò magis lauat, tanto magis lutum facit: quæ eſt elegantiſſima comparatio. Quod ſi non habuerit hoc propoſitum, non eſt pœnitens, vt dicitur *in can.* [illegible] *ead. diſt. 3.* ſi pœnitens es, pœnitet te, ſi non pœnitet, pœnitens non es; ſi ergo pœnitet cur facis quod male feciſti? ſi feciſſe pœnitet noli facere: ſi adhuc facis, certè non es pœnitens & dicèris potius irriſor quàm pœnitens, *vt can. 10. & 11. ead. diſt. 3.* his verbis: irriſor eſt non Pœnitens qui adhuc agit quod pœniteret, nec videtur Deum poſcere ſubditus, ſed ſubſannare ſuperbus: canis reuerſus ad vomitum eſt pœnitens ad peccatum: multi enim lacrymas indeſinenter fundunt, & peccare non deſinunt; & eius hominis inanis eſt Pœnitentia quam ſequens culpa coinquinat, *can. 12. & 13. ead. diſt. 3.* ſed & grauiori culpæ ſe ſubjicit *can. 14. ead. diſt. 3.* quæ ipſam quam flendo impetrare B potuit veniam, contemnit, vt dicitur *in eod. can. 14.* poſt lauacrum enim mundus eſſe negligit, quiſquis poſt lacrymas innocentiam vitæ non cuſtodit, vt dicitur in *can. 15. ead. diſt. 3.* & cùm Eſaias peccatoribus dicat, lauamini, mundi eſtote, *can. 11. ead. diſt. 3.* lauantur illi, & nequaquam mundi ſunt, qui commiſſa flere non deſinunt, ſed rurſus flenda committunt: & cùm ſcriptum ſit, pluit Dominus ſuper vnam Ciuitatem, ex parte compluit, & ex parte aridam reliquit, dici etiam poteſt de his qui agunt Pœnitentiam nec ſe corrigunt, vnam & eandem Ciuitatem ex parte compluì & ex parte aridam manere, vt rectè exponitur *in can. 40. ead. diſt. 3.* C & tantùm abeſt, vt quis per talem pœnitentiam mundetur aut perpluatur, vt inde ſibi magis iram Dei aſciſcat, hoſtis enim Dei eſt hoc faciendo, vt eſt in *can.* [illegible] *ead. diſt. 3.* Et deinde quædam eſt impietas infidelitatis, a Deo qui Iuſtus & Iuſtitia ipſa eſt, dimidiam ſperare veniam, *diſt. can. 42.* quod exemplo confirmatur, & oſtenditur Deum, ex parte peccata non reſeruare, ex eo quod expulit ſeptem Dæmonia ſimul, nec vnum aliquem Dæmonem reliquit, & nunquam ſanauit aliquem quem non omnino liberaret, *eod. can. 42.* Quarè melius eſſet huic homini qui Pœnitentiam agit, ſimulque labitur ad peccatum, ſi quieſceret, cum exercere non queat opera Pœnitentiæ, ne in ipſa Pœnitentia fiat, quod poſteà indigeat pœnitentia, vt ha- D betur in *can. 37.*

Et hæc fuit cauſa propter quam exiſtimarunt aliqui non eſſe dandam ſecundam Pœnitentiam, quaſi ſimul cenſuerint eum qui ſecundà indiget Pœnitentia non habuiſſe propoſitum non iterum peccandi, quo propoſito deficiente nulla eſt & ſpes veniæ Pœnitenti, vt colligitur ex *can. 2. ead. diſt. 3.* reperiuntur, ait, qui ſæpius agendam Pœnitentiam putant, qui luxuriantur in Christo, nam ſi verè agerent Pœnitentiam, iterandam poſteà non putarent; quia ſicut vnum Baptiſma, ita & vnica Pœnitentia; & hic videtur origo fuiſſe veteris ſententiæ, vt ſemel tantùm in Eccleſia concedatur locus humillimæ E Pœnitentiæ, ne medicina vilis minus eſſet vtilis ægrotis, *can. 22. ead. diſt. 3.* & fuere aliqui qui id mordicùs ſuſtinebant *can. 32. ead. diſt. 3.* Nihilominus tamen dici poteſt locum ſemper eſſe Pœnitentiæ cum D. Auguſtino in *dict. can. 22.* his verbis: quis audeat dicere Deo, quare huic homini, qui poſt primam Pœnitentiam rurſus ſe laqueis iniquitatis obſtringit, adhuc iterum parcis? Adde quod ſcriptum eſt, & refertur in *can. 23 ead. diſt. 3.* ſepties cadit Iuſtus & reſurgit; & perfidi ac hypocritæ vocantur qui aliter ſentiunt *can. 32. ead. diſt. 3.* vbi rationes

perfectam [illegible] caritatem nunquam excidere, A quia ita in [illegible], nunquam ita excidere quia [illegible], & repul[illegible] non quod non poſſit per aliquod peccatum excidere, quod probatur ex *can.* 1 . *ead. diſt.* 2 *de Pœnit.* his ve[r]bis: talibus Deus diligentibus [o]mnia cooperatur in bonum, vſque adeo proſ[u]s omnia, vt etiam ſi qui eorum deviant & exorbitaue, etiam hoc ipſum [il]is faciat proficere in [bon]um, proficere, inquam, in bonum, vel vt inde poſt peccatum ardentius ametur Deum, vel etiam proficere in bonum, ita vt non excidat Charitas in tantum vt in peccato moriantur, & [ſi i]n non ſiant, nec permittat Deus vt qui ad perfectam Charitatem ſemel peruenerunt, licet poſtea B peccent, in peccato ſuo moriantur, vt rectè dicitur *in can.* 16. n[ul]lus eorum ex bono in malum mutatus finit hanc vitam; & *can.* 19. *ead diſt.* 2. non eſt tam iniuſtus Deus vt obliuiſcatur operis veſtri. Denique vno verbo Charitas non excidit in Prædeſtinatis, quin maneant ſemper Prædeſtinati, licet peccent, vt elatè exponit *canon* 25. firmum, ait, fundamentum ſtat, immobile babens ſignaculum, hoc ſcit Dominus qui ſunt eius, bonum fides quæ per dilectionem operatur, profectò aut omnino non deficit, aut ſi qui ſunt quorum deficit, reparatur antequam vita iſta finiatur, & deletâ quæ intercurrerat iniquitate, ad finem perſeuerantia deputatur. Et C licet Charitas comparetur vnctioni Spiritus Sancti, quæ radicata ſemper manet, *can.* 8 *ead. diſt.* 2. tamen non ita manet quin aliquando recedat idem Spiritus Sanctus ab hominibus Sanctis; quod confirmatur ex *can.* 6. in quo ponitur differentia inter Filium Dei Chriſtum & homines; quod in Chriſto Domino ſemper manſerit Spiritus Sanctus, in Sanctis autem hominibus quandiu mortale corpus gerunt, partim maneat in æternum, partim rediturus recedat; maneat ſecundum aliquas virtutes, recedat ſecundum alias, *dict. can.* 6. *&* 11. *ead. diſt.* 2. Et ſanè pluribus exemplis probari poteſt in multis excediſſe Charitatem: nam Adam Charitate circumdatus *can.* 32. *ead. diſt.* 2. virtutibus com- D plantatus *can.* 34. prudentiâ & innocentiâ amictus, *can.* 37. *&* 38. & imaginem Dei perfectè figuratus, *can.* 32. *&* 35 tamen Charitatem amiſit *dict. can.* 32. & ſpoliatus his omnibus virtutibus nudus inuentus eſt, *di[ct]. can.* 37. *&* 38. nec non *can.* 3[.] Omnique hanc perfectam depoſuit imaginem *dict. can.* 35. imo perdidit *can.* 32. *ead. diſt.* 2. nec non cum ip[ſo] Diabolus, qui principium fuit viarum Dei, & reliquis Angelis eminentior tanquam Cherub extenſus, & qui nuntiant [in] factus eſt ad ſimilitudinem Dei vt homo, ſed fuit ip[ſu]m ſignaculum ſimilitudinis Dei, tamen excideritа Charitate, vt dicitur in *can.* 45. *ead. diſt.* 2. in cuius fine dicitur, vt conſideret homo qu'd elatus in terra mereatur, ſi & præclarus Ang[e]lus Angelus de cælo in terram proſternitur, quaſi velit ibi dicere D. Gregorius author Canonis, quod ſi Diabolus peccando de cælo decidit in terram, homo per peccatum de terra decidet in infernum.

Cæterùm ſciendum eſt multos videri Charitatem amittere, qui nunquam habuerunt, plerumque enim in eis virtutes aliquæ innoteſcunt, ſed vitia latent, & hoc permittit Deus, quia virtus illa eorum, maximè Magiſtratuum, profutura eſt ad exemplum, vt recte dicitur *in can.* 44. *ead. diſt.* 2. *de Pœnit.*

Reſpondetur 3. quòd licet Pœnitentia in his qui perfectam habent Charitatem & ſunt ſine peccato, non videatur amplectenda ne eſſatiò, tamen de his dicendum eſt qu[o]d dicebat F[ir]nodius *lib.* 2. *epiſt.* 1. de Armenio [fi]lio qui in ætate tenera migrauit ad Dominum, & licet in magna eſſet innocentia vitæ, tamen egiſſe Pœnitentiam [lu]gebatur, de cuius Pœnitentia ita loquitur Ennodius. Pœnitentia quam eum egiſſe loqueris, etiam ſi in ipſo non inueniſſet quod dilueret, inueneratquod ornaret: quæ quoties innocentibus datur, coronam pro humilitatis affectione [c]onciliat dicendum, inquam, pœnitentiam purgare aut ornare mentes noſtras; & licet Pœnitentia non videatur eis præciſe neceſſaria, tamen opera pœnitentiæ, vt eſt ieiunium, vigiliæ, orationes, & eleemoſyna eſſent exercenda; proſunt enim va[l]dè ad [ſalutem] Pœnitentiæ & Corporis & Animæ, vt rectè au D. Auguſtinus *lib. de Pœnit.* Pœnitentia, inquit, languores ſanat, lepruſos curat, mortuos ſuſcitat, ſanitatem auget, gratiam conſeruat, claudis greſſum, aridis eopiam, cæcis reſtituit viſum; vitia fugat, virtutes exornat, [m]entem vnit ac roborat. Denique vt ſupra diximus *cap.* 17. Pœnitentiam agi [de]le[ba]t tota pro peccatoribus, atque ideo Sancti potuerunt, ſi non pro ſe, ſaltem pro aliis agere pœnitentiam.

Quod eſſet aliqua Pœnitentia ante Baptiſmum.

CAP. XIX.

Fuiſſe actam Pœnitentiam ante Baptiſmum à Catechumenis certiſſimum eſt; & probant verba D. Petri in *Act. Apoſtolor. cap.* 2. Pœnitentiam agite, & baptiſetur vnuſquiſq; veſtrûm in no[m]ine Chriſti: quem locum de pœnitentia ante Baptiſmum explicat D. Ambroſius *in cap.* 6. *epiſt. S. Pauli ad Hebræos*, his verbis: qui autem ad virtutem itutus eſt, primùm malitiam culpare debet & abiicere, & opera mortis per pœnitentiam purgare, & ſic ad nominum accedere; n[am] [illegible] ſuffi[cit] Pœ[nitentia] ut tam mundos ſ[a]cere p[e]ccatores [illegible] B[aptiſa]tur, ſi[cut] [illegible] [Act]us Ap[oſtol]orum [illegible] reſpondiſſe legimus; [p]œni[ten]tiam agite fratres, & baptiſetur vnuſ[quiſ]que veſtrûm in nomine Ieſu: & D. Chryſoſtomus *homil.* 21. *ad Illuminandos*: quod oporteat priùs pœnitere, & à prioribus deſtitiſſe malis, & ſic ad gratiam accedere; audi quid E Ioannes dicat, quid verò Princeps Apoſtolorum baptiſari volentibus? ille namque dicit, facite fructum dignum Pœnitentiæ, & ne incipiatis intra vos dicere Patrem habemus Abrahamı hic autem interrogantibus [t]ali[b]us aiebat, Pœnitentiam agite, & [b]apt[iſ]etur qui[ſ]que veſtrum in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti: & D. Auguſtinus *epiſt.* 108. *ad Seleucianum*, de Baptiſmo & Pœnitentia Petri contra Nouatianos agens agunt, ait, homines ante Baptiſmum Pœnitentiam de ſuis p[ri]oribus peccatis, ita tamen vt etiam baptiſentur, ſicut ſcriptum eſt in Act. Apoſtolorum loquente Petro ad Iudæos; &

baptiſetur vnuſquiſque veſtrum, &c. & *lib. de* A *vtilitate Pœnitentiæ cap.* 1. triplex modus agendæ Pœnitentiæ inuenitur in ſacra ſcriptura: nam neque ad Baptiſmum Chriſti, in quo omnia peccata delentur quiſquam bene accedit, niſi agendo Pœnitentiam de priſtina vita, nemo enim eligit vitam nouam niſi quem veteris pœnitet; huc autem etiam authoritate Diuinorum librorum probare debemus, vtrum baptiſandi egerint Pœnitentiam, quando Petrus ait agite Pœnitentiam, &c. id etiam probant verba D. Pauli *epiſt. ad Hebræos cap.* 6. quapropter intermittentes inchoationis Chriſti ſermonem, ad perfectionem feramur, non rurſum jacentes fundamentum Pœnitentiæ ab operibus mortuis, & B Fidei ad Deum Baptiſmatum doctrinæ, impoſitionis quoque manuum: nam idem D. Auguſtinus *lib. de fide & operibus*, hunc locum D. Pauli explicat de Pœnitentia ante Baptiſmum: vnde ait, & epiſtolâ quæ ad Hebræos inſcribitur, cum eorum qui baptiſantur commemorarentur initia, poſita eſt ibi Pœnitentia à mortuis operibus, ſic enim dicit: ideoque remittentes initio Chriſti Verbum, in conſummationem reſpiciamos, non iterum jacientes fundamentum Pœnitentiæ, &c. & Beda etiam in *cap.* 6. *epiſt. ad Hebræos*, ipſa, ait, ab Ægyptiis ſeparatio ſignificat diſceſſionem à peccatis quam baptiſandi profitentur, ad hoc C enim profitentur, quod à Petro dictum eſt, agite Pœnitentiam, & baptiſetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Domini *noſtri* Ieſu Chriſti, tanquam diceret recedite ab Ægypto, per mare rubrum tranſite; vnde & in epiſtola quæ ad Hebræos inſcribitur, cùm eorum qui baptiſantur commemorarentur initia, poſita eſt ibi Pœnitentia ab operibus mortuis: confirmatur ex D. Cyrillo Hieroſolymitano *Catecheſi* 2. *&* 3. & ex Theophylacto *ad caput* 6. *epiſt. ad Hebræos*, & ex D. Fulgentio *lib. de fide ad Pet. cap.* 3. & ex multis aliis Patribus; & ab hac Pœnitentia ſoli qui baptiſantur pueri ſunt immunes, ex D. Auguſtino D *lib. de vtilitate Pœnitentiæ cap.* 2.

Verum illa Pœnitentia non eſt Sacramentum Pœnitentiæ, & ideo non ſufficit niſi ſequatur Baptiſmus, teſte D. Ambroſio *loco citato*, & Fulgentio etiam *loco citato* illaque Pœnitentia erat coniuncta cum Confeſſione, vt patet ex *Actis Apoſtolor. cap.* 1[illegible] multique credentium veniebant confitentes & annuntiantes actus ſuos; & confirmatur ex Tertulliano *lib de Baptiſmo, cap.* [illegible] ingredientes Baptiſmum crebris orationibus [illegible], & geniculationibus, & pervigiliis oportet orare, & cum Confeſſione omnium retro delictorum, vt exponant etiam Baptiſmum Ioannis: tingebantur, inquit, confi- E tentes delicta ſua; nobis gratulandum eſt, ſi non publicè confitemur iniquitates aut turpitudines noſtras: & ex Cyrillo *Catecheſi* 1. *myſtagogica ad Baptiſandos*: tempus præſens eſt tempus Confeſſionis, confiteare quæ perpetraſti ſiue verbo, ſiue opere, ſiue noctu, ſiue interdiu; confitearis acceptabili tempore & in die ſalutis, aſſiſtas Catecheſibus, &c. & Gregorius Nazianzenus *orat.* 40. ne peccatum tuum confiteri [illegible], ſciens quo pacto Ioannes ba[illegible] per huius vitæ pudorem futuri [illegible] ignominiamque fugias, &c. & D. Baſ[illegible] *ſerm* [illegible] *ad Baptiſmum*: [illegible] aliquantulum [illegible] conſcientiam; ingredere in promptuarium animæ [illegible], præteritam memoriam apud te excita parumper [illegible] plura ſunt peccata, ne terrearis multitudine: & D. Chryſoſtomus *homilia* 10. *in cap.* 3. *Matthæi*, tempus confeſſionis æquè & lotis Baptiſmate, & illotis prophanisque incumbit: illis quidem vt poſt poſt patentium criminum vulnera Pœnitentiâ interueniente curentur, & ad ſacra myſteria redire mereantur; his verò vt ablutis in Baptiſmo maculis, ad Dominicam menſam munda iam conſcientia accedant, & deinceps. D. Baſilius *ſermone* 1. *de Baptiſmo*, ſimul atque acceſſerat quis & peccata ſua [illegible] quæcumque, & qualiacumque fuiſſent, confeſſus fuerat, in Iordanis flumine baptiſabatur, & confeſtim peccatorum Remiſſionem accipiebat. Nec ſolum erat illa Pœnitentia coniuncta cum Confeſſione, ſed etiam cum ieiunio, vt conſtat ex *Conſtitut. Apoſtol. lib.* 7. *cap.* 23 ante Baptiſmum ieiunet, qui eſt baptiſandus: & ex Iuſtino Martyre *oratione apologet. ad Antoninum Pium*: quicumque perſuaſi fuerint, & crediderint vera eſſe quæ à nobis traduntur & dicuntur, ac viuere ſe ita poſſe receperint, orare ieiunantes, & petere à Deo priorum peccatorum remiſſionem iubentur: & ex Cyrillo *Catecheſi* 3 *myſtagog.* & Tertulliano *loco citato*. Erat etiam coniuncta cum oratione, nocturniſque vigiliis, ex Iuſtino *loco citato* & Tertulliano etiam *loco citato*, ex Gregorio Nazianzeno *oratione* 40. his verbis bona auxilia erunt tibi ad ea quæ deſideras conſequenda, vigiliæ, ieiunia, humi dormitiones, orationes, lacrymæ, ærumnæ, egentium opitulatio, &c. Erat etiam coniuncta cum eleemoſynis, vt patet ex Gregorio Nazianzeno & Tertulliano, locis ante citatis, & ſic de aliis.

De Fructibus Pœnitentiæ, & quod Eleemoſynæ, Vigiliæ, Orationes, & Ieiunia, in Pœnitentia commendentur; & primum de Lacrymis.

CAP. XX.

SVnt quidam fructus digni Pœnitentiæ, de quibus Chriſtus *Matthæi* 3. *cap.* facite fructus dignos Pœnitentiæ D. Baſilius *in Moralibus cap.* 4. ſuprà citato, *cap.* 18. & *epiſt. ad Amphilochium, can.* 75. ἐπειδὰν, inquit, τοὺς καρποὺς τῆς μετανοίας ἀξίους ἐπιδείξηται, id eſt poſtquam Pœnitentiæ fructus dignos oſtenderit; & *can.* 4. *ead. epiſt.* ἐπιδειξάμενοι καρπόν τινα μετανοίας, id eſt poſtquam Pœnitentiæ aliquem fructum oſtenderint: & *can.* 5. *ead. diſt.* Et fructus illos dignos Pœnitentiæ intelligit per ἀξιόλογον μετάνοιαν, id eſt condignam Pœnitentiam, *in can.* 82. *eiuſd. epiſt.*

Per fructus pœnitentiæ intelligimus 1. receſſionem à peccato, vt conſtat ex verbis Chriſti *Matthæi* 3. Zonaras verò in *dict. can.* 4. *ad Amphiloch.* per fructum Pœnitentiæ intelligit contritionem cordis, & lacrymas, & alia quæ his adiungi ſolent, vt ieiunium, & orationes. Origenes autem *homilia* 22. *in Lucam* [illegible] 2. per fructus Pœnitentiæ intelligit o[illegible]tures. Vultis, ait, ſcire qui ſint fructus Pœnitentiæ? Charitas fructus eſt Spiritûs, gaudium fructus

eſt ſpiritus, pax, patientia, benignitas, bonitas, fides, manſuetudo, continentia, & reliqua huiuſmodi; ſi hæc habuerimus omnia, fecimus fructus dignos Pœnitentiæ. De Pœnitentiæ fructibus, etiam fit mentio in *can. 70. qui recedunt 26. quæſt. 6.* oſtenſis, ait, neceſſariis fructibus Pœnitentiæ: & in Synodo Trullana *can.* 102. & apud Gregorium Papam *homilia 20. in Euangelium*, vbi deſcribit fructus Pœnitentiæ hoc modo: qui, ait, vſu malæ conſuetudinis inuoluti ſumus, dicat quid nobis faciendum ſit vt fugere ab ira ventura valeamus: ſequitur, facite ergo fructus dignos Pœnitentiæ, in quibus verbis notãdum eſt quod amicus Sponſi non ſolùm fructus Pœnitentiæ, ſed dignos pœnitentiæ admonet eſſe faciendos; aliud namque eſt fructum facere Pœnitentiæ, aliud dignum Pœnitentiæ facere fructum: vt enim ſecundum dignos Pœnitentiæ fructus loquamur ſciendum eſt, quia quiſquis illicita nulla commiſit, huic iure conceditur vt lætis vtatur, ſicque pietatis opera faciat, vt tamen ſi voluerit ea quæ mundi ſunt non relinquat; at ſi quis in fornicationis culpam, vel fortaſſe quod eſt grauius in adulterium lapſus eſt, tantò à ſe licita debet abſcindere, quãto ſe meminit & illicita perpetraſſe; neque enim par fructus boni operis eſſe debet, eius qui minùs & eius qui ampliùs deliquit, aut eius qui in multis lapſus eſt; per hoc ergo quo dicitur, facite fructus dignos Pœnitentiæ, vniuſcuiuſque conſcientia conuenitur, vt tantò maiora acquirat operum bonorum lucra per Pœnitentiam, quantò grauiora ſibi intulit mala per culpam. Et eodem modò D. Baſilius *in Regulis breuioribus, interrogatione* 287. qui ſunt, ait, fructus digni Pœnitentiæ? & reſpondet, opera Iuſtitiæ, peccato contraria, &c. Per fructus ergo Pœnitentiæ intelliguntur bona peccatoris opera in agenda Pœnitentia, quæ vera producit: vnde D. Baſilius *loco citato* dixit καρποφορεῖν, ſeu fructus ferre pro fructus facere.

Hi fructus Pœnitentiæ ſunt præcipuè, lacrymæ, eleemoſynæ, vigiliæ, orationes, & ieiunia, vt patet ex Gregorio Nazianzeno, *carmine* 59.

Optimum eſt omni genere craſſam carnem affligere,
Precibus, vigilijs, meditationibus, ieiunijs:
Purum enim conuenit iſto pacto eſſe puriorem,
Improbum autem, improbitatis, partem extundere.

& ex D. Auguſtino *apud Iuonem, cap. 23. de Pœnitentia* vt dicitur veraciter, ait, ex corde ſe grauiter deliquiſſe confiteatur, & per ieiunia, & eleemoſynas, vigilias, atque ſacras orationes, cum lacrymis ſe purgare contendat: & ex D. Baſilio *homil. 3. & in illud, attende tibi*: magnum & graue eſt peccatum tuum? multa indiges exhomologeſi, lacrymis amarioribus opus habes, inſuperabilibus & longis vigilus & continuo ieiunio: leue autem eſt & tolerabile peccatum tuum? adhuc tamen facienda eſt de eo pœnitentia: & ex D. Chryſoſtomo *loco ſuprà citato de Sancta Pentecoſte, cap. 18.* & ex *can. 63. diſt. 1. de Pœnit.* & ideo legimus apud eundem D. Chryſoſtomum, de Phœnice filio Vrbani, quod cùm poſt vitam immoderatiorem, amplexus eſſet Pœnitentiam, ſe cellulæ cuipiam incluſit, ibique perſeuerauit per omnem vitam in ieiuniis, in precationibus, in lacrymis, repurgans animam à ſorde peccati, & quotidiè tantùm panem & aquam ab amico accipiens.

Accipiuntur etiam aliquando Fructus Pœnitentiæ pro bonis quæ affert Pœnitentia, nempe quod iuſtum reddit peccatorem, Diaboli facit victorem, eique Paradiſum apetit, vt apud Goffridum Vindocinenſem *ſermone 2. in Natiuitate Domini*: fructus, ait, Pœnitentiæ eſt magnus, vtilis pariter & neceſſarius: nam Pœnitentia præcedente bonitate Diuinâ vt iuſtus fiat vertit peccatorem, hominem à Diabolo victum Diaboli facit victorem, delicta iuuentutis Deum meminiſſe non ſinit, nec ignorantias pueritiæ, ſenes etiam longâ peccandi conſuetudine deceptos reparat, ſed virtute potius mentis quàm corporis nouitate: Pœnitentia ſiquidem more fidelis hoſtiariæ gerens officium, oſtium Paradiſi peccantibus clauſum, quando vult aperit, &c.

Commendantur igitur enixè, Pœnitentibus omnibus lacrymæ, eleemoſynæ, vigiliæ, orationes, & ieiunia. Lacrymæ quidem: nam, vt ait Baſilius Seleuciæ Epiſcopus *oratione 17. circa finem.* peccatum lacrymis curatur, peccatum lamentis expurgatur, animæ illuuies oculorum fontibus extergitur: & D. Chryſoſtomus *homilia 12. ad Coloſſenſes*, nihil ita purgat peccata vt lacrymæ, & pulchram oſtendit faciem eamque corpoream; eum enim qui videt, attrahunt ad miſericordiam, eam nobis faciunt grauem & honeſtam: nihil eſt iucundius oculis qui ſunt in lacrymis, hoc eſt membrum omnium in nobis nobiliſſimum & ſpecioſiſſimum, atque adeò ipſius animæ membrum; tanquam ergo ipſam videntes deflentem animam, ita flectimur: & Chryſologus *ſermone 9.* quanta vis in lacrymis peccatorum, rigant cælum, terram diluunt, gehennam extinguunt, delent in omne facinus latam Diuinâ promulgatione ſententiam: & Gregorius Nazianzenus *carmine* 51. vbi tres hominis recenſet Natiuitates, quarum prima eſt carnis, ſecunda Baptiſmi, tertia lacrymarum & doloris, id eſt Pœnitentiæ:

Tertia autem, Natiuitas, lacrymarum & doloris
Noſtri eſt, imaginem peccato ſuſcitatam detergens.

& *orat. 39. loco ſuprà citato*; itemque ſupra allati Authores capite 17. Baſilius Seleuciæ Epiſcopus *oratione 12. in Ionam*, Baſilius Magnus *in Ethicis Regula ſeu Definitione* 1. & D. Ambroſius *lib. de Sacramentis, cap. 6.* quod continetur etiam in *can. 56. eod. diſt. 1.* & *can. 54. &* &c. lacrymæ ſunt vinum Angelorum, ex D. Bernardo.

De Eleemoſyna.

CAP. XXI.

ELeemoſyna, vt ait D. Chryſoſtomus *homilia 23. ad Hebræos*, amica Deo eſt, ſtat ſemper ei propinqua, pro quibus velit facilè petens gratiam, modò à nobis ei non fiat iniuria, fit autem iniuria, quando eam facimus ex rapina: quod ſi ſit pura ac ſincera multam dat fiduciam ijs qui eam ſurſum emittunt, & rogat pro ijs

qui offenderunt; tantæ ſunt eius vires etiam pro A ijs qui peccarunt: ipſa perfringit vincula, ſoluit tenebras, ignem extinguit, vermem intcrimit, & expellit ſtuporem dentium, & eum magna ſecuritate aperiuntur portæ cælorũ, & quomodò ingrediente Reginâ nullus ex eis cui eſt commiſſa portarum cuſtodia, audebit examinare quænam ſit, & vnde, ſed omnes eam excipient, ita etiam eleemoſynam: eſt enim tenera Regina homines Deo faciens ſimiles; & ideo vt rectè idem Chryſoſtomus *homilia* 15. *ad Philippenſes*; eleemoſyna, ait, non accipientium, ſed dantium causâ introducta eſt; nam illi ſunt qui maximum quæſtum faciunt, Saluianus *lib.* 4. contra auaritiam, ſi vis eſſe tibi conſultum, ſi vis æternam B habere vitam, ſi cupis videre dies bonos, relinque ſubſtantiam tuam indigentibus Sanctis, relinque claudis, relinque cæcis, relinque languentibus, ſint facultates tuæ alimenta miſerorum, ſit opulentia tua pauperum vita, & illorum refrigeria præmia tua ſint, vt illorum refectio te reficiat; ſi enim illi de tuo edent, tu ſaturaberis, & ſi de tuo bibent, ſitis tuæ æſtum ardoremque reſtingues, te illorum veſtitus veſtiet, te illorum apricitas delectabit: non ergo vile ac deſpicabile putes ſi ſubſtantiam miſeris atque egentibus derelinquas, Chriſtum in cælis facies hæredem & hæreditatis emolumenta percipies; quæcumque enim Chriſto reliqueris, per Chriſtum omnia poſſidebis.

Cæterum oſtendimus ſuprà commendari plurimùm inter actus Pœnitentiæ eleemoſynam ex *can.* 69. 76. 77. *&* 83. *diſt.* 1. verba *canonis* 76. hæc ſunt: medicina Miſericordiæ tollit peccata magna; habemus etiam plura ſubſidia quibus peccata noſtra redimimus: pecuniam habes? redime peccatum tuum: non venalis eſt Dominus, ſed tu ipſe venalis es; peccatis tuis venundatus es, redime te pecuniâ tuâ; vilis pecunia, ſed pretioſa eſt miſericordia: Eleemoſyna, inquit, à peccato liberat, crimina eleemoſynis redimuntur. Verba *canonis* 77. hæc ſunt: medicamentum fortius quod maximè operatur in Pœnitentia hoc eſt, ſicut in præceptis Medicinæ medicamentum multas quidem herbas accipit, vnam autem dominantiſſimam, ſic & in D Pœnitentia dominatur iſta herba & potentior eſt, vniuerſum ipſa efficit; audi enim quid dicit Diuina ſcriptura, date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Verba *canonis* 68. hæc ſunt: quamobrem Rex conſilium meum tibi placeat, peccata tua eleemoſynis, redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum, forſitan ignoſcet tibi Deus.

De Vigilijs.

CAP. XXII.

VIgiliæ ſeu peruigilia quæ vocat D. Chryſoſtomus *epiſt. ad olympiadem* [illegible], Ambroſius vocat *lib.* 5. Pannuchia: in gloſſis peruigilium dicitur, *παννυχισμός*, [illegible] quibus in Eccleſiis Chriſtianis pernoctabant: pernoctabant, vt patet ex *can.* 56. *ſuprà citato, diſt.* 1. & ex D. Hieronymo *aduerſus Vigilantium: de vigiliis* & pernoctationibus in Baſilicis Martyrum ſæpe celebrandis in altera epiſtola, quam fermè ante biennium S. R[illegible] rio Presbytero ſcripſeram, reſpondi, & *epiſt. ad Letam*, vigiliarum dies & ſolemnes pernoctationes ſic Virguncula noſtra celebret, vt ne tranſuerſum quidem vnguem à Matre diſcedat: & ex Tertulliano *apolog. cap.* 2. Euſebio *lib.* 3. *hiſtor. Eccleſiaſt. cap.* 27. Nicephoro *lib.* 3. *cap.* 17. Et pernoctationes illas obſeruatas fuiſſe priſcis temporibus ab omnibus Chriſtianis, adhuc confirmatur ex Gregorio Nyſſeno *de vita S. Macrina*: cum nocturna vigilatio, vt in Martyrum celebritate, canticis pſalmis perfecta eſſet, ad crepuſculum multitudo, pſalmorum decantationem fletibus interpellabat: & *oratione in* 40. *Martyres*: & cum peruigilium obiretur in horto, vbi etiam Sanctorum reliquiæ pſalmis honorabantur Chriſtianis. Patet ex eodem Tertulliano *de corona Militis ſub finem, & lib.* 2. *ad vxorem, cap.* 5. & ex D. Cypriano *tractatu de oratione Dominica*, qui eas probat exemplo Annæ Propheteſſæ & Chriſti: & ex Cyrillo Hieroſolymitano *catecheſi* 9. & ex *apologia de fuga ſua, & lib. de Virginitate*, & ex D. Baſilio *epiſt.* 1. *&* 63. *& lib. Regularum fuſiùs explicatarum, Regula* 37. *& in pſalm.* 14. & ex Nazianzeno *oratione* 32. *&* 2. *de Paſcha* & ex D. Hilario *in pſalmum* 118. & ex D. Ambroſio *in eundem pſalmum* 118. & *ſermone* 60. *& epiſt.* 82. *&* 85. *& lib.*
C 7. *in Lucam cap.* 11. *& lib. de Abraham, cap.* [illegible] & ex D. Hieronymo *epiſt.* 7. 8. 10. 22. 27. 48. 53. & 105, *& in cap.* 4. *Daniel.* & 1. *contra Vigilantium, cap.* 1. *&* 4. & *in pſalm.* 91, *&* 118. & ex D. Auguſtino *ſermone* 5. *&* 251. *de tempore, & & lib.* 50. *homil. in* 26. *& lib.* 9. *Confeſſionum cap.* 7. de qua re vide Durandum *lib.* 3. *de Ritib. Eccleſiaſticis, cap.* 4. nec Ambroſius eas ſuſtulit, vt falsò aſſerit auctor Sermonum ad fratres in Eremo *ſermone* 25. qui falſo tribuitur D. Auguſtino, vt patet ex ijs quæ habentur *in eius vita*: & patet ex D. Auguſtino *lib.* 9. *Confeſſionum, cap.* 7. matrem D. Auguſtini vigilias cum D. Ambroſio Mediolani celebraſſe; imò inter eos qui eas celebrabant primas partes tenuiſſe. Nec etiam ſublatæ ſunt à Bonifacio 1. nam Leo 1. qui fuit eo poſterior, eas obſeruauit, vt patet ex *ſermone* 1. 2. 4. 5. 6. 7. *&* 8. *de ieiunio decimi menſis*, & *ſermone* 4. *de ieiunio Pentecoſtes*, & *ſermone* 1. 3. 4. 5. 9. *&* 8. *de ieiunio ſeptimi menſis*: & Flauianus, etiam & Diodorus poſteriores Bonifacio, eas item obſeruatunt, vt patet ex Theodoreto *lib.* 6. *trip. cap.* 32. item Gregorius adhuc eodem Bonifacio poſterior, vt patet ex eius *lib.* 4. *epiſt.* 12. extat etiam de iis locus celebris apud Sidonium Apollinarem *lib.* 5. *epiſt.* 17. vbi agit de vigiliis factis ad Sepulchrum S. Iuſti: conueneramus, ait, ad S. Iuſti ſepulchrum, ſed tibi infirmitas impedimento ne tunc adeſſes,
E proceſſio fuerat antelucana, ſolemnitas anniuerſaria, populus ingens ſexu ex vtroque, quem capaciſſima Baſilica non caperet, & quamlibet cincta diffuſis cryptoporticibus: cultu peracto vigiliarum, quas alternante multitudine Monachi Clericique Pſalmicines concelebrauerant, quiſque in diuerſa ſeceſſimus, non procul tamen, vtpote ad Tertiam præſto futuri, cum Sacerdotibus res Diuina facienda.

Verum tamen eſt eas alicubi prohibitas, vel veniſſe in deſuetudinem propter quædam ſcelera quæ ſub obtentu orationis committebantur,

vt patet ex concilio Elibertano *can.* 35. ſeu Melde‑ A
denſi vt putat Iuo, & ex concilio Autiſſiodorenſi *cap.* 5. vbi Vigiliæ D. Martini prohibitæ ſunt omnino: & inter ſupradictas conditiones peruigilias quas in honore Domini Martini obſeruant omnimodis prohibere. Sed ideo ſublatæ fuerunt omnino vigiliæ vel in feſtiuitatibus Sanctorum, vt patet ex eodem concilio Autiſſiodorenſi *cap.* 3. vel Paſchæ, & Natalis Domini, aliarumue ſolemnitatum, vt patet ex *capite* 11. *eiuſdem concilii.*

Et ſane mos fuit priſcis Eccleſiæ Sacerdotibus, vt ad orandum ſaltem noctu conſurgerent, vt de Carpo Cretæ Epiſcopo legimus apud D. Dionyſium *epiſt.* 8. qui circa mediam noctem vigilare ſolebat, quod ad Apoſtolicam B
traditionem refert Maximus eius Scholiaſtes: Apoſtolica, ait, traditio reliquit nocturnas conſtitutiones ſeu canones pſalmorum. Confirmatur ex D. Chryſoſtomo in *cap.* 5. *Iſaiæ*: omnes, ait, ſomni tyrannidem generosè contentione ſuperantes, à medio noctis vſque ad lucem perſeuerabant: & ex D. Baſilio in *Regulis fuſioribus*, *Reg.* 37. vbi refert illud ex *Actis Apoſtolorum*, *cap.* 16. circiter autem mediam noctem Paulus & Silas laudabant Deum: & *epiſt.* 1. vbi ait viris piis mediam noctem eſſe diluculum, ὑπὲρ τοῖς ἄλλοις ὁ ὄρθρος ἐστι, τοῦτο τοῖς ἀσκηταῖς τὸ μεσονύκτιον, id eſt, quod aliis eſt diluculum, id nox eſt media pietatis ſtudioſis. Et C
plurimùm commendantur vigiliæ à Patribus, vt manifeſtum fit ex Cyrillo Hieroſolymitano *catecheſi* 9. quando vero magis in pſalmodiam & orationem mens noſtra componitur? nunquid non noctu, & peccata perſæpe noſtra noctu in memoriam reuocamus: & ex D. Chryſologo *ſermone* 14. ſemper & ad omnia vigilias eſſe ſalutares nullus ignorat, quia plus vigilare, plus viuere eſt: & ex S. Leone *ſermone* 1. *de Quadrageſima*: vita hæc noſtra in medio inſidiatorum, in medio præliorum eſt, ſi volumus non decipi, vigilandum eſt; ſi volumus ſuperare pugnandum eſt: & ſcriptum eſt *Matthæi* 5. beati ſerui illi, quos, cùm venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Rurſus D. Paulus 1. *ad Timoth.* 3. vocat bonum Paſtorem νηφάλιον, id eſt ſobrium, vt habet vulgata verſio, vel vigilantem, vt vertit D. Hieronymus *lib.* 1. *in Iouinianum*; nam ei commendatur maximè vigilia; atque indefeſſum neque ſomno conniuentem Spiritum habe: & Gregorius Nyſſenus *oratione in Natiuitate Domini*: ſi verè Paſtores ſumus, & propriis gregibus inuigilamus, ad nos vtique ſpectat vox Angelorum quæ magnum annuntiat gaudium: & ideo Gregorius Nazianzenus laudat D. Baſilium, inter eius laudes ponit πάννυχος, id eſt vigilias, *oratione* 7. *circa finem*, & *oratione* 19. ex vigiliis maximè commendat S. Cyprianum, & *oratione* 21. D. Athanaſium, quem dicit in vigiliis inſuperabilem quendam habuiſſe vigorem. Commendatur denique omnibus à Leone *ſermone* 2. *in Epiphaniam*: non, ait, dormientibus prouenit Regnum cœlorum, ſed in Dei mandatis laborantibus & vigilantibus.

Porro non tantum Chriſtiani vſi ſunt peruigiliis, ſed etiam pagani, vt patet ex Dionyſio Halicarnaſſeo *lib.* 2. *antiquitatum*: peruigilia, ait, in templis hominum cum mulieribus: & ex Heraclito *epiſt. ad Hermodorum*, & Cicerone *lib.* 2. *de legibus*: ait vero Deos, & in his colendis nocturnas peruigilationes: ſic Ariſtophanes facetiſſimus Poëta veteris comœdiæ, & Plautus *prologo Aulular.* qui illam ſtuprauit noctu Ceteris peruigiliis: & *in Curculione*, veneri peruigilare noniſti: & ex Gellio *lib.* 2. *cap.* 23. in peruigilio vitiata eſt.

De Oratione.

CAP. XXIII.

ORatio plurimùm commendatur Pœnitentibus: nam quanta ſit vis orationis ad Deum, nemo eſt qui dubitet; & Patres omnes oſtendunt, & ita optimè de ea loquitur Gregorius Nyſſenus *oratione de ſcopo Chriſtiani* κορυφαία τῶν χορῶν τῶν ἀρετῶν, oratio eſt chori virtutum Antiſtita, dux & Præſul: & Macharius *homilia* 40. κεφάλαιον πάσης σπουδῆς ἀγαθῆς, oratio eſt boni totius inſtituti caput: & perdurare in oratione, honeſtarum actionum & virtutum excellentium ſummus vertex atque perfectio. Et Caſſianus *coll.* 9. *cap.* 1. ſicut adorationis perfectionem, omnium tendit ſtructura virtutum, ita niſi huius culmine hæc omnia fuerint colligata atque compacta, nullo modo firma poterunt vel ſtabilia perdurare. & D. Chryſoſtomus *oratio.* 1. *de orando*, oratio, ait, eſt caput & extremum omnium bonorum: & Clemens Alexandrinus *lib.* 7. *ſtromatum*. oratio eſt vniuerſa vita, & cum Deo conuerſatio, εὐχὴ ὁ βίος ὅλος ἐστιν ὁμιλία πρὸς θεὸν, & Dionyſius Areopagita *cap.* 3. *de Diuinis Nominib.* oratio eſt catena magna vndique fulgens, quâ licet ad ſolium Diuinum conſcendere. Et D. Damaſcenus *de Transfigurat.* vocabat orationem Diuinæ gloriæ demonſtrationem, θείας δόξης ἐμφάνισιν: & ideo vt obſeruat Euthymius *Lucæ* 19. facta eſt Transfiguratio Chriſti dum oraret, vt diſcamus quod oratio transformat, & hominem illoſtrat; Præterea Oratio, vt dicitur à Gregorio Nyſſeno *oratio.* 1. *de oratione*, eſt mœrentium conſolatio, lætantium animi delectatio: & vt etiam dicitur à D. Ambroſio *de obitu Valent.* eſt bonum quo omnia aduerſarii ignita ſpicula repelluntur: & à Gregorio Nyſſeno in *vita Gregorii Thaumaturgi*, κοινὸν ἀλεξιτήριον commune propugnaculum; item & gladius & arcus: & idcirco cum *Geneſ.* 48. 41. dicitur quod Iacob inuictus Amorrhæos vicit in gladio & arcu ſuo, Chaldæa verſio habet in oratione & deprecatione ſua. Quare rectè D. Macarius *homil.* 43. ita loquebatur de oratione: ſi fuerint Dæmones fortes robore, montibus haud diſſimiles, ab oratione comburentur veluti cera ab igni. Sed & maximè digna admiratione oratio, quod nos faciat Dei omnipotentis familiares: homines, ait Iamblichus *lib. de myſt.* frequenter orantes, admirationis virtus familiares Deorum colloeutores efficit, atque Diſcipulos: & D. Chryſoſtomus *orat.* 1. *de oratione* ait nos per orationem eum Angelis copulari τοῖς ἀγγέλοις συνάπτει: nam Angeli ſemper orant, vel laudant Deum; & ideo D. Athanaſius dicebat *hom.* 31. ad Antiochen. proprium eorum opus eſſe ὑμνεῖν ἀπαύστως hymnum indefinentem, continuamque laudem

cap. 7. de officiis Conſtantinopolitanis: hæc verba Virgo hodie Superſubſtantialem parit, ſunt contacium, aut contacii initium: & in *Menologio* ſunt ſimiles orationes noſtris in feſto Sanctorum cum inſcriptione contacium: Meurſius *in gloſſario*, non intellexit, nec Gretſerus de officiis Conſtantinopolitanis, quid ſit Contacium.

De Ieiunio.

CAP. XXIV.

IEiunium eſt valde neceſſarium Pœnitentibus, quod commendat Apoſtolus inter cætera ipſius recte facta 2. *ad Corinthios* 11. dicens *ἐν νηστείαις πολλάκις* id eſt in ieiuniis ſæpe, vt notat D. Baſilius *in Regulis breuioribus interrogatione* 103. & illud neceſſariò Pœnitentiam debet comitari, vt explicatur *Ioëlis* 1. *&* 2. vbi Pœnitentiæ modus per hæc verba præſcribitur; ſanctificate ieiunium, vt explicat Elias Cretenſis *in oration.* 1. *Gregorii Nazianzeni* & adhuc probatur ex D. Baſilio *homilia de ieiunio*: in morbum, ait, incidimus per peccatum, ſanemur per Pœnitentiam; ſed Pœnitentia ſine ieiunio otioſa eſt & infrugifera; & *paulò poſt*: per ieiunia ſatisfacito Deo: quin & ipſa quondam in Paradiſu vita ieiunii ſimulachrum eſt, non ob id modò quod homo Angelorum ~~ritu viuens, dum paucissimis~~ contentus eſt, ſimilitudinem cum illis aſſequitur; verum etiam, quod quæcumque poſt, hominum cogitatio commenta eſt, ea nondum erant excogitata in Paradiſo degentibus, nondum pecudum mactatio, non alia quæcumque perturbant mentem humanam: quoniam non ieiunauimus, exulauimus è paradiſo; ieiunemus igitur, vt ad illum poſtliminio reuertamur: & *paulò poſt*, probat ieiunium variis exemplis, vt quod per jejunium Moſes legem accepit digito Dei ſcriptam, quod Samuelem deprecatio cum ieiunio Matri tradidit, quod Sampſon fuerit inexpugnabilis, quia cum jeiunio in vtero Matris conceptus eſſet, & cum ieiunio educatus, quod ieiunium Matri Angelus indixerat vt ſeruaretur à filio: & *paulo poſt* ieiunium, ait, Prophetas generat, potentibus addit robur; jeiunium Legum latoribus ſubminiſtrat ſapientiam, bona animæ cuſtodit, corpori tutus conuictor, armatura fortiter belligerantibus, athletis exercitium, &c. Item probat quod jeiunium Heliam magni illius miraculi ſpectatorem fecerit, vt videret Dominum, vt viduæ filium ieiunio reſuſcitaret, vt ieiunio cælum clauderet; item quod tres pueri ieiunio conſecuti, vt in flammis manerent innoxii, item quod Daniel jeiunio fuerit à leonibus intactus, jeiunium enim multum confert ad virtutem Chriſtianorum, & ad vitæ munditiam ac puritatem, vt rectè docet Gregorius Nyſſenus *oratione de Beneficentia*, vbi ita concludit: *νηστεία θεμέλιος ἀρετῆς*, ieiunium virtutis eſt fundamentum: & *oratione in principium ieiunii*: ieiunium, ait, Sanctorum collactanea eſt, ieiunium omnis boni operis initium, & miraculorum perpetrator, ieiunans Eliſæus mortuum excitauit, ieiunans Moyſes Deum vidit, ieiunans Daniel incantationes Aſſyriorum domuit ieiunans etiam Dominus Diaboli impreſſionem compeſcuit: & eudem modo Iſido-

A rus Peluſiota *lib.* 1. *epiſt.* 69. tribuit omnia Sanctorum præclarè facta, ieiunio. Ieiunium, vt ait D. Bernardus *ſermone* 4. *de Quadrageſima* gratiam promeretur orandi Deum: nam olim dies ieiunii erant dies precum, vt colligitur *Iudith.* 6. *verſ.* 16. & docet D. Hieronymus *lib.* 2. *contra Iouinianum*, jeiunium Diabolum proſternit eodem modo quo hominis ieiuni ſputum ſerpentem interficit, vt ait Petrus Damiani *lib.* 2. *epiſt.* 11. ieiuniũ eſt pars Diuini coltus, quo nimirum Deus quodammodo colitur; vnde *Lucæ* 2. *verſ* 37. de Anna vidua dicitur, quod erat ieiuniis & obſecrationibus *λατρεύουσα*, Deum colens nocte ac die. Ieiunium eſt iuuenturis Pæ-
B dagogus ex D. Baſilio *homil.* 1. *ſupra citata de ieiunio*. Ieiunium eſt vitæ lignum ex Gregorio Nyſſeno *de Virginitate cap.* 24. Ieiunium, vt ait Chryſologus *ſermone* 32. eſt ſingulare ſanctitatis aratrum, colit corda, eradicat crimina, euellit delicta, vitia ſubruit, Charitatem ſerit, copiam nutrit, parat innocentem meſſem: & *ſermone* 12. ieiunium ſcimus eſſe Dei arcem, Chriſti caſtra, murum Spiritus, vexillum fidei, caſtitatis ſignum, ſanctitatis trophæum: & in *can.* 20. *diſt.* 5. *de Conſecrat.* jeiunium curat vulnera delinquentis, curatoſque ſanctificat; imò aliquando prodeſt ad ipſus morbos curandos *can.* 30. *ead diſt.* 5. *de Conſecrat.*

C Et cum dicimus Ieiunium, non intelligimus ~~tantùm~~ illud quod in Eccleſia certis temporibus eſt conſtitutum, ~~de quo~~ agitur in *can.* 17. *ead. diſt.* 5. *de Conſecrat.* non ~~dico hebdomadas~~, non duplicata, non multiplicata ieiunia, ſed vel ſingulos dies abſque ciborum luxuria tranſigamus: & *can.* 19. *ſequenti*: ſint tibi quotidiana ieiunia, & refectio ſatietatem fugiens: nihil prodeſt biduo triduoque tranſmiſſo vacuum portare ventrem, ſi poſt pariter obſtruatur: & *can.* 10. etiam *ſequenti*: ſint tibi ieiunia pura & continua atque moderata, id eſt quotidiè eſurire, & quotidiè prandere.

Porro præcipuum Ieiunium eſt abſtinere à
D peccato ex *can.* 25. *ead. diſt.* 5. *de Conſecrat.* Ieiunium autem magnum & generale eſt abſtinere ab iniquitatibus & illicitis ſæculi voluptatibus, quod eſt perfectum ieiunium: nam vt dicitur in *can.* 21. *ead. diſt.* 5. *de Conſecrat.* nihil prodeſt homini ieiunare & orare, aliaque Religionis agere bona, niſi mens ab iniquitatibus reuocetur, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur.

Sciendum verò eſt Ieiunia fuiſſe in duplici differentia: quædam enim indicta fuerunt pro tempore, & Incerta; quædam vero ſtata & cer-
E ta, & quæ dicuntur communia in concilio Gangrenſi *can.* 19. & in concilio Aquiſgranenſi *cap.* 69. & *can.* 17. *diſt.* 5. *de Conſecrat.* inter Ieiunia incerta poni poſſunt ea quæ Pœnitentibus præſcribebantur, vt in concilio *Epaonenſi cap.* 29. lapſis in hæreſim præſcribitur hoc ieiunium, vt tertiâ die ſine relaxatione per biennium ieiunent, & cum à Gregorio Papa 3. *epiſt.* 1. *ad Bonifacium Archiepiſcopum* ieiunium triduanum ſecundâ, quartâ, & ſextâ feriâ toto vitæ tempore parricidis indicitur, & cum à Patribus concilii Metenſis preces cum triduano ieiunio in proximo indictæ ſunt pro Rege Arnulpho. Ex iis etiam ſunt Ieiunia illa quæ fiebant & indicebantur à Patribus conciliorum antequam ea habe-

cœpiſſent, vt patet ex Tertulliano *lib. de ieiuniis contra Pſychicos cap.* 13. aguntur præcepta per Græcias illa certis in locis concilia ex vniuerſis Eccleſiis, per quæ & altiora quæque in commune tractantur, & ipſa repræſentatio totius nominis Chriſtiani magnâ veneratione celebratur; conuentum autem illis ſtationibus priùs, & ieiunationibus operari, &c. Item quæcumque ex alia ſollicitudinis Eccleſiaſticæ cauſa celebrabantur, vt conſtat ex eodem Tertulliano *dict. cap.* 13. bene autem, inquit, quod & Epiſcopi vniuerſæ plebi mandare ieiunia aſſolent, non dico de induſtria ſtipium conferendarum, vt noſtræ capturæ eſt, ſed interdum & ex aliqua B ſollicitudinis Eccleſiaſticæ cauſa.

Et hæc Ieiunia à Sacerdotibus conſtituta debent obſeruari æquè ac communia, vt patet ex concilio Turonenſi 3. *cap.* 47. Ieiunia, ait, quando generaliter pro aliqua neceſſitate indicuntur, diligenter ab omnibus cuſtodienda ſunt & obſeruanda; & ita in veteri Teſtamento ob cæſum Godoliam indictum, eſt à Iudæis ieiunium menſe ſeptimo, cuius meminit *Zacharias cap.* 8. *verſ.* 19. vti teſtantur Menologia Hebræorum; & ob combuſtum Ieremiæ librum etiam indictum eſt ab eis ieiunium annuum die ſeptima menſis noni, vt patet ex eodem Menologio. Hęc ieiunia aliquando indicta ſunt à Regibus de conſilio Epiſcoporum, vt conſtat de ieiunio C triduano indicto à Ludouico Pio *Imperatore ex epiſt. Capitularium quorumdam eiuſdem Ludouici*; quæ hanc habet inſcriptionem, epiſtola quæ generaliter eſt populo legenda: hoc anno, ait, conſilio Sacerdotum & aliorum fidelium noſtrorum generale ieiunium per totum Regnum noſtrum celebrare iuſſimus: quod ieiunium fuit triduanum, vt patet ex *concilio Pariſienſi 6. lib. 3. epiſt. Epiſcoporum ad Ludouicum Imperatorem.* Item de tribus triduanis Ieiunia quæ vno anno fecit Carolus Magnus, vt conſtat ex Breui capitulorum, quæ anno vndecimo, ſui edidit Imperii: de his quæ pro communi omnium vtilitate interroganda conſti- D tuit.

Præter illa ieiunia quæ præſcribebantur à Sacerdote Pœnitentibus, vel ab Eccleſia quibuſuis Chriſtianis, erant certa & communia quædam Ieiunia, vt Quadrageſimale, vt patet ex Epiphanio *in expoſitione fidei Catholicæ*: Quadrageſimam obſeruare atque in ieiuniis perſeuerare eadem conſueuit Eccleſia: & *can.* 16. *&* 25. *diſt.* 5. *de Conſecrat.* item feriâ quartâ & ſextâ, ex Clemente Alexandrino *lib. 7. ſtromatum* nouit ipſe Ieiunii quoque ænigmata horum dierum, quarti, inquam, & ſexti: dicitur autem ille quidem Mercurii, hic verò Veneris: & ex Ignatio *epiſt.* 5. & ex Petro Alexandrino Epiſco- E po & Martyre *in Synodico*; & ex eodem Epiphanio *hæreſi Aërii* 75. his verbis: quis eſt vſpiam terrarum, qui non in eo conſentiat quartam ſextamue feriam ſolemni in Eccleſia ieiunio conſecratam? item Sabbato, vt patet ex D. Auguſtino *epiſt.* 86. *&* 118. & Socrate *lib.* 5. *cap.* 22. Romani, ait, τὸ Σάββατον νηστεύουσι: & ex Caſſiodoro Romæ Sabbata vniuerſa ieiunant, quod ieiunium poſteà conuerſum eſt in ſolam abſtinentiam carnium, vt patet ex *can.* 31. *diſt.* 5. *de Conſecrat.*

Sed ex illis Ieiuniis, quædam erant tantùm

A ſemiieiunia, nempe illa ieiunia dierum in quibus fiebant & celebrabantur ſtationes, vt patet ex Tertulliano *lib. de ieiuniis contra Pſychicos cap.* 13. ecce enim (loquitur contra Catholicos) conuenio vos, & præter Paſcha ieiunantes, contra illos dies quibus ablatus eſt Sponſus, & ſtationum ſemiieiunia interponentes: & ratio eſt quia in diebus Stationum populus ieiunabat tantùm vſque dum ſtatio finiretur, quæ finiebatur horâ nona, vt patet ex eodem Tertulliano *eod. lib.* æquè ſtationes noſtras vt indignas, quaſdam & in ſerum conſtitutas, nouitatis nomine incuſant, hoc quoque munus & ex arbitrio obeundum eſſe dicentes, & non vltra nonam detinendum, de ſuo ſcilicet more: & *cap.* 10. non quaſi reſpuamus nonam cui & quarta Sabbati & ſexta plurimum fungimur: vnde Montaniſtas arguebant Catholici quod ipſi ſtationes producerent vltra horam nonam vſque ad veſperam, vt patet ex eodem Tertulliano *eod. lib.* arguunt nos quod ieiunia propria cuſtodiamus, quod ſtationes plerumque in veſperam producamus: nam Catholici finiebant ſtationem eiuſque ieiunium horâ nonâ, vt patet ex prædicto Tertulliano *loco citato*, & ex Epiphanio, Synaxes conſtitutæ ſunt ab Apoſtolis quarta, & pro Sabbato (id eſt Paraſceue) & τετράδι γὰρ, καὶ C ἐν προσαββάτῳ ἐν νηστείᾳ ἕως ὥρας ἐννάτης, id eſt quartâ verò feria & proſabbato in ieiunio vſque ad horam nonam.

Quid ſint ſtationes, & an differant à ieiuniis ignorant Interpretes, maximè propter locum Tertulliani *lib. de ieiuniis contra Pſychicos cap.* 14. qui nondum eſt intellectus; verba ſunt: ſi omnem in totum deuotionem temporum, & dierum, & menſium, & annorum erafit Apoſtolus, cur Paſcha celebramus annuo circulo in menſe primo? cur quinquaginta exinde diebus in omni exultatione decurrimus? cur ſtationibus quartam & ſextam Sabbati dicamus, & ieiunia Paraſceuem? quamquam etiam vos Sabbatum ſi quando continuatis, nunquam, niſi in Paſcha D ieiunandum, ſecundum rationem alibi redditam; nobis certè omnis dies vulgatâ conſecratione celebratur: nam ibi videtur confundere ieiunium cum ſtatione, dies enim ſexta erat dies ſtationis, vt ſuprà diximus, & tamen ibi dicitur ieiunii dies, quod fieri non poteſt; nam licet iiſdem ſtationum diebus ieiunia fierent, tamen verum eſt ſtationes conſiderandas eſſe tanquam diſtinctas à ieiuniis, vt patet ex eodem Tertulliano *cap. 2. eiuſd. lib.* his verbis: ſic & Apoſtolos obſeruaſſe, nullum aliud imponentes iugum certorum & in commune omnibus obeundorum ieiuniorum, proinde nec ſtationum, quæ & ipſæ ſuos dies habent quartæ feriæ, & ſextæ; & *lib. 2. ad uxorem cap.* 4. vt ſi ſtatio facienda E eſt, maritus die condicat ad Balneas, ſi ieiunia obſeruanda, ſuos maritus eadem die conuiuium exerceat, & *locis ante citatis.* Pamelius differentiam ſtationum à ieiuniis affert quam ſumit ab Iſidoro *lib. 6. originum* 19. & cum eo valdè decipitur. Iſidorus ergo ita loquitur: ieiunium autem, & ſtatio dicitur, ſtatio autem ex militari exemplo nomen accepit, pro eo quod nulla lætitia obueniens caſtris ſtationem militum reſcindat, nam lætitia libentiùs triſtitia ſollicitiùs adminiſtrabat diſciplinam; vnde & milites nunquam immemores ſacramenti magis

ſtatio ubus parent; diſcernunt autem quidam inter Ieiunium & Stationem, nam ieiunium eſt indifferens cuilibet diei abſtinentia, non ſecundum legem, ſed ſecundum propriam voluntatem: ſtatio vero eſt obſeruatio ſtatutorum dierum vel temporum. Non eſt ergo illa vera ſtatio doti adſcribenda. Dicendum eſt Stationes fuiſſe conuentus & ſynaxes, vt vocat Epiphanius *loco citato*, in quibus populus congregabatur in Eccleſia, & ſtabat ieiunus vſque ad horam nonam, & id ſonat nomen ſtationis, vt patet ex *gloſſis Latino-Græcis*: ſtatio στάσις, φυλακὴ καὶ παρεδρεία: & ex Heſychio ... καὶ τὴν ... λέγων: & ideo vocatur officina in *aliis gloſſis Latino-Græcis* ... : & dici poteſt officinas Notariorum dictas fuiſſe ſtationes à Iuſtiniano *Nouella* 44. quas nos vocamus Gallicè, *le Eſtudes des Notaires*: & ſtatio ita dicebatur ſumpta metaphora à re militari, vt patet ex eodem Tertulliano *lib. de oratione*: ſi ſtatio, ait, de militari exemplo nomen accipit; (nam & militia Dei ſumus) vtique nulla lætitia ſiue triſtitia obueniens caſtris ſtationes militum reſcindit: & ex eodem Iſidoro *loco citato*, qui & ſua verba ſumpſit ex Tertulliano, ſed ea non intellexit: & pro tali conuentu ponitur à D. Cypriano *epiſt.* 41. qui cum in ſtatione inuidioſis quoque conuitiis & clamoribus turbulentis proruerant: & ab eodem Tertulliano *lib. de corona militis*, *cap.* 11. iam & ſtationes aut alii magis faciet quam Chriſto, aut & Dominico die quando nec Chriſto. Quia tamen in illis ſtationibus ieiunabatur vſque ad horam nonam, vt dictum eſt, ſtationes vocantur ieiunia in *gloſſis Arabico-Latinis*: ſtatio erat ieiunium: & apud D. Ambroſium *ſermone* 36. ſtationes, ait, vocantur ieiunia; quod ſtantes & commorantes in eis, inimicos inſidiantes repellimus; vbi nota verba hæc *ſtantes & commorantes*, ex quibus dignoſcitur, vnde dictæ ſint ſtationes: & ſanè ex Onoſandro milites vigilias ſuas facere debent ſtantes, vt non mirum ſi ſtantes faciebant ſuas ſtationes Chriſtiani; nam fuit antiqua Eccleſiæ conſuetudo, vt diebus Dominicis Chriſtiani orando genua non flecterent, vt patet ex Iuſtino Martyre *quæſt.* 115. & ex Tertulliano *de corona militis*, & ex Synodo Nicæna *can.* 20. & hæc ab eis redditur ratio, vt oſtendatur nos cum Chriſto reſurrexiſſe, quam etiam affert Zonara *in can.* 20. *Synodi Nicænæ*: & ideo Petrus Damiani *epiſt.* .. *lib.* 3. reprobat morem Eccleſiæ Biſuntinæ, & aliarum in Gallia; vbi Clerici & laici ſedentes intererant ſacris.

Sed quare Tertullianus *dict. cap.* 14. tribuit ieiunia diei Paraſceues, cum potius ſtatio ad eam pertineat? Petauius exiſtimat id ideo fieri quod in Paraſceue vltra horam nonam protenderetur ieiunium. Petitus verò ait ludere Tertullianum in verbo *Paraſceues*: neuter rectè. Fuit tempus quo mihi videbatur corrigendus ille locus, & legendum, ieiunii Paraſceuem, ita vt feriam ſextam vocet ieiunii Paraſceuen; quia cum ieiunaretur die Sabbati, paraſceue non tantùm erat paraſcene Sabbati, tanquam feſti, ſed Sabbati tanquam ieiunii, quam vocat Sabbati Paraſceuem; & ita ſtationem diem facit, non vero ieiunii diem; & vocat ieiunium, Paraſceuem, propter Sabbatum in quo ieiunabatur in Eccleſia Romana: paraſceue namque dies eſt

A Veneris, vt patet ex Clemente Alexandrino *lib.* 7. *ſtromatum*: & eſt dies ante Sabbatum: & *Lucæ cap.* 13. & dies erat Paraſceues, & Sabbatum illuceſcebat; & à Græcis dicitur Proſabbatum: vt patet ex Epiphanio *loco citato*. Sed poſteà viſum mihi eſt per Paraſceuem intelligi debere diem Magnam Paraſceues, in qua & in Sabbato Sancto ieiunium celebrabatur, & continuatur, ita vt per illos duos dies ſimul iunctos vnum tantum eſſet ieiunium, vt videre eſt apud Athanaſium Nicænum: Paraſceuem & totum Sabbatum ieiunare, ſi fieri poſſit, nihil guſtantes vſque ad nocturnum Galli cantum Sabbati ſequentis; ſi quis autem non poſſit duos dies ſi-
B mul coniungere, obſeruet ſaltem Sabbatum: & patet ex *lib.* 5. *Conſtitutionum Apoſtolicarum*, *cap.* 14. 17. & 18. vbi feria ſexta & Sabbato ieiunatur ex toto vſque ad Gallicinium: & ſanè hanc Paraſceuem Magnam videtur intellexiſſe Tertullianus, cum ſtatim addit: quamquam vos etiam Sabbatum, quando continuatis, continuatis, ait, ieiunio. Quare licet feria ſexta dicatur dies Paraſceues, tamen cum hîc tanquam diſtincta ponatur, intelligenda eſt non quælibet Paraſceue, ſed Magna Paraſcene: nam eſt diſtinctum ieiunium, & ideo diſtinctè ponitur; vnde vtraque lectio poteſt conſiſtere, ſiue
C legamus ieiunii, ſiue ieiunus Paraſceuem; quamquam melior eſt lectio, ſi legamus ieiuniis Paraſceuem. Agitur ergo hîc de paraſceue ſancta, ſeu magna, quam ideo cum Sabbato Sancto coniungit. Dies ergo alii Paraſceues, erant dies ſtationum, ſed paraſceue Magna erat dies ieiunii, non ſtationis, & ideo ad diſtinctionem, alios dies Paraſceues vocat dies ſextas, hunc vero Paraſceuem.

Cæterùm noſtra loquendi conſuetudo quæ manſit adhuc penes nos, quâ dicimus ire ad ſtationes, vel facere ſtationes tunc cum conuenimus in aliquam Eccleſiam orandi gratiâ, oſtendit ſatis quid Stationes fuerint apud veteres;
D nam & illi vſi ſunt eadem formulâ loquendi, vt patet ex Tertulliano *lib.* 2. *ad vxorem*, *cap.* 4. *ſuprà citato*: ſi ſtatio; ait, facienda eſt, &c. & *lib. de Corona militis*, *cap.* 11. iam & ſtationes, aut alii magis faciet quam Chriſto? &c. ſtatio ergo non eſt propriè ieiunium, ſed eſt conuentus in Eccleſiam, vbi morantes & ſtantes orabant Chriſtiani, erantque ieiuni donec dimitterentur circa horam nonam, & in eo differt à ieiunio, quod ieiunium propriè ſumptum eſſet ſine ſtatione, & non fieret in diebus ſtationum; at ſtatio non eſſet ſine ieiunio, vel potiùs ſine ſemiieiunio: & ideo dies Sabba-
E ti erat propriè dies Ieiunii propriè ſumpti, non dies Stationis; & dies Paraſceues erat dies Stationis & Semiieiunii; vnde fit vt dies Paraſceues dicatur Paraſceue Ieiunii, quod præcederet diem Ieiunii, vel denique ſi nihil mutes in Tertulliani loco, dicendum feriam ſextam dici & Ieiunium & Stationem.

Pœnitentia fuit duplex, Vna Priuata, altera Publica.

CAP. XXV

POEnitentia ſumpta pro ſatisfactionis labore debito peccatis, vel eſt Publica, vel priuata: Publica pro graui & publico peccato infligitur, Priuata pro ſecreto & abſconſo ſiue [illegible]que pro leuiore peccato, vt habet[illegible] in *concilio Moguntino cap.* 10. *de Pœnit. cap.* 46. diſcretio, ait, B ſeruanda eſt inter pœnitentes publicè & abſconſè; nam qui publicè peccat, oportet vt publice mulctetur Pœnitentiâ, & ſecũdum ordinem canonum ſuo pro merito excommunicetur, & reconcilietur: & apud Iuonem *cap.* 47. *de Pœnitentia*, ex D. Auguſtino: diuerſitas culparum diuerſitatem facit Pœnitentiarum; nam & corporum Medici diuerſa medicamenta componunt, vt aliter vulnera, aliter morbum, aliter putredines, aliter caligines, aliter confractiones, aliter combuſtiones curent; ita & ſpirituales Medici diuerſis curationum generibus animarum vulnera ſanare debent: & in *can. Presbyter* 26. *quaſt.* 6. vbi dicitur, vt iis qui agunt Pœnitentiam peccatorum differentium, Epiſcoporum iudicio, C Pœnitentiæ tempus conſtituatur; ſique eius, qui Pœnitentiam agit, crimen ſit publicum & vulgo iactatum, quod omnem mouet Eccleſiam, ante abſidem, hoc eſt in Eccleſiæ facie, & palam ei manus imponatur.

Conſideranda eſt igitur grauitas vel leuitas peccati in pœnitentia imponenda, vt rectè ſtatuitur in *can.* 12. *Synodi Nicænæ, & can.* 102. *Synodi in Trullo, & in Synodo Ancyrana, can.* 5. *& in epiſt. canonica ad Amphilochium, can.* 30. 37. *&* 84. & monet D. Cyprianus *epiſt.* 47. nam aliqua delicta poſſunt paruis & modicis remediis ſanari, ex eodem D. Cypriano *ſermone de lapſis.*

Conſiderandum etiam eſt, an ſponte confiteantur crimen ſuum Pœnitentes, an coacte; D nam ſi ſponte & a[illegible]oſum ſit peccatum, non agent Pœnitentiam publicam, etiamſi ſit atrocius crimen; ſed tamen ob atrocitatem, eaſdem ſecum pœnas debet ſuſtinere quas Publici ſuſtinent pœnitentes, ex ſententia D. Auguſtini *apud Iuonem cap.* 53. *de Pœnitentia*, qui quidẽ locus eſt ſingularis, valdeque notandus: ſi quis, ait, inceſtum occultè commiſerit, & Sacerdoti occultè confeſſionem egerit, indicetur ei rem[illegible]dium canonicum, quod ſubire deb[illegible]et ſi facinus eius fuiſſet publicatum; verum [illegible]ia latet commiſſum, detur ei a Sacerdote conſi[illegible]m, vt ſaluti animæ ſuæ pro occulta P[illegible]nitentia proficiat, hoc eſt vt veraciter ex cor[illegible]e ſe grauiter E deliquiſſe confiteatur, & [illegible] ieiunia, & Eleemoſynas, vigilias atque [illegible]ctas operationes & orationes cum lachry[illegible] ſe purgare contendat, ſic ſe ad ſpem [illegible] eniæ pro miſericordia Dei peruenire confida[illegible] [illegible] vero coactè & c[illegible]nu[illegible]us ac condemna[illegible] [illegible] [illegible]œnitẽ[illegible]ia ei publica in magno cri[illegible]ine [illegible] nolit imponitur, vt patet ex *Synodo N[illegible] areacan.* 1. v[illegible] i P[illegible]ſbyter qui fornica[illegible] [illegible] P[illegible]œnitentiam, co[illegible] eam acc[illegible] [illegible]. E[illegible] diſti[illegible]o [illegible] inter ſpo[illegible]

A confeſſos [illegible] Nyſſeno *ad Letoium* [illegible]

Cæterum h[illegible] non ob[illegible] Deum [illegible] tam valet m[illegible] doloris, vt ſupra diximus [illegible] *cap.* 31. ideo in arbitrio An[illegible] quunt menſuram Pœnitentiæ [illegible]que c[illegible]mi[illegible]e.

De quibuſdam C[illegible]ius quæ Pœnitentiis Publicis [illegible]antur.

CAP. XXVI.

B IN concilio *Vernenſi* [illegible] C[illegible] 4. refertur ex Leone Papa P[illegible] a Publicà purgandos eſſe Monachos, qui [illegible] vel nuptias deuoluti ſunt [illegible] qui quondam Monachi, poſtea rel[illegible]a ſin[illegible]la ritis profeſſione ad militiam, vel nuptias deuoluuntur, Papæ Leonis Decr[illegible]o P[illegible] Pœnitentiæ ſatiſfactione purgan[illegible].

Item hi qui Sanctimonialibus [illegible] rur, etiam niſi per Publicam Pœnitentiam non recipiuntur eodem [illegible] *Vernen*[illegible] 5 qui Sanctimon[illegible]bus [illegible] ga fœdere [illegible] C ti Pa[illegible] & non per publicam [illegible] Pœnitentiam omn[illegible] recip[illegible] aut h[illegible] Viati[illegible] de ſæculo tranſeuntibus, [illegible] non negari, & ex *conc[illegible]lio M*[illegible] Carolo Caluo, *cap.* 6[illegible].

Item petulantes re[illegible] E[illegible] ex [illegible] & publico peccato p[illegible] Pœnitentia ſatisfaciant, ex concilio Meld[illegible] ſub Carolo Caluo *cap.* 6[illegible].

Item Raptores Virginum & Viduarum etiam publicæ Pœnite[illegible] ſubiguntur, ex *eod. con[illegible]l. Meld cap.* 64.

Item qui [illegible] Sponſas rap[illegible], ex *eod. conci[illegible] Meldenſi, cap.* 68. & qui viu[illegible]te Marito D Coniugem illius adulterauit, & [illegible] mortu[illegible] ſumpſit *cap.* 69. eiuſdem concilii Meldenſis.

Item omnes Publici peccatores, p[illegible] propter publicum homicidium, adulterium, [illegible] iurium, vſuram, vel quodcumque cri[illegible]e peccatum, vt patet ex *Capitulis Hincmari* quæ anno 12. Epiſcopatus ſui ſuperaddidit *cap.* [illegible].

Item Adulteri ex *Concilio Nam*[illegible] *cap.* 12.

Item Raptores omnes quorumcumque [illegible]orum, ex Capitulo Domini Ludo[illegible]ici Pi[illegible] *in concilio in Ingilenheim* Villa facto.

Item Omnes publico crimine conui[illegible] ex E *concilio Arelatenſi* 6. *cap.* 26. vt qui pu[illegible] crimine conuicti ſunt Rei, pub[illegible] iudicentur, & publicam agant Pœnitentiam ſecund[illegible] canones.

Item Qui propriâ vxore derel[illegible]â, vel [illegible] culpa interfectâ, aliam duxerit v[illegible] arm[illegible] depoſitis, publicam aget Pœn[illegible], ex *[C]apitulari Ludouici P[illegible] lib.* [illegible]. *cap* [illegible]9

Denique qui idola adorau[illegible] [illegible] [illegible], aut fornicati[illegible] [illegible], ad communionem [illegible] non ad[illegible] Pœnitentiam Publicam, *ex re*[illegible]

Papa ad inquiſitiones Ruſtici Narbonenſis, Inquiſitione & Reſponſione 19.

Et eum Pœnitentiæ illæ Publicæ veniſſent in deſuetudinem, ſtatutum eſt in *concilio Cabilonenſi* 2. ſub Carolo Magno, *cap.* 15. vt earum vſus renouarentur.

De quibuſdam qui Pœnitentiam publicam egerunt.

CAP. XXVII.

TEutberga vxor Lotharii Regis *in concilio Aquiſgranenſi*, quod ſe Germano inceſtu maculauiſſet cum Hucberto fratre, iuſſa eſt crimen Publicæ Pœnitentiæ ſatisfactione purgare, *can.* 86.

Pœnitentia item Publica impoſita fuit Vulmaro, quod tres filios ſuos peremiſſet, vt patet ex *Nicolai Papæ epiſt. ad Rinoladrum Epiſcopum*.

Item Impoſita fuit cuidam nomine Eriarth, quod Preſbyterum quendam atque Monachum occidiſſet, vt conſtat ex *alia epiſt. Nicolai Papæ ad Hincmarum Archiepiſcopum Remenſem*.

Indicta eſt etiam Pœnitentia publica in concilio Remenſi ſub Carolo Simplici ijs qui bello apud Sueſſiones inter Robertum & Carolum reges interfuerãt, vt patet ex *ipſo concil.* anno 923.

Impoſita eſt etiam Burgundo cuidam, quod res Eccleſiaſticas inuaſiſſet, vt patet ex *Nicolai Papæ epiſt. ad Frotarium Burdegalenſem Archiepiſcopum*.

Pœnitentiam publicam egerunt quædam mulieres Rhodonenſes, & Cerdo etiam hæreticus, teſte Irenæo *lib.* 1. *cap.* 9. *& lib.* 3. *cap.* 4.

Item Natbulius hæreticus ex Euſebio *lib.* 5. *cap.* 27. Et Philippus inuaſor Imperii contra Gordianum, ex eodem Euſebio *lib.* 6. *cap.* 27.

Fabiola etiam Romana propter diuortium factum cum marito; ex D. Hieronymo *epiſt.* 30.

Et Godefridus Lotharingiæ Dux ob incenſam vrbem Virdunenſem, vt refert Lambertus, & conſtat ex diplomate quo in Pœnitentiam receptus eſt in libro qui inſcribitur *ſtemmata Lotharingiæ Ducum*.

Henricus etiam 4. Imperator, vt refert idem Lambertus, & Gregorius 4. *epiſt.* 12.

Sueno quoque Rex Daniæ, cùm plures Principes interfici iuſſiſſet in Eccleſia in Feſto Circumciſionis, teſte Saxone Grammatico *lib.* 11.

Et Henricus 2. Rex Angliæ, vt conſtat ex Rogerio ab Houeden *in Annalibus Anglicanis*, & ex Herebetto *lib.* 3. *hiſtoria quadripartita*.

Richardus quoque Rex Angliæ, vt conſtat ex eod. Rogerio ab Houeden.

De Sacerdotum Pœnitentia.

CAP. XXVIII.

SAcerdotes non agebant Publicam Pœnitentiam, ſed in Monaſterio, vt patet ex *concilio Cabilonenſi* 2. ſub Carolo Magno, & ex reſponſis *Stephani* 2. Papæ *cap.* 13. & ex reſponſionibus *Leonis* Papæ ad inquiſitiones Ruſtici Narbonenſis *inquiſitione* 2. alienum eſt à conſuetudine Eccleſiaſtica vt qui in honore Preſbyterali, vel in Diaconi gradu fuerint conſecrati, hi pro crimine aliquo ſuo per manus impoſitionem remedium accipiant Pœnitendi, &c. vbi additur priuatam, pro pœnitentia, eos facere ſeceſſionem, vbi digne ſatisfaciant. Seceſſio vero illa, erat Monaſterium, vt ſupra diximus, & conſtat etiam ex *epiſt.* 1. *Ioannis* 2. *ad Caſarium Arelatenſem*: tamen in concilio *Arelatenſi* 2. dicitur Pœnitentiam deſiderantibus etiam Clericis non negandam, *cap.* 29. & in *concilio Arauſicano* 1. *cap.* 4.

De ſtatu eorum qui Pœnitentiam agebant.

CAP. XXIX.

VT ſciamus quis eſſet Status Pœnitentium, oſtendendum eſt quibus legibus eſſent obnoxij. Et 1. quidem Pœnitentes, dum Pœnitentiam accipiebant, tondebantur, & veſtem mutabant, ex concilio *Toletano* 3. *can.* 12. & *Toletano* 4. *can.* 54. & ex *Agathenſi can.* 15. Pœnitentes tempore quo Pœnitentiam petunt, impoſitionem manuum & cilicium ſuper caput à Sacerdote, ſicut vbique conſtitutum eſt, conſequantur; ſi vero comas non depoſuerint, aut veſtimenta non mutauerint, abiiciantur. Verba *canonis* 12. *concilii Toletani* 3. hæc ſunt: quicumque ab Epiſcopo, vel Preſbytero, ſanus, vel infirmus Pœnitentiam poſtulat; id ante omnia Epiſcopus obſeruet, & Preſbyter, vt ſi eſt vir, ſiue ſanus, vel infirmus, prius eum tondeat, & ſic ei pœnitentiam tradat; ſi verò mulier fuerit, non accipiat pœnitentiam niſi priùs mutauerit habitum.

Secundo Pœnitentes diebus Remiſſionis, genua flectebant, ex concilio *Carthaginenſi* 4. *can.* 82.

Tertio mortuos in Eccleſiam afferebant, & ſepeliebant, ex *can.* 81. *eiuſdem concilii*.

Quarto dùm Carinam ieiunabant, de loco in locum migrare non poterant, ex concilio *Salegunſtadienſi can.* 19. Carinam verò ieiunare, eſt ieiunare quadraginta dies in pane & aqua, vt patet ex Burchardo *lib.* 19. *cap.* 4. *articulo, occidiſti*: *Quadraginta* dies, ait, in pane & aqua, quod Teutonicè *Carinna* vocatur: & *art. ſi dimiſiſti, art. feciſti, art. rapuiſti*.

Quinto interim dùm Pœnitentiam agebant, nubere non poterant, ſed non ſeparabantur tamen ab Coniugibus ſuis, ne inciderent in fornicationem: quia Pœnitentiâ non diſſoluitur Matrimonium ex *can.* 21. *concilii Arelatenſis* 2. & *Toletani* 6. *can.* 8. & *Vormacienſis can.* 17. ideoque in eodem concilio Arelatenſi, *can.* 22.

dicitur Pœnitentiam coniugatis non niſi ex conſenſu dandam; & concilio *Aurelianenſi 3. cap. 24.*

Sexto Pœnitentibus non dabatur ſacra Vnctio, niſi eſſent reconciliati; nec alia ſacramenta concedebantur, *can. 72. concilio Vormacienſis.*

Septimo Pœnitentes albâ veſte vtebantur, ex *Decretis Lucy Papæ, cap. 5.*

Octauò, non poterant alios de fonte ſuſcipere ex *concilio Pariſienſi lib. 1. cap. 54.*

Nonò, Non ibant ad Balnea, vel conuiuia, ex Paciano *Parænesi ad Pœnitentiam.*

Decimò, Nulli militiæ nomen dare poterant ex *Leone Papa epiſt. 92. cap. 11.*

Vndecimò, non poterant communicare corpori Christi, ex D. Cypriano *de lapſis.*

Duodecimo, Non poterant ordinari, *can. ex Pœnitentibus diſt. 50.* ex Pœnitentibus Clericus, quamuis ſit bonus, non ordinetur: & *can. Canones apud Nicæam ead. diſt. 50.* & ex concilio *Agathenſi can. 43.* nullus, ait, de Pœnitentibus Clericus ordinetur, & qui iam ſunt per ignorantiam ordinati, miniſtrare Diaconus, in Altari cõſecrare Presbyter non præſumat, niſi in cauſa neceſſitatis: ſed eo quoque caſu Pœnitens non ordinabatur Presbyter, vel Diaconus, ſed Oſtiarius tantùm, aut Lector, *can. 68. dicta diſt. 50.* quod intelligitur etiam ſi Pœnitentia illa publica impoſita alicui ſit in morbo. *ex concilio Toletano 4. cap. 53*

Decimo-tertiò Si qui iam ordinati, propter aliquod graue peccatum, puta idololatriam, Pœnitentiam egiſſent, vix poterant in ordine manere, vt patet ex *Synodo Ancyrana*, vbi manent quidem in ordine & Cathedræ honore, ſed non poſſunt offerre, ſacrificare, aut prædicare: & idem patet ex *concilio Cabilonenſi epiſt. ad Theodoſium Epiſcopum*: & tantùm permittitur eis baptiſare in *concilio Aurelianenſi cap. 8.* Sed aliquando tamen mitiùs actum fuit cum eis, & reſtituti ordini ſuo, vt patet de Nouatianis Pœnitentibus *can. 8. Synodi Nicænæ.* Nec dicas abſolutè nulli Clericorum concedi agere Pœnitentiam, *can. 66. & 67. diſtinctione 50.* nam illud poſteà non fuit ſeruatum; vel ita intelligendum eſt, vt non agat Pœnitentiam, & maneat in ordine.

Decimo-quartò populus vniuerſus rogabat pro Pœnitentibus ipſis, vt patet ex *Conſtitutionibus Apoſtolicis lib. 2. cap. 16.* & Euſebio *lib. 6. cap. 36.* vbi Nouatianus aliquis dicitur receptus à Cornelio Papa, cum pro eo populus vniuerſus rogaret; & ex Syneſio *epiſt. 67.* vbi de Lamponiano dicit ſe pro eo pœnitente diu fuiſſe rogatum à populo: & ex D. Cypriano *lib. 3. epiſt. 8.* vbi conqueritur de Victore à Therapio admiſſo ad communionem ante legitimam Pœnitentiam, & ſine petitione plebis; & ideo Pœnitentes Charis Dei adgeniculabantur, non modo Clericis, ſed etiam laïcis, vt pro ſe deprecarentur Epiſcopum, ex Tertulliano *lib. de Pœnitentia, cap. 9.*

Decimo-quintò Pœnitentes, qui exactè & attentè Pœnitentiæ leges exequebantur, ſi caſu in itinere, vel mari mortui fuiſſent, vbi eis per Sacerdotem ſubueniri non poteſt, credebantur tamen eſſe in Communione fidelium, & memoria eorum orationibus & oblationibus commendabatur, ex *can. 9. concilii Carthaginenſis 4* & refertur *can. Sacerdos 26. quæſt. 7.* nam pro Excommunicatis nullæ fiebant oblationes ex D. Cypriano *lib. 1. epiſt. 9.* non offeretur pro eo, nec ſacrificium pro eius dormitione celebraretur; neque enim ad altare Dei meretur nominari in Sacerdotum prece, qui ab altare Sacerdotes auocare voluit.

Decimo-ſextò Sacerdotes qui Pœnitentiam impoſuerant, cum ipſis pœnitentibus, in ieiunio, vigiliis, & orationibus perſeuerabant, vt patet ex Clemente Alexandrino *in lib. Quis Diues ſaluabitur*, vbi ita loquitur de S. Ioanne Euangeliſta: crebris precibus Deum pro illo inuocat, continuis ieiuniis vnà cum eo ſe macerat, variis Diuinæ ſapientiæ ſententiis eius animum mitigat; neque priùs, vt fertur, inde deceſſit, quàm Eccleſiæ reſtitueret, dans magnum veræ Pœnitentiæ exemplum, præclarum ſecundæ regenerationis ſpecimen, illuſtre denique trophæum à peccatis Reſurrectionis: & ex Conſtitutionibus Apoſtolicis *lib. 2. cap. 16.* vbi dicitur, vt Diaconi rogent pro peccatore ejecto ex Eccleſia, ſicut Saluator noſter pro iis qui peccauerant, Patrem precabatur, &c. & ex Ruffino *in lib. de vitis Patrum*, vbi refert de quodam, quod cum peccatoribus ſe proſternens, die ac nocte tanquam ipſe in eorum peccatis eſſet obnoxius, flebat. Tempus autem illud durabat per duas ſeptimanas ex *Pœnitentiali Theoderi.*

Quod Epiſcopus daret Pœnitentiam, & Pœnitentes reconciliaret, vel in eius abſentia, aut de eius conſenſu Presbyter.

CAP. XXX.

DAre Pœnitentiam olim pertinebat ad Epiſcopum, *can. ſi iubet 26. quæſt. 6.* qui eſt concilii Carthaginenſis 2. *can. Pœnitentibus hac ipſa 26. quæſt. 7.* vt Pœnitentibus ſecundum differentiam peccatorum, Epiſcopi arbitrio Pœnitentiæ tempora decernantur; & vt Presbyter inconſulto Epiſcopo non reconciliet Pœnitentem, niſi in abſentia Epiſcopi, neceſſitate cogente.

Multò magis ergo reconciliare Pœnitentes ad Epiſcopos pertinebat *can. 1. ſi iubet 26. quæſt. 6.* & ex concilio *Arelatenſi 2. can. 10.* quod intelligitur etiamſi peccatum eſſet occultum, *can. 4. Presbyteri 26. quæſt. 6.* niſi iuſſione Epiſcopi *dict. can. Presbyteri*, vel abſente Epiſcopo, *c. Presbyter ead. cauſa & quæſt.* vel neceſſitate cogente, *dict. can. Pœnitentibus 26. quæſt. 7.* putà ſi dies mortis inſtaret, vt patet ex Lamponiano apud Syneſium *epiſt. 67.*

Nec dicas Diaconos etiam reconciliare ex D. Cypriano *epiſt. 13.* ſaltem eos qui libellos à Martyribus acceperunt. Reſpondetur enim eos qui libellos huiuſmodi acceperãt a Martyribus, iam ab eis reconciliatos fuiſſe priuatim, & ita à Diaconis potuiſſe recipi. Ratio vero cur presbyteris permiſſum fuit, hæc eſſe poteſt quia cum reconciliabantur Pœnitentes ab Epiſcopo, Presbyteri ſimul cum Epiſcopo manus eis

Imponebant, teſte D. Cypriano *epiſt.* 11. nec ad communionem, ait, venire quis poſſit, niſi prius illi ab Epiſcopo & Clero manus fuerit impoſita, & *epiſt.* 10. *ad Clerum*: ad Exhomologeſim veniant, & per manus impoſitionem Epiſcopi & Cleri, ius communicationis accipiant.

Dabatur Pœnitentia per manuum impoſitionem.

CAP. XXXI.

CErtum eſt Pœnitentiam fuiſſe datam per Manuum impoſitionem, quod conſtat ex *can.* 5. *concilii Agathenſis* his verbis: Pœnitentes tempore quo Pœnitentiam petunt, impoſitionem manuum, & ſupra caput cilicium à Sacerdote, ſicut vbique conſtitutum eſt, conſequantur: & ex *epiſt. Leonis ad Epiſcopum Narbonenſem, Reſp.* 2. pro crimine aliquo ſuo per manus impoſitioné, remedium accipiunt Pœnitẽdi: & ex *concilio Toletano* 6. *can.* 7. vbi dicitur, quod Pœnitentiæ Profeſſio pro venia peccatorum ad manum Sacerdotis deducit: & ex *concilio Toletano* 11. *can.* 12. qui Pœnitentiam, ait, in mortis agit periculo, non diutiùs à gratia Reconciliationis differendus eſt, ſed ſi præcincto mortis vrgeatur periculo, Pœnitentiâ per manus impoſitionem acceptâ, ſtatim ei reconciliatio adhibenda eſt ne priùs ab humanis rebus æger abſcedat, quàm donum Reconciliationis accipiat, ſicque ſuperſtitibus quodammodo doloris videatur eſſe perpetui, ſi præciſum ab Eccleſiæ membris eum qui vtique reconciliationem non meruit, receptum de præſenti vita mors naturæ ſubduxerit.

Durante etiam Pœnitentia, donec quis veniſſet ad communionem, variis manuum impoſitionibus erat obnoxius, vt conſtat ex *concilio Toletano* 3. *can.* 11. vbi dicitur, vt priùs is quem pœnitet à communione ſuſpenſus, ſedeat inter reliquos Pœnitentes, & ad manus impoſitionem crebro recurrat: & ex *canonibus Iſaac Lingonenſis Epiſcopi tit.* 5. *cap.* 11. criminalia, ait, peccata multis ieiuniis, & crebris manus impoſitionibus, eorumque ſupplicationibus, iuxta canonum ſtatuta placuit purgari; ita vt nemo ſine manus impoſitione Epiſcopi, aut eius iuſſu, alicuius Preſbyteri, ſe credat eſſe ſuis à facinoribus abſolutum; & id oſtendit exemplo Lazari, qui bis ſenſit manum Apoſtolorum, ſemel cùm Chriſtus dixit eis, tollite lapidem; & deinde cum dixit eis, ſoluite eum & ſinite abire; nam ille ordo qui fuit ſeruatus in Lazaro reſuſcitando, oſtendit ordinem qui fit in Pœnitente reconciliando; erat enim à mortuis reſuſcitatus Lazarus antequam vincula eſſent ſublata, ſuſcitatus per manus impoſitionem tollendo lapidem, & deinde faſciis ac vinculis ſolutus per aliam manus impoſitionem, vt non ſit mirum ſi Pœnitens abſoluatur à peccatis, & ita reſuſcitetur, & nundum communicet Eucharistiæ, hoc eſt adhuc indigeat aliâ manus impoſitione, quæ vincula tollat, vt optimè diſſerit idem Iſaac Lingonenſis Epiſcopus, *loco citato*. Et ideo Pœnitentes dicuntur eſſe ſub manu poſiti Sacerdotis, *cap.* 6. *Decretorum Fœlicis Papa* 3. ne quis, ait, fratrum Coepiſcorum, vel Preſbyterorum, in alterius Diœceſi Pœnitentem, vel ſub manu Sacerdotis, aut eum qui ſe reconciliatum eſſe dixit, ſine Epiſcopi, vel Preſbyteri teſtimonio & literis ſuſcipiat; & dicitur aliquandio ſub manus impoſitione detineri, *d. ct. cap.* 6.

Porro illa quâ primùm quis Pœnitentiam accipiebat, dicebatur prima manuum impoſitio ad differentiam aliarum, vt patet ex *concilio Gerundenſi*, *can.* 90. cùm dicit eum qui in ægritudinis languore Pœnitentiæ Benedictionem accipit, & conſequenter primam manuum impoſitionem; ſi recunualeſcat, debere caput Pœnitentiæ in Eccleſia publicè ſubdere.

Ea autem fieri poterat etiam in lecto, cum quis confitebatur ſua peccata, in eo jacens & ægrotus, vt patet ex *dict. can.* 9. Fiebat etiam extra Eccleſiam in loco Eiulantium, ſi quis primam publicam Pœnitentiam inchoaret, vt patet ex *can.* 46. *Synodi Carthaginenſis*, vbi Zonaras ita loquitur: quamobrem, ait, & illis extra Eccleſiam manus imponi, & in ordine Pœnitentium, vt extra ſacros ambitus in ſtatione flentium conſiſtant, collocari canon iubet; illud namque ante abſidem idem ac ante propyleum ſignificat.

Fiebat & manuum impoſitio Pœnitentibus in Miſſa poſtquam exiiſſent Catechumeni, vt patet ex *concilio Laodiceno*: oportet, ait, ſeorſum primùm poſt Epiſcoporum ſermones, Catechumenorum [illegible] orationem peragi, & poſtquam exierint Catechumeni, [illegible] qui Pœnitentiam agunt fieri orationem, & cùm ij [illegible] manum acceſſerint & receſſerint, fidelium preces ſic fieri.

Item manus imponebatur Pœnitentibus maximè in gradu Subſtratorum, vt patet ex *canonibus Iſaac tit.* 1. *can.* 16. Pœnitentes, ait, tribus annis ſint inter Audientes, quinque verò, vel ſeptem annis ſubjaceant inter Pœnitentes manibus Sacerdotum, duobus etiam oblationes non ſinantur offerre, ſed tantummodo populis in oratione ſocientur.

Item manus eis imponebantur cùm in gradu fidelium conſtituebantur, & communionem ad preces accipiebant, vt patet ex *can.* 1. *Synodi Nicæna*: ſed illa manuum impoſitio erat Reconciliatoria, ſaltem ad communionem precum de qua poſtea agemus.

Denique vltima erat manuum impoſitio quâ reconciliebantur Altari, vt patet ex D. Cypriano *epiſt.* 10. *ad Clerum*, & *can.* 76. *Synodi Carthaginenſis* 4. reconcilietur per manus impoſitionem, & infundatur ori eius Euchariſtia, de qua etiam manuum impoſitione agemus poſteà ſuo loco.

De diuerſis Gradibus Pœnitentiæ.

CAP. XXXII.

VArij erant Ordines ſiue Gradus Pœnitentiæ, ſeu varia loca in quibus Pœnitentes agebant Pœnitentiam: vocantur enim loca à Sozomeno *lib.* 7. *hiſtor. Eccleſiaſt. cap.* 16. & Balſamone in *can. vlt. epiſtolæ canonicæ Gregorij Thaumaturgi*. Ea vero loca quinque enumerantur in *dict. can. vlt.*

Primus locus ſeu Gradus eſt, [illegible]

id eſt fletus ſeu luctus; qui erat extra portam Oratorii, vbi peccatorem ſtantem oportebat orare fideles ingredientes, vt pro ſe precarentur; vt dicitur in *dict. can. vlt.*

Secundus Gradus ſeu locus dicitur ἡ Ἀκρόασις, id eſt auditio, quæ ibidem dicitur eſſe intra portam, in pertica, vbi oportet eum qui peccauit, ſtare vſque ad Catechumenos, & illioc egredi: audiens, ait ſcripturas & doctrinam ejiciatur, & precatione indigous cenſeatur; & ideo Balſamo *in can.* 11. *Synodi Nicæna* 1. dicit Audientes, ſeu Pœnitentes qui audiunt extra Templum ſtare, denique hymnos & cantica dicere.

Tertius gradus ὑπόπτωσις, id eſt ſubiectio, ſubſtratio, humiliatio, vel proſtratio; proſtrationis enim verbo vtendum potiùs videtur ex *can.* 17. *diſt.* 30. ſubiectio verò, vel ſubſtratio eſt ex Gregorio Thaumaturgo, *loco citato*, vt intra Templi portam ſtans Pœnitens, cum Catechumenis egrediatur. Balſamo explicat, intra Eccleſiam ſtare, ſed poſt ambonem, & cum Catechumenis exire.

Quartus locus eſt σύστασις, conſiſtentia atque congregatio, vt cum fidelibus conſiſtat Pœnitens, & cum Catechumenis non egrediatur, *dict. can. vlt.*

Quintus eſt ἡ Μέθεξις, ſeu participatio Sacramentorum, *dict. can. vlt.* horum omnium Graduum fit mentio in *can.* 22. *epiſt. D. Baſilii ad Amphilochium*, & *can.* 57. 58. 66. & 83.

An fuerit neceſse Pœnitenti tranſire per omnes illos Gradus.

CAP. XXXIII.

Dicimus in agenda Pœnitentia non fuiſſe neceſſe eam agere per omnes illos Gradus, eamque potuiſſe conſtitui in hoc, vel illo gradu, non tranſeundo per alios, pro arbitrio Epiſcopi ita iudicantis; quod multis exemplis oſtendi poteſt: & primùm ex *epiſt. D. Baſilii ad Amphilochium*: nam *can.* 61. fur conuictus, duobus annis tantùm arcetur à Communione, quorum duorum annorum vno ſit proſtratus, alio conſiſtat; & ſic nunquam eſt inter Lugentes, nunquam inter Audientes: *can.* 82. Polygami vno anno flentes, & omiſſo gradu Audientium, tribus annis proſtrati, ſuſcipiuntur ad Communionem: *can.* 4. trigami, omiſſo loco eiulantium, duobus annis inter Audientes, & deinde, omiſſo etiam loco Proſtratorum, permittuntur conſiſtere: & *can.* 34. adulteræ mulieres, omiſſo loco Eiulantium, Audientium, & Proſtratorum, ſuam Pœnitentiam agunt totam inter Conſiſtentes, ne maritis, & aliis id notum fiat: & ſic de aliis. Et ex *epiſt. Gregorii Nyſſeni ad Letoium*: nam *can.* 6. homicidium ter nouem annis punitur, vt quis ſit nouem annis inter Eiulantes, nouem inter Subſtratos, & poſtea omiſsâ Communione precum, perueniat ad Communionem Sacramenti. Et *Synodo Nicæna*, in qua dicitur de Pœnitentibus, quod ſi lacrymis, tolerantiâ, & bonis operibus conuerſionem oſtenderint, hi omiſſo gradu Eiulantium, impleto Auditionis tempore quod præfinitur, meritò orationum habeant communionem; & ſic tranſiliant ordinem Proſtratorum: imo, vt ibidem dicitur, Epiſcopus adhuc poterit non expectare tres annos Auditionis, cùm alias ſi quis tantum corpore ſatisfaciat, is omnem implere debeat gradum pœnitentiæ; qui locus eſt valde notandus: Et ex *Synodo Ancyrana can.* 5. 8. & 9. & ex multis aliis canonibus.

De Pœnitentiis antiquis.

CAP. XXXIV.

Generalis regula ponitur apud Iſaacum Lingonenſem *Titulo* 1. *cap.* 16. vt Pœnitentes, qui ex grauioribus peccatis pœnitentiam gerunt, tribus annis ſint inter Audientes, & quinque, vel ſeptem annis ſubjaceant inter Pœnitentes manibus Sacerdotum, ſicut Nicæna Synodus de lapſis conſtituit: & ita quod de lapſis conſtituerant patres Synodi Nicænæ *in can.* 11. generaliter de omnibus, qui grauiùs deliquerant ſtatuendum cenſuerunt alii poſteà Epiſcopi, vt Iſaac noſter Lingonenſis. Sunt tamen aliqui canones quibus etiam hæc crimina diſtinctè vindicantur, quorum aliquos non erit inutile in hoc capite recenſere.

Adulteri ex *epiſt. Gregorii Nyſſeni ad Letoium can.* 14. in ſex annis ab oratione expellantur omnino, in ſex etiam annis ſint Auditionis participes, & in ſex aliis ſint cum proſtratis: ex *Synodo* verò *Trullana can.* 76. ſi quis reliquiſſet vxorem ſuam, vt aliam acciperet, erat etiam adulter, ſed aliter puniebatur, vt patet ex hoc canone: à patribus, ait, noſtris ſtatutum eſt, vt qui ſunt eiuſmodi, annum defleant, biennio audiant, tertio anno ſubſternantur, & ſeptimo cum fidelibus conſiſtant, & ſic oblatione digni habeantur, ſi cum lacrymis egerint Pœnitentiam.

Ex D. Baſilio *ad Amphilochium*, Adulteri, Venefici, Homicidæ, Maſculorum & Animantium Initores, Idololatræ, eadem condemnatione habentur digni: ſed in *can.* 58. Adulter in quindecim annis Sacramentis non communicabit; in his autem quindecim annis ſic diſpenſabitur, quatuor annis erit Deflens, quinque Audiens, quatuor Subſtratus, in duobus conſiſtens ſine Communione: Adultera vero mulier propter ſcandalum, & mortis periculum, non percurrit illa omnia loca, ſed ſtatim ponitur inter Conſiſtentes, & ibi ſtat ſine Communione donec tempus impleatur pœnitentiæ ex *can.* 34. D. Baſilii: manebit ergo ibi per quindecim annos, niſi Epiſcopus aliter de ea diſpenſet.

Abortionem facientes, cædis pœnas luunt; oportet autem non vſque ad obitum eorum Confeſſionem extendere, ſed decem annorum menſuram admittere; definire verò non tempore, ſed modo Pœnitentiæ medicinam, ex *epiſt. D. Baſilii can.* 2. idemque definitum eſt in *can.* 21. *Synodi Ancyranæ* de mulieribus, ait, quæ ſunt fornicatæ, & fœtus in vtero perimunt, & fœtuum necatoriis medicamentis faciendis dant operam, prior quidem definitio vſque ad exitum vitæ prohibebat, & ei quidam aſſentiuntur; ſed humanitate tamen vtentes decreuimus, vt decennium per gradus definitos impleant: non dicit autem quantùm manerent in quolibet

gradu, & [illegible] non ſit d[illegible] [illegible] in arbitrio eſt Epi[illegible] [illegible] habeat [illegible] tas pœnas ex [illegible] *ad Letoium can. 6.*

A[illegible] inter hyemantes aliquo tempore manent ad atrium Epiſcopi, *can. 17. Synodi Ancyranæ*, quod autem ad alios gradus attinet in *can.* [illegible] diſtinguitur inter eos qui decimum ſextum annum non attigerunt, & eos qui illam ætatem exceſſerunt; nam illi qui non attigerunt decimum ſextum annum, quindecim annis manent proſtrati, poſt quos 15. annos communionem ad preces aſſequuntur, deinde cum in communione illa quinque annos perſeuerauerint, tunc etiam oblationem attingunt; examinetur autem & eorum in proſtratione vita, & ita humanitatem conſequantur: nam ſi quidem improbe & malignè in peccatis fuerint, [illegible] proſtrationem habebunt. ſi vero tranſgreſſi ſint [illegible] imum quintum annum, & habentes vxores in hoc peccatum inciderint, viginti [illegible] annis ſubſtrati, communionem ad preces aſſequantur, deinde cum in precum communione quinque annos peregerint, oblationem aſſequantur: ſi autem quinquageſimum annum tranſgreſſi, & mulieres habentes, ita peccauerint per totam vitam pœnitentiam agant, & in [illegible] communionem aſſequantur.

[illegible] A[illegible]es & Ati[illegible]s recipiunt & ijs [illegible] ſeptenni, & poſt [illegible] an[illegible] fuerint, & anno audierint, in [illegible] ſubſtrati, & anno cum fidelibus con[illegible] admittuntur e D. Baſilio *ad Am[illegible] can. 38.* ex *Synodo* vero *Ancyrana can. 24.* quinquennio pœnitentiam agunt, tres annos in [illegible] one, & duos annos in oratione [illegible] oblatione.

Au[illegible]es autem & Arioli ipſi tanquam homicidæ puniuntur, *can. 72. ad Amphilochium*, & [illegible] Pœnitentiam agunt, ſcilicet, vt obſeruat Ba[illegible] in *c 83. ad Amphiloch.* vt vel viginti annis inſtar voluntariorũ homicidarum, vel decem annis inſtar in voluntariorum Pœniteant.

[illegible]gami vno anno ſegregantur; trigami triennio, vel quatuor, ex quorumdam ſententia, & ex [illegible] ine in trigamis eſt quinquennii ſe[illegible] non à canone quidem, ſed interpre[illegible] ita tamen vt non [illegible] eantur omnino ab [illegible] tes duobus vel tribus annis, & poſtea con[illegible] in [illegible] con[illegible] [illegible] abſtineant, & [illegible] Pœ[illegible] [illegible] oſtenderint, Communionis loco r[illegible] tuantur, ex *can. 4. ad Amphilochium.*

F[illegible] Pœnitentia ſunt quatuor anni; [illegible] & extra preces 32. anno [illegible] A[illegible] 3. admittuntur ad Pœnitentiam; 4. anno [illegible] ionem cum populo abſtinentes [illegible] veniunt ad Boni communionem, *can.* [illegible] *2. ad Amphilochium*; ſed in *can.* [illegible] dan[illegible] ptem annorum Pœnitentiæ: [illegible] ſeptem annis [illegible] non communicabit [illegible] duobus [illegible] duobus audiens, duobus proſtratus, vno [illegible] octauo admittetur ad Communionem.

Homicida [illegible] voluntarius, viginti annis ſanctificatis non communi[illegible] debet quatuor annis deflere extra portas Oratorii, fideles ingredientes [illegible] , vt pro eo precentur, ſuam iniquitatem pronuntians; poſt quatuor annos inter Audientes recipietur, & quinque annis cum ipſis egredietur, in quatuor annis ſolùm ſtabit cum fidelibus, ſed non erit oblationis particeps; his autẽ expletis erit particeps ſanct. ſacrorum: D. Baſilius *can. 56 ad Amphilochium.* Innoluntarius autem vndecim annis non communicabit, duos ſcilicet annos deflebit, tres inter Auditores erit, quatuor inter Subſtratos, anno ſolùm conſiſtet, & rurſum ad ſacra admittetur.

[illegible] ulis ſacrificantes Clerici vi tormentorum, qui poſtea reluctati ſunt, retineant honorem, ſed munia amittunt, *can. 1. & 2. Synodi Ancyranæ*; ſique inſuper coacti ſint ad idola prandere, & non ægre id fecerint, ſed læto habitu ac veſte ſumptuosâ, anno audientes, tribus annis proſtrati, orationi [illegible] duobus annis communicabunt, & tunc ad id quod perfectum eſt, accedent, *can. 4.* ſi verò triſtes hoc fecerint & dolentes, triennio ſubſtrati, tertio communicant ſine oblatione, vt id quod perfectum eſt triennio accipiant, *can. 5.* Gregorius tamen Nyſſenus *can. 5. ad Letoium*, pro voluntaria cæde tribuit ter nouem annos, ita vt ſit nouem annis in perfecta ſegregatione, id eſt inter Eiulantes, vt explicat Balſamo; nouem inter Audientes; nouem inter Subſtratos in conuerſione orans, vt ita perueniat ad communionem, niſi propter pœnitentiam, anni ſeptem pro nouem dentur.

Inceſtuoſi, ſi cum ſorore coierint, homicidæ tempore puniuntur, id eſt per viginti annos, *can. 67. ad Amphiloch.* ſi cum alia etiam ex cauſa Matrimonii, vt adulteri puniuntur, ex *can. 68.* prohibitæ, ait, cognationis in matrimonium coniunctio, ſi deprehenſa fuerit, vt quæ in hominum peccatis facta eſt, ſubibit adulterorum pœnas. Quod verò *can. 75.* non ſunt niſi 11. anni, nempe tres inter Eiulantes, tres cum Audientibus, tres cum Proſtratis, ita vt decimo anno in fidelium oratione ſuſcipiatur ſine oblatione, cumque duobus annis vna cum fidelibus ad orationem ſubſtiterit, ſic deinceps habeatur Boni communione dignus; illud fit quia agitur de inceſtu qui fuit cum ſorore ex patre tantùm, vel ex matre tantùm, vndè mitius punitur.

Idem Decretum eſt in eos qui ſuas nurus accipiunt: Item in eos qui ſuas in vouet ecas inſaniunt, puniuntur enim. vt qui in ſuas ſorores inſaniunt.

In *can.* vero 7 ait eos qui per ignorantiam inceſtum fecerunt & Pœnitentiam egerunt per 30. annos, eſſe recipiendos, quia fere totâ ætate Satanæ traditi ſunt.

Periurus vndecim annos non erit Communionis particeps; duobus annis id deflens, tribus audiens, quatuor ſubſtratus, anno vno ſolùm conſiſtens, & ſic tunc communione dignus habebitur *ad Amphilochium can. 64.*

Raptores mulierum prætextu Matrimonii, tribus annis ſunt extra orationem, ex ſententia D. Baſilii, qui ea de re ait non haberi canonem, *can. 30. ad Amphilochium*

Sacrilegi ſeptem annis pœnitent. 1. anno extra cœmeterium quod violarunt, conſiſtunt; 2. ante fores Eccleſiæ; 3. in Eccleſia, & in eo triennio carnes non comedant, vinum non bibant, nec communicent; nou dicitur quomodo diſpenſentur anni alii *can. Depon. 12. quæſt.* [illegible] *& Nyſſenus epiſt. ad Letoium, can.* [illegible] *& vlt.* mitatur cur eo leuitatis deſcenſum ſit, vt ſacrilegium ma

non Pœnitentiâ purgetur quàm adulterium.

Sepulchri effoſſores vndecim annos carebunt communione; duobus deflentes, tribus audientes, quatuor ſubſtrati, vno conſiſtentes, & tunc admittendi, *ad Amphilochium can.* 66.

Vxores plures ſimul habentes, anno flent, tribus ſubſtrati, ſic ſuſcipiuntur ad communionem, *ad Amphilochium can.* 90. de his verò qui plures, vnam poſt aliam habent, vt digami, trigami, diximus ſuprà.

Virgines lapſæ, poſt annum admittendæ ad ſimilitudinem bigamorum, ex *can.* 18. *ad Amphilochium.*

Et hæ ſunt præcipuæ delictorum humanorum Pœnitentiæ: nec enim putandum eſt Eccleſiam omnia peccata pœnis canonicis diſtinxiſſe, ſed tantùm præcipua, vt dixit Gregorius Nyſſenus *can.* 5. *epiſt. ad Letoium*, & oſtendit exemplo; ait enim, quod licet omne conuitium, vel maledictum ſit peccatum, tamen ſolam cædis cautionem ſuis pœnis Patres introduxerunt, *dict. can.* 5. & ratio duplex huius rei poteſt aſſignari, & vtraque affertur apud Burchardum *lib.* 19. *cap.* 31. vel quia iuxta Pœnitentiam quæ impoſita eſt grauioribus culpis, cæteræ ſunt culpæ perpendendæ, vel quia qualiter vnumquodque emendandum ſit, magis in arbitrio Antiſtitis intelligentis eſt; quia apud Deum non tàm valet menſura temporis, quàm doloris: nam etiam in delictis pro quibus certa eſt in canonibus Pœnitentia conſtituta, Pœnitentiæ diſpenſator conſiderans vitam Pœnitentis & dolorem, poteſt ſpatium à canonibus præſtitutum contrahere, *can.* 4. *&* 7. *epiſt. ad Letoium*: vel etiam producere *dict. can.* 4. *& can.* 74. *epiſt. ad Amphilochium, & can.* 2. *einſd. epiſt.* fructus enim Pœnitentiæ potiſſimum inſpicitur *can.* 4. *&* 77. *epiſt. ad Amphilochium*; cùm qui maiori labore exhomologeſim faciunt, Dei miſericordiam celerius apprehendant, *can.* 74. *einſd. epiſt. ad Amphiloch.* & contra non ſint vnquam liberandi qui non agunt Pœnitentiam, *can.* 84. *ead. epiſt. ad Amphilochium.*

Fuerunt quidam Libelli Canonum Pœnitentialium quibus vtebantur ignari Sacerdotes, ſed illi omnes canones ſeu libri Pœnitentiales, penitùs rejecti ſunt, eo quod ſecus quàm iura Canonica decernunt, imponerent pœnitentiam, vt patet ex *concilio Cabilonenſi* 2. *can.* 38. modus autem, ait, Pœnitentiæ, peccata ſua confitentibus, aut per antiquorum canonum inſtitutionem, aut per ſanctarum ſcripturarum authoritatem, aut per Eccleſiaſticam conſuetudinem imponi debet, repudiatis ac penitus eliminatis libellis quos Pœnitentiales vocant, quorum ſunt certi errores, incerti Authores; de quibus rectè dici poteſt, mortificabant animas quæ non moriebantur, & viuificabant animas quæ non viuebant; qui dum pro peccatis grauibus leues quoſdam & inuſitatos imponunt Pœnitentiæ modos, conſuunt puluillos ſecundum propheticum ſermonem, ſub cubitu manus, & faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis, ad animas capiendas; & ſimiliter in *concilio Pariſienſi* Libri illi Canonum Pœnitentialium fuerunt prohibiti, & conſtitutum vt perquirerentur, & inuenti igni traderentur, *cap.* 32. *& cap.* 34. verba canonis 32. ſunt: quoniam multi Sacerdotum partim incuriâ, partim ignorantiâ, modum Pœnitentiæ, reatum ſuum confitentibus, ſecus quàm [illegible] decernant imponunt, vtentes [illegible] quibuſdam Codicillis contra canonicam authoritatem ſcriptis, quos Pœnitentiales vocant, &c.

Quod Pœnitentia in hoc tantum Mundo locum habet.

CAP. XXXV

D. Chryſoſtomus *tractatu* [illegible] *de Pœnitentia*, multa, inquit, peccauimus, ſcio equidem, omnes enim pœnis obnoxii ſumus, at [illegible] venia negata non eſt nec à Pœnitentia [illegible]: adhuc enim ſtamus in certamine, & [illegible] Pœnitentiæ certaminibus verſamur atque [illegible] ad ipſum exitum vitæ perueneris, ne [illegible] à Pœnitentia te arbitreris excidiſſe, neque de tua ſalute deſperes; ſed latronis tibi veniat in mentem, qui in cruce libertate donatus eſt quid enim breuius illa hora in qua coronatus eſt [illegible] tamen hæc etiam illi ad ſalutem ſuffecit. Epiphanius *hæreſi* 59. *Catharorum*: etenim in futuro ſæculo poſt hominum obitum nullus amplius jeiunii quæſtus eſt, non pœnitentiæ [illegible] eleemoſynæ oſtenſio eſt ſed neque [illegible] vllis locus, non [illegible] non [illegible], non libidines, neque è contrario [illegible] Pœnitentia; & *paulo poſt*, denique omnia [illegible] ex hac vita diſceſſum eſt, abſoluta ſunt ac perfecta: quandiu quidem in certamine adhuc [illegible] conſiſtunt, vel poſt caſum [illegible], ſpeſque adhuc ſupereſt, adhuc remedium atque confeſſio. Gotfridus *ſermone* 2. *in Natiuitate Domini*: eo agenda eſt tempore Pœnitentia, quo ſalus corporis manet, quo ſuâ quiſque vtitur poteſtate, &c idem D. Chryſoſtomus *Parœneſi* 1. *ad Theodorum lapſum*: redeamus itaque ad meliorem frugem, moneo dum hìc degimus; & agnoſcamus Dominum ſicut agnoſcere fas eſt: etenim non eſt cur omnem [illegible] Pœnitentiæ abjiciamus niſi in Inferno conſtituti, quo in loco tantùm, pharmacum hoc infirmum eſt; in hoc autem ſæculo, etiam in extrema Senecta impoſitum, miram vim habet: & [illegible]. Hieronymus *ad Demetrianum*: quandiu iſtinc exceſſum fuerit, nullus iam pœnitentiæ locus eſt, nullus ſatisfactionis effectus; hic vita vel amittitur, aut tenetur: & D. Auguſtinus multis probat quod non eſt Pœnitentia differenda *lib. vn. de ſalutaribus documentis*, *cap.* 39. *& lib. quæſtionum ex Matthæo, non longe ab initio*; *& lib. de vera & falſa Pœnitentia, cap.* 17. vbi dicitur nullus expectet quando iam non poſſit peccare & Tertullianus *lib. de Pœnitentia*; pleroſque tamen hoc opus vt publicationem ſuam, aut [illegible] fugere, aut de die in diem differre præſumo, pudoris magis memores quam ſalutis; velut [illegible] qui in partibus verecundioribus corporis contractâ vexatione, conſcientiam medentium [illegible] tant, & ita ſua cum erubeſcentia pere[illegible].

In Inferno vel poſt mortem nullam [illegible] Pœnitentiam oſtendit Iuſtinus Mart[illegible] *dialogo cum Triphone apologia* 2. *cohortatione ad Græcos* & Alcimus Auitus *lib.* 5.

Pœnitet ambigue, quem ſero pœnitet ergo
Præſentis ſpatium nobis dum creditur an[illegible]

Dum patulam cunctis Chriſti clementia ſeſe Prebet, præterita plangamus crimina vitæ.

De tertia parte Pœnitentiæ, quæ eſt Dolor de peccato, ſeu Exhomologeſis.

CAP. XXXVI.

SEquitur Tertia pars Pœnitentiæ, quæ eſt Exhomologeſis, ſeu actus doloris de peccato, quem aliquis præ ſe fert tunc maximè debet poſt pœnitentiam peractam, & profiteri deteſtationem factorum ſuorum, eo tempore quo ſperat ſe conſecuturum Reconciliationem, vt Deum ad miſericordiam pelliciat; & de ea iam præoccupauimus dicere ſupra ex Tertulliano *lib. de Pœnitentia, cap.* 9. & D. Cypriano *lib. de lapſis*; Pœnitentiæ enim laborem debet ſequi dolor, teſte D. Auguſtino *homilia vlt. ex quinquaginta*: non ſufficit, ait, mores in melius commutare & à factis malis recedere, niſi etiam de his quæ facta ſunt, ſatisfaciat Deo per Pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis ſacrificium, cooperantibus eleemoſynis: & ex D. Baſilio *homilia* 3. *in illud attende tibi*: magnum & graue eſt peccatum tuum? multâ indiges Exhomologeſi, lacrymis amarioribus opus habes, inſuperabilibus & longis vigiliis, & continuo ieiunio: leue vero & tolerabile eſt peccatum tuum? adhuc tamen facienda eſt de eo Pœnitentia. Et ex D. Chryſoſtomo *loco ſupra citato, cap.* 18. *de Sancta Pentecoſte*: nec non ex *can.* 58. *diſt.* 1. qui eſt D. Auguſtini: quem Pœnitet, ait, omnino pœniteat, & dolorem lacrymis oſtendat. Atque Græci illos omnes actus doloris atque contritionis vocauerunt Exhomologeſim, vt patet ex Tertulliano *lib. de Pœnitentia, cap.* 9. itaque, ait, Exhomologeſis proſternendi, & humilificandi hominis eſt diſciplina, conuerſationem iniungens miſericordiæ illicem: & hoc eſt quod voluit dicere D. Cyprianus *epiſt.* 51. manifeſtà lamentationis ſuæ profeſſione; per illa namque verba nihil aliud intelligit, quàm Exhomologeſim: & Irenæus *lib.* 1. *cap.* 9. omni tempore vitæ ſuæ Exhomologeſim faciens, lugens ac dolens: Exhomologeſis enim, non tam ſignificat confeſſionem ſimplicem, quàm profeſſionem doloris ſui pro peccatis, ſeu afflictionem pro illis, quem actum doloris maximè inſpiciunt Sacerdotes vt indulgeant Reconciliationem, ex D. Cypriano *epiſt.* 12. & ideò Tertullianus *lib. de Pœnitentia cap.* 9. ait Exhomologeſim iniungere conuerſationem miſericordiæ illicem; diſponit enim & Deum, & Sacerdotem ad miſericordiam concedendam; Deum quidem, vt colligitur ex *concilio Toletano* 17. *cap.* 6. exhomologeſes votis gliſcentibus celebrentur, quatenus dum generalem Omnipotens Dominus afflictionem proſpexerit, & delictis omnibus miſeratus indulgeat, &c. Sacerdotes etiam vt colligitur ex Iſidoro *lib.* 6. *cap. vlt.* Exhomologeſis, ait, Græco vocabulo dicitur, quod Latinè Confeſſio interpretatur, cuius nominis duplex ſignificatio eſt; aut enim in laude intelligitur confeſſio, ſicut eſt, confiteor tibi, Pater cæli & terræ; aut cum quiſque ſua confitetur peccata, ab eo indulgenda, miniſterio Sacerdotis, cuius indeficiens eſt miſericordia. Quod Exhomologeſis dolorem de peccatis contineat oſtendit D. Chryſoſtomus *parœneſi* 1. *ad Theodorum lapſum. cap.* 11. ne igitur perinde peccatum atque accuſator ſolùm traduxeris, ſed tanquam qui debet iuſtificari per formam Pœnitentiæ, quo pacto animæ Exhomologeſim habentis licebit incutere verecundiam, ne quando ad vitia relabatur; nam vehementer ſe damnare, profiterique peccatorem commune eſt, vt ſic dixerim, etiam cum infidelibus: multi à ſcena tàm viri quàm mulieres qui ſuam turpitudinem perpendunt, ſe miſeros appellant, at non collimant ad verum ſcopum; ideoque iſtud Exhomologeſim nullatenus nominarim, quia non cum animæ compunctione, neque cum amaritudine lacrymarum, neque cum mutatione in melius, peccata ſic enuntiant; verùm ſunt qui eo nomine ab auditoribus gloriam, nimirum elegantiâ & gratiâ ſermonum aucupantur; peccata enim non apparent eiuſdem moleſtiæ quando alios ea quiſpiam ingerit, & quando ipſe qui illa commiſit. Quo loco apparet Exhomologeſim eſſe cum dolore peccatorum confeſſionem: & Tertullianus *lib. de Pœnitentia, in fine*: hirundo ſi excœcauerit pullos, nouit illos oculare rurſus de ſua chelidonia; peccator reſtituendo ſibi inſtitutam à Domino Exhomologeſim ſciens præteribit, illam quæ Babylonium Regem in Regna reſtituit, diu enim Pœnitentiam Domino immolarat, ſeptenni ſqualore exhomologeſim operatus, &c.

De Quarta Parte Pœnitentiæ, quæ eſt Abſolutio ſeu manuum Impoſitio.

CAP. XXXVII.

QVarta pars Pœnitentiæ eſt Abſolutio, ſeu manuum Impoſitio, ac Reconciliatio, quæ fiebat poſt pœnitentiam & exhomologeſin: eaque ad differentiam aliarum de quibus egimus ſupra, dicitur manuum impoſitio Reconciliatoria, in concilio *Arauſicano can.* 7. *cauſa* 26. *quæſt.* 6. qui recedunt de corpore Pœnitentiâ acceptâ, placuit ſine Reconciliatoria manus impoſitione eos communicare, quod morientis ſufficit conſolationi ſecundum definitiones Patrum, qui huiuſmodi Communionem congruè Viaticum nominauerunt: quod ſi ſuperuixerint, ſtent in ordine Pœnitentium, oſtenſis neceſſariis Pœnitentiæ fructibus, legitimam communionem cum Reconciliatoria manus impoſitione recipiant. Ea namque manuum impoſitio purgat à peccatis, & reconciliat Deo, ſicut Baptiſmus, vt habetur *lib.* 2. *Conſtitution. Apoſtolicar. cap.* 61. ſic igitur tibi faciendum eſt, Epiſcope, atque vt Ethnicum Baptiſmo lotum poſt doctrinam admittis, ſic hunc per manus impoſitionem, vtpote factum mundum Pœnitendo, cunctis pro eo deprecantibus, in antiqua paſcua reſtitueritque ei loco lauacri manuum impoſitio; ἔσται αὐτῷ ἀντὶ τοῦ λούσματος ἡ χειροθεσία: & patet ex D. Cypriano *epiſt.* 12. nam cum in delictis minoribus, quæ non in Dominum committuntur, agatur Pœnitentia iuſto tempore, & exhomologeſis fiat inſpectâ eius vitâ qui agit

Pœnitentiam; nec ad communionem venire quis poſſit, niſi priùs illi ab Epiſcopo & Clero manus fuerit impoſita: & *lib. de lapſis*: antè expiata delicta, ante exhomologeſim factam criminis, ante purgatam conſcientiam ſacrificio & manu Sacerdotis, ante offenſam placatam indignantis Domini & minantis, pacem putant eſſe, quam quidem verbis fallacibus venditant. Et huius Manuum impoſitionis aliarumque omnium Impoſitionum certa erat formula, vt patet ex *concilio Mileuitano* ſub Innocentio 1. *can.* 12. Placuit etiam illud, vt preces & orationes, ſeu Miſſæ quæ probatæ fuerunt in concilio, ſeu præfationes, ſeu condemnationes, ſeu manus impoſitiones, ab omnibus celebrentur, nec aliæ omnino dicantur in Eccleſia.

De effectu Manuum Impoſitionis.

CAP. XXXVIII.

Effectus manuum impoſitionis ſunt plures. Primus eſt, vt per eam Pœnitentes veniam impetrent peccatorum, vt oſtendimus ſuprà ex *lib.* 2. *conſtitut. Apoſtolicar.*

Secundus, vt ad Communionem fidelium perueniant, vt patet ex *Synodo Nicæna can.* 16.

Tertius, vt ad communionem Sacramentorum admittantur, vt rectè Leo Papa 1. *epiſt.* 89. *ad Theodorum Foroiulienſem Epiſcopum*: pœnitentes ad communionem Sacramentorum per ianuam Reconciliationis admittantur, hoc eſt & conſequantur abſolutiſſimam Reconciliationem, & vt loquitur *canon* 2. *concilii Vaſenſis*, id eſt diuinis reconcilientur Altaribus & Euchariſtiæ: ea eſt enim abſolutiſſima & vltima communio, ad quam omnes aliæ referuntur, & in qua finiuntur, vt quis dicatur Reconciliari, Altario, vt loquuntur Patres concilii Toletani 4. vel reconciliari diuinis Altaribus, vt eſt in *can. Aurelius* 26. *quæſt.* 6. vel admitti ad Altarium, vt eſt in *can.* 60. *concilii Agathenſis*; vel quod perfectum eſt aſſequi τῦ τελείυ τυχεῖν, vt dicitur in Synodo Ancyrana *can.* 9. *&* 20. cùm ſcilicet Euchariſtia datur, vt loquitur D. Cyprianus *epiſt.* 10, *ad Clerum*; hæc enim eſt vera Reconciliatio, vt ait Balſamo *ad can.* 6. *concilii Carthaginenſis* cùm quis crimen confeſſus, poſtquam inter Pœnitentes egit, mulctamque perſoluit, à pœna in futurum tempus abſoluitur, tanquam quæ fortè iam ſatis ſupplicii luerit, vel etiam quia definitum tempus impleuerit, vel ſatis magnum animi dolorem, pro ratione criminis indicarit, à pœna liberatur, eique vel cum fidelibus conſiſtere, vel ſacris etiam myſteriis communicare permittitur.

Quartus effectus eſt, vt per eam ita reconciliarentur, vt eſſent abſoluti ab ipſa Pœnitentia ſibi impoſita; nam aliquando Pœnitentes Pœnitentiâ acceptâ, in periculo mortis recipiebantur quidem ad communionem fidelium, vel etiam ad communionem Euchariſtiæ, vt dictum eſt ſuprà, ſed non abſoluebantur à Pœnitentia cui erant addicti, & ita legitimam non habebant communionem Pœnitentiæ debitam, nec legitimam manus impoſitionis Reconciliationem, vt patet ex *Synodo Arauſicana can.* 7. 26. *quæſt.* 6. nam ita recipiebantur ſiue ad communionem fidelium, ſiue ad communionem Euchariſtiæ, vt ſuperſtites facti indigerent aliâ manus impoſitione abſolutoriâ, quâ à Pœnitentia ſcilicet impoſita ſibi liberarentur, vt patet ex canonibus Iſaac Lingonenſis Epiſcopi *tit.* 1. *de Pœnitentibus cap.* 21. Pœnitentes, ait, qui in infirmitate Viaticum Euchariſtiæ acceperunt, non ſe credant abſolutos ſine manus impoſitione, ſi ſuperuixerint, & hoc eſt benenotandum: & ratio eſt, quia illa Communio, vel abſolutio dabatur ex indulgentia, in caſum & ex cauſa mortis; quare non dicitur legitima, ſicut illa quæ datur poſt legitimam Pœnitentiam: vnde non eſt mirum, ſi ſani facti tenerentur perſiſtere in Pœnitentia, nec poſſent adhuc communicare Corpori Chriſti, donec totam Pœnitentiam impleuiſſent, vt annotauimus ſuprà.

Quando daretur Pœnitentibus Reconciliatio.

CAP. XXXIX.

Dionyſius Petauius exiſtimauit Reconciliationem datam fuiſſe in gradu Proſtratorum, hac ratione ductus, quòd poſt gradum Proſtratorum ſequatur immediatè gradus communicantium, ſaltem communicantium in precibus; vnde fit vt non poſſent à gradu Proſtratorum tranſire ad gradum Communicantium ſine aliqua Reconciliatione, quod verum eſt: ſed decipitur valde vir eruditus quod putet non dari illam Reconciliationem niſi in gradu Proſtratorum, nam ſupra diximus fuiſſe quoſdam Pœnitentes qui non tranſibant per gradum Proſtratorum, ſed tantùm Pœnitentiam agebant in aliis gradibus, & tamen perueniebant ad Communionem, ſeu ad gradum Communicantium tùm in precibus, tùm in myſteriis; vnde conſequens eſt illis veniam & reconciliationem datam fuiſſe non in gradu Proſtratorum, in quo nunquam fuerant, ſed in aliquo alio gradu, vt Audientium, vel Eiulantium. Dicendum ergo eſt Abſolutionem ſeu manuum Impoſitionem ad Communionem precum, ſeu ad Communionem fidelium potuiſſe dari non ſolum in gradu Proſtratorum; ſed etiam in gradu Audientium, vel Eiulantium; & manuum Impoſitionem ad Communionem Euchariſtiæ potuiſſe dari & in prædictis gradibus, & inſuper in gradu Conſiſtentium, vt oſtendimus ſupra: quinimo, ſi quis non poſſet accipere Pœnitentiam, admiſſum fuiſſe tamen ad fidelium Communionem, non tranſeundo per illos gradus; nam Verbi Gratia, ſi qui ſenes peccaſſent, cum ipſi non poſſent Pœnitentiam profiteri, eiuſque ſuſcipere labores, in fine tamen vitæ Communionem recipiebant Eccleſiaſticam, ex *concilio Ancyrano can.* 16. Item Iuuenes, cùm iuuenibus Pœnitentia non facilè committeretur propter ætatis fragilitatem, *ex concilio Agathenſi can.* 15. etiam ad Communionem recipiebantur in exitu vitæ.

Quid

Quid ſit illa Communio ad quam reſtituebantur Pœnitentes.

CAP. XL.

Dicimus igitur illam Communionem, quam per Reconciliationem Pœnitentes obtinebant, fuiſſe duplicem, vnam fidelium, alteram Euchariſtiæ & aliorum Sacramentorum, vt patet ex *epiſtol. canonica Cyrilli Alexandrini Archiepiſcopi ad Epiſcopos qui ſunt in Libya*, in qua Sacramentum Baptiſmi dicitur Communio Catechumenorum: dicitur enim de Catechumenis, ſi ſint morituri, vt baptizentur, ne ab humanis excedant gratiæ non participes, ſcilicet Communione carentes: vbi ita Balſamo, Communione carere Sanctus hic non ſolum dicit de ſancta participatione, neque enim ante Baptiſmum diuinis myſteriis dignus habebitur, ſed etiam de Baptiſmo ipſo: antequam enim baptizatus fuerit, non aſſequitur vt cum fidelibus conſiſtat; quæ & ipſa Communio in diuerſis canonibus dicta eſt, & in Concilio Ancyrano *can.* 3. vbi idem Balſamo annotauit Communionem vnam eſſe fidelium Eccleſiaſticam, eamque intelligi, cùm dicitur ſimpliciter *ἐκ κοινωνίας ἐκκλησιαστικῆς ἀξιοῦνται*; & aliam Corporis Chriſti, cùm dicitur *τῶν θείων ἁγιασμάτων ἀξιοῦνται*: & Zonaras in *Concil. Chalcedonenſ. can.* 2. ſciendum eſt communionem non de ſola ſanctorum myſteriorum perceptione, ſed & de communione quoque illa & conſuetudine quam habent cum fidelibus, intelligi debere. Et de communione illa tantùm fidelium intelligendus eſt *canon.* 11. *Concil. Arelatenſis* 2. cum dicitur, de his qui in Pœnitentia poſiti vitam exceſſerunt, placuit nullum communione vacuum debere dimitti; ſed pro eo quod honorauit pœnitentiam, oblatio illius recipiatur. Ibi enim communione vacuum non dimitti, eſt communione fidelium non eſſe priuatum; nam reuera fuit vacuus Communione Euchariſtiæ, cum mortuus ſit eâ non acceptâ; & canon *qui recedunt* 26. *quæſt.* 6. qui recedunt, ait, de corpore pœnitentiâ acceptâ, placuit ſine Reconciliatoria manus impoſitione, eos communicare, quod morientis ſufficit conſolationi, ſecundum definitiones Patrum, qui huiuſmodi Communionem congruè Viaticum appellarunt; quod ſi ſuperuixerint ſtent in ordine Pœnitentium, vt oſtenſis neceſſariis Pœnitentiæ fructibus legitimam communionem cum Reconciliatoria manus impoſitione recipiant. Dici enim poteſt in eo canone agi de duplici communione, vna quæ eſt Viaticum ad ſalutem, ſeu eſt communio fidelium, quæ fieri dicitur ſine manus impoſitione Reconciliatoria, ſcilicet ſine abſolutiſſima Reconciliatione, vt loquitur Concilium *Vaſenſe can.* 2. quâ datur Euchariſtia, & quæ eſt vltima manuum impoſitio; nam non fit ſine aliqua Reconciliatoria manus impoſitione, & dicitur Viaticum in *hoc can.* altera eſt Communio Euchariſtiæ, quæ dicitur legitima Communio *in dicto can.* 7. & indiget Reconciliatione manus impoſitionis, non qualibet, ſed ea quæ dicitur in Concilio *Vaſenſi* 1. *can.* 2. abſolutiſſima: horum, ait, qui pœnitentiâ acceptâ in bono vitæ

A curſu ſatisfactoriâ compunctione viuentes, ſine communione, inopinato nonnunquam tranſitu, in agris aut itineribus præueniuntur, oblationem recipiendam, eorumque funera, & deinceps memoriam Eccleſiaſtico affectu proſequendam, quia nefas eſt eorum commemorationes excludi à ſalutaribus Sacris, qui ad eadem ſacra fideli affectu contendentes, dum ſe diutius Reos ſtatuunt, & indignos ſalutiferis myſteriis iudicant, ac dum purgatiores reſtitui deſiderant, abſque Sacramentorum Viatico intercipiantur, quibus fortaſſe nec abſolutiſſimam reconciliationem Sacerdos denegandam putaſſet: quamquam per legitimam communionem intelligi B poſſit non Communio Euchariſtiæ, ſed Communio Fidelium impetrata poſt legitimum tempus Pœnitentiæ, quam opponit ei quæ datus in periculo mortis ante pœnitentiam peractam, quod magis probabile eſt. Fuit ergo Communio Fidelium ſeu Communio Precum ex *can.* 13. *Synodi Nicenæ*, ad quam pertinebat Communio per Baptiſmum, vt ſuprà diximus ex *Balſamone ad canonicam epiſtolam Cyrilli Alexandrini*, quæ Communio dabatur Pœnitentibus tamquam Viaticum, vt patet ex *Synodo Ancyrana can.* 6. ſi periculū, mortiſque expectatio ex morbo, vel aliqua alia occaſione euenerit, hi ſub definitione recipiantur; &, vt eſt in alia verſione, his com-C munio propter Viaticum ſuum non negabitur, id eſt Communio Fidelium detur, quæ non caret Viatico, imò eſt Viaticum ex *Synodo Gerundenſi can.* 9. & refertur *can. is verò qui. diſt.* 50. is verò qui ægritudinis languore depreſſus, Pœnitentiæ benedictionem, quam Viaticum deputamus, per Communionem acceperit, &c. & ita etiam accipitur ab *authore Chronologiæ Altiſſiodorenſis*: erat, inquit, in toto Regno lugubris facies, quia nulla celebrabantur in Eccleſiis Sacramenta vel officia diuina, præter Viaticum & Baptiſma: per Viaticum enim ibi intelligit Abſolutionem pœnitentiæ. Item in *can.* 15. *Concilij Agathenſis*; vt iis qui poterant accipere pœnitentiam, daretur pœnitentia, iis verò quibus non D poteſt committi pœnitentia, vt Iuuenibus, illis tamen, ſicut nec aliis Viaticum non negetur, id eſt Viaticum Communionis Fidelium per Abſolutionem; quod Viaticum ſufficit ad ſalutem, & dicitur ſufficiens Communio à *Leone* Papa *epiſt.* 89. communionem ſufficientem vt proficiſcerentur, habebant.

Hæc autem Communio Fidelium, dicitur Communio ſine Oblatione, *χωρὶς προσφορᾶς*, id eſt ſine participatione Oblationis Corporis Chriſti: nam corpus Chriſti dicitur Oblatio *προσφορὰ* à Clemente Romano. *libro* 8. *conſtitut. Apoſtolic. cap.* 13. & ita illud *χωρὶς προσφορᾶς* ac-E cipit Balſamo in *can.* 4. *&* 5. *Synodi Ancyranæ*, quem locum Dionyſij verſio ita accipit, vt non liceat offerre; & Latini omnes vertunt, *vt non offerat*, vt Concilium Namnetenſe *apud Burchardum lib.* 2. *cap.* 12. & Felix Papa, & Iſaac Lingonenſis, & alij, cum tamen meliùs vertiſſent, *ſine oblatione*: nam in illis canonibus in quibus illa verba ponuntur *χωρὶς προσφορᾶς*, vt eſt *canon* 4. *&* 5. *Synodi Ancyranæ*, *canon* 76. *Synodi Trullanæ*, *canon* 10. *&* 85. *epiſt. ad Amphilochium*, non agitur de Sacerdotibus. Sed de quibuſuis pœnitentibus, etiam Laicis, qui nunquam poſſunt offerre ſeu conſecrare. Quare dicendum eſt,

vel Latinus malè vertiſſe illa verba, cum dixerunt *vt non offerat*; vel verba illa, *non offerat*, accepiſſe, pro *ſine oblationa*, paſſiuè, & non actiuè.

Fuit & Communio Altaris, Communio Euchariſtiæ, & hoc eſt quod dicitur Reconciliari Altario, *can. 2. Concilij Toletani* 1. & Reconciliari diuinis Altaribus. *can. Aurelium à nobis ſuprà citato* 26. *quaſt.* 6. Dominicæ ſociari communioni, *can.* 76. *Concilij Eliberitani*; oblationem, & quod eſt perfectum accipere in *Synodo Ancyrana can.* 9. & 10. denique perfectè ſuſcipi, ac recipi, *in dicta Synodo Ancyrana*. Et hæc dicitur abſolutiſſima Reconciliatio in *Concilio Vaſionenſi* 1. *can.* 2. & legitima communio, *can. qui recedunt* 26. *quaſt.* 6. & Euchariſtiæ participatio, in *can.* 13. *Synodi Nicana*, & plena communio in *Concilio Namnetenſi* apud *Burchardum lib. 6. cap.* 16. ad differentiam Communionis Precum, quæ non eſt plena, cum hæc communio adhuc ſuperſit accipienda: biennio, ait, ab oratione fidelium ſegregetur, non communicet, nec offerat; poſt biennium in communionem orationis ſuſcipiatur, offerat autem, non tamen communicet; poſt quinquennium ad plenam communionem recipiatur. Hæc communio dicitur etiam Viaticum, vt poſteà oſtendemus.

An ideo quia Pœnitentes Communioni reſtituantur, fuerint excommunicati.

CAP. XXXXI.

QVæri poteſt an omnes Pœnitentes ſint Excommunicati, quod quibuſdam ita videri poteſt, ex eo quod recipi dicuntur ad Communionem per Reconciliationem. Verùm dicendum eſt in contrarium, Pœnitentes non ideo quod recipiantur tandem ad communionem, fuiſſe Excommunicatos; quod quidem manifeſtum fit ex *can.* 11. *Apoſtolorum*; in quo diſtin-**D**ctio ponitur inter Excommunicatum & non recipiendum: nam aliquis propter aliquid crimen non erit recipiendus ad communionem, qui tamen, vt ibi dicitur, non erit ſegregatus; & ex *epiſt. Vrbani* 2. ad Gebhardum Cooſtantienſem Epiſcopum, apud *Iuonem de Excommunicatione cap* 45. qua quoſdam qui fauerant armis Rauennatis Archiepiſcopi inuaſori Romanæ Eccleſiæ, excommunicat, & vinculis anathematis aſtringit; alios verò qui ei tantùm communicauerant, non excommunicat, ſed tamen communionis vult expertes eſſe donec egerint Pœnitentiam ſunt verba: cõmunicantes eis nos quidem non excommunicantes, ſed quia **E** ipſi ſe eorum communione condemnant, in noſtram eos ſocietatem ſine Pœnitentiæ vltione & abſolutione nequaquam recipimus: quo pacto etiam aliquis dicetur ſuſpenſos à Communione, qui non erit excommunicatus, vt *can.* 1. *diſt.* 34. & alicui interdicetur ingreſſus Eccleſiæ, qui etiam non erit excommunicatus *cap.* 17. *de ſent. excomm. in Sexto.* Et ſanè videntur diſtingui hæc duo, excommunicare, & denegare communionem in *l.* 39. *Cod. de Epiſcopis & Clericis*: non oportet, ait, Epiſcopos aut Clericos cogere **A** quoſdam ad fructus offerendos, aut angarias dandas, aut alio modo vexare, aut excommunicare, aut anathematiſare, aut communionem denegare. Sunt ergo quidam Pœnitentes qui non ſunt, nec vnquam fuerunt Excommunicati, qui tamen non recipiuntur ad communionem, vt illi de quibus *in can.* 17. 22. *Quaſt.* 2. & *in can.* 17. *diſt.* 3. *de Pœnit.* ſunt & alij Pœnitentes qui fuerunt Excommunicati, vt illi de quibus *in can.* 84. *Diſt.* 1. *de Pœnit.* & illi de quibus *in can.* 108. 11. *Quaſt.* 3.

Cæterùm Pœnitentes omnes in Pœnitentia ex crimine capitali, poſſunt dici excommunicati, quoniam peccatum quodlibet mortale pri-**B**uat Communione *cap.* 10. *de cohabit. Clericor.* & patet ex Gregorio Nyſſeno *in eos qui alios acerbius iudicant*, à myſterijs, arcanorumque communione Sacramentorum culpâ noſtrâ decidimus, & ſeparamur, &c. Et in *can.* 7. *ad Amphiloch.* vbi Pœnitentes dicuntur ferè toto tempore Pœnitentiæ Satanæ traditi: & cõfirmatur ex Iuone in Decreto *par.* 15. *cap.* 49. ex Synodi 5. actione 8. vbi dicitur quamlibet impietatem non ſolum excommunicare, ſed etiam anathematiſare; verba ſunt: iudicium anathematis nihil aliud eſt niſi à Deo ſeparatio, quod impius licet in verbo ab aliquo non ſuſcepiſſet, tamen anathema reipſa ſibi infert per ſuam impietatem, ſemetipſum à Vita ſeparans, & melius eſt ab **C** homine anathematiſari, quàm à ſuo peccato; *cap.* 44. *de Sentent. excommunicat. Cap. literas de Reſtit. ſpoliator.*

CAP. XXXXII.

An peccatum remiſſum per Pœnitentiam, commiſſo nouo peccato redeat, ſaltem quoad pœnam illi debitam, & ſi non ratione culpæ.

SVnt aliqui Patres qui docere videntur ea re-**D**dire, vt D. Auguſtinus *lib.* 1. *contra Donatiſtas de Baptiſmo paruulorum*, vbi docet peccata ſemel dimiſſa redire propter ſubſequentem culpam, & vtitur parabolâ quæ habetur *Matthai* 18. *cap.* vbi dicitur omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me; & tamen poſtea ſubditur, non exies inde donec ſoluas vniuerſum debitum: & *epiſt.* 108. & *lib.* 50. *homiliar. homilia vlt.* vt etiam habetur in *can.* 15. 16. & 17. *Diſt.* 4. *de Pœnit.* Imò peccata dimiſſa ei replicabuntur ad vindictam *can.* 1. 2. 3. 4. 5. & 6. *ead. Diſt.* 4. ita vt culpa nos opprimat, *dicto can.* 5. & peccata non ſolùm actualia, ſed etiam originalia reputabuntur in pœnam *can.* 1. *dicta Diſt.* 4. **E** Afferunt etiam illud *Ezechielis* 8. vbi promittit Deus quod ſi peccator egerit Pœnitentiam, non recordabitur amplius omnium iniquitatum eius quas operatus eſt; & contra ſi auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & iniquitatem fecerit, omnes iuſtitiæ eius quas fecerit non recordabuntur.

Verùm dicendum eſt, cùm peccata penitùs deleantur, nec ſecundum culpam, nec ſecundum pœnam redire *cap. fin. Diſt.* 4. *de Pœnit.* vbi quod de pœna dicitur, multò magis dicendum de culpa.

Nec obſtat illud Ezechielis: nam eò tantum

ſpectat ; vt dicat quod ſicut peccator pœnitens A
& perſeuerans in iuſtitia ſaluatur , nec prima
peccata impediunt ſalutem; ita & iuſtus peccans,
& in peccato perſeuerans, damnatur , nec iuſtitiæ
priores impediunt damnationem , non autem
vt eodem modo opera bona per ſubſequens
peccatum deleantur , quo delentur peccata per
ſequentem Pœnitentiam.

Nam opera bona ſemper manent in acceptatione
Diuina , licet ea parte hominis reddantur
per peccatum inefficacia : at vero peccata non
remanent in indignatione Diuina , ſed per eam
Pœnitentiâ tolluntur ; cumque ſemel incurrerint
indignationem Diuinam & remiſſa ſint, non
ampliùs redeunt , quia non iudicat Dominus B
bis in idipſum *Numeror.* 1. cum expoſitione
D. Cypriani *ſermone de Paßione Domini.*

Nec obſtant etiam ipſi canones ; qui ita intelligendi
ſunt , vt non propter crimina dimiſſa
condemnetur quis , ſed propter vltima crimina
non dimiſſa , quæ tamen efficiunt , vt in condemnatione,
eâ pœnâ afficiatur , quæ ei propter
illa quæ dimiſſa ſunt, debebatur ſi nõ fuiſſent dimiſſa ,
vt patet ex *can.* 14. *ead. Diſt.* 4. qui eſt
Proſperi Aquitanici *ad capitula Gallorum reſponſione*.
Qui recedit à Chriſto , & alienus à
gratia finit hanc vitam, quid , niſi in perditionem
cadit ? ſed non in id quod remiſſum eſt recidit,
nec in originali peccato damnabitur , qui tamen
propter crimina poſtrema eâ morte afficietur, C
quæ ei propter illa , quæ remiſſa ſunt , debebatur :
ita vt abſolutio ſemel facta pro vno crimine ,
non impediat poſteà condemnationem pro
alio. Et huc ſpectare poteſt illud *Pſalmi* 78. Domine
ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum.

Ad locum verò D. Matthæi reſpondetur non
inde probari peccata dimiſſa redire per ſubſequens
peccatum. 1. quia tantum eâ parabolâ
vult demonſtrare Dominus noſter Ieſus-Chriſtus
quam exoſum habeat , & quàm graue ſit
peccatum non miſerendi proximi ; neque enim
ſingula quæ in parabolis afferuntur ſunt accommodanda,
ſed intentio ea ponentis maximè debet
attendi. Præterea, quod affertur in Parabola , D
non ſemper ita affertur vt probetur factum
quod in ea ponitur ; ſed interdum tantùm affertur
vt per quandam analogiam declaretur quod
intenditur, vt conſtat de Parabola Villici iniquitatis,
Lucæ 6. *cap.* vt rectè declarat D. Chryſoſtomus
Homil. 48. *&* 65. *in Matthæum.* Quare
nihil ex hoc loco concludi poteſt contra noſtram
ſententiam. 2. quia locus ille Matthæi debet
intelligi non de peccatis quæ prius erant dimiſſa,
ſed de poſterioribus peccatis quę non ſunt
dimiſſa , & idcirco ſoluenda veniunt.

Quod vero peccata perfectè totaliterque tollantur
in iuſtificatione , tàm quantùm ad pœnam
quàm colpam , patet ex *cap.* 8. *ad Romanos*,
quia nihil damnationis eſt iis qui ſunt in Chriſto E
Ieſu , ſed qui iuſtificati ſunt in Chriſto Ieſu,
quia iuſti amici eique vniti per fidem, ſpem, &
charitatem : & ex 1. *ad Corinth.* 6. hæc quidem
fuiſtis , ſed abloti eſtis , ſanctificati eſtis : & ex
Synodo Trident. ſeſſ. 5. *can. vlt.* & ex D. Ambroſio
in Lucam in principio , & Chryſoſtomo
Homilia 4. *in* 1. *ad Corinthios*, & Gregorio Nazianzeno
oratione de Baptiſmo, & ipſomet D.
Auguſtino *epiſt.* 85. *de Natura & Gratia* , *cap.* 19.
& 20. & ratio eſt quia cùm per infuſionem gratiæ
habitualis remittantur , & gratia non conſiſtat
cum peccato , ſequitur peccata penitùs
tolli. Quodque remittantur omnino peccata
quod ad pœnam æternam , patet ex loco citato
ad Romanos 8. cùm dicitur nihil damnationis
eſt : & confirmatur ex Concilio Tridentino *ſeſſ.*
6. *cap.* 7. Deinde remiſsâ culpâ datur ius ad
gloriam æternam , ergo tollitur æterna pœna : &
confirmatur ex D. Chryſoſtomo *Homilia* 3. *de
Pœnitentia* : Deus quando peccata abolet , nullam
reliquam facit cicatricem , nullum veſtigium
ſinit manere , ſed vnà cum ſanitate eximium
etiam confert formæ Deus : ſimul enim
atque eximit pœnâ , donat & iuſtitiam ; peccatorem
enim efficit parem ei qui non peccauit; ad
internecionem enim deducit peccatum ἀναιρεῖ γὰρ
τὸ ἁμάρτημα, καὶ ποιεῖ αὐτὸ μηδὲ εἶναι, μηδὲ γεγονέναι,
ὅτι οὐδὲν αὐτὸ ἀναιρεῖ , & ipſum dat perſum , atque
iam non ſit neque fuerit , prorſus tollit, vt
non iam cicatrix , non veſtigium , non argumentum ,
non vllum appareat iudicium : & D. Epiphanio
in expoſitionibus , ſi Pœnitentiæ communicaueris,
renouabis teipſum iterum per eam,
& neci tradetur peccatum , καὶ θανάτῳ θανατοῦται ἡ ἁμαρτία.

Dici tamen poteſt aliquo ſenſu redire eandem
ſaltem ſpecie pœnam per ſubſequens peccatum,
quatenus per illud incurrunt carentia gratiæ,
reatuſque damnationis æternæ , prout incurrebatur
per præcedentia peccata ; & ſic quoad hoc
redire ſaltem materialiter eandem pœnam , ſi
peccatum ſit eiuſdem malitiæ : nam ſi peccata
poſteriora ſint majora , major pœna ſequetur
ſi minora verò minor,

Item dici poteſt, cum præcipua pœna damnatorum
ſit poſita in totali priuatione Viſionis
Dei , talis autem priuatio non ſuſcipiat magis
& minùs, eâdem plane pœnam redire in ratione
priuationis ; cùm omnium peccatorum eadem
ſit pœna damni , in ratione priuationis , licet non
ſit eadem in ratione pœnæ afflictiox , quatenus
damnati magis vel minùs , pro ratione maiorum
aut minorum peccatorum, cognoſcunt hoc
damnum priuationis.

Item dici poteſt præcedentia peccata per Pœnitentiam
remiſſa , aliquando redire per ſubſequens
peccatum , ratione ingratitudinis peccatoris ;
ita D. Thomas & alij Theologi. Nam
poſtquam homo liberalem à Deo accepit iniuriæ
condonationem , & inſuper beneficium gratiæ
iuſtificantis , quo ſe imprimis indignum reddiderat
iterum peccando , virtualiter ſaltem videtur
contemnere tantum Beneficium , & Diuinâ
abuti miſericordiâ ; ergo ex hoc capite peccatum
ſubſequens aliquando grauius efficitur,
vt ait Gotfridus *lib.* 4. *epiſt.* 48. tantò grauiora
apud Deum ſunt noſtra delicta, quantò majora
erga nos ſe oſtendunt eius beneficia. Et ſecundum
has vltimas rationes intelligi poteſt D. Auguſtinus
locis ante citatis , vt aſſerat tantùm per
conſequens peccatum incurri carentiam gratię
& reatum pœnæ æternæ damnationis , vt incurrebatur
per præcedentia peccata , ſicque
quoad huc eandem redire pœnam , ſaltem ſpecie,
ſaltem materialiter ; vel etiam interdum ratione
ingratitudinis in Deum permittentem vt
in ſimilia , vel in grauiora peccata homo incidat
ſubtrahendo illi aliqua ſpecialia auxilia. De hac

ta vide quæ ſupra diximus *ex Diſt. 4. de Pœnitentia.*

Vtrum Bona Opera facta in gratia, & ex Gratia per Peccatum mortale ita obliterentur, vt per ſequentem Pœnitentiam non reuiuiſcant.

CAP. XXXXIII.

Dicimus opera bona facta in Gratia, & ex gratia, non ita per ſubſequens peccatum mortificati, quin per ſequentem Pœnitentiam reuiuiſcant. ita Theologi: probatur 1. ex 6. *ad Hebræos*, vbi poſtquam Apoſtolus deterruit Hebræos à peccatis, aſſerendo impoſſibile eſſe eos qui ſemel illuminati ſunt, iterum renouari; & terram, quæ ſæpius ſuperuenientem in ſe imbrem recepit & tamen ſpinas & tribulos germinauerit, eſſe reprobam, & maledicto proximam; ad eorum tamen confidentiam ſubiungit: confidimus de vobis, dilectiſſimi, meliora, & viciniora ſaluti; non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri, & dilectionis quam oſtendiſtis in nomine ipſius, qui miniſtratis Sanctis &c. Et confirmatur ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 6. can.* 16. quod nititur ijſdem verbis Apoſtoli, & definit quod ſi quis in gratia obierit, licet peccauerit poſt primam gratiam, quam per Pœnitentiam recuperauerit, ſaluus fit, & percipit præmium Priorum bonorum operum: & ratio D. Thomæ eſt, quia opera bona manent ſemper in acceptatione Diuina, & tantùm impediuntur ab effectu ratione peccati ſubſequentis, quod ſi tollatur in fine vitæ, ſuum effectum conſequuntur.

Nec obſtat quod dicitur *Ezechielis* 18. vbi Deus minatur futurum vt omnium bonorum operum non recordetur: nam id intelligitur, ſi quis perſeuerauerit: nam ibidem ſubditur quod, ſi peccator auerterit ſe à via ſua mala, ei non nocebit iniquitas ſua; Deus enim ſemper promiſit bonis operibus gloriam, non ſub ea conditione vt quis ſemper ſit in gratia, ſed ſi moriatur in gratia, & ita exponenda ſunt verba *Ioelis* 2. reddam vobis annos quos comedit locuſta, & bruchus, & rubigo, & eruca; quem locum ita explicat B. Hieronymus: & annos quos perturbationibus ante regnantibus perdideratis in vobis, quando opera veſtra locuſta, bruchus, rubigo, erucaque conſumpſerant, Deus vobis perire non eſt paſſus; & paulo poſt: ſi autem poſt Pœnitentiam tantam rerum vbertatem omnium pollicetur Deus, quid reſpondebit Nouatus, negans Pœnitentiam, & reformari poſſe peccatores in priſtinum ſtatum ſi digna fecerint opera Pœnitentiæ? item huc ſpectat illud *Corinth.* 2. *cap.* 5. vnuſquiſque recipiet in corpore ſuo prout geſſerit in eo, ſiue bonum, ſiue malum: & *Apocalypſis* 14. opera enim eorum ſequuntur illos: item illud *Ezechielis* 33. impietas impij non nocebit ei, in quacumque die conuerſus fuerit ab impietate ſua; & *cap.* 18. omnium iniquitatum, quas operatus eſt, non recordabor amplius. Et ita, ſi quis in gratia mortuus fuerit, omnia eius bona redeunt, licet non idem ſit de peccatis, quæ non redeunt; quia vt ante diximus, penitùs deleta ſunt; at opera bona non ſunt

A deleta, ſed manent in acceptatione Diuina, vide *can.* 45. *Diſt.* 3. *de Pœnit.*

Opera mortua, ſeu facta in peccato, non viuificari, licet ſint bona.

CAP. XXXXIIII.

Ratio eſt, quia *Matthæi* 7. non poteſt arbor mala bonos fructus facere; & 1. *Timoth.* 1. omnia munda mundis, coinquinatis autem & immundis nihil eſt mundum; *Eccleſiaſtici* 34.
B dona iniquorum non probat Altiſſimus; & *Pſalmo* 65. iniquitatem ſi aſpexerit in corde meo, non exaudiet Dominus; *Iſaiæ* 1. dum extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis; & cùm multiplicaueritis orationes veſtras, non exaudiam, manus enim veſtræ plenæ ſunt ſanguine; *Ioannis* 9. Deus peccatores non exaudit.

Nec obſtat quod ait D. Hieronymus ad *cap.* 1. *Aggæi*, ſi quando videas inter opera multa peccatorem facere nonnulla quæ iuſta ſunt, non eſt tam iniuſtus Deus vt propter multa mala, paucorum bonorum obliuiſcatur: nam illud referendum eſt ad eos qui moriuntur in gratia propter aliquod bonum opus, licet plura fecerint
C peccata.

Culpâ dimiſſâ non dimitti pœnam temporalem.

CAP. XXXXV.

Id multis oſtendit D. Auguſtinus *lib.* 2. *de peccatorum meritis & remiſſione contra Pelagianos cap.* 34. hocque eſt definitum in Concilio Tridentino *ſeſſ.* 6. *cap.* 14. & *can.* 30. & *ſeſſ.* 14. *cap.* 8. & *can.* 12.

Deinde ſæpe Deus dimiſſâ culpâ & pœnâ
D æternâ, pœnas temporales exigit, vt patet de primis Parentibus *Geneſis* 3. quibus culpa eſt dimiſſa: *Sapientiæ* 10. & de Iudæis *Exodi* 32. quibus cum remiſit peccatum adorationis vituli, addit tamen: ego autem in die vltionis viſitabo peccatum hoc ſuper populum iſtum: & de Maria ſorore Moyſi; hæc enim poſt culpam contra fratrem commiſſam, arcetur à Caſtris Iudæorum in pœnam delicti *Numer. cap.* 12. & de Iſraëlitis, quibus remittitur peccatum obmurmurationis, nullus tamen ex his admittitur ad ingreſſum terræ Promiſſionis *Num.* 14. & de Dauide, cui remiſſum adulterium cum vxore Vriæ factum, *lib.* 2. *Regum cap.* 12. ſed filius inde natus moritur, & bellum in eum immittitur à Deo.

E Idem probatur ex patribus, ex D Auguſtino *lib.* 22. *contra Fauſtum cap.* 67. peccaui dixit Dauid ad Prophetæ admonitionem, & continuò ad hoc vnum verbum audire meruit, quod acceperit veniam; ad quam rem, niſi ad ſempiternam ſalutem? neque enim prætermiſſa eſt in illo ſecundum Dei commonitionem, flagelli Paterni diſciplina, vt & Confeſſus in æternum liberaretur, & afflictus temporaliter probaretur, ex Gregorio *lib.* 9. *Moral. cap.* 17. delinquenti Dominus nequaquam parcit, quia delictum ſine

vltione non deſerit; aut enim ipſe hoc homo in ſe penitùs punit, aut hoc Deus cum homine vindicans percutit: & ex Proſpero *lib. ſentent. ſent. 75.* corpus, ait, carnis noſtræ, ornamentum nobis fuit, peccauimus & compedes inde accepimus, vt vinculis mortalitatis omnis actionum humanarum curſus præpediretur: Diuina namque bonitas ideò maximè iraſcitur in hoc ſęculo, ne iraſcatur in futuro; & miſericorditer temporalem adhibet ſeueritatem, ne æternam iuſti inferant vltionem. Item ex Ambroſio *in pſalmum* 37. Chryſoſtomo, *Homil. 2. in Pſalm.* 50. & Homil. 4. *in poſteriorem ad Corinthios*, ex Hieronymo in *cap.* 10. *Hieremiæ, & in cap.* 5. *epiſt. ad Epheſios*: ex Leone, *ſermone* 8. *de Paſſione Domini*, ex Fulgentio *lib. 1. de Remiſsione peccatorum*, aliiſque multis. Et id colligitur ex Apoſtolo *Hebr.* 10. voluntariè, ait, peccantibus poſt acceptam Veritatis notitiam, iam non relinquitur hoſtia pro peccatis, terribilis autem expectatio quædam iudicij: & ex *Danielis* 2. & *Machabaeorum* 2. *cap.* 7. Aliud eſt in Baptiſmo in quo etiam omnis pœna tollitur, ex Concilio Tridentino *ſeſſ.* 14. *cap.* 8. vt ſit gratia plenior cum ſit gratuita, at in Pœnitentia non omnino gratuita.

Vnum peccatum ſine alio non remitti. C

CAP. XXXXVI.

ID probatur *Ezechielis* 18. ſi impius egerit Pœnitentiam, impietas hæc non nocebit ei; & ex D. Auguſt. *de vera & falſa Pœnitentia, cap.* 9. totum hominem ſanauit in Sabbato, quia & corpus ab infirmitate, & animam ab omni contagione liberauit, indicans Pœnitentem oportere ſimul dolere de omni crimine tam in anima & corpore, ſcio enim Deum inimicum omni crimino ſo; quomodo qui vnum crimen reſerat, de alio recipiet veniam? ſine amore Dei conſequeretur indulgentiam, ſine quo nemo D vnquam inuenit gratiam; hoſtis enim Dei eſt dum offendit perſeueranter: quædam ſiquidem impietas infidelitatis eſt, ab illo qui Iuſtus & Iuſtitia eſt dimidiam ſperare ſalutem, iam enim foret ſine Pœnitentia inuenire gratiam: ita D. Thomas. Et ratio eſt, tum quia peccatum tollitur per gratiæ habitualis infuſionem, at hæc pugnat cum peccato, cùm conuertat ad Deum, & faciat hominem Dei amicum, tum etiam quia peccatum non tollitur ſine vera Pœnitentia, at ea ſe extendit ad omnia peccata, ſaltem virtualiter.

De Diuiſione Communionis. E

CAP. XXXXVII.

CErtum eſt non eſſe niſi duas in genere Communiones, vnam quæ dicitur Communio Precum, alteram quæ eſt Communio Euchariſtiæ. Prior dicitur τῶν εὐχῶν in Concilio Nicæno *can.* 13. & in *epiſt. ad Letoium can.* 6. Communionem ad preces aſſequuntur; & in Synodo Ancyrana *can.* 2. & in *epiſt. canonica D. Baſilij*

A *ad Amphiloch. can.* 10. in Fidelium communione ſuſcipiantur ſine oblatione, & vna cum fidelibus ad orationem ſubſiſtant. & Communio cum fidelibus κοινωνία à Zonara *in Concil. Chalcedon. can.* 2. vbi dicit Communionem non de ſola Sanctificatorum communione, ſed de Synaxi & conſuetudine quam habent cum fidelibus: nam & hæc communio poterat eſſe ſine oblatione; & ita vocatur in Synodo Trullana *can.* 76. & *epiſt. ad Amphilochium cap.* 10. *&* 14. *& in Synodo Ancyrana can.* 4. vt cum fidelibus conſiſtant, vt dicitur etiam à Balſamone in *epiſt. Canonic. Cyrilli Alexandrini ad Epiſcopos qui ſunt* B *in Libya*, carere Communione Sanctus hic non ſolùm dicit de Sancta participatione; neque enim ante Baptiſmum diuinis myſterijs dignus habebitur, ſed etiam de ipſo Baptiſmo: antequam enim baptiſatus fuerit, non aſſequetur vt cum fidelibus conſiſtat; quæ & ipſa communio in diuerſis canonibus dicta eſt, vt patet. In quo loco notandum eſt Communionem in Baptiſmo pertinere ad fidelium communionem, & ſic de alijs Sacramentis, excepto Sacramento Euchariſtiæ, quod eſt valde notandum: dicitur & Communio Catholica in Concilio Aurelianenſi *cap.* 15. dicitur & Societas fraterna, *can.* 12. 3. *Quæſt.* 4. & Communio Eccleſiaſtica in Concilio Ancyrano *can.* 3. & *can.* 41. 11. *quæſt.* 3. C in Concilio Venetico *can.* 1. & in Aurelianenſi *canone* 10. *& can.* 22. & Communio Eccleſiæ in Concilio Aurelianenſi 1. *cap.* 1. & Aurelianenſi 4. *cap.* 16. & Autiſſiodorenſi *cap.* 12. *&* 14. & Pariſienſi 3. *cap.* 5. dicitur denique Pax & Communio Sanctæ Eccleſiæ *can. præſenti* 5 *Quæſt.* 2. & ita dicta eſt quia in Eccleſia pacem Epiſcopis offerebant Sacerdotes, & ipſis Sacerdotibus Laici per ſalutationis oſculum & amplexum; vel quia, vt habet Iſidorus Peluſiota *lib.* 1. *epiſt.* 122. Pacem Sacerdos ex Cathedræ faſtigio pronunciat, Dominum ſcilicet imitans Cathedram aſſumentem cum pacem ſuam Diſcipulis relinqueret ac daret: illud autem quod à plebe reſ- D pondetur, & cum Spiritu tuo, hanc habet ſententiam, Pacem quidem nobis præbuiſti Domine, hoc eſt mutuam inter nos concordiam; pacem autem nobis da, hoc eſt eiuſmodi tecum coniunctionem, quâ nullo modo diuelli poſſit, vt cum Spiritu tuo pacati quem nobis in creationis initio indidiſti &c. D. Auguſtinus *in ſermone de Vigilia Paſchæ*: poſt ipſam dicitur Pax vobiſcum, & oſculantur ſe Chriſtiani oſculo ſancto, ſed pacis Chriſti ſignum quod oſtendunt labia, fiat in conſcientia, id eſt quomodo labia fratris tui accedunt, ſic cor à corde non recedat: & D. Chryſoſtomus *lib.* 1. *de compunctione cordis cap.* 3. amplectentes & oſculantes nos tunc cum munera offeruntur & in *homil.* 51. *ad populum Antiochen.* propterea & in myſterijs alter E alterum amplectitur: & D. Hieronymus *ad Theophilum*: quiſquamne tibi inuitus communicat, quiſquam ne extenſâ manu vertit faciem, & inter ſacras epulas Iudæ oſculum porrigit? & Iuſtinus Martyr *Apologia* 2. a precibus finitis, mutuis nos inuicem oſculis ſalutamus.

Alia Communio eſt quæ dicitur Communio Sanctificatorum τῶν ἁγιασμένων, ab eodem Zonara *loco citato*, ſeu Communio Euchariſtiæ apud D. Cyprianum, & alios paſſim. Dicitur etiam Boni Communio *can.* 4. *&* 22. *ad Amphilochium*,

& Communio eius quod perfectum eſt, in Synodo Aocyrana *can.* 2. & abſolntè ac ſimpliciter Communio, *epiſt. ad Amphil. can* 4. 34. *&* 58. dicitur denique Oblatio in Synodo Trullana *can.* 76. *epiſt. ad Letoinm can.* 6. in Synodo Ancyrana *can.* 4. *&* 24. *epiſt. ad Amphilochium can.* 56. Quæ duæ Communiooes, omnes alias complectuotur, & nulla eſt, ſiue Sacerdotalis, ſiue Laica, ſiue Peregrina, quæ non ſit vel fidelium, vel Euchariſtiæ: nam quod dicitur eſſe Communionem Sacerdotalem, & Laicam, id fit ratione perſonarum Item quod dicitur, aliam eſſe Peregrinam, illud alio referendum eſt; & breuiter de illis Communionibus à nobis eſt agendum.

De Communione Sacerdotali.

Capitt xxxxviii.

COmmunio Sacerdotalis eſt Communio propria Sacerdotum, quâ priuantur per depoſitionem; cuius mentio in *concilio Arelatenſi* 2. ſecundnm inſtituta Seniornm, ſi à communione Sacerdotali fuerit ſuſpenſus, & apud Fœlicem *cap.* 7. nec ait, ad Eccleſiaſticam militiam permittantur accedere; quibus ſatis eſſe debet quod in numero Catholicorum ſunt recepti, quoniam de ſuo ordine & communione videbitur ferre iudicium, quiſquis hoc violauerit inſtitutum. Ea dicitur Eccleſiaſtica, quod ſit Eccleſiaſticorum virorum, in concilio Elibetitano *can.* 76. ſi quis, ait, diaconus ſe permiſerit ordinari cum peccato, ſi ipſe detegat, poſt triennium redeat ad Communionem Eccleſiaſticam: ſi aliàs, poſt quinquennem Pœnitentiam, ad Laicam communionem redeat, in Monaſterium retrudatur, ibique quandiu vixerit, Laicam tantùm communionem accipiat: opponit enim Laicam communionem Eccleſiaſticæ, ſeu Sacerdotali; nam ibi Eccleſiaſtica non ſumitur pro Communione Eccleſiæ, ſeu Fidelium, ſed pro Communione Eccleſiaſticorum virorum.

De Communione Laica.

Capite xxxxix.

COmmunio Laica, eſt cùm quis communicat vt Laicus, vt colligitur ex *can.* 15. *Apoſtol.* & eſt participatio Communis Fidelium Laicornm, cum quis Clericus depoſitus cogebatur laicè viuere, & cum Laicis communicare, *can.* 23. *diſt.* 8. *& can.* 8. *eadem diſt.* 81. vbi dicitur quod qui amiſit gradnm Eccleſiaſticum propter crimen, ſeu qui eſt depoſitus, peculiariter, gradu amiſſo, viuere poteſt, nec ab Eccleſiæ communione ſeparatur; quod confirmatur ex Balſamone *in can.* 19. *Synodi Neocæſarea*, *& can.* 69. *Apoſtolorum*, quo Clericus agens Pœnitentiam, vt Laicus recipitur; & ex D. Cypriano *ep.* 30. *ad Antoninnum.* Hic tamen admiſſus eſt Trophimus, vt Laicus communicet, non ſicut ad te literæ malignantium protulerant, quaſi locum Sacerdotis vſurpet. Et ita in Synodo *Agathenſi cap.* 50. dicitur, ſi Epiſcopus, Presbyter, aut diaconus capitale crimen commiſerit, de

A poſitus in Monaſterio retrudatur, ibique quandiu vixerit Laicam tantummodo Communionem accipiat: & in *Aurelianenſi* 3. dicitur vt ſi quis Clericus miſceatur vxori, Laicâ communione contentus, ab officio deponatur, *cap.* 2. & in *cap.* 19. idem dicitur de Clericis contumacibus.

De Communione Peregrina.

CAP. L.

AGitur de Communione Peregrina in *can.* 25. *diſt.* 50. Contumaces, ait, Clerici pro-
B vt dignitatis ordo permiſerit, ab Epiſcopis corrigantur; & ſi qui prioris gradus elati ſuperbia, communionem fortaſſe contempſerint, aut Eccleſiam frequentare, vel officium ſuum implere neglexerint, peregrina eis communio tribuatur, ita vt cum eos Pœnitentia correxerit, Reſcripti in Matricula gradum ſuum atque dignitatem recipiant, & concilio *Agatenſi can.* 10. vbi quibuſcumque Clericis contumacibus peregrina Communio conceditur, vt ibi iiſdem verbis continetur; & eodem concilio *Agatenſi can.* 5. ſi quis Clericus furtum Eccleſiæ fecerit, peregrina ei Communio tribuatur: & *concilio Ilerdenſi* Reus Sacrilegij prolixiori anathemate condemnetur, & vix quoque ei peregrina Communio animæ concedatur; & in concilio Re-
C gienſi: quod ergo in quibuſdam Schiſmaticis magis quam Hæreticis recipiendis Nicænum concilium à ſingulis per Territoria ſua, hoc etiam præſens conuentus in hoc ſtatuit ab omnibus debere ſeruari, id eſt vt cuicumque de fratribus tale aliquid charitatis concilia dictauerunt, liceat ei vnam Parochiarum ſuarum Eccleſiam cedere, in qua aut Chorepiſcopi nomine, aut peregrina vt aiunt Communione foueatur.

Quærunt plerique omnes quid ſit Communio Peregrina, dixi alicubi Communionem Peregrinam eſſe mediam inter Laicam, & Epiſcopalem vel Sacerdotalem, cùm quis Epiſcopus, vel Preſbyter non deponitur quidem, & non
D reducitur ad Laicam communionem, ſed ſuſpenditur & regradatur, ita vt retractus ad ordinem multò inferiorem, quaſi in Peregrino loco conſtituatur; & non reducatur tamen ad Laicam Communionem, quæ eſt propria depoſitorum; ſed maneat in aliqua cõmunione Ordinis, Eccleſiaſtici, inferiore tamẽ ordine ſuo, vt ſi Epiſcopus non cõmunicet vt Epiſcopus, ſed vt Preſbyter, ſi Presb. non communicet vt Preſbyter, ſed vt diaconus: quæ communio propter illam rationem dicitur quidem peregrina, quod ſit aliena à gradu quem quis prius occupabat, quomodo Iuo Carnotenſis *Epiſt.* 35. vocauit Iudicia coram non ſuo Iudice facta, Peregrina: nec ſolâ
E coniecturâ nitebatur mea ſententia, ſed authoritate concilij Regienſis *ſupra citat.* in quo Patres concilij exponentes *canonem* 8. *concilij Nicæni*, in quo agitur de Schiſmaticis, & ſtatuitur vt recipiantur, ſed ita, vt ſi fuerint Epiſcopi, Chorepiſcopi, ſi regio habeat Chorepiſcopum; vel Presbyteri communione contenti, viuant; illi namque Patres pro illis verbis, *vel Preſbyteri communione contenti viuant*, putant aut Pere-

grina, viuunt, Communione foueantur; & A ita regradationem vocant Communionem Peregrinam, quo nihil eſt apertius.

Dixi verò alio loco Communionem Peregrinam nihil aliud videri, quam Communionem quæ datur in fine vitæ, & vltimæ noſtræ peregrinationis ad aliam vitam, quæ alio nomine dicitur Viaticum itineris noſtri in cœlum: & ad id probandum attuli *canonem* 5. *epiſtolæ canonicæ Gregorij Nyſſeni ad Letoium*: ſi quis, ait, non expleto tempore à canonibus præſtituto, vitâ excedat, iubet patrum clementia vt effectus Sacramentorum particeps, non viatico vacans ad extremam illam & longam peregrinationem mittatur: ibi namque Viaticum eſt Communio quæ datur in vltima illa Peregrinatione, quæ etiam dicitur Viatica communio in *concilio Aurelian.* 3. *cap.* 6. Afferri etiam poteſt B locus Theophylacti Simocattæ *lib.* 1. *Hiſtoriæ Mauricianæ*, vbi Tiberius Imperator moriens, aut paulò ante obitum commendans Mauritium in Succeſſorem, ita loquitur: Solatium iſtud pro viatico mecum auferam, longam illam Peregrinationem inibo *μόνην ἐφόδιον τὴν ψυχαγωγίαν ἐπὶ τὴν μακρὰν ἐκείνην ἐσχάτην ἀπαίρομαι*: & dici poteſt Communio Peregrina ab illa peregrinatione quæ fit in exitu vitæ; & verum eſt vitam noſtram nihil aliud eſſe quam peregrinationem, vt rectè S. Maximus *in homil. de Iuda proditore*, nos Peregrini in hoc mundo, & hoſpites in hac luce verſamur; & D. Baſilius *in pſalm.* 15. Sancti viri eſt hanc vitam more peregrini tranſire, ac ad alteram properare. Vnde & in concilio Ilerdenſi dicitur, vt vix communio Pere- C grina animæ concedatur.

Quâ poſitâ ſententiâ dicendum eſſet patres concilij Regienſis non intellexiſſe quid eſſet Communio Peregrina, eáque voce abuſos fuiſſe, cum eam acceperunt pro Regradatione: nec enim negandum eſt quin illi ita acceperint Communionem Peregrinam, nec inuenimus aliquem alium ex veteribus, qui expoſuerit, quid ſit Communio Peregrina: illi namque hanc vocem vſurparunt pro Regradatione, & in exponendo canone Concilij Nicæni, in quo agitur de Regradatione Epiſcoporum, vel in ordinem Chorepiſcoporum, vel in ordinem Presbyterorum, pro regradatione in ordinem Presbyterorum, verſionem iſtam poſuerunt, aut, vt aiunt, Peregrinâ Communione foueatur; quomodo Ruffinus *in can.* 6. *eiuſdem Synodi Nicænæ*, vbi dicitur Alexandrinum Epiſcopum habere pote- E ſtatem in Ægypto, Libya, & Pentapoli, ſicut Romanus Pontifex habet, in ſuis ſcilicet Eccleſiis, repoſuit ſicut habet in Eccleſiis Suburbicariis, cum tamen longè plures Eccleſiæ quàm Suburbicariæ ſint Romano Pontifici ſubiectæ: ſed ille tamen vſus eſt illâ formulâ loquendi, tanquam notâ Latinis, vt exprimeret ſententiam canonis; & ſimiliter patres concilij Regienſis, aut ille qui concilium in ſcriptis digeſſit, vſus eſt voce Communionis Peregrinæ pro Regradatione: certiſſimum enim eſt in concilio Nicæno *can.* 8. *in fine*, agi de Regradatione Epiſcopi in ordinem Chorepiſcopi, vel Presbyteri; & Patres illi putarunt regradationem Epiſcopi in ordinem Presbyteri poſſe dici Communionem Peregrinam, quia valde diſtat à communione Epiſcopali, Regradationem vero Epiſcopi A in Chorepiſcopum non vocauit regradationem, quia non ita diſtat; nam Chorepiſcopi, vt Epiſcopi conſecrati ſunt, & ordinant Lectores, Exorciſtas, & Subdiaconos authoritate ſuâ, & diaconos, ac Presbyteros de licentia Epiſcopi, ex *concilio Antiocheno can.* 10. & ita ſunt Epiſcopi; & cum Epiſcopis plurima illis miniſteriorum communis eſt diſpenſatio, ex Leone Papa *epiſt.* 88. Quare Regradatio Epiſcopi in Chorepiſcopum, non ita propriè dici potuit Communio Peregrina, ſicut regradatio Epiſcopi in Presbyterum, quia Chorepiſcopus non ita remotus eſt ab Epiſcopo ac Presbyter.

Ex ſententia ergo concilij Regienſis Communio Peregrina nihil aliud eſt quàm Epiſcopi in Presbyterum regradatio.

B

De aliis quibuſdam Communionibus.

CAP. LI.

PRæter iam dictas Communiones fuerunt & aliæ minores Communiones, qualis eſt in miniſteriis obeundis Societas, vt patet ex Zonara *in can.* 16. *Synodi Nicænæ*: communionis, ait, nomine non ſacrorum myſteriorum perceptionem, ſed in ſacris muneribus ac myſteriis vnà obeundis ſocietatem à Patribus reor eſſe ſignificatam, quæ communio pertinet ad Clericos tantùm: & ex Optato Mileuitano *lib.* 7. communionis, ait, vnum eſt nomen, ſed diuerſi ſunt actus; aliud eſt communicare Epiſcopum cum Epiſcopo, & aliud eſt communicare laicum C cum Epiſcopo: *& ex can.* 74. *Synodi Carthaginenſis*, vbi de Epiſcopis, qui noluerunt intereſſe Synodis, dicitur vt debeant ſuæ Eccleſiæ communione eſſe contenti: vel etiam eo nomine intelligitur communicatio in victu & conuerſatione, quæ communio amittitur cum communione ſacrorum myſteriorum, vel etiam ſacrarum precum.

De Excommunicatione.

CAP. LII.

QVemadmodum Communio multiplex eſt, ita & Excommunicatio, quæ eſt communionis priuatio: nam, vt ait Zonaras *in can.* 2. E *Synodi Chalcedon.* communionis priuatio non de ſola ſacrorum myſteriorum Communione iis denegandа, ſed de illorum quoque conſuetudine & congreſſu à fidelibus vitando accipi debet: & *can.* 16. *Synodi Nicænæ*, Communionis, ait, priuationem hoc loco intelligendam eſſe arbitror quâ, initiati, videlicet, ſacra facientibus nullomodo communicare, ſed eos in ſacro miniſterio penitus auerſari iubentur: & Balſamo *in can.* 79. *Synodi Carthaginenſis*: alij, ait, canones accipiunt excommunicationem, quod quidem attinet ad Epiſcopos, vt nihil Sacerdotale obeant; præſens autem canon eos à ſacro miniſterio non impedit, ſed ſeparat à reliquorum fratrum communione. Et confirmatur ex Optato Mileuitano *lib.* 7. *loco citato*: vbi oſtendit Machàrium fuiſſe excommunicatum, non à com-

munione fidelium aut Sacramentorum, ſed ab A aliorum Epiſcoporum communione; & ex D. Cypriano qui reſpondens Antoniano idem oſtendit de Trophimo, & nos oſtendimus in *cap.* 34. *de Pœnitentia & cap.* 31.

Verùm quia ſunt duæ præcipuæ Cõmuniones, quæ ſunt omnibus communes Chriſtianis, tam Laicis quam Clericis; ita duæ ſunt Excommunicationes præcipuæ, vt ſcilicet quis vel à perceptione Sacramentorum arceatur, vel à participatione precum: quod manifeſtum, fit ex *cap.* 59. *de ſententia excommunic.* & ex Petro Alexandrino in *can.* 8. in omnibus, ait, communicare, & in orationibus, & in participatione corporis & ſanguinis, & ſermonis adhortatione: & ex Tertulliano *Apologet. cap.* 39. ſummum, ait, futurique iudicij præiudicium eſt, ſi quis ita deliquerit, ab orationis communione, & conuentus, & omnis ſancti commercij relegatur, & oſtendimus *de Pœnit. cap.* 30. 31. & 35. B

Sed quia omnes Chriſtiani diuiduntur in duos ordines in Clerum & Populum, ex *can.* 7. 12. *quæſt.* 1. Laici poſſunt tantùm excommunicari, his duobus modis, ita vt priuentur Sacramentis, vel etiam precibus fidelium, & generaliter vt excommunicentur, ſegregentur, vt patet ex *can.* 31. *Apoſtol. & can.* 6. *Synodi Epheſina & canone* 2. *Synodi Chalcedonenſis*; Clerici verò poſſunt & aliter excommunicari, nempe, vt deponantur, & honore excidant, quod non poteſt dici de Laicis, qui nullum ordinem habent: & ideo in canonibus, qui pœnam conſtituunt criminibus, additur ſemper diſtinctio illa, ſi Presbyter, ſi Laicus; vt ille deponatur, iſte ſegregetur: vt in *can. Apoſtolor.* 31. *in Synodo Epheſina can.* 6 *in Chalcedonenſi can.* 2. *& 8. & in Trullana can.* 80. 81. & 82. C

De Laicorum Excommunicatione.

CAP. LIII.

Laici ergo non poſſunt Excommunicari niſi duobus modis, vt ſcilicet vel priuentur communione Corporis Domini, vel priuentur communione fidelium, vel vtraque: quod fiebat duobus modis, vel per ſimplicem Excommunicationem, vel per Anathema; hæc enim duo diſtinguuntur in *concilio Meldenſi cap.* 56. *& l.* 39. *Cod. de Epiſc. & Cler.* & apud Ivonem *Decreti parte* 14. *cap.* 51. & apud Gratianum 3 *quæſt.* 4. *can.* 12. & ſanè videtur Anathema addidiſſe excommunicationi execrationes; ita vt excommunicatio etiam maior, tantùm fieret per ſententiam, anathema verò cum execrationibus & fulminationibus, quæ fiebant recitando ſuper caput eius *pſalmum* 168 execrationibus plenum, vt patet ex concilio Pariſienſi, vbi agitur de cauſa Prætextati: bis ita geſtis petiit Rex vt aut eius tunica ſcinderetur, aut centeſimus octauus pſalmus qui maledictiones Iſcarioticas continet, ſuper caput eius recitaretur, aut certè iudicium contra eum ſcriberetur, ne in perpetuum communicaret: vbi tria diſtinguuntur, primum eſt vt eius tunica ſcinderetur, quod poteſt pertinere ad depoſitionem, aut 108. pſalmus maledictionibus plenus ſuper caput eius recitaretur, quod D E

A pertinet ad anathema; aut iudicium contra eum ſcriberetur ne communicaret in perpetuum, quod pertinet ad ſimplicem excommunicationem. Idem patet ex *concilio Turonenſi* 2. *cap.* 24. vbi ſic loquitur de raptore rerum Eccleſiaſticarum: qui res, inquit, peruadit Eccleſiæ, pſalmus centeſimus octauus dicatur, vt veniat ſuper eum illa maledictio quæ ſuper Iudam venit, qui dum loculos faceret, ſubtrahebat pauperum alimenta, vt non ſolùm excommunicatus, ſed etiam anathematiſatus moriatur: quomodo qui exorciſabant, dicebantur anathematiſare, eo quod cum imprecatione adiurarent, vt patet ex Tertulliano *in Scorpiaco, (vel ad Scapulam) cap.* 4. at tu, fides, ſi vigilas, ibidem ſcorpio pro ſolea anathema inlidito, & relinquito in ſuo ſopore morientem: dicit anathema illidito, pro adiura cum imprecatione.

De Clericorum Excommunicatione.

CAP. LIV.

Clerici non tantùm illis duobus modis, quibus Laici, poterant excommunicari; ſed pluribus aliis pro ratione communionum Eccleſiaſticarum quas habebant, vel in miniſterio, vel cœtu Eccleſiaſtico, vel gradu, vel Beneficio, vt mox dicemus. C

Primo Clerici poſſunt excommunicari, nec deponi, vt patet *can.* 45. *Apoſtol.* Epiſcopus vel Presbyter, vel diaconus, qui cum hæreticis comprecatus eſt, ſolùm ſegregetur, id eſt excommunicetur, *μόνον ἀφοριζέσθω*: ſin autem eis tanquam Clericis operari permiſerit, deponatur *καθαιρείσθω*, & *can.* 28. *etiam Apoſt.*

Secundo deponuntur aliquando ſimul & Excommunicantur, vt in *can.* 64. *Apoſtol.* & in *concilio Arelatenſi* 2. *can.* 14. & in *can.* 30. *etiam Apoſtolorum*, his verbis: ſi quis Epiſcopus ſæcularibus principibus vſus, per eos Eccleſiam ſit adeptus, *καθαιρείσθω καὶ ἀφοριζέσθω*, id eſt deponatur & ſegregetur; & *can.* item 29. *&* 51. *Apoſtolorum*. D

Tertiò deponuntur, nec excommunicantur, ex concilij *Aurelianenſis cap.* 7. ſi inuitus, vel reclamans fuerit ordinatus, ab officio quidem deponatur, ſed non a communione pellatur; & *cap.* 26. ſi quis aduerſus ſtatuta venire præſumpſerit, communione conceſſâ, ab ordine regradetur. Et ſic dicuntur *τῆς ἱερωσύνης γυμνοῦσθαι*, ſacerdotio nudari, Flauiano *epiſt. ad Leonem*; & miniſterio excidere, à Baſilio *cap.* 51. & proprio gradu excidere, in *concilio Trullano can.* 92. & abdicari in *Synodo Ancyrana can.* 18 & *ἐκκηρύκτους γίνεσθαι* a Gregorio Thaumaturgo *cap.* 4. Et confirmatur, tales adhuc in communione eſſe, ex Baſilio *ad Amphilochium cap.* 3. & hæc ratio redditur in *can.* 25 *Apoſtol.* Dicit enim ſcriptura non vindicabis bis in idipſum. Item depoſiti dicuntur priuati honore, ex Synodo Antiochena *can.* 10. & Aurelian. 5. *cap.* 11. & concilio *Epaonenſi cap.* 21. E

Quartò nec deponuntur, nec excommunicantur, ſed ſuſpenduntur ad tempus, id eſt a Miſſarum celebratione, vt eſt in concilio Aurelianenſi 3. *cap.* 13. & 25. nam tales adhuc poſ-

ſunt manere in communione Coepiſcoporum ſi ſint Epiſcopi, vt patet ex concilio *Aurelianenſi* 3. *cap* 6. Epiſcopus pro ordinationis temeritate ſex menſibus à celebrandis officiis ſequeſtretur: quod ſi Miſſas intra ſtatutum tempus facere præſumpſerit, anno integro omnium fratrum charitate priuetur: aliquando verò non manent in ea ex concilio Aurelian. 5. *can.* 5.

Quinto, iure ordinandi priuantur, licet non amittant Epiſcopatum, nec excommunicentur, vt patet ex concilii *Carthaginenſis* 4. *can.* 68. & ex D. Leone *epiſt.* 7. *ad Epiſcopos per Mauritaniam*: ſi qui, ait, talem conſecrauerint Sacerdotalem, qualem non liceat, etiamſi aliquo modo damnum proprij honoris euaſerint, ordinationis ius vlterius non habeant.

Sextò priuantur inſuper poteſtate in conciliis exiſtendi, ex concilio Taurinat. *can.* 2. ille verò qui ordinauerit, authoritatem in ordinationibus, & in conciliis minime retinebit.

Septimò, ipſo Epiſcopatu priuantur tantum, nec degradantur tamen, vt patet ex concilio *Carthaginenſi* 3. *cap.* 4. & Africano *cap.* 20. quomodo priuatus Epiſcopus Faſſullenſis apud D. Auguſtinum *epiſt.* 26. & Hadrianus Thebanus Epiſcopus, apud S. Gregorium *lib.* 2. *epiſt.* 7. *indictione* 11.

Octauò priuantur poteſtate altioris promotionis, vt patet ex D. Baſilio *can.* 69. & Synodo Trullana *can.* 3.

Nonò, omnibus actionibus ſui officij Epiſcopalis, vel alterius inferioris priuantur, retento ſolo nomine Epiſcopi, vel Preſbyteri, vel Diaconi, vt de Meletio refert Theodoretus *lib.* 1. *cap.* 9. & de Preſbyteris, ac Diaconis dicitur in concilio Ancyrano *can.* 1. & 2. vt illum quidem habeant honorem, ſed nullum ſacrum miniſterium exerceant. Et confirmatur ex D. Baſilio *can.* 7. vbi dicitur de quodam Preſbytero, eſſe quidem Cathedræ participem, à reliquis autem actionibus abſtinere; nec priuatim, nec publicè benedicere; nec Chriſti corpus aliis impertire, nec aliquod aliud ſacrum miniſterium obire; ſed eſſe debere contentum quod præſideat ſed hi manebunt in communione, vt patet ex Synodo Neocæſarienſi, vbi dicitur ne offerat, manens in aliis; & ex Synodo Epheſina, vbi de Euſtachio dicitur *epiſt. ad concilium Pamphilia act.* 7. *in fine*, vt retineat nomen Epiſcopi, & honorem, & communionem, non tamen ordinet, neque Sacerdotis officio fungatur ea in Eccleſia, niſi adiutor aſſumatur, vel ei permittatur à fratre & Coëpiſcopo; qua de re vide Synodum Trullanam *can.* 3. & 16.

Decimo deponebantur à Sede ſua Epiſcopali, & tamen manebant Epiſcopi, nec erant excommunicati, vt conſtat de Baſſiano & Stephano Epheſinis Epiſcopis in Synodo Chalcedonenſi *act.* 12 vbi dicitur de eis: habeant Epiſcopi dignitatem, & ex redditibus memoratæ Eccleſiæ ſanctiſſimæ, nutrimenti gratià & conſolationis annis ſingulis ſolidos ducentos accipiant. Quod etiam de Preſbyteris, aliis que miniſtris dicitur à D. Gregorio *lib* 1. *epiſt.* 42. vbi dantur in Pœnitentiam, & manent in Iure Eccleſiaſtico, & tamen Datur eis vnde viuant ex ſuo beneficio, & ita miſerationis intuitu Domno Epiſcopo Antiocheno data eſt alimonia à Synodo Chalcedonenſi de conſenſu Succeſſoris eius, etiamſi eſſet depoſitus, & à Sede, & ab ordine.

Vndecimò, deponebantur ab vno gradu, & non ab omnibus, & ſic regradabantur, vt patet ex concilio Toletano 1. *cap.* 4. Subdiaconus vxore defunctâ, ſi vxorem aliam duxerit, ab officio in quo fuerat ordinatus, remoueatur, & habeatur inter oſtiarios: quod tam ſolim ægrè fiebat in Epiſcopis, vt conſtat ex concilio Chalcedonenſi *act.* 4. vbi cum Euſtachius duos Epiſcopos ordinatos à Photio Tyri Metropolita degradaſſet, Patres non approbarunt, dicentes, ſi ob crimen & iuſta de cauſa priuati eſſent Epiſcopatu, & Preſbyteratu etiam eſſe priuandos.

Veruntamen poſteà factæ ſunt etiam Regradationes, vt patet ex concilio Rhemenſi de Namnetenſi Epiſcopo; cui præfuit Leo nonus: Iudicio, ait, Synodi ſublato anulo, & Paſtorali pedo, priuatus eſt Pontificali miniſterio, condonato ei interuenientibus Epiſcopis tantummodò Preſbyteratus officio: & ex concilio Romano anno Chriſti 964. in quo Benedictus 5. depoſitus fuit, & in ordinem Diaconorum redactus apud Luitprandum *lib.* 6. *cap.* 11.

Duodecimo, nec deponebantur, nec excommunicabantur, nec ſuſpendebantur, nec regradabantur, & tamen non poterant exercere ordinis officium; vt de Catharis Epiſcopis conſtat in Synodo Nicæna *can.* 8. & de Epiſcopis ordinatis à Meletio apud Theodoretum *lib.* 1. *cap.* 9. & ex Gelaſio Cyziceno *lib.* 2. *cap.* 33. vbi dicitur quod cum honorem & functionem miniſterij obtineant, eam tamen actu non exerceant, neo ordinant, nec inſtituunt Preſbyteros, & ſunt in ordine ſecundo ab Epiſcopo loci in quo degunt.

Decimo tertio, priuabantur tantùm communione & Charitate fratrum Coepiſcoporum & & Metropolitani, ex concilio Aurelianenſi 5. *can.* 17. ſi Epiſcopus ſecundò admonitus, aut mittere, vel venire diſtulerit, tandiu a Charitate Metropolitani ſui nouerit ſe eſſe ſuſpenſum, donec ad eius præſentiam veniens, cauſæ de qua petitur reddiderit rationem: & Aurelianẽſi 4. *cap.* 6. vbi dicitur contra quendam Epiſcopum, vt ab eius communione ſe fraternitas vniuerſa Epiſcoporum ſuſpendat; & Aurelianenſi 5. *cap.* 9. anno integro ab officio & charitate fratrum habeatur extraneus; & Arel. 3. *cap.* 3. ab omnium fratrum Charitate nouerit ſe alienum; & Tarraconenſi ſub Hormiſda *cap* 6. cunctorum Epiſcoporum Charitatis communione priuetur.

Tales vero Epiſcopi manebant in ſuæ communione Eccleſiæ, ex concilio Carthaginenſi 5. *cap.* 10. & 13. Epiſcopus qui hoc fecerit, à cæterorum communione ſe iunctos, ſuæ tantùm plebis ſit communione contentus; & ex Africano *cap.* 43. & 47. quod ita factum aduerſus Victorem notat D. Auguſtinus *epiſt.* 261. clamet, ait, alius eiuſdem Prouinciæ Victor Epiſcopus, cui relicto in eadem pœna in qua & Priſcus fuit, nuſquam niſi in eius diœceſi ab alio communicatur; clamet, inquit, aut vbique communicare debui, aut etiam in aliis locis communicare non debui; in qua Epiſtola oſtendit poſſe Epiſcopos, manentes in Epiſcopatus honore, aliis modis variè puniri: & idem factum aduerſus Epiſcopos quoſdam qui in Epheſino, conciliabolo conſen-

ſerant hæreſi Eutychianæ, vt patet ex Leone *epiſt. ad Anatolium* 38. vbi dicitur, vt ſuarum interim Eccleſiarum eſſent communione contenti; & Balſamo in *can.* 79. *Synodi Carthaginenſis*, mentionem facit excommunicationis huius quam nouam vocat.

Decimo quartò, Excommunicabantur & Pœnitentiæ tradebantur, etiamſi non eſſent depoſiti, vt patet ex concilio Eliheritano *can.* 76. ſi quis diaconum ſe permiſerit ordinari &c. ſi ſponte fuerit confeſſus, placuit eum actâ legitimâ Pœnitentiâ, poſt triennium accipere communionem; quo canone cum habeat communionem poſt triennium, ſequitur non fuiſſe depoſitum: idemque patet ex Synodo Bracarenſi 3. *cap.* 4. & Aurelianenſi 3. *can.* 2. *&* 7. & Ilerdenſi *can.* 5. & 8. ſed maxime probatur ex Synodo Toletana 13. *can.* 10. ſancta Synodus definit vt ſtante priſcorum canonum ſanctione, quicumque Pontificum vel Sacerdotum deinceps per manus impoſitionem Pœnitentiæ donum acceperint, nec ſe mortalium criminum profeſſione notauerint, tenorem retentandi regiminis non amittant, per Metropolitanum Reconciliatione Pœnitentium more ſuſceptâ, ſolita expleant ordinis, vel cætera myſteriorum ſibi credita Sacramenta. Nam licet olim Sacerdotes non admitterentur ad Pœnitentiam, vt ſupra diximus, poſteà tamen ad eam admiſſi ſunt, vt patet ex dicta Synodo Toletana, & nos diximus *lib. de Pœnitentia cap.* 10. *&* 28.

Ceterùm notanda eſt formula quâ in Eccleſia acclamabatur aliquem eſſe excommunicandum: dicebant enim communiter foras mitte, [Greek], ſic in concilio Conſtantinopolitano ſub Menna *act.* 5. dicitur τὺς Μανιχαίυς Manichæos foras mitte, & in concilio Chalcedonenſi ſimiliter eadem habentur verba in *act.* 1. & eſt conſtitutio apud Clementem *lib.* 2. *conſtitut. Apoſtol. cap.* 56. ſi videris, ait, Epiſcope hominem in peccato perſeuerantem, ſeueritate vſus iubeto eum foras eiici [Greek]. Et dicitur vetus Eccleſiæ Regula à Gregorio Nyſſeno *ſermone de abiurgatione*: ſi clauſæ, inquit, nobis fuerint [Greek] id eſt excommunicatione, portæ Eccleſiæ, blaſphemamus, ſimulque in deum contumelioſi: ne putes exilium hoc ab Epiſcopi dolore ortum; antiqua lex eſt, & ex lege, Regula vetus Eccleſiæ: imò à Chriſto initium cœpit excommunicandi poteſtas; vt colligitur ex eodem Nyſſeno *loco citato*, Chriſtus Dominus in Petro dedit Epiſcopis clauem cœleſtis præmij; ſcito te ſolutum eſſe, ſi ab Epiſcopis ſolutus es; ſi vinctus es, ſcito te vinculis inuiſibilibus impeditum. moriens agnoſce clauſa tibi eſſe ea quorum communione tibi interdictum; & ita D. Paulus Corinthium illum hac poteſtate Sathanæ tradidit. Certè Excommunicatio pertinet ad officium boni Paſtoris, qui morbidas oues debet à ſanis ſeparare: & ita D. Chryſoſtomus *oratione de Babyla*, dicit Babylam excommunicaſſe Decium, voluit dicere Philippum, à quo Gordianus fuerat occiſus: quomodo Paſtor ſcabie perditam ouem excludit, Decium, ait, vt mancipium vile & nullius pretij eiecit Eccleſia, cum tanta animi tranquillitate & ſecuritate, cum quanta Paſtor ouem ſcabie obſitam & morbidam excluderet ouili: & D. Hieronymus *ad Galatas* 5. igitur ſcintilla ſtatim vt apparuerit, extinguenda eſt, & fermentum, à maſſæ vicinia ſemouendum, ſecandæ putridæ carnes, & ſcabioſum animal à caulis ouium repellendum, ne tota domus, maſſa, corpus, & pecora, ardeat, corrumpatur, putreſcat, intereat, Arius vna ſcintilla fuit, ſed quia non ſtatim oppreſſa eſt, totum orbem eius flamma populata: Cenſura Eccleſiæ leuis, quæ contenta eſt morbidam ouem gregis communione prohibere.

Porrò multi à veteribus excommunicati fuerunt, vt Philippus à Babyla, ex D. Chryſoſtomo *loco ſupra citato*; & Marcion, teſte Epiphanio *hæreſi* 42. Marcion, ait, cum quadam virgine ſe corrupit, & à Patre ſuo Eccleſiâ pulſus eſt: & Apollinarij duo, Pater, & Filius à Theodoto Laodiceæ Epiſcopo fuerunt excommunicati ex Suida:

Magnum eſt hoc vinculum Excommonicationis: eſt enim pœna ſpiritualis animæ ex D. Auguſtin *lib.* 1. *in epiſt. Parmeniani cap.* 7. vbi ait, excommunicationem eſſe pœnam ſpiritualem, per quam anima ipſa ligatur, & *contra aduerſarios legis c.* 17. alligatur homo amarius & infœlicius Eccleſiæ clauibus, quàm quibuſlibet duriſſimis & amariſſimis vinculis. Et Sathanæ traditi dicuntur Excommunicati in *can.* 2. *omnis*, 11. *quæſt.* 3. Et olim malè actum cum quibuſdam excommunicatis; nam viſibiliter & corporaliter pœnam ſenſerunt excommunicationis, vt patet ex Scriptoribus antiquis. Gregorius enim Turonenſis *lib.* 5. *Hiſtoria Francorum cap.* 35. refert Nantinum Comitem, impium Sacerdotum oppreſſorem ſub Childeberto Galliæ Rege ab Heraclio Epiſcopo excommunicatum, ſtatim conqueſtum fuiſſe ſe viuum ignibus ab Heraclio admotis vri, & in eo eiulatu ſubita morte concidiſſe, ac corpore ſic atrato fuiſſe quaſi de cœlo tactus fuiſſet; & Nauclerus 3. *volum. gener.* 34. refert quoque Moguntinum Epiſcopum, Othonem Patrem innuptis nuptiis operantem piorum cœtu mouiſſe, & eum in ipſo Templi aditu, quo rei diuinæ cauſa adibat, ſubitò cohorruiſſe, & toto corpore trementem in humum prolapſum occubuiſſe: ſcriptum etiam eſt Othonem Brandeburgenſem Principem, à Ludolpho Epiſcopo propter crudelitatem excommunicatum, à canibus ſuis fuiſſe laceratum: item quę Stiliconis Amanuenſem à D. Ambroſio excommunicatum, fuiſſe quoque à canibus laceratum.

De Pœnis poſt Mortem luendis.

CAP. LV.

SVnt & poſt mortem aliquæ pœnæ tolerandæ, quarum aliquæ ſunt temporariæ, aliæ æternæ. Temporariæ ſunt pœnæ ignis Purgatorij; Æternæ verò ſunt pœnæ Inferni, vel Limborum: & quidem pœnæ Purgatorij non ſunt duraturæ niſi ad vltimum iudicium, aliæ vero etiam poſt illud, & omnes debentur peccato, vt rectè D. Auguſtinus *in lib. de Geneſi ad literam contra Manichæos*, vbi explicans iſta verba, *maledicta terra in opere tuo*, *Geneſ.* 3. qui fortè, ait, agrum non coluerit, & ſpinis eum opprimi permiſerit, habet in hac vita maledictionem terræ ſuæ, & poſt hanc vitam habebit

vel ignem Purgationis, vel pœnam æternam. A De his igitur pœnis ſigillatim agendum videtur.

De pœnis Purgatorij.

CAP. LVI.

ESſe quidem Purgatorium ſeu locum Purgatorij ignis, quò animæ fidelium ex hac vita migrantes purgentur, eſt de fide in *concilio Florentino in lib. vlt. ſancta Vnionis ſeſſ. decreto de Purgatorio.* Profitemus iuſtorum animas perfectam laureolam in Cœlo iam conſecutos eſſe, ac impiorum perpetuas pœnas luere; medias verò in purgatorio eſſe; quod quidem ſiue ignis, ſiue obſcuritas, ſiue turbo, ſiue id genus aliud ſit, nihil refert: & in *concilio Tridentino ſeſſ. 6. can. 30. & ſeſſ. 25.* Id vero probatur ex illo *Matthæi cap. 12.* vbi Chriſtus ait, quod ſi quis peccauerit in Spiritum Sanctum, non dimittetur ei, neque in hoc ſæculo neque in futuro; quo loco vtitur Bernardus *ſermone 66. in cant.* vt probet aliqua peccata remitti in alio ſæculo, at non in Cœlo, quia nihil coinquinatum intrat in Regnum cœlorum, *Apoc. 2.* nec in Inferno, quia in eo nulla eſt redemptio; ergo in Purgatorio: eòque etiam loco vtitur D. Auguſtinus ad probandum aliquẽ eſſe locum in quo remittantur poſt hanc vitam peccata, qui locus dicitur Purgatorium, *lib. 21. de Ciuit. Dei, cap. 24.* non diceretur, ait, veraciter de quibuſdam, quod eis non remitteretur, nec in hoc ſæculo, nec in futuro, niſi eſſet quibus, & ſi non in iſto, tamen remitteretur in futuro, & D. Gregorius *4. dialog. cap. 39.*

Secundò id probatur ex D. Paulo *ad Corinthios cap. 3.* vnuſquiſque autem videat quomodo ſuperædificet &c. ſi quis autẽ ſuperædificet ſuper fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretioſos, ligna, fœnum, ſtipulam, vniuſcuiuſque opus erit manifeſtum; dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit: ſi cuius opus manſerit quod ſuperædificauit, mercedem accipiet; ſi cuius opus arſerit, detrimentum patietur; ipſe vero ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem vbi oſtenditur diſcrimen inter peccata, quorum aliqua diutiùs ignis probabit, & alia citiùs conſumet, vtrumque ad ſalutem: Eoque loco vtitur D. Ambroſius *1. ad Corinth. 5.* oſtendit quidem illum ſaluum futurum, inquit, ſed pœnas ignis paſſurum, vt per ignem purgatus fiat ſaluus, & non ſicut perfidi æterno igne in perpetuum torqueatur: & D. Hieronymus *in 4. Amos, & lib. 1. in Iouinianum*, & Origenes *homil. 6. in Exod.* & Oecumenius *in 1. ad Corinthios*, & Theodoretus etiam *in 1. ad Corinthios*, his verbis: οὕτω πῦρ πιστεύομεν, ἐν ᾧ καθαρίζονται αἱ ψυχαὶ ὡς χρυσίον ἐν τῷ χωνευτηρίῳ: quem locum Theodoreti ita citat & vertit D. Thomas *opuſculo contra Græcos*: hunc credimus ignem Purgatorium, quo purgantur animæ, vt aurum in conflatoriis: & licet locus ille videatur valde difficilis D. Auguſtino *lib. de fide & operibus cap. 15. & 16.* tamen idem D. Auguſtinus *homil. 16. ex quinquaginta, tomo 10.* vtitur eo loco ad probandum Purgatorium: hi verò, ait, qui temporalibus pœnis digna geſſerunt, de quibus Apoſtolus dicit, ſi cuius opus arſerit, detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem, per fluuium igneum, de quo ſermo Propheticus commemorat, & fluuius ignis currebat ante eum: per fluuium igneum & vada frementibus globis horrenda tranſibunt: quanta fuerit peccati materia, tanta & pertranſiendi mora; quantum exegerit culpa, tantum ſibi ex homine vindicabit quædam flammæ rationabilis diſciplina; & quantum ſtulta iniquitas ſubiecerit, tantum ſapiens pœna deſeruiet: & quia ſermo diuinus quodam loco ollæ æneæ animam peccatricem comparat, dicens,
B pone illam ſuper prunas vacuam donec concaleſcat æs eius, & omne ſtannum eius defluat; illic, ſermones otioſi, & iniquæ cogitationes, vel ſordidæ: illic multitudo leuium peccatorum, quæ puritatem nobilis naturæ infecerant, exundabunt: illic ſtannum vel plumbum diuerſorum ſubrepentium delictorum, quæ diuinam imaginem obſcurauerant, conſumentur, quæ omnia hic ab anima ſeparari per eleemoſynas, & lachrymas, compendioſâ translatione potuiſſent: Ecce ſic exigere habet ab homine rationem, qui ſeipſum pro homine dedit, & confixus clauis, legi mortis ſe vinxit.

Tertiò id probatur ex *Mathæi cap. 5.* vbi Chriſtus meminit carceris cuiuſdam, in quo poſt
C mortem mittuntur, & exeunt: eſto, ait conſentiens aduerſario tuo citò, dum es in via cum eo, ne fortè tradat te aduerſarius iudici, & Iudex tradat te miniſtro, & in carcerẽ mittaris; amen dico tibi, non exies inde donec reddas nouiſſimum quadrantem: quo loco vtitur Gregorius *lib. 4. dial. cap. 39.* ad probandum Purgatorium: & D. Cyprianus *epiſt. 58.* etiam hoc loco vtitur ad oſtendendum varium ſtatũ animarum poſt hanc vitam: aliud eſt, ait, ad veniam ſtare, aliud ad gloriam peruenire; aliud miſſum in carcerem, non exire inde donec ſoluat nouiſſimum quadrantem; aliud ſtatum fidei, & virtutis accipere mercedem, aliud pro peccatis longo dolore cruciatuum emendari, & igne diu purgari,
D aliud omnia peccata paſſione purgaſſe, aliud denique pendere in die Iudicij à ſententia Domini, aliud ſtatim à Domino coronari.

Confirmatur verò hæc ſententia ex Patribus, vt ex D. Auguſtino *lib. 2. de Geneſi ad litteram, loco citato, & lib. 21. de Ciuit. Dei cap. 16.* quiſquis, ait, cupit pœnas euadere ſempiternas, non ſolùm baptizetur, ſed etiam iuſtificetur in Chriſto, vt ſic verè tranſeat à Diabolo ad Chriſtum; Purgatorias autem pœnas nullas futuras opinetur niſi ante illud vltimum, tremendumque Iudicium: & *cap. 13* ſed temporarias pœnas alij in hac vita tantùm, alij poſt mortem, alij & nunc
E & tunc; verumtamen ante illud Iudicium ſeueriſſimum, grauiſſimumque patiuntur, & ex D. Gregorio *lib. 4. dial. cap. 39.* de quibuſdam culpis leuibus eſſe ante Iudicium ignis Purgatorius eſt credendus. Et ex D. Paulino Nolano Epiſcopo *in pſalm. 1.* vbi verbis expreſſis meminit Purgatorij: & ex eodem D. Auguſtino *ſerm. 41. de Sanctis, & 4. de animabus Defunctorum fidelium*, vbi quantus ſit ignis Purgatorij oſtendit; ſed dicet aliquis non pertinet ad me quandiu moras habeam, ſi tamen ad vitam æternam perrexero: nemo hoc dicat, fratres Chariſſimi, quia ille ignis Purgatorius durior erit quàm

quidqoid poteſt in hoc ſæculo pœnarũ rideri, vel
cogitari, vel ſentiri, & cum de dia Iudicij ſcri-
ptum ſit quod erit dies vnus tanquam mille an-
ni, & mille anni tanquam dies vnus, vnde ſcit
vnuſquiſque virum diebus ac menſibus, an fotte
etiam & annis per illum ignem ſit tranſiturus?
& qui modo nec vnum digitum ſuum in ignem
vult mittere, timeat neceſſe eſt vel tunc paruo
temporetcum anima & toto corpote cruciati; &
ideo totis viribus vnuſquiſque laboret vt capi-
ſalia crimina poſſit euadere; & peccata minuta
ita bonis operibus redimere, vt de ipſis nihil vi-
deatur temanere quod ignis ille poſſit abſu-
mere. Et tantum abeſt vt negandum ſit igne Pur-
gatorij expiari marulas eorum qui leuius pecca-
xunt, vt etiam aliqui exiſtimariot omnium,
etiam iuſtorum, animas tranſire per ignem
Purgatorij, vt conſtat ex Lactantio *lib. 7. diuin.
inſtitut. cap.* 21. ſed, ait, & iuſtos cum iudicauerit,
etiam igne eos examinabit, ita tamen vt quos
plena iuſtitia atque maturitas virtutis incoxerit,
illum ignem non ſentiant, habent enim io ſe
aliquid Dei quod vim flammæ repellat: & ex
D. Auguſtino *in pſalm.* 101. vbi docet ignem fu-
turum tunc reſpectu Iuſtorum inſtar ignis cami-
ni trium puerorum, in quo nullum planè dolo-
rem perceperunt, ſed maxima refrigeria adinue-
nerunt. Quibus conuenit id quod ait D. Baſilius
in Hexamer. in ipſa factorũ noſtrorum remune-
ratione ignis naturam diuidendam, ita vt vrendi
moleſtiam ſine luce experiaotur mali, & lucem
ſine uſtione boni: in ipſa, ait, factorum noſtro-
rum remuneratione ignis diuiditur natura, cu-
ius quidem lumen Iuſtorum oblectamento, v-
rendi vero moleſtia puniendorum tribuetur vl-
tioni.

Sunt vero & alij Sacræ Scripturæ loci, ex qui-
bus Patres probant Purgatorium, vt eſt illud
Iſaiæ 4. purgabit Dominus ſordes filiorum &
filiarum Sion, & ſanguinem eorum emundabit
de medio eorum in Spiritu Iudicij, & Spiritu
combuſtionis; quo loco vtitur D. Auguſtinus
lib. 20. *de Ciuit. Dei cap.* 25. Item illud *Michea
cap.* 7. ne Lxteris inimica mea; ſi cecidi, reſur-
gam, cum ſedero in tenebris, iram Domini
portabo donec cauſam meam iudicet: addu-
cet me in lucem, & videbo iuſtitiam eius: quo
vtitur D. Hieronymus *in vlt. cap. Iſaia.* Item
iſtud *Malachia* 3. ipſe ſedebis quaſi ignis con-
flans, & purgabit filios Leui & colabit eos, quo
vtitur Origenes *homil. 6. in Exod.* D. Auguſt.
lib. 20. de Ciuit. Dei cap. 25. D. Hieronymus *in
Malachiam.* Item iſtud Zachariæ *cap.* 9. tu au-
tem in ſanguine Teſtamenti tui eduxiſti vinctos
tuos de loco in quo non eſt aqua quo vtitur D.
Hieronymus *in Zachariam*: & illud *pſalmi* 6.
tranſiuimus per ignem & aquam, & eduxiſti
nos in refrigerium; quem locum ita explicat D.
Ambroſius *pſalm.* 36. & *ſerm. 3. in pſalmum* 118.
hic per aquam, illic per ignem; per aquam vt
abluantur peccata, per ignem vt exurantur:
Et illud *pſalmi* 37. Domine ne in furore tuo ar-
guas me: quo ita vtitur D. Auguſtinus vt per
furorem intelligat Infernum, per iram Purgato-
rium; & ita explicat: in hac vita purges me, &
talem reddas cui iam emendatorio igne non ſit
opus. Item illud *D. Pauli*, 1. *Corinth.* 15. quid
facient qui baptiſantur pro mortuis, ſi omnino
mortui non reſurgunt? vbi verbum baptiſantur,

A ſumitur pro affliguntur; intelligit enim eos, qui
pro mortuis orabant: nam & pœnæ mortuorum
in Purgatorio dici poſſunt Baptiſmus ignis, &
dicuntur à D. Nazianzeno *oratione in ſancta lu-
mina*: eſt, ait, Baptiſmus ignis in alio mundo.
Et D. Baſilius *in lib. de Spiritu Sancto*, tribuit
huic igni nomen Baptiſmi; & D. Hieronymus
in hæc *Matthai cap.* 3. alius nos baptiſabit in
igne, ait, deſcribi Purgatorium.

Et in fide Purgatorij fundamentum quidem
habent preces pro mortuis, de quibus agitur in
omnibus Liturgiis, & paſſim fit meotio apud
Patres, Clementem Romanum *lib. 8. Conſtitut.
Apoſtolicar. cap.* 41. Oremus pro fratribus no-
B ſtris qui in Chriſto requieuerunt: & Dionyſius
Areopagita *lib. de Eccleſiaſtica Hierarchia cap.*
7. deinde, ait, accedens diuinus Antiſtes, ipſi
mortuo ſanctà precatur, atque poſt precatio-
nem, & ipſe eum ſalutat, & ordine omnes qui
adſunt, precibus quidem à diuina Bonitate con-
tendit, vt & omnia peccata, quæ humanâ fra-
gilitate & imbecillitate ſunt admiſſa, ei qui ex-
ceſſit è vita remittat, & eum in lucem ac re-
gionem viuorum, in ſinum Abrahæ, Iſaac, &
Iacob deducat, in locum à quo fugit dolor: &
D. Chryſoſtomus. *homil. 32. in Matthaeum.*
cur poſt mortem tuorum pauperes conuocas?
cur Preſbyteros vt pro eo velint orare, obſecras?
C noo ignoro te reſponſurum, vt defunctus re-
quiem adipiſcatur, vt propitium iudicem inue-
niat: & D. Auguſtinum *epiſt.* 64. ad Aurelium:
Oblationes pro Spiritibus dormientium verè
aliquid adiuuare credendum eſt: *& ſermone* 34.
de verbis Apoſtoli: & D. Cyrillus Hieroſoly-
mitanum *Catecheſi myſtagogica*, & apud Atha-
naſium *quaſt. 34. ad Antiochum.* & apud Ter-
tullianum *de monogamia, capite* 10. & *de corona
militis, cap.* 3. oblationes, ait, pro defunctis
facimus, harum & huiuſmodi diſciplinarum,
ſi legem expoſtules, ſcripturam nullam inuenies,
traditio tibi protenditur auctrix, conſuetudo
confirmatrix, & fides obſeruatrix. Et licet ibi
Tertullianus putet hoc à traditione tantùm deſ-
D cendiſſe, tamen D. Chryſoſtomus *homil. 69. ad
populum Antiochen.* rectè, ait, ſancitum fuiſſe
ab Apoſtolis: non temere, ait, ab Apoſtolis
hæc ſancita fuerunt, vt in tremendis myſteriis
defunctorum agatur commemoratio, ſciunt
enim inde multùm illis contingere lucrum, vti-
litatem multam. Dicit verò D. Chryſoſtomus
hæc ſancita fuiſſe ab Apoſtolis ſine dubio eo
quod Apoſtoli ſuis in Liturgiis has commemo-
rationes inſeruerunt, vt conſtat ex *Liturgia
D. Petri, & D. Iacobi.*

Cæterùm & hæc ratio affertur Purgatorij,
quod cùm dimiſsâ culpâ pœna maneat quâ ſit
Deo ſatisfaciendum, illa pœna morientibus
E toleranda eſt in Purgatorio. Probatur verò culpâ
dimiſsâ pœnam durare, ex D. Auguſtino *in pſalm.*
50. impunita eorum peccata etiam quibus ignoſ-
cis non dimiſiſti, ſic prorogaſti miſericordiam,
vt ſeruares & veritatem; ignoſcis Confitenti, ſed
ſeipſum punienti *& tractatu* 124. *in Ioannem*:
cogitur homo tolerare etiam remiſſis peccatis;
productior eſt enim pœna, ac per hoc vel ad de-
monſtrationem debitæ miſeriæ, vel ad emenda-
tionem vitæ, vel ad exercitationem patientiæ,
temporaliter hominem detinet pœna, quem ad
damnationem æternam iam Reum non detinet
culpa.

De

De Inferno.

CAP. LVII.

PRæter Ignem Purgatorij temporarij, eſt etiam Ignis Inferni, qui ad differentiam temporarij illius dicitur æternus, *Matthæi* 25. Diſcedite à me maledicti in ignem æternum: eodemque loco. ibunt hi in vitam æternam, illi autem in ignem æternum. Mentio etiam Inferni fit *pſalmo* 138. *&* 113. & *Luca* 16. & *Iſaiæ* 14. & *Numerorum* 16. de Inferni pœnis loquuntur D. Auguſtinus *epiſt.* 57. *&* 96. Chryſoſtomus *homil.* 4. *in Marcum* Gregorius *lib.* 14. *Moral.*

Infernus autem locus eſt profundus, *prou.* 6. 9. in profundo Inferni conuiuæ eius: *Iſaiæ* 10. pete tibi ſignum à Domino Deo tuo in profundum Inferni, ſiue in Excelſum ſuprà, *Numer.* 16. deſcenderunt in Infernum viuentes.

Et probat D. Auguſtinus *l.* 12. *de Geneſi ad litt.* duabus rationibus: Prima eſt, quia cum Sancti ſint in Cœlo loco Eminentiſſimo, damnati debent eſſe in loco infimo, & valde diſtanti. Secunda, quia cùm damnati amore rerum terrenarum peccauerint, & res terrenæ deorſum ferantur, par eſt vt eorum quoque animæ proprio peccato tendant deorſum.

Pœnæ vero Inferni ſunt duplices, vna damni, quâ excluduntur à Dei viſione, iuxta illud *Matthæi* 25. diſcedite à me maledicti: alia Senſus, cùm additur *eod. loco Matthæi.* in Ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo & Angelis eius; & *Lucæ* 16. cùm dicitur, crucior in hac flamma. Et pro ratione peccati infliguntur, iuxta illud *pſalmi* 61. reddes vnicuique iuxta opera ſua; & *Deuteronomii* 25. pro menſura peccati erit & plagarum modus; & *pſalm.* 27. da illis ſecundum opera eorum.

Nec prodeſt pœna illa damnatis ad ſalutem, vt dicitur *in Eccleſ.* quod manus tua facere poteſt, inſtanter fac; non enim datur Pœnitentiæ locus apud Inferos. & *Ioannis* 9. me oportet operari dum dies eſt, veniet nox, in qua nemo poterit operari. Et affirmat D. Baſilius *epiſt. ad Virginem lapſam.*

De pœnis Inferni diſſerit D. Chryſoſtomus *Paræneſi* 1. *ad Theodorum lapſum cap.* 6. *& tractatu* 8. *in* 5. *Aduentum Domini*, his verbis: memorate fluuium igneum, vincula indiſſoluta, tenebras lucis expertes, ſtridorem dentium, vermem venenatum, diem illum luctuoſum peccatoribus &c. & Iſidorus Peluſiota *lib.* 4. *epiſt.* 47. peccantes, neque reſpicientes, excipient fluuij quidam perpetui ignem terribilem ebullientes, quorum flumina nihil aliud ſunt quam flammæ ad ſupplicium fluctuantes. D. Baſilius in *cap.* 5. Eſaiæ, ait ex pſalmo 36. verſu 5. & colligit eſſe Infernum locum quendam communem in terræ repoſitum meditullio, obſcurum ab omni parte, & obumbratum. & in *Regulis breuioribus, interrogatione* 267. Oſtendit varia eſſe ſupplicia in Inferno: illud, ait, vapulabit multis & vapulabit paucis *Lucæ* 12. non finem ſed ſupplicij diuerſitatem declarat; ſi enim Deus Iudex iuſtus eſt, non bonis ſolùm, ſed etiam improbis, reddens vnicuique iuxta opera ſua, fieri poteſt, vt

A alius quidem dignus ſit igne inextinguibili, atque hoc ipſo vel leuiùs vel acrius vrente; alius verò verme nunquam morituro, atque hoc ipſo nihilominùs vel mitiùs quomodocunque excrucianti, vel ſeueriùs pro meritis videlicet vniuſcuiuſque; item alius gehennâ habente pro verſus ipsâ etiam varia tormentorum genera; ſimiliterque alius exterioribus tenebris, quo in loco alius in fletu eſt ſolum, alius præter fletum in ſtridore etiam dentium, propter cruciatuum videlicet acerbitatem &c. & in *epiſt. ad Virginem lapſam*: quali verò corpore infinita illa flagella ſufferet & intolerabilia? vbi ignis inextinguibilis, & vermis indeſinenter caſtigans, & fundum Inferni tenebricoſum & horrendum, & eiulatus amari, & B vlulatus indecorus, & ploratus & ſtridor dentium, & finem non habent mala.

Quod Infernus ſit in loco Inferiori probat Origenes *lib.* 3. *Periarchon* ex pſalmis, vbi vocatur Infernus inferior: quia liberaſti animam meam ex inferno inferiori. & Euthymius *in pſalmum* 15. Infernus, ait, quippe locus eſt ſub terra, animabus mortuorum deſignatus.

Pœnas etiam Inferni deſcribit Gregorius Nazianz. *carmine* 15. his verſibus,

Et quæ hîc quidem, ſunt eiuſmodi; quæ verò alibi,
quis dicat
Quanta iniuſtis dies vltimus afferat.
C *Ignis horrendus, tenebræ terribiles iis qui procul*
ſunt à luce,
Vermis, malitia noſtra perpetua recordatio.
Satiùs fuiſſet, ò improbe, ſi tu vitæ portas nunquam
ingreſſus eſſes,
Si verò ingreſſus, totus, vti bellua, interiiſſes,
Quàm poſt tot toleratos hîc dolores, etiam poſthac
Pœnam ſubire tis acerbiorem quā hîc toleras.

Et carmine 32.

Inſtat certamen, vitæ molam nauigationem
peregi,
Iam & odioſa malitia video punitionem,
Tartarum caliginoſum, ignis flammam, noctem
D *profundam,*
Eorum quæ nunc occulta ſunt fœditatem redargutam.

Inter pœnas Inferni ponit D. Gregorius Nazianzenus *oratione* 40. pudorem, vt diximus ſuprà.

Porro aliqui exiſtimant in Inferno eſſe veros Vermes, propter illa verba Chriſti, vbi vermis eorum non moritur *Marci* 9. 42. & habetur *Eſaiæ cap.* 66. vermis eorum non moritur; & deinde fit mentio horum vermium *Eccleſ. cap.* 7. vindicta carnis impij ignis & vermis: & *Iudith* 16. dabit ignem & vermes in carnes eorum.

E Confirmatur ex D. Baſilio *in pſalm.* 33. in Inferno, ait, vermium innumerabilium genus venenoſum, ac carniuorum erit, eſitans quidem, nec tamen ſe ſatians, intolerabiles dolores morſibus infligens: & ex Proſpero *lib.* 3. *de vita contemplatiua cap.* 12. edaciſſimis in æternum dilaniari vermibus, nec finiri: & ex D. Auguſtino *lib.* 21. *de Ciuit. Dei cap.* 9. vbi licet dubitare videatur, tamen non reiicit hanc ſententiam: & ex S. Anſelmo *in Elucidario*: tertia, ait, pœna in Inferno eſt Vermis immortalis, id eſt ſerpentes, & dracones viſu & ſibilo horribiles, qui vt piſces in aqua, ita viuunt in flamma: & ex Authore *de triplici habitaculo apud D*

te vide quæ ſupra diximus *ex Diſt. 4. de Pœnitentia.*

Vtrum Bona Opera facta in gratia, & ex Gratia per Peccatum mortale ita oblitterentur, vt per ſequentem Pœnitentiam non reuiuiſcant.

CAP. XXXXIII.

DIcimus opera bona facta in Gratia, & ex gratia, non ita per ſubſequens peccatum mortificari, quin per ſequentem Pœnitentiam reuiuiſcant. ita Theologi: probator 1. ex 6. *ad Hebraes*, vbi poſtquam Apoſtolus deterruit Hebræos à peccatis, aſſerendo impoſſibile eſſe eos qui ſemel illuminati ſunt, iterum renouari; & terram, quæ ſæpius ſuperuenientem in ſe imbrem recepit & tamen ſpinas & tribulos germinauerit, eſſe reprobam, & maledicto proximam; ad eorum tamen confidentiam ſubiungit: confidimus de vobis, dilectiſſimi, meliora, & viciniora ſaluti; non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri, & dilectionis quam oſtendiſtis in nomine ipſius, qui miniſtratis Sanctis &c. Et confirmatur ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 6. can.* 16. quod nititur iiſdem verbis Apoſtoli, & definit quod ſi quis in gratia obierit, C licet peccauerit poſt primam gratiam, quam per Pœnitentiam recuperauerit, ſaluus fit, & percipit præmium Priorum bonorum operum: & ratio D. Thomæ eſt, quia opera bona manent ſemper in acceptatione Diuina, & tantùm impediuntur ab effectu ratione peccati ſubſequentis, quod ſi tollatur in fine vitæ, ſuum effectum conſequuntur.

Nec obſtat quod dicitur *Ezechielis* 18. vbi Deus minatur futurum vt omnium bonorum operum non recordetur: nam id intelligitur, ſi quis perſeuerauerit: nam ibidem ſubditur quod, ſi peccator auerterit ſe à via ſua mala, ei non nocebit iniquitas ſua; Deus enim ſemper promiſit bonis operibus gloriam, non ſub ea conditione vt quis ſemper ſit in gratia, ſed ſi moriatur in gratia, & ita exponenda ſunt verba *Ioëlis* 2. reddam vobis annos quos comedit locuſta, & bruchus, & rubigo, & eruca; quem locum ita explicat B. Hieronymus: & annos quos perturbationibus ante regnantibus perdideratis in vobis, quando opera veſtra locuſta, bruchus, rubigo, erucaque conſumpſerant, Deus vobis perire non eſt paſſus; & paulo poſt: ſi autem poſt Pœnitentiam tantam rerum vbertatem omnium pollicetur Deus, quid reſpondebit Nouatus, negans Pœnitentiam, & reformari poſſe peccatores in priſtinum ſtatum ſi digna fecerint opera Pœnitentiæ? item huc ſpectat illud *Corinth.* 2. *cap.* 5. vnuſquiſque recipiet in corpore ſuo E prout geſſerit in eo, ſiue bonum, ſiue malum: & *Apocalypſis* 14. opera enim eorum ſequuntur illos: item illud *Ezechielis* 33. impietas impii non nocebit ei, in quacumque die conuerſus fuerit ab impietate ſua; & *cap.* 18. omnium iniquitatum, quas operatus eſt, non recordabor amplius. Et ita, ſi quis in gratia mortuus fuerit, omnia eius bona redeunt, licet non idem ſit de peccatis, quæ non redeunt; quia vt ante diximus, penitùs deleta ſunt; at opera bona non ſunt A delera, ſed manent in acceptatione Diuina, vide *can.* 45. *Diſt.* 3. *de Pœnit.*

Opera mortua, ſeu facta in peccato, non viuificari, licet ſint bona.

CAP. XXXXIIII.

RAtio eſt, quia *Matthæi* 7. non poteſt arbor mala bonos fructus facere; & 1. *Timoth.* 1. omnia munda mundis, coinquinatis autem & B immundis nihil eſt mundum; *Eccleſiaſtici* 34. dona iniquorum non probat Altiſſimus; & *Pſalmo* 65. iniquitatem ſi aſpexerit in corde meo, non exaudiet Dominus; *Iſaia* 1. dum extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis; & cùm multiplicaueritis orationes veſtras, non exaudiam, manus enim veſtræ plenæ ſunt ſanguine; *Ioannis* 9. Deus peccatores non exaudit.

Nec obſtat quod ait D. Hieronymus ad *cap.* 1. *Aggai*, ſi quando videas inter opera multa peccatorem facere nonnulla quæ iuſta ſunt, non eſt tam iniuſtus Deus vt propter multa mala, paucorum bonorum obliuiſcatur: nam illud referendum eſt ad eos qui moriuntur in gratia propter aliquod bonum opus, licet plura fecerint C peccata.

Culpâ dimiſſâ non dimitti pœnam temporalem.

CAP. XXXXV.

ID multis oſtendit D. Auguſtinus *lib. 2. de peccatorum meritis & remiſſione contra Pelagianos cap.* 34. hocque eſt definitum in Concilio Tridentino *ſeſſ. 6. cap.* 14. & *can.* 30. & *ſeſſ.* 14. *cap.* 8. & *can.* 12.

Deinde ſæpe Deus dimiſſâ culpâ & pœnâ D æternâ, pœnas temporales exigit, vt patet de primis Parentibus *Geneſis* 3. quibus culpa eſt dimiſſa: *Sapientiæ* 10. & de Iudæis *Exodi* 32. quibus cum remiſit peccatum adorationis vituli, addit tamen: ego autem in die vltionis viſitabo peccatum hoc ſuper populum iſtum: & de Maria ſorore Moyſi; hæc enim poſt culpam contra fratrem commiſſam, arcetur à Caſtris Iudæorum in pœnam delicti *Numer. cap.* 12. & de Iſraëlitis, quibus remittitur peccatum obmurmurationis, nullus tamen ex his admittitur ad ingreſſum terræ Promiſſionis *Num.* 14. & de Dauide, cui remiſſum adulterium cum vxore Vriæ factum, *lib.* 2. *Regum cap.* 12. ſed filius inde natus moritur, & bellum in eum immittitur à Deo.

E Idem probatur ex patribus, ex D. Auguſtino *lib.* 22. *contra Fauſtum cap.* 67. peccaui dixit Dauid ad Prophetæ admonitionem, & continuò ad hoc vnum verbum audire meruit, quod acceperit veniam, ad quam rem, niſi ad ſempiternam ſalutem? neque enim prætermiſſa eſt in illo ſecundum Dei commonitionem, flagelli Paterni diſciplina, vt & Confeſſus in æternum liberaretur, & afflictus temporaliter probaretur, ex Gregorio *lib.* 9. *Moral. cap.* 17. delinquenti Dominus nequaquam parcit, quia delictum ſine

vltionem non deſerit; aut enim ipſe hoc homo in ſe peccatis punit, aut hoc Deus cum homine vindicans percutit: & ex Proſpero *lib. ſentent. ſent.* 75. corpus, ait, carnis noſtræ, ornamentum nobis fuit, peccauimus & compedes inde accepimus, vt vinculis mortalitatis omnis actionum humanarum curſus præpediretur: Diuina namque bonitas ideò maximè iraſcitur in hoc ſæculo, ne iraſcatur in futuro; & miſericorditer temporalem adhibet ſeueritatem, ne æternam iuſti inferant vltionem. Item ex Ambroſio *in pſalmum* 37. Chryſoſtomo, *Homil.* 2. *in Pſalm* 50. & Homil. 4. *in poſteriorem ad Corinthios*, ex Hieronymo in *cap.* 10. *Hieremiæ*, *& in cap.* 5. *epiſt. ad Epheſios*: ex Leone, *ſermone* 8. *de Paſſione Domini*. ex Fulgentio *lib.* 1. *de Remiſſione peccatorum*, alijs que multis. Et id colligitur ex Apoſtolo *Hebr.* 10. voluntariè, ait, peccantibus poſt acceptam Veritatis notitiam, iam non relinquitur hoſtia pro peccatis, terribilis autem expectatio quædam iudicij: & ex *Danielis* 2. & *Machabæorum* 2. *cap.* 7. Aliud eſt in Baptiſmo in quo etiam omnis pœna tollitur, ex Concilio Tridentino *ſeſſ.* 14. *cap.* 8. vt ſit gratia plenior cum ſit gratuita, at in Pœnitentia non omnino gratuita.

Vnum peccatum ſine alio non remitti.

CAP. XXXXVI.

ID probatur *Ezechielis* 18. ſi impius egerit Pœnitentiam, impietas hæc non nocebit ei; & ex D. Auguſt. *de vera & falſa Pœnitentia*, *cap.* 9. totum hominem ſanauit in Sabbato, quia & corpus ab infirmitate, & animam ab omni contagione liberauit, indicans Pœnitentem oportere ſimul dolere de omni crimine tcto in anima & corpore, ſcio enim Deum inimicum omni crimino ſo; quomodo qui vnum crimen reſerat, de alio recipiet veniam? ſiue amore Dei conſequeretur indulgentiam, ſine quo nemo vnquam inuenit gratiam; hoſtis enim Dei eſt dum offendit perſeueranter: quædam ſiquidem impietas infidelitatis eſt, ab illo qui Iuſtus & Iuſtitia eſt dimidiam ſperare ſalutem, iam enim foret ſine Pœnitentia inuenire gratiam: ita D. Thomas. Et ratio eſt, tum quia peccatum tollitur per gratiæ habitualis infuſionem, at hæc pugnat cum peccato, cùm conuertat ad Deum, & faciat hominem Dei amicum, tum etiam quia peccatum non tollitur ſine vera Pœnitentia, at ea ſe extendit ad omnia peccata, ſaltem virtualiter.

De Diuiſione Communionis.

CAP. XXXXVII.

CErtum eſt non eſſe niſi duas in genere Communiones, vnam quæ dicitur Communio Precum, alteram quæ eſt Communio Euchariſtiæ. Prior dicitur τῶν εὐχῶν in Concilio Nicæno *can.* 13. & in *epiſt. ad Letoium can.* 6. Communionem ad preces aſſequuntur; & in Synodo Ancyrana *can.* 2. & in *epiſt. canonica D. Baſilij* A *ad Amphiloch. can.* 10. in Fidelium communionem ſuſcipiantur ſine oblatione, & vna cum fidelibus ad orationem ſubſiſtant. & Communio cum fidelibus κοινωνῶν à Zonara *in Concil. Chalcedon. can.* 2. vbi dicit Communionem non de ſola Sanctificatorum communione, ſed de Synaxi & conſuetudine quam habent cum fidelibus: nam & hæc communio poterat eſſe ſine oblatione; & ita vocatur in Synodo Trullana *can.* 76. & *epiſt. ad Amphilochium cap.* 10. *&* 14. *& in Synodo Ancyrana can.* 4. vt cum fidelibus conſiſtant, vt dicitur etiam à Balſamone in *epiſt. Canonic. Cyrilli Alexandrini ad Epiſcopos qui ſunt* B *in Libya*, carere Communione Sanctus hic non ſolùm dicit de Sancta participatione; neque enim ante Baptiſmum diuinis myſterijs dignus habebitur, ſed etiam de ipſo Baptiſmo: antequam enim baptiſatus fuerit, non aſſequetur vt cum fidelibus conſiſtat; quæ & ipſa communio in diuerſis canonibus dicta eſt, vt patet. In quo loco notandum eſt Communionem in Baptiſmo pertinere ad fidelium communionem, & ſic de alijs Sacramentis, excepto Sacramento Euchariſtiæ, quod eſt valde notandum: dicitur & Communio Catholica in Concilio Aurelianenſi *cap.* 15. dicitur & Societas fraterna, *can.* 12. 3. *Quæſt.* 4. & Communio Eccleſiaſtica in Concilio Ancyrano *can.* 3. & *can.* 41. 11. *quæſt.* 3. C in Concilio Venetico *can.* 1. & in Aurelianenſi *canone* 10. *& can.* 22. & Communio Eccleſiæ in Concilio Aurelianenſi 1. *cap.* 1. & Aurelianenſi 4. *cap.* 16. & Aruernenſi *cap.* 12. *&* 14. & Pariſienſi 3. *cap.* 5. dicitur denique Pax & Communio Sanctæ Eccleſiæ *can. præſenti* 5 *Quæſt.* 2. & ita dicta eſt quia in Eccleſia pacem Epiſcopis offerebant Sacerdotes, & ipſis Sacerdotibus Laici per ſalutationis oſculum & amplexum; vel quia, vt habet Iſidorus Peluſiota *lib.* 1. *epiſt.* 122. Pacem Sacerdos ex Cathedræ faſtigio pronunciat, Dominum ſcilicet imitans Cathedram aſſumentem cum pacem ſuam Diſcipulis relinqueret ac daret: illud autem quod à plebe reſ- D pondetur, & cum Spiritu tuo, hanc habet ſententiam, Pacem quidem nobis præbuiſti Domine, hoc eſt mutuam inter nos concordiam; pacem autem nobis da, hoc eſt eiuſmodi tecum coniunctionem, quà nullo modo diuelli poſſit, vt cum Spiritu tuo pacati quem nobis in creationis initio indidiſti &c. D. Auguſtinus *in ſermone de Vigilia Paſchæ*: poſt ipſam dicitur Pax vobiſcum, & oſculantur ſe Chriſtiani oſculo ſancto, ſed pacis Chriſti ſignum quod oſtendunt labia, fiat in conſcientia, id eſt quomodo labia fratris tui accedunt, ſic cor à corde non recedat: & D. Chryſoſtomus *lib.* 1. *de compunctione cordis cap.* 3. amplectentes & oſculantes nos tunc cum munera offerunt: & in *homil.* 51. *ad populum Antiochen.* propterea & in myſterijs alter E alterum amplectitur: & D. Hieronymus *ad Theophilum*: quiſquamne tibi inuitus communicat, quiſquam ne extenſâ manu vertit faciem, & inter ſacras epulas Iudæ oſculum porrigit? & Iuſtinus Martyr *Apologia* 2. a precibus finitis, mutuis nos inuicem oſculis ſalutamus.

Alia Communio eſt quæ dicitur Communio Sanctificatorum τῶν ἁγιασμάτων, ab eodem Zonara *loco citato*, ſeu Communio Euchariſtiæ apud D. Cyprianum, & alios paſſim. Dicitur etiam Boni Communio *can.* 4. *&* 22. *ad Amphilochium*,

grina, vt aiunt, Communione ſoneantur; & A ita regradationem vocant Communionem Peregrinam, quo nihil eſt apertius.

Dixi verò alio loco Communionem Peregrinam nihil aliud videri, quam Communionem quæ datur in fine vitæ, & vltimæ noſtræ peregrinationis ad aliam vitam, quæ alio nomine dicitur Viaticum itineris noſtri in cœlum: & ad id probandum attuli *canonem 5. epiſtolæ canonicæ Gregorij Nyſſeni ad Letoium*: ſi quis, ait, non expleto tempore à canonibus præſtituto, vitâ excedat, iubet patrum clementia vt effectus Sacramentorum particeps, non viatico vacans ad extremam illam & longam peregrinationem mittatur: ibi namque Viaticum eſt Communio quæ datur in vltima illa Peregrinatione, quæ etiam dicitur Viatica communio in B *concilio Aurelian. 3. cap. 6.* Afferri etiam poteſt locus Theophylacti Simocattæ *lib. 1. Hiſtoriæ Mauricianæ*, vbi Tiberius Imperator moriens, aut paulò ante obitum commendans Mauritium in Succeſſorem, ita loquitur: Solatium iſtud pro viatico mecum auferam, longam illam Peregrinationem initurus πάντως ἐφόδιον τὴν ψυχαγωγίαν ἐπὶ τὴν μακρὰν ἐκείνην ἀποδημίαν ἀπελεύσομαι: & dici poteſt Communio Peregrina ab illa peregrinatione quæ fit in exitu vitæ; & verum eſt vitam noſtram nihil aliud eſſe quam peregrinationem, vt rectè S. Maximus *in homil. de Iuda proditore*, nos Peregrini in hoc mundo, & hoſpites in hac luce verſamur; & D. Baſilius *in pſalm. 15.* Sancti viri eſt hanc vitam more peregrini tranſire, ac ad alteram properare. Vnde & in concilio Ilerdenſi dicitur, vt vix communio Pere- C grina animæ concedatur.

Quâ poſitâ ſententiâ dicendum eſſet patres concilij Regienſis non intellexiſſe quid eſſet Communio Peregrina, eâque voce abuſos fuiſſe, cum eam acceperunt pro Regradatione: nec enim negandum eſt quin illi ita acceperint Communionem Peregrinam, nec inuenimus aliquem alium ex veteribus, qui expoſuerit, quid ſit Communio Peregrina: illi namque hanc vocem vſurparunt pro Regradatione, & in exponendo canone Concilij Nicæni, in quo agitur de Regradatione Epiſcoporum, vel in ordinem Chorepiſcoporum, vel in ordinem Presbyterorum, pro regradatione in ordinem Presbyterorum, verſionem iſtam poſuerunt, aut, vt aiunt, Peregrinâ Communione foueatur; quomodo Ruffinus *in can. 6. eiuſdem Synodi Nicænæ*, vbi dicitur Alexandrinum Epiſcopum habere pote- E ſtatem in Ægypto, Libya, & Pentapoli, ſicut Romanus Pontifex habet, in ſuis ſcilicet Eccleſiis, repoſuit ſicut habet in Eccleſiis Suburbicariis, cum tamen longè plures Eccleſiæ quàm Suburbicariæ ſint Romano Pontifici ſubiectæ: ſed ille tamen vſus eſt illâ formulâ loquendi, tanquam notâ Latinis, vt exprimeret ſententiam canonis; & ſimiliter patres concilij Regienſis, aut ille qui concilium in ſcriptis digeſſit, vſus eſt voce Communionis Peregrinæ pro Regradatione: certiſſimum enim eſt in concilio Nicæno *can. 8. in fine*, agi de Regradatione Epiſcopi in ordinem Chorepiſcopi, vel Presbyteri; & Patres illi putarunt regradationem Epiſcopi in ordinem Presbyteri poſſe dici Communionem Peregrinam, quia valde diſtat à communione Epiſcopali, Regradationem verò Epiſcopi A in Chorepiſcopum non vocauit regradationem, quia non ita diſtat; nam Chorepiſcopi, vt Epiſcopi conſecrati ſunt, & ordinant Lectores, Exorciſtas, & Subdiaconos authoritate ſuâ, & diaconos, ac Presbyteros de licentia Epiſcopi, ex *concilio Antiocheno can. 10.* & ita ſunt Epiſcopi; & cum Epiſcopis plurima illis miniſteriorum communis eſt diſpenſatio, ex Leone Papa *epiſt. 88.* Quare Regradatio Epiſcopi in Chorepiſcopum, non ita propriè dici potuit Communio Peregrina, ſicut regradatio Epiſcopi in Presbyterum, quia Chorepiſcopus non ita remotus eſt ab Epiſcopo ac Presbyter.

Ex ſententia ergo concilij Regienſis Communio Peregrina nihil aliud eſt quam Epiſcopi in Presbyterum regradatio.

B

De aliis quibuſdam Communionibus.

CAP. LI.

PRæter iam dictas Communiones ſuerunt & aliæ minores Communiones, qualis eſt in miniſteriis obeundis Societas, vt patet ex Zonara *in can. 16. Synodi Nicænæ*: communionis, ait, nomine non ſacrorum myſteriorum perceptionem, ſed in ſacris muneribus ac myſteriis vnà obeundis ſocietatem à Patribus reor eſſe ſignificatam, quæ communio pertinet ad Clericos tantùm: & ex Optato Mileuitano *lib. 7.* communionis, ait, vnum eſt nomen, ſed diuerſi ſunt actus; aliud eſt communicare Epiſcopum C cum Epiſcopo, & aliud eſt communicare laicum cum Epiſcopo: & *ex can. 74. Synodi Carthaginenſis*, vbi de Epiſcopis, qui noluerunt intereſſe Synodis, dicitur vt debeant ſuæ Eccleſiæ communione eſſe contenti: vel etiam eo nomine intelligitur communicatio in victu & conuerſatione, quæ communio amittitur cum communione ſacrorum myſteriorum, vel etiam ſacrarum precum.

De Excommunicatione.

CAP. LII.

QVemadmodum Communio multiplex eſt, ita & Excommunicatio, quæ eſt commu- E nionis priuatio: nam, vt ait Zonaras *in can. 2. Synodi Chalcedon.* communionis priuatio non de ſola ſacrorum myſteriorum Communione iis deneganda, ſed de illorum quoque conſuetudine & congreſſu à fidelibus vitando accipi debet: & *can. 16. Synodi Nicænæ*, Communionis, ait, priuationem hoc loco intelligendam eſſe arbitror quâ, initiati, videlicet, ſacra facientibus nullomodo communicare, ſed eos in ſacro miniſterio penitus auerſari iubentur: & Balſamo *in can. 79. Synodi Carthaginenſis*: alij, ait, canones accipiunt excommunicationem, quod quidem attinet ad Epiſcopos, vt nihil Sacerdotale obeant; præſens autem canon eos à ſacro miniſterio non impedit, ſed ſeparat à reliquorum fratrum communione. Et confirmatur ex Optato Mileuitano *lib. 7. loco citato*: vbi oſtendit Macharium fuiſſe excommunicatum, non à com-

munione fidelium aut Sacramentorum, ſed ab aliorum Epiſcoporum communione; & ex D. Cypriano qui reſpondens Antoniano idem oſtendit de Trophimo, & nos oſtendimus in *cap. 34. de Pœnitentia & cap. 31.*

Verùm quia ſunt duæ præcipuæ Cõmuniones, quæ ſunt omnibus communes Chriſtianis, tam Laicis quam Clericis; ita duæ ſunt Excommunicationes præcipuæ, vt ſcilicet quis vel à perceptione Sacramentorum arceatur, vel à participatione precum: quod manifeſtum, fit ex *cap. 39. de ſententia excommunic.* & ex Petro Alexandrino in *can.* 8. in omnibus, ait, communicare, & in orationibus, & in participatione corporis & ſanguinis, & ſermonis adhortatione: & ex Tertulliano *Apologet. cap.* 39. ſummum, ait, futurique iudicij præiudicium eſt, ſi quis ita deliquerit, ab orationis communione, & conuentus, & omnis ſancti commercij relegatur, & oſtendimus *de Pœnit. cap. 30. 31. & 35.*

Sed quia omnes Chriſtiani diuiduntur in duos ordines in Clerum & Populum, ex *can.* 7. 12. *quæſt.* 1. Laici poſſunt tantùm excommunicari, his duobus modis, ita vt priuentur Sacramentis, vel etiam precibus fidelium, & generaliter vt excommunicentur, ſegregentur, vt patet ex *can. 31. Apoſtol. & can. 6. Synodi Epheſinæ & canone 2. Synodi Chalcedonenſis*; Clerici verò poſſunt & aliter excommunicari, nempe, vt deponantur, & honore excidant, quod non poteſt dici de Laicis, qui nullum ordinem habent: & ideo in canonibus, qui pœnam conſtituunt criminibus, additur ſemper diſtinctio illa, ſi Presbyter, ſi Laicus; vt ille deponatur, iſte ſegregetur: vt in *can. Apoſtolor.* 31. *in Synodo Epheſina can. 6 in Chalcedonenſi can.* 2. *& 8. & in Trullana can.* 80. 81. & 82.

De Laicorum Excommunicatione.

CAP. LIII.

LAici ergo non poſſunt Excommunicari niſi duobus modis, vt ſcilicet vel priuentur communione Corporis Domini, vel priuentur communione fidelium, vel vtraque: quod fiebat duobus modis, vel per ſimplicem Excommunicationem, vel per Anathema: hæc enim duo diſtinguuntur in *concilio Meldenſi cap.* 56. & *l.* 39. *Cod. de Epiſc. & Cler.* & apud Iuonem *Decreti parte* 14. *cap.* 51. & apud Gratianum 3. *quæſt.* 4. *can.* 12. & ſanè videtur Anathema addidiſſe excommunicationi execrationes; ita vt excommunicatio etiam maior, tantùm fieret per ſententiam, anathema verò cum execrationibus & fulminationibus, quæ fiebant recitando ſuper caput eius *pſalmum* 108 execrationibus plenum, vt patet ex concilio Pariſienſi, vbi agitur de cauſa Prætextati: his ita geſtis petiit Rex vt aut eius tunica ſcinderetur, aut centeſimus octauus pſalmus qui maledictiones Iſcarioticas continet, ſuper caput eius recitaretur, aut certè iudicium contra eum ſcriberetur, ne in perpetuum communicaret: vbi tria diſtinguuntur, primum eſt vt eius tunica ſcinderetur, quod poteſt pertinere ad depoſitionem, aut 108. pſalmus maledictionibus plenus ſuper caput eius recitaretur, quod pertinet ad anathema; aut iudicium contra eum ſcriberetur ne communicaret in perpetuum, quod pertinet ad ſimplicem excommunicationem. Idem patet ex *concilio Turonenſi* 2. *cap.* 24. vbi ſic loquitur de raptore rerum Eccleſiaſticarum: qui res, inquit, peruadit Eccleſiæ, pſalmus centeſimus octauus dicatur, vt veniat ſuper eum illa maledictio quæ ſuper Iudam venit, qui dum loculos faceret, ſubtrahebat pauperum alimenta, vt non ſolùm excommunicatus, ſed etiam anathematiſatus moriatur: quomodo qui exorciſabant, dicebantur anathematiſare, eo quod cum imprecatione adiurarent, vt patet ex Tertulliano *in Scorpiaco, (vel ad Scapulam) cap.* 4. at tu, fides, ſi vigilas, ibidem ſcorpio pro ſolea anathema inliditò, & relinquito in ſuo ſopore morientem: dicit anathema illidito, pro adiura cum imprecatione.

De Clericorum Excommunicatione.

CAP. LIV.

CLerici non tantùm illis duobus modis, quibus Laici, poterant excommunicari; ſed pluribus aliis pro ratione communionum Eccleſiaſticarum quas habebant, vel in miniſterio, vel cætu Eccleſiaſtico, vel gradu, vel Beneficio, vt mox dicemus.

Primo Clerici poſſunt excommunicari, nec deponi, vt patet *can.* 45. *Apoſtol.* Epiſcopus vel Presbyter, vel diaconus, qui cum hæreticis comprecatus eſt, ſolùm ſegregetur, id eſt excommunicetur, μόνον ἀφοριζέσθω: ſin autem eis tanquam Clericis operari permiſerit, deponatur καθαιρείσθω, & *can.* 18. *etiam Apoſt.*

Secundo deponuntur aliquando ſimul & Excommunicantur, vt in *can.* 64. *Apoſtol.* & in *concilio Arelatenſi* 2. *can.* 14. & in *can.* 30. *etiam Apoſtolorum*, his verbis: ſi quis Epiſcopus ſæcularibus principibus vſus, per eos Eccleſiam ſit adeptus, καθαιρείσθω καὶ ἀφοριζέσθω, id eſt deponatur & ſegregetur; & *can.* item 29. & 51. *Apoſtolorum.*

Tertiò deponuntur, nec excommunicantur, ex concilij *Aurelianenſis cap.* 7. ſi inuitus, vel reclamans fuerit ordinatus, ab officio quidem deponatur, ſed non à communione pellatur; & *cap.* 26. ſi quis aduerſus ſtatuta venire præſumpſerit, communione conceſſâ, ab ordine regradetur. Et ſic dicuntur τῆς ἱερωσύνης γυμνοῦσθαι, ſacerdotio nudari, Flauiano *epiſt. ad Leonem*; & miniſterio excidere, à Baſilio *cap.* 51. & proprio gradu excidere, in *concil.o Trullano can.* 92. & abdicari in *Synodo Ancyrana can.* 18. & [illegible] à Gregorio Thaumaturgo *cap.* 4. Et confirmatur, tales adhuc in communione eſſe, ex Baſilio *ad Amphilochium can.* 3. & hæc ratio redditur in *can.* 25. *Apoſtol.* Dicit enim ſcriptura non vindicabis bis in idipſum. Item depoſiti dicuntur priuati honore, ex Synodo Antiochena *can.* 10. & Aurelian. 5. *cap.* 11. & concilio *Epaonenſi cap.* 22.

Quartò nec deponuntur, nec excommunicantur, ſed ſuſpenduntur ad tempus, id eſt à Miſſarum celebratione, vt eſt in concilio Aurelianenſi 3. *cap.* 15. & 25. nam tales adhuc poſ-

ſunt manere in communione Coepiſcoporum ſi ſint Epiſcopi, vt patet ex concilio *Aurelianenſi 3. cap. 6.* Epiſcopus pro ordinationis temeritate ſex menſibus à celebrandis officiis ſequeſtretur: quod ſi Miſſas intra ſtatutum tempus facere præſumpſerit, anno integro omnium fratrum charitate priuetur: aliquando verò non manent in ea ex concilio Aurelian. *5. can. 5.*

Quinto, Iure ordinandi priuantur, licet non amittant Epiſcopatum, nec excommunicentur, vt patet ex concilio *Carthaginenſis 4. can. 68* & ex D. Leone *epiſt. 7. ad Epiſcopos per Mauritaniam:* ſi qui, ait, talem conſecrauerint Sacerdotalem, qualem non liceat, etiamſi aliquo modo damnum proprij honoris euaſerint, ordinationis ius vlterius non habeant.

Sextò priuantur inſuper poteſtate in conciliis exiſtendi, ex concilio Taurinat. *can. 8.* ille verò qui ordinauerit, authoritatem in ordinationibus, & in conciliis minime retinebit.

Septimò, ipſo Epiſcopatu priuantur tantum, nec degradantur tamen, vt patet ex concilio *Carthaginenſi 3. cap. 4.* & Africano *cap. 20.* quomodo priuatus Epiſcopus Faſſullenſis apud D. Auguſtinum *epiſt. 26.* & Hadrianus Thebanus Epiſcopus, apud S. Gregorium *lib. 2. epiſt. 7. indictione 11.*

Octauò priuantur poteſtate altioris promotionis, vt patet ex D. Baſilio *can. 69.* & Synodo Trullana *can. 3.*

Nonò, omnibus actionibus ſui officij Epiſcopalis, vel alterius inferioris priuantur, retento ſolo nomine Epiſcopi, vel Preſbyteri, vel Diaconi, vt de Meletio refert Theodoretus *lib. 1. cap. 9.* & de Preſbyteris, & Diaconis dicitur in concilio Ancyrano *can. 1. & 2.* vt illum quidem habeant honorem, ſed nullum ſacrum miniſterium exerceant. Et confirmatur ex D. Baſilio *can. 7.* vbi dicitur de quodam Preſbytero, eſſe quidem Cathedræ participem, à reliquis autem actionibus abſtinere; nec priuatim, nec publice benedicere; nec Chriſti corpus aliis impertire, nec aliquod aliud ſacrum miniſterium obire; ſed eſſe debere contentum quod præſideat ſed hi manebant in communione, vt patet ex Synodo Neocæſarienſi, vbi dicitur ne offerat, manens in aliis; & ex Synodo Epheſina, vbi de Euſtachio dicitur *epiſt. ad concilium Pamphyliæ act. 7. in fine,* vt retineat nomen Epiſcopi, & honorem, & communionem, non tamen ordinet, neque Sacerdotis officio fungatur ea in Eccleſia, niſi adiutor aſſumatur, vel ei permittatur à fratre & Coëpiſcopo; qua de re vide Synodum Trullanam *can. 3. & 26.*

Decimo deponebantur à Sede ſua Epiſcopali, & tamen manebant Epiſcopi, nec erant excommunicati, vt conſtat de Baſſiano & Stephano Epheſinis Epiſcopis in Synodo Chalcedonenſi *act. 12.* vbi dicitur de eis: habeant Epiſcopi dignitatem, & ex redditibus memoratæ Eccleſiæ ſanctiſſimæ, nutrimenti gratiâ & conſolationis annis ſingulis ſolidos ducentos accipiant. Quod etiam de Preſbyteris, aliiſque miniſtris dicitur à D. Gregorio *lib. 1. epiſt. 42.* vbi dantur in Pœnitentiam, & manent in Iure Eccleſiaſtico, & tamen Datur eis vnde viuant ex ſuo beneficio, & ita miſerationis intuitu Domno Epiſcopo Antiocheno data eſt alimonia à Synodo Chalcedonenſi de conſenſu Succeſſoris eius, etiamſi eſſet depoſitus, & à Sede, & ab ordine.

Vndecimò, deponebantur ab vno gradu, & non ab omnibus, & ſic regradabantur, vt patet ex concilio Toletano 1. *cap. 4.* Subdiaconus vxore defunctâ, ſi vxorem aliam duxerit, ab officio in quo fuerat ordinatus, remoueatur, & habeatur inter oſtiarios: quod tam ſolim ægrè fiebat in Epiſcopis, vt conſtat ex concilio Chalcedonenſi *act. 4.* vbi cum Euſtachius duos Epiſcopos ordinatos à Photio Tyri Metropolita degradaſſet, Patres non approbarunt, dicentes, ſi ob crimen & iuſta de cauſa priuati eſſent Epiſcopatu, & Preſbyteratu etiam eſſe priuandos.

Veruntamen poſteà factæ ſunt etiam Regradationes, vt patet ex concilio Rhemenſi de Namnetenſi Epiſcopo; cui præfuit Leo nonus: Iudicio, ait, Synodi ſublato annulo, & Paſtorali pedo, priuatus eſt Pontificali miniſterio, condonato ei interuenientibus Epiſcopis tantummodò Preſbyteratus officio: & ex concilio Romano anno Chriſti 964. in quo Benedictus 5. depoſitus fuit, & in ordinem Diaconorum redactus apud Luitprandum *lib. 6. cap. 11.*

Duodecimo, nec deponebantur, nec excommunicabantur, nec ſuſpendebantur, nec regradabantur, & tamen non poterant exercere ordinis officium; vt de Catharis Epiſcopis conſtat in Synodo Nicæna *can. 8.* & de Epiſcopis ordinatis à Meletio apud Theodoretum *lib. 1. cap. 9.* & ex Gelaſio Cyziceno *lib. 2. cap. 33.* vbi dicitur quod cum honorem & functionem miniſterij obtineant, eam tamen actu non exercent, neq; ordinant, nec inſtituunt Preſbyteros, & ſunt in ordine ſecundo ab Epiſcopo loci in quo degunt.

Decimo tertio, priuabantur tantùm communione & Charitate fratrum Coepiſcoporum & & Metropolitani, ex concilio Aurelianenſi 5. *can. 17.* ſi Epiſcopus ſecundò admonitus, aut mittere, vel venire diſtulerit, tandiu a Charitate Metropolitani ſui nouerit ſe eſſe ſuſpenſum, donec ad eius præſentiam veniens, cauſæ de qua petitur reddiderit rationem: & Aurelianenſi 4. *cap. 6.* vbi dicitur contra quendam Epiſcopum, vt ab eius communione ſe fraternitas vniuerſa Epiſcoporum ſuſpendat; & Aurelianenſi 5. *cap. 9.* anno integro ab officio & charitate fratrum habeatur extraneus; & Arel. 3. *cap. 3.* ab omnium fratrum Charitate nouerit ſe alienum; & Tarraconenſi ſub Hormiſda *cap 6.* cunctorum Epiſcoporum Charitatis communione priuetur.

Tales vero Epiſcopi manebant in ſuæ communione Eccleſiæ, ex concilio Carthaginenſi 5. *cap. 10. & 13.* Epiſcopus qui hoc fecerit, à cæterorum communione ſe iunctus, ſuæ tantùm plebis ſit communione contentus; & ex Africano *cap. 43. & 47.* quod ita factum aduerſus Victorem notat D. Auguſtinus *epiſt. 261.* clamet, ait, alius eiuſdem Prouinciæ Victor Epiſcopus, cui relicto in eadem pœna in qua & Priſcus fuit, nuſquam niſi in eius diœceſi ab alio communicatur; clamet, inquam, aut vbique communicare debui, aut etiam in omnibus locis communicare non debui; in qua Epiſtola oſtendit poſſe Epiſcopos, manentes in Epiſcopatus honore, aliis modis variè puniri: & idem factum aduerſus Epiſcopos quoſdam qui in Epheſino, conciliabulo conſen-

ſerant hæreſi Eutychianæ, vt patet ex Leone *epiſt. ad Anatolium* 38. vbi dicitur, vt ſuarum interim Eccleſiarum eſſent communione contenti; & Balſamon in *can.* 79. *Synodi Carthaginenſis*, mentionem facit excommunicationis huius quam nouam vocat.

Decimo quartò, Excommunicabantur & Pœnitentiæ tradebantur, etiamſi non eſſent depoſiti, vt patet ex concilio Eliberitano *can.* 76. ſi quis diaconum ſe permiſerit ordinari &c. ſi ſponte fuerit confeſſus, placuit eum actâ legitimâ Pœnitentiâ, poſt triennium accipere communionem; quo canone cum habeat communionem poſt triennium, ſequitur non fuiſſe depoſitum: idemque patet ex Synodo Bracarenſi 3. *cap.* 4. & Aurelianenſi 3. *can.* 2. & 7. & Ilerdenſi *can.* 5. & 8. ſed maxime probatur ex Synodo Toletana 13. *can.* 10. ſancta Synodus definit vt ſtante priſcorum canonum ſanctione, quicumque Pontificum vel Sacerdotum deinceps per manus impoſitionem Pœnitentiæ donum exceperint, nec ſe mortalium criminum profeſſione notauerint, tenorem retentandi regiminis non amittant, per Metropolitanum Reconciliatione Pœnitentium more ſuſceptâ, ſolita expleant ordinis, vel cætera myſteriorum ſibi credita Sacramenta. Nam licet olim Sacerdotes non admitterentur ad Pœnitentiam, vt ſupra diximus, poſteà tamen ad eam admiſſi ſunt, vt patet ex dicta Synodo Toletana, & nos diximus *lib. de Pœnitentia cap.* 10. & 28.

Ceterùm notanda eſt formula quâ in Eccleſia acclamabatur aliquem eſſe excommunicandum: dicebant enim communiter foras mitte, ἔξω βάλε, ſic in concilio Conſtantinopolitano ſub Menna *act.* 5. dicitur τοὺς Μανιχαίους Manichæos foras mitte; ~~& in concilio~~ Chalcedonenſi ſimiliter eadem habentur verba in *act.* 1. & eſt conſtitutio apud Clementem *lib.* 2. *conſtitut. Apoſtol. cap.* 16. ſi videris, ait, Epiſcope hominem in peccato perſeuerantem, ſeueritate vſus iubeto eum foras eiici κέλευσον ἔξω βληθῆναι. Et dicitur vetus Eccleſiæ Regula à Gregorio Nyſſeno *ſermone de obiurgatione*: ſi clauſæ, inquit, nobis fuerint ἀφορισμῷ id eſt excommunicatione, portæ Eccleſiæ, blaſphemamus, ſimulque in deum contumelioſi: ne putes exilium hoc ab Epiſcopi duritie ortum; antiqua lex eſt, & ex lege, Regula vetus Eccleſiæ: imò à Chriſto initium cœpit excommunicandi poteſtas; vt colligitur ex eodem Nyſſeno *loco citato*, Chriſtus Dominus in Petro dedit Epiſcopis clauem cœleſtis præmij; ſcito te ſolutum eſſe, ſi ab Epiſcopis ſolutus es; ſi vinctus es, ſcito te vinculis inuiſibilibus impeditum, moriens agnoſce clauſa tibi eſſe ea quorum communione tibi interdictum; & ita D. Paulus Corinthium illum hac poteſtate Sathanæ tradidit. Certè Excommunicatio pertinet ad officium boni Paſtoris, qui morbidas oues debet à ſanis ſeparare: & ita D. Chryſoſtomus *oratione de Babyla*, dicit Babylam excommunicaſſe eccium, voluit dicere Philippum, à quo Gordianus fuerat occiſus: quomodo Paſtor ſcabie perditam ouem excludit, eccium, ait, vt mancipium vile & nullius pretij eiecit Eccleſia, cum tanta animi tranquillitate & ſecuritate, cum quanta Paſtor ouem ſcabie obſitam & morbidam excluderet ouili: & D. Hieronymus *ad Galatas* 5. igitur ſcintilla ſtatim vt apparuerit, extinguenda eſt, & fermentum, à maſſæ vicinia ſemouendum, ſecandæ putridæ carnes, & ſcabioſum animal à caulis ouium repellendum, ne tota domus, maſſa, corpus, & pecora, ardeat, corrumpatur, putreſcat, intereat, Arius vna ſcintilla fuit, ſed quia non ſtatim oppreſſa eſt, totum orbem eius flamma populata: Cenſura Eccleſiæ leuis, quæ contenta eſt morbidam ouem gregis communione prohibere.

Porrò multi à veteribus excommunicati fuerunt, vt Philippus à Babyla, ex D. Chryſoſtomo *loco ſupra citato*; & Marcion, teſte Epiphanio *hæreſi* 42. Marcion, ait, cum quadam virgine ſe corrupit, & à Patre ſuo Eccleſiâ polſus eſt: & Apollinarij duo, Pater, & Filius à Theodoto Laodiceæ Epiſcopo fuerunt excommunicati ex Suida:

Magnum eſt hoc vinculum Excommunicationis: eſt enim pœna ſpiritualis animæ ex D. Auguſtin. *lib.* 1. *in epiſt. Parmeniani cap.* 7. vbi ait, excommunicationem eſſe pœnam ſpiritualem, per quam anima ipſa ligatur, & *contra aduerſarios legis c.* 17. alligatur homo amarius & infœlicius Eccleſiæ clauibus, quàm quibuſlibet durisſimis & amariſſimis vinculis. Et Sathanæ traditi dicuntur Excommunicati in *can.* 2. *omnis*, 11. *quæſt.* 3. Et olim malè actum cum quibuſdam excommunicatis; nam viſibiliter & corporaliter pœnam ſenſerunt excommunicationis, vt patet ex Scriptoribus antiquis. Gregorius enim Turonenſis *lib.* 5. *Hiſtoriæ Francorum cap.* 35. refert Nantinum Comitem, impium Sacerdotum oppreſſorem ſub Childeberto Galliæ Rege ab Heraclio Epiſcopo excommunicatum, ſtatim conqueſtum fuiſſe ſe viuum ignibus ab Heraclio admotis vri, & in eo eiulatu ſubita morte concidiſſe, ac corpore ſic atrato fuiſſe quaſi de cœlo tactus fuiſſet; & Naucleras 3. *volum. gener.* 34. refert quoque Moguntinum Epiſcopum, Othonem Patrem innuptis nuptiis operantem piorum cœtu mouiſſe, & eum in ipſo Templi aditu, quo rei diuinæ cauſa adibat, ſubitò cohorruiſſe, & toto corpore trementem in humum prolapſum occubuiſſe: ſcriptum etiam eſt Othonem Brandeburgenſem Principem, à Ludolpho Epiſcopo propter crudelitatem excommunicatum, à canibus ſuis fuiſſe laceratum: item que Stiliconis Amanuenſem à D. Ambroſio excommunicatum, fuiſſe quoque à canibus laceratum.

De Pœnis poſt Mortem luendis.

CAP. LV.

SVnt & poſt mortem aliquæ pœnæ tolerandæ, quarum aliquæ ſunt temporariæ, aliæ æternæ. Temporariæ ſunt pœnæ ignis Purgatorij; Æternæ verò ſunt pœnæ Inferni, vel Limborum: & quidem pœnæ Purgatorij non ſunt duraturæ niſi ad vltimum iudicium, aliæ vero etiam poſt illud, & omnes debentur peccato, vt rectè D. Auguſtinus *in lib. de Geneſi ad litteram contra Manichæos*, vbi explicans illa verba, *maledicta terra in opere tuo*, *Geneſ.* 3. qui fortè, ait, agrum non coluerit, & ſpinis eum opprimi permiſerit, habet in hac vita maledictionem terræ ſuæ, & poſt hanc vitam habebit

vel ignem Purgationis, vel pœnam æternam. De his igitur pœnis ſigillatim agendum videtur.

De pœnis Purgatorij.

CAP. LVI.

Eſſe quidem Purgatorium ſeu locum Purgatorij ignis, quò animæ fidelium ex hac vita migrantes purgentur, eſt de fide in *concilio Florentino in lib. vlt. ſancta Vnionis ſeſſ. decreto de Purgatorio.* Profitemur iuſtorum animas perfectam laureolam in Cœlo iam conſecutas eſſe, ac impiorum perpetuas pœnas luere; medias verò in purgatorio eſſe; quod quidem ſiue ignis, ſiue obſcuritas, ſiue turbo, ſiue id genus aliud ſit, nihil refert: & in *concilio Tridentino ſeſſ. 6. can. 30. & ſeſſ. 25.* Id vero probatur ex illo *Matthæi cap. 12.* vbi Chriſtus ait, quod ſi quis peccauerit in Spiritum Sanctum, non dimittetur ei, neque in hoc ſæculo neque in futuro; quo loco vtitur Bernardus *ſermone 66. in cant.* vt probet aliqua peccata remitti in alio ſæculo, at non in Cælo, quia nihil coinquinatum intrat in Regnum cælorum, *Apoc. 2.* nec in Inferno, quia in eo nulla eſt redemptio; ergo in Purgatorio: eóque etiam loco vtitur D. Auguſtinus ad probandum aliquẽ eſſe locum in quo remittantur poſt hanc vitam peccata, qui locus dicitur Purgatorium, *lib. 21. de Ciuit. Dei, cap. 24.* non diceretur, ait, veraciter de quibuſdam, quod eis non remitteretur, nec in hoc ſæculo, nec in futuro, niſi eſſet quibus, & ſi non in iſto, tamen remitteretur in futuro, & D. Gregorius *4. dialog. cap. 39.*

Secundò id probatur ex D. Paulo *ad Corinthios cap. 3.* vnuſquiſque autem videat quomodo ſuperædificet &c. ſi quis autẽ ſuperædificet ſuper fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretioſos, ligna, fœnum, ſtipulam, vniuſcuiuſque opus erit manifeſtum; dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit: ſi cuius opus manſerit quod ſuperædificauit, mercedem accipiet; ſi cuius opus arſerit, detrimentum patietur; ipſe vero ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem vbi oſtenditur diſcrimen inter peccata, quorum aliqua diutiùs ignis probabit, & alia citiùs conſumet, vtrumque ad ſalutem: Eoque loco vtitur D. Ambroſius *1. ad Corinth. 5.* oſtendit quidem illum ſaluum futurum, inquit, ſed pœnas ignis paſſurum, vt per ignem purgatus fiat ſaluus, & non ſicut perfidi æterno igne in perpetuum torqueatur: & D. Hieronymus *in 4. Amos, & lib. 2. in Iouinianum*, & Origenes *homil. 6. in Exod.* & Oecumenius *in 1. ad Corinthios*, & Theodoretus etiam *in 1. ad Corinthios*, his verbis: τοῦτο πῦρ πιστεύομεν, ἐν ᾧ καθαρίζονται αἱ ψυχαὶ ὡς χρυσὸς ἐν τῷ χωνευτηρίῳ: quem locum Theodoreti ita citat & vertit D. Thomas *opuſculo contra Græcos*: hunc credimus ignem Purgatorium, quo purgantur animæ, vt aurum in conflatoriis: & licet locus ille videatur valde difficilis D. Auguſtino *lib. de fide & operibus cap. 15. & 16.* tamen idem D. Auguſtinus *homil. 16. ex quinquaginta, tomo 10.* vtitur eo loco ad probandum Purgatorium: hi verò, ait, qui temporalibus pœnis digna geſſerunt, de quibus Apoſtolus dicit, ſi cuius opus arſerit, detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem, per fluuium igneum, de quo ſermo Propheticus commemorat, & fluuius ignis currebat ante eum: per fluuium igneum & vada frementibus globis horrenda tranſibunt: quanta fuerit peccati materia, tanta & pertranſiendi mora; quantum exegerit culpa, tantum ſibi ex homine vindicabit quædam flammæ rationabilis diſciplina; & quantum ſtulta iniquitas ſubiecerit, tantum ſapiens pœna deſeruiet: & quia ſermo diuinus quodam loco ollæ æneæ animam peccatricem comparat, dicens, pone illam ſuper prunas vacuam donec concaleſcat æs eius, & omne ſtannum eius defluat; illic, ſermones otioſi, & iniquæ cogitationes, vel ſordidæ: illic multitudo leuium peccatorum, quæ puritatem nobilis naturæ infecerant, exundabunt: illic ſtannum vel plumbum diuerſorum ſubrepentium delictorum, quæ diuinam imaginem obſcurauerant, conſumentur, quæ omnia hic ab anima ſeparari per eleemoſynas, & lacrymas, compendioſâ tranſlatione potuiſſent: Ecce ſic exigere habet ab homine rationem, qui ſeipſum pro homine dedit, & confixus clauis, legi mortis ſe vinxit.

Tertiò id probatur ex *Matthæi cap. 5.* vbi Chriſtus meminit carceris cuiuſdam, in quo poſt mortem mittuntur, & exeunt: eſto, ait conſentiens aduerſario tuo citò, dum es in via cum eo, ne fortè tradat te aduerſarius Iudici, & Iudex tradat te miniſtro, & in carcerẽ mittaris; amen dico tibi, non exies inde donec reddas nouiſſimum quadrantem: quo loco vtitur Gregorius *lib. 4. dial. cap. 39.* ad probandum Purgatorium: & D. Cyprianus *epiſt. 52.* etiam hoc loco vtitur ad oſtendendum varium ſtatũ animarum poſt hanc vitam: aliud eſt, ait, ad veniam ſtare, aliud ad gloriam peruenire; aliud miſſum in carcerem, non exire inde donec ſoluat nouiſſimum quadrantem; aliud ſtatum fidei, & virtutis accipere mercedem, aliud pro peccatis longo dolore cruciatum emendari, & igne diu purgari, aliud omnia peccata paſſione purgaſſe, aliud denique pendere in die Iudicij à ſententia Domini, aliud ſtatim à Domino coronari.

Confirmatur verò hæc ſententia ex Patribus, vt ex D. Auguſtino *lib. 2. de Geneſi ad litteram, loco citato, & lib. 21. de Ciuit. Dei cap. 16.* quiſquis, ait, cupit pœnas euadere ſempiternas, non ſolùm baptiſetur, ſed etiam iuſtificetur in Chriſto, vt ſic verè tranſeat à Diabolo ad Chriſtum; Purgatorias autem pœnas nullas futuras opinetur niſi ante illud vltimum, tremendumque Iudicium: & *cap. 13* ſed temporarias pœnas alij in hac vita tantùm, alij poſt mortem, alij & nunc & tunc; verumtamen ante illud Iudicium ſeueriſſimum, grauiſſimamque patiuntur, & ex D. Gregorio *lib. 4. dial. cap. 39.* de quibuſdam culpis leuibus eſſe ante Iudicium ignis Purgatorius eſt credendus. Et ex D. Paulino Nolano Epiſcopo *in pſalm. 1.* vbi verbis expreſſis meminit Purgatorij: & ex eodem D. Auguſtino *ſerm. 41. de Sanctis*, & *4. de animabus Defunctorum fidelium*, vbi quantus ſit ignis Purgatorij oſtendit: ſed dicet aliquis non pertinet ad me quandiu moras habeam, ſi tamen ad vitam æternam perrexero: nemo hoc dicat, fratres Chariſſimi, quia ille ignis Purgatorius durior erit quàm

quidquid poteſt in hoc ſæculo pœnarũ videri, vel cogitari, vel ſentiri, & cum de die Iudicij ſcriptum ſit quod erit dies vnus tanquam mille anni, & mille anni tanquam dies vnus, vnde ſcit vnuſquiſque vtrum diebus ac menſibus, an forte etiam & annis per illum ignem ſit tranſiturus? & qui modo nec vnum digitum ſuum in ignem vult mittere, timeat neceſſe eſt vel tunc paruo tempore tecum anima & toto corpore cruciari; & ideo totis viribus vnuſquiſque laboret vt capitalia crimina poſſit euadere; & peccata minuta ita bonis operibus redimere, vt de ipſis nihil videatur remanere quod ignis ille poſſit abſumere. Et tantum abeſt vt negandum ſit igne Purgatorij expiari maculas eorum qui leuius peccarunt, vt etiam aliqui exiſtimarint omnium, etiam iuſtorum, animas tranſire per ignem Purgatorij, vt conſtat ex Lactantio *lib. 7. diuin. inſtitut. cap.* 21. ſed, ait, & iuſtos cum iudicauerit, etiam igne eos examinabit, ita tamen vt quos plena iuſtitia atque maturitas virtutis incoxerit, illum ignem non ſentiant, habent enim in ſe aliquid Dei quod vim flammæ repellat: & ex D. Auguſtino *in pſalm.* 101. vbi docet ignem futurum rone reſpectu Iuſtorum inſtar ignis camini trium puerorum, in quo nullum planè dolorem perceperunt, ſed maxima refrigeria adinuenerunt. Quibus conuenit id quod ait D. Baſilius *in Hexamer.* in ipſa factorũ noſtrorum remuneratione ignis naturam diuidendam, ita vt vrendi moleſtiam ſine luce experiantur mali, & lucem ſine vſtione boni: in ipſa, ait, factorum noſtrorum remuneratione ignis diuiditur natura, cuius quidem lumen Iuſtorum oblectamento, vrendi vero moleſtia puniendorum tribuetur vltioni.

Sunt vero & alij Sacræ Scripturæ loci, ex quibus Patres probant Purgatorium, vt eſt illud *Iſaiæ* 4. purgabit Dominus ſordes filiorum & filiarum Sion, & ſanguinem eorum emondabit de medio eorum in Spiritu Iudicij, & Spiritu combuſtionis; quo loco vtitur D. Auguſtinus *lib. 20. de Ciuit. Dei cap.* 25. Item illud *Michææ cap.* 7. ne Læteris inimica mea; ſi cecidi, reſurgam, cum ſedero in tenebris, iram Domini portabo donec cauſam meam iudicet: adducet me in lucem, & videbo iuſtitiam eius: quo vtitur D. Hieronymus *in vlt. cap. Iſaiæ.* Item iſtud *Malachiæ* 3. ipſe ſedebit quaſi ignis conflans, & purgabit filios Leui & colabit eos, quo vtitur Origenes *homil. 6. in Exod.* D. Auguſt. *lib. 20. de Ciuit. Dei cap.* 25. D. Hieronymus *in Malachiam.* Item iſtud Zachariæ *cap.* 9. tu autem in ſanguine Teſtamenti tui eduxiſti vinctos tuos de loco in quo non eſt aqua quo vtitur D. Hieronymus *in Zachariam*: & illud *pſalmi* 6. tranſiuimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium; quem locum ita explicat D. Ambroſius *pſalm.* 36. & *ſerm.* 3. *in pſalmum* 118. hic per aquam, illic per ignem; per aquam vt abluantur peccata, per ignem vt exurantur: Et illud *pſalmi* 37. Domine ne in furore tuo arguas me: quo ita vtitur D. Auguſtinus vt per furorem intelligat Infernum, per iram Purgatorium; & ita explicat: in hac vita purges me, & talem reddas cui iam emendatorio igne non ſit opus. Item illud *D. Pauli, 1. Corinth.* 15. quid facient qui baptiſantur pro mortuis, ſi omnino mortui non reſurgunt? vbi verbum baptiſantur, A ſumitur pro affliguntur; intelligit enim eos, qui pro mortuis orabant: nam & pœnæ mortuorum in Purgatorio dici poſſunt Baptiſmus ignis, & dicuntur à D. Nazianzeno *oratione in ſancta lumina*: eſt, ait, Baptiſmus ignis in alio mundo. Et D. Baſilius *in lib. de Spiritu Sancto*, tribuit huic igni nomen Baptiſmi; & D. Hieronymus in hæc *Matthæi cap.* 3. alius nos baptiſabit in igne, ait, deſcribi Purgatorium.

Et in fide Purgatorij fundamentum quidem habent preces pro mortuis, de quibus agitur in omnibus Liturgiis, & paſſim fit mentio apud Patres, Clementem Romanum *lib. 8. Conſtitut. Apoſtolicar. cap.* 41. Oremus pro fratribus noB ſtris qui in Chriſto requieuerunt: & Dionyſius Areopagita *lib. de Eccleſiaſtica Hierarchia cap.* 7. deinde, ait, accedens diuinus Antiſtes, ipſi mortuo ſanctè precatur, atque poſt precationem, & ipſe eum ſalutat, & ordine omnes qui adſunt, precibus quidem à diuina Bonitate contendit, vt & omnia peccata, quæ humanâ fragilitate & imbecillitate ſunt admiſſa, ei qui exceſſit è vita remittat, & eum in lucem ac regionem viuorum, in ſinum Abrahæ, Iſaac, & Iacob deducat, in locum à quo fugit dolor: & D. Chryſoſtomus. *homil. 32. in Matthæum.* cur poſt mortem tuorum pauperes conuocas? cur Presbyteros vt pro eo velint orare, obſecras? C non ignoro te reſponſurum, vt defunctus requiem adipiſcatur, vt propitium iudicem inueniat: & D. Auguſtinum *epiſt.* 64. ad Aurelium: Oblationes pro Spiritibus dormientium verè aliquid adiuuare credendum eſt: & *ſermone* 34. *de verbis Apoſtoli*: & D. Cyrillus Hieroſolymitanum *Catecheſi myſtagogica*, & apud Athanaſium *quæſt. 34. ad Antiochum.* & apud Tertullianum *de monogamia, capite* 10. & *de corona militis, cap.* 3. oblationes, ait, pro defunctis facimus, harum & huiuſmodi diſciplinarum, ſi legem expoſtules, ſcripturam nullam inuenies, traditio tibi prætenditur auctrix, conſuetudo confirmatrix, & fides obſeruatrix. Et licet ibi Tertullianus putet hoc à traditione tantùm deſD cendiſſe, tamen D. Chryſoſtomus *homil. 69. ad populum Antiochen.* rectè, ait, ſancitum fuiſſe ab Apoſtolis: non temere, ait, ab Apoſtolis hæc ſancita fuerunt, vt in tremendis myſteriis defunctorum agatur commemoratio, ſciunt enim inde multùm illis contingere lucrum, vtilitatem multam. Dicit verò D. Chryſoſtomus hæc ſancita fuiſſe ab Apoſtolis ſine dubio eo quod Apoſtoli ſuis in Liturgiis has commemorationes inſeruierunt, vt conſtat ex *Liturgia D. Petri, & D. Iacobi.*

Cæterùm & hæc ratio affertur Purgatorij, quod cùm dimiſſâ culpâ pœna maneat quâ ſit Deo ſatisfaciendum, illa pœna morientibus E toleranda eſt in Purgatorio. Probatur verò culpâ dimiſſâ pœnam durare, ex D. Auguſtino *in pſalm.* 50. impunita eorum peccata etiam quibus ignoſcis non dimiſiſti, ſic prorogaſti miſericordiam, vt ſeruares & veritatem; ignoſcis Confitenti, ſed ſeipſum punienti & *tractatu* 124. *in Ioannem*: cogitur homo tolerare etiam remiſſis peccatis; productior eſt enim pœna, ac per hoc vel ad demonſtrationem debitæ miſeriæ, vel ad emendationem vitæ, vel ad exercitationem patientiæ, temporaliter hominem detinet pœna, quem ad damnationem æternam iam Reum non detinet culpa.

De

De Inferno.

CAP. LVII.

PRæter Ignem Purgatorij temporarij, eſt etiam Ignis Inferni, qui ad differentiam temporarij illius dicitur æternus, *Matthæi* 25. Diſcedite à me maledicti in ignem æternum: eodemque loco, ibunt hi in viam æternam, illi autem in ignem æternum. Mentio etiam Inferni fit *pſalmo* 138. & 115. & *Luca* 16. & *Iſaia* 14. & *Numerorum* 16. de Inferni pœnis loquuntur D. Auguſtinus *epiſt.* 57. & 96. Chryſoſtomus *homil.* 4. *in Marcum* Gregorius *lib.* 14. *Moral.* B

Infernus autem locus eſt profundus, *prou.* 6. 9. in profundo Inferni conuiuæ eius: *Iſaia* 10. pete tibi ſignum à Domino Deo tuo in profundum Inferni, ſiue in Excelſum ſuprà, *Numer.* 16. deſcenderunt in Infernum viuentes.

Et probat D. Auguſtinus *l.* 12. *de Geneſi ad litt.* duabus rationibus: Prima eſt, quia cum Sancti ſint in Cœlo loco Eminentiſſimo, damnati debent eſſe in loco infimo, & valde diſtanti. Secunda, quia cùm damnati amore terum terrenarum peccauerint, & ſes terrenæ deorſum ferantur, par eſt vt eorum quoque animæ proprio peccato tendant deorſum.

Pœnæ vero Inferni ſunt duplices, vna damni, quâ excluduntur à Dei viſione, iuxta illud *Matthæi* 25. diſcedite à me maledicti: alia Senſus, cùm ad ditur *eod. loco Matthæi.* in Ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo & Angelis eius; & *Luca* 16. cùm dicitur, crucior in hac flamma. Et pro ratione peccati infliguntur, iuxta illud *pſalmo* 61. reddes vnicuique iuxta opera ſua; & *Deuteronomij* 25. pro menſura peccati erit & plagarum modus; & *pſalm.* 27. da illis ſecundum opera eorum.

Nec prodeſt pœna illa damnatis ad ſalutem, vt dicitur *in Eccleſ.* quod manus tua facere poteſt, inſtanter fac; non enim datur Pœnitentiæ locus apud Inferos. & *Ioannis* 9. me oportet operari donec dies eſt, veniet nox, in qua nemo poterit operari. Et affirmat D. Baſilius *epiſt. ad Virginem lapſam.* D

De pœnis Inferni differit D. Chryſoſtomus *Paræneſi* 1. *ad Theodorum lapſum cap.* 6. & *tractatu* 8. *in* 1. *Aduentum Domini*, his verbis: memorare fluuium igneum, vincula indiſſoluta, tenebras lucis expertes, ſtridorem dentium, vermem venenatum, diem illum luctuoſum peccatoribus &c. & Iſidorus Peluſiota *lib.* 4. *epiſt.* 47. peccantes, neque reſpicientes, excipient fluuij quidam perpetui ignem terribilem ebullientes, quorum flumina nihil aliud ſunt quam flammæ ad ſupplicium fluctuantes. D. Baſilius in *cap.* 5. Eſaiæ, ait ex pſalmo 35. verſu 5. & colligit eſſe Infernum locum quendam communem in terræ ſepoſitum meditullio, obſcurum ab omni parte, & umbratum. & in *Regulis breuioribus, interrogatione* 267. Oſtendit varia eſſe ſupplicia in Inferno: illud, ait, vapulabit multis & vapulabit paucis *Lucæ* 12. non finem ſed ſupplicij diuerſitatem declarat; ſi enim Deus Iudex iuſtus eſt, non bonis ſolùm, ſed etiam improbis, reddens vnicuique iuxta opera ſua, fieri poteſt, vt E

A alius quidem dignus ſit igne inextinguibili, atque hoc ipſo vel leuiùs vel ſeuerius vrente; alius verò verme nunquam moriturо, atque hoc ipſo nihilominùs vel mitiùs quam vnumque exerucianter, vel ſeuerius pro meritis videlicet vniuſcuiuſque; item alius gehennâ habente prorſus ipſâ etiam varia tormentorum genera; ſimiliterque alius exterioribus tenebris, quo in loco alius in fletu eſt ſolum, alius præter fletum in ſtridore etiam dentium, propter cruciatuum videlicet acerbitatem &c. & in *epiſt. ad Virginem lapſam*: qualiverò corpore infinita illa flagella ſuſcepet & intolerabilia? vbi ignis inextinguibilis, & vermis indeſinenter caſtigans, & fundum Inferni tenebroſum & horrendum, & eiulatus amari, & vlulatus ingentes, & ploratus & ſtridor dentium, & finem non habent mala.

Quod Infernus ſit in loco Inferiori probat Origenes *lib.* 3. *Periarchon* ex pſalmis, vbi vocatur Infernus inferior: quia liberaſti animam meam ex inferno inferiori. & Euthymius *in pſalmum* 15. Infernus, ait, quippe locos eſt ſub terra, animabus mortuorum deſignatus.

Pœnas etiam Inferni deſcribit Gregorius Nazianz. *carmine* 15. his verſibus.

Et quæ hic quidem, ſunt eiuſmodi; quæ verò alibi, quis dicat
Quanta iniuſtis dies vltimus afferat.
C *Ignis horrendus, tenebræ terribiles iis qui procul ſunt à luce,*
Vermis, malitia noſtra perpetua recordatio.
Satiùs fuiſſet, ô improbe, ſi in vitæ portas nunquam ingreſſus eſſet,
Si verò ingreſſus, totus, vti belluæ, interiiſſet,
Quàm poſt tot toleratos hic dolores, etiam poſtliac,
Pœnam ſubire vis acerbiorem quàm hic toleras.

Et carmine 35.

Inſtat certamen, vitæ malam nauigationem peregi,
Iam & odioſa malitia video punitionem,
Tartarum caliginoſum, ignis flammam, noctem profundam,
Eorum quæ nunc occulta ſunt fœditatem redargutam.

Inter pœnas Inferni ponit D. Gregorius Nazianzenus *oratione* 40. pudorem, vt diximus ſuprà.

Porro aliqui exiſtimant in Inferno eſſe veros Vermes, propter illa verba Chriſti, vbi vermis eorum non moritur *Marci* 9. 43. & habetur *Eſaiæ cap.* 66. vermis eorum non morietur; & deinde fit mentio horum vermium *Eccleſ. cap.* 7. vindicta carnis impij ignis & vermis: & *Iudith* 16. dabit ignem & vermes in carnes eorum.

Confirmatur ex D. Baſilio *in pſalm.* 33. in Inferno, ait, vermium innumerabilium genus venenoſum, ac carniuorum erit, efflans quidem, nec tamen ſe ſatians, intolerabiles dolores morſibus infligens: & ex Proſpero *lib.* 3. *de vita contemplatiua cap.* 12. edaciſſimis in æternum dilaniari vermibus, nec finiri: & ex D. Auguſtino *lib.* 21. *de Ciuit. Dei cap.* 9. vbi licet dubitare videatur, tamen non reiicit hanc ſententiam: & ex S. Anſelmo *in Elucidario*: teſtia, ait, pœna in Inferno eſt Vermes immortales, id eſt ſerpentes, & dracones viſu & ſibilo horribiles, qui vt piſces in aqua, ita viuunt in flamma: & ex Authore *de triplici habitaculo apud D*

Auguſtinum tomo 9. in inferno, ait, eſt ferocitas beſtiarum, dilaceratio immortalium vermium: & ex Innocentio 3. Pontifice *lib.* 3. *de contemptu Mundi, cap.* 1. 2. *& ſequent.* erit in gehenna vermis duplex, interior qui rodit cor, exterior qui rodit corpus. *& cap.* 4. in inferno erunt Vermes indeficientes: & ex Hugone à S. Victore *lib.* 4. *de anima cap.* 13. in inferno, ait, omnes comburuntur, & vermibus corroduntur neque conſumuntur, quorum vermis non moritur, & ignis non extinguitur. Tamen exiſtimo non eſſe vllos corporeos ſerpentes, præter Dæmones ipſos, horribilium & fœtentium formam ſerpentum habentes, & ſub ea damnatorum corpora corrodentes.

De loco quo Pueri nondum Baptiſati continentur.

CAP. LVIII.

EST etiam locus in quo pueri morientes ſine peccato Actuali, & cum Originali tantùm, collocantur. Cùm enim Deus puniat vnumquemque ſecundum opera eius, vnde punitio diuina dicitur calix in manu Domini quem variè temperat, vt ait Gregorius Nazianzenus *orat.* 15. certè iſti debuerunt aliter puniri quàm adulti qui peccarunt: certum autem eſt eos non eſſe ſaluos ſine ſuſceptione Baptiſmi, *Ioannis* 3. niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt intrare in Regnum Dei; ſicut qui in lege moriebantur ſine Circumciſione non poterant conſtitui in ſinu Abrahæ, vt conſtat ex *cap.* 17. *Geneſ.* maſculus cuius præputij caro circumciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo; & *can.* 5. *& 6. diſt.* 4. *de Conſecrat.* & in lege Naturæ paruuli non poterant ſaluari ſine fide parentum; & maiores natu ſiue virtute Sacrificij, *dicto can.* 5. *ead. diſt.* 4.

Pueri ergo non Baptiſati, cùm inter non credentes habeantur, non poſſunt intrare in Regnum Dei, *can.* 8. *diſt.* 4. *de Conſecrat.* & in tenebris manent *canone* 142. *ead. diſtinct.* 4. His verbis: nulla præter Baptiſmum Chriſti ſalus promittitur infantibus; quia infantes, ſi per Sacramentum quod ad hoc eſt diuinitus inſtitutum, in credentium numerum non tranſeunt, profectò in tenebris manent; imo in Inferno ex *concilio Florentino ſeſſ. vlt.* vbi dicitur non ſolùm morientes in peccato mortali, mitti in Infernum, verùm etiam eos qui decedunt in ſolo Originali: & quemadmodum qui ſunt in Inferno dicuntur igne perpetuo torqueri, *can.* 3. *diſt.* 4. *de Conſecrat.* firmiſſime tene, & nullatenus dubites, non ſolùm homines iam ratione vtentes, verùm etiam paruulos, qui ſiue in vteris matrum viuere incipiunt, & ibi moriuntur, ſiue de matribus nati, ſine Sacramento ſancti Baptiſmatis, quod datur in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, de hoc ſæculo tranſeunt, igne ſempiterno puniendos; quia etſi propriæ actionis peccatum nullum habuerunt, originalis tamen peccati damnationem carnali conceptione, & natiuitate traxerunt: & non baptiſati dicuntur in

A æternum perire *canone* 16. *eadem diſtinct.* 4. Sunt igitur in damnatione paruuli non baptiſati, ſed mitiſſima, *canone* 136. *diſtinct.* 4. *de Conſecrat.* proinde, ait, rectè poteſt dici paruulos ſine Baptiſmo de corpore exeuntes, in damnatione omnium mitiſſima futuros: multùm verò fallit, & fallitur, qui eos in damnatione prædicat non futuros Apoſtolo dicente, per vnius delictum in omnes homines ad condemnationem &c. & Sacramento Regenerationis damnationem euadunt, *can.* 132. *eadem diſtinct.* 4. & à peccati damnatione liberantur *can.* 137. & viui, ſalui, liberati, redempti, illuminati fiunt, *can.* 143. *ead. diſtinct.* 4. *de Conſecrat.* Quare D. Auguſtinus *lib.* 2. *de origine animæ, cap.* 12. damnat quoſdam Pelagia- B nos, quod auderent dare pueris non Baptiſatis aliquem ſalutis locum, etiam præter cœlum: Verba ſunt: nonnullos hæreticos Pelagianos iuſtiſſimè conciliorum Catholicorum, & ſedis Apoſtolicæ damnauit authoritas, eo quod auſi fuerint non baptiſatis paruulis dare quietis & ſalutis locum, etiam præter Regnum cœlorum. & *concilio Mileuitano*, cuius meminit D. Auguſtinus *epiſt.* 92. damnantur etiam hi qui putant paruulos ſine Baptiſmo poſſe habere vitam æternam: pueros, ait, paruulos, etſi nullis innouentur Chriſtianæ gratiæ Sacramentis, habituros vitam æternam, nequam præſumptione contendunt: nam etſi paruuli illi non peccarint, tamen iacturam cœli feciſſe di- C cuntur, quod non fuerint Baptiſati, vt ait Gregorius Nazianzenus *orat.* 40. poſtremi, ait, (loquitur de pueris non Baptiſatis) nec cœleſti gloriâ, nec ſupplicijs à iuſto Iudice afficiuntur, vt pote qui, licet ſignati non fuerint, improbitate tamen careant, atque hanc iacturam paſſi potiùs fuerint, quam fecerint.

De loco in quo Patres, tempore legis Naturæ, & Moſaicæ tenebantur.

D CAP. LIX.

FVit locus in quo iſti Patres tenebantur, qui nec erat Infernus, quia illi Patres non erant damnati, ſed viri iuſti; nec Purgatorium, ob eandem rationem; nec locus puerorum, quia ipſis iam ademptum erat originale peccatum: & deinde quia locus puerorum eſt ſempiternus; at patres exierunt ex illo loco poſt Chriſti mortem; vt poſtea dicemus: non fuit etiam cœlum; nam ex D. *Paulo ad Hebræos* 9. nondum propalata erat via Sanctorum, &, vt habetur in *epiſt. ad Epheſ. cap.* 4. aſcendens Chriſtus in altum captiuam du- E xit captiuitatem: fuit ergo diſtinctus locus, qui dicitur ſinus Abrahæ, *Lucæ* 16. mortuus eſt Lazarus, & portata eſt anima eius in ſinum Abrahæ: & ille locus fuit in partibus terræ inferioribus, vt colligitur *ex loco citato ad Epheſ. cap.* 4. vbi adduntur hæc verba, qui aſcendit, quis eſt niſi qui & deſcendit primum in inferiores partes terræ, id eſt limbus, vt interpretatur D. Auguſtinus *ad hunc locum*: & ideo locus ille vocatur aliquando Infernus, vt

pſalmo 15. nec derelioques animãm meam in Inferno; & *Iob.* 14. quis mihi hoc tribuat vt in Inferno protegas me; & 17. ſi ſuſtinuero, Infernus domus mea eſt; & *Geneſ.* 37. deſcendam lugens in Infernum ad filium meum; & 44. deduceris canos meos cum mœrore ad Inferos; & *in Actis cap.* 2. ſolutis doloribus Inferni. Item dicitur Abyſſus, *ad Romanos* 10. ne dicas in corde tuo quis deſcendet in Abyſſum, videlicet Chriſtum à mortuis reuocare? Dicitur Lacus, *Zach. cap.* 9. tu autem in ſanguine Teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua: dicitur Carcer 1. *Petri cap.* 3. iis qui erant in carcere Spiritibus prædicauit. Dicitur Limbus à D. Auguſtino *ad Epheſ.* 4. Dicitur ſinus Abrahæ à D. Luca loco citato, & ita dictum putat Theophilactus quod in eum locum Sancti reciperentur tanquam in portum, ſicut naues in ſinubus maris & locis quietis; vel vt ait D. Auguſtinus *ſermone de tempore* 10. quod locus ſecretus eſſet: ſignificatur autem illis verbis locus quietis, in quo Abraham & iuſti verſarentur, vt ait D. Auguſtinus *lib. de anima ad Vincentium, cap.* 14. *& in epiſt. ad Dard.* 67. *& epiſt. ad Euo.* 99. Dictus eſt autem ille locus potiùs Abrahæ ſinus, quàm Adami, vel cuiuſuis alterius, quia Abraham pater fuit omnium Credentium, *Roman.* 4. 17. ex D. Auguſtino *libro* 4. *de Origine animæ cap.* 5. ex Cyrillo *lib.* 1. *in Ioannem cap.* 52. vel etiam quia Abraham hoſpitalis valdè fuit ex Theophylacto in Commentar. & Chryſoſtomo *homil.* 3. *de Lazaro.* Denique quia cum plures eſſe debeant in cœlo ex Gentibus, & Abraham eas repræſentet (dictum enim ei eſt, & in ſemine eius omnes Gentes benedicentur, *Ioann. cap.* 58.) à maiore parte debebat illa fieri denominatio; & dicendum erat aliquem eſſe in ſinu Abrahæ, vt diceremus eſſe in loco Beatorum.

Quod Pœna Peccato debetur.

CAP. LX.

DEbetur pœna omni peccato, ex *can.* 69. *diſt.* 1. *de Pœnit.* itemque Plutarcho *lib. de Exilio.* & Platone: & rectè D. Chryſoſt. *hom.* 5. *de Pœnit.* natura, ait, peccati pœnam vltricem expoſcit, ἀπαιτεῖ ſupple τὴν δίκην τῶν ἁμαρτημάτων ἡ φύσις & D. Auguſt. 1. *relect. c.* 9. omnis pœna, ſi iuſta eſt, peccati pœna eſt: & qui peccarunt, dicuntur pœnâ teneri, vt patet ex *Cicer.* 2. ad *Quintum fratrum*, eâ pœnâ quæ eſt de vi, tenerentur: & apud Græcos ἔνοχος eſt obnoxius, reus, obligatus, vt in *gloſſis Græcolatinis*, & apud Harmenopulum: & ideò in *l. Imperatores, de Iure fiſci, & l. vlt. Cod. ad legem Iuliam Maieſt.* Dicitur de quodam nefario, ipſe te huic pœnæ ſubdidiſti: & Michaël Epheſius *ad* 5. *Ariſtotelis ad Nicomachum*, ait, in criminibus quaſi contrahi cum pœna, & eſſe dationem & acceptionem, in quibus conſiſtit natura contractuum; nam rem, aut aliquid furatus eſt, pro eo dat pœnas; & paulo poſt συναλλάγματα δὲ ἐκλήθη ταῦτα, ὅτι μόνον α ἔχοντα συνέστηκεν πρὸς ἀλλήλους, ἀλλὰ καὶ τὰ ὑπὸ τῶν νόμων διωρισμένα; id eſt contractus à veteribus appellantur, non tantùm quæ mutuis conuentionibus conſtant, ſed & quæ legibus vetita ſunt. D. Auguſtinus *lib. de vera Religione cap* 6. dicebat duplici pœna puniendum eſſe quodlibet peccatum: lex, ait, prohibens, omnia delicta congeminat; non enim ſimplex peccatum eſt, non ſolum malum, ſed etiam vetitum committere. Thucydides etiam, ſed alio modo, dicebat, pœnas mereri malos, nempe quod & contra legem fecerint, & quod ex bonis mali facti ſint: D. Baſilius *libro de Iudicio Dei ſeu in proœmio Ethicorum*, videtur conuenire cum D. Auguſtino, cum ait peccatum grauiùs offendere Deum in eo quod vetitum eſt, quàm in eo quod ex ſe malum: verba D. Baſilij ſunt, cùm diuinarum literarum memoriam animo colligo, reperio tam in veteri quàm in Nouo Teſtamento, neque in numero, neque in magnitudine peccatorum, ſed in vna tantummodo cuiuſcumque tandem generis præcepti violatione, contumeliam aduerſus deum iudicari; adeoque in omnes promiſcue qui dicto ipſius audientes non fuerint, ſupplicium conſtitutum.

Variæ ſunt cauſæ propter quas puniuntur peccata: primò, puniuntur propter exemplum, vt conſtat ex Platone *lib. de legibus*, & *in Gorgia*, & apud Aulum Gellium *lib.* 5. *cap.* 14. & apud Quintilianum, his verbis: omnis pœna non tam ad delictum pertinet, quàm ad exemplum.

Secundò puniuntur, vt ei ſatisfiat qui læſus eſt, ex eodem Platone *in Gorgia*, *& lib.* 4. *de Repub.* & Gellio, *loco citato.*

Tertiò, vt qui peccauit emendetur, ex eodem Gellio *loco citato*, & ex Seneca *lib. de Clementia cap.* 16. nemo, ait, prudens punit quia peccatum eſt, ſed ne peccetur: & ideo Hierocles dicebat pœnam eſſe ἰατρικὴν πονηρίας, id eſt, medicatricem malitiæ.

Quartò, vt quis ferat pœnam ſui peccati vt patet ex ſupradictis initio noſtri capitis: Et ita cum multi, varijque ſint fines, ſecundum hunc vltimum, & ſecundum etiam finem ſecundum, puniuntur in Inferno damnati, vt ſcilicet ſatisfiat Deo qui læſus eſt, & pœna etiam debita peccato toleretur, quo refertur illud *Prouerbior.* 16. *verſ.* 4. vt explicat Moſes Maimonides, res ſingulas Deus fecit propter ipſum, etiam impium ad diem malum.

De Indulgentiis.

CAP. LXI.

ACcipimus Indulgentias pro remiſſione pœnæ, cum alicui fit ea gratia, vt remittatur ei pœna quam pro delicto ſuo ſufferre debebat; & ita intelliguntur nomine Remiſſionis, Indulgentiæ *in cap. quod autem* 4. *& cap.* 15. *de Pœnit. & remiſſ. & in Extrauagante Communi Bonifacij* 8. *cap.* 1. *etiam de Pœnitent. & Remiſſ. & Extrauaganti Clementis* 6 *cap* 2. *eod. tit.* & aliquando ſumitur pro remiſſione culpæ, vt in *Extrauag. communi Bonifacij* 8. *cap* 1. *de Pœ-*

nt. & Remiſſ. vbi dicitus conceſſæ ſunt magnæ A remiſſiones & indolgentiæ peccatorum ; & paulò poſt, datur pleniſſima peccatorum venis : & generaliter Iodulgentia ſignificat quamlibet gratiam , ſeu debiti remiſſionem ac diſpenſationem ; quomodo accipitur apud D. Hieronymum *cap. 4. in Danielem*. & D. Auguſtin. in *pſalmum* 101. & Tertullian. *in lib. de pudicitia* ; illic inquit , huiuſmodi indulgentia promulganda eſt, vbi delinquentia ipſa verſabatur , illic legenda eſt venia quò eum ſpe eius intrabitor &c. quemadmodum etiam *in cod. Theodoſ.* eſt Tit. *de Indulgentiis reliquorum* , id eſt de Remiſſionibua , vt eſt in Nouella Iuſtioiani περὶ συγχωρήσεως : nam συγχώρησις *in Gloſario* eſt concedeotia, cunceſſio, iodulgentia, remiſſio. B

Indulgentias autem illas ſeu remiſſiooes poſſe concedi ab Ecclesia probari poteſt multis rationibus. Prima eſt qoia dictum eſt D. Petro , do tibi claues Regni cœlorum, quodcumque ligaueris in terra , erit ligatum & in cœlis ; & quidqoid ſolueris , erit ſolutum & in cœlis : quo loco D. Dionyſius vtitur *l. de Eccleſiaſtica Hierarchia cap. 7.* in hac materia, vt oſtendat Sacerdotem habere poteſtatem dimittendi quædam peccata mortuis ; & ita ipſum interpretari hæc verba, eſſe que eorum legitimum interpretem : & ratio hæc eſt , quæ ibi quoque innuitur, quia, C qui pœnis obnoxij ſunt, in eiſque detinentur, ſunt ligati & obligati; ergo Petrus debet habere poteſtatem ſoluendi eos : quod ſint ligati patet, nam ideo qui peccaruut dicuntur, teneri hac vel illa pœnâ , vt patet ex Cicerone 2. ad Quiotum fratrem , loco ſupra allsto : atque, idcirco etiam qui in metallum mittuntur , dicuntur ſerui pœnæ à Iuriſconſultis , vt *l.* 25. §. 2. *de acquirenda hæreditate* ; & apud Græcos ἔνοχος eſt obnoxius , reus , obligatus , *in gloſſis Græcolatinis* , & apud Harmenopulum , Theophilum & alios : & ad hæc vincula ſine dubio in ſuo dialogo reſpexit Gregorius Magnus his verbis, quæ refert Burchardus *lib.* 20. *cap.* 58. D beatius quippe eſt liberum exire, quàm poſt vincula libertatem quærere : & de his vinculis intelligendum eſt quod dicitur *lib.* 2. *Machab. cap.* 12. ſancta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur : à peccatis enim ſolui , aſt à pœnis peccati tantùm ſolui : & apud Chryſoſtomum *libro* 1. *de prouidentia cap.* 8. dicitur Deum multos continere ſupplicio.

Deinde cuius eſt abſoluere à culpa, eſt etiam abſoluere à pœna : nam per vnam & eandem poteſtatem vtrumque fit ; ideoque videmus in veteribus canonibus, Epiſcopos habuiſſe poteſtatem abbreuandi , vel ampliandi pœnas, vt ſupra dictum eſt Gregorio Nyſſeno *epiſtol.* E *ad Letoium* & D. Baſilio *epiſt. ad Amphilochium*. Item Claues & poteſtas illa ligandi uel ſoluendi , non ſunt reſtringendæ ad ſolam dimiſſionem culparum , ſed ad alia multa quæ ſunt in Eccleſiæ, extendi poſſunt, vt ad definitiones & conſtitutiones Eccleſiæ ; quæ ſunt de fide, & ſimilia.

Secunda ratio eſt , quia Eccleſia habet in ſe infinita merita Chriſti , quæ ſuperant omnes noſtras culpas, & omnium hominum, non modò futurorum ſed etiam poſſibilium; quæ merita Chriſtus aſcendens in Cœlum , reliquit Eccleſiæ tanquam theſaurum : item Eccleſia habet merita Sanctorum in eodem theſauro; nam Sancti in quolibet opere bono theſauriſauerunt ſibi in cœlis , vt colligitur ex D. Paulo 2. *ad Corinth.* 12. ideoque D. Chryſoſtomus *lib.* 1. *de Prouidentia, cap.* 9. vocat opera noſtra bona , theſauros virtutis : at theſaurus ille non debet manere inutilis, inanis , aut ſuperfluus; ergo communicari debet , præſertim quia quò magis effunditur , eò magis creſcit ille theſaurus , vt rectè Clemens 6. oſtendit *capite ſecundo in Extrauag. Comm. de Pœnitentiis & Remiſſionibus.* vbi dicitur quod Chriſtus nos ſanguine ſuo redemit, quem in Ara Crucis innocens immolatus, non guttam ſanguinis modicam, quæ tamen propter vnionem ad Verbum pro Redemptione totius generis humani ſuffeciſſet, ſed copiosè velut quoddam profluuium noſcitur effudiſſe , ita vt à planta pedis vſque ad verticem capitis nulla ſanitas inueniretur ; ac ne ſuperuacua , inanis ; aut ſuperflua tantæ effuſionis miſeratio redderetur , theſaurum Eccleſiæ militanti acquiſiuit volens ſuis theſaurizare filiis ; vt ſic ſit infinitus theſaurus hominibus, quo qui vſi ſunt, Dei amicitiæ participes ſunt effecti ; & paulò poſt additur, quod ad huius theſauri cumulum Beatæ ſemper Virginis Dei Genitricis , omniumque Electorum à primo iuſto , vſque ad vltimum, merita , adminiculum præſtare noſcuntur, de cuius conſumptione ſeu minutione non eſt aliquatenus formidandum , tam propter infinita Chriſti merita , vt dictum eſt ſupra, quam pro eo quod , quantò plures ex eius applicatione trahuntur ad iuſtitiam , tanto magis acceſcit ipſorum cumulus meritorum. Et ideo in concilio Baſileenſi *ſeſſione* 24. Patres illius concilij in Bulla Indulgentiæ quam conceſſerant , dicunt ſe aperire theſauros ſpirituales, quos Chriſtus aſcendens in cœlum reliquit Eccleſiæ decreuit hæc ſancta Synodus Eccleſiam vniuerſam repræſentans, Sponſam Chriſti, affluenter aperire ſpirituales theſauros, quos ipſe Saluator aſcendens in cœlum ſibi reliquit. Denique habetur *in ſeſſione* 45. *eiuſdem concilij* , vbi Indulgentiæ incorporatis conceſſæ fuerunt.

Tertia ratio eſſe poteſt , quod non tantum : Chriſtus dicitur Redemptio fidelium, ſed quilibet Iuſtus dicitur Redemptio proximi, vt patet ex Philone Iudæo *libro de Sacrificiis Abelis & Cain* , vbi dicit bonum virum mali eſſe redemptionem , idque oſtendit ex Leuitarum ciuitatibus, conceſſis profugis; & ait peccatores ad Sacerdotes venire vt purificentur , deinde ad Leuitas profugere , vt à pœna liberentur. At ſancti & iuſti non fuerunt Redemptores culpæ , ergo tantùm pœnæ. Quod non fuerint redemptores culpæ patet ex D. Auguſtino *tractatu* 84. etſi fratres pro fratribus moriantur , in fraternorum tamen peccatorum remiſſionem nullius ſanguis Martyris funditur , quod pro nobis fecit Ieſus &c. & ex D. Ambroſio *libro* 6. *in Lucam* : aliæ mihi cruces nihil proſunt, ſola Chriſti crux mihi verè vtilis ; & paulò poſt : nullus hominum tantus eſſe potuit qui

totius mundi peccata tolleret, non Enoch, A non Abraham, non Iſaac, ſe hic morti licet obtulerit & ex D. Cyrillo *ad Reginas de recta fide libro* 5. ſi Emanuel communis homo fuiſſet quomodo fuiſſet vtilis hominis mors? tam multi celebres Prophetæ mortui ſunt, Abraham, Iſaac, Iacob, Moyſes, Samuel, & cæteri ſancti; nihil tamen profuit humano generi eorum mors ſaluauit autem Christi mors: nec Christus quidem habet opus adiutore in redemptione noſtra, vt rectè probat D. Ambroſius *in Lucam cap.* 23. *& ad Vercellenſes epiſt.* 82. *de inſtitutione Virginis*, ex verſiculo *pſalm.* 87. factus ſum ſine adiuto- B rio inter mortuos liber: Christi, ait, Paſſio ad omnium Redemptionem adiutore non egult, qui omnes ſine adiutore ſeruauit, & longe ante quam dixit reſpexi, & non erat adiutor, quæſiui nec ſuit qui adiouaret, liberabo eos brachiu meo, *Eſaia* 63. ſuſcepit ergo Matris affectum, non alterius quæſiuit auxilium: vbi diſputat contra eos, qui putabant Matris eius meritum ad id profuiſſe.

Nihilominus tamen Origenes *homilia* 10. *ad id Numeror.* 18. *tu Aaron & filij tui, & domus Patris tui tecum ſumetis peccata Sanctorum*, videtur etiam exiſtimare Sanctos auferre peccata noſtra, morique pro nobis: videamos, ait, quomodò Pontifex noſter Ieſus cum filiis ſuis, C Apoſtolis ſcilicet, & Martyribus, ſumat peccata Sanctorum; & quidem quod Dominus venerit, vt morte ſua tolleret noſtra peccata atque deleret, nemo qui Chriſto credit, ignorat; quo autem modo alij auferant, ex diuinis Scripturis probare ſi poterimus, tentabimus. Apoſtolus ergo pro ëis quibus ſcribebat impendi ſe & immolari dixit 2. *Corinth.* 12. ego libentiſſime & impendar, & ſuperimpendar, & inſumam & inſumar pro animabus veſtris; & 2. *Timoth.* 4. ego iam delibor, libor, pro libamento offeror, immolor, hoſtia autem ad hoc immolatur, vt eorum pro quibus iugulatur, peccata purgentur &c. & *hom.* 24. *eiuſd. lib. c.* 2. *&* D 28. vide, ait, ne fortè vt Dominus quaſi agnus ad occiſionem ductus & in Sacrificium oblatus, remiſſionem peccatorum vniuerſo præſtitit Mundo, ita cæterorum Sanctorum ſanguis ab Abel iuſto ad Prophetam vſque Zachariam effuſus, alterius vt vitulæ, alius vt hirci, capræ aut alicuius horum ad expiandum pro aliqua parte populum ſuſpecſit &c. & D. Chryſoſtomus ſeu 2. in Matthæum expoſitionis auctor *homil.* 4. ad id *cap.* 22. tauri mei & altilia, ſeu ſaginata occiſa ſunt: Prophetæ, inquit, & Sancti vnuſquiſque pro ſalute populi occiſi ſunt, & ſe quoque Paulus pro eorum quos docebat animabus impendi, ſuperimpendi, delibari, immolari dicit; hominis enim libatio alicui pro aliquo offertur: mors ergo Prophe- E tarum, ex parte quidem hominum ſalutem ſuſtentabat, planè tamen ſaluare non poterat; ideoque Agnus nouiſſimè immolatus eſt, vt totius Mundi reatum ſuâ detergeret Innocentiâ: vnde in diebus ſcenopegiæ, in Sanctorum figura hoſtiæ diuerſæ cædebantur, poſtremò & Agnus, quem ſi illic Christi figuram intelligimus, conſequenter & cæteras præcedentium Sanctorum Occiſiones intelligamus: ſed & de figurata Sanctorum ſuorum immulatione dicebat Dominus, holocauſta medullata offeram tibi cum arietibus, & boues cum hircis, *pſal.* 65. cuiuſmodi animalia nunquam Patri Christus obtulit, obtulit autem rationabiles arietes, Christus omnium Princeps.

Verùm dici poteſt Origenem & ex eo Chryſoſtomum dixiſſe etiam Sanctos mortuos pro peccatis hominum, quatenus Christus in eis tanquam in corpore ſuo myſtico, vel membris eius operatur; & ideò D. Paulus *ad Coloſſ.* 1. vocat ſuas paſſiones, non ſuas ſed Chriſti, quod Chriſtus caput Eccleſiæ in eo pateretur, ſuppleo, ait, quæ deſunt in paſſiona Chriſti, quem locum ita rectè explicat D. Auguſtinus *tract.* 108. *in Ioannem*, paſſionum autem, ait, ſeu preſſurarum, non mearum, dixit etiam in carne ſua Paulus, ſed Chriſti, quia membrum erat Chriſti; & in perſecutionibus, quales Chriſtum in ſuo toto corpore pati oportebat, etiam ipſe preſſuras eius pro ſua portione adimplebat.

Quarta ratio hæc eſſe poteſt, quia datur Communio inter Mortuos & Viuos, & eſt vna eademque Eccleſia, terreſtris, & cæleſtis, vt oſtendi *in lib. de ſtatu Eccleſiæ tempore Apoſtolorum*; vnde fit vt oremus mortuos, nempe Sanctos, & oremus etiam pro mortuis, qui ſcilicet ſunt in Purgatorio, ergo non eſt inconueniens nos poſſe ſatisfacere pro eis, & poſſe eis applicari theſaurum meritorum Chriſti, & oblationem Corporis Chriſti. Vnde cum pro quodam Monacho qui dicebatur nomine Iuſtus, triginta continuis diebus oblatum fuiſſet corpus Domini, liberatus fuit à pœnis Purgatorij, & apparuit fratri ſuo, dicens hodie Communionem recepi, referente D. Gregorio, in cuius Monaſterio mortuus fuerat, vt habetur apud *Burchard. lib.* 20. *cap.* 56.

Quinta ratio hæc eſſe poteſt, quia antiquiſſimus dicitur fuiſſe vſus Indulgentiarum in Eccleſia, vt patet ex Extrauagante communi Bonifacij 8. *cap.* 1. *de Pœnitent. & Remiſſion.* vbi dicitur & antiquorum relatione Indulgentias haberi, & remiſſiones conceſſas fuiſſe viſitantibus Baſilicam. B. Petri: antiquorum, ait, habet fida relatio quod accedentibus ad honorabilem Baſilicam principis Apoſtolorum de vrbe, conceſſæ ſunt magnæ Remiſſiones & Indulgentiæ Peccatorum; & ex concilio Tridentino *ſeſſion.* 25. *in decreto de Indulgentiis*, vbi dicitur Eccleſiam antiquiſſimis temporibus illis vſam eſſe. Et licet huius ritus Indulgentiarum expreſſa mentio non reperiatur in veteribus libris, tamen res ipſa & effectus reperiuntur: nam 2. *Corinth.* 20. v. 10. D. Paulus, Indulgentiam, ait, imperti inceſtuoſo iam ſerio pœnitenti: cui autem, inquit, aliquid donaſtis, vel condonari & remitti à me petitis (per Titum ſcilicet, vt colligitur *ex cap.* 7. *v.* 7.) etiam ego condono, ſicut congregatis vobis & meo Spiritu iuſſi illum excommunicari, ita nunc me vobis adiungo; & quod vos in perſona mea illi condonatis, ego condono, abſoluendo illum ab omni vinculo excommunicationis, omnique reliqua pœna quam adhuc ſubire merito deberet pro tam immani ſcelere: ita enim intelligunt hunc locum, & explicant vulgò interpretes cum D. Thoma, & aliis. Deinde Martyres dando Pacem, videntur dediſſe Indulgentiam, vt colligitur ex Tertulliano *lib. ad Martyres*, quam pacem inquit,

quidam in Eccleſia non habentes, eam à Martyribus in carcere conſtitutis exorare conſueuerunt, ideoque hanc etiam in vobis & fouere, & retinere debetis, vt ſi fortè & aliis præſtare poſſitis; & ex D. Cypr. *epiſt.* 11. *editionis Pamelianæ.* Deinde nonne in canonibus Eccleſiæ apud D. Baſilium *ad Amphil. cap.* 84. & 85. Gregorium Nyſſenum *epiſt. ad Letoium cap.* 62 & 63. & in Synodo Ancyrana *can.* 5. & Laodicena *can.* 2. & Nicæna *can.* 8. remittuntur pœnæ peccatorum ab Epiſcopis pro ratione doloris & pœnitentiæ, quam vident in pœnitente: at hoc nihil aliud eſt quàm vti Indulgentiâ.

Præterea de facto reperiuntur Indulgentiæ etiam in quibuſdam veteribus conciliis eodem modo accepta quo illæ quibus hodiè vtitur Eccleſia: nam in concilio Lateranenſi ſub Innocentio 3. præſcribitur ne dum dedicatur Eccleſia ſiue ab vno, ſiue pluribus Epiſcopis, vltra annum extendatur Indulgentia; & in anniuerſario die ne quadraginta dies excedat, & ita moderandam eſſe dicitur; & refertur *cap.* 14. *de Pœnitentiis & Remiſsion.* 16. eodemque modo in *cap.* 3. *eod. Tit. in Sexto*, decernitur à Bonifacio 8. ne ſtatutum Concilij generalis excedant Indulgentiæ: & in concilio Rauennate 3. poſt mortem Clementis 5. celebrato, reuocatæ ſunt Indulgentiæ multæ cum eas aliqui, majores, quam ſibi cõceſſæ eſſent annuntiarent: item in *cap. quod autem* 4. *de Pœnitent.* agitur de remiſſionibus quæ fiunt in dedicationibus Eccleſiarū, aut conferentibus ad ædificationem pontium; & dicitur vt non proſint niſi ſubditis Epiſcopi: in *cap.* 1. *de Pœnit. & Remiſsionib. in Sexto*, ſtatutum eſt ab Innocentio 4. in Conc. Lugdunenſi, vt in concedendis Indulgentiis Rhemenſis Archiepiſcopus non excedat ſtatutum concilij generalis, & in *cap.* 15. *de Pœnit. & Remiſſ.* definitum eſt ab Honorio 3. vt poſſit Archiepiſcopus per ſuam Prouinciam concedere literas Remiſſionis generalis, dum non excedant ſtatum generalis concilij: in *Extrauag. comm.* Bonifacij 8. *cap.* 1. *de Pœnit. & Remiſſ.* fit mentio antiquarum Indulgentiarum quæ concedebantur viſitantibus Baſilicam principis Apoſtolorum; & ab ipſo Bonifacio viſitantibus eam centeſimo quoque anno datur pleniſſima peccatorum venia: & in *cap.* 2. *eod. tit. in Extrauagantib.* Indulgentiæ Iubilæi centeſimi anni rediguntur ad quinquageſimum a Clemente 6. & in *cap.* 4. *eod. tit.* reſtringuntur ad breuius tempus, nempe ad vigeſimum quintum annum: & apud Othonem *de geſtis Friderici* 1. *Imperatoris lib* 1. *cap.* 35. reperitur epiſtola Eugenij 4 quâ conceſſit Remiſſionem peccatorum, ſimilem illi quam conceſſerat prædeceſſor eius Vrbanus militibus belli ſacri: apud Paulum Iouium in *lib. de Legatione Moſconitarum*, legitur animas expiari ſummorum Pontificum Indulgentiis: è Purgatorio, tandam piorum animæ cum diutina ignis pœna. tùm multis parentationibus, indulgentia quę ſummorum Pontificum expiatæ immortalium fœlicitatem beata in Cæli ſede conſequuntur. In Concilio Baſileenſi, dicitur ſæpiſſimè varias ob cauſas conceſſas fuiſſe Indulgentias: nonne, ait, cum Paſſagium generale pro recuperatione terræ Sanctæ indictum fuit proque aliis magnis Eccleſiæ neceſſitatibus, Indulgentiæ Generales conceſſæ ſunt? nonne ex aunia proximis, bis aut pluries pro exſtirpandæ hæreſi Vuicleffiſtarum modis omnibus idoneis id actum eſt? & paulo poſt: quod ſi pro reparatione pontiū ac villarum exuſtarum, ſummi Pontifices & ipſe modernus ſummus Pontifex etiam ad inſtantiam priuatarum perſonarum, plenarias conceſſerunt. & paulo poſt dicitur quod animæ vigore iſtarum Indulgentiarum Deo reconciliantur: & paulo poſt refertur concilium Senenſe ſub Martino Papa plenariſes Indulgentias conceſſiſſe capientibus hæreticos: & hæc habentur in Reſponſione Synodi; quod poſſet concilium concedere indulgentias plenarias. Extat & in ipſo concilio Baſileenſi *ſeſsion.* 24. Bulla Indulgentiarum Remiſſionis omnium peccatorum ſemel in vita, & ſemel in morte in fauorem ſubſidij pro Reductione Græcorum procurandi, eiuſdem ſcilicet Remiſſionis quam Eccleſia concedere ſolet: omnibus euntibus Romam tempore Iubilæi, vel cruce ſignatis ad Recuperationem Terræ Sanctæ. Item in eodem concilio Baſileenſi extant Indulgentiæ incorporatis conceſſæ. Approbantur etiam Indulgentiæ in concilio Tridentino *ſeſsione* 25. *Decreto de Indulgentiis*: & excommunicantur qui eas condemnant: in concilio verò Mediolanenſi 4. ſub Gregorio 13. refertur Indulgentias conceſſas fuiſſe à diuerſis ſummis Pontificibus iis qui religioſiùs ſanctiſſimi corporis Chriſti ſolemnitatem coluerint, vt ab Vrbano 4. Clemente 5. Martino 5. & Eugenio 4. Etãt & in Mediolanenſi Diœceſi Indulgentiæ conceſſæ à ſummis Pontificibus, iis qui ſono Campanæ moniti atque excitati ad orationem pro mortuis, piè recitauerint pſalmum *De profundis*; aut orationem Dominicam, ſalutationem que Angelicam ter dixerint, vt conſtat ex concilio Mediolanenſi 6. Reperitur & reuocatio Indulgentiarum facta à Sixto 4. *cap* 5. *de Pœnitentiis & Remiſſ. in Extrauagantib. commun.* & ſic de aliis.

Per indulgentias autem dicuntur animę noſtrę cum Deo reconciliari, in Concilio Baſileenſi. *loco citato*: item dicuntur homines amicitię Dei fieri participes à Clemente 6. in *cap.* 2. *de Pœnitentiis & Remiſsion. in Extrauaganti. comm.* per eas dicitur theſaurus ipſe indulgentiarum creſcere, ab eodem Clemente 6. *loco citato.* item per eas dicuntur piorum animę expiari à Paulo Iouio loco citato.

Sexta ratio eſt, quia mortui illi quibus dantur Indulgentiæ, ſunt facti amici Dei ſub illa conditione pœnarum Purgatorij, & habent remiſſionem pœnarum inferni, & expectant plenam remiſſionem; ac proinde cum Deus nihil relinquat imperfectum, & ſit miſericors, illique ſint miſericordiæ capaces, orationes & oblationes faciendæ ſunt pro eis, vt plena remiſſio fiat, quæ iam maxima ex parte facta eſt, vt poteſt colligi ex *capite* 19 *Luca.* omni habenti dabitur, & abundabit: nam vt rectè D. Auguſtinus *apud Burchardum lib.* 20. *cap.* 70. quatuor genera ſunt oblationis, pro valde bonis gratiarum actiones ſunt, hoc eſt Deo gratias agunt quia bene vixerunt, pro non valde bonis, vt plena remiſſio fiat; pro non valde malis propitiationes ſunt, vt tolerabilior fiat damnatio; pro valde malis non adiumenta mortuorum, ſed tantum conſolationes viuorum ſunt. Et ſanè

A poſſe applicari animabus defunctorum, merita & ſatisfactiones Chriſti & Sanctorum per modum Suffragij, patet ex Tertulliano *lib. de Monogamia*, ex Cypriano *epiſtola 9 lib. 1.* ex D. Ambroſio *lib. 2. epiſtolarum epiſt. 8.* ex D. Auguſtino *lib. de cura pro mortuis agenda capite 1. & 4. & ſermone de verbis Apoſtoli*, & ex D. Chryſoſtomo *homilia 69. ad populum Antiochenum*, & ex Cyrillo Hieroſolymitano *catecheſi 5. myſtagogica*. Diximus per modum ſuffragij: nam directè non habet poteſtatem in mortuos Eccleſia, nec poſſunt iudicari ab Eccleſia, ſed à Deo, vt patet ex *can. 1. 24. quæſt. 2.* de communione, ait, priuatis & ita defunctis, eorum cauſa iudicio Dei eſt reſeruanda: & in *can. legatur*, & *can.* B *nec quiſquam ead. cauſa & quæſt.* qui ſunt Gelaſij ſummi pontificia, vbi habetur mortuos ab Eccleſia iudicari non poſſe: habet tamen indirectè, & per modum ſuffragij, propter charitatis vinculum quod eſt inter nos & ipſos, quòd ipſi ſint tantùm in carcere; & licet amplius non ſint viatores, & nihil ampliùs mereri poſſint, tamen quantùm ad ſatisfactionem pœnis debita, poſſunt eas mereri tanquam viatores per modum ſuffragij, & ſunt verè ratione eis viatores, quia ſunt in via ſalutis, & ſunt ſine culpa; ac proinde non poſſunt ſemper manere in pœna; & ſunt in ſtatu quo viuis dantur Indulgentiæ; C dantur enim eis tunc cùm abſolutionem à peccatis ſuis acceperunt, & ſicut opera eorum ſequuntur illos, *Apocalypſis cap. 14.* ita & abſolutio eos ſequi debet: quod confirmabat exemplo Ioannes Eleemoſynarius ex eo quod accidit cuidam Chriſtiano apud Perſas captiuo, qui cùm mortuus crederetur, & parentes eius ter in anno collectas fieri curarent, & oblationes, nempe ſanctis Theophanijs, Dominica ſancta, & in Pentecoſte; illis tribus diebus vincula ferrea ei diuinitus ſoluebantur & ambulabat ſine illis: dicebat enim Ioannes Eleemoſynarius, quia ex hoc diſcimus habere quietem dormientes, quando pro eis collectas facimus, vt conſtat ex eius vita, authore Leontio: & exemplum huic ſimile D refert Gregorius *Homil. 37. in Euangel.*

Septima ratio eſſe poteſt, quia per confeſſionem, peccatum, ex mortali fit veniale; & pœna æterna in temporalem mutatur, vt patet ex D. Auguſtino *libro de vera & falſa pœnitentia cap. 4.* his verbis: per confeſſionem, ait, res veniâ digna efficitur, quæ per opus crimen erat; & ſi non ſtatim purgatur, id tamen efficitur veniale, quod admiſſum erat mortale: at ſi quis moreretur ſtatim poſt confeſſionem, nõn poſſet in hoc Mundo purgare per aliquam pœnam temporalem illud quod eſt veniale, ergo debet neceſſariò purgare in alio Mundo: ergo in eo eſt Purgatorium: quod confirmatur ex D. Epipha- E nio *hæreſi Aërij*, vbi cum Aërius diceret preces pro mortuis nihil eos iuuare, oſtendit perutiles eſſe, tametſi non omnes culpas extinguant, quo pacto vult dicere culpas veniales per eas elui: cæterum, ait, quæ pro mortuis concipiuntur, preces, ijs vtiles ſunt, tametſi non omnes culpas extinguant: verùm ex eo proſunt, quòd plerumque, dum adhuc in terra degimus, ſponte vel inuiti peccamus.

Octaua ratio eſt, quia ſunt quædam peccata quæ poſt mortem extinguuntur, vt conſtat ex *lib. 2. Machabæor. cap. 12.* vir fortiſſimus Iudas A factâ collatione duodecim mille drachmas argenti miſit Hieroſolymas, offerre ſacrificiũ pro peccatis mortuorum, bene & religioſe de Reſurrectione cogitans, niſi enim eos qui ceciderant, reſurrecturos ſperaret, ſuperfluum videretur & vanum orare pro mortuis, & quia conſiderabat quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repoſitam gratiam: Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur.

Nec dicas libros Machabæorum non eſſe canonicos: nam Eccleſia eos recipit, vt patet ex D. Auguſtino *lib. 18. de ciuit. Dei, cap. 36.* ab hoc tempore ait, quò apud Iudæos reſtituto B Templo, non Reges, ſed principes fuerunt, vſque ad Ariſtobulum, quorum ſupputatio temporum non in ſcripturis ſanctis, quæ canonicæ appellantur, ſed in alijs locis inuenitur, in quibus ſunt Machabæorum libri, quos non Iudæi, ſed Eccleſia pro canonicis habet; idem oſtenditur ex D. Dionyſio *de Hierarchia Eccleſiaſtica cap. 7.* deinde accedens diuinus Antiſtes, ipſi mortuo ſanctè precatur, atque poſt precationem & ipſe eum ſalutat, & ordine omnes qui adſunt, precibus quidem à diuina bonitate contendit, vt & omnia peccata quæ humanâ fragilitate, imbecillitateque admiſſa ſunt, ei qui exceſſit è vita, remittat, & eum in lucem ac re- C gionem viuorum, in ſinum Abrahæ, Iſaac, & Iacob deducat, in locum à quo fugit dolor; & paulo poſt: ad eos qui de ea doctrina Eccleſiæ dubitare poſſent, reſpondet; & tandem oſtendit preces iuſtorum in hac vita, & poſt mortem prodeſſe, ijs tamen, qui digni ſanctis precibus, maximè ijs, qui ex quadam fragilitate peccarunt: negligente, ait, diuina humanitate, pro benignitate ſua maculas quas in hominibus contraxit humana fragilitas: & *ex conſtitutionibus Apoſtolicis lib. 8. cap. 41.* oremus pro fratribus noſtris qui in Chriſto requieuerunt, vt Deus ſummæ erga homines Charitatis, qui animam defuncti ſuſcepit, remittat ei omne peccatum D voluntarium & non voluntarium, & propitius ei factus, collocet in regione piorum, qui locati ſunt in ſinu Abrahæ, Iſaac, & Iacob, &c.

Confirmatur ex patribus, ex D. Chryſoſtomo *lib. 3. de Sacerdotio.* Sacerdos pro vniuerſo terrarum orbe legatus intercedit, deprecatorque eſt apud Deum, vt hominum omnium, non viuentium modo, ſed etiam mortuorum peccatis propitius fiat. & *Homil. 41. in 1. ad Corinth.* mortuos iuuare debemus, quantùm in nobis eſt, nõn eos lugere, ſed orationibus, ſupplicationibus & eleemoſynis opitulari, & ſacrificijs: non enim ſimpliciter hæc repertta ſunt, nec temerè, ac fruſtra in ſacris myſterijs commemoramus E eos qui exceſſerunt, & pro illis precamur Agnum in altari propoſitum, qui tollit peccata mundi; neque fruſtra Sacerdos aſſiſtens altari inter celebrandum tremenda myſteria, exclamat pro omnibus in Chriſto dormientibus: & *Homil. 26. in Geneſim, & Homil. 16. in Matth.* ideò altari Sacerdos aſſiſtens pro vniuerſo orbe terrarum, pro abſentibus, atque præſentibus, pro iis qui ante nos fuerũt, & poſtea futuri ſunt, ſacrificio illo propoſito, Deo nos gratias iubet offerre: & *Homil. de Lazaro*, ſi peccator fuit is qui exceſſit, eleemoſynas, & ſacrificia quæ eum ſolari & iuuare poſſunt, debemus offerre,

& *Homil. 3. ad Philippenſes*, non temerè iſta ſunt inſtituta ab Apoſtolis, vt in tremendis myſteriis, eorum qui exceſſerunt mentionem faciamus: & *Homil. 21. in Acta*: non incaſſum ſacrificia & preces & eleemoſynæ pro defunctis offeruntur, nec fruſtrà exclamat diaconus pro omnibus in Chriſto dormientibus: & ex Athanaſio *homil. de dormientibus*: ne recuſes ceram & oleum ad ſepulchrum admouere: iſta enim accepta Deo, quia oleum & cera ſunt holocauſtum, ſacrificium incruentum eſt propitiatio, beneficentia in pauperes, cumulus omnis bonæ remunerationis: & ex Gregorio Nazianzeno *in Cæſario*; pars eorum quæ tibi debentur iam ſoluta eſt, cætera perſoluemus, anniuerſarios honores, & memorias pro te offerentes: & ex Cyrillo *Catecheſi* 5. item ex Tertulliano *lib. de Corona*, oblationes pro defunctis, pro natalitijs annua die facimus: & *lib. de Monogamia cap.* 10. offerat annuis diebus dormitionis eius: & *lib. de corona Militis cap.* 3. oblationes pro defunctis facimus: harum & huiuſmodi diſciplinarum, ſi legem expoſtules, ſcripturam nullam inuenies, traditio tibi prætendetur auctrix, conſuetudo confirmatrix, & fides obſeruatrix: & ex D. Cypriano *lib. 1. epiſt.* 9. non offerretur pro eo, nec ſacrificium pro eius dormitione celebraretur, neque enim ad altare Dei meretur nominari in Sacerdotum prece, qui ab altari Sacerdotes voluit auocare: & ex D. Ambroſio *epiſt. 8. ad Fauſtinum*, vbi oſtendit non lachrymas pro ſorore eius mortua fundendas, ſed preces, eiuſque animam per oblationes Deo commendandam; & *orat. de obitu Theodoſij Imperatoris*; tu, Domine, ait, da requiem perfectam ſeruo tuo Theodoſio, requiem quam præparaſti ſeruis tuis &c. & ex D. Auguſtino *lib. 9. Confeſſio. cap.* 13. vbi ait matrem ſuam Monicam expetijſſe, vt Sacerdos ſui memoriam faceret ad altare Dei: & *lib. de cura pro mortuis cap.* 1. & *epiſt. 64. ad Aurelium*, oblationes pro ſpiritibus dormientium verè aliquid adiuuare credendum eſt: & patet etiam ex omnibus Liturgijs.

Nona ratio eſt: non eſt maior ratio cur uincti pœnis tenebrarum in veteri Teſtamento liberati ſint, quam nunc debeant liberari, at illi liberati ſint, vt patet ex *Zacharia cap.* 9. tu autem in ſanguine Teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua: & in actis *Apoſtol. cap.* 2. ſolutis doloribus inferni, vnde dicebat Dauid *Pſal.* 15. non derelinques animam meam in inferno: & apud Baſilium Seleucienſ. *oratio.* 4. infernus dicitur iuſtos quos tenebat euomuiſſe per carnem impeccabilem Chriſti. Quod non ſit maior ratio, patet; nam Chriſtiani ſunt in lege gratiæ, & in eadem Eccleſia; & Chriſtus qui illos reuocauit, reuocabit & nos, teſte D. Auguſtino *Rom.* 10. ne dicas in corde tuo quis deſcendet in abyſſum: videlicet Chriſtum à mortuis reuocare?

Decima ratio eſt: nam ſcriptum eſt opera enim illorum ſequuntur illos, *Apocalypſis* 14. & reddes vnicuique ſecundum opera eorum; ergo ſi opus ſit veniale, pœna venialis erit, & temporaris; & ſicut centuplum præmij non ſemper accipitur in hoc Mundo præter vitam æternam, (nam centuplum illud diſtinctum eſt quaſi temporale) ita nec centuplum pænaeum.

Vndecima ratio, Chriſtus eſt Aduocatus A noſter, & ſemper auditur, vt eſt *Ioann.* 11. & 17. ſcio pater quia ſemper me audis; ergo in .. o-dit pro mortuis etiam, nam ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantùm, ſed & pro totius Mundi; & nobiſcum eſt vſque ad conſummationem ſæculi, *Matthæi vlt.*

Notandum eſt quod cum rediſſet ex inferis, dedit poteſtatem ſuam Apoſtolis; & dixit, ſicut miſit me pater, ita & mitto vos; vt inde colligi poſſit eos accepiſſe poteſtatem in loca ſubterranea, quod ex Actis Apoſtolorum confirmatur; eritis mihi teſtes vſque ad extremum terræ; ita vt exerceant ſuam poteſtatem in inferno ſicut Chriſtus, 1. *Petri* 3. ijs qui in carcere B erant ſpiritibus prædicauit. Item Deo tàm curæ mortui ſunt quam viuentes, vt rectè ait Baſilius Seleuciæ Epiſcopus, *orat. 4. in Cainum & Abelem*: docet, inquit, denique Moyſes quanta ſibi iuſtorum cura, vel poſt mortem, ἀλλὰ τῶν δικαίων καὶ μετὰ θάνατον ἐπιμέλεια: neque enim ob cædem Cainum puniuiſſet, niſi Abelis vel interempti ſollicitudine teneretur; & infra: iuſti iugulationem non neglexit Deus, ac primum quæſtione factâ de cæde, cæſum honorat, vbi inquit, frater tuus? & deinceps, vox fratris tui clamat ad me de terra, vitam ſuſtuliſti, ſed non vocem ademiſti.

Cæterùm hic notanda eſt doctrina Clementis Alexandrini *lib. 6. ſtromatum*, vbi dicit Chri- C ſtum prædicaſſe Euangelium in inferis, vt qui in eum nondum crediderant, crederent, & id probat ex illo *Eſaia* 49. dedi te in Teſtamentum Gentium, vt inhabitares terram, & poſſideres hæreditatem; dicens ijs qui ſunt in vinculis, egredimini, & vt reueletur ijs qui ſunt in tenebris; & dicit, hinc ſignificari Dominum annũtiaſſe Euangelium ijs qui perierant in diluuio, vel potiùs vincti fuerant, & qui in præſidio continebantur & cuſtodia, non verò damnatis, qui ad exitium erant collocati apud inferos, ita vt tunc, ſuſpenſum quammodo fuerit iudicium de iis, vt eos qui in ipſum voluerunt credere per prædicationem, vbicumque eſſent, traxerit Chri- D ſtus ad ſalutem, cum eius opus ſit ſeruare; & ipſi qui erant in Limbis etiam liberi à corpore potuerint credere vel non credere, ſiue fuerint Iudæi, ſiue Gentiles, dummodo rectè vixerint; & cùm nunquam ſit imbecilla Dei virtus, ipſum potuiſſe ſalutem dare omnibus qui conuertuntur, ſiue hic, ſiue etiam alibi, non huc enim ſolùm peruenit virtus operatrix, ſed eſt vbique & ſemper operatur: & paulò infrà, loquens de Miſſione Apoſtolorum in Mundum vniuerſum ad Euangelium prædicandum, hæc addit: quid ergo non etiam apud inferos fuit eadem Oeconomia, & diſpenſatio, vt illic quoque omnes animæ audita prædicatione aut oſtendant pænitentiam, E aut propterea quod non crediderunt iuſtum fateantur eſſe ſupplicium? & concludit fuiſſe, & fortaſſe fuit ratio cur potuit Thecla orare pro Falconilla virgine gentili apud Baſilium Seleuciæ, cum eſſet mortua, quod fortaſſe eius iudicium ſuſpenderit Deus, vt propoſitâ ei Chriſtianitate videretur an crederet, & ita iudicaretur. Vide eâ de re D. I. Damaſcenum, qui ſuſpendi etiam iudicium probat, quod ſcriptum eſt de quibuſdam ſuſcitatis à morte pallio D. Hieronymi, & poſt ſecundam mortem ſaluis factis, quæ ſi vera fuit, multò magis dicendum Chri-

ſtianos, qui crediderunt iam in vita, poſſe gratiam remiſſionis accipere precibus, & oblationibus Corporis Chriſti.

Duodecima ratio eſt, quia cum in hoc Mundo omnia peccata non puniantur, debet aſſignari locus in alio in quo puniantur: & ſicut aſſignatur locus pro ijs, qui indiſſolubiles habent culpas, in inferno; ita debet aſſignari pro ijs quorum peccata elui poſſunt: quomodo lex Moſaica diſtinguebat pœnas peccatorum voluntariorum, & inuoluntariorum, vt notat Euſebius *de demonſtratione Euangel. lib.* 1. *cap.* 1. Notandum etiam eſt ex illo loco quem ibidem refert Euſebius, dici de his qui per ignorantiam peccauerunt, eos offerre mundus pro peccato ſuo quod peccarunt, in loco vbi mactant ſacrificia: & ſanè, conſidera, inquit, quemadmodum hic quoque eum qui imprudens peccauerit, ad locum venire oporteat vbi mactant ſacrificia: at Purgatorium eſt locus vbi mactantur homines qui leuius peccarunt; infernus verò vbi grauiùs: & ſcimus eſſe peccata leuiora & grauiora; leuiora ſunt, vt quod de omni verbo otioſo reddenda ſit ratio in die iudicij? in die iudicij, ait, ergo poſt mortem: & licet D. Baſilius in *Regulis breuiorib. cap.* 293. dicat differentiam minorum & maiorum peccatorum nuſquam in nouo Teſtamento reperiri, tamen quia peccatum fœditas eſt, dicendum eſt, vt in corpore, ſic in anima quoque eſſe fœditatem aliam aliâ maiorem: & Syneſius id repræſentat per Fullonicam, quod quædam veſtium difficiliùs à Fullonibus maculæ eluantur, quædam verò faciliùs, in *Epiſt. Ioannis ſcripta, quæ eſt*.44. Adde ſuperioribus illud *Nahū* 1. ℣. 9. vt refert Petrus Damiani *lib.* 7. *epiſt.* 12. vbi quia accipit peccatum, & habet illud ſecum, nec aliquo ſupplicio pœnaque diluitur, tranſit etiam cum eo poſt mortem, & quia temporalia hîc non perſoluit, expendet æterna ſupplicia, qua refert ex D. Cyrillo Hieroſolymitano.

Et ideo Rabbini agnouerunt pœnas futuri ſæculi, Kimhi *in illud pſalmi* 31. *quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua*, vt refert D. Muiſius Profeſſor Regius meritiſſimus: & quamquam, ait, ſciret Dauid pœnam ſuam eſſe propter iniquitatem magnam, & admitteret illam in hoc ſæculo, nihilominùs tamen metuebat ne fortè non eſſet perfecta iniquitatis abſterſio in hoc ſæculo, & fortè multaretur ſeu puniretur propter illam in ſæculo venturo: & Ioſeph filius Iechaiæ Hiſpanus *ad verſ.* 4. *pſalm.* 51. multiplica lauare, ait, in hoc ſæculo, & à peccato meo munda me, in futuro ſæculo; quaſi velit dicere nos quidem lauari in hoc mundo, ſed non penitus mundari, niſi in alio. Iidem Rabini duplicem Infernum eſſe dixerunt vnum damnatorum, alterum Patrum: damnatorum dixerunt dici infernum inferiorem, Patrum vero infernum ſuperiorem; vt cum dicitur *Deuteron. cap.* 32. quia ignis accenſus eſt in anima mea, & ardebit vſque ad infernum inferiorem: item ſemita vitæ ad ſuperna intelligenti, vt declinet ab inferno inferiore; & *pſalm.* 85. quia miſericordia tua magna eſt ſuper me, & liberaſti animam meam ex inferno inferiori; vbi Rabbi Salomon, via, ait, adulterorum eſt, vt ſint in profundo inferni, & inde liberaſti me, cum dixit mihi Nathan, Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum. Superior Infernus intelligitur per portas inferni vt Ezechias appellauit in *Eſaia cap.* 38. his verbis: ego dixi in abſciſione dierum meorum, vadam ad portas inferni, id eſt vadam ad Limbum. Item Hebræi vocarunt hunc locum *Caerce*, id eſt ligatorium, ſeu conſeruatorium, vel *ocżar* id eſt apothecam, ſeu cellarium, vel portas inferni, vel infernum ſuperiorem: & ideo Abigail ad Dauid dicebat *lib.* 1. *Regum cap.* 25. & erit anima Domini mei ligata in ligatorio viuentium, ſeu vitæ, ad Dominum Deum tuum, & anima inimicorum tuorum circumuoluetur in medio palmæ fundæ; vbi duo loca diſtinguuntur: nam per medium palmæ fundæ, intelligitur infernus. Item in *Midras Cohelcth* id eſt in expoſitione Eccleſiaſtis *in cap.* 3. dicitur, quis ſcit an Spiritus filiorum Adam aſcendat ſurſum? & dicitur, animæ iuſtorum reponuntur in apotheca vel cellario. Eandem differentiam colligunt Hebræi ex illo *Gen.* 15. vbi dictum eſt à Deo Abrahamo, & tu ibis, vel intrabis ad patres tuos in pace: vbi Rabbi Nahman obſeruat ibi duo dici, ad patres tuos, id eſt in infernum; nam patres eius videlicet idololatræ, erant in inferno; addi verò in pace, vt oſtendatur iuiſſe in infernum tantum ſuperiorem, non inferiorem.

His addenda eſt epiſtola Iſidori Peluſiotæ 203. *lib.* 3. *ad Antonium*, vbi dicit triplex eſſe pœnæ genus pro peccatis, id eſt vt leuiora pœnis in hac vita poſſimus abſtergere, pro grauioribus vero dimiſſis & in hac vita pœnas pendamus, & in alia, ſed mitiores; ſi autem nullas pœnas pro ijs tulerimus, inferni ſupplicia non expectare: & probat exemplis ex ſcriptura deſumptis; qui locus eſt valde notandus: peccata nos ſequuntur velut vmbra, vt ait Iſidorus Peloſiota *lib.* 1. *epiſt.* 313. Idem Iſidorus *lib.* 3. *epiſt.* 14. lex ait naturales etiam, minimeque in voluntate noſtra ſitas excretiones expiari voluit, vt voluntarias, ac naturæ repugnantes magis fugiamus; namque ijs qui ea perpetiuntur, quæ ſpeciem quidem peccati habent, nec tamen reuera peccata ſunt, aditum ad templum, quoad vſque purgati fuerint, intercluſit, &c. ſimiliter dicere poſſumus eſſe in hominibus quædam peccata inuoluntaria à quibus ſaltem purgari debent animæ, antequam in cælos ingredi poſſint. De his peccatis inuoluntarijs agit idem Iſidorus Peluſiota *lib.* 1. *epiſt.* 43.

Apud Zachariam *cap.* 9. ſunt quidam qui dicuntur vincti ſpei, nempe ij qui ſunt in Purgatorio, vt rectè D. Hieronymus: hi quoque per vinctos ſpei Zachariæ non intelliguntur, quos de inferni lacu, in quo nulla eſt miſericordia, ad paradiſi introitionem conuertit ſaluator in ſanguine Teſtamenti ſui, de quo ad diſcipulos loquebatur, &c. Idem D. Hieronymus *in pſalmo* 31. Credo, vides quantis ac quot opus ſit pro cordis, oris, & operis ſeu manuum expiatione: quis ergo ſine purgatorio ſaluabitur? faciant Sacerdotes holocauſta, & pacifica, indigemus enim miſericordia Dei, & omnis creatura ad comparationem Creatoris immunda eſt, & diuino igne purganda, quo & Eſaiæ prophetæ purgata ſunt labia; vt poſtquam per ſacrificium pacem receperit, tunc in limine conſtitutus, adoret omnipotentiam Dei, & ſe atrij interioris ingreſſu fateatur indignum, & ſtatim ingrediatur.

Idem *Michea* 5. & 7. ſic denique animæ placa-

bitur Dominus, vt quidquid in ea mali eſt, au-
feratur priùs, ipſa dicente tartareæ legioni, ſi-
cuti Hieruſalam Babyloni, ne læteris inimica
mea ſuper me, quia cecidi, conſurgam; cum
ſedero in tenebris, Dominus lux mea eſt; iram
Domini portabo, quoniam peccaui, donec cau-
ſam meam iudicet, & faciat iudicium meum,
& educet me in lucem; denique poſt cruciatus
atque ſupplicia, educta de tenebris exterioribus
anima, & reddito nouiſſimo quadrante, dicit
videbo iuſtitiam eius, & loquar. Ezechielis 32.
dicitur quod data ſunt ſepulchra Pharaoni in
nouiſſimis laci, id eſt in inferno inferiori.

Idem Hieronymus *Eſaiæ cap.* 40 in illud (di-
miſſa eſt iniquitas illius, & ſuſcepit de manu
Domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis:) &
hoc notandum, ait, quod non ſoluantur peccata
noſtra niſi de manu Domini receperimus ea, nec
id m eſt ſolui peccata atque dimitti; cui enim
dimittuntur, ſolutione non indiget, audiens in
Euangelio, confide fili, dimittuntur tibi peccata
tua; cui autem ſoluuntur, propterea ſoluuntur
quia purgata ſunt, & ſoluta per pœnas, ſoluit
itaque Sacerdos, ſolutum pœna manet tem-
poraria.

Idem in Oſeam, leuiora quæ venialia dicuntur
peccata, quiſquis moriens ſecum detulerit, pœ-
nitentiæque fructum non dignum, quoad pœ-
nam exactiorem pro lethalibus egerit, com-
buſtionis non perpetuo materiam igni præbet,
rarúſque aut nullus qui hanc in ſe materiam
ſæuiendi non agnoſcat.

Idem *in Eſaiam*: in Petri epiſtola legimus, ait,
quomodo ceſſauit exactor, tempus eſt vt inci-
piat iudicium à domo Dei; & in Ezechiele, tor-
toribus dicitur à Sanctis meis, incipite, pro di-
uerſitate quippe peccati, iudicij ordo diſponi-
tur, vt qui minùs deliquerint, ante purgentur;
miratur ergo Iſraël quomodo ceſſauerit exactor
qui exigere conſueuit vſque ad nouiſſimum qua-
drantem: Et alio loco, ex his patet ſucciſo pec-
cato quoad culpam, humore adhuc aliquo in
exeunte anima è corpore, quoad commeritam
caſtigationem relicto; quod quemadmodum ex
cadauere vermes, quandiu in illo humore erit,
ebullient, ſic & ipſa æſtuabit anima ſupplicijs,
donec penitus humor ille fuerit exſiccatus; ex-
ſiccabitur vero cùm minimè ſit æternus.

Quotidie Chriſtus deſcendit in infernum per
indulgentiam, vt colligi poteſt ex illo D. Hie-
ronymi *in Eſaiam*, ac ſicut in lacum deſcendit
Banaiſa tempore niuis & frigoris, & interfecit in
eo Leonem, ſic vtique Dei iuſtitia in Purgatorij
lacu ab aquis niuium ad calorem nimium, iu-
ſtorum animas tranſmeantes, expiabit omnino,
vt illarum accuſator rugiens ad deuorandum
leo, prorſus à curſu cadat, &c. Idem illud *Iſaiæ*,
comburentur, inquit, peccatores, & iniqui ſi-
mul, explicat de Purgatorio, dicens, non ad-
didit, in æternum.

Gregorius Nyſſenus *orat. de mortuis non lu-
gendis*, loquitur de Purgatorio duobus in locis:
primus eſt, hanc diuina ſapientia excogitauit ra-
tionem, vt in ijs hominem eſſe ſineret, quæ ſibi
ipſe elegiſſet, quo guſtatis malis quæ concupi-
uerit experiendoque diſcens quæ quibus com-
mutaſſet, cupiditate rurſum incenderetur, vt
vitiorum perturbationumque, quæ rationi ſunt
inimicæ, onere depoſito, & vel in præſenti vita

A precibus, ſapientiæque ſtudio purgatus, vel poſt
obitum expurgantis ignis fornace expiatus,
ad priſtinam vellet redire fælicitatem, διὰ τῆς
τοῦ καθαρσίου πυρὸς χωνείας: & poſtea: cum è corpore
egreſſus, cognità quæ inter virtutem & vitium
eſt, differentià, non poterit diuinitatis parti-
ceps fieri, niſi maculas animo immiſſas purga-
torius ignis abſtulerit μὴ τὸ καθαρσίου πυρὸς, τὴν
ἐμμιχθεῖσαν τῇ ψυχῇ ῥύπον ἀποκαθάρειεν.

Gregorius Nazianzenus *Orat.* 40. clarè lo-
quitur de igne Purgatorij, eumque diſtinguit ab
igne inferni: ignem, ait, purgantem noui, οἶδα
πῦρ καθάρσιον, ad quem mittendum Chriſtus
B in terram venit, qui & ipſe per anagogen ignis
appellatur: huius porro ignis ea vis eſt, vt craſ-
ſiutem materiam, vitioſamque animi conſtitu-
tionem abſumat; cumque proinde celerrimè
Chriſtus accendi vult, cupit enim nos quam-
primum beneficio affici, vtpote qui nobis quo-
que ignis carbones auxilij cauſa porrigat. Eſt
alter ignis non purgans, ſed ſcelerum vindex,
ſiue Sodomiticus, ille quem ſulphure & procella
permixtum Deus in peccatores omnes fundit,
ſiue qui diabolo, eiuſque Angelis paratus eſt,
ſiue etiam ille qui ante faciem Domini procedit,
& in circuitu inimicos eius inflammat; ſiue de-
nique ille omnibus his formidabilior, qui cum
inſomni illo verme coniunctus eſt, nec vnquam
C extinguitur, verum in ſceleratorum hominum
pœnam perennis eſt & ſempiternus: hi enim
omnes eam vim habent, vt perdant ac deleant,
niſi tamen huc quoque loco quiſpiam ignem,
mitius, atque vt Deo vindice dignum eſt, intel-
ligendum putet.

D. Baſilius in *cap.* 6. *Eſaiæ*, agens de eo quod
vnus ex Seraphim purgauit eius labia igne, ſeu
carbone quem forcipe tulerat de altari, dicit eo
altari ſignificari Purgatorium, ſeu locum luſtran-
dis animabus accommodatum, è quo ignis ille
purificatiuus elicitur: cæleſte, ait, quiddam inſi-
nuare intelligendū eſt altare illud, nempe locum
luſtrandis animabus accommodatum, è quo
D ignis ille purificatiuus, τὸ καθάρσιον πῦρ, elicitur.

Nec dicas poſt hanc vitam nihil homines
poſſe mereri: nam vt eſt in *Eccleſiaſte cap.* 11. ſi
ceciderit lignum ad Auſtrum, aut ad Aquilo-
nem in quocumque loco ceciderit, ibi erit. Re-
ſpondetur enim, cùm dicitur non ampliùs eſſe
locū meriti, hoc nō intelligi de merito de libe-
ratione à pœnis temporalibus: & deinde licet
dicamus nihil homines mereri poſſe poſt hanc
vitam, hoc nihil obeſſet noſtræ propoſitioni,
quoniam ſupponimus eos, qui liberantur à Pur-
gatorio, hoc meruiſſe in vita, vt liberentur vel
hìc, vel poſt mortem; vt rectè oſtendit D. Au-
guſtinus *lib. de cura pro mortuis, cap. vlt.* quæ
E cùm ita ſint, inquit, non exiſtimemus ad mor-
tuos, pro quibus curam gerimus, peruenire, niſi
quod eis ſiue altaris, ſiue orationum, ſiue elee-
moſynarum ſacrificijs ſolemniter ſupplicamus,
quamuis non pro quibus fiunt, omnibus pro-
ſunt, ſed ijs tantùm quibus dum viuunt com-
paratur vt proſint; ex quo loco patet neceſſe
eſſe, vt ſi quibus proſunt hæc ad liberationem,
meruerint priùs in hac vita, liberationem.

Confirmatur ex D. Gregorio *apud Burchar-
dum lib.* 10. *cap.* 58. ſciendum eſt, ait, quia illa
ſacra victima mortuis proſit, qui hic viuendo
obtinuerint, vt eos etiam poſt mortem bona

adiuuent. In hac ergo vita illud obtinetur, vt ait D. Gregorius, quod fit cùm Deus ſuſcipit eorum pœnitentiam, vel etiam cum pœnitentia ea quæ priùs rectè fecerunt, ſuſcipit ſub conditione pœnæ exigendæ, vel tolerandæ. Et ſanè Deum rectè factorum eſſe ſuſceptorem ab ijs qui ſuorum delictorum abſolutam pœnitentiam expoſcerent, oſtendit D. Epiphanius *in hæreſi Nouatianorum*, & colligunt ex D. Baſilio *homil. 28. de pœnitentia.*

Obſeruandum eſt ex dictis, aliquando dici peccata dimitti in alio Mundo poſt mortem, vt patet ex illo loco Machabæorum, & Dionyſio Areopagita *loco citato*, & ex D Epiphanio etiam *loco citato*: ſed ibi ſumi poteſt peccatum pro pœna peccati, quomodo ſumitur *in epiſt. 2. ad Cor. cap. 7.* Eum namque qui peccatum non nouerat, pro nobis peccatum fecit, hoc eſt, vt explicat Oecumenius *ὡς ἁμαρτωλόν τινα καὶ κατάδικον σταυρωθῆναι*, id eſt tanquam peccatorem aliquem pœnis obnoxium crucifigi permiſit, quomodo etiam explicat Euſebius *lib. 10. de demonſtrat. Euangelica, cap. qui inſcribitur à pſalmo 40. de Iuda proditore.*

His itaque poſitis certum eſt olim Reconciliationem Pœnitentium vt plurimum fieri debuiſſe ab Epiſcopo tantùm *can. 1. 26. quæſt. 6.* ſi iubet Sanctitas veſtra, ſuggero: nam memini præterito concilio fuiſſe ſtatutum vt chriſma, vel Reconciliatio pœnitentium, nec non puellarum conſecratio à Presbyteris non fiat, & dictum eſt: chriſmatis confectio, & puellarum conſecratio à Presbyteris non fiat, vel reconciliare quemquam in publica Miſſa Presbytero non licere, hoc omnibus placet; & *can. 3.* miniſtrate diacono, aut conſecrare altare Presbyter non præſumat; benedictionem quoque ſuper plebem in Eccleſia fundere, aut pœnitentem in Eccleſia benedicere Presbytero penitus non licebit: & *can. 9.* de omnibus ijs qui à corpore recedunt, in tradendo eis communionem, cura & probatio ſit Epiſcopi: & *can. 5. 26. quæſt. 7.* pœnitentibus ſecundum differentiam peccatorum, Epiſcopi arbitrio, pœnitentiæ tempora decernantur. Poſtea licuit Presbyteris, Epiſcopo conſulto, vel abſente, in periculo mortis conſtitutos reconciliare *can. 5. quæſt. 6.* Aurelius Epiſcopus dixit, ſi quiſquam in periculo fuerit conſtitutus, & ſe reconciliari Diuinis altaribus petierit, ſi Epiſcopus abſens fuerit, debet vtique Presbyter Epiſcopum conſulere, & ſic periclitantem eius præcepto reconciliare: & *can. 14. ead. quæſt. 6.* Presbyter inconſulto Epiſcopo non reconciliet pœnitentem, niſi abſente Epiſcopo vltima neceſſitas cogat; cuiuſcumque vero pœnitentis publicum & vulgatiſſimum crimen eſt, quod vniuerſam commouerit Eccleſiam, ante abſidam manus ei imponatur: quod eis conceſſum eſt in occultis peccatis *can. 4. quæſt 6.* Presbyteri de occultis peccatis iuſſione Epiſcopi pœnitentes reconcilient, & ſicut ſupra præmiſimus, infirmantes abſoluant, & communicent: ſicque eis non licuit niſi conſulto Epiſcopo conſecrare virgines, chriſma autem conficere nunquam licuit *can. 2. quæſt. 6.* tandem obtinuit conſuetudo vt à Presbytero morientibus non abnegaretur pœnitentia, *can. 12. quæſt. 6.* ſi Presbyter morientibus pœnitentiam abnegauerit, reus erit animarum, quia Dominus dicit, quacunque die conuerſus

A fuerit peccator vitâ viuet, & non morietur: & ſimilia habentur *can. 1. quæſt. 7.*

Porro ita ſe gerebat Eccleſia, vt ſi qui tantùm in infirmitate poſiti, & in periculo mortis pœnitentiam peterent, & ſimul Reconciliationem, primùm eis pœnitentia daretur *can. 7. 8. 10. 12. & 13. 26. quæſt. 6.* & *can. 1. quæſt. 7.* quo etiam monentur Sacerdotes ne ab eis quantitas pœnitentiæ imponatur; & additur dari pœnitentiam ijs, ne obligati à communione ſint alieni; imo non erat deneganda *dict. can. 12. & 13.* Qui ſi ſtatim ſeu continuò crederentur morituri, reconciliabantur per manus impoſitionem, *dict. can. 8. & 10.* in quibus hæc duo diſtincta ſunt,
B date pœnitentiam, atque Reconciliationem; ſicut etiam patet ex *can. 7.* in quo non datur recedentibus de corpore pœnitentiâ acceptâ Reconciliatio, eo ſcilicet modo quo datur ijs qui ſuam pœnitentiam impleuerunt, quia illa Reconciliatio ſufficit quâ eis remittuntur peccata, ſub illa conditione ſi pœnitentiam impleuerint, quâ Reconciliatione ad communionem fidelium admittuntur: qui, ait canon, de corpore pœnitentiâ acceptâ recedunt, placuit, ſine Recõciliatoria manus impoſitione, eos communicare, quod morientis ſufficit Reconciliationi, vel Conſolationi (vt eſt rectiùs in alijs) ſecundũ definitiones Patrum, qui huiuſmodi communio-
C nem congruè Viaticũ nominarũt; quod ſi ſuperuixerint, in ordine pœnitentium, vt oſtenſis neceſſarijs pœnitentiæ fructibus legitimam communionem cum Reconciliatoria manus impoſitione recipiant: Clericis quoque deſiderantibus pœnitentiam, non eſt deneganda: ſimiliter ſubito obmuteſcens prout ſtatutum eſt, baptiſari, vel pœnitentiam accipere poteſt, ſi voluntatis præteritæ teſtimonium aliorum verbis habet, aut præſentis in ſuo nutu.

Si qui vero pœnitentiâ priùs acceptâ, dum eam agit, petat reconciliari diuinis altaribus, vt dicitur *can. 5.* ac nouiſſimum & neceſſarium communionis Viaticum expetat, vt dicitur *can. 6 quæſt. 6.* non ei denegetur *dicto can. 6.* & re-
D concilietur *can. 5. quæſt. 6.* licet id aliquando non concederetur *dicto can. 7.* propter rationem ibi allatam.

Acceptâ verò iam dictâ Reconciliatione, ſiue primo caſu cum pœnitentia, ſiue ſecundo, ſine pœnitentia, ſi ſuperuixiſſent, in ordine tamen pœnitentium manebant, donec eâ peractâ Communionem cum Reconciliatoria manus impoſitione reciperent, *dicto can. 7* vel vt eſt in *can. 6.* ſi in deſperatione poſitus poſt acceptam communionem iterum ſanus factus fuiſſet, tantùm orationis particeps fiebat, Sacramentum autem non accipiebat donec conſtitutum pœnitentiæ
E tempus impleuiſſet, *can 9. quæſt. 6.* quod etiam oſtenditur *can. 1. quæſt. 7.* vbi dicitur vt ſibi præſcriptam pœnitentiam agant, & ideo ne illis ianua pietatis clauſa videatur, orationibus & conſolationibus Eccleſiaſticis, ſacrâ vnctione olei inuncti, ſecundum ſtatuta Patrum, Communione Viatici reficiantur.

Si quis verò Excommunicatus accepta pœnitentia, & Confeſſus, morte præuentus ſit ante impletam pœnitentiam, pro eo parentes eius facient oblationem ad Altare, & dabunt Redemptionem pro captiuis *can. 11. quæſt. 6.*

Quæres quid daretur, cùm dabatur pœni-

tentia, cùm ex *can.* 7. daretur ſine Reconciliatoria manus impoſitione?

Reſpondetur primò cum dabatur ſine tali Reconciliatione, adhuc tamen dabatur iſta reconciliatio, vt ſi quis moreretur, reconciliatus moreretur communioni Eccleſiæ, ſeu in communione Eccleſiæ, & haberet ſufficiens Viaticum quo poſſet ſaluari, *dicto can.* 7. *&* 9. *quæſt.* 6. *can.* 1. *quæſt.* 7. ſi autem non moreretur, dabatur ei vt in orationibus communicaret, *dicto can.* 6. *&* 9. *quæſt* 6. *& can.* 1. *quæſt.* 7. & ideo dicitur dari cum pœnitentia Communionem, vel Viatici communionem *dicto can.* 7. & *can.* 1. *quæſt.* 7. & Viaticum neceſſarium *can.* 9. Sacramentum vero non accipiebant *dicto can.* 6. nec Reconciliatoriam manus impoſitionem, *can.* 7. Reſpondetur 2. cùm dabatur pœnitentia, aliquando ſimul datam non tantùm iam dictam communionem Viatici, ſed ſimul Reconciliationem & Sacramentum, vt patet *can.* 8. *quæſt.* 6 & *can.* 10. *ead. quæſt.* maximè morituris, *dicto can.* 8. *&* 10 quæ tamen Reconciliatio non impediebat quo minùs, ſi conualuiſſent, pœnitentiæ legibus ſubditi eſſent, quandiu Sacerdos qui pœnitentiam dederat, probauiſſet, *dicto can.* 8. *quæſt.* 6.

Confirmatur dari potuiſſe ſaltem de iudicio Epiſcopi Sacramentum integrum, ſupple pœnitentiæ, vel Sacramentum etiam Euchariſtiæ: *ex can.* 6. *quæſt.* 6. *in fine* qui, ait, in exitu mortis ſunt, & deſiderant accipere Sacramentum, cum conſideratione & probatione Epiſcopi, accipere debent.

Pœnitentiæ tempora decernebantur vel pro peccatorum differentia, arbitrio Epiſcopi, *can.* 5. *quæſt.* 7. & abſque perſonarum acceptatione ſecundum leges, *can.* 6. *quæſt.* 7. & ſecundum modum culpæ, *can.* 3. *quæſt.* 7. & pro qualitate peccati, *can.* 4. *quæſt.* 7. *& can.* 7. *quæſt.* 7. prò qualitate delicti tempus Pœnitentiæ impenditur. Secundò, prout Conuerſorum animos videbat quis eſſe deuotos, *can.* 2. *quæſt.* 7. & prout pœnitentes Oratione, Confeſſione, ac pœnitentia, malorum ſuorum conuerſionem demonſtrant, *can.* 4. *quæſt.* 7. vt ſi affectum illum habeant, iniquitatem odio habui, & abominatus ſum; & habeant in ſe indignationem & vindictam peccati, *can.* 10. *quæſt.* 7. negligentiores enim pœnitentes tardiùs reconciliantur *dicto can.* 6. *quæſt.* 7.

Tertio ætatem reſpiciet is qui dat pœnitentiam, vt dicitur *can.* 5. *quæſt.* 7. habens ætatis ſenilis intuitum, & periculorum quorumcumque, aut ægritudinis, reſpiciens neceſſitates, in quibus ſi quis ita grauiter vrgeatur, vt dum adhuc pœnitet, de ſalute ipſius deſperetur, oportet ei per Sacerdotalem neceſſitudinem Communionis gratiâ ſubueniri, & *can.* 8. *quæſt.* 7 vbi dicitur quia ætas & eruditio multam habere facit pœnæ differentiam: ſuadet verò D. Chryſoſtomus *can.* 12. ne graue pondus pœnitentiæ imponatur: homini, ait, cui graue pondus imponis pœnitentiæ, neceſſe eſt, vt aut pœnitentiam tuam reijciat, aut ſuſcipiens, dum ſufferre non poteſt, ſcandaliſatus, amplius peccet; deinde etſi erramus modicam pœnitentiam imponentes, nonne melius eſt propter miſericordiam, rationem reddere, quam propter crudelitatem? vbi enim paterfamilias largus eſt, diſpenſator non debet eſſe tenax; ſi Deus benignus eſt, vt quid Sacerdos eius auſterus? vis apparere Sanctus? circa vitam tuam eſto auſterus, circa alienam benignus. Atque ex his omnibus colligitur antiquiſſimus in Eccleſia Indulgentiarum ſeu relaxandarum pluribus de cauſis pœnarum peccatis debitarum vſus.

AD TERTIAM DECRETI PARTEM COMMENTARII.

DE CONSECRATIONE DISTINCTIO I.

IN hac tertia parte plurimi tractatus continentur, ad Eccleſiaſticos pertinentes Ritus, aliaque: agitur enim de *Eccleſiis, de Altaribus, de Miſſa, de Euchariſtia, de Foris, de Imaginibus Sanctorum, de Aqua benedicta, de Baptiſmo, de Confirmatione, de officio Miniſtrorum Eccleſiæ, de Quadrageſima Ieiunio, de Neophytis, & de Spiritu ſancto.*

Hæc verò omnia continentur ſub vno Titulo & veluti capite *de Conſecratione*, nomine conſecrationis generaliter ſumpto pro ea quæ vel eſt Templorum, vel altarum, vel vaſorum Eccleſiæ, vel Aquæ, vel Olei, vel Panis, vel Vini, ſiue fidelium in Baptiſmo & Euchariſtia, & Confirmatione, vel Sacerdotum in ordinatione. Nam & loca Deo dicata conſecrantur, & quæ circa ea ſunt, vt notat Iuſtinianus *inſtit. de rer. diuiſ.* ſacræ res ſunt, quæ rite per Pontifices Deo conſecratæ ſunt, velut ædes ſacræ, & donaria, quæ ritè ad miniſterium Dei dedicata ſunt: & Photius *tit. 5. de fide, cap. 1.* & Balſamo *in can. 93. Synodi in Trullo,* ἱερὰ τόποι λέγονται οἱ ἀφιερωμένοι τῷ θεῷ ἤγουν οἱ θεῖοι ναοὶ, οἱ περίαυλοι id eſt loca ſacra dicuntur quæ ſunt Deo dedicata, ædes ſcilicet diuinæ, & diuinarum ædium porticus ſeu veſtibula, & catechumenorum manſiones, & quæ circa ea ſunt: item altare ſeu menſa myſtica, vinum, panis, oleum cum Balſamo, & cætera Deo conſecrantur ex Gregorio Nyſſeno *orat. in baptiſmum Chriſti*: nam & altare, ait, hoc ſanctum cui aſſiſtimus, lapis eſt naturâ communis, nihil differens ab alijs, ſed quia cultui diuino conſecratum ac dedicatum eſt, accepitque benedictionem, menſa ſancta, altare immaculatum eſt quod non amplius ab omnibus, ſed à ſolis Sacerdotibus iiſque venerantibus contrectatur; panis item, panis eſt initio communis, ſed vbi eum myſterium ſacrificauerit, corpus Chriſti fit & dicitur; ſic myſticum oleum; ſic vinum cum ſint res exigui pretij ante benedictionem, poſt ſanctificationem quæ à Spiritu procedit, vtrumque eorum excellenter

A operatur; eadem item Verbi vis etiam Sacerdotem auguſtum & honorandum facit, nouitate benedictionis à communitate veluti ſegregatum &c. item fideles conſecrantur, per Baptiſmum, & alia ſacramenta, quare de his dixit Iuſtinus *apologia 2.* ἀνεθήκαμεν ἑαυτοὺς τῷ θεῷ καινοποιηθέντες id eſt nos Deo dedicauimus per Chriſtum renouati, id eſt per Baptiſmum, per alia etiam Sacramenta fidelium, vt per Euchariſtiam, vt patet ex Clemente Alexandrino *pædagogi lib. 2. cap. 2.* Euchariſtia, ait, cuius qui per fidem ſunt participes, ſanctificantur & corpore & anima, εὐχαριστία ἧς οἱ κατὰ πίστιν μεταλαμβάνοντες ἁγιάζονται καὶ σῶμα καὶ ψυχήν: nam in Chriſto omnes homines

B ſunt veluti Deo conſecrati, & veluti Sacerdotes facti; & benedicentur, ait Dauid, in eo omnes Gentes: vos eſtis regale Sacerdotium, ait Apoſtolus: denique Sacerdotes ipſi ſunt conſecrati per ordinationem, vt rectè Leo, *ſerm. 5. in Anniuerſario*, ſancti Spiritus vnctio conſecrat Sacerdotes; & Gregorius Nyſſenus *loco citato* ἡ αὐτὴ δὲ τοῦ λόγου δύναμις, καὶ τὸν ἱερέα ποιεῖ σεμνὸν καὶ τίμιον τῇ καινότητι τῆς εὐλογίας τῆς πρὸς τοὺς πολλοὺς κοινότητος χωριζόμενον.

Conſecratio quæ dicitur à Græcis καθιέρωσις, vt apud Balſamonem *in can. 7. ſynodi 7.* & Gregorium Nyſſenum *loco ſuprà citato*, & Suidam in

C καθιερῶ θεῷ ἀνατίθημι, Deo dicat conſecrat: dicitur etiam εὐλογία ab eodem Nyſſeno, & Suida, & alijs: dicitur & ἁγίασμα ab eodem Nyſſeno *loco citato*, & à Paulo 1. *Theſſ. 5.* ἁγιασμός: eſt alicuius rei ſanctificatio, quâ res Deo nuncupatur, & ſacratur, à rebuſque communibus ſeparatur, vt de Templis diximus ſuprà ex Balſamone *in can. 93. ſynodi in Trullo,* & de alijs rebus, ex Gregorio Nyſſeno *orat. in Baptiſmum Chriſti.* Eam vocat Clemens Alexandrinus *cap. 5. pædagogi* ex *Matthæi 19* χειροθεσίαν εὐλογίας: vnde D. Baſilius *in moralib. regul. 30. cap. 1.* hanc regulam ponit ὅτι οὐ δεῖ τὰ ἅγια τῇ ὁμοιότητι τῶν περὶ τὰς κοινὰς

D χρείας καθυβρίζειν, quod res ſacræ haberi in contumelia non debent, neque cum ijs haberi promiſcuè, quæ ſunt in communi atque profano vſu poſitæ. Quidquid enim ſacrū eſt fit ſacrum

per conſecrationem, vt colligitur ex Photio *loco citato*, *ἱερὸν δὲ πρᾶγμα ἐστι τὸ ἀνιερωθὲν δημοσίᾳ*, id eſt res autem Sacra eſt quæ eſt publicè conſecrata: & Iuſtinianus *loco citato*, ſacræ res ſunt, quæ ritè & per Pontifices Deo conſecratæ ſunt: Solus enim Deus per ſe Sacer eſt, & ab eo, & per eum res aliæ fiunt ſacræ per conſecrationem, quatenus ad Deum ipſum ſacrum diriguntur, vt rectè Clemens Alexandrinus *Stromat. lib. 7.* *τὸ ἱερὸν διχῶς ἐκλαμβάνεται, ὅτε θεὸς αὐτός, καὶ τὸ εἰς τιμὴν αὐτοῦ κατασκεύασμα*, id eſt ſacrum accipitur duobus modis, nempe & Deus ipſe, & id quod eſt conſtructum in eius honorem, vt eſt Eccleſia: vel etiam quatenus à Deo ipſo ſacro accipiunt ſuam conſecrationem, cùm Deus ſit author omnis benedictionis, vt rectè Origenes *in Matth. cap. 24. ad illud, venite benedicti Patris mei:* conſiderandum, ait, quoniam in Sanctis, non ſolùm dictum eſt, benedicti, ſed additum honorificè, Dei Patris, non alterius; contrà, quibus dicitur maledicti, nihil additur: nam benedictionis quidem miniſtrator eſt Pater, maledictionis autem vnuſquiſque ſibi eſt author, qui maledictione digna eſt operatus.

Per Sanctificationem ergo res Conſecrantur, & accipiunt nouam gratiam, & Conſecratio eſt eius ſanctificationis ſeu gratiæ collatio, vt rectè definitur à Ballamone *ad can. 27. ſyn. in Trullo:* *ἡ γὰρ εὐλογία χάρισμα πνευματικὸν καὶ ἁγιασμοῦ ἐστι μετάδοσις*, id eſt namque benedictio ſpiritalis quædam gratiæ ſanctitatiſque communicatio. Et confirmatur ex D. Baſilio *ad Amphilochium can. 27.* *εὐλογία γὰρ ἁγιασμοῦ μετάδοσίς ἐστι*, id eſt, benedictio enim eſt ſanctificationis communicatio. Nec enim putandum pro nihilo eſſe rerum ſeu benedictionem; ſeu conſecrationem, ſed contrà per gratiam benedictionis perfici & eleuari, vt rectè D. Baſilius *lib. de Spiritu ſancto* *ὁ μέντοι ἁγιασμὸς ἔξωθεν ὢν τῆς οὐσίας, τὴν τελείωσιν αὐτοῖς ἐπάγει διὰ τῆς κοινωνίας τοῦ πνεύματος*, id eſt attamen ſanctificatio, quæ eſt extra ſubſtantiam illorum, perfectionem illis adiungit per communionem Spiritus: vbi loquitur de Angelis; dixerat enim paulò antè eos non eſſe ſuapte natura ſanctos, ſed à Spiritu Dei habere ſanctificationis menſuram: & per ſolam ſanctificationem ſalui erimus, teſte Paulo 1. *Theſſalonic. 5.* non enim vocauit nos Deus propter immunditiam, ſed in ſanctificatione; & quemadmodum ars omnis perficit naturam, eamque exornat, ita & gratia: quare D. Ambroſius *lib. de ijs qui initiantur myſterijs cap. 9.* Dicebat maiorem eſſe vim benedictionis quam naturæ, quia benedictione ipſa etiam natura mutatur; nam, vt ait Burchardus *lib. 4. cap. 1.* homo Spiritu gratiæ in melius mutatur, & longè aliud quam erat, efficitur; ſi enim ars multa poteſt, quæ in aliquo genere naturam etiam ſuperat, quid non faciet gratia, quid non faciet benedictio atque conſecratio? ea ſane res innouat, vt Chriſtus nos innouauit. Nam, vt ait Iſidorus Peluſiota *ὁ λαὸς τοῦ θεοῦ νέος λαός*, nouus eſt Dei populus; vel, vt ait Clemens Alexandrinus *lib. 1. Pædagogi cap. 5.* *ὁ νεώτερος ἡμῶν λαός*: & Iuſtinus Martyr *dialogo cum Tryphone*: nos ſumus *νέος λαός*, pulchrum nouale: & Baptiſmus eſt renouationis lauacrum, apud Cyprianum *epiſt. 2. ad Donatum.* Et ſicut manumiſſio nouum hominem facit, *l. 27. de adimend. legat.* & per eam quis nouam perſonam

A incipit habere, *l. 10. de opt. legat.* & naſci videtur *l. 2. § 1. Cod. de Latina libert. toll.* benedictio patris firmat domos filiorum *Eccleſiaſt. 3. verſ. 11.* & illud, benedictus qui venit in nomine Domini *Matth. 21.* & illud, benedixit vos Pater in Chriſto in omni benedictione ſpiritali in cœleſtibus, & 1. *Petri 3. verſ. 9.* benedictio nos fecit vt hæreditatem benedictione poſſideamus. & *in actib. Apoſt. cap. 4. verſ. 26.* Deus miſit Filium ſuum benedicentem nobis, vt conuertat ſe vnuſquiſque à nequitia ſua, cumque Deus dixit creſcite & multiplicamini, his verbis benedixit: quare non immeritò Gregorius Nazianzenus *epiſt. 37.* vocabat *εὐλογίαν* Viaticum, tùm in hac
B vita, tùm in futura; *εὐλογίας ἐφόδιον καὶ ἐν τῷ νῦν μὲν τῷ ζωῇ καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τῷ μέλλοντι*, id eſt benedictionis viaticum, tùm in hac vita, tùm in æuo futuro.

In hac verò *Diſtinct. 1.* agitur 1. de Templis, ſeu Eccleſijs, earumque neceſſitate; tùm vero de earum conſecratione 2. de Altaribus, & Conſecratione etiam ipſorum: tertio de alijs Eccleſiæ Vaſis: poſt quæ omnia etiam 4. inſeremus breuem tractatum de Eccleſijs earumque forma ac partibus: quinto vero & vltimo agitur de Miſſa eiuſque Sacrificio ac ſolemnitate.

Primo igitur agendum eſt de Eccleſijs, & certè non eſt dubium quin Deus cum vbique ſit,
C omnibus etiam in locis ſit orandus, & adorandus. *pſal. 102. verſ. 22.* in omni loco dominationis eius benedic anima Domino; & apud Paulum 1. *ad Timoth. cap. 2.* volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus, ſine ira & diſceptatione. Nam & Deum orauit Iob in ſterquilinio. *Iob cap. 2.* Moyſes in medio mari, *Exodi 15.* Ezechias in lecto *Eſaiæ 38.* Hieremias in luto *Hierem. 38.* Ionas in ventre ceti, *Ionæ 2.* Daniel in lacu leonum, *Danielis 14.* tres pueri in furnace *Daniel. 3.* Latro in cruce *Lucæ 23.* Paulus in carcere, *Actor. 16.* & ſic de alijs. Nihilominus tamen Deus voluit coli ſpeciali ratione
D in quibuſdam locis, vt oſtendit Auguſtinus *epiſt. 137.* & D. Chryſoſt. *homil. de incomprehenſibili Dei natura, tertia contra Anom.* & *homil. 79. ad populum Antiochenum*, vbi refellit eos qui dicunt orationem à nobis paſſim & vbique perinde fieri, ac in Templis, cuius etiam ſunt hæc verba: ſine Templis quis credat eſſe ciues? ciuitas non habens Templa, omni villà vilior eſt, & quacumque ſpeluncà ignobilior; & in ſynodo *Gangrenſi can. 5.* definitum eſt, ſi quis docet domum Dei contemptibilem eſſe, & conuentus qui in ea celebrantur, anathema ſit: nam, vt ait Zonaras ad *can. 88. ſynodi Trullanæ* *τιμῶν ἄξια τὰ ἱερὰ καὶ σεβάσματα*, id eſt ſacra templa in ho-
E nore habere ac venerari debemus. Fuerunt enim quidam Hæretici, qui dicebant Templa eſſe ſuperflua, & Eccleſiam propriè in vnitate fidelium conſiſtere, non in ſtructura Templorum, vt olim Euſtachiani, qui Eccleſias contemnebant, quaſi vbique liceret precationi æque vacare, contra quos editus fuit ille *canon 5 ſynodi Gangrenæ*: nam licet Apoſtolus *epiſt. ad Timoth.* omnibus in locis iubeat nos eſſe intentos orationi; non ideo tamen voluit contemni Eccleſias, Zonaras *in illum canonem*. Idem docuerunt Meſſaliani, vt eſt apud Damaſcenum *ſermone 80.* item Fraticelli, ſeu Pſeudo-Apoſtolici qui impudentiſſimè aiebant Eccleſiam non

plus valere ad orandum, quàm ſtabulum equorum, teſte Turrecremata *lib. 4. de Eccleſia, cap.* 7. item Petro. Bruſſiani de quibus Petrus Venerabilis Abbas Cluniacenſis *contra Petro Bruſſianos*: prædicatis enim, ait, templa ſuperfluo fabricare, cum Eccleſia Dei non conſtet multitudine cohærentium lapidum, ſed vnitate congregatorum fidelium: & olim etiam quidam Philoſophi, vt Zeno Citiens referente Origene *lib. 1. contra Celſum*, qui exiſtimabat *in lib. de Rep. moderanda*, templa non eſſe neceſſaria: ſacella, inquit, ac templa conſtruere nihil erit neceſſe; ſacrum enim nihil prorſus eſt exiſtimandum, nec maioris quidem faciendum, nec pro ſancto habendum quod ſtruxerint homines; quæ verba etiam refert Clemens Alexandrinus *Stromatum lib. 5.* Et ante hos Perſæ nulla dijs templa condenda eſſe credebant, vt teſtatur Aſconius Pædianus 2. *in Verrem*, Cicero *lib. 1. de legib.* qui refert Xerxem ideo bellum indixiſſe Græcis, quod parietibus includerent Deos, quibus omnia deberent eſſe patentia & libera, quorum hic Mundus omnis Templum eſſet & domicilium. Germani etiam nec cohibere parietibus Deos ex magnitudine cæleſtium arbitrabantur, teſte Tacito *de moribus Germanorum*.

Verùm meliùs fideles Templa Deo conſtruxerunt, in honore habuerunt, & in ijs peculiariter Deo cultum exhibuerunt; quod patet ex *conſtitut. Apoſtolicis lib. 2. cap.* 59. vbi conſtituitur vt vnuſquiſque in Eccleſiam manè & veſpere ad canendum pſalmos, & precationes in Templo Domino faciendas conueniat: & D. Ignatius Epiſcopus Antiochenus *epiſt. ad Magneſianos*, ait, ad orandum in idem loci conuenite, ſit vna communis precatio, vna mens vna ſpes, in charitate & fide inculpata in Chriſtum Ieſum, quo nihil eſt præſtantius; omnes velut vnus ad Templum Dei concurrite. Didicerunt nimirum veræ pietatis auctores à Deo ipſo, templa eſſe ipſi erigenda, vt rectè probat Petrus Venerabilis *loco citato*, & *canon* 1. *in hac noſtra diſtinct.* 1. nam etiam Tabernaculum Moyſes Domino præcipiente fecit, & ſacrauit cum menſa, & altari, & vaſis pluribus; eaque omnia non ſolùm diuinis precibus ſacrauit, ſed etiam ſancti olei vnctione. Templum etiam Salomon iubente Deo perfecit; Dauid enim propter multum ſanguinem quem effuderat, prohibitus eſt illud ædificare, vt habetur dicto *can* 1. *hac diſt.* 1. & copioſè etiam oſtendit Petrus Venerabilis. Quibus etiam argumentis vtitur Petrus Damiani *lib. 8. epiſt.* 5. vt oſtendat Deum labores ædificantium Eccleſias non deſpicere: ipſeque Dauid *in lib. Paralipomenon*, ait opus eſſe grande Deo Templum ædificare (loquitur de Templo ædificando:) opus autem grande; neque enim homini præparatur habitatio, ſed Deo; atque Iudæi in nullis alijs locis quàm Deo dicatis munera Domino offerebant, *dicto can.* 1. Vnde Hieroboam, qui primus diuiſit Regnum Iudæorum diſtractis ad ſe decem Tribubus, videns fore vt ipſe non haberet Templum in ſua poſſeſſione, & timens ne Tribus quæ ad ſe transfugerant, hac maximè de cauſa minus alacriter eius partes tuerentur, occurrit ſtatim huic obiectioni, &

A teſte Ioſepho *lib 8. antiquitat. cap.* 3. dixit eis: viri populares notum vobis exiſtimo, quod nullus locus Deo eſt vacuus, & quod is nullo certo loco includitur, ſed vbique vota exaudit; vbique cultores ſuos reſpicit, &c. quod ſi Iudæi, qui legis vmbræ deſeruiebant, hæc fecerunt, multo magis nos, quibus veritas patefacta eſt, Templa Domino ædificare, ornare, diuiniſque precibus, & ſanctis vnctionibus, cum altaribus & vaſis, veſtibus quoque & reliquijs ad cultum diuinum neceſſarijs, deuotè & ſolemniter ſacrare; & non in alijs locis quam in Domino ſacratis ab Epiſcopis (non autem à Chorepiſcopis, qui ſæpe prohibiti ſunt, niſi B vt prædictum eſt, ſummâ exigente neceſſitate) Miſſas celebrare, nec ſacrificia debemus offerre, vt habetur *can.* 1. Quæ quidem fuit obſeruatio veteris Eccleſiæ, vt patet ex locis antè citatis ex conſtitutionibus Apoſtolicis, & D. Ignatio. Sed & in eam rem eſt locus celebris Zenonis Veronenſis *Sermone de Pſalmo* 126. conuentus, ait, quidem Eccleſiarum, ſiue Templi, quos ad ſecretam Sacramentorum Religionem ædificiorum ſepta concludunt, conſuetudo noſtra, vel domum Dei ſolita eſt nuncupare, vel templum: quare non in domibus priuatis, ſed in tabernaculis diuinis, precibus à Pontificibus dicatis, preces aut ſacrificia noſtra C debent offerri, *dicto can.* 5. ideoque Clemens *epiſt. 2. ad Iacobum, can.* 13. *hac diſt.* mandauit vt Eccleſiæ per congrua & vtilia loca fierent, quæ diuinis precibus ſacrare oporteat, & in ſingulis Sacerdotes Deo dicatos ponere, quos ab omnibus oporteat venerari, & non à quoquam grauari, *dicto can.* 13.

Porro nemini licuit Eccleſiam ædificare antequam Epiſcopus Ciuitatis veniret, & ibidem crucem figeret, publice atrium deſignaret, & ante præfiniret is qui volebat ædificare, quæ ad luminaria, & ad cuſtodiam, atque ſtipendia cuſtodum ſufficerent, vt oſtenſà donatione ſic domum ædificaret; & poſtquam fuiſſet ædifi- D cata, atrium eiuſdem Eccleſiæ ſanctâ aquâ aſpergeretur *can.* 9.

Et ratio prima eſt illa, vt ante ſciatur quæ ſit dos Eccleſiæ, ita vocata *cap.* 20. *lib* 2. apud Burchardum. Secunda eſt ne antiquiores, propter nouas ſuam decimam amittant, *cap.* 7. *lib. 2. apud eund. Burchardum*, & ita ne temerè multiplicentur: nam, vt ait poſteà *cap.* 22. plures baptiſmales Eccleſiæ in vnâ terminatione eſſe non poſſunt. Tertio videretur an pro quæſtu, vel deuotione fides atque patrocinio Sanctorum ibi ædificaretur, *can.* 10. *hac diſt.* 1. idem definitum in ſynodo octaua *can.* 1. vt nemini liceat Monaſterium ædificare abſque Epiſ- E copi ſententia & conſilio; illo vero ſciente & permittente, & eam quam debet orationem peragente, vt ab antiquis piè & religioſè cautum eſt, Monaſterium quidem ædificetur, omnia vero quæ pertinent ad ipſum cum illo ipſo in Breui inſcribantur, & in Epiſcopalibus archiuis reponantur. Adde Iulianum Antecceſſorem *Nouella* 61. his verbis: nullus audeat Eccleſiam ædificare, vel oratorium, antequam ciuitatis Epiſcopus veniat, & ibi vota faciens ſanctiſſimam crucem infixerit, in eodem loco publice procedens, & rem omnibus manife-

dicebat Epiſcopus verſiculum Dauidicum, aſperges me Domine hyſſopo, vt patet ex Eucbologio. Reponebantur verò reliquiæ illæ in altari maiori, cùm in oratorijs ſufficerent antimenſia dedicata, ex eodem Balſamone; qui etiam addit epiſcopū non potuiſſe celebrare niſi in altari illo maiori vbi erant Reliquiæ, non vbi antimenſia. Quare *can.* 26. ſtatuitur vt Altaria, quæ paſſim per agros & villas tanquā Memoriæ Martyrum conſtruuntur, in quibus nullum corpus, vel reliquiæ Martyrum conditæ probantur, ab Epiſcopis qui locis eiſdem præſunt, ſi fieri poſſit, euertantur; quod ſi hoc præter tumultus populares non ſit facile, admoneantur ſaltem omnes qui illa loca frequentant, vt ſaltem qui rectè ſapiunt, nullâ ibi ſuperſtitione deuincti teneantur; & omnino nulla memoria Martyrum probabiliter acceptetur niſi vbi corpus, aut reliquiæ certæ ſunt, aut origo alicuius habitationis vel poſſeſſionis fideliſſimâ origine traditur; nam quæ per ſomnia & inanes quaſi reuelationes quorumdam hominum vbicumque conſtituuntur altaria, omnino reprobantur. *dicto can.* 26. vbi nota Eccleſias Martyrum dici Memorias, iuxta illud quod diximus ſuprà ex D. Auguſtino *lib.* 22. *de ciuit. Dei cap.* 10. ſicut Græci vocant *μνήμας* vt patet ex Synodo Gangrenſi *can.* 78.

Item nota aliquādo falſas eſſe poſſe Reliquias, cuius rei exemplum habes apud Optatum Mileuitanum *lib.* 1. vbi Lucilla neſcio quæ fœmina corripitur ab Archidiacono Cæciliano, quòd ante ſpiritalem cibum & potum, os neſcio cuius Martyris, ſi tamen Martyris, libare dicebatur; nam etſi eſſet fortaſſe Martyris alicuius, hoc tamen ignorabatur, nec dum erant illius oſſa tanquam Martyris vindicati oſſa comprobata: & apud Epiphanium *lib.* 3. *tom.* 2. *hæreſi* 80. vbi Maſſaliani alios ſuos ſectatores ob ſuam impietatem interfectos ſepelierunt in certis locis, eiſque laudes & hymnos decantarunt; vnde etiam ſe Martyrianos dici voluerunt: & apud Nicephorum Calliſtum *lib.* 4. *hiſtoriæ Eccl. cap.* 23. refertur Martyres catholicos, qui Martyrium patiebātur, cum Montaniſtis mori noluiſſe, tanquam cum eis aſſentientes aut communicantes.

Reliquiæ vero ponebantur ſub altari vt patet ex Prudentio *in martyr. Cæſar auguſt.*

Hoc ſub altari ſita ſempiterno
Lapſibus noſtris veniam precatur

& ex Palino *epiſt.* 12. *ad Seuerum*

Caſta tuum dignè velant Altaria corpus,
Vt templum Chriſti contegat ara Dei.

& ex Burchardo *lib.* 3. *can.* 97. obſeruandum eſt vt menſa Chriſti, id eſt altare, vbi corpus Dominicum conſecratur, vbi ſanguis eius hauritur, vbi Sanctorum reliquiæ reconduntur, vbi preces & vota populi in conſpectu Dei à Sacerdote offeruntur, cum omni veneratione honoretur.

Non licet autem Eccleſiam conſecrare in qua paganus eſt ſepultus, neque Miſſas in ea celebrare; ſed iactari priùs foras corpus oportet, & mundari locum, vt inde corporibus euulſis, & raſis parietibus vel tignis eius loci, reædificetur Eccleſia; quâ reædificatâ ſi demum videatur apta ad conſecrationem, conſecretur, *can.* 27. *&* 28.

Cæterùm Eccleſiis iam Deo ſemel conſecratis, non debet iterum conſecratio adhiberi, niſi vel ab igne vſtæ, vel ſanguinis effuſione, vel cuiuſcumque ſemine pollutæ ſint; quia ſicut infans à qualicumque Sacerdote in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti ſemel baptiſatus, non debet iterum baptiſari; ita nec locus Deo dicatus iterum conſecrandus eſt, niſi propter cauſas ſupradictas, *can.* 20. Quod tamen ita debet intelligi, dummodo hi qui conſecrauerunt, teneant fidem S. Trinitatis *dicto can.* 20. Quod etiam obſeruatur in Baptiſmo: & idcirco Papa conſecrauit Eccleſias Arrianorum Conſtantinopoli, quod hi non credant in Trinitatem, *can.* 11. *&* 21.

Diximus initio, niſi igne exuſtæ, &c. quod probatur *can.* 19. vbi ſi motum fuerit Altare, denuo conſecratur Eccleſia: nam ſi parietes mutati tantum ſint, & non altare, tunc ſalibus tantùm exorciſatur.

Item ſi homicidio, vel adulterio violata fuerit Eccleſia, diligentiſſimè erit expurganda, denuoque conſecranda, *dicto can.* 19.

Eccleſiæ quoque vel Altaria, cùm dubitatur an ſint conſecrata, debent conſecrari, ſuperflua altaria deſtruendo, *can.* 16. *&* 18. nec idcirco dicitur iterari conſecratio, quoniam non monſtratur iteratum eſſe quod neſcitur factum, *dicto can.* 16. de qua etiam re valde notandus eſt *canon* 24. his verbis: de fabrica verò cuiuſlibet Eccleſiæ, ſi diruta fuerit, inſtauranda, & in eo loco conſecrationis ſolemnitas debeat iterari, in quo Sanctuaria non fuerint, (ſubaudi diruta, ita enim explicamus,) nihil iudicamus officere, ſi per eam minimè aqua exorciſata iactetur, quia conſecrationem cuiuſlibet Eccleſiæ in qua Spiritus ſancti arrha, vel ara, non ponitur (ſcilicet de nouo, cum non eſſet ablata) celebritatem tantùm ſcimus eſſe Miſſarum; & ideo ſi qua Sanctorum Baſilica à fundamentis etiam fuerit innouata ſine altaris motione, ſine aliqua dubitatione, cum in ea fuerit Miſſarum ſolemnitas celebrata, totius conſecrationis ſanctificatio implebitur; ſi verò Sanctuaria quæ habebat, ablata ſint, rurſus eorum repoſitione & Miſſarum ſolemnitate, reuerentiam accipit ſanctificationis: ſenſus huius loci eſt, quæſierat Eucherius Epiſcopus à Papa an Eccleſia diruta non diruto Sanctuario ſeu altari, eſſet denuo conſecranda; & Papa reſpondet non eſſe neceſſe ea conſecrare, & aqua aſpergere, vt initio, ſed ſufficere in ea Miſſas celebrari: & hic eſt ſenſus primæ partis canonis vſque ad hæc verba, *& ideo*; poſt quæ verba quæſtionem totam diſtinguit, & proponit, aitque, vel Eccleſia eſt ita diruta & denuo innouata, vt tamen altaris nulla motio facta fuerit, & tunc ſufficit in ea Miſſam celebrari, nec opus aliâ conſecratione, cùm per illam celebrationem impleatur ſatis eius tota conſecratio; vel ita diruta eſt, vt etiam altare motum fuerit, ſeu Sanctuaria ablata, tunc eorum repoſitione, & Miſſarum ſolemnitate reuerentiam ſanctificationis accipient, id eſt denuo conſecrabuntur. Notandum verò in prima parte dicere ſummum Pontificem ſufficere ſolam Miſſarum celebrationem, cum tamen *canon* 19. deſideraret etiam ſalibus exorciſationem, id eſt aquæ ſalitæ benedictionem, quod etiam non eſſe neceſſe dicit *can.* 24. At, donec Eccleſiæ ab hoſtibus dirutæ, vel incenſæ reſtaurentur, licebit in Capellis cum tabula conſecrata Miſſas celebrare. Item in itinere poſitis ſi Eccleſia deſit, ſub dio, ſeu in tentorijs cum tabula altaris conſecrata, & alijs vaſis ad ſacrum miniſterium pertinentibus, *dicto can.* 30. imò legi-

mus Sacerdotem in manibus alterius Sacerdotis, tanquam in tabula ſacra, vel tanquam in altari Miſſam celebraſſe.

Denique conſecratâ ſemel Eccleſiâ ab Epiſcopo, placuit vt ſolemnitates Eccleſiarum per ſingulos annos ſolemniter celebrentur, *can.* 16. & 17. Dedicatio vero propriè pars eſt conſecrationis; ſimul enim res Deo dedicatur, & ſacra conſtituitur, vt recte Cornelius Fronto: dedicatur, ait, Deo conſecratur, quaſi ſanctum conſtituitur; dedicatur Deo quod illi debetur; conſecratur quod propbanum ſit: & Iſidorus *lib.* 6. *cap.* 18. omne, ait, quod Deo datur, aut dedicatur, aut conſecratur; quod dedicatur, dicendo datur, vnde & appellatur: quamobrem errant qui dedicationem à conſecratione putant ſignificare: *gloſſa Latino Graeca* ita explicant verbum *dedicat*, per ἐνθρονίζω & ἀφιερόω: ipſo Domino exemplum dante, qui ad feſtum dedicationis Templi veniendo, omnibus idem faciendi formam dedit, ſicut ſcriptum eſt, facta ſunt encœnia in Hieroſolymis, & hyems erat, & ambulabat Ieſus in Templo in porticu Salomonis. Quod autem octo diebus encœnia ſint celebranda in *lib. Reg.* perlectâ dedicatione Templi reperitur, vt rectè exponitur *dicto can.* 17. ex quo ſuperiora omnia deſumpta ſunt. Idem probatur ex D. Auguſtino *ſerm.* 225. iuſtè ait, ac meritò gaudentes celebramus feſtiuitatem, in qua benedictus, vel vnctus eſt lapis in quo nobis diuina beneficia conſecrantur: & Sozomenus refert *lib.* 2. *hiſtor. Eccleſiaſt. cap.* 25. dedicationem Templi, quod Conſtantinus Hieroſolymis condidit, factam fuiſſe, & ex eo tempore quotannis eius diem feſtum celebratum. Encœnia vero vt ait Nicetas *in orat.* 43. *Gregorij Nazianzeni*, dicuntur vel de templo, vel de domo; & cum de Templo agitur, ſunt prima ipſius conſecratio facta paulò poſtquam ipſi ſtructuræ manus extrema eſt impoſita; cum autem de domo agitur, ſunt prima eius inhabitatio, vnde Iſidorus *lib. 6. originum cap.* 18. dixit: Encœnia autem, ait, eſt noua Templi dedicatio, Græcè enim καινὸν dicitur nouum; quando namque nouum aliquid dedicatur *Encœnia* dicitur. Hanc dedicationis Templi ſolemnitatem Iudæi Octobri menſe colebant: ſed accipitur, inquit, à Gregorio Nazianzeno pro regeneratione quam per reſurrectionem conſequimur, atque pro ad immortalitatem tranſmutatione, quomodo encœniace eſt renouare, apud D. Auguſtinum *Tract.* 48. adeò, ait, vulgate & notum fecerat vſus latinè loquentium nomen (ſcilicet encœniorum) vt qui nouam indueret veſtem, encœniare diceretur. Sunt apud Ennodium dictiones, ſeu conciones factæ in dedicatione Baſilicæ Apoſtolorum *dictione* 2. & in dedicatione B. Ioannis Baptiſtæ.

Dicebantur etiam Encœnia de ciuitatibus, erantque feſta anniuerſaria vrbium conditarum, vt patet ex Codino *in origine Conſtantinopolis*.

Encœnia vero quæ ſumuntur pro feſto Dedicationis inſtituta ſunt in memoriam ipſius dedicationis, deoque ab ipſa dedicatione nomen habent; nam Encœnia propriè ſunt ipſamet dedicatio, vt ſupra diximus ex Balſ. *in can.* 7. ſynodi 2. quæ fiebant vnctione vnguenti ſancti, & repoſitis ibi Martyrum reliquijs, vt etiam patet, ex eod. Balſamone *Reſp.* 38. ſed & Feſtum Commemorationis illius dedicationis ſeu Conſecra-

A tionis vocamus Encœnia, & patet ex Paulo Diacono *in Iuſtiniano*: poſt, Iunio menſe facta ſunt Encœnia ſanctorum Apoſtolorum apud Conſtantinopolim, & recondita ſunt λείψανα Andreæ & Lucæ Apoſtolorum, & tranſiit Menas Epiſcopus cum ſanctis λειψάνοις in carruca aurea Imperatoria lapidibus inſignita, tenens tres thecas ſanctorum Apoſtolorum in genibus ſuis, & ita celebrauit Encœnia. Idem habet Nicephorus Calliſtus *lib.* 17. *cap.* 26. quo tempore Encœnia vigeſimo nono Iunij die Templi ſanctorum Apoſtolorum ſunt celebrata, ſacræque Apoſt. reliquiæ in curru aureo à Mena circumuectæ.

Notandum vero eſt Epiſcopos etiam ſuæ Ordinationis diem celebraſſe, vt patet ex D. Ambroſio 8. *in Lucam*: pulchrè, ait, mihi hodie legitur legis exordium quando mei Natalis eſt Sacerdotij: & *epiſt.* 63. vbi agit de Fœlicis Comenſis Epiſcopi die natali; & loco *ſupra citato in Lucam*, quotannis enim quaſi de integro videtur incipere Sacerdotium, quando temporum renouatur ætas: & ex Anaſtaſio *in Hadriano* 1. & in natali Pontificis: & ex Paulino *epiſt.* 16. vbi agit de natalitio Anaſtaſij Romani Pontificis.

Sequitur 2. vt agamus de altari: non eſt vero dubium quin Eccleſia habeat Altaria. D. Paulus *cap.* 13. *ad Hebræos*, habemus ait Altare, de quo edere non poſſunt qui tabernaculo deſeruiunt. Habet autem propter ſacrificium corporis Chriſti. Et Ignatius *epiſt. ad Philadelphienſes*: vnum eſt altare toti Eccleſiæ, & vnus Epiſcopus cum Preſbyteris: nam vt ait D. Auguſtinus *ſerm.* 11. *de Sanctis*, ſub ara, inquit, in qua Deo ſacrificium celebratur, in qua offeruntur hoſtiæ, in qua Dominus eſt Sacerdos, quia ſuper altare corpus Domini offertur: & *cap.* 11. *Manualis*, dum ſacris altaribus aſſiſto cupiens, offerat tibi illud mirabile & cœleſte ſacrificium, omni reuerentia & deuotione dignum: & Gregorius Nazianzenus in *Stelit.* & altaria quæ cognomen incruenti ſacrificij ſortita ſunt, non ampliùs polluunt ſanguine contaminato: & Chryſoſtomus *homil.* 24. *ad cap.* 1. *Corinth.* 1. calicem vocat benedictionis, calicem tremendum, & valde terribilem: fideliter & tremende dixit, quod enim, ait, tale eſt id quod eſt in calice, illud eſt quod fluxit de latere, eique participamus: itaque ſi ſanguinem cupis, ait, ne idolorum aram brutorum ſanguine tinge, ſed altare meum meo ſanguine rubefacito: & Optatus Mileuitanus *lib* 6. quid tam ſacrilegum quam altaria, in quibus & vos aliquando obtuliſtis, frangere; in quibus membra Chriſti portata ſunt.

Dicitur verò Sacra & diuina *Menſa* propter hanc rationem in Synodo Nicæna 1. rurſum, ait, in diuina menſa hic, ne ad panem & poculum propoſitum humiliter & abiectè attendamus, ſed eleuantes cogitationem, per fidem intelligamus propoſitum eſſe in hac ſacra menſa Agnum Dei qui tollit peccata Mundi incruento modo, ἀθύτως θυόμενον, à Sacerdotibus ſacrificatum; & nos oportere pretioſum eius corpus & ſanguinem verè ſumentes, credere has eſſe teſſeras & Symbola noſtræ Reſurrectionis. Dicitur & τράπεζα ἱερωτάτη à Chryſoſtomo *homilia ſeparata ad* 1. *Corinth.* 10. & myſtica Menſa à Theodoreto *ſerm.* 10. *de prouidentia*, & ab Anaſtaſio *de ſynaxi* & Menſa rationalis τράπεζα λογικὴ ab eodem *ſer.* 6. *de prou.* & *Synaxeos can. Ap.* 3. & à Theodor. 2.

dial. & ſynodo Carthaginenſi ſub Aug. & Gregorio Nazianzeno *in ſtelit.* & à Chryſoſtomo *homil.* 24. *in* 1. *Corinth.* & *homil.* 83. *in Matth.* & à Theophylacto *ad Matth. cap.* 26. & ab Origene *ad cap.* 25. *Matthæi.*

Cæterùm rectè Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus explicat quid ſit hæc Menſa, ſeu Altare: ſacra, ait, Menſa eſt pro loco Sepulturæ in qua poſitus eſt Chriſtus, in qua menſa propoſitus eſt verus & cæleſtis panis, myſticum & incruentum ſacrificium, per quod viuus immolatus carnem ſuam & ſanguinem in cibum & potum vitæ æternæ propoſuit fidelibus: Quarè cum Minutius Fœlix, & Arnobius dicunt nullas aras fuiſſe Chriſtianis, intelligunt de aris Paganorum, vel Iudæorum, in quibus animalia immolarẽtur; vel etiam quod olim primis Chriſtianis non eſſent templa initio naſcentis Eccleſiæ, ſed oratoria in domibus priuatis, quæ poſteà in Templa ingentia mutata ſunt, vt notat Nicephorus Calliſtus *hiſtor. Eccleſia lib.* 7. *cap* 4. & idcirco vtuntur argumento quod eo tempore valebat, vt conuerſis Gentibus, ad aliud genus altaris eos inſtruerent.

Porro placuit Altaria non ſolùm vnctione Chriſmatis, ſed etiam benedictione Sacerdotali ſacrari, *can.* 32. dummodo ſint Lapidea, quia ſi non fuerint lapidea, Chriſmatis vnctione non conſecrantur, *dicto can.* 32. nam conſecratio ipſius Eccleſiæ tota pene pendet ex altaris conſecratione, cum ex dictis ſupra, ſaluo & illibato altari alicuius Eccleſiæ igne vaſtatæ, Eccleſia non ſit iterum conſecranda.

Quòd Altaria oleo ſacro vngantur patet ex *epiſt.* 1. *Fœlicis* 4. Templa Deo ædificare & ornare, eaque diuinis precibus, & ſanctis vnctionibus, ſuis cum altaribus, & vaſis, & veſtibus quoque, & reliquis ad cultum diuinum explendum vtenſilibus, deuotè & ſolemniter ſacrare, patet ex concilio *Aquiſgranenſi ſub Pipino*, *cap.* 24. Vnde hodie religio quoque Chriſtiana domos in honorem Dei ædificat, & erigit Altaria, eisque oleum ſuperinfundit, & chriſmate ſacro perungit ea: & Agathenſi *cap.* 14. altaria placuit non ſolum vnctione chriſmatis, ſed etiam ſacerdotali benedictione conſecrari, *dicto can.* 36. & in Baſilicis *lib.* 9. *Tit.* 3. *cap.* 1. Lex ita habet, licet ex iuſta cauſa accedere ad prætorem, & repoſitas quæ vexantur transferre reliquias: & notandum ex Burchardo *cap.* 91. *lib.* 3. quod cum tranſmutantur alij de Martyribus, cum iis honor transmigrat; aliis vero tranſmotatis, honor in locis eorum eſſe non ceſſat: & *cap.* 92. quod ſanguis Martyrium conſecrat locum, non locus ſanguinem.

Quòd attinet ad Vaſa Eccleſiæ, dicitur quod ſi altaris Palla, cathedra, candelabrum, & velum fuerint vetuſtate conſumpta, debent incendio dari, quia non licet ea quæ in ſacrificio fuerint, malè tractari; & cineres eorum debent in Baptiſterium eponi, vbi nullus tranſitum habeat, aut in parietem includi, vel in foſſas pauimentorum iactari, ne introeuntium pedibus inquinentur, *can.* 39. ſi vero palla, & vela Sanctuarij tantùm fuerint ſordidata miniſterio, diaconi cum humilitate intra Sanctuarium lauabunt, non eiicientes foras à Sanctuario: & ſimiliter velamina dominicæ menſæ abluent, ne forte puluis dominici corporis malè decidat, ſindonem verò non foris abluent, & erit hæc granis

A nem verò non foris abluent, & erit hæc grande peccatum, idcirco intra Sacrarium Miniſtris præcipitur, hæc ſancta cum diligentia cuſtodire, peluis verò noua comparari debet, & nec ipſa peluis apponi debet velis lauandis, niſi iis quæ ad dominici altaris cultum pertinent: nam pallæ altaris ſolæ in ea lauari debent, in alia verò vel a ianuarum.

Porro Palla eſt quadrum, pallium, muliebris veſtis vſque ad veſtigia, affixis in ordinem gemmis, ex Iſidoro *libro* 19. *capite* 25. hisque altaria tegebantur, vt patet ex *dicto canone* 39. & concilio Pictauienſi anno 593. vbi

B accuſator ideo Abbatiſſa quod de palla holoſerica, veſtimenta neptis ſuæ feciſſet, & foliola aurea quæ erant in gyro pallæ ſuſtuliſſet; pretioſæque ideo erant pallæ propter ea quæ in fimbriis erant affixa. Fuerunt & Pallæ linoſtimę, quibus diaconi læuas tectas habebant, vt patet ex Pontificali.

De Velis autem Ianuarum cura erit Oſtiariis ex admonitione Maiorum, ne quis negligens vel ignarus ad velum ianuæ. Domus Domini manus incognitè tergat; ſed ſtatim coërcitus diſcat omnis homo quia velum atrij domus Domini, ſanctum eſt, *can.* 40. Vela etiam erant inter ornamenta Altaris & Eccleſiæ, Anaſtaſius *in Gregorio*

C 3. fecit Veſtes altaris, & Vela ſerica alba, ornata blatto, circumquaque pendentia, id eſt ornata purpura in limbo.

Rurſus ſacra Vaſa non ab aliis quàm ſacratis, Dominoque deuotis atque dicatis hominibus debent contrectari; indignum enim eſt vaſa Domini ſacra, quæcumque ſint, vſibus humanis ſeruire, vel ab aliis quàm Domino famulantibus, eique dicatis tractari, ne pro talibus præſumptionibus iratus Dominus, plagas imponat populo ſuo, & hi etiam qui non peccauerint male patiantur, aut pereant, quia perit iuſtus ſæpiſſime pro impio, *can.* 41. & 42. periculum enim

D eſt ne vltio quæ Balthaſar Regem percuſſit, ſuper hæc tranſgredientes & talia præſumentes veniat, eoſque corruere faciat, *dicto can.* 41. ideoque cautum *can.* 43. vt ad nuptiarum ornatum diuina miniſteria non præſtentur, id eſt locentur & commodentur, ne dum improborum contactu, pompaque luxuriæ ſæcularis polluantur, ad officia ſacri myſterij videantur indigna; & ſimiliter *can.* 40. vt nemo per ignorantiam Clericus credat mortuum obuoluendum Pallà, vel Diaconus ſcapulas operire velit pallà quæ fuit in altari, vel certè quæ diacono data eſt in menſa Domini; qui ſi hæc fecerit, vel leuiter, quaſi nihil, & negligenter diuina habuerit myſteria, triennio, ſexque menſibus à Dominico erit alie-

E nus altari, graui percuſſus anathemate: quod ſi Clericum Preſbyter non commouerit, decem annis & ſex menſibus excommunicatus ſit, proptereà quod de dominicis Sacramentis ſibi ſubiecta non amouerit miniſteria; & poſteà cum grandi humilitate reconcilientur Eccleſiæ, *dicto can.* 40.

Pallà vero dicta ἀπὸ τῦ πάλλειν, id eſt à mobilitate, quæ eſt circa [illegible]em huiuſmodi indumenti; ſiue quod rugis vibrantibus ſinuata conſpergitur: ita Iſidorus *lib.* 19. *cap.* 25. *Originum*; ex quo loco patet. Pallam fuiſſe quadratum pallium, id eſt habuiſſe quatuor angulos, duos in ima ora, & duos in ſumma, quæ ideo à ſummo ad

Imum erat aperta : nam fuit & Pallium teres, quo non vtimur, de quo Tertullianus; & quadratum quo vſus eſt Chriſtus & Apoſtoli, 2. patet fuiſſe muliebre veſtimentum, hoc eſt tunicæ pallium, & apud Seruium *lib. 5. Æneid.* peplum ait, propriè eſt Palla picta fœminea. 3. fuiſſe pretioſam & nobilem, ex Virgilio 1. *Æneidos* vbi peplum Palladis vocat Seruius Pallam, & veſtem quam Regina ſpacioſiſſimam habebat, & patet ex gemmis inſertis, quæ ſcilicet inſerebantur etiam in angulis pallij vt colligitur ex Abdia Babylonico *lib. 8. hiſt. Apoſt.* vbi de Bartholomęi pallio: veſtitus colobio albo clauato purpurâ, induitur pallio albo habente per ſingulos angulos ſingulas gemmas. 4. in ima eius ora aliquando ornamenta poni, vt gemmas ex loco citato Iſidori, vel aurea foliola, vt patet ex concilio Pictauenſi anno 593. vt ſupra diximus. 5. dictã eſſe à πάλλειν quod eſt ſe mouere, vibrare, vertere; vnde nos Gallice dicimus *faire le Palalan*. Palla igitur fuit opertimentum Altarium, ſimilis Pallæ muliebri quâ corpora operiebantur, vnde apud Clementem *epiſt.* 2. prohibitum eſt ne diaconus humeros operiat altaris pallâ, palla, ait, quæ fuerit in altari, vel quæ data eſt in menſam Domini, ne diaconus humeros operiat: & concilio Aruernenſi ſub annum 541. pallis vel miniſteriis diuinis corpuſcula mortuorum ne obuoluantur: pallam diaconi intelligit Iſidorus Peluſiota per limteum *lib. 1. epiſt.* 136. Non referebat autem ex qua materia lana, vel lino eſſet Palla: vnde fit mentio Pallæ holoſericæ in *dicto concilio Pictauienſi ſuprà citato*, & in *Pontificali* Pallæ linoſtimæ: Sylueſter enim conſtituit vt Diaconi in Eccleſia Dalmaticis vterentur, & pallâ linoſtimâ læua eorum tegeretur. Zozimus item Papa anno 417. conſtituit vt Diacones læuas tectas de palliis linoſtimis haberent, id eſt de palliis è lino contextis: ſtamen enim eſt id cui intexitur, & ſubſtamen id quod intexitur, quod etiam dicitur trama, ſeu filum quod intra ſtamen currit; glomi enim erant ſtaminis ex quibus fiebant veſtes: vnde factum vt veſtes ſpiſſo ſtamine dicerentur, pana, & panuclium *in Gloſſis*: & apud *Nonium* pannus ait, tramæ inuolucrum quem diminutiua panuclum vocamus. Porro D. Bernardus *ſerm. 4. in Natali Domini* videtur Pallam pro quolibet tapete parietum accepiſſe; ſed quàm inquit, multa hodiè gemmis, & auro fulgent altaria, quanti vbique pallis parietes adornantur: Erant & vela pretioſa in Eccleſia, quibus ornabantur fores & altaria, quorum quædam erant holoſerica, alia ſimul olouera, vt patet ex Anaſtaſio. Holoſerica ſunt quæ tota erant ex ſerico; holouera quæ tota erant ex purpura: purpureum enim colorem dixere Græci ἀληθινὸν χρῶμα vt Heſychius, & Latini Verum: vnde apud Trebellium Pollionem chlamides veri luminis, ſunt purpureæ: & Tertullianus *l. de pallio*, dixit concilium luminis, Gallicè *nuance*, id eſt purporæ conciliamentum, temperamentum; quomodo in *lib. de pudicitia*, dixit conciliaſſe temperamenta colorum, id eſt gallice *bien voir*. Quibus ſic poſitis dicimus ligna Eccleſiæ dedicata non debere ad aliud opus iungi niſi ad illam Eccleſiam, & vel igni ſunt potiùs comburenda, vel ad profectum in Monaſterio fratribus relinquenda, non autem in laicorum vſum omnino admittenda *can.* 38.

A Vaſa autem in quibus ſacroſancta myſteria conficiuntur ſunt Calices & Patenæ, de quibus Bonifacius Martyr, & Epiſcopus, interrogatus an liceret in Vaſculis ligneis Sacramenta conficere, reſpondit, quod quondam Sacerdotes aurei ligneis altaribus vtebantur, nunc è contrario lignei ſacerdotes aureis vtuntur calicibus, *can.* 44. vbi additur quod Zepherinus 16. Romanus Pontifex patenis vitreis Miſſas celebrari conſtituit, tùm Vrbanus omnia miniſteria ſacra fecit argentea, in hoc enim ſicut & in reliquis cultibus, magis & magis per incrementa temporum decus ſuccreuit Eccleſiarum: noſtris enim diebus qui ſerui familias ſumus, ne, decus Eccleſiæ imminuatur, ſed magis cumuletur & amplificetur, ſtatuit vt deinceps nullus Sacerdos ſacrum myſterium corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti in ligneis vaſculis vllo modo conficere pręſumat, ne vnde placari debet, inde iraſcatur Deus, vt habetur *dicto can.* Item *can.* 45. dicitur vt Calix Domini cum patena, ſi non ex auro omnino, ex argento ſaltem fiat, ſi quis autem tam pauper eſt ſaltem vel ſtanneum calicem habeat, & de ære vel aurichalco non fiat calix; quia ob vini virtutem æruginem parit, quę vomitum prouocat: nullus autem in ligneo vel vitreo calice pręſumat Miſſam cantare, vt habetur *dicto can.* 45. Rurſus C *can.* 46. dicitur vt altaris Sacrificium, non in ſerico panno, vel tincto quiſquam celebrare præſumat; ſed in puro linteo, ab Epiſcopo conſecrato, terreno ſcilicet lino pro creato atque contexto, ſicut corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti in ſindone linea munda ſepultum eſt.

Patena ſeu Patina, vas eſt in quo panis oblationis ponitur, vt habet Germanus *in Liturgiis*, qui eam per diſcum intelligit.

Sequitur 4. vt veniamus ad Eccleſiarum ſeu Templorum conſtructionem: Nec erit abſque ratione ſi hic ſeparatim agamus de Eccleſiis, & earum origine, atque forma: nam inde & ſuperiora meliùs intelligentur, aliæque Iuris noſtri partes, vt ſunt ea quę dicuntur de Pœnitentibus, D & eorum ordine, de Catechumenis, & de Bapiſmo, ſicque de aliis, vt videbitur ex ſequenti tractatu.

De Eccleſiis, earum origine, & forma.

VErum eſt quod ait Iſidorus Peluſiota *lib. 2. epiſt.* 174. Apoſtolorum tempore cùm Eccleſia & ſpiritualibus gratiis abundaret, & vitæ ſplendore afflueret, nulla fuiſſe Templa, & tamen Eccleſiam fuiſſe: quare apud ipſum aliud eſt ἐκκλησία, aliud ἐκκλησιαστήριον, aliud Eccleſia, E aliud Templum: Eccleſia enim ex immaculatis animis conſtat, Tēplum verò ex lapidibus & lignis ędificatur, ſicut aliud eſt thymiamatis locus, aliud thymiama. Quare Eccleſia propriè apud eum dicitur τὸ ἄθροισμα τῶν ἁγίων τὸ ἐξ ὀρθῆς πίστεως καὶ πολιτείας ἀρίστης συγκεκροτημένον, ἐκκλησία ἐστί id eſt Sanctorum cœtus ex recta fide, atque optima viuēdi ratione collectus, Eccleſia eſt: nam, vt rectè Melchiades Papa *cap. 8. Decreti*, apud Burchardum *lib. 3. cap. 2.* nemo qui ſcripturas diuinas legit, ignorat quod in principio naſcentis Eccleſiæ diſcipuli in vnum congregati ſunt cum mul-

tudine credentium, in quibus erat cor vnum, & anima vna, idque ſæpiſſimè in domibus priuatis, vt conſtat ex Actis Apoſtolorum: ideoque Euſebius *lib.* 8. *cap.* 8. vocat Eccleſias domus in quas conueniebant Chriſtiani. Poſteà verè priuati homines ſuas illas domos Deo conſecrabant, vt patet ex eodem Burchardo *lib.* 2. *cap.* 4. quomodo apud Anaſtaſium Bibliothecarium, S Pius 2. Papa ex rogatu Sanctæ Praxedis dedicauit Eccleſiam Thermas Mouati in vico Patricij, in honorem ſororis ſuæ ſanctæ Potentianæ, vbi & multa dona obtulit, vbi ſæpius ſacrificium Domino offerens miniſtrabat, imo & fontem Baptiſmi conſtrui fecit, manu ſua benedixit, & conſecrauit: & apud eundem in *Marcello* matrona quædam nomine Lucina, quæ fuerat cum viro ſuo Marco annos quindecim, & in ſua viduitate habebat annus nouemdecim, ſuſcepit Beatum Marcellum, quæ domum ſuam nomine B. Marcelli, Titulum dedicauerit, vbi die noctuque hymnis & orationibus Domino Ieſu Chriſto confitebantur: & apud eundem, B. Sylueſter fecit in Vrbe Roma Eccleſiam in prædio cuiuſdam Presbyteri ſui, qui cognominabatur Equitius, quem Titulum Romanum conſtituit iuxta Thermas Domitianas, qui vſque in hodiernum diem appellatur Titulus Equitij. Tandem Reges, & Præſides, ac Magiſtratus licentiam tribuerunt Eccleſias ædificandi publicè, ex eodem Burchardo *lib.* 2. *cap.* 4. & Euſebio *in chronice & vita Conſtantini*. Et quia olim conuentus illi fiebant maximè in cœmeteriis Martyrum, vt conſtat ex Synodo Gangreoſi *can.* 18. ſi quis accuſat, ait, ſynaxes Martyrum, atque Lyturgias quæ fiunt in illis, & memorias eorum, ſit anathema: & ſynodo Laodicæna *can.* 15. ſtatuitur ne liceat fidelibus Eccleſiæ in cœmeteria, vel quę dicuntur Martyria omnium hæreticorum orationis aut adorationis cauſâ ire: ideo multæ fabricę factę ſunt per Cæmeteria, ex Anaſtaſio in *S. Fabiano* 21. *Pontifice*, & *in Anacleto*: memoriam B. Petri Apoſtoli conſtruxit; & Confirmatur ex Sozomeno *lib.* 4. *cap.* 4. quibus, ait, monumentum Martyrum, Oratoria domus circum extructa, vt ibi poſſent conuenire: vt patet ex antedictis, & ex Burchardo *lib.* 2. *cap.* 4. Quę domus tandem Templa fuerunt & oratoria, ex Sozomeno *loco citato*, & ex Euſebio *lib.* 3. *de Conſtantino*: illuſtrauit vrbem Cōſtantinopolim plurimis oratoriis, maximiſque Martyriis; & ex Anaſtaſio *in Fœlice*: hic, ait, conſtituit ſupra ſepulchra Martyrum Miſſas celebrari. Quare Martyrium duo ſignificat ex Iſidoro *lib* 15. *cap.* 4. Martyrium, ait, locus Martyrum, eo quod in memoriam Martyris ſit conſtructum, vel quod ſepulchra Sanctorum ibi ſint Martyrum: & quia vt diximus in illa loca, in quibus erant ſepulti Martyres, conueniebant, Oratoria poſtea quæ in iis conſtructa fuerunt in eorum honore, dicta ſunt Concilia, vel Conciliabula Martyrum, apud Anaſtaſium *in S. Damaſo*: hic multa corpora Sanctorum Martyrum requiſiuit, quorum etiam Concilia & ſepulchra verſibus decorauit. D. Hieronymus *in epitaphio Nepotiani*: Martyrum conciliabula diuerſis floribus, arborumque comis, vitiumque pampinis obumbrarunt: & in martyrologio *die* 23. *Iunij*, corpus Ioannis Presbyteri iuxta Martyrum concilia ſepultum; Concilia enim, ſeu conciliabula nihil aliud ſunt quàm conuentus, ex Cicerone *de ſomnio Scipionis*: concilia, cœtuſque hominum iure ſociati, ciuitates appellantur: & *pro domo ſua*; vbi dixit concilia, & conuenticula: vnde apud eundem conciliatio eſt conſociatio 1. *offic.* communem totius generis hominum conciliationem, & conſociationem colere, tueri, ſeruare debemus: & conciliare eſt coniungere 1. *officiorum*: conciliat, & coniungit ratio, & oratio. Eſt & coaceruare vnde conciliare pecuniam: inuenta eſt ratio quare HS. C. XX. millia vno genere conciliauit *in Verrem*; & conciliatæ pecuniæ dicuntur *Verrina* 4. & 5. Vnde Veſtimentum quod apud fullonem cogitur, & addenſatur, dicitur conciliari apud *Varronem*: à cogitatione Concilium; vnde concilium, quod vt veſtimentum apud fullonem cum cogitur, dicitur conciliari: & apud Interpretem Iuuenalis roſtrum ciconiæ dicitur Conciliari, cum duæ partes inferior & ſuperior coniunguntur vt ſonum faciant, ad illa verba

----Crepitante ciconia roſtro.

ciconia, inquit, quæ contra Templum Concordiæ ex Concilio roſtri ſonitum facit.

Porro licet illa loca, Martyrum Templa dicerentur, ex D. Baſilio *ad pſalm.* 114. hoc ſanctum Martyrum Sacellum; vel Martyria, vt ſuprà diximus, ex Euſebio *lib.* 3. imo vocarentur nomine ipſius Sancti quomodo nos dicimus S. Ioannem, S. Petrum, ipſam Eccleſiam Ioannis, & Petri, ita loquente Codino *de Conſtantinopoli* ἔκτισε τὸν ἅγιον Ἰωάννην, id extruxit S. Ioannem, hoc intelligendum eſt iuxta id quod dicit D. Auguſtinus *lib.* 22. *de Ciuitate Dei*, *cap.* 10. nos Martyribus noſtris, non Templa ſicut diis, ſed Memorias ſicut hominibus mortuis, quorum apud Deum viuunt Spiritus, fabricamus; & D. Damaſcenus *lib.* 4. *cap.* 16. Templa Deo erigimus in nomine ſeu honore Sanctorum. Memorias dixit D. Auguſtinus; nam ita vocari poſſunt ex Anaſtaſio *in S. Anacleto*.

Iam verò quod ad formam Eccleſiarum, ſeu Baſilicarum attinet, generaliter dicitur à D. Clemente *lib.* 2. *conſtitutionum Apoſtolic. cap.* 57. vt ſit oblonga inſtar nauis, & ad ortum conuerſa: ac primum quidem ſit ædes oblonga verſus orientem, naui ſimilis; vtrinque Paſtophoria in orientem: ſit ſolium Epiſcopi in medio poſitum, & vtroque eius latere ſedeant presbyteri, & aſtent Diaconi ſuccincti & expediti, ſine multa veſte; ſunt enim illi ſimiles nautis, & iis qui per foros nauis curſitant &c. Sed notandum ex Sidonio *lib.* 2. *epiſt.* 10. verſam ad orientem fuiſſe æquinoctialem, *ortum proſpicit æquinoctialem*.

Conſtabant igitur Eccleſiæ variis ædificiorum ſeptis, vt etiam habet Zeno Veronenſis *ſerm. de pſalm.* 126. Conuentus, inquit, quidem Eccleſiarum, ſiue Templi, quos ad ſecretam Sacramentorum Religionem ædificiorum ſepta concludunt, conſuetudo noſtra vel domum Dei ſolita eſt nuncupare, vel Templum.

Huius verò Septi Eccleſiaſtici tres præcipuæ partes diſtinctionis gratiâ conſtitui poſſunt, nempe Atrium, ſeu Veſtibulum; Baſilica; & Sacrarium & hoc eſt quod voluit dicere Euagrius *lib.* 2. *cap.* 3.

Primâ pars Atrium ſeu Veſtibulum, erat ſpatium amplum, & quadratum, clauſum, quod

ſuam ianuam habebat, per quam ingredi oportebat antequam liceret ingredi iauuas ipſius Baſilicæ: in quo ſpatio erant Porticus columuis ſuſfultæ, in omuibus latenbus; & porticibus impoſitæ Cellæ ſeu domunculæ in gratiam ædituotum; vel in tribus tantùm lateribus, vel etiam in duobus tantùm: cuius mediom ſub dio poſitum erat, vt liberiùs ex Porticibus, vel aliis locis Atrijatque Veſtibuli poſsēt videri per portam Baſilicæ ea quæ in ipſa Baſilica fiebant, quod colligitur ex Euſebio *lib. 10. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 4.* de Templo quod à Paulino Epiſcopo Tyri extructum eſt: ei autem, inquit, qui ianuas prætergreſſus ſit, non permiſit ſtatim illotis pedibus in interius Sacrarium ingredi, ſad magnum ſpatium inter primos aditus, & inter ipſum templum intercipiens, quatuor circum obliquis & traoſuerſis ornaoit porticibus, locum quadtatâ formâ columnis vndique excitatis ſepiens; quarum quod in medio reticulatis ligneis ſeptis, quod ſatis eſt longis, claudens, medium ſub nudo aëre reliquit, vt cælum videri poſſit, & aër ſolis radiis peruius ſit: & *lib. 4. de vita Conſtantini*: circa templum erat aula quædam ſubdio, ingens, aëri puro aperta, in cuius quatuor lateribus porticus diſcurrebaut, & lauacra, & flexus extendebautur, & multæ habitationes ac domunculæ in gratiam ędituotum extructæ erãt, & *lib. 3.* vbi agit de templo quod circa Domini ſepulchrum Conſtantinus exſtruxit: & diuinum monumentum columnis eximiis & ornamentis pluribus inſigniuit: deinde ad locum ingentem ſub dio poſitum deuenit quem in ſolo lapis ſplendens ſtratus ornabat longo ambitu porticuũ ex tribus lateribus comprehēſum. Regium enim & primarium templum couiunctum erat cum latere quod è regione antri ad ſolum ortis reſpiciebat: ex tribus lateribus enim pouit porticus, cùm quarta eſſet pro porta Templi: vnde ſupra *lib. 4.* licet dicatur diſcurriſſe porticus ex quatuor lateribus, intelligendum tamen eſt non fuiſſe porticua quatuor, ſed tres tantum, vel quartam propter columuas non impediuiſſe, vel occluſiſſe portam templi; vt etiam apud Sidonium *lib. 2. epiſt. 10.* hinc eſt porticus applicata triplex: & infra eodem loco; inde, ait, Euſebius, procedentibus ad Templi aditus occurrebat locus ſub diuo poſitus vbi erat prima aula ad vtrumque latus, & porticus ad aulam, & portæ ipſius aulæ, poſt quos in ipſa quaſi fori lati media planitie veſtibula totius ædificij magnifica & luculenta, exeuntibus admirabile ſpectaculum præbebant & *lib. 10 hiſt. cap. 4.* cum autem expanderit veſtibulum ante portam ingens & ſublime ad ortum ſolis, etiam iis qui longe ſunt extra ſacrum ambitum præbuit eorum quæ intus ſunt abunde ſpectaculum; & Gregorius Nazianzenus *orat. 19.* adhæc orbicularibus & æquiangulis ſplendidę materię ductibus, atque ingentem in medio locum ambientibus cingitur, ac portarum & veſtibulorum venuſtate prælucet, atque accedentes eminus excipit, & ex Paulino, natali 9.

Ecce vides iſtam qua ianua prima receptat
Porticus.

& paulo poſt,

Aſt vbi conſeptum quadrato tegmine, circa
Veſtibulum in medio reſeratur in athera campo.

& poſt.

A *Sed rurſum redeamus in Atria: conſpice rurſum*
Impoſitas longe duplicato tegmine cellas
Porticibus metanda bonis habitacula, digne
Quis huc ad ſancti viſum Fœlicis honorem
Duxerit orandi ſtudium, non cura bibendi
Nam quaſi contignata ſacris cænacula tectis
Spectant de ſuperis altaria tota feneſtris

Apullonius lib. 1. de excidio Hieroſolymitano.

Stabat ad ingreſſum naſcentis ſpicula Phœbi
Ianua reſpiciens, & templi maxima ſummi
Ære graui ſolidoque rigens.

Ex quibus omnibus locis ea declarantur quæ diximus ſupra de veſtibuli portis, porticibus, cænaculis & atrio Templi ad portam ſpectante. B Item in Atrio erant vel aquæ ſalientes fontium id eſt canthari *ex eod. Paulino.*

Sancta nitens famulis interluit atria lymphis
Cantharus, intrantumque manus lauat amne
miniſtro.

& epiſt. 31. Baſilica prætento nitens atrio, fuſa veſtibulo eſt, vbi cantharum &c. vel putei Item in atrio erat narthex ſeo Ferula in locum eorum pœnitentum qui erant Audientes, ex quo loco poſſet ſcupturarum lectio audiri: Theorianus in legat. Armen. canon iubet tres anno Audientes eſſe, id eſt extra Eccleſiã ſtare in Ferula diuinas que ſcripturas audire Scholiaſtes Harmenopuli in epitoma *can. ſectione 5. titulo 3.* auſcultantes extra Eccleſiam ſtabant vſque ad lectionem C Euãgelij: oam quod Gregorius Thaumaturgus ait fuiſſe iotra portas, intelligitur portas veſtibuli, vel etiam ſub porticu portæ Templi.

Secunda, poſt atrium ſeu veſtibulum ſequitur ipſa Aula Baſilicæ, ad quam patebat aditus per tres portas, quarũ ea quæ fuit in medio, erat maior aliis. & ſicut atrium vtrinque cinctum erat porticibus in quibus erant cubicula, ita & circa Baſilicam ipſam erant porticus aliquando tres, aliquando duæ tantum, quibus erat ſepta quodammodo Baſilica ſeu Templum, in quibus porticibus erant maximæ domus vtrinque coniunctæ Baſilicæ, in quibus habitabant Clerici: probatur ex Euſebio *lib. 10 hiſtoriæ capite 4.* deinde, ait, cùm vltra progreſſus ſis, plura veſtiD bula intus occurrunt, quæ aditum in templum aperiant: rurſum ſub radio ſolis tres portas ad idem latus aperuit, quarum media cæteris maior æreis pegmatis ferro deuiuctis opereque cælato diſtincta, vt Regina duas alias minores ianuas pro ſatellitibus habet; eodem modo porticus in vtramque Templi partem veſtibulis reſpondentes deſuper diuerſos aditus in Templum conſpicuos & illuſtres habent ligneis fabricis eleganter & ſcite diſpoſitis, & Paulinus *epiſtol* 2. totum extra concham Baſilicæ ſpatium alto & lacunato culmine geminis vtrinque porticibus dilatatur, quibus duplex per ſingulos arcus columnarum ordo dirigitur. & eodem Euſebius *lib. 10. cap. 4.* iam deinceps ad ea quæ ſunt extra temE pla venit, præparans exedras: & maximas domus vtrinque artificioſe coniunctas ad latus cum Baſilica, & aditu in mediam ædem copulatas, quæ ædificia extruxit in eorum vſum, qui expurgatione per lauactum aquæ & Spiritus Sancti egent, & ex Ruffino *lib. 2. hiſt. Eccleſ. cap. 23.* extrema totius ambitus ſpatia occupant exhedræ & paſtophoria, domusque in excelſum porrectæ, in quibus vel æditui vel hi quos appellant ἁγνεύοντας caſtos, manere ſoliti erant; quo

loco vult dicere Ruffinus Porticus fuiſſe & Cœ- A nacula in toto ſpatio ſepti Eccleſiæ extra ipſam Eccleſiam, tam ad latus Baſilicæ, quam à fronte in Veſtibulo ſeu Atrio.

Cellæ Clericorum erant in circuitu Templi ex Codino de Conſtantinopoli: Cellæ, xii, in circuitu Templi habitabantur à Clericis & ex Anaſtaſio in Sergio: tectum & cubicula vniuerſa quę erant in circuitu Baſilicæ B. Pauli Apoſtoli, quæ vetuſtate conſecta erant, renouauit; ſicut cellæ Porticuum Atrij erant Æditorũ ex dictis ſupra. Porticus autem hæ columnis conſtabant quæ arcubus coniungebantur, vt patet *ex loco citato Paul. in epiſt.* 12. & Procopio *lib.* 1. *ædific. Iuſt.* B Foroicum alij reſpiciunt ortum, alij occidentem, quidam boream: in ipſis vero Porticibus quæ erant à latere, hoc eſt ad meridiem & boream, erant in vna Viri, in alia Fœminæ, Procopius ibidem: Porticus vtrinque duæ ſunt, quibus tholus laqueatus auro, harum altera viros precantes capit, altera fœminas: & Porticus erant Cancellis munitæ ac portis quas Diaconi obſeruarent ex Clemente *lib.* 8. *conſtit. cap.* 11. Diaconi ſtent ad ianuas virorum; Hypodiaconi ad mulierum: *& lib.* 2. *cap.* 57. Diaconi ſtent veſte ſuccincta, quorum prouidentia laici in altera parte ſedeant, in altera fœminæ; in medio Lector in loco ſublimi, legat quæ ſcripſit Moyſes & alij ſancti Dei. Euſebius *lib.* 10. *cap.* 4 eodem modo Por- C ticus in vtramque Templi partem Veſtibulis reſpondentes deſuper diuerſos in Templum aditus illuſtras & conſpicuos habent, ligneis fabricis eleganter & ſcite diſpoſitos. In iiſdem Porticibus erant vtrinque Oratoria ſeu Sacella in quibus erant Altaria cum reliquiis Martyrũ. Anaſtaſius de Hilario, fecit oratorium iuxta arcum principalem in parte virorum; quæ oratoria dicuntur Capellæ concilio Toletano 1. 16. *quæſt.* 1. *can. ſi plures*, ſi plures Eccleſiæ Baptiſmales in vna terminatione non ſint, ſed vox tantùm cum ſuis Capellis: & Memoriæ Paulino *epiſt.* 12. totum vero extra concham Baſilicæ ſpatium, alto & lacunato culmine geminis vtrinque porticibus D dilatatur, quibus duplex per ſingulos arcus ordo columnarum dirigitur: Cubicula intra porticus quaterna longis Baſilicæ lateribus inſerta, ſecretis orantium præterea memoriis familiarium, accommodatos ad pacis ęternę requiem locos præbent: in quibus Oratoriis apud Græcos Antimẽſia ponebantur, vt Liturgiæ in eis oratoriis fierent; Balſamo *in can.* 31. Synodi ſextæ, ideo reperta ſunt Antimenſia & fiunt ab Antiſtitibus quo tempore celebrant dedicationem Eccleſiæ, vt ea antimenſia ponantur in ſacris menſis, vt permiſſu Antiſtitis oblatio liturgiæ fiat in oratorio. Erat & in aula Baſilicæ inter has porticus, extra tamen Sacratium, Ambo in quem aſcendebat Diaconus Euangelium lecturus: Miſſa Chryſoſtomi diaconus cùm adorarit reuerenter ſacrum Euangelium & exierit per ſacras portas cum lucernis & ſuffitu, vadit & ſtat ſurſum in Ambone; vel etiam prædicaturus populo ſermones ſacros, vnde dicitur in Synodo 6. nemini omnium liceat in Ambone Diuinos ſermones populo prædicare niſi Clericali Tonſura vtatur. Quare Ambo dicitur *ἀκροατήριον* auditorium à D. Baſilio Seleuciæ Epiſcopo *lib.* 2. de Thecla quod inde audirentur ſermones ſacri vel Euangelium: Dicterion, ait, ſeu oſteotorium dicitur

A locus vbi ſpectantur ij, qui publice dicunt, hoc eſt Ambo ſeu auditorium; inde enim poterant audire fideles qui erant in porticibus iam dictis: & pone Ambonem erant ij Pœnitẽtes, qui vocabantur Proſtrati ex Theoriano in legat. Armen. canon, ait, ſeptem annos in eo loco in genua procidunt, hoc eſt intra Eccleſiam intrabunt, ſed ſtabant pone ambonem & exibant cum Catechumenis: & Balſamo *in can.* 58. *epiſt.* Baſilij Magni: Proſtratus ſtans retro ambonis in Eccleſia, & exiens cum Catechumenis; nam pœnitentes qui ſtabant, erant cum fidelibus, non procidentes in genua, ſed ſtãtes vſque ad finem Li- B turgiæ; ſed tamen non communicantes ex Gregorio Neocæſarienſi *in epiſt. can.* apud Balſamonem, & Zonarã: & quod ad alios attinet Pœnitentes, plorantes erant omnino extra Eccleſiam, Audientes vero in Narthece ſeu Ferula.

Tertia pars eſt Sacrarium ſeu Sanctuarium quod erat ſub Apſide, id eſt arcu ſeu teſtudine cancellis incluſum, totumque parietibus vel cancellis erat ſeptum: in cuius medio maius erat Altare, vt patet ex verbis Imperatoris in Synodo Epheſina: ſanctiſſimum, ait, altare non attingimus, niſi vt diuino dono corporis Chriſti communicemus, & eximus ex Sacrario, quod parietibus ſeptum eſt intra apſidem, ſimul atque ingreſſi ſumus; Anaſtaſius de Gregorio 3. altaria maius ſub Apſida conſtruxit; & de Conſtantino 1 C fecit Baſilicam B. Laurentio in qua fecit gradum Aſcenſionis & Deſcenſionis, in quo loco conſtruxit Apſida, & exornauit marmoribus porphyreticis, & de ſuperiore loco concluſit de argento, & cancellos argento puriſſimo ornauit, qui penſant libras mille; & ante ipſum locum in crypta poſuit lucernam ex auro puriſſimo onyxorum decem penſantes libras triginta. intra apſidem fecit Sacratium ſeu Presbyterium. Erant & in eodem Sacratio Apſides aliæ ſeu teſtudines ex eodem Anaſtaſio de Gregorio 3. Apſidas alias duas dextra læuaque poſitas infra paracellarium variis hiſtoriis depictas. Intra Sacratium etiam D erat Epiſcopi Sedes & ſubſellia presbyterorum. Euſebius *lib.* 10. *cap.* 4. cùm autem ſedes ſublimes Epiſcopis apparant, & ſubſellia Presbyteris ac Miniſtris pro cuiuſque gradu, ante omnia Sanctum Sanctorum altare in medio collocans illud cancellis ligneis, vt ſit omnibus peruium, ſubtili opere textis incluſit. Anaſtaſius in Benedicto 3. in eodem loco dextra læuaque Epiſcopia fecit, item & apſidam in qua Epiſcopi pſallentes reſidebant, cum Clero &c. & in Conſtantino iuxta apſidam fecit Sacrarium ſeu Presbyterium. Vtrinque vero ſub apſida erant Paſtophoria in orientem, vt ait Clemens *lib.* 2. *Conſtit. cap.* 57. id eſt ſecretaria ſeu interiora cubicula; nam ita paſtophorium vocat Hieronymus in Ezechielem *cap.* 42. & explicat per thalamum E ſeu interius cubiculum; ſicut Heſychius paſtophorium vocat quod ſecet thalamum: Conchulas vocat Paulinus *epiſt.* 12. cum duabus dextra læuaque, cõchulis intra ſpatioſum ſui ambitum apſis ſinuata laxatur, id eſt duobus fornicibus ſeu cameris: in his ſecretariis in vno à dextra apſidis ſeu teſtudinis, veſtes ſacræ reponebantur & dicebãtur Veſtiarium, de quo Paulinus *ep.* 12.

Hic locus eſt, veneranda penus quà conditur et quà

Promitur alma ſacri pompa miniſterij

in alio quod erat à ſiniſtra, ſacri libri & Euangelia ſeruabantur da quo etiam Paulinus,

Si quem ſancta tenet meditandi in lege voluntas,

Hic poterit reſidens ſacris intendere libris,

& in Secretariis illis Concilia haben ſolita erant, ex concilio Chalcedonenſi *act.* 1. omnes conſederant ante cancellos ſancti Altaris in Secretario, & ex Euagrio *lib.* 2. *cap.* 3. & ſecretarium dicitur Diaconicum concilio Laodicenſi *can.* 25. non oportet Miniſtros id eſt Subdiaconos habere locum in Diaconico, neque contingere vaſa Dominica, quod ita explicat Synodus Agathenſis *can.* 66. quoniam non oportet non ſacratos miniſtros licentiam habere in Secretarium, quod Græci *διακονικὸν* vocant, ingredi & contingere vaſa dominica.

Iumedio p rro vt diximus Sacrario erat maius Altare ſeu ſacra Menſa, & aliud minus ad ſiniſtrum dictum *πρόθεσις* in quo Sacerdos ſacra præparabat, vt docet Simeon Archiepiſcopus Theſſalonicenſis *lib. de Temple Sacerd.* aliquando etiam maximè apud Latinos plora erant altaria vera ſub apſide, reliquias etiam continentia Sanctorum, Paulinus *epiſt.* 12. Baſilicam Dominedi reliquiis Apoſtolorum & Martyrum intra apſidem triehora ſub altaria, ſacratis ſolo & parietibus marmoratam, camera muſiuo illuſa clarificat &c. Maius illud altare ornabatur auro argento & gemmis, ex Anaſtaſio in Syluestro, vbi Conſtantinus obtulit ipſum altare argento & auro clauſum cum gēmis: ornabatur etiam cum altari Confeſſio, quæ altari coniuncta erat à parte poſteriore, cuiuſque pars quodammodo erat, vnde apud Anaſtaſium in Leone 4 Leo 4. Papa non tantum Confeſſionem ſacram verum etiam frontem altaris ſancti Petri aureis ſimul argenteiſque tabulis perornauit; ex quo loco patet in altari fuiſſe duo, faciem ſeu frontem eius, & confeſſionem; confirmatur ab eodem Anaſtaſio in Leone 4. Altare maius ſub Apſida conſtruxit cuius faciem atque confeſſionem, ſeu rugas ad decorem ſacri altaris induit argento penſantem libras quadraginta octo. Confeſſio propriè eſt feretrum in quo erant reliquiæ Martyris, quale deſcripſit Euagrius *lib.* 2. *cap.* 3. vnde apud Anaſtaſium de Hilario Papa dicitur, in oratorio S. Crucis fecit confeſſionem vbi lignum dominicum poſuit cum cruce aurea gemmis penſantem libras ducentas: & idem Anaſtaſius in Symmacho videtur vocaſſe confeſſionea cubicula, quæ cubicula, ait, à fundamento perfecta conſtruxit egerat enim de (Confeſſionibus) eo quod contineret prædictas Martyrum reliquias; quod ſane Onufrius in interpretatione vocum Eccleſiaſticarū non intellexit. Confirmatur ex eo quod Anaſtaſius in Benedicto 3. dixit coopérculum confeſſionis ſeu Billeum; ad coopeRiendum, inquit, billicom confeſſionis fecit coopérculum ex auro puriſſimo, credimus enim ibi billicom eſſe etiam coopérculum nam apud Heſychium billa dicuntur *βιλλαρίαι* id eſt coopérta, obtorata quales erant capſæ mortuorum ſeu confeſſionum, malè alij legunt vmbilicum; inde eſt quod confeſſio ſumitur pro Eccleſia ipſa, vt in epiſtolis ſummorum Pontificum à Gretſero editis *epiſt.* 72. ad Carolum Magnum, vbi dicuntur fundi preces pro Rege in confeſſione B. Petri & *epiſt.* 1. Gregorij 3. ad Martellum, coniuro te in Dominum viuum verum, & ipſas ſacratiſſimas claues confeſſionis B. Petri: dicitur vero Confeſſio quia ipſi Martyres etiam dicti Confeſſores cum eſſent mortui pro confeſſione fidei & Eccleſiæ: nomen enim confeſſoris pertinet etiam ad eos, non tantùm ad alios qui mortui non ſunt, ſed in confeſſione manſerunt, vt patet ex D. Cypriano *lib.* 2. *epiſt.* 7 Cleri Romani ad Cyprianum Epiſcopum: quamquam ait, Confeſſorum quoque quos hìc adhuc in carcere dignitas ſuæ confeſſionis incluſit, & eodem *lib.* 2 *epiſt.* 6. quæ eſt Cypriani ad Martyres & Confeſſores, vbi ait Confeſſores Chriſti confeſſionem feciſſe extorres; cui confeſſioni præfert eorum confeſſionem qui mortui ſunt pro confeſſione. & *epiſt.* 9 10. 15. 30. 37. & 52. Confirmatur à Diuo Ambroſio *in* 2. *ad Gratianum libro:* ſed iam ſatis, inquit, Omnipotens Deus noſtro exitio, noſtroque ſanguine Confeſſorum neces, exitia Sacerdotum & nefas tantæ impietatis eluimus, & Zenone Veronenſi vel potius D. Hilario *in pſalm.* 79. iudicij die à Chriſto ſecundum tabulas legis, Confeſſorum ſanguinis vindicta vſque adultimum quadrantem exigitur: vide aibi Martyras dici Confeſſores cum fiat mentio de eorum necce & ſanguine; quomodo Tertullianus *lib.* 4. contra Marcionem dixit confeſſorem eſſe cui nihil timendum ſit poſt occiſionem, negatorem cui timendum ſit etiam poſt mortem, occiſionem enim ſau martyriom tribuit etiam ipſis Confeſſoribus quaſi Martyribus, ſicut contra Confeſſores qui in tormēntis mortui non ſunt, ſed aliquid pro confeſſione fidei paſſi ſunt dicuntur Martyres, vnde apud Epiphanium hæreſi 79. Meletius Confeſſor, idemque Martyr dicitur, licet ſua morte obierit, vti & Acacius apud Nicephorum *libro* 9. *hiſtoriæ Eccleſiaſtica capite* 38. vnde apud Tertullianum *lib. aduerſus Valentinianos* aliquis dicitur prælatus fuiſſe Valentino in Epiſcopatu ex martyrij prerogatiua, id eſt confeſſionis: ex quibus patet nomen confeſſoris conueniſſe propriè fidelibus confitentibus, & nihil pertinentibus eorum quæ Eccleſia tradebat, ſiue in illa confeſſione non morerentur quod confirmatur ex Anaſtaſio in S. Cornelio, hoc facto, ait, qui ſe ſeparauerant à Cornelio cum Maximo Presbytero qui cum Moyſe fuit, ad Eccleſiam reuerſi ſunt, & facti ſunt fideles Confeſſores; ſine morerentur, vt patet ex Clemente Romano conſtitutionum Apoſtolicarum *cap.* 5. at vero qui martyrio dignus eſt habitus, is lætitiam in Domino percipiat quod tantam ſit adeptus coronam, & quod propter confeſſionem exeat ex hac vita; ex quo loco patet Martyrium ſine confeſſione eſſe non poſſe, cum tamen confeſſio ſit ſine Martyrio iait enim Clemens Martyres exiiſſe ex hac vita *δι' ὁμολογίας* & edicta Imperatorum erant *μὴ ὁμολογεῖν τις χριστὸν* id eſt ne quis Chriſtum profiteretur, vt fuit illud Edictum quod memorat D. Baſilius *hom.* 10. in quadraginta Martyres; & voces illorum quadraginta Martyrum apud Gregorium Nyſſenum erant *χριστὸν ὁμολογοῦμεν* Chriſtus confeſſus: & D. Stephanus apud Gregorium Nyſſenum oratione in eius laudem dicitur *πρῶτος τῆς ἐντεῦθεν τῆς ὁμολογίας ἀνακοινώσεως, πρῶτος τὸ χορῷ τῶν μαρτύρων ἀνοίξας τὴν εἴσοδον* id eſt primus corpora confeſſionis redimitus, primus Martyrum coetui aditum præbens: vbi vides confeſſionem præcedara

cedere martyrium; ſicut è contrario negatores A dicti ſunt hæretici; D. Hieronymus in *caput* 2. Oſeæ, circumdat hæretici Dominum in mendacio, imo in negatione, quidquid enim loquontur negatio, imo mendacium, & Tertullianus *lib. de Idololatria*; omnis negatio idololatrica eſt, ſicut omnis idololatria negatio ſiue in factis, ſiue in verbis Ioſephus Scaliger *lib.* 7. de emendatione temporum ſcribit etiam apud Æthiopes, hæreticos patria eorum lingua dici negatores, & apud Clementem Alexandrinum Stromatum *lib.* 2. hæreſis dicitur opinio negatiua ὑπόληψις ἀπαρνητική; & auctore Primaſio in *cap.* 13. Apocalypſis, Antichriſtus exprimitur per verbum ἀρνοῦμαι quod ſignificat nego. Verum fatendum eſt Ec- B cleſiam feciſſe poſtea aliquam diſtinctionem Confeſſionis & Martyrii, vt patet ex verbis Caij Papæ in actis Sebaſtiani & ſociorum Dominus noſter, ait Caius, Ieſus Chriſtus præſcius fragilitatis humanæ, duos in ſe credentium gradus conſtituit, Confeſſionis ſcilicet & Martyrij, vt qui Martyrij pondus ſe non poſſe ferre reuerentur, cõfeſſionis gratiam teneant, & concedentes laudem bellaturis, illorum ſollicite curam gerant: confirmatur illo loco D. Ambroſij *epiſt.* 82. vbi agit de Euſebio & Dionyſio Mediolanenſi confeſſoribus mortuis, ita tamen vt Dionyſius obiiſſe dicatur pœne Martyr: itaque, ait, vt Euſebius ſanctus prior leuauit vexillum confeſ- C ſionis, ita D. Dionyſius in exilij locis, propiore Martyribus titulo vitam exhalauit: ſed præcipuè manifeſta fit illa differentia *ex cap.* 2. *libro* 5. *hiſt. Eccleſiaſt.* Euſebij, vbi dicitur, cùm quidam varia tormenta perpeſſi fuiſſent pro confeſſione Chriſti, nec tamen vltimo ſupplicio affecti, & ideo vocarentur ac ſalutarentur in litteris Martyres, id non tuliſſe, dicentes illud nomen pertinere vel ad Chriſtum ſolum, vel etiam ad Sanctos qui mortui omnino fuiſſent pro Chriſto, ſe vero eſſe tantùm Confeſſores: iſti vero, ait, quamuis nõ ſemel & iterum, ſed ſæpius, vt Martyres decet pro fidei confeſſione acerba tormenta perpeſſi, beſtiis obiecti, ab eiſdem denuo D ablati, ignito ferro exuſti vibiribus liuidi vulneribus vndique inflictis excruciati, non tamen ſe ipſi Martyres eſſe prædicarent, neque cuiquam noſtrum copiam facerent eos illo nomine appellandi, ſed ſi quiſquam noſtrum eos per literas, vel per ſermonem vt Martyres fortè ſalutauiſſet, grauiter eum reprehenderent, libenter enim Martyris appellationem Chriſto, fideli veroque Martyri, primogenito mortuorum duci & authori vitæ quæ eſt ex Deo conceſſerant, Martyrum etiam qui iam ad Chriſtum ex hac corporis cuſtodia migrauiſſent, eos non grauate, in memoriam redegerunt, dixeruntque, illi iam ſunt vere Martyres quos Chriſtus propter fidei confeſſionem ad ſe recipere dignatus eſt, & quo- E rum martyrium ipſo præclaro exitu vitæ tanquam ſigillo certiſſimo obſignauit; nos autem tenues & abiecti nominis Chriſti confeſſores: atque fratres obſecrabant cum lachrymis, vt preces pro illis ardenter & obnixè ideo funderent, quo ipſo diſceſſu è vita opus quod Deus tam benignè in illis incæpiſſet, cumulatè expleretur; ex qua humili reſponſione illorum Confeſſorum qui nolebant dici Martyres, ſed Confeſſores, exiſtimamus poſtea, ab Eccleſia poſitam, differentiam inter Confeſſores & Martyres; licet tamen verum ſit Martyres dici etiam poſſe Confeſſores, & omnes fideles, quaſi teſtes doctrinæ Chriſti: quicumque, ait Clemens Alexandrinus *lib.* 6. *ſtromat.* Seruatoris mandata exequuntur, in vnaquaque actione ſunt Martyres, id eſt teſtes facientes quidem quod vult, cõſequenter autem nominantes Dominum, & reipſa teſtantes cui credunt & cui carnem ſuam cum concupiſcentiis & paſſionibus ſuis cruci affixerunt; & paulo ante: cum dixit Seruator, beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, aperte nos docet in omni caſu quærere Martyrum, qui ſi fuerit pauper propter iuſtitiã: teſtatur eſſe bonum quam dilexit iuſtitiam; et ſi eſuriat, & ſitiat propter iuſtitiam, iuſtitiam aſſequi teſtatur eſſe optimum; ſimiliter autem qui flet quoque & luget propter iuſtitiam, teſtatur optimam legem eſſe, pulchram & honeſtam. Perſecutio vero maximè facit Martyres teſte Optato *lib.* 3. nulli dictum eſt, ait, nega Deum, nulli dictum eſt incende Teſtamentum, nulli dictum eſt aut thus pone, aut Baſilicas dirue; iſtæ enim res ſolent Martyria generare: facit etiam ſimul Confeſſores, vt etiam Optatus dicit *lib.* 1. per totam Africam perſecutionis eſt deuagata tempeſtas quæ alios fecerit Martyres, alios Cõfeſſores, nonnulla proſtrauit in mortẽ, latentes dimiſit illæſos. Sequitur 5. vt videamos quid eſſet apud Græcos id quod nos vocamus Miſſam, quo ritu ea celebraretur, hæc eſt enim vltima pars huius Diſtinct. primæ de Cõſecrat. certiſſimum igitur eſt id quod nos vocamus Miſſam, Græcos vocaiſſe Liturgiam, vel hierurgiam, ſcilicet miniſterium ſacrificij Altaris, ſeu celebrationem ſanctiſſimi ſacrificij corporis & ſanguinis Chriſti ad altare Domini, vnde extat illius officij Diuini ratio deſcripta à Iacobo fratre Domini, & alia ad Baſilio, quæ dicitur Liturgia quod contineat rationem actionis Liturgiæ, vt patet ex Synodo Trullana *can.* 32. Iacobus frater Chriſti ſecundum carnem, & Baſilius Cæſarienſis Epiſcopus qui ſcriptis myſticum nobis ſacrificij ritum tradiderunt in diuina Liturgia, ex aqua & vino ſacrum poculum exhibuerunt μυστικὴν ἡμῖν ἱερουργίας παραδεδωκότες ἐν τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ: quod confirmatur à Proclo Archiepiſcopo Conſtantinopolitano: multi quidẽ, ait, & aliqui, ex iis qui ſacros Apoſtolos exceperunt, diuini Paſtores & doctores Eccleſiæ, expoſitionem myſticæ liturgiæ ſcriptis relictis Eccleſiæ commendarunt τὴν τῆς μυστικῆς λειτουργίας ἔκθεσιν ἐγγράφως καταλιπόντες τῇ ἐκκλησίᾳ παραδεδώκασι & à Marco Epheſi Epiſcopo qui dicit à Clemente etiam ſcriptam ſimilem liturgiam: ἡμῶν δὲ παρὰ τῶν Ἀποστόλων τὴν τῆς μυστικῆς λειτουργίας ἔκθεσιν παρειληφότων, ἐν μὲν γὰρ τῇ συγγραφείσῃ διὰ Κλήμεντος λειτουργίᾳ τῶν ἱερῶν Ἀποστόλων. id eſt cùm autem nos ab Apoſtolis myſticæ liturgiæ acceperimus expoſitionem; in liturgia enim ſanctorum Apoſtolorum quæ à Clemente ſcripta eſt. Ipſe vero tractatus, qui continet ritum myſticæ liturgiæ, dicitur Liturgia, quia ipſum ſacrificium ſeu actio miniſterij propriè liturgia eſt; vnde Syneſius *in epiſt. contra Andronicum* vocat τὸ θυσιαστήριον λειτουργίας altaria liturgiam, & Anaſtaſius de Synaxi, non librum liturgicum, ſeu de liturgia intelligit, ſed ipſam actionem dicens, ἕτεροι δὲ τὴν μυσταγωγίαν τῆς λειτουργίας καταλείψαντες id eſt alij myſtagogiam & celebrationem diuinæ liturgiæ

derelinquentes: & Hyppulitus *lib. de fine Mundi* A ita accepit dicens λειτουργία σβεσθήσεται, καὶ τὸ τίμιον αἷμα τοῦ Κυρίου ἐκ ἀφανισθήσεται id eſt liturgis ſacrificium, ſeu celebratio actualis Miſſæ extinguetur, & pretioſus ſanguis & corpus non efficietur; nam licet liturgia dicatur de omni miniſterio publico, proprie tamen dicitur de miniſterio ſacro, vt notat Suidas in voce liturgia, & confirmatur *cap.* 10. *Luca, & epiſt. ad Hebræos cap.* 9. & 10. vbi ſumitur pro ſacrificio.

Verum actus ipſe Sacrificij qui in hac celebratione & ritu continetur dicitur θυσία à Clemente Romano *lib.* 8. *conſtit. Apoſtol. cap* 13. & ex Theodoreto, ad hæc verba ſanguinem Teſtamenti; & à Gregorio Nazianzeno; & προσφορά id eſt oblatio ab eodem Clemente Romano *lib.* 8. *conſtit. cap.* 57. *& Chryſoſt. homilia* 81. de prod. Iudæ: licet etiam προσφορά dicatur ipſum Sacramentum corporis Chriſti iam confectum in ſacrificio, vt à D. Chryſoſtomo *homil.* 21. ad Hebræos, quomodo accipies ἱερὰν προσφορὰν cum linguam humano ſanguine rubefeceris? dicitur item actus huius ſacrificij hierurgia ex Synodo Trullana citata quæ vocat μυστικὴν ἱερουργίαν & à Theodoreto in dubiis ſcripturæ ſacræ, qui vocat μυστικῶν τῆς ἁγίας τελετῆς ἱερουργίαν. Dicitur etiam Myſtagogia à Gregorio Neocæſarienſi in *epiſtola canonica, & Chryſoſtomo homilia de Eccleſia.* Ideo tempore ſacræ Myſtagogiæ ſtare pulchrè iubemur, vt cogitationes humi ſerpentes erigamus, & deinceps; cogita prope quem aſſiſtis in ſacrare & tremenda myſtagogia Dionyſius Areopagita vocauit ἱεροτελεστικὰς ἁγιστείας ſacras cæremonias quibus fit Euchariſtia, & ipſam Euchariſtiam τὴν ἱεροτελεστικωτάτην εὐχαριστίαν quod ritu ſacro fiat: & quia illa actus ſuam ſeriem habet C ideo dicitur ἀκολουθία à D. Chryſoſtomo *libro* 3. *de Sacerdotio ὁ παράκλητος τούτην διετάξατο τὴν ἀκολουθίαν* id eſt Spiritus Conſulator hanc ordinauit ſeriem; & ab Epiphanio *lib.* 3. ſub finem οἰκονομία· ἐν ἄλλοις δὲ τόποις ὁ γίνεται λατρεία οἰκονομίας ἡμέρου ἀπαρχομένης τῆς κυριακῆς, ὁπόδε τελευτησάντων ἐξ ὀνόματος τὰς μνήμας ποιοῦνται προσευχὰς ποιοῦντες καὶ λατρείας καὶ οἰκονομίας, id eſt in aliis locis non fit latria œconomiæ, id eſt latriæ cultus diſpoſitus in Miſſa, niſi Dominico die illuceſcente, in mortuis autem nominatim memorias faciunt, preces ſoluentes, & latriam, & œconomiam: item dicitur ἁγία τῶν μυστηρίων τελετή ſancta myſteriorum cæremonia Dionyſio Areopagita Eccleſiaſt. Hierarchiæ *cap.* 3. & ἱεραρχικὴ τελετή hierarchica cæremonia, vbi idem notat Pachimeres vocauerunt & aliis modis, vt σύναξιν teſte Pachimere ad Dionyſium Areopagitam. E

Latini vero præcipuè vno vocabulo dixerunt, tùm actum ipſius Sacrificij, tùm etiam ritum ſacrificandi; nempe Miſſam, & ita rectè Iulianus Anteceſſor Nouella Iuſtiniani 7. λειτουργίαν Miſſam interpretatur & ita D. Ambroſius *lib.* 5. *epiſt.* 55. Miſſam facere cœpi, orare in oblatione: Gregorius Magnus *lib.* 4. *dial. cap.* 55. 58. 59. Miſſæ ſacrificium offerri per hoſtiæ ſalutaris oblationem. Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus *homil.* 12. quæ recitas aſcribam, ſi diligenter attenderitis, cognoſceris quod non tunc fiunt Miſſæ quando diuinæ Lectiones in Eccleſia recitantur, ſed quando munera offeruntur, & corpus vel ſanguis Domini conſecratur: & quia ſacrificium illud cum ſolemnitate fit, ideo Gregorius Magnus *lib.* 3. *dialog. cap.* 3. dixit Miſſarum ſolemnia exorſus, ſacrificium in conſpectu Dei omnipotentis immolauit: *& Hieronymus ad cap.* 11. *prouerb.* ſunt qui de leuioribus peccatis cum quibus obligati defuncti ſunt, abſolui poſſunt Miſſarum celebrationibus.

Quoniam vero Miſſæ fiebant in magno Conuentu, ideo ſæpe legimus coniungi Collectam cum Miſſe ſeu Dominico (id eſt Miſſa) apud Cyprianum *epiſt.* 63. ad Cæcilium: confitebantur ſe Collectam & Dominicum egiſſe, & Diuus Auguſtinus in Breuiculo collat. contra Donatiſtas: Collectam & Dominicum agere, & Tertullianus libro de fuga, quomodo colligemus, quomodo Dominica ſolemnia celebrabimus? vbi collecta ſumitur pro Synaxi ſeu Conuentu populi ad ſolemnia Miſſarum: licet etiam ſumitur pro ipſa Miſſa & Sacro, vt apud Epiphanium: *in epiſt.* 66. ad Ioannem Hieroſolymitanum: cum celebraretur Collecta in Eccleſia, villæ, cum miniſtrare in Sacris Sacrificiis; & inter *epiſt. Hieronymi epiſt.* 60. *cap.* 5. in loco ſancto Bethel ego Epiphanius & Ioannes Hieroſolymitanus Collectam ex more Eccleſiaſtico fecimus ſimul, id eſt ſacrificium Corporis Chriſti. Latini item vocauerunt hunc actum Sacrificium; Optatus *lib.* 3. qui intereſſent ſacrificio: vel Myſteria, vt idem Optatus Mileuitanus *lib.* 6. quis fidelium neſcit in peragendis myſteriis ipſa ligna linteamine cooperiri? Verum licet nomen Miſſæ non ſit ſtatim inuentum, nil refert, dum res extiterit, neque enim vt ait Gregorius Nazianzenus *oratione* de vocabulis diſſidebimus, quandiu aliæ Syllabæ ad eandem ſententiam ferent, atque vt ait D. Baſilius *lib.* 2. aduerſus Eunomium ὕστερα τῶν πραγμάτων εὕρηται τὰ ὀνόματα, id eſt poſteriora ſunt nomina rebus inuenta.

Miſſæ vero nomen ſignificat propriè Miſſionem, teſte Iſidoro *lib.* 6. Etymologiarum *cap.* 19. Miſſa, ait, Catechumenorum, quia poſt Euangelij lectionem Catechumeni dimittuntur; Miſſa fidelium ad finem vſque: & Alcuino de diuinis officiis, cap. de celebratione Miſſarum, Miſſa, inquit, vt ait Iſidorus, dicta eſt ab emittendo, tempore enim quo Sacerdos incipit conſecrare corpus Dominicum, dicendum eſt à Diacono poſt Euangelium, ſi quis Catechumenus eſt, procedat foras; & hoc pacto D. Auguſtinus *ſermone* 237. *& ſermone* 38. de tempore, ait: poſt ſermonem miſſa fit Catechumenis, manebunt fideles venietur ad locum orationis: & Hincmarus *in lib.* aduerſus Hincmarum Laudunenſem: vtile tibi foret illa quærere quæ ad tuam & commiſſorum tibi ſaluationem debueras baiulare, ſcilicet quomodo in regulis ſacris debeas intelligere, quia quidam iubentur vſque ad Miſſam Catechumenorum in Eccleſia manere, quidam autem ſolâ intra Eccleſiam fidelium oratione iungi ſacræ myſteriorum celebritati, à Dominicæ vero menſa conuiuio ſegregari: & Iuo Carnotenſis *epiſt.* 219. qui audiebat Miſſam Catechumenorum, ſubterfugiebat Miſſam Sacramentorum. Vnde fit vt remiſſa ſumetur pro Remiſſione apud eundem D. Auguſtino *lib.* 3. *de Baptiſmo cap.* 18. remiſſam, ait, peccatorum non dabant, quæ per orationes Sanctorum id eſt per Columbæ gemitus datur, quicumque baptiſet ſi ad eius pacem illi pertinent quibus

Notandum tamen ex D Bernardo *lib. de ſerm.* daiot; & apud D. Cypiianum & in noſtria Decietalibos vbi aſt *Titulus de Pænitentiis & Remiſsiis*, id eſt, *de Pænitentiis & Remiſsionibus*. A Græcis veio Miſſa ſeu miſſio noſtia quæ fiebat in Liturgia vel aliis horis, dicitur ἀπόλυσις, in liturgia Chriſoſtomi vbi ὁ ἱερεὺς dicitur ἀπόλυσιν ποιεῖν id eſt Sacerdos dicitur Miſſam ſeu miſſionem populi facere; & in Conſtitutionibus Apoſtolis *lib.* 8. *c.* 41. dicitur à Clemente ἀπολύσασθε ἐν εἰρήνῃ ἀπόλυσις enim eſt finis cuiuſque rei, vnde finis alicuius feſtiuitatis, ſeo vltimus dies feſti dicitur ἀπόλυσις teſte Baſilio Seleuciæ Epiſcopo de S. Thecla *lib.* 2. *cap.* 18. καὶ ἡ πανήγυρις τῶν ἑορτῶν ἡμέρα ... ἀπόλυσιν ... : & finis alicuius etiam chori muſicorum, vt apud Phranzen Chron. *lib.* 3. *c.* 19. deinde Chori pſallebant εἰς πολλὰ ἔτη ..., idque tertio, & illud ἀπόλυσις id eſt & illud finis; & apud Codinum ἀπόλυσις, & finis Matutini, de officiis Conſtantinopolit. *cap.* 10. his igitur hunc in modum perambulationum vſque ad Eecleſiam abeuntibus finis fit ibi Matutini, γίνεται ἡ ἀπόλυσις τοῦ ὄρθρου ... & Baſilius Seleuciæ Epiſcopus de S. Thecla *lib.* 2. *cap.* 18. quare in Horologio Græcorum dicitur γίνεται ἀπόλυσις καὶ ὁ συγχώρησις id eſt fit miſſiu & licentia: vnde etiam in gloſſis veteribus ἀπόλυσις dicitur abſolutio, miſſio; & ἀπόλυσις γαμετῆς ... repudium, & ἀπόλυσις χειρὸς emancipatio. Quia vero maximè & alta voce fiebat multiplex miſſio in ſacra litorgia, ideo totum illud Sacrificium dictum eſt Miſſa: conſtat enim ex Liturgia Chryſoſtomi duplicem fuiſſe miſſionem, vnam quidem Catechumenorum his verbis, ter, quotquot eſtis Catechumeni recedite, Catechumeni recedite, quotquot eſtis Catechumeni recedite, nequis Catechumenorum; quotquot eſtis fideles etiam atque etiam in pace Dominum rogemus; & aliam in fine qua dimittebantur fideles, Diaconus enim dicebat, in pace diſcedite, vel in pace diſcedamus: ſimiliter & in Liturgia D. Baſilij eſt duplex miſſio, iiſdem plane verbis quibus ſuperiores; & in liturgia D. Iacobi licet ſit aliis verbis concepta. Quia igitur in hoc Sacrificio Dominici Corporis fiebat duplex miſſio illa Catechumenorom & fidelium; ideo ipſummet Sacrificium dicitur Miſſa, vt Concilio Agathenſi *canone* 31. Miſſas die Dominico ſæculares audiant, nec ante Sacerdotis benedictionem egrediantur, & D. Augoſtinus *ſerm.* 51. de tempore potentes iſtius Mundi cogunt Preſbyterum vt abbreuiet Miſſam: Gregorius Magnus *lib.* 3. *dial. cap.* 3. Miſſarum ſolemnia exorſus, ſacrificium in conſpectu Dei Omnipotentis immolauit, & *lib.* 4. *dialog. cap.* 55. 58. 59. Miſſæ ſacrificium offerri per hoſtiæ ſalutaris oblationem, & Iulianus Anteceſſor Nouella 7. λειτουργίας vertit Miſſam, quia Græci vocant λειτουργίαν quod nos dicimus Miſſam; item D. Hieronymus vtitur hac voce, ad *cap.* 11. *prouerb.* ſunt, ait, qui de leuioribus peccatis cum quibus obligati defuncti ſunt abſolui poſſunt Miſſarum celebrationibus; & D. Ambroſius *epiſt.* 13. ad Marcellinam: ego manſi in munere, Miſſam facere cœpi, orare in oblatione; idem *ſer.* 34. moneo vt qui iuxta Eccleſiam eſt, & ſine graui impedimento poteſt, quotidia audiat Miſſam, & qui poteſt omni nocte ad Matutinum conueniat: & Cæſarius Arelatenſis

A Epiſcopus *hom.* 12. quæ recitas aſcribam ſi diligenter attenderitis, cognoſcetis quod non tunc fiunt Miſſæ quando diuinæ lectiones in Eccleſia recitantur, ſed quando munera offeruntur, & corpus & ſanguis Domini conſecratur, & paulo poſt, ideoque qui vult Miſſas ad integrum cum lucro animæ ſuæ celebra vſquequo oratio Dominica dicatur, & benedictio populo detur, humiliato corpore, & compuncto corde ſe debet in Eccleſia tenere.

Non eſt negandum tamen quin Miſſa dicta ſit pro fine aliorum officiorum Eccleſiæ, vt patet ea Caſſiano *lib.* 3. *Inſtit. cap.* 7. is vero ait qui in 3. 6. 9. priuſquam pſalmus cæptus fuerit, ad orationem non occurrerit, vlterius oratorium B introire non audeat, nec ſemetipſum immiſcere pſallentibus, ſed congregationis Miſſam ſtans pro foribus præſtoletur.

De Miſſarum vero celebratione multæ hic continentur conſtitutiones, quas ordine deducemus.

Miſſæ igitur primò cantare vel offerre ſacrificia non licet niſi in locis Domino ſacratis, & à ſacratis hominibus, vt ſupra diximus: & patet *can.* 10. & 11. ita non licet Epiſcopis vel Sacerdotibus oblationes celebrare in domibus priuatis eodem *can.* 11. & confirmatur *can.* 12. 14. & 15. additum vero eſt in dicto *can.* 11. niſi neceſſitas C cogat, vt v. g. ſi Eccleſia corruiſſet & aſſat dicata, vel in itinere ſub dio, vel in tabernaculis cum tabula conſecrata licet calebrare, *can.* 30. in Oratoriis vero quę intra domos ſunt non licet miniſtrare, vel baptiſare ſine Epiſcopi conſenſu *can.* 34. aut incurritur periculum depoſitionis dicto *can* 34.

Miſſa item in tota Prouincia eo ordine dici debet quo in Eccleſia Metropolitana dicitur & celebratur *can.* 31. *diſtinct.* 2. & inter ſolemnia Miſſarum Laici non debent eſſe in loco in quo Clerici celebrant Miſſam, vt Clerici poſſint libere & honorifica ſacra celebrare *can.* 30. *diſt.* 2. quod etiam conſtitutum eſt in concilio Turonenſi 2. *can.* 4. vt laici ſecus altare quo ſancta D myſteria celebrantur, inter Clericos, tam ad Vigilias quam ad Miſſas ſtare penitus non præſumant; ſed pars illa quæ à cancellis verſus altare diuiditur, choris tantum pſallentium pateat Clericorum; ad orandum vero & communicandum; laicis, & fœminis pateant Sancta Sanctorum: quod patet etiam ex Theodoreto *l.* 5. *hiſt. Eccl.* vbi D Ambr. Theodoſio Imperatori dixit Secretarium ſolis Sacerdotibus peruium eſſe; licet verum ſit ipſum Theodoſium antè ſediſſe in Sacrario, vt habetur ibidem; quod etiam D. Baſilius Valenti Imperatori licet hæretico conceſſit, ex eodem Theodorito *lib.* 4. *cap.* 19. ſed Imperatori E priùs id conceſſum vt diuina dona offerret, vt patet ex *Theodorito lib.* 5. citato, & Synodo Trullana *canone* 69. vbi notat Balſamo malo more id ſibi populum vſurpaſſe, maximè in Eccleſia Latina.

Deinde Sacramenta hæc Altaris non niſi à Ieiunis hominibus celebrari debent, excepto vno die Anniuerſario quo Cœna Domini celebratur *can.* 49. vnde ſi poſt meridiem aliquorum defunctorum, ſiue Epiſcoporum, ſiue cæterorum, commendatio facienda eſt, ſolis orationibus fiet ſi illi qui eas commendationes faciunt iam pranſi inueniantur *can.* 49.

uentum Oſatorium in agro habete, & ibi pro- A pter fatigationem familiæ Miſſas audire in Feſtiuitaıbus præter quam in Paſebâte & Natali Domini, Epipbania, Aſcenſione Domini, Pentecoſte, & Natali Ioannis Baptiſtæ, & ſi qui ſint alij maximi dies qui in Feſtiuitatibus habeantur, in quibus nonniſi in Ciuitatibus aut in Parochiis debent audire ſacra myſteria *can.*35. atque ſi qui Clerici in prædictis Feſtiuitatibus Miſſas in illis oſatoriis celebrare voluerint niſi iubente vel permittente Epiſcopo, communione priuabunsur dicto *can.* 35.

Porro fideles qui ſacris interſunt ſolemnitatibus, debent audire ſcripturas Apoſtolorum & Euangelium, nec non & in oratione perſeuerare vſque dum Miſſa peragatur, & ſanctam commu- B nionem percipere, qui enim non perſenerant vſque dum Miſſa peragatur, inquietudines Eccleſiæ commouentes, debene communione priuari *ca.*62. & 64. his verbis Miſſas die Dominico totas audire ordine ſpeciali præcipimus, ita vt ante benedictionem Sacerdotis egredi populus non præſumat; quod ſi feceriut, ab Epiſcopo publicè confundautur, *& can.* 65. cùm ad celebrandas Miſſas in Dei nomine conuenitur, populus non ante diſcedat quam Miſſæ ſolemnitas compleatus, & vbi Epiſcopus non fuerit, benedictionem accipiat Sacerdotis; *& can.*63. Sacerdote Verbum in Eccleſia faciente, qui egreſſus fnerit de Audi- C rorio eacommnnicetnr: & confirmatur loco citato Cæſarij Arelatenſis *hom.* 12. *& Chryſoſtom. ſermone* de Synaxi, vbi accnſat eos, qui ante miſſionem in medio Miſſæ diſcedebant: ibi tu, inquit, interea dum tremenda Chriſti myſteria etiamnũ celebrantur, relinquis in medio omnia, & abſcedis, & *homil.* 85. in Matthæum, hymno dicto exieruut in montem: audiatis, ait, quicumque vltimam orationem non eapectatis quæ illius eſt Symbolum, gratias enim egit antequam diſcipulis daret, vt etiam ab actione grauarum incipiamus, poſtea quam dedit & bymnum cecinit, vt & nos ſimiliter faciamus. Item dum ſancta Euangelia recitantut in Eccleſia, opoπet vt om- D nes tam Laici quàm Sacerdotes qui ſunt præſentes ſtent & non ſedeant, ſed venerabiliter eus, ui in conſpectu Euaogelij ſtantes, Dominica verba intente audiant & fideliter adorent *can.* 68. quod ideo fit etiam ab Epiſcopo celebrante, qoi aſſurgit, vt ſigoificetur ipſum Dominum adeſſe teſte Iſidoro Peluſiota *lib.* 1. *epiſt.* 136. item vt omnis fidelis Chriſtiauus procuret ad Miſſarum ſolemnia aliquid offerre Deo, & ducere ad memoriam quod Deus per Moiſem diait, non apparebis iu conſpectu meo vacuus: in Collectis enim Sanctorum Patrum liquido apparet qnod omnes Chriſtiaoi offerre aliqnid Deo ea vſu ſan- E ctorum Patrum debent, ad ipſum enim confugiendum eſt magis quam ad homines *can.* 69.

Denique nullus prohibendus eſt ingredi Eccleſiam & audire Verbum Dei, ſiue Gentilis ſiue Hæreticus ſiue Iudæus, vſque ſcilicet ad Miſſam Catechumenorum *can.* 67. *& concilio Carthaginenſi* 4. *can.* 84. Item Laici accepto Corpore Chriſti dicebant amen, ea D. Auguſtino *lib.* 12. contra Fauſtum *cap.* 0.

Porro Miſſæ celebrationem & ritum nobis in ſcriptis reliquerunt Iacobus frater Domini ſecundum eatnem, is ſcilicet cui primum credita eſt Hieroſolymitana Eccleſia *can.* 47. hac *diſt.* 1. qui eſt ea Synodo Trullana 6. *can.* 32. & Proclus confirmat, qui in præfatione ad Liturgiam D. Iacobi eam illi tribuit; item Nicolaus Methones Epiſcopus. In ſcriptis etiam Liturgiã nobis reliquit Baſilius Cæſarienſis Epiſcopus dicto *can.* 47. eatat & Liturgia D. Chryſoſtomi græce & latine edita inter eius opera, & alia S. Petri græce edita à Ioanne à S. Andrea Canonico Eccleſiæ Pariſienſis, & Gregorij Papæ à Georgio Codino in Græcum conuerſa, quæ etiam dicitur Officium diuinum.

Quod attinet ad Ritum Miſſæ, bunc ſimilem fuiſſe apud veteres huic noſtro ſatis probant iam dictæ Liturgiæ, ſed & Cyrillus de hoc myſterio multa refert, quæ hodie ſeruantur in noſtræ Miſſæ ſacrificio, catecheſi 5. poſtea clamat Sacerdos, ſnſum corda, verè enim illâ horâ maximè tremandâ corda ſurſum erigere debemus ad Deum, neque pati vt ad terram & terreſtria ſe conuertant: deinde reſpondetis habemns ad Dominum; deinde dicit ſacerdos, gratias agamus Domino, reſpondetis dignum & iuſtum eſt; mox commemoramus Cherubim & rogamus miſericordem & hominum amantem Deum vt mittat Spiritum Sanctum in doua propoſita, vt faciat panem corpus Chriſti, vinum ſanguinem Chriſti, omnino enim quidquid attigerit Spiritus Sanctus hoc conſecratum eſt & mutatum: deinde vero poſtquam confectum eſt illud ſpiritnale ſacrificium & incruentum, cultum ſuper ipſa propitiationis hoſtia, Deum obſecramus pro communi Eccleſiarum pace, rogamus te nos omnes & hoc tibi ſacrificium offerimus vt meminerimus etiam eorum qui ante oos obdormierunt, maximum credentes eſſe iuuamen animarum pro quibus offertur precatio ſancti illius & tremendi quod in altari poſitum eſt ſacrificij, nos pro dormientibus ipſis preces offerentes, etſi peccatores ſint Chriſtum immolatum, pro noſtris peccatis offerimns, vt & nobis & illis eum qui benigniſſimus eſt reddamus propitium: poſtea dicitur oratio quam ſeruator tradidit, Pater noſter qui es in cælis, & Sacerdos poſtea dicit Sancta Sanctis, ſancta ſcilicet ea quæ propoſita ſunt quæ aduentum exceperunt Spiritus Sancti, ne faucibus & palato permitte iudicium ſed fidei certæ & indubiæ, qui eum guſtant non panem & vinum guſtare iubentur, ſed corpus & ſanguinem Chriſti ſub ſignis & Symbolis vere eaiſtentia: hæc ſunt verba Cyrilli quibus nihil poteſt eſſe apertius ad Miſſam noſtram confirmandam; idemque fere diait Anaſtaſius de Synaai: quia enim, inquit, mediator Dei & hominum eſt Sacerdus, & pro remiſſione peccatorum multitudinis Deum propitiat.

Vide quomodo omnino ante occupat & teſtificatur velnti, populo talia quædam dicens, quoniam ô viri conciliatorem me & mediatorem ad Deum pro vobis in hac myſtica menſa conſtituiſtis, vos exhortor ſtudium & diligentiam mecum & vos afferte, abſcedite ab omnibus cogitationibus vitæ mortalis, audite quid dicat vobis Diaconus, ſtemus pulchrè, ſtemus cum tremore, attendamus oblationi ſanctæ, ſubmittamus ceruices, claudamus cogitationem, claudamus linguam, alas demus menti noſtræ & cordi vt ad Deum mentis noſtræ oculum attollamus, tranſcendamus cœlum, tranſ-

cendamus Angelos & Cherubim & ad ipſum A thronom Domini accurramus, eoofiteamur ad ſanctum & ſuper cœleſte & iotellectile ipſius altare, hæc teſtatur nobis Sacerdos dicens, ſurſum corda. Deinde quid nos ad iſta reſpondemus? habemus ad Domioum, quid ait? quid facis? mens tua ad corruptibilia & temporaria temere attollitur, & tu dicis, habeo ad Dominum? attende hortor te, qoid agis homo: ſacerdos incroentum Sacrificium pro te offert Domino, & tu negligis: ſacerdos pro te laborat, & vt in iodicio aſtans aduocat, & accelerat ab alto gratiam Spiritus Sancti & tu de toa ſalute ſollicitus non es, non vides qoia propter hoc ous eom- B plectimur inuicem illa hora tremenda, vt omne vinculũ iniqoitatis & doritiæ cùm abiecerimus, puro corde ad Dominum accedamus: qoid facis bomo, Angelis mioiſtrantibus, Seraphim ſex alis myſticam menſam tegentibos, Cherubim aſtantibus, & clara voce ter ſaoctam acclamantibus, Pootifiec latente & pro te Deum propitiante, omoibua cum meto & tremore miniſtrantibus Agnu Dei immolato, Saocto Spiritu ex alto adoentãte, non exhorteſcis, ſed oegligis: dimitte mihi Domine ſicot ego dimiſi conſeruis meis, hoc dicimus Chriſto qualibet bota precãtes, & tempore metuendæ & tremendæ Miſſę aſſiſtentes, coius rei goarus Sacerdos poſt ſanctificatum ſacrificiom incruentum, attollit panem C vitæ, & illom omnibus oſtendit: poſtea exclamat Diaconos, & ait atteodamus, quod eſt atteodite vobia ipſis, ecce paulo ante comprobaſtis dicentes habemua ad Deum corda, vnde adiicit ſacerdos, & dicit Sancta ſanctis, quid, ait? videte chariſſimi, quomodo ad communionem myſteriorum accedítis, quoniam & ſi Angelos eſſet, is qui offert incroentum ſacrificium & te iodigne accedas, Angelus expiare atqoe purgare peccata tua oon poſſit, &c. Poſſem & ſimilem doctrinam adducere ex Chryſoſtomo *homil. 26. ad Corinth.* & ex aliia locis, ſed malo ſigillatim aliquos ritos obſeruare: & primò olim ſicut & nunc dicebator in Miſſa, Gloria in excelſis Deo, D qui dicitur hymnua cœleſtium à D. Chryſoſtomo *homil. ad Coloſſenſ.* vt infra dicemos, quia decantatos eſt ab Angelis, vt dicitur *can.* 55. ſicut & bymnoa alleluia *Apoc. cap* 19. alleluia aotem ſignificat laodare, benedicite Deum, vt notat Aretas Cæſareæ Epiſcopus ex Andrea in Apocalypſim ἀλληλούϊα σημαίνει τὸ ὑμνεῖτε, αἰνεῖτε τὸν θεὸν & Iſidorua *lib. 6. Orig. cap.* 19. alleluia, ait, duorum verborum interpretatio eſt, hoc eſt laus eſt Dei, & eſt hebræũ: Ia enim vnum eſt de dacem nominibus qoibus apud Hebræos Deus vocatur: Eothymios præfatione *in pſalm.* quod ait pſalmi antiqui habeot alleluia, ratio eſt, quia gratiarum actiones & laudes in Deum continent: & Gregorius Nyſſenus *in pſal. cap.* 7. vbi dicit, qood allaluia Laus Dei per interpretatioaem redditur qood ia ſit vnum ex nomioibus Dei, & allelu ſit laos.

Et more Romano præſcribitur dieendus ille hymnus ab Epiſcopis in Cœna Domini inter miſſarum ſolẽnia, eſtque etiam licitum illis eodem die vti pallio Apoſtolico, ſi ſit eis ab Apoſtolica Sede permiſſum *can.* 56. omittitur veru hymnus ille Gloria in Excelſis & Alleluya in Septuageſima, quia dicti duo hymni io nouo Teſtamento ſoli inuaoiuntur decaotati ab Angalis & peccato A veteris hominis à conueotu Angelicæ iobilationis expulſi, in huius miſeræ vitæ Babylooem ſuper flumina eius ſedemus, & flemus dum recordamur illius Sion: in qua Deum decet hymnus ideò nouem hebdomadibus alleloia iotermittimus: nec incongruè per nooem hebdomadaa nouem ordines Angelorum accipimos, quorum decimus urdo per ſuperbiam corrueos, Angelicom numerum minuit & turbauit, qui condolentes ſuæ diminutionis, & parem ruinam timentes à perfecta laude Creatoris fuere præpediri; quorom reparationi & cooſolationi conſulens Deos primum huminem de limo terræ formaoit, qui B ſui generis multiplicatione damna cæleſtis patriæ reſarciret, atque Angelorum gaudia suppleret, qua ſpe Angelicos chorus non modicum lætatur: nec mirum ſi ex lapſu huius homioıs fuit perturbatus, vnde noucm ordinum concentus in laudem Dei Creatoris permanſit imperfectus, donec in Chriſto reſurgente reſurgeret lapſus ille Protoplaſtus, ibi augmento ſoi collegij & ſpe meliori Angelicus exercitus gaoiſua in nouum alleluia conſurrexit. totus, & in eo perſtat deuotus; quem & oos modulo ooſtro imitantes à Septuageſima, quando lapſus Protoplaſti in Eccleſia recitatur, alleluia oouem hebdomadibus intermittimus, ſcilicet vſque in Paſcha, vbi Chriſtus reſurgens à mortuis triſtitiam C ooſtram in gaudium vertit & alleluia nobis reddit *can.* 55.

Quod vero hymnus Gloria in Excelſis Deo diceretur in Miſſa patet etiam ex D. Chryſoſtomo *homil. 3. ad Colloſſenſ.* propterea, ait, gratias agentes dicimus Gloria in Altiſſimis Deo, & in Terra pax hominibus bouæ voluotatis, & *homil. 9. ad Colloſſenſ.* quia ſit bymnus cæleſtium norunt fideles, quid in cœleſtibua dicunt Cherubin, quid dixerunt Angeli, Gloria in Exelſia Deo, &c. & homilia in laudem eorum qoi comparuerunt in Eccleſia; in ſupernis exercitua Aogelorum canont gloria, in terris homines in Eccleſijs Choros agentes ad aotum exemplom D eandem cauuot gloriam, &c. Alij etiam hymni ſuot cantati in Eccleſia, à diuo Hilario, & Ambroſio & alijs editi, de quibos, *can.* 54. Offerebatur Euchariſtia in forma orbiculari, vt colligitur ex Epiphanio in Aochorato, ſurrexit in cœna & accepit illa, & poſtquam gratias egiſſet, dixit boc meum eſt illud, & videmua quod oon eſt æquale, oeque ſimile formæ eius corporeæ vel inuiſibili diuinitati; illud enim eſt rotundæ ac orbicolaris formæ, ſenſus expers, vt ad potẽtiã, & voluit per gratiam dicere hoc meum eſt illud, & nemo fidem negat ſermoni eius. Moa etiam fuit vt Sacerdos ante oratiooẽ Præfatione præmiſſa præpararet fratrum meutes, dicendu ſurſuoı corda, vt dum reſponder plebs habemua ad Dominum, admonearur oihil ſe aliud quam E Dominum cogitare, & claodat pectus cootra Aduerſariom, ſolique Deo aperiat ne ad ſe hoſtem Dei tempore orationis adire patiatur, vt habetor *can.* 7. & patet *ex loco citato Cyrilli catecheſi* 5. & Anaſtaſij de Synaxi: adde *Chryſoſt. homil.* de Euchariſtia: quid facis, ait, ô homo, non promiſiſti Sacerdoti qui dixit ſurſum mentem & corda, & dixiſti habemus ad Domiuum? papæ myſteriia inſtructa eſt menſa, Agnus Dei pro te immolatur; & *ho.* 26. in Gen. vbi fit mẽtio Præfatioois Gratias agamus Domino Deo no-

ſtu, non vt noſtra, ſit, gratiarum actione opus habens ſibi gratias agi vult, ſed vt quidquid id lucri eſt, iterum ad nos redeat, & dignos nos faciamus maioribus ſubſidiis, & homilia de Eccleſia; ideo, ait, tempore ſacræ myſtagogiæ ſtare pulchrè iubemur, vt cogitationes humi ſerpentes erigamus; & *hom.* 4. de Dei natura: animum iubemur erigere; & in Diatypoſi concilij Nicæni apud Gelaſium Cyzicenum *lib.* 2. *cap.* 3. dicitur attollendam eſſe mentem vt fide intelligamus ſitum eſſe in ſacra illa menſa Agnum Dei.

Mos etiam erat dicere ter Sanctus, Sanctus, Sanctus, Chryſoſtomus homilia in laudem eorum qui in Eccleſia comparuerunt, in ſupernis Angelorum exercitus canunt gloriam, in terris homines in Eccleſiis choros agentes ad eorum exemplum eandem canunt gloriam: in ſupernis Seraphin ter ſanctum illum reſonant, in terris eundem hominum prodit multitudo: & *hom.* 14. ad Epheſios quomodo potes cum illis dicere Sanctus, Sanctus, Sanctus, qui ore tuo ad vituperium abuteris.

Dicebatur gratias agamus Domino Deo noſtro. Chryſoſt. *hom.* 83. *in Matth.* gratias egit vt nos inſtrueret quomodo myſterium hoc facere debeamus, *homil.* 26. *in Matth.* altari aſſiſtens Sacerdos pro vniuerſo orbe terrarum, pro abſentibus atque præſentibus, pro his qui ante nos fuerunt & poſtea futuri ſunt, ſacrificio illo propoſito Deo nos gratias iubet offerre, adde *hom.* 24. 1. *ad Corinth.* gratias agimus quod humanum genus errore liberauit, & addimus cum calice innumerabilia beneficia, ideo calix Benedictionis & Euchariſtiæ vocatur.

Vtebantur & hac precatione, Dominus vobiſcum, teſte eodem Chryſoſtomo *hom.* 36. 1. *ad Corinth.* vbi nos, ait cœpimus loqui Dominus vobiſcum, cum Spiritu tuo plebs reſpondet, ita quondam ſcilicet loquutos ſignificare volens, nempe non ſapientia propria ſed Spiritu Dei inſtructos; & *homil.* 18. 2. *ad Corinth.* in horrendiſſimis myſterijs bene precatur Sacerdos, & bene precatur populus Sacerdoti; nam cum Spiritu tuo, &c.

Item poſt confecta myſteria Sacerdotes impertiebantur populo pacem, & ſibi inter ſe *can.* 9. *diſt.* 2. ſequenti. D. Chryſoſtomus *homil.* 3. *ad Coloſſenſ.* præſul, ait, Eccleſiam ingreditur, dicit pax omnibus, quando concionatur pax omnibus, quādo ſacrificiū abſoluitur pax omnibꝰ & interea rurſus gratia vobis & pax, dicis & cum Spiritu tuo, & extra Eccleſiam illum traducis, & vbique pacem petimus, nihil illi adæquari poteſt in Eccleſijs, pacem in precationibus, in ſupplicationibus, in præfationibus, & ſemel atque iterum ac tertio ac ſæpe eandem qui præeſt Eccleſiæ impertit, dicens pax vobis: & hoc eſt quod voluit dicere Iſidorus Peluſiota *epiſt.* 122. *lib.* 1. pacem Sacerdos ex Cathedræ faſtigio Eccleſiæ pronuntiat, Dominum ſcilicet imitans cathedram aſſumentem, cùm pacem ſuam diſcipulis relinqueret ac daret: illud autem quod à plebe reſpondetur & cum Spiritu tuo, hanc habet ſententiā, pacem quidem nobis Domine præbuiſti, id eſt mutuam inter nos concordiam; pacem autem nobis da, hoc eſt eiuſmodi tecum coniunctionem quæ nullo modo diuelli poſſit, vt cum Spiritu tuo pacati quem nobis in creationis initio indidiſti, à tua charitate diſtrahi

A nequeamus. Item in hoc miniſterio ac myſterio Miſſæ dicebatur Oratio Dominicalis, vt cum ex *dicta Cathecheſi* 5. *Cyrilli*, & illo loco Anaſtaſij de Synaxi patet, & Chryſoſtomo *homil.* 14. *ad Epheſ.* cogita quæ verba ſit os tuum locutū, qua dignatum menſa, quæ contingat, quæ deguſtet, quo cibo fruatur: nihil putas te mali facere quod fratri maledicis, quomodo ergo illum fratrem vocas? ſi vero non eſt frater tuus, quomodo dicis Pater noſter? perpende cum quibus, tempore myſteriorum aſtes, &c. & epiſtola ad Eutropium, ſi propter iniuriæ acerbitatem non exequitur Imperator, quid ſanctos facere decet, quid filijs Eccleſiæ agere conuenit, quibus paulo
B poſt accedendum eſt ad Sancta, quibus contingenda ſunt myſteria, quibus Oratio Dominica offerenda, in qua dicendum eſt dimitte nobis debita noſtra: Et dicebatur hæc Oratio Dominica poſt conſecrationem, teſte D. Auguſtino *ſermone* 28. *de Verbis Domini*, panem, ait, noſtrum quotidianum da nobis hodie, dixi vobis, quod ante verba Chriſti, quod offertur, panis dicatur, vbi Chriſti verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur, ſed corpus appellatur: quare igitur in Oratione Dominica, & quæ poſtea ſequuntur, ait panem noſtrum, panem quidem dixit, ſed *ἐπιούσιον* hoc eſt ſuperſubſtātialem, non iſte panis qui vadit in corpus, ſed ille panis æter-
C næ vitæ qui animæ noſtræ ſubſtantiam fulcit.

Item frangebatur Corpus Chriſti in Miſſa, German. Patriarcha in Liturgia: poſt eleuationē partitio diuini Corporis fit, ſed etſi diuidatur indiuiſus manet & non ſectus Chriſtus, in vna quaque parte quæ ſecatur totus cognitus & repertus, & D. Chryſoſtomus *ad* 1. *Corinth.* quare ſubiunxit quem frangimus, hoc enim in Euchariſtia videre eſt factum, in Cruce non item, imo contrarium, ſcriptum enim eſt, os eius non conteretur: ſed quod non paſſus eſt in cruce, patitur in ſacrificio propter te, & ſuſtinet ſe frangi vt omnes impleat: idem habet D. Auguſtinus apud Bedam
D *in* 1. *Corinth.* quod in cruce paſſus non eſt; id in oblatione patitur, & propter te frangi patitur vt omnes ſatiet. Item Oecumenius *ad* 1. *Corinth.* *cap.* 10. & habetur etiam *can* 25. *diſt.* 2. infrà: in Miſſa, ait, triforme eſt Corpus Domini, pars ablata in calicem coniecta quæ ſignificat Corpus Chriſti quod iam reſurrexit, pars comeſta quę eum ſignificat ambulantē adhuc ſuper terram; & pars in Altari remanens vſque ad Miſſæ finem, quæ ſignificat Corpus Chriſti iacens in ſepulchro, & quia etiam vſque ad finem ſæculi, corpora Sanctorum in ſepulchris erunt.

Item Eleuabatur ante ipſam fractionem Corpus Chriſti, de qua re d. Germanus, elatio au-
E tem, ait, in altum venerandi Corporis repræſentat crucis elationē, & mortem in ea, & ipſam reſurrectionem. Et Max. *ferm. de Corp. Chriſti ἡ δὲ ὕψωσις τοῦ τιμίου σώματος εἰκονίζει τὴν ἐν τῷ σταυρῷ ὕψωσιν* &c. id eſt elatio pretioſi Corporis figurat exaltationem in Cruce: poſt eleuationem ſtatim diuiſio fit diuini Corporis: & *ad cap.* 3. Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, ad hæc verba, & ſub aſpectum adducit; hoc ſignificat, ait, quaſi tunc Sancta dona detegerentur poſt preces, quæ manent tecta vſque ad Communionem, aut fortè dicit eleuationem huius Eulogiæ diuini Panis quem eleuat Sacerdos, dicens Sancta Sanctis: confirmat Chryſoſtomus ad hæc verba, voluntarie peccan-

dice Theodoſiano: illnd ctiam conſtitotione ſolidamus vt, exceptis Conſulibus ordiuariis, oulli protſusalteri ſpottulsm diptychæ ex ebore dandi facultas ſit cum publica celebrautur officia, ſit ſportulis uommus argentcus. alia mateтia diptychis; nam diptycha in editionibus monerum dabantut etiam à Magiſtratibus loco pugillarium, vt colligitur ex Symmacho *lib.* 2. *epiſt.* 81. nam poſt quam diptychum dixit, illud poſtea explicat per pugillares eburneos, & in auctario epiſtolarum *epiſt.* 7. qoam fratribus ſcribit, offero vobis, air, eburneum diptychum, & Caniſtellum argenteum librarum duarum filij mei nomine, qui Quæſtoriũ muous cxhibuit: in illis vero tabulis ſeu diptychis quæ dabantut à Magiſtratibus erant inſcriptiones illius conſulis vel alterius Magiſtratus, vt colligitur ex Claudiano *lib.* 3. de laud. Stilicoüis, vbi de tabulis ab eo ſparſis.

Tum virides pardos, & catera colligit auſtri
Predigia, immanes que ſimul Latonia dentes
Qui ſectis ferro in tabulas, auroque micantes,
Inſcripti rutilum cælatoConſule nomen,
Per preceres & vulgus eant.

Inde igitut vſus tranſlatus tabularom iſtarum ad Eccleſiam in quibus nomina teponerentur eorum quorum mentio fiebat in ſacris Eccleſiaſticis, quæ dicuntor à Dionyſio Areopagita Eccleſiaſticæ Hierarchiæ *cap.* 3. vbi agitur de myſterio Communionis ἱεραὶ πτύχαι; & dicitur, cùm omnes mutuò ſe ſalotaoerunt, tùm recitario fit ſacratum ptycharum: ea vero ἱερὰ πτύχα vocat Pachymetes δίπτυχα; & communiter diptycha vocamos, atque vocata fuerunt poſtea potius quam πτυχά, quod progreſſu temporis creſcente numero eorom qui referebantur in has tabulas ſacras, duplicarentur & multiplicarentur iſtæ tabulæ, ſeu fierent multarum plicarum, maxime vero duarum, nam diptycha dicta à duabus plicis quod bis eſſent plicata, vt triptycha quod ter, & polyptycha quod pluries: vnde literæ amatoriæ quod eſſent complicatæ dicebantur diptychæ vel poliptychæ, vt teſtatur Papias vocabuliſta: diptycæ, ait, tabellæ quibus corruptores amorem ſuum inſcribunt puellis; & gloſſariom Camberonenſe MS. diptychæ dicuntur tabellæ quibus corruptores puellis ſuis inſcribunt amorem, & ideo denſæ vocabantur à Iuuenale ſatyra 9.

Et blandæ, aſsiduæ, denſæque tabellæ
Sollicitent.

id eſt vt explicat vetus Scholiaſtes, blandis te epiſtolis & diptychis ſollicitet: nos vocamus gallicè *des poulets* quaſi poleutica vel polerica quæ latinè dicebantur à Græco poliptycha: & ſane polyptycha dicuntur chartolæ publicæ vel ſyngraphæ apud Vegetium *lib.* 2. *cap* 19. maiore propè diligentia quam res annonaria vel ciuilis poliptychis annotatur; & in veteri collectione chronicorum ex Thoromacho Adrianus vtraque lingua eruditus, benigniter tributa vrbium plurimarum relaxauit, polep. ychis incenſis plurimos à tributis liberos fecit, vbi poleptycha pro poliptycha Legendum eſt.

Scriptores autem Eccleſiaſtici frequentius nomine diptycharum vtuntur, quã ptychorum, vel triptychorum, aut polypticorum. Iam vero oſtenditur in his diptychis inſcripta fuiſſe nomina viuorum & defunctorum, quorum commemo-

A ratio fieri debebat in liturgia, quæque in myſteriorum celebratione legebantur, vt conſtat ex epiſtola Ægyptiorum Epiſcoporum ad Anatolium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, vbi accuſant Timotheum Sedis Alexandrinæ inuaſorem quod plora nomina de diptychis ſuſtuliſſet, & ſuũ in eis repoſuiſſet; extat parte 3. cõcilij Chalcedonẽſis ex Romana editione, verba ſunt, etiam in venerabili diptycho in quo præmemoriæ tranſitum ad cœlos habentium Epiſcoporum vocabula continentur, quæ tempore ſanctorum myſteriorum ſecundum ſanctas regulas releguntur, poſuit ſuum nomen & Dioſcori, qui, ſub damnatione anathematis à Deo & vniuer-
B ſali cõcilio deiectus eſt, & deleuit exinde ſanctæ memoriæ & ſecundum Deum viuentis Protherij nomen regulariter Archiepiſcopi cõſtitut. Maximè vero inſerebantur nomina eorum qui propter fidem & Eccleſiam iniuria affecti erant, vt maxime de eorum virtute conſtaret, vt cum nomeo Ioannis Chryſoſtomi inſertum eſt quod iniuſte damnatus fuiſſet, vt teſtatur Iuſtinianus ad 5. Synodum Generalem: ſicut, ait, & eos qui iniuſte condemnati ſunt reuocauerunt poſt mortem, & in ſacris diptychis ſcripſerunt, quod factum eſt & in Ioanne Chryſoſtomo & in Flauiano religioſæ memoriæ Epiſcopis Conſtantinopolitanis, & refertur 24. *quæſt.* 2. *can.* 6.
C nomina vero virorum de quibus fiebat commemoratio in diptychis erant maximè Papæ & Patriarcharum, vt conſtat ex Gregorio loco ſupra citato, & ex Fortunato *lib.* 10. *carmine* 10.

Nomina veſtra legat Patriarchis atque Prophetis
Cui hodie in templo diptychus edit ebur.

Item nomina Epiſcoporum particularium poſtquam Synodicas Literas miſiſſent, vt colligitur ex concilio Chalcedonenſi *act.* 11. ſuſcepit enim eum & communicauit beatæ memoriæ Proclus, & fecit Synodicas literas, & in diptychis eum poſuit; & Ioannes Diaconus in vita S. Magni Gregorij *lib.* 4. *cap.* 23. orientales, ait, præcipuè retinent hactenus Sedes, vt in ſuis diptychis
D nullius Pontificis nomen deſcribant quouſque Synodicam illius ſuſcipiant, & tandiu defunctum Pontificem inter viuentes numerent quandiu Succeſſor illius ſuas litteras ſtatuerit deſtinare.

Sed quæres an Miſſæ nominatim pro mortuis eorumque ſalute fierent & fieri poſſent. Ad quod reſpondetur iam oſtenſum eſſe in Miſſa orationes in commemorationibus factas fuiſſe pro viuis ſimul & mortuis, quod ab Apoſtolis fuiſſe ſancitum dicit D. Chryſoſtomus *homil.* 3. *ad Philipp.* non fruſtra, ait, ab Apoſtolis ſancitum eſt vt in celebratione venerandorum myſteriorum memoria fiat eorum qui hinc
E diſceſſerunt, idemque repetit *homil.* 69. ad populum Antiochenum; & ideo Miſſæ ſacrificium pro mortuis nominatim offerri potuiſſe, quod adhuc vlteriùs probatur ex D. Cypr. *lib.* 1. *epiſt.* 9. non offerretur, ait, pro eo nec ſacrificium pro eius dormitione celebraretur; neque enim ad altare Dei nominari meretur in Sacerdotum prece, qui ab altari Sacerdotes voluit auocare: & D. Chryſoſtomus *homil.* 41. *in* 1. *ad Corinth.* mortuos iuuare debemus quantum in nobis eſt, non eos lugere, ſed orationibus, ſupplicationibus, eleemoſynis opitulari & ſacrificiis; non enim ſimplici-

tet hæc reperta ſunt, nec temere ac fruſtra in ſacris myſterijs commemoramus eos qui exceſſerunt, & pro illis precamur Agnum in Altari poſitum qui tollit peccata Mundi, neque fruſtra Sacerdos aſſiſtens Altari, inter celebrandum tremenda myſteria, exclamat pro omnibus in Chriſto dormientibus; & *lib.* 3. de Sacerdotio: Sacerdos pro vniuerſo terrarum orbe legatus intercedit, deprecatorque eſt apud Deum, vt hominum omnium non viuentium modo, ſed etiam mortuorum peccatis propitius fiat; & *homil.* 21. in Acta: non in caſſum ſacrificia & preces & eleemoſynæ pro defunctis offeruntur, nec fruſtra exclamat diaconus pro omnibus in Chriſto dormientibus; non hæc verba dicuntur à diacono ſed à Spiritu ſancto: Epiphanius in panario hæreſi Aerij, Aërius preces pro defunctis inanes & reijculas eſſe aiebat, cui reſpondet Epiphanius, nobis ſpes bona oſtentatur pro mortuis fratribus, quaſi qui peregrè profecti ſunt, precantibus: ſi quid ab illis peccatum eſt, precibus noſtris iuuantur; & in Anchorato, in ſancta hebdomada nominatim defunctorum memorias faciunt offerentes preces cultus & latrias, id eſt Miſſæ ſacrificium. D. Athanaſius *homil. de dormientibus*, ne recuſes ceram & oleum ad ſepulchrum admouere; iſta enim accepta Deo, quia oleum & cera ſunt holocauſtum, ſacrificium incruentum eſt propitiatio, beneuolentia in pauperes cumulus omnis remunerationis bonæ. D. Ambroſ. *lib.* 2. *epiſt.* 8. ad Fauſtinum etiam oſtendit non lachrymas pro ſorore eius mortua fundendas, ſed preces, & eius animam per oblationes Deo commendandam: diuus etiam Auguſtinus *lib.* 9. *cap.* 13. confeſſionum, ait matrem ſuam Monicam expetiiſſe vt Sacerdos ſui memoriam faceret ad altare Dei, vnde ſanctam hoſtiam diſpenſari liceet. Ea vero ſacrificia faciebant omni tempore, ſed & certis & ſtatis temporibus, vt in ſancta hebdomade, ex loco ante citato D. Epiphanij; tempore etiam mortis alicuius ex Chryſoſtomo *homil. de Lazaro*, ſi peccator, ait, fuit is qui exceſſit, eleemoſynas & ſacrificia quæ eum ſolari & iuuare poſſint offerre debemus: & diuus Cyprianus loco ſupra citato; item annuis diebus dormitionis, vt patet ex *Tertull. lib. de Monogamia*: offerat, ait, annuis diebus dormitionis eius, & *lib. de corona*, oblationes pro defunctis: pro natalitijs annua die facimus; D. Nazianzenus in Cæſario, pars eorum quæ tibi debentur iam ſoluta eſt, cætera perſoluemos, anniuerſarios honores & memorias pro te offerentes. D. Damaſcenus, oratione quæ inſcribitur mortuos precibus iuuari, non enim, ait, nobis anſam dediſſet cõmemorandi in Sacrificio incruento defunctos, & faciẽdi rurſum tertio die ſolẽnia nouendialia, die quadrageſimo poſt obitum legitima, & anniuerſarias memorias & celebritates quę omnia ſine contradictione Eccleſia Catholica tenet immota, immutabilia, niſi id rectum eſſet in oculis Dei; ex quibus patet tum generaliter fieri ſolitam nominatim mentionem, mortuorumque commemorationem in Miſſa, tum etiam ipſam Miſſam dici ſolitam pro intentione particulari alicuius mortui; nam à commemoratione mortuorum quæ fiebat olim tantum in Miſſa, deſcendit ille mos vt Miſſæ ſolidæ dicerentur pro aliquo mortuo, vt patet ex loco citato Ioannis Damaſceni, oratione quæ inſcribitur mortuos precibus iu-

A nati, & illis locis Chryſoſtomi etiam antea citatis *homil.* 41. *in* 1. *ad Corinth.* & *lib.* 3. *de Sacerdotio*, quod & idem Chryſoſtomus etiam innuit *homil.* 21. *in Acta Apoſt.* & *homil* 3. *ad Philipp.*

Quæres 5. an in Miſſa ſit & fiat verum Sacrificium corporis Chriſti. Et Reſpondetur eſſe, itáque Eccleſia & ſancti Patres Cyrillus, Alexandrinus *lib. de obedientia*, inde, ait, quomodo vt homo Sacerdotem agit, & ſacrificat, & mediator poſitus eſt hominis ac Dei, omnis enim Sacerdos eſt mediator, ſacrificium autem non vnus aliquis homo ſimplex offert ſeruiliter, nihil ipſe accipiens de ſacrificio, ſed ſibi ipſi ſacrificium procurat, & per

B ſe & in ſe Deo Patri: vbi vocat hoc ſacrificium θυσίαν Clemens etiam Romanus *lib.* 6. *conſtitutionum cap.* 2. pro ſacrificio cruento inſtituit ſacrificium rationale, incruentum, myſticum, quod in mortem Domini per ſymbola perficitur corporis & ſanguinis eius; & Euſebius *lib.* 1. *demonſtrat. Euangel. cap.* 10. diuinum ſacrificamus & venerandum & Deo conueniens ſacrificium, & tremendam oblationem: Epiphanius *lib.* 5. *panarij*; ita & Dominus filius Dei ab æterno, factus propter nos homo ex Maria, Sacerdotium patri offert cùm maſſam ex humana natura acceperit, vt pro nobis Sacerdos conſtituatur ſecundum ordinem Melchiſedech, cui non ſucce-

C ditur, manet enim dona pro nobis offerens in perpetuum; primùm quidem cùm ſeipſum protulerit, vt diſſolueret ſacrificium veteris legis, cùm perfectius viuens, ſacrificium pro vniuerſo Mundo ſacrificauerit ipſe victima, ipſe ſacrificium, ipſe Sacerdos, ipſe altare, ipſe Deus homo, Rex, ipſe Pontifex, ipſe Ouis, ipſe Agnus, ipſe omnia pro nobis factus, &c. & ex Latinis D. Auguſtinus *lib. de fide ad Petrum*, nullatenus dubites ipſum vnigenitum Deum, Verbum carnem factum, ſe pro nobis obtuliſſe ſacrificium & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis, & paulo poſt, cui tempore noui Teſtamenti ſacrificium panis & vini ſancta Eccleſia Catholica per vni-

D uerſum orbem terræ non ceſſat offerre; & D. Ambroſius *ſerm. de Verbis Domini in Euangel. Luc.* ergo tu audias quod quotieſcumque offertur ſacrificium, mors Domini, reſurrectio Domini, eleuatio Domini ſignificetur & remiſſio peccatorum; & in ſermone de ſacramento altaris, iteratur, ait, quotidiè hæc oblatio licet Chriſtus ſemel paſſus ſit, quia quotidie peccamus; & ideo quia quotidie labimur, Chriſtus pro nobis myſticè immolatur; & *ſerm.* 1. de Sanctis: vide animas occiſorum ſub ara, inquit, in qua Deo Sacrificium celebratur, in qua offeruntur ho-

E ſtiæ, in qua Dominus eſt Sacerdos, diuus Hieronimus *lib.* 3. *dialog. contra Pelagianos cap.* 5. docuit Apoſtolus vt quotidie in corporis illius ſacrificio audeant, Iſidorus *lib. de officiis cap.* 19. ſacrificium quod à Chriſtianis offertur Deo, primùm Chriſtus Dominus noſter & Magiſter inſtituit, quando commendauit Apoſtulis corpus & ſanguinem ſuum priuſquam traderetur, quod quidem ſacramentum Melchiſedech Rex Salem figuraliter in typum corporis & ſanguinis Chriſti primus obtulit, primuſque miniſterium tanti ſacrificij imaginariè idem expreſſit, præferens ſimilitudinem Domini & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Sacerdotis æterni: ad quem dicitur, tu es Sacerdos in æternum ſecun-

dum ordinem Melchiſedech; hoc ergo ſacrificinm chriſtianis celebrare præceptum eſt relictis ac finitis Iudaicis victimis.

Sacrificium autem iſtud eſt quidem admirabile, ſeu, vt ait Cyprianus de Cœna Domini, ſacrificium ſingulare primo in eo quod eſt ſine ſanguine; nam Gregorius Naxianz. vocat Sieleutico 1. *χριϛοῦ θυσίας ἀναίμακτοι*, & ſynodus Trullana *can.* 32. & ſynodus Nicæna dicit hoc eſſe ſacrificium *ἀθύτως θυόμενον* id eſt inerucoto módo immolatum, & ſynodus Ephesina etiam iucruentum ſacrificium vocauit, anathemate 2. in Eccleſiis celebramus incruentum ſacrificium: & licet ſit ſine ſangnine, tamen in eo dicitnr victima iugulari & immolari *σφαγιάζεσθαι* in liturgia Chryſoſtomi: ſecundo quod idem Christus ſit victima ſeu ſacrificium, & Sacerdos, vt patet ex illo loco Epiphanij antea mox citato: tertio quod iſtud ſacrificium ſit ſemper vnum & idem, quantumuis iteretur, nec hodie vnum, cras aliud, teſte Chryſoſtomo *homil.* 17. *ad Hebraeos*, vna, ait, eſt hæc hoſtia non multæ, quomodo vna, & non multæ? quia ſemel oblata eſt, oblata eſt in ſancta ſanctorum; hoc autem ſacrificium exemplar eſt illius; idipſum ſemper offerimus, nec nunc quidem alium Agnum, craſtina alium, ſed eundem ipſnm, proinde vnum eſt ſacrificium hac ratione: alioqui qnoniam in multis locis offertur, mnlti Chriſti ſint: nequaquam, ſed vnus eſt Chriſtus, & hîc plenus exiſtens, & illic plenus; vnum corpus, Pontifex noſter ille eſt qui hoſtiam mundantem nos obtulit, ipſam offerimus & nunc quæ tunc oblata quidem conſumi non poteſt; non aliud ſacrificium ſicut Pontifex, ſed idipſum ſemper facimus, magis autem recordationem Sacrificij operamur; & *homil.* 2. *in* 2. *ad Timoth.* ſacrificium idem quicumque illud offerat, ſiue Paulus, ſiue Petrus, idem eſt ſacrificium quod tunc Chriſtus diſcipulis dedit, & hodie Sacerdotes perficiunt, &c. quare D. Cyprianus de cœna Domini, vocat incouſumptibilem cibum, & paulo infra ſic ait: perpes eſt hoc ſacrificium, & ſemper permanens holocauſtum, nulla panem hunc multitudo conſumit, nulla antiquitas veteraſcit.

Quæres 5. an Sacerdotes debeant qnotidie Miſſam celebrare: & reſpondetur omnem Sacerdotem, poſtquam ordinatus eſt & conſecratus, debere intra ſex menſes Miſſam primam celebrare, & ad illud ſanctnm Sacrificium accedere celebrandum, nec contentum eſſe debere deinde laicam tantùm communionem accipere, vt habetur in concilio Rothomagenſi anno Chriſti 1581. de Epiſcoporum officijs numero ij. Dicta vero ſemel Miſſâ debet perſeuerare in celebratione reliquo tempore vitæ ſuæ frequentiſſimè: vnde in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. *cap.* 17. reprehenduntur acriter ij qui vix quater in anno, vel (vt alij legunt) vix in anno Miſſarum ſolemnia celebrant, & in ſupradicto Concilio Rhemenſi titulo de Epiſcopis & capitulis numero 10. præſcribitur Canonicis quando maximè debeant ſacrificare, & dicitur vt cùm honorem Sacerdotalem adepti fuerint, ante ſemeſtre miniſterio altaris incipiant inſeruire, ac deinceps omnibus Dominicis & Feſtiuis diebus, atque etiam freqnentius celebrent, niſi iuſtum ab Epiſcopo & Capitulo probandum interueniat

A impedimentum; & Epiſcopis *num.* 10. vt ſi non quotidie, tamen omnibus diebus Dominis ac Feſtiuis Miſſam ſtudeant celebrare: idemque præſcribitur omnibus alijs Sacerdotibus *cap. de Eucharistia num.* 8. Sacerdotes, ait, non diebus tantùm ſolemnibus, ſed etiam Dominicis, ſæpiusque ſi fieri poteſt, ſacrificent. Eſt & conſtitutio de Curatis in Concilio Aquenſi, vt ter in hebdomada ſaltem ſacrum faciant, verba ſunt: Curati ter in hebdomada ſacrum faciant, aut eo etiam ſæpius, ſi vel conſuetudo loci, vel neceſſitas crebriorem diuini Sacrificij vſum poſtulabit, cæteris etiam Clericis præcipimus vt ſingulis B menſibus, Diaconi qnidem & Subdiaconi bis ſaltem, qui vero in minoribns ordinibus, aut etiam Clerici tantùm ſunt ſemel ſacram Euchariſtiam ſumant, qui autem ſine neceſſaria cauſa id facere omiſerint. Parochns eos officij ſui admoneat, & niſi paruerint ad Epiſcopum deferat: vnde etiam in Concilio Burdigalenſi, Sacerdotes arguuntur qui per ſocordiam rariſſimè Miſſæ faciunt ſacrificium: Sacerdotes, ait, quoſdam vſque adeo nominis & officij ſui craſſa quadam ſocordia oblitos eſſe dolemus: vt vix ſemel in annos ſingulos, aut certè rariſſimè ſacrificium Miſſæ faciant, vnde vna cum cæteris tales ad Epiſcopum deferri præcipimus, vt ille pro ſuo iure eos omni ratione cogat ſuum rite munus C explere, ac nulli penitus officio Sacerdotij deeſſe: & Balſamo *ad can.* 81. ſynodi Trullanæ ait ex illo canone, vt ſi quis ſiue Clericus ſiue Laicus, non impeditus vel abſens à ſua Eccleſia, abſtinuerit à conuentu & ſalutari communione per tres dies Dominicos, Clericus quidem deponatur & laicus excommnnicetur. Porro certo etiam ritu ſumebatnt Euchariſtia à Laicis: primo dicebant, Domine non ſum dignus vt ſupra oſtendimus ex Euſebio Emiſſeno Dominica ſecunda poſt Epiphaniam: ſecundo cauebant ne cùm ſuſcipiebant corpus Chriſti, aliquid conſecrati muneris decideret, teſte Origene *homil.* 23. *& tractatu* 35. *ad cap.* 26. *Matth.* noſti qui D myſterijs intereſſe conſueuiſtis, quomodo cùm ſuſcipitis corpus Domini, cum omni cautela & veneratione ſeruetis ne ex eo pane quid decidat, ne muneris conſecrati aliquid delabatur; tertio manu dextra accipiebant coniunctis digitis eaque ſuperpoſita ſiniſtræ Cyrillus *Catechesi* 5. accedens ad communionem non expanſis manuum volis, neque cum disiunctis ac cede digitis, ſed ſiniſtram velut ſedem quandam ſubijciens dextræ quæ tantum Regem ſuſceptura eſt, concaua manu ſuſcipe corpus Chriſti, dicens amen, ſanctificatis ergo diligenter oculis tam ſancti corporis contactu communica, caue autem ne quid inde cadat tibi, quod enim amiſeE ris, hoc tanquam ex proprio membro amiſeris, tùm vero poſt communionem corporis Chriſti, accede, & ad calicem ſanguinis illius non extendens manus, ſed pronus adorationis in modum & venerationis, dicens amen, ſanctificeris ex ſanguine Chriſti quem ſumis, & cum adhuc eſt humiditas in labijs tuis, manibus attingens & oculos & frontem, & reliqua ſenſuum organa conſecra. D. quoque Damaſcenus *lib.* 4. *cap.* 14. teſtatur manu acceptam fuiſſe Euchariſtiam eius ætate: Concilio vero Trullano *can.* 101. ſtatuitur vt communicaturi *σταυροειδῶς* ma-

num dextram læuâ ſuffulciant, ita vt per duas manus ſpecies crucis exprimarot, & ita manu corpus Chriſti accipiant: hocque alludere videtur Tertullianus lib. de idololatr. eas manus, ait, admouere corpori Domini quæ dæmoniis corpora conferunt: ſemel Iudæi Chriſto manus intulerunt, illi quotidie corpus eius laceſſunt: ô manus præcidendæ! quæ enim magis amputandæ quàm in quibus Domini corpus ſcandaliſatur? & Chryſoſtomus oratione catechetica ad Neophytos: cogita quid manu excipias; etenim mortiferum eſt, cam quæ miniſteriis miniſtrat tam terribilibus, & tali purpuratam ſanguine, &c. & Photius apud Oecumenium: quemadmodum, ait, tradidit eum Iudas, contumelioſi autem in eum fuere Iudæi, ita Eum probro afficiunt & honore ſpoliant, qui ſanctiſſimum eius corpus impuris manibus excipiunt vt Iudæi qui eum tunc apprehenderunt. Non autem licebat in vaſe vel in linteo accipere, vt patet ex Chryſoſt. *ad 1. Corinth. cap.* 11. ſi in linteum vel vas ſordidum corpus Domini mittere nõ audet. Sed licuit tamen linteo obuoluere. D. Hieronymus *ad cap.* 27. *Matth.* corpus Domini non auro & geminis, ſed linteamine puro obuoluendum: D. Auguſtinus *ſerm.* 22. de tempore: mulieres nitida exhibent linteamina vbi corpus Chriſti accipiant: idem D. Hieronymus loco citato ſcribit nos ex ſepultura Chriſti doceri Domini corpus non includendum auro, gemmis, ſerico, ſed ſindone munda & linteamine nitido & puro vt domum deferatur. Euchariſtiam, enim domum deferebant aliquando, vt patet ex loco citato, & Tertulliano *lib.* 2. ad vxorem, & Cypriano libro de lapſis, & libro de ſpectaculis. Verum mos etiam fuit alicubi vt in os inderetur, non in manus traderetur, vt notat Balſamo in *can.* 101. ſynodi Trullanæ, vel etiam vt ipſimet ſtatim in os iniicerent, quod Concilio Toletano 1. ſtatutum eſt vt ſcilicet illi quaſi ſacrilegi Eccleſia pellerentur qui Euchariſtiam à Sacerdote accepiſſent, & non eam protinus in os indidiſſent ac manducaſſent, idque propter Saracenos & Iudæos qui erant in Hiſpania ne contumeliam facerent corpori Domini: in Gallia Rothomagenſi Concilio ſublata conſuetudo tradendi corpus in manus communicantium.

Quartò accepto corpore Domini manu vel etiam ore, dicebat Laicus amen, vt reſponderet Sacerdoti ipſi dicenti, corpus Chriſti, &c. D. Ambroſius *lib.* 4. *de Sacrament. cap.* 5. ergo, ait, non otioſè cùm accipis, tu dicis amen, iam in Spiritu confitens quod accipias corpus Chriſti, dicit tibi Sacerdos corpus Chriſti, & tu dicis, amen, hoc eſt verum; quod confiteror lingua, teneat affectus; D. Auguſtinus *lib.* 65. *quæſtionum, quæſtione* 49. ſanguis Abel ſanguinem Chriſti deſignat quo vniuerſa Eccleſia accepto dicit amen, nam qualem clamorem faciat Eccleſia dum ſanguis pretioſus Chriſti potatur, & dicit amen, tu conſidera.

Quintò ſeſe mutuò oſculabantur fideles in ſignum vnitatis, ex D. Chryſoſtomo *homil.* 77. in Ioannem: adeò, ait, in myſteriis: inuicem oſculamur, vt multi vnum efficiamur & in *homil.* 58. ad populum Antiochenum propterea & in myſteriis alter alterũ amplectimur & Iuſtinus *Apolog.* 2. à precibus finitis motuis nos inuicem oſculis ſalutamus: & D. Auguſtinus ſermone de vigilia Paſchæ poſt ipſam dicitur pax vobiſcum, & oſculantur ſe Chriſtiani in oſculo ſancto, ſed pacis Chriſti ſignum quod oſtendunt labia, fiat in conſcientia, id eſt quomodo labia fratris tui accedunt, ſic cor à corde non recedat: & ex Alcuino Flacco libro de diuinis officiis: & hac ex traditione Apoſtolorum ſeruat Eccleſia, cui frequenter ab eis dicitur ſalutate inuicem in oſculo ſancto, id eſt pacifico, vero, columbino, non ficto, non ſubdolo. Huc reſpiciebat D. Hieronymus ad Theophilum, quiſquamne tibi inuitus communicat? quiſquamne extenſa manu vertit faciem & inter ſacras epulas Iudæ oſculum porrigit?

Et notandum authores Græcos ſupra citatos vti voce ἀσπάζεσθαι id eſt oſculari, amplecti.

Diſtinctio II.

IN hac Diſtinctione 2. agitur præcipuè de Euchariſtia, quod ordo etiam requirebat, cum prius actum eſſet de templis, de altari & de ſacrificio Miſſæ; in hac igitur diſtinctione ſecunda agitur de veritate, cauſis, eſſentia, & ritu huius Sacramenti. Veritatem Euchariſtiæ facit auctor Veritatis, qui dixit caro mea vere eſt cibus, &c. accipite & manducate, hoc eſt Corpus meum: ex illis enim, & aliis ſimilibus verbis, voluiſſe Chriſtum dare corpus ſuum patet: quod ſi voluit, ſimul & potuit; nam vt ait Tertullianus in Praxeam: etenim poſſe, velle eſt, & non poſſe nolle, quod voluit potuit, & oſtendit, non quodcumque potuit ſtatim volt, ſed quod vult, id omnino poteſt; & D. Auguſtinus in enchiridio ad Laurent. *cap.* 9. omnipotens Deus, quia quidquid vult poteſt: ſi ipſe ex nihilo Cœlos Terram & Mare fecit, cur non pari poteſtate in ſpiritualibus ſacramentis vbi præcepit virtus, ſeruiet effectus? vt rectè dicitur *can.* 35. recedat, ait, omne infidelitatis ambiguum, quandoquidem qui auctor eſt muneris, ipſe etiam teſtis eſt veritatis; nam inuiſibilis Sacerdos inuiſibiles creaturas in ſubſtantiam corporis & ſanguinis ſui Verbo ſuo ſecreta poteſtate cõuertit, ita dicens, accipite & comedite, Hoc eſt enim Corpus meum; & ſanctificatione repetita, accipite & bibite, Hic eſt Sanguis meus; & ſicut ad nutum præcipientis Domini repentè ex nihilo ſubſtiterunt excelſa cœlorum, profunda fluctuum, vaſta terrarum, ita pari poteſtate in ſpiritualibus Sacramentis, vbi præcipit virtus ſeruit effectus; & *can.* 55. vbi venitur vt conficiatur venerabile Sacramentum, iam non ſuis ſermonibus Sacerdos, ſed vtitur Chriſti ſermonibus, ergo Chriſti ſermo hoc conficit Sacramentum, quis ſermo Chriſti? nempe is quo facta ſunt omnia, iuſſit Dominus & factũ eſt cœlum, iuſſit Dominus & facta eſt terra, iuſſit Dominus & facta ſunt maria, iuſſit Dominus & omnis creatura generata: eſt vides ergo quàm operatorius ſit ſermo Chriſti: ſi ergo tanta vis eſt in ſermone Domini Ieſu vt inciperent eſſe quæ non erant, quanto magis operatorius

torius eſt vt ſint quæ erant & in aliud commu-
tentur, & ſic quod erat panis ante conſecratio-
nem, iam corpus Chriſti eſt poſt conſecrationem,
quia ſermo Chriſti creaturam mutat, & ſic ex
pane fit corpus Chriſti dicto *can.* 55. magna
enim vis eſt benedictionis & maior quodam-
modo quàm naturæ, quia benedictione etiam
ipſa natura mutatur, vt virga à Moyſe in ſerpen-
tem, ferrumque ſecuris contra naturam ſuam
natat merſum & ſurſum aſcendit ad ligni aſpe-
ctum per Eliſeum *can.* 69. quamuis, ait ibi D.
Ambroſius, vtimur exemplis vt probemus non
hoc eſſe quod natura formauit ſed quod bene-
dictio conſecrauit, maioremque vim eſſe bene-
dictionis quàm naturæ, quia benedictione etiam
ipſa natura mutatur &c. vbi ſuperiora mutatio-
num exempla vna cum aliis pluribus afferuntur;
confirmatur *can.* 55. panis aſt in altari vſitatus,
ait, ante verba ſacramentorum, vbi acceſſit con-
ſecratio, de pane fit Chriſti, caro nec obſtat
quod illa mutatio ſit inuiſibilis, nam mutatio-
nes gratiæ ſunt omnes inuiſibiles, vt patet in Ba-
ptiſmo, in quo quis ſubito initiatus Chriſti
legibus & ſalutaribus myſteriis innouatus de
filio perditionis vere fit filius Dei adoptiuus, oc-
culta puritate, in menſura tamen viſibili per-
manens & maior tantum factus ſeipſo inuiſibili-
ter ſine qualitatis augmento, & cùm ipſe atque
idem ſit multo alter fidei proceſſibus exter, vt di-
citur *can.* 35. quia in exteriori nihil additum eſt
& totum in interiore mutatum eſt, dicto *can.* 35.
& paulo poſt ita alloquitur baptiſatum in Eu-
chariſtia credentem: ſicut ergo, ait, ſine corpo-
rali ſenſu præterita vilitate depoſita ſubito no-
uam indutus es dignitatem, & ſicut hoc quod
in te eius læſa curauit, infecta, diluit immaculata
deterſit, non ſunt oculis nec ſenſibus ſuis credi-
ta; ita cùm reuerendum altare cœleſtibus cibis
ſatiandus aſcendis, ſacrum Dei tui corpus & ſan-
guinem fide reſpice, honora, mirare, mente con-
tinge, cordis manu ſuſcipe & maximè hauſtu
interiore aſſume: aliam rationem propter quam
inuiſibiliter fit illa mutatio & ſpecies viſibiles
manent, habet *canon* 55 his verbis, ſed fortè di-
cis, ſpeciem ſanguinis non video, ſed habet ſi-
militudinem, ſicut enim mortis ſimilitudinem
ſumpſiſti, ita etiam ſimilitudinem pretioſi ſangui-
nis bibis, vt nullius horror cruoris ſit & pretium
tamen Redemptionis operetur, ſimilitudinem
enim mortis Chriſti ſumimus in baptiſmo; ita
& ſimilitudinem corporis & ſanguinis in Eu-
chariſtia *can.* 72.

Accepit igitur Chriſtus panem & vinum, quem
panem & vinum effecit corpus ſuum & ſangui-
nem ſuum, & quia non fecit illud viſibile ſed
ſub Sacramento ſpecies panis & vini viſibiles re-
liquit, id fecit vt aliquid eſſet viſibile vbi dici poſ-
ſet atque monſtrari hoc eſt corpus Chriſti, nec
totum eſſet inuiſibile, & ita poſt conſecrationem
non amplius eſt panis ſed ſpecies, panis & ſtatim
eſt Chriſtus, non ſpecies Chriſti, & vt ſpecies
Chriſti cedit ſpeciebus panis in hoc Sacramen-
to, ita ſubſtantia panis cedit ſubſtantiæ corpo-
ris Chriſti *can.* 49. his verbis, ante benedictio-
nem verborum cæleſtium alia ſpecies nomina-
tur, poſt conſecrationem corpus Chriſti ſignifi-
catur, & *canone* 41. nos autem in ſpecie panis &
vini quam vidimus res inuiſibiles, id eſt Chriſti
carnem & ſanguinem honoramus, nec ſimiliter

A comprehendimus has duas ſpecies, ex quibus
conſecratur Dominicum corpus quemadmo-
dum ante conſecrationem comprehendebamus,
cùm fideliter fateamur ante conſecrationem eſſe
panem & vinum quod natura formauit, poſt
conſecrationem vero Chriſti carnem & ſangui-
nem quod benedictio conſecrauit; & *canone* 42.
vbi in id refertur confeſſio Berengarij agnoſ-
centis panem & vinum in altari poſt conſecra-
tionem non ſolum Sacramentum, ſed etiam ve-
rum corpus Chriſti, & *canone* 55 panis eſt vſita-
tus in altari ante verba Sacramentorum, vbi
acceſſit conſecratio de pane fit caro Chriſti, &
canone 61. non omnis panis ſed accipiens bene-
B dictionem Chriſti. & *can.* 74. omnia quæcum-
que voluit fecit, & quia voluit, licet figura
panis & vini hic ſit omnino nihil aliud quam
caro Chriſti & ſanguis poſt conſecrationem cre-
denda ſunt, & non mirum cùm conſecratio illa
fiat ab ipſomet Chriſto dicto *canone* 74. & 55.
& Spiritu Sancto *can.* 60. & 72.

Porro cum dicimus corpus Chriſti fieri per
conſecrationem, exiſtimandum eſt illud & idem
fieri & eſſe corpus eandemque carnem quæ eſt
nata de beatiſſima ſemper que virgine. Maria
can. 73. tanta eſt, ait, Eccleſiæ vnitas in Chriſto,
vt vnus vbique ſit panis corporis Chriſti, & vnus
ſit calix ſanguinis eius; calix enim quem ſacer-
C dos catholicus ſacrificat non eſt alius niſi ipſe
quem Dominus Apoſtolis tradidit, qua ſicut
diuinitas Verbi Dei vna eſt quæ totum implet
Mundum, ita licet multis locis & innumerabili-
bus diebus illud conſecretur corpus, non ſunt
tamen multa corpora Chriſti neque multi cali-
ces, ſed vnum corpus Chriſti & vnus ſanguis cum
illo quod ſumpſit in vtero Virginis & quod de-
dit Apoſtolis; & caro eadem quæ in cruce *can.*
74. hæc, inquit, caro mea eſt pro Mundi vita,
& vt mirabilius loquar non alia plane quàm
quæ nata eſt de Maria & paſſa in cruce & reſur-
rexit de ſepulchro, hæc, inquam, ipſa eſt eadem
quæ in cælo dicto *can.* 74. caro viuificatur ipſius
Verbi propria *canone* 80. denique Chriſtus ipſe
D totus & integer *canone* 78. nam vt ibi dicitur,
vbi pars eſt corporis eſt totum; eadem ratio eſt
in corpore Domini quæ in manna quod in eius
figura præceſſit, de quo dicitur, qui plus colle-
gerat non habuit amplius, neque qui minus pa-
rauerat minus inuenit, non eſt enim omnino
quantitas viſibilis in hoc æſtimanda myſterio
ſed virtus Sacramenti ſpiritualis: & *canone* 77.
ſinguli, ait, accipiunt Chriſtum Dominum, &
in ſingulis portionibus totus eſt, nec per ſingulos
minuitur ſed integrum ſe præbet in ſingulis, de
quo dicitur *can.* 75. ne timeamus manducare pa-
nem iſtum ne forte finiamus illum, & poſtea
quod manducemus non inueniamus: viuit enim
E manducatus quia ſurrexit occiſus, nec quando
manducamus partes de illo facimus, & quidem
in Sacramento ſic fit, & norunt fideles quemad-
modum manducent carnem Chriſti, vnuſquiſ-
que accipit partem ſuam, vnde & ipſa gratia
partes vocantur, per partes manducatur & ma-
net integer totus, per partes manducatur in
Sacramento, & manet integer totus in cœlo,
manet integer totus in corde tuo, totus enim
erat apud Patrem quando venit in Virginem, im-
pleuit illam nec receſſit ab illo, veniebat in car-
nem vt eum homines manducarent, & manebat

integer apud Patrem vt Angelos paſceret *can.* 75. quando namque manducatur reficit, non deficit vt dicitur *can.* 70. qui habet eadem verba cum 75. quia enim Chriſtus in Sacramento non naſcitur ſed fit conſecratione, ita non moritur, non corrumpitur, non conſumitur ſumptione vt alia quæ per generationem accipiunt ortum, vt colligitur *can.* 39. qui canon continet erratum quod eſt emendatum in notis, quas vide ad illius finem.

Porro Corpus Chriſti verum hîc eſt non quomodocumque ſed vt in Sacramento *can.* 58. & in myſterio *canone* 72. & 74. ita vt myſterium non excludat veritatem & rem ſed eam eſſe abſconditam deſignet, quomodo diuus Hilarius *libro* 7. de Trinitate, vocat Incarnationem Chriſti myſterium hominis aſſumpti, non quod non vere aſſumpſerit humanam naturam, ſed quod ita aſſumpſerit vt lateret diuina; nam vt rectè Hieronymus, auctor græcus & in latinum conuerſus à Federico Morello, in dialogo de Trinitate cum Iudæo, myſterium quod percipitur non amplius myſterium manet, quod vero myſterij nihil habet, haud quaquam eſt admiratione dignum: & gloſſæ Græcolatinæ myſterium vertunt arcanum; & myſterium complecti rem ipſam oſtendit Chriſtus cum oppoſuit parabolam, vobis datum eſt, ait, noſſe myſterium Regni Dei, illis autem in parabolis, qué locum explicat Origenes *hom.* 13. *in caput* 23. Leuitici, de Euchariſtia vt ipſis ſit corpus Chriſti aliis dicatur panis, cuius rei ſunt plures rationes: 1. eſt illa quam attulimus ſuprà ex *canon.* 55. & 72. quia ſicut mortis ſimilitudinem ſumpſimus in baptiſmo ita & vitę ſimilitudinem in Euchariſtia: nihil rationabilius, ait, *can.* 72. vt quia nos iam ſimilitudinem mortis eius in baptiſmo accepimus ſimilitudinem quoque carnis eius ſumamus.

Ratio 2. eſt *in eod. can.* 72. his verbis vt ridiculum nullum fiat Paganis quod cruorem hominis occiſi bibamus; ſi enim diſcipuli patiẽter ferre nequiuerunt quod Dominus dixit, qui manducat meam carnem &c. ſed dixerunt durus eſt hic ſermo, quomodo ergo ferrent iſta increduli? & *canone* 43. audientes quod carnem ſuam daret manducandam & ſuum ſanguinem bibendum, recedebant, ſolus autem Petrus dixit verba vitæ æternæ habes, & ego à te quo recedam? ne igitur plures hoc dicerent, veluti quidam eſſet horror cruoris, ſed maneret gratia Redemptoris, ideo in ſimilitudine quidem accipis Sacramentum, ſed veræ naturæ gratiam virtutemque conſequeris; idemque habetur *can.* 55. nec enim caro Chriſti hîc datur vt in macello; *can.* 44. nam caro eo modo non prodeſt quidquam quomodo intellexerunt illi qui dicebant durus eſt hic ſermo *dicto can.* 44. cum aliter intelligere debuiſſent, vt oſtendit ipſe Chriſtus dicens, ſi ergo videritis Filium hominis aſcendentem vbi prius erat, quaſi diceret ſe hoc non obſtante quod manducarut, in cœlum integrum aſcenſurum, quod quidem eſt argumento illam manducationem eſſe myſticam & Sacramentalem, vt rectè explicat dictus *can* 44. vnde D. Chryſoſtomus *hom.* 46. in Ioannem, dicebat hæc Sacramenta eſſe quidem [illegible] corporea & carnea, ſed quæ myſticè noſſe oportet.

Tertia eſt, quia cum in morte Chriſti remiſſionem peccatorum accipiamus, & ſalui fiamus, & Chriſtus amplius non moriatur nec immoletur, oportuit eum mori & immolari in myſterio, nec amplius manu infidelium ſed fidelium *dicto can.* 73. quo ſolo modo poteſt manducari *dicto can.* 73. & exinde quia corpus Chriſti eſt hic vt in Sacramento, fit vt hic duo ſimul ſint, veritas & figura, veritas corporis Chriſti, figura vero panis ſeu ſui ipſius vt erat ante panis *canone* 79. corpus Chriſti, ait, quod ſumitur de altari figura eſt dum panis & vinum extra videtur, veritas autem dùm corpus & ſanguis Chriſti in veritate interius creditur, ita vt licet ſit figura, & veritas non deſit in Sacramento *can.* 72. ſit, inquam, res & ſpecies Sacramenti, res corporis ſpecies panis, quatenus quod eſt non apparet & quod apparet non eſt *canone.* 48. hoc eſt, ait, quod dicimus, hoc modis omnibus approbare contendimus, ſcilicet ſacrificium Eccleſiæ duobus modis conſtare viſibili elementorum ſpecie & inuiſibili Domini noſtri Ieſu Chriſti carne & ſanguine, Sacramento & re Sacramenti, id eſt, corpore Chriſti ſicut Chriſti perſona conſtat & conficitur Deo & homine, cùm ipſe Chriſtus verus ſit Deus & verus homo, quia omnis res rerum naturam & veritatem in ſe continet ex quibus conficitur, conficitur autem ſacrificium Eccleſiæ Sacramento & re Sacramenti, id eſt, corpore Chriſti, vnde corpus Chriſti non eſt quomodolibet corpus Chriſti in Euchariſtia, nec eſt viſibile, ſed vt in Sacramento ſeu potius Sacramentum corporis Chriſti *dicto canone* 48. ita vt dici poſſit hic corpus Chriſti eſſe ipſum & non ipſú, ipſum inuiſibiliter, & non ipſum viſibiliter *canone* 45. non hoc corpus, ait, quod videtis manducaturi eſtis & bibituri, illum ſanguinem quem fuſuri ſunt illi qui me crucifigent, ipſum quidem & non ipſum, ipſum inuiſibiliter, & non ipſum viſibiliter; vnde & ſubditur, etſi neceſſe eſt illud viſibiliter celebrari, neceſſe eſt tamen illud inuiſibiliter intelligi, lego inuiſibiliter, non viſibiliter, vnde *canone* 34. opponitur corpus Chriſti ſub ſpecie, veritati manifeſtæ viſionis non veritati ſimpliciter, imo eſt ipſa veritas teſte D. Chryſoſtomo, ad hæc verba, abierunt retro, ſi figura, ait, Agni tantùm potuit in templo Hebræorum & in media Ægypto liminibus illita, quanto magis poterit veritas.

Cæterum hoc Sacramentum dicitur præcipuè imitari paſſionem & mortem Chriſti, quod quomodo accipi debeat, & cur ita dicatur nunc nobis eſt breuiter annotandum.

Dicitur ergo hoc ſacramentum fieri in commemorationem mortis Chriſti 1. quia inſtitutum eſt ad remiſſionem noſtrorum peccatorum, quæ remiſſio cum obtineatur morte Chriſti, oportuit hoc Sacramentum remiſſionis imitari mortem Chriſti *can.* 73. & cum nullum peccatum redimi potuerit niſi morte Chriſti, & Chriſtus non poſſit amplius mori oportuit etiam ſubrogari mortem ſaltem Chriſti Sacramentalem quotidie & paſſim, cum quotidie & paſſim peccetur *dicto can.* 73. verbis ſupracitatis & *can.* 71. his verbis, & ideo quia quotidie labimur, quotidie Chriſtus pro nobis myſticè immolatur & paſſio Chriſti in myſterio traditur, vt qui ſemel moriendo mortem vicerat quotidie recidiua delictorum per hæc Sacramenta corporis & ſan-

guinis peccata relaxet. Secundo vt diſcamus &
annuotiemus qua charitate nos dilexit Deus qui
pro nobis dignatus eſt mori, dicto *canone* 71.
nam quia vt dicitur *canone* 50. morte Domini
liberati ſumus, huius rei memores in edendo &
potando carnem & ſanguinem quæ pro nobis
oblata ſunt ſignificamus, *& canone* 51. quoties,
ait, paſcha celebratur nunquid toties Chriſtus
moritur? ſed tamen anniuerſaria recordatio
quaſi repręſentat quod olim factum eſt, & ſic nos
facit moueri tanquam videamus in cruce pendentem Dominum, non tamen irridentes ſed credentes; *& canone* 53. in Chriſto, ait, ſemel oblata eſt hoſtia ad ſalutem ſempiternam potens,
quid ergo nos? nonne per ſingulos dies offerimus? offerimus quidem; ſed ad recordationem
mortis eius, & vna eſt hoſtia non multæ, quomodo vna & non multæ? quia ſemel oblatus eſt
Chriſtus; hoc autem ſacrificium exemplum eſt
illius, idipſum & ſemper idipſum &c. *& can.* 52.
vbi dicitur in Euchariſtia quidem immolari, ſed
non eadem manifeſtatione qua in cruce; verba
ſunt ſemel immolatus eſt Chriſtus in ſemetipſo,
& tamen quotidie immolatur in Sacramento,
quod ita intelligendum eſt quia in manifeſtatione ſui corporis, in diſtinctione membrorum omnium, verus Deus & verus homo ſemel tantum
in cruce pependit, offerens ſeipſum Patri hoſtiam
viuam paſſibilem &c. & propter eandem rationem ſeu commemorationem paſſionis in qua
ſanguis & aqua fluxit de latere eius, ideo ſacrificium illud debet fieri in vino & aqua *canone* 83.
in calicem, ait, mittitur vinum, & quid aliud?
aqua: & duas reddit rationes, quarum prima
hæc eſt quia de latere eius fluxit ſanguis & aqua,
quare aqua; quare ſanguis? aqua vt emundaret,
ſanguis vt redimeret? quare de latere, quia vnde
culpa, inde gratia, culpa per fœminam, gratia
per Dominum Ieſum Chriſtum: confirmatur à
D. Cypriano *lib.* 3. *epiſt.* 2. tamen, ait, quoniam
ignoranter vel ſimpliciter in calice Dominico
ſanctificando & plebi miniſtrando hoc faciunt
quod Ieſus-Chriſtus Dominus & Deus noſter
ſacrificij huius auctor & doctor fecit, admonitos
nos ſcias, vt in calice offerendo Dominica traditio ſeruetur vt calix qui in commemorationem eius offertur, mixtus vino offeratur; &
Clemens Alexandrinus *lib.* 1. *Pædagogi capite* 6.
per proportionem, ait, igitur miſcetur vinum
aquæ, & homini ſpiritus, amborum autem
mixtio poculi &, Verbi dicitur Euchariſtia, voluntate diuina miſcente ſpiritum & verbum diuinum, poculum aquâ mixtum qui eſt homo,
& oſtenditur apertè *canone* 1. *hac diſtinctione* 2.
his verbis: in ſacris meritorum oblationibus quæ
inter Miſſarum ſolemnia Domino offeruntur,
paſſio Domini miſcenda eſt, vt eius cuius corpus
& ſanguis conficitur; paſſio celebretur; ita in
repulſis opinionibus ſuperſtitionum, panis tantùm & vinum aqua permiſtum in ſacrificio offerantur, non enim debet, vt à patribus accepimus & ipſa ratio docet, in calice Domini vel vinum ſolum, vel aqua ſola offerri, ſed vtrumque
permiſtum, quia vtrumque ex latere eius in paſſione ſua legitur profluxiſſe, *& canone* 2. ſic in
ſanctificando calice Domini offerri aqua ſola
non poteſt, quomodo nec vinum ſolum poteſt,
nam ſi vinum tantùm quis offerat ſanguis Chriſti incipit eſſe ſine Chriſto, quando autem vtrum-

A que miſcetur, & adunatione confuſa ſibi inuicem copulatur, tunc Sacramentum ſpiritale &
cæleſte perficitur: ſic vero calix Domini non eſt
aqua ſola aut vinum ſolum niſi vtrumque ſibi
miſceatur, quomodo nec corpus Domini poteſt
eſſe farina ſola vel aqua ſola niſi vtrumque fuerit adunatum & copulatum panis vnius compage ſolidatum; idemque habetur *can.* 3. 4. 5. *&* 6.
& præter hanc rationem quâ dicitur in dictis
canonibus aquam cum vino miſceri quia ea fluxit cum ſanguine de latere Chriſti, alia etiam
affertur *dicto canone* 6. quia aqua populum ſignificat, & vinum ſanguinem Chriſti, debeat
autem vniri populus Chriſto. Armenij vero ſolo
B vino vtentes, aquam vino non miſcabant, contra
quos ita Theophylactus *ad caput* 26. *Matthæi*
cùm, ait, ſanguis & aqua de latere Chriſti exierit, pudeat Armenios qui vinum aqua in myſteriis non miſcent: contra Hydroparaſtatæ ſola
aqua vtebantur, vtrumque probat *canon* 32. Synodi Trullanæ, Armenij, ait, vinum ſolum ad
ſacram menſam offerunt non aqua admixtum
qui incruentum celebrant ſacrificium, Hydroparaſtatæ vero aqua ſola vtuntur: & notandum
eſt quod dicitur *dicto canone* 6. nil aliud offerri
debere quam de vuis & frumentis, id eſt, de vero
vino & pane, non enim ſufficit botrus expreſſus *canone* 70. Denique propter eandem rationem commemorationis Chriſti paſſionis fran-
C gitur hoſtia *canone* 37. cùm, ait, frangitur hoſtia, dum ſanguis de calice in ora fidelium funditur quid aliud quàm Dominici corporis in
cruce immolatio eiuſque ſanguinis de latere
effuſio deſignatur, niſi dicamus quod etiam dicere poſſumus, per fractionem Euchariſtiæ quodammodo perfici paſſionem Chriſti, quod in
cruce corpus Chriſti fractum non ſit, & frangi
tamen pertineat ad ſpeciem quandam patiendi,
quam reſeruarit Chriſtus peragendam in hoc
Sacramento tantùm, quod patet ex D. Chryſoſtomo *in epiſt. ad Corinthios cap.* 10. quemadmodum, ait, corpus illud vnitur Chriſto, ſic &
nos ei per panem hunc vnimur: cur autem addidit quem frangimus? hoc enim licet videre in
D Euchariſtia, in cruce autem non itidem, ſed vtique ei contr[illegible]um, os enim, ait, ei non conteretur, ſed quod non paſſus eſt in cruce, hoc in
oblatione patitur propter te, & patitur frangi vt
omnes impleat.

Opponitur ab Hæreticis veritati corporis
Chriſti in hoc Sacramento, illud Ioannis *cap.* 6.
verba quæ ego loquutus ſum vobis, Spiritus &
vita ſunt, & deinde Caro non prodeſt quidquam
quomodo Tertullianus dixit libro de Reſurrectione carnis, caro & ſanguis Regnum Dei poſſidere non poſſunt.

Reſpondetur Chriſtum dixiſſe, verba quæ loquutus erat ſpiritum & vitam eſſe 1. vt eos argueret quod cibum corporeum tantum peterent,
E ipſe enim ideo meminit cibi ſpiritalis: ita Chryſoſtomus in eum locum, quia, ait, inſtabant
petentes ab eo cibum corporeum, & memoriam
cibi, qui maioribus datus erat, reuocabant, &
manna magnum aliquid eſſe aiebant, oſtendens
ea omnia typum fuiſſe & vmbram, veritatem
autem rerum præſentem eſſe, meminit cibi ſpiritalis; vnde addit mortuos eſſe qui ederant manna, iam vero hoc cibo nos non mori, quia illi
vmbram noſtem: Origenes in Marcum, verum

ait paneḿ, nonquia miraculũ in manna falſum fuit & mendax, ſed quia illud erat huius figura.

Secũdò, ita loquutus eſt Chriſt. propter eorum incredulitatem, vt oſtenderet fide opus eſſe in hoc myſterio (quæ eſt ſpiritus) nõ oculis (qui carnei ſunt) ita, vt ſpiritus & vita ſunt, pertineant ad eos qui credunt, non ad ipſa myſteria quæ non ſunt tantum ſpiritus ſed caro; D. Chryſoſtomus ad hæc verba, ſpiritus eſt qui viuificat, quod dicit, ait, eiuſmodi eſt, ſpiritaliter exaudienda ſunt, quæ de me dico, qui enim carnaliter accipit, nullum fructum refert, erat autem carnale dubitare quomodo de cœlo deſcenderit, & quomodo poteſt nobis carnem ſuam dare ad manducandum, iſta omnia ſunt carnalia, quomodo igitur, ait, caro non prodeſt quidquam, non de ſua carne loquitur, abſit, ſed de iis tantum qui carnaliter accipiunt quæ dicuntur, quid autem eſt carnaliter intelligere? ſimpliciter vt res dicuntur, neque aliud quidquam opinari: φαντάζειν quomodo igitur caro non prodeſt quidquam ſine qua viuere non eſt? vides quoniam non de ſua carne dixit, ſed de carnali audientia.

Tertio, ſpiritus & vita ſunt, ſpiritus quatenus nihil habent carnale, vita quatenus vitam cõciliant: Theophylactus in *cap.* 6. Ioannis, verba quæ loquor ſpiritus & vita ſunt, nihil habentia carnale & vitam conciliantia æternam.

Quartò, ſpiritus & vita ſunt, in modo quo exiſtunt & cognoſcuntur, licet vere caro ſint: diuus Chryſoſtomus quid eſt, inquit intelligere carnaliter? intueri tantùm in ea quæ propoſita ſunt nec aliquid amplius imaginari, oportet autem non ita iudicare per ea quæ videntur, ſed omnia myſteria interioribus oculis intueri.

Quinto Spiritus & vita ſunt, id eſt, miraculum continent non ordinem naturæ, Chryſoſtomus ad ea verba ſpiritus & vita ſunt, hoc eſt, ait, ne doctrinam verborum meorum ex conſueto rerum ordine, eorumque neceſſitate quæ fiunt, æſtimate; ſpiritualia huiuſmodi non ſunt, non ſeruiunt legibus terreſtribus; vt ſcilicet hoc pacto ſpiritualiter acciperent hoc myſterium non carnaliter: nam vt ait D. Cyprianus libro de cœna Domini, nec ſenſus carnalis ad intellectum tantæ profunditatis penetrant niſi fides accedat.

Reſpondetur 2. Chriſtum dixiſſe caro non prodeſt quidquam 1. caro quomodo illi Capharnaitæ intellexerunt, caro ſcilicet vt in macello: D. Auguſtinus tractatu 27. in Ioannem; ô Domine Magiſter bone quomodo caro non prodeſt quidquam, cum tu dixeris niſi quis manducauerit carnem meam & biberit meum ſanguinem non habebit in ſe vitam? an vita non prodeſt quidquam? quomodo illi intellexerunt: carnem quippe ſic intellexerunt quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello venditur.

Secondò, caro non prodeſt quidquam, ſcilicet audientium niſi credant, vt ſupra diximus ex D. Chryſoſtomo, quomodo caro non prodeſt quidquam ſine qua viuere non eſt, vides quoniam non de ſua carne dixit ſed de carnali audientia, & ex D. Cypriano, non prodeſt caro niſi fides accedat.

Tertio caro non prodeſt quidquam, hoc eſt carnaliter iſta accipere, non prodeſt quidquam A ſed magis ſcandali cauſa eſt, ait Theophylactus *in cap.* 6. Ioannis.

Quarto, vt non credentes vt oportet, argueret, quòd vt ait Origenes in Ioannem, *capite* 6. nimis pro humano ingenio ſermonem audiebant, non intelligentes ea quæ dicebantur, dicebant ſermonem eius eſſe durum, putabant enim dicere quæ maiora eſſent ſua dignitate, & velle carniuoros eſſe & ſanguinis potatores; & Chryſoſtomus, carnem, ait, dixit carnaliter audire, ſignificans eos carnalia ſemper deſiderare cùm debeant expetere ſpiritualia; videa verba ipſa non fuiſſe ſcandalo ipſis, ſed incuria indulgentia incogitantia audientium, alii B enim carnaliter audiebant alij omnia fidei permittebant,

Quinto caro non prodeſt quidquam καθ' ἑαυτὸ per ſe, vt vult D. Baſilius *serm.* 1. de Baptiſmo: qua ratione, ait, oportet comedere corpus & bibere ſanguinem Chriſti, non vt corpus & ſanguis per ſe, ſed in recordationem Domini: & D. Auguſtinus tractatu 27. in Ioannem: ſic dictum eſt, ait. caro non prodeſt quidquam, quomodo dictum ſcientia inflat, ſola nempe ſine charitate, ſic ſola caro non prodeſt quidquam ſine ſpiritu; accedat ſpiritus ad carnem ſicut charitas ad ſcientiam, & prodeſt plurimum; nam ſi caro non prodeſt, Verbum caro non fieret vt habitaret in nobis, & ſane ratio C Chriſti eo ſpectat omnino qua dixit, ſe aſcenſurum in cælum, vt ſignificaret non eſſe in membra & partes ſecandum, ſed manere debere integrum: quod confirmatur canone prima quidem *diſtinct.* 2. cum videritis, ait, Filium hominis aſcendentem vbi erat prius, certè vel tunc videbitis quia non eo modo quo putatis erogat corpus ſuum; vel etiam ratio Chriſti aliud probat, vt recte Euthymius, ſcilicet qui poteſt hanc carnem reddere cœleſtem vt cœlum aſcendat, poteſt vtique & ipſam cibum efficere hominum. Quata maneat hæc omnia prodeſſe ad fidem Euchariſtiæ confirmandam, nec enim putandum eſt Chriſtum dicendo verba ſua ſpiritum & vitam eſſe, voluiſſe dubita- D tiones dubitationibus nectere, & negare quod prius affirmauerat carnem ſuam verè eſſe cibum, vt recte Chryſoſtomus loco prius citato, quid igitur? an dubitationes dubitationibus annectit? abſit, ſed multitudine dogmatum atque magnitudine ipſos ad credendum adducere vult; & deinceps, vult eos confirmare & certiores facere de fide eorum quæ dicta ſunt ita vt non putent ænigma eſſe quod dictum eſt, ſed ſcire, quia omnino comedere oportet eius corpus, vnde etiam Chriſtus bis dixit amen amen dico vobis, vt carnem ſuam vera date manducandam oſtenderet, vt rectè notat Diuus Baſilius *sermone* 1. de Baptiſmo, vt puto.

E Sextò caro non prodeſt quidquam ad viuificandum: Tertullianus de reſurrectione carnis: quia durum exiſtimauerant ſermonem eius, præmiſit ſpiritus eſt qui viuificat, atque ita ſubiungit caro nihil prodeſt, ad viuificandum ſcilicet.

Septimò caro non prodeſt quidquam, ſcilicet ad meritum vt ſcilicet ſi corporaliter videremus Corpus Chriſti & ſenſibiliter, nihil inde apud Deum mereremur; quarè melius eſt ipſum per fidem cernere, quàm à fide exce-

dere Theophilactus *ad cap. 2. epiſt. ad Hebræos*, fides eſt argumentum, hoc eſt demonſtratio & manifeſtatio rerum quæ non ſunt conſpicuæ, facit enim fides vt iſta mente noſtra cernamus haud ſecus ac ſi præſentia eſſent, ſi igitur tanta taliaque poteſt fides quid cupitis ea bona corporaliter & reipſa ſenſibili videre vt excidaris à fide? & Theophilactus ad Hebræos 2. ἡ πίστις ἔλεγχος οὐ βλεπομένων, id eſt, fides eſt argumentum non viſorum; nam ſciendum eſt fidem eſſe poſſe de aliqua re ſub varijs ſignis & de re eadem vel vt acta exiſtit ſed latet, vel vt nondum exiſtit ſed futura eſt, & hoc modo dicebat Apoſtolus 1. *Corinth.* 10. eandem fide eſcam manducaſſe Iudæos & nos, vt explicat D. Auguſtinus *tract.* 26. *in Ioann.* omnes, ait, eandem eſcam ſpiritalem manducauerunt; ſpiritalem vtique eandem non corporalem alteram, quia illi manna, nos aliud, & omnes eundem potum ſpiritalem biberunt, aliud illi, aliud nos, ſed ſpecie viſibili quidem, tamen hoc idem ſignificatione, virtute ſpiritali, quomodo enim eundẽ? bibebant enim, inquit, de ſequenti Petra, Petra autem erat Chriſtus, eundem potum ſpiritalem biberunt, ſpiritalem eundem nam corporalem non eundem quidem illi bibebant: videte ergo fide manente ſigna variata illi petra Chriſtus, nobis Chriſtus in altari Dei ponitur; & illi pro magno Sacramento eiuſdem Chriſti biberunt aquam profluentem de petra, nos quid bibamus norunt fideles. D Ambroſius libro de ijs qui initiantur myſterijs; conſidera nunc vter præſtantior ſit panis Angelorum an caro Chriſti quæ vtique corpus eſt vitæ, manna illud de cælo, hoc ſupra cœlum, illud cœli, hoc Domini cœlorum, illud obnoxium corruptioni, hoc verò incorruptibile. Timotheus *lib.* 2. de Eccleſia Catholica Iudæi manna manducauerant, nos Chriſtum, Iudæi corpus auium, nos corpus Dei, primam cœli Iudæi nos Deum cœli.

Iam vero videndum eſt cur Chriſtus inſtituerit hoc Sacramentum Corporis ſui, eius enim rei habemus aliquas rationes in hac noſtra *diſt.* 2. *Ratio* 1. eſt quia Chriſtus ſemetipſum oblaturus erat per mortem vt nos redimeret, & ideo oportuit vt coleretur iugiter per myſterium quod ſemel offerebatur in pretium, vt quia quotidiana & indefeſſa currebat pro hominum ſalute redemptio, perpetua eſſet redemptionis oblatio, & perennis illa victima viueret in memoria, & ſemper præſens eſſet in gratia *can.* 35.

Secundo vt ita Chriſtus ſignificaret nos ad ſe pertinere, & ipſum facere nos corpus ſuum, idcirco eum myſterium pacis & vnitatis noſtræ in ſua menſa conſecraſſe *can.* 36. & *can.* 62. commendauit, ait, nobis Chriſtus in iſto Sacramento Corpus & ſanguinem ſuum, quod etiam fecit & nos ipſos; nam & nos ipſius corpus facti ſumus, nam ſumus per hoc Sacramentum vnum cum Chriſto *can.* 82. noſtraque caro eſt vnita & incorporata carni Chriſti *can.* 57. vel etiam propriam ſibi facit carnem Chriſti, non vt eſt coniuncta diuinitati ſed vt viuificatrix *can.* 80.

Tertio vt quia quotidie labimur quotidie Chriſtus pro nobis immoletur, & quotidiè peccata relaxet, quotidie redimat Mundum *can.* 73. ſupracitato, & *can.* 14. his verbis, ſi quotieſcumque Chriſti ſanguis effunditur, in remiſſionem peccatorum effunditur, debeo illum ſemper accipere vt ſemper mihi peccata dimittantur, qui ſemper pecco, ſemper debeo habere medicinã & *can.* 71. ideo, inquit, quia quotidie labimur, quotidie Chriſtus pro nobis myſticè immolatur, & Paſſio Chriſti in miniſterio traditur, vt qui ſemel moriendo mortem vicerat, quotidie recidiua delictorum per hæc ſacramenta corporis & ſanguis peccata relaxet, Deus enim benigne prouidens huic malo, nobis dedit hoc ſacramentum ſalutis, dicto *can.* 73.

Quarto quia de hoſtia quam Chriſtus in ara crucis obtulit, nulli edere licuit, & de ea tamen edendũ erat *can.* 76. de hac quidem, inquit, hoſtia quæ in Chriſto commemoratione mirabiliter fit edere licet, de illa vero quam Chriſtus in ara crucis obtulit, ſecundum ſe nulli edere licet.

Quinto quia ſicut in cruce viſibile ſacrificium fuit tamen inuiſibile Sacramentum, ita è diuerſo in Euchariſtia Sacramentum viſibile & inuiſibile ſacrificium *can.* 32.

Sexto quia hoc myſterium repræſentat incarnationem, & alio quodã modo implet quædam quæ non fecit incarnatio, cui vt diximus in multis comparatur, vt v. g. quod vt in incarnatione ita in Euchariſtia noſtra caro carni Chriſti incorporatur, vt dictum eſt ex *can.* 57. quod vt Chriſtus ſe incarnando non reliquit patrem, ita conſectus non deſerit eius dextram *can.* 73. item quod ſicut in incarnatione natura diuina quæ aſſumpſit humanam, eſt inuiſibilis, & ſola natura humana apparet, ita in Euchariſtia corpus Chriſti quod aſſumpſit ſpecies panis, inuiſibile eſt, & ſolæ ſpecies panis apparent, vt ſupra diximus ex multis canonibus, & ſic de aliis vt etiam oſtendimus in præfatione.

Septimo inſtitutũ eſt vt vitã haberemus *can.* 63. & 72. qui enim mãducauerũt mãna mortui ſunt non autem moriuntur qui de hoc pane edunt.

Supereſt vt dicamus de dignitate Sanctitate & vſu huius Sacramenti: in vſu enim attendenda eſt maximè eius dignitas ſanctitaſque. Et vero, ait *can* 63. hac diſtinctione ſecunda, hoc ſacramentum pietatis eſt ſignum vnitatis, vinculum charitatis, & qui vult viuere habet vbi viuat, habet vnde viuat, accedat, credat, incorporetur, viuificetur &c. & infrà: hunc itaque cibum & potum ſocietatem vult intelligi corporis & membrorum ſuorum quod eſt Eccleſia in prædeſtinatis; cogitare namque debemus quod eſt in *can.* 72. hanc oblationem benedictam, per quam nos benedicimur à ſcriptam, per quam omnes in cœlo aſcribamur, ratam per quam in viſceribus Chriſti eſſe cenſeamur, rationabilem per quam à beſtiali cenſu exuamur, acceptabilem vt qui nobis ipſis diſplicuimus, per hanc acceptabiles eius vnico filio ſimus. Quare videndũ eſt ne indignè communicemus corpori Chriſti in hoc Sacramento *can.* 66. nam vt vbi dicitur, & ſancta malis obeſſe poſſunt, quæ quidem bonis ſunt ad ſalutem, & malis ad iudicium; vnde Apoſtolus dicit, qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non quia res illa mala eſt, ſed quia malus male accipit quod per ſe bonum eſt; non enim mala erat buccella quæ tradita eſt Iudæ à Domino: & mala proſunt bonis, ſicut Angelus Satanæ profuit Paulo, per malum enim fit bonum cum bene accipitur, quia vt etiam habetur *can.* 68. corpus & ſanguis Domini nihilominus erat illis quibus dicebat Apo-

ſtolus qui manducat indignè, & qui ſcelerate viuunt in Eccleſia & communicate non deſinunt putantes ſe tali communiuue mundaci, diſcere iubentur *can.* 24. nil ad emundationem ſibi proficere, dicente propheta, quid eſt quod dilectus meus fecit in domo mea? ſcelera multa; nunquid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas? atque Apoſtolus, probet autem ſeipſum homo, &c.

Quod ſi quæras quomodo manducandus eſt Chriſtus, Reſpondebu, cum fide, cùm enim vt habetur *can.* 25. anima fidem habet his dictis, & confitetur magnificentiam gloriæ ipſius, & admiratur nimietatem humilitatis Chriſti: vnde *can.* 46. dicitur manducandum eſſe maxime credendo, vt quid, ait, paras dentes & ventrem? crede & manducaſti: credere enim in eum hoc eſt panem viuum manducare, qui credit in eum manducat eum, viſibiliter ſaginatur, quia & inuiſibiliter renaſcitur: vbi nota, fide quidem vtiliter manducari & ad ſalutem, ſed fide non conſtitui in Euchariſtia in qua antea erat ſine fide noſtra, vt rectè D. Chryſoſtomus ad *cap.* 26. Matthæi, de corpore Chriſti ſic loquitur ὁ πίςει μόνον ἀλλὰ ϗ αὐτῷ τῷ πράγματι, non fide ſolùm ſed & ipſa re nos efficit corpus ſuum, &c. per fidem autem vtiliter ſumitur: Origenes in Marcum, per id, ait, quod dixit hoc eſt corpus meum & hic ſanguis meus, indicat quod panem propoſitum cum gratiarum actione ſumentes, oportet credere ſe participare corpori Chriſti, calicem loco ſanguinis habere, ſecundum quæ paſſus eſt pro ſalute communi omnium, fides enim de his ſimul & confitetur quæ ſtacta ſunt & remiſſione peccatorum gratiam impertit credentibus; & In Matthæum, qui enim panem comedit, participat corpori, non enim attendimus ad naturam ſenſibilium quæ propoſita ſunt, ſed erigimus animum & eleuamus per fidem ad corpus Domini: & D. Auguſtinus *ſerm. ad infantes*, quod ergo vidiſtis, ait, panis eſt, & calix quod oculi veſtri renuntiant, quod autem fides veſtra poſtulat inſtruenda; panis eſt corpus Chriſti, calix eſt ſanguis. D. Chryſoſt. *hom.* 7. *in* 1. *ad Corinth.* ſermonibus ſuperuacaneis, myſterium præparationis non eget, ſed quod eſt hoc ſolum annuntiat, quoniam non erit myſterium diuinum & integrum cum aliquid de te addideris, deinde quia in myſteriis alia videmus alia credimus, aliter igitur ego, aliter infidelis ad hæc affecti ſumus, non enim oculis corporis iudico quæ apparent ſed oculis mentis: & Euſebius *hom.* 5. *de Paſchate*, tu cùm ad reuerendum altare ſalutari cibo potuque reficiendus accedis, ſacrum Dei corpus & ſanguinem fide reſpice, honore mirare, mente continge, cordis manu ſuſcipe, & maximè hauſtu interiore aſſume: & Cyrillus *catech.* 54. ne attende quaſi nudo pani & vino, corpus enim & ſanguis Chriſti eſt, vt Dominus aſſeuerauit, licet enim ſenſus id tibi ſubijciat, fides te corroboret, ne ex guſtu rem æſtima, ſed fide certus eſto te dignum habitum eſſe corpore Chriſti atque eius ſanguine: & S. Ephrem *ſerm. de Iud. cap.* 3. ecce poculum tremendi ſanguinis tui plenum lumine & vita, per hoc nobis gratificatis intelligentiam & illuminationem, vt cum fide cum deſiderio & ſanctificatione ad illud accedamus: & hoc eſt quod ipſemet Chriſtus loquens de hoc Sacramento inſinuauit di-

A cens diſcipulis, verba quæ ego loquutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt, ſed ſunt quidam ex vobis qui non credunt, reſponditque Simon Petrus, Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes & nos credimus: vides enim Chriſtum arguere eos qui non credunt, & Petrum profitenti ſe credere, quare rectè D. Chryſoſt. *hom* 2. *in* 2. *ad Timoth.* loquens de Euchariſtiæ ſacrificio, ait, omnia in eo pendere à fide per quam credimus, ſacrificium, inquit, idem quicumque illud offerat ſiue Paulus, ſiue Petrus, idem eſt ſacrificium quod tunc Chriſtus diſcipulis dedit, & hodie Sacerdotes perficiunt, nihilo minus & inferius eſt hoc illo ſacrificiu, cur? quia hoc non B homines ſanctificant, ſed idem ille qui illud conſecrauit; vt enim eadem verba ſunt quibus Chriſtus vſus eſt, & nunc Sacerdos vtitur, ita nunc oblatio eadē eſt, idem baptiſmus quem dedit, ita omnia procedent à fide, & hoc idem corpus eſt cum illo quod à Sacerdote conficitur; qui putat hoc minus eſſe illo neſcit Chriſtum etiamnū præſentem eſſe & operari; ſed & id optimè docetur in Synodo Nicæna: in menſa diuina rurſus ne deiecto animo ad panem & calicem propoſitum attendamus, ſed elata cogitatione per fidem intelligamus iacere in hac menſa ſacra Agnum Dei tollentem peccata Mundi, qui incruentè à Sacerdotibus immolatur, & non accipientes C pretioſum eius corpus & ſanguinē, vere credere illas eſſe teſſeras noſtræ reſurrectionis; ideo neque multum ſumimus ſed paululùm, vt cognoſcamus non ad ſatietatem ſumere ſed ad ſanctificationem; non eſt igitur mirum ſi dictu *can.* 46. dicitur credere in Chriſtum, eſſe ipſum manducare, vt oſtenſum eſt ſupra verbis eius allatis, quæ etiam verba reperiuntur in *can.* 59. *hac diſt.* 2. & inſuper additur, quod participatione veræ filij, quæ fit per vnitatem corporis Chriſti, homo manducans viuit, quia non tantum ſumit in Sacramento quod multi faciunt, ſed vſque ad Spiritus participationem, vt in corpore Domini tanquam membrum maneat eiuſque ſpiritu vegetetur, quod eſt dum eius mandata ſeruat, ad D altare enim Dei inuiſibile quò non accedit iniuſtus, ille peruenit qui ad hoc præſens iuſtificatus accedit, & inueniet illic vitam ſuam, qui hîc diſcernit cauſam ſuam, per manducationem enim ſeu participationem corporis Chriſti ritè factam homo manet in Chriſto, & Chriſtus in eo, vt rectè dicitur *can.* 46. quomodo, ait, ipſe dicit, qui manducat carnem meam & bibit meum ſanguinem; in me manet & ego in eo, ſi itaque in me manet & ego in illo, tunc manducat, tunc bibit, qui autem non in me manet neq; ego illo, & ſi accipit ſacramentum acquirit magnum tormentum *dicto can.* 46. hic enim eſt verus manducationis effectus vt vnum ſimus E in Chriſto, & inde fit vt ſit prohibitum ne biſtriu communicet, quod is magiſter ſit & doctor non erudiendorum, ſed perdendorum puerorum *can.* 95. niſi pœniteat, & reuertatur ad Dominum *can.* 96. non eſt tamen abſtinendum ab hoc Sacramento propter quodlibet peccatum *can.* 15. nempe vt ibi dicitur, niſi tanta ſint peccata vt excōmunicetur quis, nam ſi non ſint talia non ſe debet à medicina corporis & ſanguinis Domini ſeparare *dicto can.* 15. verùm qui vxorem habet, vt ſanctus participet corpori Chriſti abſtinere, debet ab eius vſu tribus qua-

ſuor aūt octo diebus ante ſacram communio- A
nem, dicto *canone* 15. nam vt rectè dicitur *can.* 8.
nihil io ſacrificiis maius eſſe poteſt qoam cor-
pus & ſanguis Chriſti, oec vlla oblatio hac po-
tior eſt, ſed hæc omnes præcellit, quæ pura con-
ſcientia Domioo offerenda eſt & pura mente ſu-
menda atque ab omnibus veneranda, & ſicut
potior eſt cæteris ita potius excoli & venerari
debet. Dubitatur an Quotidiè.

Sit Cōmunicandū ne qua re D. Aug. *can.* 13. ita
dicit, nec laudo, nec vitupero, omnibus tamen
Domioicis diebus communicandum ſuadeo &
hortor, ſi tamen mens ſit ſine affectu peccaodi;
faciat vnuſquiſque ſecundum fidem ſuam vt piè
credit faciendum; & Zachæus & ille Centu-
rio, cùm alter eorum gaudens in domum recepit B
Dominum, alter dicit Domine oon ſum dignus,
vt intres ſub tectum meum; ambo honorificao-
tes ſaluatorem, diuerſo & quaſi contrario modo
ambo peccatis miſeri, ambo miſericordiam con-
ſecuti; ad hoc valet quod manna ſecuodom pro-
priam voluntatem io ore cuiuſque ſapiebat; co-
nādum tamen eſt vt ſæpiſſimè accipiamus hoc
corpus cū ſæpiſſimè peccemus, & cùm ſæpiſſimè
effundatur pro nobis in Miſſa in remiſſionem
peccatorum; vt habet *can.* 14. ſi quotieſcumque
effunditur ſanguis Chriſti, in remiſſionem pec-
catorum effunditur, debeo ſemper illum acci-
pere, vt ſemper mihi peccata dimittantur, qui
ſemper pecco, ſemper habere debeo medicinam: C
niſi vt diximos tam grauia ſint peccata quæ nos
commonione priuant Eccleſiæ, vel aliunde ob-
ſtent *can.* 15. 16. *&* 17.

Exceptis ergo quibuſdam locis, non omnibus
diebus aut in vnaquaqoe Miſſa communicabant
laici. vt patet etiam ex D. Auguſtino *epiſtola* 118.
alia vero, ait, quæ per loca terrarum regiones
que variantur, ſicuti eſt quod alij ieionant Sab-
bato alij vero non, alij quotidiè corpori com-
municaot & ſanguini Dominico, alij certis die-
bus accipiuot, alibi nullus dies iotermittitur
quo non offeratur, alibi Sabbato tantùm & Do-
minico, alibi Dominico tantum &c. D

Cæterum Laici debent ſaltem ter in anno
communicare, niſi forte ob maiora grauioraque
peccata impediantor ſcilicet io Paſcha, Pente-
coſte & Natali Domini *canone* 16. oec interca-
tholicos connumerabitor qoi iſtis tribus tempo-
ribus non communicauerit *canone* 19. *&* 21.
quod ſi qui intraotes in Eccleſiam deprehen-
dantur non communicare monendi ſunt, quod
ſi noo communicent ad pœnitentiam faciendam
compellentur *canone* 20. item ſi quis intraos in
Eccleſiam ſacras ſcriptoras non audiat, & pro
luxuria ſua auertat ſe à communione Sacra-
menti, & in obſeruandis myſteriis declinet Re- E
gulam conſtitutam diſciplinæ, proiiciendus eſt
de Eccleſia catholica donec agat pœnitentiam,
& oſtendat fructum pœnitentiæ ſuæ vt poſſit
communione percepta indulgentiam prome-
reri *canon.* 15.

Porro Diuus Ambroſius ſuadebat *ſermo-
ne* 34. vt tempore Quadrageſimæ die omni,
vel ſaltem qualibet die Dominica fieret commu-
nio à fidelibus, in quadrageſima, ait, moneo,
vt omni die vel ſaltem Dominica offeratis &
communicetis.

Quod attinet ad Sacerdotes qui ſacrificant,
A ipſi debent toties commuoionis gratiam ſumere,
quoties offeruot ſacrificium, ſiue vno, ſiue pluri-
bus diebus, nec debent io oblationibus ſe ſuſ-
pendere à commuoione, ſed quoties immolatio
facta conſtiterit toties participes fieri debent
corporis Chriſti *canone* 11. idque non taotum
ſacri corporis portione in ſpeciebus panis, ſed
etiam io calice ſacri cruoris, à quo ooo debent
abſtinere, qoia diuidere myſteria in hoc ſacrifi-
cio, & non accipere integra Sacramenta ſacri-
legium & ſuperſtitio eſſet *canone* 12. quod qui-
dem oon ita eſt de Laicis, quibus ſufficit Sacra-
mentum ſub vna ſpecie, quia ſub altera tantùm
eſt Sacramentum, ſub vtroque ſacrificium in-
tegrum. Nil obſtat tamen Laicos ſub vtraque
B ſpecie communicare, & ita aliquando factum
probat Cyrillus catechesi 5. & Leo 1. *ſermone* 4.
de Quadrageſima, qui dixit vt ſub vtraque ſpe-
cie communicarent ad diſcernendos Manichæos
qui ſub pane tantum volebant fieri hoc Sacra-
mentum; propter autem maius periculum in
vino quàm in paoe, ſtatutum eſt vt in pane non
in vino daretur; quod ſi poſtquam communi-
cauerit populum Sacerdos, remanſerint Holo-
cauſta, ea craſtinum oon erunt reſeruanda, ſed
Clericis dabuntur coosumeoda, qui poſtquam
conſūmaoerint ea reſidua corporis Domini, non
debent ſtatim venire ad communes cibos acci-
C piendos, ne illi cibi miſceantur cum ſacra potio-
ne, qua propter ſi mane Dominica portio ſum-
pta fuerit à Clericis & Miniſtris vſque ad ſextam
ieiuoabuot, ſi 3. vel 4. ieiunabuot ad veſperam,
nec vero licebit cuiuis Clerico cætero dare de
fragmentis illis oblationum, ne forte ſint indigni
canone 23. vel ſi reſeruentur prædictæ reliquiæ
fragmentorum corporis Domini, quæ alio loco
dicontur pulu, tribus Clericorum ordioibus
commiſſa debent eſſe, id eſt Presbytero, Diaco-
no & Miniſtro, qui quidem omnes cum timore
& tremore Cleric. reliquias illas fragmen-
torum corporis Domioi cuſtodire debent dicto
canone 23. atque ideo ſi per negligentiam aliquid
D de ſanguine Domini ſtillauerit in terram, lingua
lambatur & tabula radatur, ſi vero oon fuerit
tabula in qua ſtillauerit, corrodetur vt non con-
culcetur & corraſum igne conſumetur, & cinia
intra altare recondetur, ipſeque Sacerdos qua-
dragiota diebos pœnitebit, verum ſi ſuper altare
ſtillauerit calix, ſorbebit Miniſter ſtillam, & tri-
bus diebus pœnitebit, quod ſi ſuper linteum al-
taris ſecundum ſtilla peruenerit, quatuor die-
bus pœnitebit, ſi vſque ad tertium, oouem die-
bus, ſi vſque ad quartum viginti diebus, & lintea-
mina quæ ſtilla tetigerit, tribus vicibus abluen-
tur à Miniſtro, ſuppoſito ipſis linteaminibos
calice, & aqoa ablutionis ſumetur & iuxta altare
E recondetur *canone* 27. quod ſi quis Clericus, Mo-
nachus, Diaconus, vel Sacerdos per ebrietatem
vel voracitatem Euchariſtiā euomuerit, ſeptua-
ginta diebus pœnitebit, Epiſc. nonaginta, Lai-
cus quadraginta: ſed ſi illud per infirmitatem
acciderit, ſeptem diebus pœnitebit *canone* 28.

Deinde Presbyteri habent in mandatis ne vſ-
qoe adeo parui pendaot myſteria diuioa vt ali-
cui laico vel fœminæ tradant ſacrum corpus de-
ferendum infirmis, ſed ipſi infirmom communi-
cent, alioquin deponantur *canone* 93. eſſet enim
deteſtabile ſi is qui in ſacrarium non ingrediun-

tur nec ad altare appropinquãt, Sancta Sanctorum committi, dicto *canone* 93. & tamen apud Euſebiom *lib. 6. cap.* 44. Serapione animam agente Sacerdos ipſe ægrotus mitiit ad eum puerum cum Euchariſtia: item præſcribitor Sacerdotibos vt ſeruent Euchariſtiam, pro infirmis dicto *canone* 93. eamque bene cuſtodiant, quia niſi bena cuſtodierint atque mus illam comederit, quadraginta diebus pœnitebunt, qui vero hoſtiam ſacratam perdiderint in Eccleſia, aut partem eius, eaque inuenta non fuerit, per triginta dias pœnitebunt dicto *canone* 93.

Quæritur vero an in cœna Domini poſſit percipi Euchariſtia, & dicitur *canone* 17. vſom obtinuiſſe vt percipiatur & in eum effectum pœnitentes ea die reconciliari dictó *canone* 17.

Quæritur 2. num ieiunom oporteat accedere ad Euchariſtiam, & Reſpondetur *canone* 54. oportere ieiunum accedere, licet quando 1. acceperunt diſcipuli corpus & ſanguinem Domini non acceperint ieiuni; nam ideo Apoſtoli pranſi acceperunt quia Chriſtus exinde ad paſſionem digreſſurus erat, vt commendatius haberent hoc myſterium; nec Chriſtus aliqnid præcepit quo ordine ſumeretur, vt Apoſtolis per quos Eccleſias erat diſpoſiturus, ſeruaret hunc locum, at placuit Spiritui Sanctó vt in honorem tanti Sacramenti in os Chriſtiani prius corpus Dominicum intraret, & per orbem vniuerſum ille mos ſeruaretur.

Quæritor 3. an de mann mali Sacerdotis & ab eó conſecratum poſſit percipi corpus Chriſti.

Reſpondetur ex *canone* 26. poſſe omnino percipi, vbi affertur exemplum quando dixit Dominus ad Moyſem & ad Eleazarum filium Aaron Sacerdotem, tollite thuribula ærea de medio exuſtorũ & ignem alienum hunc ibi ſeminate, quia ſanctificauerunt thuribula horum peccatorum in animabus ſuis, & fac ea laminas ductiles circumpoſitionem altari, quoniam oblata ſunt ante Dominum & ſanctificata ſunt in ſignum filiis Iſraël; & additur à D. Auguſtino in illo canone notandum nouo modo dicta ſanctificata pœnâ eorom à quibus peccatum hoc fuerat perpetratum, quia per eus exemplum datum eſt cæteris quo timerent; deinde circumpoſitionẽ altari ex eis fieri voluit, hac addita ratione quia oblata ſunt ante Dominum & ſanctificata ſunt in ſignum filiis Iſraël, vnde non in eis reprobari voluit quod à talibos oblata ſunt, ſed hoc potius attendi ante quem oblata ſint, id eſt, quia ante Dominum vt plos in eis valeret nomen Domini ante quem oblata ſunt, quam peſſimom meritum, eorum à quibus oblata ſunt.

Sed vt hæc omnia plenios intelligantur optimun facte eſt viſum, ſe inſeratur vberior tractatus Eochariſtia.

Scimus quia in principio erat Verbom antequam cœlum & terra fierent idque apud Patrem figura ſubſtantiæ eius, ſcimus deinceps omnia per ipſum facta eſſe & per Spiritum Sanctum, per Verbum quando dixit & facta ſunt, per Spiritum quando omnia quæcumque voluit fecit, omnia inuiſibilia & viſibilia ſpiritualia & corporalia, creaturam omnem Angelicam & mundanam, hominemque ex corpore & ſpiritu conſtitutum, & hæc quidem vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus *Prouerbiorum* 16. 14. atque vt loquitur D. Baſilius *homilia* 1. *quæſtione* 3. in Geneſim, fecit vt bonus quod vtile eſt, vt ſapiens quod pulcberrimum eſt, vt potens quod maximum eſt, & quemadmodum in rebus naturalibus mente carentibus vis quædam naturales inſita & indita eſt à Deo ad omnes naturalis effectus producendos & finem ſuum naturalem conſequendum; ita in creaturis intellectualibus indita eſt ratio primum qua ſe conuenienter naturæ ſuæ & fini naturali gererent, tum deinde gratia ſimul addita quâ ad gloriam & beatitudinem ſupernaturalem puſſent peruenire, & ſine qua non puſſent, quæ ideo dicitur ſemen Dei à D. *Ioanne* 13. ad differentiam ſationis quæ eſt ſemen naturale hominis; voluit vero Deus vitam Angeli quam homines gloriam ſuam per gratiam Dei mererentur vt rectè Epiphanius hæreſi 64. ſpontaneam enim, ait, etiam ipſis Angelis habere ad vtrumque voluntatem Deus conſtituit, velut etiam in hominibus, vt aut obedientes Verbo eſſent cum ipſo, & acciperent beatitudinem eaque fruerentur, aut non obedientes iudicarentur, quo pacto condicta videtur certa perſeueratio Angelis in bona voluntate, à qua ſi defeciſſent perirent in æternum, & in qua ſi manſiſſent eſſent fælices in æternum, idque ſibi Deus Creator reſeruauit tanquam ios Domini; quod in Angelus ſuas creaturas habuit, hominibus vero præcepit ne de ligno ſciẽtiæ boni & mali comederent, aut morte morerentur, idq; etiam vt Dominium ſibi reſeruaret, vt recte Chryſoſtomus in Geneſim: hæc faciebat, ait, quaſi Dominus aliquis liberalis domum magnam alicui concedens, & vt Dominium ſibi ſaluum maneat, paruam tantum pecuniam dandam ab illo præſcribit, ſic ſanè & benignus noſter Dominus conceſſo omnium quæ ſunt in paradiſo, fructu, ab vno tantum ligno iuſſit abſtinere, vt ſcire poſſit quod ſit ſub Domino cui obedire debeat & parere ſi quid illi imperarit: & D. Auguſtinus *lib. 8. cap.* 13. de Geneſi ad litteram; ab eo ligno, ait, quod malum non erat, prohibitus eſt, vt ipſa per ſe præcepti conſeruatio bonum illi eſſet, & tranſgreſſio malum: vtique igitur vt habet D. Auguſtinus *libro de fide ad Petrum capite* 3. Angeli ſcilicet atque homines pro eo quia rationales facti ſunt æternitatis atque beatitudinis, donum in ſe à naturæ ſpiritalis Creatore diuinitus acceperunt, ita ſcilicet vt ſi dilectioni ſui Creatoris iugiter inhæſiſſent ſimul æterni beatique manſiſſent, beati neutri à principio, & vtrique peccauerunt, gratia vero erat vtriſque ſufficient; peccatum tamen fuit diſpar, pœna etiam diſſimilis, Angeli namque quia omnes diuerſæ ſpeciei videntur nec quemadmodum homines ſpeciem ſuam in indiuiduis conſeruant per modom generandi, ideo cùm peccauerunt nullum miſericordiæ locum dederunt, nec ad ſucceſſores ſuos peccatum tranſmiſerunt, & illi tantùm manſerunt & remunerationem acceperunt qui non peccarunt, homines vero quia originem à primo homine acceperunt, omnes facti ſunt rei cum primo homine, ſed miſericordia habuit occaſionem hominibus ſuccurrendi, & Deo ita viſum eſt congruum vt homines ſcilicet reparabiliter peccarint Angeli vero irreparabiliter, vt

loquitur D. Bernardus *ſermone 1. de Aduentu*; non quod non æque peccatum arceret vtroſque ab illa beatitodioe ſupernaturali. ſed quod Deus denuo vellet homioes poſſe ſaluos fieri vt poſſent ad eaodem beatitudinem peruenire ad quam peruenifſeot Angeli, quia aliuquin omoes areuiſſet; cùm dicatur Sapientiæ 13.5. Romanorum t. 20. omoia creata fuiſſe à Deo vt eſſent, non aotem vt ea mox perderet: perdidiſſet autem penitos hominem ſi com inſtituiſſet ad gloriam, eum illa penitus deſtituiſſet, qua tamen omnes Aogeli noo eſſent deſtituti: quare vno modo non omnes homines ea deſtituti, alio vero Angeli, quare ſuauiter Deus in præcepto Angelis facto ſtatuit vt qui Angeli non ſeruarent ſuum B principatum & derelinquerent ſuum domicilium, in iudiciom magni Dei vinculis æternis ſub caligine reſeruarentur, vt habet Iudas in canonica ſua capite: verſu 6. & vt rectè auctor libri de mirabilibus ſacræ ſcripturæ *lib. 1. cap. 2. in tomo* 3. operum D. Auguſtini, immutationem ad excellentiorem ſtatum non haberet Angelos niſi per cootemplationem ſoi Creatoris confirmatus, & in ſtatu permaneret vbi conditus fuit, & idcirco prolapſus iterum reuocari minime potuit qui de ſublimiſſimo ſui ordinis ſtatu proruit, in præcepto vero hominibus facto ſtatuit ei prouidere de modo quo poſſet reparari, & Deo ſatisfaciendo iterum vocari ad gloriam: C homo vero denuo ad fidem ſupernaturalem renocatus eſt hac ratione quæ eſt ſupra rationem omnem, nempe Incarnatiooe Chriſti quam Moyſes & Dauid, Eſaias ac Daniel cunctique Prophetæ de ipſo prædicauerunt, ſed modum atque rationem ignorauerunt, vt dicit Gregorius Thaomaturgus *ſermone* 1. in Anouociatione Beatiſſimæ Virginis: ea ergo facta vt oos Deus per peccatum à beata vita delapſos ad eandem rurſus incarnatione reuocaret, vt ait Gregorius Nazianzenus oratione in Chriſti natiuitatem; & ideo incarnatio dicitur ab Iſidoro Peluſiota innouare homines *εἰς καινότητα* ad nouum ortum; nempe ad illum quo non eramus filij iræ ſed gratiæ; oportuit enim Deum incarnari, oam D vt eſt *in pſalmo* 48. *verſ.* 8. frater non redimit, redimet homo; id eſt, vt explicat D. Baſilius, non homo nudus, ſed homo Deus Ieſos Chriſtus quia nullus alios poterat condignum afferre pretium: nam vt loquitor D. Chryſoſtomos homilia de Aſcenſione Domioi, ſicut duobus iurgio ſeparatis vnus in medio poſitos altercãtium litem diſcordiãq; diſſoluit, ita & Chriſtus oobis fecit: Deus qoidem nobis iuſte iraſcebatur & nos contemnebamus iratum, & clementem Dominum declinabamus, & ſe medium Chriſtus ingeſſit, & ſociaoit vtramque naturam, & nobis quod imminebat ſupplicium ipſe ſuſtinuit. Non E eſt vero ſtatim Incarnatus primo quia oportuit prios peccatum hominis caſtigari io puro homine ſermone lege prophetis comminationibus plagis incendiis bellis victoriis cladibus ſignis è cælo & aere, Gentium inſperatis mutationibos, vt rectè Gregorius Nanzianzenus *oratione* 2. in Paſcha. Deinde quia cùm incarnatio eſſet myſterium ab æterno occultatum, oportuit prius ſignis & prophetiis deſignari; multa enim ſunt ſcripturæ ſacræ teſtimonia, multæ actiones veteris Teſtamenti, quæ veram Dominicæ incarnationis doctrinam certiſſimè nobis declarant

A vt dicit Iſidorus Peluſiota *libro* 1. *epiſtola* 313. & omnes Patres, atque ideo Incarnatio dicitur à Græcis Diſpenſatio & œconomia, quod vnicum ſit inuentum Dei ſuo tempore & modo ad noſtram ſalutem deſtinatum, ita enim vocat Gregorius Thaumaturgus *ſermone in Annuntiat. B. Mariæ Virginis Deiparæ*, Theodoritus in Polymorpho, & Chryſoſtomus *in cap. 15. ad Corinthios* 1. his verbis, aliter, ait, loquitur Paulus qoando de ſola diuinitate loquitur, aliter quando *περὶ τῆς οἰκονομίας* id eſt, de diſpenſatione &c. in qua Oeconomia eſt voluntas patris qui voluit ſic glorificari atque maniſeſtari per filium incarnatom, Oeconomia B eſt operatio Spiritus Sancti, œconomia eſt ipſamet carnis aſſumptio, pluresque ſic œconomiæ partiales in incarnatione vt rectè Hippolytus Martyr homilia contra hæreſim Noeti: eademqoe ratione, quia non tantùm incarnatio Chriſti ſed omnia alia eius myſteria & Sacramenta erant admiraoda & ſupra captum humanum, oportuit etiam ea antequam euenireot deſcribi & deſignari quibuſdam ſymbolis in lege veteri, quæ tota erat inſtituta vt figuras nobis futurorum Chriſti arcanorum exhiberet; & præcipuè Euchariſtiam in qua Corpus ipſummet Chriſti carni noſtræ vnitum adhuc nouo modo carni noſtræ coniungendum erat.

C Et non abs re dicturi de Euchariſtia ſermonem noſtrum inchoauimus ab incarnatione, quod multis in rebus conuenire poſſint: nam nam quemadmodum, vt dicit Iuſtinus Martyr apologia 2. Chriſtus Saluator noſter Verbo Dei carnem aſſumpſit habuitque pro ſalute noſtra, ita edocti ſumus cibum qoo per tranſſubſtantiationem ſanguis & caro noſtra nutriuntur, Euchariſtiam factam Verbo ipſius eſſe carnem, & ſanguinem ipſius Chriſti: & Cyprianus *libro de Cœna Domini*, ſicut, ait, io perſooa Domini, Chriſti humanitas videbatur & latebat diuinitas, ita in Sacramento viſibili ineffabiliter diuina ſe ioſundit eſſentia; quare aliquem inter ſe videntur habere ordinem hæc D myſteria. Adde quod quemadmodum in incarnatione eſt Chriſtus homo & Deus, ita in Euchariſtia; vt Incarnatione Chriſtus aſſumpſit humanam naturam ſeu ſubſtantiam; humanam ſine ſubſiſtentia, ita & io Euchariſtia accidentia panis ſine inhærentia, vt aliqua licet diſſimili qoidem aſſumptione ſubſtantiam, & accidentia honoraret, illam in Incarnatione, hæc vero in Euchariſtia & ſicut per incarnationem Deus hominem Deum, & Deum homioem fecerat ita per Euchariſtiam vitam ſimilem, ſeu vitam quæ conueniret huic eſſe Dei, tribuit: nam ex Ariſtotele *libro 2. de Anima capite* 4. *τὸ δὲ ζῆν τοῖς ζῶσι τὸ εἶναί ἐστι*, id eſt viuere, viuentibus E eſt eſſe; decuit non tantùm hominem eſſe factum Deum per incarnationem, ſed etiam viuere vt Deum per Euchariſtiam, io qua corpus Chriſti Sacramentaliter & non ſecundum ſe manducatur, dentibus frangitur, & à ſe ipſo quodammodo diuerſum ſit vt induat veram rationem alimenti, quod partim ſimile, partim debet eſſe diſſimile viuenti quod alitur, vt rectè Ariſtoteles *lib. 2 de Anima capite* 4. antea citato. Item ſicuti natura humana ſiue ſubſtantia cum diuina ſubſiſtente vnam Chriſti Perſonam conſtituit, ita in Euchariſtia ſpecies panis ſine

ſubſtantia cum corpore ſubſtantiali Chriſti ſubſtantiam animæ & diuinam habente, Sacramentum vnum Euchariſtiæ componit: & ſicut Iudæi Chriſtum incarnatum in ſpecie humana & paupertina ſeu ſeruili non receperunt vt Deum, ita hæretici verum Chriſtum in ſpeciebus Euchariſtiæ propoſitum non agnoſcunt. In hoc vero differunt Incarnatio & Euchariſtia quod in incarnatione non tantùm totus Chriſtus eſt Deus, ſed ipſa caro eſt Deus, & anima eſt Deus; in Euchariſtia vero ſolæ ſpecies non ſunt Sacramentum Euchariſtiæ, nec ſolum corpus Chriſti, ſed ſpecies cum corpore Chriſti: item quod in incarnatione Verbum ſeu diuina natura coniuncta fuit humana, in Euchariſtia vero corpus Chriſti iam coniunctum per incarnationem, coniungitur ſpeciebus panis: item quod in incarnatione coniunctio fit per vnionem hypoſtaticam; in Euchariſtia, per vnionem Sacramentalem.

Cæterum ſicut diximus prædictam & præfiguratam fuiſſe Incarnationem ita præfiguratum eſt hoc Euchariſtiæ Sacramentum, vt in oblatione farinæ ex Iuſtino Martyre contra Tryphonem, in pane Melchiſedech, ex Iſidoro Peluſiota, *libro 1. epiſtola 431. D. Ambroſio, ad cap. epiſtolæ ad Hebræos*; ex *Athanaſio libro de Regio Sacerdotio*, *Cypriano epiſtola 3. libro 2. Clemente Alexandrino libro 4. Stromatum*, *Epiphanio libro* 2. aduerſus hæreſes, & ex multis alijs, de quibus multi multa dixerunt & ſcripſerunt.

In Euchariſtia corpus Chriſti eſſe quia ipſe Chriſtus dixit.

CAP. I.

QVia ipſe Chriſtus dixit hoc eſt Corpus meum ita credimus eſſe: Euſebius Emiſſenus *canone* 35. *diſtinct*. 2. de Conſecratione: recedat, ait, omne infidelitatis ambiguum, quandoquidem qui author eſt muneris, ipſa etiam eſt teſtis veritatis; nam inuiſibilis Sacerdos viſibiles creaturas in ſubſtantiam corporis & ſanguinis ſui Verbo ſuo ſecreta poteſtate conuertit, ita dicens, accipite & comedite, hoc eſt enim corpus meum, & repetita ſanctificatione, accipite & bibite hic eſt ſanguis meus; ergo ſicut ad nutum præcipientis Domini repente ex nihilo ſubſtiterunt, ita pari poteſtate in ſpiritalibus Sacramentis vbi præcipit virtus ſeruit effectus: & D. Ambroſius *lib*. 4. *de Sacramentis capite* 4. & refertur *canone* 55. ergo Chriſti ſermo hoc conficit Sacramentum, quis ſermo Chriſti? nempe is quo facta ſunt omnia, iuſſit Dominus & factum eſt cælum, iuſſit Dominus & facta eſt terra, iuſſit Dominus & facta ſunt maria, iuſſit Dominus & omnis creatura generata eſt; vides ergo quam operatorius ſit ſermo Chriſti: ſi ergo tanta vis eſt in ſermone Domini Ieſu vt inciperent eſſe quæ non erant, quanto magis operatorius eſt vt ſint quæ erant & in aliud commutentur, & ſic quod erat panis ante conſecrationem, iam corpus Chriſti eſt poſt conſecrationem; quia ſermo Chriſti creaturas mutat, & ſic ex pane fit corpus Chriſti, & vinum cum aqua in calice miſtum fit ſanguis conſecratione Verbi cæleſtis; & hoc etiam vtitur argumento D. Chryſoſtomus ad *caput* 26. Matthæi: credamus igitur vbique Deo, & ab eo perſuadeatur nobis quod vult, nec ei contradicamus licet videatur eſſe contrarium noſtris ratiocinationibus & oculis quod dicitur, ſed eius Verbum ſit potius & antiquius noſtris opinationibus & ipſo viſu, ſic & in myſterijs faciamus non intuentes ea tantùm quæ propoſita ſunt, ſed eius verba complectentes, eius enim Verbum decipi ſe circumueniri non poteſt, ſenſus noſter facile decipitur, Verbum Dei nunquam labefactatur, nunquam concidit, ſenſus plerumque fallitur; quia igitur Verbum Dei dicit hoc eſt corpus meum, & perſuademur, & credimus, & oculis mentis intuemur; nihil enim quod ſenſu percipiatur nobis tradit Chriſtus, ſed ſub ſignis ſenſibilibus omnia intellectilia quæ mente tantùm capi poſſint, ita & in Baptiſmo per rem ſenſibilem fit aquæ donum regeneratio vera, & innouatio quæ efficitur, intellectu tantum percipitur; ſi enim eſſes incorporeus nuda tibi dona & incorporea dediſſet, quia vero animus cum corpore coniunctus eſt, ſub rebus ſenſibilibus tibi tradit res intellectuales: quot hodie dicunt, vellem eius formam videre, characterem figuram veſtem calceos, ecce eum vides, eum tangis, eum comedis, & tu quidem veſtes cupis videre, ipſe & ſeipſum tibi dat, non vt videas tantùm ſed vt comedas & intus accipias. & Cyrillus Hieroſolymitanus *catecheſi* 4. cùm ergo profeſſus ſit ac dixerit de pane, hoc eſt corpus meum, quis deinceps audeat de eo dubitare? cùmque ipſa affirmauerit & dixerit, hic eſt ſanguis meus, quis dubitabit aliquando dicens: non eius eſſe ſanguinem? & D. Epiphan. in Ancorato, ſurrexit in cœna & accepit illa, & poſtquam gratias egiſſet, dixit, hoc meum eſt, illud & videmus quod non eſt æquale neque ſimile formæ eius corporeæ vel inuiſibili diuinitati; illud enim eſt rotundæ & orbicularis formæ, ſenſus expers, vt ad potentiam, & per gratiam dicere voluit, hoc eſt meum illud, & nemo fidem negat eius ſermoni, qui enim negat eum eſſe veracem, vt dixit, excidit gratia & charitate; & D. Auguſtinus *canone* 72. *de conſecratione diſt*. 2. veritas, ait, caro mea vere eſt cibus & ſanguis meus verè eſt potus, & paulo poſt, cuius enim potentia creantur prius, eius vtique Verbo ad melius procreantur: & Rabanus Maurus de ſacram. Euchariſtiæ *capite* 41. hanc ſolam, ait, rationem attendendam: ſi rationem quæris, ſcias quæſo quia ratio in virtute Chriſti eſt, ſcientia in fide, cauſa in poteſtate, effectus in voluntate. Dixit vero Chriſtus, hoc eſt Corpus meum tribus de cauſis. Primo vt illud efficeret teſte diuo Chryſ. *hom*. 51. in Matthæum: qui dixit, ait, hoc eſt corpus meum, rem ſimul & verbum confecit: Secundò vt ita eſſe crederemus; nam non tantùm conficiebat corpus ſuum, ſed etiam tradebat credendum cùm illud conficeret in Sacramento & myſterio, nam quando panes multiplicauit, aut aquam in vinum conuertit, non dixit hoc eſt vinum quia non tradebat hos panes aut illud vinum ſub myſterio fidei vel rei credendæ, ſed experientia comprobandæ

nempe quia nudos panes multiplicauerat & nudum vinum trauſmutauerat, vt rectè Philoſophatur idem Chryſoſtom. *homilia* 45. *in Ioannem & 61.* ad populum Antiochenum.

Tertia vt diſcipulis traderet quomodo efficerent hoc Sacramentum, per hæc verba quæ dixit, hoc eſt corpus meũ, per hæc tradidit diſcipulis quomodo oportet eos efficere noui Teſtamenti myſterium vt rectè Origenes in Marcũ, & D. Ambr. *l.* 4. *de Sacram. cap.* 4 hoc igitur aſtruamus quomodo poteſt qui panis eſt corpus eſſe Chriſti; cõſecratione, conſecratio igitur quibus verbis ſit & cuius ſermonibus? Domini Ieſu: nam reliqua omnia quæ dicuntur laus Deo referuntur; ex quo loco patet ſolam repetitionem verborum Chriſti, eſſe conſecrationem: & Tertullianus *libro* 4. in Marcionem, acceptum panem diſcipuliſque diſtributum, corpus ſuum illum fecit, hoc eſt corpus meum dicendo. D. Cyprianus libro de cœna; ſed ex quo à Domino dictum eſt hoc facite in meam commemorationem, hæc eſt caro mea & hic eſt ſanguis meus, quotieſcumque his verbis & hac fide actum eſt, panis iſte superſubſtantialis & calix benedictione ſolemni ſacratus, ad totius hominis vitam atque ſalutem proficit, quapropter dicere debemus cum D. Chryſoſtomo ad *caput* 16. Matthæi, credamus verbis eius & ne contradicamus, licet repugnet id quod dicitur noſtræ ratiocinationi & aſpectui, ſed eius ſermo plus poſſit quàm viſus aut ratiocinatio noſtra, ſic faciamus in myſteriis, ne ſpectemus tantum res propoſitas, ſed eius verbis adhæreamus, eius enim Verbum circumueniri non poteſt, noſter ſenſus decipitur, Verbum Dei nunquam irritum eſt, ſenſus plerumque errat, quia igitur Verbum dicit, hoc eſt corpus meum, & perſuademur & credimus ita oculis intellectus cernimus, vel cum Paſchaſio Abbate Corbeienſi libro de corpore Domini, omnia quæcumque voluit Dominus fecit in cœlo & in terra, & quia voluit, licet figura vini hic ſit ſacratus, ad totius hominis vitam ſalutem æquæ proficit; & licet ſpecies panis & tamen omnino nihil aliud quam caro Chriſti & ſanguis poſt conſecrationem credenda ſunt.

Quod per ſanctificationem & conſecrationem verborum panis & vinum fiant corpus Chriſti.

CAP. II.

ITa ſane omnes Patres. S. Cyrillus *catecheſi* 1. ſicut enim panis & vinum Euchariſtiæ ante ſactam inuocationem adorandæ Trinitatis panis eſt & vinum nudum ac ſimplex, inuocatione facta panis fit corpus Chriſti, vinum ſanguis Chriſti: Gregorius Nyſſenus, libro de corpore Chriſti, pulchrè nunc Verbo Dei ſanctificatum panem in Corpus Chriſti trãsformari credimus: diuus Ambroſius libro de iis qui initiantur myſteriis, quantis, alrvtimur exemplis vt probemus non eſſe quod natura formauit ſed quod benedictio conſecrauit, maioremque vim eſſe benedictionis quam naturæ, quia benedictione etiam natura ipſa mutatur, quod ſi tantùm valuit ſermo Heliæ vt ignem de cœlo deponeret, non valebit ſermo Chriſti vt ſpecies mutet elementorum? ſermo Chriſti qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non poteſt ea quæ ſunt in id mutare quod non erant? D. Auguſtinus canone verum *diſtinctione* 2. *de conſecratione*, fideliter fatemur ante conſecrationem panem eſſe & vinum quod natura formauit poſt conſecrationem vero, carnem Chriſti & ſanguinem eſſe quod benedictio conſecrauit: item D. Ambroſius *lib.* 4. *de Sacramentis capite* 5. antequam conſecretur, panis eſt, vbi vero verba Chriſti acceſſerint, corpus eſt Chriſti, denique audi dicentem accipite & edite ex hoc omnes, hoc eſt enim corpus meum; ante verba Chriſti, calix eſt vini & aquæ plenus, vbi verba Chriſti operata fuerint, ibi ſanguis efficitur qui plebem redemit, idem D. Auguſtinus *ſermone* 18. de verbis Domini; dixi vobis quod ante verba Chriſti, quod offertur panis dicatur vbi Chriſti verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur ſed corpus appellatur idem: D. Ambroſius libro de iis qui initiantur myſteriis *capite* 9. ante benedictionem verborum cœleſtium alia ſpecies nominatur, poſt conſecrationem corpus Chriſti ſignificatur, ipſe dicit ſanguinem ſuum; ante conſecrationem aliud dicitur, poſt conſecrationem aliud nuncupatur, & tu dicis amen, hoc verum eſt, quod os loquitur mens interna fateatur; & *libro* 4. *de Sacramentis capite* 4. tu forte dicis meus panis & vſitatus, ſed panis iſte, panis eſt ante verba Sacramentorum, vbi acceſſerit conſecratio, de pane fit caro Chriſti, hoc igitur aſtruamus, quomodo poteſt qui panis eſt corpus eſſe Chriſti? conſecratione, conſecratio igitur quibus verbis eſt, & cuius ſermonibus? Domini Ieſu; nam reliqua omnia quæ dicuntur laus Deo refertur. Theodoretus *in dialogo* 2. poſt conſecrationem ἁγιασμὸν autem, quomodo ea vocas? corpus & ſanguinem Chriſti; & credis te participare corpori & ſanguini Chriſti? ita credo, vt igitur ſigna σύμβολα, corporis & ſanguinis Domini alia ſunt ante inuocationem Sacerdotalem, poſt inuocationem autem mutantur & alia ſunt, captus es retibus quæ t :niſti: Irenæus *libro* 4. *cap.* 34. vt qui eſt de terra panis, percipiens inuocationem Dei, iam non communis panis eſt ſed Euchariſtia, ex duabus rebus conſtans terrena & cœleſtis, ſic & corpora noſtra percipientia Euchariſtiam, iam non ſunt corruptibilia; & *libro* 5. *capite* 2. percipientia, ait, Verbum Dei ſubſtantia fiunt, quæ eſt corpus & ſanguis Chriſti. Iuſtinus dialogo cum Triphone, non communis panis poſt benedictionem. Gregorius Nyſſenus de Baptiſmo, panis initio, poſt conſecrationem eſt corpus Chriſti. Iſidorus Peloſiota *epiſtola* 109. *libro* 1. ante panis, poſt corpus Chriſti.

Quod conſecratio fiat à Sacerdote per ipſa verba Chriſti, & proinde dicatur Chriſtus ipſe conſecrare.

CAP. III.

OStendimus ſupra *cap.* 5. Conſecrationem fieri ſola repetitione verborum Chriſti, ex Origene in Marcum, Ambroſ. *lib.* 4. *de ſacramentis cap.* 4. *Tertulliano lib.* 4. in Marcionem, Cypriano libro de cœna Domini; iam probemus aliam partem, nimirum ex eo quod formam illam benedictionis ſeu conſecrationis Chriſtus tradiderit, ipſiſque dederit hanc virtutem, dici ipſummet conſecrare Chriſtum atque benedicere. B D. Chryſoſtomus *hom.* 60. ad populum Antiochenum: non ſunt opera virtutis humanæ, locum Miniſtrorum implemus, qui dona propoſita ſanctificat & mutat, eſt Chriſtus qui dixit hoc eſt corpus meum, re & facto ipſo probauit: & libro de cœna myſtica; non enim eſt homo qui facit propoſita eſſe corpus & ſanguinem, ſed Chriſtus ipſe pro nobis crucifixus, qui dixit hoc eſt corpus meum, hoc verbum res propoſitas transformat: & homilia de ieiunio, Sacerdos offerens incruentum ſacrificium manus commodat ad opus propoſitum, Spiritus autem Sanctificat & magnificat; & homilia de ieiunio, & de Dauid, vbi ideo Sacerdos dicitur C ſantum μόνος ἐκ δόσεως mediator non primarius auctor; & Gregorius Nyſſenus *lib. de corpore Chriſti*, pulchrè nunc verbo Dei ſanctificatum panem in corpus Chriſti velut transformari credimus. D. Auguſtinus *diſt.* 2. *de conſecr. can. vtrum ſub figura*, ſicut, ait, ipſe Chriſtus eſt qui baptiſat; ita ipſe eſt qui per Spiritum ſanctum hanc ſubſtantiam efficit carnem & tranſit vinum in ſanguinem, & *lib. de Eccleſiaſt. dogmat.* hoc ſacrificium non in merito conſecrantis, ſed in Verbo efficitur Creatoris, nec bonorum diſpenſatorum meritis ampliatur, nec malorum attenuatur; quare in Liturgia D. Iacobi, Sacerdos precatur, mitte Spiritum tuum vt aduentans faciat hunc panem corpus ſanctum D Chriſti tui, & in Liturgia D. Baſilij, te rogamus vt veniat ipſe Spiritus ſanctus ſuper nos, & ſuper dona iſta propoſita, & benedicat ea atque ſanctificet, & efficiat hunc panem ipſum corpus Domini.

Vere & realiter ipſum Corpus Chriſti eſſe cum ſpeciebus in hoc Sacramento, non parabolice, vel per figuram.

CAP. IV. E

ORigenes in Matthæum: qui enim participat pani, participat corpori Chriſti, non enim attenti ſumus ad eorum naturam quæ propoſita ſunt & ſub ſenſum cadunt, ſed per fidem attollimus animam ad corpus Verbi, non enim dixit hoc eſt ſignum, ſed hoc eſt corpus, demonſtratiue vt non poſſet quis ea quæ apparent eſſe figuram οὐ γὰρ εἶπε τοῦτο σύμβολον, ἀλλὰ τοῦτό ἐστι τὸ A σῶμα δεικτικῶς ἵνα μὴ νομίσῃ τις τύπον εἶναι τὸ φαινόμενα. Euthymius ad *cap.* 6. Ioannis: caro, dixit, mea vere eſt cibus, confirmans quod non ænigmaticè neque parabolicè loqueretur. Chryſoſtomus ad idem *cap.* 6. Ioannis: quid eſt hoc, verus eſt cibus verus eſt potus? an hoc vult dicere quod verus eſt cibus qui animam ſeruat, aut fidem eis aſtruere de ijs quæ dixerat, & ea confirmare, vt non putarent ænigma eſſe quod dixerat, & parabolam, ſed noſſent omnino comedendum eſſe corpus eius Theophylactus ad idem *cap.* 6. *Ioann. & in Matthæum* 26. hoc eſt corpus meum, hoc quod nunc ſumitis, non enim antitypum corporis eſt panis, ſed in illud ipſum mutatur corpus Chriſti; Dominus enim dicit, panis quem ego dabo caro mea eſt pro Mundi vita; item dicens hoc eſt corpus meum, oſtendit panem ſanctificatum in altari ipſiſſimum corpus eſſe Domini, & non antitypum; non enim dixit hoc eſt antitypum, ſed hoc eſt corpus, nam ineffabili virtute transformatur, licet nobis videatur panis: Theodorus Graptus, nos impolluta Chriſti myſteria, neque imaginem, neque typum corporis illius dicimus, licet ſymbolice, & ſub ſignis fiant, ſed ipſum Chriſti corpus diuinum Paſchaſius Abbas Corbeienſis epiſtola ad Frudegardum, neque ita dixit cum fregit & dedit eis panem, hæc eſt, vel in hoc myſterio eſt quædam virtus vel figura corporis mei, ſed ait non non fictè hoc eſt corpus meum, & ideo hoc eſt quod dixit, non quod quiſque fingit, quod vt adhuc expreſſius declararent patres dixerunt eſſe idem corpus quod incarnatum natum de beatiſſima ſemperque virgine Dei genitrice Maria, adoratum à Magis, mortuum in cruce & ſedet ad dexteram Patris: Chryſoſtomus *homil.* 24. *in* 1. *Corinth.* hoc corpus in præſepi poſitum reueriti ſunt Magi, & cum tremore adorarunt, tu vides non in præſepi ſed in altari, non mulierem geſtantem ſed Sacerdotem aſtantem, & Spiritum cum multa affluentia aduolantem ad propoſita dona: Heſychius *lib.* 6. *cap.* 21. ad Leuiticum; Sancta Sanctorum ſunt propriè Chriſti myſteria quia ipſius eſt corpus de quo Gabriel ad Virginem dicebat, &c. Ignatius epiſtola ad Polycarpum: panem Dei volo, panem cœleſtem, panem vitæ quæ eſt caro Chriſti qui fuit in vtero ex ſemine Dauid & Abraham, & potum volo ſanguinem eius qui eſt Charitas immortalis & æterna vita: idem D. Chryſoſtomus de proditione Iudæ, hoc eſt corpus meum quod pro multis frangitur, ſciunt initiati quæ dicuntur, hic eſt ſanguis meus ô Iuda quod triginta denariis vendidiſti, Chriſtus autem non recuſauit poſt tantum ſcelus hunc ipſum ſanguinem qui venditus erat; in remiſſionem peccatorum dare ei qui vendiderat, & *cap.* 6. Ioannis; hic ſanguis olim præfigurabatur ſemper in altaribus, ſanguis eſt honor totius orbis, hoc redemit Eccleſiam Chriſtus & ornauit eam totam, vt enim qui ſeruos emit dat aurum, eoſque volens ornare adhibet aurum; ita Chriſtus nos redemit ſanguine, nos ornat ſanguine; qui hunc ſanguinem participant, ſtant cum Angelis, ipſum enim Regem induerunt, & *ad cap.* 10. *epiſt.* 1. *ad Corinth.* quotquot participes ſumus corporis, quotquot guſtamus ſanguinem, cogitate quod illud corpus deguſtamus quod ſedet in cœlis, quod adoratur ab Angelis: quare rectè D. Au-

guſtinus *lib. 3. de Trinitate cap. 4.* dicebat non eſſe verba & voces cum dicimus Chriſti corpus & ſanguinem, nec ait ſigna litterarum conſcripta pelliculis corpus Chriſti & ſanguinem dicimus, ſed illud tantum quod ex frugibus terræ acceptum & prece myſtica conſecratum ritè ſumimus ad ſalutem ſpiritalem in memoriam pro nobis Dominicæ Paſſionis.

Probatur illud Corpus non eſſe in pane per figuram & ſimilitudinem, ſed reipſa: dici tamen figuram aliquando.

CAP. V.

ILlud iam patet ex dictis illo loco Theophylacti in *cap. 6. Ioannis & Matthæi 26.* & ex aliis patribus, quibus addi poteſt Samonas Epiſcopus Gazæ in dialogo cum Achmere: abſit, ait, vt dicamus ſacram communionem antitypum eſſe corporis Chriſti vel nudum panem aut typum, aut figuram, ſed ipſum nos vere corpus & ſanguinem Chriſti Dei noſtri diuinum effectum accipere & participare; & Anaſtaſius libro contra Gaianitas, abſit vt dicamus ſacram communionem antitypum corporis & ſanguinis Chriſti, vel nudum panem, ſed re vera corpus & ſanguinem Chriſti. D. Cyprianus *lib. de cœna Domini*, ait Chriſtum dixiſſe hoc eſt corpus meum, vt oſtenderetur, ait, in hoc ſacramento omni figura abſtineri. & veram adeſſe realitatem: & patres ſeptimæ ſynodi *actione 6.* nunquam inuenies, neque Dominum, neque Apoſtolos, neque patres incruentum illud ſacrificium quod offertur à Sacerdote, imaginem dixiſſe, verùm corpus & ſanguinem, & in *lib. de cultu imaginum* 4. ſub nomine Caroli Magni, dicitur non imaginem aut aliquam præfigurationem pro nobis in ſacrificium obtulit, & deinceps, non ſanguinis & corporis Dominici myſterium imago iam nunc dicendum eſt, ſed veritas, non vmbra ſed corpus: & ratio eſt quia in veteri tantùm teſtamento ſacramenta erant figuræ, quæ quidem tranſierunt, & in nouo eſt veritas: & vt ait Epiphanius *hæreſi 8.* figuræ erant in lege, veritas in Euangelio, & Saluianus *lib. 2.* ad Eccleſiam Catholicam: Iudæi quippe habebant quondam vmbram, nos veritatem, & D. Auguſtinus *tract.* 11. in Ioannem: in populo Iudæorum figuratus eſt populus Chriſtianorum, ibi figura, hîc veritas, ibi vmbra, hîc corpus, Apoſtolo dicente hæc autem in figura contingebant illis; & in *pſal.* 73. ſacramenta non eadem, quia alia ſunt ſacramenta dantia ſalutem, alia promittentia Saluatorem; ſacramenta noui Teſtamenti dant ſalutem, ſacramenta veteris Teſtamenti promiſerunt Saluatorem: & Euſebius *lib. 1. de demonſtrat. Euangelica*, vocat Sacrificia Antiquorum infima elementa & ſymbola, ſeu figuras ſine veritate τὰ πρῶτα καὶ ἀσθενῆ στοιχεῖα, σύμβολα, καὶ εἰκόνας ἀλλ᾽ οὐκ αὐτὴν ἀλήθειαν περιέχοντα, & Theodoretus in quæſtione propoſita, ait Chriſtum finem impoſuiſſe in hac nocte typico Paſchæ & oſtendiſſe typi Archetypum *in cap. 11. epiſt. 1. ad Corinth.* in nocte, ait, illa Chriſtus finem impoſuit τῷ τυπικῷ Πάσχα καὶ τοῦ τύπου τὸ ἀρχέτυπον ἔδειξε: & D. Auguſtinus *lib. 20.* contra Frauſtum *cap.* 21. huius ſacrificij caro & ſanguis ante Aduentum Chriſti per victimas ſimilitudinum promittebatur in Paſſione Chriſti per ipſam veritatem reddebatur, poſt Aſcenſum Chriſti per Sacramentum memoriæ celebratur; & D. Hieronymus *lib. 1. in epiſt. ad Tit. cap. 1.* tantum intereſt inter propoſitionis panes & corpus Chriſti, quantum inter vmbram & corpus, inter imaginem & veritatem, inter exemplaria futurorum & ea quæ per hæc ipſa exemplaria præfigurabātur: hoc enim ſacrificium ſucceſſit omnibus ſacrificiis iiſque finem impoſuit, vt rectè idem D. Auguſtinus *lib. 17. de ciuitate Dei cap.* 20. menſa quam Sacerdos noui Teſtamenti exhibet de corpore & ſanguine ſuo eſt, id eſt enim ſacrificium quod ſucceſſit omnibus ſacrificiis quæ immolabantur in vmbra futuri, &c. idem D. Auguſtinus *epiſt.* 86. rectè dicit hoc ſacrificium omnia ſacrificia veteris Teſtamenti perfeciſſe, & ſacrificium Melchiſedech in pane, & ſacrificium Aaron in ſanguine: quod hic panis & ſanguis aſſumatur, dicit ceſſiſſe in noua lege pani pecus tanquam neſciens, & tunc in Domini menſa propoſitionis panes poni ſolere, & nunc ſe de Agni immaculati corpore partem ſumere; dicit ceſſiſſe poculo ſanguinem, non cogitans etiam nunc ſe accipere in poculo ſanguinem; quanto ergo melius vetera tranſiiſſe, & noua in Chriſto facta eſſe ſic diceret; vt cederet altare altari, pani panis, pecus pecori, ſanguis ſanguini: & ideo non hic ſanguis ſimilis ſanguini victimarum veteris Teſtamenti, quandoquidem iubebatur populus abſtinere ſanguine earum, & iubetur bibere ſanguinem iſtum, vt rectè D. Auguſtinus *lib. 3. ad Leuiticum quæſt.* 57. quid ſibi vult, ait, quod à ſanguine ſacrificiorum quæ pro peccatis offerebantur tantopere populus prohibetur, ſi illis ſacrificiis vnum hoc ſacrificium ſignificatur, in quo vera eſt remiſſio peccatorum, à cuius tamen ſanguine in alimentum ſumendo non ſolum nemo prohibetur, ſed ad bibendum potius omnes exhortantur qui volunt bibere vitam? Magnes author Græcus antiquus: Euchariſtia non eſt figura ſeu typus corporis & ſanguinis Chriſti, quod nonnulli occinunt rationis expertes, ſed corpus & ſanguis Domini. Verum tamen eſt aliquando hoc ſacramentum corporis Chriſti dici figuram corporis Chriſti quod multis modis accipi & ſuſtineri poteſt.

Primò vt idem ſit figura corporis Chriſti quod ipſum corpus Chriſti transfiguratum, ſeu panis transfiguratus in corpus: nam vt ait Tertullianus libro in Praxeam, transfiguratio eſt interemptio priſtini.

Secundo dici poteſt figura corporis Chriſti vt eſt in cœlo, ita tamen vt ſit ipſum corpus Chriſti, vt rectè D. Damaſcenus *lib. 4. cap.* 29. antitypa, ait, futurorum dicuntur, non quia non ſunt reuera corpus & ſanguis Chriſti, ſed quia nunc quidem per ipſa participes efficimur diuinitatis, tunc autem eum in cœlo degemus ſpiritu & mente per ſolum obtutum: & Maximus in myſtagog. dicens figuram ſeu typum corporis Chriſti ſignificare ταυτότητα ſeu identitatem cum Chriſto, quomodo ipſemet Chriſtus dicitur figura, character & imago, Patris ſcilicet vt ait Theodoretus in Epiſtola ad Coloſſenſes εἰκὼν δηλοῦσα τὸ ὁμοούσιον, id eſt imago quæ ſignificat eandem ſubſtantiam, quam rationem affert Paſchaſius epiſtola ad Frudegart nec igitur, ait, ſi figura hoc myſterium eſt, & huius myſterij verba tropica loquutio appellantur, cum ipſe Chri-

Re

ſtus ab Apoſtolo Paulo character vel figura dicatur, quamuis ipſe ſit veritas: & ita Helias Cretenſis accipit verbum ἀντίτυπον aliquando pro ἰσότυπον apud Gregor. Nazianzenum in apologia τῶν μεγάλων μυστηρίων ἀντίτυπον vbi vertit ἰσότυπον æque ac ſi diceret figuram conformem veritati. Confirmatur, nam vt rectè D. Auguſtinus *can. 45. diſtinct. 2. de conſecrat.* Chriſtus, vt in cœlo & in Sacramento & ipſemet & non ipſemet, non ait hoc corpus quod videtis manducaturi eſtis, illumque ſanguinem bibituri quem fuſuri ſunt qui me crucifigent, ipſum quidem & non ipſum, ipſum inuiſibiliter, & non ipſum viſibiliter.

Tertio dicitur figura à figura panis in qua conſiſtit, vt rectè D. Auguſtinus in enarrat *pſal.* 3. Chriſtus, ait, Iudam adhibuit ad conuiuium in quo corporis & ſanguinis figuram commendauit & tradidit, quia ſub vini & panis figura ſanguinem & corpus ſuum commendauit: nam vt ait D. Anſelmus *in* 1. *Corinth.* 10. ſic ſolet loqui ſcriptura res ſignificantes tanquam illas quæ ſignificantur; appellans omni enim ſignificantia videntur quodammodo earum rerum quas ſignificant gerere perſonas.

Quarto dicitur figura quia Chriſtus inuenit hoc ſacramentum tanquam ſigillum quo formam ſuam in nobis imprimeret, vt rectè Eutychius Conſtantinopolitanus apud Nicetam *lib.* 3. μείζονως γὰρ ἀμφιέννυσιν ἅπαν διὰ τὴν ἔμψυχον [illegible] καὶ [illegible] πάντα τὸ ἀντιτύπωμα αὐτοῦ καὶ μορφώματα τοὺς μεταλαμβάνοντας μεταδίδωσι καὶ μία μένει καὶ κατὰ τὴν [illegible] ἀλλοιωμένη πρὸς τὸ μετέχοντα [illegible] ἐν τῷ ἀριθμῷ πλείονα. Quinto dicitur figura ſuæ figuræ per relationem quomodo ἀντίτυπα dicuntur ἀντὶ τύπων παλαιῶν δοθέντα id eſt quæ data ſunt pro veteribus figuris. Sexto quia fit quodāmodo communicatio idiomatum & caro dicitur panis, & panis dicitur caro, & vinum dicitur ſanguis, & ſanguis dicitur vinum vt recta Theodoretus in 2. dialogo ὥσπερ γὰρ ἡμεῖς τὸν μυστικὸν τῆς ἀμπέλου καρπὸν μετὰ τὸν ἁγιασμὸν αἷμα δεσποτικὸν ὀνομάζομεν, οὕτως τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου τὸ αἷμα σαφῶς ὠνόμαζεν αἷμα [illegible] γὰρ τοὺς τῶν θείων μυστηρίων μεταλαγχάνοντας μὴ τῇ φύσει τῶν βλεπομένων προσέχειν ἀλλὰ διὰ τῆς τῶν ὀνομάτων ἐναλλαγῆς πιστεύειν τῇ ἐκ τῆς χάριτος γεγενημένῃ μεταβολῇ id eſt, ſicut enim nos myſticū vitis fructū poſt conſecrationem Domini ſanguinem nominamus, ita vitis veræ ſanguinem, voluit enim enim eos qui diuinis myſteriis participant, non attendere ad naturam eorum quæ videntur, ſed per mutationem & enallagem nominum fidem habere ei mutationi quæ facta eſt per gratiam, quod eſt valde notandum.

Corpus Chriſti fieri per conuerſionem ſubſtantiæ panis manentibus ſpeciebus.

CAP. VI.

Diuus Cyprianus *lib. de cœna Domini*, panis iſte quem Dominus diſcipulis porrigebat, non effigie ſed natura mutatus, omnipotentia Verbi factus caro: Gregorius Nyſſenus, panis, herba, aqua in meo ſtomacho ſanguis & corpus fiunt, cibo per alterantem facultatem in corporis naturam tranſlato, pulchrè igitur & nunc panem verbo Dei conſecratum in corpus Dei conuerti & transformari credimus μεταποιεῖσθαι πιστεύομεν: Euſebius Emiſſenus Dominica ſecunda poſt Epiphaniam: niſi panis & vinum in ejus carnem & ſanguinem verterentur, nunquā

A ipſe corporaliter manducaretur; Gregorius Nyſſenus catecheſi quæ inſcribitur ὅτι ἁγιαζόμενος ἄρτος εἰς τὸ σῶμα τοῦ θεοῦ μεταποιεῖται, id eſt quod panis ſanctificatus in corpus Dei transformatur: D. Auguſtinus canone 7. diſtinctione 2. de conſecratione: Chriſtus ipſe eſt qui per Spiritum Sanctum hanc ſubſtantiam efficit carnem, & tranſit vinum in Sanguinem. Et libro de corpore & ſanguine Domini: non dubitare debet aliquis cùm panis & vinum conſecrantur tranſire in veram ſubſtantiam Chriſti, ita vt non remaneant ſubſtantiæ panis & vini; cùm multa alia etiam in operibus Dei minus miranda ſint, hominem enim ſubſtantialiter mutat

B Deus in lapidem, vt vxorem Loth, in paruo artificio homines fœnum & filicem in vitrum, nec credendum eſt quod ſubſtantia panis & vini remaneat, ſed panis in corpus Chriſti, & vinum in ſanguinem conuertitur ſolummodo qualitatibus panis & vini remanentibus. D. Ambroſius libro de incarnatione capite 4 nam etſi offeras transfigurandum corpus altaribus, quia vi verborum Chriſti, panis ſubſtantia deſinit eſſe id quod fuerat, in locum ſubſtantiæ panis ſuccedit ſubſtantia Corporis Chriſti, vi conuerſionis eadem (inquam) ſubſtantia corporis quæ ex ſanguine beatiſſimæ Virginis Mariæ conflata eſt. Idem canone omnia

C diſtinctione 2. de conſecratione., licet figura panis videatur, nihil tamen aliud quàm Chriſti corpus & ſanguis poſt conſecrationem credendum eſt. Et libro de ijs qui initiantur myſterijs: fortè dicas aliud video, quomodo tu mihi aſſeris quod corpus Chriſti accipiam: & paſſim apud Græcos dicitur quod panis in Chriſti corpus mutatur, tranſit, transformatur ſeu vt loquitur Gregorius Nyſſenus. μετασχηματίζεται & μεταποιεῖται, μεταβάλλεται εἰς σῶμα τοῦ Κυρίου vt dicit. Theophylactus in caput 26. Matthæi ſymbola dicuntur μεταποιούμενα à Nicolao Metones Epiſcopo: & Theophylactus dicit in *cap.* 14. *Marc.* quod Deus panem & vinum in

D virtutem carnis & ſanguinis μεταστοιχειοῖ id eſt tranſelementat. In hac vero transmutatione ſubſtantiæ non mutantur accidentia ſeu ſpecies, ſed remanent, vt iam diximus, & adhuc confirmatur ex Theophylacto in *cap.* 14. *Marc.* hoc eſt corpus meum, hoc quod nunc accipitis, neque enim panis figura eſt corporis Domini, ſed in ipſum illud corpus Chriſti mutatur, quia enim panis & vinum nobis vſitata ſunt, & carnem hominis & ſanguinem videntes non ſuſtinuiſſemus ſed obſtupuiſſemus, ideo ſe accommodans ad noſtram imbecillitatem hominum mirè amans Deus, ſpecie panis & vini retinet, ſed in carnis virtu-

E te & ſanguinis tranſelementat τὸ μὲν εἶδος ἄρτου καὶ οἴνου φυλάττει, εἰς δύναμιν δὲ σαρκὸς καὶ αἵματος μεταστοιχειοῖ. Cyrillus *catech.* 4. in figura panis datur tibi corpus, in figura vini tibi datur ſanguis, vt particeps corporis & ſanguinis Chriſti effectus, fias vnum corpus & vnus ſanguis cum eo. Et Theodoretus; non enim poſt conſecrationem myſtica ſigna diſcedunt à propria natura, manent enim in priore eſſentia & figura & ſpecie, & viſibilia ſunt & tangi poſſunt vt prius; intelliguntur autem ea quæ facta ſunt, & creduntur, & adorantur vt quæ ſint illa quæ creduntur, idem Cyrillus *catechs.* 5 guſtate & videre quia Chriſtus Dominus, ne corporeis ſenſibus iudicium permittite, ſed fidei indo-

bitatæ, qui enim guſtant, non panem guſtare iubentur, ſed corpus & ſanguinem qui ſub ſignis ſubeſt.

In Euchariſtia eſſe ſimul rem & ſymbola, figuram & Veritatem.

CAP. VII.

CVm vt diximus ſola ſubſtantia panis tranſeat in ſobſtantiam corporis Chriſti, ſequitur hoc Sacramentum conſtare ex ſpeciebus panis & corpore Chriſti, & in hoc conſiſtere rationem huius Sacramenti; vt recte D. Auguſtinus *canone hoc eſt, de conſecratione diſtinct.* 2. hoc eſt, ait, quod dicimus, quod modis omnibus approbare contandimus, ſacrificium Eccleſiæ duobus modis confici, duobus modis conſiſtere, viſibili elementorum ſpecie & inuiſibili Domini noſtri Ieſu Chriſti carne & ſanguine, & Sacramento & re Sacramenti, id eſt corpore Chriſti. Cyrillus *catecheſi* 4. certus quod panis qui apparet, non eſt panis licet palato ſapiat panis ſed corpus Chriſti, & vinum quod videtur, non eſt vinum licet palato vinum reſpondeat, ſed ſanguis eſt Chriſti. Proſper in ſententiis, in Euchariſtia eſt viſibilis elementorum ſpecies, & inuiſibilis Chriſti caro: & D. Hilarius *canone corpus Chriſti, diſtinctione* 2. de conſecratione: corpus Chriſti eſt figura dum panis & vinum extra videtur, & veritas quia interius creditur corpus Chriſti verum, vide verba *can.* 79. & Paſchaſius *lib. de corpore & ſanguine Domini cap.* 4. iure ſimul veritas & figura dicitur vt ſit figura vel character veritatis quod exterius ſentitur, veritas vero quidquid de hoc myſterio interius recta intelligitur aut creditur: idemque habet Rabanus Maurus de Sacramento Euchariſtiæ *capite* 41. & D. Bernardus *ſermone* 33. in Cantica, in hoc Sacramento corte Sacramenti & adeps frumenti, fides & ſpecies, memoria & præſentia, tempus & æternitas, vultus & ſpeculum, imago Dei & forma ſerui D. Auguſtin. *canone* 47. & 71. *diſtinction.* 2. de conſecratione: corpus Chriſti veritas & figura eſt, veritas quando virtute Spiritus Sancti ſubſtantia panis & vini fit caro. Et ſanguis Chriſti, figura quod extrinſecus apparet; & in hoc certè conſiſtit hoc Sacramentum ſeu myſterium, Chriſtique hanc fuiſſe optimè excogitatam & inuentam rationem, vt ſub ſymbolis nobis daret corpus ſuum vt recte notauit Cyrillus *libro* 4. *cap.* 22. qui ideo vocat ſymbola panis τῷ μυστείῳ τὸ κάλλος καὶ τὸν ἡ οὐρανίου ἐπιγνῶ καλλίστην οἰκονομίαν.

Nec obſtat quod figuræ tranſierint & nunc veritas ipſa apparuerit: nam verum eſt tranſiſſe figuras inanes & vacuas, non eas quæ cum veritate coniunctæ ſunt; ſumus enim adhuc ſub iſtis figuris nam: vt rectè Algerus *libro* 1. de Sacramentis; in veteri Teſtamento dedit Deus tantum figuræ vmbram, in nouo veritatem cum figura, in futuro dabit Veritatem non cum figura ſed manifeſtatam: & Euſebius in Sabbato poſt primam Dominicam. Quadrageſimæ: primum tabernaculum eſt ſynagoga, ſecundum Eccleſia, tertium cælum; primum fuit in vmbra & in figura, ſecundum in figura & veritate, tertium in ſola veritate: & Gregorius Nazianzenus *oratione* 2. de Paſchate, vbi triples Paſcha deſcribit Iudæorum in lege veteri quid vocat figuram figuræ, id eſt noſtri; & noſtrum quod vocat adhuc typicum; & tertium beatorum in cœlo: iam vero, ait, Paſchatis participes erimus, nunc quidem adhuc typicè, tametſi apertius quam in veteri leg. legale ſiquidem Paſcha, nec enim dicere verebor (figura figuræ erat obſcurior) aliquanto poſt autem perfectius & purius, tum videlicet cum Verbum nouum illud nobiſcum in Regno Patris bibet, patefaciens ac docens quæ nunc minus plenè demonſtrauit: & D. Cyprianus in tractatu de cœna Domini; nos, ait, manducamus nunc in terra ſub Sacramento panem Angelorum, & manducabimus eundem panem ſine Sacramento manifeſtius in cœlis.

Corpus Chriſti eſſe in Euchariſtia ipſa re, non fide noſtra, & fide noſtra tamen in ea coli & percipi cum effectu.

CAP. VIII.

DIuus Chryſoſtomus hoc apertè dixit ad *caput* 26. *Matthæi*, vide igitur, ait, ne & ipſe reos ſis corporis & ſanguinis Chriſti; illud ſanctiſſimum corpus iugularunt Iudæi, tu autem polluta mente atque ſordidata excipis poſt tantum beneficium, nec enim ſatis ei fuit hominem factum eſſe, alapis cæſum iugulatum, ſed etiam immiſcet nobis ſeipſum, non fide tantum ſed & ipſa re nos efficit corpus ſuum, ἀναφύρει ἑαυτὸν ὑμῖν, καὶ οὐ τῇ πίστει μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τῷ πράγματι Paſchaſius epiſtola ad Frudegard Chriſtus non ita dixit, hæc eſt, vel in hoc eſt myſterio quædam virtus, vel mei corporis figura, ſed ait non ficte, hoc eſt corpus meum, & ideo hoc eſt quod ipſe dixit non quod quiſque finxit. Gregor. Nyſſenus catecheſi magna *cap.* 37. & panis ſanctificatur, vt loquitur Apoſtolus, per Verbum Dei & orationem, proceditque vt fiat corpus Chriſti, non per manducationem, ſed ſtatim per Verbum Dei, à Verbo mutatur in corpus, quid dixit? hoc eſt corpus meum.

Quod vero fide colatur & adoretur, probatur ex D. Chryſoſtomo *homilia* 51. vbi dicit fidem duos effectus habere, cum fide, ait, accedere, non eſt tantùm vt propoſitum corpus accipias, ſed multo magis vt mundo corde tangas, vt ſic adeas quemadmodum ad ipſum: & S. Ephrem *ſermone de Iudic, cap.* 3 ecce poculum tremendi ſanguinis tui plenum lumine & vita; per hoc nobis gratificatis intelligentiam & illuminationem, vt eum fide, cum deſiderio & ſanctificatione ad illud accedamus: D. Auguſtinus ſermone ad Infantes, quod vidiſtis panis eſt & calix, quod oculi veſtri renuntiant, quod autem fides veſtra poſtulat inſtruenda, panis eſt corpus Chriſti: & Origenes in Marcum: per id enim quod dixit, hoc eſt corpus meum & hic ſanguis meus, indicat quod panem propoſitum cum gratiarum actione ſumentes oportet credere ſe participare corpori Chriſti, calicem loco ſanguinis habere ſecundum quæ paſſus eſt pro communi omnium ſalute, fides enim de his

A ſimul & confitetur quæ facta ſunt, & remiſſionis peccatorum gratiam impertit credentibus; docet autem non ad naturam reſpicere eorum quæ propoſita ſunt, ſed per gratiarum actionem quæ in his fuit, credere illa ipſa eſſe: & diuus Chryſoſtomus *homilia 7. in 1. ad Corinthios*, hoc patres, ait, in Eccleſia ſeruandum docent, ne rem ſenſu æſtimemus ſed fide; quæ enim foris apparent, ſpeciem panis & vini offerunt, ſed fides corpus Chriſti eſſe credit, quia Chriſtus dixit, voluit, potuit; & Euſebius Emiſſenus *hom. 5.* de Paſchate, vere vnica & perfecta hoſtia fide æſtimanda non ſpecie. Cyrillus *cath. 4.* ne attende quaſi modo pani & vino, corpus enim & ſanguis Chriſti eſt vt Dominus aſſeue- B rauit, licet enim ſenſus id tibi ſubiciat, fides tu corroboret, ne ex guſtu rem æſtima, ſed fide certus eſto te dignum habitum eſſe corpore & ſanguine Chriſti: & *catecheſi 5.* ne iudicium permitte corpori ſed fidei non dubitanti. Et Chriſtus ipſemet ſignificauit opus eſſe fide erga hoc Sacramentum: nam cum dixiſſet qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem in me manet & ego in illo, ſtatim additur, multi ergo audientes ex diſcipulis eius dixerunt durus eſt hic ſermo & quis poteſt eum audire? dixitque Ieſus hoc vos ſcandaliſat? & paulo poſt, ſed ſunt quidam ex vobis qui non credunt, ad quod reſpondit Simon Petrus, Domine ad quem ibi- C mus? verba vitæ æternæ habes, & nos credimus: vbi D. Auguſtinus ait, videte quemadmodum Petrus, dante Deo recreante Spiritu Sancto intellexit; vnde? niſi quia credidit, verba vitæ æternæ habes, vitam æternam habes in miniſtratione corporis & ſanguinis tui: maximè vero cognoſcimus & intelligimus hoc myſterium, quando corpus Chriſti non ſolum credimus in Euchariſtia, ſed etiam cum fide percipimus: vnde Theophilactus & alij dixerunt tribuendum eſſe Euchariſtiæ à diſcipulis ſumptæ, quod Chriſtum nouerint in itinere, vt D. Auguſtinus *epiſt. 19.* vbi oſtendit nemini dubitandum illud fuiſſe Sacramentum quod nos ad eius D cognitionem aggregat cum in fractione panis cognitus eſt: & Theophilactus dicens inde ſignificari oculos illis aperiri, qui corpori Chriſti communicant & pani benedicto, vt cognoſcant Dominum; magnam enim & ineffabilem vim habet profecto caro Chriſti: quapropter non eſt dicendum, quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum? nam vt rectè Theophilactus, non credunt Iudæi, ideo vtuntur voce quomodo? quæ eſt ab incredulitate & infidelitate; qui deinceps dicit: oportet igitur nos cùm audierimus, niſi manducemus carnem Domini vitam non habituros, in participatione ſacrorum myſteriorum habere fidem indubita- E tam, & non quærere quomodo; animalis enim homo, hoc eſt qui ſequitur rationes humanas animales & naturales, non ſuſcipit quæ ſunt ſupra naturam & ſpiritualia: & Chryſoſtomus in Ioannem, quando de eo quæritur, quomodo aliquid efficere poſſit, ingreditur & infidelitas: & ideo rectè Cyrillus Alexandrinus *lib. 8. cap. 13.* in Ioannem, annotauit non expoſuiſſe hoc myſterium dubitantibus de eo: perſpicis, ait, quia ſine fide quærentibus, myſterij modum nequaquam explicauit, credentibus autem, etiam non quærentibus expoſuit.

Cur corpus Chriſti detur ſub myſterio, ſeu Sacramento.

CAP. IX.

HOc Sacramentum nec mere eſſe ſpirituale nec mere corporale oportuit; nam quia non ſumus incorporei, ſed anima & corpore compoſiti, ideo oportuit accipi corpus Chriſti ſub Sacramento, quod eſſet quodammodo compoſitum ex re viſibili & intellectili, vt rectè B Chryſoſtomus ad *cap. 26. Matthæi*, ſi enim, ait, eſſes incorporeus, nuda tibi dona incorporea dediſſet, quia vero animus cum corpore coniunctus eſt, ſub rebus ſenſibilibus tibi tradit res intellectiles; item quia corpus Chriſti non debuit vorari dentibus vt aliæ carnes, illud oportuit conſtitui in myſterio; vt rectè D. Auguſtinus, canone vtrum ſub figura 72. *diſtinct.* 2. de conſecratione: ſed quia Chriſtum vorari dentibus fas non eſt, voluit Dominus hunc panem & vinum in myſterio vero carnem ſuam & ſanguinem ſuum conſecratione Spiritus Sancti potentialiter creari, & quotidie pro Mundi vita myſticè immolari, vt ſicut de Virgine per Spiritum C Sanctum vera caro ſine coitu creatur, ita per eandem ex ſubſtantia panis myſticè idem corpus Chriſti cõſecretur: & Theoph. *in Matth. 26.* quia enim imbecilli ſumus & non ſuſtineremus carnem crudam, comedere, & hominis carnem, ideo nobis videtur panis cùm re vera ſit caro; & ad *caput 14. Marci*, quia enim pani & vino ſumus aſſueti, nec ferre potuiſſemus ſanguinem hominis & carnem videntes, ſed corpore & nauſea obſtupuiſſemus, ideo condeſcendens nobis, qua eſt humanitate, ſpeciem panis & vini ſeruat, ſed ea in virtutem propriæ carnis & ſanguinis tranſelementat. D. Ambroſius *libro 4. de Sacramentis capite 4.* ergo didiciſti quod ex D pane fiat corpus Chriſti; & quod vinum & aqua in calicem mittitur, ſed fiat ſanguis conſecratione Verbi cæleſtis, ſed forte dicis ſpeciem ſanguinis non video, ſed habet ſimilitudinem, ſicut enim mortis ſimilitudinem ſumpſiſti, ita etiam ſimilitudinem pretioſi ſanguinis bibis, vt nullus horror cruoris ſit, & pretium tamen operetur Redemptionis. & idcirco Origenes in Ioannem, ait Chriſtum ipſum docuiſſe ſuis verbis ſe corpus ſuum daturum in myſterio cum dixit, caro mea vere eſt cibus & panis, caro enim non poteſt eſſe panis niſi in myſterio *τὴν σάρκα αὐτοῦ ἄρτον καλεῖ διὰ τὸ ἐσθίεσθαι ἐν τοῖς μυστικοῖς, φησὶ γὰρ ὁ ἄρτος ὃν ἐγὼ δώσω σάρξ ἐστι* &c. id eſt carnem ſuam panem vocat, quia comeditur in myſterijs, ait E enim panis quem ego dabo caro mea eſt pro Mundi vita, myſticum cibum & potum corporis &c. Ex, quo fit, vt caro Chriſti vere accipiatur, quia tamen in Sacramento & myſterio eſt, quodammodo ſpiritualiter ſumi dicatur, vt rectè Macarius *homilia 27.* id temporis, ait, Reges ignorabant in Eccleſia offerri panem & vinum antitypum carnis eius & ſanguinis, & eos qui manducarent eum qui apparet panis, ſpiritualiter comedere Chriſti carnem, *πνευματικῶς τὴν σάρκα τοῦ Κυρίου ἐσθίειν*: diuus vero Dionyſius affert aliam rationem, dicens Chriſtum qui de

Deu in parabolis loquebatur, myſteria etiam Deum facientia in menſa typice inſtructa in ſignis panis & vini tradidiſſe, *epiſtola* 9. & ideo D. Auguſtinus epiſtola ad Boniſacium dicit Chriſtum ſemel quidem immolatum eſſe in ſeipſo, & ſemper immolari in Sacramento: nonne ſemel immolatus eſt Chriſtus in ſeipſo? & tamen in Sacramento non ſolum per omnes Paſchæ ſolemnitates, ſed omni die populis immolatur. Sunt & aliæ rationis propter quas in Sacramento & myſterio, id eſt modo inuiſibili Chriſtus corpus ſuum reliquit, deditque, vna eſt in *can.* 35. *diſtinct.* 2. *de conſecrat.* vt nimium coleretur ingiter per myſterium quod ſemel offerebatur in pretium, eſſetque perpetua Redemptionis oblatio: 2. ratio vt ſic cum eo vnum eſſemus *canone* 36. 57. 62. *&* 82. ratio 3. quia quotidie labimur & ideo oportet etiam quotidie pro nobis Chriſtum mori, *canone* 14. 71. *&* 73. quarta ratio quia de hoſtia Chriſti in cruce nulli licuit edere, & de ea tamen edendum erat *canone* 76. denique quia ſicut in cruce fuit viſibile ſacrificium & inuiſibile Sacramentum, ita è diuerſo oportuit in Euchariſtia Sacramentum eſſe viſibile & inuiſibile ſacrificium.

Euchariſtiam eſſe Sacrificium.

C A P. X.

ITa profecto ſentit Eccleſia, & Sancti Patres tum Græci tum Latini. Cyrillus Alexandrinus *libro de obedientia*; vide quomodo vt homo Sacerdotem agit, & ſacrificat, & mediator poſitus eſt hominum & Dei, omnis enim Sacerdos eſt mediator, ſacrificium autem non vt vnus aliquis ſimplex homo affert ſecuſiliter nihil ipſe accipiens de ſacrificio, ſed ſibi ipſi ſacrificium procurat, & per ſe & in ſe Deo Patri, vbi vocat *Suriar.* Clemens Romanus *libro* 6. *conſtit. cap.* 2. pro ſacrificio cruento inſtituit ſacrificium rationale, incruentum, myſticum, quod in mortem Domini per ſymbola perficitur corporis & ſanguinis eius; Euſebius *libro* 1. de demonſtrat. Euangelica *capite* 10. ſacrificamus θυσίαν diuinum & venerandum Deo conueniens ſacrificium, tremendam oblationem. Epiphanius *lib.* 2. panarij, ita & Dominus Filius Dei ab æterno, factus propter nos homo ex Maria, Sacerdotium Patri offert cùm maſſam ex humana natura acceperit vt pro nobis Sacerdos conſtituatur ſecundum ordinem Melchiſedech, cui non ſuccedituꝛ, manet enim dona pro nobis offerens in perpetuum, primum quidem cum ſeipſum protulerit vt diſſolueret ſacrificium veteris legis, cum perfectios viuens ſacrificium pro vniuerſo Mundo ſacrificaoerit ipſe victima, ipſe ſacrificium, ipſe Sacerdos, ipſe altare, ipſe Deus homo Rex ipſe, Pontifex, ipſe ouis, ipſe agnus, ipſe omnia pro nobis ſactus &c. diuus Auguſtinus *libro de fide ad Petrum*, nullatenus dubites ipſum vnigenitum Deum Verbum carnem factum ſe pro nobis obtuliſſe ſacrificium & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis: & paulo poſt, cui tempore noui Teſtamenti ſacrificium panis & vini ſancta Eccleſia Catholica per vniuerſum orbem terræ non ceſſat offerre; *& ſerm.* 181. *de tempore*, in vna catholica Eccleſia vera hoſtia Redemptoris immolatur. D. Ambroſius *ſermone de Verbis Domini*, in Euangelio Lucæ; ergo tu audis quod quotieſcumque offertur ſacrificium mors Domini, Reſurrectio Domini & eleuatio Domini ſignificetur, & remiſſio peccatorum; & in ſermone de Sacramento altaris; iteratur, ait, quotidie hæc oblatio licet Chriſtus ſemel paſſus ſit, quia quotidie peccamus, & ideo quia quotidie labimur, Chriſtus pro nobis myſtice immolatur; *& ſermone* 1. de Sanctis, vidi animas occiſorum ſub ara, ſub ara, inquit, in qua Deo ſacrificium celebratur, in quà offeruntur hoſtiæ, in qua Dominus eſt Sacerdos. D. Hieronymus *libro* 3. dialogi contra Pelagianos *capite* 5. docuit, ait, Apoſtolos vt quotidiè in corporis illius audeant ſacrificio Iſidorus *libro de officiis capite* 19. ſacrificium quod à Chriſtianis Deo offertur, primum Chriſtus Dominus noſter & Magiſter inſtituit quando commendauit Apoſtolis corpus & ſanguinem ſuum priuſquam traderetur, quod quidem Sacramentum Melchiſedech Rex Salem figuraliter in typum corporis & ſanguinis Chriſti primus obtulit, primuſque myſterium tanti ſacrificij imaginarie idem expreſſit præferens ſimilitudinem Domini & Saluatoris noſtri Ieſu Sacerdotis æterni, ad quem dicitur tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech; hoc ergo ſacrificium Chriſtianis celebrare præceptum eſt relictis ac finitis Iudaicis victimis, idem Auguſtinus *libro* 20 contra Fauſtum *cap.* 21. huius ſacrificij caro & ſanguis ante aduentum Chriſti per victimæ ſimilitudinem promittebatur, in paſſione Chriſti per ipſam veritatem reddebatur, poſt aſcenſum Chriſti, per Sacramentum memoriæ celebratur; *& ſerm.* 2. *ad pſalm* 33. ipſe de corpore & ſanguine ſuo inſtituit ſacrificium ſecundum ordinem Melchiſedech, *& lib.* 17. *de ciuitate Dei capite* 20. menſa quam Sacerdos noui Teſtamenti exhibet de corpore & ſanguine ſuo eſt, id eſt enim ſacrificium quod ſucceſſit omnibus ſacrificiis quæ immolabantur in vmbra futuri, & concil. Epheſini anathemate 11. ſacrum viuificum & incruentum in Eccleſiis celebramus ſacrificium, credentes eſſe corpus propoſitum, nam vt ait D. Baſilius in liturgia, Deus noſter procedit in eo vt immoletur & detur in cibum fidelibus. Quod vero iſtud ſacrificium ſucceſſerit omnibus aliis ſacrificiis idem D. Auguſtinus probat *epiſtola* 86. loco ſupracitato, nimirum tam ſacrificio ſecundum ordinem Melchiſedech in pane, quam ſacrificio ſecundum Aaronem in victimarum ſanguine: nam de ſacrificio ſecundum ordinem Melchiſedech nulla eſt dubitatio; pleni enim omnes ſunt libri, plena vetuſtatis memoria Chriſtum fuiſſe nobis verum Melchiſedech, vt videre eſt apud Athanaſium in libro de Regio Sacerdotio, Clementem Alexandrinum *libro* 4. ſtromatum, apud Cyprianum *epiſtola* 3. *libro* 2. item libro de cœna Domini, apud Ambroſium *ad cap.* 5. *epiſt.* ad Hebræos, apud Epiphanium *libro* 2. aduerſus hæreſes, apud Euſebium Emiſſenum ſermone de Epiphania; ſed de ſacrificio ſecundum Aaron dicitur vulgo illud cum lege veteri perennaſſe, & ſublata lege ſublatum eſſe; & tamen iuxta etiam verba D. Auguſtini *epiſtol.* 86. citata, dici poteſt tranſlatum potius & mutatum quàm

ſublatum, ita vt etiam ſecundum Aaronem Christus fuerit Sacerdos, & ſanguinem ſuum pro ſanguine victimarum adhuc effuderit.

Cæterum illud ſacrificium eſt incruentum & ſine ſanguine effuſo: nam Gregorius Nazianzen. ſtelcutico primo vocat χωρὶς θυσίας ἀναιμακτου, & Synodus Trullana *can.* 32. & Epheſina anathemate 2. eo quod ſit ἀναίμακτοι θυσίαν vt eſt in concilio Nicæno: & Euſeb. de vita Conſtantini dixit θυσίαις ἀναίμοις ἢ μυστικαῖς ἱερουργίαις τὸ θεῖον &c. in Liturgia Baſilij legimus ἀναιμάκτου θυσίας τὴν ἱερουργίαν.

B

Sacrificium hoc fieri in commemorationem paſsionis Chriſti, pluribus de cauſis.

CAP. XI.

QVod fiat in commemorationem Chriſti & eius paſſionis nemo dubitauit vnquam, cùm Chriſtus ipſemet ita præſcripſerit in Euangelio: ſed & Patres illud etiam fatentur D. Auguſtinus, libro de fide ad Petrum Diaconum *cap.* 18. in iſto ſacrificio gratiarum actio atque commemoratio eſt carnis Chriſti, quam pro nobis obtulit, & ſanguinis quem pro nobis effudit. D. Ambroſius de verbis Domini in Euangel. Lucæ, ergo tu audis quod quotieſcumque offertur ſacrificium, mors Domini, reſurrectio Domini, eleuatio Domini ſignificetur, & remiſſio peccatorum: Euthymius *in caput* 26. *Matth.* per tale ſacrificium reminiſcimur, quod corpus ſuum in mortem pro nobis tradidit; nonne memoras Dei, qui vbique præſens? idem D. Auguſtinus *epiſtola* 23. ad Bonifacium, quia per ſacrificium Euchariſtiæ memoriam crucis Chriſti reuocamus; *& lib.* 20. *cap.* 18. contra Fauſtum Chriſtiani, iam peracti ſacrificij memoriam celebrant oblatione ſacro ſancta, & participatione corporis Chriſti: idem D. Ambroſius, in Chriſto ſemel oblata eſt hoſtia potens ad ſalutem ſempiternam, quid ergo nos, nonne per ſingulos dies offerimus? offerimus quidem, ſed recordationem facientes mortis eius, & vna hæc eſt hoſtia, non multæ, quia ſemel oblata eſt in ſancta ſanctorum, hoc ſacrificium exemplar illius eſt, idipſum ſemper ipſum. Euthymius *in cap.* 6. *Matthæi*, hoc facite in meam commemorationem, hoc, inquit, nouum myſterium & non illud vetus &c. per tale namque ſacrificium reminiſcimur, quod corpus ſuum in mortem pro nobis tradiderit: idem D. Auguſtinus *libro* 3. *de Trinitate capite* 4. illud corpus & ſanguinem Chriſti dicimus quod ex fructibus terræ acceptum & prece myſtica conſecratum rite ſumimus ad ſalutem ſpiritualem in memoriam pro nobis Dominicæ paſſionis. Hæc autem fieri in commemorationem Chriſti vel eius paſſionis varie accipiunt Patres. D. Baſilius ita accipit vt communicantes meminiſſe debeant obedientiæ quæ ad finem vſque vitæ exhibenda eſt Chriſto vt ipſe præſtitit Patri, *ſermone* 1. de Baptiſmo & de definit. 21. Moralium: qui non implet rationem memoriæ obedientiæ Domini vſque ad mortem, nihil iuuatur ſecundum declarationem Domini dicentis caro non prodeſt quidquam per ſe oportet comedere corpus & bibere

A ſanguinem Chriſti in recordationem Domini obedientiæ vſque ad mortem, vt qui viuunt non ſibi amplius viuant, ſed ei qui pro nobis mortuus eſt. D. Nazianzenus illud ita explicat vt communicemus paſſionibus Chriſti, ſtel. 2. de Iuliano deſertore loquens, qui fidem Chriſti, ſacroſque omnes ritus eiurauit, & exuit, inquit, ſanctitatem manuum eaſque a ſacrificio expurgat incruento, per quod Chriſti paſſionibus communicamus & diuinitati. Euthymius *in cap.* 6. *Matthæi*, ita accipit, vt dicat quemadmodum ſacrificia veteris legis facta fuerant in memoriam alicuius beneficij à Deo accepti, ita

B hoc ſacrificium in memoriam Redemptionis, rectè, ait, & admirabili inuento vt fieret ſacrificium in memoriam alterius ſacrificij, ſicut enim olim ſacrificia facta ſunt à populo in memoriam alicuius diuini beneficij, ita & nunc reminiſcimur quod corpus ſuum in mortem pro nobis tradiderit. Sed & dici poteſt fieri hoc ſacrificium in memoriam paſſionis Chriſti, quod etiam ipſum ſit iterata paſſio Chriſti, vel quod pertineat ad aliquam partem paſſionis adimplendam: probatur primò à D. Cypriano *lib.* 2. *epiſt.* 3. Chriſtum offerre oportebat circa veſperam diei, vt ipſa hora ſacrificij oſtenderet occaſum & veſperam Mundi; & quia paſſionis eius mentionem in ſacrificiis omnibus facimus; paſ-

C ſio enim eſt Domini ſacrificium quod offerimus; & D. Auguſtinus epiſtola ad Bonifacium: nonne ſemel immolatus eſt Chriſtus in ſeipſo? & tamen in Sacramento non ſolum per omnes Paſchæ ſolemnitates ſed omni die populis immolatur. D. Chryſoſtomos *hom.* 17. ad Hebræos offerimus quidem, ſed commemorationem facimus mortis eius, & vna eſt hæc oblatio non multæ, quoniam ſemel oblatus eſt, illa oblatio illata eſt in Sancta Sanctorum hoc illius figura eſt, & ipſa oblatio illius, eundem enim Chriſtum ſemper offerimus non nunc quidem alterum, ſed eundem ſemper: itaque ſemper vnum eſt ſacrificium propter hanc rationem, an quia multis

D locis offertur multi ſunt Chriſti? nequaquam, ſed vnus vbique Chriſtus eſt, & hic plenus & illic plenus, vnum corpus; vt igitur licet multis locis offeratur vnum tamen corpus eſt, & non multa corpora, ita & vnum ſacrificium: ille noſter Pontifex eſt qui obtulit ſacrificium quod nos purgat, illud ſacrificium & nunc offerimus quod tunc oblatum, quod conſumi nequit, hoc fit in commemorationem eius quod tunc factum eſt, dicit enim hoc facite in meam commemorationem, non aliud ſacrificium niſi quod Pontifex obtulit, ſed idem ſemper facimus, aut potius commemorationem facimus illius ſacrificij. Euſebius Emiſſenus *hom.* 5. *de Paſchate*, & ideo quia corpus aſſumptum ablaturus erat ex oculis noſtris & ſideribus illaturus, neceſſa-

E rium erat, vt nobis in hac die Sacramentum corporis & ſanguinis ſui conſecraret, vt coleretur iugiter per myſterium quod ſemel offerebatur in pretium, vt quia quotidiana & indefeſſa currebat pro hominũ ſalute redẽptio, perpetua eſſe etiam redemptionis oblatio, & perennis illa victima viueret in memoria, & ſemper præſens eſſet in gratia, vère vnica & perfecta hoſtia, fide ſolâ æſtimanda non ſpecie, nec exterioris cenſenda viſu, ſed interiori affectu. Ex quibus patet hoc ſacrificium continere eandem Redem-

ptionem & paſſionem quæ fuit in cruce, eamque in hoc myſterio quodammodo iterari. Iam vero probatur hoc ſacrificium eſſe quodammodo alterius complementum, & quæ crucis ſacrificio deſinit adiicere, & plus aliquid eſſe in eo quam in paſſione crucis, primum ea D. Auguſtino libro de viſitatione infirmorum *cap.* 4 illud, ait, viuificum Dominici corporis ſupplementum ſuſcipere non renuis, quin potius illud fideliter comedas, cibus ille redemptionis tuæ pretium eſt, eodemque D. Auguſtino apud Bedam *in* 1. *Cor.* dicente Chriſtum paſſum eſſe in Euchariſtia quod nō erat paſſus in cruce, nempe fractionem: quod, ait, in cruce paſſus non eſt, id in ublatione patitur & propter te frangi patitur vt omnes ſatiet; quod diuus Chryſoſtomus confirmat *homil.* 24. *in* 1. *ad Corinth.* ſed, quod ait, non paſſus eſt in cruce hoc patitur in ſacrificio; & Oecumenius *ad* 1. *Corinth. cap.* 10. quod in cruce Dominus paſſus non eſt, hoc propter nos ſuſtinet, fractus vt nos ſibi ipſi coniungat. idemque Chryſoſt. *ad* 1. *Corinth.* quare ſubiunxit quem frangimus; hoc enim in Euchariſtia videre eſt factum, in cruce non item, imo contrarium, ſcriptum eſt enim os eius non conteretur: ea quo dici poteſt ex ſacrificio paſſionis hoc reſecuatum in iſto vt frangeretur, licet frangatur tantum ſecundum ſpecies, nec frangatur corpus niſi quatenus vnum corpus fit multa corpora diuiſione ſpecierum. Sed & inſuper dici poteſt hoc ſacrificium aliquid addere ſacrificio paſſionis, quod in paſſione quidem ſuſus ſit ſanguis Chriſti, ſed non potatus, hic vero fundatur & deinde potetur; vt colligitur ex D. Auguſtino *libro* 2. contra Aduerſarios legis *cap.* 9. & ſicut, ait, Mediatorem Dei & hominum Chriſtum Ieſum carnem ſuam nobis manducandam ſanguinemque bibendum fideli corde & ore ſuſcipimus, quamuis horribilius videatur humanam carnem manducare quam perimere, & humanum ſanguinem potare quam fundere.

Multa eſſe ſingularia & ad miraculum ſtupenda in hoc Sacramento.

CAP. XII.

NOn immerito D. Cyprianus libro de cœna Domini, vocat hoc Sacramentum ſacrificium ſingulare: habet enim multa ſingularia, primo quod idem Chriſtus eſt victima & ſacrificium & Sacerdos vt patet ea Epiphanio *lib.* 1. panarij loco ante citato. Bernardus de cœna Domini: Chriſtus in illa cœna munerans & munus, cibans & cibus, conuiua & conuiuium, offerens & oblatio & Hieronymus *epiſtola* 150. ad Hedeb. ipſe eſt conuiua & conuiuium, ipſe comedens & qui comeditur: & Cyrill. in occurſum Simeonis qui offertur & ſanctificatur cùm omnia ſanctificet & purget, & ipſe ſit donans ipſeque donum, ipſe eſt Pontifex maximus, ipſe altare, ipſe propitiatorium, ipſe ignis, ipſe agnus, ipſe gladius, ipſe lex & ipſe qui legem implet &c. idem habet Baſilius *libro de Baptiſmo.*

Secundo. quod ſit vnum & idem ſacrificium quod factum eſt, & nunc etiam fit, & poſtea fiet teſte Chryſoſt. *hom.* 17. *ad Hebræos*: vna, ait,

A eſt hæc Hoſtia, non multæ vt ſupra oſtendimus *hom.* 2. in 2. *ad Timotheum*, ſacrificium idem quicumque illud offerat, ſiue Paulus, ſiue Petrus, idem eſt ſacrificium quod tunc Chriſtus Diſcipulis dedit, & hodie Sacerdotes perficiunt. Ignatius *epiſtola* ad Philadelphenſes: inuitans nos vti vna fide, vna doctrina, vna Euchariſtia, vna enim eſt caro Ieſu Chriſti, & vnus eius ſanguis pro nobis effuſus, vnus panis omnibus fractus eſt vnum poculum diſtributum, vnum altare vniuerſæ Eccleſiæ, vnus Epiſcopus cum preſbyteris & diaconis conſeruis meis. Idem habet Chryſoſtomus *homilia* de myſtica *cœna.*

B Tertio quod corpus māducet & anima nutriat ex Tertulliano *libro* de Reſurrectione carnis *cap.* 8. caro corpore & ſanguine Chriſti veſcitur vt anima Deo ſaginetur.

Quarto quod corpus habeat conſiſtentiam Spiritus, & manducetur caro modo ſpirituali πνευματικῶς & οὐ σαρκικῶς Κυρίου id eſt ſpiritualiter carnem Chriſti edunt, & in carne ac corpore fiat comeſtio ſpiritualis, quomodo Epiphanius dixit *Hæreſi* 64. Enoch raptum fuiſſe ἐν σώματι πνευματικῷ in corpore ſpiritualiter & D. Hilarius *libro* 10. *de Trinit.* vocat conceptionem Chriſti ſpiritualem, licet fuerit vera in carne.

C Quinto quod panis non ſit, & panis appareat, & caro ſit, & caro non appareat, vt recte Algerus *libro* 10. *de Sacramentis capite* 9. & ſupra diximus cum oſtendimus ſpecies panis remanſiſſe.

Sexto quod cibus iſte diuiſus non minuitur, ſed totus manet in ſe & in omnibus, vt recta Grego. Nyſſen. in magna *catecheſi*, attendere oportet qui fieri poteſt vt illud vnum corpus quod tot millibus fidelium per vniuerſum orbem aſſidue diſtribuitur, totum vnicuique in parte quam accipit detur: vt ipſum maneat in ſeipſo totum & Samonas Epiſcop. Gazæ in dialogo cum Achmete: verum & panis ſanctificatus a Sacerdote diuina virtute in corpus Chri-

D ſti mutatus per aduentum Spiritus ſancti, licet diuiditur, corpus tamen integrum & ſaluum in vno quoque fragmento ſeruatur, vt ſermo dicentis integer oēc diuiſos ad aures audientium accidit; cum igitur ſanctificatus panis in partes diuiditur, quod eſt ſanctiſſimum Chriſti corpus, noli, putare ſanctiſſimum illud corpus diuidi diuelli in partes ſecari; eſt enim immortale, a corruptione liberum, quod conſumi nequit, ſed accidentia tantum panis ſenſibilia poſt conſecrationem rumpuntur ad robur fidei: & Euſeb Emiſ. ſermone de Epiphania, ſicut enim tunc & viuebat & loquebatur & tamen à diſcipulis comedebatur, bibebatur, ita & modo integer & incorruptus manet, & à fidelibus ſuis in panis & vini

E Sacramento quotidie bibitur & manducatur. Eutychius de cœna Domini: omne ſanctum corpus totum, & pretioſum ſanguinem Domini accipit, etſi particulam horum acceperit tantum, diuiditur enim impartibiliter in omnibus partibus exiſtens propter mixtionem: idem *ſermone* 5. de Paſchate quod corpus Sacerdote diſpenſante tantum eſt in exiguo quantum in toto: quod eum Eccleſia fidelium ſumit, ſicut plenum in vniuerſis ita integrum eſſe probatur in ſingulis idem Samſonas id probat exemplo,

ſpeculum, ait, ſi quis ad ſolum alliſerit & in A multa fragmenta diſruperit, in quoque fragmine expreſſum cernet vultum ſuum, ſic & caro Chriſti eſt integra io quoque fragmento.

Septimo quod Chriſtus in eius inſtitutione ſemetipſū portauerit in manibus ſuis, teſte *Aug. ad Pſal.* 37. ferebatur enim Chriſtus, ait, in manibus ſuis quādo cōmendās ipſum corpus ſuum, ait hoc eſt corpus meū, ferebat enim illud corpus in manibus ſuis, quia cū cōmendaret ipſum corpus ſuum & ſanguinem accepit in manus ſuas, quod norunt fideles, ipſeque ſe portabat quammodo, cum diſceret, hoc eſt corpus meum.

Octauo quod per hoc Sacramentum & eius participationem omnes vnum ſumus in Chriſto, & Chriſtus in omnibus, teſte Eutymio B *cap.* 64. *ad Matth.* quod ſi de vno corpore & ſanguine omnes fideles participamus, omnes vnum ſumus per ipſam horum myſteriorum participationem & in Chriſto omnes & Chriſtus in omnibus: & D. Chryſoſtom. illo corpore alimur. Cum eo commiſcemur & in vnam maſſam coaleſcimus, & facti ſumus Chriſti corpus & vna caro: diuus Irenæus *libro* 5. catu ſanguine & corpore Chriſti nutritur, & membrum eius efficitur, vt in verum & naturale corpus Chriſti quodammodo coaleſcat, & immortalitatem ex hac coniunctione conſequatur: & Photius apud Oecumenium: quid eſt (inquit) panis? nempe corpus Chriſti, quid fiunt communicantes? C corpus ſcilicet Chriſti, cùm enim participamus corpori Chriſti, etiam corpus illud efficimur.

Nono quia ipſa victima ſanctificat altare, cùm tamen olim ſanctius eſſet altare holocauſta, ex Origene ad *caput* 33. *Matthæi*: in lege, quæ in altari imponebantur, per ipſum ſancta fiebant, in noſtra lege contra fit, quæ enim ſupra altare noſtrum rationale ponuntur, ſanctificant menſam & vaſa quæ in ijs ſunt, quia ſunt antitypa dominici corporis.

Decimo quia iſte cibus nō corrūpitur in vtero, nec in cloacē eijcitur, ex Cyrillo in occurſū Simonis hic panis non in abdomen vadit nec in cloa- D cam eijcitur ſed in omnem tuam cōſtitutionem diditur ad vtilitatem animæ & corporis.

Vndecimo quod Chriſtus ſemetipſum comedit, & ſanguinem ſuum bibit, ex Chryſoſtom. *hom.* 83. *in cap.* 26. *Matthæi*, ne igitur tunc diſcipuli turbarentur, primus Chriſtus id fecit vt corpus ſuum comederet, & ſanguinem biberet inducens eos ad communionem myſteriorum.

Duodecimo quod Chriſtus ſeipſum det & retineat, vt recte D. Chryſoſtomus *hom.* 2. ad populum Antiochenum: Helias, ait, meloten diſcipulo, filius autem Dei aſcendens ſuam nobis carnem reliquit; ſed Helias quidem exutus, E Chriſtus autem aſcendens & eam nobis reliquit, & eam habens aſcendit.

De effectibus huius Sacramenti.

CAP. XIII.

EFfectus porro huius Sacramenti admirandi etiam ſunt. Primus eſt quod reſtituit nobis imaginem Chriſti, & animæ robur ingenerat, ex Chryſoſtomo ad *caput* 6. *Ioannis*; hic ſanguis imaginem nobis florentem Regis efficit, hic pulchritudinem ineffabilem hic ſanguis non ſinit animæ nobilitatē marceſcere ringens ipſā perpetuo, & aleus: ſanguis qui fit ex cibis nō ſtatim ſanguis efficitur, ſed aliud quid, hic autem ſanguis Chriſti non ſic ſed ſtatim animam rigat, & magnum ei robur ingenerat, ideoque poſſet homo dicere percepto hoc corpore ſe non iam eſſe terram & cinerem, ſed aliquid nobilius, ex eodem Chryſoſtomo ad *cap.* 10. *epiſtola* 1. *ad Corinth.* cùm illud, ait propoſitum videris, dic ad teipſum, propter illud corpus iam non ſum terra & cinis: nam vt recte D. Cyprianus de cœna Domini, mira ſunt quæ ſentit, quem agnus ipſe Paſchalis inhabitat. Deinde Euchariſta purgat omnem corruptionem, & vitia carnis noſtræ, ex Cyrillo *capite* 16. *in Ioannem libro* 4. *πίνεις τὸ τίμιον αἷμα Κυρίου ὅλον ἐκ βαθέων ἀπορρίζει τὴν φθορὰν καὶ ἀναμοχλεύει τὸν ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ σαρκὶ κατοικοῦντα θάνατον* ſanguis pretioſus eſt potus qui eradicat omnem corruptionem & eruit velut machina, mortem quæ habitat in carne humana, dæmonem fugat ex eodem Chryſoſtomo *hom.* ad Neophytios, iam ſi hoſtis viderit ſanguinem non poſtibus illitum, ſed ſanguinem veritatis in ore fidelium ſplendentem, abſcedet ocius; ſi enim Angelus ceſſit figuræ, quanto magis ceſſurus eſt veritati. Item cœlum aperit ex Chryſoſtomo *homilia* 24. *in* 1. *ad Corinth.* abeuntibus hinc nobis cum hoc ſacrificio liber aditus in cælum patebit. Denique nos deos facit ex Leone magno ſermo. de Paſſione noua creatura de ipſo Domino inebriatur & paſcitur, nam aliud agit participatio corporis & ſanguinis Chriſti, quàm vt in id quod ſumimus tranſeamus; vnde apud Gregorium Neocæſarienſem *in epiſtola canonica* dicitur *τῆς ἱερᾶς μυσταγωγίας τέλος εἶναι θέωσιν*, id eſt finem ſacræ myſtagogiæ, eſſe deificationem: & diuus Athanaſius *oratione* 4. in Arrianos, dixit communione nos *θεοποιεῖσθαι* id eſt Deos fieri, & *συνάπτεσθαι τῇ θεότητι* applicari diuinitati.

Aperiuntur quidam Ritus tam Sacerdotum quam Laicorum in conficiendo, vel recipiendo corpore Chriſti.

CAP. XIV.

RItus alij ſpectant Sacerdotes, alij vero ipſos Laicos de quibus copioſius ſupra vbi de Miſſa diſt. 1. Ritus qui ſpectant Sacerdotes, hi erant. 1. ſacrificium iſtud Euchariſtiæ, non niſi mane celebrabatur, vt mane communio fieret, ex Chriſoſtomo *ad Pauli* 1. *Corinth.* 11. ideoque Chryſoſtom. *epiſt.* ad Acacium, ſibi crimini datum ait quod poſt cibum ſumptum dediſſet communionem, ſed ille non fatetur hoc crimen, imo ait, ſi id feci Chriſtus me regno ſuo eijciat: & cum aliqui veſperi vellent communicare, eos non recepit nec admiſit Eccleſia ex Socrate *libro* 5. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ: & recte D. Cyprianus; mane ſacrificamus licet veſperi inſtitutum ſit Sacramentum item, niſi in ſacrificijs matutinis hoc quis vereretur ne per ſaporem vini redoleat ſanguinem Chriſti, Chriſtum offerre oportebat circa veſperam, diei &

ipſa hora ſacrificij oſtenderet occaſum & veſperam Mundi. Item præparabat Sacerdos panem in rotunda & orbiculari forma, qui conſecratus traderetur, vt colligitur ex Epiphanio in Anchorato: ſurrexit, ait, in cœna & accepit illa, & poſtquam gratias, egiſſet dixit hoc meum illud, & videmus quod non eſt æquale neque ſimile formæ illius corporeæ, aut inuiſibili Diuinitati, illud enim eſt rotundæ ac orbicularis formæ, ſenſus expers vt ad potentiam, & voluit per gratiam dicere, hoc meum eſt illud, & nemo fidem negat eius ſermoni. Item commiſcebat aquam vino ex D. Cypriano *epiſtola* 3. quidam vel ignoranter vel ſimpliciter in calice Dominico ſanctificando & plebi miniſtrando, non hoc faciunt quod Ieſus Chriſtus Dominus ac Deus noſter huius author ſacrificij & doctor fecit, admonitos autem nos ſcias vt in calice offerendo Dominica traditio ſeruetur, vt calix, qui in commemorationem eius offertur mixtus vino offeratur: Theophylactus *ad cap.* 26. *Matthæi*, cùm ſanguis & aqua de latere Chriſti exierit, pudeat Armenios, qui vinum aqua in myſterijs non miſcent. Item clamabat Sacerdos ſurſum corda: Cyrillus *catecheſi* 5. poſtea, ait, clamat Sacerdos ſurſum corda, vere enim illa hora maxima tremenda, corda ſurſum arrigere debemus ad Deum, neque pati vt ad terram & terreſtria ſe conuertant, deinde reſpondetis, habemus ad Dominum, deinde dicit Sacerdos, gratias agamus Domino, reſpondetis dignum & iuſtum eſt, mox commemoramus Cherubin, & rogamus miſericordem & amantem Deum; vt mittat Spiritum Sanctum in dona propoſita, vt faciat panem corpus Chriſti, vinum ſanguinem Chriſti; & mox: deinde poſtquam confectum eſt illud ſpirituale ſacrificium & incruentum cultum, ſuper ipſa propitiationis hoſtia obſecramus Deum pro communi Eccleſiarum pace, rogamus & omnes, & hoc ſacrificium offerimus vt meminerimus etiam eorum qui ante nos dormierunt; Pater noſter qui es cælis &c. Sacerdos poſtea dicit, Sancta Sanctis, ne faueibus accipite iudicium &c. quibus verbis noſtrum hodiernum ſacrificium expreſſit Cyrillus. & D. Chriſoſtomus *homilia* 16. *ad Hebræos*, tertius, ait, in ipſis maximè terribilibus myſterijs benè precatur ſacerdos populo, benè precatur & populus ſacerdoti; quod enim reſpondet populus *& cum ſpiritu tuo*, nihil aliud eſt quàm benè precari; rurſus & quæ ſunt Euchariſtiæ, communia inter ſacerdotem & populum eſſe agnoſces: nec enim ſacerdos ſolus gratias agit, verùm & cum eo omnis populus, ante populum enim ſermonem occupans, deinde populo conſentiente ac dicente *dignum & iuſtum eſt*, tunc ſacerdos accipit Euchariſtiam: & quid miraris ſi cum ſacerdote populus loquitur, cum ſacros illos Hymnos vnà cum Cherubin & virtutibus cæleſtibus communiter ad Deum mittat: idem que habet Anaſtaſius *de Synaxi*.

Item ſacerdos eleuabat corpus Chriſti, poſt quam eleuationem, ſtatim diuiſionem eius faciebat. Maximus *ſermone de corpore Chriſti*: eleuatio, ait, pretioſi corporis figurat exaltationem in cruce; poſt eleuationem fit diuiſio Dominici corporis: & Germanus Conſtantinopolitanus Patriarcha *in liturgiæ expoſitione*; poſt eleuationem partitio diuini corporis fit, ſed

A etſi diuidatur, indiuiſus manet & non ſectus, Chriſtus, in vnaquaque parte quæ ſecatur totus cognitus & apertus.

Quod autem ad Ritus Laicorum attinet, i. cùm accedebant ad Sacramentum, dicebant vt nos, *non ſum dignus*, teſte Euſebio Emiſſeno *Dominica* 2. *poſt Epiphaniam*: quando verò ad Chriſti Sacramentum accedimus &c. quid aliud dicit vnuſquiſque noſtrum, niſi non ſum dignus vt intres ſub tectum meum, non ſum dignus vt corpus & ſanguinem tuum ſuſcipiam in ore meo?

Item accipientes corpus Chriſti, dicente ei Sacerdote, corpus Chriſti, reſpondebant, Amen,
B quaſi confitentes eſſe ita, ex Ambroſio *lib.* 4. *de Sacrament. cap* 4. ergo non otioſè cùm accipis, tu dicis, amen, iam in Spiritu confitens quod accipias corpus Chriſti, dicit tibi Sacerdos corpus Chriſti, & tu dicis, amen, hoc eſt verum; quod confitetur lingua, teneat affectus: & D. Auguſtinus *lib.* 65. *quæſtionum*, *quæſt.* 49. ſanguis Abel ſanguinem Chriſti deſignat quo vniuerſa Eccleſia accepto dicit, amen; nam qualem clamorem faciat Eccleſia dum ſanguis potatur Chriſti, & dicit amen, tu ipſa conſidera.

Item olim Laici Euchariſtiam ſub ſpecie panis domum deferebant, vt colligitur ex Tertulliano *libro* 2. *ad vxorem*; neſciat vir tuus quid manè ante omnem cibum ſumas; & Cypriano
C *lib. de lapſis*; & Auguſtino *ſermone* 252. *de tempore*, vbi ſcribit mulieres nitida lintea mina attuliſſe ad ſacram menſam, vbi corpus Chriſti exciperetur; ideoque præſcribitur modus quo acciperetur Euchariſtia à Laicis, nempe manu dextra, in vola, digitis non expanſis, & ſubiectâ dextræ ſiniſtrâ, apud Cyrillum *catecheſi* 5. accedens, ait, ad communionem, non expanſis manuum volis, neque cum disiunctis accede digitis, ſed ſiniſtram velut ſedem quandam dextræ ſubijciens, quæ tantum Regem ſuſceptura eſt, & concaua manu ſuſcipe corpus Chriſti, dicens amen: ſanctificatis ergo diligenter oculis tam ſancti corporis contactu communica: caue autem ne quid inde excidat tibi,
D quod enim amiſeris, hoc tanquam ex proprio membro amiſeris; tum vero poſt communionem corporis Chriſti, accede & ad Calicem ſanguinis illius, non extendens manus, ſed pronus adorationis in modum & venerationis, dicẽs amen, ſanctificeris eo ſanguine Chriſti quem ſumis; & cùm adhuc eſt humiditas in labris tuis, manibus attingens, & oculos & frontem, & reliqua ſenſuum organa conſecra. Qui mos etiam manibus accipiendi in formam crucis diſpoſitis, eſt in Synodo Trullana.

Quod verò manu exceperint etiam patet ex Chryſoſtomo *oratione catechetica ad Neophytos*, cogita quid manu excipias; nam moruſerum eſt eam quæ miniſterijs miniſtrat tam terribili-
E bus, & tale purpuratam ſanguine &c. ex D. Damaſceno *lib.* 4. *cap.* 14. Verùm poſteà Rothomagenſi concilio ſublata eſt illa conſuetudo tradendi corpus in manu communicantium: quomodo etiam concilio Toletano 10. ſtatum eſt vt qui Euchariſtiam à Sacerdote accepiſſent, eam ſtatim in os inderent, ac manducarent, & niſi indidiſſent ac mãducaſſent, tanquam ſacrilegi ab Eccleſia pellerentur; quod in Hiſpania multi eſſent Iudæi & Saraceni, & timeretur contume-

lia in ſacrum corpus Domini: ſicut etiam Leo, *ſermone* 40. *de Quadrageſima* edixit, vt ſub vtraque ſpecie catholici communicarent, vt ſcilicet ſic poſſent dignoſci Manichæi qui ſpeciem vini auerſabantur. Sunt vero & nonnulli alij ritus quos prętermittimus, cùm ex ijs poſſit ſatis confirmari Eccleſiæ Catholicæ vera fides atque religio.

De præparatione neceſſaria ad ſacram Communionem.

CAP. XV.

PRæparatio ad hoc Sacramentum eſt omnino neceſſaria, propter ſanctitatem & diuinitatem huius Sacramenti; nam ſi, vt rectè D. Baſilius *in Aſceticis*, in veteri lege ſcriptum erat, anima polluta quæ ederit de carnibus ſacrificij, morte morietur, quantò Chriſtus maior eſt & dignior tauris, tantò grauius eſt animâ pollutâ corpus Chriſti tangere quam taurorum: ideoque Sacerdos in Liturgia dicebat, ante Communionem, taceat omnis caro, & ſtet cum metu & tremore, Rex enim Regum & Dominus Dominantium procedit vt immoletur fidelibus, vt patet ex *Liturgia D. Baſilij*. Item dicebat per Diaconum, ſtate decenter, vt patet ex eadem Liturgia, & D. Chryſoſtomo *homilia de Eccleſia*: ideo (inquit) tempore ſacræ myſtagogiæ ſtare pulchrè iubemur, vt cogitationes humi ſerpentes erigamus.

Item dicebat ſacerdos *Sancta Sanctis*, vt patet ex eadem Liturgia, & ex dictis ſuprà.

Præparatio etiam eſt neceſſaria propter periculum, nam qui indignè ſumit Corpus Chriſti, enſem pro alimento ſumit, ξίφος ἀντὶ τροφῆς ait Chryſoſtomus *ad* 26. *Matthæi*, & D. Cyprianus *lib. de lapſis*, qui gladium indignis vocat: nam terribilia ſunt hæc myſteria, vt vocant Liturgiæ, & igne refecta eſt hæc menſa, vt dicunt eædem Liturgiæ, & Chryſoſtomus *homilia de Eccleſia*; &, vt ait B. Ephrem *ſermone de iudicio cap.* 30. accedit indignus ad diuina myſteria, ſeipſum iudicat, non ſe ſanctificans vt recipiat Regem in thalamo ſuo, anima enim noſtra eſt ſponſa ſancta ſponſi immortalis, nuptiæque ſunt diuina myſteria mandorata in anima ſancta; violat enim & blaſphemus eſt in Sancta Sanctorum quæ nobis data ſunt cum ſanctificatione, vt rectè Epiphanius, & comparatur vel Iudæ tradenti Dominum, vel Iudæis ipſum crucifigentibus, à D. Baſilio *lib. de Baptiſmo cap.* 3. his verbis: ita accedamus ad ſancta, vt euitemus iudicium eorum qui trucidarunt Dominum: & à D. Auguſtino *lib.* 5. *de Baptiſmo cap.* 8. ſicut, ait, Iudas cùm buccellam tradidit Dominus, non malum accipiendo ſed malè accipiendo locum in ſe diabolo præbuit, ſic indignè quiſque ſumens Dominicum Sacramentum, non efficit, vt quia ipſe malus eſt malum ſit, aut quia non ad ſalutem accipit nihil acceperit: & ab Oecomenio *ad caput* 11. *epiſtolæ* 1. *ad Corinthios*: verba, ait, reus erit Corporis & ſanguinis Domini, hoc ſignificant, quemadmodum Iudas eum tradidit, Iudæi illuſerunt ei, ſic eos qui manibus impuris ſanctiſſimum eius corpus

A accipiunt, in eum iniurioſos eſſe, quales fuere Iudæi cum eum tenerent, tales ſunt qui polluto admouent: & à D. Chryſoſtomo *ad* 26. *Matthæi*, reus erit, ait, corporis & ſanguinis Domini, hoc eſt, eaſdem dabit pœnas, quantas ſuſtinuerunt qui crucifixerunt Chriſtum; illud corpus diſrupere Iudæi in cruce, polluit autem qui animâ impurâ illud ſuſcipit: & ad hæc verba, vidi Dominum, vt enim (inquit) qui latera eius fodefunt, non vt biberent ſanguinem eius fodefunt, ita & qui accedit indignus, nullum ex eo fructum capit: Denique nihil agit eorum propter quæ inſtitutum eſt hoc Sacramentum, vt patet ex locis antè citatis, &

B Iſidoro *lib.* 10. *de ſummo bono*: qui ſceleratè viuunt in Eccleſia & communicare non deſinunt, putantes ſe communione mundari, diſcant nihil ad emendationem ſibi proficere, & corpore tantum communicant non ſpiritu: & non ſatis eſt, vt ait Pachymeres, corpore communicare, vt perfecta ſit communio, niſi animus per fidem & veram cognitionem bellè comparatus ſit.

Vna Præparatio erit vt ſimus Puri & ſine peccato: nam, vt rectè D. Baſilius *de Baptiſmo*, oportet eum, qui accedit ad Corpus & Sanguinem Chriſti eſſe purum; quare Diaconus tanta conſecrationem exclamabat, ne quis

C accedat eorum qui non poſſunt, quotquot fideles flectamus genu, ne quis interſit Catechomenus, ne quis ex audientibus, ne quis ex infidelibus, ne quis ex alia ſentientibus, ne quis contra aliquem malè ſit animatus, ne quis in hypochriſi: Epiſcopus autem ante communionem dicebat, Sancta Sanctis, vt refert Clemens *lib.* 8. *cap.* 7. 8. 9. *conſtitution. Apoſtolicar.* & confirmat Chryſoſtomus ieiunium Quadrageſimæ non ſufficere: ecce prædico & teſtificor, nemo eorum qui odia cum proximis & inimicitias exercent, ad ſacram menſam accedat & corpus Chriſti accipiat; vis accedere? ingratiam redi, & tunc tange ſacrum corpus; ideoque ſi quis

D peccauerit, oportet vt anteà pœnitentiam agat, ſe que expurget: Cyprianus *epiſt.* 11. ante actam pœnitentiam, ante exhomologeſim grauiſſimi delicti factam, ante manum ab Epiſcopo & clero in pœnitentiam impoſitam, offerre lapſis pacem, & Euchariſtiam dare, id eſt ſanctum Domini corpus prophanare, audeant cum ſit ſcriptum, qui ederit panem indigne &c.

Altera Præparatio erit vt cum fide & Amore accedamus ad menſam: nam, vt rectè Ignatius apud Theodoretum *dialogo* 3. non recipiunt

E Euchariſtias & oblationes, quia non credunt Euchariſtiam eſſe carnem Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, quæ pro nobis peccatoribus paſſionem tulit, & quam Pater ſuâ benignitate reſuſcitauit: & S. Ephræm *ſermone de iudicio cap.* 3. ecce poculum remedi ſanguinis tui, plenum lumine & vita, per hoc nobis gratificatia intelligentiam & illuminationem, vt cum fide, & deſiderio, & ſanctificatione accedamus ad illud; ideoque rectè dicebat D. Auguſtinus *tractatu* 1. *in Ioannem*, quod ſi credis, Ieſus tibi ſe credit.

Tertia erit vt cum Timore accedamus: Baſilius *in Liturgia*, taceat omnis caro, & ſtet cum metu & tremore, Rex enim Regum, &

Dominus Dominantium procedit vt immoletur fidelibus. A D. Ambroſius *ad cap. 21. epiſt. ad Corinthios*, deuoto animo & cum timore accedendum ad communionem, vt ſciat mens reuerentiam ſe ei debere, ad cuius corpus ſumendum accedit, quem nos ſi cum Diſcipulis acceptamus, non erimus indigni corpore & ſanguine Domini.

Quarta, vt animus tamen ad cœleſtia Eleuetur. Anaſtaſius *de Synaxi*, audite quid vobis dicat Diaconus, ſtemus decorè, ſtemus cum tremore, attendamus oblationi ſanctæ, ſubmittamus ceruices, claudamus cogitationem, claudamus linguam, alas demus menti noſtræ & cordi, vt ad Deum mentis noſtræ oculum at- B tollamus, tranſcendamus cælum, tranſcendamus Angelos & Cherubim, & ad ipſum Thronum Domini accurramus; confiteamur ad ſanctum, & ſupercæleſte, & intellectile ipſius altare: hæc teſtatur nobis ſacerdos dicens, ſurſum corda; deinde, quid nos ad iſta reſpondemus? habemus ad Dominum: quid ais? quid facis? mens tua ad corruptibilia & temporalia temerè attollitur, & dicis habeo ad Dominum? D. Chryſoſtomus *homilia de Eccleſia*, ideoque tempore ſacræ myſtagogiæ ſtare pulchrè iubemur, vt cogitationes humi ſerpentes erigamus.

Vltima erit vt perfectè Chriſtum Adoremus, C quem, vt ait D. Auguſtinus *in Pſal. 98.* adorando non peccamus, ſed peccamus non adorando: Origenes *de diuerſis homil. 5.* quando ſanctum cibum, illudque incorruptum accipis epulum, quando vitæ pane & poculo frueris, manducas & bibis corpus & ſanguinem Domini; tunc Dominus ſub tectum tuum ingreditur; & tu ergo humilians teipſum, imitare hunc Centurionem, & dicito, Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum; vbi enim indignè ingreditur, ibi ad iudicium ingreditur accipienti. D. Auguſtinus *ad Pſalmum 98.* nemo manducat carnem iſtam, niſi priùs adorauerit. D. Ambroſius *lib. 3. de Spiritu cap. 5.* per ſcabellum terra intelligitur, per terram autem caro Chri- D ſti, quam hodie quoque in myſterijs adoramus.

Cæterùm ſumpto Corpore Chriſti manendum in eadem ſanctitate. D. Chryſoſtomus *homil. 27. in 1. ad Corinth.* Guſtaſti Domini ſanguinem, & fratrem, ne ſic quidem agnoſcis? & cùm participaueris ſanguinem, cùm ieiunio & ſobrietati ſtudendum tibi eſſet, contumelioſus & proteruus es? oportet tunc maximè temperatum & modeſtum eſſe cùm ſponſum accepiſti; ſanctifica, & expia tuam manum, linguam, labia quæ fuerunt veſtibula quibus ingreſſus eſt Chriſtus; vidiſti nuptias ſpiritales, honoratus & potitus es menſâ Regiâ, repletus es Spiritu ſancto, choreas egiſti cum E Seraphin, habens autem intus Chriſtum crapularis? & *homilia 3. in Iob*, qualem non ſuſtinebimus pœnam, quando paſſi fuerimus linguam quâ guſtauimus carnem Domini, loqui ea quæ ſunt diaboli!

De Euchariſtia ſub vna Specie.

CAP. XVI.

NOn eſt dubium quin aliquando Communio facta ſit à fidelibus ſub vtraque Specie, vt initio naſcentis Eccleſiæ, vt colligitur ex Cyrillo *catecheſi 5.* vbi dicitur panem ſeu corpus Chriſti manu ſua accepiſſe, & domum detuliſſe, ſanguinem verò hauſiſſe ſtatim, locum attulimus ſuprà *cap. 14.* vbi egimus de ritibus Laicorum in perceptione Euchariſtiæ. Sed propter maius periculum in vino quàm in pane, deſijt illa conſuetudo, niſi quod aliquando conſtitutum vt ſub vtraque ſpecie catholici communicarent ex ſingulari cauſâ, vt à Leone I. *ſermone 4. de Quadrageſima*, qui edixit, vt ſub vtraque ſpecie catholici communicarent, quod ideo fecit, vt poſſent internoſci Manichæi qui ſpeciem vini auerſabantur, ex quo etiam colligitur antea liberum fuiſſe ſub altera tantùm ſpecie communicare. Quod confirmatur ex eo quod Clerici propter aliquod delictum redigebantur ad Laicam Communionem, id eſt communionem ſub vna ſpecie, quam de manu Sacerdotis acciperent, & quam ipſi non conſecrarent; de qua Laica communione pleni ſunt libri, & patet ex Felice I. *epiſt. 1. cap. 1.* vbi differentiam ponit inter Clericos facinoroſos & pios, vt illi propter facinus communione laica ſint contenti, iſti ſi expetant communicare ſub vtraque ſpecie, id poſſint: vt quibuſdam, ait, Clericis ob ſcelera communio laica non niſi ſub exitum vitæ præbeatur, &c.

Probatur hanc olim fuiſſe praxim, quod de vna Specie fiat mentio, quodque cum domum deferretur, panis tantùm deferri dicatur, & ſanè is tantum potuerit deferri. D. Auguſtinus *ſermone de tempore 262.* mulieres nitida Linteamina dicit attuliſſe ad ſacram menſam, vbi corpus Chriſti exciperent: Cyprianus *lib. de lapſis*, meminit cuiuſdam mulieris quæ in arcula Euchariſtiam ſeruabat, & quæ cum eam aperiret, vbi Sanctum Domini fuit, & manibus indignis contrectare vellet, igne ex ea erumpente deterrita fuit ne contingeret: & apud Euſebium legimus *lib. 6. cap. 44. hiſtor. Eccleſiaſt.* Serapione iam animam agente miſſum fuiſſe puerum à Sacerdote ægroto qui viaticum afferret, iubens vt vinum aut aquam intingeret quo ſenex melius deglutiret. Verba ſunt: ſacerdos, ait, ipſe ægrotus pauxillum Euchariſtiæ puello dedit, iubens intingere in vinum aut aquam, & inſtillare ſeni in os; puer intinxit, & ſimul infudit in os, & ille paululum degluriens ſtatim edidit ſpiritum. Ex quo loco patet Euchariſtiam ſub ſpecie panis ei tantùm datam fuiſſe: & apud Bedam in *Martyrologio die 15. Auguſti*, Tharſicium martyrem cum deferret ſecum ipſa Euchariſtiam, & incidiſſet in Gentiles, maluiſſe ſibi vitam eripi quàm Euchariſtiam quæ è manibus euolauit: & apud D. Ambroſium *de obitu Satyri cap. 7.* ipſum Satyrum fratrem Ambroſij fœdiſſimâ tempeſtate deprehenſum, è collo ſuo Euchariſtiam ſuſpendiſſe, & naue fractâ enataſſe. Atque D. Baſilius *ad Cæſariam*

Patritiam epiſt. ſcribit Anachoretas agentes in ſolitudine Euchariſtiam ſecum deportaſſe: & Ioannes Diaconos *lib. 2. cap. 33. de vita S. Gregorij*, ait, D. Gregorio authore Monachos quoſdam Conſtantinopolim migrantes Euchariſtiam ſecum detuliſſe: & D. Hieronymus *lib. de ſeptem gradibus cap. 6.* dicit Epiſcopos accipere Euchariſtias à Sacerdotibus benedictas, in vſum peregrinantium.

Et licet Sacerdotes ipſi ſub vtraque ſpecie ſacrificantes communicarent, vel non ſacrificantes, ſi id expeterent, vt ſuprà diximus ex Felice, tamen vt pluſimùm contenti erant communione Laicâ ſub vna ſpecie: nam & Amphilochius *in vita D. Baſilij*, ait enim ante exceſſum Euchariſtiam ſumpſiſſe ſub ſpecie panis: & Paulinus *in vita D. Ambroſij* idem dicit de D. Ambroſio, Honoratus, ait, ſacerdos obtulit Ambroſio corpus Domini, quod vbi accepit emiſit ſpiritum.

Non tantùm vero deferebant ſecum fideles Euchariſtiam, ſed etiam mittebant, quam in ſpecie vini vel deferre vel mittere difficile fuiſſet. Euſebius *lib. 5. cap. 24. hiſtor. Eccleſiaſt.* ipſi, ait, presbyteri deceſſores tui qui non ſeruabant ieiunium, mittebant Euchariſtiam ad eos qui ſeruabant ex alijs parochijs, in argumentum pacis: & ſynodo Laodicena cauetur ne ſancta pro eulogijs in feſto Paſchatis ad alias paræcias mittantur.

Eccleſia ergo videns corpus Chriſti eſſe tam ſub ſpeciebus panis, quàm vini, contenta fuit vnicâ ſpecie, vel corporis, vel ſanguinis prout vidit tutius vel commodius Euchariſtiam percipi. Nam ideò Cyprianus *lib. de lapſis*, ait calicem ſacrum infantibus dari ſolitum, cùm ſub ſpeciebus panis communionem admittere non poſſent.

Aliud eſt ſi agatur de ſacrificio ipſo Euchariſtiæ facto à Sacerdote, quod vt ſub vtraque ſpecie inſtitutum eſt, ita ſub vtraque peragi debet. Adde quod in ſanguine ſua commemoratio ob effuſionem, ſicut in pane corporis ob fractionem, & vt ait Paulus *Hebr. 9.* ſine ſanguine non fit remiſſio. Et ſanè Chriſtus in Euangelio loquens de Corpore ſuo, & elloquens alios præter Apoſtolos, mentionem facit tantùm ſæpiſſime panis vel carnis, non ſanguinis: Deinde alio loco dicitur, quod in fractione panis cognouerunt Dominum; nulla ibi mentio vini: illam enim fractionem explicant de Euchariſtiæ Sacramento D. Auguſtinus *epiſt. 59. ad Paulinum*, Heſychius *lib. 2. Leuitic. cap. 9.* Beda *ad cap. 24. Luca*, D. Hieronymus *in Epitaphio Paulæ*, & alij. Quare longe aliud eſt conſiderare Euchariſtiam vel corpus Chriſti vt eſt ſacrificium tranſiens, aliud vt eſt Sacramentum permanens: quatenus eſt ſacrificium debet fieri ſub vtraque ſpecie, quia ſub vtraque eſt inſtitutum; ſed quia iſtud ſacrificium eſt incruentum, ideo illius hoſtia peracto ſacrificio permanet Sacramentum, & viuit, & eſt integrum Sacramentum: actio enim tantum liturgiæ, ſeu hierurgiæ ac Miſſæ cæremonia tranſit, corpus autem Chriſti permanet: propter quod dicitur perpes hoc ſacrificium, & ſemper permanens holocauſtum, quod nulla multitudo conſumit, nulla antiquitas veteraſcit, in quo differt hoc noſtrum ſacrificium noui Teſtamenti, à ſacrificijs veteris Teſtamenti; illa enim non erant perpetua ſed tranſibant; atque Deus hoc ſacrificium ita inſtituit, poſt ſacrificium crucis, quod ſacrificium crucis tranſierit & ſemel factum fuerit. Adde quod illud factum cum peccato & ſcelere Iudæorum ipſum Chriſtum crucifigentium, & cum parricidio, vt rectè D. Auguſtinus *lib. 2. contra Fauſtum*, vbi dicit cædem Chriſti in cruce à Iudæis factam, parricidium fuiſſe omnium deterrimũ, Iudæos in hoc parricidio nihil de ſacrificio cogitaſſe, Sacerdotum officio functos non eſſe, parricidium illud à Deo non imperatum, non inſtitutum eſſe; Chriſtum quidem quaſi agnum ad mortem duci ſe paſſum eſſe, necem ſibi non conſciuiſſe; ad ſacrificium opus eſſe Sacerdote qui victimam iugulet, opus eſſe & victimâ quæ iuguletur, quod non erat in illo ſacrificio, niſi quatenus Chriſtus volens ſacrificabatur.

Quæ cum ita ſint nulla fit iniuria huic Sacramento cùm ſub vna Specie traditur & accipitur, non minùs quam cum ſub vna particula panis, quia ſicut totum Sacramentum eſt ſub vnaquaque parte atque fragmento panis ſeu mica, ita etiam totum eſt ſub vnaquaque ſpecie, ſub ſpecie ſcilicet vini æque ac ſub ſpecie panis, & contrà: & ideo eadem fit participatio ſeu communio Dei per vnam atque per aliam ſpeciem, vt non ſit neceſſe eas multiplicari.

An quotidie ſit Communicandum,

CAP. XVII.

HAc de re dicendum eſt olim quidem initio, in ſacrificio Miſſæ communicaſſe primùm Epiſcopum ipſum qui ſacra faciebat, deinde Presbyteros. Diaconos, & alios Clericos, tum ipſos Laicos, & tandem mulieres, vt patet ex Clementis conſtitutionibus *lib. 2. cap. 6. & lib. 8. cap. 20.* & ex Dionyſio Areopagita *lib. de Eccleſiaſt. Hierarch. cap. 3.* vbi ait Pontificem confectis myſterijs communicare, & reliquos vt communicent hortari, ſumptaque demùm omnibusque alijs traditâ Communione gratias agere: & Iuſtino *in 2. apologia*, vbi dicitur Diaconos peractis precibus diſtribuere vnicuique eorum qui adſunt, Euchariſtiam: & Lyranus *ad id Lucæ 15. & cœperunt epulari*: in primitiua, ait, Eccleſia, non ſolum miniſtri ſumebant hoc Sacramentum, ſed etiam totus populus quondie: *act. 2.* & concilio Toletano 4. *can. 17.* nonnulli, ait, Sacerdotes poſt dictam orationem Dominicam ſtatim communicant, & poſteà benedictionem in populo dant, quod deinceps interdicimus; ſed poſt eam orationem benedictio in populum ſequatur, & tunc demum corporis & ſanguinis Sacramentum ſumatur, eo ſcilicet ordine vt Sacerdotes & Leuitæ ante altare communicent, in choro clerus, extra chorum populus: & Gregorius *1. in dialogis lib 2. cap. 3.* vbi, ait, eos qui non communicarent eijci foras, referente Vualafrido *lib. 2. cap. 21.* cùm in Eccleſia, ait, Miſſarum ſolemnia celebrarentur, & ex more clamaret Diaconus, ſi quis non communicat, det locum; & ibidem, quæ dum oblatio pro eis fuiſſet immolata, & à

Diacono

A Diacono iuxta motem clamatum eſt, vt non
communicantes exirent ab Eccleſia. Quod con-
firmat etiam D. Chryſoſtomus. *homil.* 61. *ad*
populum. & 3. *ad Ephesios* : non es dignus ho-
ſtiâ, vel ſaltem indignum te agnoſcis, qui eam
vel per te ſumas, vel per aliom ſumendam acci-
pias? ergo nec ipsâ oratione dignus es, audis
aſtantem & inclamantem præconem, quot quot
eſtis in pœnitentiâ, ſolemni vtique ſeu publica,
(ſupple abite) & infra : quiſquis igitur non
communicat, in hac eſſe pœnitentia dignoſci-
tur : quid ſtas ſi è numero es ſic pœnitentium?
ad communionem non debes accedere, qui
enim non communicat in pœniteotium albo
eſſe cenſetur : nam cur alioquin clamaret, abi-
re qui hic non poteſtis orate? tu tamen interim
B hic perſiſtis impudens. At ex eis non es ſed ex
ois qui poſſunt eſſe participes, nihil tamen ho-
rum curas, neque magni hanc rem facis; atque
can. 20. ſi qui intrantes in Eccleſiam deprehen-
dantur nunquam communicare, poſt moni-
tionem, vel pœnitentiam faciunt, vel ſi non
paruerint excommunicantur : item *can.* 18. ex
Eccleſia proijciuntur donec egerint pœniten-
tiam: nam canon 10. eſt intelligendus de aſſiſten-
tibus Epiſcopi, vt patet ex *can* 11. *diſt.* 1. cu-
ius eſt pars : & ratio huius rei affertur *can.* 14.
ſcilicet quotieſcumque effunditur ſanguis Chri-
ſti in remiſſionem peccatorum, toties nos de-
bere illum ſemper accipere, vt ſemper nobis
peccata dimittantur qui ſemper peccamus, &
C debere nos habere ſemper medicinam para-
tam; quod etiam repetitur *can.* 15. *hac diſt* 2.
Quare D. Chryſoſtomus valde conqueritur in
eos, qui non communicabant in myſterijs ao-
diendis *loco citato* : ſæpè cùm puri ſitis, non
acceditis; in Paſchate, ſit licet à vobis aliquid
commiſſum, hæc tamen aditis ſacroſancta my-
ſteria : ô conſuetudinem! ô præſumptionem!
fruſtrà ita offertur hoſtia ſalutaris, & quotidia-
num ſacrificium, incaſſum altari aſſiſtimus, ne-
mo eſt qui participet, nullus qui communice-
tur : & *homil.* 3. *de incomprehenſibili Domini*
natura : quod morbi genus illud eſt? ingentem
ac pene inauditam hanc populi multitudinem
quæ modò affluit, tantaque cum attentione
D meum ſermonem audit, ſæpe tempore illo ſa
crorum perhorrendo nonquam tamen videre
potui; & paulo poſt : cùm autem Chriſtus
ipſe communis Dominus & Magiſter ſemet in
myſterijs oſtenſurus eſt, vacua deſerta que red-
ditur Eccleſia : & *homil* 60. *ad populum*, ait
nobis quotidie proponi corpus recipiendum :
non ſicut Iudæis, beneficiorum ſuorum Deus
annuatim, ſeu ſingulis annis aut feſtis annuis,
monumenta propoſuit & veluti alligauit, tibi
verò quotidie, ſiue per ſingulos dies, ne obliui-
ſcaris, per hæc ipſa myſteria proponuntur : &
Guitmundus etiam Auerſanus Epiſcopus ſimili-
E ter conqueritur *lib.* 3. indigniſſimamq; Miſſam
dicit in qua ſolus Sacerdos communicat : huc
accedit quod Sacerdos plerumque, indigniſſi-
mam Miſſam celebrat, ſolusque id quod con-
ſecrat totum conſumit : & Rupertus Tuitienſis
de Diuinis officijs lib. 2. *cap.* 10. aufer, ait, ab
Eccleſiæ cœtu quotidianas ſalutaris noſtri hu-
iuſmodi is exequias, & videbis quàm rme-
rito ipſe dicat, quæ vtilitas in ſanguine meo?
pſalm. 29.

A Communicabant ergò olim omnes qui ſacris
intererant, in tantum vt aliqui exiſtimarent,
ſi quis plures Miſſas audiret in die, debere in
vnaquaque communicare, vt notat Vualafridus
Strabo *de Reb. Eccleſiaſticis cap.* 21. dicens eſſe
quoſdam, qui ſemel in die communicare,
etiam ſi pluribus interfuerint Miſſis pro digni-
tate Sacramentorum ſufficere credant; eſſe alios
qui ſicut in vna, ſic in omnibus quibus affue-
rint Miſſis in die communicare velint; quorum
neutros, ait, culpandos exiſtimo, quia illo
reuerentia ſanctarum retrahit rerum, hos amor
ſalubrium inuitat Sacramentorum.

Verùm poſtea cœpit refrigeſcere illa Deuo-
tio, & minùs frequentata Communio, tandem
annua fieri; idque citiùs apud Græcos quàm
B Latinos, teſte D. Ambroſio *lib.* 5. *de Sacramen-*
tis cap. 4. ſi quotidianus, ait, eſt potus, cur
illum poſt annum ſumis, quemadmodum Græ-
ci facere conſueuerunt? & *libro* 2. *de ſermone*
Domini : de Sacramento Corporis Domini vt.
plurimi quæſtionem ne moueant, qui in Orien-
tis partibus quotidie cœnæ Dominicæ non com-
municant cùm panis hic quotidianus dictus eſt.

Atque Eccleſia Romana diutiùs hunc morem
quotidie communicandi retinuit quam aliæ,
teſte D. Hieronymo *in apologia pro libris aduer-*
ſus Iouinianum. Scio (inquit) Romæ hanc eſſe
conſuetudinem, vt fideles ſemper Chriſti cor-
pus accipiant, quod nec reprehendo, nec pro-
bo; vnus enim quiſque in ſuo ſenſu abundat.
C Idemque habet D. Auguſtinus *can.* 13. his ver-
bis, quotidie communionem accipere, nec
laudo, nec vitupero, omnibus tamen Domini-
cis diebus communicandum ſuadeo & hortor;
ſi tamen mens ſit ſine affectu peccandi, faciat
vnuſquiſque ſecundum fidem ſuam vt piè cre-
dit faciendum : & Zachæus qui recepit in do-
mum, & qui dixit Domine non ſum dignus,
vterque Saluatorem honorauit, & peccatorum
miſericordiam ambo conſecuti. Et ſanè habe-
mus teſtimonium de varia communicandi con-
ſuetudine apud Socratem *lib.* 5. *hiſtor. cap.* 21,
& Nicephorum *lib.* 12. *cap.* 34. dicentes etiam
in quibuſdam Eccleſijs, Orientis ſcilicet, Sab-
bato tantùm diuina myſteria fuiſſe peracta, vel
D Sabbato & Dominica, teſte Vualafrido *loco citat.*
cap. 10. vbi etiam refert, alicubi nunquam
fuiſſe recitatam orationem Dominicam, niſi in
ſacrificio; ita vt niſi cum communicarent eam
non recitarent.

Communio vero dabatur peractâ conſecra-
tione *can.* 10. & patet ex ſynodo Toletana 4.
can. 17. *citato.*

Poſtea vero ſtatutum vt ſi non frequentiùs,
ſaltem ter in anno Laici communicarent, ſcili-
cet in Paſcha, Pentecoſte, & Natali Domini
can. 16. nec inter catholicos connumerabitur
qui non communicauerit iſtis tribus tempori-
E bus, *can.* 16. & 17. at ſaltem manſit ille mos
pro regula, vt ipſi Sacerdotes qui ſacrificant,
toties communionis gratiam ſumerent quoties
offerrent, ſiue vno, ſiue pluribus diebus, nec
in oblationibus ſe ſuſpenderent à communione,
ſed quoties immolatio facta conſtiterit, toties
participarent corpori Chriſti, *can.* 11. idque
non tantùm ſacri corporis portione in ſpecie-
bus panis, ſed etiam in calice ſacri cruoris, à
quo non debent abſtinere, quia diuidere myſteria

in hoc ſacrificio, & non accipere integra ſacramenta, ſacrilegium & ſuperſtitio eſſet *can.* 12.

An ſeruari poſſet Euchariſtia in ſacrificio Miſſæ.

CAP. XVIII.

NOn eſt dubiũ quin aſſeruaretur Euchariſtia, quod oſtenditur ſynodi Laodicenæ *can.* 49. vbi dicitur olim celebratã fuiſſe liturgiam tãtùm diebus Sabbati & diebus Dominicis, reliquis verò diebus in vſu fuiſſe præſanctificata, id eſt corpus Chriſti iam conſecratum: & Ruffinus *lib.* 10. *hiſtor. cap.* 6. id etiam oſtendit, referens canonem ſynodi Nicænæ, quo jubentur diaconi, abſentibus Sacerdotibus, Euchariſtiam petentibus dare. Idem probatur ex Zonara *in vita Iuſtiniani*, qui refert terræ-motu Tholo ſuperiori excuſſo, decidiſſe in ciborium ſacræ menſæ quod eſt confractum: Gregorius Turonenſis *lib* 1. *de gloria Martyrum cap.* 8. ſcribit corpus Chriſti in Columba aurea vel argentea ſuper altare aſſeruatum. Optatus *lib.* 2. ait Donatiſtas in Eccleſia repertam Euchariſtiam canibus proieciſſe in prædam, à quibus illi lacerati ſunt. Clemens Romanus *lib.* 8. *conſtitut. cap.* 1. præſcriptum fuiſſe docet vt aſſeruaretur: cùm omnes, ait, communicant, Diaconi cùm acceperint quæ ſuperſunt, reponant in paſtophorijs: vbi nota locum vbi aſſeruabatur, dictum fuiſſe paſtophorium. Amphilochius *in vita D. Baſilij*, ait eum ante exceſſum Euchariſtiam ſuſcepiſſe ſub ſpecie panis, quam diu multumque in hunc finem aſſeruauerat: Innocentius 1. *epiſt. ad Eugubinum Epiſcopum*, ait Apoſtolicam eſſe traditionem vt feriâ ſextâ & ſeptimâ hebdomadis magnæ ſacrum Miſſæ non celebretur, ſed præſanctificata manducentur. Item probatur aſſeruatam fuiſſe Euchariſtiam *can.* 93. *diſt.* 2. *de conſecrat.* vbi dicitur vt presbyter eam habeat ſemper paratam pro infirmis: & apud Burchardum *lib.* 5. *cap.* 9. vbi dicitur vt presbyter pixidem habeat, aut vas Sacramento dignum, vbi corpus Dominicum recondatur diligenter ad viaticum recedentibus à ſeculo, ſemperque ſit ſuper altare obſerata propter homines nefarios, & ſeptimo quoque die mutetur. Cuſtodiebatur etiam diligenter propter mures *can.* 93.

Nec ſolùm ſub ſpecie panis, ſed etiam ſub ſpeciebus vini ſeruata eſt aliquando Euchariſtia, vt patet ex *epiſt. D. Chryſoſtomi ad Innocentium* 1. *Papam Romanum*, vbi ait ingreſſis militibus in ſacrarium, vbi ſacra erant repoſita, ſanctiſſimũ Chriſti ſanguinem in militum veſtes effuſum fuiſſe. Et fortè ſeruata ſub ſpecie vini propter infantes communicare non valentes ſub ſpecie panis: nam Cyprianus *de lapſis*, ait calicem ſacrum infantibus dari ſolitum, cùm ſub ſpecie panis communionem admittere non poſſent: quomodo etiam aliquando infirmi vix poſſunt deglutire ſpecies, vt patet ex Euſebio *lib.* 6. *cap.* 4. vbi Serapioni intingitur in aquam vel vinũ vt deglutiret; & licet mos ille ſeruandi Euchariſtiam in vino non durauerit, tamen nõ eſt

A exiſtimandum eum reprobari in *can.* 7. *diſt.* 1. ſed tantùm morem aſſeruandi intinctam Euchariſtiam; vel pannum lineum muſto intinctum, quod Chriſtus nihil vnquam tale inſtituerit, ſed corporis & ſanguinis myſterium.

Seruabatur autem Euchariſtia vel in Eccleſia ipſa, ſcilicet in altari, vt concilio Turonenſi 1. ſub Pelagio 1. *can.* 3. vel in Epiſcopio, vt patet ex Gregorio Turonenſi *lib. miraculor. cap.* 86. vel in Paſtophorio, qui ſane locus videtur non multum differre ab Epiſcopio, paſtophorium enim eſt locus in quo Clerici faciebant excubias, & habitabant. *Synodo Bracarenſi* 3. *can.* 5. diaconi jubentur diebus feſtis arcam hume-
B ris impoſitam portare in qua fuit corpus Chriſti.

Cuſtodiebatur & aſſeruabatur Euchariſtia propter diuerſas rationes. Primo pro Infirmis, ne ſine cõmunione morerentur, *can.* 93. *diſt.* 2. vt dictum eſt ſupra, his verbis: presbyter Euchariſtiam ſemper habeat paratam, vt quando quis infirmatus fuerit, ſtatim eum communicet, nec ſine communione moriatur: & apud Burchardum *lib.* 5. *cap.* 9. & 10. vbi dicitur vt presbyter pixidem habeat, aut vas tanto Sacramento dignum, vbi corpus Dominicum recondatur diligenter ad viaticum recedentibus à ſæculo, ſemperque ſit ſuper altare obſerata,
C propter homines nefarios, & ſeptimo quoque die mutetur.

Secundo ſeruabatur pro extraneis ſuperuenientibus, vt ad eos mitteretur tanquam fidei & communionis Catholicæ teſſera, vt in Eccleſia Romana teſte Irenæo *ad Victorem primum Papam & Martyrem*: prædeceſſores, ait, tui Romani Epiſcopi aliter quàm nos Paſcha licet obſeruantes, noſtratibus Epiſcopis more ſuo, atque ſecus vos id obſeruantibus, Euchariſtiam tamen miſerunt, eiusque illis miniſterium pacis & honoris ergo Romæ permiſerunt: & teſte Euſebio *lib.* 5. *hiſtor. Eccleſiaſt. cap.* 24. & Nicephoro *lib.* 4. *cap.* 39. Et in alijs etiam Eccleſijs, vt patet ex conſtitutione Melchiadis,
D vt Epiſcopi Cõſecratu oblationes præter hæreticos dirigerentur per Eccleſias, vt habet liber Pontificalis, & Bedæ, & Adonis Martyrologia: vel vt ab ipſis Epiſcopis in Eccleſiam alienam venientibus, ibi acciperetur ab eis, etiam de manu Presbyteri, teſte D. Hieronymo *in lib. de ſeptem gradibus Eccleſiæ ad Damaſum aut Ruſticum Narbonenſem lib.* 6. Euchariſtiam, ait, iam pridem per Presbyteros benedictam, ſi vſus exegerit, Epiſcopi accipere debent, neque id ad iniuriam reuocare, quod à minori ea ſcilicet ſit benedicta: nec dico præſentibus & altari Epiſcopis aſtantibus, presbyteros poſſe Sacramenta conficere; ſed ſi vſus exegerit, venientes
E ad Eccleſiam Sacerdotes eiſdem, quibus horis oblatio vel parata non ſit, aut etiam offerri non poſſit, non debent Epiſcopi repudiare Euchariſtiam, ſi ponatur in altari, quam accipi oportet propter Chriſtum, quoniam corpus Chriſti eſt.

Tertio aſſeruabatur vt ad Monachos deferretur, teſte Baſilio *in epiſt. ad Cæſariam Patritiam*: omnes, ait, in eremis ſolitariam vitam agentes, vbi non eſt Sacerdos, communionem domi aſſeruantes à ſeipſis communicant: & Amphilochio Iconij Epiſcopo *in vita D. Baſilij*, vbi

dicitur cùm Baſilius conſecraſſet & exaltaſſet panem, in tres partes diuiſit, quarum vnam communicauerit, alteram vero columbæ aureæ ſuper altare pendenti impoſuerit: & in *Nouella* 123. *Iuſtiniani*, mulieribus quemcumque elegerint ipſæ, ſiue presbyterum, ſiue Diaconum, vt ſanctam eis communionem deportet, Religioſiſſimus Epiſcopus ſub quo ſunt, quaſi ductis ſortibus attribuito, quem fidei rectæ,& honeſtæ eſſe vitæ cognouerit.

Quarto dabatur vnicuique cuſtodiendà domi ſuæ, vt vteretur in neceſſitate, vel in perſecutione, vt colligitur ex Tertulliano *lib.* 2. *ad vxorem*, neſciat vir tuus quid manè ante omnem cibum ſumas. Et D. Cyprianus meminit mulieris quæ in arcula Sanctum Domini habebat, & cum manibus indignis contractare voluiſſet, igne ex ea erumpente deterrita fuit. D. Auguſtinus *ſermone* 262. *de tempore* ait mulieres nitida linteamina attuliſſe ad ſacram menſam, vbi corpus Chriſti exciperent.

Quinto dabatur Peregrè proficiſcentibus, & ita Satyrus D. Ambroſij frater in magna tempeſtate Euchariſtiam è collo ſuſpendit ipſi datam ab initiatis qui erant in naui, à quibus eam popoſcit, vt patet ex eodem D. Ambroſio *de obitu Satyri cap.* 7. & Beda in *Martyrologio die* 15. *Auguſti* refert Tharſicium Martyrem, cùm deferret ſecum Euchariſtiam, & incidiſſet in Gentiles, maluiſſe ſibi vitam eripi, quam Euchariſtiam, quæ è manibus Gentilium euolauit.

Sexto dabatur aliquando mortuis: nam Amphilochius *in vita D. Baſilij*, refert eum conſecratam hoſtiam in tres partes diuiſiſſe, quarum vnam ſumpſit, alteram reſeruauit communicaturus in fine vitæ, quod fecit; tertiam vt cùm ipſo ſepeliretur, quod iuſſit & factum eſt: & ſimiliter Gregorius Magnus *dialog.* 2. *cap.* 24. refert quod cum puerulus quidam ad parentes ſuos ſine eius benedictione tranſijſſet, mortuus eſt, atque bis ſepultus, tamen toties corpus foras è terra exibat; vnde D. Benedictus iuſſit vt Domini corpus ſuper pectus eius poneretur, & ſic ſepulturæ traderetur; quo facto ſuſceptum eius corpus terra tenuit: licet tamen id prohibitum concilio Carthaginenſi 3. *can.* 6. placuit vt corporibus defunctorum Euchariſtia non detur.

Septimo conſeruabatur vt oſtenderetur in Proceſſione: & vetus is mos fuiſſe videtur, vt patet ex Bracarenſi ſynodo 3. *can.* 5. his verbis: antiqua hæc in parte ſolemniſque conſuetudo ſeruabitur, vt in feſtis quibuſque diebus arcam Domini cum reliquijs, non Epiſcopi, ſed Leuitæ in humeris geſtent, quibus & in veteri lege omnes idem impoſitum nouimus eſſe præceptum: quod ſi Epiſcopus reliquias per ſe deportare elegerit, non à Diaconis ipſe vehatur in ſellata, ſed eo potius vna cum populo pedeſtri progreſſione ad conuenticula ſanctarum Eccleſiarum procedente, ſanctæ Dei reliquiæ per eundem Epiſcopum portabuntur: Et licet Vrbanus 4. inſtituerit Feſtum Corporis Chriſti circa annum 1261, cuius conſtitutio recepta in concilio Vienenſi anno 1303. à Clemente 5. tamen nulla fit mentio niſi Feſti, non autem proceſſionis, nec à Durando qui vixit anno 1286. nec à Catalogi Sanctorum his vicino au- A thore, nec à Tritemio, nec Genebrardo, ſed tantùm à Philippo Bergomate *in ſupplemento Chronicorum*; & videtur proceſſionem additam initio in quibuſdam Eccleſijs, nam hiſtoria Mediolanenſis anno 1404. *Buſſes*: ait, ſolemniter corpus Chriſti, vt poſtea factitatum eſt, per Papiam Vrbem circumferri cœptum fuiſſe, & Martinus 5. *in concilio Conſtantienſi* videtur de Proceſſione loqui tanquam jam recepta, cum dicit ſequentibus Sacramentum dari indulgentias.

Octauo conſeruabatur pro diebus in quibus in Eccleſia non ſacrificabatur, vt ieiuniorum diebus (præterquam Sabbato, & Dominica, & B ſacro Annuntiationis die) in quibus fiebat ſacrificium Præſanctificatorum pro diebus prædictis ieiuniorum vnde vocabatur illa Euchariſtia *Præſanctificatorum*, vt patet ex *can.* 52. *ſynodi Trullanæ*. Et ratio affertur ibi à Balſamone, quod ſacrum facere ſit dies lætitiæ, & illi dies ieiunij, ſint dies luctûs, vnde illis nō oportebat ſacrum fieri, ſed Euchariſtiam præſanctificatam conſumi; quomodo etiam in Eccleſia Latina, mos inoleuit ab Apoſtolis traditus, vt quo die paſſus eſt Chriſtus, eo die hoſtia non offerantur, vt patet ex *gloſſa ordinaria* vbi citatur Paſchaſius, ad illud lamentationum, repulit Dominus altare ſuum.

C Nono conſeruabatur etiam in quibuſdam Eccleſijs illa hoſtia in qua Epiſcopus aliquis fuerat ordinatus, vt is eam vſque ad quadraginta dies quotidie minutatim conſumeret, vt refert Fulbertus Carnotenſis *epiſt. ad finardum*: hoſtiam, ait, ſacerdos recens ab Epiſcopo promotus, de manu ordinatoris ſuſceptam quotidiano vſu ad quadrageſimum vſque diem minutatim conſumebat, & rogatus, eius rei rationem & authores dicere, reſpondit putaſſe ſe hoc omnibus Eccleſijs eatenus aſſuetum, nulli verò vel nouum vel vanum, & Prouinciales Epiſcopos in eum ritum omnes conſentire; idque fieri ait, quod Chriſtus per quadraginta dies fuerit cum diſcipulis poſt Re- D ſurrectionem, vbi affertur exemplum eius qui amiſerat præſanctificatum, & conſultatio an permittendum ſit vt tribus diebus conſumatur, propter periculum.

Cæterùm extra hos caſus non ſeruabantur Reliquiæ Sacramenti, ſed conſumebantur: nam ſi poſtquam communicaſſet populum Sacerdos, remanſiſſent holocauſta, ea in craſtinum non erant reſeruanda, ſed Clericis dabantur conſumenda, *can.* 23. vbi Reliquiæ prædictæ fragmentorum Corporis Domini, quæ alio loco dicuntur puluis, dicuntur tribus Clericorum ordinibus commiſſæ, id eſt E Præſbytero, Diacono, & Miniſtro, qui omnes cum timore & tremore illas Reliquias fragmentorum Corporis Domini cuſtodire debent, & conſummare, *dicto can.* 23. qui poſtquam conſummauerint, non debent ſtatim venire ad communes cibos accipiendos, ne illi cibi miſceantur cum ſacra portione, ſed ſi manè Dominicam portionem ſumpſerint, debent vſque ad ſextam ieiunare, ſi tertiâ vel quartâ ieiunabunt ad veſperam. Mos etiam aliquando viguit vt Reliquiæ illæ traderentur conſumendæ pueris innocentibus, vt patet ex Euagrio *lib.* 4. *cap.* 37. mos eſt, ait, quando multæ ſacræ particulæ

corporis immaculati Chriſti dei noſtri ſuper- [A] fuerint à communione, vt incorrupti pueri, qui ad Scholas humiles ſunt, euocentur caſque comedant: & Nicephorus *lib.* 17. *cap.* 25. Quod vero dicitur ab Heſychio has particulas igni tradi, intelligitur de particulis ineſibilibus, vt quod v. g. diu manſerint vt videantur corruptæ, vel quod cum alio corpore commixtæ, vt cùm *can.* 27. dicitur hîc quod ſi per negligentiam aliquid de ſanguine ſtillauerit in terram, linguâ lambatur, & tabula radatur; ſi vero non fuerit tabula in quam ſtillauerit, corradatur, vt non conculcetur, & corraſum igne conſumatur, & cinis intra altare recondatur, [B] ipſeque Sacerdos quadraginta diebus pœniteat; Verùm ſi ſuper altare ſtillauerit calix, ſorbeat Miniſter ſtillam, & tribus diebus pœniteat; quod ſi ſuper linteum altaris ſecundum ſtilla peruenerit, quatuor diebus pœniteat; ſi vero vſque ad tertiam, nouem diebus, ſi vſque ad quartum viginti diebus; & lintteamina quæ tetigerit ſtilla, tribus vicibus à Miniſtro abluantur ſuppoſito ipſis linteaminibus calice, & aqua ablutionis ſumatur, & juxta altare recondatur, *dicto can.* 27. Quod ſi quis Clericus per ebrietatem, vel voracitatem euomuerit Eucbariſtiam, ſeptuaginta diebus pœnitebit, [C] vt etiam Sacerdos, Diaconus, Monachus; at vero Epiſcopus pœnitebit nonaginta diebus, Laicus quadraginta; ſi vero id per infirmitatem acciderit, ſeptem diebus omnes pœnitebunt *can.* 28.

Notandum verò eſt in dicto *canone* 23. fragmenta illa dici Reliquias fragmentorum, & puluerem. Græci vocant [illegible] vt Clemens Romanus *libro* 8. *conſtitutionum cap.* 57. [illegible] ait, id eſt particula ſancta Chriſti, [illegible] à Gregorio Nyſſeno *in catecheſi magna*, & [illegible] panis à Cyrillo Alexandrino *lib.* 4. *in Ioannem cap.* 13. 14. *&* 15. [D]

De Nominibus Euchariſtiæ.

CAP. XIX.

ILli omnium optimè mihi videntur locuti de Enchariſtia, qui non ſunt auſi eam nominare, & qui idcirco illam diuinum illud, Myſticum illud, Sacrum illud vocauerunt: vt D. Ambroſius *lib. de obitu fratris Satyri*, communeait, Diuinum illud fidelium dans: & D. Chryſoſtomus *lib. cùm eſſet deſignatus Preſbyter*, dixit, [illegible] ab hiſce hoſtijs: & *homil.* 83. *in Matthæum* dixit [illegible] in illa cæna: & D. Epipha- [E] nius *in Anchorato*, ſurrexit in cœna, & accepit illa, & poſtquam gratias egiſſet, dixit hoc meum eſt illud, & videmus quod non eſt æquale neque ſimile formæ eius corporeæ, aut inuiſibili Diuinitati; illud enim eſt rotundæ ac orbicularis formæ, ſenſus expers, vt ad potentiam, & voluit per gratiam dicere hoc meum eſt illud, & nemo fidem negat ſermoni eius: & Arnobius *libro* 2. *aduerſus Gentes*, tum deinde feritate atque inhumanitate depoſitis, reſumant ingenia mitiora, vt ad illud qood dabitur, eſſe poſſint paratæ, per hæc enim verba, *ad illud*, intelligit Euchariſtiam: nam vox illa (*illud*) emphatica eſt: ſicut apud Græcos vox [illegible] vt notat Iuſtinus Martyr *cohortatione ad Græcos*. Et probatur ex Seruio ad *lib.* 10. *Æneid.* antiqui, art, ille, vel magnitudini, vel nobilitati aſſignabant, vt

Multum ille & terris.
& Pœnorum qualis in arnis;
Saucius ille grauis &c.

Dicitur deinde Sacrificium à D. Auguſtino *contra Fauſtum lib.* 20. *cap.* 21. *& epiſt.* 57. *ad Dardanum*, noſti in quo ſacrificio dicatur gratias agamus Domino Deo noſtro: & *lib. de ciuit. Dei* 10. *cap.* 20. quotidianum Sacramentum eſſe voluit Eccleſiæ ſacrificium: & à Gregorio Nazianzeno *oratione* 3. *aduerſus Iulianum*: tune aduerſus Chriſti ſacrificium cum tuis piaculis; tune aduerſus eum cruorem quo Mundus purgatus eſt, cum tuis cruoribus? & à D. Chryſoſtomo *libro* 6. *de Sacerdotio*: cùm ille (loquitur de Sacerdote) & Spiritum ſanctum inuocauerit, illudque ſacrificium horrore & reuerentia pleniſſimum perfecerit, communi omnium Domino manibus aſſidue pertractato, quæro à te quoto illum ordine collocabimus &c. & *lib.* 3. *de Sacerdotio*, dùm conſpicis Dominum immolatum, & illic ſuum Sacerdotem ſacrificio incumbentem ac preces fundentem, tum vero turbam circumfuſam pretioſo illo ſanguine intingi ac rubefieri, etiamne te inter mortales verſari atque in terra conſiſtere cenſes, an non potiùs è veſtigio in cælos transferris, an non carnis cogitationem omnem abijciens, animo mundo, mente pura circumſpicis quæ in cælo ſunt? ô miraculum! ô Dei benignitatem! qui cũ Patre ſurſum ſedet, in illo ipſo temporis articulo omnium manibus pertractatur, ac ſeipſe tradit volentibus ipſum excipere atque complecti; fit autem id nullis præſtigijs, ſed apertis ac circumſpicientibus circumſiſtentium omnium oculis. Iſidorus etiam Peluſiota *libro* 3. *epiſtola* 75. & Gregorius Nazianzenus *in apologia*, & D. Ambroſius *in precatione ad Miſſam*, & Epiphanius *lib.* 2. & Chryſoſtomus 1. *ad Corinth. cap.* 10. & Germanus *in liturgia*, & Samonas *in dialogo cum Achmete*, & Chryſoſtomus *homilia* 3. *in epiſt. ad Epheſios*, & Dionyſius Areopagita *cap.* 3. *Eccleſiaſt. Hierarchiæ*, & Maximus *ad cap.* 3. *Dionyſii Areopagitæ*, & Euſebius *lib.* 1. *demonſtrationis Euangelicæ*, vbi dicit quod Chriſtus quaſi mirabilem qoandam victimam, eximiumque ſacrificium Patri ſuo operatus pro noſtra omnium ſalute obtulit, eiuſque rei memoriam vt nos ipſi Deo pro ſacrificio offerremus inſtituit: & dicit prædictum fuiſſe à Dauide, cùm dixit, ſacrificium & oblationem noluiſti, corpus autem perfeciſti mihi: & alio loco, cùm dixit; paraſti in conſpectu meo menſam contra eos qui me affligunt; & ab Iſaia dicente, Domine Deus meus glorificabo te, laudabo nomen tuum, quoniam feciſti res mirabiles, vbi addit Euſebius, & quænam ſunt illæ res mirabiles? poſteà coniungit textum, faciet Dominus Sabaoth conuiuium Gentibus, bibent lætitiam, bibent vinum, vngentur vnguento in monte illo, tradet hæc omnia Gentibus: vbi etiam oſtendit ſacrificium hoc corporis Chriſti pro ſacrificijs antiquis & holocauſtis oblatum fuiſſe, & propoſitum in Eccleſia. Quare à D.

Ambroſio *in Cantico Aue præclara*, dicitur mactatus myſterialiter, & à D. Cyrillo *catecheſi* 5. dicitur propitiationis hoſtia, & à D. Auguſtino *libro* 9. *Confeſſionum capite* 13. victima ſancta quâ deletum eſt chirographum quod erat nobis contrarium. Dicitur verò nunc ſacrificium pretij noſtri ab eodem D. Auguſtino *libro* 9. *Confeſſionum capite* 12. nunc ſacrificium placabile à Fulberto *epiſt. ad Adeodatum de tribus neceſſariis fidei Chriſtianæ capitibus*: nunc ſacrificium laudis à D. Auguſtino *lib. contra Aduerſarios legis & Prophetarum capite* 20. dicitur ἀναίμακτος θυσία in concilio Epheſino, & apud Anaſtaſium *de Sacerdotio*; & à D. Baſilio *in Liturgia*; & Gregorio Nazianzeno: & ἀσώματος θυσία ſacrificium ſine occiſione & mactatione: dicitur ſacrificium φρικωδέστατον & μεγαλοπρεπέστατον id eſt ſacrificium terribilius & magnificentius à D. Chryſoſtomo *homilia* 24. *in* 1. *ad Corinthios*; ſacrificium ſingulare omnes excedens victimas, à D. Cypriano *de cœna Domini*, ſacrificium perpes, & ſemper permanens holocauſtum, ibidem; ſacrificium corporis & ſanguinis Domini à D. Ambroſio *ad cap.* 5. *epiſt. ad Hebræos*; Denique ſacrificium rationale & vndique ſanctum, θυσία λογικὴ καὶ πανάγια apud Theodoretum, & apud Clementem *libro* 6. *conſtitutionum cap.* 2. ἀμώμητος θυσία à Clemente *lib.* 7. *cap.* 2. id eſt ſacrificium irreprehenſibile, ſacrificium & hoſtia Deo in odorem ſuauitatis à D. Auguſtino *lib. de fide ad Petrum*; noui Teſtamenti ſacrificium ab eodem *loco citato*; myſticum ſacrificium ab Heſychio *lib.* 2. *cap.* 8. *Leuitici*; noua hoſtia ab Euſebio Emiſſeno *hom.* 2. *de Paſchate*; ſacrificium panis & vini à D. Auguſtino *loco citato*; quotidianæ immolationis ſacrificium à Gregorio Magno *lib.* 22. *Moralium cap.* 12. ſacra hoſtia ab eodem *hom.* 37. *in Euangel.* quotidiana hoſtia ab eodem; ſacrificium iuge ab Origene *hom.* 24. *in Numeros*; & Auguſtino *lib.* 21. *ſententiarum capite* 2. de quo etiam intelligunt illud Danielis *cap.* 12. *verſu* 11. cùm ablatum fuerit iuge ſacrificium (nempe tempore Antichriſti) hebraicè Tamid; id eſt quod perpetuum, perenne; nec enim additur vox ſacrificium, ſicut nec à Septuaginta, à quibus ponitur vox ἐνδελεχισμὸς quæ continuitatem tantùm ſignificat ex Theodoreto. D. verò Hieronymus vertit iuge ſacrificium, à tempore, ait, ἐνδελεχισμοῦ quod nos interpretati ſumus iuge ſacrificium, quandò Antichriſtus orbem obtinens, Dei cultum interdixerit.

Tertiò dicitur Sacramentum abſolutè per eminentiam à D. Ambroſio *in Apologia Dauid*: de ipſo Sacramento, ait, plenius dixit, paraſti in conſpectu meo menſam; nempe Sacramentum Chriſti; ab Euſebio Emiſſeno: Sacramentum communicatæ carnis, & ſanguinis, ab Hilario *lib.* 8. *de Trinitate*; Sacramentum memoriæ à D. Auguſtino *contra Fauſtum lib.* 20. *cap.* 21. Sacramentum corporis & ſanguinis Chriſti à Gelaſio incerto authore *libro de duabus naturis* & ab Euſebio Emiſſeno *hom.* 5. *de Paſchate*; Sacramentum fidelium à D. Auguſtino *ſermone* 2. *de Verbis Domini*; venerabile Sacramentum à D. Ambroſio *lib.* 4. *de Sacrament. cap.* 4. Sacramentum noſtrum abſolutè à Gregorio Magno *hom.* 14. *in Euangelia*; Sa-

A cramentum menſæ Dominicæ à D. Auguſtino *lib.* 1. *cap.* 24. *de peccatorum meritis*: quid aliud (inquit) qui menſæ Dominicæ Sacramentum vocant vitam, niſi quòd dictum eſt ego ſum panis vitæ?

Quartò dicitur Myſterium abſolutè: Chryſoſtomus *hom.* 83. *in cap.* 23. *Matthæi*: poſtquam legale Paſcha comeſtum eſt, tradit myſterium dicens, accipite, comedite, hoc eſt corpus meum: Euthymius *in cap.* 6. *Matthæi*: hoc facite in meam recordationem, hoc (inquit) nouum myſterium, & non illud vetus: Dionyſius Areopagita *cap.* 3. *Eccleſiaſt. Hierarchiæ*: participatio Diuinorum myſteriorum eſt
B ſumma & quaſi caput cuiuſque Sacramentorum participationis, & dat illi communionem myſteriorum perficientium ſancta ſanctorum, ſancta impolluta, & tradentem myſteria Deum facientia typicæ menſæ: & *epiſt.* 9. Dominus Ieſus qui de eo in parabolis loquebatur, & myſteria Deum facientia tradebat in menſa typicè inſtructa in ſignis panis & vini: Euſebius *lib.* 1. *de demonſtratione Euangelica cap.* 10. igitur ſacrificamus & adolemus tunc quidem memoriam magni ſacrificij, & myſteria ab eo tradita perficientes. B. Ephrem *ſermone de iudicio cap.* 3. qui enim accedit indignus ad Diuina myſteria, ſeipſum iudicat, non ſe ſanctificans vt recipiat Regem in thalamo ſuo, anima no-
C ſtra ſponſa eſt Chriſti ſponſi immortalis, nuptiæ ſunt Diuina myſteria manducata in anima ſancta: Chryſoſtomus *hom.* 18. *in* 2. *ad Corinthios*: cùm frui oportuerit myſterijs, vnum corpus omnibus propoſitum eſt, vnum poculum; Theodorus Graptus, nos impolluta Chriſti myſteria, neque imaginem, neque typum corporis illius Dicimus, licet ſymbolicè & ſub ſignis fiant, ſed ipſum Chriſti corpus Diuinum: D. Hieronymus *ad cap.* 41. & 44. *Ezechielis*; Chriſtus myſterium corporis & ſanguinis ſui tradidit Diſcipulis; & *lib.* 2. *cap.* 4. *contra Iouinianum*: vna eſt in myſterijs ſanctificatio Domini & ſerui, nobilis & ignobilis, quaſi nos corpus Chriſti æqualiter non accipia-
D mus: & Gregorius Nazianzenus *oratione* 44. atque Ieſus, ait, cùm ſublimioribus rebus Diſcipulos initiaret, myſterium ipſis in cœnaculo impertit, vt illud indicetur, partim Deum ad nos deſcendere oporteret, vt olim in Moſe contigiſſe ſcimus; partim nos ad eum ſubuehi, ſicque inter Deum & homines iniri conſortium: Et dicitur Myſterium Euchariſtiæ à D. Hieronymo *ad pſalmum* 21. ego, ait, corpus Chriſti in myſterio Euchariſtiæ intelligo: & à D. Chryſoſtomo *hom.* 72. *in Matthæum*. Myſterium Pacis τὸ μυστήριον εἰρήνης ab eodem Chryſoſtomo *hom.* 5. *in Matthæum*: Myſterium noui Teſtamenti μυστήριον διαθήκης ab Euſebio *lib.* 1. *de demonſtratione Euangelica cap.* 10. & ab Origene
E *in Marcum*; quomodo dicitur Myſterium nouum ab Euthymio *loco ſupra citato*: myſterium corporis & ſanguinis Chriſti à D. Hieronymo *ad cap.* 41. & 44. *Ezechielis citatum*, & *ad pſalm.* 21. myſterium myſteriorum ab Hierotheo: myſterium reconditum ſeu τὰ ἐνδότερα μυστήρια interiora myſteria & recondita, ab Epiphanio *ſine operis*; myſterium ſalutis *in liturgia D. Baſilij*: magnum & pauendum Pacis, Vnitatis, fidei myſterium *in* 2. *diſt. de conſec. can.*

myſterium noſtrum à D. Hieronymo *in libro* A *quæſtionum ad Geneſim*: myſterium, ait, noſtrum in verbo ordinis ſignificatum, nequaquam per Aaron irrationabilibus victimis immolandis, ſed eleuato pane & vino, id eſt corpore & ſanguine Domini Ieſu. Dicitur etiam Diuinum myſterium ſeu τὰ θεῖα μυστήρια à B. Ephrem *ſermone de iudicio capite 3.* & à D. Chryſoſtomo *hom. 41. ad 1. Corinth.* qui vocat etiam φρικτὰ id eſt tremenda *ibidem & hom. de Eccleſia*, & *homilia in myſticam cœnam*, & φρικώδεις *hom. 18. in 2. ad Corinthios*, & ἄφθαρτα incorruptibilia *homilia quod fides mortua eſt ſine operibus*; & æterna αἰώνια *homilia de incredulitate Thomæ*; & πνευματικὰ *homilia 3. in Iob*, & φοβερὰ tremenda, *oratione de Iob*; & ſancta, *homilia 3. de Dei natura*: quomodo Anaſtaſius *de ſynaxi* vocat ἄχραντα impolluta: & Innocentius, *epiſtola ad Decentium* ſacra myſteria.

Dictum etiam eſt hoc Sacramentum τὸ μυστικὸν τοῦ ἄρτου id eſt myſticum panis à Clemente *lib. 1. Pædagogi cap. 6.* & ab Ongene *in Ioannem* myſticus cibus & potus.

Dicitur vero myſterium, & dicitur ſimul panis, ſimul caro; quia caro comeditur in myſterio panis, ex eodem Origene *in Ioannem*, carnem ſuam, ait, panem vocat quia comeditur in myſterijs: nam vt ait D. Ambroſius *libro de iis qui initiantur myſteriis cap. 9.* his Sacramentis C paſcit Eccleſiam ſuam Chriſtus: vnde Euſebius ait, *lib. 8. de demonſtratione Euangelica*, quod Chriſtiani αἰνίττονται τὰ μυστήρια id eſt ænigmatiſant ſua myſteria: nam myſterium rem continet quidem, ſed abſconditam. D. Chryſoſtomus *hom. 5. ad Coloſſenſes*: hoc eſt, ait, re vera myſterium quod nemo nouit, quod eſt admirabile, quod eſt præter communem expectationem, quod abſconditur: & *homilia 11. ad Timotheum*: & quomodo myſterium dicitur quod eſt omnibus notum?

Quinto dicitur Myſtagogia, vt à Gregorio Neocæſarienſi *in epiſtola canonica* τῆς ἱερᾶς μυσταγωγίας τέλος εἶναι θέωσιν id eſt Deificationem ſacræ myſtagogiæ finem eſſe aiunt: & Chryſoſtomus D *hom. de Eccleſia*, cogita prope quem aſſiſtis in ſacra & tremenda myſtagogia; & *ibidem* ideo tempore ſacræ myſtagogiæ ſtare pulchrè iubemur, vt cogitationes humi ſerpentes erigamus: vnde μυσταγωγεῖσθαι eſt communicare corpori Chriſti apud Theodoretum *lib. 5. de curandis Græcorum affectionib.* & μυσταγωγούμενοι ſunt communicantes fideles apud D. Chryſoſtomum *ad Ioan. cap. & 6. homilia ad eos qui deſerunt ſynaxes*. Quomodo Euſebius *de demonſtrat. Euangel. lib. 8.* vocat πνευματικὴν ἱερουργίαν Miſſam.

Sexto dicitur Latreia à D. Cyrillo *in epiſt. ad Neſtorium in act. concil. Epheſin.* vnigeniti, ait, filij Dei incruentum in Eccleſia peragimus cultum, λατρείας, & in *Græcorum liturgiis* ſæpè. E D. Epiphanius vocat λατρείας οἰκονομίας: in alijs, ait, locis non fit latreia οἰκονομίας id eſt latria cultus, niſi Dominico die illuſcente; in mortuis autem nominatim memorias faciunt preces ſoluentes, & latriæ cultum ſeu œconomiam.

Septimo dicitur Panis à Chriſto ipſo, & à patribus in *Liturgiis*, & alibi paſſim: vnde Iuſtinus *in dialogo cum Tryphone*, dixit ἄρτον ποιεῖν de hoc Sacramento, id eſt conficere corpus Domini: & D. Cyprianus *de cœna Domini* A hoc Sacramentum aliquando carnem & ſanguinem, aliquando panem Chriſtus appellat. D. Hieronymus *lib. 5. ad Hieremiam*: populus Domini comedet panem, qui in Bethleem noſtro natus eſt viculo: & D. Auguſtinus *lib. 3. de Trinitate cap. 10.* panem ad hoc factum, fieri nempe corpus Chriſti, & in hoc mutari: vnde micam vocat Paſchaſius *lib. de corpore Domini cap. 17.* percipe non quantùm mica exhibet, ſed quantùm fides capit; & D. Hieronymus cibum dulcem *pſalmo 54.* ad hæc verba, qui ſimul mecum dulces capiebat cibus: cibus, ait, dulcis id eſt corpus Chriſti quod Iudas accepit indignus: & Clemens Alexandrinus *lib. 4.* B *ſtromatum*, vocat τροφὴν ἁγιασμένην alimoniam ſanctam: & Cyprianus *de cœna Domini*, inconſumptibilem cibum, Sed quis panis eſt iſte? non panis vulgaris, qui in abdomen deſcendat, & in cloacam eijciatur; ſed panis ſuperſubſtantialis: vt rectè Cyrillus *catecheſi 5.* panem noſtrum, ait, ſuperſubſtantialem da nobis hodie; panis communis & vulgaris non eſt ſupra omnes ſubſtantias, panis ille ſanctus & ſuperſubſtantialis eſt qui ſubſtantiam animæ conſtituit: hic panis non in abdomen deſcendit, nec in cloacam eijcitur, ſed in omnem conſtitutionem diditur ad vtilitatem animæ & corporis. Hoc C enim Sacramentum patres vocant Panem Superſubſtantialem ἐπιούσιον Cyrillus *loco citato* Athanaſius *lib. de Incarnatione Chriſti*; Damaſcenus *capite de myſteriis*; Tertullianus *lib. de oratione*; Ambroſius *lib. 5. de Sacramentis*, Auguſtinus *epiſtola 121. & ſermone 28. de verbis Domini*; Origenes *ad caput 6. Matthæi*; Hieronymus *ad caput 6. Matthæi*: ſed illud ἐπιούσιον D. Hieronymus vertit præcipuum, peculiarem *loco citato*: vbicumque, ait, ſeptuaginta Interpretes ἐπιούσιον expreſſerunt, nos inuenimus ſegullas, quod Symmachus ἐξαίρετον præcipuum, ſeu eximium tranſtulit: & *ad caput 2. ad Titum*: melius in Græco habetur panem D noſtrum ἐπιούσιον id eſt præcipuum, egregium, peculiarem, eum videlicet qui de cælo deſcendens ait ego ſum panis qui de cælo deſcendi; qui tamen alio loco vertit ſuperſubſtantialem, nempe *dialogo 3. in Pelagianos*: panem ait quotidianum, ſiue ſuper omnes ſubſtantias venturum Apoſtoli deprecantur, vt digni ſint Aſſumptione corporis Chriſti. Dicitur vero panis ἐπιούσιος vel quia eſt quotidianus qui noſtram ſubſtantiam auget, vel quia ſuperuenit alteri pani & alteri ſeu communi nutritioni, vel quia eius ſubſtantia noſtræ ſubſtantiæ coniungitur per eum, vt rectè Origenes *ad cap. 6. Matthæi*: ſuperſubſtantialem autem panem vocat eũ qui conſtituit corpus noſtrum, hoc eſt quotidianum; aut eum qui ſuperuenit & expectatur E Spiritus viuificum panem, hoc eſt venturum. Nomen igitur factum eſt ἐπιούσιος ἢ παρὰ τὸ ἐπιέναι id eſt aut quia ſuperueniat, vt non ſit præſentis temporis proprius, ſed qui reddetur in futuro Sanctis, da nobis nunc eum panem; aut quoniam οὐσία Eſſentia propriè eſt præſens & firma, vt animæ noſtræ natura, ferens imaginem Dei inuiſibilis, ſecundum id dici poſſit panis qui conſueſcit, cùm ea eſſentia quæ propriè eſt eſſentia panis ſuperſubſtantialis, Deus Verbum, panis viuus. Cyrillus verò con-

ſentus eſt illa ratione vt ſit *ἐπιούσιος* ſuperſubſtantialis, quod Eſſentiam animæ conſtituat : & D. Ambroſius *lib. 4. de Sacramentis* ; vbi panem ſuperſubſtantialem ait eſſe panem vitæ æternæ quo animæ noſtræ ſubſtantia ſuſtinetur : & D. Auguſtinus *ſermone 28. de verbis Domini* : panem, ait, noſtrum quotidianum da nobis hodie ; dixi vobis quod ante verba Chriſti, quod offertur, panis dicatur, vbi Chriſti verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur ſed corpus appellatur : quare igitur in oratione Dominica, quæ poſtea ſequitur, ait, panem noſtrum? panem quidem dixit ſed *ἐπιούσιον* hoc eſt ſuperſubſtantialem : non iſte panis qui vadit in corpus, ſed ille panis vitæ æternæ qui animæ noſtræ ſubſtantiam fulcit. D. etiam Damaſcenus *lib. 4.* calix & panis iſte eſt corpus & ſanguis Chriſti, qui ad conſtituendum noſtrum corpus & animam adhibetur, & Chryſoſtomus *homil. in orationem Dominicam* : nos docuit petere panem ſuperſubſtantialem, hoc eſt qui tranſit in eſſentiam corporis *αὐτῶν δίδαξεν ἄρτον ἐπιούσιον, τουτέστιν ἐπὶ οὐσίαν τοῦ σώματος διαβαίνοντα.* Aliam rationem quâ dicitur panis ſuperueniens tangit D. Hieronymus *ad caput 30. Ezechielis*, vbi ſuperuenturum vocat : melius eſt, ait, vt intelligamus panem Iuſti eum eſſe qui dicit ego ſum panis viuus qui de cælo deſcendi, & quem in oratione nobis tribui precamur panem noſtrum ſubſtantiuum ſiue ſuperuenturum : & D. Damaſcenus *capite de myſteriis τὸ ἐπιούσιον* ait, ſignificat futurum, id eſt futuri ſæculi. Nec mirum ſi panis ille dicitur ſubſtantialis, cùm etiam fideles dicantur populus ſubſtantiuus *in hiſtoria S. Benigni M.S.* vbi dicitur S. Polycarpum eum mittendo in Gallias dixiſſe ei in latiſſima Galliarum regione regenerandum eſſe ipſius prædicatione populum ſubſtantiuum : & D. Auguſtinus *ſermone 38. de verbis Domini*, ait quod nullæ ſunt maiores diuitiæ, nulli theſauri, nulli honores, nulla huius Mundi maior ſubſtantia, quàm eſt fides catholica &c. & D. Lucas *in actibus Apoſtolorum capite 4.* vel potius Petrus ibidem de claudo qui erat in Porta ſpecioſa, dicit quod fides eum conſolidauit.

Quod vero attinet ad illam rationem quâ dicitur etiam quotidianus iſte panis, ea confirmatur à Cypriano *lib. 4. epiſt. 6.* Tertulliano *lib. 7, de oratione Dominica*, D. Auguſtino *lib. 2. de ſermone Domini in monte cap. 12.* Caſſiano *coll. 9. cap. 21.* & D. Ambroſius *lib. 5. de Sacramentis cap. 6.* ſi quotidianus eſt, ait, panis, cur poſt annum illum ſumis? ſic viue vt quotidie merearis accipere. Ex quibus colligitur, vocem (panis) intellexiſſe Patres de Euchariſtia : item non ſolum legiſſe quotidianum, ſed ſuperſubſtantialem. Hic igitur Panis non eſt qui libet panis ſed *θεόσωμος ἄρτος* vt eum vocat Metaphraſt. *in vita S. Andreæ*, id eſt panis Deo corporatus, ſeu Dei corpus effectus ; panis Euchariſtiæ, vt vocat Cyrillus *catecheſi 1.* panis cœleſtis, & panis vitæ, vt eum vocat Ignatius *epiſtola ad Romanos* : panis indigentiæ, vt eum vocat Seuerus Alexandrinus Patriarcha *in libro de ritibus Baptiſmi* ; id eſt panis neceſſarius, quo indigemus ; panis arctus *Iſaiæ capite 30.* vt explicat S. Cyrillus : & dabit vobis Dominus panem arctum ; arctus enim eſt, qui reductus ad ſola accidentia panis. Et panis Angelorum ex Hugone de Sancto Caro Cardinali *in Matth. cap. 26.* Panis denique Azymus vt creſcat maſſa noſtra : nam vt parum azymi facit vt tota maſſa farinæ creſcat, ita etiam parua eulogia mixta noſtro corpori illud ſuâ propriâ energiâ replet, vt ait Cyrillus *lib. 4. in Ioan. cap. 17.* panis qui frangitur nobis, vt fractione eius cognoſcamus Dominum, vel frangitur nobis vt de eo viuamus : non enim eſt fractus ad eſcam in cruce, ideoque frangitur in Sacramento, vt rectè D. Chryſoſtomus *in epiſtola ad Corinthios caput 10.* quemadmodum, ait, corpus illud vnitur Chriſto, ſic & nos ei per panem hunc vnimur. Cur autem addidit quem frangimus, hoc enim licet videre in Euchariſtia, in cruce verò non itidem, ſed vtique ei contrarium, os enim ait, non conteretis : ſed quod non paſſus eſt in cruce, hoc in oblatione patitur propter te, & patitur frangi, vt omnes impleat.

Nec obſtat quod etiam poſt conſecrationem panis dicatur : id enim fit quia ex pane conficitur, quomodo homo dicitur puluis quia ex puluere, *Geneſis 3. verſu 19.* & Eua os, & caro Adam *Geneſis capite 2. verſu 23.* Et *Matthæi capite 11. verſu 5.* cæci vident, claudi ambulant, id eſt qui priùs erant cæci & claudi : & *Matthæi 21.* Publicani & Meretrices præcedunt in Regno cælorum. Sic Virga Aaron dicitur deuoraſſe virgas Magorum *Exodi 7.* cùm tamen non ampliùs eſſet virga ſed ſerpens : ſic apud Iuriſconſultos inſula dicitur ager qui fuit prius inſula, *l. 56. D. de acquirendo rer. Dominio.* & hæreditas, licet confuſa bonis hæredis, *l. 10. §. ſi plures de vulgari & pupill. ſubſtit.*

Octauo dicitur Perfectio ſeu perfectum *τέλειον* in ſynodo Ancyrana, vbi eſt *τελείου τυχεῖν* id eſt perfectum obtinere, pro communicare : & Dionyſius Areopagita *cap. 3. de Eccleſiaſtica hierarchia*, vocauit *τελετὴν* & Marcus Epheſinus Epiſcopus dixit *τελεσιουργίαν* ideoque dicitur ab eodem D. Dionyſio Areopagita *τελετῶν τελετὴ* quia, vt inquit Pachymeres *ἡ τῶν τελετῶν ἐκείνων τελείωσις ἐκ τούτων δωρεῶν* &c. id eſt perfectio illorum Sacramentorum oritur à donis Euchariſtiæ &c. vbi addit reliqua Sacramenta imperfecta eſſe, ſi à myſterijs Euchariſtiæ derelicta ſint.

Nono dicitur Pretium noſtrum à D. Auguſtino *epiſtola 161. ad Epiſcopos Donatiſtas* : & *ad pſalmum 93.* vbi de Iudæis ita loquitur : fuderunt pretium ſuum vt biberent pretium ſuum.

Decimo dicitur Pignus à Gaudentio *tractatu 2.* vbi dicitur Pignus præſentiæ ſuæ, & hæreditarium munus Teſtamenti ſui : & à D. Auguſtino *de S. Stephano homilia 7.* qui illud vocat Sacra Pignora : & à Fulberto *epiſtola ad Adeodatum*, a quo dicitur Pignus ſalutare : & *in Liturgia D. Ambroſii*, Pignus æternæ Vitæ.

Vndecimò dicitur Sanctum ſeu res ſancta, in ſynodo Carthaginenſi ſub Auguſtino : non licet in ſanctis aliud offerre quàm panem & vinum aquâ mixtum : Græci dicunt *τὰ ἁγιάσματα in Liturgia Baſilij* ; & *τὰ ἅγια in horologio Græcorum* : Cyprianus vocat Sanctum Domini *libro de lapſis* : Origenes *ἅγιον καὶ ἁγιάζον* ſanctum ſanctificans *libro 8. contra Celſum.* Heſychius

vero *libro 7. in Leuiticum capite 16.* vocat ſancta Sanctorum: ſancta (inquit) ſanctorum ſunt propriè Chriſti myſteria, quia ipſius eſt corpus, de quo Gabriel ad Virginem dicebat: & *libro 2. capite 8.* eſt locus ſanctus altare, ibi enim Sanctus Sanctorum requieſcit. Et ideo mos erat vt Diaconus, vel Preſbyter ante conſecrationem exclamaret *Sancta Sanctis*, τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις vt refert Clemens *libro 8. conſtitutionum Apoſtolicarum capite 7. 8. 9.* & D. Chryſoſtomus *ad hæc verba voluntariè peccantibus*: & Anaſtaſius *de ſynaxi*. Sanctum vero dicitur hoc Sacramentum, tum quia per ſe, aut à Deo ipſo ſanctum eſt, tum quia per illud ſanctificamur, vt rectè Origenes, *libro 8. contra Celſum*: panes aït, qui offeruntur cum gratiarum actione & precatione, quæ fit ſuper ijs quæ data ſunt, comedimus factos per orationem corpus aliquid ſanctum, quod eos ſanctificat qui ſano conſilio ijs vtuntur: & in ſynodo Epheſina: in Eccleſijs incruentum celebramus ſacrificium, & ſic accedimus ad myſticas eulogias, & ſanctificamur, effecti participes ſacræ carnis, & pretioſi corporis Seruatoris noſtri omnium.

Duodecimo dicitur Bonum à Baſilio *epiſt. ad Amphilochium can. 55.* vt etiam explicat Balſamo.

Decimo tertio Dicitur Donum *ἅγιον δῶρον* apud Epiphanium, Cyrillus *catech. 5.* vocat Dona propoſita; & Baſilius *in Liturgia*: te rogamus, ait, vt veniat Sanctus tuus Spiritus in nos, & hæc dona propoſita, eaque benedicat, & ſanctificet &c. Germanus etiam Conſtantinopolitanus Patriarcha, item Chryſoſtomus *hom. 24. in 1. ad Corinth.* hoc corpus in præſepi poſitum reueriti ſunt Magi, cumque tremore adorarunt, tu vides non in præſepi ſed in altari, non mulierem geſtantem ſed Sacerdotem ſtantem, & Spiritum cum multa affluentia aduolantem ad propoſita dona. Item Maximus *ad D. Dionyſium*, vocat ſancta Dona. Item Balſamo *ad can. 19. concilij Carthaginenſis*. Sed quale donum putas donum profectitium, cùm vellet à ſuis Diſcipulis diſcedere, donum profectitium, vt vocat Baſilius *in hom. de Charitate*, ſanctum donum *ἅγιον δῶρον*, vt vocat Epiphanius *in phyſiologo cap. 5.* donum myſticum, *in horologio*; donum ſalutare vt loquitur D. Chryſoſtomus; donum putum vt eſt in *can. 5. concilij Nicæni*.

Decimo quarto dicitur Viaticum in concilio Nicæno *can. 13.* ſi quis decedat, ne Dominico viatico defraudetur; & in concilio Carthaginenſi *4. can. 78.* vbi dicitur *ἐφόδιον*, & à Gaudentio *tract. 2.* hoc illud eſt Viaticum noſtri itineris, quo in hac via alimur ac nutrimur, donec ad ipſum pergamus de hac via recedentes. Vnde in *Liturgijs* habetur hæc oratio: vt ſit nobis participatio ſanctificatarum rerum in Viaticum vitæ æternæ.

Decimo quinto dicitur Vita. D. Auguſtinus *de peccator. merit. contra Pelagianos lib. cap. 24.* optimè, ait, Punici Chriſtiani Baptiſmum ipſum nihil aliud quam ſalutem, & Sacramentum corporis Chriſti, nihil aliud quam vitam vocant, vnde niſi de antiquis, vt exiſtimo, & Apoſtolica traditione? S. Ephrem *ſermone de Iudicio cap. 3.* ecce poculum tremendi ſanguinis,

A cui plenum lumine & vita.

Decimo ſexto dicitur Paſcha noſtrum à D. Hieronymo *ad cap. 66. Iſaiæ*, & Gregorio Nazianzeno *oratione 42.* Adde D. Auguſtinum *contra literas Petiliani Donatiſt. lib. 2. cap. 37.* Aliud eſt, ait, Paſcha quod adhuc Iudæi de oue celebrant, aliud autem quod nos in corpore & ſanguine Domini accipimus. D. Athanaſius *hom. eis to baptisma*: menſa plena eſt, nemo famelicus exeat, quia Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus: & D. Chryſoſtomus *oratione 2.*, vt Paſcha immoletur pro nobis Chriſtus &c. Origenes ad *Lucæ. deſiderio deſideraui*, comedit Paſcha typicum ſeu legale, nobis relinquit faciendum Paſcha cæleſte. D. Chryſoſtomus *ſerm. 2. de Paſchate*. Paſcha terreſtre celebrant Iudæi, qui cæleſte negarunt, nos vero celebrantes Paſcha cæleſte, tranſgreſſi ſumus terreſtre. *& de proditione Iudæ*: Iudæorum Paſcha diſcipuli præpararunt, illud autem noſtrum ipſe præparauit, non modo ipſum præparauit, ſed ipſe Paſcha fuit; & paulo poſt; etenim ille Agnus Iudæorum typus erat alterius agni ſpiritalis, & ouis figura ouis; ille erat vmbra, hic agnus erat veritas: D. Hieronymus *in cap. 29. Matthæi*, poſtquam typicum Paſcha impletum eſt, accepit panem, qui confortat cor hominis, & ad verum Paſchæ tranſit Sacramentum. D. Auguſtinus *lib. 2. contra literas Petiliani cap. 37.* aliud eſt Paſcha quod de oue Iudæi celebrant, aliud quod nos in corpore & ſanguine Domini accipimus. D. Ambroſius in *cap. 7. D. Lucæ*, quando ſacrificamus Chriſtus adeſt, Chriſtus immolatur: nam Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.

Decimo ſeptimo dicitur Menſa, aliquando per ſynecdochen, quod in menſa Domini contineatur, vt à Leone 1. *ſermone 6. de ieiunio ſeptimi menſis*: ſic ſacræ menſæ debetis communicare, vt nihil prorſus de veritate corporis Chriſti & ſanguinis ambigatis: nam propriè menſa eſt ipſum altare, vt patet ex *Liturgia Chryſoſtomi*: idoneum me efficito virtute Spiritus Sancti, vt ego qui indutus ſum gratiâ Sacerdotij, aſſiſtam tuæ huic menſæ ſanctæ, atque ſacrificem ſanctum & immaculatum corpus tuum: & *in id Iſaiæ, vidi Dominum*: quando igitur ad ſacram menſam es acceſſurus, exiſtimato illic & Regem adeſſe: & *hom. de ſpectaculis* Dauid. oculis, quibus ſacram menſam intueris, vbi tremenda peraguntur myſteria. Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus, ſacra menſa eſt pro loco ſepulturæ in quo poſitus eſt Chriſtus: in qua menſa propoſitus eſt verus & cæleſtis panis, myſticum & incruentum ſacrificium &c. D. Auguſtinus *lib. de percipien. Baptiſmi gratia*. Vide ne deſeras hanc menſam? menſa Sponſi tui panem habet integrum, & calicem ſanctum: & *tractatu 84. in Ioannem*: nam quæ eſt menſa potentis niſi vnde ſumitur corpus & ſanguis eius? item Chryſoſtomus *hom. de dedicatione*: Deus bone, menſa myſtica inſtructa agno Dei pro te clamante, Sacerdote laborante, igne ſpirituali è menſa ebulliente, Seraphin præſentibus. Ex quibus omnibus patet, propriè menſam dici altare ipſum, non corpus Chriſti.

Decimo octauo dicitur Cœna, licet mane ſumatur, quia veſpere & in cœna Domini in

ſtituta eſt, ait D. Chryſoſtomus: quod confit- A
matur à D. Gregorio *hom.* 36. qui aliam tamen
affert rationem: huc conuiuium, ait, Dei, non
prandium ſed cœna vucatur, quia poſt prandium
cœna reſtat, poſt cœnam verò nullum conui-
uium reſtat; & quia æternum Dei conuiuium
nobis in æternu, præparabitur, rectum ſuit vt
hoc non prandium ſed cœna vucaretur. Cœna
vero vucatur non ſimpliciter, ſed cum addito, vt
cœna Dominica, ex D. Auguſtino *epiſt.* 118.
cap. 5. & 6. Tertulliano *lib.* 2. *ad vxorem*. D. Ba-
ſilio *in regulis breuioribus, regula* 310. D. Augu-
ſtino *de ſerm. Dom. in monte. cap.* 12. D. Dionyſius
vocat τὸ θειότατον καὶ ἀρχιτέλεστον δεῖπνον diuiniſſi-
mã & Sacramenti principem cœnã, dicitur etiã
conuiuium Domini ſæpiſſimè, vt ab Optato *lib.*
5. conuiuium, ait, cuius tutum Dominiũ Dei eſt.

Dices an non licitum ſit Veſpere poſt pran- B
dium communicare. Reſpundetur id improbari
à Socrate *lib.* 5. *hiſtoria Eccleſiaſtica* & D.
Chryſoſtomus *epiſt. ad Acacium*, ſibi crimini da-
tum ait; quoſt poſt cibum ſumptum commu-
nionem dediſſet, quod ille negat, & crimen de-
precatur dicens, id ſi ſeci me Chriſtus Regno ſuo
eijciat: & ſanè ſimpliciter Cœna dici non de-
bet; quod probat D. Ambroſius *in epiſt.* 1. *ad*
Corinthios cap. 11. ex eo quod in cœna celebrata
ſit Euchariſtia, tanquam res diſtincta à cœ-
na: uſtendit, ait, illis myſterium Euchari-
ſtiæ inter cœnandum celebratum, non cœnam
eſſe.

Decimo nunu dicitur Deſiderata, vt legit &
explicat Scaliger In *gloſſis veteribus*: deſiderata
λειτουργία τελετή: nam vt ait Eligius *hom.* 1. Deſi- C
derata Duminicæ Cœnæ Sacramenta celebra-
mus: & D. Ambroſius *de Sacramentis lib.* 4.
veniebat deſiderans ad altare, quo acciperet
Sacramentum: & Tertullianus *lib. de pudicitia*;
de cuius manu deſiderabit, (id eſt deſideratum
accipiet) benè nutrit, atque ita exinde de opimi-
tate Dumini corporis veſcitur. Huc facere po-
teſt, quod inſtituta ſit his verbis, deſiderio de-
ſideraui: & ſanè hæc ſola nobis deſideran-
da.

Vigeſimo dicitur Gratia. Optato Mileuitanu
lib. 5. veniunt Gentes ad gratiam in Eucbari-
ſtiam; Gratia ſalutaris Cypriano *lib de lapſis*:
ἡ θεία καὶ σωτήριος χάρις. Simeoni Metaphraſtæ, &
ſynodo Trullanæ *can.* 101. ἡ θεία χάρις Cyrillo
Hieroſolymiano; Gratia communionis concilio
Toletano, & abſolute gratia à D. Auguſtino
ſerm. 2. *de verbis Apoſtoli*: norunt, ait, fideles E
quemadmodum manducent carnem Chriſti,
vnuſquiſque accipit partem ſuam, vnde & ipſa
gratia partes vocatur; & Palladius in *hiſtoria*
Lauſiaca cap. 66. ait ſe vidiſſe Angelum aſſiſten-
tem altari, & notantem fratres qui veniebant
ad gratiam: indeque nomen eſt Eucbariſtiæ,
εὐχαριστία enim dicitur bona gratia, vt ait Al-
cuinus *de Diuinis officiis cap.* 40. & D. Bernar-
dus *ſerm. de cœna Domini*; eo quod, vt ibi dicit
D. Bernardus, in eo Sacramento omnis gratia
percipiatur, imò ipſe qui eſt Author gratiæ.
Addi alia ratio poteſt ex Theodoreto, quod hæc
mutatio panis in corpus Chriſti, tota fiat ex me-
ra Dei gratia. Item alia, quod per Euchariſtiam
Sacerdos Deo gratias agat pru pupulo, vt recte
Cbryſoſtomus *hom.* 26. *in Matthæum*, dicens
Euchariſtiam dictam eſſe quod aſſiſtens altari
ſacerdos pro vniuerſo orbe terrarum ſacrificio
illo propoſito, Deo nos gratias iubet offerre.
Dicitur & Margarita in *Liturgia Chryſoſtomi*;
vbi dicitur, quod poſt Miſſam ſi non adſit Dia-
conus, debeat Sacerdos ad altare venire propo-
ſitionis, & ſumere reliquias quæ extant in po-
culo, ac intueri ſedulò ne vllæ micæ maneant,
quæ dicuntur Margaritæ; nempe micæ illæ quæ
poſt conſecrationem & ſumptionem corporis
Chriſti, patinæ adhærent: vbi notanda eſt vox
ἀπόλυσις pro fine Miſſæ ſeu miſſione: vnde in
horologio Græcorũ eſt γίνεται ἀπόλυσις καὶ ἡ συγχώρησις
id eſt fit miſſio & licentia; ideoque ἀπόλυσις
eſt vltimus dies cuiuſque Feſti, quod tunc ſol-
natur populus ab eius celebratione, ex Codi-
no *de officiis Aulæ Conſtantinopolitanæ*: & Ba-
ſilius Seleuciæ Epiſcopus *de S. Thecla lib.* 2. *cap.*
18.

Vigeſimo primo dicitur Placenta: quam vbi *pſalm.* 72. Legitur erit firmamentum in terra in ſummis montium, Hebræi aliqui legunt, erit placenta frumenti in terra in capite montium, quem locum Rabbi Salomon qui fuit diù ante Chriſtũ, explicat his verbis: Magiſtri, ait, bonæ memoriæ expoſuerunt hoc eſſe genus placentarum in diebus Meſſiæ, alijque Rabini, Chriſtum vt eſt in Euchariſtia placentam etiam vocauerunt: Rabbi Berachias dictus Rabi Iſaac his verbis, ſicut Redemptor primus Moſes fecit deſcendere manna, *Exodi*, 16. ita Redemptor vltimus Meſſias erit placenta frumenti in terra. Sed audiamus alium qui dicitur Rabi Cahanam: is enim in *Geneſ cap.* 49, ſic loquitur: hæc verba ligans ad vitem ciuitatem, oſtendunt ſacrificium ex vino in quo vinum tranſmutabitur in ſubſtantiam ſanguinis Meſſiæ: quod autem ſequitur, rubicundiores ſunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores, illud ſignificat quod in ſacrificio, quod etiam ex pane conficitur, non obſtante quod album ſit velut lac, conuertitur ſubſtantia in ſubſtantiam corporis Meſſiæ, eritque in ipſo ſacrificio ſubſtantia ſanguinis Meſſiæ rubra, & vinum, quæ verba rationem reddunt ſpecierum noſtri Sacramenti. Rabi autem Kimhi legit, erit pugillus, ſeu vula, & particula frumenti. D. Hieronymus vertit, erit memorabile triticum in terra &c. quod vulgata verò legit erit firmamentum, eſt quia panis dicitur firmamentum *pſalm.* 105. & vocauit famem ſuper terram, & omne firmamentum panis contriuit: & *Iſaia* 3. dicitur omne robur panis, & omne robur aquæ. Ad litteram locus iſte Dauid ſignificat futuram abundantiam frumenti vbique.

Vigeſimo ſecundo dicitur Euchariſtia à D. Ignatio *epiſt. ad Smyrnenſes*, apud Theodoretum *lib.* 3. vbi loquitur de quibuſdam hæreticis negantibus Euchariſtiam eſſe corpus Chriſti: Euchariſtias, ait, & ſacrificia ſeu oblationes non admittunt, qui negant Euchariſtiam carnem eſſe Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti quæ paſſa eſt. Cyrillus *catech.* 1. vocat panem Euchariſtiæ, vt enim, ait, panis & vinum Euchariſtiæ ante ſanctam inuocationem Trinitatis adorandæ, panis erat & vinum ſimplex; vbi inuocatio facta fuerit, panis fit corpus Chriſti, & vinum ſanguis Chriſti. Ignatius *epiſt. ad Philadelphienſes*, inuitans nos & cohortans vti vnâ fide, vnâ doctrinâ, & vna Euchariſtia; vna enim eſt caro

Ieſu Chriſti, & vnus eius ſanguis pro nobis effu- A ſus, &c. Dionyſius Areopagita *cap.* 8. communio ſanctiſſimæ Euchariſtiæ datur à Pontifice. Iuſtinus martyr *dialogo cum Typhone*, de ſacrificiis, ait, quæ à nobis offeruntur dicit Deus per Malachiam, in omni loco ſacrificatur & offertur mihi hoſtia munda; de ſacrificiis autem quæ offeruntur in omni loco à nobis gentibus, id eſt de ſacrificio panis & calicis Euchariſtiæ: Item omnes, qui per hoc nomen hoſtias offerunt, quas Ieſus Chriſtus fieri iuſſit, hoc eſt in Euchariſtia panis & calicis, quæ fiunt in omni loco. D. Hieronymus *ad cap.* 3. *Sophenia*, Sacerdotes qui Euchariſtiæ ſeruiunt, & ſanguinem Domini populis diuidunt. Cyprianus *Epiſt.* 6. *lib.* 4 monet vt os armemus quo lingua vi- B ctrix confiteatur Dominum ſuum Ieſum Chriſtum, vt Euchariſtiæ memor qui Domini corpus accipit, in ipſo Dominum ſuum complectatur: & *Epiſt.* 11. ante actam pœnitentiam, ante exomologeſin grauiſſimi delicti factam, ante manum ab Epiſcopo & Clero in pœnitentiam impoſitam, offerre lapſis pacem & Euchariſtiam dare, id eſt ſanctum Domini corpus audeant prophanare.

Verùm Euchariſtiæ nomen non tantum ſignificat ipſum Corpus Chriſti, ſed vt eſt in Sacramento poſt panis ſanctificationem, vt rectè Clemens Alexandrinus *lib.* 2. *Padagogi cap.* 6. C per proportionem igitur, ait, miſcetur vinum aquæ, & homini Spiritus, amborum autem mixtio poculi & verbi, dicitur Euchariſtia, voluntate diuinâ miſcente per Spiritum & Verbum, diuinum poculum aquâ mixtum qui eſt homo: & D. Irenæus *lib.* 4. *cap.* 34. quemadmodum enim qui eſt de terra panis, percipiens inuocationem Dei, iam non communis panis eſt, ſed Euchariſtia ex duabus rebus conſtans, terrena & cœleſti; ſic & corpora noſtra percipientia Euchariſtiam, iam non ſunt corruptibilia: & *lib.* 5. *cap.* 2. quando ergo & mixtus calix, & fractus panis percipit Verbum Dei, fit Euchariſtia corporis & ſanguinis Chriſti, ex quibus augetur & D conſiſtit carnis noſtræ ſubſtantia: ideoque apud Chryſoſtomum *hom.* 16. *ad Hebraos*, Euchariſtia ponitur pro ipſa actione conſecrationis, & non tantùm pro re conſecrata. Aliquando etiam Euchariſtia ſumitur pro ipſa Corporis Chriſti Communione & participatione, vt apud Tertullianum *lib. de orat.* ſimiliter, ait, de ſtationum diebus non putant plerique ſacrificiorum orationibus interueniendum; quod ſtatio ſoluenda ſit accepto corpore Domini: ergo deuotum Deo obſequium Euchariſtia reſoluit (ſupple accepta) an magis Deo obligat? nonne ſolemnior erit ſtatio tua, ſi & ad aram E Dei ſteteris accepto corpore Domini? vtrumque ſaluum eſt, & participatio ſacrificij, & executio officij.

Vigeſimo tertio dicitur Eulogia à D. Cyrillo *epiſt. ad Caloſyrium*: audio eos myſticam Eulogiam dicere ad ſanctitatem conciliandam inutilem eſſe: & in concilio Epheſino Cyrillus *epiſt. ad Neſtorium*, accedimus ſic ad myſticas eulogias, & ſanctificamur participes facti & ſacræ carnis, & pretioſi ſanguinis Seruatoris omnium noſtrum Chriſti. Clemens *lib.* 8. *conſtitut. Apoſtolic.* Eulogias quæ ſuperſunt in myſticis, Diaconi diſtribuant Clero. S. Maximus ad Dionyſium Areopagitam *cap.* 3. eleuans, ait, Sacerdos ſacrum panem, oſtendebat Eulogiam, dicens Sancta Sanctis.

Verùm ſciendum eſt nomen Eulogiæ ad alias res benedictas præter corpus Chriſti, transferri, & de ijs vſurpari, vt de Pane Benedicto qui dabatur vel Catechumenis, vel alijs: vnde eſt canon concilij Laodiceni de non mittendo Sancta ad alias parochias nomine Eulogiarum ſub tempus Paſchatis: Eulogiæ enim ibi non ſignificant Corpus Chriſti: & nomen Euchariſtiæ magis proprium eſt huic Sacramento quàm nomen Eulogiæ.

Vigeſimo quarto dicitur Oblatio. D. Auguſtinus *epiſt. ad Paulinum* 49. vouentur omnia quæ offeruntur Deo, maxime ſancti altaris oblatio. D. Auguſtinus ex Ambroſio *ſermone de verbis Domini in Euangelium Luca*: ergo tu audis, ait, quod quoticſcumque offertur ſacrificium, mors Domini, reſurrectio Domini, eleuatio Domini ſignificetur, & remiſſio peccatorum: & in *ſerm. de Sacrament. Altaris*: iteratur, ait, quotidie hæc Oblatio licet Chriſtus ſemel paſſus ſit, quia quotidie peccamus, & ideo quia quotidie labimur, Chriſtus pro nobis myſticè immolatur. Et ratio eſt 1. quia offertur; Idē *ſerm.* 11. *de Sanctis*, vidi animas occiſorum ſub ara; ſub ara (inquit) in qua Deo ſacrificium celebratur, in qua offeruntur hoſtiæ, in qua Dominus eſt ſacerdos. D. Gregorius *hom.* 37. *ſuper* C *Euangel.* Caſſio Epiſcopo mos erat quotidianas Deo hoſtias offerre. Secunda Ratio quia ipſemet Chriſtus primus obtulit, vt habet idem Gregorius *lib. de officiis cap.* 19. ſacrificium, ait, quod à Chriſtianis Deo offertur, primùm Chriſtus Dominus noſter & Magiſter inſtituit. Idem Cyprianus *epiſt.* 10. dixit offerre pro ſanctificare hoc corpus, communicent cum lapſis, & offerant, & Euchariſtiam tradant: & *epiſt.* 67. ſacrilega contra verum Sacerdotem offerre ſacrificia: & *epiſt. ead.* iam cum lapſis cœpiſſe communicare, & offerre pro illis. A Græcis ve- D ro dicta eſt προσφορά. Clemens Romanus *lib.* 8. *conſtitut. cap.* 13. & mittas Spiritum tuum ſanctum in hoc ſacrificium, vt faciat hunc panem corpus Chriſti, & poculum hoc ſanguinem Chriſti; Epiſcopus det oblationem, προσφορὰν, dicens, corpus Chriſti; & qui accipit, amen: & *cap.* 57. Diaconi incumbant τῇ προσφορᾷ τῆς εὐχαριστίας oblationi Euchariſtiæ miniſtrantes corpori Domini. Synodus Trullana ſacrificium oblationis incruentum τῆς προσφορᾶς θυσίαν Chryſoſtomus *de proditione Iuda* vocat ἁγίαν προσφοράν; & *hom.* 21. *ad Hebraos* ἱερὰν προσφοράν: quomodo accipies ſacram oblationem cùm lin- E guam humano ſanguine rubefeceris; *orat. catech.* 2. dixit, pro ijs qui in peccatis mortui ſunt date eleemoſynas & oblationes. Synodo Trullana *can.* 32. τῷ λαῷ τὴν προσφορὰν μεταδίδοναι id eſt populo oblationem dare. D. Ignatius *epiſt. ad Smyrnenſes*, καὶ προσφορὰς οὐκ ἀποδέχονται id eſt Euchariſtias & oblationes non recipiunt &c. Vnde ſicut Latini dixerunt offerre, ita & Græci προσφέρειν, ſacrificare; vt in concilio Nicæno, *can.* 18. indecorum eſt vt Diaconi, qui offerendi poteſtatem non habent, Preſbyteris qui offerre poſſunt, corpus Chriſti dent. In *Liturgia Baſilii* σὺ γὰρ εἶ ὁ προσφερόμενος, id eſt tu enim es qui offers, & qui offerris. D. Epiphanius *lib.* 2.

Panatij: Dominus Filius Dei ab æterno, factus A propter nos homo ex Maria, ſacerdotium Patri offert cùm maſſam ex humana natura acceperit; vt pro nobis Sacerdos conſtituatur ſecundum ordinem Melchiſedech cui non ſucceditur, dona pro nobis offerens in perpetuum, primum quidem cum ſeipſum protulerit &c.

Vigeſimo quinto dicitur Partes *can. 58. diſt. 2. de conſecrat. & D.* Auguſtinus *epiſt.* 163. nec quando manducamus, partes de illo facimus; & quidem in Sacramento ſic fit, & omnes fideles quemadmodum manducent carnem Chriſti, vnuſquiſque accipit partem ſuam, vnde & ipſa gratia partes vocantur. Idem D. Auguſtinus *epiſt.* 86. & nunc de Agni immolati corpore partem B ſumere. Græci vocauerũt *μέρος ἢ ἂν βραχὺ λάβωσι μέρος, ἐν ἐκείνῳ εἰμι*, ait Chriſtus apud D. Chryſoſtomum *ſermone de incredulitate Thomæ*: etſi exiguam aliquam partem acceperis, in ea ego ſum: & Nicetas *libro de Angelo Alexio*: & vt quiſque *μέρος*, partem acceperit, illum accipere eum totum: & Germanus Patriarcha *in Liturgia*, vbi agit de eleuatione & fractione in vnaquaque parte, *μέρει*, quæ ſecatur, totus cognitus & repertus: & Gregorius Nyſſenus *in catecheſi magna ὅλος ἰσχάει διὰ τοῦ μέρους γίνεται*. Vocauerunt etiam *μερίδας* Clemens Romanus *lib. 8. conſtitut.* C *cap. 57. μερὶς ἁγία Χριστοῦ πλήρης χάριτος ἢ ἀληθείας*, id eſt particula ſancta Chriſti, plena gratia & veritate. Dixerunt *μερισμόν*, vt idem Gregorius Nyſſenus habet *in catecheſi magna*. Dixerunt & *κλάσμα*, id eſt fragmentum. Cyrillus Alexandrinus *lib. 4. in Ioan. cap.* 13. 14. & 15. ſic credentibus Diſcipulis fragmenta, *κλάσματα*, panis dedit, dicens accipite & manducate, hoc eſt corpus meum: & Samonas etiam; panis, ait, immolatus, in verum Chriſti corpus mutatus virtute Diuina per aduentum Spiritus Sancti, & in partes ſecatur, & integrum & ſaluum manet in vnoquoque fragmento: *ἢ σῶος ἐν ἑκάστῳ κλάσματι μένει*. D

Vigeſimo ſexto dicitur Pietas à D. Auguſtino *de Trinitate lib.* 3. infantes, ait, non nouerunt quod in Altari ponitur, & peractâ pietatis celebratione conſumitur.

Vigeſimo ſeptimo dicitur Deſponſatio ab Apanio *lib. 5. in Cant. tomo Bibliothecæ Patrum*: Deſponſationem enim (inquit) annuli & oſculi, traditionem corporis, & ſanguinis ſui Sacramentum ſub paſſionis tempore in Apoſtolis tradidiſſe probatur: & confirmat locus ſuperius citatus S. Ephrem.

Vigeſimo octauo dicitur ſimul Alimentum & Medicamentum; medicamentum & holocauſtum ad ſanandas infirmitates & purgandas iniquitates, à D. Cypriano *lib. de cœna Domini*; & ab Ignatio *epiſt. ad Epheſios* dicitur *φάρμακον ἀθανασίας*. vnde à D. Cyrillo *cap.* 16. *lib.* 4 *in* E *Ioan.* dicitur quod potus eius ſanguinis pretioſi radicitus extirpat corruptionem, & velut machina mortem quæ habitat in humana carne euellit, *ἀναμοχλεύων*.

Vigeſimo nono dicitur Armatura Fidelium à Cypriano *lib. de cœna Domini*.

Trigeſimo dicitur Dei Carbunculus ardens, *τοῦ θεοῦ ἄνθραξ*, à D. Damaſceno.

Trigeſimo primo dicitur Arrha Vitæ futuræ à Nicolao Methones Epiſcopo *in Bibliotheca Patrum*.

Trigeſimo ſecundo dicitur Inueſtitura gratiæ à D. Bernardo *ſermone de cœna Domini*: Sacramentum, ait, dicitur ſacrum ſignum, ſiue ſacrum ſecretum; multa ſi quidem ſiunt propter ſe tantùm, alia propter alia deſignanda, & ipſa dicuntur ſigna & ſunt; vt enim de vſualibus ſumamus exemplum, datur annulus abſolutè propter annulum, & nulla ſignificatio; datur ad inueſtiendum de aliqua hæreditate, & ſignum eſt; ita vt iam dicere poſſit qui accipit, annulus non valet quicquam, ſed hæreditas eſt quam quærebam: in hunc itaque modum appropinquans paſſioni Dominus, de gratia ſua inueſtire curauit ſuos, vt inuiſibilis gratia ſigno aliquo viſibili præſtetur.

Trigeſimo tertio dicitur Corpus Chriſti, Photius *apud Oecumenium* quid eſt, ait, panis? nempe Corpus Chriſti: quid ſiunt communicantes? Corpus ſcilicet Chriſti; cùm enim participamus Corpori Chriſti, etiã corpus illud efficimur, & D. Ambroſius *lib. 4. de Sacram. cap. 4. &* 5. antequam conſecretur, panis eſt, vbi autem Verbum Chriſti acceſſerit, Corpus Chriſti eſt. Theophylactus *ad cap. 6. Ioan.* hoc eſt corpus meum, hoc quod nunc ſumitis; non enim antitypum corporis eſt panis, ſed in illud ipſum corpus Chriſti mutatur. D. Auguſtinus *apud Bedam ad cap. 10. epiſt. 1. ad Corinthios*, non omnis panis, ſed accipiens benedictionem, fit corpus Chriſti. D. Ambroſius *lib. 4. cap. 5. de Sacramentis*: antequam conſecretur, panis eſt, vbi autem &c. Theodoretus *dialogo* 2. qui dicitur *ἀσύγχυτος*; poſt conſecrationem, quomodo ea vocas? corpus & ſanguinem Chriſti: & in concilio Niceno *can.* 18. Dicitur etiam ſæpiſſimè Corpus Domini, vel Dominicum, vt patet ex dictis ſuprà.

Quæres an *μετάληψις* ſit nomen Euchariſtiæ, itemque Communionis? Reſpondetur 1. *μετάληψιν* eſſe propriè participationem ipſius Euchariſtiæ, ſeu actionem ipsã quâ ſumitur, & ipſam etiam Euchariſtiam. Chryſoſtomus *hom.* 17. *ad Hebræos*: dic mihi obſecro, poſt annum *τῆς μεταλήψεως μετέχων*, communionem participans, quadraginta dies ieiunij Quadrageſimæ putas tibi ſufficere ad purgationem peccatorum omnis temporis? D. Auguſtinus *tract.* 26. vt autem quiſquam viuat propter me, participatio facit quâ manducat me: ex quo apparet participationem eſſe actionem quâ manducamus Chriſtum. Baſilius *in Ethicis* ita etiam accipit dicens, quod nihil prodeſt ei qui venit ad communionem, niſi recogitet rationem ſecundum quam datur ei participatio, *μετάληψις*, corporis & ſanguinis Chriſti: nam qui indignè participat ſeu accipit, eſt condemnatus. Theophylactus: oportet nos cùm audierimus, niſi manducemus carnem Domini, vitam non habituros, in participatione *μεταλήψει* ſacrorum myſteriorum habere fidem indubitatam, & non quærere quomodo.

Reſpondetur 2. Communionem etiam non eſſe ipſam propriè Euchariſtiam ſeu corpus Chriſti, ſed eſſe effectum participationis poſteriorem ipsâ participatione, & eſſe communicationem ipſius corporis Chriſti, atque vnionem cum ipſo. Hoc ſane patet ex Chryſoſtomo *ad cap. 10. epiſt. 1. ad Corinthios*: cur Chriſtus (inquit) Dominus *κοινωνίας* (Verbo potiùs quam

μετοχῆς vſus ſit, id cauſæ fuit, vt vinculum aliquod A
arctius & firmius in illa coniunctione indicaret,
quia non tantùm participando, ſed vnum cum
Christo exiſtendo communicamus; poteſtatem
fecit omnibus vt huic carni participarent, quò
eâ nutriti, priore quæ mortua erat, abiectâ, in
vitam æternam, per hanc menſam cum eo com-
municemus: D. Paulus ideo de Iudæis loquens,
non dixit eos eſſe participes Dei, ſed altaris, quia
id adolebatur quod in altari inditum erat; ſed
de corpore Chriſti agens non ſic, ait, communi-
cationem corporis Chriſti eſſe dixit, non enim
altari tantùm ſed ipſi corpori Chriſti commu-
nicamus; *& hom. 24. in 1. ad Corinthios*, quarè
non dixit *μετοχὴ* participatio? quia amplius ali- B
quid ſignificare voluit: quemadmodum enim
illud corpus vnitum eſt Chriſto, ita & nos illi
per iſtum panem vnimur. Et certè ita eſt, par-
ticipes ſimus, vt vnum corpus ſiamus: Cyrillus
catech. 4. in figura panis datur tibi corpus, in fi-
gura vini datur tibi ſanguis, *μεταλαβὼν σώματος*
particeps corporis & ſanguinis Chriſti effectus,
ſias vnum corpus, & ſanguis vnus cum eo,
σύσσωμος καὶ σύναιμος αὐτοῦ. Leo Magnus *ſermone de
paſſione*: non aliud agit participatio corporis &
ſanguinis Chriſti, quàm vt in id quod ſumimus
transeamus. Verum tamen eſt nomen Commu-
nionis accipi aliquando pro ipſamet Euchari-
ſtia, vt effectus ſumitur pro cauſa, vt apud Samo- C
nam Epiſcopum Gazæ *in dialogo cum Achmeto*:
abſit vt dicamus ſacram *κοινωνίαν* communionem
antitypum eſſe corporis Chriſti; vel nudum pa-
nem, vel typum, vel figuram, ſed ipſum nos ve-
re corpus & ſanguinem Chriſti Dei noſtri diui-
num effectum accipere & participare: quomo-
do etiam *μετάληψις* vel participatio dici potuit
pro ipſa aliquando Euchariſtia: nam & *κοινωνία*
ſeu Communio accipitur etiam non pro ipſo
corpore Chriſti, ſed pro ſumptione & participa-
tione ipſius à D. Athanaſio *2. quæſt. variar.*
communionis, ait, denique diem, quam ſanctiſ-
ſimi corporis & ſanguinis Chriſti ſumptionem,
velut alij non pauci, tranſitum ſiue Paſcha vo-
cant. & Theophylactus accipere corpus Ieſu D
per communionem] *κοινωνίας* (id eſt per parti-
cipationem, ſumptionem) illudque deponere
in monumento exciſo ex petra, hoc eſt in anima
memore inuoluere, in ſindone, id eſt incorpore
puro excipere.

Quæres deinde an non Figura ſit nomen Eu-
chariſtiæ, ſicut & Myſterium, vt dictum eſt ſupe-
riùs, & myſticus cibus & potus, vt vocat Ori-
genes; nam myſterium & figura ſignificant ali-
quid quod ſit in ænigmate, & non in rei verita-
te, quomodo Eccleſia dicitur corpus Chriſti
myſticum ad veri corporis differentiam: nam
ſimiliter quis dicat ſi Euchariſtia vocetur my-
ſticum quid, vel figura, non eſſe ipſam E
rem.

Reſpondetur Euchariſtiam dici quidem My-
ſticum panem, vt patet ex D. Auguſtino *lib. 2.
contra Fauſtum epiſt. 13.* noſter panis, ait, & ca-
lix certa conſecratione myſticus fit nobis, non
naſcitur: & *can. vtrum 72. hac diſt. 2.* qui eſt
eiuſdem D. Auguſtini; corpus Chriſti ex ſub-
ſtantia panis dicitur myſticè conſecrari. Quini-
mo Epiphanius *lib. 2.* loquens de myſterijs no-
ſtris ea vocat *τῶν μυστηρίων τὰ αἰνίγματα*, id eſt
myſteriorum ænigmata. Dici etiam figuram à
Tertulliano *lib. 4. in Marcionem*: ſuum, ait,
illud fecit, hoc eſt corpus meum dicendo, id
eſt figura corporis mei. & à D. Auguſtino *in
pſalm. 3.* Chriſtus, ait, Iudam adhibuit ad con-
uiuium in quo corporis & ſanguinis figuram
commendauit & tradidit: verumtamen ita dici
myſterium & figuram, vt non excludatur veri-
tas & res ipſa; ratio enim myſterij eſt vt tan-
tùm ſignificet rem abſconditam & latentem,
non verò abſentem, vt rectè D. Hieronymus
author Græcus *in dialogo cum Iudæo, de Trinita-
te, a Federico Morello in latinum converſo*: ete-
nim (inquit) myſterium quod percipitur nec
latet, non ampliùs myſterium manet; quod
vero nihil habet myſterij haudquaquam eſt ad-
miratione dignum; & ita D. Hilarius *lib. 7. de
Trinitate*, vocat incarnationem Chriſti, myſte-
rium hominis aſſumpti, non quòd non verè aſ-
ſumpſerit naturam humanam, ſed quòd ita
aſſumſerit, vt non appareret diuina, ſed huma-
na tantùm: & D. Chryſoſtomus, de his Sacra-
mentis corporis & ſanguinis Chriſti, ea dicebat
eſſe quidem corporea & carnea, ſed myſticè in-
telligenda, *πνευματικὰ ὄντα ἰδεῖν μυστικῶς ἐστίν*. Dici etiã
Figuram, ſed ſimul cum veritate rei ipſius, vt
videre eſt ex verbis locorum Tertulliani & D.
Auguſtini ante allatorum: & confirmatur ex
can. 72. diſtinct. hac 2. de conſecrat. qui eſt eiuſ-
dem D. Auguſtini: corpus, ait, Chriſti, & ve-
ritas & figura eſt; veritas quando virtute Spiri-
tus Sancti ſubſtantia panis & vini fit caro &
ſanguis Chriſti; figura quod extrinſecus appa-
ret, & Paſchaſius *libro de corpore & ſanguine
Domine cap. 4.* iure, ait, ſimul veritas & figu-
ra dicitur, vt ſit figura vel character veritatis,
quod exterius ſentitur, veritas verò quidquid
hoc myſterio interiùs rectè intelligitur, aut cre-
ditur. & *can. 79. hac diſtinct. 2. de conſecratione*,
vbi affertur eadem penè ratio: corpus, ait, Chri-
ſti quod ſumitur de altari, figura eſt dum panis
& vinum extra videtur, veritas autem dum cor-
pus & ſanguis Chriſti in veritate interiùs credi-
tur: ita vt dici poſſit cum D. Auguſtino *alio loco*,
corpus Chriſti in Euchariſtia eſſe ipſum & non
ipſum; ipſum abſconditum in myſterio & ſa-
cramento: non ipſum viſibiliter, & vt erat in
cruce.

Denique Euchariſtia dicitur *τὸ προκείμενον* con-
cilio Epheſino *Anathemate 11.* ſacrum viuifi-
cum & incruentum in Eccleſiis celebramus ſa-
crificium, credentes eſſe corpus propoſitum
προκείμενον, & pariter pretioſum ſanguinem,
non vnicus hominis communis, quales nos ſu-
mus. Photius *apud Oecumenium*: non diiudi-
cans corpus Domini, hoc eſt non cogitans, ne-
que expendens magnitudinem eorum quæ pro-
poſita ſunt, *τῶν προκειμένων*: ſi diſceremus
quis eſt iſte qui propoſitus eſt, non egeremus
alia re, i ſed hoc ipſum nos ſobrios efficeret. D.
Chryſoſtomus *homilia in myſticam cœnam*, ac-
cedis ad ſacrificium tremendum: Chriſtus
προκείμενος propoſitus eſt immolatus, ſed cogi-
ta qua de cauſa immoletur; *& hom. 41. ad 1. Co-
rinth.* non temerè memoriam facimus eorum
qui obierunt, in diuinis myſteriis, & pro ijs ſup-
plicamus agnum propoſitum, *προκείμενον*, qui
vere ſuſtulit peccata Mundi: *& in 1. Corinth.
10. cap.* cùm videris Dominum immulatum &
propoſitum, & Pontificem aſtantem ſacrificio,
&om-

A & omnes illu ſanguine diuino rubentes. Verum tamen eſt quod nou ſolum corpus Chriſti dicitur propoſitum, ſed vt eſt ſub ſpeciebus panis, & ſacramentaliter; vt patet ex Nicæna ſynodo: in menſa diuina rurſus ne deiecto animo ad panem & calicem propoſitum attendamus, ſed elatâ cogitatione per fidem intelligamus iacere in hac menſa ſacra Agnum Dei &c. Vnde panis ipſe qui proponitur, vt conuertatur in corpus Chriſti Dicitur Propoſitus, vel donum propoſitum. Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus: Spiritus Sanctus, ait, manu ſacerdotis, ſigno crucis ſignat, & mutat, & perficit propoſita ſancta dona in corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti: & D. Chryſoſtomus *hom. 24. in 1. Corinth.* hoc corpus in B præſepi poſitum reueriti ſunt Magi, & cum tremore adorarunt; tu vides non in præſepi ſed in altari, non mulierem geſtantem ſed Sacerdotem aſtantem, & Spiritum cum multa affluentia advolantem ad propoſita dona: & D. Baſilius *in Liturgia*, te rogamus vt veniat Sanctus tuus Spiritus in nos & hæc dona propoſita, eaque benedicat, & ſanctificet, & efficiat panem hunc pretioſum corpus Domini: & Samonas *in dialogo cum Achmete*, ſacerdos, ait, qui perſonam Chriſti ſuſtinet, Deum precatur vt mittat Spiritum ſuum ſanctificantem, vt & perficiat panem propoſitum ad ſacrificium, eumque faciat C illud ipſum corpus Domini & ſanguinem Chriſti. Idemque Chryſoſtomus *hom. de myſt. cœna:* Dominus idem eſt qui res propoſitas ſanctificat & transmutat, nos Miniſtri tantùm ſumus.

DISTINCTIO III.

DE CONSECRATIONE.

D

In hac Diſtinctione *agitur* de Ferijs, de Imaginibus, de Aqua benedicta, & de fide Trinitatis.

Quod ad 1. attinet ſciendum eſt ex Gregorio Nazianzeno *orat. 44. in ſanctam Pentecoſtem*, Feſtos dies & Iudæum agere, & Gentilem, & Chriſtianum; Iudæum iuxta litteram, Gentilem iuxta corpus, Chriſtianum verò vt Spiritui gratum eſt: nec feriari noſtrum, quidquam eſt aliud, quàm animæ aliquid eorum aggerere quæ firma & ſtabilia ſunt, ac manibus tenentur, non autem ſuffugiunt & dilabuntur: denique vt idem Nazianzenus dicit, & Zona- E ras *ad can. 66 ſynodi Trullanæ*, ſpiritualiter nobis feriandum eſt, ἑορτάζειν πνευματικῶς: idemque *orat. 6 circa finem*: ſufficit, ait, corpori malitia ſua, vt non ſit neceſſe pro corpore feſtum celebrare. Feriari verò Paganorum, erat luxu diffluere; vnde Antiſtheues vocabat diem feſtum, occaſionem ingurgitationis, ἑορτὴν γαστριμαργίας ἀφορμήν. At nos ſpiritu & animâ feſtum celebramus, iuxta illud Dauidicum *pſal. 75.* & reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi, id eſt minimæ cuiuſcumque cogitationis portiunculæ, vt explicat Euthymius, & Apollinaris, τὸ λείψανον αὐτοῦ νοήματος δίδου ἑορτήν.

A Et quod non oporteat nos cum Iudæis agere feſtum eſt *can. 37. ſynodi Laodicenæ*, nec cum Gentilibus eſt *can. 29. eiuſdem ſynodi, & can. 70. & 71. Apoſtolorum.*

Præcipua verò cauſa Feſtorum, & velut caput fuit vt Deum memoriâ coleremus, κεφάλαιον ἑορτῆς μνήμη θεοῦ, caput feſti eſt Dei memoria, vt ait idem Gregorius Nazianzenus *orat. 39.* quod vt confirmet vtitur illo loco *pſal. 41. & 68.* in voce exultationis & confeſſionis ſonus feſtum agentium; & rurſus, quaſi lætantium hominum habitatio eſt in te: & addit quod nihil aliud hic ſonus eſt, quàm Dei laus, quæ ab ijs prædicatur qui ſunt in cœlo, vt rectè etiam Nicetas Scholiaſtes: quod confirmat B Iſidorus Peluſiota *lib. 2. epiſt. 116.* illud autem, ait, ne ſis neſcius, Deum beneficiorum ſuorum monimenta feſtis & olim, & nunc aſtruxiſſe, vt qui feſtos Dies agitant, eorum memoriam auribus inſonantem habentes, non ad temulentiam, ſed ad gratiarum actionem & virtutem ſeſe conuertant: & Zonaras in *can. 66. ſynodi Trullanæ*, ait, nos dies agere feſtos, Dei laudes celebrando ſpirituali lætitiâ, pro ijs quæ admirabilia fecit, quodque nos Diabolo mancipatos liberauit: feſtiuitas enim, vt ait Euthymius in *pſalm. 75.* nihil aliud eſt quam declaratio & manifeſtatio ſolemnitatis illius cuius feſtum celebratur. Et rectè Paulinus *in* C *S. Fœlicis Natali nono*, dicit Deum diſtinxiſſe annum feſtis, quemadmodum diſtinxit cœlum ſtellis, & arua floribus, vt præparemus Domino mentes noſtras:

Ergo velut cælum ſtellis, & floribus arua,
Temporibusque annos Dominus, ſic ipſe diebus
Tempora diſtinxit feſtis, vt pigra diurnis
Ingenia obſequijs, ſaltem diſcrimine facto,
Poſt interuallum reduci ſolemnia voto
Sancta libenter agant, reſideſque per annua mentes
D *Feſta parent Domino.*

Eſt & alia cauſa propter quam Deus inſtituit Feſta, nempe quia miſertus eſt generis humani: nam cùm ad laborem natum productumque videret, vt tantiſper à laboribus quieſceret, dies feſtos inſtituit, quibus feriaretur, vt refert Clemens Alexandrinus *lib. 3. ſtromat.* & Seneca *libro de tranquillitate animi cap. 15.* legum, ait, Conditores, Feſtos inſtituerunt dies, vt ad hilaritatem homines cogerentur, tanquam neceſſarium laboribus interponentes temperamentum.

E Tertia cauſa eſt propter quam præcipuè Sanctorum Feſti dies ſunt inſtituti, vt intelligamus inſtitutos eſſe tum ad memoriam ipſorum Sanctorum Martyrum, qui antea tale certamen confecerunt, tum ad eorum exercitationem, mentiſque ad talem conſtantiam præparationem, qui poſtea Chriſtum eo genere mortis conſeſſuri ſunt, vt refert Euſebius *lib. 4. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 14. circa finem*, & Chryſologus *ſerm. 129. in S. Cyprianum*, loquens de feſtis Martyrum, celebrantur annua, ne dicas oblitus ſum: & diuus Bernardus *ſermone de vigilia Apoſtolorum Petri & Pauli*: tria ſunt, ait,

Tt

quæ in Feſtiuitatibus Sanctorum vigilanter A conſiderata debemus, auxilium ſancti, exemplum eius, confuſionem noſtram: auxilium, quia ſi potentes in terra, potentiores in cœlo, nec patria immutauit charitatem, nec quia impaſſibiles ideo incompaſſibiles, imò magis, quia magis agnoſcunt miſerias noſtras; exemplum, quia non declinauerunt ad dextram, neque ad ſiniſtram, & quia pleni humilitate, confuſionem, quod ex eodem luto formati, non faciamus opera eorum, quia non imitamur, &c.

Feſti igitur dies ſiue Dei, ſiue Martyrum, ſpiritualiter ſunt celebrandi, & cum magna B puritate; Sanctorum enim Feſtiuitates magis ad animas quam ad corpora pertinent, vt dicit D. Bernardus *in Feſto omnium Sanctorum ſerm.* 1. & id probat, oſtenditque præclare Origenes *in Numeror. cap.* 28. *homil.* 23. myſtica interpretatione Feſtorum veteris Teſtamenti, quod prima Dei Feſtiuitas eſſet quæ appellabatur *indeſinens*, vt ſine intermiſſione oremus, iuſti & ſancti ſimus; 2. Feſtum *Sabbati*, vt deſinamus ab operibus ſæcularibus; 3. Neomeniæ, vt nos renouemus cum Deo; 4. *Paſchæ*, vt tranſeamus à vita noſtra ad meliorem; *Azimorum*, vt fermentum omne malitiæ eijciamus; 6. *nouorum fructuum* cum primitiæ C dantur de ijs Deo, vt fructum operum bonorum Deo oſtendamus, bona ſeriò ſeminando in anima; 7. Feſtiuitas *Septimorum*, id eſt ſeptimi menſis, in quo fit, menſis tubarum, vt pſallamus Deo; 8. quæ dicitur cum affligunt animas, ſeu *afflictio animæ*, vt ſcilicet nos humiliemus Deo; nona & vltima Feſtiuitas *Scenenopegia*, id eſt tabernaculorum, vt cogitemus nos in hoc Mundo velut in tabernaculis habitare, nec habere ſtationem. Et Petrus Damiani *epiſt.* 16. *lib.* 4. vbi etiam omnes Feſtiuitates Iudæorum D ſpiritualiter & myſticè interpretatur, & variis officiis ſpiritualibus Chriſtianorum accommodat.

Declarandi ſunt igitur dies Feſti populo, & pronunciandum Laicis, vt ſciant tempora feriandi per annum, & norint maximè per omnem Dominicam feriandum à veſpera ad veſperam, ne Iudaiſmo capiantur, *can.* 1. Item quod Feriandi per annum iſti dies ſunt, Natalis Domini, S. Stephani, S. Ioannis Euangeliſtæ, Innocentium, S. Silueſtri, octauæ Domini, & Theophaniæ, Purificatio Sanctæ Mariæ, Sanctum Paſcha cum tota hebdomada, Rogationes tribus diebus, Aſcenſio Domini, Sancti dies Pen- E tecoſtes, S. Ioannis Baptiſtæ, duodecim Apoſtolorum, maximè Petri & Pauli, S. Laurentij, Aſſumptio B. Mariæ, Natiuitas eiuſdem Mariæ, dedicatio Eccleſiæ Sancti Michaelis Archangeli, dedicatio cuiuſque oratorij, & omnium Sanctorum, & S. Martini, *dicto can.* 1. & illæ Feſtiuitates quas Epiſcopi ſinguli ſuis in Epiſcopatibus cum populo collaudauerint, id eſt approbauerint, quæ vicinis tantùm commorantibus indicendæ tamen ſunt, non generaliter omnibus; reliquis verò Feſtiuitatibus non ſunt cogendi ad faciendum, nec prohibendi.

A Item indicendum eſt Ieiunium, & indictum, quando fuerit denuntiatum, ab omnibus obſeruetur, *dicto can.* 1. qui eſt ex concilio Lugdunenſi: & ita in *Conſtitutionib. Apoſtolicis lib.* 5. *cap.* 12. indicitur eadem conſtitutione ieiunium, qua dierum Feſtorum obſeruatio præſcribitur.

Verùm ſciendum eſt; non vbique eoſdem dies Feſtos agi: nam apud Græcos aliter quidam celebrantur quàm apud Latinos, vt patet ex conſtitutione Emanuelis Comneni, quæ refertur a Balſamone *ad cap.* 1. *Tit.* 7. *in Nomocanon. Photij.*

B Ne verò illis ſolemnitatibus populus ſaltationibus & canticis turpibus indulget, nec ſic ſibi noceant, & Religioſorum officia obſtrepat, ſtatuitur *can.* 2. qui eſt ex concilio Toletano, quod vocat has ſaltationes cum cantionibus conuoctas Ballematia, à verbo βαλλίζειν, ἰσχιάζειν, vt loquitur ſynodus Laodicena, quod eſt ſe iactare ſaltando. Ideo Iſidorus putauit in *gloſſis* Ballematia eſſe inhoneſtas cantationes: Ballematia, an, inhoneſtæ cantationes, & carmina, iocaque turpia, ſed hoc dicit quia ſaltationes illæ fiebant ad rithmum cantationis: idemque dixit cymbala balle-C marica *lib.* 3. *originum cap.* 31. Sunt igitur balliſtia, compoſitæ ad ſaltandum cantationes: Vopiſcus *in Aureliano*: refert Theoclius Aurelianum manu ſua bello Sarmatico vno die quadraginta & octo interfeciſſe, adeo vt etiam baliſtia (vel baliſtea) pueri, & ſaltatiunculas in Aurelianum tales componerent, quibus diebus Feſtis militariter ſaltitarent (vt reponit Petitus)

Mille	3. vel 6.
Vnus homo decol-	2.
lauimus	2.
Mille viuat,	3.
D *Mille qui occidit:*	2.
tantùm	
Vini habet nemo,	
quantum	
Sanguinis fudit.	

Hi verſus erant trochaici: vides enim ibi ἡμίμετρα, δίμετρα, καὶ μονόμετρα trochaica, exceptis ſexto, & octauo, quæ ſunt ἡμίμετρα ſpondaica. Vopiſcus author non poſuit verſus, vt erant compoſiti, ſed vti canebantur in ſaltando; nam vt canebant, vox *mille* repetebatur ſæpius in primo verſu, ter vel ſexies, in quarto, ter, in quinto bis, itemque ſecundus tertiusque verſus integri etiam iterum repe-E tebantur: poterat etiam conſtare cantilena ex ἡμιμέτροις, μονομέτροις, καὶ διμέτροις trochaicis, ita vt in ſexto & vltimo verſu vox vna *mille* quinquies repeteretur in cantu, licet ſemel eſſet poſita in verſu: quare cantilena alia Voſpici ita reſtituenda.

Mille
Sarmatas
Mille Francos,
Semel & ſemel occidimus,
Mille Perſas quærimus.

Vopiſcus enim hæc omnia coniungit & repetit, quia reſpexit non ad verſus vti ſcribebantur, ſed vt canebantur, vt notat Petitus *lib. 3. miſcellaneorum cap.* 10. contra Salmaſium, qui aliter legit: ex quo loco apparet quæ fuerit illa ballematia, cantio ſcilicet incompoſita & indigeſta, & in verborum tantum compoſita modulatione conſiſtens: de quo rithmo Beda *libro de metris*, vbi affert etiam exempla plurima ex ſacris hymnis. Idem prohibetur in concilio Cabilonenſi 1. *can.* 19. multa, ait, quidem eueniunt, quæ dum leuiter corriguntur, ſæpius maiora conſurgunt: valde enim omnibus noſcitur eſſe indecorum, quod per dedicationes Baſilicarum, aut Martyrum feſtiuitates, ad ipſa ſolemnia confluentes, cum choris fæmineis turpia quædam & obſcœna cantica decantare videntur, dum aut orare debeant, aut Clericos pſallentes audire; vnde conuenit vt Sacerdotes loci talia à ſeptis Baſilicarum, vel porticibus ipſarum, ac etiam ab ipſis atriis vetare debeant & arcere: placuit etiam Rogationes, id eſt Litanias ante Aſcenſionem celebrari, ita vt præmiſſum triduanum ieiunium in Aſcenſione ſoluatur, & per hoc triduum ſerui & ancillæ ab opere relaxentur, quo plebs tota conueniat: *can.* 3.

Litaniarum vſus eſt antiquus in Eccleſia. D. Chryſoſtomus *ſermone antequam exiret in exilium*, αὔριον εἰς λιτανείας ἐξελεύσομαι μεθ᾽ ὑμῶν cras vna vobiſcū proficiſcar ad litanias. Dicuntur etiam ſupplicationes, & apud Sabæ *ca.* 41. fiebant autem prælatâ cruce, & ſanctorum imaginibus. Idem λιτανείαν ἐποιήσαμεν μετὰ τῶν τιμίων τοῦ σταυροῦ ξύλων, καὶ τῶν σεπτῶν εἰκόνων, id eſt ſupplicationem in communi inſtituimus cùm ſacroſanctis crucis lignis, & venerandis imaginibus.

Porro ſolemnitas Paſchæ, Natalis Domini, & Quadrageſimæ non poteſt à ciuibus in villa celebrari, niſi ſint in infirmitate conſtituti *can.* 5. Et inſuper præceptum vt die Dominica, & in diebus feſtis Pentecoſtes omnes orent ſtantes, non genua flectentes *can.* 10.

Die vero Sabbati ieiunandum eſt, neque feriandum. Et quod attinet ad ieiunium in Sabbato, illud ſemper obſeruatum fuit in Eccleſia Occidentali Romana, ſeu Latina, vt patet ex ſynodo Trullana *can.* 55 & Socrate *lib.* 5. *cap.* 22. vbi de Romanis dicit quod πᾶν Σάββατον νηστεύουσιν, id eſt omnem Sabbati diem ieiunant. Confirmatur ex D. Auguſtino *epiſt.* 66. *&* *epiſt.* 118. vbi approbat hanc Eccleſiæ ſiue determinationem, ſiue obſeruationem; & ex concilio Agathenſi *in noſtra hac diſt.* 3. relato *can.* 9. placuit, ait, vt omnes Eccleſiæ ſibi, exceptis diebus Dominicis, in Quadrageſima, etiam die Sabbati ieiunent: & concilio Eliberitano *can.* 26. & rationem vnam reddit Innocentius 1. *epiſt.* 1. *cap.* 4. & referiur *can.* 13. *hac diſt.* 3. quia cum dies Veneris ſit dies triſtitiæ propter Chriſti Mortem; dies vero Dominica, dies lætitiæ propter Reſurrectionem, oportet vt Sabbatum inter hæc duo incluſum, non prætermittatur ſine ieiunio, maximè cum Apoſtoli ieiunarint die paraſceues; & Sabbato Sancto, *dicto can.* 1. *hac diſt.* Ieiunabant autem, illud biduum etiam Fideles ſine vllo cibo traducentes, vt patet ex ſynodo Trullana *can.* 91. & *conſtitutionibus Apoſtolic. lib.* 5. *cap.* 19. continuato ieiunio, etiam Græci, licet aliis Sabbatis non ieiunarent, idque propter hæc verba quæ dicuntur de Chriſto: quando ablatus fuerit ab eis Sponſus, tunc ieiunabunt, vt refert & annotat Balſamo *ad can.* 66. *Apoſtolorum.* Verùm Latini non tantùm illo Sabbato ieiunandum putarunt, ſed omnibus aliis, quorum forma ieiunij ſumenda eſt ex ieiunio Sabbati Sancti, quod in aliis Sabbatis commemoratio illius diei ſit ſemper celebranda, vt rectè Innocentius dicto *can.* 13. qui inſuper arguit Græcos vnico illo Sabbato ieiunantes, nam ſimiliter, ait, ſemel & in hebdomada Sancta feria ſexta erit celebranda, & vnica Dominica Paſchæ, vt ſemel illi volunt Sabbato Sancto ieiunandum, *dicto can.* 13.

Græci vero non ieiunabant die Sabbati, vt patet ex ſynodo Trullana *dicto can.* 55. & ſecundum eorum obſeruationem ſuppoſitos eſt ab eis *can. Apoſtolicus* 66. quia die Sabbati feriari ſolebant, vt patet ex alia ſuppoſititia conſtitutione, quæ refertur in *conſtitut. Apoſtolicis lib.* 7. *c.* 24. nam nec ieiunium eorum in Sabbato manauit vnquam ab illa conſtitutione Apoſtolorum, vt rectè oſtendit D. Auguſtinus *epiſt.* 118. nec feriatio, vt patet ex concilio Laodicenſi *can.* 29. vbi ſtatuitur ne ſint otioſi Chriſtiani diebus Sabbati, & *can.* 12. *hac diſt.* 3. vbi Gregorius Papa definit non eſſe feriandum, eoſque qui iubent eſſe feriandum, vocat Antichriſti prædicatores, quoniam Antichriſtus Sabbatum & diem Dominicum ab omni opere cuſtodiet. Die ergo tantum Dominico feriabitur, in quo tamen licet lauari, ſi neceſſe ſit corpori, *dicto can.* 12.

Superioribus feſtis additur Crucis Domini noſtri Ieſu Chriſti feſtum quod celebratur pro Inuentione eius, quæ quinto nonas Maij inuenta eſt, *can.* 9.

Quod verò attinet ad Paſcha, illud die Dominico annuis temporibus eſt celebrandum, vt Hermes doctor docuit *can.* 21. *&* 22. Et magna eſt ſolemnitas illius diei Paſchæ, qui dicitur dies Regina dierum, à Gregorio Nazianzeno *orat.* 19. & feſtiuitas feſtiuitatum, ab eodem Nazianzeno *orat.* 42. Vno vero die & tempore eius ſolemnitas per totum orbem ſtatuitur celebranda, *can.* 23 *&* 26. vnde obſeruabatur in oriente præſertim, vt à primis Eccleſiarum Patriarchis mitterentur quoquauerſum epiſtolæ ad inferiores Epiſcopos, quibus certiores fierent quo die ſacrum Paſcha eſſet celebrandum, vt ſcribit Caſſianus *in libro collationum*, & ea de re eſt epiſtola Gregorij Nazianzeni 52. *ad Helladium Cæſarienſem Epiſcopum, Succeſſorem D. Baſilij*; vbi dicit ſe feſti ſymbola accepiſſe, & vt oret precatur, vt rurſus Feſti ſubmoueatur, & viciſſim ſubmoneat (ſupple inferiores.) Vnde in concilio de ea re habito obſeruabatur quota Calendarum die, vel Luna ſuſcipi deberet ſuperuenturum cuius libet anni Paſcha, & Metropolitano intimabatur, quod cæteri Epiſcopi vel Clerus Breuicolo ſubnotantes, vnuſquiſque in Eccleſia ſua, veniente Natali Domini die, aſtante populo poſt Euangelicam lectionem annuntiabant, *can.* 24. & denique formatarum ſubſcriptione dies ille omnibus intimabatur *can* 25. Hæ literæ Paſchales, dicuntur panegyrici, ex a Syneſio *epiſt.* 8. *&* 13. Et in ſynodo Nicæna

iniunctum Alexandrino Epiſcopo vt quotannis literas Paſchales mitteret, & vt diem Paſchæ Romano Pontifici ſignificaret, vt patet ex Leone Papa *epiſt. 64. ad Marcian.* & extant epiſtolæ Paſchales Theophili.

Tantus verò honos huic diei tribuebatur, vt ſi concilium circa illud tempus conuocatum eſſet, dies Paſchæ non deberet impedire *dicto canon. 24.* Nam ſciendum eſt Paſchatis celebrandi diem fuiſſe valdo controuerſum, non quidem initio, quandiu præfuerunt Eccleſiæ Hieroſolymitanæ quindecim Epiſcopi natione Iudæi, teſte Epiphanio *hæreſi 70.* at tempore Victoris, qui etiam iuſſit vt celebraretur die Dominica, orta quæſtione circa diem Paſchæ, ex eodem Epiphanio, & Euſebio *lib. 5. hiſtoria*; vbi refert Epiſtolam Irenæi ad Victorem, maximè propter Quartadecimanos, qui ſemper Paſcha celebrabant 14. Luna Martij, vel etiam decimo quarto menſis Martij, vt aliqui putant; de qua hæreſi Euſebius *loco citato*, & Epiphanius *hæreſi 30. vel. 50.* & tandem etiam renouata eſt inter Epiſcopum Alexandrinum, & Creſcentium, ex eodem Epiphanio, vſque ad Nicænam ſynodum, in qua conſtitutum eſt vt vnâ die celebraretur, cùm varie id fieret; nam variæ à variis erant deſcriptæ octaeterides Paſchales. Atque Hippolytus cyclum Paſchalem hecædecaëteridum ex octaeteridibus confecit, atque deſcripſit. Verum cùm in octaeteridibus illis, ſiue etiam hecædecaëteribus Hippolyti eſſet aliquit defectus, Dionyſius alium Cyclum dedit, & Hippolyti hecædecaëteridem correxit ex Euſebio *lib. 7. hiſt.* & adhuc cùm ille Dionyſij cyclus non careret vitio, Anatolius quidam Alexandrinus enneadecaëteridem compoſuit, de qua Euſebius *eod. lib.* & Anatolius inchoauit ſuam enneadecaëteridem à temporibus illis Victoris: ſed nec tamen vbique recepta videtur illa fuiſſe enneadecaëteris Anatolij: fuit & octaeteris Theophili, de qua Beda. & Euſebius.

Tandem Nicæni nouam fecerunt Enneadecaëteridem, imitantes in hoc Anatolium: ſed tamen etiam immutantes; de quo nouo circulo Ambroſius *epiſt. 83.* Quæ Enneadecaëteris in concilio fuit firmata ex Euſebio *lib. 4. de vita Conſtantini.* Nihilominus tamen retinuerunt Conſtantinopolitani ſuos cyclos, quos Maximus vocauit ὀξέπλωτι ἢ ποτέχλωτ, quibus decima quarta Luna erat aliquando quarta decima, aliquando decima ſexta; idque vſque ad tempora Iuſtiniani, qui iuſſit celebrari Paſcha iuxta Nicænos cyclos. Romæ etiam alij cycli, vt computat Innocentius 1. *epiſt. ad Aurelium Epiſcopum Carthaginis*, & Leo Magnus *epiſt. 68. ad Iulianum Epiſcopum*, & Sigebertus *anno* 417. & Gregorius Turonenſis *lib. 5. hiſt. cap. 17.* Vide etiam Victorinum *in prologo magna ſua periodi apud Bedam*; qui Victorinus nouam Enneadecaëteridem fecit. Patet etiam quoſdam Latinos in Italia celebraſſe iuxta alium cyclum, ex Sigeberto *ad annum* 417. & in Hiſpania ex Gregorio Turonenſi *lib. 5. cap. 17.*

Rurſus decretum eſt, & omnibus præceptum Sacerdotibus, vt ante Paſchæ ſolemnitatem, non Quinquageſima, ſed Quadrageſima teneatur, *can. 6.* Item ne liceret Feria 5. nouiſſimæ ſeptimanæ Sanctæ ſoluere ieiunium, & omnem exhonorare Quadrageſimam, ſed ſincere abſtinendo totam Quadrageſimam peragere, *can. 7. & 8.* Ieiunatur autem, vt diximus, in Quadrageſima omnibus diebus Sabbati; tantum excepitis Dominicis, *can. 9.* Sabbato verò eſſe ieiunandum iſtâ ratione demonſtratur: ſi enim diem Dominicum ob venerabilem Reſurrectionem Domini Ieſu non ſolùm in Paſcha celebramus, ſed etiam per ſingulos circulos hebdomadarum ipſius diei imaginem frequentamus, ac ſexta feria propter paſſionem Domini ieiunamus; Sabbatum prætermittere non debemus, quia inter triſtitiam & lætitiam temporis huius incluſum eſt: vndè & Apoſtoli biduo illo fuerunt incluſi ob timorem Iudæorum, nec ſine ieiunio: ideo & Eccleſia illo biduo non celebrat Sacramenta: quæ vtique forma per ſingulas tenenda eſt hebdomadas propter commemorationem huius diei *can. 13.* Ieiunium verò, vt diximus, diei Dominici celebrari non debet nec etiam olim Feriæ quintæ *can. 14. & 16.* ſed feriæ quartæ, quia Iudas tunc de traditione Domini cogitauit; & feriæ ſextæ, quia Chriſtus crucifixus eſt, *dicto can. 16.*

Singulis porro annis quinta feria in cœna Domini Epiſcopi chriſma conficere debent, *canon. 18.* & vetus chriſma cremare *dicta can. 18.*

De Eſu vero Carnium in anno ita ſtatuitur ex vetuſta traditione *can. 11.* vt à cœnæ termino quæ fit in principio noctis quartæ feriæ, quæ luceſcit in quarta feria, vſque ad diluculum quintæ feriæ, & ſimiliter à cœna noctis feriæ ſextæ, quæ luceſcit in ſexta feria, non imperitè ieiunatio vſque ad Sabbati lucem fiat, & protendatur, quantum de diei parte aliquis ieiunare maluerit, & debuerit, *dicto can. 11.*

Statuitur etiam vt reconcilientur Pœnitentes feriâ quintâ ante Paſcha: & de pondere & numero peccatorum iudicet Sacerdos, *can. 17.*

Quod ad 2. attinet, quod eſt *de Imaginibus Sanctorum*, non eſt neceſſe de ea re ampliùs inquirere, cùm iam 7. ſynodo generali definitum ſit Imagines Sanctorum admittendas eſſe, atque honorandas: verum enim eſt quod dicebat Adrianus Papa in ea ſynodo *act. 2.* ſcribens ad Conſtantinum & Irenem, quod in vniuerſo Mundo vbi Chriſtianitas eſt, ipſæ ſacræ imagines permanentes, ab omnibus fidelibus honorantur, vt per viſibilem vultum ad inſenſibilem Diuinitatis Maieſtatem mens noſtra rapiatur affectu ſpirituali, per contemplationem imaginis figuratæ, quam Filius Dei pro noſtra ſalute ſuſcipere dignatus eſt; quod confirmat, quia Moyſes in veteri Teſtamento iuſſu Domini æneum ſerpentem poſuerit in ſignum, quem etiam qui aſpicerent ſanarentur; quod Salomon in templo Cherubinos effinxerit &c. ſed & ſancti Patres in hac ſententia fuerunt, vt D. Baſilius in *epiſt. ad Iulianum tranſgreſſorem*, confiteor, ait, ſequor, & credo in vnum Deum Patrem omnipotentem, Deum Filium, Deum Spiritum Sanctum, vnum Deum, hæc adoro & glorifico, confiteor autem & Filij incarnatam diſpenſationem, & Dei genitricem, quæ ſecundum carnem eum genuit, ſanctam Mariam; ſuſcipio verò & ſanctos Apoſtolos, Prophetas, & Martyres, qui ad eum faciunt deprecationem, quia per eo-

rum interuentionem propitiator mihi efficitur A miſericordiſſimus Dominus, & remiſſionem mihi facinoſum donat, pro quo & figuras Imaginum eorum honoro, & adoro, & veneror ſpecialiter; hoc enim traditum eſt à ſanctis Apoſtolis, nec eſt prohibendum: ideo in omnibus Eccleſiis noſtris eorum deſignamus hiſtoriam. D. Chryſoſtom. *ſermone quod veteris & noui teſtamenti vnus ſit Legiſlator*, & in veſtem ſacerdotis: ego & cera perfuſam dilexi picturam pietate repletam, *ἐγὼ ἠ τὴν κηρόχυτον ἠγάπησα γραφὴν εὐσεβείας*. Et in dogmatibus quæ mota ſunt inter Maximum & Theodoſium Epiſcopum Cæſareæ Bithyniæ, & conſules qui cum B ipſo erant, dicitur quod cùm eorum congregatio in pace finiretur, ſurrexerunt omnes, & miſerant metanœam, & oratio facta eſt, & vnuſquiſque ipſorum Euangelia ſancta, crucemque pretioſam, & imaginem Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, & Dominæ noſtræ, quæ eum genuit ſanctiſſimæ Dei genitricis, ſalutauerunt, ponentes & proprias manus in confirmationem eorum quæ dicta fuerant: & Leontius Epiſcopus Nicopoleos Cypri *Serm. 5. pro Chriſtianorum apologia contra Iudæos, ac de imaginibus ſanctorum*, maxime probat eas poſſe fieri atque coli: eia nunc, inquit, de cætero ſuper venerantes pictis imaginibus apologiam faciamus, legalis enim eſt hæc traditio; & audi C Deum dicentem ad Moyſem, imagines duorum Cherubin aureorum ſculptilium conſtrue, & paulo poſt; ita & nos Chriſtianorum filii, Crucis ſignum, & annulum, & Characterem Chriſti, eum aſpicientes, per eum, illum, qui crucifixus eſt in eo ſalutamus & adoramus: & infrà; ſicut Iacob acceptam à filiis ſuis tunicam variam & ſanguinolentam, Ioſeph deoſculatus eſt cum lachrimis, & propriis oculis hanc circumpoſuit, & non veſtimentum amans, Ioſeph oſculari, & in manibus eum habere; ita & vniuerſi Chriſtiani imaginem Chriſti, vel Apoſtolorum, aut Martyrum tenentes, aut ſalutantes carne & animâ ipſum Chriſtum æſti- D mamus, vel Martyrem eius habitum retinere; & infra: non enim vt Deos ſalutamus eos, ſed affectionem naturæ noſtræ ergo illos per oſculum demonſtramus; intentio enim requiritur, in omni ſalutatione, & adoratione, *ὁ σκοπὸς ἐξετάζεται ἐπὶ παντὸς ἀσπασμοῦ, ἠ ἐπὶ πάσης προσκυνήσεως*. Et Sophronius Archiepiſcopus Hieroſolymitanus *De laude in Sanctos Cyrum & Ioannem*: alij, ait, aliter ſanctos honorificant, multifaria dona eorum prædicantes, alij templorum excelſorum erectionibus, alij variorum marmorum ornamentis, alij ſplendidis pictorum artificiis, alij ſericis & bombicinis &c & Ioannes Epiſcopus Theſſalonicenſis *Serm. cuius initium eſt, vſque nunc Dominum noſtrum*; vbi gentilis græcus ei dixerat, vos ergo in Eccleſiis imagi- E nes num pingitis & adoratis, & non ſolùm ſanctis, ſed ipſi Deo veſtro? ſic ergo æſtima & nos ſimulachra circumferentes, non ea adorare, ſed incorporales virtutes quæ per illa placantur; Sanctus reſpondit: ſed nos imagines hominum factorum ſanctorum, videlicet Dei ſeruorum, & corpora ferentium facimus ad recordandum & honorandum eos, & infra: eos qui per picturam indicantur, glorificamus? & ſanctus Epiſcopus Stephanus Boſtron *de imagine ſanctorum*: de imaginibus vero ſanctorum, ait, confitemur quoniam omne opus, quod fit in nomine Domini, bonum eſt & ſanctum; aliud enim eſt imago, & aliud ſimulachrum, id eſt ſtatunculus: quando enim Deus Adam plaſmauit (id eſt condidit) dicebat, faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, non intelligebat fieri idolum. Et paulò poſt: omnis enim imago, in nomine domini, aut Angelorum, aut Prophetarum, aut Apoſtolorum, aut juſtorum facta, ſancta eſt; non enim lignum adoratur, ſed id quod in ligno conſpicitur & memoratur, honorificatur. Nam vt rectè Euthymius *in pſalm.* 135. Sanctorum Imagines, quæ & aurum & argentum ſunt, & opera manuum hominum, tamen Idola non ſunt; quoniam idolorum quidem primæ ſpecies, ac prima eorum argumenta, falſa ſunt; fabulæ nimirum, quæ nullâ veritate ſubſiſtunt, Deos enim effingunt qui Dei non ſunt: at ſanctorum imagines, primas ſuas ſpecies veras habent, ac prima eorum argumenta vera ſunt, quoniam ſecundum veram rerum hiſtoriam vere id fuerunt quod appellantur: & Theodorus Studita, vt refert Michaël *in eius geſtis*: quis te docuit Imaginis atque Idoli, *εἰκόνος ἠ εἰδώλου*, vnam eſſe vocem? hoc enim nullus patrum vnquam ſenſit! Et paulò poſt: peritis viſum eſt hæc nomina diſtinguere, qui Idolum falſam imitationem eſſe dixerunt, Imaginem vero expreſſam ſimilitudinem: nam idolum nihil eſt in mundo, ex D. Paulo 1. *Corinth.* 8. 4. vnde quod in *Pſal.* 95. legitur quoniam omnes dij gentium dæmonia, Hebræi habent Idola, id eſt non exiſtentes, res nihili, elilim; quomodo Symmachus vertit, *ἀνύπαρκτοι*, id eſt non exiſtentes. Et teſtantur patres in templis fuiſſe Imagines, vt Gregorius Nyſſenus *Serm. habito Conſtantinopoli, de deitate Dei & Spiritus*: vidi ſæpe in pictura Imaginem paſſionis, & non ſine lachrimis aſpectum tranſiui, dum euidenter ante vultum afferret hiſtoriam: & *hom. 44. de Abraham*, ait ſe ſæpe vidiſſe depictum quod meditabatur in filij corpore Abrahamus: & *in oratione in S. Theodorum Martyrem*, vbi de eius templo & pictor, ait, artis ſuæ flores in Imaginibus exprimens, res Martyris præclarè geſtas, labores, cruciatus, immanes tyrannorum aſpectus, impetus, ardentem illam & flammas euomentem fornacem, beatiſſimum Athletæ finem; hoc inquam, nobis tanquam in libro loquente artificioſè deſcribens, Martyris certamina ſapienter expoſuit, & inſtar prati nitidum Templum illuſtrauit: nouit enim etiam pictura tacens in pariete loqui, & vtilitatis pluſimum afferre. Et Chryſoſtom. *homilia 2. aduerſus Julianum*: an non imagines in Eccleſiia poſitæ, vt à fidelibus adorentur, Iuliani diritatem ac ſæuitiam aperte teſtantur? & Gregorius Nazianzenus *epiſt. 49. ad Olympiodorum*, ait Diocæſareæ in Eccleſia imagines ſculptas extitiſſe: & D. Baſilius *oratione in Sanctam Barbaram*, refert Imaginem Baslaam, manu, exuſta in Eccleſia depictam; verba D. Nazianzeni ſunt: & Templum quod excitauimus Deo, & omne noſtrum ſtudium in eo ornando: non enim ετ ſi ſtatuæ ſanctis poſitæ deijcientur, illud erit gra-

ne & intolerandum, licet alioqui ſit graue. Verba D. Baſilij ſunt: exurgite nunc, a:t ô elari victoriarum athleticarum pictores, Imagioem mutilatam Ducis veſtris artibus magnificate, veſtris culoribus illuſtrate, corunatum victorem à me obſcoriùs depictom, videam illuſtriùs in imagine veſtra luctatorem expreſſum; in tabula eadem expingarnr Chriſtus agonotheta, & certaminum muneratur. Cedrenus etiam refert *in Michaele Balbo*, Imaginem Gregorij Naxianzeni ſculpram fuiſſe poſt eius mortem, & in Eccleſia collocaram, magnáque veneratione cultam; ex qua etiam miracula diuinitus edita fuere. Et B Aſterius Epiſcopus Amaſiæ *relatione in Euphemiam Martyrem*, ait eius Imaginem & vitam fuiſſe deſcriptam in ſindone, & poſitam in Templu: & in martyriu S. Anaſtaſij Martyris Perſæ, dicitur quod ipſe Anaſtaſios nondum baptiſatus veniebat in Eccleſiam cum viro ſancto, & inquitebat ab eu de eios Imaginibus: veruntamen cum illo ibat ad Eccleſias, & orabat, & picturas ſanctorum Martyrum aſpiciebat, & ſciſcitabatur ab eo quænam hæc eſſent; & audiens ab eo ſanctorum miracula, duraque turmenta quæ illis à Tyrannis illata fuerant, & ſuper hominum tolerantiam, mirabatur. Et S. Nilus *ad Olympiodorum præfectum*, qui eum conſuluerat quas Imagines ponere poſſet in Templo, an canom & animalium? reſpondet ponendam ſolam Crucis Imaginem in ſacrario ad orientem; in circuitu vero hiſtorias veteris & noui Teſtamenti: & in ſinodo Trullana *can.* 82. præſcribitur modus qoo Chriſtus debet repræſentari & pingi in Eccleſia, vt non pingatur in ſpecie Agoi, ſed hominis: & Suphronius Archiepiſcopus Hieroſulymitanus *de Sanctorum Cyri & Ioannis miraculis*, in ſimile Templum ſe ingreſſum dicit: venientes, ait, ad Templum quoddam perſectum, ſpecie quidem terribile, & præclarum, altitudine verò ad cœlum vſque pertingens, quod intrantes maximam Imaginem & admirabilem videbamus, in medio quidam Dominum Chriſtum pictum coloribus habentem; Chriſti autem Matrem & Dominam noſtram Dei genitricem, & ſemper Virginem Mariam ſiniſtrorſum; & dextrorſum Ioannem Baptiſtam & præcurſorem ejus Saluatoris, qui ex vtero, eius exultationibus prænuntiauit &c. & Gregorius Nazianzenos *ſerm. de virtute*, ait Meretricem quandam in Templo adoocatam à iouene quodam acceſſiſſe, cumqoe vidiſſet Imaginem valde colendam in quam proſpiciebat etiam tunc Polemon, confeſtim abijſſe, verecundatam Imaginem: nam vt rectè Epiphanius ex D. Baſilio *in ſeptima Synodo*, ait, quæ ſermo per auditionem repræſentat, hæc pictura tacens oſtendit per imitationem: picturarum enim vſus duplex eſt, primo, vt memoriam ſanctorum nobis refricemus, eorumque vitam ac præclarè facta imitemur, vt iam diximus; & adhuc probatur ex *epiſt. ad Leonem Iſauricum*, cui dicenti nos adorare lapides, ita reſpondet: & dicis nos lapides atque tabellas aborare, non ita eſt vt dicis, ſed vt memoria noſtra excitetur, & vt ſtolida craſſaqoe mens noſtra erigatur per eos quorum hæ imagines ſ & paulò antè: quando templom ſancti principis Apoſtolorum Petri ingredimur, & ſancti pictam imaginem contemplamur, compun-

(A) ctione percellimur, & inſtar imbris pluente cœlo, lachrymæ noſtræ fundnntur: & cum idem Leo objiceret in ſex prioribus conciliis non fieri meotionem Imaginum, reſpondetur ideo non fieri, quià Patres ſecum ferebant imagines; & deinde non eſſe etiam dictum de pane & aqua, an ſit comedendum, bibendum, vel non

Secundo vt rudes, & qui neſciunt literas, neque legere poſſunt diuinas Scripturas, contemplatione picturæ memoriam illam ſumant fortis factierum, vt rectè ait Nilus *epiſt. ad Olimpiodorum præfectum*. Vnde Theodorus patriarcha Hieroſolymitanus *in Synodica*, dicebat Imagines eſſe quodammodo craſſiorem ſcripturam,
(B) *παχυτέρας ἐν γραφῇ εἶναι τῶν σεμνῶν τὰς εἰκόνας, διὸ τιμᾶν δεῖ τὰ πρωτότυπα*, id eſt cum ergo craſſiores ſcripturæ venerabiles imagines ſint, oportet eas honorare propter principalia: & vt dicitur *in Adriani epiſt. ad Conſtantinum & Irenem*: imagines ponuntor, vt ſi qui literas neſcinnt, ſaltem in parietibus videndo legant, quæ legere in codicibus non valent: quod agnorunt etiam veteres teſte Euſebio *lib. 3. de præparatione Euangelica cap. 7.*

Verum præcipuè affectûs cauſa initium datum eſt his Imaginibus: & primi Chriſtiani Imagines Apoſtolorum ſibi fieri curabant, vt refert Gregorius *epiſt. 1. ad Leonem Iſauricum*; &
(C) Theodoretus, *in vita Simeonis Stylita* refert hunc virum in magna Roma famoſiſſimum fuiſſe, in tantum vt in omnibus ergaſteriorum foribus, icones & imagines ipſi breues erigerent, cuſtodiam quandam ſibi ex hoc & munimen acquirentes: Nec tamen propterea venit vnquam in mentem Chriſtianis fidelibus eas imagines adorandas eſſe ſicut Deus eſt adorandos, vt copioſè oſtendit Leontius Epiſcopus Neopoleos Cypri *ſerm. 5. pro Chriſtianorum apologia contra Iudæos ac de imaginibus ſanctorum*. Idem reſpondetur in *diſputatione Iudæi & Chriſtiani in Synodo 7. actio. 5.* ſcilicet Scripturam præcipere quidem non facere ſibi quempiam ſculptile, vel omnem ſimilitudinem, ſed addere, vt adores
(D) illud vt Deum, & alloqui idololatras, vt monet Gregorius *epiſt. ad Leonem Iſauricum*, dicentem nos illo imaginum cultu eſſe idolulatras: nam videndum eſt quo cultu eas proſequamur; & cum id nobis objicitur, poſſumus dicere, vt Epiphanius *in ſeptima Synodo act. 6.* dicebat *αἱρετικῶν οὖν ἴδιόν ἐστι τὸ περικεκομμένας ἐκβάλλειν τὰς χρήσεις*, id eſt hæreticorum ergo proprium eſt recisa producere teſtimonia; afferunt enim illud *non facies tibi ſculptile*, & nobis objiciunt; ſed non addunt, *vt adores illud*: nos enim non aduramus, vel colimus pro diis Imagines vt gentiles: nam, vt rectè D. Athan. *cap. 38. centum capp. ad Antioch.* abſit vt imagines colamus pro Diis, quod
(E) Græci faciunt; indicamus modo affectom, & ſtudium teſtamur in eum quem Imago repræſentat; ideoque vbi deleta eſt imago, lignum igni permittimus: & vt ait Baſilius *ante citatus in 7. Synodo actio 2.* honoramus & adoramus Imagines ob archetypa: quod dixit etiam Cyrillus Alexandrinus *epiſt. ad Theodoſium iuniorem*: vbi tamen eſt *ἀντὶ τῶν ἀρχετύπων*: quomodo in concilio Tridentino *ſeſſio. 25. cap. 2.* dicitur, ſed quoniam honor qui eis Imaginibus exhibetur, refertur ad prototypa quæ illæ repræſentant, vt per imagines quas oſculamur, & coram quibus caput

aperimus, & procumbimus, Chriſtum adoremus, & ſanctos, quorum illæ ſimilitudinem gerunt, veneremur. Et D. Damaſcenus clarè diſtinguit *oratione 1. de Imaginibus*: ne tibi, inquit, durior videatur vox adorationis, quâ Imagines adorare nos profitemur, adorauit Iacob Eſau fratrem, non vt Deum, ſed vt hominem: aliud enim eſt adoratio latriæ, aliud adoratio quæ honoris cauſâ ob dignitatem exhibetur merentibus. D. Athanaſius loco proximè citato *καὶ διὰ τὸν Χριστὸν προσκυνῶ τὴν εἰκόνα τοῦ Χριστοῦ, καὶ διὰ τῆς εἰκόνος τοῦ Χριστοῦ αὐτὸν προσκυνῶ τὸν Χριστόν*, id eſt, & ob Chriſtum adoro imaginem Chriſti, & per imaginem Chriſti ipſum. A

Propter illam ergo reuerentiam quam exhibebant Sanctis, factum eſt vt diximus, vt eorum Imagines aſſeruarentur, quod confirmatur ex Ioanne Chryſoſtomo *qui oratione in S. Meletium*, ait, B. Meletij Imagines adeo celebres & commendabiles fuiſſe, vt vulgo in annulis, vitreis poculis, parietibus exculperentur: & Euſebios qui *lib. 7. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 18.* ait Chriſti Domini & Apoſtolorum Petri & Pauli Imagines pictas aſſeruatas fuiſſe Cæſareæ Philippi, vbi & Imago quam Æmorrhoiſſa ſanata Chriſto poſuit, cum veteres ſolerent immotabiliter, quaſi ſeruatores, vt mos erat Gentilium, illos hoc modo honorare. Nam Gentiles erant qui eis poſuerunt (Apoſtolis) ex eodem Euſebio. Verba Chryſoſtomi de Meletio ſunt hæc: quod igitur in nominibus feciſtis, hoc & in eius præſtitiſtis imagine: etenim in palis annulorum, & in poculis, & in phialis, & in thalamorum parietibus, & vbique ſanctam illam imaginem expreſſerunt multi. B C

Nec verò fruſtrà honor eſt redditus Sanctis per eorum Imagines, nam & ipſi Sancti per eaſdem miracula in gratiam ſe colentium præſtiterunt. Chryſoſtomos *de veſtiment. Sacerdot.* amaui (inquit) cera fuſam imaginem pietate plenam; vidi enim Angelum picturâ expreſſum perſequentem fugientes Barbaros: & *in vita S. Ioannis ieiunatoris*, qui fuit Epiſcopus Conſtantinopolitanus, refertur miraculum Imaginis Beatiſſimæ Virginis è templo miſſæ ad Dæmoniacum, qui per eam ſanatos eſt: & in vita *S. Simeonis Mirabilis Montis*, continetur miraculum de fœmina quæ Rhodopoli ſterilis erat, & valido Dæmone preſſa, quæ ſana & fœcunda facta à Simeone Montis Mirabilis, eius imaginem poſuit in cœnaculo, & Dæmoniaci eò accurrentes ſanabantur: & Sophronius Archiepiſcopus Hieroſolymorum refert de quodam Conſtantino, qui Sanctorum Coſmæ & Damiani in omni peregrinatione deferebat imaginem paruam ad proprium munimentum, & cum eius vxor ægrotaret valde, dicebat ei quod ſi eſſet in domo ſua acciperet cerotem Coſmæ & Damiani, quæ cùm ſtatim ſperaſſet in Sanctos, apparuerunt ei nocte in ea ſpecie in qua erat imagoncola eorum quam ferebat ſub axilla maritus eius: refert etiam de alia muliere quæ ſanata eſt hauſto cum vino puluere corraſo ex pariete, in quo picta erat imago Coſmæ & Damiani: & Sanctus Athanaſius *ſermone de imagine Ieſu Chriſti & eius miraculo in ciuitate Beryto*, refert quod cum in ea ciuitate in qua erant multi Iudæi, Chriſtianos quidam conduxiſſet cellulam iuxta Synagogam à quodam Iudæo, in ea habitans, contra accubitum ſuum fixit imaginem Ieſu Chriſti honeſtè depictam, & habentem Chriſtum integræ ſtaturæ; tranſacto verò aliquo tempore, cum conduxiſſet aliam maiorem domum, & in eam ſe tranſtuliſſet, Imaginem per obliuionem in prima cellula dimiſit; atque cùm dictam cellulam poſtea Iudæus conduxiſſet, manebat in ea, nec detegebat in ea eſſe Imaginem Chriſti: verum quadam die inuitauit alium Iudæum ad prandium, & cùm aranderent, Iudæus ille inuitatus, eleuatis oculis vidit hanc Imaginem, & ſtatim dixit ei qui inuitauerat, tu cùm ſis Iudæus, quomódo Imaginem huiuſmodi habes? conuicia plurima emittens in Dominum: tunc vero is qui inuitauerat, hoc videns reſpondit ſe nunquam ampliùs eam vidiſſe; nihilominus tamen inuitatus accuſauit eum in ſynagoga, dicens quia imaginem habet Nazareni: quare mane facto Sacerdotes, aſſumpto accuſatore, pergunt ad domum Iudæi, in qua Domini imago ſtabat; vbi vident Imaginem, & irati Iudæum illum qui habitabat in domo, expulerunt extra ſynagogam; Imaginem vero Domini deponentes, dixerunt, quia ſicut Patres noſtri illuſerunt ei aliquando, ita & nos illudamus ei; tunc cœperunt conſpuere in faciem ſanctæ Imaginis Domini, & dare alapas coram omnibus; & dixerunt, quæcumque fecerunt ei patres noſtri, omnia faciamus & nos illius Imagini; & dixerunt audiuimus quia illuſerunt ei, & hoc ipſum nos faciamus: infinitis ergo ludibrijs illuſerunt iconem Domini, quæ nos quidem dicere non audemus. Deinde dicunt, audiuimus quia clauis infixerunt manus eius & pedes, hoc & nos faciamus ei: tunc in manus & pedes imaginis Domini infixerunt clauos: iterum ſæuientes dixerunt, audiuimus quia aceto & felle potauerunt eum cum ſpongia, faciamus ei & nos, & fecerunt apponere ad os imaginis Domini ſpongiam aceto plenam: rurſus dicunt, didicimus quia calamo percuſſerunt caput eius patres noſtri, id ipſum & nos faciamus, & accipientes calamum percutiebant caput Domini: cæterùm dicunt quia lancea latus eius aperuerunt, nihil prætermittamus, ſed addamus & hoc, & facientes afferri lanceam, præceperunt cuidam ſuorum tollere lanceam, & percutere contra latus Imaginis: mox emanauit multitudo ſanguinis & aquæ ab ea: Chriſte tibi gloria, quis ſicut tu Deus? ô miraculum Saluatoris! ait Athanaſius &c. Denique, pergit, poſtquam percuſſum eſt lanceâ latus, & emanauit ſanguis & aqua, dicunt Sacerdotes & Seniores quoniam ſuſurrant colentes eum, quod ſanitates multas fecerit, ſumamus ergo hunc ſanguinem & aquam, & deferamus ad ſynagogam, colligamus omnes qui malè habent in populo, & vngamus eos ex illo, & videamus ſi vera ſunt quæ dicuntur: tuncque afferentes lateri imaginis vas iuxta percuſſionem, repleuerunt ampullam ad locum iugulationis lanceæ, & inferentes illudebant, vt iniurijs afficerent Dominum: & collectis omnibus ægrotis, ante omnes paralyticum quem à natiuitate nouerant adducentes, vnxerunt, & ſtatim ſalijt, & exilijt ſanus; deinde cæcos adduxerunt, qui viſum receperunt; Dæmoniorum vero patientes mox emundati ſunt. Quare ſtatim turba magna facta per totam ciuitatem, cunctis confluenti- D E

bos propter miracula, & omnes Iudæi commoti, currebantque ferentes eos quos in ſuis Domibus habebant languentes paralyticos, claudos, aridos, leproſos, in tantùm vt ſynagoga non reciperet: quo factum ſane vt omnes Sacerdotes & populus Iudæorum crederent in Dominum, dicentes, gloria tibi Chriſte, quem patres noſtri crucifixerunt, qui à nobis nunc crucifixus es in imagine tua? gloria tibi Fili Dei, qui feciſti tanta miracula; tibi credimus; propitius eſto & ſuſcipe nos: hæc clamabant lugentes, & miracula ſemper fiebant ſummis Sacerdotibus vngentibus, & cunctis curatis & viuificatis. Poſtquam autem omnes ſanati ſunt, confeſtim ad Epiſcopum loci, qui jam omnia didicerat, currunt, clamantes vnus Deus Pater, vnus Deus Filius, & ipſe vnigenitus, vnus Chriſtus quem patres noſtri crucifixerunt; ipſum Deum nominus, huic nos credimus, multiſque laudibus glorificantes Deum, Imaginemque Archiepiſcopo demonſtrantes, & annunciantes quæ malè fecerant Imagini, qualiterque ſanguis & aqua exiiſſent, nec non & miracula, ſupplicabant vt Baptiſmo digni fierent; quos Epiſcopus vnà cum clero aſſumptos omnes Baptiſauit per multos dies, & ſynagogam eorum Eccleſiam Saluatori noſtro Chriſto Ieſu dicauit: illis rogantibus etiam alias ſynagogas eorum, Martyria fecit: & ſic gaudium magnum factum eſt in illa ciuitate.

Verùm licet hæc ita ſe habeant, tamen vt rectè dicitur *can. 28. hac diſtinct. 3.* venerabiles Imagines Chriſtiani non Deos appellant, neque ſeruiunt eis vt Dijs, neque ſpem ſalutis ponunt in ijs, nec ab ijs expectant futurum iudicium; ſed ad memoriam primitiuorum, venerantur eas & adorant, non ſeruientes eis cultu Diuino, ſed tamen non eas contemnunt, imò putant eas eſſe vtiles. Quare cum Epiſcopus Maſſilienſis inconſiderato zelo ſuccenſus, Imagines ſub hac excuſatione, ne debuiſſent adorari, confregiſſet, Gregorius Papa damnabat hunc zelum eius, *can. 27.* quod eas fregerit, non vero quod vetuerit eas adorari, quod maximè laudat, & ait id ipſum reuocare debuiſſe, quod à nullo vnquam fratrum eius factum eſſet, ne deſpectis alijs ſolum ſe ſanctum eſſe crederet & ſapientem: aliud enim eſt, ait, picturam adorare, aliud per picturam hiſtoriæ, diſcere quid ſit adorandum; nam quod legentibus ſcriptura, hoc idiotis præſtat pictura cernentibus: vnde Gentibus pro lectione pictura eſt, *dicto can. 27.* Simile factum Zeniæ cuiuſdam Hierapolis Epiſcopi damnatur apud Nicephorum *lib. 16. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 27.* Zemas iſte, ait, primus, ô animum audacem, & os impudens! vocem illam euomuit, Chriſti, & eorum qui illi placuere, Imagines, venerandas non eſſe; itaque impietatis iſtud mancipium, magno cum tumultu multis ſibi ex prima Syrorum gente aſcitis, & non exiguâ ex Cynegico ſiue Venatico monaſterio aſſumptâ multitudine, vnà cum innata ſibi improbitate, in vrbem peruenit, & Flauiano vim maximam intentauit, vt Chalcedonenſem ſynodum, & Leonis tomum illa anathemate damnaret.

Verùm etſi illud etiman plurimùm Eccleſiam turbauerit, tamen hæreſis non fuit, vt colligitur *ex epiſt. 1.* Gregorij ad Leonem Iſauricum: expe-A diret tibi, ait, Imperator, duobus propoſitis vt hæreticus potiùs quam perſecutor & euerſus hiſtoriarum, & picturarum, & imaginum, & paſſionum Domini appellareris: atqui malum eſt, minimeque commodum te, hæreticum appellari; verùm ego referam quam ob cauſam. Hæreticus notus dicitur, quando paucis eſt notus, & non multis, & difficilia ſunt offendicula, ſententiæque intricatæ, neque diiudicari facilè poſſunt; itemque qui doctrinā ſpargunt, & qui humilitate præditi non ſunt, ob imperitiam atque cæcitatem ipſorum, ſtatim labuntur; neque tanti criminis illi ſunt quanti tu damnandi: tu ea quæ cognita ſunt, & ſpectata vt B lumen, apertè inſectatus es, Eccleſiaſque Dei denudaſti, quas ſancti Patres conſtruxerant, & ornarant.

Iudæus quidam Satantupechys veneficus Regi Arabum perſuadet ad diuturnitatem Regni fore ſi Imagines Chriſtianorum detraheret: tum Beſeris idem Conſtantino Nacoliæ Epiſcopo ſuaſit, & hic Leoni Iſaurico, qui iam petamabat Iudæos, qui ei imperium prædixerant: & cum Conſtantinopoli id juſſiſſet, orta ſeditione diſcerpſit quidam eius milites; vnde illa ciues varijs affecit pœnis, alios eiecit, alios bonis ſpoliauit, alios vitâ; ſed Germanus Patriarcha conſtans fuit, & Ioannes Damaſcenus: vnde ille expulſus, iſte manu truncatus, C quam S. Maria ei reſtituit, ad cuius imaginem confugerat. Gregorius 2. Papa hoc audito monet eum, non audientem excommunicat, & Italiam in eum mouet; vnde Bellum. Idem egit Gregorius 3. mittit Legatos, quos ille in vincula conijcit, & res Leonis fame, bello, peſte afflictæ ſunt, imò per duodecim menſes vrbs regia terræ motu continuo tremuit. Mortuo Leone Conſtantinus Copronymus, (ita dictus quod cum Baptiſmo expiaretur ſacrum Lauacrum ſorde inquinaſſet, vnde fœdandam ab eo Eccleſiam prædixit Germanus) ille inquam vetuit ne etiam Sancti colerentur, & de Beatiſſima Virgine impiè dicebat eam eſſe ſimilem ſacco auro pleno, qui pretioſus eſt dum D loculi ſunt in eo, nihil; cùm eſt vacuus: nam ſimiliter Virginem in honore fuiſſe quandiu geſtauit Chriſtum in vtero, poſtquam peperit, ſimilem alijs, vt refert Zonaras *in Conſtantino.* Ideo ſemel eiectus eſt, & reſtitutus miſerè perijt, igne, vt ipſe dicebat, inextinguibili, aduocans Beatiſſimam Mariam, ſed fruſtra & ſero: ille pſeudoſynodum habuit contra Imagines. Ei mortuo ſucceſſit Leo 4. eius filius, oſor & ipſe Imaginum, ſed non diu regnauit; reliquit filium Conſtantinum, qui regnauit cum Irene Matre, & Tharaſium conſtituit Patriarcham, ac petit ab Hadriano Papa 1. iniri concilium pro reſtituendis Imaginibus, quod Nicææ eſt habitum.

Omitto vero hic afferre ea quæ dicuntur de Imaginibus non manu factis, & de eorum miraculis, vt eſt imago Chriſti ſine manu, miſſa ab eo Abgaro Edeſſæ Toparchæ, de qua Zonaras, Cedranus & alij; Veronicæ ſudarium, de quo Methodius, Innocentius 3. & alij.

Quod attinet ad 3. in quo agitur de Aqua Benedicta, illud breuiter expediemus. Non caret autem ratione illius inſtitutio, cum legamus *lib. Numerorum cap.* 19. aquam luſtrationis nominari, & veteres Chriſtianos in ingreſſu Templi

lauati ſolitos. Aqua verò benedicebatur in Ecclesia, vt rectè Auguſtinus *lib. 6. cap. 8. in Iulianum*: ſigno, ait, crucis, benedicitur aqua in Eccleſia, & per benedictionem ſanctificabatur, eodem teſte Auguſtino *lib. 3. de vnico Baptiſmo*: non eſt, ait, aqua prophana, neque adultera, ſuper quam Dei nomen inuocatur, etſi à prophanis etſi ab adulteris inuocetur; & Cyrillus Alexandr. *catecheſi* 3. Aqua, ait, ſimplex per Spiritus Sancti, Chriſti, & Patris inuocationem acceptâ virtute, conſequitur ſanctitatem. Sed illi loquuntur de aqua baptiſmali, quæ priùs benedicebatur, vt patet ex C. ... Romano *lib 7. conſtitutionum Apoſtolica ... ap.* 43. Cypriano *epiſt. 7. ad Iannarium*. D. ... *de Spiritu Sancto cap. 27. & in pſalm.* ... Gregorio Nyſſeno *oratione de Baptiſmo*. ... bis: audi igitur con...ta a nobis ... quæ benedicitur purgat, & hom... nat. Denique Aqua Baptiſmali tanc... quia intererant eius ſanctificationi, eà ... ur & de ea accipiebant in vaſculis ... n in domibus ſuis, vel agris, vt ... Flaccus *lib. de diuinis officijs cap. 19.* ... benedicto, accipit pontifex ch... eo mixto in vaſe ab Archidiacono, & ... medium fontis in modum crucis; ... fex aſpergit cum manu de ipſa aqua ... populum: quo facto accipit populus de ipſa aqua in vaſculis ad ſpargendum in domibus ſuis, ... agris.

Sed præter illam Aquam Baptiſmi fuit ... etiam benedicta, quâ in diebus Dominicis ...mur, vt rectè Ioannes Belethus *lib. de diuinis officiis cap* 100. vbi ponit quatuor genera Aquæ Benedictæ: conſideremus quatuor eſſe genera aquæ benedictæ, aqua videlicet in qua fit iudicium purgationis, illa quæ in Eccleſiæ dedicatione ſanctificatur, & quâ diebus Dominicis aſpergimur; atque aqua baptiſmi quâ aſpergi ſolebamus, quod in quibuſdam Eccleſijs etiam num obſeruatur, ſed poſtea interdictum eſt, ne ſtultus quiſpiam & rerum ignarus, huius aquæ aſperſione ſe iterum a peccatis mundari putet, cum euidenter ſatis manifeſtum ſit neminem poſſe bis baptiſari.

Forma verò benedictionis aquæ, & eius virtus deſcribitur *can.* 20. ab Alexandro I. Aquam ait, ſale conſperſam populis benedicimus, vt eâ cuncti aſperſi ſanctificentur & purificentur, quod & omnibus Sacerdotibus faciendum eſſe mandamus: nam ſi cinis vitulæ, ſanguine aſperſus populum ſanctificabat atque mundabat, multò magis aqua ſale aſperſa, diuinisque precibus ſacrata, populum ſanctificat atque mundat: & ſi ſale aſperſo per Heliſæum Prophetam ſterilitas aquæ ſanata eſt, quantò magis diuinis precibus ſacratus ſal ſterilitatem rerum aufert humanarum, coinquinatos ſanctificat atque mundat & purgat, & cætera bona multiplicat, & inſidias Diaboli auertit, & à phantaſmatum verſutijs homines defendit?

Harum virtutum Aquæ Benedictæ exempla plurima reperiuntur apud Patres: nam Theodorus Siceota Epiſcopus Anaſtaſiopolis in Galatia, vi aquæ benedictæ, ſignoque Crucis mundauit à lepra filium Imperatoris Mauricij, vt in eius actis continetur, ſcriptis ab Eleuſio, ſeu Georgio Presbytero monaſterij, ipſius Theodori

A alumno: & Marcellus Apameorum Epiſcopus dæmones Templi cuiuſdam euerſionem impedire conantes, aquâ ſigno crucis ſanctificatâ fugauit, referente Theodoreto *lib. 5. Hiſt. Eccleſiaſt. cap.* 21. cum aquam, ait, ſigno crucis ſignaſſet, Equitium vnum è Diaconis fide ſtudioque pietatis egregiè munitum, aquam iubet accipere, ocius ad delubrum currere, eamque fide eam ſpargere, ignisque flammam adhibere; quo re confectâ dæmon aquæ aſperſæ vim non ferens, penitus aufugit: & apud Palladium *in hiſtoria Lauſiaca*, Macarius Ægyptius liberauit aquâ benedictâ mulierem quandam à præſtigijs & incantationibus, quibus factum erat vt equinâ B formâ omnibus videretur; nam cum illa mulier tanquam equa ad eum adducta fuiſſet, aquam benedixit, & in eius caput nudum infudit, ſuperque caput eius precatus eſt, & ſtatim effecit vt omnibus videntibus videretur fœmina, & non amplius equa, vt antè. Aliud miraculum refertur à D. Hieronymo de Hilarione *in eius vita*, & aliud apud Bedam *lib. 1. Hiſtor. Anglicanæ* de S. Germano Antiſſiodorenſi. Clemens *lib. 8. conſtit. Apoſtolicar. cap.* 29. tribuit aquæ luſtrali vim ſanandi & depellendi morbum, fugandi dæmones &c. & Theodoretus *in vita Iacobi*, vocat eam, pharmacum ſalutare.

Quod attinet ad nonum & vltimum, quod eſt de fide vnitatis in Trinitate, ſeu de Deo vno in C eſſentia, & Trino in perſonis, dicit D. Auguſtinus *can.* 30. quod Pater, Filius, Spiritus Sanctus vnius eiuſdemque ſubſtantiæ inſeparabili æqualitate diuinam inſinuant vnitatem, ideoque non tres dij ſed vnus Deus: quodque tamen Trinitas non eſt incarnata, ſed Filius nec Trinitas deſcendit die Pentecoſtes ſuper Apoſtolos, ſed Spiritus Sanctus; nec Trinitas dixit de Cœlo in Baptiſmo Chriſti, tu es Filius meus dilectus &c. ſed Pater tantummodo, quamuis Pater, Filius, Spiritus Sanctus inſeparabiliter operentur: & Gregorius Nazianzenus ait Trinitatis fidem eſſe depoſitum Patrum, quod à nobis valde cuſtodiendum eſt, *oratione 12. in fine* φυλάσσοντες τὴν καλὴν παρακαταθήκην D ἣν παρὰ τῶν πατέρων εἰλήφαμεν, προσκυνοῦντες Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, &c. prælatum, ait, depoſitum cuſtodientes, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, adorantes in Filio Patrem, in Spiritu Filium cognoſcentes, in quorũ nomine Baptiſmi aquâ tincti ſumus, in quos credimus, quibus nomen dedimus, prius eos diuidentes quàm coniunxerimus, priuſque coniungentes quàm diſtinxerimus, πρὶν συνάψαι διαιροῦντες, καὶ πρὶν διαιρεῖν συνάπτοντες: vbi notandum eſt quod dicitur in Trinitate nos priùs diuidere quam cõiungere, & prius coniungere quàm diuidere, quomodo *orat.* 12. dixit in ea, omnia eſſe vnum, diuiſim Exiſtentia, & coniunctim diuiſa; ἓν ὄντα διῃρημένως, καὶ διαιρούμενα συνημμένως: E ἓν καὶ παράδοξον τοῦτο ἐστίν, licet ſit paradoxum: & in hoc propriè conſiſtit natura, vel potiùs eſſentia Trinitatis, vt monet loquendum eſſe Gregorius Nazianzenus *orat. 15. initio.* vt ſcilicet Dei Eſſentia ſit tam vna quam trina, & tam trina quam vna, nec minùs vna quàm trina, nec minùs trina quàm vna, & ſimul æquè trina & vna, ſimul æquè vna & trina: vnde ſi incipiamus eam cognoſcere ab vnitate, cognoſcamus etiam eſſe trinam, nec ſeparari, poſſit

cognitio Trinitatis ab vnitate, ſicque idem quod eſt vnum atque quod eſt trinum, nec ſit aliud & aliud, licet perſonæ ſint alius & alius ita vt tamen nec tria in vnum confundamus, ne in Sabellij errorem prolabamur; neque vnum in tria diuerſa & aliena diuidamus, ne in Arrij furorem incidamus; verum per ſolas proprietates hypoſtaticas diuidentes, deitate & Eſſentiâ coniugamus; quod vnica Dei Eſſentia tres habeat Subſiſtentias, & tres Subſiſtentiæ vnam Eſſentiam; ex quo ſit vt Trinitas ſit vnius Dei, & trium in Deo perſonarum, quarum vnaquæque ſit idem Deus propter eandem naturam, ſed non ſit eadem perſona propter diſtinctam hypoſtaſim, vt rectè Iuſtinus Martyr *Quæſtionum & Reſponſionum ad orthodoxos quæſt.* 7. nam ſubſiſtentia ſola efficit vt aliquid ſit vnum vel multiplex perſonaliter, ſiue natura & eſſentia ſit multiplex, ſiue ſit vna, vt patet in Chriſto, qui quia per vnicam ſubſiſtentiam ſubſiſtit, vnus eſt perſonaliter, licet habeat duas naturas; & contra in Trinitate in qua tres ſunt perſonæ propter tres ſubſiſtentias, licet ſit vna tantùm natura, & ita fit vt duæ naturæ ſubſiſtant per vnicam ſubſiſtentiam, & vnica etiam natura per tres ſubſiſtentias. Quare cum quæritur an aliquid ſit vnum vel multiplex, diſtinguendū eſt an id intelligatur de natura, vel de perſona; nam aliquando quod vnum eſt naturâ, eſt triplex in perſona, vt patet de Trinitate; & diuerſo, quod multiplex eſt in natura, eſt vnum in perſona, vt patet in Chriſto. Vnitas ergo naturæ non excludit pluralitatem perſonarum, nec vnitas perſonæ pluralitatem naturarum; & in hoc eſt mirabile myſterium incarnationis, quod Deus contrarium myſterio Trinitatis in eo efficit: nam in Trinitate coniunctæ ſunt ſimul tres hypoſtaſes vni naturæ, & in Incarnatione duæ naturæ coniunctæ ſunt vni hypoſtaſi ſeu ſubſiſtentiæ; quod ſanè propter ſubſiſtentias diuinas factum eſt, ſine quibus non poterat myſterium incarnationis fieri in perſona Filii nec Chriſtus eſſe vna perſona in duabus naturis. Sed dicamus cum Eulogio *apud Photium*, inexplicabile eſt, nec vllo nomine exprimi poteſt hoc vnum quod eſt in Trinitate, nemo enim nouit Patrem niſi Filius, & Filium niſi Pater, *Matthæi cap.* 11. *verſ.* 27. Et ijs qui eam conantur cognoſcere quibuſdam ſimilitudinibus, reſpondeamus illud Dionyſij Areopagitæ *de Diuinis nominib. cap.* 13. Diuinitas quæ omnia ſuperat, Vnitatis & Trinitatis nomine celebrata, non eſt vnitas, & Trinitas, aut à nobis, aut ab aliquo alio eorum quæ ſunt, cognita; ſed vt etiam ſingularem eius vnionem & coniunctionem, diuinamque fœcunditatem verè laudemus, Trinitatis vnitatis que nomine Diuinitatem, quæ omni nomini antecellit, exprimimus, & in ijs quæ ſunt eandem, quæ omnem eſſentiam ſuperat; nulla autem monas, aut trias, neque numerus; neque fœcunditas, nec quidquam aliud eorum quæ aut ſunt, aut cognita ſunt, arcanum illud ſummæ, omniaque ſuperantis diuinitatis, quod rationem omnem mentemque vincit, enunciat; neque eius nomen eſt, neque ratio, ſed in ijs ad quæ aditus non patet, ſecreta eſt; ideoque *cap.* 1. *de diuin. nominib.* ait Diuinam Eſſentiam conſiderari quidem vt vnitatem, & vt Trinitatem, quaſi diceret non eſſe propriè vnitatem, & Trinitatem ſeu non eſſe propriè numerum vt rectè notat Maximus. Rectè porro ait vt Trinitatem, quoniam non numerus, ſed res eximia dicta eſt, ideoque ſunt inanes ea de re hominum cogitationes, & petenda potiùs à Deo veræ fidei cognitio, vt ne menſuram propriam excedamus, ſed ab occæcatæ noſtræ mentis impetu conquieſcamus, neve argutari malimus, quam ex ſcriptura ſacra ſapere, vt rectè dicit Epiphanius *aduerſus hæreſes, lib.* 3. *hæreſi* 76.

DISTINCTIO IIII.

IN hac *Diſtinctione* Quarta agitur pleniſſimè de Baptiſmo, de eius neceſſitate, forma, materia, gratia, & ritu Bonifacius Papa *can.* 25. XVI. queſt. I. vocat Baptiſmum, Chriſtianitatem, & ſolo nomine Chriſtianitatis intelligit Baptiſmum, quod per illum Chriſtiani fiant fideles, ideoque habetur in concilio Pictauienſi *cap.* 6. preſbiter, ait de cura animarum, & de miniſterio Chriſtianitatis Epiſcopo reſpondeat, ideo que Baptiſmus dicitur ſignum Chriſti, quod conſignet Chriſtianos, à D. Dionyſio Areopagita *lib.* de Eccleſiaſtica Hierarchia *cap.* 2. & Gregor. Nazianzen. oratione 4. vbi ait Baptiſmum dici donum, gratiam, vnctionem illuminationem, indumentum incorruptionis, lauacrum regenerationis, & ſigillum, & reddit horum nominum rationem. Origenes etiam *hom.* 13. in Exechielem vocat Baptiſmum ſignaculum quo ſignati ſumus a Deo: vnde fit vt hæretici propter hoc ſignaculum & teſſeram Chriſtianitatis dici, poſſint fratres noſtri, ſed non boni, vt probat Optatus Mileuitanus ex eo quod ſit nobis & illis vna ſpiritalis natiuitas, licet ſint actus diuerſi, ſunt enim Chriſtiani, ſed non Catholici vt ibidē dicitur. Inſtitutum vero eſt hoc Baptiſmi Sacramentum maximè ad delendum originale peccatum in quo naſcimur, nam quicumque per concubitum viri & mulieris concipitur, naſcitur in originali peccato, & eſt Filius iræ, & ideo indiget Baptiſmo & expiatione, ſiue ſit adultus, ſiue paruulus *can.* 3. ſine quo qui tranſeunt de hoc ſæculo, ſunt igne ſempiterno puniendi etiam propter originale peccatum, dicto *can.* 3. Quod ita tamen eſt intelligendum, vt pœnâ ſenſus non mulctentur, vt rectè Gregorius Nazianzenus *oratione* 40. vbi loquens de paruulis ſine baptiſmo morientibus, dicit quod nec cæleſti gloria, nec ſuppliciis à iuſto iudice afficiantur, vtpote qui licet ſignati, non fuerint improbitate tamen careant atque hanc iacturam paſſi potius fuerint, quàm fecerint: & addit hanc rationē, quia neque quiſquis dignus ſupplicio non eſt, protinus honorem quoque meretur, quēadmodum nec quiſquis honore indignus eſt, ſtatim etiam pœnam promeretur, nec enim poteſt quis gratiam vitæ cœleſtis accipere, niſi prius purgatus fuerit ab omni ſorde peccati per pœnitentiæ confeſſionem, per donum Baptiſmi ſalutaris Domini *canone* 5 & neceſſarium eſt viſibile ſacramentum aquæ, & inuiſibilis fides, vt renaſcamur *can.* 1. licet id ſit explicatu difficile, nam

vt ait D. Auguſtinus *lib.* 1. de moribus Eccleſiæ *cap.* 22. peccato antiquo nihil ad prædicandum notius, nihil ad intelligendum ſectetius, maximè cum illud peccatum omnes bomines afficiat de homine primo natos, vt infra dicemus.

Nec dicas filios in vtero matris ſanctificati ex D. Paulo 1. *Corinth.* 7. nam id non ideo dicitur vt habeant & accipiant ſanctificationem inhærentem, quæ ſit loco baptiſmi, ſed relatiuam ad veterem legem, in qua Allophyli contrahentes cum Iudæis eos polluebant ſua contagione 1. *Eſdra* 10. vbi eijciuntur & relegantur: nam in nouo Teſtamento, nulla fit talis pollutio Chriſtiani vel Chriſtianæ, licet cum Iudæo vel Iudæa, vel Gentili contraxerit matrimonium, ſed potius per Chriſtianam Iudæus vel Iudæa ſanctificantur, & liberi eorum: ſed hæc ſanctificatio non eſt intrinſeca, ſed ei ſimilis de qua 1 *Timoth.* 4. vbi Paulus ait cibos qui habebantur pro pollutis in veteri lege, Verbo Dei in noſtra ſanctificatos eſſe, & D. Auguſtinus ita explicat Paulum, *Corinth.* 7. lib. 2. de peccatorum meritis & remiſſion. contra Pelagianos *cap.* 26. dicens illam ſanctificationem, quam Apoſtolus pronunciauit eſſe in filiis fidelium, quæcumque illa ſit, non pertinere ad hanc quæſtionem de baptiſmo, & de origine, vel remiſſione peccati, eo quod dicat eodem loco, maritos infideles etiam ſanctificati in vxoribus ſuis fidelibus, quos tamen certum eſt carere Baptiſmi ſanctificatione, & aliis ſanctificationibus, & Oecumenius idem confirmat loco citato, dicens quod infidelis quidem ſanctificatur, ſed non eſt ſanctus ἐν ἁγιῳ ἀλλὰ ἡγιάσμ: nam & Apoſtoli fuerunt baptiſati ſeu Baptiſmo ſanctificati, licet iam eſſent ſanctificati, & quodammodo loti, vt habetur *can.* 148. quibus dixit Chriſtus aut ſaltem Petro, qui lotus eſt non indiget niſi vt pedes lauet.

Ab his vero excipi debet Virgo Maria Dei Genitrix, quæ, vt ait Gregorius Nyſſenus *orat.* 38. *&* 42. Fuit à Spiritu Sancto animo & corpore perpurgata; vnde ab Angelo ei dictum eſt quod gratiam inueniſſet, ſcilicet non tantùm poſt natiuitatem & conceptionem ſuam, vt eſſet digna Mater; ſed inueniſſet naſcendo, & antequam naſceretur, imò conciperetur, aut in primo inſtanti conceptionis ſuæ; ſuperuenit enim gratia vt eſſet Mater, & inuenit eam vt eſſet Maria: & deinde ei dictum eſt, benedictam eam eſſe & Filium benedictum, quaſi benedicta ſicut eius Filius benedictus, ſcilicet ſine peccato etiam originali, ſicut Filius, licet alio modo; ſicut ipſemet dixit ſe mittere Apoſtolos ſicut miſſus erat à Patre, licet alio modo miſſus eſſet: & concilium Tridentinum *ſeſſ.* 5. declarat ſe non comprehendere Virginem Mariam in decreto de Peccato Originali Et quidem ſi attendamus ad illam maſſam ex qua per hominem Beata Virgo concepta eſt, & ad ſemen Adami, certè neceſſariò erat obnoxia obligationi peccati originalis, nō quidem ſimpliciter quod ex illa maſſa concepta ſit, ſed quod per hominem; nam Chriſtus Dominus carnem ſuam etiam ſumpſit ex maſſa noſtræ naturæ, vt Gregorius Nyſſenus *hom.* 40. *in Canticum Canticor.* & *lib. catechetico cap.* 31. quoniam, ait, non aliunde quàm ex noſtra maſſa caro erat quæ Deum ſuſceperat

A ἐν τῷ ἡμετέρῳ φυράματι & *hom. de occurſu Domini:* ſanctificat, ait, Deo & patri non ſolum primogenitos, ſed etiam omne genus hominum per eas quas in ſe ſumpſit noſtræ maſſæ primitias, διὰ τῆς ἐν αὐτῷ ἀπαρχῆς τοῦ ἡμετέρου φυράματος: ſi vero pactum & promiſſionem Dei factam Adamo ſpectemus, non erit obnoxia, & facile potuit eximi, ita vt non ſequatur peccatum generatione ex ea maſſa: nam ſciendum eſt Originale Peccatum ex natura ſua non debuiſſe tranſire ad poſteros (neque enim damnātur qui non peccauerunt) & tamen peccatum illud ex vno in omnes tranſiit, in quo, ante propria in ſingulis quibuſque peccata, omnes
B communiter peccauerunt, vt ait D. Auguſtinus *epiſt.* 105. quod cum concoquere Pelagius non potuiſſet, dicebat referente D. Auguſtino *lib.* 2. *de nuptijs & concupiſcent. cap.* 18. non peccat iſte qui naſcitur, non peccat iſte qui genuit, non peccat ille qui condidit, per quas rimas inter tot præſidia innocentiæ peccatum fingis ingreſſum? id igitur factum eſt propter pactum initum inter Deum & Adamum, quo promiſerat Deus eius poſteris gratiam originalis iuſtitiæ ſi in ea permanſiſſet, & è contrario peccati ſui, ſi peccaſſet, tranſfuſionem & maledictionē; ita vt in eo pacto duo continerentur quæ pari iure cenſerentur: nam ſicut originalis gratia,
C ſeu iuſtitia originalis Adami non potuiſſet tranſire ad poſteros eius, niſi pactū illud interceſſiſſet, ita nec peccatum ſine dubio, quo pacto Deus obligauit ſe ad dandam illam iuſtitiā originalē poſitā quacumque hominis generatione, ſi non peccaſſet, vel maculam peccati ſi non peccaſſet: nam ita data fuit à Deo iuſtitia originalis Adamo, vt non eſſet tantum donum aliquando perſonale reſpectu Adæ. ſed etiam veluti donum naturæ transfundendum in poſteros eius per generationem naturalem, vt docet D. Auguſtinus *lib.* 16. *de ciuit. cap.* 27. ita vt eius poſteri habuerint jus ad juſtitiam originalem in primo parente velut in origine, & capite, ſeu radice totius humanæ naturæ; & ſimiliter origi-
D nale peccatum propter eandem rationem, ſi præuaricatus eſſet homo, ad eius poſteros deflueret, vt etiam colligitur ex illo *Oſea* 6. ipſi ſicut Adam tranſgreſſi ſunt pactum, ibi præuaricati ſunt in me; & *Geneſ.* 17. quia irritum fecit pactū meum vt (legunt ſeptuaginta aut) Teſtamentum Domini. Atque cùm vera ratio propter quam peccatum illud tranſierit ad poſteros Adæ, ſit, illud pactum, & lex poſita à Deo primo parenti; quis dubitat, quin potuerit Deus pactum illud proponendo, & faciendo, excipere B. Virginem, dicendoque quod ſi peccauerit morte moritur animæ, & eius poſteri, potuerit excipere B. Virginem, & addere, exceptā
E Virgine Mariā? maximè cùm poſtea dixerit ſerpenti, quod ipſa contereret caput eius, quaſi vna ſine peccato etiam illo originali; & cum hominis generatio integra ſecundum omnes ſui partes non fiat tota vi naturæ, ſed animæ creatione & il[…]ſione, ita vt potuerit Deus antequam infunderet animam, ſemen illud ſanctificare, & velut excipere, & excindere à maſſa maledicta; quomodo D. Hieronymus vocauit Virginem, virgam de radice Ieſſe, quæ nullum habuit fruticem, ſcilicet peccati, inhærentem,

in Iſaiam cap. 2. virgam, ait, de radice Ieſſe A factam Virginem Mariam intelligamus, quæ nullum habuit ſibi fruticem cohærentem. de qua legimus, ecce Virgo concipiet; & Sedulius *lib.* 2. *carminum*, roſam ſine ſpinis, ſcilicet peccati, vocauit.

Et velut è ſpinis mollis roſa ſurgit acutis,
Nil quod lædat habens, matremq; obſcurat honore:
Sic Eua de ſtirpe ſacrâ veniente Mariâ,
Virginis antiqua facinus noua Virgo piauit.

Quò ſpectare poſſunt multi loci ſcripturæ vt *Cantic.* 2. quaſi lilium inter ſpinas; & *Cantic.* 4. tota pulchra es, amica mea, & macula B non eſt in te, ſicque de alijs. Et D. Auguſtinus cognouiſſe videtur hanc fidem, *lib.* 1. *de natura & gratia, cap.* 36. his verbis: cùm de peccatis agitur nullam volo de B. Virgine mentionem facere. Nec obſtat quod *lib.* 5. *contra Iulian. cap.* 9 dixerit neminem caruiſſe in adulta ætate, actuali peccato, qui non caruerit originali, id enim dicitur communiter ſalua exceptione Beatiſſimę Virginis ſemper Dei Genitricis Mariæ.

Maneat ergo quod licet B. Virgo fuerit obligata peccato propter cõceptionem ſui naturalem, fuerit tamen in eadem Conceptione, ab illa obligatione liberata; quomodo iure ciuili ſi ſint duo correi debendi, & vni tantùm con- C ſultum Teſtator voluerit, pacto fiet liberatio, quod perſonalem pariet exceptionem, licet ſubſiſtat obligatio ſecundum ſe, atque tantum exceptione elidatur, atque depellatur *l.* 27. §. *pactus d. de pactis*, de qua re *l.* 3. §. 2. *l.* 3. §. 10. & *l.* 29. *d. de liberatio. legata.* Et ſicut ſi Adam ante peccatum filios genuiſſet, illi non fuiſſent obnoxij peccato originali, nec eorum liberi, quia ex ſemine Adam ab eo ſeparato ante peccatum orti fuiſſent, ita Deus potuit multò magis præſeruare Virginem: & illi ita nati habuiſſent quoque juſtitiam originalem connaturalem, niſi eam Deus voluiſſet auferri, quaſi de ijs non fuiſſet pactum, nec ij pacto comprehenſi. D

Quod autem apud nos valet Aqua Baptiſmalis, hoc egit ante Abrahamum ſeu ante Circumciſionem; vel pro paruulis fides patrum, vel pro adultis virtus Sacrificij *can* 5. illi enim ita ſalui facti ſunt, quia per fidem in aquam Chriſti Baptiſmalem deſcenderunt, & in mortis infernum; ſed cum hac differentia, quia illi in mortem deſcenderunt mortui, viui autem aſcenderunt; at nos & viui propter baptiſmum deſcendimus, & viui aſcendimus, vt notat Clemens Alexandrinus *lib.* 2. *ſtroma.* Item cum hac alia differentia, quod illi multis luſtrationibus, purificationibus, lotionibus, victimis E abſoluebantur, & veluti multiplici baptiſmo abluebantur, gratiamque obtinebant; nos verò vnico Baptiſmo, vt rectè obſeruat Iuſtinus Martyr *quæſt.* 97.

Poſt Circumciſionem verò pro omnibus qui de Abrahæ ſtirpe prodierunt, fuit myſterium circumciſionis *can.* 5. & ſicut Circumciſio in populo Dei erat tunc ſignaculum juſtitiæ fidei, & ex quo inſtituta fuit, valebat ad ſanctificationem purgationis peccati originalis in paruulis, ita & baptiſmus ſtatim ex quo inſtitutus eſt, valere cœpit ad innouationem hominis, *can.* 6. nam ſi baptiſata eſt caro Chriſti, quæ tamen ſine peccato erat, propter exemplum imitationis; quantò magis baptiſanda eſt caro mortis, propter euitandum iudicium damnationis? *can.* 132. & ſicut tempore circumciſionis, qui de circumciſo naſcebatur, fuit circumcidendus, ſic nunc qui de baptiſmo naſcitur, erit Baptiſandus: ſacramentũ enim Baptiſmi, ſacramentũ eſt generationis, & ſicut qui non vixerit, mori non poteſt, qui natus non fuerit, renaſci non poteſt, ex quo conficitur neminem in ſuo parente renaſci potuiſſe non natum, & quamuis parenti poſt conuerſionem peccata non obſunt, illis tamen obſunt qui ab eo generantur: parenti enim propter hoc non obſunt, quià renatus eſt illis autem qui de illo nati ſunt, niſi eodem modo renaſcantur, quæ a parente contracta ſunt, oberunt, quia etiam innouatus pater, non de nouitate, ſed de reliquiis vetuſtatis gignit carnaliter, & filij ex parentum reliquâ vetuſtate in peccati carne propagati, damnationem ſacramento regenerationis euadunt, *dicto can.* 131. & malè aliqui fatebantur quidem baptiſari paruulos in remiſſionem peccatorum, ſed nihil ex Adam traxiſſe originalis peccati, quod lauacro regenerationis expietur: ex eo enim ſequeretur, non verè remitti in eis peccata *can.* 133. quos reprehendit D. Auguſtinus *lib. de nupt. & concupiſ. cap.* 28. reſpondens ad Pelagium dicentem, nullam rimam inueniri, per quam peccatum Adami ſit ingreſſum ad poſteros: quid quærit, inquit, latentem rimam, cùm habeat apertiſſimam januam? peccatum per vnum hominem intrauit in Mundum, ait Apoſtolus, per inobedientiam, ait Apoſtolus, vnius hominis: quid quærit ampliùs? quid quærit apertius? quid quærit inculcatius? omnes enim eidem Adamo participamus, atque à ſerpente in fraudem inducti, & per peccatum morte affecti, ac per cœleſtem Adamum ſaluti reſtituti ſumus, vt ait Gregorius Nazianzenus *orat.* 25. & D. Baſilius *in conſtitutionibus Monaſticis cap.* 4. omnes quotquot ab Adamo originem duxere, eiuſdem cum eo calamitatis participes extitere; & licet Eua prior peccauerit, non tamen per eam, ſed per hominem peccatum introiuit in Mundum: non per mulierem, non enim ex muliere poſteritas, ſed ex viro; item non vir ex muliere, ſed ex viro mulier, vt rectè Origenes *in epiſt. ad Roman.* denique non cum muliere, ſed cum viro pactum initum fuerat, de quo ſupra diximus.

Per Baptiſmum ergo id agitur vt euacuetur illud peccatum, vt euacuetur caro peccati, ſed non vt penitùs abſumatur, neque vt non ſit innata concupiſcentia, ſed ne obſit mortuo, quæ oberat nato, ſed vt non imputetur ſi non in vacuum gratiam ſuſceperit, & adultus in fide permanſerit: nam miraculum Dei eſſet, ſi lex peccati, quæ eſt in membris noſtris repugnãs legi mentis noſtræ, penitus extingueretur, omninoque non eſſet, *can* 2. quod Gregorius Nyſſenus *orat. in diem Natalem Chriſti*, explicat exemplo ſerpentis capite confracti, quod enim Chriſtus non omnino ſuſtulit peccatum ad radicem, vt radicitùs euelleret, ac penitus aboleret,

leret, ſed eius reliquias in vita noſtra reliquerit, id factum ait quemadmodum cùm ſerpentes interficiuntur, in quibus non continuo reliquas partes vna cum capite mori videmus; ſed cum interierit caput, illæ tamen adhuc vitam retinent: etenim caput peccati, vt ſerpentis confractum, ſed eius feræ interfectæ motus ad exercitationis occaſionem relicta; caput contritum, reliqua vero adhuc pars corporis in genus humanum diſperſa, quæ quoad homines vitiorum motionibus permouentur, vitam irritat, atque aſperam reddit ſquamā peccati τὴν φολίδα τῆς ἁμαρτίας; contuſum quidem caput eſt, ſed nondum eſt cauda & extrema pars deſtructa inimici, quæ poſt mortem deſtruetur. A B

Nos ergo ſemper luto fœcis infixi ſumus, vt ait Gregorius Nazianzenus *orat.* 1. & peccati legem legi Spiritus repugnantem habemus, ex quo fit, vt ait Epiphanius *lib.* 2. *aduerſus hæreſes har.* 64. & accidit reprimi quidem modo. & conſopiri fide peccatum, ne pernicioſos fructus emittat, non omnino tamen ac radicitùs extingui, κατευνάζεται, οὐκ ἀναιρεῖται; & oportet vt nos identidem fruticantes ſtirpes à radice excindamus, ex D. Auguſtino *lib.* 1. *de nuptiis & concupiſcentia cap.* 25. concupiſcentia, ait, tanquam lex peccati manans in membris corporis huius, C cum paruulis naſcitur, in paruulis baptiſatis à reatu ſoluitur, ad agonem relinquitur, ante agonem mortuos nulla damnatione perſequitur: noſque exiſtimamus propter hunc agonem aduerſus repullulantem concupiſcentiam inſtitutam eſſe confirmationem à Chriſto, quod vulgò nõ obſeruatur. Manet (inquam) inimicus, cõtra quem pugnemus nam ita vocat Chaldæus, fomitem peccati *in pſalm.* 12. vbi illa verba, ne quando dicat inimicus, ita vertit ne fortè dicas fomes malus, dominatus ſum ei; & *pſalm.* 90. vocat lapidem offenſionis; & verba illa, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum, vertit, ne fortè offendas in concupiſcentia praua ſimili lapidibus. D

Quia verò duo ſunt in nobis propter peccatum Adami, Culpa & Pœna; culpa quia in peccato naſcimur, pœna quia nati morimur, hoc eſt peccatum, & mors: ideo hæc duo per Baptiſmum ſoluuntur, peccatum quidem per iuſtificationem, mors autem non quidem ſtatim, & per ſe, ſed per Reſurrectionem, *can.* 8. & dicitur à Gregorio Nyſſeno *in diem Natalem Chriſti*: tunc, ait, mors deſtruetur, atque ita delebitur omnis malitia, cùm omnes in vitam per Reſurrectionem reuocati: nam vt eſt apud D. Paulum 1. *Corinth. cap.* 15. tu quod ſeminas, non viuificatur niſi prius moriatur; & vt obſeruat Origenes *in epiſt. ad Romanos lib.* 5. *cap.* 6. ad hæc verba, ſi autem mortui ſumus cum Chriſto, credimus quia & ei conuiuemus; non dixit, E & conuiximus, ſicut mortui ſumus, ſed conuiuemus, vt oſtendat quia in præſenti mors operatur, non quod ſit inconueniens aliquem potuiſſe præſeruari à morte, ſi ita voluiſſet Deus, ſicuti præſeruauit à morte animæ, ſeu a peccato; & neminem præſeruaſſe, verior eſt ſententia, & in Eccleſia communis, vt habet D. Hieronymus *epiſt.* 152. huic ſententiæ, ait, magis acquieſcit Eccleſia, vt omnes communi morte moriamur.

Et licet Apoſtoli electi fuerint à Chriſto, & A quodammodo ſanctificati, tamen fuerunt ab eo etiam baptiſati, excepto Paulo: certè de Petro colligitur ex verbis Chriſti ad eum, qui lotus eſt non indiget niſi vt pedes lauet, vt refertur *can.* 148. & ita ſentit D. Auguſtinus *tract.* 15. *in Ioannem*, licet quando baptiſati fuerunt ignoremus, *dicto can.* 148. & probabile eſt Apoſtolos, vel ſaltem Petrum, Chriſti manibus fuiſſe baptiſatum, cum Chriſtus ipſe aliquos baptiſauerit, *Ioannis cap.* 3. poſt hæc, ait, venit Ieſus, & Diſcipuli eius in terram Iudæam, & illic demorabatur cum eis, & baptiſabat. Nec obſtat quod dixerit Chriſtus Apoſtolis ſuis, vos autem baptiſabimini Spiritu Sancto non poſt multos hos B dies: id enim intelligitur de pleniore gratia Baptiſmi, datâ in die Pentecoſtes; vnde non addidit Chriſtus, vos baptiſabimini in igne, cùm tamen D. Ioannes dixiſſet, ipſum baptiſare in igne & Spiritu, vt annotat ibidem Origenes Diximus, ſaltem Petrum: nam Nicephorus *lib.* 2. *cap.* 3. refert ſolum Petrum Chriſti manibus fuiſſe baptiſatum, à Petro vero Andræam, & filios Zebedæi: idem aſſerit Clemens Alexandrinus *lib.* 5. *hypotypoſ.* apud Sophronium *in Prato ſpirituali cap.* 36. & Euodius etiam primus poſt Petrum Epiſcopus Antiochenus *in epiſt.* quid ſit C lux.

Effectus autem Baptiſmi ſunt multiplices: nam vt ait Gregorius Nazianzenus *orat.* 40. baptiſmus eſt ſplendor animarum, vitæ in melius immutatio, conſcientiæ ad Deum interrogatio; baptiſmus noſtræ infirmitatis adiumentum, baptiſmus eſt carnis abiectio, Spiritus aſſectatio, Verbi participatio, figmenti correctio, peccati diluuium, communicatio lucis, oppreſſio tenebrarum; baptiſmus vehiculum eſt ad Deum, peregrinatio cum Chriſto, fidei adminiculum, mentis perfectio, cœleſtis Regni clauis, vitæ commutatio, ſeruitutis depulſio, vinculorum ſolutio, compoſitionis in meliorem D ſtatum conuerſio &c.

Inter hos effectus hic vnus eſt & primus *in can.* 141. vt tollatur Peccatum, & verè à Chriſto dimittatur, & adiuuamur ne in peccatum prolabamur, & ad vitam, vbi fieri non poſſunt peccata, perducamur *dicto can.* 141. baptiſmi namque gratia, non ſolùm remiſſionem peccatorum operatur, ſed etiam facit vt lex impleatur, vt natura liberetur, vt peccatum non dominetur, *can.* 145. nam, vt rectè Iſidorus Peluſiota *lib.* 1. *epiſt.* 95. *ad Herminium Comitem*: nimis tenuiter & ieiune dicunt aliqui ſpurcitiem eam quæ ob Adami tranſgreſſionem ad humanam naturam transfuſa eſt, eluere, neque enim id magni eſſet. ſed dicendum eſt multa alia beneficia nobis Baptiſmo conceſſa eſſe; neque enim natura noſtra ſolùm improbitatem exuit, ſed E etiam Deum induit, & ſupernè regenita eſt diuinâ regeneratione tanquam ex machina excogitatâ, & redempta, & ſanctificata. & in adoptionis ius adducta, & iuſtificata, & Vnigeniti cohæres effecta eſt; ita vt baptiſmus non tantùm deleat peccata, verùm & adoptionem, & diuinam cognitionem, & ſexcenta alia nobis afferat bona: quandoquidem Rex ille omnium, captiuam naturam non tantùm redemit, ſed etiam ad ſummum honoris gradum euexit. Vnde dicere poſſumus cum D. Baſilio *hom.* 13 *exhortat. ad Baptiſmum*, quod baptiſmus eſt quidem capti-

norum & æris remiſſio, peccati mors, ſed & animæ regeneratio, amictus ſplendens, ſignum quod nulla fraude adulterari poteſt, vehiculum ad cælum, Regni cœleſtis conciliatio, adoptionis gratia.

Et ſanè hunc duplicem eſſe ſcopum baptiſmi oſtendit etiam D. Baſilius *de Spiritu Sancto cap.* 15. cùm duo ſcopi propoſiti ſint in Baptiſmo, videlicet vt aboleat corpus peccati, ne poſtea fructificet mortem, tùm vt Spiritu viuat, & fructum habeat in ſanctificatione; aqua, mortis exhibet imaginem, corpus velut in ſepulchro recipiens, Spiritus verò viuificam vim immittit, à morte peccati renouans animam noſtram in nouam vitam; homo enim denuo creatur per Baptiſmum, vt mouet idem D. Baſilius *epiſt.* 141. πάλιν ἄνθρωπος διὰ βαπτίσματος κτίζεται, id eſt rurſum homo per baptiſmum creatur. Sed dicitur baptiſmum delere peccata, quia, vt dicitur in *can.* 147. renouatio incipit à remiſſione peccatorum: nam, vt ait Horatius *lib.* 1. *epiſt.* 1.

Virtus eſt vitium fugere, & ſapientia prima.

Tollit verò non tantùm originale peccatum, ſed etiam voluntarium & actuale, in quo generatio per baptiſmum plus operatur quàm generatio per carnem, quia generatio per carnem vnum peccatum inducit, regeneratio verò per baptiſmum duo genera peccati tollit, vt habetur *can.* 136.

Verùm ita peccata tolluntur per baptiſmum, primò vt non deleantur niſi admiſſa peccata, non autem ea quæ poſſunt admitti; lauacrum enim admiſſorum peccatorum veniam habet, non eorum quæ admittentur, vt ait Gregorius Nazianzenus *orat.* 40.

Secundò, vt poſſit anima noſtra erecta à Verbo in baptiſmo, rurſus per peccatum inclinari, vt ait idem D. Gregorius Nazianzenus *loco citato*; ita vt peccatorum remiſſio ſit quidem certa, ſalus vero noſtra, propter caducitatem noſtram in peccatum, ſit incerta; & ita poſt peccatorum remiſſionem, cætera adhuc in ſpe ſint, donec in re fiant, vt certemus in hac vita, & de die in diem proficiamus nouitate creſcente, & immutemus ſemper quod vetuſtum & carnale eſt adhuc, manſitque in nobis, vt dicitur *can.* 147. manet enim ſemper hoſtis lex peccati, de qua Apoſtolus, non quod non ſit remiſſum planè peccatum plenâ & perfecta remiſſione, ſed quod adhuc ita manſerit in vetuſtate carnis, quaſi tantùm ſuperatum non mortuum, quodque per illicitas appetitiones reuiuiſcere poſſit. Nam ſicut poſt alia actualia peccata, præteritâ actione qua perpetrata ſunt, tamen reatus manet, ita poſt baptiſmum etiam manet vetuſtas carnis, propter quam fit vt filij baptiſatorum naſcantur cum peccato, quia naſcuntur cum particula vetuſtatis illius carnis, vt rectè dicitur *in can.* 146. ita vt adhuc laborandum ſit & pugnandum poſt baptiſmum, vt baptiſmi gratia conſeruetur, vt rectè idem Gregorius Nazianzenus *orat.* 40. multis verbis oſtendit. Nec tamen putandum quin non obſtante illâ carnis vetuſtate, poſſint homines viuere in gratia Dei, & vita Spiritus, & bene vti ſcatoe ſua, vt rectè dicitur *can.* 146. quia verùm eſt per baptiſmum nos mortuos eſſe peccato, quod fit ex eo quod in morte Chriſti baptiſati ſimus & conſepulti, *can.* 133. & 134. & eum Chriſto reſurgamus; viuimus enim Deo & morimur peccato in morte Chriſti baptiſati; ſiue loquamur de adultis, ſiue de infantibus; ita tamen vt illi moriantur tantùm peccato originali, iſti autem omnibus peccatis, *dicto can.* 134. viuimus (inquam) Deo & morimur peccato in morte Chriſti, quia Chriſtus morte ſuâ non tantùm nos liberauit à peccatis, ſed etiam amabiles & gratia plenos reddidit, vt ait S. Chryſoſtomus *hom.* 1. *in cap.* 1. *ad Epheſios.* Vnde baptiſmus habet mortis & vitæ ſimilitudinem, vt rectè D. Baſilius *lib. de Spiritu Sancto cap.* 15. quapropter, ait, qui nobis vitam diſpenſat Dominus, baptiſmatis pactum nobis ſtatuit, mortis ac vitæ typum habens; mortis quidem imaginem implente aquâ, Spiritu verò vitæ arrham præbente; & paulo poſt: aqua mortis exhibet imaginem corpus velut in ſepulchro recipiens, Spiritus verò vim viuificam immittit.

Tertiò ad id Baptiſmus valet, vt fidem per gratiam accipiamus, quia fides non eſt liberi arbitrij tantùm, ſed donum Dei *can.* 145. Vnde baptiſmus dicitur à D. Baſilio *lib.* 3. *aduerſus Eunomium*, σφραγὶς τῆς πίστεως ſigillum fidei: nec poteſt fides à baptiſmo ſeparari, vt oſtendit idem D. Baſilius *de Spiritu Sancto cap.* 12. fides, ait, ac baptiſmus duo ſunt modi parandæ ſalutis, inter ſe cognati & inſeparabiles; nam fides perficitur per baptiſmum, baptiſmus verò fundamento fidei nititur.

Quartò ad hoc Baptiſmus valet, vt baptiſati Chriſto incorporentur, eiuſque membra habeantur, & oblati per Sacramentum atque charitatem fidelium Deo reconcilientur, vt in illo viui, ſalui, liberi, redempti, illuminati fiant, vt habetur *can.* 143. quod confirmatur *can.* 131. his verbis: nulli eſt aliquatenus ambigendum tunc vnumquemque fidelium corporis & ſanguinis Domini fieri participem, quando in baptiſmate membrum Chriſti efficitur, nec alienari ab illius panis calicisque conſortio, etiamſi antequam panem illum comedat, & calicem bibat, de hoc ſæculo in vnitate corporis Chriſti conſtitutus, abſcedat; illius quippe Sacramenti participatione ac beneficio non priuatur, quando ipſe hoc, quod illud Sacramentum eſt, inuenit; id eſt quando inuenit Chriſtum ipſum in baptiſmo, cuius membrum efficitur: & ipſum Euchariſtiæ Sacramentum, nihil aliud eſt quàm ipſe Chriſtus: vnde verum eſt inuenire in baptiſmo hoc quod eſt illud Euchariſtiæ Sacramentum, nempe Chriſtum ſeu corpus Chriſti: ita enim accipienda ſunt verba *can.* 131. Nam poſt baptiſmum etiam opus eſt, vt ait D. Baſilius *lib.* 1. *de baptiſmo cap.* 3. deinceps vt nutriamur cibo vitæ æternæ.

Loquimur autem de baptiſmo Chriſti ſeu à Chriſto inſtituto: nam baptiſmus Ioannis quo baptiſatus eſt Chriſtus, non habet illos effectus, nec eſt talis qualis eſt Chriſti baptiſmus, *can.* 135. nam baptiſmus Ioannis fuit in aqua tantùm, baptiſmus verò Chriſti, in aqua fuit & Spiritu Sancto, & ideo permiſit Chriſtus ſe baptiſari à Ioanne, vt oſtenderet eius baptiſmum non regenerare, nec diluere peccata nam nihil in eo baptiſmus habuit, quod ablueret, ſicut mors nihil quod puniret, inuenit, *dicto can.* 135. Deinde Chriſtus baptiſatus eſt à Ioanne, vt inciperet baptiſmus, quemadmodum è contrario cir-

cumciſus eſt vt finiret circumciſio, *can.* 132. A nam baptiſmus Chriſti licet à Ioanne, non caruit tamen Sacramento Trinitatis; dicente enim Domino hic eſt Filius meus dilectus, Pater in voce, Spiritus Sanctus in ſpecie columbæ, Filius affuiſſe probatur in corpore, vt obſeruat Fulbertus *epiſt.* 1. æquum enim erat Chriſtum baptiſari in nomine Trinitatis, in quo fideles baptiſari præceperat, licet in alijs hominibus baptiſmus Ioannis careret eo dono, & eſſet imperfectus. Incœpit ergo tunc baptiſmus Chriſti; nam, vt ait D. Baſilius *hom.* 13. *exhort. ad baptiſmum*, initiatorium erat Ioannis baptiſma, Chriſti vero perfectorium; a peccato illud auocabat, iſtud cum Deo coniungit, redditque familiarem: Ioannes enim pœnitentiæ baptiſmum prædicauit. Dominus autem adoptionis filiorum baptiſma longe præclarius. Et ſimili- B ter Cyrillus vocat iſagogicum 2. *in Ioannem cap.* 17. & Iuſtinus *quæſt.* 17. introductorium præludium; & Rabanus *lib.* 2. *de Inſtitut. Cleric cap.* 30. catechiſmum ad Chriſtum; & in eo inferius baptiſmo Chriſti, quia erat tantùm in aqua, vt ſupra diximus *ex can.* 135. & ipſemet Ioannes Baptiſta fatetur *cap.* 3. *Matthæi.* ego quidem baptiſo vos aqua; ita vt baptiſmus Ioannis eſſet ablutio tantùm cum pœnitentia animo coniuncta, ſine vlla alia forma baptiſmi, puta ſine nomine Trinitatis, vt obſeruat D. Auguſtinus *lib.* 2. *contra literas Petiliani cap.* 32. & D. Ambroſius *lib* 1. *de Spiritu Sancto cap.* 3. vt ſic ad fidem diſponerentur baptiſmi Chriſti: quia, vt ait D. Auguſtinus *libro de vnico Baptiſma cap.* 7. & *tract.* 5. *in Ioannem & 2. contra literas Petiliani cap.* 32. *&* 37. *&* 5. *de Baptiſmo* C *cap.* 9. Baptiſmus Ioannis non erat baptiſmus Chriſti, ſed tamen militans Chriſto, ſicut legis vetera Sacramenta præcurſorio quodam & præfiguratorio fungebantur officio. Et veteres ponunt differentiam inter hos duos baptiſmos, Iuſtinus *quæſt.* 37. Tertullianus *lib. de Baptiſmo*, Origenes *lib.* 5. *in epiſt. ad Romanos cap.* 5. & *tomo* 6. *in Ioannem.* Chryſoſtomus *hom.* 10. *in Matthæum & hom.* 1 *in Marcum*, D. Gregorius Nazianzenus *orat. in Sancta lumina.* D. Baſilius *exhortatione ad Baptiſmum*, & *orat. de Baptiſmo.* Cyrillus Alexandrinus *lib.* 2. *in Ioannem*, D. Ambroſius *lib.* 2. *in Lucam cap.* 3. *& præfatione in pſalm.* 37. D. Hieronymus *aduerſus Luciferianos*, D. Auguſtinus *contra literas Petiliani cap.* 37. & *lib.* 5. *de Baptiſmo cap.* 9. & patet etiam ex Actis Apoſtolorum *cap.* 19.

Sed dubitatio maior eſt, 1. an Baptiſmus E Ioannis eſſet Sacramentum veteris legis, 2. an eo baptiſmo dimitterentur peccata, 3. an eſſet neceſſarius, 4. an accepto illo baptiſmo, tum baptiſmo Chriſti ſecuto tales dicerentur rebaptiſati.

Reſpondetur ad primam & ſecundam dubitationem, Baptiſmum Ioannis fuiſſe medium inter Sacramenta veteris legis, & baptiſmum Chriſti, vt habet D. Thomas, nec propriè Sacramentum, ſicut ipſemet Ioannes medius inter vetus & nouum teſtamentum, teſte Gregorio Nazianzeno *orat.* 39. aut ſi fuit Sacramentum, vt putauit D. Ambroſius *lib.* 1. *de Spiritu Sancto cap.* 3. *& alijs locis*, non habuit niſi virtutem Sacramentorum veteris legis, nec ex opere operato contulit gratiam, ſed ex opere operantis; vnde Origenes in *epiſt. ad Romanos cap.* 6. *lib.* 5. ait Baptiſmum Ioannis magis in lege fuiſſe: Chriſtus, ait, à Ioanne baptiſatus eſt, non eo baptiſmate quod eſt in Chriſto, ſed eo quod in lege eſt; ita enim ipſe ait ad Ioannem, ſine modo, ſic enim decet nos adimplere omnem iuſtitiam, in quo oſtendit quod baptiſma Ioannis expletiu erat veterum, non inchoatio nouorum. D. enim Baſilius *lib.* 1. *de Baptiſmo*, diſtinguit baptiſmum in tres ſpecies, in Baptiſmum Moſis, Baptiſmum Ioannis, & Chriſti; Moſes enim multas lotiones inſtituit, quas multis cæremoniis deuinxit, & per ipſum quædam purificationis fiebat obſignatio, vt ibidem dicitur; per Baptiſmum vero Ioannis ſiue cæremoniis, qui peccata ſua confeſſus fuerat, eorum remiſſionem accipiebat, vt *ibidem dicitur*, quod modo dicto intelligendum eſt.

Reſpondetur ad Tertiam dubitationem, Baptiſmũ Ioannis neceſſarium tanquã præparationem.

Ad quartam reſpondetur Eulogium *apud Photium in Bibliotheca*, exiſtimaſſe Baptiſmum Ioannis, ante Baptiſmum à Chriſto inſtitutum, fuiſſe ſufficientem, nec opus fuiſſe poſtea Chriſti Baptiſmo, eo quod (inquit) non legitur illos qui baptiſati fuerant à Ioãne, iterum baptiſatos. Contra eum autem ſunt *acta Apoſtolorum cap.* 19. & D. Ambroſius *lib.* 1. *de Spiritu Sancto cap.* 3. vbi dicit à Ioanne baptiſatos adhuc baptiſmum Chriſti accepiſſe; nec tamen inde ſequi iteratum baptiſmum, ſed potiùs nouatum, quod ſcilicet alius eſſet baptiſmus Ioannis à baptiſmo Chriſti: vnde potiùs fiebat nouatio, quam iteratio; verba ſunt: ergo iſti (Epheſij) quia nec C in Chriſti nomine, nec cum fide Spiritus Sancti baptiſati fuerant, non poterant accipere baptiſmatis Sacramentum; baptiſati ſunt itaque in nomine Ieſu Chriſti, nec iteratum eſt in his baptiſma, ſed nouatum: & D. Auguſtinus etiam ſupra citatus, ait, illis hominibus quod deerat datum, non quod inerat improbatum, nec iteratum fuiſſe Baptiſmum, ita vt baptiſmus Chriſti non intelligatur iteratus, licet lotio ſit iterata, quandoquidem non eſt eadem lotio, ſed alia quæ coniuncta eſt cũ Spiritu nã in hoc differt baptiſmus Chriſti à baptiſmo Ioãnis, quia licet nõ Iudaico more planè factus ſit; eo quod etiam ad pœnitentiam ſeu peccatorum remiſſionem fieret, tamen non fuit planè ſpiritualiter, vt rectè Gregorius Nazianzenus *orat.* 39. baptiſauit, ait, Moſes, verùm in aqua, priuſque etiam in nube, & in mari: cæterùm hoc per figuram agebatur, vt & E Paulo placet, mare enim aquam, nubes Spiritum, manna panem illum vitæ, potio Diuinam potionem adumbrabat: baptiſauit etiam Ioannes, non iam ille quidem Iudaico more, non enim in aqua ſolùm, ſed etiam ad pœnitentiam, nondum tamen prorſus ſpiritualiter, nec enim addit in Spiritu: baptiſat quoque Ieſus, ſed in Spiritu, quod baptiſmum reddit perfectum; Chriſtique baptiſmus ſolus delet peccata, quod ipſemet Chriſtus inſinuaſſe videtur quando dixit, vt peccatori non ſepties tantùm, ſed ſeptuagies ſepties noxa remitteretur; potuit enim voluiſſe dicere Chriſtus tunc veniſſe tempus quo dimitterentur peccata; quando quidem ſi velimus ad veterem Adamum venire, ipſe Chriſtus iuxta ſeptuogradam Lucæ deſcriptionem. à veteri, & ſub peccato conſtituto Adamo ſeptuageſi-

mus ſeptimus numeratur, vt obſeruat & explicat Gregorius Nazianzenus *orat.* 44. Peccatum enim originale erat velut tenebræ, & lux Chriſti in tenebris illis luxit, vt ait Origines *hom.* 2. *in diuerſos*: totum, ait, genus humanum merito originalis peccati in tenebris erat, & Chriſtus ideò baptiſari voluit baptiſmo Ioannis propter imitationis exemplum, vt nos baptiſaremur baptiſmo Chriſti, *can.* 131. quoniam vt ait Gregorius Nazianzenus *orat.* 39. noſtrâ cauſâ formatus & baptiſatus, atque in cruce ſublatus eſt.

Cæterum ſi quis poſt baptiſmum male vixerit, & inique egerit, ei certè non magis proficiet Baptiſmus quàm ſi Iudæus, vel infidelis manſiſſet, & quaſi non baptiſatus eſſet, taliſque homo non pertinet ad nouum Teſtamentum, ſed potius ad vetus *can.* 151. nam ſicut, ait canon, in Sacramentis veteris Teſtamenti, quidam ſpirituales viuebant ad nouum Teſtamentum, id eſt ita perfectè viuebant in vera fide, pietate, & iuſtitia, vt ad nouum pertinerent Teſtamentum; ita contrà in Sacramentis noui Teſtamenti aliqui malè viuunt, & ita ſunt animales, vt magis videantur pertinere ad vetus Teſtamentum *dicto can.* 151. Et hic quidem lotus eſt, ſed non eſt lotus in ſalutem, vt rectè monet Origenes *hom.* 6. *in Ezechiel.* dicens quod Simon lotus eſt, & baptiſma conſequutus, verùm non eſt lotus in ſalutem; vnde ita hortatur Catechumenos: attendite catechumeni, audite, & ex his quæ dicuntur præparate voſmetipſos dum Catechumeni eſtis, vt veniatis ad lauacrum, & lauemini in ſalutem, nec ſic lauemini vt quidam loti ſunt, ſed non in ſalutem, vt qui accipit aquam, & non Spiritum Sanctum.

Baptiſmus autem eſt omnino Neceſſarius, ad Vitam æternam conſequendam, quod patet ex *cap.* 3. *Ioannis*: niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ita definit concilium Tridentinum *ſeſſ.* 7. *can.* 4. *de Sacramentis in genere.* Neceſſarius (inquā) & paruulis, & adultis; paruolis, vt patet ex D. Auguſtino *in epiſt. ad Optatum* & *epiſt.* 18. *ad Hieronymum.* & *lib.* 3 *de origine animæ cap.* 9. noli, ait, credere, noli dicere infantes antequam baptiſentur morte præuentos, peruenire poſſe ad originalium remiſſionem: nec eis prodeſt fides parentum niſi actu baptiſentur, & Sacramentum fidei accipiant: prodeſt enim tunc vt eis applicetur fidei Sacramentum, quod niſi applicetur non prodeſt, vt rectè D Auguſtinus *epiſt.* 23. *ad Bonifacium*: paruulum, ait, etſi nondum fides illa quæ in credentium voluntate conſiſtit, iam tamen ipſius fidei Sacramentum fidelem facit.

Adultis etiam eſt neceſſarius, quando recipi debet & poteſt, vt habetur in *conſtitutionib. Apoſtolic. lib.* 6. *cap.* 15. qui, ait, ob negligentiam baptiſari contemnit, velut infidelis condemnabitur, eique exprobrabitur velut ingrato: ait enim Dominus niſi quis renatus. Quòd ſi adulti neceſſitate præueniantur, poterunt per fidem Sacramenti & eius votum, conſequi ſalutem, *can.* 29. & *can.* 151. vbi dicitur quod ſi quis antequam perueniret ad baptiſmum, cùm optaret baptiſari, vel ad ætatem diſcretionis accepto baptiſmo, ille tamen ſaluus erit; & de eo intelligi poſſe illud ſcripturæ, imperfectum meum viderunt oculi tui, *dicto can.* 151. & D. Ambroſius *in oratione funebri Valentiniani Imperato*

A *ris*, qui nondum baptiſatus obierat, ſed hoc voti habuerat vt baptiſaretur; dicit enim accepiſſe quod popoſcit. & D. Bernardus *epiſt.* 77. qui citat prædictum locum D. Ambroſij; & D. Auguſtinus *lib.* 4. *contra Donatiſtas de Baptiſmo paruulorum cap.* 22. inuenio non tantùm Paſſionem pro nomine Chriſti, id quod ex baptiſmo deerat poſſe ſupplere, ſed etiam fidem conuerſionemque cordis, ſi fortè ad celebrandum myſterium Baptiſmi in anguſtiis temporum ſuccurri non poteſt. Nec obſtat quod dicit Gregorius Nyſſenus *orat. in ſancta lumina*, neminem poſſe conſequi ſalutem cum ſolo voto & deſiderio baptiſmi, hoc enim intelligitur, ſi in ſolo voto
B ſemper conſiſtat. Prodeſt autem ſua fides & votum cuique pro ſe non pro alio, quia cùm quis pro ſe poſcit baptiſari, conuertitur ad Creatorem, & recedit à creatura, at ille alius pro quo fit votum, non ita.

Quod ſi Baptiſmus Flaminis poteſt ſaluare, multò magis Baptiſmus Sanguinis, de quo ita Chriſtus loquutus eſt: baptiſmo autem habeo baptiſari, & quomodo coarctor donec perficiam *Lucæ* 12. & *Matthæi* 20. poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum, & baptiſmo, quo ego baptiſor, baptiſari? & certe maiorem charitatem nemo poteſt habere quam qui ponit animam ſuam pro aliis, *Ioan.* 15. & qui perdiderit animam ſuam propter Chriſtum, ſaluam faciet illam, *Lucæ* 9. Sed D. Cyprianus illud oſtendit apertiſſimè, loquens de martyrio Innocentium Martyrum: quos ait poſteris formam dediſſe, *ſer. de ſtella*: hi, ait, nuper cruore lacteo loti primitias baptiſmi martyrio conſecrarunt, tradentes poſteris formam vbi neceſſitatis articulus excluſerit mutam, non minus ad lauacrum animæ ſanguinem efficacem quàm ſanctificatas verbis ſolemnibus aquas; maximè cùm nec ſanguis hoc elemento careat, ſed aquarum moto per totum corporis alueum fluat; Spiritus vero Sanctus & aquis & ſanguini ſuperfertur, qui ſubiectos ſibi fouet & abluit; quo baptiſante, idem occiſio quod merſio operatur: & pro-
D pterea D. Auguſtinus *ſer.* 17. dicebat quod iniuria eſt orare pro Martyre, cuius nos debemus orationibus commendari. Sed & Gregorius Nazianzenus baptiſmum Martyrij agnouit, atque laudauit *orat.* 39. quartùm, ait, baptiſmi genus noui, nempe quod martyrio & ſanguine comparatur, quo ipſe quoque Chriſtus eſt baptiſatus; & quidem cæteris auguſtius quod nullis poſtea ſordibus contaminatur. Et D. Baſilius *de Spiritu Sancto cap.* 15. dixit baptiſatos in Spiritu Sancto non egere baptiſmate aquæ: iam vero, ait, ſunt nonnulli, qui in certaminibus proprietate reuera, non imitatione, Chriſti mortem paſſi, nihil huiuſmodi Sacramentis quæ ſunt in
E aqua, opus habuerunt ad ſalutem, nimirum in proprio Baptiſati ſanguine: neque hæc ita loquor quod aquæ Baptiſmum ſpernam, ſed vt iſtorum rationes deijciam, qui aduerſus Spiritum eriguntur, quique commiſcent mixturam non recipientia, & ſimilia faciunt quæ comparationem reſpuunt. Et Origenes etiam *hom.* 7. *in lib. Iudicum cap.* 6. præfert baptiſmum ſanguinis, aquæ baptiſmo, vt quod puriores reddat, quod excludat peccata etiam in futurum, quod non facit aquæ baptiſmus: item quod Chriſtus baptiſatus ſit hoc baptiſmo.

Baptiſantur autem, vt diximus, tàm paruuli A
quàm adulti *can.* 3. 4. 5. & *alijs multis hac diſt.*
4. fortiſſimè tene, ait, *can.* 3. & nullatenus du-
bites, non ſolum homines iam ratione vtentes,
verùm etiam paruulos, qui ſiue in vteris ma-
trum viuere incipiunt ibique moriuntur, ſiue
cùm de matribus nati ſine Sacramento Sancti
Baptiſmatis, quod datur in nomine Patris, &
Filij, & Spiritus Sancti, de hoc ſæculo tran-
ſeunt, igne ſempiterno puniendos; quia etſi
propriæ actionis peccatum nullum habuerunt,
Originalis tamen peccati damnationem car-
nali Conceptione & Natiuitate traxerunt, *di-
cto can.* 1. & *can.* 136. vbi dicitur fallere &
falli eos qui paruulos non Baptiſatos in dam- B
natione dicunt non eſſe futuros. Additur
tamen paruulos illos ſine Baptiſmo de cor-
pore exeuntes, in damnatione omnium mi-
tiſſima futuros, *dicto can.* 136. probatur inſu-
per ex Gregorio Nazianzeno infantes eſſe Ba-
ptiſandos *orat.* 40. infans, ait, tibi eſt? ne oc-
caſionem improbitas arripiat, ab infantia ſan-
ctificetur, ab ipſis vnguiculis Spiritui conſecre-
tur: & ex Origene in *epiſt. ad Romanos lib.* 5.
cap. 6. vbi dicit id eſſe ex Apoſtolica traditione:
Eccleſia, ait, ab Apoſtolis traditionem ſuſce-
pit etiam paruulis dare Baptiſmum: ſciebant
enim illi quibus myſteriorum ſecreta commiſſa
ſunt diuinorum, quia eſſent in omnibus geni-
næ ſordes peccati, quæ per aquam & Spiri- C
tum ablui deberent: & *Homil.* 14. *in Lucam:*
paruuli Baptiſantur in remiſſionem peccato-
rum, quorum peccatorum? vel quo tempore
peccauerũt? aut quomodo poteſt vlla lauacri in
paruulis ratio ſubſiſtere, niſi iuxta illum ſen-
ſum, nullus mundus à ſorde? & quia per Ba-
ptiſmi Sacramentum ſordes natiuitatis depo-
nuntur, propterea Baptiſantur & paruuli. Idem
dicit *Homil.* 8. *in Leuitici cap.* 12. & 13.

Ratio cur debeant infantes Baptiſari, ſeu
pueri ratione carentes, eſt exemplum circum-
ciſionis; nam & circumcidebantur infantes *can.*
132. deinde ipſius originalis peccati contagio id
ſuaſit; nam ſicut illud ſine conſenſu paruulo-
rum contrahitur per ſolam actionem Adami D
parentis, ita debuit poſſe deleri ſine conſenſu
paruulorum, *cap.* 3. *de Baptiſmo*: ſicut enim per
primum hominem in peccato & morte naſ-
cuntur, ſic etiam per Chriſtum in iuſtitiam &
vitam æternam in Baptiſmo renaſcuntur; &
idcirco Chriſtus hanc dedit vim huic Sacramen-
to, & Eccleſiæ, vt in ea paruuli poſſent Bapti-
ſari *can.* 138. Denique quia propter generale
præceptum Domini illud erat neceſſarium; vo-
luit enim Chriſtus & præcepit omnes Baptiſa-
ri, vt patet ex *can.* 141. his verbis: nulla præter
Baptiſmum ſalus promittitur infantibus, quia
infantes ſi per Sacramentum quod ad hoc eſt E
diuinitus inſtitutum in credentium numerum
non tranſeant, profecto in tenebris manent,
dicta can. 141. & licet non agnoſcant pueri quod
eis fit, neque credant, prodeſt tamen eis fides
eorum à quibus offeruntur conſecrandi, *can.* 7.
& alio profitente Baptiſantur; ſicut etiam ægri,
ſurdi, muti, *can.* 74 & reſponſio facta ab alio
ſufficit ad celebrationem Sacramenti *can.* 76.
imò pertinet ad eam, ſi ipſe qui Baptiſatur, non
poſſit reſpondere, quæ alioqui non ſufficeret,
can. 77. *hac Diſt.* 4. *de conſecr.*

A Et ratio cur ita poſſint infantes Baptiſari, etiã-
ſi fidem non habeant, aut cognitionem, tri-
plex offertur: prima quia gratia Spiritus Sancti
communis eſt quodammodo omnibus fideli-
bus, ideoque cùm ſit in fidelibus Baptiſatis &
regeneratis, facilè ex eorum voluntate & con-
ſenſu tranſit ad regenerandos, *can.* 129. ideoque
can. 7. dicitur conſiderandũ eſſe vnicuique quid
ſibi proſit fides ſua, quandu in aliorum quoque
beneficio, qui propriam nondum habent pote-
ſtatem, commoda ſit: & in hoc differt gratia à
peccato; nam peccatum alicuius non inficit al-
terum, vt puta paruuli perfidiâ parentum ſacri-
ficijs dæmonum expoſiti non peccant, quia ani-
B ma alterius non eſt alteri communis; at vero
gratia Spiritus Sancti afficit, quia communis
eſt, vnde facilè tranſit ad alium *dicto can.* 129.

Secunda ratio eſt quia cum pueri Baptiſan-
tur, non tantùm offerentes ſed etiam Eccleſia
tota credit pro eis, ſeu Eccleſia offert tota, &
velut os maternum præſtat, *can.* 139. nam ſi-
cut ex alijs ea quæ illis in Baptiſmo remittun-
tur peccata traxerunt, ita in Eccleſia Saluato-
ria, per alios paruuli credunt *can.* 130.

Tertia ratio, quia ipſum Baptiſari eſt cre-
dere, *can.* 144. quis autem, inquit, neſciat
credere eſſe infantibus Baptiſari? non credere
autem non baptiſari? & *can.* 76. nihil eſt aliud
credere quàm fidem habere, ac per hoc cum
C reſpondetur paruulus credere qui fidei nondum
habet affectum, reſpondetur fidem habere pro-
pter fidei Sacramentum, ſeque ad Deum con-
uertere propter conuerſionis Sacramentum,
quia & ipſa reſponſio pertinet ad celebratio-
nem Sacramenti; & infra; paruulum etſi non-
dum fides illa, quæ in voluntate credentium
conſiſtit, iam tamen ipſius fidei Sacramentum
fidelem facit: nam ſicut credere reſponde-
tur; ita etiam fidelis vocatur, non rem ipſam
mente annuendo, ſed ipſius rei Sacramentum
percipiendo: quæ tertia ratio eſt valde no-
tanda.

Ideo ergo maximè offerebant aliqui Bapti-
ſandos, propter infantes, vt fidem pro eis pro-
D fiterentur, vt patet ex dictis, & colligitur ex
D. Auguſtino *ſerm.* 181. *de temp.* diſcat quiſque,
ait, fidem vt Catholicam quam profeſſus eſt
per ora geſtantium in Baptiſmo, cùm ad annos
intelligibiles venerit: & Tertullianus *lib. de
Baptiſmo cap.* 18. quid enim neceſſe eſt, ſi non
tam neceſſe ſponſores etiam periculo vrgeri,
qui & ipſi per mortalitatem deſtituere ſuas poſ-
ſunt promiſſiones, & prouentu malæ indolis
falli; & ex Valafrido Strabone *lib. de rebus Ec-
cleſiaſticis cap.* 26. ex hac occaſione inuentum
eſt, ait, vt patrini vel matrinæ adhibeantur
ſuſcepturi paruulos de lauacro, & pro eis om-
E nia reſpondeant, quæ ipſi per ætatis infirmita-
tem confiteri non poſſunt: & ex Rabano Mau-
ro *lib. de inſtit. Clericor. cap.* 26. in Eccleſia, ait,
Saluatoris, paruulorum qui per ætatem abre-
nuntiare & credere non poſſunt, per corda &
ora geſtantium ſalus adimpletur: & Gennadio
Maſſilienſi *Lib. de Eccleſiaſticis dogmatib. cap.* 15.
ſi paruuli ſunt, ait, vel hebetes, qui Doctrinam
non capiunt, reſpondeant pro illis, qui offe-
runt eos. Ideoque docere eos debebant Sym-
bolum & orationem Dominicam, teſte D. Au-
guſtino *ſerm.* 163. aliaſque virtutes *ſerm.* 116. &

can. 105. *hac Diſt.* 4. *de conſecrat.* quod etiam A colligitur ex Dionyſio Areopagita *de Eccleſiaſt. Hierarchia cap. de Baptiſmo*: vbi ſuſceptorem vocat vitæ ducem; & ex Amalario Fortunato *lib.* 1. *de Eccleſiaſt. Officijs cap.* 29. neophyti noſtri, ait, per octo dies ſub ducibus, Presbyteris ſcilicet, atque patrinis & matrinis deducuntur, illique ideo dicuntur Sponſores à Tertulliano *lib. de Baptiſmo cap.* 18. & Albino Flacco *lib. de diuinis Officijs cap.* 21. *de Sabbato in albis*, & Dionyſio Areopagita de *Eccleſiaſt. Hierarch. cap. de Baptiſmo*; licet verum ſit etiam adultos habuiſſe ſuos ſuſceptores: nam Dionyſius Areopagita *loco citato* loquitur de adulto qui precabatur ſuſceptorem ſuum, vt citò Baptiſaretur: & D. Baſi- B lius *epiſtola* 128. *ad Poſthumianū*, laudat verba quæ protulit dum Baptiſaretur, optatque ſe ſuſceptorem eius fuiſſe: primo, ait, Baptiſmate initiatus es ad pietatem: vtinam te è ſacro fonte leuaſſem! recordor enim verborum tuorum quæ adhuc inſonant auribus meis: idemque videre eſt apud Paulum Diaconum *lib.* 4. *cap.* 17. qui ſic loquitur: Regina Perſarum habitu priuato propter Chriſtianę fidei amorem Conſtantinopolim venit, ibique ab imperatore honorificè ſuſcepta eſt: poſt aliquot dies, vt deſiderabat, Baptiſmum conſecuta, & ab Auguſto de ſonte leuata eſt. Dicũtur etiam Patres in Baptiſmate, quomodo Lucianus Presbyter C dicitur pater Epiphanij Conſtantiæ Epiſcopi. Dicũtur etiam Patrini & Matrinæ in Nicæna Synodo *cap* 21. Item Compatres à D. Auguſtino *ſerm.* 116. *de tempore*; & Concilio Moguntino. Horum vſum ad nos manaſſe ait Ludolphus Saxo Carthuſianus ab illo verbo Euangelij (& adduxit eum ad Ieſum) *lib.* 1. *de vita Chriſti*, *cap.* 24. & adduxit, ait, eum ad Ieſum: ex hoc accepit Eccleſia quod in Sacramento Baptiſmi & Confirmationis vtitur adducentibus, qui præſentent ſuſcipientes Sacramentum, qui Patrini ſolent vocari Valafridus vero Strabo *lib. de rebus Eccleſiaſticis cap* 26. exiſtimauit occaſione Baptiſmi paruulorum com- D patres inſtitutos fuiſſe.

Suſceptores vero marium erant olim mares, fœminarum fœminæ, ex Synodo Nicæna *can.* 22. viri, ait, non teneant Baptiſmo puellas, & fœminæ maſculos. Item Vnus tantùm erat qui ſuſciperet ſiue vir, ſiue fœmina, non duo, *can.* 15. *hac Diſt.* 4. *de conſecrat.* & *can.* 101. non plures, ait, ad ſuſcipiendum de Baptiſmo accedant quàm vnus ſiue vir, ſiue mulier; in Confirmatione quoque id fiat: & *can.* 100. in Catechiſmo, & in Baptiſmo, & in Confirmatione vnus & idem Patrinus fieri poteſt ſi cogit neceſſitas; non eſt tamen Ro- E mana conſuetudo, ſed per ſingulos ſinguli ſuſcipiunt: & ratio affertur Synodo Metenſi *cap.* 12. nullus ſuſcipiat à fonte infantem, niſi qui apprimè ſignaculum, id eſt abrenuntiationem Diaboli & profeſſionem Catholicæ fidei tenuerit, & infantem nequaquam duo vel plures, ſed vnus à fonte Baptiſmatis ſuſcipiat, quia in huiuſmodi ſecta, diabolo datur locus, & tanti myſterij reuerentia vileſcit; nam vnus Deus, vnum Baptiſma, vnus qui a fonte ſuſcipit debet eſſe, pater vel mater infantis.

Vel etiam dici poteſt id prohibitum propter impedimenta cognationum ſpiritualium, quæ inde oriebantur, vt habetur in Concilio Moguntino vltimo *cap.* 19. tum etiam colligitur ex Tridentino *Seſſione* 24. *cap.* 2. oritur enim ex Baptiſmo Cognatio Spiritualis, quæ dicitur major cognatione corporali, in Synodo Trullana *can.* 53. quod eſt deſumptum ex Epiſtola Gregorij Nazianzeni. Hanc vero affinitatem ab Apoſtolis deſcendere putauit Origenes *in illud Pauli ad Romanos* 16. *Lucius, & Iaſon, & Soſipater cognati mei*; addit enim: hanc cognationem, vel conſanguinitatem arbitror eſſe ex Baptiſmo contractam, & illa cognatio impedit matrimonium, Synodo Nicæna *can.* 21. & *l. ſi quis alumnam, Cod. de nuptiis.*

Porro Patrinus eſſe non poteſt in Baptiſmo, qui non eſt Baptiſatus, nec in Confirmatione qui non eſt confirmatus *can.* 102. *hac Diſt.* 4. *de conſec.* Non licet autem Abbati vel Monacho de Baptiſmo ſuſcipere filios, nec Commatres habere, *can.* 103. Monachi, ait, etiam ſibi Commatres, Compatreſue non faciant, nec oſculentur fœminas, *can.* 104.

Quod attinet ad Baptiſmum Adultorum; in eo plura obſeruabantur quàm in Baptiſmo puerorum: nam prius oportebat eos crebris ieiunijs & geniculationibus, & peruigilijs orare, cumque confeſſione omnium retro delictorum, teſte Tertulliano *lib. de Baptiſmo cap.* 19. & Cyrillo Hieroſolymitano *Catechesi myſtagogica*, his verbis: tempus eſt, ait, præſens confeſſionis; confiteare quæ perpetraſti ſiue verbo, ſiue opere, ſiue noctu, ſiue interdiu, confitearis tempore acceptabili, & in die ſalutis, aſſiſtas Catecheſibus, & quæ in illis dicuntur memineris: & confiteri Baptiſandos teſtatur Gregorius Nazianzenus *orat.* 40. nec peccatum tuum confiteri & accuſare graue ducas, ſciens quo pacto Ioannes ieiunauerit, *conſtitution. Apoſtolic. lib.* 7. *cap.* 23. ante Baptiſmum ieiunet qui eſt Baptiſandus, & Clemens Papa 1. *Epiſt.* 3. *de Officio Sacerdot. & Cleric.* ſi quis fidelis voluerit exiſtere, & deſiderat Baptiſari, ieiunijs frequentibus operam impendat. Imò teſtis eſt D. Auguſtinus etiam paruulis lac ſubtrahi, vel aliquid aliud loco ieiunij, *Epiſt.* 28. ad S. Hieronymum. Confirmatur ex *can.* 96. *&* 97. *hac Diſt.* 4. *de conſecr.* in quibus adulti agebant Pœnitentiam de vita vetere ante Baptiſmum, & paruuli immunes erant ab hac Pœnitentia. Ea tamen Pœnitentia talis non erat quæ pœnam aliquam infligendam requireret, vt poſt Baptiſmum, & ita intelligendus *can.* 99. ſine Pœnitentia ait ſunt dona & vocatio Dei, quia gratia Dei in Baptiſmate non requirit gemitum, non requirit planctum vel opus aliquod, ſed ſolam fidem, & omnia gratis condonat.

Ordo vero Baptiſandi Adultos deſcribitur *Concilio* 1. *Conſtantinopolit. can.* 7. quicumque, inquit, ex his rectæ fidei aſcribi volunt, vt Græcos admittimus, & primo quidem die ipſos Chriſtianos facimus, ſecũdo Cathecumenos, deinde tertio exorciſamus ſiue adiuramus ipſos, ter ſimul in faciẽ eorum & aures inſufflando, & ſic eos catechiſamus, & curamus vt longo tempore verſentur in Eccleſijs, & audiant

ſcripturas; & tunc eos baptiſamus. Nomen A igitur primo dabant baptiſandi, vt patet ex ſynodo *Carthaginenſi* 1. *cap.* 84. baptiſandi nomen ſuum dent, atque diu ſub abſtinentia vini & carnium, ac manus impoſitione crebra examinati, percipiant baptiſmum: & Cyrillus Hieroſolymitanus *catecheſi* 3. *myſtagogica*: abſit vt aliquis ex his qui nomina dederunt, & in album relati ſunt, audiat, amice quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? & in *procatech.* 1. nomina iam in Chriſti militiam dediſtis: D. Auguſtinus *lib. 6. de fide & operibus*: quod autem fit per omne tempus, quod in Eccleſia ſalubriter conſtitutum eſt, vt ad nomen Chriſti accedentes, Catechumenorum nomen B accipiant, hoc fit multò diligentiùs & inſtantiùs his diebus, quibus Competentes vocantur, cùm ad percipiendum Baptiſmum ſua nomina iam dederunt. Gregorius Nyſſenus *oratione aduerſus eos qui differunt baptiſari*, venite ergo qui malis affecti eſtis, ad veſtram curationem, neque rem negligatis, date mihi nomina vt ea imprimam libris ſenſilibus, & ſcribam atramento, Deus autem ea ſignet in tabulis in quas non cadit interitus.

Ratio affertur à D. Auguſtino *loco citato*, vt ſcilicet non temerè quiuis ad Baptiſmum admittatur: videamus, ait, vnde agitur, id eſt vtrùm ad percipiendum baptiſmum admittendi C ſunt homines, vt nulla ibi vigilet diligentia ne ſanctum canibus detur, vſque ad vt nec aperriſſimi adulterij perpetratores, eius que perſeuerantiæ profeſſores a ſacramento tantæ ſanctitatis videantur arcendi; qui ſine dubio non admitteſentur ſi per ipſos dies quibus eandem gratiam percepturi, ſuis nominibus datis, abſtinentiâ, ieiunijs & exorciſmis purgantur, cum ſuis legitimis & veris vxoribus ſe concubituros profiterentur: & *can. 6. hac diſt. 4. de conſecratione*, vbi dans nomen & examinatur.

Deinde verò catechiſabantur, vt patet ex dictis, & *can.* 54. *hac diſt.* 4. *de conſecr.* vbi dicitur quod priùs debet baptiſandus fide In- D carnationis Chriſti inſtitui, & ſic ad Baptiſmum iam credulus admitti, quemadmodum prius ipſe Ieſus cæci nati oculos luto ex ſputo facto ſuperliniuit, & ſic ad aquas Siloës miſit, quo exemplo etiam vtitur D. Ambroſius *lib.* 2. *de Sacramentis cap.* 2. agens de Baptiſmi cæremonijs: quando, ait, dediſti nomen tuum, tulit lutum, & liniuit ſuper oculos tuos. Idem habet D Baſilius *ſerm. de Baptiſmo*, & D. Auguſtinus *lib. 8. confeſſionum*, & *lib. de vera & falſa pœnitentia*: ob hoc, ait, ſunt Catechumeni in Eccleſia conſtituti, vt dum baptiſmum expectant, vnde ſuæ pœniteant habeant: & *conſtit. Apoſtolic. lib.* 5. *cap.* 45 *& lib.* 6. *cap.* 18. E *& lib.* 7. *cap.* 39. & Dionyſius Areopagita *de Eccleſiaſtica Hierarchia cap. vltimo*, Iſidorus *lib.* 2. *de officijs cap. de Baptiſmo*. Atque notandum ex Timotheo Alexandrino *in reſponſionibus canonicis*, *interrogatione* 1. etiam inter Catechumenos, infantes fuiſſe: ſi puellus, ait, catechumenus, vel homo iam perfectus, dum fieret oblata affueris oportunè, eiusque neſcius particeps factus ſit, quid debet de eo fieri? & reſpondet, illuminari.

Catechiſmus vero baptiſandorum poterat eſſe varius pro arbitrio Epiſcopi, & à Sacerdotibus Eccleſiæ cuiuſque fieri poterat atque componi, *can.* 57. *hac diſt.* 4. nam baptiſandus per confeſſionem veræ fidei in alterius ſe commendabat dominium, & per abrenuntiationem à prioris poſſeſſoris ſe alienabat ſeruitio, vt per pium Sacerdotis miniſterium Spiritui ſancto cedat fugiens Spiritus malignus, *can.* 16. Nam Baptiſmus fide cordis maximè nititur, & conſtat *can.* 150. crebroque examinabatur *can.* 60.

Fiebant autem Catechumeni & tales conſtituebantur orationibus ſuper eos factis *can.* 64. & ſale benedicto in os iniecto initiabantur catechumeni, *can.* 54. *&* 65. communiterque olim baptiſandi manebant Catechumeni per quadraginta dies, ex D. Hieronymo ad Pammachium: conſuetudo, ait, apud nos eiuſmodi eſt, vt ijs qui baptiſandi ſunt, per quadraginta dies publicè tradamus ſanctam & adorandam Trinitatem. Et Cyrillus Hieroſolymitanus *catecheſi* 1. *myſtagogica*: quadraginta diebus, ait, non vacabis pro anima tua? ſed hic mos poſteà reductus eſt ad viginti dies *can.* 55. vel ad octodecim dies, propter rationem quam reddit Almarius *lib. de Eccleſiaſticis officijs cap.* 8. modo dicendum eſt, quare hoc officium agatur quartâ feriâ hebdomadæ quartæ quadrageſimæ: non immerito eodem die & eadem quarta hebdomada Catechumeni ad nomen Chriſti C accedunt &c. nam à feria quarta hebdomadæ quartæ catecheſis incipit vſque ad Sabbatum paſchale, non ſunt niſi quatuordecim dies. Atque tunc incœpiſſe ait Iuo Carnotenſis *ſerm. de Sacrament. Neophyt.* Rupertus *lib.* 4. *de diuinis officijs cap.* 18. *de fer.* 4. *ſcrut.*

Aliquando tamen Catecheſis erat longior, vt triom annorum; aliquando breuior, vt notat Author conſtitution. Apoſtolic. *lib.* 8. *cap.* 28. vnde quia Iudæi ſæpiùs ad vomitum redibant, per octo menſes inter Catechumenos ſunt *can.* 93. Illo vero tempore ſui catechumenatus, fidei ſimbolum diſcebant, ſcilicet in viginti diebus, *can.* 55. quod competentibus pu- D blicè ante dies octo Dominicæ Reſurrectionis in omnibus Eccleſijs publicabatur, *can.* 56. & debebant illud ſimbolum, ſeu credo in Deum ita diſcere, vt tenerentur illud feriâ quintâ vltimæ ſeptimanæ, vel Epiſcopo, vel presbyteris reddere, *can.* 58. & *can.* 59. itemque diſcebant Orationem Dominicam ex Iſidoro *lib. de Eccleſiaſticis officijs cap.* 27. & Amalario *lib.* 1. *cap.* 8. non licebat ante duas ſeptimanas Paſchæ, ſed ante tres aliquem ad Baptiſmum ſuſcipere, dicto *can.* 59

Poſtea ijdem Catchumeni fiebant Competentes, ex Iſidoro *lib.* 2. *de Eccleſiaſticis officiis* poſt Catechumenos ſecundus competentium E gradus eſt: Competentes autem ſunt, qui iam poſt doctrinam, fidei poſt vitæ continentiam, ad gratiam Chriſti percipiendam feſtinant, ideoque appellantur competentes, id eſt gratiam Dei ſimul petentes. Et hi dabant nomen vt Competentes, licet iam dediſſent vt Catechumeni; teſte D. Auguſtino *loco ſupracitato*, *de fide & operibus*, *& de cura pro mortuis gerenda*: Paſcha iam appropinquabat, dedit nomen inter alios competentes. Illi fiebant Dominica palmarum ſimbolo eis tunc prædicato, vt patet ex *can.* 58. *ſupracitato*, & concilio Agatenſi *capite* 13. & D. Ambroſio *epiſt.* 33.

Item à baptiſandis abigebatur ſpiritus immundus exorciſmis, & exſufflationibus, ex Ioanne Chryſoſtomo *hom. de Adam & Eua.* & D. Auguſtino *lib. de nuptiis & concupiſcentia*: neque enim, ait, ex quo eſſe cœpit Manichæi peſtilentioſa doctrina, ex illo cœperunt in Eccleſia Dei paruuli exorciſari & exſufflari; illis enim exorciſmis ſpiritus immundus abijciebatur, *can.* 53. & pellebatur Diabolica poteſtas, *can.* 61. nam vt eſt in *can.* 67. Sacerdotes cùm per exorciſmi gratiam manum credentibus imponunt, & habitare malignos Spiritus in eorum mente contradicunt, quid aliud faciunt niſi Dæmonia eijciunt? & *can.* 66. dehinc iterum exorciſatur Diabolus, vt ſuam nequitiam agnoſcens, & iuſtum ſuper ſe Dei iudicium timens recedat ab homine, nec jam contendat eum arte ſua ſubuertere ne baptiſmum conſequatur, ſed magis honorem Deo creatori ſuo exhibens, reddat opus factori ſuo. Quare Gregorius Nazianzenus *orat.* 40. ita hortatur Baptiſandum: ne exorciſmi medecinam reſpuas, nec ob illius longitudinem animo excidas, nam id quoque velut lapis quidam Lydius eſt, ad quem exploratur quàm ſyncero quiſque pectore ad baptiſmum accedat. Huc adde illud Iſidori *lib.* 1. *cap.* 12. Exorciſtæ, ait, ex græco in latinum adiuratores, ſeu increpantes dicuntur; inuocant enim ſuper catechumenos, vel ſuper eos qui habent ſpiritum immundum, nomen Domini Ieſu, adiurantes per eum vt egrediatur ab eis. Et tàm Laici quàm Clerici poterant exorciſare, vt conſtat ex Tertulliano *lib. de corona militis*, *cap.* 11. & *lib. de idololatria cap.* 11.

Aliud fuit exorciſandi genus, quo impoſtores & Magi vtebantur, vt patet ex Iuſtino Martyre *in dialogo aduerſus Tryphonem de Iudæis & Gentilibus*: nam hi exorciſmi fiebant incantationibus, de quibus loquitur Vlpianus. *ſ. de extraordinariis cognitionib.* vbi non putat inter Medicos oportere referri, qui exorciſmis ſanauerint: non tamen ſi incantauit, ſi imprecatus eſt, ſi (vt vulgari verbo impoſtorum vtar) exorciſauit; non de exorciſmis Chriſtianorum, qui ſine præſtigiis ac deceptionibus fiunt, teſte Euſebio *lib.* 5. *hiſt. Eccleſiaſt*, *cap.* 7.

Item oportebat Baptiſandum Renuntiare Diabolo: nam interrogabatur, ſi Diabolo renunciaret, *can.* 95. & omnibus eius pompis fallacibus, *can.* 73. & apud Origenem *in epiſt. Pauli ad Romanos*, idque protensâ manu tanquam Satanæ præſenti renunciarent, ex Cyrillo Hieroſolymitano *catech.* 1. *myſtagogica*. Forma verò illius renuntiationis eſt in conſtitutionibus Apoſtolicis *lib.* 7. *cap.* 41. abrenuntio Satanæ & operibus eius, pompis, cultui, Angelis & machinationibus eius, & omnibus quæ ſub ipſo ſunt. Cui ſimilis eſt illa renuntiatio, quæ refertur à D. Chryſoſtomo *hom.* 21. *ad populum Antiochenum*: vocis, ait, illius recorderis, quam dum ſacris initiareris, emiſiſti; abrenuntio tibi Satanæ, & pompæ tuæ & cultui tuo; Et à Diuo Hieronymo *ad cap* 5. *Matthæi*: quidam (inquit) diſſerunt in baptiſmate ſingulos pactum inire cum Diabolo, & dicere renuntio tibi Diabole, & pompæ tuæ, & vitiis tuis, qui in maligno poſitus eſt. Et tribus vicibus fit renuntiatio prædicta, ex Seuero Alexandrino *de Baptiſmo*. Vnde Gregorius Nazianzenus dicebat nihil aliud eſſe vim & facultatem Baptiſmi, quàm ſecundæ vitæ ac purioris viuendi rationis pactum cum Deo initum, nec hoc pactum eſſe violandum, συνθήκας πρὸς θεὸν δευτέρου βίου.

Item baptiſandi ſuam fidem palam profitebantur, ex Beda *ſuper Tobiam*, & ex conſtitutionibus Apoſtolic. *lib.* 6. *cap.* 42. & D. Hieronymo *dialogo aduerſus Luciferianos*. Et aliquando profeſſio de ſuggeſtu fiebat, vt facta eſt à Victorino apud D. Auguſtinum *lib.* 8. *Confeſſ.*

Poſtquam verò ſe credere profeſſi erant, tandem baptiſabantur *can.* 78. quod quomodo fieret dubitatur, tum circa materiam, an trina immerſio neceſſaria eſſet; tum circa formam, an baptiſmus fieri poſſet in nomine Chriſti, non expreſſâ Trinitate: quin enim Baptiſmus in aqua conferri debeat, nulla dubitatio eſt, & patet ex concilio Tridentino *ſeſſione* 7. *cap.* 2. & *Ioannis* 3. niſi quis renatus fuerit ex aqua &c. vnde *Actuum* 8. Eunuchus dicebat ad Philippum, ecce aqua, quid prohibet me baptiſari? & probatur ex Patribus, Tertulliano *lib. de Baptiſmo*, Ambroſio *lib. de iis qui initiantur myſteriis*, *cap.* 3. Chryſoſtomo *hom.* 26. *in Ioannem*, Cyrillo Hieroſolymitano *catech.* 2.

Quod ad primum attinet, certum eſt *cap.* 1. *de Baptiſmo* præſcribi trinam merſionem, & *can.* 81. dicitur trinam immerſionem eſſe de præcepto Euangelico; quod confirmatur à D. Chryſoſtomo *hom. de fide in Patrem & Filium & Spiritum Sanctum*: omnibus, ait, myſteriis veluti ſigillum imponens Dominus, in tribus merſionibus aquæ vnum baptiſma ſuis Diſcipulis tradidit, dicens euntes docete &c. & trinæ merſionis meminit Dionyſius Areopagita *cap. de Baptiſmo*, & Tertullianus *lib. de corona militis*, & D. Ambroſius *lib.* 2. *Sacrament. cap.* 7. Vnde *can. Apoſtolorum* 49. dicitur quod ſi quis Epiſcopus, aut presbyter non trinam merſionem vnius myſterij celebret, ſed ſemel mergat in baptiſmate, quod dari videtur in Domini morte, deponatur: vbi Zonaras & Balſamo dicunt trinam merſionem apponendam. Atque in vnaquaque merſione vnum Trinitatis nomen pronuntiabatur, ex Tertulliano *lib. aduerſus Praxeam cap.* 6. mandans, ait, vt tingerent in Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, non in vnum: nam nec ſemel, ſed ter ad ſingula nomina in perſonas ſingulas tingimur: & ex D. Damaſceno *epiſt. de Triſagio*: Eaque ratione ad vnamquamque immerſionem nomen vnius è tribus perſonis pronuntiamus.

Trina vero merſio duplicis myſterij ſignificationem dicitur continere, *can.* 78. recte (inquit) tertiò merſi eſtis qui accepiſtis Baptiſmum in nomine Trinitatis, recte tertiò merſi eſtis qui accepiſtis baptiſmum in nomine Ieſu Chriſti, qui die tertiâ reſurrexit à mortuis; illa enim tertiò repetita demerſio typum Domini exprimit ſepulturæ, per quam Chriſto conſepulti eſtis in Baptiſmo, & cum Chriſto reſurrexiſtis in fide: idemque habetur *can.* 80. nec trina merſio facit quin Baptiſmus ſit vnum Sacramentum, & vnus baptiſmus, *can.* 81.

Veruntamen ad vitandum ſchiſmatis ſcandalum, vel hæretici dogmatis vſum, ſimplam re-

ñere poſſumus baptiſmi merſionem, *can.* 85. A
vel etiam ſi ea fuerit locorum conſuetudo vt in vna merſione aliquis baptiſetur, quandoquidem vnica merſio, facta in nomine Trinitatis, alias poteſt habere ſignificationes, nempe ſingularitatis eſſentiæ diuinæ, vt rectè *can.* 88. dicitur: de trina, ait, merſione Baptiſmatis, nihil reſponderi veriùs poteſt, quàm quod ipſi ſenſiſtis, quia in vna fide nihil officit Eccleſiæ ſanctæ conſuetudo diuerſa: nos autem quod tertio mergimus triduanæ ſepulturæ Sacramenta ſignamus, vt dum tertiò infans ab aquis educitur, reſurrectio triduani temporis exprimatur; quod ſi quis fortè etiam pro ſumma B
Trinitatis veneratione exiſtimet fieri, neque iſtud aliquid obſiſtit baptiſandos ſemel in aquis mergere, quia dum in tribus perſonis vna ſubſtantia eſt, reprehenſibile eſſe nullatenus poteſt infantem in baptiſmate vel ter vel ſemel immergere, quando & in tribus merſionibus Perſonarum Trinitas, & in vna poteſt Diuinitatis ſingularitas deſignari, *dicto can.* 80. Et confirmatur à Valafrido Strabone *lib. de rebus Eccleſiaſticis cap* alij, ait, trinam immerſionem volunt in ſimilitudinem triduanæ ſepulturæ, vt in canonibus Apoſtolorum ſtatutum habetur, & Romanorum conſuetudo obſeruat; alij vnam propter Diuinitatis Vnitatem contendunt, vt in concilio Toletano habetur pleniſſimè C
&c.

Ratio differentiæ optima affertur *dicto can.* 80. quià trina merſio, vel vnica eſt tantum de conſuetudine Eccleſiæ: nec enim his verbis baptiſantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, exprimitur id fieri debere per trinam aut vnam merſionem. Quod confirmatur à D. Baſilio *lib. de Spiritu Sancto cap.* 27, iam, ait, ter immergi hominem vnde eſt traditum? reliqua item quæ fiunt in baptiſmo, veluti Satanæ & Angelis eius renunciare, ex qua ſcriptura habemus? nonne ex priuata & arcana traditione? & ex D. Hieronymo *dialogo aduerſus Luciferianos:* an neſcis etiam Eccleſiarum hunc D
eſſe morem, vt baptiſatis poſtea manus imponatur, & ita inuocetur Spiritus Sanctus? exigis vbi ſcriptum ſit? in Actibus Apoſtolorum: etiamſi ſcripturæ authoritas non ſubeſſet, totius orbis in hanc partem conſenſus inſtar præcepti obtineret: nam & multa quæ per traditionem in Eccleſia obſeruantur, authoritatem ſibi ſcriptæ legis vſurparunt, velut in lauacro ter mergitare.

Olim igitur baptiſandi ter immergebantur, & demittebantur in aquam, vt patet ex D. Auguſtino *ſerm.* 20 *de tempor.* tertiâ, ait, vice vetus E
homo mergitur, vt nouus reſurgere mereatur: & Tertullianus *lib. de Baptiſmo*, ſine pompa homo in aquam demiſſus, & inter pauca verba tinctus, non multo, vel nihilo mundior reſurgit: & Paulinus *epiſtol.* 12. *ad Seuerum.*

Mira Dei pietas, peccator mergitur vndis.

& Gregorius Nyſſenus *orat. de S. Baptiſmate:* nos baptiſma aſſumentes ad imitationem Domini, & Doctoris, & præceptoris noſtri, in terra quidem non ſepelimur, ſed ad terræ cognatum elementum aquam venientes, in illa ſicut Saluator in terra nos abſcondimus: & Fulbertus Carnotenſis Epiſcopus *ad Adeodatum:* ſicut

A Dominus noſter Ieſus Chriſtus tribus diebus & tribus noctibus corporaliter ſub terræ ſepulchro conditus fuiſſe deſcribitur, ita homo ſub cognato terræ elemento trinâ vice demerſus operitur, ac ſic vitalis imitatione myſterij, dum demergitur ſepelitur, dùm educitur ſuſcitatur: & D. Auguſtinus *de tempore*, quando in ſalutari lauacro tertiò Chriſtiani merguntur, tunc Ægyptij, id eſt originalia peccata, vel actualia crimina, quaſi mari rubro ſepeliuntur. Vnde natæ ſunt illæ formulæ loquendi, ſurrexit à fonte, apud Albinum *de Diuinis officiis cap. de Sabbato Sancto*; leuatus ex aqua, apud Rabanum Maurum *lib.* 1. *de inſtitut. Clericor. cap.*
B 28.

Vnde aliquis dubitare poſſet de noſtro Baptiſmo qui non fit per immerſionem, ſed per aſperſionem, cùm ea eſſet vniuerſalis conſuetudo vt immergerentur, baptiſandi: Diuus enim ipſe Cyprianus *epiſt* 76. quodammodo dubitauit reſpondens ad conſultationem Magni, an batiſmus æque per aſperſionem ac per immerſionem fieret, licet vtroque modo fieri poſſe exiſtimes, & concludat præcipuè in neceſſitate: quæſiſti, ait, etiam, fili mi chariſſime, quid mihi de illis videtur qui in infirmitate & languore gratiam Dei conſequuntur, an habendi ſint legitimi Chriſtiani, eo quod aquâ ſalutari
C non loti ſint, ſed perfuſi; qua in parte nemini verecundia & modeſtia noſtra præiudicat, quo minùs vnuſquiſque, quod putat ſentiat, & quod ſenſerit faciat: nos, quantùm concipit noſtra mediocritas, æſtimamus in nullo mutilari & debilitari poſſe beneficia diuina, nec minùs aliquid ibi poſſe contingere, vbi planâ & totâ fide & dantis & ſumentis accipitur, quod de diuinis muneribus hauritur: & infra: nec quem admodum mouere debet, quod aſpergi vel perfundi videntur ægri, cùm gratiam Dominicam conſequuntur, quando ſcriptura ſacra per Ezechielem Prophetam loquatur & dicat, aſpergam ſuper vos aquam mundam: & infra,
D vbi ita concludit: idcirco quantùm fide concipere & ſentire nobis datur, mea ſententia hæc eſt, vt Chriſtianus iudicetur legitimus, quiſquis fuerit in Eccleſia, lege & virtute fidei Diuinam gratiam conſequtus; aut ſi aliquis exiſtimat eos nihil conſequutos eo quod aqua ſalutari tantùm perfuſi ſint, ſed inanes & vacui ſint, non decipiantur vt ſi incommodum languoris euaſerint & conualuerint, baptiſentur: qui etiam hæc addit: reſcripſi ad literas tuas fili chariſſime, quantùm parua noſtra mediocritas valuit, & oſtendi quid nos, quantum in nobis eſt, ſen-
E tiamus nemini præſcribentes quo minùs ſtatuat quod putat vnuſquiſque præpoſitus; & teſtatur *can.* 117.

Neque non dubitatum etiam eſt ab aliis de hoc Baptiſmo perfuſionis: nam Nicephorus *lib.* 2. *hiſtoriæ Eccleſiaſticæ*, agens de Nouatiano quodam in lecto per aſperſionem baptiſato, ſic loquitur: aquam petiit, qua in ipſo lecto, vt decumbebat, perfuſus, baptiſatus ſcilicet eſt, ſi quidem tinctionē huiuſmodi baptiſmū vocare licet.

Veruntamen poſtea eius leuis tinctionis in Baptiſmo vſus admiſſus eſt. Et certè per Aſperſionem videntur illi baptiſati qui memorantur in *Actis Apoſtolorum cap.* 2. & *Ezechielis cap.* 36. quod de Baptiſmo eſſe videtur, dicitur, effun-

dam ſuper vos aquā mundam. Vnde cùm baptiſatos aquā quę intra Baptiſteriū aliquos ſæpe legimus, exiſtimandū eſt id factū fuiſſe vt plurimū per aſperſionē, vel infuſionem, vt apud Tertullianum *de corona militis cap.* 3. apud Dionyſium Areopagitam *cap.* 2. *de Eccleſiaſt. Hierar.* apud D. Hieronymum *in dialogo contra Luciferianos*: idque factum & receptum fuiſſe videtur propter tres rationes; vel quia ſufficit quamcumque quantitatem aquæ corpus tangere, nec enim major eſt ratio cur vna pars potiùs quam alia tangatur; vel propter infirmos, qui non poſſunt immergi commode, Sacramentum enim iſtud cùm ſit neceſſarium, debet omnibus modis faciliotibus applicari poſſe; vel denique ad euitandam nuditatem quæ fiebat in illa immerſione, vt nudi Baptiſarentur; nudabantur enim prius Baptiſandi, vt conſtat ex D. Chryſoſtomo *Homil. 6. in Pauli* 2. *ad Coloſſen.* abrenuntiamus tibi, ait, Satana, & tibi nomen damus Chriſte; hæc omnia ſunt pactum conuentum, illic quidem ſeruus agit cum Domino, hic amicus cum amico, aduenit Deus & hic nuditas, vt illic nuditas, ſed illic quidem cùm peccaſſet nudatus fuit quoniam peccauit, hic autem nudatur vt liberetur: ex Zenone quoque Veronenſi, *inuit. 2. ad fontem*: gaudete, ait, in fontem quidem nudi demerſi eſtis, ſed æthereâ veſte veſtiti, mox candidati ſurgetis. & D. Ambroſius *ſermon.* 10. ideo nudi in ſæculo naſcimur, nudi etiam accedimus ad lauacrum, vt nudi quoque & expediti ad cœli ianuam properemus: quam autem indignum & abſurdum eſt, vt quem nudum mater genuit, nudum ſuſcipit Eccleſia, diues intrare velit in cœlum? Et Cyrillus Hieroſolymitanus *Catecheſ. 2. myſtagogica*: ſtatim enim vt ingreſſi eſtis, veſtem exuiſtis, quod quidem exuti hominis antiqui cum operibus imago fuit, atque ita exuti eratis nudi, imitantes & in hoc eum qui in cruce nudatus fuerat; & *paulo poſt*: ô rem admirandam! nudi fuiſtis in conſpectu omnium, & non vos pudebat; reuera enim in hoc proto plaſti Adam ferebatis exemplum, qui nudus in Paradiſo fuit, & tamen nullo pudore afficiebatur: Id autem maximè erat pudori mulieribus, quæ tamen etiam nudabantur, vt patet ex *Epiſt. D. Chryſoſtomi ad Innocentium Papam*, quæ in vita ipſius à Palladio ſcripta circumfertur: propter quem nuditatis pudorem mulieres ſeparatim à viris Baptiſabantur, vt refert D. Cyrillus Hieroſolymitanus in *ſua procatecheſi*: ne imiteris, ait, illos qui nulli vacant meditationi, & reuerentiam adhibe, cum fit exorciſmus, quouſque alij exorciſati aderunt, viri cum viris, & mulieres cum mulieribus. Maſculi verò erant ad dextram, & fœminæ ad ſiniſtram, ex Albino Flacco *lib. de diuinis Officiis cap. de Sabbato S. Paſcha*: poſt horam, ait, denique tertiam Sabbato, præparantur ad Eccleſiam, qui Baptiſandi ſunt ſimul cum Patrinis & Matrinis, & ordinantur ab Acolytho maſculi ad dextram, fœminæ verò ad ſiniſtram.

Quod attinet ad 2. in quo agitur de forma Baptiſmi, & quæritur an quis baptiſati poſſit ſub hac forma, ego te baptiſo in nomine Ieſu Chriſti: ratio dubitandi ſumitur ex *Actis Apoſtolorum cap.* 2. *verſu* 38. vbi dicitur à D. Petro, agite pœnitentiam, & baptiſetur vnuſquiſque veſtrûm in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum veſtrorum, & accipietis donum Spiritus ſancti; & *cap.* 10. *verſ.* 48. & iuſſit eos baptiſari in nomine Ieſu Chriſti. Ad quæ reſpondetur duas ea de re fuiſſe ſententias, prima fuit dicentium Baptiſmum ſub hac forma, ego te baptiſo in nomine Ieſu Chriſti, valere compendio verborum, quaſi per hæc verba, in nomine Chriſti, dicatur in nomine eius qui vnctus eſt, Filij, & Patris à quo vnctus eſt, & Spiritus Sancti quo vnctus eſt, quod per circumceſſionem virtute quadam omnes tres perſonæ in vnaquaque contineantur: & ita D. Baſilius *lib. de Spiritu Sancto cap.* 12. Facundus Hermianus, & D. Ambroſius, & gloſſa *in can.* 82. *hac diſt.* 4. *de conſecr.* & ita admittunt aliqui ex ijs Apoſtolos ſub ea forma baptiſaſſe, qui tamen putant eos ſic intelligi tacitè baptiſatos in nomine trium perſonarum.

Secunda ſententia eſt Apoſtolos nunquam baptiſaſſe niſi expreſſâ mentione Trinitatis adhibitâ: primò quia, cum baptiſmus ſit Sacramentum fidei, & myſterium Trinitatis regula noſtræ fidei, oportuit mentionem Trinitatis adhiberi: Secundò quia Chriſtus ipſe præcepit ita fieri Baptiſmum, vt notatur rectè *can.* 81. & ad id quod illatum eſt ex Actis Apoſtolorum, dicunt id non excludere hanc formam, quæ fit cum expreſſione veritatis; quod probatur ex D. Cypriano *Epiſt.* 73. *ad Iubaianum*: Baptiſetur, ait, vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti; Ieſu Chriſti, inquit, mentionem facit Petrus, non quaſi Pater omitteretur, ſed vt Patri quoque Filius adjungeretur &c. Et confirmatur à D. Auguſtino *lib.* 3. *contra Maximinum cap.* 17. qui vt id probet ita argumentatur: ſicut, ait, cùm dicitur Ioannis 1. omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, non colligitur ſine Spiritu Sancto facta eſſe; ita cùm dicitur, Baptiſetur vnuſquiſque in nomine Chriſti, non eſt concludendum in nomine Patris, & Spiritus Sancti Baptiſatos non fuiſſe: quomodo cum dicitur Actorū 1. ipſe vos Baptiſauit in Spiritu Sancto, & 1. *Corinth.* 12. omnes in vno corpore, & in vno Spiritu Baptiſati ſumus, vbi mentio fit tantùm Spiritus Sancti, non excludendæ ſunt tamen aliæ Perſonæ, vt rectè oſtendit D. Baſilius *libro de Spiritu Sancto cap.* 12. qui *inſcribitur, aduerſus eos qui dicunt ſufficere Baptiſma in nomine Domini.* Et ſanè Baptiſmum fuiſſe collatum ab Apoſtolis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti probat ille locus in Actis Apoſtolorum, vbi cùm Epheſij mirati eſſent nominari Spiritum Sanctum, D. Apoſtolus eis obijcit an non meminiſſent ſui baptiſmi, in quo ait baptiſati eſtis, niſi in Spiritu ſancto? Atque adhuc dici poteſt illis verbis Actorum, non præſcribi vel excludi formam à Chriſto præſcriptam, ſed illud ideo dictum, vt formæ iam aſſignatæ nomen adderetur Chriſti tanquam incarnati, dicendo & Filij Ieſu Chriſti, vel etiam ideo dictum vt ſeruatâ formâ baptiſaretur quis in nomine Chriſti, quomodo dicimus date eleemoſynam in nomine Chriſti, & in nomine Prophetæ.

Quare maneat hanc eſſe formam vt quis baptiſetur in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti nominatim, *dicto can.* 82. ita vt nulla

Perſona poſſit omitti quin nominetur, *can.* 83. Et probatur etiam ex D. Baſilio *Homil.* 17. *in Sanctum Baptiſma*: qui Baptiſatur, ait, in Trinitatem Baptiſatur, in Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum: & ex Gregorio Nazianzeno *orat.* 13. Patrem, Filium, Spiritum Sanctum adorantes; in quorum Nomine Baptiſmi aquâ tincti ſumus; & ex Tertulliano *aduerſus Praxeam cap.* 26. nouiſſimè mandans Diſcipulis vt tingerent in Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, non in vnum: nam nec ſemel, ſed ter ad ſingula nomina in ſingulas Perſonas tingimur: & ex D. Ambroſio 2. *de Sacramentis cap.* 5. venit Sacerdos, precem dicit ad fontem, inuocat Patris nomen præſentiam à Filij, & Spiritus Sancti: nec liceat dicere in nominibus ſed in nomine, vt appareat de fide vnitatis, quę eſt in Trinitate; in nomine enim intelligitur vnus Deus *can.* 81. *hac Diſt.* 4. *de conſecr.* & ex D. Auguſtino confirmatur *lib.* 3. *contra Maximinum cap.* 22. in Nomine, inquit, non in nominibus; quia hi tres vnus eſt Deus: & ex D. Ambroſio *lib.* 2. *de Sacramentis cap.* 7. in vno nomine Baptiſari nos iuſſit, hoc eſt Nomine Patris, Filij, Spiritus Sancti. Si quis tamen Sacerdos ignorans diceret in Nomine Patria, & Filia, & Spiritus Sancta, nec vllam hæreſim inde vellet introducere, ſed ſolâ ignorantiâ loquendi, & linguæ Latinæ id faceret, rectè puer eſſet Baptiſatus, nec Baptiſmus iterandus, *can.* 86.

Poſtquam Baptiſatus de fonte aſcendiſſet, ſignabatur à Preſbytero in cerebro cum Sacro chriſmate, ſequente ſimul & oratione, vt Regni Chriſti particeps fieret, & à Chriſto Chriſtianus vocari poſſet, *can.* 88. huiuſque ſignaculi mentio, nec non etiam vnctionis ritus, & orationis verba referuntur *can.* 89. & 90. emerſiſti, ait, & veniſti ad Sacerdotem, quid tibi dixit? Deus, inquit, Pater omnipotens, qui te regenerauit ex aqua & Spiritu Sancto, conceſſitque tibi peccata tua, ipſe te vngat in vitam æternam, *dicto can.* 89. quia ſenſus ſapientiæ in capite eius, *dicto can.* 90. Non Vngitur autem à Preſbytero in fronte, quia id à ſolis Epiſcopis fit, cùm tradunt Spiritum Sanctum, *can.* 119. Item vngitur in pectore, vt poſtmodum Epiſcopi tandem vngant in fronte, *can.* 120. Quare nullus Preſbyter qui Baptiſandi recipit Officium, ſine chriſmate vnquam progredi debet, *can.* 125 quod chriſma debet eſſe conſecratum ab Epiſcopo, *can.* 119. ab Epiſcopo, inquam, ſuo, non alieno, *can.* 123. Item oportet vt ſit nouum vnius anni, *can.* 22. nec niſi in neceſſitate licet vngere veteri chriſmate, Baptiſatos, *can.* 122. & oportet vt Preſbyter illud chriſma per ſeipſum petat ante Paſchæ ſolemnitatem, non per minorem Clericum; quod ſi per ſe non poſſit illud petere, tenetur id facere per eiuſdem Ordinis Clericum; non per minorem vel inferiorem, *can.* 123. vel ſaltem per Diaconum, aut Subdiaconum, *can.* 124. Permiſſum vero eſt Epiſcopo omni tempore chriſma conficere *can.* 124.

Inungitur vero Baptiſatus chriſmate modo ſupradicto, vt ſacrum Baptiſma cum accepta fide cuſtodiatur, in pectore, vt mens eius confortetur; inter ſcapulas, vt vndique muniatur & roboretur, *can.* 70. item vt ad bonum chriſti odorem vocati nos oſtendamus; *can.* 73. Poteſtque vngi vel ſolo panno chriſmate perfuſo, *can.* 121. At vero ſi quis in baptiſmate chriſmatus non fuerit, caſu aliquo adueniente, dum confirmabitur, moneodus erit ea de re Epiſcopus, *can.* 125. qui eſt ex Concilio Arauſicano: nam inter nos, inquit, chriſmatis ipſius non niſi vna benedictio eſt: non præiudicantes cuiquam hoc dicimus, ſed vt neceſſaria habeatur chriſmatio. Qui canon ſi ita legatur, dici poteſt morem fuiſſe, vt vnicâ chriſmatione baptiſmus & Confirmatio conferrentur; vnde ait monendum Epiſcopum, vt ſcilicet non chriſmatum chriſmet, & chriſmatum non chriſmet in Confirmatione, quaſi vi prioris chriſmationis quæ facta erat in Baptiſmo, poſſet conferri Confirmatio.

Deinde vero Baptiſandus ſignabatur ſignaculo crucis tam in fronte, quam in corde, *can.* 63.

Perfecto tandem baptiſmo Miniſter oſculabatur Baptiſatum, vt patet ex D. Cypriano *epiſtola* 59. *ad Fid. Epiſc.*

Tum veſtis candida dabatur Baptiſato, ex Cyrillo Hieroſolymitano *catecheſi* 5. *myſtagogica*: exutis, ait, veſtibus antiquis, & ijs quæ ſunt ſecundum Spiritum albæ indutis, perpetuo iam in albis incedere oportet: non hoc ideò dicimus quaſi albam ſemper veſtimenta habere ſit neceſſe, ſed quod his quæ verè alba, ſplendida, & ſpiritualia ſunt, veſtiri te oporteat: & D. Ambroſius *lib. de iis qui myſteriis initiantur cap.* 3. accepiſti poſt hæc, candida veſtimenta vt eſſet indicium quod exueris inuolucrum peccatorum. Veſtis autem erat linea, vt patet ex D. Hieronymo *ad Fabiolam*. Prudentius eam vocat tunicam, *Pſycomach.* Eam vero veſtem vt plurimum deponebant Octauo die, vt colligitur ex D. Auguſtino *lib.* 157. *de Dominica in octau. Paſcha*: Paſchalis ſolemnitas hodiernâ feſtiuitate concluditur, & ideo hodiè Neophytorum habitus commutatur, ita tamen vt candor qui de habitu deponitur, ſemper in corde teneatur. Albinus Flaccus *lib. de diuinis officiis cap. de Sabbato in Albis*: hodiè albati, qui in Sabbato Sancto baptiſati fuerint, veſtibus albis exuuntur: Albati verò propter veſtes albas appellantur, vnde dies illi ſeptem vocantur albi. Rabanus Maurus *lib.* 2. *de inſtit. Cleric. cap.* 39. alios, ait, ſeptem dies in memoriam eius Dominicæ Reſurrectionis congruâ feſtiuitate ſubjungens, quos ſeptem dies albos vocitamus, propter eos qui in ſancta nocte baptiſati, albis per totam hebdomadam veſtibus vtuntur. Ea vero veſtis alba deſignabat innocentiam, & puritatem chriſtianam, quam baptiſatus, poſt maculas deterſas, ſeruare debebat, idque ad myſterium reſurgentis Eccleſiæ ſignificandum. *Can.* 91. & 92. *hac Diſt.* 4. *de conſecratione*.

Olim autem erant duo tantùm Tempora ad baptiſandum præfixa, Paſcha & Pentecoſte, *can.* 12. & quidem Paſcha, quia in eo mors & reſurrectio Chriſti fuit, vt mors & vita eius in nobis operetur: nam ideo etiam inſtitutus eſt Baptiſmus à Chriſto poſt Reſurrectionem, vt ſignaretur regenerationis gratiam ex Reſurrectione cœpiſſe. Pentecoſte vero, quia de feſti Paſchalis articulo pendet, cùm Spiritus Sanctus detur

in Baptiſmo; deiode vt ſi qui ſerios conueniſſent, necin Paſchate potuiſſent adeſſe, donum adhoc Spiritus Sancti, ſeu Bsptiſmum conſequerentur, *can.* 13. fuitque temeratium concedere Baptiſmum io alijs Feſtiuitatibus, ſiue eſſet Natalis Chriſti, ſiue Epiphaniæ, ſine Apoſtolorum, ſiue Martyrum, cum hoc eſſet priuilegium Paſchæ & Penteçoſtes *canon.* 31.

Nec obſtat qood Chriſtus fuerit in Epiphania ſeu Appatitione baptiſatus: nam vel etiam tnde cônuincitur tunc neminem baptiſari debere, quando Chriſtns qoi erat ſine peccato, eſt baptiſatus ob peccatom, *can.* 14.

Excipitor vero ſi quis ſit in infirmitate conſtitotus: nam tunc quolibet tempote poteſt baptiſari; quod ſi nullum periculum ſit debet tantùm in Paſcha & Pentecoſte baptiſari, *can.* 15. 16. 17. *&* 18.

Iam agendom eſt de Miniſtro Baptiſmi, & videndum quinam poſſint baptiſate: & conſtat ſolis Sacerdotibus baptiſmom eſſe tractandum, eiusque miniſterinm, nec ab ipſis Diaconis expleri debete abſque Epiſcopo & Preſbytero, niſi his procul abſentibus vltima languoris neceſſitas cogat; quod & laicis fidelibus pletumque permittimt, ne quiſpiam ſine remedio ſalotari de ſæculo enoectur, *can.* 19. Quod etiam dicitur à Procopio *in Paralipom. lib.* 2. *cap.* 29. cùm Preſbyter, ait, non præſto eſt, ac vlns poſtulat, Diaconus Baptiſmum cogitur adminiſtrate: & *lib.* 3. *conſtitution. Apoſtolic. cap.* 2. & Tertullianos *de Baptiſmo*, & D. Hieronymus *in dialogo contra Luciferianos*, vbi dicitur ſolos Epiſcopos baptiſare poſſe, velios baptiſaodi date. Adde & Iſidorum *lib.* 2. *de Eccleſiaſt. officiis cap.* 14. & *habetur can.* 21. his verbis ex D. Augnſtino: in neceſſitate, cùm Epiſcopi, aut Preſbyteri, aot quilibet Miniſtrorum oon inueniuntur, & vrget periculum eius qui petit, ne ſine iſto Sacramento hanc vitam finiat, etiam laicos ſolere dare Sacramentum quod acceperunt, ſolemus andire. Et ita *can.* 36. fidelis quidam pœnitens propter peccatom, contulit Baptiſmum in naui vtgente periculo tempeſtatis; & *can.* 31. qui habent Baptiſmum, vbicumqoe, & a quibuſcumque datus ſit, dummodo verbis Euangelicis conſecratus ſit, & deinde, eum aliqua fide & ſine ſimolatione ſuſceptus à Baptiſato, recte habent, licet poſteà non prodeſſet, ſi hi qni ab hæreticis acceperunt, nõ miſererentur Eccleſiæ. Imo & ſi quis ludicrè, & mimicè, ſiue iocularitet illud acciperet, aut extra Eccleſiam, tamen obſcutum eſt quid ſit dicendum, *dicto can.* 31. idque totum reuelationi Dei committitur *eod. can. eod.* 31. Quinimò ibidem dicitur & *can.* 23. quod Papa agnoſcit Baptiſmum, licet paganus ſit qni baptiſauit. Nam quod *can.* 52. baptiſati à paganis, ſunt baptiſandi, id ideo ſit quia præſumebatur non fuiſſe baptiſatos in Nomine Trinitatis, vt colligitur *ex dicto can.* 52. cuius rei rationem tradit Tertullianos *de Baptiſmo cap.* 13. Dicens hoc ſtatutum Domini niſi quis renatus fuerit ex aqua, non intrabit in Regnum cœlorum, aſtrinxiſſe fidem ad Baptiſmi neceſſitatem; qui idem latius aſſerit *cap.* 17. & Hieronymus etiam *aduerſus Luciferianos*: quæ ratio probat illud totum pertinere ad traditionem. Alia ratio etiam ſumi poteſt ex natura Baptiſmi; baptiſmus enim à quocomque conſeratur talis eſt qualis eſt ille in cuius poteſtate datur, non qualis eſt ille per coius miniſterium datur, *can.* 16. nec columba miniſterium malorom exhorret, nec aliquid facit malus Miniſter vbi bonos eſt Dominus, nec malitioſus præco impedit, vbi beneuolus eſt Iudex: & licet oporteat omnes qui baptiſant eſſe iuſtos, ſi iuſte miniſtrare voluerint; ſi tamen non fuerint qui in Cathedra Moyſi ſedent, ſecurum me facit Magiſter meus, nec timeo adulterum, non ebrioſum, non homicidam; quia Columbam attendo per quam mihi dicitur, hic eſt qui baptiſat, *dicto can.* 26 Et ſanctum eſt Baptiſma per ſeipſum, quod datum eſt in Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti; ita vt in eodem Sacramento ſit etiam authoritas traditionis per Dominum noſtrum ad Apoſtolos, per illos autem ad Epiſcopos, alioſque Sacerdotes, vel etiam laicos Chriſtianos, ab eadem origine & ſtirpe venientes, *dicto can.* 36. Et cum dicitur *can.* 20. mulier quamuis docta, & ſancta, viros in Conuentu docere, vel aliquos baptiſare non præſumat, id intelligitur de Baptiſmo publicè facto in Eccleſia extra neceſſitatem. Tanta vero eſt neceſſitas huius Sacramenti, vt ſi quis preſbyter in propria Prouincia, vel alia vbicumque fuerit inuentus infirmum ſibi commendatum baptiſare noluerit, vel pro intentione itineris, vel de alia excuſatione, & ſic ſine baptiſmo moriatur baptiſandus, preſbyter ille deponetor, *can.* 22.

Sed de Hæreticorum Baptiſmo præcipua eſt difficultas, quæ mota fuit à Donatiſtis exiſtimantibus baptiſmum Hæreticorum non valere, & pluribus vtebantur authoritatibus ad id negandum, qoàm Catholici ad affirmandum. Dicebant enim ex Paulo *Epheſiorum* 4. vna fides, vnum baptiſma; & illud *Matthæi* 18. ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi tanqoam Ethnicus & Publicanus: & illud afferebant *Canticorum* 4. hortus concluſus, fons ſignatus: & illud *Ioannis* 3. nemo poteſt aliquid accipere, niſi ei datum ſit à cœlo. Eccleſia verò nihil habebat vnde probatet admittendum Baptiſmum hæreticorum, præter traditionem Eccleſiæ, ſecundum quam Stephanus Papa iudicauit nihil innouandum, & traditionem illam ſeruandam, vt teſtatur Vincentius Lirinenſis in *Commonitorio*: nam de ea re nihil apertè dictum legimus in ſcriptura ſacra, vt rectè notat D. Auguſtinus *de vnitate Eccleſiæ cap.* 19. & *de Baptiſmo contra Donatiſtas lib.* 5. *cap.* 23.

Non eſt igitur dubium quin Hæretici poſſint baptiſare: in quo enim nobiſcum ſentiunt, in eo nobiſcom ſunt, & baptiſmi Sacramentum non amiſerunt, *can.* 32. baptiſmus enim non eſt ipſorum, ſed Chriſti, & error eſt eorum tantùm, *can.* 46. eorumque error non pertinet ad baptiſmum, *can.* 48. Vnde baptiſatus ab Hæreticis non rebaptiſatur, *can.* 108. dummodo ſit baptiſatus in confeſſione S. Trinitatis *can.* 28. *&* 51. Hæretici enim habent Sacramenta, & ſcripturas ad ſpem, licet non habeant ad ſalutem, *can.* 40. *&* 43. Et baptiſantur ab Eccleſia tantùm qui baptiſati ſunt ab iis hæreticis qui non baptiſant

in Nomine Trinitatis, *can.* 84. & 109. *in fine*, vt baptiſati ab Eunomianis, qui baptiſabant tantùm in mortem Chriſti, teſte Nicephoro *lib.* 12. *cap.* 11. *Hiſt. Eccleſiaſt.* vel qui baptiſati ſunt aliâ formâ quàm ea quæ eſt recepta in Eccleſia, & à Chriſto tradita; vt eſt ea qua vtebatur Deotherius Arianus, qui Barbam quendam ita baptiſauit; baptiſatur Barbas in nomen Patris, per Filium, in Spiritu Sancto; quo dicto vnda lauacri diſparuit, vt notat Nicephorus *lib.* 16. *Hiſt. Eccleſiaſt. cap.* 35. & illa etiam forma qua vtebantur Marcionitæ apud Nicephorum *lib.* 4. *cap.* 3. in nomine ignoti Patris omnium, in veritate matre omnium, & in eo qui deſcendit Ieſu, & plerumque addebant Hebraica nomina ad maiorem terrorem.

Verumtamen etſi vnum ſit baptiſma noſtrum & hæreticorum qui in Nomine Trinitatis baptiſant, tamen quia qui ab illis baptiſantur, extra Eccleſiam baptiſantur, & non ſumunt Baptiſmum ad ſalutem; ideò eos quidem non rebaptiſat Eccleſia, ſed ſi reuerſi fuerint ad Eccleſiam, tunc accipiunt virtutem Spiritus Sancti, quem ij, qui extra Eccleſiam baptiſantur, nondum habent, *can.* 29. & ea quæ eis deſunt, corriguntur, manente & non immutato Baptiſmo, *can.* 43. habebant enim Sacramentum, ſed non virtutem & effectum Sacramenti; quæ diſtinctio cùm non eſſet nota olim, fecit vt aliqui Patres (nēpe D. Cyprianus negarint) apud Hæreticos eſſe baptiſmum, vt notat D. Auguſtinus *can.* 41. vbi addit in hoc Baptiſmo Hæreticorum, in ipſo temporis puncto per vim Sacramenti dimitti peccata, ſed iterum per fictionem replicari, ſi quis ficto animo accipiat, vel hæretico; quod eſt valde notandum, & à nullo alio prolatum.

Igitur apud Hæreticos baptiſati, ſi redierint, ſolâ eis reconciliationis impenſâ gratiâ Catholicæ fidei ſociantur, *can.* 40. & per manus impoſitionem inuocatâ Spiritus Sancti virtute, quam ab Hæreticis accipere non potuerunt, catholicis copulantur, *can.* 38. & in Eccleſia munera beatæ vitæ tantùm accipiunt: Eccleſiæ etiamque comparantur fluuiis Paradiſi, qui quidem extra Paradiſum fluentes, & intra Paradiſum, oſtendunt foris eſſe aquam Baptiſmi, foris tamen non eſſe Paradiſum, *can.* 45. Quarè rectè dicitur *in can.* 44. quod ab antiqua Patrum inſtitutione eſt, vt qui apud hæreſim in Trinitatis Nomine baptiſantur, cùm ad ſanctam Eccleſiam redeunt, aut vnctione chriſmatis, aut impoſitione manùs, aut ſolâ profeſſione fidei ad ſinum Matris Eccleſiæ reuocentur; & vt ibidem dicitur, ſic Arrianos per impoſitionem manus Occidens, per vnctionem verò ſancti chriſmatis ad ingreſſum ſanctæ Eccleſiæ catholicæ Oriens reformat; Monothelitas verò, & alios ex ſola vera confeſſione recipit, quia ſcilicet Baptiſma quod ſunt apud Hæreticos conſecuti, tunc in eis vires emendationis recipit, cum vel illi per impoſitionem manus Spiritum Sanctum acceperint, vel iſti propter profeſſionem veræ fidei, ſanctæ venerabilia Eccleſiæ viſceribus fuerint vniti, *dicto can.* 44.

Quod ſi ex dictis Hæretici validè baptiſant, multo magis mali fideles baptiſabunt, propter eandem rationem, quia baptiſma eſt ſanctum per ſeipſum, *can.* 36. & 39. vbi dicitur aliud eſſe baptiſare per miniſterium, aliud per poteſtatem, & additur, quando Iudas baptiſabat, Chriſtus baptiſabat; & Chriſtus non baptiſabat quando Ioannes baptiſabat; & quod exaudit Deus homicidam deprecantem vel ſuper aquas Baptiſmi, vel ſuper oleum, vel ſuper Euchariſtiam, vel ſuper eorum capita quibus manus imponitur; & quod hæc omnia fiunt & valent per homicidas: Deus enim dat gratiam, dat Spiritum Sanctum homine malo baptiſante, *dicto can.* 39. ac tantùm valet Baptiſmus per hominem contemptibilem, quantùm per Apoſtolum datus, quia non Apoſtoli, ſed Chriſti eſſe cognoſcitur, *can.* 47. & denique non eſt melior Baptiſmus qui per meliorem datur, *can.* 25. & 27. licet peccent mali qui dant, & mali qui accipiunt Baptiſmum, *can.* 41. Item ſi rebaptiſare baptiſatum ab hæretico, peccatum eſt, multò magis rebaptiſare à catholico, licet malo, baptiſatum; quod non tantùm, peccatum dicitur, ſed immaniſſimum ſcelus, *can.* 108. nam non licet fieri vllo modo rebaptiſationes, & reordinationes, & tranſlationes Epiſcoporum *can.* 107. & *can.* 108. Et probat ampliſſimè Optatus Mileuitanus *lib.* 5. ita vt & qui bis baptiſati ſunt, ſi ignoranter, non ſint quidem Pœnitentiæ obnoxij, ſed tamen ordinari non poſſint, niſi magna fuerit neceſſitas; at ſi ſcienter baptiſari voluerunt, quaſi iterum Chriſtum crucifixerint, puniuntur, & per ſeptem annos Pœnitent. Item quarta, ſexta feria & tres Quadrageſimas ieiunant: & ſi verò pro aliquo vitio id fecerint, ſimiliter puniuntur, & pœnitent, vt dictum eſt; quod ſi putauerint id pertinere ad maiorem munditiam; tribus annis tantùm pœnitent, ſeruatis prædictis ieiunijs.

Qui autem bis baptiſauerunt, ſi optantes vel non coacti, baptiſmi iacturam fecerint, vſque ad exitus ſui diem in pœnitentia iacebant, nec orationi, non modo fidelium, ſed nec catechumenorum intereſſe poterant, eiſque tantùm laïca communio in morte reddebatur. Clerici verò alij, vel Monachi, aut puellæ aliæ aut ſæculares pœnitentiam agent, quæ continetur *in can.* 3. *Synodi Nicænæ*, hoc eſt tribus annis inter audientes erunt, ſeptem annis inter pœnitentes ſubiacebunt manibus Sacerdotum, duobus annis etiam oblationes non poterunt offerre, ſed tantùm ſæcularibus in oratione ſociabuntur, nec timebunt colla Deo ſubmittere: Pueri verò impuberes, aut puellæ aliquandiu ſub impoſitione manus detinebuntur, & reddentur communioni; nec enim eorum eſt expectanda pœnitentia, quos excipit à coercitione cenſura *can.* 188. iuuenes enim non agunt pœnitentiam, *can.* 118.

Quæres an ſi mulier grauida baptiſetur, ſimul etiam baptiſetur, vel baptiſari poſſit infans qui eſt in eius vtero. Reſpondetur non poſſe, quia qui natus adhuc ſecundum Adam non eſt, ſecundum Chriſtum renaſci non poteſt, *can.* 114. 15. 16. & *can.* 35.

Supereſt vt agamus de Baptiſterijs, de quibus eſt *can.* 106. in quo præſcribitur, vt Presbyter qui fontem lapideum habere nequiuerit, vas habeat conueniens ad hoc ſolum, quod extra Eccleſiam non deportetur. Eſt *can.* 124. in quo

Dicitur non licere Preſbytero prius introire in baptiſterium ipſo Epiſcopo, niſi fortè vel abſens fuerit, aut ægrotus.

At vero vt hoc meliùs intelligatur, ſciendum eſt baptiſmum primis temporibus fuiſſe collatum ſiue baptiſterijs, & paſſim ſiue in fluminibus, ſiue fontibus fuiſſe baptiſatos, vt notat Valafridus Strabo *lib. de rebus Eccleſiaſticis cap.* 26. ſciendum autem eſt primo (inquit) ſimpliciter in fluuijs, vel fontibus baptiſatos credentes: & Honorius Auguſtodunenſis in *Gemma Animæ lib.* 3. *cap.* 106. ſciendum eſt, ait, quod Apoſtoli eorumque Diſcipuli in fluuijs, vel ſtagnis, vel fontibus baptiſabant: ſed Clemens docente Petro, chriſma, vel oleum addidit. Item in priuatis domibus initio baptiſmus celebrabatur, vt eſt in vita S. Apollinaris primi Eccleſiæ Rauennatis Epiſcopi: ijs autem, quia iam in Chriſtum credebant, Miſſas & Baptiſmata faciebat in domo Tribuni cum Diſcipulis ſuis.

Cæperunt tamen breui Baptiſteria quædam fieri: nam baptiſterij meminit Dionyſius Areopagita *lib. de Eccleſiaſtica Hierarchia cap.* 4. & Conſtantinus Magnus in baptiſterio baptiſatus fuit, vt patet ex Damaſo Papa *in Pontificali de Silueſtro* 1. & S. Ambroſius *epiſt.* 53. ait de ſe: ſymbolum aliquibus competentibus in baptiſterijs Eccleſiæ tradabam. Sed initio baptiſteria erant in locis abditis, vt in Suburbiis, vt de Baptiſterio in quo baptiſatus eſt Conſtantinus, referunt Socrates *lib.* 1. *Hiſtor. cap.* 16. & Sozomenus *lib.* 5. *cap.* 35. Poſtea publica fuere, & annexa Eccleſijs, nempe in porticu; quale baptiſterium combuſtum cum Eccleſia, de quo Athanaſius *epiſtola ad vbique orthodoxos*; & illud; duabus Eccleſiis interpoſitum, de quo Paolinus *epiſt.* 12. *ad Seuerum*. Vnde Hincmarus *de vita S. Remigij*, ait, Eccleſiæ componitur Baptiſterium. Et poſteà etiam ſtatutum ne ſepararetur ab Eccleſia, *can.* 106 *hac diſt.* & Sidonius Apullinaris *lib.* 1. *epiſt. ad Domit.* huic Baſilicæ, ait, appendix piſcina forinſecus, ſeu ſi græcari mauis, baptiſterium, ab oriente complectitur.

Sed non erant Initio Baptiſteria in omnibus Eccleſijs, ſed tantùm in Cathedralibus: vnde eo proficiſci oportebat eos qui erant baptiſandi, vt patet ex exhortatione ad eos facta, qui reformidant itineris longinquitatem, apud Gregorium Nazianzenum *orat.* 40. & Ioannes Moſchus *cap.* 165. *Prati Spiritualis* refert, quoſdam profectos ex agro Nicopoleos Hieroſolymam vt baptiſarentur. Quodque in Eccleſiis tantùm Cathedralibus fuerint Baptiſteria probatur adhuc ex concilio Toletano 17. *de Regulis fidei cap.* 2. in quo fuit ſtatutum, vt Epiſcopi initio Quadrageſimæ clauderent Baptiſterium, & obſignarent vſque ad Cœnam Domini, ne vllus baptiſari poſſet, his verbis: licet in initio Quadrageſimæ, baptiſandi generaliter claudatur myſterium, tamen ſicut Eccleſiaſticæ conſuetudinis ordo depoſcit, neceſſe eſt vt oſtia baptiſterij in eodem die Pontificali annulo obſignata claudantur, & vſque in Cœnæ Domini ſolemnitate nullatenus reſerentur.

Poſteà cœperunt eſſe baptiſteria in Eccleſiis Parochialibus ſeu Plebanus prout Epiſcopo viſum erat, vt patet *in concilio apud Palatium Vernis cap.* 7. vbi ſtatuitur vt publicum Baptiſterium in nulla Parochia eſſe debeat, niſi vbi Epiſcopus conſtituerit, cuius Parochia eſt, niſi tantùm ſi neceſſitas euenerit pro infirmitate, vel pro aliqua neceſſitate, illi preſbyteri quos Epiſcopus in ſua parochia conſtituerit, in qualicumque euenerit, licentiam habeant baptiſandi, vt omnino ſine Baptiſmo non moriantur: & ſynodo Meldenſi *cap.* 48. vt nemo preſbyter baptiſare præſumat, niſi in vicis & Eccleſiis, atque temporibus conſtitutis, niſi causâ ægritudinis, vel certæ neceſſitatis, ſicut ſacra canonum docet authoritas; & Vici authoritatem & priuilegia debita & antiqua retineant.

Aqua vero baptiſterij conſecrabatur ab Epiſcopo, ex D. Cypriano *epiſt.* 7. *ad Ianuarium* oportet. ait, mundari & ſanctificari priùs aquam a Sacerdote, vt poſſit ſuo baptiſmo peccata hominis qui baptiſatur abluere: & D. Baſilius *in pſalm.* 28. in vniuerſo baptiſmatis adminiſtratur myſterium diuinâ inuocatione aquarum ſanctificante naturam.

Sicut verò initio naſcentis Eccleſiæ non erant Baptiſteria, nec certus locus, aut Eccleſia, ita nec certum tempus, nec Perſona certa, & omnes non tantum Epiſcopi, ſed etiam preſbyteri potuerunt baptiſare propter fidei propagationem, vt oſtendit D. Ambroſius in *epiſt. ad Epheſios cap.* 4. his verbis: poſtquam omnibus locis Eccleſiæ ſunt conſtitutæ, & officia ordinata, aliter compoſita res eſt quàm cœperat; primùm enim omnes docebant, & omnes baptiſabant quibuſcumque diebus, vel temporibus fuiſſet occaſio, vt creſceret plebs & multiplicaretur: omnibus, inter initia, conceſſum eſt & euangeliſare, & baptiſare, & ſcripturas in Eccleſia explanare: vbi autem omnia loca complexa eſt Eccleſia, conuenticula conſtituta ſunt, & Rectores, & cætera officia in Eccleſiis ordinata ſunt, vt nullus de Clero auderet, qui ordinatus non eſſet, officium præſumere quod ſciret non ſibi creditum, vel conceſſum. Hinc ergo eſt, vnde nunc neque Diaconi in populo prædicant, neque Clerici vel Laici baptiſant, neque quocumque die credentes tinguntur niſi ægri. Poſteà igitur ad ſolum Epiſcopum pertinuit baptiſare, quia ipſe ſolus habebat Baptiſterium. Vnde Ignatius *epiſt. ad Smyrnenſes*: non liceat ſine Epiſcopo Baptiſare: & Tertullianus *lib. de Baptiſmo cap.* 17. *ſupra citato*.

Præter hoc genus Baptiſmi quod fit in aqua & flumine, ſunt etiam aliæ duæ Baptiſmi ſpecies, ſcilicet Baptiſmus flaminis & ſanguinis; & baptiſmo ſanguinis dicitur Latro baptiſatus; vnde ei dictum à Chriſto, hodie mecum eris in Paradiſo: nam Baptiſmi vicem habet Paſſio, vt refert D. Auguſtinus *can.* 34. ex D. Cypriano, qui etiam addit, non tantùm Paſſionem pro nomine Chriſti id facere, ſed & quamcumque Paſſionem cum fide, & conuerſione cordis conjunctam, Latro enim pro ſuis criminibus patiebatur. (Idem exiſtimauit Goffridus Abbas Vindocinenſis *lib.* 1. *epiſt.* 7. Dicens, martyrium, etiam contra voluntatem, fructuoſum: nullatenus, ait, quod ſupplicium mortis, pro fide Chriſti homini collatum, etiamſi pro infirmitate noluerit, & tamen non negauerit, Martyris vindicat nomen & præmium) *dicto*

can. 34. & *can.* 37. vbi copioſè comparatur Martyrium Baptiſmo; & dicitur tota Baptiſmi Sacramenta in Martyrio compleri: Catechumenum, ait, quamuis in bonis operibus defunctum, vitam æternam habere non credimus, excepto Martyrio, vbi tota Baptiſmi Sacramenta complentur: baptiſandus confitetur fidem coram Sacerdote, & interrogatus reſpondet, hoc & Martyr coram perſecutore facit, qui & confitetur fidem ſuam, & interrogatus reſpondet; ille poſt confeſſionem vel aſpergitur aquâ, vel intingitur, & hic vel aſpergitur ſanguine, vel contingitur igne; ille manûs impoſitione Pontificis, accipit Spiritum Sanctum, hic habitaculum fit Spiritûs Sancti, dùm non eſt ipſe qui loquitur, ſed Spiritus Patris qui loquitur in illo; ille communicat Euchariſtiæ in commemorationem mortis Domini, hic ipſi Chriſto commoritur; ille confitetur ſe Mundi actibus renuntiaturum, hic ipſi renuntiat vitæ; illi peccata omnia remittuntur, in iſto extinguuntur. Et D. Nazianzenus *orat.* 39. quartum, ait, etiam baptiſmi genus noui, nempe quod martyrio & ſanguine comparatur, quo ipſe quoque Chriſtus baptiſatus eſt; & quidem eò cæteris auguſtius, quòd nullis poſtea ſordibus coinquinatur. & Elias Cretenſis *in orat.* 23. Gregorij Nazianzeni, vbi D. Greg. Nazianzenus Heronem Philoſophum de nouo conuerſum ad fidem, hortatur ad martyrium; & Elias Cretenſis de illo Philoſopho ita dicit: nec mirum videri debet ſi etiam circa Baptiſmum ad martyrium proceſſit; multis quippe martyribus martyrij cruor pro baptiſmo ſatis fuit. Verùm ſciendum eſt hoc genus Baptiſmi, & multo magis Baptiſmum flaminis habere tantùm locum in anguſtijs temporum, cùm non eſt contemptus Religionis, ſed articulus neceſſitatis, *can.* 34. Baptiſmus autem iſte ſanguinis ſignificatus eſt ab ipſo Chriſto, cùm dixit ad filios Zebedæi, poteſtis calicem bibere quem ego bibiturus ſum, aut baptiſmo baptiſari quo ego baptiſor? notat Origenes *tract.* 12. *in Matthæum cap.* 20. vbi etiam dicit martyrium remiſſionem dare peccatorum: ſi enim, ait, baptiſmus indulgentiam peccatorum promittit, ſicut accepimus de baptiſmo aquæ & Spiritus; remiſſionem autem accipit peccatorum & qui martyrij ſuſcipit Baptiſmum, ſine dubio & ipſum martyrium rationabiliter baptiſmus appellatur: quomodo etiam D. Baſilius *lib. de Spiritu Sancto cap.* 15. ait, eos qui baptiſati ſunt in ſanguine ſuo, ſaluos fieri, nec opus habere ad ſalutem baptiſmo fluminis: iam vero, ait, ſunt nonnulli qui in certaminibus pro pietate reuera, non imitatione, Chriſti mortem perpeſſi, nihil huiuſmodi Sacramentis quæ ſunt in aqua opus habuerunt ad ſalutem, nimirum in proprio ſanguine baptiſati: neque hæc ita loquor, inquit, quod aquæ baptiſma ſpernam, ſed vt iſtorum rationes dejiciam qui aduerſus Spiritum eriguntur, &c. Gregorius Nazianzenus *in verſibus ſuis 8. arcan.* agnoſcit hunc duplicem baptiſmum, fluminis & ſanguinis.

Διοὺς δὲ ταξάμενος ὥσπερ τι Ἐπιτρὸς
πλύματος ἀνάσασθ, τὸ μὲν προτέρην ἐκάθαρε
σαρκογενῆ κακίην ἐκ αἵματος ἡμέτερον.

Id eſt,

Duplicem enim baptiſmum tribuit hominibus (ſupple Deus)
Spiritus æterni qui priorem emundauit
A carne profectam malitiam (id eſt, peccatum originale,) *Et ſanguinis noſtri.*

Et rectè Martyres id merentur, qui magis amauerunt mortem quàm vitam, vt rectè S. Valerianus *Homil.* 15. hoc eſt, ait, verè eximiæ virtutis indicium, plus morti fauere quàm vitæ, licet æternæ vitæ locum faciat, quem in confeſſione Chriſti voluntaria crucis pœna commendat.

Porro *hac Diſt.* 4. non agitur de Baptiſmo Flaminis, quin imò *can.* 37. dicitur nullum eſſe alium baptiſmum, quàm aquæ, & Martyrij, nec aliter quam his duobus modis homines ſaluari: Catechumenum, ait, quamuis in bonis operibus defunctum, vitam æternam habere non credimus, excepto Martyrio, vbi tota Baptiſmi Sacramenta completur. Et ratio eſt, quia non idem eſt de baptiſmo Flaminis ac ſanguinis: in baptiſmo enim flaminis rariores ſunt caſus in quibus quis excuſetur à perceptione lauacri aquæ, cùm otium detur & libertas; at in baptiſmo ſanguinis ſæpiſſimè præueniuntur Martyres, propter perſecutionem: deinde quia in martyrio propter Chriſtum, certiores ſumus de voto baptiſmi Martyrum; & denique quia Chriſtus ipſe Martyr fuit, & hoc baptiſmo ſanguinis baptiſatus, in quo perfectior eſt imitatio Chriſti, quàm in baptiſmo fluminis.

Non eſt tamen negandum, quod ſi is caſus acciderit in quo aliquis ex legitima cauſa, vel caſu præuentus fuerit, puta cùm eſſet Catechumenus & morte ſubitaneâ impeditus, quin hic poſſit eſſe ſaluus; quod tamen quia difficile eſt propter peccata quædam actualia, quæ non purgantur niſi contritione, vel martyrio, ideo *dicto can.* 37. negatur Catechumenum ſaluum fieri; itemque vt magis ſollicitì ſint Catechumeni de ſua ſalute. At in martyrio longè eſt alia ratio, quia non tantùm votum habent, ſed factum, & opus. Vnde etiam infantes ſine voto, ratione actus martyrij ſaluantur, iuxta illud Hieremiæ *cap.* 31. quieſcat vox tua à ploratu, quia eſt merces operi tuo, id eſt, vt ait D. Hieronymus, ne fleas ô Rachel, ô Bethleem, filiorum cædem, quia filij tui habituri ſunt mercedem ſanguinis pro Chriſto effuſi, ſcilicet palmam Martyrij, &c.

Agitur deinde *can.* 126. *&* 127. de Aqua Baptiſmali benedicta, cujus etiam aſperſio ad aliam ſanctificationem proſit; & dicitur *can.* 126. quod ſi quis velit aquam conſecratam in domo ſua recipere, ante chriſmatis infuſionem recipiat. Et hujus aſperſionis domeſticæ morem confirmat *can.* 127. nec quemquam, ait, mouere debet quod aſpergi, vel perfundi iubentur ægri cùm grauam Dominicam conſequuntur, quando ſcriptura per Ezechielem loquatur & dicat, aſpergam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini; & *paulo poſt*; & in Numeris, qui tetigerit cadauer aſpergatur de hac aqua, &c. *Et infra*, aqua aſperſionis, purificatio eſt; Diabolus eſt vt Pharaon *qui vincitur cum venit ad aquas.*

DISTINCTIO V.

IN hac *Diſtinctione quinta* agitur de Confirmatione, de Ieiunio, de Officij Ordine, de Energumenis, de Neophytis, de fuco mulierum, atque de Spiritu Sancto.

De Confirmatione, quæ ſit eius Doctrina ſatis colligi poteſt ex hac Diſtinctione. Rectè autem ſequitur hic tractatus de Confirmatione, tractatum de Baptiſmo, quia vt optimè Melchiades Papa *epiſt. decretali ad vniuerſos Epiſcopos Hiſpaniæ*, ita ſunt coniuncta hæc duo Sacramenta, vt ab inuicem niſi morte præueniente nullatenus poſſint ſeparari, & vnum ſine altero
B ritè perfici non poſſit: nam vnum præueniente morte, ſaluare ſine altero poteſt, aliud autem non poteſt; hactenus Melchiades: & *can. 3. hac Diſt. vlt. de Conſecr.* Vnde Baptiſatis poſt baptiſmum Confirmatio conferebatur, vt patet ex conſtitutione Vrbani 1. *epiſt. decretali ad vniuerſos Chriſtianos can. 1. hac diſt.* omnes, ait, fideles per manus impoſitionem Epiſcoporum Spiritum Sanctum poſt baptiſmum accipere debent, vt pleni Chriſtiani inueniantur; quia cum Spiritus Sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & conſtantiam dilatatur; de Spiritu Sancto accipimus vt efficiamur ſpirituales, quia animalis homo non percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei: & Cyprianus *epiſt. 73. ad Iubaianum*: quod etiam nunc quoque apud nos geritur, vt qui in Eccleſia baptiſantur, Præpoſitis
C Eccleſiæ offerantur, & per noſtram orationem & manus impoſitionem Spiritum Sanctum conſequantur, & ſignaculo Dominico conſummentur; & Clemens Romanus *epiſt. 4.* omnibus, ait, feſtinandum eſt ſine mora Deo renaſci, & demùm conſignari ab Epiſcopo; cùm autem regeneratus fuerit per aquam, & poſtmodum ſeptiformi Spiritus gratiâ ab Epiſcopo, vt memoratum eſt, confirmatus: & D. Dionyſius *cap. 4. de Eccleſiaſt. Hierarchia*, quin etiam ei qui ſanctiſſimo myſterio regenerationis initiatur, diuini Spiritus aduentum conſummans perfuſio datur vnguenti: & D. Hieronymus *lib. aduerſus Luciferianos*: an neſcis etiam Eccleſiarum hunc eſſe morem, vt baptiſatis poſteà manus imponatur: & rurſus, non quidem abnuo hanc eſſe Eccleſiæ conſuetudinem, vt ad eos qui longè in minoribus vrbibus per preſbyteros
E & Diaconos baptiſati ſunt, Epiſcopus ad inuocationem Spiritus manum impoſiturus excurrat: & Theodoretus ad *cap. 1. Canticor.* ſacri (inquit) baptiſmatis myſterium recordare, in quo initiantur poſt Satanæ abnegationem, & Dei confeſſionem, veluti ſigno ac notâ quadam Regiâ, ſpiritualis vnguenti chriſmate inuncti, ſub ea viſibili vnguenti ſpecie, inuiſibilem ſanctiſſimi Spiritus gratiam ſuſcipiunt: & Patres concilij Laodiceni *can. 48.* oportet baptiſatos, poſt baptiſmum chriſmatis quoque cœleſtis & Regni futuri fieri participes. Quod intelligitur non tantum de adultis, ſed etiam de infantibus, qui poſt baptiſmum, confirmationem ſeu chriſma, & Euchariſtiam etiam accipiebant, vt colligitur ex D. Auguſtino *lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus*: ſi vero, ait, paruuli ſunt, vel hebetes

A qui doctrinam non capiant, reſpondeant pro illis qui eos offerunt, iuxta morem baptiſandi, ſicque manus impoſitione & chriſmate communiti Euchariſtiæ myſteriis admittantur. Et *lib. 6. hypognoſtic.* loquens de duobus paruulis ſimul baptiſatis, ait vnum ante Confirmationem accepto tantùm baptiſmo obijſſe, alium verò etiam confirmatum fuiſſe; ex quibus colligitur etiam infantes fuiſſe confirmatos: nouimus, ait, etiam paruulos, quibus vſus liberi arbitrij non eſt, vt de bonis aut malis eorum meritis iudicemus, parentum manibus ad gratiam ſancti baptiſmatis deportatos, & cum in vno eorum per manus Sacerdotis fidei myſterium adimpleretur, alterum in parentum manibus factum exanimem. Et Ordo Romanus *de Sabbato Sancto*. Pontifex, ait, egreditur à fonte in Sacrarium, habens ibi compoſitam Sedem, vt in Eccleſia vbi voluerit, & ſedeat in ea; & cum veſtiti fuerint infantes, confirmet eos; & *paulo poſt*: Pontifex verò veniens ad infantes, tenente Archidiacono chriſma, det orationem ſuper eos cum inuocatione ſeptiformis gratiæ Spiritus Sancti: oratione expletâ interrogantibus Diaconibus nomina ſingulorum, Pontifex tincto Pollice in chriſmate faciat crucem in frontibus ſingulorum, ita dicendo, confirmo &c. & auctor *vita S. Ludgeri Epiſcopi Friſiæ*, refert ipſum miſiſſe quendam laicum ad baptiſandum clam infantes Paganorum, quos poſteà ipſe confirmaret: cuius, ait, ille iuſſis optemperans, octodecim infantes baptiſauit, qui omnes in albis defuncti exceptis duobus, quos ſanctus Sacerdos pace redditâ ſancti chriſmatis inunctione & manuum impoſitione firmauit.

Quod etiam poſt confirmationem daretur Euchariſtia patet ex *Clemente 1. epiſt. 3. de Officio Sacerdotis & Clericorum*: baptiſetur autem vnuſquiſque in aquis perennibus, nomine Trinæ Beatitudinis ſuper ſe inuocato, perunctus primùm oleo per orationem ſanctificato, vt ita demùm per hæc conſecratus, poſſit percipere de ſanctis: & Dionyſius Areopagita *de Eccleſiaſt. Hierarchia cap. de Baptiſmo*: ducunt, ait, ad Hierarcham: is cum virum vnguento, quod maximè diuinos efficit, inſigniuit; Euchariſtiæ, quæ vim habet maximam perficiendæ ſanitatis, participem eſſe pronuntiat: & D. Ambroſius *de iis qui myſteriis initiantur*: his ablata plebs, diues inſignibus, ad Chriſti contendit altaria, dicens introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuentutem meam; depoſitis enim erroris inueterati exuuijs, renouata in aquilæ iuuentutem, cœleſte illud feſtinat adire conuiuium; venit igitur, & videns ſacroſanctum altare compoſitum, exclamans ait, paraſti in conſpectu tuo menſam. & *lib. 4. de Sacrament. cap. 2.* vbi ad baptiſatos dicit, ſequitur vt venias ad altare. & D. Hieronymus *lib. 3. aduerſus Pelagianos*: de Baptiſmate ſurgentes & regenerati in Dominum Saluatorem, impleto illo quod de ſe ſcriptum eſt, beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates & quorum tecta ſunt peccata, ſtatim in prima communione Corporis Chriſti dicunt, & dimitte nobis debita noſtra: & *lib. aduerſus Luciferianos*. Hilarius, ait, cùm Diaconus de Eccleſia receſſerit, ſolusque (vt putat,) incola Mundi ſit, neque Euchariſtiam conficere poteſt, Epiſcopos &

Presbyteros non habens, neque baptiſma ſine Euchariſtia tradere: & Seuerus Alexandrinus *lib. de Baptiſmo*: eleuant baptiſatos ad altare, eiſque dant myſteria, Euchariſtiam, & Sertis coronat eos Sacerdos: & Rabanus Maurus *lib. 1. de Inſtitut. Clericor. cap. 29.* tegitur poſt ſacram vnctionem caput eius myſtico velamine, &c. deinde corpore & ſanguine Dominico omne præcedens ſacramentum in eo conſummatur. Quod etiam intelligitur tàm de adultis, quàm de paruulis, vt patet ex Simeone Metaphraſte *in vita SS. Ind. & Domn.* pij vero, ait, cum omnes congregaſſent ſimul catechumenos, viros, & mulieres, & pueros, eoſque in quatuor diuiſiſſent, vt pote quod tempus poſtularet celeritatem, eos baptiſmo diuino perficiunt, & chriſmate vngunt, & eos intemeratis impertiunt ſacramentis: & S. Anſelmus *in cap. 2. Luca*, loquens de Chriſto infante in templum ducto, illud exemplum Chriſti trahit ad confirmandum ritum dandi Euchariſtiam infantibus: poteſt, ait, etiam puer iſte qui in Templum inducitur, illos ſignificare, qui ad fidem venientes inducuntur in Eccleſiam: nam & hanc inductionem ſic agunt ſancti Patres, vt legis conſuetudinem obſeruent, quia expletâ in baptiſmo purgatione, introducunt eos ad Altare Sanctum conſecrandos victimâ Euchariſtiæ diuinæ.

Sed pueri ſub ſpeciebus Vini accipiebant Euchariſtiam, vt patet ex Hugone Victorino *lib. 1. de Sacramentis cap.* 20. exinde, ait, datur Baptiſatu candida veſtis, ad vltimum datur cereus ardens; omnibus his nouus homo in vtero matris Eccleſiæ inchoatur, prouehitur, conſummatur, & vniuerſitati Eccleſiæ aggeratur, hoc eſt corporis Chriſti membrum efficitur, vnde ſi eius valetudinis eſt, ſacramenta vnitatis, id eſt corpus & ſanguinem Chriſti accipere debet; pueris recens natis idem Sacramentum in ſpecie ſanguinis eſt miniſtrandum, quia tales naturaliter ſugere poſſunt. Auguſtinus *ad Bonifacium contra hereſim Pelagianorum*: in Eccleſia Saluatoris per alios paruuli credunt, ſicut ex alijs, quæ in baptiſmis dimittuntur peccata, traxerunt; nec illud cogitetis eos vitam habere poſſe, qui ſunt expertes corporis & ſanguinis Chriſti, dicente ipſo Domino, niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, &c. Ergo, (ſi ſine periculo fieri poteſt) iuxta primariam Eccleſiæ inſtitutionem ſacramentum Euchariſtiæ in ſpecie ſanguinis eſt tradendum pueris; vnde ignorantia adhuc formam retinens, ſed non rem, dat eis locu ſanguinis vinum; quod penitus ſuperuacaneum arbitraretur, ſi ſine ſcandalo ſimplicium dimitti poſſit; ſi autem in reſeruando ſanguinem Chriſti, vel miniſtrando, pueris immineat periculum, potiùs ſuperſedendum videtur: & D. Cyprianus *lib. de lapſis*, ait calicem Sacrum infantibus dari ſolitum, cùm ſub ſpecie panis communionem admittere non poſſent.

Non eſt igitur dubium quin Confirmatio data ſit ſtatim poſt Baptiſmum: cuius rei argumentum ſumunt Patres ex *Actorum* 8. vbi Petrus & Ioannes miſſi ſunt ad Cōfirmandos, Samaritanos iam Baptiſatos: & ex *cap.* 18. vbi D. Paulus baptiſauit iam baptiſatos tantùm baptiſ-
A mo Ioannis, & per manus impoſitionem Spiritum Sanctū eis dedit. Quod t. probatur ex D. Cypriano *epiſt. 73. ad Iubaianum*: illi, ait, qui in Samaria crediderunt, fide viuâ crediderunt, & intus in Eccleſia quæ vna eſt, & cui gratiam ſoli Baptiſmi dare, & peccata ſoluere permiſſum eſt, à Philippo Diacono, quem iidem Apoſtoli miſerant, baptiſati erant: idcirco quia legitimum & Eccleſiaſticum Baptiſmum conſecuti fuerant, eos baptiſari vltra non oportebat; ſed tantummodo quod deerat, id à Petro & Ioanne factum eſt, vt oratione pro eis habitâ, & manu impoſitâ inuocaretur & infunderetur ſuper eos Spiritus Sanctus; & D. Hiero-
B nymus *lib. aduerſus Luciferianos*: an neſcis etiam Eccleſiarum hunc eſſe morem, vt baptiſatis poſtea manus imponatur? exigis vbi ſcriptum ſit? in *Actibus Apoſtolorum*, etiamſi ſcripturæ authoritas non ſubeſſet, totius orbis in hanc partem conſenſum inſtar præcepti obtineret, & Innocentius 1. *Epiſt. 21. ad Epiſcopos Macedoniæ cap.* 5. baptiſatos ritè ab Euangeliſta Philippo, Petrus & Ioannes ſolâ manus impoſitione conſummant; illos verò quos Apoſtolus Paulus Ioannis Baptiſmate baptiſatos reperit, interrogauitque an accepiſſent Spiritum Sanctum, fatentibus ſe ne illud quidem nomen audiuiſſe, iuſſit eos baptiſari: & Beda *expoſitione in cap. 19. Act. Apoſtol.* dixitque ad
C eos, ſi Spiritum Sanctum accepiſtis credentes? hoc eſt ſi poſt Baptiſma manùs impoſitionem, quâ Spiritus Sanctus dari ſolet, accepiſtis; & Iſidorus Hiſpalenſis *lib. 2. de Eccleſiaſt. officiis, cap.* 26. poſt baptiſmum per Epiſcopos datur Spiritus Sanctus cum manuum impoſitione; hoc in Actibus Apoſtolorum feciſſe meminimus Apoſtolos, &c. Et OEcumenius *ad caput 8. Act. Apoſtolor.* ſi qui baptiſauit in Samaria, Philippus, vnus ex Apoſtolis fuiſſet, eandem authoritatem dandi Spiritum Sanctum habuiſſet, & non fuiſſet opus vt Petrus & Ioannes deſcenderent ab eo Hieroſolymis, iiſque gratiam Spiritus exhiberent; Philippus cùm eſſet vnus ex ſeptem Diaconis, non habebat pote-
D ſtatem vt per impoſitionem manuum dare Spiritum Sanctum poſſet: & Valafridus Strabo *lib. de rebus Eccleſiaſt. cap.* 26. addiderunt alij chriſmatis vnctionem, quam ex veteri ſumptam conſuetudine nemo qui dubitet, cùm primis temporibus impoſitione manuum baptiſmus confirmari ſoleret, quod in Samaria feciſſe Petrum legitur & Ioannem.

Teſtimonium etiam ſumi poteſt ex D Paulo *epiſt. ad Hebraos cap.* 6. quapropter intermittentes inchoationis Chriſti ſermonem, ad perfectionem feramur, non rurſum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mor-
E tuis, & fidei ad Deum baptiſmatum, doctrinæ, impoſitionis quoque manuum. Et ſanè, ſumpſit inde teſtimonium etiam D. Ambroſius *ad illum locum*: impoſitionis, ait, manuum, per quam Spiritus Sanctus accipi poſſe creditur, quod poſt baptiſmum ad confirmationem vnitatis in Eccleſia Chriſti à Pontificibus fieri ſolet; & Haymo: impoſitionem, ait, manuum appellat Confirmationem, per quam pleniſſimè creditur accipiendus Spiritus Sanctus; quod poſt Baptiſmum ad Confirmationem vnitatis in Eccleſia à Pontificibus fieri ſolet. Aliud

etiam argumentum poteſt ex deſcenſione Spiritus Sancti in Pentecuſte, cui comparatur Confirmatio, vt rectè Emiſenus vel Hilarius Arelatenſis *ſer. de Pentecoſte*: confirmandis Neophytis tribuitur per manûs impoſitionem quod Spiritus Sancti deſcenſio donauit in Pentecoſte: & Melchiades Papa *ad vniuerſos Epiſcopos Hiſpaniæ*, ex quo ſupra dicta verba ſumpſit Hilarius Arelatenſis. Et nihil vetat quin etiam Confirmationis inſtitutionem colligamus ex illis verbis Chriſti ad D. Petrum, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos: ſicut enim legimus à Petro baptiſatos fuiſſe alios Apoſtolos, ita etiam ab eodem confirmatos, licet omnes dicantur in Pentecoſte Spiritum Confirmationis accepiſſe.

Et hanc Eccleſiæ praxim fuiſſe, vt poſt baptiſmum Confirmatio daretur, exemplis probatur. Et primùm in *conſtitutionibus Apoſtolicis lib. 6. cap. 7.* dicunt Apoſtoli: omnibus baptiſatis impoſitis manibus oratione gratiam eis Spiritus Sancti impertiebamus; cuius rei forma præſcribitur ab iiſdem *cap. 23. lib. 6.* & *in vita S. Baſilij*, Dicitur quod is eum Eubulo Hieroſolymis baptiſatus, etiam Confirmationem & Euchariſtiam ſimul accepit à Maximo Vrbis Epiſcopo: admirans verò Maximus Epiſcopus, ait, Baſilij in Deum amorem, orans induit eum Reſurrectionis Chriſti veſtimentis, baptiſauit autem etiam Eubulum, vngenſque eos chriſmate ſacro, tradidit illis viuificam Communionem: & *in edicto Conſtantini ad Silueſtrum Papam*, ipſemet de ſe id dicit: benedicto (inquit) fonte, induto veſtibus candidis, ſeptiformis gratiæ Spiritus conſignationem adhibuit beati chriſmatis vnctione: & *in vita S. Remigii apud Hincmarum* idem habetur: & ſuſceptus, ait, ab ipſo Pontifice de ſancto fonte, perunctus eſt ſacro chriſmate cum ſigno ſanctæ crucis Domini noſtri Ieſu Chriſti (loquitur de Clodoueo primo Rege Gallorum Chriſtiano:) & *in epiſt. Cornelij Papæ ad Fabianum apud Euſebium lib. 6. Hiſt. Eccleſiaſt. cap. 35.* dicitur de Nouatiano hæretico, qui baptiſmum quidem acceperat, ſed fictè, eum propter mortis periculum, morbo afflictatum, confirmationem, & per eam Spiritum Sanctum non accepiſſe: in lecto, ait, in quo decumbebat, aquâ circumfuſus, accepit Baptiſmum, ſi modò talem hominem, baptiſmum accepiſſe dicendum ſit; verùm morbo tandem elapſus, nequa cætera quibus poſt baptiſmum ſecundum Eccleſiæ canonem imbui oportuerat, acquiſiuit; neque Domini ſigillo ab Epiſcopo fuit obſignatus, quo quidem neutiquam potitus, quomodo quæſo Spiritum Sanctum adeptus eſt?

Confirmationis autem Sacramentum ideò inſtitutum & datum eſt, 1. vt pleni & perfecti ſeu conſummati Chriſtiani fieremus, ſeu perficeremur & conſummaremur in chriſtianitate, nec non roboraremur, vt Patres teſtantur Eccleſiæ & ſummi Pontifices. Quod pleni fiamus Chriſtiani aſſerit Vrbanus 1. *epiſt. decretali ad vniuerſos Chriſtianos.* & refertur *can. 1. hac diſt.* omnes enim fideles per manus impoſitionem Epiſcoporum, Spiritum Sanctum poſt baptiſmum accipere debent, vt pleni Chriſtiani inueniantur; quia cum Spiritus Sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & conſtantiam dilatatur: & *can. 2.*

A Spiritus Sanctus qui ſuper aqua baptiſmi ſalutifero deſcendit illapſu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiã, in confirmatione augmentum præſtat ad gratiam; & quia in Mundo totâ ætate victuris, inter inuiſibiles hoſtes & pericula gradiendum eſt, Baptiſmo regeneramur ad vitam, poſt baptiſmum roboramur; & quamuis continuò tranſituris ſufficiant Regenerationis beneficia, victuris tamen neceſſaria ſunt Confirmationis auxilia; Regeneratio per ſe ſaluat mox in Pace beati ſæculi recipiendos, Confirmatio armat & inſtruit ad agones huius Mundi prælia que reſeruandos: qui poſt Baptiſmum acquiſita innocentia immaculatus peruenit ad mortẽ,
B confirmatur morte, quia non poteſt peccare poſt mortem: nã licet ibi Dicatur baptiſmus plenitudinem tribuere, additur plenitudinem tribuere tantùm ad innocentiam, quatenus ſcilicet purgat omnia peccata, non ad gratiam: & *can. 5.* ſignatur, ait, baptiſatus cum Chriſmate per Sacerdotem in capitis ſummitate, per Pontificem verò in fronte, vt in priori vnctione ſignetur Spiritus Sancti ſuper ipſum deſcenſio ad habitationem Deo conſecrandam, in ſecunda quoque vt eiuſdem Spiritus Sancti ſeptiformis gratia cum omni plenitudine ſanctitatis & ſcientiæ & virtutis venire in hominem declaretur: & ideo confirmatio dicitur id quod inchoauerat tan-
C tùm baptiſmus, conſummare & confirmare. Dicitur perficere à Dionyſio Areopagita *lib. de Eccleſiaſt. Hierarchia cap. 4.* quinetiam, ait, ei qui ſanctiſſimo Regenerationis myſterio initiatur, diuini Spiritus aduentum conſummans vnguenti datur perfuſio: & Melchiades Papa *epiſt. ad vniuerſos Epiſcopos Hiſpaniæ ſupracitata* quod (inquit) in confirmandis Neophytis manûs impoſitio tribuit ſingulis, hoc tunc Spiritus Sancti deſcenſio in credentium populos donauit vniuerſis; ſed quia diximus, quod manus impoſitio & confirmatio ad Baptiſmi confirmationem pertinent, &c. D. Ambroſius *lib. 2. de Sacrament. cap. 2.* vocat ideo perfectionem hoc ſacramentum Confirmationis: poſt fontem,
D ait, ſupereſt vt perfectio fiat: & D. etiam Paulus *ad Hebræos 6.* quapropter intermittentes inchoationis Chriſti ſermonem, ad perfectionem feramur, non rurſum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum baptiſmatum, doctrinæ, impoſitionis quoque manuum. Dicitur conſummare ab Innocentio *epiſt. 22. ad Epiſcopos Macedoniæ cap. 5. ſupra citato*: baptiſatos, ait, riè ab Euangeliſta Philippo, Petrus & Ioannes ſolâ manus impoſitione conſummant: & à Cypriano *epiſt. 73. ad Iubaian. cap. 3.* quod etiam (inquit) nunc quoque apud nos geritur, vt qui in Ec-
E cleſia baptiſantur Præpoſitis Eccleſiæ offerantur, & per noſtram orationem ac manus impoſitionem Spiritum Sanctum conſequantur, & ſignaculo Dominico conſummentur. Dicitur denique Confirmare ipſum Baptiſmum ex Valafrido Strabone *lib. de rebus Eccleſiaſt. cap. 26.* addiderunt (inquit) chriſmatis vnctionem, quam ex veteri ſumptam conſuetudine nemo qui dubitet, cùm primis temporibus impoſitione manuum baptiſmus confirmari ſoleret. Quomodo Euchariſtia dicitur etiam confirmare alia Sacramenta, apud Rabanum Maurum *lib. 1. de inſtitutione Clericorum cap. 29.* legitur,

ait, poſt ſacram vnctionem capiti eius myſtico velamine &c. Deinde corpore & ſanguine Dominico omne præcedens Sacramentum in eo confirmatur: & à Dionyſio Areopagita *lib. de Eccleſiaſt. Hierarchia cap. de Baptiſmo*: eadem Euchariſtia dicitur vim maximam habere perficiendæ ſanctitatis.

Confirmatio igitur dicitur Confirmare Baptiſmum, & à D. Ambroſio *in cap. 6. epiſt. ad Hebræos* confirmare vnitatem in Eccleſia: impoſitionis, ait, manuum per quam Spiritus Sanctus accipi poſſe creditur, quod poſt baptiſmum ad confirmationem vnitatis in Eccleſia Pontificibus fieri ſolet: quod etiam dicitur ab Hugone Victorino *lib. 1. de Sacrament. cap. 20. ſupra citato*. Quapropter Confirmatio dicitur ſignaculum Dominicum, quod vltimo imponitur Chriſtiano, vt colligitur ex loco mox citato D. Cypriani, & ex Theodoreto *ad cap. 1. Canticorum ante citato*, vbi eam vocat notam Regiam quandam. Vnde ſæpiſſime leges confirmatos conſignari; & apud Clementem *epiſt. 4.* omnibus itaque feſtinandum eſt ſine mora renaſci Deo, & demùm conſignari ab Epiſcopo: & apud Iuſtinum Martyrem *libro Reſponſionum ad quaſdam chriſtianas quæſtiones, quæſtione 137.* ſic ait, ante ſepulturam Maria vnguento Dominum vnxit, nos autem in baptiſmo ſymbola ſignaque Paſſionis, eiuſque Reſurrectionis referentes celebramus, quomodo primum oleo vngimur, ac deinde in ſacro lauacro quæ dicta ſunt ſymbolis peractis, poſt illa vnguento conſignamur. Si quidem Dominus primùm vnguento delibutus eſt, ac deinde Paſſus &c. vbi notat differentiam quandam vnctionis noſtræ in Confirmatione, ab vnctione Chriſti, quòd Chriſtus vnctus ſit à Maria antequam cruci affigeretur; nos vero vngimur veluti poſt mortem, quatenus ſcilicet Baptiſmus eſt ſymbolum mortis noſtræ in Chriſto: ſed hoc ideo fit quià baptiſmus nos reddit vitæ. Et apud Tertullianum *libro de præſcriptione aduerſus hæreticos cap. 36.* aquâ ſignat, Spiritu Sancto veſtit: & *cap. 40.* ſignat illic in fronte milites ſuos: & *de Reſurrectione carnis cap. 8.* caro ſignatur, vt & anima muniatur; caro manus impoſitione adumbratur, vt & anima ſpiritu illuminetur: & *lib. de pudicitia cap 9.* recordatur Patris Dei, ſatisfacto redit, veſtem priſtinam recipit, ſtatum ſcilicet eum quem Adam tranſgreſſus amiſerat, annulum quoque accipit tunc primum quo fidei pactionem interrogatus obſignat, atque ita exinde opimitate Domini corporis veſcitur, Euchariſtia ſcilicet.

Quod vero etiam corroboremur patet *ex loco ante citato* Tertulliani *de Reſurrectione carnis cap. 8. & lib. de præſcript. aduerſus hæreticos cap. 36.* & ex *can. 1. hac diſt.* & *can. 5.* his verbis: nouiſſimè à ſummo Sacerdote per impoſitionem manûs Paracletus traditur baptiſato, vt roboretur per Spiritum Sanctum ad prædicandum alijs idem donum quod ipſe in baptiſmate conſequutus eſt, per gratiam vitæ donatus æternæ: & *can. 2. hac ipſa diſt.* & ex Albino Flacco *lib. de Diuinis officijs cap. de Sabbato Sancto Paſcha*: tunc, ait, ſacro chriſmate capiti perungitur, & myſtico tegitur velamine, vt intelligat ſe Diadema Regni, & Sacerdotij dignitatem portare: nouiſſimè per impoſitionem manûs à ſummo Sacerdote, & ſeptiformis gratiæ Spiritum accipit, vt roboretur per Spiritum Sanctum ad alijs prædicandum, qui fuit in baptiſmo per gratiam vitâ donatus æternâ, quod refertur *dicto can. 5.*

Quæ cùm ita ſint non eſt contemnendum, nec diu differendum hoc Sacramentum, vt putarunt nuperrimè aliqui: quod probatur ex Clemente *1. ante citato epiſt. 4.* omnibus ergo feſtinandum eſt ſine mora renaſci Deo, & demùm conſignari ab Epiſcopo: & ex Melchiade Papa *epiſt. ante citata*: ita coniuncta ſunt hæc duo Sacramenta, vt ab inuicem niſi morte præueniente nullatenus poſſint ſegregari: & ex D. Ambroſio *lib. 2. de Sacramentis cap. 1.* poſt fontem ſupereſt vt perfectio fiat: & ex ſynodo Laodicena *can. 48.* oportet baptiſatos, poſt baptiſmum, chriſmatis quoque cœleſtis & Regni futuri fieri participes: & ex Hieremia Conſtantinopolitano *Reſpon. 1. cap. 2.* rationi conſentaneum eſt baptiſmati etiã chriſma ſubiungi, nec in tempus differri, ſed baptiſatum continuò illius venerandæ communionis participem fieri: vbi notandum, dici etiam ſtatim datam communionem.

Confirmatio vero fit per Manûs impoſitionem, vt patet ex Tertulliano *libro de Baptiſmo. cap. 8.* dehinc, ait, manus imponitur, per benedictionem aduocans & inuitans Spiritum Sanctum: & *can. 1 3. & 5. hac diſt.* & ex Melchiade Papa *epiſt. ſupra citata*, & D. Hieronymo *libro aduerſus Luciferianos*, & D. Auguſtino *lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus* & *lib. Hypognoſtic. 6. ſuprà citato*, & ex *Actor. cap. 8.* & *Pauli epiſt. ad Hebræos 6.* & Cypriani *epiſt. 37. ad Iubaianum*, etiam loco citato, & Origene *lib. 1. peri Archon*, & Innocentio *1. epiſt. 22.* & Beda *in cap. 19. Actuum Apoſtolorum*, & Iſidoro Hiſpalenſi *lib. 2. de Eccleſiaſticis officijs cap. 26.* & Oecumenio ad *cap. 8. Apoſtol.* & conſtitutionibus Apoſtolicis *lib. 6. cap. 7.* & Albino Flacco *lib. de Diuinis officijs, cap. de Sabbato Sancto Paſcha* & Rabano Mauro *lib 2. de Inſtitut. Cleric. cap. 39.* ſuprà citatis, & ex alijs multis.

Confirmatio fit etiam chriſmate vngendo frontem, ex *can. 119. & 125. diſt. ſuprà*, & patet ex *ordine Romano, de Sabbato Sancto*: Pontifex, ait, tincto pollice in chriſmate, faciat crucem in frontibus ſingulorum, ita dicendo, confirmo &c. & ex *conſtitutione Conſtantini ad Silueſtrum*: leuatoque me de venerabili fonte, & induto candidis veſtibus, ſeptiformis gratiæ Spiritus Sancti conſignationem adhibuit beati chriſmatis vnctione, & vexillum ſanctæ crucis in mea fronte liniuit, dicens, ſignet te Deus ſigillo fidei ſuæ in Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, in ſignatione fidei &c.

Atque notanda ratio vnctionis in vertice per Sacerdotem apud Rabanum Maurum *lib. 1. de Inſtitutione Clericorum cap. 30.* ſignatur, ait, baptiſatus cum chriſmate per Sacerdotem in capitis ſummitate, per Pontificem verò in fronte, vt priori vnctione ſignificetur Spiritus Sancti deſcenſio ad habitationem Deo conſecrandam, in ſecunda quoque vt eiuſdem Spiritus Sancti ſeptiformis gratia cum omni plenitudine ſanctitatis, & ſcientiæ, & virtutis, venire in hominem declaretur: nec mirum ſi homo bis eodem chriſmate ad accipiendum Spiritum Sanctum vngatur, cùm idem Spiritus bis ſit Apoſtolis ipſis

datus, in terra ſemel, quando poſt Reſurrectionem ſuam Dominus inſufflauit in eos, & dixit accipite Spiritum Sanctum &c. & de cœlis ſemel, quando poſt Aſcenſionem Domini in die Pentecoſtes in linguis igneis ſuper Apoſtolos venit, & omnium Gentilium linguis loqui eis conceſſit. Vnde ſi quis in baptiſmo chriſmatus non fuiſſet, monendus erat ea de re Epiſcopus in confirmatione, *can.* 125. *diſt.* 4. cuius canonis explicationem libenter prætermiſimus, propter ea quæ de ipſo ſcripta ſunt in contrarium à Iacobo Sirmondo, & Petro Aurelio, quos vide. Et chriſmatis mentio fit apud Dionyſium Areopagitam *lib. de Eccleſiaſtica Hierarchia capite de Baptiſmo*, & apud Iuſtinum Martyrem *lib. Quæſtionum & Reſponſionum quæſtione* 137. & apud D. Cyprianum *epiſtol.* 72. & Theodoretum *ad cap.* 1. *Canticorum ſupra citatum*, & apud ſynodi Laodicenæ Patres *can.* 48. Sed tamen Valafridus Strabo *lib. de rebus Eccleſiaſticis cap.* 26. exiſtimauit olim ſine vnctione factam fuiſſe confirmationem per ſolam manuum impoſitionem, his verbis: addiderunt, ait, alij chriſmatis vnctionem, quam ex veteri ſumptam conſuetudine nemo qui dubitet, cum primis temporibus impoſitione manuum baptiſmus cõfirmari ſoleret.

Confertur verò iſtud Sacramentum ab Epiſcopo, vt teſtatur Dionyſius Areopagita *de Eccleſiaſtica Hierarchia loco ſupra citato*, & Clemens *epiſt.* 4. & Melchiades *epiſtola etiam ſupra citata*, & Hieronymus *lib. aduerſus Luciferianos*, & D. Auguſtin. *lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus*, & Primaſius *in cap.* 13. *epiſt. ad Hebræos*, & Cornelius Papa *epiſt. ad Fabianum apud Euſebium lib.* 6. *cap.* 35. & Iſidorus *lib. de Eccleſiaſticis officijs cap.* 26. & Conſtitution. Apoſtolic. *lib.* 6. *cap.* 23. & Rabanus Maurus *lib.* 2. *de Inſtitutione Clericorum cap.* 35. Confirmatur ex *can.* 3. *hac diſt.* 5. in quo dicitur hoc Sacramentum fieri à Maioribus Pontificibus, id eſt vt explicat canon, à ſummis Pontificibus, & quod a minoribus fieri non poteſt: & *can.* 4. his verbis: manus quoque impoſitionis ſacramentum magnâ veneratione tenendum eſt, quod ab alijs perfici nõ poteſt niſi à ſummis Sacerdotibus, nec tempore Apoſtolorum ab alijs quàm ab ipſis Apoſtolis legitur, aut ſcitur eſſe peractum, nec ab alijs quam ab illis qui eorum tenent locum vnquam perfici poteſt, aut fieri debet: nam ſi aliter præſumptum fuerit, irritum habeatur & vacuum, & inter Eccleſiaſtica nunquam reputabitur Sacramenta: iuxta quem canonem 4. concilium Tridentinum *ſeſſione* 7. *can.* 3. definit: ſi quis dixerit ſanctæ Confirmationis Ordinarium Miniſtrum non eſſe ſolum Epiſcopum, ſed quemuis ſimplicem Sacerdotem, anathema ſit. Et ideo Ioannes 5. *in epiſt. vnica*, vehementer arguit Chorepiſcopos, quod per hanc manuum impoſitionem auderent conferre Spiritum Sanctum, contra exemplum Apoſtolorum.

Nec obſtat *cap.* 4. *Actorum*, vbi Ananias licet non eſſet Epiſcopus manus impoſuit Paulo vt impleretur Spiritu Sancto: nam illa manus impoſitio non pertinet ad Confirmationem, ſed ad ei reddendam ſanitatem oculorum; vnde additur, & ſtatim ceciderunt ſquamæ ab oculis Pauli.

Dices Gregorium *lib.* 3. *epiſtolarum* 26. ob defectum Epiſcoporum feciſſe poteſta-

A tem Sacerdotibus ſimplicibus confirmandi Baptiſatos: item in concilio Florentino haberi hæc verba; legitur tamen aliquando per Apoſtolicæ ſedis diſpenſationem ex rationabili & vrgente admodum cauſa, ſimplicem Sacerdotem, Confirmationis ſacramentum adminiſtraſſe, non autem aliquem alium inferiorem Sacerdote, de licentia tamen ſolius Pontificis Maximi: quod tamen fieri non poſſe videtur, quia quæ ſunt characteris nullo modo alteri committi poſſunt. Reſpondetur communiter propter hos duos locos Gregorij, & concilij Florentini Dicendum eſſe extraordinarium Miniſtrum poſſe eſſe Sacerdotem quemlibet, ſolumque Epiſcopum eſſe ordinarium.

Sed ad difficultatem quâ diximus ea quæ ſunt B characteris non poſſe committi, nihil omnino reſpondent: & ſane inde ſequitur vel falſum eſſe axioma ſaltem in Confirmatione, quod magis putamus: ita vt quæ ſunt characteris in ea committi poſſint ſaltem a ſummo Pontifice, maxime cùm totaliter non committatur, ſed eius tantum executio: Vel cum dicitur ſolum Epiſcopum ordinarium eſſe Miniſtrum, illud intelligi debere totaliter, id eſt ſimul confectionis chriſmatis & eius applicationis eſſe Miniſtrum, in Confirmatione, ita vt non poſſit à Sacerdote confirmatio conferri chriſmate à ſe confecto, ſed tantum ab Epiſcopo: vel intelli- C gi ordinarium eo modo quo dicimus ordinarium Sacerdotem, *cap.* 12. *de Pœnitentijs & Remiſſionib.* ita vt Sacerdos ratione ſui characteris poſſit, non quidem conficere Chriſma, ſed conferre confirmationem chriſmate confecto ab Epiſcopo, tanquam delegatus, non tanquam Ordinarius; maximè quoniam hoc Sacramentum pertinere videtur ad neceſſitatem perfectionis Chriſtiani; ſatis enim proprium fit Epiſcopo hoc Sacramentum, quatenus ipſe ſolus conficere poteſt chriſma: ita vt character ſeu ordo Epiſcopi, maior in eo maneat charactere ſeu ordine Sacerdotis, & in collatione character Sacerdotis ſufficiat ſi ei detur iuriſdictio, quod an ita D ſentiendum ſit, ſententiæ Eccleſiæ ſubmitto.

Oportet autem vt Epiſcopi non niſi ieiuni ieiunis per impoſitionem manuum Spiritum Sanctum tradant, exceptis infirmis, & morte periclantibus, vt habetur *can.* 7. vbi etiam additur quod ſicut duobus temporibus, Paſcha videlicet & Pentecoſte, à ieiunis celebrari debet baptiſmus, ita etiam traditionem Spiritus Sancti a ieiunis Pontificibus conuenit celebrari: & *can.* 6. etiam dicitur vt ieiuni ad Confirmationem veniant ætatis perfectæ, vt moneantur confeſſionem facere prius, vt mundi donum E Sancti Spiritus valeant accipere; & quia numquam erit Chriſtianus niſi confirmatione Epiſcopali fuerit chriſmatus.

Fieri vero debet Confirmatio ſignaculo crucis, vt colligitur ex *can.* 10. nunquid non omnia chriſmata Sacerdotalis myſterij crucis figurâ perficiuntur? nunquid baptiſmatis vndâ niſi cruce ſanctificatâ peccata relaxantur? & vt cætera prætereamus, ſine ſignaculo crucis quis ſacerdotij gradûs aſcendit? Et patet ex his quæ dicta ſunt ſuprà de ſignaculo Dominico in fronte facto, & ex ordine Romano de *Sabbato Sancto*: Pontifex tincto, pollice in chriſmate, faciat

crucem in frontibus ſingulorum, ita dicendo; confirmo, &c. & conſtitutione Conſtantini ad Silueſtrum Papam *ſupra citata*.

Certè ſacrorum omnium ordinum conſecratio perfectionem accipit à ſigno crucis, vt refert D. Dionyſius *de Eccleſiaſt. Hierarchia capite de Baptiſmo*. Nec tantùm ſigni crucis vſus fuit adhibitus in Sacramentis à Sacerdotibus, ſed etiam ab omnibus Chriſtianis in quibuſcumque alijs rebus; vt eſt apud D. Hieronymum *epiſt.* 22. ad omnem actum manus pingat crucem: & Tertullianus *de Corona militis cap.* 3. ad omnem progreſſum atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad veſtitum & calceatum, ad lauacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quæcumque nos conuerſatio exercet, frontem ſignaculo crucis terimus: & ita Theodoretus *lib.* 3. *cap.* 16. loquens de militibus Chriſtianis, ait illos non ante poculum ad os admouiſſe, quàm ſignum ſalutare crucis adhibuiſſent; & D. Auguſtinus de omnibus Chriſtianis, ait, eos in aditu Templorum ſigno crucis ſe ſignaſſe, *homil.* 18, *ex quinquaginta homil.* ecce intrat, ecce ſignat. Maximè verò ſignabant frontem ſuam, vt colligitur ex D. Auguſtino *concione* 3. *in pſalmum* 30. non ſine cauſa ſignum ſuum Chriſtus in fronte nobis figi voluit, tanquam in ſede pudoris, ne Chriſti opprobriu Chriſtianus erubeſcat: & D. Hieronymo *epiſt.* 8. crebro ſignaculo crucis munias frontem tuam, ne exterminator Ægypti in te locum reperiat: & ex D. Chryſoſtomo *in pſalmum* 3. omnes crucem in fronte circumferimus, non ſolùm non erubeſcentes, ſed velut ornatu eximio gloriantes.

Signabant etiam os digitis, vt patet ex D. Hieronymo *in epitaphio Paulæ*. Vbi dicitur crucis ſignum pingere in labijs: & ex D. Auguſtino *ſerm.* 115. vbi ſignum crucis labijs ſuis apponere dixit: & notandus eſt alius locus D. Auguſtini *homil.* 21. *ex quinquaginta*, qui ad aliquod malum opus currit, ſi forte pedem impegerit, ſignat os ſuum, & neſcit quod includit potius Dæmonem quam excludit; tunc enim bene ſignaret, & diabolum de corde ſuo repelleret, ſi ſe ab illo opere nefario reuocaret.

Signabant etiam pectus, vt patet ex D. Hieronymo *epiſt.* 27. vbi hoc ſigno dolorem ſtomachi lenitum dicit; & cùm os ſtomachumque ſignaret, & Matris dolorem crucis niteretur impreſſione lenire. Et ideo primi Chriſtiani dicti ſunt Religioſi Crucis, teſte Tertulliano in Apologetico, & filij Crucis, teſte D. Auguſtino in *Titulum pſalmi* 41. ad illud, filij Core: filij Core, ait, hoc eſt filij Caluariæ, filij Paſſionis Chriſti, filij crucis, portantes in fronte quod inimici in loco Caluariæ fixerunt, Et crux dicitur decus & ornamentum Eccleſiæ, à Cyrillo *in Sophon. cap. vlt.* & gloria gloriatum à Cyrillo Hieroſolymitano *catecheſi* 13. & meritò Chriſtiani vſi ſunt ſæpè hoc Ligno, tanquam potentiſſimo inſtrumento: nam vt ait S. Ignatius *epiſt. ad Philippenſes*, crux trophæum eſt aduerſus potentiam Dæmonis, cujus ille aſpectu cohorreſcit, & prope exanimatur: & vt ait Cyrillus Hieroſolymitanus *catecheſi* 13. firmum præſidium eſt contra Satanæ legiones, eſt ſignum vitale, & munimentum ad alia ma-

A la propulſanda firmiſſimum, ex Euſebio *lib.* 2. *de vita Conſtantini cap.* 16. prodeſt ad propulſandos morbos, vt patet ex Balſamone *in can.* 83. *epiſtola canonica Diui Baſilij*, ad purgandum aërem, inquinatum, ex Gregorio Nyſſeno *anat.* 3. item ad tentationes fugandas ex D. Auguſtino *ſerm.* 14. *de verbis Domini*: in his tentationibus erigatur antenna, vt arbori ſuſpenſa crucem figuret.

Semel autem Confirmatus non debet iterum confirmari *can.* 8. *&* 9. quod ſi quis bis confirmetur, decretum eſt vt ſoli Deo ſub habitu Regulari, vel Clericali, non vero ſæculo famuletur, *dicto can.* 8.

B Sequitur 8. vt agamus de Ieiunio, & maximè de ieiunio Quadrageſimæ. Ieiunium enim quodammodo pertinet ad cultum diuinum, nec tantùm ad mortificationem, vt rectè Epiphanius *lib.* 3. *tomo* 2. *in expoſitione fidei catholica*; neque vero, ait, vt ei (ſcilicet Chriſto) gratificemur, qui noſtrâ causâ paſſus eſt, inſtituta ſint ieiunia, ſed vt ſalutis noſtræ causâ cruciatus illos profiteamur, quos pro nobis Dominus ipſe ſuſcepit, atque vt hæc à Deo ieiunia expiandis noſtris ſceleribus imputentur: & ideo *Lucæ cap.* 2. dicitur de Anna quod non diſcedebat de Templo, ieiunijs & orationibus ſeruiens, vtitur enim verbo λατρεύουσα quod pertinet ad cultum Diuinum.

C Inter Ieiunia vero præcipuum eſt Quadrageſimale, ſemper ab Eccleſia obſeruatum, de quo Origenes *in Leuitici cap.* 16. *homil.* 10. habemus, ait, Quadrageſimæ dies ieiunijs conſecratos, habemus diem quartam & ſextam Septimanæ, quibus ſolemniter ieiunamus: & D. Baſilius *orat. in* 40. *Martyres*: pretioſum eſt tempus quod Quadraginta dierum ieiunio ornaſti, per quod diuina Lex in orbem tranſiuit; & D. Ambroſius *ſerm.* 27. iſtud autem præceptum eius eſt primum, vt his quadraginta diebus, ieiunijs, orationibus, vigilijs opera commodemus: & *ſerm.* 34. vocat ieiunium Quadrageſimæ legem pro ſalute datam: & *ſerm.* 36.

D ait hunc quadragenarium ieiuniorum numerum non eſſe ab hominibus conſtitutum, ſed diuinitus conſecratum; nec terrenâ cogitatione inuentum, ſed cœleſti Majeſtate præceptum; & hanc obſeruantiam nobis indixiſſe Dominum.

Præceptum vero eſt ſeu lex Diuina quatenus Chriſtus illud opere præcepit, & Eccleſia agnouit, vt rectè Chryſoſtomus *ſerm.* 1. *de ieiunio*: Eccleſia, ait, ſimul ob gratiam ieiunat, Ieſu opus agnoſcens, vt pote cum Chriſto crucifixa, & vt dum patitur cum Domino, cum Domino glorificetur. Vnde D. Ignatius *epiſt. ad Philippenſes*, dixit Quadrageſimam contine-

E ra vniuerſim imitationem conuerſationis & vitæ Chriſti: nam Apoſtoli videntes Chriſtum tot dies ieiunaſſe, illud ieiunium præſcripſerunt, vt patet ex *can.* 69. *Apoſtol.* ſi quis Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel Cantor ſanctam Paſchæ Quadrageſimam non ieiunat, vel diem quartam, vel Paraſceuem, præterquam ſi propter imbecillitatem corporalem impediatur deponatur; ſi ſit autem laicus ſegregetur; vbi Balſamon: quadrageſimale, inquit, Paſchæ Ieiunium primùm quidem à Domino traditum eſt, qui tot diebus ieiunauit, deinde per præſen-

tam canonem ab Apoſtolis. Et *lib. 5. conſtitu-tio. Apoſtolicar. cap.* 12. dicitur ſeruandum ieiu-nium Quadrageſimale, quod vitæ Chriſti, & legis latæ recordationem contineat: ſeruan-dum, ait, vobis eſt ieiunium Quadrageſimæ, quod vitæ Chriſti, & legis latæ recordationem continet.

Nec obſtat quod non poſſimus aſſequi exem-plum Chriſti hoc ieiunio: nam ſatis eſt ſi ad eius exemplar noſtros ritus conformemus, licet cum aliqua diuerſitate, vt fit in multis alijs, vt oſtendit rectè D. Gregorius Nazianzenus *orat.* 40. quando nos ante cœnam in Templis accipi-mus Euchariſtiam, Chriſtus verò poſt cœnam in domo priuata; & nos Baptiſmum accipimus promptè, cùm tamen Chriſtus expectarit ad trigeſimum ætatis annum; nos ieiunamus ante Paſcha, Chriſtus ante tentationem. Gre-gorius etiam Nyſſenus *orat. in principium Ie-iuniorum*, valde laudat Quadrageſimam, his verbis: igitur, ait, quotquot Philoſophiæ alumni, rerumque ſublimium amatores ac Diſcipuli ſermonis eſtis, diligite tempus præ-ſens, & ſanctam Quadrageſimam cum gau-dio ſuſcipite, velut temperantiæ Magiſtram, virtutis Matrem, Nutricem Filiorum Dei, incompoſitè viuentium conformatricem, tran-quillitatem animarum, conſtantiam ſeu bo-nam habitudinem vitæ, pacemque inuiolatam & imperturbatam &c. & Epiphanius *loco ſu-prà citato*, ait quod ante ſeptem Paſcha-tis dies quadrageſimam obſeruare, atque in Ieiuniis perſeuerare conſueuit Eccle-ſia.

Verùm Quadrageſima varie fuit obſerua-ta, tum ratione temporis & hebdomada-rum, tum ratione ciborum, & abſtinentiæ. Ratione Temporis: alij enim ſex duntaxat hebdomadas ante Paſcha ieiunabant; alij ſe-ptem, alij minùs, apud Soxomenum *lib. 7. cap.* 19. iam illam, ait, quæ præceſſit, quæ-que appellatur Quadrageſima, in qua populus ieiunat, alij in ſex dierum ſeptimanas compu-tant, vt Illyrij, quique ad Occidentem ſiti ſunt, nec non & vniuerſa Libya, & Ægy-ptus, cum Palæſtinis; alij in ſeptem, vt Con-ſtantinopolitani, & nationes circumiacentes vſ-que ad Phœnices; alij ſparſim tres intra ſex aut ſeptem iſtas Ieiunant; intra ſex vt primâ, ter-tiâ, & quintâ; intra ſeptem, vt ſecundâ, quar-tâ; alij tres Paſcha immediate præcedentes con-tinuant; alij duas, vt Montani Sectatores. Quod Soxomenus dixit alios Ieiunare per ſex ſeptimanas, vel per ſeptem, vel per tres, idem habet *Socrates lib. 5. cap.* 22. tres tantum fuiſſe ieiunatum; & Nicephorus *lib. 12. cap.* 34. niſi quod Dicunt Romæ per tres tantùm fuiſſe ieiunatum, quod falſum eſt: non enim ita Sozomenus, imò ex Soxomeno colli-gitur contrarium, cùm Dicit in Occidente ie-iunatum per ſex ſeptimanas. Quod verò Dixit alios tres intra ſex aut ſeptem ſparſim ieiunare, confirmatur à D. Ambroſio *ſerm.* 34. audio (inquit) complures, quod grauius eſt, fide-les alterois in Quadrageſima hebdomadis ab-ſtinere, & conſectarum illum dierum nume-rum gulâ intemperanti violare, hoc eſt pran-dere ſeptem dierum circulo, & ſeptem dierum ſpatio ieiunare; quibus hoc dico, cur etiam per illos ſeptem dies fraudem ſibi faciant [illegible] iunando, cùm illis ieiunium tale non proſit [illegible] quamuis enim abſtineat quis certis diebus, quamuis ciborum dulciora alimenta non ſu-mat, non tamen illi accepto fertur Quadra-geſimæ ieiunium, quod non diebus quadragin-ta ieiunat. De hac etiam alternatione ieiunij lo-quitur Nicephorus *lib. 12. cap.* 34. ſupra citato. Quod verò dixit Soxomenus quoſdam ieiunare duas hebdomadas, vt Montaniſtas, Dicitur etiam à Nicephoro *loco citato*: & patet ex Ter-tulliano *libro contra Pſychicos, cap.* 15. quantu-la enim eſt apud nos interdictio ciborum, duas in anno hebdomadas Xerophagiarum, nec to-tas, exceptis ſcilicet Sabbatis & Dominicis, offerimus Deo. Sed tamen Montaniſtæ duas illas hebdomadas affectato quodam officio ſeruabant etiam extra Quadrageſimam, quod eis obijciebant Catholici, vt patet ex eodem Tertulliano *loco citato cap.* 1. quod ſane ignora-runt Socrates, & Sozomenus *locis citatis*: quaſi nouum, ait Tertullianus *dicto cap.* 1. affe-ctati officij numen, & proximum huius ſuper-ſtitioni &c. quod ex eo patet, quod in his dua-bus hebdomadis excipiebant Sabbatum & diem Dominicum, vt patet ex dicto loco, quos dies non excipiebant in Quadrageſi-ma.

Quod autem dictum eſt Illyricos, & Alexan-drinos ſex tantùm hebdomadas ieiunaſſe, patet ex Theophilo Alexandrino Patriarcha *epiſt. 1. 2. & 3. Paſchali*: nam *epiſt.* 1. denuntiat initium quadrageſimæ triceſimo die menſis Me-chir, id eſt Februarij, & Paſcha vndecima men-ſis Pharmut, id eſt Aprilis, intra quæ tempora ſunt ſex tantùm hebdomadæ; & ſic in alijs epiſtolis: nam Ægyptij triginta dies in quolibet menſe habebant, & ita à trigeſimo ſeu vltimo menſis Februarij, vſque ad vndecimum Aprilis, erant triginta Martij, & vndecim Aprilis, vna cum vltimo Februarij, & ſic quadraginta duo, à quibus ſi ſex Dominicas tollas, in quibus non ieiunabatur, reſtabant triginta ſex dies ieiunij, Sabbato non comprehenſo, quem etiam non comprehendebant Alexandrini, nec alij qui per ſex tantùm hebdomadas ieiunabant; quod ta-men Quadrageſimam vocabant, licet non eſſent niſi triginta ſex dies, vt patet ex Caſſiano *collat.* 21. *cap.* 27. hi enim, ait, ſex hebdomadarum ob-ſeruantiam præfixerunt, qui putant die quoque Sabbati ieiunandum; ſex ergo ieiunia in hebdo-mada perſoluunt, quæ eoſdem ſex & triginta dies ſexies reuoluta conſummant: cuius rei ra-tionem conatur hanc reddere Alcuinus, quod triginta ſex inchoënt quartam decadem & id-circo pro ea deputari poſſint; conſuetudo eſt, ait *lib. de diuinis officijs cap.* 8. Diuinarum ſcriptura-rum vt omnis numerus, ex quo quamlibet de-cadem tranſierit, vt ſi tertię monadi incurrat, non deputetur idem numerus præcedenti decadi, ſed ei ad quam tendit.

Quod verò, vt dixit, Conſtantinopolitani Quadrageſimam ſeptem hebdomadarum con-ſtituant, idem oſtendit Ioannes Damaſcenus *lib. de ieiuniis ad Cometam*: ſed ij tamen non niſi to-tidem dies ac illi deputabant Quadrageſimæ; nam eam citiùs finiebant; incipiebant enim ie-iunium Quadrageſimale in Quinquageſima, vt patet ex Anaſtaſio Niceno *lib. quæſtionum in*

ſcriptarum ; *quaſt*. 77. nimirum ferià ſecundâ A Quinquageſimæ , & confirmatur à Theophylacto Bulgariæ Archiepiſcopo , *orat. de adorat. crucis medio ieiuniorum tempore* , vbi ait Quadrageſimam inchoandam eſſe à feria ſecunda, & deſinere in feriam ſextam, quę Græcis Reſuſcitatio Lazari dicitur , quæ eſt feria ſexta ante Dominicam Palmarum , non quod non ieiunarent etiam hebdomadâ ſanctâ Paſchæ , ſed quia exiſtimabant triginta ſex illos dies qui ſunt à Quinquageſima ad feriam ſextam ante Dominicam Palmarum , complere Quadrageſimam: & ieiunium particulariter Hebdomadæ Sanctæ , feſto Paſchæ tribuendum eſſe. Quod confirmatur *ex cap*. 11. *lib*. 5. *conſtitut. Apoſtolicarum* : celebratur ait , Quadrageſimale Ieiunium ante Paſchale , & incipiens à ſecunda feria , deſinat in Paraſceuem , poſt quam ſolo ieiunio , ſanctam Paſchatis hebdomadem in ieiunio tranſigite. Diſtinguebatur verò hoc Paſchale ieiunium à Quadrageſimali , quod eſſet auſterius atque ſeuerius , vt patet ex ijſdem conſtitutionibus Apoſtolicis *lib*. 5. *cap*. 17. & ideo Anaſtaſius Nazianzenus *lib. quaſtionum ſupracitato* , magnam , ait , hebdomadam ieiunamus propter Chriſti Paſſionem & Paſcha , & non propter Quadrageſimam : idemque habet Theophilos Alexandrinus , *in tribus. epiſt. citatis*. Vel ſi alicubi non diſtingueretur quadrageſimale ieiunium à Paſchali , ſed Paſcharis hebdomada cum alijs ſex præcedentibus faciebat quadrageſimam , ſubducebantur dies Sabbati & Dominici , quibus non ieiunabant ; quibus ſubductis eodem etiam recidebat Quadrageſima iſtorum ac Alexandrinorum , non deducentium niſi diem Dominicam ; quod patet ex Dorotheo Græco ſcriptore *lib. ſermonum , doctrina quinta* , ait enim ex ſeptem hebdomadibus , ſubductis Sabbatis & Dominicis præter vnum Sabbatum ſanctum, quod apud eos ſolùm ieiunio ſeruatur , ſupereſſe dies triginta ſex , quæ ſunt totius anni decimæ : nam qui ſex tantùm hebdomadas in quadrageſima ponebant , ieiunabant quoque die Sabbati , vt ſuprà diximus , ex Caſſiano. Et D præter illas ſex Alexandrinorum , vel ſeptem aliorum hebdomadas , aliqui etiam Octauam hebdomadam in Sexageſima , & nonam etiam hebdomadam in Septuageſima ponebant , in quibus faciebant aliquam abſtinentiam , non parem quidem abſtinentiæ Quadrageſimæ , ſed minorem ; ita vt in octaua hebdomada Sexageſimæ , quæ proximior erat Quadrageſimæ abſtinerent à carne & caſeo , alijſque rebus ; in nona hebdomada Septuageſimæ , quæ remotior erat à Quadrageſima , abſtinerent tantum à carne , non à caſeo ; & ita hæ duę hebdomadæ erant veluti præparatoriæ ad Quadrageſimam , quatenùs abſtinebant ſ. à carne tantum , hebdomadâ Septuageſimæ , id eſt nona retro à Paſchate numerando ; deinde verò hebdomada octaua Sexageſimæ , non ſolum à carne , ſed à caſeo : de quibus duabus hebdomadis mentionem facit Balſamo *in can*. 69. *Apoſtolorum in additionibus*. Et vocat hebdomadam illam nonam Septuageſimæ τὴν ἀποκρεῶ carniſpriuium , & octauam Sexageſimæ τυροφάγον caſei comeſtricem , et quod hebdomada τυροφάγου proximior eſſet quadrageſimæ , pa-

ter ex eo quod Balſamo vocet hebdomadam ἀποκρεῶ , τῆς πρώτης ἀποκρεῶ , quod in ea inciperet carniſpriuium omne quod continuatur in tota Quadrageſima : & colligitur etiam ex Nicolao 1. Papa Romano *epiſtola ad Hincmarum Archiepiſcopum Rhemenſem* , vbi agit de differentia noſtræ Quadrageſimæ cum Græcanica : nihilominus , ait , reprehendere moliuntur Græci eò quod octo hebdomadibus ante Paſcha à carnium eſu , & ſeptem hebdomadibus à caſei & ouorum eſu , more ſuo non ceſſamus : Hinc enim patet hebdomadam in qua ab eſu caſei abſtinebant , auſteriorem fuiſſe. Nec B turbat quod à Nicolao 1. octaua vocetur ſeptimana , ea quam nos dicimus nonam ; & ſeptima quam nos vocauimus octauã : nam ſic propter eus qui ſex hebdomadas Quadrageſimales aſſumebant , vt Alexandrini , quibus ſeptima erat τυροφάγου , & octaua ἀποκρεῶ : nam alij qui ſeptem hebdomadas conſtituebant in quadrageſima, octauam habebant τυροφάγου , & nonam ἀποκρεῶ.

In Eccleſia verò Romana nun tres hebdomadæ ieiunij ſatisfaciebant pro Quadrageſima , vt male Socrates , & Nicephorus , ſed ſex Septimanæ , quibus additi etiam quatuor dies Quinquageſimæ , incipiendo à feria quarta Quinquageſimæ , ita vt ſint quadraginta dies ieiunij continui ; & quidem ſex Septimanæ accipiuntur in quibus triginta ſex diebus ieiunatur , ſex Dominicis diebus ſubductis , quia triginta ſex dies C efficiunt decimam partem dierum anni , vt ſic Deo demus decimam dierum anni ; nam triginta ſex dies efficiunt penè decimam partem trecentorum ſexaginta quinque dierum , quibus conſtat. Verùm vt ſacer numerus quadraginta dierum ieiunij Chriſti impleatur , ad ſupplementum quadraginta dierum , prædictis triginta ſex diebus adduntur quatuor dies prioris hebdomadæ , & ita Quadrageſima quæ incipere deberet à Dominica 1. Quadrageſimæ , ſeu ſex hebdomadarum , incipit à quarta feria præcedentis ſeptimæ hebdomadę , quæ quarta feria ideo dicitur Caput Ieiunij , & hoc totum habetur *can*. 16. *hac Diſt*. 4.

Verumtamen ſicut apud Græcos varium fuit initium Quadrageſimæ , ita etiam Carolus Magnus *epiſt. ad Albinum Flaccum Alcuinum praceptorem ſuum* , variè inchoatam annotauit apud Latinos , ſubductis pluribus , vel paucioribus diebus in quibus ieiunaretur qualibet hebdomadâ , pro ratione numeri hebdomadarum, vt rectè ibidem dicitur , his verbis : ſcilicet, vt qui à Septuageſima ad diem Paſchæ nouem hebdomadas ieiunent , ex ſingulis ſi dominicam , feriam quintam , & Sabbatum ſubtraxeris , ijſque addas ſacrum diem Paſchæ , triginta ſex in abſtinentia dies remaneant ; ita qui à Sexageſima octo hebdomadibus ad Paſcha ieiunium deducunt , ſi ex vnaquaque illarum , primam id eſt E dominicam , & quintam feriam ſubduxeris , quadraginta tantùm dies ieiunaſſe videantur ; qui verò à Quinquageſima ſeptem hebdomadas ieiunando numerant , ſuum hoc pacto quadrageſimarum numerum demonſtrant , quod ex ijs octo ſublatis dominicis , quadraginta duo dies ſuperſunt , qui duo dies , quinta videlicet feria , & Sabbatum Maioris , vt vocant , hebdomadæ , apud quoſdam ieiunio dedicantur , apud quoſdam in refectione , vt loquitur Carolus

propter Cœnam Dominicam, & Sabbatum Sanctum habentor: ex quibus etiam patet omnes eodem conſpiraſſe, vt Quadiageſimam obſeruarent, ſiue ſex, aut ſeptem, vel octo, vel nouem hebdomadas in ea ponerent; ita vt hi qui ſex tantùm hebdomadas in Quadrageſima ponebant quatuor dies Quinquageſimæ, prædictis ſex hebdomadis adiicerent, & vnicam diem, nempe Dominicam è qualibet hebdomada ſubtraherent; qui verò nouem hebdomadas in ea ponebant incipientes à Septuageſima, hi ſubducerent tres dies in vnaquaque hebdomada, ſcilicet Dominicam, feriam quintam, & Sabbatum; qui vero octo hebdomadas in ea ponebant, incipientes à Sexageſima, hi tantùm duos dies ſubducebant, ſcilicet Dominicam, & feriam quintam, qui verò ſeptem hebdomadas, à Quinquageſima incipientes, vnum diem à qualibet primùm hebdomada ſubducerent, ſcilicet Dominicam, & deinde duos dies hebdomadæ Paſchalis, ſcilicet feriam quintam, & Sabbatum, quod in ijs à quibuſdam non ieiunetur: nam apud Latinos duæ prædictæ hebdomadæ præparatoriæ, primi carniſpriuij, & caſei, non obſeruabantur, vt patet ex illo loco Nicolai primi ante citato.

In Quadrageſimæ doctrina notandum Feriam quartam Quinquageſimæ, quæ additur Quadrageſimæ ad ſupplendos dies Dominicos, dici Caput Ieiunij *dicto can. 16. hac diſt.* & ab Alcuino *lib. de diuinis officiis cap.* 13. imprimis, ait, præuenire debent Sacerdotes omnes Chriſtianos, & ſacris ſcripturarum teſtimoniis, quatenus in Capite Ieiunij hoc eſt hodie ad veram confeſſionem, veramque Pœnitentiam feſtinantius accedant. Dicitur & Caput Quadrageſimæ *can. in capite 64. diſt.* 50. in capite Quadrageſimæ omnes Pœnitentes, qui publicam ſuſcipiunt, aut ſuſceperunt Pœnitentiam, ante fores Eccleſiæ ſe repræſentent Epiſcopo Ciuitatis, induti ſacco, nudis pedibus, vultibus in terram proſtratis &c. illo namque die Pœnitentibus ſatisfactiones pro flagitiis admiſſis iniungebantur, vt patet ex dictis, & concilio Meldenſi *can.* 76. ſub Ludouico Pio.

Feria vero quinta in Cœna Domini fiebat eorum reconciliatio, vt patet ex Innocentio 1. *epiſt. ad Decentium Epiſcopum Eugubinum cap.* 7. de Pœnitentibus autem, ait, qui ſiue ex grauioribus commiſſis, ſiue ex leuioribus gerunt pœnitentiam, ſi nulla interuenit ægritudo, quintâ feriâ ante Paſcha eis remittendum, Eccleſiæ Romanæ conſuetudo demonſtrat. Additur & alia exceptio in concilio Cabilonenſi 2, ſub Carolo Magno *cap.* 47. niſi grauibus criminibus inhibeantur. Idem, vt admittantur hac feriaſ. ſtatuitur in Capitularibus *lib. 7. cap.* 143. omnes, ait, publicè pœnitentes quintâ feriâ ante Paſcha, quæ eſt cœna Domini, ad Ciuitatem in cinere & cilicio in præſentiam Epiſcopi vultu proſtrato conueniant, & ibi ab Epiſcopo canonicè & ordinabiliter, ſicut in Sacramentario & in Ordine Romano continetur, reconcilientur atque diiudicentur, conſolenturque, & prædicentur, quid deinceps agere, quidue vitare debeant inſtruantur, atque inſuper precibus diuinis per manus impoſitionem ab Epiſcopo ſanentur.

Item in hac feriâ quintâ Catechumeni Catechiſmum, quem didicerant, reddebant, ex capitularibus *lib. 7. cap.* 18. quamquam alicubi in Sabbato Sancto redderent.

Porro aliquibus mos erat hac Feriâ Quintâ vt Ieiunium ſoluerent, quod prohibitum eſt concilio Laodiceno *can.* 50. vt ibidem notat Balſamo, & refertur *can. non liceat diſt. 3. de Conſecrat.* Imo vt etiam Euchariſtiam poſt cibum ſumerent, teſte D. Auguſtino *epiſt. ad Ianuarium.* qui mos inuenitur *can. 44. ſynodi Carthaginenſis.* At vero die Veneris Sancto Paſſio Domini prædicanda ſtatuitur concilio Toletano 4. *cap.* 7. Verum igitur eſt quod diximus, ratione temporis variè ſeruatam fuiſſe quadrageſimam.

Iam oſtendendum eſt quomodo ratione ciborum variè eam fuerit culta. Et primum quidem generaliter abſtinebatur à carnibus tam apud Latinos, vt patet ex concilio Toletano 8. *cap.* 9. & apud Burchardum *lib. 19. cap.* 5. in interrogatione eorum qui pœnitentiam pro delictis admiſſis ſuſcipere velint, & ab eſu etiam lactis, caſei, ouorum, quæ ſeminiinam carnis trahunt originem, vt patet ex Gregorio ad Auguſtinum Anglorum Epiſcopum, *diſt. 4. can. denique Sacerdotes*, quàm apud Græcos, *can. 56. ſynodi in Trullo*, vbi dicitur eos abſtinuiſſe non ſolùm carne, ſed etiam ouis, & caſeo. Quin etiam in Eccleſia Græca piſcibus abſtinebant, Euſebio teſte *Hiſt. Eccleſiaſt. lib. 5. cap.* 6. & Balſamone *ad can. 69. Apoſtolor.* itaque nonniſi Xerophagiam tenebant in Quadrageſima Græci; vt patet ex concilio Laodiceno *cap.* 50. Sed maximè illæ Xerophagiæ locum habuerunt hebdomadâ Sanctâ, ex Epiphanio *in compendio doctrinæ catholicæ. & hæreſi* 75. & in conſtitutionibus Apoſtolicis *lib. 5. cap* 17. vbi pane, ſale, & aquâ conſtabat, & oleribus: & Montaniſtæ duas etiam hebdomadas Xerophagiarum obſeruabant, vt ſuprà diximus ex Tertulliano *lib. contra Pſych. cap* 15. qui etiam *cap.* 1. ſignificat quid eſſent Xerophagiæ: arguunt, ait, nos quod etiam Xerophagias obſeruemus, ſiccantes cibum ab omni carne, & omni iurulentia, & vuidioribus quibuſque pomis, ne quid vinoſitatis vel edamus, vel potemus, lauacri quoque abſtinentiam congruentem arido victui.

Quod attinet ad Horam quâ in diebus ieiunij reficiebantur, ea erat poſt horam nonam expleto officio, aut in veſpera ſi nondum eſſet expletum horâ nonâ, vt patet ex concilio Bracarenſi 2. *can.* 9. quo hora nona, ſiue decima celebratis Miſſis, hora legitima comeſtionis dicitur; & colligitur ex *can. ſolent. diſt. 1. de Conſecrat.* & ex Micrologo *lib. de Eccleſiaſticis obſeruationib. cap.* 49. eſt, ait, Eccleſiaſtica conſuetudo, vt ad nonam reficiamur cum ad ſextam, Miſſam celebramus, ad veſperam autem cum ad nonam ſacrificamus; vt ergo & iis diebus vſque ad veſperam ieiunemus: & ex D. Ambroſio *ſerm.* 26. rogo vos, fratres chariſſimi, vt in iſto legitimo tempore, exceptis Dominicâ & Sabbati diebus, nullus ante nonam prandere præſumat, niſi fortè quem ieiunare infirmitas non permittit. Quod etiam fuit obſeruatum à Græcis, vt patet ex *conſtitutionib. Apoſtolic. lib. 5. cap.* 18. vbi nonâ, vel veſperâ pro cuiuſque viribus veſci iubet: & ex D. Damaſceno *lib. de ieiuniis ad Cometam*; & Epiphanio in *Charactere Eccleſiæ catholicæ*; & Germa-

no

no Patriarcha Conſtantinopolitano. Verùm Montaniſtæ volebant non ſolui ieiunium niſi poſt veſperam, vt pote in qua ſoluerentur Stationes, cum tamen apud Catholicos horâ nonâ ſoluerentur, & pariter ieiunium, vt patet ex Tertulliano *lib. de ieiuniis contra Pſych.* qui inde reprehenſi ſunt vt patet ex *cap.* 10. *eod. lib.* qui *cap.* 13. irridet catholicorum ſtationes & ieiunia, vocat que ſemi ieiunia, quod non in ſerum producerentur, & horâ nonâ finirentur.

Quæres an vnica vel plures fuerint Quadrageſimæ? Reſpondetur vnicam tantùm eſſe veram Quadrageſimam ab Apoſtolis inſtitutam, de qua ſupra, vt patet ex Balſamone *dict. can.* 69. *Apoſtolor.* quam Theophylactus *oratio. de adoratione crucis* vocat Quadrageſimam μεγάλην, ſeu magnam, & Anaſtaſius etiam Nicænus Epiſcopus *lib. Quæſtionum.* Petrus verò Cluniacenſis Abbas, dictus Venerabilis, vocat Quadrageſimum Chriſtianorum. In Gallia tamen mos inualuit vt aliæ duæ Quadrageſimæ vſurparentur, & ita tres eſſent Quadrageſimæ, vt patet ex *lib.* 6. *collectorum à Benedicto Leuita poſt Anſegiſum cap.* 184. iterum ait, admoneant Sacerdotes vt ieiunia tria legitima agantur in anno, id eſt quadraginta dies ante Natiuitatem Domini, & quadraginta ante Paſcha, vbi decimas anni ſoluimus, & poſt Pentecoſtem quadraginta dies; quamquam enim nonnulla ex ijs canonicâ priuentur authoritate, nobis tamen omnibus ſimul propter conſuetudinem plebis, & parentum noſtrorum, morem hunc obſeruare, vt ſuperius eſt comprehenſum, conuenit. Et illæ Quadrageſimas originem acceperunt à Pœnitentibus: nam in infligenda pœnitentia viſum eſt inſtituere quolibet anno, & præcipere has tres Quadrageſimæ ſeruandas, vt videre eſt apud Burchardum *lib.* 19. *cap.* 5. vbi loquitur de Pœnitentia ſeptennii eius qui ſponte cædem commiſerat: per ſingulos, ait, annos, quatuor qui remanent, tres Quadrageſimas per legitimas ferias ieiunare debes; primam ante Paſcha cum cæteris Chriſtianis; alteram ante Feſtiuitatem Sancti Ioannis Baptiſtæ, & ſi quid remanet poſt adimpleas; tertiam ante Natiuitatem Domini, à vino, à medone mellita, ceruiſia, à carne, ſagimine, & à caſeo, & à pinguibus piſcibus: apud eundem Burchardum *lib.* 19. *cap.* 155. in tribus, ait, Quadrageſimis anni, & in die Dominico, & in quarta feria, & ſexta coniugales ſe continere debeant.

Præter Ieiunium Quadrageſimæ fuere & alia etiam plura in Eccleſia, & præter carniſpriuium quadrageſimale, fuit & aliud diebus Sabbatis omnibus anni, vt patet *can.* 31. quo tenentur omnes Chriſtiani. Eſt & carniſpriuium perpetuum omni tempore, ſed quo tenentur Monachi tantùm *can.* 32. quibus præcepta dantur egregia *can.* 33. his verbis: nunquam de manu tua, & oculis tuis recedat liber, dicatur pſalterium ad verbum, oratio ſine intermiſſione, vigil ſenſus ſit, nec vagis cogitationibus patens, iram vince patientiâ, ama ſcientiam, ſcripturarum, facito aliquid operis vt ſemper te Diabolus inueniat occupatum: ſi Angeli habentes poteſtatem de Euangelio viuere, laborabant manibus ſuis ne quem grauarent, & aliis tribuebant refrigeria, quorum pro ſpiritualibus

A debebant metere carnalia, cur tu in vſus tuos ceſſura non præpares? vel fiſcellam texe junco, caniſtrum lentis plecte viminibus, ſarriatur humus &c. quæ vide.

Generaliter ergo conſtituitur vt Ieiunia in Eccleſia à Sacerdotibus conſtituta, ſine neceſſitate rationabili non ſoluantur *can.* 17. & non tantùm tempore Ieiunij ſtato ieiunandum, ſed ſemper ita viuendum quaſi ieiunemus, *can.* 19. ſint tibi, ait canon, quotidiana ieiunia, & refectio ſatietatem fugiens: nihil prodeſt biduo, triduoque tranſmiſſo vacuum portare ventrem, ſi poſt pariter obruatur, *dict. can.* 19 quod etiam habetur *can* 18. non dico hebdomadas, non duplicata,

B non multiplicata ieiunia, ſed vel ſingulos dies abſque luxuria ciborum tranſigamus.

Porro cùm Ieiunium celebratur, debet eſſe purum & moderatum ſint tibi, vt dicitur *can.* 20. Ieiunia pura, & continua, moderataque id eſt quotidie eſurire, quotidie prandere, cum vino tamen modico. Et ſciendum eſt in forma Ieiunij non eſſe medicos audiendos *can.* 21. his verbis: contraria ſtudioſè ſunt Diuinæ cognitioni præcepta medicinæ, à ieiunio reuocant, lucubrare non ſinunt, ab omni intentione meditationis abducunt; itaque qui ſe Medicis dediderit, ſeipſum ſibi abne-

C gat.

Non oportet tamen ſe nimiâ ieiuniorum abſtinentiâ interficere: nam vt ait Balſamon *in Reſponſis*, Ieiunium abſtinentia eſt affecticida, non homicida, παθοκτόνος, non ἀνθρωποκτόνος & *can.* 25. *hac diſt.* oſtenditur id non magis Deo placere, quàm holocauſtum de rapina; loena eſt celebris: audiant, ait, qui ea quæ neceſſaria ſunt, corpori ſuo ſubtrahunt, illud quod per Prophetam Dominus loquitur; ego Dominus odio habens rapinam holocauſtorum: de rapina vero holocauſtum offert, qui ſiue ciborum nimia egeſtate, vel ſomni penuriâ corpus affligit immoderate. Quarè D. Chryſoſtomus *ſerm. cum Preſbyter eſſet deſignatus*,

D laudans Epiſcopum ſuum, loquitur de eo, neque corpus excruciabat, ne immodice ſtringendo equum, ſibi ad miniſterium redderet inutilem: nec patiebatur ſupra modum obeſum fieri, ne corpulentior factus rurſus erigeret ſe aduerſus rationem habenas moderantem: & *lib.* 6. *de Sacerdotio*, ait Monachos cum Ieiuniis proficere, ſublato nimiâ abſtinentiâ corpore ieiunare, humi decubare, aduigilare, illoto eſſe corpore, multum ſudare, & cætera id genus quæ Monachi ad domandum affligendumque corpus exercenda ſibi proponunt, ſtatim omnia depereunt niſi corpus quod eſt caſtigandum, ſufferendis illis a-

E ctionibus par fuerit: conſeruandum eſt corpus; vnde in neceſſitate, ne quis periret fame poſſet alieno veſci, quomodo cùm Diſcipuli per ſegetes tranſeundo vellerent ſpicas, & ederent, Chriſtus vocauit innocentes, quia coacti fame id fecerant, *can.* 26. nam quidquid neceſſitate fit, citò ſoluitur, quod voluntate autem accipitur durat, *can.* 27.

Cauendum ergo tantùm eſt gulæ, quæ nos quinque modis tentat, aliquando indigentiæ tempora præuenit, aliquando non præuenit ſed cibos quærit lautiores, aliquando præpa-

rari petit accuratiores, aliquando qualitati ciborum & tempori quidem congruit, ſed in quantitate ſumenda, menſuram moderatæ refe-ctionis excedit; nonnunquam & abiectius eſt quod deſiderat, & tamen ipſo æſtu immenſi deſiderij deterius peccat, vt habetur *can.* 22. nihil autem prodeſt homini ieiunare, & orare, & alia Religionis agere bona, niſi mens ab iniquitate reuocetur & ab obtrectationibus lingua cohibeatur, *can.* 23. Ieiunium enim magnum & generale eſt abſtinere ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus ſæculi; & in hoc ſæculo quaſi quadragesimam abſtinentiæ celebramus, cùm bene viuimus, ab illicitis abſtinemus: & ſicut poſt Paſcha Quinquageſimam celebramus cum lætitia, & Quadrageſimam ante Paſcha cum labore, ita denarius qui accipit nomen à numero decem, qui coniunctus quadragenario fit quinquagenarius, erit merces noſtra, ſignificauitque hoc Chriſtus in denario, & quando poſt Reſurrectionem manſit quadraginta dies, & poſt decem miſit dona Spiritus Sancti, *can.* 25. de qua re eleganter etiam Origenes *in Leuitic. cap.* 16. *hom.* 10. vis tibi adhuc oſtendam quale te oportet ieiunare ieiunium? ieiuna ab omni peccato, nullum cibum ſumas malitiæ, nullas capias epulas voluptatis, nullo vino luxuriæ concaleſcas, ieiuna à malis actibus, abſtine à malis ſermonibus, contine te à cogitationibus peſſimis, noli contingere panes furtiuos peruerſæ doctrinæ, non concupiſcas fallaces Philoſophiæ cibos, qui te à Veritate ſeducant; tale Ieiunium Deo placet: abſtinere vero à cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & hoc facere cum his qui Chriſtum crucifixerunt, acceptum eſſe non poteſt Deo: Indignati ſunt aliquando & Phariſæi Domino, cur non ieiunarent Diſcipuli eius, quibus ille reſpondit, quia non poſſunt Filij Sponſi ieiunare quandiu cum ipſis eſt Sponſus; illi ergo ieiunent qui Sponſum perdiderunt, nos habentes nobiſcum Sponſum, ieiunare non poſſumus. Quare nemo prætextu Ieiunij ſibi nimiùm placeat, aut alia omittat, aut ieiunio poſtponat, errant enim, qui vel ieiunium charitati, vel vigilias præferunt ſenſûs integritati, vt propter abundantiam immoderatam atque indiſcretam pſalmorum, vel officiorum decantationem, aut amentiæ vel triſtitiæ malum incurrat: nunquid enim verborum multitudine flecti Deus vt homo poteſt? non enim verbis tantùm, ſed corde orandus eſt Deus, meliorque eſt quinque pſalmorum decantatio cum cordis puritate & ſerenitate, & ſpiritali hilaritate, quàm totius pſalterij modulatio cum anxietate cordis, atque triſtitia, *can.* 24.

Ieiunium autem vel ex eo eſt commendandum quia prodeſt etiam corpori, vt rectè dicitur *can.* 28. his verbis: nihil ſic iucundum eſt ſicut cibus benè digeſtus & decoctus, nihil ſic ſalutem, nihil ſic ſenſuum acumen operatur, nihil ſic ægritudinem fugat ſicut moderata refectio; ſufficentia quippe cum nutrimento & ſoſpitatem ſimul procreat & voluptatem; abundantia verò morbum facit & moleſtias ingerit, & ægritudines generat: quod enim fames facit, hoc etiam plenitudo ciborum, magis autem & multo peiora; fames quippe paucis diebus aufert hominem, & liberat de hac vita pœnali, exceſſus verò ciborum conſumit & putrefacit corpus humanum, & macerat ægritudine diuturnâ, & tunc eum morte crudeli conſumit, *can.* 28. Idem dicitur *can.* 29. ne tales, ait, cibos accipiamus, quos aut difficulter digerere, vel comeſſos magno partos & perditos labore doleamus; olerum, pomorum, ac leguminum & facilior apparatus eſt, & arte impendiisque coquorum non indiget, & ſine cura ſuſtentat corpus humanum, moderateque ſumptus leuiori digeſtione concoquitur; contrà morbi ex ſaturitate concitantur, & animæ athletarum cibis quaſi luto inuolutæ, *dict. can.* 29. Contrà verò legimus morbo articulari, & podagræ humoribus laborantes, proſcriptione bonorum ad ſimplicem menſam & pauperes cibus redactos, conualuiſſe, *can.* 30.

Præcipuè vero Clericis commendatur ſobrietas: vnde dicitur *can.* 35. vt nullus Presbyterorum, quando ad anniuerſarium diem, trigeſimum, vel ſeptimum, vel tertium alicuius Defuncti, aut quacunque vocatione ad collectam Presbyteri conueniat, ſe inebriare nullatenus præſumat, nec precatus in amore Sanctorum, vel alicuius animæ, bibere, vel alios ad bibendum cogere, vel ſe alienâ precatione ingurgitare, nec plauſus & riſus inconditos, & fabulas inanes ibi referre, vel cantare præſumat, vel turpia ioca, vel vrſo, vel tornatricibus ante ſe fieri patiatur, nec laruas Dæmonum ante ſe fieri conſentiat, quia hoc eſt Diabolicum, & à ſacris canonibus prohibitum *dict. can.* 35. non oportet etiam Miniſtros altaris, vel quoſlibet Clericos ſpectaculis aliquibus, quæ vel in nuptiis aut ſcænis exhibentur, intereſſe, ſed antequam thymelici ingrediantur, ſurgere debent de conuiuio, & abire, *can.* 37.

Sequitur vt agamus de Ordine Officij, de quo pauca hic habentur. Primùm ſtatuitur vt idem Ordo Eccleſiæ ab omnibus æqualiter cuſtodiatur, & vbique poſt antiphonas v. g. collationes quæ per ordinem ab Epiſcopis vel presbyteris Dicuntur, & hymni Matutini, vel Veſpertini modis omnibus decantentur, & in concluſione Matutinarum vel Veſpertinarum Miſſarum, poſt hymnos, capitula de pſalmis dicantur, & plebs collecta, oratione ad Veſperam ab Epiſcopo cum benedictione mittatur, *can.* 13. Vbi nota Miſſam Veſpertinam dici Completorium, cum dimittitur populus officio peracto, & ita Radulphus Tungrenſis Decanus *lib. de canonum obſeruantia, propoſitio.* 14. explicat hunc canonem. Item ſemper placuit id obſeruari vt omnibus diebus poſt Matutinas, & Veſperas oratio Dominica à Sacerdote proferatur, *can.* 14. Item quod ad Pſalmos attinet, ſeu ad eorum numerum, is varius eſt pro varietate Feſtorum: nam in die Reſurrectionis vſque in Sabbatum in Albis, & in die Pentecoſtes vſque in Sabbatú eiuſdem, tres pſalmos tantum nocturnos, treſque lectiones antiquo more cantamus & legimus; omnibus verò diebus aliis per totum annum, ſi Feſtiuitas eſt, nouem pſalmos & nouem lectiones dicimus; aliis verò diebus duodecim pſalmos, & tres lectiones recitamus; in Dominicis diebus octodecim pſalmos, (excepto die Paſchæ & Pentecoſtes) & nouem lectiones dicimus: illi autem qui in quotidianis diebus tres

tantùm pſalmos, & tres lectiones celebrare A volunt, non ex regula Sanctorum Patrum, ſed ex faſtidio & negligentia probantur hoc facere.

Romani verò diuerſo modo agere cœperunt, à tempore maximè quo Teotonicis conceſſum eſt regimen eius Eccleſiæ; nos autem & Ordinem Romanum inueſtigantes, & morem antiquum Eccleſiæ noſtræ, imitantes antiquos Patres, ſtatuimus fieri ſicut ſuperius notauimus: *can.* 15.

Porro *can.* 34. Dicitur vt Canonici Clerici canonicè viuant, obſeruantes vt nihil ſine licentia Epiſcopi, vel eorum Magiſtri agant incompoſitè in Epiſcopatu, vt ſimul manducent & dormiant vbi his facultas id faciendi ſuppetit; vel B qui de rebus Eccleſiaſticis accipiunt ſtipendia, maneant in ſuo Clauſtro, & ſingulis diebus primo manè ad lectionem veniant, & obedientiam ſecundum canones ſuis Miniſtris exhibeant, *dicto can.* 34.

Cæterùm notandum eſt Eccleſiaſticum Officium Clericorum, dici Penſum eorum ab Iuone Carnotenſi *epiſt.* 19. nos, ait, Publicorum negotiorum tumultibus occupati, cum ipſis compeſcendis totâ die laborādo ſufficere non poſſumus, internæ quietis ſuauitatem vix aliquando admittimus, raro etiam penſum canonicum deter- C minatis horis ſoluere præualemus. De qua re conqueritur etiam Hildebertus Cenomanenſis: occurſant, ait, inimica ſpiritui meo negotia, quæ me ſibi totum vendicant, quia ſecretum furantur orationum, quæ ſuis temporibus Eccleſiaſtica officia &c. Curæ enim ſemper fuit magnis Antiſtitibus, vt illud Officium perſoluerent: vnde Vuilelmus Malmeſburienſis *lib.* 5. *de geſtis Regum Anglorum*, refert de Rogerio Epiſcopo Sariſberienſi qui fuit à Secretis Henrico I. Regi Anglorum, & Cancellarius, quod is inter tantas occupationes Eccleſiaſtica tamen officia non negligebat, ſed quotidie manè honeſtè perſoluere ſolebat, vt expeditiùs & tutiùs cæ- D teris poſſet accedere. Alij vero vocant hunc officij Ordinem, Curſum, vt author vitæ S. Eligij Epiſcopi Nouiomenſis *lib.* 1. *cap.* 10. diu, ait, noctuque in eius camera cum omni ſtudio ſolemniter canonicum ſtudebat adimplere curſum: & Baudonina *de vita Radegundis Reginæ lib.* 2. *cap.* 18. ſtabat quandoque nocte ante cellulam ſuam, corde & ore Curſum decantans; & auctor vitæ S. Goaris: videntes quod quotidie ab ortu lucis cùm Curſum ſuum completum haberet, & Miſſas inde celebrans, poſtea cum peregrinis & pauperibus qui ad ſe veniſſent, faceret charitatem.

Sed de his & de Horis canonicis agimus alio loco, & videri poteſt D. Baſilius *ferm. de inſti*- E *tut. Monachor.* & *lib. Regularum fuſius diſputatar. interrogat.* 36. in quibus locis reddit rationem pſalmodiæ noſtræ, quæ in Eccleſiis cum interuallis horarum inſtituta eſt, & ipſarum etiam Horarum: & D. etiam Cyprianus *de oratione Dominica*, & Rupertus Tuitienſis *lib.* 1. *de Diuinis officiis*. De Horis vero per ordinem dictis legendus etiam Hieronymus *epiſt. ad Euſtochium:* Horam, ait, Tertiam, Sextam, Nonam, Diluculum quoque, & Veſperam nemo eſt qui neſciat; & alia ad *eandem Euſtochium in Epitaphio Paulæ*: manè horâ tertià, ſexta, nona, veſpere, noctis medio, per ordinem Pſalterium cantabant. Vide etiam eundem *epiſt.* 7. *ad Lætum*, *epiſt.* 8. *ad Demetriadem*, *epiſt.* 22. & 27. & Clementem Alexandrinum *lib.* 7. *ſtromat.* *Palladium in hiſtor. Lauſiaca*, Theodoretum in Theophilo. Valafridus Strabo ait hunc Ordinem Officij ſecundum Horas initium habuiſſe ab hymnis Alexandrinorum, ſed præcipuè diſtinctum circa tempora Theodoſij Senioris, *de rebus Eccleſiaſt. cap.* 25. ait etiam Philo primitiuam apud Alexandrinos Eccleſiam, inter alia bona, hymnos ante galli cantus lucanos celebraſſe.

Ex his itaque, & ſimilibus intelligimus apud multos Horas quæ nunc celeberrimæ ſunt, obſeruatas, ſed non eâ diſtributione pſalmorum, vel orationum, quâ nunc vtimur: quam & circa tempora Theodoſij Senioris inchoatam, ac deinceps expletam multis animaduertimus cauſis. Apertius id expoſuit Nicephorus *lib.* 13. *cap.* 8. dicens Arrianos ſub Theodoſio factis expulſos, extra Vrbis moenia Conuentus egiſſe, vbi carmina quædam alternis, antiphonarum modo, ſibi inuicem reſpondentia, ad hæreſis ſuæ placita accommodata concinebant, & noctem multam in huiuſmodi pſalmodia conſumebant, & ſub auroram etiam; quod cùm videret Ioannes Chryſoſtomus, ne aliqui ex Eccleſia ſua eius generis cantibus demulſi, ab illis ſeducerentur, ad eundem modum contra illos ſuam pſalmodiam inſtituit, & breui ea celebrior quam aduerſariorum facta eſt, vt quæ & multitudine, & honorifico progreſſu ſuperaret illos: nam eam cruces argenteæ cereos incenſos habentes, præibant, Eudoxiâ Imperatoris coniuge impenſas ad eam rem præbente, quæ hoc Briſoni cubiculi ſui Præfecto iniunxit, vt hymnorum cantus procuraret, & ad eum vſum quamplurimum lucernarum pararet; & addit: Catholica autem Eccleſia principio huiuſmodi pſalmodiæ, hymnorumque canendorum inde ſumpto, ad hanc vſque diem conſuetudinem eam retinet, & ſacris cantilenis operatur. Morem autem antiphonatum, hoc eſt alternis per reſponſionem carminum concinendorum, Eccleſia antiquitus iam inde ab Apoſtolis accepit: diuinum namque Ignatium, qui tertius in Eccleſia Antiochena à Petro Apoſtolo Hierarcha fuit, & cum Apoſtolis omnibus plurimo tempore vixit, cùm per ecſtaſim animi conſternatus eſſet, viſionem nouam vidiſſe ferunt, ſanctos ſcilicet Angelos alternis, & ſibi inuicem reſpondentibus carminibus, ſanctam Trinitatem hymnis & laudibus euehentes, & ipſe primus hanc concinendi formam Antiochenorum Eccleſiæ dedit: vnde quaſi à fonte in alias Eccleſias Dei omnes, eiuſmodi conſuetudo eſt propagata. Non eædem vero in omnibus Eccleſiis Pſalmodiæ, aut Lectiones, aut precationes, teſte eodem Nicephoro *lib.* 12. *cap.* 34. Theodoretus tamen *lib.* 2. *cap.* 24. id tribuit non Arrianis, ſed Catholicis primum, Flauiano & Diodoro laicis, qui primi pſallentium choro in duas partes diuiſo, Hymnos Dauidicos alternis canendos tradiderunt, quod moleſtè ferebat Leontius Archiepiſcopus Antiochiæ Arrianus.

Agitur 4. de Energumenis *can.* 13. in quo dici-
tur vt omni die Exorciſtæ manus imponant
Energumenis, & vt Energumeni pauimenta
domorum Dei verrant, quibus aſſidentibus in
domo Dei victus quotidianus per Exorciſtas
oportuno tempore miniſtretur. Eos adorare
coactos Euchariſtiam tradit D. Chryſoſtomus:
agitatos, ait, quoque ob eam rem Diaconus
illo tempore adducit, & iubet caput inclinari,
cum eos vnà cum fratribus orare non liceat,
adducit eos, vt tu miſeratus, & quia tum acer-
bè vexantur & quia vocem reddere nequeunt,
tuâ facultate ad eorum vtaris defenſionem &
auxilium.

Agitur 5. de Neophytis *can.* 12. vbi dicitur
eos aliquandiu à lautioribus epulis, & ſpecta-
culis, & coniugibus abſtinere debere: ex qui-
bus verbis intelligitur ibi agi de Neophyto,
vt ſumitur pro infideli recens baptiſato; nam
& Neophyti nomen accipitur etiam ſiue pro
infideli, ſiue pro Baptiſato recens baptiſato
promoto ad Sacerdotium vel Epiſcopatum, vt
patet *can.* 2. *Diſt.* 48. & vtrumque prohibe-
tur fieri feſtinanter, ſcilicet & ſtatim baptiſa-
ri. & ſtatim promoueri, *can.* 1. *dicta Diſt.* 48.
nam, vt ibi dicitur, vt aliquis ſit catechume-
nus, tempore opus eſt, vt verò ſit Epiſcopus
multâ probatione.

Quod non debuerint ſtatim baptiſari pa-
tet ex Synodo Nicæna 1. *can.* 2. quoniam,
ait, multa vel neceſſitate, vel vrgentibus alio-
quin hominibus, præter canonem Eccleſiaſti-
cum facta ſunt, vt homines qui è vita Gentili
ad fidem nuper acceſſerunt, & exiguo tempo-
re catechumenia, id eſt initiati fuere; ſtatim ad
lauacrum ſpiritale deducant, viſum eſt, vt ni-
hil deinceps tale fiat: oſtendimus ſuprà cum
agebamus de Baptiſmo, ſpatium aliquod tem-
poris fuiſſe expectatum antequam baptiſaren-
tur.

Quod etiam non facilè vel baptiſati, vel non-
dum baptiſati ad ordines promouerentur, pa-
tet ex dicto *can.* 1. *Diſt.* 48. vbi etiam affertur
authoritas Apoſtoli Pauli, & *can.* Oſius *Diſt.*
61. *& can. ſicut*, *Diſt.* 48. probatur etiam ex
Leonis 1. *epiſt.* 84. vt ordinandus, ait, bonæ
licet vitæ teſtimonio fultus, nec laicus ſit, nec
neophytus: & ex Gregorio Magno *lib.* 4. *epiſt.*
53. permanit ad nos obeuntibus Epiſcopis lai-
cos tonſurari, & ad Epiſcopatum præcipiti
ſaltu tranſcendere, quique Diſcipulus non fuit,
inconſideratâ ambitione Magiſter efficitur; &
quia quod poſſit dicere, non didicit, ſacerdo-
tium nomine tantùm gerere videtur: & ex Gre-
gorio Nazianzeno, qui *Monodia in Baſilium*
de ea re valdè queritur: vnius, ait, diei ſanctos
Præſules facimus, nullo ante gradu functos,
&c. & Hieronymus *ad Oceanum*, & *ad Ruſti-
cum*; & *ad Demetriadem*: & Tertullianus *de
præſcript. aduerſus hæreticos*, vbi dicit id maxi-
me in vſu eſſe apud hæreticos: nuſquam ait
facilius proficitur, quàm in caſtris rebellium,
vbi ipſum illic eſſe promereri eſt: itaque alius
hodie Epiſcopus, cras alius, hodie Diaconus
qui cras Lector, hodie Preſbyter qui cras lai-
cus; nam & laicis munera iniungunt Sacerdo-
talia: & à Iuſtiniano *Nouella* 123. *de diuerſis Ec-
cleſiæ rebus*: & Synodo Laodicena *can.* 3. illæ
enim ordinationes dicebantur factæ præcipiti

A ſaltu, vt diximus ex *epiſtola* 53. *lib.* 4. *Gregorij*
& præpropero ſaltu, vt eſt in *epiſt.* 3. *Cæleſtin.*
can. 1. Quare oportebat prius explorari longo
tempore, & examinari eorum vitam, vt re-
cte dicitur *can. Oſius*, *Diſt.* 16. ſi quis, ait, for-
tè ſcholaſticus de foro, vel adminiſtratione,
Epiſcopus poſtuletur, non conuenit, nec diſ-
ciplina patitur, vt temerè vel leuiter ordinetur
Epiſcopus, Preſbyter, aut Diaconus, qui neo-
phytus eſt dux fiat, prohibente & denuntian-
te Apoſtolo; ſed hi quorum tempus longum,
examinata ſit vita. Et illa exploratio erat olim
plurimorum annorum, ſed debuitur ſufficere poſ-
ſe vnius anni, in Concilio *Aurelatenſi* 3. *can.*
B 2. his verbis: tempora licèt prolixiora laicis
antiqui Patres ordinauerint ſeruanda, accreſ-
cente tamen numero Eccleſiaſticorum, & plu-
ribus Clericis neceſſariò ordinandis, ſine ca-
nonum præiudicio ſtatuimus vt laico nec Me-
tropolita dignitatem Epiſcopatus, nec reliqui
Pontifices Preſbyterij, vel Diaconatus hono-
rem conferre præſumant, niſi conuerſione in-
tegro anno præmiſſâ: & *Aurelianenſi* 5. *can.* 9.
nullus ex laicis, abſque annua conuerſione
præmiſſa, ordinetur Epiſcopus, ita vt intra
anni ſpatium à doctis probatiſque viris, diſ-
ciplinis & regulis ſpiritualibus pleniùs inſtrua-
tur: & Concilio Bracarenſi 1. *can.* 38. vt ex
laico ad Sacerdotium ante nemo, niſi anno
C integro diſciplinam Eccleſiaſticam diſcat, or-
dinetur. Gelaſius verò Papa *decreto* 3. *&* 4. quod
refertur *Diſt.* 77. ſex menſes ſupra anni me-
tas addit. Nihilominus tamen aliquando, vel
diuinæ gratiæ dono, vt loquitur canon Apo-
ſtolorum, & (vt explicat Zonaras) per reue-
lationem, factæ ſunt ordinationes neophyto-
rum ſine mora, vel propter Eccleſiæ neceſſi-
tatem, quod Clerici non inuenirentur, vt
quando Nectarius aſſumptus eſt Conſtantino-
poli, vt habetur *act.* 4. *Synodi* 8. *Conſtantino-
politana.* Et ita D. Martinus Turonenſis Epiſ-
copus electus fuit, ex Nicephoro *lib.* 11. *cap.*
32. & Ambroſius adhuc catechumenus, nec
D dum baptiſatus, ex Socrate *lib.* 4. *cap.* 30. &
Nectarius ex eodem Socrate *lib.* 5. *cap.* 8. &
pater Gregorij Nazianzeni, ex ipſo Gregorio
Nazianzeno *in eius oratione funebri*: & Thala-
ſius ex Nicephoro *lib.* 14. *cap.* 41. & Thara-
ſius: & ita fieri poſſe aliquando probat Syno-
dus 8. Conſtantinopolitana quarta contra Pho-
tium nihilominus ita promotum.

Agitur 6. de Fuco mulierum *can.* 28. con-
tra quem ſæpiſſimè ſcripſerunt authores fere
omnes, inter alios Gregorius Nazianzenus
carmen ſatyricum ſcripſit copioſiſſimè, in quo
vocat hoc probroſum ſubſidium decoris ἐπ-
αυλίο τὸν ὕδατος ἄλγος, vocat telam Penelo-
E pes.

Ἱστὸν Πηνελόπης, τὸ νὺξ λύει, ἦμαρ ὑφαίνει.

Id eſt.

Telam Penelopes, luce orſam, nocte retextam.

Lenocinij commentum, non ſobrietatis; ad-
ditque his picturis & coloribus rubris, deleri
ruborem naturalem qui eſt color virtutis, ima-
ginemque Dei, pro qua ſimulachra ponun-
tur, quæ Deus non agnoſcet: præterquamquod
ridiculæ ſunt illæ mulieres, quæ cum ſint in-
formes, ſe gerunt vt Danaë. Præclarè etiam
Philoſtratus *epiſtola* 40. *ad vxorem*, mulier quæ

Mundo ac ornamentis dat operam, excolit, A id quod deficit, metuens ne deprehendatur quod non habet: quam vero naturâ pulchram finxit nihil opus habet acceſſorijs, & aſcititijs, vt commendet ſibi totâ, atque abſoluta perfectione. Oculorum autem declinationes, & comarum appoſitiones, atque picturæ, maxillarum labrorumque tincturæ, & ſi quod eſt elegantiæ medicamentum, & ſi quis ex fuco exiſtens doloſus flos, inuenta ſunt ad deficientium emendationem: ſimplicitas autem eſt pers comptionis, teucra eſt elegans atque venuſta: itaque ſi maximam in teipſam ſpem atque fiduciam ponis, ob eam cauſam magis meus in te amor exardeſcet, & incuriam qua- B ſi teſtimonium puto confidentiæ formoſitatis; non enim pingis vultus, neque in cetearum mulierum numero cenſeris, ſed in his quę remoto omni dolo formoſæ ſunt, quemadmodum etiam Maiores fuerunt, quarum amore capta fuit etiam aurum, & bos, & aqua, & aues, & dracones; at fucus, cera, tarantinum, fructiferi angues & aureæ pediæ ſunt Thaidis, & Ariſtachoræ, atque Laidis medicamenta. Vide & Simocattam Theano Euridicæ *epiſt.* 3. & Petronium dicentem, color arte compoſitus inquinat corpus, non mutat.

Denique agitur de Spiritu Sancto contra C Græcos *can.* 19. & quod procedit à Patre, & Filio *can.* 4. & hæc propoſitio eſt de fide, ita definita in 3. & 4. Synodo generali *act.* 1. & 5. & in 5. Synodo *act. vit.* & in 6. Synodo *act.* 17. & in 7. Synodo *act.* 7. præter Toletanam c. 4. & 8. Accedunt Patres. D. Auguſtinus *lib.* 4. *de Trinitate cap.* 20. accipite Spiritum Sanctum, neque enim flatus ille corporeus cum ſenſu corporaliter tangendi procedens ex corpore, ſubſtantia Spiritus fuit, ſed demonſtratio per congruam ſignificationem, non tantùm à Patre, ſed à Filio procedere Spiritum Sanctum: & *lib.* 15. *cap.* 16. qui poteſt intelligere ſine tempore generationem Filij de Patre, intelligat ſi- D ne tempore proceſſionem Spiritus Sancti de vtroque: & D. Ambroſius *lib.* 1. *de Spiritu Sancto cap.* 10. Spiritus Sanctus cùm procedat à Patre & Filio, non ſeparatur à Patre, non ſeparatur à Filio. & D. Hilarius *orat. poſt Pentecoſtem*, credimus in Sanctam Trinitatem, hoc eſt, &c. Spiritum Sanctum à Patre & Filio procedentem. Et Gregorius Nyſſenus *homil.* 4. *ſuper Pater noſter*: Spiritus autem Sanctus & ex Patre dicitur, & ex Filio præterea eſſe oſtenditur. Gregorius Nazianzenus *orat.* 49. miſit nobis Chriſtus Spiritum Sanctum, protectorem, ſignatorem, & ductorem in vitam æternam, ex Patre, & ex ſe procedentem. D. Atha- E naſius in *Symbolo*: Spiritus Sanctus à Patre & Filio procedens. Didymus *lib.* 2. *de Spiritu Sancto*; Saluator qui & Veritas, de Spiritu, ait, non enim loquitur a ſemetipſo, hoc eſt non ſine meo & Patris arbitrio, quia inſeparabilis eſt à mea & Patris voluntate, quia non ex ſe eſt, ſed ex Patre & me eſt; hoc enim quod ſubſiſtit & loquitur, ex Patre & me illi eſt. Idem habent Baſilius *lib.* 2. *aduerſus Eunomium*. Cyrillus Hieroſolymitanus *catecheſi* 17. & alij.

Quare malè Græci poſterioris æui cenſuerunt Spiritum Sanctum à Patre ſolo procedere.

Nec obſtant eorum duæ præcipuæ rationes: Prima eſt Patres Eccleſiæ ſæpiſſimè dicere Spiritum Sanctum procedere à Patre per Filium, non autem procedere à Patre & Filio, vti Tertullianus aduerſus Praxeam cap. 4. & Damaſcenus *rerum diuinarum cap.* 13. manifeſtatiua, ait, virtus occultæ Patris diuinitatis, ex Patre eſt per Filium procedens, vt ipſa nouit, & B. Cyrillus *lib.* 2. *ad Hermiam*: Sanctum vero Spiritum vocabis qui ex Patre per Filium effunditur naturaliter: & B. Tharaſius Patriarcha Conſtantinopolitanus *in epiſt. ad Præſules Orientis*: & in Spiritum Sanctum, qui ex Patre per Filium procedit, qui & ipſe Deus agnoſcitur. Nam Reſpondetur vocem *per*, & *ex*, idem ſignificare, vt rectè probauit Ioſephus Methonenſis Epiſcopus *in reſponſione ad libellum D. Marci Eugenidij Metropolitæ Epheſi*, referens multas authoritates ex Niceno quodam Præſule, & vt D. Baſilij *epiſt. ad Amphil. cap.* 5. ſæpe etiam, ait, *ex* & *per* ita altera alterius ſubit ſignificationem, vt altera ſumatur pro altera, quemadmodum in illo dicto poſſedi hominem per Deum, quod perinde eſt ac ſi diceret, ex Deo. & D. Chryſoſtomus *hom.* 55. *in Matth.* nouit enim, ait ſcriptura loco huius vocis, ex aliquo, vti hac voce, per aliquem; vt cùm dicit poſſedi hominem per Deum, ſignificans non cauſam ſecundariam, ſed potiùs primariam: & Cyrilli *epiſt. ad Neſtorium*, vbi poſtquam dixit neceſſe eſt fateri quod natus ſit etiam ſecundum carnem per mulierem; ſtatim addit natus eſt perinde atque nos, ex muliere: quod agnoſcens Theodoretus, qui negabat Spiritum Sanctum procedere à Filio, negauit etiam dicendum procedere per Filium, in *lib. in quo reprehendit Cyrillum in duodecim capitibus, quæ contra Neſtorium expoſuerat*: nam cùm in 9. anathematiſmo Cyrillus dicat, ſuum habens Filius Spiritum Sanctum, qui ex ipſo eſt, & ipſi ſubſtantialiter inſitus eſt, diuina edebat miracula; Theodoretus ita obijcit: ſi vt connaturalem Cyrillus loquitur, & procedentem à Patre, libenter concedemus, & dictum recipiemus vt pium; ſi verò ita loquitur, quod Spiritus ex Filio ſiue per Filium exiſtat, proijciemus vt blaſphemum: ex quo patet ipſum accepiſſe *per* & *ex*, pro eodem.

Quare Patres non dixerunt per, vt aliud ſignificaretur quàm voce ex; ſed ideò tantùm ne quis cauſam quodammodo principalem Spiritus putaret Filium, ſi dixiſſent ex Filio, quaſi non à patre cœpiſſet, & vt proceſſio illa referatur ad Patrem tanquam à quo etiam Filius omnia habet. Et ita Maximus *in epiſt. ad Maximum*, excuſat Romanos dicentes ex Filio procedere, vt non intelligant procedere ex Filio tanquam habente à ſe quod habet, ſicut Pater habet: & D. etiam Damaſcenus, vt eſt in *ſymbolo Florentina ſeſſ.* 25.

Secunda ratio eſt quia in confeſſione fidei Nicæna dicitur tantùm qui ex Patre procedit, nec additur *filioque*. Adde, quod ſexta ſynodus ait, nemini liceat proferre, vel conſcribere, vel componere, vel docere alteram fidem, quàm quæ in Nicæna ſynodo. 1. Reſpondetur 1. hanc rationem contra ipſos retorqueri, quod ipſi dixerint Spiritum Sanctum procedere à Patre per Filium, cùm tamen in Niceno ſymbolo non

dicatur niſi, à Patre, nec addatur per Filium, A vt refertur *dict. ſeſſ.* 25. Reſpondetur 2. ea verba ſynodi ſextæ intelligi de re contraria fidei, & ſymbolo Nicæno, nec prohiberi aliquid proferri ad declarandam apertiùs veritatem; quomodo ſynodus Chalcedonenſis defendit Leonem accuſatum à quibuſdam quod aliquid addidiſſet fidei Nicænæ, & dicit nihil ab eo commiſſum contra interdictum, dùm fidem expoſuit & explicauit: & ne quis, ait, Leonem inſimulet, vt qui nouam fidei confecerit expoſitionem, nemini verò liceat aliam edere præter eam quæ à Nicænis Patribus facta eſt: eademque ſynodus Chalcedonenſis, cùm in ea Dioſcorus Flauianum accuſaſſet quòd in ſynodo Conſtantinopolitana prima dixiſſet Chriſtum ex duabus, & in duabus eſſe naturis, quod tamen non ita diſtinguitur in Nicæna ſynodo, quaſi aliquid addidiſſet, & ita tranſgreſſor eſſet prohi- C bitionis factæ in dicta ſynodo ſexta; cenſuit nihil à Flauiano commiſſum contra Nicænam, aut Epheſinam ſynodum: nam licet in Nicæna ſynodo non exprimatur Chriſtum duas habere naturas, id explicari potuiſſe, & enunci ex ſynodo Nicæna. Et ſane quod illa prohibitio facta in ſexta ſynodo, non intelligatur niſi de fide contraria ſynodi Nicænæ, patet ex initio ſynodi, vbi dicitur, Patres vbi conuenerunt voluiſſe ſymbolum Nicænorum Patrum recitari, nec non ſermones qui ſpectarent ad ſymbolum, vt approbarentur qui cum eo conueniunt, qui ſecus, reprobarentur. Ex quo colligas interdictum fuiſſe, non tantùm de verbis ſymboli, ſed de omni doctrina, verbis quibuſcumque ei contraria, vel conformi, reijcienda, vel recipienda.

B Et confirmatur ex *epiſt. S. Cyrilli*, qui vt recitatum fuit Nicænum ſymbolum, intulit ſtatim, nos Patrum confeſſionem ſequentes, mentem ac propoſitum ſequimur, & rectam fidem explanamus. Vnde ſequitur expoſitionem illam non eſſe additionem, vt dicitur in ſynodo Florentina *ſeſſ.* 6. nulla expoſitio, explanatio, ſeu declaratio alicuius ſcientiæ vel diſciplinæ, dicenda eſt additio: vbi id confirmatur ex Gre- C gorio Theologo: nos fidei quam ſancti Patres Nicæam conuenientes expoſuere ad improbandam Arrianam hæreſim, nihil vnquam aut prætulimus, aut præferre poſſumus: ſed illam tenemus, ac tenebimus fidem, dilucidius explicantes quod de Spiritu Sancto minus eſt declaratum; nondum enim mota erat hæc quæſtio &c. Et hæc dicta ſint ad Tertiam & Vltimam partem Decreti.

Finis Commentariorum in Decretum Gratiani.

IOANNIS DARTIS, OPERVM.

PARS SECVNDA.

SIVE

TRACTATVS DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS.

INDEX TITVLORVM HABETVR ante Operis Præfationem.

INDEX TITVLORVM

TRACTATVS DE BENEFICIIS.

SECTIO I. DE Origine, Definitione, & Diuiſione Beneficij. pag. 1.

Caput 1. *De Origine Beneficij.* pag. 1.
Cap. 2. *De Definitione Beneficij.* p. 5.
Cap. 3. *De Diuiſione Beneficij.* p. 7.

SECTIO II. De Decimis, Primitiis, & aliis obuentionibus. p. 22.

Cap. 1. *De Decimis.* p. 21.
Cap. 2. *De Primitiis.* p. 22. col. 1.
Cap. 3. *De Oblationibus.* p. 22. col. 2.

SECTIO III. De iis qui Beneficia conferre poſſunt. p. 24.

Cap. 1. *De Romano Pontifice.* p. 24.
Cap. 2. *De Concilio generali.* p. 32.
Cap. 3. *De Collegio Cardinalium & eius Vicario.* p. 32.
Cap. 4. *De Legato Romani Pontificis.* p. 32.
Cap. 5. *Quis ſit Ordinarius Collator Præbendarum & dignitatum.* p. 33.
Cap. 6. *De Præbendis & Dignitatibus Eccleſiarum Cathedralium.* p. 33.
Cap. 7. *De Præbendis & Dignitatibus Eccleſiarum Collegiatarum.* p. 34.
Cap. 8. *De aliis Beneficiis, &c.* p. 34.
Cap. 9. *Ad quem pertineat Collatio Beneficiorum mortuo Epiſcopo.* p. 34.
Cap. 10. *De Vicario generali.* p. 35.
Cap. 11. *Duæ Regulæ ad Collationem Beneficiorum pertinentes.* p. 35.
Cap. 12. *De Conductore Beneficij.* p. 35.
Cap. 13. *De Sequeſtro fructuum.* p. 36.
Cap. 14 *De Laicis, an poſſint conferre Beneficia.* p. 36.
Cap. 15. *De Regum & Imperatorum Iure in Collatione Beneficiorum.* p. 37.
Cap. 16. *De Iure Regaliæ.* p. 39.

SECTIO IV. De iis quibus Beneficia conferri poſſunt. p. 41.

Cap. 1. *De Filiis legitimis, an eis conferri poſſit Beneficium Patris.* p. 41.
Cap. 2. *De Illegitimis.* p. 42.
Cap. . *De integritate corporis ordinandorum.* p. 42. col. 2.
Cap. 4. *De Moribus & ſcientia eorum qui promouendi ſunt ad Beneficia.* p. 43.
Cap. 5. *De Ætate ordinandorum ad Beneficia.* p. 44.
Cap. 6. *De Cælibatu ordinandorum.* p. 46.
Cap. 7. *De Ordine eorum qui ad Beneficia ſunt inſtituendi.* p. 47.

SECTIO V. Quando & quomodo Beneficia conferenda ſint. p. 49.

Cap. 1. *Quando Beneficia conferenda ſint.* p. 49.
Cap. 2. *Quâ ratione conferenda ſint Beneficia.* p. 50.

Cap. 3. *De Penſionibus quæ in Beneficiorum collationibus retinentur.* p. 52.
Cap. 4. *De Quibuſdam aliis in collatione neceſſariis.* p. 57. col. 1.

SECTIO VI. De Modis quibus Iure ordinario, obtinentur Beneficia. p. 57.

Cap. 1. *De Electione.* p. 57.
Cap. 2. *De Poſtulatione.* p. 62.
Cap. 3. *De Tranſlatione.* p. 64.
Cap. 4. *De Collatione Iure ordinario.* p. 65.
Cap. 5. *De Collatione Iure deuoluto.* p. 66.
Cap. 6. *De Præſentatione, ſeu Nominatione.* p. 68.
Cap 7. *D Vnione Beneficiorum.* p. 70.
Cap. 8. *De Commenda.* p. 72.
Cap. 9. *De Triennali poſſeſſione.* p. 72. col. 2.

SECTIO VII. De Modis quibus Beneficia extra ordinem conferuntur. p. 75.

Cap. 1. *De Collationibus Beneficiorum vacantium, & Bullis, & Clauſulis earum, & de Præuentione Papæ.* p. 75.
Cap. 2. *De Mandatis de Prouidendo, & Gratiis expectatiuis.* p. 79.
Cap. 3. *De Reſeruationibus Beneficiorum.* p. 83.
Cap. 4. *De Nominatione Regia, & Scholaſtica.* p. 85.

SECTIO VIII. De Iure quod habet Beneficiarius in Beneficio. p. 91.

SECTIO IX. De Obligatione Beneficiati. p. 92.

Cap. 1. *De Reſidentia Beneficiatorum.* p. 93.
Cap. 2. *De Pluralitate Beneficiorum.* p. 95.

SECTIO X. De Vacatione Beneficij extra delictum. p. 97.

Cap. 1. *De Vacatione per Mortem.* p. 97.
Cap. 2. *De Vacatione per Renunciationem, & de pluribus Renunciationis generibus.* p. 97.
Cap. 3. *De Reſignatione Beneficiorum.* p. 99
Cap. 4. *De Permutatione Beneficiorum.* p. 103.

SECTIO XI. De Amiſſione Beneficij propter delictum. p. 105.

SECTIO XII. De Actionibus & Iudiciis in cauſis Beneficiorum. p. 107

TRACTATVS DE BENEFICIIS.

PRÆFATIO.

TRactatum DE BENEFICIIS A in genere, plures inſtituerunt: *Ioannes de Selua* Gallus tomo 15. Tractatuum, Parte 1. fol. 2. *Ioannes Coraſius* Toloſas, tom. eod. par. 2. fol. 287. *Franciſcus Duarenus* Biturix tom. etiam 15. par. 2. fol. 2. *Christophorus Roſſiniacus* Coſtageus par. 2. f. 246. & *Petrus Gregorius* Toloſanus.

De Beneficiorum verò Commendis *Thomas Campegius* Bononienſis, Epiſcopus Feltrenſis eodem tom. 15. par. 2. fol. 536.

De Beneficiorum congrua Portione *Petrus Rebuffus* Monſpeſſulanus, eodem tom. par. 2. fol. 240. B

De Beneficiorum Incompatibilitate *Alphonſus Holeda de Mendoza*, Carmonenſis, tom. eod. par. 1. fol. 112.

De Beneficiorum Permutatione *Ægidius Bellamera. Federicus de Senis, Petrus Gammarus de Caſali* Bononienſis, & *Petrus de Vbaldis* de Peruſio, eod. tom. 1..

De Beneficiorum Pluralitate *Ioannes à Lignano* Bononienſis, *Thomas Campegius* Bononienſis, Epiſcopus Feltrenſis C

De Beneficiorum Reſeruationibus *Gaſpar de Peruſio*, & dictus *Thomas Campegius*, quos omnes authores habeo ex Bibliotheca D. Nicolai Verduni primi Præſidis.

In Tractatu verò de Beneficiis Ordo poſtulat vt Primò agatur de Origine, Definitione, & Diuiſione Beneficij.

II. De Redditibus, Iuribus, & obuentionibus, in quibus Beneneficium conſiſtit.

III. De ijs qui Beneficium Conferre poſſunt.

IV. De ijs quibus poteſt Conferri. D

V. Quando Beneficia conferenda ſint, & quæ in ijs conferendis ſint obſeruanda.

VI. Quibus modis Iure Ordinario conferantur Beneficia.

VII. Quibus modis Extra Ordinem.

VIII. De Iure quod habet Beneficiarius in Beneficio.

IX. De Obligatione Clerici Beneficiati.

X. De amiſſione, & Vacatione Beneficij extra delictum.

XI. De amiſſione, & Vacatione Beneficij ex Delicto.

XII. Et vltimò, de Iudiciis, & Actionibus, quæ pro Beneficiis competunt; & apud quos Iudices, cauſæ Beneficiorum agitandæ ſunt: quem ordinem ſequuti ſunt Duarenus, Gregorius Toloſanus, Cabotius, & alij.

SECTIO I.

De Origine, Definitione, & Diuiſione Beneficij.

De Origine Beneficij.

CAP. I.

C Hæc diſputatio rectè initium ſumet à l. 2. *D. de Iuſt. & Iure*, iuncto §. *vlt. legis* 2. his verbis: Ius Gentium ſolis hominibus inter ſe commune eſt, veluti erga Deum religio, vt Parentibus & Patriæ pareamus &c. quod & Cicero *lib. 1. de legib. & 1. Tuſcul.* refert, nullam ſcilicet gentem eſſe, nec tam immanſuetam, nec tam ferream, quæ non etiamſi ignoret qualem Deum habere deceat, tamen habendum ſciat: & *lib. 2. de natura Deor.* quatuor rationibus confirmat. Sed & D. Auguſtinus D idem refert quod Iuriſconſulti, in *lib. lxxxiij. quæſtionum, quæſtion.* 31. natura Ius eſt, quod non opinio genuit, ſed quædam innata vis inſeruit, vt religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, per quam ſcilicet, vis aut iniuria, aut omnino quod offuturum eſt, defendendo, aut vlciſcendo propulſatur, obſeruantiam, per quam homines aliqua dignitate

A præcellentes cultu quodam & honore digna-mur. Et Seneca *epiſt.* 118. apud nos, ait, veritatis argumentum eſt aliquid omnibus videri, tanquam Deos eſſe inter alia hoc colligimus, quod omnibus de Dijs opinio inſita eſt, nec vlla Gens vſquam eſt adeo extra leges, moreſque proiecta, vt non aliquos Deos credat.

Religio (inquam) eſt Iuris Naturalis Gentium, propter plures rationes 1. quia naturæ rationali inſitus eſt ſenſus Dei, & eius cognitio, ex D. Auguſtino *loco citato*: & ipſe Deus intùs id loquitur in nobis, & præcordia noſtra id ſpirant, & facies noſtra Dei habet characterem: *pſalm.* 4. ſignatum eſt ſuper nos lumen B vultus tui.

Secundò quià ex creaturis tanquam termino operum Dei, Opificem & Creatorem colligunt omnes, vt docet Iob *cap.* 11. *verſ.* 7. & liber *Sapientiæ cap.* 13. *verſ.* 5. & D. Paulus *ad Romanos cap.* 1. *verſ.* 2. videmus enim Deum in creaturis, tanquam in ænigmate, ait idem D. Paulus 1. *ad Corinth. cap.* 13. & tanquam in volumine magno, cuius paginæ ſunt elementa, ex Proſpero *lib. de vocatio. Gent. cap.* 1. & per illas aſcendimus ad Deum tanquam per ſcalam, ex D. Bernardo *lib. de conſideratio.* nam ordo, magnitudo, pulchritudo, ars rerum, arguit magnum, & prudentem artificem, cùm fortuna C cœca, turbida hæc dare non poſſit. Quare Sapiens rectè dicit in *Eccleſiaſtic.* ſol in aſpectu annuntians; magnus Dominus qui fecit illum: & D. Paulus totam naturam clamare vt parturientem hanc vocem, Deum eſſe, *ad Romanos cap.* 8. Vnde D. Auguſtinus *lib. de Spiritu & littera,* ait eos qui non cognoſcunt Deum per creaturas, detinere veritatem in iniquitate, & veluti comprimere fauces earum: eo quod, vt idem habet *lib.* 7. *confeſſion. cap.* 13. omnia condita laudent Deum: & vt probe D. Ambroſius *epiſt. ad Romanos cap.* 2. ipſa natura proprio iudicio Creatorem ſuum cognoſcit, non per legem, ſed per rationem naturæ; opus enim Opificem cernit in ſe: & quis eſt, ait Cicero *de Haruſpic. reſponſ.* tam vecors, qui vel cùm ſuſpexerit in D cœlum, Deum eſſe non ſentiat, & ea quæ tantâ mente fiunt, vt vix quiſquam arte vlla ordinem rerum atque viciſſitudinem perſequi poſſit, caſu fieri putet?

Tertiò Religio eſt Iuris Naturalis etiam ſecundum fidem quâ credimus in Deum: quod alicui mirum videbitur, cùm tamen veriſſimum, & notiſſimum ſit: nam ratio naturalis dictat vt credamus etiam hominibus probis ſicut nobis credi volumus; nam vult ſibi quiſque credi, & fides præſtita ipſa obligat fidem: & cùm Adam v.g. creatus ſit à Deo, & ipſe dixerit filiis ſuis, E & hinepotibus, tum Deus ipſe adhuc alijs reuelarit, donec poſteà litteris mandatum eſt à Moyſe ſecundum fidem populi certam & veterem, Deum eſſe, ratio poſcit vt credamus eſſe, ſicut credimus patrem noſtrum temporalem eſſe patrem noſtrum; hoc enim nemo noſtrum ſcit, niſi per fidem. Quo argumento vtitur D. Ambroſius *in epiſt. ad Romanos citata, cap.* 2. conſeq, ait, omnes ſibi ſunt conuenire ſibi quod credunt; congruum eſt enim creaturę credere, & venerari ſuum Creatorem. Ideoque fides dicitur à Porphyrio χαλινώτης, à θεὸν ἰδεῖν. Quæ fides cùm habeat obſcuritatem iunctam certitudini, non mirum ſi Deus videtur ſecundum aliquam rationem, & non videtur ſecundum alias; cùm non habeat cauſam; nec ſecundum ſenſus exteriores, cùm non habeat corpus: ita vt rectè Deus dici poſſit clarè abſconditus, ἐμφανῶς κεκρυμμένος, vt loquitur Piſides. Et hoc eſt quod nobis innuere voluerunt Poëtæ, vt quando Aiax Telamonius vidit tantùm retrò Neptuni veſtigia apud Homerum, Æneas Veneris apud Virgilium; namque Aiax poſt talem viſionem valdè debilem, dixit, ἀρίγνωτοι δὲ θεοί περ, id eſt facilè cognoſcuntur Dij.

Hoc poſito, conſequenter omnia quæ ad Religionem pertinent, intelliguntur eſſe quodammodo iuris diuini, & iuris Gentium, vt ſunt ſacrificia, ex Ariſtotele *lib.* 5. *Ethic. cap.* 7. vbi ait ſacrificare quidem caprà, vel oue, eſſe iuris proprij alicuius ciuitatis, & conſequenter ciuilis; ſacrificare autem in genere, eſſe iuris Gentium naturalis: nam ſtatim ab initio cum religione & cultu Dei nata ſacrificia *cap.* 4. *Geneſ.*

Secundò Sacerdotes iuris eiuſdem ſunt; nam Sacerdotes curant ſacra Templa, & alia neceſſaria, ex Ariſtotele 6. *politic. cap. fin.* & *lib.* 3. *cap.* 6. Quare Exemtio Clericorum dicitur eſſe iuris huius diuini, hoc eſt Gentium, ex concilio Lateranenſi ſub Innocentio 3. *cap.* 43. nimis, ait, de iure diuino quidam Laici vſurpare conantur, cùm viros Eccleſiaſticos, nihil temporale obtinentes ab eis, ad præſtanda ſibi fidelitatis iuramenta compellunt: & Lateranenſi ſub Leone 10. *ſeſſi.* 9. cùm iure tam diuino quàm humano Laicis nulla poteſtas in Eccleſiaſticas Perſonas attributa ſit, innouamus omnes & ſingulas conſtitutiones &c. Et ex Bonifacio 8. in *capit. quamquam de ceaſib. in* 6. vbi dicit iure diuino & humano Clericos, & eorum bona, liberus eſſe à ſæcularium poteſtate. Idem habetur in concilio Colonienſi *par.* 9. *cap.* 10. immunitas Eccleſiæ vetuſtiſſima res eſt, iure pariter diuino & humano introducta; quæ in duobus potiſſimùm ſita eſt: & in concilio Tridentino *ſeſſi.* 25. *cap.* 20. *de reformat.*

Tertio Ius Decimarum, Primitiarum, & aliarum Oblationum ad ius quoque Diuinum, ſiue naturale referri debet. Iura enim iſta dicuntur Diuina eo modo quo religio, ex *cap. Parochianos, ex. de decimis*, his verbis; cùm decimæ non ab homine, ſed ab ipſo Domino ſint inſtitutæ, quaſi debitum exigi poſſunt; & *cap. cum tua* 25. *dicto tit.* vbi dicuntur conſtitutione diuinâ deberi, & *cap. in aliquibus* 32. *eod. tit.* in quo dicuntur decimæ deberi ex lege diuina. Ratio enim naturalis poſtulauit, vt cùm Domini ſit terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo; deterioris conditionis Deus eſſe non debeat, quàm Dominus temporalis, cuius ſtatutum de terris quas exhibet alijs excolendas, non quidem deductis ſumptibus, aut ſemine ſeparato, neceſſariò cum integritate perſoluitur: nimis enim profectò videtur iniquium, ſi decimæ, quas Deus in ſignum vniuerſalis Dominij ſibi reddi præcipit, ſuas eſſe dicens, Deo non præſtarentur, vt rectè Papa argumentatur *cap.* 26. *de decimis*, & *cap cum non ſit* 33. *eod. tit.* vbi eandem rationem repetit, quaſi con-

tractum iuris gentium fecerit Deus cum hominibus, terram eis concedendo. Et inde primus homo in virtute rationis docuit filios ſuos offerre primitias, & decimas Domino, *cap. 4. Gen.* & longè ante veterem legem, Abraham illo diuino rationis inſtinctu ductus, dedit decimas Melchiſedech ſacerdoti Dei ſummi: Iacob vouit decimas Deo ſe daturum *Gen. 14. & 18.* & *can. decimas 16. Quæſt. 7.* his verbis: decimas Deo dandas Abraham factis, & Iacob promiſſis inſinuarunt. Et expreſſius præſtandarum decimarum, cæterarumque oblationum inſtitutio facta fuit *Exodi 22. Leuiti. 27. Numer. 18. Malach. 3.* & reparato templo, *cap. 31. Paralipom.* nam quia illa ratio naturalis potuiſſet obliterari aut obſcurari in mente hominis, viſum eſt propter corruptos hominum mores, rationis fortè luce obſcuratâ, obligationem illam petere à lege ſcripta, & aperta, potiùs quàm à ratione obſcura.

Imò præter primitias & decimas, Leuitis terra certa diuiſa eſt, de mandato Dei, de qua re *Ezechiel. cap. 45.*

Ratio deinde poſtulauit, vt qui ſeruiret Deo, inde haberet vnde ſe exhibere poſſet quia merces laboris non eſt deneganda mercenario, *Leuit. cap. 19. Deuteron. 24. Tobiæ 4.* nec alligandum os boui trituranti, *Deuteron. 25. ad Galat. 6.* Quinimò, vt rectè Paulus 1. *ad Corinth.* 9. neque iniquum eſt ſi qui ſpiritualia nobis ſeminant, metant temporalia.

Ratio inſuper poſtulauit vt Sacerdotes haberent aliquid ex decimis, quod conferrent pauperibus. Vnde apud Iudæos fuerunt quatuor genera decimarum; quarum vnumquodque genus ſuam haberet rationem ex *cap. 1. de decimis.* Primum genus, quo populus decimam partem omnium frugum Leuiticæ Tribui ex lege debebat, nempe in ſignum dominij Dei, de quo ſuprà: Secundum, quo ex ipſis decimis dabant ipſis ſacerdotibus *cap. 18. Numer:* ſcilicet propter officium & miniſterium. Tertium genus, quo vnuſquiſque in ſuis horreis ſeparabat aliquid, vt comederet cùm iret in templum in Vrbem Hieruſalem, & in veſtibulo templi Sacerdotes & Leuitas ad conuiuium inuitaret, *cap. 12. & 14. Deuteron. & cap. 1. Tobiæ;* Idque etiam propter miniſterium Sacerdotum: quartum genus quas pauperibus recondebant, non ſingulis annis, ſed tertio quoque anno *cap. 14. & 26. Deuteron.*

Quoniam verò Iura hæc omnia à ratione naturali proficiſcuntur, non mirum ſi æterna ſint, & æquè locum habuerint ante legem, ac in lege, & poſt legem; apud Iudæos æque ac apud Chriſtianos: nam in Eccleſia decimæ ſemper probatæ ſunt, cùm Chriſtus Dominus *Matth. 23.* & *Lucæ. 11.* approbauerit: væ autem vobis, Scribæ & Phariſæi Hypocritæ, qui decimatis mentam, & anetum, & reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis, iudicium, miſericordiam, & fidem: hæc oportuit facere, & illa non omittere: Approbarunt etiam canones & ſummi Pontifices.

Item eæ dantur in ſignum dominij, ex *cap. tua nobis, 26. & cap. cum non ſit 33. de decimis S. cit.* decimæ, ait Papa, quas in ſignum vniuerſalis dominij, quaſi quodam titulo ſpeciali ſibi Dominus reſeruauit. Et ideo dicuntur hæc omnia iura decimarum non ab homine, ſed ab ipſo Domino inſtituta, *dicto cap. Parochianos,* & diuina conſtitutione debet, *cap. tua 25. ibidem,* & *can. reuertimini, Can. decimæ ſunt, 16. Quæſt. 1.* & *can. omnes decimæ, ibidem Quæſt. 7.* Debentur enim & ratione naturali, & ſecundum eam Lege etiam veteris teſtamenti, quæ non legitur abrogata, nec potuit abrogari, cùm præceptum cæremoniale non contineat, ſed morale & iudiciale: moralia verò nos obligant, & iudicialia quoque, ſi modò ſtatuantur ab eo qui habet authoritatem, veluti ab Eccleſia: quæ eſt ſententia D. Thomæ 2.2. *quæſt. 87. art. 1.* exiſtimantis præceptum de decimis ſoluendis, cùm ſit partim morale, partim iudiciale, ab Eccleſia ſtatutum, eſſe omnino ſeruandum; Eccleſia enim quæ ſtatuit, habuit fundamentum in morali præcepto, à quo quidquid naturale eſt in hoc iure, deſumitur. Et dixit Chriſtus *Lucæ* 10. qui vos ſpernit, me ſpernit; qui vos audit, me audit. & 1. *Regum* 8. ad Samüel, non te ſpreuerunt, ſed me. Item 1. *Petri* 2. ſubditi eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, &c.

Secundò eæ dantur in vſum pietatis, & ratione miniſterij in Eccleſia, quaſi contractu facio vt des, inito inter Sacerdotes & populum. Nam, vt rectè D. Paulus *cap. 9. epiſt. 1. ad Corinth.* qui altari ſeruit, de altari viuere debet. Æquum enim eſt vt Sacerdotes habeant vnde viuant, nec rebus ſæcularibus vacent, vt rectè docet Clemens *lib. 2. conſtitution. cap. 25.* & D. Cyprianus *epiſt.* 66.

Tertio dantur etiam Decimę in vſum Pauperum, *can. 66. decimæ & Can. fin. 16. Quæſt. 1.* & can. 5. *ead. Can. Quæſt.* 7. Vnde decimæ, dicuntur tributa egentium animarum, *can reuertimini* & *can. decimæ, citatis,* & *cap. 26. de decimis;* & patrimonia pauperum, *can. nulli* & *Can. fin. 12. Quæſt. 1. can. aurum, & c. gloria 12. Quæſt. 2.* iuxta illud *Deuteron.* 15. ne eſſet mendicus inter nos. Vnde diſtributio bonorum Eccleſiæ facta eſt in quatuor partes, quarum vna debetur Clericis, alia fabricæ, tertia Epiſcopo, quarta denique pauperibus *can. vobis, Can Vulterrana, can. conceſſo, cum ſeqq. 12. Quæſt. 2.*

Quartò ſicut in veteri teſtamento quædam pars terræ aſſignata eſt Leuitis, ita multa dominia relicta & conceſſa ſunt Eccleſijs, quod quomodo cœperit dicendum eſt. Sciendum ergo Chriſtum præcepiſſe Apoſtolis, vt nihil poſſiderent, non argentum in zonis, non duas tunicas haberent, *Matth. cap. 10. verſ. 9. Lucæ cap. 9.* nec ſollicìti eſſent de craſtino, *Matth. cap. 6. verſ. 31.* imo venderent omnia *Matth. 19. 29.* quod Apoſtoli rectè peregerunt, & primi Chriſtiani fere omnes, qui bona ſua communia faciebant, vendebant, & deferebant ad pedes Apoſtolorum, qui diſtribuebant oblata, *cap. 4. Act. Apoſtolor.* & *can. dilectiſſimi 12. Quæſt. 1.* iuxta neceſſitatem cuiuſque, quod ratio illorum temporum peculiaris dictabat, quia nondum ſtationem habebat Eccleſia, & propendebat migrationem facere ad Gentes, vt dicitur in *can. futuram 12. Quæſt. 1.* Poſteà verò vbi ſtetit in regionibus, prædia & agri traditi Eccleſiæ, & ex eorum ſumptibus viuere cœperunt Clerici, *can. videntes*

ead. Cauſ. & Quaſt. 1. qui canon eſt Vrbani. 1. ex Burchardo *lib.* 3. *cap.* 3. & Iuone *part.* 3. *Decreti*, *cap.* 5. ſolique Clerici cœperunt viuere in commune, *can. Clericis*, *Can. dilectiſſimis*, *can. cui portio*, *dicta Cauſa & Quaſt.* Et ita varijs modis autem patrimonium Eccleſiæ. Nam & ex publicis tributis vectigal certum deductum eſt, ac Eccleſijs & Clericis deputatum ex Sozomeno *lib.* 1. *cap.* 8. permiſſum relinquere teſtamento, vel donatione Eccleſijs, *can. futuram*, & *Can. videntes dicta Can.* 12. *q.* 1. *l.* 1. *l. generaliter* 17. *de ſacroſanctis Eccleſijs Cod.* & in *conſtitutione Martiani* in Breuiario Alarici.

Ex quibus omnibus colligitur. 1. cum rationes illæ propter quas dantur decimæ, ſint naturales, ſiue in ſignum dominij, ſiue propter Miniſtros, ſiue propter pauperes dentur; decimas eſſe iuris naturalis, & conſequenter ſpiritoale quid, *cap.* 25. *de decimis* multò magis quàm bona & prædia, quæ ex Principum, & aliorum liberalitate proueniunt, quæ magis temporalia ſunt, & originem habent à zelo.

Colligitur 2. vt cùm ex dictis ius decimarum ratione naturali nitatur, quæ ſuadet reddi debere decimas; alia ratio naturalis ſuadeat vt vel effectus huius iuris ſuſpendatur, vel debitum iſtud minuatur, vel aliqui eximantur à præſtatione illarum ab eo qui talis rationis poteſt eſſe author, vel explorator: rationi enim ratio ſuperueniens cum præualuerit, prior ratio etiam generalis cedit, vt patet in vſucapione, quà ius dominij tollitur iure ciuili; ſicque cum Petrus & Paulus inter ſe diſceptarent, Petrus ceſſit rationi Pauli, & diſceſſit à ſua ratione, ex D. Cypriano. *epiſt.* 71. *ad Quintum*: Idque quandiu ratio ſuperueniens & peculiaris durat, quâ ceſſante ceſſare debet immunitas, vt rectè colligitur ex *cap.* 9. *de decimis*, in cujus ſpecie cùm Romana Eccleſia Abbati & fratribus Monaſterij de Vrſino priuilegia de decimis dediſſet, poſteà eadem ſuſtulit, hac nimirum de cauſa, quod cùm data erant, priuilegia, ita raræ Abbatiæ erant illius ordinis, quod exinde nulli poterat de iure ſcandalum ſuboriri; poſteà verò in tantùm augmentatæ, ac poſſeſſionibus ditatæ, quòd multi viri Eccleſiaſtici de illis apud ſummum Pontificem querelam ſæpe proponebant. Sic licèt iure Gentium dominia ſint diuiſa, tamen tempore neceſſitatis cibaria omnia ſunt communia, *leg.* 5. *idem etiam*. *Dig. ad legem Rhod. de iactu*, quia illa diuiſio facta fuit contra ius naturale, quo omnia ſunt communia; cujus juris ratio ceſſat tempore neceſſitatis. Quare Papa poteſt ex priuilegio derogare ſolutioni decimarum, vt dicitur ab Innocentio 3. in Concilio Lateranenſi *cap.* 22. *de Decim.* Ita tamen vt non generali conſtitutione hoc ius tollatur, ſed remittatur priuatis quibuſdam propter inopiam, vel aliam rationem. Et ita remiſſæ ſunt decimæ à Ioanne 15. Monachis Caſſinenſibus, & D. Benedicti Monaſterijs, ex chronico Caſſinenſi *lib.* 2. *cap.* 2. & Heremitis Camaldulenſibus apud Innocentium 3. *lib.* 2. *epiſt.* 12. Cartuſienſibus *cap.* 2. *de Decimis in* 6. Ciſtercienſibus *cap. ad audientiam*, *de Decimis*; fratribus Prædicatoribus, & Minoribus in *cap. nimis de exceſſib. Prælator.* & *cap.* 1. *de De-*

A *cimis &c. in Sext.* quod fit à Papa ad exemplum Prætorum, qui jus ciuile tollere non poterant in totum, ſed tantùm corrigere, ſupplere, & minuere æquitatis obtentu. Sed in rebus nouis conſtituendis euidens vtilitas eſſe debet, vt recedatur ab eo jure quod diu æquum viſum fuit, *l.* 2. *de conſtitut. Princip.* vt etiam poteſt Papa libellum repudij quamuis iure canonico contrarium concedere, ne grauiora mala ſequantur, *can. priuilegia*, *Diſtinct.* &c. & immunitates concedere charitatis lege, vt loquitur Iuo *epiſt.* 192. licèt immunitas illa ſemper odioſa fuerit, cùm decimæ ſint propriæ B Clericorum, *can. præcipimus*, 16. *Quaſt.* 1. & rejecta immunitas hæc à quibuſdam Monachis, ex *epiſt. Iuonis* 192, & *epiſt. Hugonis Pontiniacenſis ad Abatem maioris Monaſterij*, edita à Iureto poſt epiſtolas Iuonis. Et Epiſcopi eam aliquando reprehenderunt ſub periculo vitæ, ex Aimonio *lib.* 5 *cap.* 72. quod hoc prætextu Monachi inuaderent iura Parochorum, *can. placuit*, cum *ſeq.* 16. *Quaſt.* 1. Et id aliquando fuit propoſitum fuit Auenioni, dum ſubſellia Apoſtolica teneret Clemens 6. Nam legimus ab Epiſcopo Armacano, viro doctiſſimo propoſitum fuiſſe vt omnes ordines Mendicantium extirparentur, quod falcem in alie- C nam meſſem, vſurpando ſibi jura Eccleſiarum Parochialium, mitterent: quæ quæſtio propter eius obitum indeciſa remanſit, vt eſt in chronico manuſcripto *de vita Clemens* 6. quod extat in Bibliotheca Fuxenſi. Sed tamen abſque iniuria Clericorum munus hoc indulgeri potuit ex Eccleſiæ Charitate, & Epiſcopi conſenſu; vt eſt *in epiſtola Hugonis*, & in *can. peruenit* 16. *q.* 1. & Ambroſ. & Petr. Damiani *epiſt.* 14. *lib.* 2. ſi cauſa & ratio ſubſit: alioquin peccaret ſummus Pontifex, ſi abſque ratione aliquem eximeret; multo magis ſi conſtitutionem aliquam ederet, qua ſtatueretur D ne decimæ, aut aliquid earum loco ſoluerentur.

Ratio ergo Regina hominum, eſt ea quæ iubet dari decimas, & quæ diſpenſat ac eximit; nec exemptione violatur naturalis ratio, ſed potiùs extenditur ad ſpeciales rationes; nam, vt rectè Tertullianus *de Pœnitentia*, res Dei ratio, quia Deus nihil non ratione prouidit, diſpoſuit, ordinauit; nihil non ratione tractari, intelligi voluit: & *lib. de corona militis*; ſi lex ratione conſtat, lex erit omne jam quod ratione conſtiterit, à quocumque productū ſit. Et Paulus I. c. *L.* 7. *D. de bonis damnator.* cum ait, ratio naturalis, quaſi lex quædam tacita. & oſtendi ego. *in lib. de iure naturali*, *Gentium*, & *Ciuili* copio- E ſiùs. Quare ius iſtud quod à ratione eſt, alia ratio mutare poteſt, vel circumſcribere: cùm ratio in genere, vtramque rationem comprehendat, rationem juris, & rationem exemptionis ac priuilegij; rationem vt ſoluantur, & rationem vt fiat exemptio, vel ex parte, vel in in totum, idque ad tempus tantùm, nempe quandiu durat ratio propter quam quis eximitur, non in perpetuum; nec item in totum, ſed ſecundum aliquas Perſonas: quà ratione manet ius integrum, & illibatum: ſicut, licet multæ partes terræ pereant, elementum terræ non perit. Sic licet ratione naturali debeatur legitima liberis, *l.* 7. *D. de bonis damnator.* tamen eius ſubſtantia &

quantitas iure ciuili definita eſt: ſciendum enim eſt Ariſtotele, id quod æquum & iuſtum eſt, aliquando deſinere eſſe iuſtum & æquum, ſi ratio iuſtitiæ & æquitatis, cum alia ratione iuſtitiæ & æquitatis comparetur. Nam ex Ariſtotele *lib. 6. Ethic. cap. 3.* ἐστὶ ἀρχὴ τὸ δίκαιον ἀνάλογόν τι, id eſt ius comparatione conſtat, eſtque, vt idem dicit & probat *cap. 10.* ius quoddam quodam iure melius, δίκαιον μέν ἐστι καὶ βέλτιόν τινος δικαίου. Ita vt ex eiuſdem ſententia *cap. 7.* ius quamuis naturale, ſit tamen hac ratione mutabile, etſi non omne, vel non in perpetuum: quod confirmat exemplo manûs dexteræ, quæ naturâ communiter valentior eſt ſiniſtrâ, & tamen euenit vt aliqui ſiniſtrâ perinde vt dextrâ vtantur.

Extingui igitur non poteſt ab hominibus ius decimarum, quod diuinum eſt, ſed obliterari, vel in ratione eius ſoluendi & quantitate, vel etiam in exemptione propter aliquam rationem. Nam vt rectè Tertullianus *lib. de anima*, quod à Deo eſt non tam extinguitur, quàm obumbratur: poteſt enim obumbrari, quia non eſt Deus, extingui non poteſt, quia à Deo eſt. Itaque ſicut lumen aliquo obſtaculo impeditum, manet, ſed non comparet ſi tanta denſitas obſtaculo fuerit; ita bonum in anima à malo oppreſſum, pro qualitate eius, aut in totum vacat occultâ ſalute, aut quà datur radiat inuentâ libertate: ſimiliter ergo in Decimis id accidere poteſt: nam diſpenſatio eſt pars iuris & vt eſt apud Iuonem *epiſt. 144.* Diſpenſationis modus nulli vnquam ſapientum diſplicuit. Vnde B. Cyrillus *ad Gennadium presbyterum*, ſicut enim qui mare nauigant, vrgente tempeſtate, nauique periclitante, quædam exonerant vt cætera ſalua permaneant, ita & nos, cùm non habemus ſaluandorum omnium negotiorum certitudinem, deſpicimus ex ijs quædam ne cunctorum patiamur diſpendia. Nec cuiquam mirum videri debet iam dicta exemptio, aut mutatio, vel imminutio: nam cùm ante legem v. g. Abraham & alij ſatisfecerint huic debito naturali, vnâ ratione, poſt legem alij aliter; & temporibus Apoſtolorum Chriſtiani aliter quàm poſterioribus, vel noſtris ſæculis, ſignum eſt variè ſatisfieri poſſe huic præcepto, nec modum vnum eſſe potius iuris diuini, quàm alium, dum in eo ratio aliqua, vel conſuetudo ſubſit, propter quam ita, vel ita fuit: quemadmodum v. g. tranſiit mandato de celebrando Sabbatho diem Dominicum celebrando, quia dies Dominicus eſt vnus dies hebdomadæ, dies quietis: vnde etiam aliqui ſoluunt decimas pro loci conſuetudine, *cap. in aliquibus 32. de decimis* &c.

Item in Decimis locum habet compoſitio, *cap. ſuggeſtum eſt, de Decimis.* Confirmatur ex eo quod præſtatio decimæ præſcribi non poteſt, quantitas verò Decimæ poteſt, vt v. g. non Decima, ſed vigeſima fortè pro iure Decimarum præſtetur, ex Hoſtienſi *in ſumma de Decimis*, Guidone Papa *deciſ. 234.* quia nulla ratio ſuadet vt in totum tollantur, ſuadet verò vt minuantur.

Confirmatur verò rationem à ratione ſæpe vinci ex D. Cypriano, quando Petrus & Paulus rationibus certantes, Petrus lite ceſſit, & diſceſſit a ſua ratione *epiſt. ad Quintum*, nec deſpexit Petrus Paulum, quod Eccleſiæ prius perſecutor fuiſſet, ſed conſilium veritatis admiſit, & rationi legitimæ, quam Paulus vindicabat, facile ceſſit &c.

Colligitur 3. facile ex dictis ſolui difficultatem Theologorum dicentium ſi decimæ ſint iuris naturalis diuini, non poſſe ab homine aliquem eximi ab earum præſtatione: ſunt enim talis iuris diuini, quod permittat exemptionem, nempe iuris diuini ea ratione naturali, & conſtitutione ſeu lege, quæ vires & robur tantùm dei huic iuri diuino, quod ius alia ratio mutare poſſit, vt oſtendimus ſuprà.

De Definitione Beneficii.

CAP. II.

BEneficium definiri poteſt, ius vtendi fruendi fructibus rei Eccleſiaſticæ in perpetuum, quod Sacerdoti, vel Clerico ob miniſterium ſacrum competit.

Dicitur 1. IVS, ſicut feudum, quod beneficium temporale eſt, dicitur ius habendi vſumfructum rei immobilis in perpetuum, *tit. 23. lib. 2. feud.* feudo enim comparatur Beneficium vt oſtendit Duarenus *tit. in quib. cauſis feud. amittat. §. vlt. in vſib. feud. not. in cap. 4. veniens, ex. de Filiis Presbyter. cap. 11. ſi gratioſe de Reſcriptis in 6.*

Dicitur 2. IVS REI ECCLESIASTICÆ, potiùs quam res Eccleſiaſtica, contra definitionem Duareni *lib. 2. de Beneſic. cap. 4.* improprio enim ita definitur, ſicut creditor pignus accipitur pro re pignerata, *D. de pignerat. actione.*

Dicitur deinde VTENDI, quia ipſa bona Eccleſiaſtica non pertinent ad Clericos, ius enim vtendi fruendi eſt ſemper ſaluâ rerum ſubſtantia. *§. 1. de vſufructu Inſtit.* & Dominium & proprietas rerum Eccleſiaſticarum, Clericorum non eſt *cap. fraternitatem tuam, de donationib.* ſed habent tantùm earum vſum, vt inde ſeipſos & familiam ſuam alant; & ſi quid ſuperſit, pauperibus erogare tenentur, *can. 5. Clericus qui, & can duo ſunt genera 12. Quæſt. 1. & can. Epiſcopus 10. Quæſt. 1. can. 26. 27. & 28. 12. Quæſtio. 1.* ſuntque tantum diſpenſatores *can. præcipimus dicta C. 12. Q. 1. can. non ſatis diſt. 85.* eis quæ res Eccleſiæ ſunt commendatæ *can. ſine exceptione 12. Quæſt. 2* quæ eſt ſententia Panormitani in *cap. cum in officiis num. 7. de Teſtamentis* contra gloſſam *cap. vlt de offic. Ordinar. in 6.*

Nec obſtat quod habeant poteſtatem locandi fructus Eccleſiæ *cap. finali. ne Prælati vices ſuas. vel Eccleſias ſub annuo cenſu concedant, cap. veſtra nobis, de locato & conducto*: nam id faciunt nomine Eccleſiæ, vt dicto *cap. de locato.*

Nec obſtat 2. *cap. requiſiſti. de Teſtamentis §. illud, autem* quo Clericus poteſt teſtari de fructibus bonorum ſuorum: nam in eo *cap. dicto §. illud autem*, agitur de fructibus aliunde quàm occaſione Eccleſiæ ad Clericum pertinentibus.

Additur tamen FRVENDI, quia hæc ſententia eſt quorumdam, Clericos non tantùm vſum, ſed vſumfructum habere ex *gloſſa citat.* Deinde quia ſaltem in modicis videntur vſufructuarij, *cap.*

relatum, *de teſtamentis*; & idem Panurmitanus *in cap.* 1. *&* 5. *de pecul. Clericor.*

Tertiò, quia conſuetudine receptum eſt vt habeant vſumfructum, licet eam improbet Panormitanus *dict. cap.* 5. *cùm in officiis charitatis*, *de Teſtamentis.* Conſuetudo enim id poteſt operari *dicto cap. relatum eſt*, §. *licet autem*, *de teſtam.* Ex quibus colligitur Clericum nihil poſſe ex bonis Eccleſiæ conferre Teſtamento, vel aliâ ratione, ſuis cognatis, ex *can.* 38. *Apoſtolorũ* & *can.* 25. *Synodi Carthaginenſis*, quia Sanctuarium Dei iure hæreditario transferri nequit, *cap. conſuluit*, *de iure Patronat. cap. ex transmiſſa*, *de filiis Presbyteror.* & *cap.* 1. *de Præbendis & Dignit.* & *cap. ad extirpandas de fil. Presbyt.* Neque enim hodie defertur Sacerdotium vt olim, iure ſanguinis, *Numer. cap.* 3. *&* 25. *Exodi* 28. & 29. In quo differunt Beneficia à feudis, quod feuda transeant ad hæredes, *tit.* 23. *lib.* 2 *feudor.*

Dicitur IN PERPETVVM, quia Clerici non ordinantur ad tempus, nec poſſunt à ſuis Eccleſijs amoueri ſine iuſta cauſâ, *cap. vn. de Capell. Monachor. in* 6. *cap.* 1. *de clerico ægrotant. vel debilitat. can.* 1. 13. 14. *&* 17. 7. *Quæſt.* 1. Vnde viuentis beneficium dari non poteſt, vel poſſideri, *can. imprimis*, 2. *quæſt.* 1. *can.* 10. & 40. 7. *Quæſt* 1. & *cap.* 1. 2. 3. & 13. *de conceſſio. Præbend. & Eccleſ. non vacant.*

Sic legimus in antiquis inſcriptionibus perpetuos fuiſſe apud Romanos & Græcos ſacerdotes, in quibus mentio ἱερέως διὰ βίου, id eſt Sacerdotum perpetuorum, in inſcriptione Romana eſt ἀρχιερεὺς τῶ ξυμπάντων ξυςτῶ διὰ βίου, id eſt Princeps Sacerdotum qui religionem Athletarum & Scenicorum obſeruabant, perpetuus ad vitam.

Ex quo ſequitur Prioratus Clauſtrales Beneficia non eſſe, quia non ſunt perpetuæ, ſed temporariæ & precariæ adminiſtrationes; nec Loca Collegialia quæ ad tẽpus dantur Scholaribus, vt docet Rebuffus *in tractatu de Nominationũ*, *quæſt.* 10. *Num.* 20. nec Commendæ quæ ad tempus fiunt *cap. nemo Deinceps*, *de electione in Sexto.* Cæterum notandum eſt Papam poſſe conferre Beneficia ad tempus, *can. Paſtoralis officii*, 7. *Quæſt.* 1. *cap. ſi gratioſe tibi*, *de reſcript. in* 6. Vnde pendent Commendæ. Item Commendas in Gallia eſſe perpetuas, & vt vulgò loquimur, *Commendes en Benefice ſont comme commiſſions aux Offices.*

Dicitur SACERDOTI vel CLERICO: nam nemo Beneficium habet niſi qui ad certi loci ſeu Eccleſiæ adminiſtrationem ordinatus eſt, vel ad certum miniſterium Eccleſiæ. Vnde beneficia appellantur Ordinationes *can. fin. Diſtinctio.* 66. & 96. *cap.* 1. *ſi eo tẽpore de reſcriptis in* 6. & *can. de iis*, *Diſtinctione* 28. in quibus gloſſis qui non poteſt ordinari, non poteſt beneficium accipere. Quarè etiam Electiones Laodicena ſynodus vocat, *can.* 5. ordinationes, χειροτονίας, τὰς ψήφους.

Addimus *vel Clerico.* Clericus enim primæ tõſuræ dicitur Eccleſiaſtica Perſona, nec eſt amplius Laicus, *cap. finali de temporibus ordinat.* in Sexto *& can.* 7. *Cauſa* 12. *Quæſt.* 1. Panormitanus *in rubric. de vita & honeſt. Clericor.* textus *cap. cum contingat*, *tit. eod.* & Rebuffus *in praxi beneficiorum*, *de miſſione in poſſeſſionem*, *Num.* 15.

A & Balſamo *in can.* 33. *ſynodi* 6. *in Trullo*: nota autem, ait, quod ſimul acceperunt aliqui tonſuræ characterem à manu Antiſtitis, eos pro Clericis habet canon; & addit: λέγει δὲ κληρικὸν τὸν μόνην ἔχοντα σφραγῖδα, dicit Clericum qui ſolam habet tonſuram. Confirmatur ex eodem Concilio in Trullo *can.* 27. & Corona clericalis dicitur *Papale & ra* in Donatione Cõſtantini, & apud Balſamonem *ad ſynod.* 6. *can.* 21. concilio quoque Laodiceno *can.* 24. in minoribus ordinibus conſtituti dicuntur eſſe ordinis Eccleſiaſtici: & à Photio *nomo can. tit.* 3. *de fide cap.* 31. vbi Balſamo ex Baſilicis *lib.* 3. *cap.* 5.

B Quarè Clerici etiam in minoribus ordinibus conſtituti, poſſunt obtinere beneficium, licet eorum miniſterium ſit prophanum, & à Laicis exequi poſſit: nam Laici poſſent Oſtia claudere, &c. Sed id ideo fit quia jam ad ſacram communicationem delecti ac deſtinati ſunt, & inſtitutionis cujuſdam cauſâ occupantur in leuioribus muneribus. Quarè non ſimpliciter vt oſtia claudant, eis aſſignantur reditus Eccleſiaſtici, ſed vt interim in illo miniſterio alantur, & inſtituantur, atque inde Sacerdotum & Epiſcoporum extet ſeminarium. Meritò itaque Tonſurati ſolùm, vel in minoribus conſtituti, poſſunt dici ordinati, quod vel inde colligere licet, quia cùm dicitur *in cap.* 2. *de Præbend. & Dignitatib.*

C neminem ordinandum eſſe ſine titulo, omnes Interpretes id extendunt ad omnes Clericos cujuſcumque ordinis ſint, etiam minoris, licet poſſint recedere à ſtatu Clericali; quia antequam receſſerint, tenebitur Epiſcopus ſtipendia & alimenta eis ſubminiſtrare, ſi ſine titulo eos ordinauerit: & ideo Patrimonium Clerici, quod pro Beneficio ſupponitur, dicitur titulus ordinandi, *cap. tuis quæſtionibus*, *de Præbendis & Dignit.* & *cap.* 4. *Epiſcopus eod. tit.*

Ex quo ſequitur Penſionem non eſſe beneficium, vt vulgo cenſent Interpretes, ex *cap.* 4. *de Præbendis in Sexto*, & *cap.* 31. *ad audientiam de Reſcriptis*, eo quod Penſio plerumque Laico

D propter eius benemerita conceditur, *can. poſſeſſiones* 16. *Quæſt.* 1 poteſt que extingui.

Nec in beneficiorum numero habenda Xenodochia, Leproſariæ, Eleemoſynariæ, & cætera eiuſmodi, ex *cap.* 2. *de Præbendis*, *&c.* & *cap.* 2. *qui contingit de Religioſis domibus in Clement.* vbi prohibentur dari in titulum Beneficiatijs, niſi in fundatione aliter dictum ſit, aut ſit de Rectore loci per electionem prouidendum, quibus caſibus ſi fuerint vnita eiuſmodi pia loca Eccleſijs, Beneficia reputabuntur, *Clement. per literas de Præbendis.*

E Idem dicendum de Præceptorijs, ſacrorum militum Ordinis Hoſpitalarij S. Ioannis Hieroſolymitani, vel alterius Ordinis, licet perpetuæ ſint, quia ij qui conferunt, vel quibus conferuntur eiuſmodi Commendæ non ſunt Sacerdotes vel Clerici, ſed Laici conuerſi, & Religioſi viuentes in ſæculo. Quâ ratione ea quoque quæ dantur Laicis ab nolarum æ nearum pulſationem, vel quia æditui ſunt, aut ſymphoniaci, beneficia non ſunt.

Nec item Beneficia ſunt Vicariatus generalis, officialatus, & ſimilia, *cap.* 2. *de Reſcriptis in Clementinis*, quia non dantur Clerico in titulum, nec ius vllum dant in reditus Eccleſiarum; & propriè ſunt Officia, non beneficia.

Dicitur denique, OB MINISTERIVM SACRVM COMPETIT, ex quo ſequitur Beneficium eſſe quod datur aſſiduis qui deſeruiunt Eccleſiæ, licet non ſint Canonici, & qui ad reſidentiam tenentur, *cap. penult. de Clericis non reſidentib.* A

Item ſequitur Portiones quoque quæ dantur Clericis, vel Monachis beneficia eſſe; & Præſtimonia, quæ fuerunt inſtituta pro ſtudentibus, & pro ſubſidio contra infideles, licet nullum, vel paruum ſeruitium habeant, *cap. fin. l. de conceſſ. Prabend. in 6.* dummodo habeant iniunctum onus ſpirituale: Contra tamen Coadiutorias beneficia non eſſe, licet alendus ſit Coadiutor ex facultatibus Eccleſiæ, *cap. de Rectoribus* cum ſeqq. *de Clerico ægrotant. vel debilitat.* B nam is cui datur Coadiutor, remanet Titularius & Poſſeſſor beneficij; & is qui datur Coadiutor, eſt tantum inde alendus, & poteſt amoueri, *cap. nemo deinceps de elect. in 6.*

Nec obſtat quod dicitur in *dicto cap.* Coadiutorem habere curam animarum: nam ex ſententia Panormitani, hæc verba ſic intelligenda ſunt, vt habeat exercitium curæ in actu, in habitu verò cura penes infirmum reſideat, *cap. vn. de cler. ægrot. in 6.*

C

De Diuiſione Beneficii.

CAP. III.

DVarenus *lib. 2. cap. 5. & 9.* duas præcipuas affert Beneficiorum diuiſiones: 1. eſt vt quædam Dignitatem habeant, quædam Curam animarum ſine dignitate, quædam nec curam nec dignitatem vt Simplicia: 2. eſt, vt quædam ſint Sæcularia, quædam Regularia.

Quod attinet ad primam diuiſionem, ſciendum eſt, vt in re ciuili, honor eſt adminiſtratio cum titulo & gradu dignitatis; munus verò eſt D ſine tali titulo *l. honor, D. de munerib. & honorib.* ſimiliter in iure canonico, ſunt quædam adminiſtrationes cum Dignitate, quæ veri honores, vt maiores dignitates; quædam tanquam Munera, vt Parochorum adminiſtrationes. Et licet latâ ſignificatione omnes Clerici dicantur habere Dignitatem, *can. denique, diſt. 4. can. ſi quis, diſt. 51.* & *can. reperiuntur 1. Quæſt. 1.* tamen proprie Dignitas appellatur quando adminiſtratio cum iuriſdictione & poteſtate aliqua coniuncta eſt, vt recte gl. *in cap. 1. de conſuetud. in Sext.* & Panormitanus, & alij notant in *cap. 28. de Præbend. & dignitat.* E

Dignitates ergo erunt, ſeu Beneficia dignitatem habentia, inter ſæcalares, Papatus, Cardinalatus. Patriarchatus, Primatus, Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus; quæ celſiores Dignitates appellantur, & Beneficia quoque dicuntur in *cap. 1. de maledicis, & cap. 1. grauegerimus, de officio Iudicis ordinarii*: inter Regulares, Abbatiæ & Prioratus Conuentuales.

PAPATVS ergo eſt ſumma dignitas quæ alias omnes in ſe complectitur, & omnes antecedit: nam Romanus Pontifex omnibus Eccleſiaſticis præeſt ad inſtar Regis, ex ea poteſtate quam Dominus Petro, cuius Papa eſt ſucceſſor, dedit

A his verbis: paſce oues meas, *cap. vnam ſanctam Eccleſiam, de maioritate & obedientia, in Extrauagantib. communib.* & ex Chryſoſtomo *lib. 2. de Sacerdotio*; Nicolao 1. *epiſt. ad Metropolitanos & Epiſcopos Conſtantinopolitanæ ſedi ſubiectos*; Gregorio *lib. 4. epiſt. 31. ad Mauritium Imperatorem.* Eucherio Lugdunenſi, *ſerm. in vigil. Petri*, his verbis: dicit Dominus Petro, paſce oues meas; prius agnos, deinde oues commiſit ei, quia non ſolùm Paſtorem, ſed Paſtorem paſtorum conſtituit. Paſcit igitur Petrus agnos, paſcit & oues, paſcit & filios, paſcit & matres, regit & ſubditos & Prælatos: omnium igitur Paſtor eſt; quia præter agnos & oues in Eccleſia nihil eſt. Quare Arnobius *in pſalm. 138.* B notat nullum Apoſtolorum factum Paſtorem, vt Petrum, qui hoc habuit commune cum Chriſto, ſicut & nomen Petræ, vt notat Maximus Taurinenſ. Epiſcopus *hom. in natiuitat. Apoſt. Petri & Pauli.*

Secundò iſtis verbis, rogaui pro te vt non deficiat fides tua, & confirma fratres tuos, ex Felice 1. *epiſt. ad Benignum*; Agathone *epiſt. ad Imperatorem Conſtantinum in 6. ſynodo act. 4.* & Nicolao *epiſt. ad Michaelem*; ex Innocentio 3. *epiſt. ad Epiſcop. Arelatenſem* & refertur *cap. Maiores, de Baptiſmo*, Innocentio 2. *epiſt. ad Epiſcopum Senonenſem, & alios Epiſcopos*; Leone 1. *ſerm. 3. de aſſumptione ſua.* Bernardo *epiſt.* C 190. *ad Innocent. 2.* Lucio 1. *epiſt. ad Epiſcopos Hiſpan. & Galliæ.* D. Auguſtino 104. *quæſt. veteris & noui Teſtamenti* 75. pro Petro, ait, rogabat, & pro Iacobo, & pro Ioanne non rogabat, vt cæteros taceam; manifeſtum enim eſt in Petro omnes contineri, rogans enim pro Petro, pro omnibus rogaſſe dignoſcitur: & propter illam orationem Chriſti, ſeu illa eius verba, omnes colligunt Eccleſiam Romanam non poſſe errare, & eſſe immaculatam, vt loquitur Hieronymus *contra Ruffinum*, & conſtat ex Marco Papa *epiſt. ad Athanaſium*, concilio generali 6. *act. 8.* vt pote Sponſam Chriſti in- D corruptam *canon. ad Romanam 24. Quæſtion. 6.*

Tertiò his verbis, tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam: tibi dabo claues regni cælorum; quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis, & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis, ex Anacleto *epiſt. 3. cap. 3.* Alexandro 1. *epiſt. 1.* Iulio 1. *epiſt. 2. ad Theodoretum*, Papa Pio 1. *epiſt. 1.* Ioanne Conſtantinopolitano Patriarcha *epiſt. ad Hormiſdam Papam.* Gregorio 7. *lib. 8. epiſt. 21. ad Epiſcopum Metenſem.* D. Auguſtino *ſerm. 5. de feſto* E *SS. Petri & Pauli*, his verbis: ſolus inter Apoſtolos meruit audire, amen dico tibi quia tu es Petrus & ſuper hanc petram &c. dignus certè qui ædificandis in domo Dei populis lapis eſſet ad fundamentum, columna ad ſuſtentaculum, clauis ad Regnum, S. Marcellus *epiſt. 1.* ipſe, ait, eſt caput totius Eccleſiæ, cui ait Dominus tu es Petrus &c. & huc trahunt clauès Stephanus 3. *epiſt. ad Carolum & Carolomannum*, & Adrianus 1. *epiſt. 5.* & Nicolaus 1. *epiſt. 6.* item D. Hilarius *cap. 16. in Matthæum*, & Beda *hom. in die SS. Petri & Pauli*: idem, ait, B. Petrus qui Chriſtum verâ fide confeſſus, vero eſt amore ſequutus,

ſpecialiter claues Regni cœlorum, & Principa- [A] tum iudiciariæ poteſtatis accepit, vt omnes per orbem credentes intelligerent quia quicumque ab vnitate fidei, vel ſocietate illius, quolibet modo ſeipſos ſegregant, tales nec vinculis peccatorum abſolui, nec ianuam Regni cœleſtis poſſint ingredi. ex quibus poſſet inferri, cùm claues non ſint datæ alijs Apoſtolis, ſed tantum dictum ſit, quorum remiſeritis Peccata, euntes prædicate, eos non ſoluere, nec ligare niſi per clauem Petri. Cujus rei plura ſigna & argumenta præceſſerunt, vel ſubſequuta ſunt, vt quod Chriſtus pro ſe & Petro voluit ſolui didrachma, non pro alijs, ex D. Auguſtino *Quæſtionum veteris & noui Teſtamenti Quæſt.* 75. Saluator, ait, cum [B] pro ſe & Petro dari iubet didrachma, pro omnibus exoluiſſe videtur, quia ſicut in Saluatore erant omnes cauſæ Magiſterij, ſic & poſt Saluatorem omnes in Petro continerentur: ipſum enim conſtituit eſſe caput eorum, vt Paſtor eſſet gregis Dominici, ſicut Chriſtns Dominus eum fundamentum ſuæ Eccleſiæ appellauerat, tu es Petrus, &c. Idem habet D. Hieronymux *Comment. in Matth. cap.* 18. in hæc verba: quis putas maior eſt in Regno cœlorum? quia viderunt, ait, pro Petro & Domino idem tributum redditum, arbitrati ſunt Petrum omnibus eſſe prælatum. Chryſoſtomus *homil.* 59. *in Matth.* cùm, ait, ad vnum delatus honor eſt, tunc ma- [C] xime doluerunt, quamquam non ex hac reſolùm, ſed ex alijs multis inflammati fuerunt, tũ quia dixit dabo tibi claues Regni cœlorũ, tum quia beatus es Simon, tum etiam hic, da ex illis pro me & te. Deinde quòd ſolus iuſſus eſt mittere hamum, iuriſdictio enim Petri hamo ſignificatur, *can. eſt aliud* 24. *Quæſt.* 2. eſt, inquit, aliud piſcandi genus, quo genere ſolum Petrum piſcari Dominus iubet, dicens mitte hamum, & eum piſcem qui primus aſcendet, tolle. Et *can. plurimos*, *Diſtinct.* 82. & ideo ſolus Petrus piſcatur hoc genere, ipſe enim habet poteſtatem ligandi atque ſoluendi præ alijs.

Tertiò quod primos Apoſtolorum ſemper loqnutus eſt in cœtibus Apoſtolicis, aut pri- [D] mos reſpondit Chriſto interroganti Apoſtolos, *Marci cap.* 10. *Lucæ* 8. & ex D. Chryſoſtomo *homil.* 21. *in Acta*: vide vbique Petrum circumcurſare, & primùm inueniri; quando eligendus Apoſtolus, hic primus; quando loquendum Iudæis non eſſe ebrios Apoſtolos; quando curandus claudus; quando hic concionandum, præ alijs eſt; quando agendum contra Principes; quando contra Ananiam; quando ab vmbra ſanationes fiebant, hic erat: & ideo Petrus dicitur totios Apoſtolici cœtus os, à Theophylacto *in cap* 21. *S. Ioannis*, & D. Chryſoſtomo *homil.* 58. *in S. Matthæi.*

Quartò quòd cùm Petrus non fuerit primus [E] Apoſtolorum vocatione, debeat eſſe talis dignitate & poteſtate, vt conſtat ex D. Ambroſio *in* 2. *ad Corinthios cap.* 12. prior ſequutus eſt Andreas Saluatorem quàm Petrus, & tamen Primatum non accepit Andreas, ſed Petrus: quare & nominatur primus *Matth.* 10. ℣. 2. quæ omnia complexus eſt Innocentius 3. *lib.* 1. *myſteriorum Miſſæ cap.* 8. omnibus Apoſtolis Chriſtus vnum Præpoſitum, videlicet Petrum, cui totius Eccleſiæ Principatum & ante Paſſionem, & circa Paſſionem, & poſt Paſſionem commiſit; [A] ante Paſſionem cum dixit tu es Petrus &c. licet enim omnibus Apoſtolis communiter dixerit, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; principaliter Petro conceſſit, cùm dixit quodcumque ligaueris, &c. Circa Paſſionem autem cùm pluraliter dixiſſet omnibus, Simon ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum, ſingulariter tamen pro Petro ſubjunxit, ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua, ſtatimque ſubjunxit, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos, ad Petrum autem tanquam ad Magiſtrum pertinet cæteros confirmare &c. Poſt Paſſionem denique cùm tertio quæſiſſet à Petro, Simon Ioannis diligis me plus his? [B] & ille tertio reſpondiſſet. Domine tu ſcis quia amo te; tertioque præcepit, paſce oues meas, ſtatimque ſubjunxit ſequere me; Petrus enim ſequutus eſt Chriſtum, non ſolùm genere Martyrij, ſed etiam in ordine Magiſterij.

Quare D. Dionyſius *de diuinis nominibus cap.* 3. vocat Petrum ſupremum decus, & antiquiſſimum Theologorum columen, ſummum & verticalem Apoſtolum. D. Chryſoſtomus *homil.* 5ã. *in S. Matthæi* 5. os & Principem Apoſtolorum, Verticem totius conſortij, Paſtorem ac Caput Eccleſiæ. Euſebius *lib.* 2. *Hiſtoriæ cap.* 14. probatiſſimum omnium Apoſtolorum, ac maximum fidei magnificentia primorum Prin- [C] cipem, τὸν ἁπάντων ἀποστόλων προήγορον. Cyrillus Hieroſolymitanus *catecheſi* 2. ex inſtitutione Chriſti diſcipulorum primum, & Regni cœlorum Clauigerum. Cyrillus Alexandrinus *lib.* 2. *in Ioannem cap.* 64. Principem & Caput cæterorum. Chryſoſtomus *homil* 55. *in Matthæum*, Paſtorem & Caput, vniuerſoque terrarum orbi à Chriſto Præfectum & Præpoſitum. Origenes *in cap.* 1. *Ioannis*, & Epiphanius *hæreſi* 51. Ducem diſcipulorum. D. Hieronymus *lib.* 1. *contra Iouinianum*, Caput omnium Apoſtolorum creatum à Domino. D. Auguſtinus *in pſalmum* 108. Primatu à Domino fuiſſe donatum. Concilinm Chacedonenſe *act.* 3. anno 483. Petram & Crepidinem Eccleſię catholicæ, & rectæ fidei fun- [D] damentum. Sozomenus *lib.* 7. *cap.* 4. Principem Apoſtolorum. Hippolytus Martyr *orat. de conſummatione Mundi*: Principem & fidei Petram. S. Petrus Alexandrinus *ſerm. de pænit.* & Baſilius in *proœm ò præceptionum latius diſputatorum*, & Caſſianus *lib.* 3. *cap.* 12. *de Incarnatio. Domini*, Principem Apoſtolorum. Optatus Mileuitan. *lib.* 2. *contra Donatiſtas*, & Hieronymus *in pſalm.* 13. Caput Eccleſię.

Primatus ergo Eccleſiæ Petro competit, Primatuſque inter Apoſtolos, ex D. Ambroſio *in cap.* 1. *ad Galatas*, vbi dicit Paulus ſe profectum Hieroſolymam ad videndum Petrum: Addit enim D. Ambroſius; ſi quidem dignum fuit vt cuperet videre Petrum, quia primus erat [E] inter Apoſtolos, cui delegauerat Saluator curam Eccleſiarum: & ex D Hieronymo *epiſtola* 89. *ad D. Auguſtinum cap.* 2. & Theodoreto *in cap.* 1. *ad Galatas*, & Theophylacto, & Oecumenio *ibid.* Item ex D. Chryſoſtomo *homil.* 11. *in Sanctos*, vbique, ait, Primatum Apoſtoli Petro præbent, & in concionibus eum anteponunt, quamuis cęteris rudior videretur: ex Maximo Conſtantinopolitano Patriarcha *epiſtola ad Orientales an.* 450. hunc ex cęteris mortalibus de toto orbe Conditor orbis eligit, cui Cathe-

dram

dram Magiſterij principaliter poſſidendam tenere perpetuo Magiſterij iure conceſſit. Ex Leone *ſerm. 3. de anniuerſario de aſſumptionis ad Pontificatum*: vnus de toto Mundo Petrus eligitur, qui & vniuerſarum Gentium vocationi, & omnibus Apoſtolis cunctiſque Eccleſiæ Patribus præponatur, vt quamuis in populo Dei multi Sacerdotes ſint multique Paſtores, omnes tamen propriè regat Petrus, quos principaliter regit & Chriſtus: & *epiſt. 81. ad Dioſcorum Alexandrinum Patriarcham*, beatiſſimus Petrus Apoſtolicum a Domino accepit Principatum, & Romana Eccleſia in eius manet inſtitutis. Melchiade *epiſt. ad Epiſcopos Campaniæ* anno 310. licet cunctorum Apoſtolorum par eſſet electio, B. tamen Petro conceſſum eſt vt aliis præemineret; D. Cypriano *de Eccleſ. vnitate*: Primatus Petro datur vt vna Chriſti Eccleſia, & Cathedra vna monſtretur; & Paſtores ſunt omnes, ſed grex vnus oſtẽditur, qui ab Apoſtolis omnibus vnanimi conſenſione paſcatur. Optato Mileuitano *lib. 2. contra Donatiſt.* D. Auguſt. *contra Donaſt. cap. 1.* in Petro Primatus Apoſtolorum excellenti gratia præeminet. D. Baſilio qui ait *præfatione de iudicio Dei*, Petrum iuſſo Domini cunctis Apoſtolis prælatum fuiſſe.

Quia verò D. Petrus Primatum tenuit in Eccleſia, conſequenter & ſummus Pontifex eiuſque Cathedra eſt omnium prima ex concilio Nicæno *can. 39.* ille qui tenet Sedem Romæ, Caput eſt, & Princeps omnium Patriarcharum, quandoquidem ipſe eſt primus ſicut Petrus cui data eſt poteſtas in omnes Principes Chriſtianos, & omnes populos eorum, vt qui ſit Vicarius Chriſti Domini noſtri ſuper cunctos populos & vniuerſam Eccleſiam Chriſtianam: & quicumque contradixerit, à ſynodo excommunicatur. Concilio Epheſino *cap. 16.* nulli dubium, imò ſæculis omnibus notum eſt, ſanctum beatiſſimumque Petrum, Apoſtolorum Principem & Caput, fideique Columnam, Eccleſiæ catholicæ fundamentum à Domino Ieſu Chriſto Saluatore noſtro cœleſtis Regni claues accepiſſe, ſoluendi atque ligandi poteſtate, quam acceperat, vſum fuiſſe, nec non per Succeſſores ſuos huc uſque viuere. Innocentio 3. *epiſt. 12. ad Epiſcopos Germaniæ & Galliæ*: Petrus Princeps Apoſtolorum adiutores ſibi aſciuit Linum & Cletum, non tamen poteſtatem Pontificij, aut ligandi aut ſoluendi eis normam tradidit, ſed Succeſſori ſuo Clementi. Ex concilio Chalcedonenſi *actio 16.* vnde quod Agatho Papa dictauerat, cenſebatur dictatum à D. Petro: ex concilio Conſtantinopolitano *actio. 8. contra Monothelitas*; epiſt. Adriani ad Tharaſium Epiſcopum Conſtantinopolitanum in ſynodo Nicæna 2. cuius ſedes per totum orbem terrarum Primatum obtinens lucet, omniumque Eccleſiarum Dei, Caput exiſtit. Concilio Lateranenſi 4. ſub Innocentio 3. *cap. 5.* Romana Eccleſia diſponente Domino ſuper alias ordinariæ poteſtatis obtinet Principatum, vtpote Mater vniuerſorum Chriſti fidelium, & Magiſtra Concilio Lugdunenſi 2. & *cap. vbi periculum de elect.* in Sexto, vbi dicitur Romanum Pontificem S. Petri Succeſſorem Chriſti Domini Vicarium, & ex eius præſcripto vniuerſalis Eccleſiæ Rectorem. Quare D. Irenæus *lib. 3. cap. 3.* ait ad Romanam Eccleſiam propter potiorem Principalitatem oportere omnes Eccleſias conuenire: & ex Tertulliano *de præſcription. hæretic.* nonne, ait, eandem Sedem Romæ à S. Petro locatam, primùm dixit, & eius Pontifices B. Petro ſucceſſiſſe in eadem ſede quam præcipuam vocat, ad cuius Tribunal ſolummodo in dubiis fidei recurrendum. Et ex D. Cypriano *ad Cornelium lib. 1. epiſt. 3.* hanc Cathedram S. Petri vocat Eccleſiam principalem. Vnde vnitas Sacerdotalis orta ſit, ad quam perfidia nullo vnquam tempore potuit habere acceſſum. & D. Athanaſius *epiſt. ad ſolitariam vitam agentes*, ait Romanam Eccleſiam eſſe Sedem Apoſtolicam, & Poteſtatum Culmen. Sozomenus *lib. 4. cap. 16. hiſt.* vocat Matrem omnium Sedem. Leo *epiſt. 84.* Matrem ac Dominam. D. Gregorius *lib. 2. Regiſt. epiſt. 30.* cunctis Eccleſiis prælatam ipſo Deo diſponente omnium Eccleſiarum Matrem, Magiſtram, Principemque exiſtere: & D. Hieronymus *epiſt. 16.* tutiſſimum portum communionis catholicæ: & Optatus *lib. 2. contra Parmenianum*, Cathedram vocat ſingularem & vnicam, & D. Baſilius *epiſt. 77.* Caput vniuerſalis Eccleſię Et ideo D. Ambroſius vocat catholicam Eccleſiam Romanam *orat. funebri de Satyro fratre*; & D. Auguſtinus *epiſt. 165. contra Schiſmaticos Donatiſtas.* Et nomine Romanorum intelliguntur Catholici, apud Gregorium Turonenſem *de gloria Martyrum cap. 25.* ipſeque Papa dicitur Rector omnium Eccleſiarum *nouel. Valentin. & Theodoſ. cod. Theodoſ. de Epiſcoporum ordinatione.*

Ratio iſtorum eſt quia Eccleſia Romana eſt Eccleſia Petri a Deo fundata quando illum fecit Caput Eccleſiæ ex *can. 2. Sacroſancta, diſtinct. 22.* his verbis: Sacroſancta Romana & Apoſtolica Eccleſia, non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino Saluatore noſtro Primatum obtinuit, & Eminentiam poteſtatis ſuper vniuerſas Eccleſias, ac totum Chriſtiani populi gregem aſſecuta eſt, ſicut ipſe B. Petro Apoſtolo dixit, tu es Petrus &c. qui canon eſt Anacleti *epiſt. 1.* & *can. omnes diſtinct. 21.* dicitur quod Eccleſiam Romanam fundauit Verbum quo cœlum conſtructum eſt: & *can. 3. quamuis, diſtinct. 21.* dicitur quamuis vniuerſæ Eccleſiæ vnus Thalamus Chriſti ſint, Sancta tamen Romana, Catholica, & Apoſtolica Eccleſia, nullis ſynodicis conſtitutis, cæteris Eccleſiis prælata eſt, ſed Euangelica voce Domini & Saluatoris noſtri Primatum obtinuit: & *can. Dominus diſt. 19.* & Nicolai in *epiſt. ad Michaelem Imperatorem* priuilegia Eccleſiæ Romanæ à Chriſto donata, à ſynodis vero Oecomenicis non donata, ſed celebrata, atque honorata: & *epiſt ad Mediolanenſes*, Eccleſiam Romanam ſolus ipſe Chriſtus fundauit, & ſuper Petram fidei mox naſcentis erexit: qui B. Petro æternæ vitæ Clauigero, terreni ſimul & cœleſtis Imperij iura commiſit; non ergo quælibet terrena ſedilia, ſed illud Verbum quo conſtructum eſt cœlum & terra, per quod Denique omnia condita ſunt elementa, Romanam fundauit Eccleſiam; illius certè priuilegio fungitur, cuius authoritate fulcitur. Et Gelaſius 1. *in Romano concilio*, Romana Eccleſia cæteris prælata eſt non ſynodicis conſtitutis, ſed Euangelica voce Domini & Saluatoris noſtri Primatum ob-

tinuit, his verbis *tu es Petrus* &c. & *cap. nouit de Iudicijs*: cùm non, ait Papa, humanæ conſtitutioni, ſed diuinæ potius innitamur, quia poteſtas noſtra non eſt ex homine ſed ex Deo: & D. Thomas *opuſculo contra errores Græcorum cap. 64. 65. & 66.* de Primatu Petri & Papę loquens, hæc refert ex Cyrillo Alexandrino, ſicut Chriſtus accipit à Patre ſuper omne quodcumque eſt, vt ei cuncta curuentur, pleniſſimam poteſtatem; ſic & Petro, & eius Succeſſoribus hanc pleniſſimè dedit.

Confirmatur ex concilio generali 5. ſub Vigilio: contempſerunt Eccleſiam Romanam in qua eſt ſucceſſio Principis Apoſtolorum. Nicæno *2. act. 2.* cujus Sedes (loquitur de Hadriano) per totum orbem Primam obtinens lucet, omniumque Eccleſiarum Dei caput exiſtit, vbi & ipſe beatus Petrus &c. & D. Cypriano *lib. 4. epiſtola 2. ad Antonianum*, qui ait Cornelium Papam locum S. Petri gradumque Cathedræ eius accepiſſe: & *can. nolite errare Diſtinct. 11.* vbi Romana Eccleſia S. Petri Sedes appellatur: & *can. cum beatiſſimus 24. Quæſt. 1.* & D. Bernardo *epiſt. 1. ad Eugenium* his verbis: locus in quo ſtas, terra ſancta eſt, locus Petri eſt.

Quare vel Petrus, vel eius Succeſſores omnes alias Eccleſias inſtituerunt, & alios Epiſcopos ordinarunt, vt rectè annotauit Hugo temporibus Emanuelis Conſtantini, qui ita alloquitur Græcos ſuos de Petro & eius Succeſſoribus: ex ipſa euidentia liquidò apparet, quod Petrum eiuſque Succeſſorem, ſcilicet Romanum Pontificem, Chriſtus Principem & Caput non modo Latinorum, Græcorum, Occidentis, Septentrionis vniuerſi, verum etiam Armeniorum, Arabum, Iudæorum, Madianitarum, Amalechitarum, & totius Orientis & Meridiani climatis, in perpetuum conſtituit: ob quam rem Occidui ſolis limites vniuerſi, Petri Succeſſorem vſque nunc ſibi Dominum recognoſcunt, & ſub illo Præſule diriguntur, quod omnem ab vtero gremioque Matris errantē facere oportunū eſt. Petrus enim magnus Chriſti Apoſtolus, in omnibus ferè ciuitatibus Cappadociæ, Phrygiæ, Macedoniæ, Helladis, Epiri, Siciliæ, Italiæ, Galliæ, Hiſpaniæ extremitatum Epiſcopos ordinauit: etenim Iacobus eius fauore Hieroſolymorum Thronum tenuit; deinde Euodium Antiochiæ ordinauit, Tharſi Vrbanum, Epaphroditum Lyciæ, Sygellum Epheſi, Smyrnæ Apellem, Philippis Olympum, Theſſalonicæ Iaſonem, Sylam Corinthi, Parthis Herodianum, Magnum Tauromini, Alexandriæ Marcum; amplius autem in Niceæ Thraciæ partibus ſimilem apparuit ordinē, & eundem factum iri Succeſſoribus ſuis commendauit: nam vt eſt apud Iſidorum *lib. 2. de officiis cap. 5.* in nouo Teſtamento poſt Chriſtum ordo Sacerdotalis ab Apoſtolo Petro cœpit: ipſi enim primus Pontificatus datus eſt in Eccleſia Chriſti, dicente Domino, *tu es Petrus* &c. quæ verba ſumpta ſunt ex S. Anacleto *epiſt. 2. can. 6. in nouo, Diſtinct. 21.* Et ideo D. Auguſtinus *tractatu 124. in Ioannem*, ait Petrum ſignificaſſe ſeu repræſentaſſe Eccleſiam, quando ei dictum eſt, *tibi dabo claues* &c. quod, ait, ad Petrum attinet, naturâ vnus homo erat, gratiâ vnus Chriſtianus, abundantiore gratiâ vnus idemque primus Apoſtolus, ſed quando ei dictum eſt, *tibi dabo claues* &c. vniuerſam ſignificabat Eccleſiam: & *Pſal 108.* quædam dicuntur quæ ad Apoſtolum Petrum propriè pertinere videntur, nec tamen illuſtrem haberent intellectum, niſi cum referuntur ad Eccleſiam, cujus ille agnoſcitur in figura geſtaſſe Perſonam, propter Primatum, quem in Diſcipulis habuit: & *ſerm. 13. de Verbis Domini*, dicitur Eccleſiæ figuram portans, Apoſtolatus Principatum tenens: & *tractatu in Ioannem 11. & 124.* propter, ait, Apoſtolatus ſui Primatum Petrus Eccleſiæ gerebat figuratâ generalitate Perſonam, quod enim ad ipſum propriè pertinet, naturâ vnus homo erat, gratiâ vnus Chriſtianus, &c. vt ſuprà. Item *tractatu 50. in Ioannem cap. 12.* & refertur *can. 6. quodcumque 24. Quæſt. 1.* vbi habetur, cùm dictum eſt Petro, quodcumque ligaueris, &c. dictum quidem Petro homini particulari, ſed tanquam futuro capiti Eccleſiæ, quod vel ex eo manifeſtum eſt, quod dicat Chriſtus, *tibi dabo*, in futuro; facit enim pollicitationem illam, vt oſtendat ſe alloqui tunc Petrum Apoſtolum quidem, nondum Principem declaratum Apoſtolorum, poſtea talem futurum; cui ideo Deus daturus eſſet claues non tanquam Petro, vt tunc erat vnus ex Apoſtolis, ſed vt Capiti Eccleſiæ, quo ſenſu ſignificabat Eccleſiam. Et dici poteſt quod ſicut ab vno Adamo primo homine, qui repræſentabat genus humanum, peccatum deriuatum eſt ad omnes, ita ab vno Petro repræſentatam totam Eccleſiam, & conſequenter per eum claues Eccleſiæ datas eſſe alijs Epiſcopis, vt rectè Tertullianus *lib. ſcorpiac. contra Gnoſticos cap. 10.* ſi & adhuc clauſum eſt cœlum, memento claues eius hic Dominum Petro, & per eum Eccleſiæ reliquiſſe. & D. Thomas *lib. 4. contra Gentes cap. 76.* vbi dicitur Chriſtum ſoli Petro promittendo dixiſſe, *tibi dabo claues Regni cœlorum*, vt oſtenderetur quod poteſtas clauium erat per eum ad alios deriuanda, ad conſeruandam Eccleſiæ vnitatem. Qua propter Eccleſia Romana ſicut Petrus omnes Patriarchas, primatus Metropoles, Epiſcopatus inſtituit *can. Mediolanenſis Diſt. 21.* & ex D. Auguſtino *in pſalmum vel epiſt. contra Partem Donati*: at de Petro nihil tale reperies, qui ideo authoritate ſuâ reliquit Antiochiam, & Romanam Sedem occupauit, tanquam vniuerſalis potuerit eligere Sedem vbi voluerit.

Dices Apoſtolos omnes fuiſſe æquales, & omnibus ſimul dictum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur: vnde *in can. in nouo, Diſtinct. 21.* dicitur quod cæteri Apoſtoli cum eodem Petro pari conſortio honorem & poteſtatem acceperunt.

Reſpondetur cum S. Leone *1. epiſtola ad Anaſtaſium*, inter beatiſſimos Apoſtolos in pari honoris conſortio, fuit quædam diſcretio poteſtatis; & cùm omnium par eſſet electio, vni tamen datum eſt vt cæteris emineret: vel cùm D. Hieronymo *lib. 1. contra Iouin.* fundari ſupra Petrum Eccleſiam, & ſuper Apoſtolos; & cunctos claues Eccleſiæ accipere, ſed vnum eligi caput, vt tollatur ſchiſma; vel cùm D. Leone citato *epiſt. 87. ad Viennenſes, can. 8. ita Dominus, Diſtinct. 19.* vbi de prædicatione Apoſtolorum ſic loquitur: hujus muneris ſacramentum ita

Dominus ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, vt in beatiſſimo Petro Apoſtolorum omnium ſummo principaliter collocaret, vt ab ipſo quaſi quodam capite dona ſua velut in corpus omne diffunderet. Sciendum enim eſt quod Chriſtus dedit Apoſtolis multa in commune, & ſeparatim ſine ordine ad iuriſdictionem, quam poſtea dedit; dedit, inquam, omnia neceſſaria ad Epiſcopatum, vt in Apoſtolis eſſet ſeminarium Sacerdotum, Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Primatum, & Cardinalium; vt 1. virtutem miraculorum *Matth.* 10. *& Luca* 9. quamquam adhuc Petrus primum miraculum feciſſe dicatur in porta ſpecioſa, *Act.* 2. Deinde poteſtatem Prædicandi, *Marci vlt.* euntes in Mundum vniuerſum docete omnes gentes, prædicate Euangelium; in quo etiam priuilegium videtur habuiſſe ex *dicto can. ita Dominus*; adde quod ipſemet *Act.* 15. ita alloquitur Apoſtolos: viri fratres, vos ſcitis quod ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire Gentes Verbum Euangelij, & credere; & primam concionem fecit Diuus Petrus *Act.* 2.

Tertio vt fructus perciperent Eccleſiaſticos, ſeu vt de Euangelio viuerent: ait Paulus 1. *Corinth.* 9. quos factus primus Petrus diſtribuebat *in Actis Apoſtolorum*.

Quartò poteſtatem baptiſandi *Ioannis cap.* 1. *&* 3. in quo etiam major Petrus, quod baptiſatos ſit à Chriſto, tum is alios baptiſauerit, vt Andream, & alios, ex Nicephoro *lib.* 2. *cap.* 5.

Quinto facultatem Conficiendi Corpus Chriſti, ſeu ordinem Sacerdotalem, *Luca* 22. hoc facite in meam commemorationem.

Sexto Poteſtatem Remittendi Peccata in foro conſcientiæ, *can. in nouo*, *Diſtinct.* 21. & *cap.* 1. § *vna*, *de ſumma Trinitate* & *can. loquitur* 24. *Quæſt.* 1. quæ omnia immediate à Deo acceperunt Apoſtoli.

Alia vero quæ dedit ſoli Petro, non acceperunt, nec habuerunt communia cum eo, vt eſt 1. Epiſcopalis & Pontificalis dignitas, ex *ca. porro*, *Diſtinct.* 66. vbi dicitur Iacobum Alphæi, Hieroſolymorum à S. Petro, Iacobo majore, & Ioanne fuiſſe Epiſcopum creatum: ex quo colligitur habuiſſe opus ordinatione, non ſecundum Apoſtolatum quia erant jam Epiſcopi; nec Sacerdotium, quia erant Sacerdotes; ſed ſecundum Pontificium quid: nam ſi fuiſſent ordinari pontifices, non ordinarentur denuo, *can.* 1 *Diſtinct.* 68. Vel denique licet Chriſtus aliquos ordinarit Epiſcopos, non Archiepiſcopos, vel primates, & patriarchas; potuit enim fieri vt aliquot ordinauerit Epiſcopos, alios non ordinauerit, vt dictũ eſt de Iacobo minore, videlicet vt plures ordinati alios ordinarent, quemadmodũ in conſecratione Epiſcopi plures requiruntur Epiſcopi: ſed ſemper manet tales Epiſcopos non habuiſſe Diœceſim, quam ſaltem acceperunt à D. Petro ei relictâ illâ facultate a Chriſto.

Nec obſtat quod dicitur à D. Auguſtino *lib. de quæſtionibus veteris noui que Teſtamenti*, omnes Apoſtolos à Chriſto Domino factos fuiſſe Epiſcopos: nam vel id intelligitur mediatè, vel nomine Epiſcoporum intelliguntur Sacerdotes.

Secundo iuriſdictio in foro contentioſo, ſeu regimen vniuerſale, quod Petro primùm commiſit his verbis, paſce oues meas *cap. ſignificaſti de electione*, *cap. ſolitæ de majorit. & obed.*

Confirmatur ex eo quod aliqui ex Apoſtolis Epiſcopi non fuerunt, nec diœceſim habuerunt, vt Paulus; alij ordinati ſunt Epiſcopi à Petro, vt Iacobus Alphæi ex ſupra dictis; & quod ipſe Petrus à nullo ordinatus ſit, & Sedem poſuerit vbi voluerit.

Item confirmatur ex eo quod cùm Chriſtus dixerit, ite, prædicate Euangelium omni creaturæ, euntes in Mundum vniuerſum docete omnes Gentes, noluit id fieri confusè, & omnes confluere in eundem locum, ſed ſuppoſuit diſtributionem inter ipſos faciendam Regionum, ſuaſione Spiritus Sancti, quæ diſtributio facta fuit à D. Petro, cum ea ſupponeretur à Chriſto, & facta non fuiſſet.

Confirmatur 3. quia cùm Chriſtus conſtituit Eccleſiam, parua fuit, in qua vnus Rector & Paſtor poſitus eſt D. Petrus, iſ vt ea creſcente voluerit à Petro ordinari alios Epiſcopos, quod factum ab eo eſt; & conſequenter videtur vnus tantum Epiſcopus, nempe Petrus, à Chriſto inſtitutus, cum poteſtate alios ordinandi. Quapropter nec Paulus, à Chriſto factus Apoſtolus, ab eodem eſt ordinatus, nec à Petro, & manſit ſine Pontificatu. Ex quo ſequitur ea quæ dedit Chriſtus Apoſtolis ſpectaſſe vel ad Apoſtolatum, prædicationem, & teſtimonium Euangelij, vel ad Sacerdotium, non ad Pontificatum; & dediſſe eis tantum neceſſaria vel ad exercendum Apoſtolatum, vt erant miracula, variæ linguæ; vel ad perueniendum ad Pontificatum; vel ſi Epiſcopatum dedit, dedit ſine Diœceſi.

Effectus hujus poteſtatis plenæ: (Deus enim vt loquitur D. Thomas *lib.* 1. *contra errores Græcorum cap.* 32. Petro ſoli dedit plenitudinem ſuæ poteſtatis) effectus, inquam, ſunt multi. Primus eſt vt omnium Eccleſiarum cura ad ipſum pertineat, ex Athanaſio *epiſtola ad Felicem* 2. *in ſynodo Alexandrina*, & D. Bernardo *lib.* 4. *ad Eugenium*, his verbis: Apoſtolis cæteris commiſſæ ſunt Eccleſiæ particulares, vt S. Ioanni in Aſia, Matthæo in Æthiopia, Bartholomæo Indiæ, Iacobo Hieroſolyma, & ſic de alijs; at verò S. Petro totus Mundus: ideo prouocationes ab omnibus Eccleſiis ad ipſum, ſeu ad Romanam Sedem fiunt, Ex Athanaſio *loco citato*, qui prouocauit oppreſſus ab Arianis, teſte Sozomeno *lib.* 3. *cap.* 7. & ipſomet Athanaſio referente *in Apologia ad Conſtant.* prouocauit & Flauianus Antiochenus Patriarcha falsò inſimulatus, ad S. Damaſum, ex Theodoreto *lib.* 5. *cap.* 23. ex Sozomeno *lib.* 8. *cap.* 3. Socrate *lib.* 5. *cap.* 15. Petrus Hieroſolymitanus Patriarcha *ex ſynodo act.* 4. etiam Chryſoſtomus ex eius *epiſt. ad Innocentium*. 1. & alij multi ex Sozomeno *lib.* 3. *cap.* 7. Petrus Athanaſij Succeſſor ad S. Damaſum prouocauit pulſus ſuâ Sede, & reſtitutus eſt ex Sozomeno *lib.* 6. *cap.* 39. Socrate *lib.* 4. *cap.* 30. Appiarius Siccenſis Epiſcopus depoſitus ab Africano Concilio ex *epiſtola Aurelij Epiſcopi* Carthaginenſis ad Cæleſtinum Papam. Item Ianuarius, & Stephanus Epiſcopi in Hiſpania exules facti, ex S. Gregorio *lib.* 11. *epiſt.* 52. *&* 56. Quas prouocationes approbat Iuo Carnotenſis *epiſt.* 8. *ad Richerium Archiepiſcopum Senonenſem*, & Petrus Cluniacenſis *lib.* 6.

epiſt. 14. *ad Eugenium Papam*, & D. Bernardus *lib.* 3. *ad Eugenium de conſiderat. cap.* 2. fateor, ait, grande & generale Mundo bonum eſſe appellationes], idque tam neceſſarium quam ſolem ipſum Mortalibus; & infra: prorſus fouendæ & manu tenendæ ſunt, ſed quas extorſerit neceſſitas, non calliditas adinuenit.

Secundus Effectus eſt vt à Sentētia Papæ nulli fas ſit prouocare, niſi ad ipſummet Papam, vt Macheras quidam à Philippo ad Philippum prouocauit, ex Plutarcho *in Laconicis*. Probatur ex D. Bernardo *lib.* 3. *cap.* 4. *de conſideratione ad Eugenium*: non eſt in hoc Mundo ad quem appellatur; & ex Iuone Carnotenſi *epiſt.* 173 *ad Paſchalem Papam*, cuius verba ſunt: ſecundum tenorem literarum veſtrarum, quas dediſtis Hugoni Vicecomiti Carnotenſi Hieroſolymam eunti, Rotrocum Comitem ad iuſtitiam vocauimus, quia accuſabatur munitionem in terra ad ius prædicti Hugonis pertinente, poſtquam crucem acceperat, ædificare cœpiſſe, & Iuonem eiuſdem Hugonis militem, qui prædictam terram ab ipſo Hugone habebat in feudum, iniuſtè cœpiſſe & redemiſſe, in vocatione poſtulatum eſt à Comite Rotroco vt vſque ad exitum cauſæ nihil in cœpta munitione ædificaret, nihil de redemptione Iuonis acciperet. Die ſtatutā ventum eſt ad cauſam, obtulit ſe ad iudicium Rotrocus, ſecundum ordinem geſtarum rerum dixerunt petitores qui pro Hugone loquebantur, ſe nolle ad hanc cauſam ingredi niſi priùs eis ſatisfaceret de eo quod non erat intermiſſa ædificatio munitionis, & recredita redemptio Iuonis: reſponſum eſt ex parte Rotroci neutrum debere fieri, quia munitio illa ei adiudicata erat in Curia Comitiſſæ, de cuius feudo erat, cum iudicio Eccleſiæ ad prædictam Curiam hæc cauſa tranſlata eſſet, & prædictus Iuo pro peregrinatione Hugonis minime erat reddendus, cùm prædictus Iuo Dominum ſuum Rotrocum diffiduciaſſet, & prædam eius prior cepiſſet, homines ſuos eâ die qua captus eſt, in vinculis haberet, & ad foris faciendum eidem armatā manu militum eâ die procederet. Dictum eſt ex altera parte quod poſſent omnes iſtas depulſiones veridicis aſſertionibus, locis ſuis & temporibus falſificare, ſed non eſſe accedendum ad iſta donec ſatisfactum eſſet de ijs quæ priùs obiecta fuerant, niſi iudicio cogerentur. Præceptum eſt ergo conſidentibus Clericis, vt hanc litem iuſta ſententia dirimerent, qui cùm diu ita diſceptaſſent, non potuerunt in vnam conuenire ſententiam, dicentes nouam eſſe inſtitutionem de tuitione Eccleſiaſtica impendenda rebus militum Hieroſolymam proficiſcentium, neque ſcire vtrum hæc tuitio ad ſolas pertineat proprietates eorum, an etiam pertineat ad calamenta eorum quæ tenent Potentes homines, ſe & ſua fortitudine ſuā defendentes; poſtulauerunt ergo ſibi dari inducias donec ſuper hoc veſtra requireretur ſententia; quas inducias ea conditione dare voluit Comes Rotrocus vt ædificatio munitionis non intermitteretur, nec redemptio Iuonis ſuſpenderetur; quod concedere pars altera omnino refutauit, & de hoc iterum iudicium poſtulauit. Quo iudicio cùm ſe prægrauari timeret Comes Rotrocus, Audientiam Apoſtolicam, appellauit, cuius eum authoritate premebamus. Mittimus ergo eos paternitati veſtræ cum literis noſtris, ordinem cauſæ continentibus, vt prudentia & poteſtate vobis diuinitus conceſſa, litem hanc dirimatis, quia inter nos homines iſti magni ſunt, nec à noſtra paruitate, prout oportet, ad pacem cogi poſſunt, Valete. Item ex Gregorio 7. *epiſt.* 21. *lib.* 8. *ad Metenſem Epiſcopū*, vbi dicitur de Romana Eccleſia, ab ea nuſquam appellari, iudicia eius à nemine retractari, aut refelli debere, aut poſſe; & additur id cœleſti decreto principaliter traditum Petro. Et ex Gelaſio 1. *in commonitorio ad Fauſtum*, *can. ipſi ſunt*, 9. *Quæſt* 3. ab Apoſtolica ſede nunquam prorſus appellari &c. *&* *epiſt. ad Epiſcopos Dardaniæ can. cuncta per orbem* 9. *quæſt.* 3. & ex Bonifacio 1. *epiſt. ad Fauſtum*, his verbis: nemo vnquam Apoſtolico culmini, de cuius iudicio non licet retractare, manus obuias audacter intulit, nemo in hoc rebellis exſtitit, niſi qui de ſe voluit iudicari; & Nicolao 1. *epiſt. ad Mediolanenſes*, *can.* 1. §. *qui autem diſtinct.* 21. Vnde dicitur *can.* 6. *ſi Papa*, *diſtinct.* 40. hoc eſſe Paparum priuilegium quod omnes iudicarent, à nullo iudicandi: & Romanæ Eccleſiæ *can. conqueſtus eſt*, 9. *Quæſtio.* 3.

Sunt alij eius Poteſtatis Effectus non pauci, quos percenſere non eſt huius inſtituti. In his eſt etiam Canonizatio Sanctorum, quæ facta ſine Romani Pontificis authoritate, nulla eſſe poteſt, vt ait Alexander 3. *cap.* 1. *de reliquiis & venerat. Sanctorum*. In ea multa obſeruantur. Primò inquiritur vita anteacta multo magis quam in temporalibus iuxta rationem S. Leonis *epiſt.* 85. *vel* 87. *Epiſcopis Africæ* quæ refertur *can. miramur*, *diſtinct.* 61. & ſimilem quę habetur *can. quatuor* 12. *Quæſt.* 2. præcipue in præclarè factis abiectio, & humilitas, ex *cap. ex Iudiciis de præſumptionib.* nam Deus ſuperbis reſiſtit, & humilibus dat gratiam, *Iacobi cap.* 4. & cum ſimplicibus ſermocinatio eius. *Prouerb. cap.* 1. Deinde Charitas cum tolerantia iuxta *can. vide quantum quæſtion.* 3. Tum miracula examinantur, & magis in Confeſſore quàm in Martyre. Ex Hoſtienſi: nam & in martyrio quis baptiſatur, ex S. Auguſtino *epiſt. ad Fortunatum*, *can. catechumenum diſtinct.* 4. *de Conſecrat.* & *can. Baptiſmi vicem dicta* 4. *diſtinct.* quod his verbis colligunt, hodie mecum eris in Paradiſo; Hoſtienſis *de reliq. & venerat. Sanctor.* & *S. Antoninus part.* 3. *tit.* 22. *cap.* 5. dicunt in canoniſatione frequentem ſupplicationem ſibi fieri permittere Papam: Secundo Papam committere inquiſitionem: Tertio per teſtes iuratos, & dignos fieri informationem: Quartò informationis fit relatio: Quinto relationis examinatio: Sexto informationis & examinationis per Conſiſtorium diſcuſſio: Septimo ſecreta definitio ac determinatio: Octauo publicatio manifeſta: Nono Diei canoniſationis aſſignatio: Decimo Papę, & illic præſentium in honorem canonizati religioſa genuflexio, & deprecatio pro Eccleſia orerer: Vndecimo miraculorum commemoratio, & ſcriptio in dypticis: Duodecimo Miſſæ celebratio cum canticis. Non ita ſemper factum, quia primis Eccleſiæ temporibus Martyres erant vt plurimum, eorumque mors ac miracula omnibus nota.

Probatur ad Papam pertinere: nam ſicut v-

A nius Chriſti ſanctificare & iuſtificare, *ad Romanos* 13. *& Leuitic.* 2. ita eius V. carij ſancti cari m declarare.

Papa duocat in canonizatione Cardinales, ex aliis fine ijsid poſſit, ex Auguſtino de Ancona *lib. de poteſtate Papa*, &S. Antonino *part.* 3. *tom.* 22. *cap.* 5. Alexander 3. S. Thomam Cantuar. enſem canoniſauit, ex Platina Cremonenſi *in vita Alexandri* 3. item D. Bernardum, vt ipſemet Alexander 3. ait *epiſt. ad Ludouicum Regem Franciæ*. Clemens 5. S. Petrum Cœleſtinum, Cœleſtinorum fundatorem: Bonifacius 8. S. Ludouicum Regem Francorum: Ioannes 22. D. Thomam Aquinatem: Eugenius 4. S. Nicolaum Tolentinum: Cathatinam Senen B ſem Pius 2. Leo vero 10. S. Franciſcum de Paula.

Hoc conſequuntur canoniſati, publicè pro Sanctis coluntur; Secundo in publicis ſuffragiis ac votis inuocantur: Tertio in altari conquieſcunt, quæ ideo eriguntur: Quarto Miſſa, & officium in eorum gratiam celebrantur: Quinto dies feſti ſtatuuntur: Sexto radianti lumine pinguntur: Septimo eorum reliquiæ pignantur ad adorandum in capſis.

Concilium Florentinum Armeniis imperat vt Leonem 1. tanquam ſanctum haberet & venerentur: ſcriptura ſacra quoſdam ſanctos & in C cælo commemorat, Paulus *Hebr. cap.* 11. & Sapiens *Eccleſiaſtici cap.* 44.

Vt de Cardinalibus hic aliquid inſeramus, ſciendum eſt Apoſtolos inſtitutos fuiſſe à Chriſto mihi, primùm vt eſſent teſtes vitæ, mortus, & reſurrectionis eius, *Act.* 1. *v.* 5. & 21. & *Act.* 10. *verſ.* 41. *& Act.* 13. deinde vt prædicarent Euangelium *Act.* 10. *v.* 42. vnde Chriſtus eis dixit, ne cogitaretis quid loquerentur *Matthæi cap.* 10. *verſ.* 19. & promiſit eis os & ſapientiæ *Luca* 21. *cap. v.* 15. Tertio vt res Eccleſiæ ſimul diſponerent, iudicarent ſe mortuo, *Ieremias*. & ago diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater Regnum, vt ſedeatis ſuper Thronos, iudicantes D duodecim Tribus Iſrael. Viuo ergo Chriſto omnes Apoſtoli erant conſtituti in ratione Apoſtolatus, in quo nullam habuerunt iuriſdictionem, nullam Eccleſiam particularem, cùm eſſet vna tantum Eccleſia Chriſti, & Apoſtoli eius miniſtri, quod oritur ex eo quod omnes Apoſtoli habuerunt ratione Apoſtolatus poteſtatem in vniuerſam terram eundi, prædicandi & adminiſtrandi ſacramenta; in quo eſſet confuſio ſi quilibet Apoſtolus in qualibet parte terræ id præſtaſſet; Quare hæc poteſtas ſupponebat diuiſionem particularem, & ideo poſtea Iacobus factus eſt Hieroſolymorum Epiſcopus à S. Petro, Iacobo maiore, & Ioanne adiuuantibus, ex Anacleto *epiſt.* 4. & Clemente Alexandrino apud E Euſebium *lib.* 2. *hiſt. cap.* 1. & D. Hieronymo *de viris illuſtribus in Iacobo*: Barnabas & Matthæus etiam conſecrati ſunt Epiſcopi, *Act. cap.* 13. S. Ioannes fuit Epiſcopus Epheſinæ Eccleſiæ: S. Matthæus Æthiopiæ: S. Thomas Indiæ, & S. Petrus Antiochenæ. Contra verò Paulus licet fuerit Apoſtolus, vt ipſemet dicit 1. *ad Corinth.* 9. *v.* 1. tamen nullam pontificalem poteſtatem habuiſſe videtur, nullam Eccleſiam particularem, quia maſit in puro Apoſtolatu, vnde nullus ei ſucceſſit.

Confirmatur ex eo quod Petrus priùs fuit A Apoſtolus quàm Princeps Apoſtolorum, & priùs etiam fuit deſignatus princeps eorum, quàm actu talis, quandoquidem poſtquam Deus dixit, tu es petrus &c. promiſſæ ſunt claues, & principatus, & propterea ex illo tempore, & ante, cùm viderent Chriſti affectum erga illum cæteri Apoſtoli, plurimum ei deferebant. Mortuo verò Chriſto, quia reliquerat Eccleſiam vnam ſub vno principe B. Petro cui primatum dederat, & Spiritum Diuinum ad eam regendam, Apoſtoli adiuuarunt eum opere & conſilio in regimine Eccleſiæ, antequam partiti eſſent ad inuicem regiones, & ordinationes ad eas feciſſent: nec enim tunc, ſeu illo tempore, Apoſtoli Epiſcopatum vllum habebant quem regerent, ſed tantùm Eccleſiam vnam nondum diuiſam in plures Eccleſias: cuius Eccleſiæ petrus erat ſummus paſtor: quod priuilegium poſtea non amiſit, licet in illa diuiſione acceperit ſibi peculiarem Eccleſiam, nempe Antiochenam, ſed fuit ſimul vt ante petrus, & deinde Epiſcopus Antiochenus. Cùm vero diuiſa fuit terra, ſimul factæ ſunt ordinationes Apoſtolorum, & Epiſcopos, & petrus cœpit habere alios qui ei ſuis curis & laboribus aſſiſterent, vt legimus de S. Lino, Cleto, & Clemente, quales etiam fuerunt ſeptuaginta diſcipuli.

Iam ergo exiſtimo Cardinales eſſe ſimiles Apoſtolis, quando erant tantum Apoſtoli non autem Epiſcopi, in tantùm vt dicantur Iuris Diuini, id eſt à Chriſto inſtituti, licet ſine tali nomine, in qua ſententia eſt panormitanus *in cap. per venerabilem qui filij ſint legitimi*, Martinus Laudenſis *tract. de Cardinalib.* Turrecremata in ſumma *lib.* 1. *cap.* 80. Auguſtinus Triumphus *tract. de poteſtate Eccleſiæ, quæſt.* 102. Antoninus *p.* 3. *ſumma titulo* 21. *cap.* 1. *&* 2. Cardinalis Albanus *quæſtion.* 50 *lib. de Cardinalibus*.

Confirmatur ab Eugenio 4. *epiſt. ad Cantuarienſem Archiepiſcopum*, cùm dicit Apoſtolos Chriſto Domino aſſidentes, Cardinalium qui Romano pontifici laboribus & concilio aſtant, figuram geſſiſſe: & poſtquam Apoſtoli facti ſunt Epiſcopi, ſeptuaginta Diſcipuli locum occupauerunt eorum, ratione ſollicitudinis erga petrum, vt diximus de Lino, Cleto, & Clemente, ex quibus quidam erant Sacerdotes, quidam Diaconi, aliqui poſtea etiam Epiſcopi; iiſque poſtea ſub illis titulis Eccleſiæ particulares ſunt aſſignatæ, vel in vrbe Roma, ſi eſſent Diaconi, vel Preſbyteri, aut in prouincia Romana ſi erant Epiſcopi. Vnde eſt mentio Cardinalium preſbyterorum *can. oportebat, Diſtinct.* 69. Cardinalium ſeptem Diaconorum in concilio Romano 1. ſub S. Silueſtro *can. praeſul.* 2. *quæſt.* 5. Et inde accidit vt variis Eccleſiis Romæ ædificatis in honorem Dei, & hoc titulo conſecratis, in eis fuerint varij Cardinales: nam in Lateranenſi fuerunt ſeptem Cardinales Epiſcopi, dicti Epiſcopi collaterales, hebdomadarij; quod ſinguli hebdomadibus expleant munus ſummi pontificis: in Eccleſia S. Mariæ Maioris ſeptem Cardinales preſbyteri: in Eccleſia S. petri, etiam ſeptem Cardinales preſbyteri: in Eccleſia ſeu Baſilica S. pauli ſeptem Cardinales: & in Baſilica S. Laurentij extra muros, totidem. Eccleſiæ B. Mariæ Maioris præfectus erat Archipreſbyter Cardinalis, ſicut & Baſilicæ Petri, et Eccleſiæ S. pauli

& Laurentij, Abbates Cardinales, præpoſiti erant; & hæ Eccleſiæ dictæ ſunt patriarchales. præter has erant aliæ Eccleſiæ, fuerunt alij Cardinales Diaconi, & Subdiaconi. Item præter ſeptem Cardinales Epiſcopos Eccleſiæ Lateranenſis; fuerunt alij Cardinales Epiſcopi dicti Suffraganei papæ, nulli Primati, vel Archiepiſcopo ſubditi, quibus ad ſynodos vocatis Papa vtebatur, de quibus omnibus Baronius *tom.* 11. *an.* 1057. *a num.* 19. *vſque ad* 24. meminit Sigebertus in *Chron. an.* 1085. duodecim Cardinalium; Gregorius, ait, nunc in extremis poſitus, ad ſe vocauit vnum de duodecim Cardinalibus, quem multùm diligebat.

B Innocentius 4. inſigniuit Cardinales Galero rubro honeſtandi ordinis cauſa, ex Platina.

Vtebatur papa his Cardinalibus ſicut Petrus Apoſtolis, vel Diſcipulis, & alijs in regimine vniuerſali Eccleſiæ, vt patet ex libello inſcripto *Diurnum* Bibliothecæ Vaticanæ, & in *recompilat. canon. Cardinalis Deuſdedit*, in qua ſic loquitur ipſi Deuſdedit papa: ſi qua verè emerſerint contra canonicam diſciplinam, ego cum filiorum meorum S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio, directione, & rememoratione miniſterium meum geram, & emendari curabo. Quare Leo 9. Papa *epiſt.* ad Michaëlem Con- C ſtantinopolitanum ait Clericos Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſic appellari, quod Romano Pontifici proximè ſociati conſortio, illi omni ope ſuâ, induſtriâ, ſtudio, labore, obſequio famularentur, & inſeruirent; quos idcirco vocat Cardinales ſeruientes Eccleſiæ Romanæ. Conceſſit inter cætera beneficia atque dona Conſtantinus Magnus ſummo Pontifici omnia Imperialia ornamenta, Coronam, Mitram, lorum, ſceptrum, & omnem imperialis poteſtatis gloriam; & omnibus Cardinalibus reuerendiſſimis ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſeruientibus, illud culmen ſingularis Potentiæ ac præcellentiæ tribuit &c.

Suntque Cardinales pars quædam corporis D Papæ *can. quiſquis* 6. *Quæſt.* 1. *Clement. Feſtis de pœnit.* ſicut Senatores ſunt pars Principis, *l. quiſque, Cod. ad leg. Iul. Maieſt.* ſunt fratres & adiutores Papæ *cap. per venerabilem §. rationib. igitur, qui filij ſint legitimi, cap.* 10. *fundamenta § decet de Elect. in* 6. *can. Conſtantinus Diſt.* 96. Dicuntur Collaterales & Coadiutores à D. Bernardo *lib.* 4. *de conſiderat. cap.* 4. veniamus ad Collaterales, & Coadiutores tuos; hi ſeduli, hi intimi tui; & poſtea: an non eligendi de toto orbe orbem iudicaturi? & in *epiſt.* 188. *ad Cardinales*, multa alia refert, quibus nullum maiorem gradum eſſe ait poſt Romanum Pontificem. De illis propriè eſt iſtud, con- E ſtitues eos ſuper omnem terram, potiùs quam de Apoſtolis.

His verbis inauguratur a Papa, eſtote fratres mei, & Principes Mundi. Et ſicut in cathedralibus Eccleſiis Canonici ſunt veluti Conſiliarij Epiſcopi, ita Cardinales Papæ: ſicut verò ex dictis Linus, Cletus, Clemens ex Adiutoribus eius facti ſunt ſummi Pontifices, ita non niſi de Cardinalibus eligitur papa, *can. oportebat Diſtinct.* 79. qui eſt Stephani 3. oportebat vt hæc ſacroſancta Domina noſtra Romana Ec- A cleſia, iuxta quod à B. Petro eiuſque Succeſſoribus inſtitutum eſt, ritè ordinaretur, vt in Apoſtolatus culmen vnus de Cardinalibus presbyteris, aut Diaconis conſecraretur. Confirmatur ex Anaſtaſio *in vita Stephani*, his verbis: prolata eſt ſententia ab eodem Sacerdotali concilio ſub anathematis interdicto, ne vllus vnquam præſumat Laicorum, neque ex alio ordine, niſi per diſtinctos gradus aſcendens Diaconus, aut presbyter Cardinalis factus fuerit, ad ſacrum pontificatus honorem poſſit promoueri. Ratio eſt quia cùm Cardinales ſint tanquam rerum Eccleſiaſticarum Conſiliarij, debent potiùs eligi ad regimen Eccleſiæ.

B Ex quibus omnibus ſequitur maiorem eſſe dignitatem Cardinalium etiam Diaconorum, quam Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Primatum, licet iuriſdictio ſecundum Diœceſes tanta non ſit, vel ordo captus non ſit: nam Cardinales cum Romano pontifice iudicant orbem, & ad vniuerſalis Eccleſiæ regimen habent relationem; alij autem ad ſuam Diœceſim, vel prouinciam. Quare in concilijs Romanis Epiſcopi immediatè ſubſcripſiſſe reperiuntur poſt Romanum pontificem, Deinde presbyteri, poſtea Diaconi Cardinales: nec cùm Gomeſio *in proœmio regulur. Cancellariæ quæſt.* 1. exiſtimo Cardinalatum abſolutè fuiſſe minorem Epiſcopatu, niſi modo dicto.

C Porro Cardinalatus eſt dignitas ratione adhærentis parochiæ ſeu Diœceſis: nam non creatur Cardinalis ſine titulo, in quo reſidentiam debet, *cap.* 2. *de Clericis non reſidentib.* propterea ſi Epiſcopus, Cardinalis factus ſit, dignitatem Epiſcopalem non videtur poſſe retinere, quia aduerſatur conſtitutio *cap. de multa, de Præbendis & Dignit.* de quo vide Panormitanum *in cap.* 3. *de poſtulat. prælat.* & Gomeſium *in dicto proœmio.*

Fas autem erat in Eccleſia manere perſonas quæ referrent Apoſtolos antequam eſſent Epiſcopi facti, vel ſeptuaginta Diſcipulos, & iis in ea dignitate ſuccederent, quam paruo tempore D ſeruiuerunt: tales autem ſunt Cardinales. Quoniam ergo Cardinales erant ſeruientes Eccleſiæ Romanæ, vel tanquam Epiſcopi, vel tanquam presbyteri, vel tanquam Diaconi, vel tanquam Subdiaconi, & eorum Eccleſia, vel Eccleſiæ adminiſtratio, Titulus dicebatur; ideo omnes Clerici, qui in aliqua Eccleſia nomen dabant, vt ei inſeruirent, dicebantur ibi conſtitui Cardinales *can. fraternitatem diſtinct.* 71. & incardinari *can. quorumdam diſt.* 74. & *can. paſtoralis* 7. *Quæſt.* 1.

De Titulo Eccleſiarum eſt illud *vij* papæ *epiſt. ad Iuſtum Viennenſem Epiſcopum.* Soror noſtra Euprepia Titulum domus ſuæ pauperibus aſſi- E gnauit, vbi nunc cum pauperibus noſtris commorantes, Miſſas agimus: & in *epiſt.* 2. presbyter paſtor Titulum condidit. Nomen Tituli ſumptum a Iure Ciuili: nam titulis impoſitione res fiſco vendicata, Principi conſecrabatur, *l. ſignando Cod. de bonis vacantib.* Tituli, ait, quorum adiectione prædia noſtris ſunt conſecranda ſubſtantiis. Titulus verò Eccleſiaſticus erat vexillum, vel ſignum crucis, ex *l. vlt. cod. Theod. de paganis.*

Poſt papam & Cardinales ſequuntur Patriarchæ ſeu primates, qui non vni prouinciæ, ſed

multis prouinciis præpoſiti ſunt, & in omnes tam A Epiſcopos, quàm Archiepiſcopos poteſtatem habent, *can. Vrbes*, 80. *Diſtinct. can. Prouincia Diſtinct.* 99. quales ſunt Conſtantinopolitanus, Antiochenus, Alexandrinus, Hieroſolymitanus, *cap. antiqua, de priuilegiis.*

Dixi *patriarcha, ſeu primates*, quia Patriarchalis dignitas à primatu non differt, *can. Cleros Diſtinct.* 21. *can. Vrbes Diſtinct.* 80. *can.* 1. & 2. *Diſt.* 99. & *can. in illis Diſtinct.* 80. in illis, vero, ait, ciuitatibus, in quibus olim apud Ethnicos Archiflamines eorum, atque primi legis Doctores erant, Epiſcoporum primates poni, vel patriarchas B. petrus præcepit, qui reliquorum Epiſcoporum cauſas, & maiora, quoties neceſſe B foret, negotia in fide agitarent: & apud Leonem 9. *epiſt.* 3. *ad petrum & Ioannem Africa Epiſcopos*; & apud S. Anacletum 1. *epiſt.* 3. *ad omnes Epiſcopos*, his verbis: Epiſcoporum ordo vnus eſt, licet ſint Primates qui primas Ciuitates tenent, qui & in quibuſdam locis Patriarchæ à nonnullis vocantur.

Porro fiunt prouocationes à Metropolitano ad Patriarcham *can. ſi inter* 6 *Quaſt.* 4. patriarchæ vero omnes ſunt Archiepiſcopi, ex *nou. Inſt.* 11. & 123. & *can. conqueſtus* 9 *Quaſt.* 3. etiam ipſe papa, in dicta Nouella, ex concilio Chalcedonenſi, aliisque locis.

Sequuntur deinde Metropolitani, qui & Ar- C chiepiſcopi dicuntur, *dicto can. prouincia Diſt.* 99. & *can.* 1. *Diſtinct.* 21. & Siluester *in verbo Archiepiſcopus in principio*, & Rebuffus *ad* §. 1. *de institutionib. in Concordatis.* Archiepiſcopi namque vel Primates ſunt, vel Metropolitani, *can. nonnulli Diſtinct.* 99. & oſtenſum eſt ſuprà. Primates qui ſuis Metropolitanis præſint *dicto canon. Cleros Diſtinct.* 21 ſi ſint Metropolitani tantùm, habent ſub ſe Suffraganeos Epiſcopos *dicto can. nulli*, qui Metropolitani dicuntur quia in Metropoli, id eſt in Matrice Ciuitate iam olim conſtituti ſunt; Archiepiſcopi autem, quod Principes ſint Epiſcoporum, *dicto can.* 1. *Cleros.* Quod verò Archiepiſcopi diſtincti ſint à primatibus patet ex S. Clemente *epiſt.* 3. *ad S. Iacobum.* D in illis autem ciuitatibus in quibus dudum apud Ethnicos erant Archiflamines, quos tamen minores tenebant quam memorati primates, Archiepiſcopos petrus inſtitui præcepit, qui non tamen primarum ſed Archiepiſcoporum fruerentur nomine: & *can. ſi autem* 9. *quaſt.* 3. reliqui vero, ait canon, qui poſt primates Metropolitanas Sedes adepti ſunt, non primates, ſed Metropolitani nominentur. Vnde in concilio generali 8. Conſtantinopolitano 4. ſub Hadriano 2. *can.* 9. eodem nomine cenſentur; ne vllus, ait, Archiepiſcopus & Metropolitanus.

Etſi vero Archiepiſcopus ſeu Metropolitanus E ſit ſupra Epiſcopos, eique debeatur reuerentia ab Epiſcopis, concilio Verneoſi *can.* 1. & 4. & Meldenſi *can.* 31. nil tamen facere debet eorum quæ ad totam prouinciam pertinent, ſine conſilio Epiſcoporum Comprouincialium, *can. conqueſtus* 9. *quaſt.* 3. & *can. ſi autem dict.* C. & *Q.* nam quæ ad propriam parochiam pertineot, poſſunt, *dict. can. ſi autem citato.* Poſſunt etiam viſitare Diœceſes, & in Epiſcoporum mores inquirere, *concilio* 3. *Valentino in Gallia can.* 19. *ſub Lothario Imperatore.*

Iura Metropolitanorum ſunt talia vt in literis Legatorum vt plurimùm poneretur hæc clauſula, ſeruatis priuilegiis Metropolitanorum; *can. ſeruatis* 25. *Quaſt.* 2. Item tanta erat Epiſcoporum in Metropolitanos obedientia, vt ipſis Epiſcopis Aulas adire principum ſine illorum venia non liceret, *can. ſi quis Epiſcopus* 21. *quaſt.* 8. §. *nos autem.*

Electio Metropolitani fiebat ab Epiſcopis Suffraganeis *can. Metropolitano Diſt.* 63. & *can. Archiepiſcopus, Diſt.* 66.

Nota Iuriſdictionis Archiepiſcopi Metropolitani eſt pallium, quod antequam accipiat, Archiepiſcopalia munera non poteſt exercere, vt ſynodum prouincialem cogere, chriſma conficere, Baſilicas dedicare, Clericos ordinare, Epiſcopos conſecrare, *cap.* 1. & *cap. niſi, de authoritate & vſu pallii, cap. quod ſicut de electis.* pallij traditio dicitur originem habere à S. petro ex Ruperto *lib.* 1. *de diuinis officiis cap.* 27. *circa finem.* Maternus, ait, Treuirenſi Eccleſiæ à B. petro Apoſtolo miſſus, hæreditatem pallij quod à Magiſtro ſuo S. petro acceperat, ſuis Succeſſoribus reliquit: & addit Rupertus: initium ergo fidei habentes ab Apoſtolica ſede, regulam hanc Metropolitanæ obſeruant Eccleſiæ, vt neminem habeant pontificem, niſi ab eadem Sede miſſum, à qua primus ille prædicator fidei miſſus eſt. Illa autem miſſio, ſupradicti Pallij largitio eſt, quod à collo dependens humilitatem Domini ſignificat, dicentis ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos. Petebatur inſtantiſſimè, vt patet ex Gregorio *lib.* 7. *epiſt.* 5. priſca, ait, conſuetudo obtinuit, vt honor Pallij niſi exigentibus meritis cauſarum, & fortiter poſtulanti dari non debeat.

Forma petendi Pallium hæc erat ex authore rituum Eccleſiaſticorum Romanæ Eccleſiæ *lib.* 1. *tit.* 10. *cap.* 5. ego N. electus Eccleſiæ N. inſtanter, inſtantiùs, inſtantiſſimè peto mihi tradi, & aſſignari pallium de corpore S. petri ſumptum, in quo eſt plenitudo pontificalis officij: petebaturque infra tres menſes à die conſecrationis *ex Iuone lib.* 1. *Decret.*

Forma conferendi legitur apud *gloſſam in cap. ad honorem de au hor. & vſu Pall.*

Forma ipſius Pallij hæc eſt: pallium eſt veluti veſtis, quæ breuis, & exigua pectus, ſcapulas, & humeros leniter ac ſuperficie tenus tegit, ea lana alba contexta, habens duas lineas, ſtolæ inſtar ab anteriori & poſteriori parte pendentes, quatuor ſignis crucis purpureis diſtincta, quorum vnum haberet in pectore, ſecundum læuo humero, tertium dextro, quartum in ſcapulis: de Pallio vide Iſidorum *in verbo, pallium*, Gregorium *lib.* 1. *epiſt.* 30. & 39. *lib.* 6. *epiſt.* 23. *lib.* 7. *epiſt.* 126. & 129. *lib.* 12. *epiſt.* 42. *lib.* 4. *epiſt.* 415. Alcuinum *lib. de diuinis officiis cap.* 39. Rabanum *lib. de ritib. Eccleſia.*

Confirmatur quod dictum eſt ex gloſſa de forma pallij, ex Ruperto *lib. de diuinis officiis cap.* 27, octauum Archiepiſcopis eſt indumentum pro aurea lamina ab Apoſtolica Sede datum, quod à collo circa pectus dependens, deſignat humilitatis, vel ſapientiæ torquem videtur pectus tegere: tegit & humeros ex Iſidoro Peluſiota *lib.* 1. *epiſt.* 136. & Gregorio *lib.* 4. *cap* 8.

tegit vtrumque ex Rabano mauro *de ordin. An-* A
tiphonar. & Hugone de S. Victore *lib.* 1. *de Sa-*
cramentis cap. 57. Erat ex lana ex Iſidoro Pelu-
ſiota *loco citato* , & Germano patriarcha *in lib.*
περὶ τῶν ἱερέων : duas lineas habuiſſe ante
& retro patet ex Hugone de S. Victore *loco*
citato , his verbis : pallium duas lineas ha-
bet à ſummo vſque deorſum , ante & retro
dependentes , & purpureum ſanctę crucis ſi-
gnaculum preferentes. Spinulis pallium affigi-
tur &c. Gemma animæ *cap.* 221. in duabus li-
neis pallij Archiepiſcopi ante & retro eſt pur-
pureum ſanctæ crucis ſignaculum , ſpinulis pal-
lium affigitur ,crucis circulo circa collum Pon- B
tifex circumdatur.

Pallium ipſum portatur inter Chriſti ſacrifi-
cia, quod pro aurea lamina eſt inſtitutum , in
qua nomen Dei tetragrammaton exculptũ erat.
Pallium à ſolo Apoſtolico datur, quo Apoſtoli-
cus ipſe & Patriarchæ vtuntur. Quod cruces
intextas habeat patet ex Iſidoro *loco citato*,
Hugone : & Gemma animæ Summi Pontificis
eſſe dare Pallium, probatur ex *Epiſt. S. Bonifa-*
cij Apoſtoli Germaniæ ad Cudbertum , major,
ait, vobis ſollicitudo Eccleſiarum , & cura po-
pulorum propter pallia credita & recepta, quàm
cæteris Epiſcopis , qui proprias tantùm pera-
grant Parochias, incumbit : decreuimus in no-
ſtro ſynodali Conuentu,& confeſſi ſumus fidem C
Catholicam, & vnitatem, & ſubjectionem Ro-
manæ Eccleſiæ , fine tenus vitæ noſtræ ſeruare,
S. Petro & Vicario eius velle ſubjici, Metropo-
litanos pallia ab illa Sede quærere , & per om-
nia, præcepta S. Petri canonicè ſequi : & ex Al-
cuino, ex Gemma animæ loco citato,& concilio
Lateranenſi ſub Alexandro 3. poſtquam , ait,
Patriarchæ Conſtantinopolitani , Alexandrini,
Antiocheni , Hieroſolymitani à Romano Pon-
tifice Pallium receperint , quod eſt plenitudinis
officij Pontificalis inſigne , præſtito ſibi fideli-
tatis & obedientiæ iuramento , liceniet & ipſi
ſuis Suffraganeis pallium largiantur. Vnde apud
Luitprandum *in Legat. ad Nicephorum phocam*, D
dicitur , videmus Conſtantinopolitanum Epiſ-
copum pallio non vti , niſi ſancti patris noſtri
permiſſu. Sic Bonifacius 5. *epiſt.* 1. ad Iuſtum
Roffenſem pallium miſit, & jus dedit ordinan-
di Epiſcopos. Honorius papa *epiſt.* 5. paulino &
Honorio Metropolitanis duo pallia miſit: Vi-
gilius Papa *epiſt.* 6. Auxanio Arelatenſi dedit:
Gregorius 3. Vulcanio Viennenſi. Similiter adi-
mebatur à papa ex Anaſtaſio *in Silverio.*

Olim aliquid dabatur quod vocabatur Con-
ſuetudo , ab jis qui pallium obtinebant , quæ
conſuetudo ſublata eſt ex Anaſtaſio *in Leone* 2.
& in Conone.

Dabatur in ſignum quod deberent vitam ſuam E
exponere pro Chriſti fide , ex Zacharia papa
epiſt. 2. *ad Bonifacium.*

Non licebat eo ſemper vti , ex Nicolao papa
epiſt. 47. vti tempore jejunij non licebat geſta-
re, ex Gregorio. 1. *lib.* 5. *epiſt.* 54. & ex *can. por-*
ro, Diſtinct. 1. *de conſecr.*

Episcopi ſunt qui præſunt vni Ciuitati , &
vicis qui ei ſubſunt ciuitati , ideoque differunt
à jam dictis ex Clemente *epiſt.* 1. *ad S. Iacobum:*
in ſingulis ciuitatibus ſingulos , & non binos
vel ternos aut plures Epiſcopos conſtitui præ-
cepit (S. Petrus ,) qui non Primatum , aut Ar-
chiepiſcoporum , aut Metropolitanorum no-
mine , quia matrem ciuitatem non tenent ; ſed
Epiſcoporum tantùm vocabulo potiuntur,
quoniam nec inter ipſos Apoſtolos par inſtitu-
tio fuit , ſed vnus omnibus præfuit.

Epiſcopi ex inſtitutione diuina ſunt ſupra
Presbyteros. Patet *Apoſtolor. actib.* vbi Philip-
pus non auſus ſacramentum Confirmationis
impertiri, ſed eſt deſtinatus ad id petrus & Ioan-
nes : item 1. *ad Timotheum cap.* 5. *verſ.* 19. vbi
præceptum eſt Apoſtolicum vt cauſæ Presbyte-
rorum ad Epiſcopos deferantur. *Act. cap.* 20.
verſ. 28. dicitur Epiſcopis , attendite vobis, &
vniuerſo gregi in quo vos Spiritus Sanctus po-
ſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei quam ac-
quiſiuit ſanguine ſuo. Vnde Ignatius *epiſt. ad*
Philadelphenſes : boni ſunt Sacerdotes ac ſermo-
nis Miniſtri, melior autem Pontifex cui credita
ſunt Sancta Sanctorum : & *can. Apoſtolorum* 4.
Presbyteri & Diaconi præter Epiſcopum nihil
agere pertentent. Tertullianus *lib. de Baptiſmo*:
jus dandi Baptiſmum habet Epiſcopus , deinde
Presbyteri , & Diaconi , ſed non ſine Epiſcopi
facultate. D. Ignatius *epiſt.* 7. *ad Tarſenſes*: Pre-
ſbyteri ſubditi eſtote Epiſcopo , Diaconi Presby-
teris , populi Presbyteris & Diaconis: & *epiſtola*
11. *ad Smyrnenſes* idem habet. D. Epiphanius
hæreſi 75. dicere ipſum Epiſcopum & Presbyte-
rum æqualem eſſe, quomodo erit poſſibile? Epiſ-
coporum enim ordo Patrum generator , Patres
enim generat Eccleſiæ; Presbyterorum verò non
potens generare Patres , per lauacri regenera-
tionem generat filios Eccleſiæ , non tamen Pa-
tres aut Doctores , & quomodo poſſibile erit
Presbyterum conſtituere non habentem ma-
nuum impoſitionem ad eligendum , aut dicere
ipſum æqualem Epiſcopo?

Ideo Presbyteri ſunt Aſſeſſores & Conſilia-
tij Epiſcopi , ex D. Ignatio *epiſt. ad Trallianos:*
eſtque anathema ſi quis contrà ſenſerit , conci-
lio Tridentino *ſeſſ.* 5. *cap.* 6. *&* 7. nam & is fuit
error Aërij apud Epiphanium *hæreſi* 75. & D.
Auguſtinum *lib. de hæreſibus cap.* 53.

Quod ſi D. Hieronymo , inquit , Epiſcopi
Presbyteri , & Presbyteri Epiſcopi nominantur,
in cap 1. *ad Titum.* id ideo fit quia priſcis Ec-
cleſiæ temporibus vt plurimum Presbyteri erant
Epiſcopi propter penuriam Clericorum , & ad-
miniſtrationem ſacramentorum , ex ſententia
D. Thomæ 2. 2. *quæſt.* 188. *art.* 6. S. Chryſo-
ſtomi *epiſt ad Philippens. cap.* 1. Auguſtini, Epipha-
nij *hæreſi* 75. & Hieronymi *epiſt.* 85. ad Eua-
grium , vbi ait Epiſcopum à Presbytero vigore
ordinationis, atque poteſtate multum diſcrepa-
re. Confunduntur ergo ab Apoſtolo *epiſt. ad Phi-*
lippenſes , Epiſcopi id eſt Presbyteri : & *ad*
Epheſios , per Presbyteros intelligit Epiſco-
pos.

Quæ ſint jura Epiſcopi , & quid poſſit, oſten-
ditur *cap. conquerente , de offic. Iud. ordinar.* vbi
agitur de duobus ſolidis nomine Cathedratici;
quod Cathedraticum non petit à Monaſterijs
can. inter cætera, 10. *Quæſt,* 3. de cujus Catho-
dratici nomine agitur *can.* 1. *dicta Can.* 10. *Quæſt.*
3. vt nempe dicatur quia datur pro honore Ca-
thedræ. Quandoque dicitur Synodaticum, quia
in ſynodo datur , *cap. olim de cenſibus.* Panormi-
tanus hæc iura explicat apertiùs *in dicto cap. con-*
querente , & inſuper exponit veſtes Pontificales
quæ arguunt eius officium.

Inter ea inſignia , primò Sandalia dantur in
pedibus,

pedibus; ne terram tangant, ſed ſublimia, propter corium ſuperius pertuſum & apertum, ex Iuone *ſerm. de ſignificat. indumenter. Sacerdotal.* Ruperto *lib. 1. de diuinis officiis cap. 24.* Durando *in Rationali lib. 3. cap.* 8. Chirothecæ in manibus, vt ab omni fame auri abſtineat. Innoc. 3. *lib. 2. myſt. Miſſa cap.* 41. Tunica talaris ad perſeuerantiam, ex Innocentio 3. *lib. 1. myſt. Miſſæ cap.* 55. cui tunica Dalmatica ſuperimponitur, præ ſe ferens crucis figuram, vt ſit crucifixus Mundo, ex Alcuino *lib. de ſacris ritibus, cap. quid ſignificent veſtimenta*, & Rabano Mauro *lib. 7. de inſtitut. Clericorum cap.* 20. quæ Dalmatica latas habet manicas, vt ſignificetur largiendum egenis libenter, ex Rabano *citato*, vel quia Diaconi miniſtrantes ea ſic vtebantur, ex Innocentio 3. Mitra in capite, vt eius omnes ſenſus Deo conſecret, ex Alcuino *cap. de ſingulis ornamentis*: eius duo Cornua ſapientiam & ſcientiam vtriuſque Teſtamenti deſignant, ex Innocentio 3. *lib. 2. myſter. cap.* 60. & virtutes ac ſcientias Chriſti. Annulus in ſignum Pontificalis honoris, & ſecretorum, ex Iſidoro *lib. 2. de officiis Eccleſiaſticis cap.* 5. Rabano Mauro *lib. 1. de inſtitut. Clericor. cap.* 4. vel Matrimonij cum Eccleſia, ex Innocentio 3. *lib. 1. myſterior. Miſſæ cap.* 61. Baculus, ſeu Virga Paſtoralis, ac Pedum, vt eo munitus ſubditos regat, infirmos ſuſtineat, & ſit in corrigendis piè ſæuiens, ex Beda *in collectaneis cap. de ſeptem ordinibus*. Et ſic de alijs.

Chorepiſcopatus quoque beneficium eſt, quod Dignitatem annexam habet. Quid vero interfuerit inter Epiſcopos, & Chorepiſcopos, qui hodie vt inutiles ſublati ſunt, & quodnam fuerit Chorepiſcoporum munus, declaratur *in canon. Eccleſiis* §. *inter Epiſcopos, & can.* 4. & 5. *Diſt.* 68. Chorepiſcopi erant veluti Epiſcopi Regionarij; & ideo Archidiaconi aliquando dicti ſunt Chorepiſcopi ex Sigeberto *in Chronico*. Damaſus, ait, Papa decreuit ne quid contra Epiſcopos Archidiaconi præſumant, qui dicuntur Chorepiſcopi, id eſt Regionum, vel Villarum Epiſcopi.

Chorepiſcopi poterant ordinare tantùm Lectores, Exorciſtas, & Subdiaconos; non autem Presbyteros, aut Diaconos, ex *can.* 10. *concilij Antiocheni*, & refertur in Capitularibus Caroli Magni *lib.* 1. *cap.* 9. 10 eodem, ait, concilio Antiocheno ſimul & in Ancyranenſi decretum eſt vt Chorepiſcopi cognoſcant modum ſuum, & nihil faciant abſque licentia Epiſcopi in cuius Parochia habitant. Poterant etiam dare literas εἰρηνικὰς, id eſt pacificas, ſi eſſent irreprehenſibiles & inculpati, dict. concil. Antiocheno *canon.* 10. Chorepiſcopus ab Epiſcopo Ciuitatis vel loci cui adiacet, ordinandus eſt *dicto can.* 10. concilij Antiocheni, in concilio Ancyrano *can.* 3. verba (ἀλλὰ μηδὲ πρεσβυτέρους πόλεως) defectum patiuntur aliorum quorumdam verborum, vt colligitur ex verſione latina, nec expungenda vt vult Petauius *in Epiphanium*: vel etiam locus Ancyranæ ſynodi intelligendus eſt iuxta epiſtolam decretalem D. Baſilij, quam Balſamo annotauit *dicto can.* De licentia Epiſcopi poſſunt ordinare & conſecrare Presbyteros.

Ex quo colligitur Chorepiſcopos eſſe ſupra Presbyteros: quod confirmatur ex concilio Neocæſarienſi *can.* 13. & 14. vbi quod erat Presbyteris negatum, conceditur Chorepiſcopis; & Leone Papa *epiſt.* 88. nam quamuis, ait, cum Epiſcopis plurima illis miniſteriorum communis ſit diſpenſatio &c. item quod in ſynodis cum Epiſcopis ſubſcripſerint, vt Cæſarius Chorepiſcopus *in Epheſina* 1. licet verum ſit aliquando connumerari tantùm inter Presbyteros, vt à Leone *epiſtola citat.* & à Damaſo, *epiſt. Decretali de Epiſcopis.* Balſamo *ad* 13. & 14. *can. concilij Neocæſarienſis*, ait eos ad inſtar Diſcipulorum curam habuiſſe diſtribuendi pecuniam in pauperes; qua de cauſa Damaſus ait ſublatos fuiſſe his verbis: ſed quia Deo gratias modo neceſſarij, ſicut in primitiua Eccleſia propter ſtudium quod erga pauperes exigebant, non ſunt. Sed etiam ſublati fortè, quia nimium ſibi arrogabant, vt patet ex *epiſt. Baſilij* apud Balſamonem. Loco eorum creati ſunt περιοδευταὶ ex concilio Laodicenſi *can.* 57. id eſt Viſitatores, vt habet latina verſio, vel Circitores, aut Luſtratores ex *veteri gloſſario*. Locus ex epiſtola Leonis Papæ ita habet: nam quamuis cum Epiſcopis plurima illis miniſteriorum communis ſit diſpenſatio, quædam tamen authoritate veteris legis, quædam nouellis & Eccleſiaſticis regulis ſibi prohibita nouerint, ſicut Presbyterorum, & Diaconorum, aut Virginum conſecratio; ſicut conſtitutio altaris, aut benedictio, vel vnctio &c. quibus verbis patet ex parte Epiſcopos fuiſſe, ex parte non fuiſſe; & Pontificiæ dignitatis partem tantùm habuiſſe, non eius ſoliditatem, vt etiam patet concilio Antiocheno.

Has Dignitates rectè quis Maiores dignitates appellauerit; quę non ſemper dignitatis verbo ueniunt: nam in odioſis, vt dicunt, non ſolent venire, veluti ſi Romanus Pontifex diſpenſauerit cum illegitimo vt ad Eccleſiaſticos dignitates poſſit promoueri, non cenſebitur eum eo diſpẽſatum vt ad Epiſcopalem dignitatem poſſit admitti, vt concludit Panormitanus *in cap.* 15. *de elect.* arg. *cap.* dilectus, de conceſſione præbendæ.

Inter Inferiores Dignitates annumeratur *Archidiaconatus*. Archidiaconus enim tenet vicem Epiſcopi, & iure communi iuriſdictionem, *cap.* ad hæc *de officio Archid.* ideo dicitur Epiſcopi Vicarius, *cap.* 1. *dicto tit.* Et quid poſſit oſtenditur *dicto cap.* 1. in quo ius habet coërcendi, & conſequenter iuriſdictionem, *ex cap.* 1. *de offi. & poteſt. Iud. Delegat.* & *l. vlt. de offi. eius cui mandata eſt iuriſd.* Cætera eius iura ſunt *cap.* 2. *& aliis ſeqq. de officio Archidia.* Qualiter viſitare debeat dicitur in concilio Tridentino *ſeſſ.* 24. *cap.* 3. *de reformat.* Dicitur vero ab Alexandro 3. in concilio Lateranenſi 3. *cap.* 1. vt nihil Archidiaconi præſumant vel in Eccleſiis inſtituere, aut reſtituere ſine authoritate & conſenſo Epiſcopi.

Primiceriatus quoque eſt dignitas: nam Primicerius in Clericos delinquentes iuriſdictionem habet *can. perlectis* §. *ad Primicerium, Diſtinct.* 25. Is erat antiquitus qui Scholæ Cantorum præfectus, dabat operam vt officia diuina, horariæ preces in choro piè, ſtudioſè canerentur; de quo agitur in *cap.* 1. *de offi. Primicer.* in quo capite eſt ſub Archidiacono, licet verum ſit ex conſuetudine aliquando eſſe ſupra Archidia-

conum in quibuſdam locis, vt in Eccleſia Metenſi, & patet ex *gloſſa in dict. cap.* 1. Ita dicitur quaſi primus in cera, in libro, & ordine: vnde eſt primicerius Domeſticorum, Menſorum, fabricæ in jure noſtro. Quare D. Auguſtinus *ſerm.* 51. *de tempore* vocat S. Stephanum Primicerium Martyrum. A

Præpoſitura quoque: & in quibuſdam Eccleſijs Præpoſitus ſeu Præfectus eſt maior Decano, vt in Eccleſia Remenſi. Eius cuſtodiæ committebantur omnia bona Eccleſiæ & Epiſcopi, vt Oeconomo in *Nouella Iuſtiniani* 67. § 2. & tempore Iuſtiniani Magni Theophilus in Cilicia erat Præpoſitus Eccleſiæ, qui cùm dejectus ab Eccleſia ſe dediſſet Diabolo vt reſtitueretur, B auxilio Virginis Mariæ eſt liberatus, ex Simeone Metaphraſte *in eius vita*, Petro Damiano *ſerm.* 1. *de Natiuit. B. Virginis.*

Præcentoriatus etiam. Præcentor dicebatur χοροστάτης, ὁ τὸ χορὸν ἱστάς, cujus meminit Iulianus *epiſt. ad Iamblichum.*

De *Decano* idem ſcribit Bernardus *in cap. ex parte de Clericis non reſidentib.* Is præcipue in Gallia, & Hiſpania præſidet in Capitulis, vt Hoſtienſis notat, *cap. dilecto filio, de appellationibus &c.* Propter excellentiam dicitur Decanus. Nam ex Æliano *lib. de acie inſtruenda*, Decanus eſt dux aliorum: & omnes Canonici Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ dicti ſunt Decani reſpectu C Canonicorum aliarum Eccleſiarum *l. non plures, l.* 4. *de ſacroſanctis Eccleſ. cod.* Decani officiū tale eſt ex Concilio 3. Colonienſi *parte* 3. *cap.* 2. Decanis cura ſit vt Clericos ad obſeruationem priorum rituum prouocent, ac reducant, vt ad agendam vitam Clericis dignam perpetuò cohortentur ac impellant, vt à negotijs & tumultibus mundanis reuocent, denique vt officio ſuo ſatisfacere compellant: & *cap.* 7. 15. & 16. multa alia ei conceduntur: adde ex Burchardo *lib.* 2. *cap. vlt.* Decani in Ciuitatibus & in vicis publicis viri veraces, & Deum timentes conſtituantur, qui deſides commoneant vt ad Dei ſeruitium abſque cunctatione properent &c. & Concilio Auguſtenſi ſub Othone Cardinali *cap.* 9. D dicitur vt morum honeſtatem in habitu diſciplinaque præferant.

Archipreſbyter etiam dignitatem habet *cap.* 1. *de offic. Archipreſb.* & *gl. notabile, ibidem.* Ideoque ei cauſas tractandas Papa delegat, *cap. ſtatutum de Reſcript. in Sexto* & dignitatem habet quæ requiritur in Conſeruatoribus Apoſtolicis, de quibus in *cap.* 1. 2. *& vlt. de officio & poteſtate Iudicis Deleg. in Sexto.* licet verò ſit in quibuſdam locis Archipresbyterum dignitatem non habere, vt Lutetiæ Pariſiorum in Eccleſia S. Seuerini, & S. Magdalenæ, vt iudicatum eſt. Subduntur archipresbyteri Archidiaconis *cap.* 1. E *Ex. de offi. Archipresbyt.* ſuntque duo, Vrbanus nempe, de quo *cap. officium, dicto tit.* & Ruſticus de quo *cap. vt ſingula, eod.*

Porro ſciendum eſt, cùm dicitur Archidiaconatum, Primiceriatum, Præpoſituram, Præcentoriatum dignitates eſſe, id ita intelligi, vt ſi talis conſuetudo ſit Eccleſiæ vt Archidiaconi, vel alij quos retulimus, iuriſdictionem non habeant, ſed tantùm prærogatiuam in Choro & Capitulo, verum ſit eos non habere dignitatem, ſed tantùm Perſonatum; & ſic eſſe diſtinguendum Perſonatum à Dignitate, vt Perſonatus ſit honor & præeminentia in Eccleſia ſine iuriſdictione; Dignitas verò adminiſtratio cum iuriſdictione: & propterea quæcumque Perſonæ habent honorem & præcellentiam in Eccleſia, perſonam gerere dicuntur, ſiue iuriſdictionem habeant, aut adminiſtrationem cum iuriſdictione, ſiue non habeant; vt eo reſpectu quo præeminentiam habent, dicantur habere perſonatum, eo verò quo adminiſtrationem cum iuriſdictione, dicantur habere Dignitatem; & hac de cauſa Rector Eccleſiæ, dicitur perſona Eccleſiæ *cap. fin. vt lite pendente nihil innouetur, cap. ad audientiam, de Eccleſijs ædificand. & cap. Paſtoralis, de priuileg.* Itaque rectè ex his conſtat non omnes qui perſonatum habent, habere Dignitatem; ſed contrà, omnes qui Dignitatem habent, habere perſonatum; & propterea in *cap. ad aures, de Reſcript.* perſonatus appellatur Dignitas.

Officia verò Eccleſiæ non ſunt Dignitates, nec perſonatus: nam officium Eccleſiaſticum eſt adminiſtratio rerum ſine iuriſdictione, & ſine præeminentia, vt Cuſtodia, Sacriſtia, Celleraria.

Cuſtodis officium deſcribitur *cap.* 1. & 3. *de offic. Cuſtodis.* Coſtos affinis valde Theſaurario, vnde alicubi confunduntur, in alijs Eccleſijs diuiſi ſunt.

Sacriſta verò, qui & Theſaurarius, officium ſuum habet, vt eſt in *cap. vn. de offic. Sacriſta, & can. perlectis Diſtinct.* 25.

Iam verò Dignitates inter Religioſos & Regulares ſunt 1. Abbatiæ 2. Prioratus Conuentuales, qui diſtinguuntur à Clauſtralibus, quòd Conuentuales priores ſint qui per ſe Cœnobijs præſunt in quibus non eſt Abbas, & præſunt in modum Abbatis: Clauſtrales verò ſunt qui ſub Abbate, & in eius abſentia præſunt Monachis in Clauſtro, *cap.* 2. *& 6. de Statu Monachor. cap.* 1. §. *cæterum Prioratus, eod. tit. in Clementinis.* Conuentuales eliguntur in Conuentu ſeu in capitulo Religioſorum ſuorum, nec poſſunt remoueri, niſi ex certis cauſis, quæ exprimuntur *dicto cap.* 2. Clauſtrales autem præponuntur ab Abbate, nec poteſt Abbas eam legem ſibi dicere vt prior Clauſtralis perpetuus, ſit *dicto cap. cum ad monaſterium.* Proinde Prior Conuentualis Dignitatem habet, Clauſtralis non habet, *cap. tantùm in pr. de reſcript. in* 6. qui nec beneficium habere intelligitur, vt jam dictum eſt. Et hac de cauſa prior Conuentualis, licet per electionem non aſſumatur, poteſt eſſe Delegatus Romani Pontificis; Prior verò Clauſtralis non poteſt, *cap.* 5.

Status Monachorum dicitur à Deo inſpiratus, ab Apoſtolis fundatus, & à SS. Patribus excultus, Concilio Meldenſi *cap.* 9. Colonienſi 3. *cap.* 1. *parte* 10. D. Dionyſius poſt commemoratos ordines Sæcularium, ponit ordinem Monachorum, & excellentiorem ac ſublimiorem facit: Therapeutas vocat, id eſt cultores Dei, Monachos, ob indiuiduam vitam cum Deo, *lib. de Eccleſ. Hierarch. parte* 1. *cap.* 6. Orationibus & lectionibus irrigant animæ deſiderium, & vegetiorem eam faciunt ex *epiſt. S. Baſilii ad S. Gregor Nazianz.* D. Auguſtinus *in pſalm.* 132. ſumit Monachorum exemplar ex his verbis; ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum. Poteſt etiam

ſumi ex Enot, *Geneſ.* 4. iſte cœpit inuocare nomen Domini, id eſt ſpeciali ratione, & velut monaſticâ: nam ante eum, Adam, Abel, Seth, inuocabãt. Item ex Nazaræorum viuendi ratione *Numeror. cap.* 6. Item ex Elia, Eliſæo, & Filiis Prophetarum, ex D. Hieronymo *ad Paulinum epiſt.* 13. qui polentâ & herbis agreſtibus victitabant, *epiſt.* 4 *ad Ruſticum.* Item ex Rechabitarum vinis & aſperitate viuendi, *Hierem. cap.* 35. & Hieronymo *epiſt. ad Paulinum.* Item ex Ioanne Baptiſta, Gregorius Nazianzenus *orat. in S. Baſilium,* & D. Chryſoſtomus *hom. in S. Marcum.* ſicut, ait, ſacerdotum Principes ſunt Apoſtoli, ſic Monachorum princeps Ioannes Baptiſta eſt. Adde D. Hieronymum *epiſt. ad Euſtochium, de ſeruanda virginitate;* Sozomenum *lib.* 1. *hiſtor. cap.* 12. Caſſianum *collat.* 18. *cap.* 6. Iſidorum *lib. de Diuinis officiis cap.* 1. Bernardum *de excellentia D. Ioannis Baptiſtæ.* De Monachis noſtris agebat nihil cogitans Philo Iudæus *de vita contemplatiua,* nomine Eſſenorum Iudæorum. Hi propriè aſcendunt per ſcalam Iacob, ex Baſilio *in pſalm.* 1. & Bernardo *ſermon. in hac verba, ecce nos reliquimus omnia:* relinquunt enim omnia, & habent diuitias tanquam ſtercora, *ad Philippenſes* 3. relinquunt ſe & Parentes *Luca* 9. & 14. vbi tollunt crucem. Monachi Angelis ſimiles, & Monaſteria Paradiſo ſublimiora, ex Chryſoſtomo *hom.* 8. *in Matth.* Hi faſtigium Sãctuarii occupant ex D. Auguſtino *lib.* 1. *de moribus Eccleſiæ cap.* 31. Monaſteria ſunt illa bona Tabernacula, de quibus Dauid ex D. Athanaſio *in vita S. Antonij.* De iis ita Lupus Abbas Ferrarienſis *epiſt.* 24. nullus inter ſanctam eccleſiam ordo vbi certiùs promereri Dominum poſſit anima fidelis, quàm ſi Monaſticæ diſciplinæ ſtudeat propoſitum integrè ſeruare. Hos præcipuè Diabolus odit, ex S. Athanaſio *in vita S. Antonij,* & Caſſiano *collat.* 7. *cap.* 23. & Hæretici, vt Donatiſtæ, ex D. Auguſtino *in pſalm.* 132. & *lib.* 3. *aduerſus Petilian.* & Ariani, vt Lucius Epiſcopus Arianus ex Ruffino *lib.* 11. *cap.* 3. item Seuerus hæreticus Antiochenus Patriarcha, & Petrus Apamæorum Epiſcopus *in ſynodo* 5. *generali* ſub Iuſtiniano *action.* 1. Vuiclefus, Lutherus, Caluinus, & alij. Verùm dicendum eſt cum Fulberto Carnotenſi *epiſt.* 1. *ad Abbonem abbatem Floriacenſem,* eos aliis ordinibus Sæcularium deprædatis à Dæmone, vel vitiis, firmiſſimum fueri Capitolium ad quod confugere poſſumus.

Quod ſpectat vero ad ea beneficia quæ *Curam animarum* annexam habent, non eſt dubium quin illæ maiores Dignitates, & Perſonatus, de quibus ſuprà, curam animarum habeant, *cap.* 6. *de praben. in Sexto,* vt Patriarchæ, Epiſcopi, Abbates, Archidiaconi, & alij: ſed quia in his præeminet, & prædominatur Dignitas, appellantur Dignitates, non beneficia curata; & propriè beneficia curata ſunt Presbyterorum, qui curant & regunt aliquam Eccleſiam Parochialem *cap. de multa, de Præbendis,* & *cap. Execrabilis, eod. tit. in extrauagantib. Ioannis* 22. & accidit aliquando vt aliquis ſit Rector Primitiuus in Eccleſia, vel Prior qui habitu quidem habet Curam animarum, ſed alius ſit qui Curam exerceat & ſit actu Rector, quem Vicarium perpetuum vulgo appellamus, *cap. exſtirpanda §. qui verò de Præbend.*

Cura autem animarum conſiſtit in poteſtate ligandi & ſoluendi: nam tenetur Curio, ſiue Rector, aut Vicarius perpetuus adminiſtrare Sacramenta, prædicare Verbum Dei, audire confeſſiones, abſoluere pœnitentes, *cap. omnis vtriuſque ſexus, de pœnitentiis & remiſſionib.* & *cap. dudum verſ. Verum de ſepulturis in Clement.* Præterea dicuntur ſpiritualem iuriſdictionem exercere, quæ & poteſtas fori pœnitentialis dicitur. Sed & Cura animarum conſiſtit in his quoque quæ ſunt cõtentioſæ iuriſdictionis, veluti vt quis poſſit viſitare, inquirere, procurationem ſuſcipere, ſuſpendere, excommunicare, abſoluere, interdicere, *cap. dudum de præbendis* & *dicto cap. execrabilis ſupra cit.* Et hac ratione dicimus Archidiaconos, & Archipresbyteros Curam animarum habere, *cap.* 1. *de offi. Archidiaconi,* & *cap* 1. *offi. Archipreſb.*

De Curatis & Parochis agitur in concilio Sardicenſi *canon.* 12. ſub nomine Presbyterorum miſſorum atque conſtitutorum ab Epiſcopis in Eccleſiæ congregatione: & Chalcedonenſi *can.* 6. & Carthaginenſi *can.* 36. his verbis: Presbyteri qui per Diœceſes Eccleſiam regunt, non à quibuſlibet Epiſcopis, ſed à ſuis, nec per iuniorem Clericum, ſed omni anno aut per ſeipſos, aut per illum qui ſacrarium tenet, ante Paſchæ ſolemnitatem chriſma petant. & concilio Sueſſionenſi ſub Pipino Rege: Presbyter qui in Parochia eſt, in Cœna Domini, rationem & ordinem miniſterij ſui Epiſcopo exponat, & chriſma & oleum petat.

Dicitur Sacerdos loci, in *concilio Romano* 6. *ſub Symmacho:* Dicitur Clericus parochiæ abſolutè & ſimpliciter in concilio Epaonenſi *cap.* 23. apud Iuonem, ita legentem *par.* 3. *decreti cap.* 78. & in concilio 4. Aurelianenſi *cap.* 6. ſub Childeberto Rege; vel Clericus parochialis concilio Bracarenſi 1. *cap.* 2. Clerici locales ac Diœceſani *concilio Toletano* 3. Dicuntur, & parochi, Curiones, vel Curati quia curam habent orandi & celebrandi *cap.* 2. *de Parochiis, Clement. dudum de ſepul. cap.* 1. *eod. tit.* Dicuntur Rectores *can. placuit de pœnitent. Diſtinct.* 6. quod regant animas, *cap.* 3. *de Clerico agrot.* inde Rectoria, *cap. fin. de Præbend.* & *can.* 1. *Diſt.* 43. Dicuntur Plebani *cap. final. ne Clerici vel Monachi ſæcularib. negot. ſe immiſceant.*

Parochi originem accipiunt à ſeptuaginta Diſcipulis *can.* 2. *Diſt.* 21. & ex Beda *in cap.* 10. *S. Lucæ,* Epiſcopi, ait, tenent ſtatum duodecim Apoſtolorum in ſuccedendo, & ſtatus Curatorum ſuccedit ſtatui ſeptuaginta duorum Chriſti Diſcipulorum quoad legem nouam, vt in lege ſeptuaginta ſenioribus Synagogæ Moſaicæ perſimiles dicuntur. Inde poſt Epiſcopos ſecundum gradum tenent in concilio Romano 4. *cap.* 6. concilio Aquiſgranenſi ſub Ludouico Pio *ſect. de ordine Rectorum,* dicuntur ab Epiſcopis Cooperatores ordinis noſtri (id eſt Epiſcopalis.) Confirmatur ex *epiſt. Montani* Archiepiſcopi Toletani ad Epiſcopos & Parochos Palentini territorij, quæ habetur poſt concilium Toletanum 2. reuoluatur, ait, manibus veſtris, Presbyteri ſacratiſſimi, Numeri liber in quo veſtri officij in ſeptuaginta Seniorum Perſonis auſpicatus honor, & inuenietis quorum negotiorum vobis

prærogatiua conceſſa ſit: adjutores ſuos Dominus noſtri laboris, ſecundos dignitatis gradu eſſe voluit. & ex *epiſt. Theodulphi* Epiſcopi Aureliaoenſis ad Parochos Aurelianenſes: ſcitote Parochi veſtrum gradum noſtro gradui Epiſcoporum ſecundum, & valde conjunctum eſſe: ſicut enim Epiſcopi Apoſtolorum in Eccleſia, ita nimirum Presbyteri cæterorum Diſcipulorum Domini vicem tenent; & illi tenent gradum ſummi Pontificis Aaron, iſti vero filiorum eius: vnde oportet vos ſemper memores eſſe tantæ dignitatis. & ex Fulberto Carnotenſi *epiſt. 2. ad Finardum*: Moyſes Dux populi ſecundis B adjutoribus ſeptuaginta viris videlicet de eodem populo ſuſtentabatur, per quos forma Presbyterorum exprimitur, qui nunc in Eccleſia nouercis onus Pontificale in ſe ſuſcipicores, regendis populis inuigilant.

De eorum inſtitutione à D. Petro S. Damaſus *in hiſtor. Pontific.* ait Cletum ex mandato S. Petri viginti quinque Presbyteros in vrbis Romæ diuerſis locis ordinaſſe, qui conuerſorum ad fidem ſaluti proſpicerent. Idem refert Anaſtaſius Bibliothecarius *in Damaſo*. Poſtea in Villis extra Vrbem poſiti ſunt ex S. Anacleto *epiſt.* 3. apud Burchardum *lib.* 1. *cap.* 4. & Iuonem *par.* 5. *cap.* 59. & 98. Epiſcopi non in Caſtellis, aut modicis Ciuitatibus debent conſtitui, C ſed Presbyteri per caſtella & modicas ciuitates atque villas debent ab Epiſcopis ordinari & poni; ſinguli tamen per ſingulos ſuos Titulos. Idem factum in Concilio Sardicenſi *can.* 6. Euariſtus quintus Succeſſor S. Anacleti Titulos Parochiales Presbyteris diſtribuit. Hilduinus Abbas S. Dionyſij in Areopag. qui vixit ſub Ludouico Pio, ait D. Dionyſium in Gallia Titulos & Parochias ex D. Petri inſtitutione primùm diſtinxiſſe; & ne vnus in alterius Parochiam inuaderet expreſſiùs cautum *can. Eccleſias* 13. *Quæſt.* 1. qui eſt Dionyſij Papæ.

Panormitanus *rubrica de Paroch.* Hoſtienſis D *in ſumma tit. de Parochijs*; Silueſter *verbo Parochia*, & alij poteſtatem Parochorum ad nouem capita redigunt. Primò vt Parochianos de grege ſuo in Eccleſia ſua baptiſent. *Secundò*, vt confeſſiones audiant quotannis *can. omnis de Pœnit.* 3. vt Corpus Chriſti in Paſchate impertiantur. 4. vt in periculo mortis extrema vnctione firment, *Clement. dudum de ſepulturis*. 5. vt matrimonia eorum in Eccleſia celebrent, *cap.* 1. *de Clandeſt. deſponſat. can. aliter* 30. *Quæſt.* 5. *cap. ſuam nobis de ſimonia, Can. placuit* 13. *quæſt.* 3. 6. vt mortuos ſepeliant, dicta Clem. *dudum, de ſepult.* 7. vt diebus feſtis prædicatione inſtruant, *cap.* 3. *de Paroch.* 8. vt pro laboribus decimam percipiant, *can. quæſti ſunt* 16. *Quæſt.* E 1. 10. vt Primitias quoque habeant *can. omnis de Conſecr. Diſtinct.* 1. Tria in ſumma ſunt Parochi munia, orate, prædicate, ſacramenta conferre. Sciendum verò eſt nomen Parochiæ aliquando ſumi pro Diœceſi Epiſcopi, *vt can.* 10. *Apoſtolorum*; & contra, nomen Diœceſis pro Parochia, Concilio Agathenſi *cap.* 54.

S I M P L I C I A Beneficia ſunt quæ ſine adminiſtratione ſunt, nec habent Clerum vel populum, ſed ſufficit vt qui ea habent, diuinis interſint. Inter ea primo numerantur Canonicorum Præbendæ, vbi notandum eſt diſtingui Canonicatum à Præbenda *cap. cum in Eccl. de præb. in*

A 6. Canonicatus eſt Beneficium quod datur Canonico, quoniam non ſtatim atque quis recipitur Canonicus, Præbenda ei datur, ſed poſtea cùm ſe facultas obtulerit, & vacauerit aliqua Præbenda: interim vero in Choro, & Capitulo, & in alijs quorum vſus eſt communis, poteſtatem habet, veluti in participatione diuinorum, & in lectionum recitatione, & Euangelij, atque in diſtributionibus quotidianis *cap. relatum & cap. dilectus de Præbendis*: Et poſtquam Præbendam adeptus quis eſt, non ſacramenta adminiſtrat propter præbendam quam habet, ſed Deo ſeruit horis recitandis, & alio officio B ſibi injuncto.

Præbenda autem eſt in triplici differentia: nam eſt Præbenda Canonialis, & Præbenda ſimplex, & Præbenda quoque quæ attribuitur Laico pro labore aliquo temporali, puta Aduocato, Procuratori, & ſimilibus alijs Perſonis *can. quicumque*, 12. *Quæſt.* 2. Notantur *in cap. cum Martinus de conſtitutionib.* Hoc commune eſt in ſimplici Præbenda & Canoniali, quod Præbendatus quem vulgo vocamus *Prebendier*, jus habet recipiendi certos Prouentus in Eccleſia Collegiali, & competentes ex officio diuino cui deſeruit: ſed hoc plus eſt in Canoniali quod jus habeat ſuffragij in Comitijs, & Concilijs, C & inſuper ſedem habeat in Choro; quæ vulgo vocant habere vocem in Capitulo, & ſtallum in Choro, *cap. pro illorum* 22. & *cap. dilecto* 25. *de Præbendis & Dignit.* Verùm illa habet non tanquam Præbendatus, ſed tanquam Canonicus, cujus rei argumentum eſt quod ea habet antequam præbendam adeptus ſit, vt dictum eſt.

Sunt autem Canonicæ Præbendæ in multiplici differentia: nam aliæ ſunt Sacerdotales, aliæ non Sacerdotales, quæ inferioris ordinis Clericis dantur, *cap. qui de non ſacerdotali, & cap. ei qui, de Præbendis in Sexto*: aliæ Theologales, quæ Theologiæ Doctoribus in Cathe- D dralibus Eccleſijs aſſignantur; aliæ Magiſtrales quæ Magiſtris, *cap. quia nonnullis de Magiſtris*.

Simplicia quoque Beneficia ſunt *Prioratus*, quos ideo vulgo prioratus ſimplices appellamus; Capellæ, vel Capellaniæ quibus cura animarum non imminet (imminere vero quibuſdam Capellis notum eſt *ex cap.* 1. *de Capellis Monachor.* præſtimonia quoque, de quibus ſupra diximus; Altaria quæ ſunt in aliqua Eccleſia cum authoritate Epiſcopi conſtructa, *cap. recolentes, de ſtatu Monachor.*

Secunda diuiſio Beneficiorum eſt vt quædam ſint S Æ C V L A R I A, quædam R E G V L A R I A. Sæcularia ſunt quæ Clericis ſæcularibus, id eſt monaſtico voto & regulæ non aſtrictis aſſignan- E tur: Regularia verò quæ Monachis & Regularibus tantùm, quæ adeo differunt, vt ſi mandetur prouideri alicui de beneficio ſæculari, non poſſit ei de Regulari prouideri, *cap. cùm de beneficio, de Præbendis, in Sexto*: nam vt vulgo dicitur, Sæcularia Sæcularibus, Regularia Regularibus debentur. Quæ autem ſint Sæcularia, vel Regularia, dignoſcitur ex Fundatione, in qua ſtatutum eſt per quos Eccleſia regenda ſit, *gl. in* §. *is ordo*, *in verbo*, *Regularibus*, *de collationib. in pragmat. ſanctio.* Quod ſi dubitetur an Sæcularia, an vero Regularia ſint; Sæcularia in dubio erunt habenda, quòd jure

commoni eiuſmodi ſint: primatinsenim Sacerdotum ſtatus ſuit ſæcularis. Sic decidit Rota *deciſ.* 32. Poſſunt tamen contra fundationem ex Regolaribus Sæcularia, & ex Sæcularibus Regularia fieri, ſi pacificè per quadraginta annos poſſeſſa ſnerint, *ex dicto cap.* 5. *cum benefic. de prabend. in* 6. & *cap. vn. de ſuppl end. neglıgent. prælat. in Clementin.* Et hæc de prima parte ſeu ſectione ſufficiant; ſequitur ſecunda pars,

---

SECTIO ſeu PARS II.

De Decimis, Primitiis, & aliis Obuentionibus.

CAP. I. DE DECIMIS.

Diximus ſuperiore Sectione Decimas eſſe juris naturalis Gentium, & ratione uiri, & aliâ ratione ab iſs poſſe aliquos diſpenſari; ita vt ſi aliunde ſuſtentari commodè poſſint Miniſtri, fieri poſſit ex conſuetudine ne Decimæ ſoluantur, ex ſententia D. Thomæ 2. 2. *quaſt.* 86. *art.* 1. *quodlib.* 2. *quaſt.* 8. & aliorum, quos gloſſa refert *cap.* 1. *de decimis in Sexto.* Quæ ratio eſt cur hodie in Æthiopia nullæ decimæ præſtentur, vt ſcribit Ferdinandus Aluares *in hiſtor. Æthiopiæ*; & cur ſummus pontifex poſſit aliquos eximere & diſpenſare, *cap. ſuggeſtum, cap. pacti, cap. licet, cap. audientiam, cap. nuper, de decimis*, ratione ſuadente: & ideo Petrus Bleſenſis *epiſt.* 82. ait hoc priuilegium conceſſum à Papa tolerari poſſe ad tempus, ob paupertatem ac neceſſitatem tantùm; non ſi moltiplicatæ ſint poſſeſſiones exemptorum: ſimiliaque referuntur à Satisberienſi *lib.* 7. *de nugis Curial. cap.* 21. & *epiſt.* 92.

Extat præceptum Veteris Teſtamenti de Decimis perſoluendis, & primitiis, *Exodi cap.* 2. 9. 30. *Deuteron. cap.* 12. *v.* 6. 11. 17. *cap.* 14. 22. *cap.* 26. *ver.* 11. vbi author eius hortatur ad ſanctificandum eas in exoltatione. *Ezechielis cap.* 20. *verſ.* 40. *Amos cap.* 4. *ver.* 4. *Malachiæ cap.* 38. *v.* 10. vbi Deus conqueritur de peccato circa illas. *Tobiæ* 1. 6. vbi laudatur Tobias ob huius præcepti obſeruationem; ſicut Iudæi ſub Machabæis 1. *Machabaer.* 3. 49. Præceptum etiam eſt *toto tit. de decimis* & *in Capitularib. lib.* 5. *cap.* 89. & apud Clementem Romanum. Odio fuerunt Septentrionalibus quibuſdam populis, vnde & cædes ortæ, ex Saxone Gramatico *hiſtoriæ Danica lib.* 13. & Elmoldo *cap.* 91. *lib.* 1. *chronic. Sclauorum*: & hæreticis, Vuiclefo, qui meras eleemoſynas ſpontaneas vocabat, vt negari poſſent malis Sacerdotibus, ex concilio Conſtantienſi; & Eraſmo qui *annotat. in nouum Teſtament.* vocat decimarum exactionem, tyrannidem: & miniſtris Arianis in Tranſſiluania, qui ſcribunt inſtitutum earum pertinere ad falſum Chriſtum.

Et ſanè miſeri ſunt illi, nec vident quia Deus loco citato Malachiæ pollicetur copiam ſoluentibus Decimas: & Rabini in Pirke aboth *cap.* 3. vocant Decimas ſepem diuitiarum, ne videlicet defluant, & ibi docent ſeptem genera pœnarum venire in Mundum propter præuaricationem

A iſtius præcepti. Item Auguſtinus *lib. hom. quinquaginta, in* 48. ſcribit abundare bonis eos qui ſoluunt Decimas.

Decimæ dantur in denario numero, tanquam perfecto retinendo nouenarium imperfectum penes nos, qui imperfecti perficimur à Deo ex D. Thoma 2. 2. *quaſt.* 87. *articul.* 1. & ab ipſo Deo eſt quòd ad bonum ſurgimus & perſeueramus, iuxta illud *pſalm.* 58. 11. miſericordia eius præueniet me; & illud *Pſalm.* 22. 6. miſericordia tua ſubſequetur me. Philo verò *lib. de congreſſu quarenda eruditionis gratia*, Decimarum oblatione innui quæcumque habemus, velut nouenario contenta, in Deum referri: Deinde *lib. de* B *Charitate*, refert daricaniando hymnos. Valaſridus Strabo tamen *lib. de reb. Eccleſiaſt. cap.* 17. aſſignat peculiarem rationem quòd Deus liberando Hebræos ab Ægyptiis, decem plagis percuſſerit Ægyptios, & permiſerit vt pecuniis eos ſpoliarent Iudæi.

Debentur autem Decimæ non ſolùm de fructibus prædiorum, ſed etiam de omni artificio, negotiatione, & quæſtu, *cap. ex transmiſſa, de decimis* &c. Proinde triplicem conſtituunt decimam Iuris Pontificij Interpretes, Prædialem, Perſonalem, & Mixtam. Prædialem, quæ prouenit ex fructibus prædiorum; Perſonalem, quæ ex lucro ſolâ induſtriâ aut labore Perſonæ quæ- C ſito, veluti ex artificio & negotiatione; Mixtam verò quæ partim ex prædiis, partim ex induſtria capitur, qualis eſt quæ præſtatur pecudum, pullorum, & ouium cauſa.

De prædialibus agitur *Leuitici cap.* 27. *verſ.* 30. de mixtis, *ver.* 32. De Perſonalibus eſt difficultas: nam aliqui exiſtimant non fuiſſe datas lege veteri, eâ ratione quòd ſingulæ Tribuum familiæ apud Hebræos haberent agros ſuos vnde ſoluere poſſent decimas; ita vt exigere Perſonales neceſſe non eſſet; Hodiè verò apud Chriſtianos ſint familiæ multæ, quibus nec aratur, nec metitur; imò integræ D Reſpublicæ, vt Genuenſis, & Veneta. Nihilominus tamen *in Deuteronomio* Decimæ, vocantur Decimæ manuum *cap.* 12. *ver.* 6. 11. 17. licet editio græca mutat nomen, manuum: & *Eſd.* 2. *cap.* 10. 37. Decimæ operum hominum: & *Numerorum cap.* 18. 21. decimæ Iſraelis. Sed dici poteſt his locis intelligi mixtas, quæ etiam manum hominum requirunt, & prædiales, Veruntamen D. Auguſtinus perſonales etiam admittit ex militia, negotio, artificio, ſi aliæ deſint *ſerm.* 219. *de tempore.* & D. Ambroſius de ipſa venatione, *ſerm.* 35. & Cæſarius Arelatenſis *hom.* 37. & Eligius *in vita lib.* 2. *cap.* 16. de quacumque operatione.

E Quadruplices facit decimas D. Hieronymus *lib.* 14. *in Ezechiel. cap.* 45. de quibus agitur *cap.* 1. *de decimis.*

Præſtanda decima Curionibus, ſeu Rectoribus, id eſt Presbyteris qui Parochias regunt *can. de decimis*; *can. decimæ* 16. *Quaſt.* 1. & hoc expreſſum eſt *Capitular. lib.* 1. *cap.* 155. Poſſunt quoque deberi decimæ aliis Eccleſiis, vel Monaſteriis ſiue eis donatæ fuerint, ſiue longi temporis poſſeſſione ab eis acquiſitæ *cap. cum contingat, cap. cum in tua de decim.* & *can. final.* 16. *Quaſt.* 6.

Non poſſunt verò Laicis deberi, quia cùm

dentur ob ſacrum miniſterium, abſurdum aſt hoc jus in Laicos homines transferri, *cap. cùm Apoſtolica, de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſen. Capit.* & *cap. prohibemus de decimis*: quod tamen ante Lateranenſe concilium habitum ſub Alexandro 3. (ex quo concilio eſt illud caput *prohibemus*) tributum eſt Militibus jus decimarum ex Cleri conſenſu, vt Eccleſiam populumque Chriſtianum aduerſus Religionis hoſtes defenderent: cujus rei authorem Carolum Martellum vulgo Hiſtoriæ faciunt, de quo vide Paulum Æmilium, Gaguinum, & Flodoardum 2. *Hiſtor. Remenſis cap.* 12. Optimò jure poſſidentur, vt notatur *in dicto cap. cùm Apoſtol. de his quæ fiunt à Prælato.*

Item aduertendum eſt eſſe quoddam genus Extraordinarium Decimæ, quod Indictitium rectè appellaueris; nam Romani Pontifices plerumque decimas imperant Sacerdotibus & Clericis beneficiarijs, & plerumque Reges & Principes, concedente vel conniuente Romano pontifice; de quo genere decimarum agitur *in cap. vlt. de decimis in Clement.* & in *cap. vn. eod. tit. in extrauagantib. communib.* Sanè à Romano Pontifice Gregorio 11. imperatas, perſolui prohibuerunt Archiepiſcopi quidam Germaniæ, vt refert Albertus Crantius *lib.* 8. *cap.* 43. *Vandaliæ*; & Poloni quoque aliquando, *Cromerus lib.* 3. *Polonicarum rerum.* Imperare vero eas ſolent Romani Pontifices vel imminente Turcico bello, vel alio aduerſus infideles, aut hæreticos, quæ juſta cauſa aſt imperandarum ejuſmodi decimarum.

Quæſtio eſt jam de Decimis Noualium minimè prætermittenda, an debeantur Rectori beneficiario, an verò alij Eccleſiæ, vel Monaſterio, cui jus decimæ in eo territorio donatum, vel acquiſitum eſt. Noualem hîc terram accipimus, non eam quæ anno vacat vt *in l.* 30. *ſylua §. noualis D. de verb. ſignif.* ſed terram proſciſſam, vulgo *defrichée*, quæ deſerta fuit, nec ex memoriâ hominum colta, *cap. quid per nouale, Extra de verb. ſignificat.* Diſtinguitur verò in hac quæſtione vulgo, an jus decimæ in aliqua Parochiâ expreſsè conceſſum fuerit alteri Eccleſiæ, vel Monaſterio, an vero longâ poſſeſſione acquiſitum; vt priore caſu, conceſſo generaliter jure decimarum, conceſſa quoque intelligatur decima noualium, *cap. ex parte, de decim.* quia verba indefinita ad futurum quoque tempus referuntur, *l.* 22. *ſi ſeruitus D. de ſeruitutib. Vrbanor. præd.* poſteriori verò caſu, decima noualium non Monachis, ſed Rectori ſeu Presbytero Eccleſiæ debeatur, quoniam in loco recens præciſo nullam vnquam Decimam Monachi perceperunt; propterea non poteſt dici ab eis longo tempore acquiſitum fuiſſe, *cap. Cum Contingat, & cap. cum in tua S. cit. de decim.*

CAP. II.

De Primitijs.

PRimitiæ diſtinguuntur à decimis: nam Primitiæ ſunt quæ cuique primò ſiue ex animalibus, ſiue ex hominibus, ſiue ex ſemine terræ oriuntur, id eſt primi fructus omnium rerum,

A ex D. Auguſtino *quæſt.* 32. *in Numeros.* Eas deberi ea diuino præcepto non minùs ac decimæ probatur, *Exod.* 22. & 23. *Leuit.* 18. *Numeror.* 5. 18. & 31. Eadamque eſt ratio propter quam dantur, ac propter quam debentur decimæ; nempe in agnitionem diuini beneficij quod Dominus nobis fructus terræ dedit, & indigentia Miniſtrorum Eccleſiæ: licet verum ſit Hebræos habuiſſe ſpecialem rationem eas dandi, & dediſſe pro ſpeciali beneficio terræ promiſſionis, propter quod videtur iudicaſſe Deus ipſe vt darentur, *Deuteron.* 26. D. Hieronymus obſeruat *in Ezechiel. cap.* 45. & habetur *cap.* 1. *de decimis* primitias non fuiſſe ſpeciali numero definitas, quemadmodum decimæ, ſed offerentium arbitrio derelictas; tamen ex Hebræorum traditione qui plurimum dabant, quadrageſimam partem dare ſoliti Sacerdotibus pro primitijs, qui minimum ſexageſimam, & inter quadrageſimam & ſexageſimam offerre licuiſſe quodcumque voluiſſent. Et quod in Pentateucho dubium derelictum fuerat, apud Ezechielem *cap.* 45. *verſ.* 13. ſpecialiter definitum propter Sacerdotum auaritiam, ne ampliùs à populo exigerent in primitijs deferendis, id eſt vt ſexageſimam partem offerrent eorum quæ gignuntur è terra: hactenus Hieronymus. Græcis primitię ſunt [illegible] *Leuit. cap.* 2. Primióq; offerebantur die certâ, & benedicebantur propriâ benedictione, ex Concilio 3. Carthaginenſi, vt
C diſtinguerentur à corpore Chriſti, ait Concilium, erantque in melle, vel lacte *ibidem*, & in ouis etiam, in Synodo Trullana: ſic in veteri Teſtamento primitię dabantur in diebus feſtis ex Sententia Septuaginta interpretum, *Leuitici cap.* 22. *verſ.* 21. vbi poſt verba (vel vota ſoluens, vel ſponte offerens) additur à ſeptuaginta (vel in feſtis diebus,) quod non eſt in Hebræo. Vultis ſcire quæ ſint veræ primitiæ? ſi omnium quæ cogitamus, vel agimus primitias Deo offeramus. D. Paulus 2. *Theſſalonic.* 2. 12. qui nos primitias elegit ad ſalutem, vt ſimus initium aliquid ([illegible]) creaturæ eius. *Iacobi* 1. 18. vt primitias Spiritus conſeruemus: *Roman.*
D 8. 23. & D. Auguſtinus *lib.* 83. *quæſt. in.* 67. primitias ſpiritus habere illos ait, quorum ſpiritus tanquam ſacrificium Deo oblatus eſt.

CAP. III.

De Oblationibus.

OBlationes quoque juris diuini eſſe conſtat, & in vſum Sacerdotum cedere, *Numer.* 5. Earum vero quantitas non erat determinata, nec qualitas: nam licet oporteret ter in anno vnumquemque apparere Deo in tripli-
E ci feſto, Paſchę, pentecoſtes, Tabernaculorũ; tamen poterat oblationem vnuſquiſque facere iuxta benedictionem, quam Deus ei dediſſet. *Deuteronomij* 16. 17. Et oblationes factas in Eccleſia, patet Concilio Carthaginenſi *can.* 93. diſſidentium fratrum, neque in Sacrario, neque in gazophylacio recipiat oblationes. & D. Cypriano *lib. de opere & eleemoſyna*: locuples & diues es, & Dominicum celebrare te credis quæ corbonam omnino non reſpicis, quæ in

partem de ſacrificio quod pauper obtulit ſumis. Corbonam, id eſt locum in quem conijciebantur dona, *Matthæi cap.* 27. nam corban *Matth.* 15. Interpres vertit munus, & *Marc. cap.* 7. corban. Et ex Theodoreto *lib.* 5. cùm, ait, tempus vocaret Theodoſium vt dona ſanctæ menſæ offerret, obtulit, & cùm obtuliſſet, vt ſolebat in Sacrario manſit ad cancellos, dicens ſe communionem ſacram myſteriorum expectare. & D. Auguſtinus *ſerm.* 215. *de temp.* oblationes quæ in altario conſecrentur offerre, erubeſcere debet homo idoneus ſi de aliena oblatione communicet. In quibus locis nomen oblationis non ſumitur pro Euchariſtia, vt oſtendimus *in lib. de pœnit. cap.* 37. atque juſſæ reperiuntur oblationes in Eccleſia, ex Capitularibus Caroli *lib.* 5. *cap.* 219. populo, ait, nuntietur quod per omnes dies Dominicos oblationes Deo offerant, vt & ipſa oblatio foris ſepta altaris recipiatur; & *lib.* 6. *cap.* 167. placuit vt fideles oblationes eorum Sacerdotibus quotidie, ſi fieri poteſt, in Eccleſia offerant, & ſi quotidie non poteſt, ſaltem die Dominico abſque vlla excuſatione fiat. Idem habetur *Concilio* 2. *Matiſconenſi cap.* 4. Et Hoſtienſis *in ſumma de Parochiis num.* 4. ait Parochianos & teneri, & cogi poſſe ad quidpiam rerum temporalium offerendum diebus Dominicis, quando Miſſam audire tenentur: quod intellige maximè ſi paruos aut nullos reditus habeat Parochus.

Fiebant autem tales oblationes pro mortuis. Tertullianus *de corona*: oblationes pro defunctis, pro natalitijs, annuâ die facimus. S. Athanaſius *homil. de dormientibus*: ne recuſes ceram & oleum ad ſepulchrum admouere; iſta enim ſunt accepta Deo, quia oleum & cera ſunt holocauſtum, ſacrificium incruentum eſt propitiatio, beneficentia in pauperes cumulus omnis bonæ remunerationis: & D. Chryſoſtomus *Homil.* 41. *in ad Corinth.* καὶ βοηθῶμεν ὡς ἂν οἷόν τε ᾖ, οὐ δακρύοντες, ἀλλ' εὐχαῖς καὶ ἱκετείαις, καὶ ἐλεημοσύναις, καὶ προσφοραῖς, &c. id eſt mortuos juuare debemus quantum in nobis eſt, non eos lugere, ſed orationibus, ſupplicationibus, eleemoſynis opitulari, & oblationibus; non enim ſimpliciter hæc reperta ſunt, nec temerè ac fruſtra in ſacris myſterijs commemoramus eos qui exceſſerunt, & pro illis precamur Agnum in altari propoſitum, qui tollit peccata Mundi, neque fruſtra Sacerdos aſſiſtens altari, inter celebrandum tremenda myſteria, exclamat pro omnibus in Chriſto dormientibus.

Fiebant etiam ratione benedictionis nubentium, vel baptiſatorum, vel alia ſimili de cauſa *cap.* 42. *ad Apoſtolicam de ſimon.* Quamuis prohibitum ſit prauas exactiones ob eas res facere *cap.* 42. *citato, can. quoſta*, & *can. poſtquam* 13. *Quæſt.* 2. & *cap.* 13. *abolenda, de ſepult.*

Ad hoc jus etiam Oblationum referri debet Quarta Mortuorum, quæ debetur ab Eccleſijs in quibus ſepeliuntur Mortui, Eccleſiæ Parochiali, *cap. dudum de ſepulturis, in Clement.*

Cedunt Rectoribus Eccleſiarum Oblationes, omnes, ſeu quæcumque in Miſſarum ſolemnibus offeruntur iuxta præceptum Eccleſiæ, *in can.* omnis *Diſtinct.* 1. *de conſecr.* niſi aliud de conſuetudine obtineat: & quæ offeruntur, ſeu oblationes ſunt præcipua bona, & ſola bona Eccleſiæ, vt loquitur Papa *in cap. cauſa Carpenſis, de verbor. ſignific.* licèt verum ſit præter tales oblationes in Eccleſia eſſe alia bona, nempe decimas, primitias, & immobilia quæ donata ſunt, ſeu temporalia, vt vnus ille manſus tributus cuique Eccleſiæ, primùm à Ludouico Pio Imperatore *in eius vita Authoris incerti ex Bibliotheca Pithæi*; & poſtea à Concilio Vormacienſi, *cap.* 1. *de cenſib.*

Sciendum vero eſt in Eccleſiis v. g. Collegiatis, vel aliis in quibus ſunt aliqua bona, aliter oblationes, primitias & decimas diſtribui quàm vbi vnus eſt tantùm Rector: ex fructibus enim bonorum illorum fiunt diſtributiones quotidianæ, quarum tria eſſe genera notandum eſt *ex Gl. in* §. *iubet, in verbo diſtributiones, quo tempore quiſque debeat eſſe in Choro, in pragmat. ſanct.*

Primum genus eſt quando in Eccleſiis omnia ſunt communia, nec præbendæ ſunt diſtinctæ, ſed ſingulis diebus ex bonis communibus datur aliqua certa menſura vini, certus numerus panum ſingulis Canonicis, ſiue interſint horis ſeu diuinis officiis, ſiue non interſint, quæ diſtributiones ſunt præbendæ potiùs quàm diſtributiones, & manualia beneficia vulgo appellantur *cap.* olim *de verb. ſignifi. cap. cum nonnulla*, de *Praben. in Extrauagantib. communib.*

Secundum genus eſt quando in Eccleſiis præbendæ ſunt diſtinctæ, quarum prouentus conſiſtit in poſſeſſionibus diſtinctis & ſeparatis, vel in certa portione fructuum, quæ ex poſſeſſionibus Eccleſiæ percipitur à Beneficiario iure ſuo; ſed inſuper de menſa communi dantur diſtributiones etiam illis qui non interſunt horis officiorum, dummodo præſentes ſint, quales diſtributiones fiunt in Eccleſiis permultis de pane: dicitur tamen quod ad lucrandum panem illius diei oportet vt Canonici, vel præbendati interſint vel horis Matutinis, vel Miſſæ, vel Veſperis. Vtrumque diſtributionum genus reprobat Bonifacius 8. *cap. vn. de Clericis non reſidentib. in Sexto.* & concilium Baſileenſe *in* §. *iubet, quo tempore quiſque debeat eſſe in Choro, in pragmat. ſanct.*

Tertium genus Diſtributionum eſt earum quæ dantur ijs qui interſunt horis ſine fraude, quę diſtributiones ſolent fieri in pecunia, & dantur ijs qui interſunt horis Matutinis, Miſſæ, & Veſperis, factà earum comparatione per horas omnes, quas honeſtiores & iuri magis conuenientes eſſe dicit *gl. in cap. vnic. de ætat. & ord. præficiendo. in Clementinis*: & de his diſtributionibus non eſt intelligendus Boniſacius in *cap. vn. de decimis* in *Extrauag. communib.* dum ibi vult decimam papalem, quam ſupra diximus indictitiam, ſoluendam eſſe de diſtributionibus quæ dantur in horis, præſentibus, ſed de diſtributionibus primi & ſecundi generis, quod rectè cēſet *gloſſa cap.* 2. *ſuſcepti in verbo, ſoluere conſueuit de Elect. Ioannis in extrau.* 22. & *gl. in* §. 1. *in verb. Diſtributiones, de collationib. in Concord.* eamque ſententiam confirmat *cap. poſtulaſti de prabend. in Extrauagant. communib.* ſunt enim hæ diſtributiones inuentæ in honorem cultus diuini, quo facilius Beneficiarij ad diuina conueniant. prętereà etſi qui præſentes non ſunt, quandoque percipiant fructus qui ſunt de cor-

pore beneficij, vulgò vocamus *les gros fruicts, ou le gros du benefice*, velnti qui abſentes ſunt ſtudiorum, vel alia iuſta cauſâ, nun tamen quotidianas diſtributiones percipinnt *cap. licet de prabend.* &[illegible]. *de catero* & *cap. cum dilectus de Cler. non reſidentib.* A

Sciendum eſt 2. Epiſcopos habere ſuas ubnentiones & reditus: Et quidem præter puſſeſſiunes & latifundia quæ adhætent Epiſcopatui, habent primò quartam partem decimarum, primitiarum, oblationum, quæ propriè bona Eccleſiaſtica ſunt, vt ſuprà diximus, qnia ita diuiſio bonorum Eccleſiæ facta eſt, vt quarta pars Epiſcopo cederet, *can. Vulterana, can. conceſſo cum ſimilibus* 12. *quaſt.* 2. & concilio 1. B Aurelianenſi. *can.* 17. Moguntino ſub Rabanu *can.* 10. Triburienſi *can.* 13. licet Hiſpani tantùm tertiam partem tribuerint *concilio Toletano* 4. *cap.* 32. Rabani pœnitentiali *cap.* 32. Toletanu 9. *cap.* 6. Toletano 16. *cap.* 5. Nec refert quod decimæ Eccleſiæ baptiſmali parochiali debeantur, *cap. cùm contingat, de decimis.* hoc enim non impedit quin earum quartam partem ferat Epiſcopns *cap. conquerente de officio Iud. ordin.* aduerſus quem tamen admittitur præſcriptio, *cap de quarta, de praſcript.*

Idem iudicium eſt de Quarta Oblationum & mortuorum, ſi quid legatum, vel donatum Eccleſiæ fuerit, quartam eius portionem Epiſcopus C habebit, *cap officij, & cap. requiſiſti de Teſtamentis* &c. Olim nihil habebat Epiſcopus ex oblatione fidelium, niſi in ſe onus fabricæ reparandæ ſuſcepiſſet, quo caſu tertiam partem oblationum habebat *can.* 1. *& can. vnio,* 10. *Quaſt.* 3, & *can. fin.* 12. *quaſt.* 3.

Habent inſuper Epiſcupi Cathedraticum, ſeu Synodaticum, quod in ſynodu à Rectoribus & Gubernatoribus Eccleſiarum exigitur: ſinguli enim duus ſolidos Epiſcopo dare iubentur, quod jus dictum eſt Synodaticum, quia in ſynodo, Cathedraticum, quia datur pro honore & cathedra Epiſcopi, *dicto cap. conquerente de* D *officio Iudic. ord. & can.* 1. *Can. illud, & c. inter* 10. *quaſt.* 3. Olim enim Epiſcopi quorum munus præcipuum eſt docere & prædicare Verbum Dei, *cap. inter catera de offi. ordinar.* ſedentes in Soliu & Cathedra docebant, vt oſtendit Euſebius *lib.* 7. *hiſtor. Eccleſiaſt. cap.* 30.

Habent quoque ius Procurationis ſeu Viſitationis, quod debetur quando Epiſcopi Eccleſias, & Monaſteria ſuæ Diœceſeos Viſitant; tenentur enim præfecti earum Eccleſiarum, vel Monaſteriorum, hoſpitio eos excipere, victumque eis & alimenta præbere, *dicto cap. conquerente de off. Iud. ord.* Mudus tamen præfinitus eſt earum procurationum, ne Epiſcopi plus nimiu E grauent ſubditos ſuus, *cap. cùm Apoſtolus de cenſibus* &c. *cap.* 1. *&* 2. *eod. tit. in Sexto.* Et hæ exhibitiones appellantur procurationes, quod Eccleſiæ eo tempore viſitationis Epiſcopum procurant, id eſt alunt, vt rectè exponit Duarenus.

Habent inſuper proventus qui colliguntur ex iuriſdictione Epiſcopali, & ex ſigillo Curiæ ſuæ, & in caſu neceſſitatis, charitatiuum Auxilium, quod vocant, poſtulare poſſunt *dicto cap. conquerente, de offi. ord.*

Collationes nun rectè dici eſſe in fructu exA iſtimu, eu ſcilicet reſpectu quò ex his aliquod commodum Epiſcopus percipiat, quia gratis conferenda ſunt Beneficia, ex epiſtola Gennadij patriarchæ Conſtantinupolitani ad Seleucum apud Balſamonem; & deponitur quis ſi pecuniam acceperit ex ordinatione, vel promotione, ἐκ τῆς χειροτονίας ἢ προβολῆς, ait *can.* 2. *concilij Chalcedonenſis* vniuerſalis quarti, & *can.* 22. *ſynodi* 6. *in Trullo.* Idem cauetur *can.* 5. *ſynodi* 7. *Nicana* 2. vbi tales dicuntur præſcito mammonam Dei mandatu, & excommunicātur: & committitur Simunia ſi qnid pro Ordinatione Clericorum, ant pro Beneficij collatione recipiatur, *can. ſicut* 1. *Quaſt.* 1. & *can. ſi quis obiecerit* 1. B *Q.* 3. 10. *tit. de ſimon.* & *tit. de annatis in pragmat. ſanct.* vbi annuum vectigal, quod vulgo annatum appellamns, qno reditus vnius Epiſcopij, vel Abbatiæ qnæ de nouo confertur, penditur Romano Pontifici, ob eam rationem improbatur: eo tamen Annatarum iure Romanus pontifex adhuc fruitur.

SECTIO SEV PARS III.

De ijs qui Beneficia conferre poſſunt.

C

CAP. I.

De Romano Pontifice.

PRimùm quæritur de Romano pontifice an in propria Diœceſi Beneficia conferru poſſit, de quo nulla eſt dubitatio: nam Eccleſia Romana ſuam habet Diœceſim, vt eſt apud Hincmarum *epist.* 6. *cap.* 4. ſancta, ait, Rumana Eccleſia, cui ſollicitudo omnium Eccleſiarum in B. petru principe Apoſtolorum eſt cummiſſa, plures Metropolitanos in ſpeciali ſua Diœceſi habet, ſicut S. Leo ad *Anastaſium Theſſalonicenſem* D *Epiſcopum* monſtrat. Similiter & Alexandrina Eccleſia in ſua Diœceſi habet, ſicut Innocentius ad Alexandrum eiuſdem Sedis Epiſcopnm ſcribit. Hinc mentio ſpecialis Diœceſeos Romani Pontificis, *in epist. Caroli Calui ad Ioannem* 8. *pontificem cap.* 22. & Parochiarum S. Romanæ Eccleſiæ *cap.* 21. Quod ſi ratione ſuæ Diœceſis alij Metropolitani conferunt beneficia, multò magis Romanus pontifex ius iſtud habebit, vt ait Adrianus 1. *epist.* 3. ſi enim, ait, vbique Chriſtianorum Eccleſiæ canonicè intactas poſſident ſuas Eccleſias & Diœceſas, quantò ampliùs ſancta catholica & Apoſtolica Romana Eccleſia, quæ eſt caput omnium Dei Eccleſiarum, ſuam E Diœceſim videlicet Archiepiſcoporum & Epiſcoporum &c. irrefragabili iure tenere & poſſidere modis omnibus debet? alij enim Patriarchæ ſuos Metropolitanos, & Epiſcopos ſolent ordinare, vt de Antiocheno fatetur Innocentius 1. *epiſt.* 18. *cap.* 1. itaque, ait, frater chariſſime, vt ſicut Metropolitanos authoritate ordinas ſingulari, ſic & cæteros non ſine permiſſu conſcientiaque tua ſinas Epiſcupos procreari: vel delegant alios vt fecit Domnus Antiochenus Patriarcha in concilio Chalcedonenſi *act.* 1. Confirmo hoc etiam ego, & in his quæ omnibus placuerunt concors exiſto, judicans eum alienum eſſe

A eſſe à Pontificatu: & præcipio Deo amantiſſimo Epiſcopo Ioanni, & ipſis Prouinciæ Epiſcopis alium pro eo Patrænorum ſanctæ Dei Eccleſiæ Epiſcopum ordinare: qui ſi non ordinarent ſaltem confirmabant electionem, vt patet ex concilio 7. generali *can.* 3. vbi Electionum confirmatio tribuitur Metropolitano. De Olbij Epiſcopo electo, qui confirmandus fuit, agit Syneſius *epiſt.* 76. & ideo quaſi conſcij omnium electionum, renuntiabant omnibus tales eſſe ordinatos, vt his ſcriberent alij, & ab ijs acciperent Pacificas, ex *epiſt.* 1. *paſchali apud Theophilum in fine.*

Summus vero Pontifex habuit ſuam Diæceſim, B quæ dicta eſt Romana diæceſis, ad quam Italia vniuerſa cum adjacentibus Inſulis pertinet, in eamque hoc jus obtinet: & ideo S. Leo *epiſt.* 4. mandat vniuerſis Siculorum Epiſcopis, vt ex Inſula ſua ternos quotannis ad Synodum 3. Kalend. Octobris celebrandam, Romam de more mittant: & Prouincias Romano Primatui ſubjectas enumerat Zonaras *in can.* 5. *Nicænæ ſynodi*, & nos diximus de ea re copioſiùs *in lib.* 2. *de ſuburbicariis Eccleſiis* vbi oſtenſum eſt Occidentem conſtituere diæceſim Romani Pontificis, ex Balſamone, & Zonara *in can.* 6. *Nicænæ ſynodi*, & Nilo Archiepiſcopo Theſſalonicenſi *de Primatu Papæ*.

Quæritur 2. de Romano Pontifice an quaſi C non vrbis Romæ tantùm, ſed totius orbis Epiſcopus beneficia in aliorum Diæceſi & Patriarchatu ſita, rectè conferat: quod vt intelligatur, & manifeſtum omnibus fiat, Sciendum eſt vnam eſſe & fuiſſe Eccleſiam initio, & ab vno Petro, vt oſtendit Optatus Mileuitanus *lib.* 2. *contra Parmenianum*, ita vt hæc ſit prima de dotibus Eccleſiæ, vt ſit vnica, vt dicitur *ibidem* ab Optato, & cathedra vna in qua ſedit Petrus, vt ibi dicitur: qui Petrus etiam in 1. diſtributione & diuiſione Eccleſiarum, rexit Eccleſiam in præcipuis ſedibus, Romæ & Antiochiæ per ſeipſum, Alexandriæ per Marcum. Ita B. Gregorius *lib.* 6. *epiſt.* 37. *ad Eulogium Epiſcopum Alexandri-* D *num*, & Hincmarus *opuſculo* 55. *cap.* 16. cùm multi ſint Apoſtoli, pro ipſo tamen Principatu ſola Apoſtolorum Principis ſedes in authoritate conualuit, quæ in tribus locis Vnius eſt; ipſe enim ſublimauit Sedem, in qua etiam quieſcere, & præſentem vitam finire dignatus eſt, ipſe decorauit ſedem in quam Euangeliſtam Diſcipulum miſit; ipſe firmauit ſedem in qua ſeptem annis quamuis diſceſſurus ſedit: Cùm ergo Vnius, atque vna ſit fides, cui ex authoritate diuina tres nunc Epiſcopi præſident, quidquid ego de vobis audio, hoc mihi imputo. Ita vt quodammodo ad Trinitatis inſtar fuerit vna primùm Eccleſia in tribus ſedibus, & per tres An- E tiſtites, ex Symmacho *epiſt.* 1. *ad Eonium Arelatenſem Epiſcopum*, & Carolo Caluo Rege Francorum *ad Adrianum* 2. *& ad Ioannem* 8. *cap.* 25. ad Trinitatis, ait, inſtar, cui vna eſt atque indiuidua poteſtas, vnum eſt per diuerſos Antiſtites ſacerdotium. Quare ſi agamus de Antiochena ſede, ea dicitur Thronus Petri in Concilio Chalcedonenſi *act.* 7. & Sedes primi Apoſtoli ab Innocentio 1. *epiſt.* 8. *ad Alexandrum Epiſcopum Antiochenum*; & eius priuilegia dicuntur ei conceſſa ex Sede Petri, à Chryſoſtomo *homil. in S. Ignatium.* Si verò agamus de Ale- A xandrina, eam dicit Anacletus *epiſt.* 3. B. Petri nomine à Marco eius Diſcipulo conſecratam, & D. Gregorius *lib.* 11. *epiſt.* 48. *ad Eulogium Epiſcopum Alexandrinum*, ſedem ſuam vocat.

De Conſtantinopolitano patet idem jus Patriarchæ ei conceſſum fuiſſe ab Innocentio 3. vt ex eius *epiſt. ad Patriarcham Conſtantinopolitanum* patet, quam refert Berterius *diatrib.* 2. *cap.* 3. Deinde alijs ſedibus inſtitutis Petrus etiam inſtituit & conſecrauit vnumquemque in eis, vt B. Iacobum in Hieroſolymitana Sede, ex D. Chryſoſtomo *homil.* 87. *in S. Ioannem* & B Clemente Alexandrino apud Euſebium *in Chronico*, & *lib.* 2. *Hiſtor. cap.* 1. Vnde forma conſecrandi Epiſcopum per tres Epiſcopos fluxit, ex Anacleto *epiſt. ad Italiæ Epiſcopos tomo* 1. conciliorum. Confirmatur *ex can. omnes Diſt.* 22. omnes ſiue patriarchij cujuſlibet apices, ſiue Metropoleon, primatus, aut Epiſcopatuum Cathedras, vel Eccleſiarum cujuſlibet ordinis Dignitates, inſtituit Romana Eccleſia; illam verò ſolus ille fundauit, & ſuper Petram fidei mox naſcentis erexit, qui beato æternæ vitæ clauigero terreni ſimul & cœleſtis imperij jura commiſit: & à Tertulliano *lib. de præſcr.* dicente Eccleſias quotidie, vt Eccleſiæ fiant, ab Matrice Eccleſia mutuari fidem: nam ſicut Eccleſia Me- C tropolitana eſt mater aliarum ſub ſe, ita Romana mater etiam Metropolitanarum; quæ ideo dicitur à D. Cypriano *lib. de vnitate Eccleſiæ*, matrix & radix Eccleſiarum. Inde apud Iuonem Carnotenſem *epiſt.* 240. *ad Paſchalem Papam*, cum Treuirenſes Epiſcopum in ſua ciuitate creari vellent, illud petierunt à ſummo pontifice. Sed de his ordinationibus præclarè S. Hugo Etherianus tempore Emanuelis Conſtantini ad Græcos: ex ipſa re euidenti liquidò apparet quod Petrum eiuſque Succeſſorem Romanum Pontificem Chriſtus principem, & Caput non modò Latinorum, Græcorum, Occidentis, Septentrionis vniuerſi, verùm etiam Armeniorum, D Arabum, Iudæorum, Madianitarum, Amalechitarum, & totius Orientis, & Meridiani climatis in perpetuum conſtituit, ob quam rem occidui ſolis limites vniuerſi Petri Succeſſorem vſque nunc ſibi dominum recognoſcunt & ſub illo præſule diriguntur. Confirmatur à Balſam. *in cap. de Priuilegiis Patriarchar.*

Sciendum eſt 3. illas Eccleſias patriarchales, Alexandrinam, & Antiochenam, & Romanam non ſtatim tempore D. Petri fuiſſe Patriarchales, nondum ſcilicet eis adjectis Metropolitanis; & nondum facta diſtributione earum, ſed Epiſcopales omnes fuiſſe initio ſub vno Patriarcha D. Petro: nam inſtitutionem Patriarcharum, E Primatum, Archiepiſcoporum exegit poſteà diſciplinæ conſeruatio, vt ſcribit Leo *in epiſt. ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem Archiepiſcopum*: quæ inſtitutio & diuiſio Prouinciarum & locorum in quibus Primates conſtituerentur, facta eſt à Clemente & Anacleto Petri ſucceſſoribus, vt dicitur *in can. Prouinciæ Diſt.* 99. & *in can. vrbes Diſt.* 80. Vnde Optatus Mileuitanus ſcribit *lib.* 2. *de ſchiſmate Donatiſtarum*, cathedram primùm Epiſcopalem fuiſſe collatam Romæ, & deinde cùm Apoſtoli in alijs ſediſſent ciuitatibus, hæ quoque primùm Epiſcopales factæ ſunt, quas Eccleſias Matrices & Originales fidei ap-

pellat Tertullianus *in lib. de præſcript. aduerſ. Hæreticos.*

Sciendum eſt 3. ita conſtitutis illis patriarchis in Eccleſia, & alijs primatibus, Metropolitanis, ac Epiſcopis, illos potuiſſe poſteà alios ordinare, nec opus fuiſſe Petro, vel ſummo Pontifice, vt etiam fatetur Nicolaus 1. reſpondens *ad conſulta Bulgarorum cap.* 73. his verbis: à quo autem ſit Patriarcha ordinandus interrogatis, & idcirco ſcitote quia in loco vbi nunquam Patriarcha, vel Archiepiſcopus conſtitutus eſt, à Majori primitùs eſt inſtituendus; deinde verò acceptâ licentiâ, & Pallij vſu, ordinat ipſe ſibi deinceps Epiſcopos, qui ſucceſſorem ſuum valeant ordinare &c. & paulo poſt: hic eſt ordo ſeruandus vt videlicet à ſedis Apoſtolicæ Præſule ſit nunc vobis Epiſcopus conſecrandus, qui ſi Chriſti plebs ipſo præſtante creuerit, Archiepiſcopatus priuilegia per nos accipiat, & ita demum Epiſcopus ſibi conſtituat, qui ei decedenti Succeſſorem eligant, & propter longitudinem itineris non jam huc conſecrandus qui electus eſt veniat, ſed hunc Epiſcopi qui ab obeunte Archiepiſcopo conſecrati ſunt, ſimul congregati conſtituant: ſanè interim in Throno non ſedentem, & præter corpus Chriſti non conſecrantem, priuſquam pallium à Sede Romana percipiat, ſicuti Galliarum omnes, & Germaniæ, & aliarum regionum Archiepiſcopi agere comprobantur. Et hæc ſane fuit praxis & conſuetudo Eccleſiæ, vt patriarcha quidem in ſua Diœceſi ordinaret, vel confirmaret electiones, aut Epiſcoporum tanquam Metropolitanus, *vt annotauit Iuſtinianus *l. 29. Cod. de Epiſcop. audient.* vel Metropolitanorum tanquam patriarcha, apud Iuſtinum *loco citato*, his verbis: quoniam verò quidam ſunt ſanctiſſimi patriarchæ, qui in Prouinciis in quibus ex ſtunt, Metropolitanorum officium gerunt, alij per totam Diœceſim Epiſcoporum Metropolitanorum, atque aliorum qui ſub eis ſunt, ordinationes faciunt; vel vt Epiſcopi Prouinciales in Prouincia ſub Metropolitanis conſtituti eligerent Epiſcopum ex concilio generali 7. infra citato, & Nicœno 1. *canon.* 4. quo oportet Epiſcopum conſtitui ab Epiſcopis qui ſunt in prouincia patet, & additur *in can.* 6. non abſque ſententia Metropolitani, quod intellige niſi alia ſit conſuetudo; nam ius iſtud ordinationum & ſimilium rerum, totum poſitum eſt in praxi & conſuetudine Eccleſiarum, vt patet *can.* 6. Nicœnæ ſynodi: antiqui mores ſeruentur, qui ſunt in Ægypto, Libya, Pentapoli, vt Alexandrinus Epiſcopus horum omnium poteſtatem habeat, quandoquidem & Epiſcopo Romano hoc eſt conſuetum: nam ibi patres Nicœni nituntur tantùm conſuetudine & praxi: & ſubſequentibus temporibus vſi ſunt patres authoritate Nicœnæ ſynodi tantùm. Ita intellige, niſi ſibi reſeruarit primus patriarcha, ordinandi & inſtituendi ius, vt oſtenditur ex ſynodo Epheſina in qua cum Zenon Cyprius Epiſcopus diceret ab antiquo relictum eſſe jus illud Cypriis, vt ordinarent ſuos Epiſcopos, & Antiochenus Patriarcha ſub quo erant non ordinaret; patres ita ſtatuerunt: ſi non eſt vetus mos quod Epiſcopus Antiochenus ordinet in Cypro, ſicut libellis & proprijs vocibus docuerunt &c. per ſeipſos ordinationes pientiſſimorum Epiſcoporum faciant, & ita factum eſt referente Cedreno *in Zenone.* Et cauſa huius rei aliquando fuit diſtantia locorum à primo patriarcha, ne diu Eccleſia careret præſule & Metropolita, vt notat de Cypriorum primate *canon Arabicus* 37. ſicut fieri in Iudicijs ait Carolus Caluus Imperator, ſcribens *epiſt. ſua cap.* 22. quæ refertur inter epiſtolas Hincmari; ita vt longinquiores non appellent, ne quidem ad ſummum pontificem. Legimus, ait, quamuis rariſſimè præceptum ab Apoſtolica ſede quoſdam longinquioribus Parochijs ſpecialis Diœceſeos Romani Pontificis, ad cuius ſollicitudinem vniuerſalis Eccleſia pertinet, propter contumaces contentiones aliquas inuitatos fuiſſe; ſed de Tranſalpinis regionibus, quibus decreta priuilegia ſeruari debent, tale quid pro Presbyterorum & Diaconorum appellatione ab ſede Apoſtolica præceptum fuiſſe non legimus. Et hunc præſcribit modum Innocentius 1. Antiocheno patriarchæ *epiſt.* 18. *cap.* 1. vt eos qui longè à ſe abſunt, per Vicinos Epiſcopos ordinari mandet. Itaque arbitramur, ait, frater chariſſime, vt ſicut Metropolitanos authoritate ordinas ſingulari, ſic & cæteros non ſine permiſſu, conſcientiaque tua ſinas Epiſcopos procreari; in quibus hunc modum rectè ſeruabis vt longè poſitos literis datis ordinari cenſeas ab his qui nunc eos ſuo tantum ordinant arbitratu: vicinos autem ſi æſtimas ad manus impoſitionem tuæ gratiæ ſtatuas peruenire: quod etiam fecit Epiſcopus Antiochenus, vt refertur in concilio Chalcedonenſi *actio.* 14. ex alio concilio Antiocheno in quo Athanaſius Inſulæ patos depoſitus fuit, & mandatum ab Antiocheno patriarcha Ioanni Metropolitano Hierapolis, vt alium in eius locum ordinaret: & præcepio, ait Antiochenus Epiſcopus, *ibidem*, Deo amantiſſimo Epiſcopo Ioanni, & ipſis Prouinciæ Religioſiſſimis Epiſcopis, alium pro eo paræ norum ſanctæ Dei Eccleſiæ Epiſcopum ordinare. Atque id fit ne gregibus Domini diu deſit cura Paſtorum, vt loquitur S. Leo *epiſt.* 84. *ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem cap.* 6. Quod optimè patet ex concilio 7. generali *can.* 3. Oportet, ait, eum qui eſt promouendus ad Epiſcopatum, ab Epiſcopis eligi, vt Patribus Nicææ conſtitutum eſt in hoc canone; Epiſcopum oportet maximè quidem ab omnibus qui ſunt in prouincia, conſtitui, ſi autem hoc difficile fuerit vel propter vrgentem neceſſitatem, vel propter viæ longitudinem, tres omnino conuenientes, ijsquoque qui abſunt ſimul ſuffragium ferentibus & aſſentientibus per literas, tunc facere electionem. Eorum autem quæ per vnamquamque Prouinciam fiunt confirmationem tribuant Metropolitano. Eſt enim ſtatutum ex Capitularibus Caroli Magni *lib.* 1. quod non oporteat ordinationes Epiſcoporum diu differre.

Et inde origo Vicariorum vel papæ vel aliorũ patriarcharũ: cùm enim viderent ſe non poſſe commodè Eccleſiæ neceſſitatibus prouidere in longinquis regionibus, vicarios ibi conſtituebant aliquos ex primatibus vel Metropolitanis, vt de Theſſalonicenſi Epiſcopo teſtatur S. Leo *epiſt. 84. ad Anaſt. ſ Epiſ. Theſſalonic.* ſicut, ait, Prædeceſſores mei prædeceſſoribus tuis, ita etiam ego dilectioni tuæ, priorum ſequutus exemplar, vices mei moderaminis delegaui, vt curam quam vniuerſis Eccleſiis principaliter ex inſtitutione diuina debemus, imitator noſtræ

manſuetudinis effectus adiuuares, & longinquis ab Apoſtolica Sede prouinciis præſentiam quodammodo noſtræ viſitationis impenderes. Et de Arelatenſi S. Gregorius *epiſt. 52. lib. 4.* quia igitur vnumquodque tunc ſalubriter completur officium, cùm fuerit vnus ad quem poſſit recurri præpoſitus, idcirco opportunum eſſe perſpeximus in Eccleſiis quæ ſub Regno præcellentiſſimi filij noſtri Childeberti Regis ſunt, ſecundum antiquam conſuetudinem fratri noſtro Vigilio Arelatenſis ciuitatis Epiſcopo vices noſtras tribuere: qui ideo præcipuam in ordinandis Sacerdotibus ex decreto Zoſimi, & vt eſt in concilio Taurinatenſi *can.* 1. ordinationum habebat poteſtatem, & Epiſcopos faciebat, ex dicto Zoſimo *epiſt.* 8 & de Toletano Archiepiſcopo concilium Toletanum 12. *cap.* 6. vbi tamen vices ſuas dat Papa ſaluo priuilegio Metropolitanorum, & ita ut ſe ordinatus præſenter Metropolitano: Vnde placuit omnibus Hiſpaniæ Pontificibus vt ſaluo priuilegio vniuſcujuſque prouinciæ, licitum maneat deinceps Toletano Pontifici quoſcumque Regalis poteſtas elegerit, & jam dicti Toletani Epiſcopi iudicio dignos eſſe probauerit, in quibuſlibet Prouincijs in decedentium Sedibus præficere Præſules, & decedentibus Epiſcopis eligere Succeſſores; ſic tamen vt quiſquis fuerit ille ordinatus, poſt ordinationis ſuæ tempus infra trium menſium ſpatium Metropolitani proprij præſentiam viſurus accedat.

Quare poſt primas ordinationes factas à Christo & à Petro, aliæ factæ ſunt ordinationes, vel ab ipſis Patriarchis, vel ab eorum Vicarijs, vel à Metropolitanis, vel à Primatibus, vel ſaltem ordinationes & electiones ab eis confirmatæ. Nam Antiochenus Patriarcha in ſua diœceſi omnes ordinationes Metropolitanorum & epiſcoporum faciebat, teſte Innocentio 1. *epiſt.* 18. *cap* 1. itaque ait, arbitramur, frater chariſſime, vt ſicut Metropolitanos authoritate ordinas ſingulari, ſic & cæteros non ſine permiſſu conſcientiaque tua ſinas Epiſcopos procreari. Contra vero licet Patriarcha Alexandrinus habeat ſub ſe Æthiopas & Abiſſinos, *ex can. arabico* 36. & Aluare *in itinerario Æthiopico cap.* 99. Primas tamen eorum dictus Abunas, ſolus ordinat Clericos, *ex eod. Aluare*; licet Alexandrinus in alijs Eccleſiis ordinaret vel confirmaret ordinationem Epiſcoporum, vt patet ex Syneſio *epiſt.* 76. *&* 77. quod etiam expreſſum habetur apud Theodoretum *lib.* 1. *Hiſtoriæ cap.* 9. & *Hiſtoria tripartita lib.* 2. *cap.* 12. ſi quis, ait, fortè eorum qui Eccleſiæ funguntur muneribus, diem ſuum obierit, tum vnus ex illis qui nuper in Eccleſiam aſciti ſunt, modò idoneus videatur, & populus illum eligat, & Epiſcopus Catholicæ Alexandrinæ Eccleſiæ ei ſuffragetur, atque adeo populi electionem confirmet, in locum ſuccedat demortui.

Rurſus Remenſis Metropolita tanquam Primas ordinabat Epiſcopos, vt Laudunenſem, inconſulto Primate ſuo, vt Hincmarus Remenſis dicit ſcribens ad Laudunenſem Epiſcopum *in opuſculo* 55. *Capitulor. cap.* 16. etſi, ait, alijs Primas fortè non eſſem, tibi tamen apud te Primas eſſe debueram: nam ſignaculum Primatus mei tu es, quem ſine interrogatione primatis alterius, cum conſenſu Coëpiſcoporum Prouinciæ

A Remenſis ordinare potui Epiſcopum. Et Carthaginenſis Primas ſuos Epiſcopos ordinabat, vel confirmabat, ex Concilio Africano *cap.* 22. vbi Numidius ita loquitur: fuit ſemper hæc licentia huic Sedi, vt vnde vellet, & de cujus nomine fuiſſet conuentus, pro deſiderio cujuſque Eccleſiæ ordinaret Epiſcopum.

Quæ omnia confirmari poſſunt *l.* 29. *Cod. de Epiſcop. audientia*, his verbis: quoniam verò quidam ſunt ſanctiſſimi Patriarchæ, qui in Prouincijs in quibus exiſtunt, Metropolitanorum officium gerunt, alij per totam diœceſim Epiſcoporum, Metropolitanorum atque aliorum qui ſub eis ſunt, ordinationes faciunt: quæ jura

B ita ſtatuta & ab antiquo, licet videantur contra jus commune, non ſunt tamen, quia quælibet Eccleſia poteſt habere ſua priuilegia, quæ rationem habent, & ratione oriuntur, nec facile mutari poſſunt aut debent, vt rectè Arnulphus Lexouienſis Epiſcopus *epiſt. ad Alexandrum Papam*: priuilegia, ait, Romanorum Pontificum quaſi quædam ipſorum teſtamenta credenda ſunt, nec à morte Teſtatoris expirant, ſed potiùs ab ipſa contrahunt firmitatem; nec defectu Perſonæ ſublata perit authoritas eorum quæ religioſe ſemel inſtituta noſcuntur. Quare ſummus Pontifex Leo ſcribens ad Vienenſes Epiſcopos, tales ordinationes etiam factas à

C Metropolitanis non à Primate tuetur aduerſus Hilarium Arelatenſem Primatem & Archiepiſcopum, qui ſicut ante ipſum Patroclus etiam Arelatenſis Epiſcopus & Primas, iura Metropolitanorum & inferiorum Epiſcoporum inuadebat in ordinandis Epiſcopis: Leo enim, etſi Arelatenſis Epiſcopus eſſet Vicarius eius, tamen ſeruare maluit iura Metropolitanorum, & proteſtatur ſe non id agere vt ea iura ſibi vſurpet, ſed vt ſpoliatis vindicet, nec ſua quærere, ſed aliena defendere: quam, ait, ſollicitudo noſtra, non ſua quærens ſed quæ ſunt Christi, dignitatem diuinitùs datam nec Eccleſijs nec Eccleſiarum Sacerdotibus abrogabat: & *cap.* 7. non enim nobis ordinationes veſtrarũ Prouin-

D ciarum defendimus, quod poteſt forſitan ad deprauandos veſtræ ſanctitatis animos Hilarius pro ſuo more mentiri, ſed vobis per veſtram ſolicitudinem vindicamus. Hilarius enim violauerat iura Metropolitani, eo omiſſo & inconſulto in ordinatione Epiſcoporum, ſicut Patroclus Arelatenſis Primas, nullâ ratione habitâ Metropolitani Epiſcopos ordinauerat contra Patrum regulas, vt loquitur Bonifacius 1. *epiſt.* 3. qui Epiſcopo Narbonenſi dedit poteſtatem irritandi electionem Lutubenſis Eccleſiæ Epiſcopi, factam inconſulto Metropolita Narbonenſi. In quibus quæſtionibus ſemper attendendum eſt quid ſit vel ſtatutum, vel ab antiquo obſer-

E uatum ex more Eccleſiæ, & ſecundum id priuilegia & jura Eccleſiæ ſtatuenda, vt ſuprà diximus fuiſſe ſtatutum à patribus Concilij pro juribus & priuilegijs Eccleſiæ Antiochenæ. Vnde Adrianus 1. ſcribens ad Tilpinum Remenſem Archiepiſcopum apud Flodoardum *lib.* 2. *cap.* 17. ab antiquo Eccleſias ſubjectas Remenſi ait attendendas: Confirmamus atque ſolidamus Remenſem Eccleſiam, ſicut & antiquitùs fuit, Metropolim permanſuram, & primam ſuæ diœceſeos Sedem eſſe, qui in eadem Sede cooperante Deo ordinatus es Primatem ipſius

diœceſit eſſe cum omnibus' Ciuitatibus quæ ab antiquo tempore Remenſi Eecleſiæ Metropoli ſubjectæ foerunt. Et Zozimus *epiſt. ad Simplicium Viennenſem Archiepiſcopum*, apud Baronium *ad annum* 417. *n.* 52. ex Bibliotheca Floriacẽſi dicit ſe igootauiſſe Concilij Taurinatẽſis decretom pro Viennenſi Epiſcopo, & velle vt interim ſeruetur, donec pleniùs ea de re actum ſit: ſicut in Taurinenſi grauiſſimorum Epiſcoporum ſynodo pacis Concilio Decretum eſt, viciniores ſibi intra Prouinciam ciuitates vendicet, dnuec pleniùs rei ordinem charitas Apoſtolica perſequatur: & *can.* 6. *Nicæna Synodi* t. apertè dicitur: antiqui mores ſeruentur, qui ſunt in Ægypto, Libya & Pentapoli; & Alexandrinus Epiſcopus horum omoium poteſtatem habeat, quandoquidem & Epiſcopo Romano hoc eſt conſuetum: ſimiliter & in Antiochia. Et S. Leo aduerſus Anatolium patriarcham Conſtantinopolitaoum, ait ſeriem anoorum eſſe attendendam in iuribus Metropolitanorum, & aliorum. Et Adrianus 1. *epiſt.* 3. ait Eccleſias vbique Chriſtianorum canonicè intactas poſſidere ſuas diœceſes; & Nicolaus 1. *epiſt.* 1. *ad Imperatorem*, ſecundum eam rationem Epiſcopi Syracuſani conſecrationem ad ſe pertinere ait: volumus, inquit, vt conſecratio Epiſcopo Syracuſaoo noſtra à Sede impendatur, vt traditio ab Apoſtolis inſtituta nullatenus veſtris temporibus violetur. Et quando dicitur à Siricio *epiſt.* 4. in Concilio Romano, vt extra conſcientiam Apoſtolicæ Sedis, hoc eſt Primatis, nemo audeat ordinare, illud eſt intelligendum iure communi & ordinario, niſi alia ſit conſuetudo, vt oſteodimus ſuprà: nam eius eſt ordinare regulariter, cujus eſt iudicare, vt colligitur *ex epiſt.* 3. *Iulij* 1. his verbis nam qoi eum ordinare non potuit, nec iudicare vllatenus poterit, & ex Balſamone in *can.* 12. *Concilij Chalcedonenſis*. Epiſcopus, ait, ab antiquo Metropolitano ordinabitur, & ab ipſo iudicabitur & ei omnino ſubjicietur; quod intelligendum eſt modo dicto: & huc ſpectat quod dicitur in literis Legatorum, vel Vicariorum Papæ, vel aliorum, ſeruatis priuilegijs Metropolitanorum, vt in literis Taracooeoſis Epiſcopi ei conceſſis ab Hormiſda, vt eſt in eius *epiſt.* 24. remuneramus ſolicitudinem tuam, & ſeruatis priuilegijs Metropolitanorum, vices vobis Apoſtolicæ Sedis eatenus delegamus, &c. & in literis Saluſtij Hiſpaleoſis Archiepiſcopi ab Hormiſda ei datis, ex eius *epiſt.* 26. & in literis S. Remigij Remenſis Archiepiſcopi *in Hormiſdæ epiſt. ad Remigium*; & in literis Arelatenſis Epiſcopi à S. Gregorio. Vnde quando Æliæ ſeu Hieroſolymorum Epiſcopus Patriarcha factus eſt, illud initio fuit ſub hac clauſula, Metropoli propriâ dignitate ſeruatâ, *can.* 7. *Nicæni Concilij*: & quando in Concilio Chalcedonenſi *act.* 6. *&* 13. dignitas Nicœnæ & Chalcedoneoſis Sedis aucta eſt, additur ſaluo honore proprio metropolitani Nicomedienſis: idemque habetur *Can.* 12. *eiuſdem Concilij*.

Sciendum eſt 4. nomina adminiſtrationis, & Eccleſiaſticæ dignitatis eſſe plurima, vt diœceſis, Prouincia, Primatus, Patriarchatus, Epiſcopatus, & apud Græcos Exarchatus: quæ nomina cùm ex ſe ſuam ſignificationem propriam habeant, etiam nullâ factâ relatione ad Dignitates & adminiſtrationes Eccleſiaſticas, hinc fit vt aliquando idem nomen accommodetur varijs dignitatibus, Diœceſis v. g. nihil aliud eſt quàm adminiſtratio, ex Cicerone *lib.* 13. *epiſt. ad Pub. Seruilium*. in Prouincia, ait, mea Cilicienſi, cui ſcis τρεῖς διοικήσεις Aſiaticas attributas, nullo ſum vſus familiarius quàm Adrotte: & alibi paſſim; ſicut Æſchines dixit διοίκησιν τῆς πόλεως: & ideo dicitur, nunc de adminiſtratione Alexandrini apud Theodoſium iuniorem ſcribentem Dioſcoru Alexandrino *act* 1. *Concilii Chalcedon*. tua ſanctitas ſumptis ſecum decẽ reuerendiſſimis Metropolitis Epiſcopis, qui ſub tua Diœceſi degunt, & alijs ſimiliter decem Epiſcopis, &c. Epheſum Metropolim Aſiæ conuenire abſque vlla dilatione feſtinet; & in 4. Concilio, Epiſcopi Ægypti loquentes de Patriarchatu Alexandrino, & detrectantes ſubſcribere S. Leonis epiſtolæ, dixerunt in Ægyptiaca Diœceſi hanc eſſe conſuetudinem, vt præter voluntatem & mandatum Epiſcopi nihil tale faciant. Et de adminiſtratione eiuſdem Alexandrini, & Romani Pontificis eſt mentio apud Hincmarum *epiſt.* 6. *cap.* 4. ſancta Romana Eccleſia, cui ſolicitudo omnium Eccleſiarum in S. Petro Priocipe Apoſtolorum eſt commiſſa, plures Metropolitanos in ſpeciali ſua Diœceſi habet, ſicut S. Leo apud Anaſtaſium Theſſalonicenſem Epiſcopum monſtrat; ſimiliter & Alexandrina Eccleſia in ſua Diœceſi habet, ſicut S. Innucentius ad Alexandrom eiuſdem Sedis Epiſcopum ſcribit: & apud Hincmarum *in epiſtola Caroli Calui ad Ioannem* 8. *Pontificem cap.* 22. legimus, ait, qoamuis rariſſimè præceptum ab Apoſtolica Sede, quoſdã de longinquioribus Parochijs ſpecialis diœceſeos Romani Põtificis, ad cujus ſolicitudinem vniuerſalis Eccleſia pertinet, propter contumaces cõtentiooes, aliquos inuitatos fuiſſe &c. de adminiſtratione Antiocheni Patriarchæ apud Innocentium *epiſt.* 88. *ad Antiochenum Epiſcopum*: reuoluentes, ait, itaque authoritatem Nicœnæ Synodi, quæ vna omnium per orbem terrarum explicat mentem Sacerdotum, quæ cenſuit de Antiochena Eccleſia cunctis fidelibus, ne dixerim Sacerdotibus eſſe neceſſarium cuſtodire, quã ſuper Diœceſim ſuam prædictam Eccleſiam non ſuper aliquam Prouinciam recognoſcimus conſtitutam. Quibus verbis intelligitur non eſſe tantùm Epiſcopum aut Metropolitanum Antiſtitam Antiochenum, ſed eſſe Patriarcham, id eſt ei non ſolum Prouinciam, ſed Diœceſim ſubeſſe. Huc referri poteſt illud Iuſtiniani *Nou.* 137. *cap.* 5. cùm à Metropolita ad Patriarcham Diœceſis appellationes iubet eſſe ratas: nam Concilium Chalcedonenſe *act.* 11. vocat Diœceſeon Patriarcham, & illud Leonis Imperatoris Philoſophi dicentis auulſos Metropolitanos à Romana Diœceſi: in quo vides differre Diœceſim à Metropolitica ditione; ſicut etiam patet ex epiſtola Theodoſij iunioris citata *ex Concilio Chalcedonenſi act.* 1.

De adminiſtratione verò Metropolitaoorum & Primatum dicitur Diœceſis: vnde Concilio 6. generali *act.* 8. Epiſcopus Cæſarienſis, & Epheſinus, ſeſe inſcribont ille Exarchum Ponticæ Diœceſeos, iſte Exarchum Aſianæ. Theodorus miſericordia Dei Epiſcopus Epheſiorum Metropoleos, & Primas Aſianorum Diœceſis,

pro me & ſynodo quæ ſub me eſt ſubſignaui A ſimiliter: & in *cod. Theod. l. 3. de fide Cathol.* eſt mentio Diœceſis Aſianæ, & Ponticæ Diœceſis: & in Teſtamento S. Remig. apud Flodoardum *hiſt. Eccleſiaſt. Remenſ. lib. 2. cap. 15.* dicitur conuocatis Diœceſeus Remorum Epiſcopis. & *lib. 2. cap. 17.* dicitur Diœceſis & Parochia Remenſis.

Denique adminiſtratio cuiuſque Epiſcopi etiam inferioris, qui eſt in Diœceſi alicuius Patriarchæ, dicitur Diœceſis, ita vt ſint partiales Diœceſes, ſeu potius partes Diœceſeos: & ita accipi poteſt *can. 2. concilij 2. generalis*, his verbis: Epiſcopi ad Eccleſias, quæ ſunt vltra ſuam Diœceſim, ſuoſque limites, ne accedant, nec B Eccleſias confundant: & illud S. Leonis *epiſt. 87. ad Epiſcopos Africæ cap. 2.* quod nunc, ait, in ſua Diœceſi Reſtitutus Epiſcopus factum eſſe cauſatus eſt: & hoc *Carthaginenſis 3. can. 46.* audiuimus conſtitutum, vt Diœceſes non mereantur Epiſcopos accipere, niſi cum conſenſu eius ſub quo fuerint conſtitutæ. Vnde non diſtinguitur Diœceſis à Parochia in *concilio Toletano 4. cap. 36.* Epiſcopum per cunctas Diœceſes Parochiaſque ſuas per ſingulos annos oportet ire: nec apud concilium Bracarenſe 2. *cap. 1. & 5.* nec apud Gregorium Turonenſem qui *lib. 5. hiſtor. Francor. cap. 5.* agens de Pappolo Epiſcopo, ita loquitur: dum Diœceſes & Vil- C las Eccleſiæ circumiret. Et ita vides Diœceſim aliquando pro Parochia etiam ſumi, aliquando diſtingui; & propriè ſumpta Diœceſis ſignificat ditionem vel Patriarchæ, vel Primatis, id eſt Prouinciam; minimè propriè Parochiam: diſcrimen enim permaximum eſt inter Parochiam & Diœceſim, vt rectè oſtenditur his verbis *Hincmari epiſt. ad Nicolaum Papam*: non ſolùm, ait, Diœceſis, verùm etiam Parochia mea inter duo Regna, ſub duobus Regibus habetur diuiſa: & loco etiam citato ex *concilio Toletano 4. can. 36.* & *epiſt. Caroli Calui ad Ioannem 8. citata, cap. 21.* vbi agitur de Parochiis Epiſco- D porum. Vnde Epiſcopus Diœceſanus, *gl. in Clement. 1. de vita & honeſt. Clericor.* & Epiſcopos Diœceſis ſuæ, *cap. conquerente, de offi. Iud. ordin.* & Epiſcopo tribuitur Parochia & Diœceſis in Capitularibus Caroli Magni, *lib. 1.* his verbis: in concilio Africano præcipitur vt non liceat Epiſcopo principalem Cathedram ſuæ Parochiæ negligere, & aliquam Eccleſiam in ſua Diœceſi magis frequentare.

Propriè Diœceſis eſt Patriarchæ ex ſuprà dictis; Prouincia verò propriè eſt Metropolitani, ex concilio *Chalcedonenſi can. 15.* & ex Innocentij *epiſt. 18. ſupra citata*, & ex Antiochena *ſynodo can. 6.* vbi vocantur Epiſcopi prouinciales, & ex Balſamone in *concilii Chalcedonenſi can. 9. & 17.* E Diœceſis, ait, autem eſt quæ multas ſub ſe habet Prouincias; & ex *Nouel. 123. cap. 10.* vbi Metropolitani ſunt in Prouincia. Et quod dicitur *l. 29. Cod. de Epiſcopal. aud.* prouocet illius Prouinciæ beatiſſimum Patriarcham, ſenſus eſt, prouocet Patriarcham qui præeſt huic Prouinciæ, non quod Patriarcha ſit Prouinciæ tantùm. Inde in Gallia erant Septem Prouinciæ, Vienenſis, Lugdunenſis, Narbonenſis 1. & 2. & Alpina, & Nouempopulana, & 2. Aquitania: ex Hincmaro *epiſt. 3. cap. 17.*

Confirmatur ex concilio Taurinatenſi *can. 1.* vbi dicitur, vt qui ex eis comprobauerit ſuam ciuitatem eſſe Metropolim, is totius Prouinciæ honorem Primatûs obtineat: & ex Bonifacio 1. *epiſt. 2.* nulli videtur incognita ſynodi conſtitutio Nicœnæ, quæ ita præcipit (vt eadem propriè verba ponamus) per vnamquamque Prouinciam ius Metropolitanos ſingulos habere debere, nec cuiquàm duas eſſe poſſe ſubiectas. Vnde etiam apud D. Leonem *epiſt. 84. ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem cap. 6.* Metropolitanus notum debet facere Patriarchæ, & referre quod in Prouincia ei placuit.

Diœceſis ergo, vt patet ex dictis, ad hos tres gradus pertinet, impropriè olim ad Epiſcopus, licet hodie ita ſemper loquamur; propriiſſimè ad Patriarchas; & minùs propriè ad Primates ſeu Metropolitanos.

Patriarchæ nomen propriè ad Romanum, Antiochenum, Alexandrinum primo pertinuit; poſtea ad alios ex Nicolai 1. *ad conſulta Bulgar. reſponſ. cap. 92.* deſideratis noſſe quot ſint veraciter Patriarchæ. Veraciter illi ſunt patriarchæ qui Sedes Apoſtolicas per Succeſſiones Pontificum obtident &c. Romanam videlicet, Alexandrinam, & Antiochenam &c. Conſtantinopolitanus autem, & Hieroſolymitanus Antiſtites, licet dicantur Patriarchæ, non tamen tantæ authoritatis quantæ ſuperiores, exiſtunt. & hoc Patriarchæ nomen illis propriè, vel ſimilibus conuenit.

Primates ſunt vel ipſi Patriarchæ, qui Primates dicuntur ex *can. in illis, diſtinct. 80.* Leone 9. *epiſt. 3. ad Petrum & Ioannem Africæ Epiſc.* & *can. nulli diſtinct. 99.* ex *epiſt. 1. Fabiani 2.* his verbis: Primates illi, & non alij ſint, quàm qui in Nicœna ſynodo ſunt conſtituti; reliqui verò qui Metropoles tenent Sedes, Archiepiſcopi vocentur, & non Primates: quod etiã habent Capitularia *cap. 336. lib. 7.* vbi dicitur ne alij Metropolitani appellentur Primates, niſi illi qui primas Sedes tenent, & quos quinquagintaquinque Patres ſynodali & apoſtolica authoritate Primates eſſe decreuerunt; reliqui verò qui alias Metropolitanas Sedes adepti ſunt, non Primates, ſed Metropolitani vocentur. Et Gregorius 7. *lib. 6. epiſt. 2. ad Manaſſem Remenſem Epiſcopum*: Remenſis, ait, cui præſides Eccleſia quodam tempore Primati ſubiacuit, eique vt Magiſtro poſt Romanum Pontificem obediuit: vel etiam ipſi Metropolitani, vt apud Caſſiodorum *lib. 9 Variar. epiſt. 15.*

Qua ratione apud Græcos Ἔξαρχος dicitur Patriarcha, vt Antiochenus in concilio Chalcedonenſi *actione 10.* ab Iba Edeſſeno Epiſcopo, & Metropolita etiam in concilio Sardicenſi *can. 6.* & apud Euagrium *lib. 4. hiſtor. cap. 11.* legem tulit Iuſtinianus, ait, in qua pœnis eos affecit qui Seueri dogmata amplecterentur, vt vniuſcuiuſque Diœceſis Patriarchæ inter ſe conuenirent, vrbiumque Epiſcopi proprios Exarchos ſequerentur.

Sciendum verò eſt quemadmodum inter Epiſcopos & Presbyteros fuerunt Chorepiſcopi, ita inter Patriarchas & Metropolitanos, fuiſſe quoſdam alios Primates & Archiepiſcopos.

Ad quæſtionem ergo propoſitam de ſummo Pontifice, an conferre poſſit Beneficia celſiora, vt Epiſcopatus, in aliena Diœceſi; dicendum eſt, cum ex ſupradictis præcipuum ius electionum

& ordinationum ante Concilium Nicænum pri- A mum conſiſtat in praxi & conſuetudine (Concilium enim Nicœnum hac præcipua ratione nititur *can.* 6 & omnia ferè alia Concilia, & Patres, vt S. Epiphanius *hæreſi* 68. ἔθος γὰρ ἐστὶ τῷ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ Ἀρχιεπισκόπῳ, id eſt hic enim mos obtinet vt Alexandriæ Epiſcopus totius Ægypti, ac Thebaidis, Marzoidque, ac Libyæ, Ammoniacæque & Marzotidis, ac Pentapolis Eccleſiaſticam habeat adminiſtrationem) inde ſequitur videndum eſſe qui fuerint antiqui mores in ordinationibus, quid Papa, quid Patriarchæ ſibi reſeruauerint, quomodo ordinauerint Epiſcopos, an elegerint, an confirmarint tantùm. Et legimus apud Euſebium *lib.* 2. *Eccleſiaſt. Hiſt. cap.* 1. & *lib.* 3. *cap.* 10. Iacobum fratrem Domini à Petro, Ioanne, & Iacobo Apoſtolis Epiſcopum Hieroſolymitanum ordinatum fuiſſe, & vitâ defuncto Iacobo omnes Apoſtolos & Diſcipulos Domini in vnum conueniſſe, communicato Concilio Simeonem Epiſcopum elegiſſe: vnde eam formam emanaſſe, vt Epiſcopi Comprouinciales, vel major eorum pars, ad minùs tres, Epiſcopum eligerent adhibito conſenſu Cleri & populi, vt teſtatur Anacletus Pontifex Romanus qui fuit quintus à Petro *in can. porro Diſtinct.* 66. Quare in *can.* 4. *Concilij Nicæni*, dicitur vt Epiſcopus ab omnibus qui ſunt in Prouincia conſtituatur, vel ſi hoc ſit difficile, a tribus: à tribus dicitur, propter ordinationem Iacobi, ab omnibus propter ordinationem Simeonis: quæ omnia intelliguntur ſub authoritate Superioris. Nam ordinatio Iacobi facta fuit à Petro, & Simeonis etiam à Petro; & ideo rectè additur *in can.* 4. *citato*, confirmatio fiat à Metropolitano, & repetunt Patres *can.* 6. & S. Leo copioſiùs oſtendit *epiſt.* 84. *ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem cap.* 6. his verbis: de Perſona autem Epiſcopi conſecrandi, & de Cleri plebiſque conſenſu, Metropolitanus Epiſcopus ad fraternitatem tuam referat, quodque in Prouincia benè placuit ſcire te faciat, vt ordinationem ritè celebrandam tua quoque firmet authoritas, quæ rectis diſpoſitionibus nihil moræ vel difficultatis debet afferre, ne gregibus Domini diu deſit cura Paſtorum. Metropolitano verò defuncto, cùm in locum eius alius fuerit ſubrogandus, Prouinciales Epiſcop ad ciuitatem Metropolitanam conuenire debebunt; vt omnium Clericorum atque omnium ciuium voluntate diſcuſſâ, ex Presbyteris eiuſdem Eccleſiæ, vel ex Diaconis optimus eligatur, de cujus nomine ad tuam notitiam prouinciales referant Sacerdotes, impleturi vota præſentium, cùm quod ipſis placuit tibi quoque placuiſſe cognouerint: ſicut enim iuſtas electiones nullis dilationibus voluimus fatigari, ita nihil permittimus te ignorante præſumi; & ſic de alijs. Quod ſi de Metropolitani, vel Patriarchæ ſententia omnia fiunt, dici poteſt multò magis de Summi pontificis authoritate fieri debere, à quo omnes ordinationes cœperunt, vt ſupra diximus, & ad quem omnes terminantur, vt rectè S. Leo *epiſt.* 84. *ad Anaſtaſ. Theſſalonic.* magnâ, ait, diſpoſitione prouiſum eſſe ne omnes omnia ſibi vindicarent, ſed eſſent in ſingulis prouincijs ſinguli, quorum inter fratres haberetur prima ſententia, & ruſſus quidam in majoribus vrbibus conſtituti,

ſollicitudinem ſuſciperent ampliorem per quos ad vnam Petri ſedem vniuerſalis Eccleſiæ cura conflueret. Et confirmatur in *can. ordinationes, Diſtinct.* 64. & *Nou. Theodoſij & Valentiniani tit. de ordin. Epiſcopor.* in qua prohibentur ordinationes Epiſcoporum inconſulto Romano Pontifice fieri.

Sed tamen dicendum ad illud eſt, primam quidem inſtitutionem Eccleſiarum fuiſſe à Petro, deinde ab eius Succeſſoribus: ſed cùm jus iſtud Religionum, ſit jus Gentium, & rationem ſequatur, ratioque ſuaſerit vt Prouinciarum Epiſcopi, vel Metropolitani in ſuis prouincijs ordinauerint Epiſcopos, & Archiepiſcopos, & B vſus ac conſuetudo confirmarit, tunc Romanum Pontificem intelligi vel amiſiſſe, vel ceſſiſſe jus eligendi & ordinandi, juxta ſententiam etiam ipſius Nicolai 1. *in reſponſione ad conſulta Bulgaror. cap.* 73. *ſuprà citato.* & ſufficere vt Papa confirmet: vel ſi adhuc jus confirmandi vſu antiquo, retinet penes ſe jus ordinandi in caſum negligentiæ prouincialium Epiſcoporum, eorum negligentiam ſupplendo: nam ſi ad Sedem Apoſtolicam donatio minorum beneficiorum deuoluitur certo tempore *cap.* 37. *Extra de Præbend. cap.* 2. & 5. *de conceſſio. Præb.* multo magis donatio Epiſcopatuum: ſed talis donatio & electio facta à Papa erit tunc pro hac vice tantùm, juxta *cap.* 23. *de elect.* deuoluitur enim priùs ad Archiepiſcopum *cap. ne pro defe-* C *ctu de elect.* idque intra ſex menſes; quia cùm ſit majus periculum, minus tempus datur, *dicto cap.* 6. Epiſcopatus enim non poſſunt vacare niſi per tres menſes *can. poſtquam, Diſtinct.* 50. & *can. obeuntibus Diſtinct.* 63. Ratio igitur hæc, ne pro defectu Paſtoris gregem Dominicum lupus inuadat, effecit vt Papa non potuerit retinere jus conferendi Epiſcopatus remotiores, quod jus non eſſet jus, ſed injuria: quam rationem ſequuta eſt facilè conſuetudo, & hanc comitata præſcriptio; in tantum vt Papa debuerit hunc ordinem ſeruare, & pati præſcriptionem, niſi in caſu deuolutionis. Quod ſi tamen Papa ſibi retinuerit in omni caſu electionem, vel Confirmationem, vel præuentionem, illo jure D vtetur, alias non. Hæc eſt mea, & vera ſententia.

Quam obrem ſiue ex conceſſione, ſiue ex conſuetudine, ſiue ratione id ſuadente, & exemplo Apoſtolorum, Electiones & Ordinationes Epiſcoporum factæ ſint à populo & Clero, & confirmatæ à Superiori *can.* 2. *nullo, Diſtinct.* 62. *can.* 4. 11. 13. *&* 14. *Diſtinct.* 63. & ex S. Leone *epiſt.* 89. *ad Epiſcopos Viennenſes*; per pacem & quietem Sacerdotes qui præfuturi ſunt poſtulentur, teneatur ſubſcriptio Clericorum, honoratorum teſtimonium, ordinis conſenſus & plebis; qui præfuturus eſt omnibus, ab omnibus eligatur: & Cœleſtino *epiſt. ad Epiſcopos* E *Viennenſes cap.* 5. nullus inuitis detur Epiſcopus: Cleri, plebis, & ordinis conſenſus ac deſiderium requiratur: & Theodoreto *lib.* 1. *Hiſt. cap.* 9. & *Hiſtor. tripart. lib.* 2. *cap.* 12. ſi quis fortè eorũ qui Eccleſiæ funguntur muneribus, diem ſuum obierit, tum vnus ex illis qui nuper in Eccleſiam aſciti ſunt, modo idoneus videatur, & populus illum eligat, & Epiſcopus Catholicæ Alexandrinæ Eccleſiæ ei ſuffragetur, atque adeò populi electionem confirmet, in lo-

cũ ſucedat demortui; & concilio Aurelianenſi 2. *can.* 7 & Aurelianenſi 3. *can.* 3. & *can. Metropolit. Diſtinct.* 63. vbi dicitur in electione Metropolitanorum ſeruatam fuiſſe illam formam, vt à Comprouincialibus Epiſcopis cum conſenſu Cleri & populi eorum electio fieret. Quinimo eadem ſeruata fuit aliquando in electione ipſius Romani Pontificis, ex D. Cypriano *lib.* 4. *epiſt.* 2. dum de Cornelij Papæ electione loquitur. Populi verò conſenſus, & iudicium fuit deſideratum, vt quemadmodum ſcribit Iuo Carnotenſis *epiſt.* 10. populo præſente, vel malorum crimina detegerentur, vel bonorum merita prædicarentur; & ne ciuitas Epiſcopum non optatum aut contemneret, aut odio haberet. B Quam formam antiquiſſimam eſſe, & ſolemnem in Eccleſia patet ex illo dicto Imperatoris Alexandri Seueri, dicentis imitandos eſſe Chriſtianos in ſuis electionibus, quando aliqui ad Sæculares Magiſtratus ſunt promouendi.

Hodie Laici omnino remouentur, & Clerici tantùm Cathedralium Eccleſiarum, futurum Epiſcopum eligunt, *cap.* 1. *de electio.* qui Electus, poſtmodum à Metropolitano Confirmandus eſt, *cap.* 31. *eod. tit.* nam ſemper Confirmatio Superioris eſt. Itaque in Cathedralibus & Regularibus Eccleſiis, in quibus etiam Abbas à Monachis eſt eligendus, *can. fin.* 16. *Quaſt.* 7. & *can. Abbatem* 18. *Quaſt.* 2. ſic progrediendũ C eſt vt in confirmationibus electorum, vt (inquam) electus Abbas ab Epiſcopo, Epiſcopus à Metropolitano, Metropolitanus à proprio Patriarcha, Patriarcha à Romano Pontifice Confirmetur. Obtinet tamen, vt ſupra diximus, vt confirmatio Epiſcoporum ſit Romani Pontificis, aut vt eius authoritate fiat, *can. ordinationes Diſt.* 64. Et hæc de Epiſcopatu, & aliis maioribus beneficiis.

De Cæteris verò beneficiis Inferioribus dicendum etiam eſt hoc ius eſſe vt Clerici non à Romano Pontifice fiant, ſed ab Epiſcopo proprio cum conſenſu ciuium, *tota Diſtinct.* 67. de quo nos latiùs in ſequentibus: & tamen, ſiue D quia Romanus pontifex omnes Eccleſias inſtituit, ſaltem ratione Patriarchatuum, ex dictis ſupra; & confirmatur ab Innocentio 3. ad Carolum Epiſcopum Montiſregalis: ex hac, ait, itaque poteſtate data B. Petro à Domino, ipſe & Succeſſores ipſius per vniuerſa Mundi loca conſtituerunt Epiſcopos, & dignitates per Prouincias diuiſerunt: à S. Leone *ſerm.* 3. *ſua ordinationis*; magnum, ait, & mirabile Petro conſortium potentiæ ſuæ tribuit diuina dignatio, vt ſi quid commune cum eo cæteris voluit principibus, nunquam niſi per illum dedit, quidquid aliis non negauit: Siue 2. quia vt Petrus tempore E Apoſtolorum totam repræſentauit Eccleſiam, ita & nunc, ex D. Auguſtino *tractatu.* 124. *in S. Ioannem*, dicendum S. Petrum Apoſtolum propter Apoſtolatus ſui Primatum figuratâ generalitate Perſonam Eccleſiæ geſſiſſe: Siue 3. quia omnes alij Epiſcopi ſunt Cooperatores Papæ, ex S. Leone *hom.* 4. *per omnes miſſa prouincias ad Epiſcopos fratres*; Presbyteri & Sacerdotes Domini Cooperatores mihi eſtis ordinis; nos quidem quamuis indigni locum Aaron teneamus, ſcilicet Patris Sacerdotum, vos autem Eleazari & Ithamar, ſcilicet filiorum: Siue 4. quia habet plenitudinem poteſtatis, ex D. Thoma *in lib.* 4. *ſentent. diſt.* 4. *quaſt. vn. art.* 4 his verbis: habet papa plenitudinem poteſtatis Pontificalis, quaſi Rex in Regno, Epiſcopi verò aſſumuntur in partem ſolicitudinis quaſi Indices ſingulis Ciuitatibus præpoſiti: & S. Antoninus 3. *ſumma tit.* 22. *cap.* 4. §. 2. hanc ſublimem plerumque in omnes fideles poteſtatem, etſi Apoſtoli habuerunt à Chriſto, tamen vt eſſent ſub petro; ipſe autem petrus immediatè à Chriſto accepit plenitudinem iuriſdictionis: & ſic omnis eius ſucceſſor, id eſt Papa, plenitudinem poteſtatis habet à Chriſto; alij autem Epiſcopi & prælati in parte habent, & omnes à Papa, qui ſic aliis Epiſcopis ſuas vices impertiuit, vt B in partem ſint vocati ſolicitudinis, non in plenitudinem: quod etiam habet Gregorius *in can.* 11. *decrete*, 2. *Quaſt.* 6. & S. Cyrillus *in Theſauro*, apud D. Thomam *opuſculo contra errores Græc. cap.* 69. quæ tanta plenitudo poteſtatis? ſed ô quàm magna ſollicitudo regiminis! ſicut Chriſtus accepit à Patre ſceptrum Eccleſiæ Gentium, ex Iſrael egrediens omnem principatum & poteſtatem ſuper omne quodcumque eſt, vt ei cuncta curuentur; ſic & Petro eiuſque ſucceſſoribus pleniſſimè commiſit, & etiam nulli alij quam Petro Chriſtus quod ſuum & plenum eſt, ſed ipſi ſoli dedit. Confirmatur ex *can. qui ſe ſcit*, 2. *quaſtio.* 6. qui ſe ſcit C (inquit) aliis eſſe præpoſitum, non moleſtè ferat aliquem ſibi eſſe prælatum: ipſa namque Eccleſia quæ prima eſt, ita reliquis Eccleſiis ſuas vices credidit largiendas, vt in partem ſint vocatæ ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis: & ab Innocentio 3. *ſerm.* 1. *in feſto S. Gregorii*, ſicut in humano corpore ſolum caput habet plenitudinem ſenſuum, cætera verò membra partem recipiunt plenitudinis; ſic & in Eccleſiaſtico corpore, cæteri Epiſcopi vocati ſunt in partem ſolicitudinis, ſed ſupremus pontifex aſſumptus eſt in plenitudinem poteſtatis: & ita Petrus fuit veluti hæres ex aſſe alij verò tantùm velut legatarij. poteſt igitur pontifex ob prædictas rationes, de plenitudine poteſtatis omnia D beneficia conferre, & cum omnibus Epiſcopis concurrere, quoties ei libuerit, eoſque præuenire in beneficiorum vacantium collationibus, *cap.* 1. *vt lite pend. nihil innouetur in Clement.* & *cap.* 2. *de prabend.* in Sexto: de quo nos adhuc ſuo loco.

Deinde inualuerat olim vt Summus Pontifex mandaret conferri certis perſonis beneficia nondum vacantia, cum eorum vacatio contingeret, quoniam ipſe ſolus ius vacaturis tribuere poterat, *dict. cap.* 2. *de preb. in* 6. qui modus conferendorum beneficiorum fieri dicebatur per literas ſpectatiuas, quarum vſus ſublatus eſt primò E concilio Baſileenſi §. *placuit*, *tit. de collationib. pragmat. ſanct.* Deinde Leonis 10. conſtitutione *in tit. de reſeruationib in Concordat.*

Tertio moris quoque fuit vt Romanus pontifex reſeruaret collationi ſuæ quædam Beneficia, quæ ipſe cui vellet, conferret, quoties ea vacare contingeret, *cap. præſenti de preben. in Sexto*: quarum reſeruationum vſus ſimiliter ſublatus eſt, tam prædicto concilio Baſileenſi §. *ipſas*, *tit. de reſeruationib. in pragmat. ſanctione*, quàm eadem Leonis conſtitutione *ſupra dicto loco.*

Verùm reſeruationes hæ tãtum ſublatæ ſunt,

quæ ſunt à Romano Pontifice : quas enim jus A
Romano Pontifici ſpecialiter reſeruauit, ex ſublatæ non ſunt, quales ſunt reſeruationes eorum Beneficiorum quæ in Aula Romana vacant *dicto cap. 2. & cap. præſenti de Præb.* in Sexto. Quænam autem cenſeantur vacare in Curia Romani Pontificis, explicatur tam *in dicto cap. Præſenti*, quam *in cap. ad regimen eod. tit. in Extrauag. com.* Placuit tamen de beneficiis vacantibus in Curia, vt ſi non eſſent intra menſem à die vacationis collata à ſummo Pontifice, poſſent ab ordinario liberè conferri, *cap. 3. dicto tit. de Præb. in 6.* quod tamen poſteà prohibitum fuit, *cap. 5. de Præb. in Extrauagant. communib. & cap. ex debito verſ. non obſtantib. de*
elect. & in Extrau. comm. B

Cujuſuis autem generis Beneficiorum ſi vacant in Curia Romana collatio ad Romanum Pontificem pertinet etſi ſint Patronata, *arg. dicti cap. 2.* in his verbis : quacumque ſit ſuper hoc authoritate munitus ; atque etiam quamuis Epiſcopatus ſint, Abbatiæ, vel aliæ Dignitates electiuæ *cap. fin. de Elect. in Extrauag. commun.*

CAP. II.

De Concilio Generali. C

QVæritur 2. an Concilium Oecumenicum Beneficia conferre poſſit : quam quæſtionem otioſam eſſe exiſtimamus, quoniã cùm non conuocentur Oecumenica, niſi Romani Pontificis autoritate *can. multis Diſtinct. 17.* non ſe abjurabit illâ poteſtate conferendorum beneficiorum, Romanus Pontifex, quando Concilium conuocabit, quod & Romano Pontifici ſubeſſe vulgo dicunt, *cap. ſignificaſti de elect.* Quæ tamen diſquiſitio an Oecumenicum Concilium ſubſit Romano Pontifici, alterius
eſt loci. Vacante verò ſede, ſi concilium con- D
uocetur, tunc negamus illud conferre beneficia, & Ordinarij conferent in ſua diœceſi ; in Romana verò Diœceſi conferentur vel à Capitulo Eccleſiæ Romanæ, vel reſeruabuntur futuro Epiſcopo Romano : quod ſi de majoribus beneficijs, vt Epiſcopatibus agatur, tunc Epiſcopi Prouinciales Epiſcopos eligerent, ſi diu ſedes vacaret, iuxta conſtitutiones canonicas.

CAP. III. E

De Collegio Cardinalium, & eius Vicario.

QVæritur 3. de Collegio Cardinalium quod congregatum eſt ad futuri Põtificis electionem ſede vacante, & definitur illud non poſſe beneficia conferre, *cap. 2. in princip. de elect. in Clement.* nec ſimiliter Vicarium Romani Pontificis, abſente Romano Pontifice, niſi ad hoc ſpecialiter mandatum habeat, *cap. fin. de officio Vicarij in Sexto.*

CAP. IIII.

De Legatis Romani Pontificis.

QVæritur 4. de Legatis Romani Pontificis, quorum triplex eſſe genus vulgò traditur: alij enim ſunt qui vocantur Legati à latere, Legati nempe Cardinales, ſic dicti quod à Papæ latere in certam Prouinciam deſtinantur, *cap. ad eminentiam, de ſentent. Excommunicatio.* horum mentio apud S. Leonem *epiſt. 14. ad Fauſtum & Archimandritas Conſtantinopolitanos:*
B eùm, ait, propter cauſam fidei quam Eutyches perturbare tentauit, de latere meo mitterem qui defenſioni veritatis aſſiſterent : & in Concilio Sardicenſi *cap. 3.* vbi dicitur Papa miſiſſe è ſuo latere Preſbyteros, *ἀπὸ τοῦ ἰδίου πλευροῦ* : ita etiam Poſſidonius *in vita S. Auguſtini*, loquitur de Iudice Aſiis ab Honorio Imperatore dato, de ſuo latere : propter quod, ait, perficiendum, etiam de ſuo latere Tribunum, & Notarium Marcellinum ad Africam iudicem miſerat: dicuntur etiam à Photio, & Balſamone *ἐκ τοῦ προσώπου*, de facie.

Alij qui prætextu ſuarum Eccleſiarum legatione funguntur, vt Archiepiſcopus Cantua-
C rienſis in Anglia *cap. 1. de appellationib. & cap. 1. de offic. Legati* : quos vulgo Legatos natos vocamus; quales fuerunt Ioannes Epiſcopus Theſſalonicenſis, qui in concilio 6. *act. 18.* ita ſubſcripſit, Ioannes miſericordiâ Dei Epiſcopus Theſſalonicenſis ciuitatis, & Apoſtolicæ Sedis Romæ Vicarius, & Legatus definiens ſubſcripſi: & Epiſcopus Arelatenſis ex Pelagio 1. Papa *epiſt. ad Sapaudum Epiſcopum Arelatenſem:* hinc eſt, ait, quod & nos fraternitati tuæ huiuſmodi curas iniungimus, vt Sedis noſtræ Vicarius inſtitutus, ad inſtar noſtrum in Galliarum Partibus primi Sacerdotis locum obtineas, &c.
D quæ epiſtola eſt in Annalibus Baronij *anno* 556. & ex Zozimo papa *epiſt.* 8. ſatis conſtitit Arelatenſis Eccleſiæ Sacerdoti priſca id inſtitutione conceſſum, vt non ſolùm in Prouincia Vienneſi, ſed etiam per duas Narbonenſes, Epiſcopos faciat ; nam ſanctæ memoriæ Trophimus ſacerdos quondam Arelatenſi vrbi ab Apoſtolica ſede tranſmiſſus, ad illas regiones tanti nominis reuerentiam primus exhibuit, & in alias non immerito eâ quam acceperat authoritate transfudit. Atque hanc ordinandi conſuetudinem & Pontificatum loci illius quem obtinuerat primus, & iuſtus, cuſtoditum vſque in proximum tempus geſtis apud nos habitis, multorum teſtimonijs approbatur : Remenſis Epiſcopus ex Hormiſda *ad Remigium epiſt.* cujus & meminit Flodoardus *lib. 1. cap. 15.* & Hincmarus *epiſt. 6. cap. 18.* & Archiepiſcopus Iuſtinianæ 1. ex *Nouella* 131. *cap.* 3. & Senonenſis Archiepiſcopus ex Odoranno Senonẽſi monacho *in chronico* ; & Aimonij Continuatore *lib. 5. cap. 33.* qui omnes ratione ſuæ Sedis & Cathedræ primùm fuerunt Legati & Vicarij Papæ, tum in eo priuilegio Succeſſores ſuos reliquerunt.

Alij qui ſine tali prætextu ſimpliciter Legati appellantur, de quibus eſt titulus *de officio Legati.*

Ex his omnibus definitum eſt ſolus Legatus à latere poſſe beneficia conferre, *cap. 1. de officio Legati in Sexto.* & excipitur rurſum in aliis Legatis niſi ſpecialiter eis mandatum fuerit, *gl. in dict. cap. 1.* atque ſicut Romanus Pontifex, ſic & Legati à latere poſſunt præuentionis, ſeu occupationis iure beneficia conferre, quomodo ſæpe accidit vt tres ſint qui in beneficij collatione concurrant Romanus Pontifex, Legatus à latere, & Ordinarius; & tunc quæratur cuiuſnam collatio potior ſit, de quo videbimus ſuo loco infrà. Sed & poteſt Legatus à Latere Beneficia nondum vacantia reſeruare collationi ſuæ in fauorem certarum perſonarum, ita vt ſecutâ inde vacatione Ordinarius ea conferre non poſſit *cap. præſenti de offi. Legati in Sexto*; licet non poſſitius in vacaturis tribuere, *cap. 1. de Præbend. in 6.* & ratio cur hoc non poſſit, illud vero poſſit, eſt quod reſeruatio ei in cuius fauorem facta eſt nullum ius tribuat, nec impediat quo minùs alteri beneficium Legatus conferre poſſit. Poteſt quoque Legatus à latere conferre beneficia quorum collatio deuoluta eſt ad ſummum Pontificem, *cap. penult. de Præbend.* vt poteſt confirmare electiones Epiſcoporum, *cap. 36. ſi Abbatem de electio. in Sexto.* Non poteſt tamen conferre beneficia quæ in Curia Romana vacant *dict. cap. de Præben. in 6.* nec quoque ampliora beneficia, & dignitates maiores poſt Epiſcopatum electiuas, *cap. deliberatione, de eff. Legat. eod. lib.* non poteſt ſimiliter beneficia ad Patroni laici præſentationem pertinentia conferre, licet ſecus ſit in ijs quæ pertinent ad Patroni Clerici præſentationem; *cap. dilectus de off. Legati, & cap. cùm dilectus de iure Patronat.*

Tam vero Romanus Pontifex quàm Legatus à latere, Beneficia iure ordinario non confert, ſed extra ordinem, vt rectè cenſet Duarenus; quamuis vulgo Interpretes dicant Romanum Pontificem eſſe Ordinarium Ordinariorum: Nec refert quod *gl. in cap. quamquam, in verbo, deuoluatur, de elect. in Sexto*, dicat de antiquo iure & diſpoſitione Eccleſiæ poteſtatem conferendi Epiſcopatus, ad Romanum Pontificem pertinere, conferendi vero inferiores Eccleſias ad Epiſcopos, in quam ſententiam citat canonem 1 *Diſt. 22.* dum ibi dicitur Romanam Eccleſiam inſtituiſſe omnes ſedes Patriarchales, Metropolitanas, Epiſcopatus. Sed reſpondendum eſt, quod ad inſtitutionem Eccleſiarum attinet, eam ſic proceſſiſſe, vt cathedra primùm Epiſcopalis collata fuerit Romæ, vt ſcribit Optatus Mileuitanus *lib. 2. de ſchiſmat. Donatiſtar.* deinde cùm cæteri Apoſtoli in aliis ſediſſent ciuitatibus, hæ quoque factæ ſint Epiſcopales, quas Eccleſias Matrices & Originales fidei appellat Tertullianus *in lib. de præſcript. aduerſ. hæreticos*: inſtitutionem Patriarcharum, Primatum, Archiepiſcoporum exegit poſteà diſciplinę conſeruatio, vt Leo ſcribit *epiſt. ad Anaſtaſ. Theſſalonic.* & nos diximus ſuprà; & pro ratione locorum & vrbium inſtitutæ ſunt Metropoles in Eccleſia ſecundum diuiſionem politicam, *can. Prouinciæ Diſt. 99.* Reſpondendum 2. hæc quidem ſpectare inſtitutionem, non collationem, de qua nos hîc agimus, & dicimus eam factam fuiſſe modo ſuprà dicto, *cap. 1. in fine de Romano Pontifice.*

Quis ſit ordinarius collator Præbendarum & Dignitatum.

CAP. V.

QVæritur 5. quinam cenſendi ſint Ordinarij collatores in Præbendis & dignitatibus Eccleſiarum Cathedralium, & Eccleſiarum inferiorum quas vulgo Collegiatas vocamus, & in aliis Beneficiis quæ Collegij nomine non cenſentur, ſed ſonant, vt dicunt, in nomen Rectoriæ, vel Capellæ, vel Prioratus. Ei Reſpondendum eſt quod illi erunt ordinarij collatores, ad quos de iure, vel conſuetudine collatio Beneficiorum pertinet, ſiue ij Epiſcopi ſint, ſiue alij, *gl. in cap. 1. in verb. ordinarium, vt lite pendent. nihil innouetur in Clement.* maximè verò Epiſcopus in cuius Diœceſi eſt ſitum beneficium, Ordinarius collator eſt, & ſede vacante, Eccleſiæ Cathedralis Capitulum, *can. omnes Baſilicæ, & can. nullus 16. Quæſt. 7, & cap. Execrabilis, de Præbend. in Extrauag. Ioann. 22.* Hîc tamen diſtinctio recipienda eſt poſitis tribus caſibus: Primus eſt de Præbendis & Dignitatibus Eccleſiarum Cathedralium; Secundus de Collegiatarum Præbendis; Tertius de cæteris Beneficiis, idque viuo vel mortuo Epiſcopo.

De Præbendis & Dignitatibus Eccleſiarum Cathedralium.

CAP. VI.

PRimus caſus de Præbendis & Dignitatibus Eccleſiarum Cathedralium, ſic explicandus eſt, vt in his conferendis dicamus Epiſcopum cum conſilio capituli ſui procedere debere *cap. 4. & 5. de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſen. Capit.* longe namque differt conſilium à conſenſu; nam dico cũ conſilio, nõ dico cũ conſenſu; quique tenetur cũ conſilio alicuius aliquid agere, ſatis habet ſi conſilium eius requirat, nec neceſſe habet illud ſequi; & propterea in propoſito caſu potuit Epiſcopus poſtquam conſilium Capituli ſui requiſierit, liberè cui libuerit conferre, dummodo idoneo conferat *cap. cùm olim, de arbitris.* Nec obſtat quod ſæpius Præbendæ reperiantur inſtitutæ de bonis communibus Eccleſiæ, quæ non minùs Capituli quàm Epiſcopi ſint, & propterea quod omnes tangit ab omnibus debet approbari, *cap. ad hæc de offi. Archid.* quoniam de veteri & communi iure, bonorum Eccleſiæ diſpoſitio & ordinatio ad ſolum Epiſcopum pertinet, *can. omnes, & can. nullus 16. Quæſt. 7.* Et quod pertinet ad *cap. ad hæc, de offi. Archid.* ideo ibi decani Rurales ad mandatum Epiſcopi & Archidiaconi ſimul inſtituendi & deſtituendi ſunt, quod commune vtriuſque officium exerceant, vt ibidem dicitur; propterea quod omnes tangit &c.

Eſt autem aduertendum quandoque lege, conſuetudine, & priuilegio reperiri cautum ad quem collatio Præbendarum pertineat, quandoque non reperiri: & hoc poſteriore caſu,

procedet quod diximus vt Epiſcopus cum conſilio Capituli ſui conferat, *cap. cùm ex iniuncto, in fine, de hæret.* & *cap.* 3. *de excoſſib. Prælator.* Propriè verò ſeruabitur lex aut conſuetudo, veluti ſi conſuetudo ſit vt Capitulum irrequiſito Epiſcopo Canonicos eligat, qualem conſuetudinem eſſe in Thuſcia dicitur in *cap. cùm Eccleſia, de elect.* ſolum Capitulum conferet; ſi vt Archidiaconus, ſolus Archidiaconus conferet *cap. cum veniſſent, de inſtitutionib.* ſi Abbas vel Prælatus alterius Eccleſiæ, is ſolus collationem Præbendarum habebit, vt in *cap. fin. eod. tit.* ſi vt tam Epiſcopus quàm Capitulum, vtrumque conferre neceſſe eſt *cap. poſtulatis de conceſſione præbend.* & *cap. fin. de ſupplen. negligen. prælator.* ſi vt ipſa Eccleſia Cathedralis, Epiſcopus cum conſenſu Capituli ſui conferet, *cap. ea noſcitur, de his quæ fiunt a prælat. ſine conſenſu Capit.* quia cùm ſpecialiter Eccleſiæ ius illud datum ſit, tam Epiſcopo quàm Eccleſiæ datum intelligitur, *arg. cap.* 15. *de Teſtamēt:* & propterea ſi non conſenſerit maior pars Capituli, collationes ab Epiſcopo factæ irritæ erunt: & hic caſus diuerſus eſt ab illo quem retulimus, quando lex aut conſuetudo eſt vt Epiſcopus & Capitulum conferant, quia hoc caſu Epiſcopus ſolus confert de conſenſu Capituli, illo vero tàm Epiſcopus quàm Capitulum.

Illud notandum eſt quod quando Collatio Beneficiorum ad Capitulum pertinet, ſæpe conſuetudo eſt vt non totum Capitulum conferat, ſed ſingulares Canonici vice & authoritate Capituli, *cap. fin. de præben. in Sexto.*

De Præbendis Eccleſiarum Collegiatarum.

CAP. VII.

SEcundus caſus eſt in Præbendis Eccleſiarum inferiorum, quas Collegiatas dicimus, in quibus receptior opinio eſt præſentationem eſſe Prælati eius Eccleſiæ cum conſenſu Collegij ſui, niſi forte hæc eſſet eius Eccleſiæ diuturna & inueterata conſuetudo, vt prælatus in eiuſmodi præſentatione non requireret Collegij ſui voluntatem, aut niſi docuerit tale priuilegium & talem libertatem ſibi conceſſam, *dicto cap. ea noſcitur*: neque enim in Prælatis inferiorum Eccleſiarum idem vſurpare licet quod in Epiſcopis, ad quos de iure pertinet inſtitutio Eccleſiarum, vt dictum eſt; proinde prælati inferiorum Eccleſiarum cum conſenſu Collegij ſui Clericos inſtituendos in præbendis Eccleſiarum ſuarum Epiſcopis ſuis præſentabunt, *dicto cap. ea noſcitur, de his quæ fiunt a Præl. ſine conſ. Cap.*

De alijs Beneficijs, Rectorijs, Prioratibus, Capellis, Præſtimonijs.

CAP. VIII.

TErtius caſus eſt in alijs Beneficijs Rectorijs, Prioratibus, Capellis, Præſtimo-

A nijs, de quibus communis Interpretum ſententia eſt, vt minora beneficia ſint, vt notatur in *cap. quanto, de his quæ fiunt a præl. ſine conſ. Cap.*

Habet autem Epiſcopus ius conferendorum Beneficiorum poſtquam confirmatus fuerit, etſi nondum conſecratus ſit, *cap. tranſmiſſa*, & *cap. generaliter de elect.* quod vt ait *gl. can. quanto Diſt.* 63. per electionem jus adminiſtrandi, & per Confirmationem eius iuris exercitium tantùm conſequatur. Sed & interdum ante Confirmationem conferet beneficia, veluti ſi immediatè ad Romanum pontificem pertinet, & vltra Italiam ſit conſtitutus, & concorditer electus fuerit, *cap. nihil, extra de elect.* Hinc

B receptum eſt vt Abbatiſſa quoque Monialium, poſtquam electa eſt, ſtatim adminiſtrare poſſit, *capit. indemnitatibus* §. *ſi vero de elect. in Sexto.*

Habet quoque Epiſcopus beneficiorum conferendorum poteſtatem, etſi reus grauiſſimi criminis ſit; quia non debet accuſatus, ſacerdotij ſui poſſeſſione priuari, *can. nemo* 8. *Quæſt.* 4. & *cap.* 2. *vt lite pendente nihil innouetur*: imo & depoſitus, dummodo prouocauerit, *gl. in cap. ſæpe contingit de appellationib.* quia non cenſetur damnatus, qui prouocauit, *l.* 2. §. *fin. d. de pœnis.* Habet, etſi Coadiutor ei datus

C fuerit propter infirmitatem corporis, aut ſenectutem: ſecus eſt ſi ipſe alienationem mentis patiatur: tunc enim Coadiutor Epiſcopo datus, conferet beneficia, ne Eccleſia defectum Paſtorum patiatur, *gl. in verbo iuriſdictio, de collationib. in pragm. ſanctio.*

Nec refert quod Coadiutori ſit interdicta alienatio bonorum Eccleſiæ, *cap. vni. de Clerico ægrotant. vel debilit. in Sexto*, quoniam collatio beneficiorum non eſt ſpecies alienationis, ſed adminiſtrationis quam Coadiutor habet.

D *Ad quem pertinent Collatio Beneficiorum quando Epiſcopus mortuus eſt.*

CAP. IX.

HÆc dubitatio facillimè expeditur vbi communiter ad Epiſcopum & Capitulum collatio Beneficiorum pertinet: efficit enim illa communio vt vno deficiente, poteſtas conferendi ad alterum deuoluatur, *cap. vn. in princip. ne Se de vacante, in Sexto*: vbi verò ad Epiſcopum pertinet, dubitationem facit ex vna parte, quod in *cap.* 2. *ne Sede vacant.* nullibi reperitur cautum Capitulum Sede vacante fungi vice Epiſcopi in collatione præbendarum,

E quod etiam definitur *in dict. cap. vn.* § 1.

Ex altera verò parte quod certum ſit Capitulum vacante ſede ſuccedere Epiſcopo in ijs quæ ſunt iuriſdictionis, vt in licentia danda ordinandis, & abſolutione excommunicatorum *cap. cùm nullus de temporib. ordination.* & 6. *in Sexto*, & *cap. vn. de maiorit. & obedien. eod. lib.* & inſuper quod electos confirmare, & inſtituere præſentatos Capitulum poſſit *cap.* 1. *de inſtitutionib. in Sexto*, & *cap. cum olim* 33. *de maiorit. & obed.*

Sed vtraque ratio dubitandi facillimè remouetur, quia Capitulum ſuccedit quidem Epiſ-

eopo in his quæ ſunt neceſſariæ iüriſdictionis, vt in ſpecie *capitis ad abolendam de Hæresic.* & in cäpite in his Extra *de maiorit. & obed.* at non ſuccedit in his quæ ex mera libéralitate, & Epiſcopi douatione procedunt, vt iu collatione quæ quamuis necéſſariò facienda ſit ab Epiſcopo, id eſt neceſſe habeat Epiſcopus conferre beneficium; non tamen magis huic quam illi; & præteteà Collatio dicitur ſæpiſſime donatio, *cap. relatum, de Prabend. & cap. poſt electionem, de conceſſi. Prabend. & Eccleſ. non vac.* Non idem eſt in Confirmatione, Electione, & inſtitutione præſentatorum, quia tenetur omnis Epiſcopus eos qui electi vel præſentati ſunt, ſi idonei fuerint Confirmare, inſtituere, *cap. poſtquam de elect.* & *cum tu. de iure Patronatus,* eademque eſt ratio Collatiouum beneficiorum quæ nominatis fiunt: eæ enim per Capitulum ſede vacante poterunt expediri, quia gratioſæ non ſunt, vt docet Rebuffus *in §. ſi quis vero, de collationib. in Concorda. & in tractatu Nominationum, quæſt. 8. & 14.* Hæc autem quæ ita diximus de Collatione, locum habent ſiue Collatio beneficiorum pertineat ad Epiſcopum iure proprio, ſiue deuoluto, vt quando ad eum tranſit collatio ex negligentia inferioris, *cap. 2. de conceſſ. Prabenda,* quia vtroque caſu eadem ratio ſubeſt: quod nempe collatio gratioſa ſit, quæ futuro Succeſſori teſeruanda eſt; & hoc reſpectu dicitue vulgò Collationes beneficiorum in fructu eſſe, vt notatur *in cap. cùm vos, de offi. Iudicis ordinarij.* Non eſt autem dubium quin vacante Sede Capitulum Oeconomum & Adminiſtratorem Eccleſiæ præficere poſſit, & Eccleſiam commendare, donec ei prouiſum fuerit de Paſtora, *dicto cap. cum vos de offi. ordina.* ſed nihil incommodi propterea generatur futuro Epiſcopo, qui poſtquam Confirmatus fuerit, liberè poterit eum Oeconomum vel Commendatarium reuocare: ſed hic Oeconomus ſeu Commendatarius, qui à Capitulo Sede vacante conſtituitur, beneficia non confert, *cap. vlt. in fi. de ſupplen. negligen. Pralator. in Sexto.*

CAP. X.

De Vicario generali, an vice Epiſcopi conferat.

QVæritur de Vicario Generali, an is vice Epiſcopi conferendorum Beneficiorum jus habeat: & in *cap. fin. de officio Vica. in Sexto,* dicitur, vt eam poteſtatem habeat, opus eſſe vt ei ſpecialiter demandata fuerit: ſolere verò ei dari apparet *ex cap. ex frequentib. Extra de inſtitu.* quod caput, vt rectiſſimè Cuiacius ſecundum eius capitis inſcriptionem explicat, directum ad Angliam, in qua Vicarij Epiſcoporum appellantur Officiales, vt Alanus vetus interpres, qui fuit Anglus, dicit in *eo cap.* interpretes autem aliter intelligunt dictum *cap. 4.* vt ex *eo cap.* poſſit Vicarius Generalis, etſi ſpecialiter ei conceſſam non ſit, Electos confirmare, & præſentatos inſtituere. non poſſit verò conferre eadem prorſus ratione quà ſuprà dixi Capitulum non poſſe Sede vacante exequi ea quæ ſunt gratiæ, & meræ voluntatis; poſſe verò ea quæ ſunt neceſſariæ collationis, ſeu inſtitutionis: de quo iure vide Ioannem da Bordenaue Canonicum & Officialem Laſcarenſem.

CAP. XI.

In quo Dantur duæ Regulæ ad Collationes Beneficiorum pertinentes.

NOtandum eſt 1. etſi Ordinarius Epiſcopus collator, ſit poſſe tamen inferiores Prælatos præſcribere aduerſus eum, jus conferendi beneficia, *cap. auditis, & cap. cùm olim, de praſcriptionib.*

Notandum 2. eos ordinarios Collatores cenſeri, qui ſunt in poſſeſſione beneficij, dummodo bonæ fidei poſſeſſores ſint: eo enim reſpectu rectè collationes dicuntur eſſe in fructu, quod ſpecies quædam ſubſit honoris in conferendis beneficijs, non vt nudè commodum pecuniarium quæratur; proinde ſi bonæ fidei poſſeſſor vni contulerit, proprietarius verò alteri, potiorem eſſe poſſeſſoris collationem certum eſt *cap. cum olim, de cauſa poſſeſſion. & propriet.* ſecus vero eſt ſi malæ fidei poſſeſſor ſit: eius enim irrita Collatio erit, quia malæ fidei poſſeſſor fructus ſuos non facit, vt ſuos facit bonæ fidei poſſeſſor, *§. ſi quis à non Domino, inſtit. de rer. diuiſ.* ſed nec eo caſu proprietarij Collatio valebit, vt cenſet Panormitanus *in cap. conſultationib. de iure Patronatus,* quia ipſe non eſt in poſſeſſione, nec potuit propriâ authoritate ſpoliare poſſeſſorem malæ fidei, *cap. in literis, de reſtit. ſpoliator.*

CAP. XII.

De conductore Beneficiorum.

EX hoc autem quod Collationes in fructu eſſe cenſentur, deſcendit quæſtio eiuſmodi, an conductor redituum & obuentionum Epiſcopalium, beneficia conferre poſſit: & cùm Vicarij conferre non poſſint niſi ſpecialiter eis conceſſum ſit, vt antè dictum eſt, quomodo poterunt eiuſmodi conductores Conferre? Præſentare verò poterunt, quia Præſentatio iuris prophani eſt, non ſpiritalis, vt Collatio iuris ſpiritalis eſt. Et Præſentare poterunt, ſiue ſint conductores ad longum tempus, ſiue ad modicum *cap. ex literis, de iure Patronat.* quia vtroque caſu eadem ratio ſubeſt, quod nempe fructus ſuos conductor faciat.

Nec obſtat *cap. cùm Bertholdus, de ſentent. & re iudic.* quia ideo creditor qui rem pignori tenet, jus præſentandi non habet, quoniam reſtituere tenetur fructus omnes quos ex re pignorata percipit, nec eos ſuos facit, vt ſuos facit conductor, *cap. cum contra, de pignorib. & cap. 1. de vſur.*

De Sequeſtro fructuum, an conferat.

CAP. XIII.

HIs adiungi ſolet alia quæſtio, vtrum Sequeſter Beneficia conferre poſſit. Sequeſter *l.* 109. *ſequeſter D. de verb. ſignif.* & in *l. propriè D. depoſiti*, is eſſe dicitur apud quem res controuerſa eâ lege deponitur, vt ſolutâ lite res controuerſa victori reſtituatur; itaque ſequeſtratio fit à pluribus, depoſitum ab vno.

Eſt autem duplex ſequeſtratio, vna voluntaria, alia neceſſaria. Voluntaria eſt quæ fit ex conſenſu litigantium, cùm duo de victoria, aut de re aliqua contendentes, rem certam deponunt apud aliquem virum bonum, & apud Iudicem ſponſionis qui eam rem victori tradat, qui iudex ſponſiuus, ſequeſter & ſicullus a Veteribus dictus eſt. Macrobius *lib.* 3. *cap.* 17. *Gellius lib.* 20. Neceſſaria eſt quando duobus de re aliqua litigantibus apud Iudicem, viſum eſt Iudici ſequeſtrationem eius rei fieri; ſiue alterâ parte petente, ſiue vtraque contradicente, id ei æquum viſum fuerit. Siue voluntaria ſit, ſiue neceſſaria ſequeſtratio, controuerſia eſt inter Interpretes de collatione, an ſequeſter beneficia conferre poſſit. Dubitationem facit quòd ſequeſter quandoque poſſideat, quandoque non poſſideat: poſſidet ſequeſter quando is qui depoſuit, dimittere apud eum poſſeſſionem voluit, quod in dubio non præſumitur, *l.* 39. *intereſſe. D. de acquiren. poſſeſſ.* quia in dubio cuſtodiæ causâ poſſeſſionem ſequeſtratam eſſe præſumendum eſt, arg. *l.* 3. §. *fin. eod. tit.* non poſſidet, ſi non ea mente res depoſita eſt. Cùm autem vt ſuprà dictum eſt, is qui poſſidet, Conferendorum beneficiorum poteſtatem habeat, ſequitur vt eo caſu quo Sequeſter non poſſidet, conferre beneficia non poſſit; & propterea tota controuerſia ſit in ſequeſtro qui poſſidet; quem male negant Interpretes poſſe præſentare, & conferre, cùm apertiſſime *cap. vn. iuncta gl. in verb. beneficium, de ſequeſtratio. poſſeſſio. in Clementi.* definiat Beneficium ſequeſtrari, non ſimpliciter fructus Beneficij, & ſequeſtrum qui poſſidet, iura Beneficij & Beneficiati exercere.

Nec obſtat quod Collatio Beneficiorum in fructu ſit, & ſequeſter fructus non ſuo ſed alieno nomine percipiat, qui quandoque victori reſtituendi ſunt; quæ quidem reſtitutio non poteſt, imò nec debet intelligi in prædicta beneficij collatione, quia, vt optime Coraſius *lib.* 3. *Miſcellaneor. cap.* 2. Quod dicitur fructus ctus victori reſtituendus, accipiendum eſt de fructibus qui ſeruari poſſunt: at Collatio Beneficij ſeruanda non eſt, nec differenda, ne diu Eccleſia defectum paſtoris patiatur: proinde nec exiſtimo ſequendum quod Rebuffus *in tract. Nominationum, quæſt* 14. *num.* 76. ſcribit, hodie ea conſuetudine obtinere, vt lite pendente vterque ex litigantibus conferat, & deinde is obtineat cui ab eo qui vicerit beneficium Collatum fuerit; quia hoc modo ſi lis protraheretur diu, nimirum quoque diu differretur ordinatio Clerici, in damnum Eccleſiæ; commodiusque eſt quod ſubijcit ipſe ſe vidiſſe, vt ſequeſter amborum litigantium conſenſum requireret; ſed ſi diſſenſerint, puto eum poſſe libere cui voluerit beneficium conferre.

Nec obſtat quoque *cap. cùm Bertholdus de ſent. & re iudicat.* quia ibi ideo non tenet præſentatio facta à creditore qui pignoris nomine rem tenet, quoniam ſubeſt Perſona legitima, verus nempe Dominus, & certus, qui præſentare poteſt, quod non hoc caſu, pendente lite.

De Laicis, an poſſint conferre Beneficia.

CAP. XIV.

CErtum eſt Electiones Epiſcoporũ factas aliquando fuiſſe à Clero & populo ſimul, vel cum conſenſu Cleri & populi *canon. Epiſcopos, can. quanto, can. literas, can. plebs, can. Cleri, Diſt.* 63. ſic *cap.* 78. *legis Francica.* ſtatuitur electionem Epiſcopi à Clero & populo ſecundum ſtatuta canonum eſſe faciendam, *can. ſacrorum, ead. Diſt.* & apud Gregorium Turonenſem *lib.* 4. *cap.* 6. *&* 7. *hiſtor. Francor.* Epiſcopi dicebant Catoni presbytero, videmus quia te elegit pars maxima populorum, veni conſenti nobis, & benedicentes conſecremus te ad Epiſcopatum; & paſſim canones præcipiant etiam Metropolitanorum electiones à comprouincialibus Epiſcopis cum conſenſu Cleri, ac populi fieri vt *can.* 7. *concilij* 2. *Aurelianenſis*, & *can.* 3. *Aurelianenſis* 3. *can. Metropolitano, Diſt.* 63. vt Archiepiſcopus Senonenſis Leothericus apud Aimonium *lib.* 5. *de geſtis Francor. cap.* 46. Confirmatur ex *canon. concilii Carthaginenſis* 4. *can.* 8. *Pariſienſis*, & *can.* 10. *Cabillonenſis*; & ex D. Chryſoſtomo *lib.* 3. *de Sacerdotio*, & ex D. Cypriano *lib.* 1. *epiſt.* 4. & Platina qui refert Bonifacium 3. voluiſſe vt electio Epiſcopi à Clero pariter & populo fieret, & a principe approbaretur: Quinimo, etiam ipſius ſummi pontificis Electio aliquando ita facta eſt: nam D. Cyprianus *lib.* 4. *epiſt.* 2. teſtatur Cornelium Papam electum fuiſſe à plurimis Epiſcopis adhibito teſtimonio & ſuffragiis totius Cleri & populi. Atque dicta populi electio fuit aliquando conſenſus tantùm, vt patet ex multis canonibus ſupra citatis, & *can. noſſe Diſt.* 63. & apud Iuonem Carnotenſem *epiſt.* 181. quod electionem Cleri, aut populi conſenſum habuiſſet. Aliquando fuit vera electio: inde legimus diuiſa fuiſſe ſtudia Cleri & populi, dum Clerus vnum, alium populus eligeret, vt apud Socratem *cap.* 26. *lib.* 7. *Eccleſiaſticæ hiſtor.* vbi cùm Conſtantinopoli in electione Siſinij, qui Attico ſucceſſit, Cleri vnum, & Laici alium ſibi optarent Epiſcopum, præualuit Laicorum ſtudium in Siſinio, qui ab Epiſcopis deſignatus eſt. Aliquando tantum poſtulatio fuit quando populus expetebat ſibi aliquem in epiſcopum, *can.* 1. *Diſt.* 61. vt Mediolani petijt ſibi deſignari Ambroſium, ex Theodoreto *cap.* 6. *lib.* 4. & Sozomeno *cap.* 14. *lib.* 6. & Conſtantinopoli Nectarium apud Socratem *lib.* 5. *cap.* 8.

Cæterùm ſiue populus eligeret, ſiue non, ſemper ius Eccleſiaſticorum majus fuit in promotionibus Epiſcoporum, quàm ius Laicorum; ſiue quia aliquando factâ electione à Clero, id eſt à Presbyteris (non ab Epiſcopis) & à populo, Epiſcopi accedebant vel Clero id eſt Presbyteris, vel populo id eſt Laicis, ex *can. Valentinianus Diſtinct.* 63. & apud Socratem *lib.* 7. *citato cap.* 16. cùm Clerici vnum eligerent, Laici alium. Epiſcopi deſignarunt eum qui à Laicis electus erat: & apud eundem *lib.* 6. *cap.* 2. & Theodoretum *cap.* 27. *lib.* 5. & Sozomenum *lib.* 8. *cap.* 2. dicitur Nectario mortuo Conſtantinopoli, cùm de eligendo Epiſcopo ageretur, Clerum & populum conſenſiſſe in Ioannem Antiochenum presbyterum, & Epiſcopos poſtea conuocatos vt ordinaretur: ſiue etiam quia Superioris erat, vt Metropolitani, confirmare electiones iam dictas, *can.* 4. *&* 6. *Nicæni Concilii, ca. epiſcopi, Can. illud, diſtinct.* 64. item *can.* 12. *Synodi Laodicenæ, can.* 8. *Epheſinæ, can. extra, Can. quia per ambitionem ead. Diſtinct.* 64. *can. non debet, &c. epiſcopus Diſt.* 65. vel etiam Primatis *can.* 12. *Carthagin.* 2. *ſynodi, can. de perſona C. placet Diſt.* 65. & *can.* 6. *&* 7. *Nicænæ* 1. *ſynodi.* Quinimo nonnunquam ſolus Clerus ciuitatis Epiſcopum eligebat, vt Alexandriæ. D. Hieronymus *epiſt.* 85. *ad Euagrium*, ſcribit à Marco Euangeliſta vſque ad Heraclam, & Dionyſium Epiſcopos, Presbyteros ſemper vnum ex ſe electum in excelſiori gradu collocatum Epiſcopum nominaſſe, quod etiam fit hodie: fit enim Epiſcoporum Electio à Collegio Canonicorum Cathedralis Eccleſiæ eo ritu & ordine quem Innocentius 3. definiuit *in cap. quia propter de elect.*

Ratio quare Laici interuenerunt, fuit quia æquum viſum eſt vt poſſet ſibi aliquem expetere in Epiſcopum, *can. nonnulla, Diſt.* 62. ſicut petijt Ambroſium, ex dictis ſuprà. Secundo vt teſtimonium de vita & moribus Epiſcopi ferret, *can. nata, Diſtinct.* 63. & *can. literas.* 8. *quæſt.* c. Tertio vt hunc ſibi gratum qui eligebatur, hunc ſe optare, hujus ſe electioni maxime conſentire declararet, *can. noſſe, C. Cum longe, Cum duob. ſeqq.* 63. *Diſt.* ne ciuitas Epiſcopum non optatum aut contemneret, aut odio haberet, *can. ſi fortè, ead. Diſt.* ne qua poſteà retractatio cuiquam, ne quis ſcrupulus reſideret *Can. licet* 8. *Quæſt.* 2. ne inuitis aut non petentibus datus Epiſcopus nihil aut parum in grege Chriſti proficeret. Sed quia incommoda inde multa & maxima conſequebantur; ratio alia ſuaſit & impoſuit vt jus illud populo adimeretur à Romano Pontifice, & alijs Epiſcopis, *cap. Sacroſancta, & cap. Maſſana, de elect.* & ſæpè prohibitum eſt per populum electiones Epiſcoporum & Sacerdotum fieri, *can.* 1. *Laodicenæ ſynodi, can.* 2. *Nicænæ ſynodi* 2. ex Cocilio Martini apud Martinum Bracarenſem *can. non eſt, can. nullus, can. omnes, can. non licet, dicta Diſt.* 63. Cùm enim jus iſtud Electionum potiſſimùm conſuetudine olim niteretur, vt diximus ſuprà, & Conſuetudo ſeruanda ſit vbi lex deficit, *l. quibus, l. diuturna D. de legib.* nec ſit ſeruanda vbi lex repugnat, *l.* 2. *Cod. quæ ſit longa conſuetudo*, ſequitur non ampliùs ſeruandam eſſe, cùm nec lex deficiat; imo etiam lex repugnet, quæ ademit electiones plebi. Et ſane lex iſta optimo iure niti-

A tur: nam cùm Perſonæ Eccleſiaſticæ, ſacræ ſint; & miniſterium eorum, propter quod beneficum conceditur, ſit ſacrum & ſpirituale; conſequens eſt vt ipſa beneficia ſint ſpiritualia, & eorum quoque diſtributiones ſacræ & ſpiritales; & proinde nec per laicos debeant obtineri Eccleſiæ *can.* 1. *Can. quondam.* c. 14. 16. 20. 24. *&* 15. 26 *Quæſt.* 7. Nec jus conferendorum Beneficiorum, aut cætera iura ſpiritualia per laicos præſcriptione acquiri poſſunt, *cap. cauſam quæ, de Præſcriptionib.* Et quod dicitur *in cap. cura, de iure Patronat.* intelligendum eſt de Eccleſia, quæ à Laicis donatur religioſo loco iure proprietatis, non de ea quæ iure adminiſtra- B tionis conceditur.

Nec dicas olim ſaltem Laicos elegiſſe. Nam reſpondetur nunquam ſolos elegiſſe, & ideo quod non potuiſſent ſoli, potuerunt conjuncti Clericis, ſicut iure ciuili, uno orante Cuiacio *ad Tit. Cod. quando non petenti accreſcat*, antiquiſſimum eſt hoc jus, vt cohæredis portio vacans cohæredi accreſcat, vt eam quam complexus eſt non poſſit habere niſi & deficientem partem amplectatur: quo genere fit vt qui ſemel adijt, licet non poſſit repudiare, tamen deficiente cohærede, dum non vult amplecti partem cohæredis deficientis, poſſit abſtinere à toto, & etiam ipſum reſtituere quod eſt amplexus, *l. cum hæreditata, de acquirenda hæredit.* C ſecundum id quod euenit ſæpe vt quod ego non poſſum, alius interueniens faciat vt poſſim, & quod ego non poſſum, mihi viam ad id patefaciat alius; ſic propter fideicommiſſarium capacem, legatarius incapax admittitur ad Legatum, vel hæres ad hæreditatem, *l. cogi, §. in qui ſolidum, ad Trebell.*

CAP. XV.

De Regum & Imperatorum iure in Collatione Beneficiorum.

D Dicendum eſt ſi populus jus aliquod habuit in electionibus, ne ei daretur Epiſcopus inſenſus & inuiſus, aut quem noſſet minimè bonum eſſe, multò magis Rex & Imperator habebit, ſeu quia ipſe teſtimonium ferre poteſt æque ac populus, nam *Principis eſſe virtus maxima noſſe ſuos*; ſiue quia eius intereſt æquè non admittere hoſtem & ſibi inuiſum Epiſcopum; ſeu denique quia Rex repræſentat populum, in quem jus omne populi tranſlatum eſt, *inſtitut. de Iur. natur.* Et ſanè ita factum eſt vt etiam Principis voluntas accederet electionibus: nam Concilium Aurelianenſe 5. *can.* 10, addidit con- E ſenſui Cleri & Plebis, voluntatem Regis, verba ſunt: vt nullum Epiſcopatum donis, aut comparatione liceat adipiſci; ſed cum voluntate Regis, iuxta electionem Cleri ac plebis, ſicut in antiquis canonibus ſcriptum continetur: & eſt *epiſt. Hincmari ad Huganem Abbatem*, in qua idem continetur, cujus vltima verba ita referuntur à Flodoardo: adjungens, ait, ſuorum canonum promulgatam ſuper electione canonica authoritatem, & oſtendens quod non Epiſcopi de Palatio præcipiantur eligi, ſed de propria qualibet Eccleſia; & quod de ordinando

Epiſcopo non Regis vel Palatinorum debet eſſe commendario, ſed Cleri & Plebis electio, & Metropolitani in electione dijuditatio, deinde terreni Principis conſenſio; & ſic fieri Epiſcoporum manus impoſitionem. Et Gregorius Papa *can. quia igitur 63. Diſtinct.* & Platina *in vitis Pontificum*, refert Bonifacium 3. voluiſſe vt electio Epiſcopi à Clero pariter & populo fieret, eaque ita demum rata foret ſi à Principe Ciuitaris approbata eſſet, & ſummus Pontifex his verbis authoritatem ſuam interpoſuiſſet: volumus & iubemus; cui penè ſimilis eſt forma præſcripta in Comitiis Aurelianenſibus temporibus Caroli 9. Et de facto ſe immiſcuerunt electioni Pontificum Imperatores & Reges: nam Sozomenus refert *lib. 7. Eccleſiaſt. hiſtor.* Theodoſium iuſſiſſe Sacerdotibus vt inſcriberēt chartæ nomina eorum quos ad ordinationem dignos iudicarent; & ſibi ipſi ex omnibus ijs vnius electionem reſeruaſſe: cum vero Antiochiæ Epiſcopus Nectarium in album retuliſſet, qui nondum baptiſatus erat, hunc, elegiſſe Imperatorem, & poſtquam baptiſatus fuiſſet, communi ſynodi quæ tunc Conſtantinopoli habebatur, ſuffragio, Conſtantinopolitanum Epiſcopum declaratum: & ſimile aliquid refert Socrates *lib. 7. cap. 29.* de Theodoſio iuniore in electione Neſtorij cuiuſdam, quem ad culmen Patriarchatus euexit, reprobato Proclo & Philippo, quos Clerus deſignauerat. Et Nicephorus Phocas edixit ne iniuſſu Imperatoris vllus Epiſcopus crearetur, & inualuit vt hi quos Imperator vellet, patriarchæ Conſtantinopolitani deſignarentur ex Nicephoro Gregora *lib. 8.* & Honorius Imperator Bonifacio 1. electo pontifice, & ab alijs Eulalio, vtrumque Romā abire coëgit, ſedi tamen Apoſtolicæ poſtea reſtituit Bonifacium. S. quoque Silueriua electus fuit pontifex Theodato Rege Oſtrogothorum iubente qui magnam partem Italiæ poſſidebat. Denique ex Platina, & Blondo, aliiſque hiſtoricis conſtat vanam habitam fuiſſe Cleri ac populi electionem, ni eam Imperatores, aut eorum Exarchi Italiæ, confirmaſſent; quod ne ampliùs liceret Imperatoribus aut Exarchis conſtituit Conſtantinus Imperator filius Heraclij ex Platina *in Benedicto 2.* Cur vero intercederet illa Imperatoris vel electio, vel confirmatio tradit Onuphrius *in Platinam*, ne electo Pontifice Imperatoris hoſte res Imperatorum in Eccleſia turbarentur.

De Francis Imperatoribus notum eſt Adrianum Pontificem Carolo Magno, & eius Succeſſoribus conceſſiſſe, quod poſtea ab Adriani Succeſſoribus confirmatum eſt, vt nullus poſthac vel Romanus pontifex, vel alius Epiſcopus fieret, niſi is quem Carolus & eius Succeſſores ſciuiſſent, & iuſſiſſent, *can. Hadrianus, can. in ſynodo, can. Reatina cùm ſequentib. Diſt. 93.*

In Gallia etiam conſtat Reges noſtros ſæpe conſtituiſſe Epiſcopos in locum demortuorum, ex Gregorio Turonenſi *cap. 6. 7. 18 lib. 4.* apud quem etiam tunc cùm electiones locum haberent, tamen Regis voluntas requirebatur, vt patet apud eundem de Onomacro, Theodoro, & Procolo Turonenſibus Epiſcopis de Mouderico & Papolo Lingonenſibus; de

A Cantino Aruernenſi; de Theodoſio, & Innocentio Rutenenſibus; de Damnulo Cenomanenſi; de Sulpitio Bituricenſi; de Dodoæ Burdegalenſi; de Loetio Atalerenſi, de Vico Viennenſi, Paſcoemio Pictauienſi, Nomucho Namnetenſi, & alijs. Et primus Pipinus ius illud habuit conceſſione Zachariæ ſummi Pontificis, ex Lupo Ferrarienſi, qui fuit à conſilijs Caroli Calui Imperatoris, quod poſtea Carolo Magno & ſequentibus Imperatoribus tributum eſt.

In Anglia pariter Reges ius illud ſibi tribuerunt. Vnde Matthæus Paris ſcribit Henricum, 1. dixiſſe per Legatos, Papæ, paciſci ſe, B nec pro amiſſione Regni paſſurum amiſſionem donationum Eccleſiarum; cui contra papa reſpondit ſe nec pro Capitis ſui redemptione paſſurum vt ipſe eas obtineret: ſed poſtea Edoardus 3. in Concilio Londini habito iuriurando promiſit per ſe non ſtaturum deinceps, quo minus eſſet integrum eligere ſibi quos vellent Epiſcopos, alioſque præfectos, ex Polydoro Virgilio *lib. 10. 11. & 19. hiſtor. Anglicæ.*

In Hiſpania etiam *ex can. 6. & 12.* Concilij Toletani, & *can. cùm longe Diſt. 63.*

Item in Hungaria donec Martinus Rex renunciauit inueſtituris Epiſcoporum & aliorum Prælatorum, ex Nauclero *generat. 37.* in quo propoſito diu non ſtetere Succeſſores.

C Sed dicendum eſt vel illas electiones fuiſſe tantùm confirmationes, ex ſupra dictis, vel ſi fuerunt electiones, id ius habuiſſe Reges vel propter allatas rationes, vel conceſſione aut permiſſu Eccleſiæ quæ id tolerabat: quæ tamen, ſiue eſſent electiones, ſiue confirmationes, nullum ius ſpirituale darent; & in ordinatione quæ ſequebatur implicitè continebatur electio Epiſcoporum, eo quod olim in conſecratione quodammodo reiteraretur electio, vt à nobis dictum eſt alio loco.

Ratio quare Reges ſe immiſcuerint electionibus Epiſcoporum, præter ſupra dictas, eſt 1. quia Reges diuinum quid ſpirant, & deficiente D Sacerdote plerumque miniſterio Pontificis fungebantur in perficiendis miniſteriis, ex hiſtoria Eccleſiaſtica: & de Dauid ſcriptum eſt *paralip. 1. cap. 24.* de Salomone 3. *Regum*, & de Iuda Machabæo 1. *machab.* Ideo Conſtantinus Imperator dicebat patribus Nicææ cōgregatis, vos intra, ego autem extra Eccleſiam à Deo Epiſcopus conſtitutus ſum; quia religio ſeu ius Sacerdotum eſt ius publicum, quod ius publicum ad omnes pertinet; & mixtum ius, ſi Perſonas inſpicias, qualia, vt ait Cicero, ſunt iura funerum, ſepulchrorum, religioſorum locorum, quæ omnia non tantùm Legibus vindicantur, ſed etiam Pontificibus curæ ſunt. Quarè Arcadius & Honorius dicebant, quæ ad vſum publici E iuris pertinent legibus oportet audiri. Vnde *can. quo iura Diſtinct. 8.* & *can. Principes ſæculi, C. 23. Quæſt. 5.* dicitur Regiæ poteſtati ſubeſt tota politia publica Regni, cuius pars ſunt Eccleſiæ. Quia tamen in religione eſt quiddam ſactum, & diuinum, & ſpirituale ius, illud ius pendet tantùm ab Epiſcoporum electione vel ordinatione, & Reges quod ſoli elegerunt id fecerunt aliquo modo extra ordinem, & non iure ſuo, ſed Beneficio Eccleſiæ; quòd verò cum

Clero elegerunt aliquâ ratione iure ſuo, non ex- A tra ordinem, quatenus ius Sacerdotum publicum eſt. Item quod confirmarunt & approbarunt electionem ante conſecrationem, & inueſtiuerunt de feudis Eccleſiaſticis *can. quia ſancta, & Can. Cum Hadrianus Diſt.* 63. quam diſtinctionem videtur afferre *can.* 8. *concilii Pariſienſis*, ex quo deſumptus eſt *can. ſi per ordinationem Diſtinct.* 63. & *can.* 10. *Concilii Aurelianenſis* 5. quod habitum eſt eodem tempore quo Concilium illud Pariſienſe, nempe tempore Pelagij primi & filiorum Clodouei primi. Nam in dicto *can.* 8. Concilii Pariſienſis, dicitur ne quis per ordinationem Regiam ad honoris B Epiſcopalia culmen perueniret; *in can. vero* 10. *Concilii Aurelianenſis* 5. conſenſu Cleri & Plebis additur voluntas Regia, quæ deſideratur & accedit, quaſi aliud ſit imperium & ordinatio Regis, aliud voluntas. Et ideo Iuo Carnotenſis *epiſt.* 238. ait Reges nullum ius habere in electionibus Epiſcoporum, quàm vt electus Epiſcopos de feudis & bonis temporalibus inueſtiant; & hæreticum eſſe dicit exiſtimare tribui aliquod ius ſpirituale per dationem & per acceptationem virgę. Atque, vt eleganter Albertus Cràtius *lib.* 4. *cap.* 5. *Vandalia*, tolerabile fuit ab Imperio feuda temporalium rerum recognoſcere, quod hodie quoque geritur; ſed voluere Principes etiam de perſonis aſſumendis diſponere, C quod ipſum eſt iuris Eccleſiaſtici.

Quæ cùm agnouiſſent Reges & Imperatores, ne ſacra miſcerent prophanis, & fines ſui iuris tranſilirent; liberas electiones permiſerunt Eccleſijs, *can.* 34. *Diſt.* 63. vt in Gallia Philippus Auguſtus, & S. Ludouicus *in pragmat. ſanct.* Tēporibus etiā Friderici 3. in vſum reuocatæ ſunt in Germania electiones ſaluâ Papæ & Imperatori authoritate confirmationis: in Gallia etiam Carolus 7. curauit concilium Baſiliæ habitum recipi, quo etiam liberæ electiones Eccleſijs relictæ ſunt: ſed Concordatis inter Leonem 10. Papam & Franciſcum 1. Regem, ſublatæ ſunt D electiones, & jus nominationis in Epiſcopatibus, Monaſterijs, & alijs Sacerdotijs, exceptis quibuſdam, Regibus attributum eſt.

Reges Poloni ſimiliter habent jus nominationis ex Cromero *lib.* 2. & Angli à tempore Edouardi 3. ex Polydoro Virgilio; *lib.* 9. & propterea etiam *can.* 3. *Apoſtolor.* iubet deponi & ſegregari qui Eccleſiam per Principes adeptus fuerit: & *can.* 3. *ſynodi* 7. quæ eſt Nicœna 2. omnis electio quæ fit a Principibus, & Magiſtratibus, Epiſcopi, Preſbyteri, vel Diaconi, irrita iudicatur, *can. omnis Diſt.* 63. & *can.* 28. *ſynodi* 8. quæ eſt Conſtantinopolitana 4. prohibentur Laici Principes, vel Potentes ſemet immiſcere electioni, vel promotioni Pa- E triarchæ, Metropolitæ, vel cujuſlibet Epiſcopi: *can. nullus Diſt.* 63. antè quem canonem ſe immiſcuerunt Imperatores Græci, vt oſtenſum eſt ſuprà.

CAP. XIV.

De Iure Regaliæ.

PRæter hoc ius Nominationis, eſt aliud ius quod noſtri Reges habent ſunt enim in hoc Regno quædam Eccleſiæ Cathedrales, quas recenſet Duarenus *cap.* 11. *lib.* 3. *de benefic.* in quibus Epiſcopo mortuo, donec alius in eius locum ſufficiatur, Rex noſter omnia beneficia confert, exceptis Eccleſiis parochialibus, & B exceptis illis Præbendis, quarum collatio Sede vacante deuoluitur ad Capitulum, ex Papone Placitorum Curiæ *lib.* 1. *titulo* 3. qui etiam refert hodie omnes Eccleſias hujus Regni eo iure cenſeri. In *lib. qui inſcribitur titulo Crucis*, certæ quædam Eccleſiæ numerantur tantum, cadentes in Regaliam; & in libro Inſcripto *Qui es in cœlis*, & conſtitutione Philippi Pulchri anno 1302. tranſcripta in ſtylo Parlamenti his verbis: in quibuſdam Eccleſijs Regni noſtri in quibus Regaliam percipere conſueuimus; & alia conſtitutione quæ incipit, dum Epiſcopus, *in camera computorum*: dum, ait, Epiſcopus alicujus Epiſcopatus vbi Dominus Rex habet Rega- C liam &c. idemque conſtitutū à Philippo Valeſio anno 1334. & Ludouico 12. anno 1499. his verbis Gallicis: *ès Archeueſchez, Eueſchez, Abbayes, & autres benefices, eſquels n'auons droit de Regale*: ſed tamen hoc jus cœpit produci ad omnes poſteà Eccleſias Epiſcopales, vt ad Andegauenſem, etiamſi olim non extenderetur; ad S. Flori, variis Arreſtis; & ad omnes Arreſto generali, Septembris 1582. vbi dictum pertinere.

Habet etiam inſuper in eiſdem Eccleſiis vacantibus Rex noſter vt earum fructus quandiu vacant percipiat, eiſque arbitrio ſuo vtatur fruatur, quæ duo diſtinguuntur, & exiſtimant ali- D qui vnum poſſe eſſe ſine alio, putà Regem habere hoc vltimum ius cuſtodiæ Eccleſiæ vacantis quæ Regi competit iure communi, *cap. generali, de elect. & in Sexto*: vel etiam ratione feudi, quo caſo lucratur fructus, quos ſolâ ratione cuſtodiæ non lucraretur, quia cuſtodia eſt veluti ſequeſtratio vel depoſitum, & futuro Epiſcopo reſeruaret; & non habere collationem Beneficiorum: quod tamen caret ratione vnde conſtitutione citata Ludouici 12. cuſtodia prohibetur vbi Rex non habet nominationem: his verbis gallicis: *auons defendu, & defendons à tous nos Officiers, qués Archeueſchez, Eueſchez, Abbayes, & autres benefices de noſtre Royaume, eſquels n'auons droit de Regale ou de* E *Garde, ils ne ſe mettent dedans, ſur peine d'eſtre punis comme ſacrileges, &c.*

Hoc verò jus, quod vulgò *Regaliorum* ius appellamus, approbatum primo videtur *concilio Lugdunenſi cap. generali, de elect. in Sexto* deinde Baſileenſi §. *item quod dicta, de annatis, in pragm. ſanctio.* idemque ius Regaliorum habent Reges Angliæ, quo cum maxime abutebantur, inter cætera capitula quæ pactus eſt Petrus Leonis Legatus Romani Pontificis cum Henrico 2. Rege Angliæ, hoc fuit vt Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Abbatiæ non tenerentur in manu Regis vltra annum.

A Huius Iuris iodicendi hæc ratio, vt opinor, fuit, quod in feudis Dominus feudi vacantis fructus percipit donec alius de feudo fuerit inueſtitus, *qui eſt quand le Seigneur feudal prend & applique à ſon profict les fruicts des heritages de fief, à faute de les releuer & droicturer*: qua de re agitur *in veteri conſuetudine comitatus Arteſiæ. artic.* 17. *atque in alia conſuetudine Artes. artic.* 23. & 24. ſic in Epiſcopatibus, qui vicem feudi reſpectu bonorum temporalium referunt, Rex percipit fructus, & conſequenter collationes, quæ fructibus annumerantur, donec Epiſcopus ſacramentum fidelitatis præſtiterit: & hoc ius dicunt eſſe de Dominio Principis, ſolumque B Regem illud habere, non Regentem, quem dicunt, aut Gubernatorem Regni: & ita iudicatum à toto Senatu pro regimine Ludouicæ Sabaudæ matris Regis Francisci 1. dum erat in Hiſpania captus in bello: & tempore Ioannis Regis, dum Carolus 5. eius filius regeret, accepit à Patre ratificationem omnium collationum Beneficiorum, vt conſtat ex Codice & Regiſtro Curiæ, cui titulus *ordinationes antiquæ, fol.* 51. *verſo*. quare male Ruzæus *priuilegio* 16. *libri ſui*. alia eſt in ſententia, & Antonius Corſetus in tractatu *de poteſtate Regis*.

Quomodo vacet Eccleſia vt ſit locus iuri Regaliæ, intereſt, an per mortem, an alijs modis C quibus ſolent vacare Eccleſiæ, quos referemus ſuo loco. Certe per promotionem ad aliud munus Eccleſiaſticum, vacare certiſſimum eſt, veluti ſi quis Epiſcopus, Cardinalis fiat; vacabit enim Epiſcopatus, & locus erit Regaliæ, quando de iure Epiſcopus non poteſt eſſe Cardinalis, quoniam vtraque Dignitas reſidentiam requirit, *cap.* 2. *de Clericis non reſidentibus*: & propterea, vt vtrumque retineri poſſit, diſpenſatio Romani Pontificis neceſſaria eſt. Quod intelligitur Regaliæ locum dari per Cardinalatum, etiamſi ſine Titulo ſit datus, vel ſub expectatione Tituli, vt iudicatum eſt in Senatu anno 1598. 19. Auguſti de Epiſcopo Pariſienſi de Gondy, facto D Cardinali ſub expectatione Tituli.

Item certum eſt vacare ſi Epiſcopus deficiat à partibus Regis contra ſacramentum fidelitatis, vt accidit in Eccleſia Carnotenſi contra Erardum de la Marche Epiſcopum, qui poſt fuit Epiſcopus Leodienſis & Cardinalis: vacauit enim tam propter promotionem ad Cardinalatum, quàm quòd ad hoſtem, nempe ad Imperatorem confugiſſet. Quare ſi quis Epiſcopus fiat Cardinalis, etiamſi ſit diſpenſatus vt Cardinalatum & Epiſcopatum retineat, tamen adhuc neceſſe eſt vt adeatur Princeps, & de nouo ei ſacramentum fidelitatis præſtetur, quo deſinat eſſe locus Regaliæ, & ita iudicatum ſæpe re- E ferunt Pragmatici.

Vt autem vacare deſinat ſedes Epiſcopalis, & fructus percipiat electus Epiſcopus, tria ſunt neceſſaria. Primùm vt rite ac legitimè nouus ille Epiſcopus electus ſit; deinde vt ſacramentum fidelitatis Regi præſtiterit, & literas Regias eius iuriſiurandi habuerit apud præfecturam Ratiociniorum receptas, & verificatas, vt vulgo dicunt; tertiò vt alias literas habeat ab ipſis Præfectis Ratiociniorum, quibus mandent Regio fundorum Epiſcopalium diſpenſatori, vt nouum Epiſcopum Epiſcopatus fructibus frui ſinat: ante enim non deſinit Rex vti iure Regaliæ, quàm diſpenſator eiuſmodi literas acceperit.

Multa ſingularia in hoc iure recepta ſunt, veluti quod lite pendente adiudicatur poſſeſſio ei qui iure Regaliæ ſubnixus eſt; quod poſtulante aduerſario ſequeſtratio non admittatur; & alia quæ fuſius recenſet Duarenus ſupradicto loco, & colliguntur ex ſupradicto titulo placitorum Paponij, & ex Ruzæo, & alijs Pragmaticis.

Item quod Sede vacante in Regalia, ſi Præbenda aliqua vacauerit, Rex potuerit eam conferre intra 30. annos *conſtitutione Ludouici* 12. anno 1499. *artic.* 12. licet rigor hodie huius conſtitutionis ad tres annos redactus ſit varijs Arreſtis; quod Beneficia curata non cadant in regaliam, Arreſto ann. 1575. 5. Maij, ſicut nec Præbendæ præceptoriæ, Arreſto 1611. 21. Februarij: quod per ingreſſum in Monaſterium Præbendati, vacante poſteà Seda, non vacat præbenda in Regalia, donec profeſſionem fecerit, Arreſto anni 1598. 10. Martij: quod Beneficia vacant in Regalia, ſiue de facto, ſiue de iure tantùm vacent, ſiue vtroque, ex *Philippina* & Arreſto anni 1487. 18. Ianuarij, & alio Arreſto anni 1481. 27. Decembris. Quid ſit vacare de iure, non de facto patet *cap. cum noſtris, de conceſſione Prabend.* & ibi *gl.* de iure vacat Reſignatione, Morte, Incompatibilitate; item per non promotionem ad ſacros ordines intra tempus iuris; per contractum matrimonij; per ingreſſum Religionis & Profeſſionem ſequutam: Vacat de facto cùm is qui jus habet, non poſſidet, puta cui collata eſt v. g. ab ordinario; & ita ſi quis non ſit receptus à Capitulo, ſed reiectus, etiamſi per eum non ſteterit, vacat Præbenda in Regalia, Arreſto, anni 1389. 27. Nouembris: licet poſtea res dubia viſa fuerit, Arreſto anni 1537. 21. Nouembris, quo res interlocutorio Arreſto eſt terminata, & alio Arreſto Sanguierius quidam obtinuit per Reſignationem Flexellis Præbendam Pariſienſem, cùm Viſa ſuum perijſſet & non obtinuiſſet dolo cuiuſdam Hurtelot Secretarij Epiſcopi Pariſienſis, qui erat proximus mortui; & idem de Viſa iudicatum anno 1579. 2. Martij. Quod confirmatur ex eo quod Curia ſtatuit anno 1533. 15. Iulij, ne Capitulum recipere teneretur duos Canonicos in eodem Canonicatu. Vnde cùm ortum eſſet hoc incommodum quod aliquando qui nullum ius habebat, primus in poſſeſſionem veniebat, & ita periculum erat Regaliæ pro alio, Curia reſpondit acta recuſationis ei ſufficere ad impediendam Regaliam. Item ſi quis per Procuratorem acceperit poſſeſſionem, is etiam ſummo iure non impedit Regaliam: Sed & poſtea accidit vt impediret tam in dicto arreſto Sanguerij, qui per procuratorem tantùm poſſeſſionem erat adeptus, quam alio Arreſto anno 1509. 25. Nouembris, quo id Scholaſticia indultum eſt, vt impediret Regaliam eorum poſſeſſio per Procuratorem; itemque alio, anno 1573. 23. Aprilis, quo is qui miſſus erat in poſſeſſionem per Procuratorem, impedit Regaliam ex eo quod fructus aliquos ex beneficio ſuo poſſediſſet, quę perceptio fructuum cenſetur vera & naturalis poſſeſſio, in *cap.* ſi tibi *de Præbend. in Sexto*: & intelligitur Regula *de Publicand.* quando dicit beneficium vacare ſi Reſignans

decedat

decedat in poſſeſſione poſt ſex menſes ab admiſſa Reſignatione, id eſt ſi quis Reſignatarius non incipit frui.

His addendum eſt quod etſi hodie Rex concedat Epiſcopo futuro Regaliam, & facultatem nominandi in Beneficiis vacaturis, nihilominus tamen collatio fit nomine Regis, nullâ habitâ mentione talis conceſſionis ſeu donationis, licet tamen reapſe collatio fiat ſecundum nominationem dicti Epiſcopi qui ius Regaliæ obtinuit, & reſcinderetur, ac irrita haberetur collatio facta ad nominationem alterius iuxta Placitum Curię anno 1599. 1. Iulii, in cauſa Mouchatti, & Bolonii.

Addeodom denique qood ſi homagium præſtiterit quis per Procuratorem, hoc impedit quidem Regaliam quantùm ad perceptionem fructuum, non quantùm ad collationem beneficiorum, ex Placito Curiæ 24. Iul. anno 1460. inter Ioannem Sorpy & Herueum Brodequin, pro Remenſi Præbenda, in qua ſententia etiam eſt Ruzæus *tractatu de Regalia, priuilegia 44.*

SECTIO SEV pars IV.

De iis quibus Beneficia conferri poſſunt.

QVarta pars huius tractatus eſt de his quibus Beneficia conferri poſſunt, vbi generale eſt conferenda eſſe beneficia idoneis & capacibus, *cap. 29. graue nimis de Præbendis & cap. relatum, de conceſſio. Præbenda*: Capacitas verò illa quę in his quibus beneficia conferenda ſunt, deſideratur, in his potiſſimum conſiſtit, in natalibus, in integritate corporis, in bonis moribus, & ſufficiente ſcientia, in legitima ætate, & ſtatu non coniugali, & in ordine Eccleſiaſtico legitimo: addi ſolet vt is cui confertur Beneficium, aliud beneficiom non habeat, ſed de pluralitate beneficiorum alio loco commodiore infrà agemus, de alijs ſigillatim agendum erit, & primom videamos de natalibus.

CAP. I.

De filiis legitimis, an eis conferri poßit beneficium Patris

NAtales de qoibus ſuprà, aut legitimi ſunt, cùm quis natus eſt ex legitimo matrimonio; aut illegitimi, cùm ex illegitimo concubitu natus: legitimi non remouentur à beneficiis, imò iis conferenda ſunt, & deneganda illegitimis, *cap. cùm in cunctis, & cap. innotuit, de elect. & cap. fin. de fil. Preſbyter.* Sed tamen filius legitimus non obtinebit beneficium Patris, ne Sanctuariom Dei iure hæreditario poſſideri videatur, *cap. præſentium, & cap. ex tranſmiſſa eod. tit. & can. Apoſtolica, 8. Quæſt. 1.* nec etiam nepos obtinebit auitum, etſi filius ex quo nepos ille eſt, adhuc viuat, *Gl. in cap. ad extirpandas de fil. preſbyteror.* quamuis Panormitanus in eo *cap.* poſt Innocentium & Hoſtienſem, in alia ſit ſententia: alıter enim fraus fieret iuri, quod prohibet eiuſmodi ſucceſſionem, maximè cùm hic quoque alia ratio ſubſit prohibitionis illius, ne magis ex affectione anita, quàm ex recto iuſtoque iudicio reſignatum videatur in nepotem, *arg. ca. ſi epiſcopus inuctis Cann. ſeqq. 8. Quæſt. 1.* & ita iudicatum fuiſſe Toloſæ refert Papo *lib. 2. Placitorum, tit. 4.*

Duobus tantùm caſibus receptum eſt poſſe filium paternum beneficium obtinere: 1. ſi pater ſine titulo, de facto tantùm, vel nomine alieno miniſtrauerit, *cap. conſtitutus eod. tit.*

Secundo ſi mediatè, non immediatè, Patri Succedat, *dicto cap. ad extirpandas, & cap. ex tranſmiſſa, eod. t. de fil. Presb.* tamen ſi Pater reſignauerit Beneficium ſuum in fauorem extranei ea lege vt ſtatim extraneus in fauorē filii ſui reſignet, non valebit reſignatio, quaſi fraudulenta; & ita iudicatum fuiſſe Pariſiis refert Rebuffus *in praxi Beneficiorum tit. de diſpenſat. ſuper defectu natalium.*

Sed quamuis non poſſet filius legitimos obtinere Beneficinm Patris, nec etiam Canonicus fieri eius Eccleſiæ in qua Pater Caoooicus eſt, *cap. ad abolendam de fil. Presbyt.* quod hoc modo filius eſſet ſimilis Patri, & eiuſdem poteſtatis cum Patre: Tamen ſi Pater in ea Eccleſia præeſt, vel præfuerit, non prohibetur filius legitimus obtinere beneficiom in Eccleſia in qua pater præeſt, vel præfuit, *cap. ad hæc dicto tit.* & ita conſtituendum eſt non poſſe Patrem & Filiom ſimilia obtinere beneficia io eadem Eccleſia, poſſe diſſimilia, modò alter præſit, quanquam acciderit ſæpiſſimè vt filius io eodem Beneficio Patri ſuo ſucceſſerit; ſic S. Simplicius Archiepiſcopus Bituricenſis fuit filios Eulodii, & gener Palladii ſuorom in Eccleſia Bituricenſi Anteceſſorum, de quo Sidonius Apollinaris *lib. 7. poſt epiſt. 9.* ſic Domnus depoſito Paulo Samoſatenſi hæretico, electus eſt Antiochenus Patriarcha, cùm eſſet filius Demetriani Patriarchæ anno 272. *apud Baronium*. Sic S. Barinus præfuit poſt Patrem S. Clodulphum Treuirorum Metropoli Belgicæ 1. ad qoam ipſe Clodulphus fuerat euectus, ex Meteoſi, in qua idem Clodulphus ſederat poſt patrem S. Arnolphom, qua de re Cratepolius, & Vion in *Martyrol. Monaſtico die 8. Iunii*, Onuphrius *in genealogiis*: ſic Lambertus Epiſcopus Leodienſis, ſucceſſorem habuit filium S. Floribertum: & S. Lupus filius & ſucceſſor S. Principii, fratris *S.* Remigii, fuit epiſcopos Sueſſionenſis apud Flodoardū *lib. 1. cap. 10.* & S. Auitos Epiſcopus Viennenſis filios Iſici Senatoris & Epiſcopi Viennenſis, fratris Appollinaris Valentiæ Epiſcopi, apud Audoenum *in chronico* & *Baronium* 509. ſic Salonius, & Veranius Epiſcopi filii Eucberii Lugdunenſis 20. Epiſcopi ante Sacerdotium ſuſcepti, de quibus Saoato & Sirmondus ad Sidonium *lib. 7. epiſt. 15.* ſic Latro filios & ſucceſſor S. Genebaudi Epiſcopi Laudunenſis, apud *Flodoard. lib. 1. cap. 14.* ſic S. Gregorius Papa abnepos Felicis Papæ, & S. Agricolus, S. Magno patri viuenti ſuffectus in epiſcopatu Auenionenſi, quem hi duo ab aono 600. ad 700. feliciter rexerunt, vt eſt *in Cronologia Lirinenſi*: ſic Paulus ex Iudæo chriſtianus filium habuit ſucceſſorem in Archiepiſcopatu Burgenſi Hiſpaniæ, vt habet *Miræi chronicon* 1398. Is erat ex

Machabæa gente Sacerdotalis & Regij ſanguinis, cognomento poſt Chriſtianiſmum de S. Maria, religiona feruens, eruditione & ſapientia celebris, ſummis honoribus in Patria defunctus, cribrator accuratus poſtillarum Lirani, ex Iudæo etiam Chriſtiani, ordine Minoritæ: ſic Guilleimus Briſſonetus Patris Guillelmi Cardinalis ſucceſſor in Abbatia S. Germani Pariſienſis: ſic etiam noſtris temporibus Alphonſus ſucceſſor patris Ioannis Cucei in Epiſcopatu Gratianopolitano: ſic Nicolaus le Bacle patri cognomini in Decanatum Trecenſem ſucceſſit, ſed non immediate. Apud Camuſatum *in anctaria promptuarij*. Et quod mirere Franciſcus filius Ludouici, nepos Amedei Ducis primi Sabaudiæ (Felicis quinti papæ dicti) Epiſcopus ordinatus Gebennenſis, poſt duos fratres electos demortuos habuit filium naturalem Franciſcum ſucceſſorem in Epiſcopatu; ſed non immediatum, vt videre eſt apud Pingonium *in arbara gentilitia Sabaudia*.

Quæ etſi ita acciderint, tamen filios Presbyterorum Epiſcopari contra Apoſtolorum decreta rectè iuſſit vniuerſæ Eccleſię Charitas, apud Petrum Veoarabilem *lib. 3. epiſt. 28.* alludentem *ad can. 79. Apoſtolor.* quo prohibetur ſucceſſio beneficiorum hæreditaria: hucque pertinere videtur *tit. 11. eod. lib. 12. de muneribus & honoribus continuandis inter Patrem & Filium:* & *tit. decretalium de fil. Preſbytar.* & *epiſt. 69.* Hildeberti de non ordinandis filiis Sacerdotum. Videndus Garſias *de Beneficiis cap. 3. Num. 18.* At congregatio Concilij cenſuit anno 1594. patrem legitimum nullâ indigere diſpenſatione ad obtinendum immediatè beneficium filij, licet filius etiam legitimus diſpenſatione egeat ad beneficium patris immediatè obtinendum; bonis filiis poteſt illud accommodari *Siracida* Eccleſiaſtici *cap. 30. verſ. 4.* mortuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus, ſimilem reliquit poſt ſe.

CAP. II.

De illegitimis.

DE illegitimis verò certum eſt eos repelli non à beneficiis tantum ſuorum parentum, ſed etiam à quibuſcumque, dicente Domino *Deutar.* 23. non ingredietor manzer, hoc eſt de ſcorto natus, in Eccleſiam Domini vſque ad decimam generationem, *tota Diſtinct. 56 cap. 1. Extra de fil.* Preſbyt. & *cap. per venerabilem qui filij ſint legitimi.* Cuius prohibitionis ratio multiplex redditur, vel vt in filiis paternum crimen puniatur vt in *C. vergentis, de hareticis,* & *in l. quiſquis Cod. ad legem Iul. Maieſt.* vel quia in his metus ſubeſt incontinentiæ paternæ, *can. ſi gens Anglorum, 56. Diſtinct.* vel etiam ob probrum & ignominiam eorum qui his natalibus orti ſunt; nam ſolet Eccleſia munus oblatum, in quo macula eſt, reijcere *cap. 21. Leuitici* & *can. 1. hinc etiam Diſtinct. 49.* Excipitur ſi legitimi facti ſint, ſeu vt vulgo dicunt legitimati fuerint *dicto cap. per venerabilem*, quo caſu ſi ad actus ſæculares legitimi facti ſint, non tamen propterea ad actus ſpirituales exercendos

A legitimati cenſebuntur, licet ex diuerſo qui ad actus ſpirituales a Romano pontifice legitimi facti ſunt, poſſint legitimas hæreditates capere, *dicta cap. per venerab.* ſed hoc poſtremū accipiendum eſt in patrimonio D. Petri, in quo Pontifex Romanus Regiam habet poteſtatem, non in aliorum Principum terris, & propterea apud Monachum Paduanum *lib. 1. chronic.* legitur Regnaldum quendam filium Marchionis Aſcenſis ſuum in Apulia filium, & filias ex quibuſdam puellis ſuſcepiſſet nobilibus, eos feciſſe legitimos tàm per ſedem Apoſtolicam, quàm per Regem Alemaniæ Guilielmum.

Excipitur quoque ſi Monachiſmum profi-
B teantur, quia ingreſſus Religionis omnem maculam abſtergit *can. 10. non liceat 19 Quaſt. 3* nullam tamen prælationem, aut in Eccleſia Præfecturam habere poſſunt, *cap. 1. de filiis Presbyterar.*

Denique excipitur ſi cùm eis diſpenſatum fuerit, quomodo legimus plures illegitimos, vel doctrina, vel ſanctitate verè claros ad ſummas Eccleſiaſticas Dignitates promotos fuiſſe, *can. Oſius, & can. Dominus, & fere per totam Diſt. 56*, nunquam enim de vitiis parentum erubeſcendum eſt, vt dicitur in *can. vndecumque, aed. Diſt. 56.* Poteſt diſpenſare ſolus Romanus pontifex ad maiores ordines, & ad beneficia quæ
C curam animarum habent *cap. pen. & vlt. eod. tit.* Epiſcopus ad minores ordines, & alia beneficia diſpenſat, dummodo tale beneficium ſit ſuper quo valeat diſpenſare, *cap. 1. eod. tit. in Sexta*, veluti ſi ſit Dignitas, vel Perſonatus, ſiue Cura, Epiſcopus non poterit diſpenſare, *gl. in cap. 1. in verbo beneficium*: nec quoque ſi eiuſmodi Beneficium cui annexus eſt ordo ſacer; nam ex quo illegitimus inhabilis eſt ſine diſpenſatione Romani Pontificis ad ſacros ordines, & conſequenter ad hæc beneficia inhabilis erit.

Diſputatio eſt de præbendis Eccleſiæ Cathe-
D dralis, de quibus diſpenſare Epiſcopum poſſe putat Archidiaconus, alij tamen contra, propter honorem & præeminentiam Eccleſiæ Cathedralis *arg. cap. 4. de Prabend. & Dig. in 6.* planè vbi agitur de diſpenſatione obtinenda ſuper beneficio ſimplici in quo antea pater miniſtrauerat, neceſſariò adeundus eſt Romanus pontifex *dict. cap. pen. Extra de fil preſbyter.*

CAP. III.

De Integritate Corporis ordinandorum.

E SEquitur vt de integritate corporis videamus, quæ deſideratur in his quibus beneficia conferuntur, non ſolùm vt eorum corpus non ſit obnoxium ſeruituti, *toto tit. de ſeruis non ordinand.* ſed etiam vt naturali defectu membrorum minus aliquid non habeant, *can. qui in aliqua Diſt. 51.* & *can. 10. Diſt. 55.* hoc tamen cum his tribus temperamentis intelligendum eſt, ſi modò defectus non ſit in magnis membris, ſi non ſponte, ſed caſu aliquo dum non dat operam rei illicitæ mutilatus corpore fuerit; ſi mutilatio non impediat functionem ordinis Sacerdotalis.

A Quod ad primum pertinet Interpretes *in cap. final. de corpore vitiatis ordinand. vel non* : magna membra appellant oculum, pedes, naſum, manum alterutram: ex his membris amiſſio impedit promouendum, *can. vlt. Diſtinct.* 55. vbi is qui oculum amiſit, remouetur à Sacerdotio; quod repugnat *can.* 77. *Apoſtol.* vbi ſi quis oculo fuerit orbatus, Epiſcopatu autem alias dignus ſit, non ab Epiſcopatu repellitor, quoniam non corporis damnum eum polluit, ſed animæ inquinatio. Sed facillimè conciliantur hoc modo hi duo loci, vt dicamus prohiberi quidem eum cui oculus rutua, vais manus amputata, pes abſciſſus aut diſtortus, & deformis naſus eſt, ad ordines promoueri, & conſequenter ad beneficia; quoniam talis deformitas eſt quæ generet ſcandalum: ſed & quandoque eo caſu poterit eum eo diſpenſari ſi ei ſuffragentur vita & mores, & alia quæ Sacerdotem commendant, *cap. penult. & fin. de corp. vitiatis ordinand.* B

Diſpenſatio vero ſoli Romano Pontifici competit *can. non confidat Diſt.* 50. frequentiùs tamen ſolet Romanus Pontifex Epiſcopo mandare vt maculam circumſpiciat, & eam rem eius conſcientiæ relinquit, *cap. ſignificauit, de corpore vitiatis ordinandis vel non*: vbi differentia notanda eſt inter veterem legem, & nouam: nam in veteri lege prohibebatur is qui maculã habebat, hoſtias offerre Domino Deo, & miniſtrare C altari, *cap.* 21. *Leuitici.* cùm contra ſit in lege noua in qua Theologi eam legem veterem allegoricè interpretantur, *can. hinc etenim Diſtinct.* 49.

Quod verò ad 2. certum eſt eam ſpontaneam maculam, & violentam illuſionem factam corpori arcere ab ordinibus & à beneficijs, licet aliud ſit ſi aliquo caſu quis exſectus fuerit, puta captus à barbaris, vel à Medicis ob ſeruandam valetudinem, idemque eſt in alia parte corporis *can.* 21. 22. 23. *&* 24. *Apoſtolor. can.* 1. *Nicenæ ſynodi, ca. qui partẽ cum ſeqq. Diſt.* 55. *& cap. ex parte, de corp. vitiat ordinand. vel non.* Poſſe tamen cum eo diſpenſari qui exiſtimans ſe obſequium præſtare Deo ſibi virilia excindi curauit, dicitur *in dicto cap. ſignificauit*, & poterit D quoque cum eo diſpenſari qui cùm daret operam rei illicitæ, vulnus reportauit, puta partem digiti in duello amiſit, *cap.* 1. *eod. tit.*

Tertio caſu quando mutilatio membri einſmodi eſt vt impediat functionem Sacerdotalem, tunc diſpenſatio non admittitur, veluti ſi pollex abſciſſus ſit, qui ad frangendam ſacram Euchariſtiam neceſſarius eſt, *cap. fin. dicto tit. de temp. ord. & cap.* 2 *de Clerico agrotan. vel debilita.* nec quando is qui ordinandus eſt, ſurdus aut cæcus eſt: qui quidem non vt pollutus reijcitur, ſed ne Eccleſiaſtica munia impediantur, E vt eſt *in can.* 78. *Apoſtolorum*: idemque eſt in eo qui à dæmonibus corripitur, aut furioſus eſt, licet dilucida patiatur interualla, *can. Communiter, c. vſque adeò*, Diſt. 33. ne, vt ſcribit Balſamo *in can.* 79. *Apoſtol.* ſacerdotium furoris tempore contumelia afficiatur. Et idem eſt in eo qui morbo epileptico laborat, *dicto can. Communiter Diſt.* 33. *& cap. cùm inter, de elect.*

CAP. IV.

De Moribus, & Scientia eorum qui promouendi ſunt ad beneficia.

Diximus initio requiri tertio loco in ordinandis Sacerdotibus & cæteris Clericis bonos Mores, & Scientiam; qui locus duas habet partes vnam de moribus, aliam de ſcientia.

Quod ad priorem attinet, indubitatum eſt Bonos Mores præcipuè requiri in his qui ad ordines, & ad qualiacumque beneficia promouentur, *cap. cum in cunctis de electio. & can. qui in aliquo, Diſtinct.* 51. *& can. priſci Diſt.* 55. vel quia vix eſt vt ab Eccleſia auferat malum qui ipſe in malo ſeu delicto eſt, *can. vltimo Diſt.* 25. vel quia vix fieri poſſit vt eius oratio exaudiatur à Deo, qui indignus eſt Sacerdotio & miniſterio Dei. Iuſtinianus *in Nou.* 123. *& can. hinc etenim Diſtinct.* 49.

Inde ab antiquo morem illum fuiſſe Chriſtianorum, vt io mores Ordinandorum ſacerdotum inquireretur, apparet ex Lampidio *in Alexandro Seuero.* Qualem vero eſſe oporteat Epiſcopum, & quibus virtutibus inſtructum, quod ad cæteros porrigere licet, declarat D. Paulus *cap.* 1. *epiſt ad Titum*, quæ caponit Gratianus à *Diſt.* 25. *ad* 50. & generaliter ſi quæratur quænam impediant promouendum, inquirendum eſt quænam promotum remoueant *cap. ſuper his de accuſationib.* nam quam ob cauſam Clericus perdit beneficium, ob eandem prohibetur adipiſci. Quænam autem crimina illa ſint dicemus infrà in vndecima parte tractatus: Infamia quoque non ſolùm iuris, ſed etiam facti, quando apud bonus viros grauata eſt alicujus exiſtimatio, repellit ab obtinendis beneficiis *can. laici Diſt.* 33. *& cap. inter dilectos de exceſſib. Prælator.* ij quoque qui rei criminis alicujus poſtulati ſunt, quamuis damnati nondum ſint, ſimiliter repelluntur *cap. fin. de teſtib. cap. omnipotens, de accuſationib.* exemplo ſuſpectorum tutorum, qui accuſati non exercent tutelam donec actio finiatur, *inſtit. de ſuſpect tutorib.* §. 7. *ſi quis autem.* Poteſt tamen idem dici quod in honoribus, vt poſt annum quam quia Reus delatus eſt, ſi per eum non ſteterit quo minùs iudicium peragatur, ad ordines & ad beneficia promoueri poſſit *l. Reus, D. de munerib. & honor.*

De Excommunicatis certum eſt non poſſe his conferri beneficia, nec iis quibus officio & miniſterio interdictum eſt, niſi cum his diſpenſatum fuerit, *cap. poſtulatus de Clerico excommunicato &c. miniſtran.* nec ſimiliter exulibus, ſeu bannitis, quos vocant, quoniam deſeruire Eccleſiis non poſſunt, vt iudicatum fuiſſe Toloſæ refert Gregor. *cap.* 37. *tractat. de Beneficijs.*

Poſterior pars quæ eſt de Scientia, facillimè explicatur, quia nil certius eſt quàm imperitis & illiteratis beneficia non eſſe conferenda, *can.* 1. *Diſtinct.* 36. *& cap. fin. de ætate & qualita. & ord. præfic.* nã vt habetur *Malachiæ* 2. labia Sacerdotis cuſtodiant ſcientiam, & legẽ exquirent ex ore eius: ſufficientem autem ſcientiam deſide-

ramus; non eminentem reqoirimus, *cap. niſi verſ. pro defectu, de renunciatio* & *cap. cum nobis, de electio.* &c. & ſufficientem ſcientiam interpretamur, qoæ ſufficit ijs explendis quæ neceſſariò incumbont cuiuſque officio & miniſterio, vt definit Concilium Tridentinum *ſeſſi.* 2. *cap.* 1. *decreti de reformatione.* Proinde alia deſideratur in Epiſcopis, alia in Clericis; alia in Presbyteris, alia in cæteris Clericis, & inter presbyteros alia his qui Ecclaſias parochiales regunt, alia cæteris Presbyteris, *can.* 2. *quoniam Epiſcopis Diſt.* 3. *can. nulli, can. qua ipſis, can. omnes,* 28. *Diſt.* & *cap. cum illis de Prabend. in* 6. Et adeo ſcientia deſideratur in Clericis qui ordinandi ſunt, vt in Monachis (quos expertes literarum eſſe poſſe conſtat) ſi ad ordines proueantur, deſideretur *cap. fin. de temporib. ordination. in* 6. & nulla ſit collatio beneficij facta imperito, qui ab ordioe & beneficio deijciendos eſt, dicente Domino qoia tu repuliſti ſcientiam, & ego repellam te ne Sacerdotio fungaris mihi. *Oseæ cap.* 4. & *can. omnes in f. Diſt.* 38. *cap. fin. de ætat.* & *qualit.* & *ord. præfic.* Aduerſus quod ius nihil poteſt Pontifex Romanus, quia eiuſmodi diſpenſatio legibus diuinis, & præceptis Apoſtolicis aduerſaretur, quæ procul dubio Pontificem Romaoum aſtringunt, *canon. ſunt quidam* 25. *Quæſtion.* 1.

Quarum aotem rerum ſcientiam habere debeatis cui confertur Beneficium, declaratur *can. qui Epiſcopus Diſtinct.* 23. & *can. ſi quis autem, Diſtinct.* 37. Imprimis inſtructus eſſe debet in lege Dei, id eſt in veteri & oooo Teſtamento, *can. ſi iuxta,* 38. *Diſt.* Deinde ſtatuta canonum noſſa debet *can.* 4. *dicta Diſt.* 38. maxime Epiſcopus cui, vt caoſas Eccleſiaſticas quæ apud eum ventilantur, rectiùs definire valeat, ſcientia Iuris Caoonici neceſſaris eſt, *cap.* 1. *de conſanguinitat.* & *affinit.* Legom vero ciuilium ſtudium & phyſicæ, id eſt Medicinæ, tantùm abeſt vt eoo ſectari debeant Sacerdotes & Clerici, vt illud eis interdictum ſit, *cap fin. ne Clerici vel Monachi ſecularib. negot. ſe immiſ.* quia vt habetor *in l. repetita Cod. de Epiſcopis & Cleric.* opprobriom eſt ſi peritos velint ſe oſtendere forenſium diſceptationom. Sed hoc interpretandum vt ea ſtudia eatenus eis interdicta ſint, quatenus cauſas peragere in foro, & medicinam profiteri cupiunt; quatenus verò his incumboot ſtudiis, vt ex ijs colligant quæ ad profeſſionem ſoam conferunt, non eſſe eis interdicta ea ſtudia, argumento eſt qood Iuris Ciuilis ſtudium in Curia qooque Romana vigeat, *cap.* 2. *de priuil. in* 6. & quod in *pragmatica ſanctione,* & *in Concordatis* Baccalaorei & Doctores io Iure Ciuili, & Medicina promoocantur ad Beneficia. Quatenus vero inſeruiendum ſit ſtudiis linguarum, inferiorum ſcientiarum, & librorum Gentilium, tractatur *tota Diſtinct.* 37. & *cap.* 1. *de Magiſtris in Clementinis.* Maximè verò adeſſe debet peritia idiomatis loci io quo Eccleſia eſt ſita, imperito enim idiomatis loci facta collatio beneficij, non valet, vt eſt in *Regula Cancellaria de idiomate.* non enim debet mitti ad populum ignarus lingoæ, vt habetur *Ezechielis* 3. vel quia non intelligeret vulgus quod Verbo Dei paſcendum eſt, loquentem Sacerdotem, vel etiam quod illa quæ reſpiciunt confeſſionem

A peccatorum, pœnitentiæ iniunctionem, abſolutionem &c. eiuſmodi, non poſſunt per alios expediri, quàm per eos qui idioma loci intelligunt & loquuntur. Propterea decidunt Interpretes inter plures Clericos eum præferendum qui indigeoa loci eſt, ſi omnia inter eos paria ſiot, argumento *can.* 12. & 13. *Diſtinct.* 61. & *l in Eccleſiis Cod. de Epiſcop.* & *Clericis:* & in impetrationibus beneficiorum datâ paritate indigena loci extero præferendus eſt, in *Regula Cancellaria* 15. & in hoc Regno hoc iore vtimur vt extero prouideri de beneficio non poſſit, nec diſpenſatio Romani Pontificis cum extero recipiatur, ſine literis quas vocant naturalitatis. Re-
B buffus *in* 3. *parte praxis Beneficior. ſuper Regula de idiomate.*

De Ætate ordinandorum ad Beneficia.

CAP. V.

OCcurrit nunc vt de Ætate eorum qui ordinantur ad Beneficia videamus. Putamus autem rectè dici ætatem vel ratione aſſequendi ordinis conſiderari, vel ratione beneficij cui an-
C nexus ordo: vix enim inoenitur vt non ſit annexus ordo beneficio, veluti Epiſcopatui, Abbatiæ, præpoſituræ, Decanatui, Archipresbyteratui Presbyterij ordo annexus eſt, Archidiaconatui ordo Diaconatus, vt ſi non erant Diaconi, vel Presbyteri eo tempore qoo eligebaotur, aut eis conferebatot beneficium, breui Diaconi & Presbyteri fiant, *cap.* 1. 5. & 9. *de ætat.* & *qualit.* & *ord.* & *cap.* 7. *de elect.* Qui omnes ſi ſine diſpenſatione, cùm non habereot eam ætatem quam ordo annexus beneficio requirebat, beneficium impetrauerint, nulla eſt ipſo iure collatio vel impetratio beneficij, quoniam in impetrationibos tempos datæ inſpicitor *cap.* 9. *de Reſcrip. in* 6. Etſi forte ante ætatem ad ſuſci-
D piendos ordines deſtinatam & præfinitam, quibuſdam ordines collati fuerint, non propterea habebunt ipſi ordinom executionem, quæ eis omnino interdicenda eſt, donec ad annos legitimos peruenerint; ſed poterit cum eis miſericorditer diſpenſari quod ad beneficium attinet, ne ſuſtentatione priuati ad ſæculum reuertantor, *cap.* 14. *de temporib. ordination.* & *can.* 59. *Diſt.* 50.

Ideo autem diximos ætatem dupliciter conſiderari, vel ratione ordinis, vel ratione beneficij, quod interdum poſſit accidere vt non requiratur ordo in beneficio, vel ſaltem ſufficiat quilibet ex inferioribus, vt infrà latiùs apparebit.
E Poteſt quoque accidere vt aliquis ordines habeat ſine beneficio, veluti ſi ſine Titulo ordinatus fuerit, quod tamen prohibetur *cap.* 2. 4. & 16. *de Prabend.* vel ad titulum Patrimonij ordioatus, *dict. cap.* 4. & *cap.* 23. *eod. tit.*

Sed quod pertinet ad Ætatem quæ reqoiritur ad ordines aſſeqoendos, diſtingoendi ſunt inferiores ordines à ſacris ordinibus. Ioferiores ordines ſont Oſtiariorum, Lectorum, Exorciſtarũ, Acolytorum, & Pſalmiſtarum ſeu Cantorũ, *can. perlectis, Diſtinct.* 25. ſed non placuit Romanis Põtificibus Caio, Silueſtro, Leoni, in *can.* 14. *Diſt.* 33. & *can.* 1. *Diſt.* 77. & *can. Subdiaconus Diſt.* 93.

Cantores io certam claſſem referri, quod, vt rectè cenſet Duarenus, commune ſit omnium ordinum, præſertim inferiorum, pſallendi officium, vt conjicitur *ex can. 1. 2. & 3. Diſtinct. 92.*

Sacri verè Ordines ſunt Preſbyteratus, Diaconatus, Subdiaconatus; licet olim de Subdiaconato dubitatum fuerit, quæ dubitatio hodie præciſa eſt *dicto cap. 9. de ætate &c.*

Inferiorum ordinum Collatio gradatim olim fiebat, & citiùs quoque *can. 1. 2. & 9. Diſtinct. 77.* Poſtea verò & eodem tempore licuit hos quatuor minores ordines recipere, niſi conſuetudo repugnaret, quæ generaret ſcandalum, *cap. 3. vbi Gloſſa de temporibus ordinationum, & cap. 2. De eo qui ordinem furtiuè ſuſcepit*, ſed hodie Concilium Tridentinum definiuit hos ordines conferri per temporum interſtitia, *cap. 11. Decreti de reformatione ſeſſione* 23.

In ſacris Ordinibus olim obtinuit vt Subdiaconus fieret anno vigeſimo: Diaconus vigeſimo quinto, Preſbyter trigeſimo *can. 4. 5. & 7. Diſtinct. 77.* & *tota Diſtinct. 78.* Poſtea *ex cap. fin. in Clement. de ætate &c.* Subdiaconatum licuit accipere anno decimo octauo, Diaconatum vigeſimo, Preſbyteratum vigeſimo quinto. Iuſtinianus *in Nou. 123.* voluit Preſbyterum non fieri minorem triginta quinque annis, Diaconum vel Subdiaconum minorem viginti quinque, & Lectorem minorem octodecim; quod non ſeruatur: ſed ſeruanda eſt definitio Concilij Tridentini *ſeſſione 23. cap. 11. decreti de reformatione*, quæ eſt vt Subdiaconus non niſi vigeſimo ſecundo ætatis anno fiat, Diaconus vigeſimo tertio, Preſbyter vigeſimo quinto.

De Ætate autem circa beneficia animaduertendum eſt longius plerumque tempus obtinendo beneficio præfinitum eſſe, quam aſſequendo ordini, vt ecce in Epiſcopis deſideratur exactus trigeſimus annus *cap. 7. de elect.* aut vigeſimus ſeptimus in hoc Regno, *ex concord. §. 1. de Regia ad Prælaturas nominat. facienda* & tamen, vt diximus, licet aſſequi ordinem Preſbyteratus in vigeſimo quinto anno.

Similiter nemo Archidiaconatum obtinere poteſt, niſi qui vigeſimum quintum ætatis annum attigerit, *dicto cap. 7. de elect.* & tamen Diaconatus ordo qui eſt annexus Archidiaconatui, poteſt, vt diximus, obtineri anno vigeſimo tertio ætatis.

Rectè igitur conſtituimus hîc duobus modis conſiderandam ætatem, ratione nempe ordinis, & ratione aſſequendi beneficij. Ratio cur in Epiſcopis trigeſimus ætatis annus deſideretur, non aliunde petenda eſt quàm ex eo quod de ordinatione Preſbyteri, quæ olim quoque trigeſimo ætatis anno fiebat, vt diximus, traditur *in can. 14. ſynodi in Trullo*, & *in can. 11. ſynodi Neocæſarienſis*, ex quo deſumptus eſt *can. 4. Diſt. 78.* quod Chriſtus Dominus noluerit ante trigeſimum ætatis ſuæ annum prædicare, *Lucæ cap. 3.* nec eius Præcurſor Ioannes Baptiſta: ergo nec Epiſcopi quorum munus eſt præcipuum prædicare, & Verbum Dei annonciare, qui legatione Chriſti in terris funguntur, *can. 2. Diſt. 21.* ante illam ætatem fieri potuerunt. Et tamen legitur in Eccleſia Orientali imperante Conſtantino Leonis filio, quendam Theophilactum annos natum ſexdecim factum patriarcham, & ſub Pædagogis degiſſe, vt hodie quoque in Eccleſia Occidentali plerique ſaltem deſignati Epiſcopi ſub Pædagogis degunt.

Quod de Archidiaconis diximus, in his requiri vigeſimum quintum ætatis annum, habet locum in alijs Dignitatibus quæ curam animarum annexam habent, *dicto cap. 7. §. inferiora, de elect. cap. 14. de elect. in 6.*

Itidem in Abbatibus non abſurdum eſt, vt quod de Abbatiſſis reperitur definitum *in cap. 43. de Electione in Sexto*, trigeſimum ætatis annum in his deſiderari, porrigatur ad Abbates, *argum. legis 45. ſi ita ſit ſcriptum, de legatis 2.*

Olim ſexageſimus ætatis annus deſiderabatur in Abbatiſſis *can. Iuuenculas 20. Quæſt. 1.* vt & in Viduis qui in diaconiſſarum ordinem referebantur, D. Paulus *cap. 5. epiſt. ad Timoth.* ſed hoc quoque poſteà immutatum eſt, *can. 15. ſynodi Chalcedonenſis*, & *can. 14 & 4.* ſynodi, in Trullo, *& authent. Preſbyterum, Cod. de Epiſcopis & Cleric.* & placuit quadraginta annorum Diaconiſſas ordinari.

In Prioratibus conuentualibus vigeſimus quintus annus deſideratur, niſi cura animarum regatur per alios quàm per Priores, quo caſu ſufficiunt viginti completi anni, *cap. 1. §. cæterum, de ſtatu Monachor. in Clementinis.*

Hodie vero ſufficit vigeſimus tertius annus completus in nominatione eiuſmodi Prioris à Rege noſtro Romano Pontifici, *§. Monaſterijs, de Regia ad Prælaturas nominatione facienda, in Concordatis.*

Quod pertinet ad beneficia Curam animarum habentia, quæ non ſunt Dignitates, Concilium Lateranenſe *in dicto cap. cùm in cunctis de elect.* definiuit in his quoque vigeſimum quintum annum deſiderari.

In Dignitatibus verò vel Perſonatibus quæ curam animarum annexam non habent, idem quoque ætatis tempus deſiderari, argumento eſt quod in eiuſmodi beneficijs proditum ſit Epiſcopum diſpenſare poſſe cum his qui vigeſimum annum compleuerint, *cap. vlt. de ætate & qualit. & ord. præficiendor. in 6.*

In cæteris Beneficijs, ſi ſint Eccleſiæ per ſe ſtantes quæ regantur per Clericum, tempus quatuordecim annorum requiritur, *cap. indecorum de ætate &c.* & *cap. 35. de Præbendis*, quod ſi Eccleſiæ non ſint, ſed ſint beneficia in Eccleſia, poterunt minoribus quatuordecim annis, qui tamen minores ſeptem annis non ſint, conferri, ſi ſint Præbendæ & Canonicatus in Eccleſia Collegiata, *Gl. in cap. 9. de Reſcript. in Sexto*, ſecùs ſi ſint Canonicatus & Præbendæ Eccleſiæ Cathedralis, quia in Canonicis Eccleſiæ Cathedralis requiritur maturitas Conſilij, cùm ſpeciem aliquam Dignitatis habeant, *cap. 15. de Reſcriptis in 6.* Interpretes *in dict. cap. 35. ſuper de Præbendis.*

Nec obſtat *cap. ex eo, de elect. in Sexto*, quod caput loquitur procul dubio de Canonico Cathedralis Eccleſiæ, cùm ibi proponatur contemptus Canonicus in ætate pupillari conſtitutus, in electione Epiſcopi: nam ibi dicendum eſt interceſſiſſe Romani Pontificis diſpenſationem, ſed tamen propterea non debuit Canonicus ille vocari ad electionem Epiſcopi, cùm non haberet, ante diſcretionis annos, vocem in Capitulo, quam hodie Canonicus non habet etiamſi ad

diſcretionis iannos peruenerit, prinſquam Subdiaconus factus ſit *cap. 2. de ætate &c. in Clementis.*

In cæteris vero Eccleſiis quæ non ſunt Cathedtalee, Canonicatus teneti poſſunt in decimo anno *in Regula 17. Concellaria.*

Idemque de ſimplicibus & leuioribus beneficiis dicendum eſt: nam cùm maiores ſeptem annis, & tonſuram & minores ordines recipere poſſint, *cap. fin. de temporib. ordination. in 6.* conſequens eſt vt beneficia quædam eis conſerri poſſint, cum nemo ſine titulo ſit ordinandus, *can. 5. Diſt. 73.*

Verùm hæc immutata ſunt Concilio Tridentino, quo imprimis cautum eſt vt nullus primâ tonſurâ initiatus, aut in minoribus ordinibus conſtitutus ante decimum quartum annum beneficium poſſit obtinere, *cap. 6. decreti de reformat. ſeſſi. 23.* deinde vt nemo deinceps ad Dignitatem, Canonicatum, aut portionem reciperetur, niſi qui eo ordine ſacro eſſet initiatus quem illa Dignitas, præbenda, vel portio requireret, aut in tali ætate vt infra tempus à iure ſtatutum initiari valeret; atque vt in omnibus Cathedralibus Eccleſiis omnes Canonicatus ac portiones haberent ordinem annexũ presbyterij, Diaconatus, vel Subdiaconatus; & vt ad eas Dignitates, vel Perſonatus quibus animarum cura nulla ſubeſt, Clerici non minores viginti duobus annis aſciſcantur, *cap. 12. decret. de reformat. ſeſſi. 24.*

De Cœlibatu ordinandorum

CAP. VI.

Diximus ſuprà in eo cui beneficium conferendum eſt deſiderari quinto loco vt in Cœlibatu ſit: addendum eſt & ſi aliquando in ſtatu coniugali fuerit, deſiderari vt duas vxores non habuerit.

Videamus 1. de Cœlibatu. Feſtus *lib. 3.* ſcribit veteres exiſtimaſſe cœlibem dictum quod cœlo Vitam Dignam ageret. Hanc vitam viſi videntur Apoſtoli Sacerdotibus & Clericis imponere, vt ex *can. 5. & 50. Apoſtolorum* liquet; veriti ſunt Sancti & antiqui Patres, vt conſtat ex *can. Nicæna ſynodi 9. Diſtinct. 31.* & ex *can. 4.* ſynodi Gangrenſis. Tandem eò res deuenit vt Occidentalis Eccleſia votum caſtitatis ſuſciperet in ijs qui in ſacris ordinibus conſtituti eſſent, in his verò qui in minoribus, licita eſſent coniugia, *can. 1. & 11. Diſt. 31. can. 3. & 14. Diſtinct. 32.* Longè aliud cenſuit Orientalis Eccleſia poſterioribus temporibus, quæ votum caſtitatis non ſuſcepit, *dicto can. 13. & 14. Diſt. 31. cap. 6. cum olim de Clericis coniugat.* placuit tamen vt ſecundum illud quod temporibus Apoſtolorum obtinebat, vt conſtat ex *can. 25. Apoſtolorum*, & adhuc quoque obtineret, nempe vt ante ſuſceptos ſacros ordines liceret vxorem ducere, poſt ſuceptos non liceret, *can. 6. ſynodi in Trullo.*

In occidentali vero qui in minoribus ordinibus conſtituti ſunt, vxores ducere poſſunt, vt dictum eſt, & matrimonium tenet; ſed non retinent Beneficia ſua quæ ſtatim vacare intelliguntur, *cap 1. & 5. de Clericis coniugat.* qui autem in ſacris ordinibus conſtituti ſunt, ſi vxorem duxerint, non tenet eorum matrimonium, & inſuper ſua beneficia amittunt, *dicto cap. 1. & cap. 8. eod. tit.* Rectè Epiphanius *hæreſi 59. Catharorum, Num. 4.* docet cœlibatum ſeruari à Clericis vbi Eccleſiaſtici canones accuratè ſeruantur, & quod in quibuſdam locis Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi liberos adhuc ſuſcipiant, id abuſione quadam ac diſciplinæ corruptelà fieri, vel neceſſitate, vbi pro ingenti populorum multitudine Miniſtrorum copia non ſuppetit: & Hieronymus *aduerſus Vigilantium*: quid facient Orientis Eccleſiæ, quid Ægypti, & Sedis Apoſtolicæ, quæ aut virgines Clericos accipiunt, aut continentes, & ſi vxores habuerint, mariti eſſe deſierunt? Ex quibus colligitur etiam Orientis Eccleſiam prioribus temporibus admiſiſſe cœlibatum æquè ac Occidentis.

Quod autem ad Bigamos attinet, id eſt ad eos qui duas vxores habuerunt diuerſis temporibus, certum eſt nunquam eos potuiſſe ad ordinem Sacerdotalem promoueri, *can. 17. Apoſtolor. can. 1. & 2. Diſt. 33.* quoniam oportet eos qui ſunt in ordine Clericali vnius vxoris eſſe viros: Paulus *epiſt. 1. ad Timoth. cap. 3. & ad Tit. cap. 1. dicto can. 2. Diſt. 33. can. 13. & 14. Diſt. 34.* quod non odio ſecundarum nuptiarum introductum eſt, ſed potiùs propter eam rationem quam affert D. Thomas *quæſt. 66. art. 1. in additionibus in 3 ſumma partem*: quod quoties Clericus ordinatur, per ſacramentum ordinis, Miniſter ſacramentorum conſtituitur, qui aliis ſacramenta miniſtrat, quem propterea conuenit nullum in ſacramentis defectum pati; defectus autem ſacramenti eſt quando ſacramenti ſignificatio integra non reperitur, vt in propoſito ſacramentum matrimonij ſignificat coniunctionem Chriſti ad Eccleſiam quæ eſt vna ad vnum, *cap. debitum de bigamis.* Iam vero ſi Sacerdos plures vxores habuerit, cùm carnem ſuam in plures diuiſerit, non fuit ipſe vnius vxoris, nec idcirco in eo erit, ſacramenti matrimonij ſignificatio: ac propterea eſt conſtitutum bigamiam quæ tollit eiuſmodi ſignificationem, irregularitatem inducere. Quod extenditur ad eum qui viduam duxerit *can. 18. Apoſtolor. & dicto can. ſi quis viduam. Diſt. 34.* quia cùm vxor diuiſerit carnem ſuam in plures, non erit ſunt vna vnius. Oportet autem vt perfecta ſit ſacramenti ſignificatio, vt vnius ſit, & conſequenter ſi quis concubinam habuerit, eiectam, vel meretricem, ordinari non poterit *can. 17. & 18. Apoſtolor. can. curandum, & can. præcipimus 34. Diſtinct.* imo nec is cuius vxor adulterium commiſerit, *can. 8. ſynodi* Neo-cæſarienſis. Ex magna tamen cauſa poterit cum his diſpenſare Romanus Pontifex, vt concludunt Interpretes poſt magnam altercationem, *in capit. 2. de bigam.*

Confirmatur quod diximus ſuprà de bigamis non ordinandis, iis, inquam, qui ſunt bigami vxore mortuâ, non viuâ, ab Epiphanio *hæreſi 59. Catharorum num. 4. hæreſi 30. Ebionitarum num. 3.* inde Ioſephus Comes ne inuitus ordinaretur ab Arrianis eum ad ſuas partes trahere volentibus, priore coniunge defunctâ ſecundas nuptias iniit.

Diximus vxore mortuã, quæ eſt etiam ſententia Chryſoſtomi *in comment. ad Titum homil. 2.* & Theophilacti *ibidem*, propter hæreticos Bezam, & alios, exiſtimantes digamiam hîc tantùm intelligi cùm quis vxore repudiatâ ſine cauſa adulterij, alteram duxit; & Theodoretum, de eo qui plures ſimul vxores habet.

Ratio alia iſtorum fuit quia digami publicæ pœnitentiæ erant obnoxij, Concilio Laodiceno *can.* 1. vnde *can.* 7. vetantur Preſbyteri, digamorum nuptiis intereſſe, ne præſentiâ ſuâ illis ſuffragari videantur; & ſynodo Ancyrana *can.* 19. iubetur vt qui virginitatem quam Deo ſpoponderant violarint, eadem qua digami pœnâ coërceãtur. Apparet ergo digamos olim ignominiâ notatos, & ad publicam pœnitentiam, ſed eam breuiorem, atque tolerabiliorem aſtrictos fuiſſe; & Concilio Eliberitano permittitur omnibus baptiſare in mortis periculo, exceptis digamis, qui non poſſunt baptiſare *can.* 38. vt peregrè nauigantes ingruente neceſſitate à quocumque fideli qui non ſit bigamus, baptiſari poſſint.

Quæri poteſt vtrùm qui ante baptiſmum coniugem habuiſſet, digamus eiuſmodi cenſeretur, qui ab Eccleſiaſticis ordinibus arceretur, fuitque ſententia D. Hieronymus *epiſt. ad Oceanum* 83. talem non eſſe bigamum; ſed contraria fuit ſententia D. Auguſtini *lib. de bono coniugij cap.* 18. aliorumque Patrum. Vnde Concilio ſub Damaſo Papa ſtatutum vt digami ne ordinentur Clerici, etiamſi Gentiles adhuc hac ſe infelicis ſortis neceſſitate maculauerint. Vide Innocentium 1. *epiſt.* 2. *cap.* 6. quin & Zozimus Papa *epiſt.* 1. non modò Epiſcopum, aut Diaconum, aut Subdiaconum, ſed ne Lectorem quidem, aut Exorciſtam fieri patitur eum qui Viduæ ſit maritus.

De Ordine eorum qui ad Beneficia ſunt inſtituendi.

CAP. VII.

POſtremum quod requiri diximus in eo cui beneficium confertur, eſt vt habeat Ordinem Eccleſiaſticum legitimum, neque enim poſſunt aliis quàm Clericis beneficia conferri *cap.* 2. *de inſtitutionib.* & *cap. Cum ad eo de Reſcript.* nam ſi aliquando legimus Præbendas aſſignari Laicis pro aliquo labore temporali, interpretandum eſt vt ſuprà docui in prima parte.

Quæ tamen beneficia conceduntur mulieribus, non exigunt Clericalem ordinem, quia mulieres non tonſurantur *cap.* 8. *de conuerſione coniugat.* ſufficiet ergo quod ordinem Regularem profeſſæ ſint, quæ profeſſio exigitur in omnibus beneficiis Regularibus, ſiue annexum habeant ordinem Eccleſiaſticum, ſiue non habeant annexum, *cap. indemnitatib.* & *cap. nullus de elect. in 6*

Quod autem diximus Clericis tantùm conferenda eſſe beneficia, ſic interpretandum eſt, vt ſufficiat interdum ſola tonſura, quæ fit per leuem tonſionem, vel abſciſſionem capillorum in vertice capitis exiſtentium, per quam Clericalem ordinem conferri indubitatum eſt, *cap. Cum contingat, de aetate qualit. & ord. præf. &c.* quæ ſolet appellari vulgo Ordinum omnium ianua.

Dixi ſufficere interdum ſolam Tonſuram, quoniam quando beneficia exigunt certum ordinẽ, Preſbyterij, putà, Diaconatus, vel Subdiaconatus; tunc non ſufficit Tonſura; nec minores ordines: vbi aduertendum longè differre an alicui nondum Clerico facto collatum fuerit beneficium, an verò jam facto Clerico, qui tamen eum ordinem non habeat quem beneficium requirit. Priore enim caſu, cùm fundamentum Clericalis Ordinis defuerit, non poterit prodeſſe ad collationem firmandam & obtinendum beneficium, quod poſt collationem tonſuratus fuerit, quia quod ab initio non valet, tractu temporis non firmatur, *cap. non firmatur vlt. de Reg. iur. in 6.*

Poſteriore verò caſu ſatis erit ſi is cui fuerit collatum Beneficium, curauerit vt intra tempora à iure ſtatuta promoueatur *cap.* 34. *de elect. in Sexto, cap.* 5. *de ætate &c.* & *cap.* 8. *de Præbend. in Sexto*: quo etiam caſu ſolent diſpenſationes quæ vulgo appellantur *de non promouendo*, obtineri, interdum à proprio Epiſcopo, interdum a Romano Pontifice: ſed proprius Epiſcopus diſpenſat ita vt is eum quo diſpenſat ſaltem intra annum ad Subdiaconatum promoueatur, *d. d. cap.* 34. & 35. *de elect. in Sexto* Romani verò Pontificis latior eſt diſpenſatio, de qua re vide Rebuffum *in praxi beneficiorum tit. de diſpenſatione de non promouendo.*

Promotio autem ad ordines Eccleſiaſticos non ſecus ac in ſæcularibus honoribus & dignitatibus per gradus fit, *l. vt gradatim, D. de muneribus. & honorib.* gradatim etiam fieri debet. Quos ordines Eccleſiaſticos cùm ita Caius papa diſtinxerit vt primum Oſtiarij eſſent in Eccleſia, deinde Lectores, Exorciſtæ, Acoliti, Subdiaconi, Preſbyteri, Epiſcopi; per hos omnes gradus aſcendendum eſt, quorum omnium apex eſt Epiſcopatus, *can.* 1. *Diſt.* 77. & qui aliter ordinatus fuerit, per ſaltum promotus eſt. Quandoque tamen eum ordinem ſeruatum non eſſe diuinâ cooperante gratiâ docet Gratianus compilator Decreti *in can.* 8. *Diſt.* 61. §. 1. de quo vide etiam *can* 80. *Apoſtolor.*

Oportet quoque vt is cui confertur beneficium, Ordines receperit tẽporibus à iura ſtatutis, *tota Diſt.* 75. & *cap.* 3. & 8. & *fere per totum tit. de tẽporib. ordination.* Inſuper deſideratur vt tonſura, & reliqui ordines ab Epiſcopo proprio conferantur, vel alieno cum permiſſione Epiſcopi proprij, *can.* 1. & *fere per tot. Diſt.* 71. quo caſu ſolet priùs Epiſcopus largiri & dare literas quas vulgo vocant *Dimiſſorias*, per quas conceditur Clerico vt ab Extraneo Epiſcopo ſuſcipiat ordines: quæ literæ poſſunt Epiſcopo in remotis agente, concedi ab eius Vicario generali, ſed non ab Archidiacono; mortuo verò Epiſcopo à Capitulo Eccleſiæ, vel ab eo qui pro tempore gerit adminiſtrationem *capit.* 8. *de offi. Archidiacon.* & *cap.* 3. *de temporib. ordin. in Sexto.*

Proprium autem Epiſcopum accipimus Epiſcopum loci, vnde ordinandus eſt oriundus, vel vbi domicilium habet, vel vbi beneficium, *dicta cap.* 3. *de temporib. in Sexto*, ſed dubitatur an ſi ſine literis dimiſſoriis aliquis ordinatus fuerit in

Clericum ab alieno Epiſcopo, irrita ſit ipſo iure eius ordinatio, vbi reperiuntur diſſidentes ſententiæ Guidonis *quæſt.* 449. & Bartholomæi Chaſſanæi *in conſuetudines Burgundiæ ad* §. 6. *des Iuſtices*, in hæc verba Gallica *Meſſiers & Sergens ſont crens*, circa finem ſententiæ. Ille exiſtimat poſſe ab extraneo Epiſcopo conferri laico tonſuram ſine conſenſu proprij Epiſcopi, nec irritam fore eius ordinationem, quia tonſuram tantùm irritam eſſe dici quando is qui iam clericus factus eſt alicuius Eccleſiæ, poſteà ab alieno Epiſcopo ordinatur, puta quatuor minores, vel aliquem ſacrum ordinem ab alieno Epiſcopo accipit: ne enim inde oriatur diſcordia inter B Epiſcopos, & ne proprius Epiſcopus priuetur eo Clerico quem inſtruxit & inſtituit in Eccleſia, ideo *concilij Sardicenſis can.* 15. definitum eſt vt irrita fieret ordinatio Clerici ab alio facta quam ab Epiſcopo proprio, *dicto can.* 1. *Diſt.* 71. *can.* 2. & 3. *Diſtinct.* 72. Hic autem indiſtinctè putat eum qui fuerit ordinatus ab alio quàm à proprio Epiſcopo non gaudere priuilegio clericali.

Prioris opinio improbatur manifeſtiſſimè ex *can.* 6. *dicta Diſt.* 71. vbi ex Concilio Carthaginenſi ſtatuitur vt non liceat Epiſcopo laicum vſurpare ſine conſcientia proprij Epiſcopi, & ſi (vt ibi rectè docet gloſſa) iam non tranſtulerit domicilium Laicus, quia tranſlato domicilio fit C proprius Epiſcopus is qui eſt Epiſcopus loci domicilij; improbatur etiam *cap. fin. de temporib. ordinatron. in Sexto.*

Poſterior vero non ſatis explicat quomodo functionem ſacerdotalem exequi non poſſit ordinatus Clericus, an ipſo iure ſuſpendatur ab ordinis executione; an verò ſit neceſſarium vt ei interdicatur executio, *vt in cap.* 11. *de temporib. ordinat.* propterea adhibitâ diſtinctione eiuſmodi dubitatio remouenda eſt, conſtitutis quinque caſibus.

Primus caſus eſt vbi Epiſcopus in alienam prouinciam accedit vt ibi ordinet Clericos, prouinciam interpretamur quæ ſub ſe plures Diœ D ceſes habet, *can.* 1. *cum ſeq. Diſt.* 80. veluti ſi Archiepiſcopus Burdegalenſis, vel Epiſcopus qui ſit de prouincia Burdegalēſi acceſſerit ad Toloſanam prouinciam, vt ibi Clericos ordinaret, quo caſu loquitur *can.* 2. *ſynodi Conſtantinopolitanæ*, ex quo *can. Epiſcop.* 9. *Q.* 2. deſumptus eſt; loquitur etiam *can.* 13. *Antiochenæ ſynodi*, qui refertur *can. nullum Epiſcopum* 9. *Quæſt.* 2. & Reſcriptum Callixti Papæ *in can* 1. *dicta C* & *Q.* Quibus omnibus in locis adeo prohibetur Epiſcopus accedere ad alienam prouinciam ſine Metropolitani & Epiſcoporum eius prouinciæ literis, vt irritæ habeantur ordinationes Clericorum, qui ab eo fuerint ordinati, & inſuper depoſitionis pœna ei infligatur.

Secundus caſus eſt quando Epiſcopus vnius Prouinciæ in alienam Diœceſim eiuſdem Prouinciæ tranſit vt faciat ordinationes, quod ſimiliter prohibetur *can.* 22. *Antiochenæ ſynodi*, ex quo deſumptus eſt *can.* 7. 9. *Quæſt.* 2. qui canon irritas quidem facit ordinationes ab eo factas, ſed pœnam depoſitionis Epiſcopo non infligit: at eam pœnam infligit Epiſcopo *can.* 35. *Apoſtolorum*, qui indiſtinctè loquitur, ſiue in alienam prouinciam tranſierit Epiſcopus, ſiue A in alienam Diœceſim eiuſdem tamen Prouinciæ, forte quia nondum emanauerat certa inſtitutio & diuiſio Prouinciarum & Sedium, quam factam ab Anacleto & Clemente eorumque ſucceſſoribus ſupra dictum in tertia parte, ſynodus autem Antiochena grauius iudicauit ad alienam prouinciam Epiſcopum accedere vt ordinationes faciat, quam ad alienam Diœceſim eiuſdem prouinciæ.

Tertium genus eſt quando primas vel Metropolitanus in Diœceſi Epiſcopi Prouinciæ ſuæ facit ordinationes, quod ſimiliter prohibetur *can.* 5. *dicta C.* 9. *Q.* 1. & in *can.* tamen 59. *Carthaginenſis ſynodi*, dicitur licere Epiſcopo Carthaginenſi, quod etiam Patriarchæ Conſtantinopolitano licere ſcribit Balſamo *in can* 16. *Apoſtolor.* & multo igitur magis Romano Pontifici idem licebit.

Quartus caſus eſt quando Epiſcopus non ad aliam Prouinciam vel Diœceſim acceſſit vt ordinationes faceret, ſed in Diœceſi ſua Laicum vel Clericum Diœceſis alienæ ſine Epiſcopi proprij voluntate ordinauit: De laico iam diximus. De Clerico autem conſtat non debere ordinari Clericum alienæ Diœceſis ſine Epiſcopi Commendatitiis & Dimiſſoriis literis. Commendatitiæ literæ diſtinguuntur à Dimiſſoriis, quia Commendatitiæ dirigontur ad comprobationem gradus qui iam ineſt Clerico, Dimiſſoriæ vt poſſit ordines quos non habet, in aliena Eccleſia recipere: ſi ſine his literis Epiſcopus Clericum alienæ Diœceſis ordinauerit, irrita erit ordinatio Clerici, *can.* 15. *ſynod. Sardicenſis*, de quo ſupra diximus; quod & ante definitum fuerat *can.* 16. *ſynodi Nicænæ*. Et hoc potiſſimū recipitur in Tranſmarinis, vel Vltramontanis, qui ad longinquas Prouincias accedunt, vt ibi Clerici ordinentur, *tota Diſt.* 98. & *cap.* 1. *de temporib. ordinatron.* &c. *in Sexto*, vbi qui ita ordinati fuerint ſuſpenduntur ab ordinis executione ſine vlla ſpe diſpenſationis, ergo ipſo iure ſuſpenduntur.

D Non probamus Panormitani *ſententiam* & interpretationem *in dict. cap.* 11. *de temporib. ordinat.* ſuſpenſos quidem eos intelligi debere quoad ſe, ſed non quoad alios, vt de occulto peccato dicitur *in cap. fin. de cohabitat. Clericor. & mulier.* quoniam quoties ius ſtatuit aliquos ſuſpenſos, non ſimpliciter quoad ſe, ſed quoad alios quoque ſuſpenſos intelligere debemus. Olim non ſuſpendebantur ipſo iure, ſed eis interdicebatur executio, *dict. cap.* 11. *de temporib. ordinat.* &c. & poterat eum eis diſpenſari *can.* Lugdunenſis 9. *Quæſt.* 2. ſed ex dicto *cap.* 2. *de temp. ordinat.* & *in* 6. omnis ſpes diſpenſationis eis eſt præciſa Concilium autem Tridentinum E totam hanc rem ita definiuit *cap.* 18. *ſeſſ.* 23. *decret. de reformat.* vt Epiſcopus qui ordinauerit, ab ordinationum collatione per annum ſuſpendatur; ordinatus verò tandiu ab ordinum ſuſceptorum executione ſuſpendatur, quandiu Ordinario proprio videbitur expedire.

Et hæc quidem recipienda ſunt quando quis recepit ordines ab alieno Epiſcopo qui ordinandi habebat poteſtatem; quando verò accepit ab eo qui ſe Epiſcopum dicebat, nec tamen erat, & conſequenter ius conſecrandi non habebat, aut ab eo qui renuntiauit Epiſcopatui, vt ab

Epiſcopo

Epiſcopo excommunicato; dubitatio eſt an ei qui hoc modo ordinatus eſt beneficium conferri poſſit: & promptum eſt dicere ſi quis ordinatus fuerit ab eo qui Epiſcopus non eſt, irritam eſſe ordinationem, eique communicandum tanquam laico, ſi nullam mali conſcientiam habuerit, *can. 18. & 19. ſynodi Sardic. can. 2. Diſtinct. 68.* Quod ſi quis ordinatus fuerit ab eo qui renunciauit Epiſcopatui, diſtinctio duplex ponitur *in cap. 1. de ordinatis ab Epiſcopo qui renuntiauit Epiſcopatui*, an renuntiauerit loco tantùm, an vero Dignitati; & hoc poſteriori caſu an ſacri ordines, an verò minores collati fuerint; & eo caſu quo ſacri ordines an ſcienti, an verò ignoranti collati fuerint; quia ſi ignoranti, poterit Epiſcopus cum eo diſpenſare: quæ etiam poſterior diſtinctio recipitur quando quis ab excommunicato, vel hæretico recipit ordines, *cap. vlt. de ordinat. ab epiſc. can. 4. & 5. 9. Quæſtione. 1.* Illud *in tractatu Nominationum quæſt. 14. num. 42.* docet Rebuffus, quoties quis eſt ab alieno Epiſcopo ordinatus, conſultiſſimum ei eſſe vt impetret à Romano pontifice reſcriptum quod appellatur, *perinde valere*; quod Reſeriptum vulgò appellant Pragmatici *gratiam renalidatoriam*: ſed impetrandum eſt illud Reſcriptum ante adeptionem Beneficij, ne fiat præiudicium iuri alterius, *arg. cap. 8. de Reſcriptis in Sexto.*

Poſtremus caſus eſt quando Clericus ordinatus ab Epiſcopo proprio, eo relicto tranſit in alienam Eccleſiam, quæ tranſlationes prohibentur, & excommunicationis pœna infertur tam Clerico qui tranſit, quàm Epiſcopo qui ſuſcepit, *can. 15. & 16. Apoſtolor.* donec vel Epiſcopus qui ſuſcepit Clericum reſtituerit, vel is redierit ad proprium Epiſcopum, *can. 15. & 16. Nicæna ſynodi, can. 5. 20. & 23. ſynodi Chalcedonenſis*, qui canon ex quo deſumptus eſt *can. 17. 16. Quæſt. 1.* iubet expelli Clericum per proprium deſenſorem ex vrbe in qua ſuſceptus eſt, *& can. 17. & 18. ſynodi in Trullo*, iubetur vtrumque deponi, & in Capitularibus Caroli Magni *lib. 5. cap. 84.* inquiſitio eius rei demandatur Epiſcopis, vt diligenter inquirant alienos Clericos, & ad ſuum Epiſcopum redire cogant.

SECTIO SEV PARS V.

Quando & quomodo beneficia conferenda ſint.

SEquitur Pars v. huius Tractatus, quæ duas partes habebit, prior eſt quando Beneficia Conferenda ſint, poſterior quænam in beneficiis conferendis obſeruanda ſint, vel quæ ratio ſit conferendorum beneficiorum.

Quando Beneficia conferenda ſint.

CAP. I.

QVod ad Priorem ergo partem attinet, certum eſt Beneficia Eccleſiaſtica perpetua eſſe, id eſt perpetuò haberi, nec poſſe eum qui Beneficium eccleſiaſticum obtinet, eo priuari quandiu vixerit, ſed eo mortuo poſſe Conferri Beneficium ab eo qui ius habet conferendi; quod beneficium antequam conferatur, vacans dicitur, quoniam Iuriſconſulti Vacantem mulierem appellant quæ nupta non eſt, *l. quæ ceſtum ad leg. Iul. de vi publ.* nec aliena eſt ſimilitudo vxoris ad Eccleſiam, quia vt vxor adultera eſt quæ alteri viro commiſcetur, ſic etiam Eccleſia dicitur adultera quæ ſe ad alterum Epiſcopum adiungit *can. ſicut vir, c. ſicut alterius 7. Quæſt. 1.* & vt mortuo viro poteſt quidem liberè mulier alteri copulari, ſed honeſtum eſt vt certo tempore virum lugeat, *cap. penult. & vlt. Extra de ſecundis nupt.* ita licet ſtatim poſt obitum Beneficiarij Eccleſia alteri conferri poſſit, *can. 3. 8. Quæſt. 1.* tamen honeſtum eſt vt non niſi priùs humato & ſepulturæ tradito Beneficiario, Eccleſia alteri conferatur, *can. nullus 7. Diſtinct. 79.* & *cap. bona 36. de elect.*

Et conſiderandum eſt *in dicto cap. bona*, ægrotante adhuc Prælato, & de eius valetudine omnibus deſperantibus, habitum fuiſſe tractatum de electione futuri Prælati, quod prohibitum adeò eſt, vt etiam nec tunc poſſit tractatus deliberatiuus, quem vocant, haberi de ijs ordinandis quæ electionem futuram reſpiciunt, veluti de loco, de tempore quo electio habebitur, de vocandis abſentibus qui electioni interſint, vt rectè docet Panormitanus *in eo cap. 36.*

Quoniam verò nunquam Prælatus priuandus eſt beneficio, ſed ſi inutilis omnino Eccleſiæ ſit, dandus eſt ei Coadiutor, *can. ſcripſi. 7. Quæſt. 1.* & multò ſanè magis ſi non ægrotet Beneficiarius, ſed proſperâ valetudine ſit, non poterit viuentis beneficium promitti vel impetrari: vt enim iure Ciuili pacta quæ inducunt votum captandæ mortis alienæ, penitus reprobantur, *l. pactum, & l fin. Cod. de pactis*, ita reprobantur Iure pontificio promiſſiones & collationes beneficiorum, quæ idem votum inducunt, *cap. 2. Cap. relatum, Cap. fin. de conceſſ. Præb.* Imò & cùm olim poſſet promitti vacaturum beneficium hoc modo, cùm potuero, cùm facultas ſe obtulerit, cùm commodum erit, *cap. accedens, eod. tit.* ſecundum vulgarem illam Iuris Regulam, expreſſa nocent, non expreſſa non nocent, *l. nonnunquam, D. de conditionib. & demonſtr.* nunc conſtitutione Bonifacij *in cap. 2. de conceſſio. Prabend. in Sexto*, illud immutatum eſt, quò nec directè, nec indirectè via aperiatur ad beneficia vacatura; & vt nec promitti, nec conferri beneficia vacatura poſſunt, ſic nec acceptari, *cap. ne captanda, eod. tit. & lib.*

Et quamuis papa excipiatur qui jus in vacaturis tribuit propter pleniſſimam quam habet in beneficiis poteſtatem, *dicto cap. 2. eod. t. & lib.* tamen, *Gl. ſuper proœmio Concordatorum, ad verbum fati*, docet hoc non tolerari in hoc Regno, niſi interuenerit eius conſenſus, cujus eſt beneficium, quo caſu indubitatum eſt viuentis beneficium poſſe conferri, *cap. beneficium de Regularib. in Sexto*: ſed & ſi quis diu abfuerit, & probabiliter ignoretur an viuat, eiuſque beneficium alteri ſit collatum, non valet quidem collatio ſi reuerſus fuerit; *Gl. prædicta ad verbum fati*; ſi vero reuerſus non ſit, videtur quod valere debeat collatio, quaſi fingatur vacaſſe beneficium ab eo tempore quo cœpit abeſſe bene-

ficiarius: ſed eam non valere exiſtimo, quia re vera & de facto debet vacare beneficium vt conferri poſſit: quia etiam vbi Collator ignorauerit vacare beneficium, quod tamen verè & de facto vacabat, nulla erit collatio, quia non eſt verum illud quod notat *gl. in cap. 2. in verba incerta. de elect. in Sexto.* & *Rota Deciſ.* 172. *in antiquis*: poſſe conferri beneficium ſub hac conditione, ſi vacat; quod eiuſmodi collationi obſtat regula Cãcellariæ *de veri ſimili notitia obitus*, quam verum eſt non ſolùm habere locũ in impetrationibus Beneficiorũ à Romano Pontifice, ſed etiã collationibus Ordinariorum, vt concludit Gomeſius *ad prædictam Regulam Cancellariæ, quæſtion.* 1. & ita fuiſſe iudicatum Pariſiis, & Toloſæ, refert *dicta gloſ. ad verbum fati*. Excuſabitur tamen is qui impetrauit, vel cui collatum fuerit beneficium, quando errore probabili ductus mortuum beneficiarium exiſtimauit, arg. *l.* 10. *ſi ita patet, D de ritu nuptiar.* ſin autem ſciuerit eum non eſſe mortuum, hę pœnæ aduerſus eum ſtatutæ ſunt, primum communione priuatur *cap.* 1. *de conceſſ. Prabend.* ſecundò vt fur & latro habetur, *can.* 10. non furem 7. *quæſt.* 1. infamis quoque fit, *can. audiuimus* 3. *Quæſt.* 2. & ſi quam ante habebat Dignitatem, Præbendam, vel Beneficium, deponitur, *can. in pœnis verſ. de Epiſcopis*, 2. *quæſt.* 1. ac deinde ſi poſtea accidit vacare illud beneficium, non poterit illud ampliùs conſequi, quia ſicut quis non poteſt eam habere in vxorem, cum qua viuente matrimonium contraxit, *cap.* 1. *de eo qui duxit in matrimon. quam polluit per adulterium*; ita nec poteſt quis Eccleſiam obtinere, quam viuente beneficiario adulterauit, *can.* 39. 7. *Quæſt.* 1. Et de hoc etiam eſt Regula Cancellariæ 20. *de impetrantibus beneficia viuentium*, quæ eſt huiuſmodi, vt ſi quis ſupplicauerit de beneficio viuentis, quod poſtea per obitum vacet, prouiſio ſupplicanti facienda denouo nullius roboris & momenti ſit. Quam regulam etiam procedere in collationibus Ordinariorum concludit Gomeſius *ad dictã regulam Cancellariæ Quæſt.* 2.

Sunt tamen quidam caſus quibus receptum eſt valere collationem beneficij viuentis hominis, vel beneficij vacaturi. Primus eſt ſi fortè ex aliqua iuſta cauſa ceciderit Clericus beneficio ſuo, veluti ſi intra tempus à iure ſtatutum non fuerit promotus ad ordines Sacerdotales, *cap.* 14. *licet canon de elect. in* 6. vel ſi propter hæreſim, ſimoniam, aut aliud crimen, propter quod priuatur Beneficiarius beneficio ſuo, vel propter Religionis profeſſionem ipſo iure cadat beneficio ſuo beneficiarius, *cap. ad abolendam, de hæreticis*, *cap. beneficium. de Regularibus in* 6. nam ſufficit beneficium de iure vacare, quò alteri conferri poſſit, licet de facto non vacet, vt quia Beneficiarius adhuc illud poſſidet, *cap.* 2. *de præben. in Sexto.*

Secundus caſus eſt ſi ordinarius aliquem in Canonicum receperit, & ei promiſerit Præbendam proxime vacaturam, neceſſe non habebit Ordinarius ei prouidere de Præbenda quæ primùm vacauerit *cap.* 9. *de præben.* & *cap.* 8 *Extra de Conceſſ. præb.* Sed hoc accidit (inquit *gl. in cap.* 2. *conceſſ. præben. in* 6.) non ex vi promiſſionis, ſed ex vi receptionis in Canonicum. Nec tamen dicendum eſt receptum in Canonicum jus habere affectum ad præbendam proximè vacaturam, ſed tantùm eum jus habere ad petendum vt ſibi prouideatur de Præbenda. Propterea in Præbendæ aſſecutione poſtponitur ei qui Apoſtolicâ authoritate receptus eſt in Canonicum, *cap.* 8. & 36. *de præbend. in Sexto.* quia ſoli Papæ licet jus in vacaturis tribuere, vt dictum eſt.

Tertius & poſtremus caſus contingit per Vnionem beneficij, quando beneficium viuentis alicui Eccleſiæ, abſque præiudicio beneficiarij qui poſſidet beneficium, vnitur: qui caſus jure receptus eſt, *cap.* 4. *de donationib.* & *cap. f. de rebus Eccleſ. non alienand. in Clement.* vel quia quod datur Collegio, nemini datur *can. Epiſcopus* §. *qui manumittitur.* 12. *quæſt.* 2. & ſic nullus viuentis mortem optauit, *gloſſa in cap. de reſtitution. ſpoliator.* vel etiam quod per vnionem non fiat viuenti præiudicium: impetratio autem & prouiſio non poteſt fieri ſine viuentis præiudicio, & ideò prouiſio prohibetur, non Vnio.

Illud ſciendum eſt caſum eſſe ſingularem quo beneficium vacans conferri non poteſt, quando nempe non eſt liberum, vt quia abſenti collatum eſt qui nondum acceptauit, *cap.* 17. *de Præbend. in Sexto.*

Quomodo, ſeu qua ratione Conferenda ſint Beneficia.

CAP. III.

NVnc ad alteram partem huius quintæ partis veniendum eſt, quæ eſt de ratione conferendorum beneficiorum, id eſt de his quæ obſeruanda, vel præcauenda ſunt in Collationibus Beneficiorum.

Atque primo vulgatum eſt Collationem beneficiorum eſſe gratuitam, & omnem ambitum ab ea abeſſe debere, qui quidem ambitus, quia vel pecuniâ, vel gratiâ contrahitur, vulgò Simonia appellatur à Simone Mago, qui exiſtimans Diuinam illam vim ac poteſtatem infundendi gratiam Spiritus Sancti per manuum impoſitionem quam habebant Apoſtoli, pecuniâ poſſe obtineri, audiuit à Petro hæc verba, pecunia tua tecum ſit in perditionem, quia exiſtimaſti donum Dei pecuniâ poſſideri. *Act. Apoſtolor. cap.* 4. & qui ab eâ labe ſunt infecti Simoniaci dicuntur, qui ſolent comparari Iudæ proditori, qui Dei occiſoribus Chriſtum vendidit, *can.* 21. 1. *Quæſt.* 1. & Hæretici, atque præcipui Hæretici paſſim appellantur, ab exteris poteſtatibus opprimendi *can. fin.* 1. *Quæſt.* 7. ea potiſſimum de cauſa quod intererſit Eccleſiarum ne tales habeant præpoſitos, quorum interceſſionibus magis profectò prægrauarentur, quam adiuuarentur, *can.* 28. 1. *Quæſt.* 1.

Valdeque notandum eſt quod apud Sigisbertum *in chronicis anno* 912. legitur, Hũgaris Franciam, Alſatiam, Alemaniam, Saxoniamque depopulantibus, Henricum Regem iuxta Vrbem Meresburg congreſſum, vouiſſe Deo pro adipiſcenda victoria, ſe hæreſim ſimoniacam de Regno ſuo eradicaturum, quo voto edito, inæſtimabili cæde eos vſque ad internecionem pene deleuit.

A Ambitus autem hic vel circa ordinationes Clericorum committitur, vel circa Collationes beneficiorum; & vt loquuntur Interpretes, Simonia vel fit in ordine, vel in beneficio, quamquam etiam committi poſſit in exhibitione cæterorum ſacramentorum: nam prohibitum eſt pro Baptiſmo, pro Vnctione chriſmatis, pro balſamo, pro communione, pro Miſſa, pro luminaribus, pro benedictionibus nubentium, & pro exequiis mortuorum aliquid recipere. *can.* 22. 96. 102. 103. 115. 116. 1. *quæſt.* 1. *cap.* 10. 16. 21. & 29. *de ſimon.* niſi ſit aliquid fortè quod ex laudabili conſuetudine præſtetur, quod poterit peti per Epiſcopum, & officio Iudicis, non per vim actionis *cap.* 42. *dicto tit.* vbi B Interpretes. Quod admittitur potiſſimùm vbi Presbyter aliunde non habet vnde ſe exhibeat, quo caſu æquum eſt vt cùm altari ſeruiat, de altari viuat, & pauca quædam accipiat pro ſumptu & ſolatio ſuo, *canon.* 23. 1. *Quæſtion.* 1.

Quòd ad Ordinationes verò attinet, obtinuit quidem apud Græcos vt certum aliquid pro ordinationibus Clericorum Epiſcopo præſtaretur, quod definitum reperitur conſtitutione Iſaacij Comneni apud Balſamonem *in nomocan. Photij*, *cap.* 34. *tit.* 1. Verùm arbitramur nil poſſe eo nomine vel peti, vel exigi ſine ſimonia, quod infinitis canonibus probatur: *can.* 8. *qui* C *deſumptus ex ca.* 2. *ſynodi Chalcedonenſis*, & *can.* 16. *verſ. quia ergo* 1. *Quæſt.* 1. neque enim hîc eſt vlla ſophiſtica calliditas, dicebat Gennadius Patriarcha Conſtantinopolitanus; ſimplex enim & aperta eſt hujus mandati ratio, gratis accepiſtis, gratis date. Inde ſtatutum eſt primum *can.* 29. *Apoſtolor.* deinde *can.* 2. *ſynodi Chalcedonenſis*, *can.* 22. *ſynodi* 6. *in Trullo*, & aliis canonibus Conciliorum, & demum conſtitutione Pauli 2. *in cap.* 1. *de ſimon. in Extravag. communib.* vt ſimoniacè ordinantes & ordinati, ipſo iure excommunicati eſſent, à qua excommunicatione abſolui non poſſent, niſi à Romano põtifice, præter quàm in mortis articulo; quodq; D addit dicta conſtitutio Pauli 2. tam dantes & recipientes, quàm mediatores. Eſt quoque eiſdem canonibus & conſtitutionibus eiſdem inflicta pœna depoſitionis & ſuſpenſionis. Aliæ quoque pœnæ in eos ſtatutæ ſunt conſtitutionibus Imperatoris, *l. ſi quemquam*, *cùm auth. ſeq. Cod. de Epiſcop. & Clericis.*

In Collationibus verò Beneficiorum idem habet locum quod de ordinationibus dictum eſt *can.* 7. *& ſeq. imo & per totam quæſt. tertiam Cauſa* 1.

Sed quod ad ordinationes attinet, quatenus intelligatur ſuſpenſus is qui ordinat, vel is qui ordinatur, & quomodo ordinatus intelligatur E recepiſſe characterem, ſed non ordinis executionem, declarat D Thomas 2. 2. *quæſt.* 100. *art.* 6.

Contrahitur autem Simonia tribus modis à manu, à munere; & à lingua, *can.* 114. 1. *Quæſt.* 1. A manu ſi pecunia detur, aut aliquid aliud: nec enim intereſt an pecunia detur, an verò aliud pro pecunia; nec etiam an detur, an aliquid temporale remittatur; *cap.* 10. *Extra de teſt.* vel etiam aliquid promittatur pro habenda electione, vel nominatione, vel pro collatione beneficij, *cap.* 11. & 23. *de ſimon.*

A A munere quando obſequium ſeruili modo impenditur, vt ſi quis Epiſcopo ſeruiat ſine ſtipendiis à quo ei pro ſeruitio confertur beneficium, vel ſi pro ſtipendio ei conferatur *can. ſunt nonnulli quæſt.* 1.

A Lingua verò quando fauore ordinatio vel collatio fit, vt ſi ratione conſanguinitatis conferatur beneficiũ, *Gl. in cap. vnico verſ. omnibus*, *in verſ. Carnalitatis*, vt Eccl. *beneficia ſine diminut. conferantur.* Quod exemplum tamen non vſquequaque probat D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 100. *art.* 5. vbi etiam docet quando preces inducant ſimoniam, eo nempe caſu quo pro indigno acceſſerunt, aut quando quis rogauit pro B ſe vt obtineret curam animarum.

Adeo autem ſimonia prohibetur in beneficijs, vt de beneficiis interpoſitæ tranſactiones non ſubſiſtant, quaſi ſpeciem habeant ſimoniæ, niſi iuſta aliqua de cauſa interpoſitæ fuerint, & Superioris authoritate firmatæ, *cap.* 21. *Extra de Præbend.* & *cap.* 4. *Extra de tranſactionib.* aut niſi interuenerint ad redimendam vexationem pro iure quæſito conſeruando, non pro iure quærendo, *cap.* 23. & 28. *de ſimon.* & vt etiam prohibeatur librariis & notariis qui tabulas conficiunt, aliquid pro labore ſuo recipere, *cap.* 1. *d. tit.* niſi in locis in quibus laudabilis eſt conſuetudo vt aliquid recipere poſſint, & tunc C etiam merces moderatur, quæ definita eſt Concilij Tridentini *ſeſſione* 22. *cap.* 1. *Decreti de reformat.* dummodo nulla ſalaria ex publico eis conſtituta ſint, nam tunc nil recipere poſſunt. Sed etiam eadem de cauſa prohibetur dari aliquid pro introitu, vel inueſtitura Beneficij, *cap.* 39. *de ſimon.* non ſolùm vt pecuniæ eo nomine exigi non poſſint, *cap.* 19. dicto tit, vel aliquid in vento dari debeat, *cap.* 146. *lib.* 1. *Capitularium Caroli*: ſed etiam vt promotus non teneatur conuiuium ex conſuetudine exhibere, *cap.* 44. *de ſimon.* ii multò magis non præſtabuntur qui vulgò appellantur deportus & annatæ, quando nempe Epiſcopi, vel Archidiaconi percipiebant fructus primi anni beneficiorum va- D cantium, quod prohibitum eſt *tit. de annatis*, *iuncta Gl. in verb. conſuetudines*, *in pragmat. ſanctio.* & *cap.* 2. *de Elect. in Extrauagãtib. Ioãn.* 22.

Tantùm iure receptum eſt vt onera ſpiritualia imponi poſſint ei cui confertur beneficium, veluti vt Miſſam cantet de S. Maria, aut de Spiritu Sancto: ea enim onera licitè imponuntur, cùm idcirco inſtituta beneficia ſint vt ſpiritualibus deſeruiatur, *cap.* 9. *de* Præb. Idemque iudicandum eſt de oneribus temporalibus, dummodo in vſus pios ordinentur, vt definitum eſt *cap.* 14. *decreti de reformatione*, Concil. *Trident. ſeſſ.* 24. ſed ſi quæ donabantur, primum cedebant E in vſus priuatorum, poſtea verò alia conſuetudine inductum eſt vt cederent in vſus pios, exigi nullo modo poterunt, quaſi vitium ſimoniæ fuerit in primæ conſuetudine, quæ idèo non potuit vllam vim & poteſtatem dare ſecundæ, quo caſu, ne hæc iura inuicem repugnare videantur, intelligendus locus *can.* 9. 1. *Quæſt.* 3. vbi dicitur pro Eccleſiæ beneficio non eſſe conferendum aliquid vel fabricæ, vel donariis Eccleſiarum, vel etiam pauperibus.

Speciem quoque habet ſimoniæ quando Epiſcopus conferendo beneficium, partem ſibi redituum retinet, ſiue de eo ante conuenerit, ſiue

poſt, *cap. vn. vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutien. conferant.* & *cap. 7. de cenſib.* Sed ſi ante Collationem ſructus ex iuſta cauſa percepetit, putà vt æs alienum Eccleſiæ diſſolueret, vt *in cap. penult. de verbor. ſignificat.* hoc procul erit à ſimonia.

Præter ambitum cauendum eſt in Collationibus beneficiorum ne vni collator conſerat beneficium & alteri attribuat Penſionem ex reditibus beneficij, quæ ſit pro beneficio, quoniam eo modo accideret vt diſſiparentur & diſpergerentur reditus beneficiorum, *cap. 10. & 30. de præb.*

Et quoque cauendum eſt ne duobus det beneficium, vel ex vna Præbenda duas faciat; vtrumque enim prohibetur Concilio Turonenſi *cap. 8. & capp. 20. 25. 26. & 36. de Præbend.* B Primùm ea ratione quà pluralitas beneficiorum inhibetur, de qua re ſuo loco dicetur; quod vt nemo binas coniuges habere poteſt, ita nec vna debet eſſe coniux plurium: Alterum verò quià æquum non eſt vt quæ ſingulis attributa ſunt, erogentur in plures. Nec refert quod ex Præbenda aut beneficio ſuperſit aliquid Clerico vltra neceſſaria, quia vt ſæpe iam dictum eſt, quod ſupereſt erogandum in pauperes *can. 19. & 27. 12. quæſt. 1.* eo tamen caſu quo auctæ fuerint Eccleſiæ facultates, augeri poterit numerus C præbendarum, *cap. 9. de conſtitut. & cap. 33. de verbor. ſignificat.* quando Concilij Turonenſis prohibitio hanc limitationem recipit, niſi ſubſit iuſta cauſa, præbendas diuidendi, & plures ex vna conſtituendi *dicto cap. 16. vacante, de Præb. & cap. 3. ad audientiam, de Eccleſiis ædificand. vel repar.*

De Penſionibus quæ in Beneficij Collationibus retinentur.

CAP. III.

QVod dictum eſt ſupra ex *cap. 30. extirpanda. de Præbend* non poſſe conferri alicui beneficium ea lege vt alteri Penſio, id eſt portio quædam ex reditibus beneficij aſſignetur; recipit quaſdam limitationes, quæ hic tractandæ ſunt; & de penſionibus quæ ſunt affines beneficiis dicendum ideo eſt copioſiùs & generaliùs.

Penſionem appellat Duarenus *cap. 4 lib. 6. de benefic.* Annuum, & recte quidem, vbi in annos ſingulos penſio præſtanda venitet, *cap. 9. præterea, de tranſactionib.* cæterùm ſi aliud tempus penſioni præfinitum ſit, puta vt duos, tres, vel quinque annos penſio præſtetur, non rectè appellabitur Annuum. Penſionem idem Duarenus definit delibationem beneficij, quia ex eo quod vniuerſum Beneficiarij foret, pars quædam alteri attribuitur: exemplo definitionis Legati, quod Florentinus *in l. Legatum 117. de legat.* 1. delibationem hæreditatis appellat. Quæ Delibatio beneficij, vel fit ex fructibus, vel ex aliis prouentibus, quandoque in pecunia numerata, *cap. 21. niſi, de præbend.* & quandoque ex diſtributionibus quotidianis, vbi nempe tales diſtributiones ſunt etiam quæ dantur his qui horis non interſunt, argumento *cap. 10.*

A *poſtulaſti, de præbend. in Extrauag. communib.*

Penſionum ſumma diuiſio eſt vt quædam dentur Laicis, quædam Clericis; & quæ Clericis dantur ruſus dantur vel ob ſacrum & ſpirituale miniſterium, vel nullo eiuſmodi onere iniuncto.

Non inficias autem eo eas penſiones quæ præſtantur Laicis ex prouentibus Eccleſiarum, quandoque præſtari ob munus aliquod prophanum iniunctum, vt quæ penduntur Aduocatis Eccleſiarum, vel pulſatoribus campanarum, *can. 4. quicumque 12. quæſt. 2.* quandoque verò ſine vllo onere, veluti quæ benè meritis de Eccleſia tribuuntur, *cap. 25. nobis, de iure patronat.* ſed hæc nullam differentiam ſpecificam conſtituunt in penſionibus quæ Laicis dantur. B At in his quæ Clericis, plurimum intereſt an dentur ob ſacrum & ſpiritale miniſterium, an verò nullo iniuncto onere.

Duo ergo propterea genera penſionum quæ præſtantur Clericis, conſtituenda cenſemus. Prius genus ſic eſt explicandum vt vel Dicamus Penſiones dari Vicariis perpetuis, vel Vicariis temporalibus, vel aliis quàm Vicariis. Vicarios Perpetuos conſtitui in beneficiis duobus caſibus contingit: primus eſt quando aliqua Eccleſia pertinet ad religioſum locum pleno iure, id eſt & quoad ſpiritualia & quod tempora- C lia, quo caſu dicitur in *can. 1. viſis, 16. Quæſt. 2.* Religioſum locum eam Eccleſiam regere debere per ſuos Sacerdotes, quod interpretamur ex *cap. vn. de ſupplend. neglig. Prælator. in Clement.* & ex *cap. 1. de ſtatu Monachor. §. cæterum in Clement* vt vnus ex Religioſis Monaſterij, Vicarius Perpetuus conſtituatur; ſed ſi Eccleſia pleno iure ad Religioſum locum non pertineat, ſed quoad temporalia tantùm, tunc per ſæculares Clericos Eccleſia regetur, qui ad præſentationem Monachorum inſtituatur, *cap. 3. cùm & plantare §. in Eccleſiis, Extra de priuilegiis.* Inter quos duos caſus differentia eſt, quòd in priore, inſtitutio & deſtitutio Monachorum D eſt, nec vllæ ſunt in hac re partes Epiſcopi, *cap. 21. quoniam, de priuileg.* In poſteriore autem inſtitutio & deſtitutio Epiſcopi eſt. Vtroque verò caſu Congrua Portio ſeu penſio aſſignanda eſt Vicario perpetuo, vt inde ſeipſum alere, hoſpitalitatem ſeruare, & iura Epiſcopalia perſoluere poſſit, *cap. de Monachis, & cap. extirpanda, de præbend.* ſed intereſt in eo quod vbi inſtitutio Epiſcopi eſt, Epiſcopus non debet priùs à præſentatione Monachorum Preſbyteros inſtituere, quàm Monachi congruam eis aſſignauerint portionem, dicto *cap. de Monachis; dicto cap. extirpanda & cap.* in Lateranenſi *eod. tit.*

In Eccleſiis autem quæ pleno iure pertinent ad Monachos, Epiſcopi nil poſſunt ordinariâ E poteſtate, ſed Apoſtolica tãtùm, quæ quidem eis attribuitur conſtitutione Clementis 3. *in cap. 1. eod. t. in Sexto*, & plenius conſtitutione Clementis 5. *in cap. vn. de ſupplen. negl. prælat. in Clementin.* per quam poſſunt & debent quod in ea re per auaritiam aut negligentiam Monachorum peccatum fuerit, ſupplere vel emendare. Quod autem diximus de deſtitutione Preſbyterorum qui inſtituti ſunt Vicarij perpetui, accipiendum ita eſt vt deſtitui poſſint ex iuſta cauſa & rationabili, propter quã amitteretur be-

neficium, *cap. ad hæc Extra de offic. Vicar.* pro arbitrio vero & voluntate Epiſcopi, ſi Sæculares ſint, aut pro libidine Monachorum, ſi Religioſi, deſtitui non poterunt, *can. ſatis peruerſum, Diſt.* 56. Ex quo quidam exiſtimant Vicariam perpetuam eſſe beneficium; maximè cum iura quæ loquuntur de beneficiis, habeant locum in Vicariis perpetuis, *cap. Michael, de fil. presbyteror. cap.* 27. *poſtulaſti, Extra de Reſcript. & cap. vn. de offic. Vicar. in Clementinis.* ſed non ita eſt, quod inde ſequeretur vt in vno eodemque beneficio duo eſſent intitulati, quod eſſe non poteſt, quia vt dictum eſt ſuprà, vna Eccleſia debet eſſe vnius Sacerdotis, *cap. tùm non ignores, Extra de Prabend.* Præterea ſatis eſt vt dicamus Titulum Eccleſiæ reſidere penes Monachos, & habitu eus eiuſmodi Eccleſias obtinere, actu vero & exercitio ipſum Vicarium perpetuum, quod & docuimus ſuprà *in* 1. *parte huius tractatus.*

Secundus caſus quo accidit vt in beneficiis perpetuus Vicarius conſtituatur, eſt quando Beneficium annexum eſt Menſæ alicuius prælati, vel Dignitati alicui, vel Præbendæ, vt in dicto *cap. extirpanda §. quia verò, & in cap. expoſuiſti eod. tit.* quo caſu idem obſeruatur quod ſuperiore obſeruati dixi: nam ſi Eccleſia Patronata ſit, inſtitutio Vicarij perpetui fiet ab Epiſcopo ad præſentationem patroni, congruâ priùs Vicario aſſignatâ portione, *cap.* 1. *de iure Patronat. in Clement.* & Vicarius perpetuus actu curam animarum habebit, ſi Eccleſia Parochialis ſit; Alter verò, cuius menſæ, vel Dignitati, vel Præbendæ eſt annexa Eccleſia, habebit titulum beneficij, quem vulgo Rectorem primitiuum appellamus; & de iis Eccleſiis conſtitutum eſt *cap.* 16. *decreti de reformat. ſeſſ.* 25. *concil. Tridens.* vt ſi Cura animarum contra inſtitutionem ſeu fundationem in Vicarium perpetuum tranſlata fuerit, ſi congrua portio non fuerit aſſignata intra terminum anni in eo Concilio præfinitum, vel commodè illud fieri non poſſit, cum primum per ceſſum vel deceſſum Vicarij aut Rectoris, alterum eorum vacauerit, vel Vicaria, vel Rectoria, Vicariæ nomen ceſſet, & beneficium in antiquum ſtatum reuertatur.

Vicarios vero temporales in beneficiis conſtitui accidit cùm Rector Eccleſiæ parochialis abeſt ſtudiorum cauſâ. *cap. cùm ex eo, de elect. in Sexto.* vel cùm tempus indulgetur Clerico intra quod accedat ad Eccleſiam vt in ea reſidentiam faciat, & interim alius in eius locum temporariè ſubrogatur, qui eius vices gerat, *cap.* 28. *peruenit, de appellationib.* Sunt Vicarij quoque temporales, qui vel non reſidentibus ex quacumque alia cauſa, vel plura beneficia incompatibilia habentibus, vel illiteratis exiſtentibus Ordinariis conſtituuntur, congruâ eis aſſignatâ portione iuxta Concilium Tridentinum *cap.* 5. *decreti de reformat. ſeſſ.* 6. & *cap.* 5. *ſeſſ.* 7. & *cap.* 6. *ſeſſ.* 21. nam remotâ causâ propter quam conſtitutio Vicarij facta eſt, remouetur Vicarius.

Duobus autem modis contingere poteſt vt Penſiones ob ſacrum & ſpirituale miniſterium aliis quàm Vicariis præſtentur, quorum primus eſt ſi ſibi Rector Eccleſiæ Clericum aſciuerit qui ad Eccleſiæ miniſterium neceſſarius ſibi vi-

A detur, æquum eſt vt ei ex redditibus Eccleſiæ proſpiciat, vt notatur in *cap conquerente Extra de Clericis non reſidentib.* Alter modus traditur a Panormitano in *cap. expoſuiſti, Extra de Prabend.* quando abſque vnione Eccleſiarum ſtatuitur penſio ex redditibus vnius Eccleſiæ ſoluenda Canonico, vel Rectori alterius Eccleſiæ, quod non repugnat rationibus iuris, vt ex redditibus diuitis Eccleſiæ pauperi Eccleſiæ ſubueniatur; quia Eccleſia vna eſt quæ multa membra habet, nec abſurdum eſt vt vnum alteri ſubueniat, *can. loquitur,* 24. *Quaſt.* 1.

Poſterius genus penſionis eſt quando nullo aſtricto onere ſacri miniſterij, Clericis penſiones B attribuuntur commodè, quod quatuor pertractatis optimè explicabitur. Primum à quibus imponi penſiones poſſint; ſecundum propter quas cauſas imponi poſſint; tertium vſque ad quam quantitatem, & quibus beneficiis; quartum denique quod ius habeatis cui penſio conſtituta eſt, & quibus modis finiatur & extinguatur Penſio.

Quod ad primum pertinet, non eſt dubium penſionem non poſſe imponi ſine authoritate Superioris, *cap. niſi. verſ. quia igitur, ē de Praben.* & *cap.* 1. *§. eadem, de ſupplen. neg. pralator. in Clement.* Superiorem hic intelligimus Romanum pontificem, qui plenariam habet in Bene-C ficiis poteſtatem, vt ſæpè iam dictum eſt; Legatum quoque, Archiepiſcopum, Epiſcopum: nam regula eſt quotieſcomque aliquid permittitur à iure, & illud non ſibi ſpecialiter reſeruauit Romanus Pontifex, eius quoque poteſtatem habere Epiſcopum, *cap.* 29 *nuper, de ſent. excommunicat.* & de penſione illud manifeſte probat *cap. extirpāda. §. fin. de Prabendæ.* vbi prohibetur Epiſcopus penſionem in fraudem imponere, ergo ceſſante fraude imponere poterit. In hoc tamen Regno obtinet vt ſolus Papa penſionem imponere poſſit, nec citra eius authoritatem impoſitio penſionis valeat, vt docet Rebuffus D *in tract. de pacificis poſſeſſoribus num.* 105.

De Cauſis vero propter quas imponi poſſunt Penſiones beneficiis, primùm indubitatum eſt non poſſe eas ſine cauſa imponi; ſi ſine cauſa fuerint impoſitæ, cenſebuntur in fraudem impoſitæ, vt *in cap. ad audientiam* 31. *de Reſcriptis,* ſi modò ab Epiſcopo impoſitæ fuerint; non, ſi à Romano Pontifice; quia propter plenitudinem poteſtatis, ipſius voluntas pro iuſta & legitima cauſa habenda eſt. Non recipitur tamen in hoc Regno niſi tribus in caſibus, vt omnes paſſim docent: primus eſt propter bonum pacis, quando Beneficium litigioſum eſt, *dicto cap. niſi, de prabend.* quo tamen caſu diſpiciendum eſt E an fingatur lis causâ conſtituendæ penſionis, quia tunc penſionis impoſitio non valeret, *cap.* 3. *de colluſio. detegend.*

Secundus in fauorem Reſignantis niſi ex cauſa permutationis reſignatio fieret; æquum enim eſt Reſignanti, qui nihil recipit, nec recipere debet, niſi ex cauſa reſignationis recipiat, reſeruari penſionem vt inde ſeipſum exhibeat.

Tertius in Permutatione ſi vnum beneficium ſit altero pinguius, tunc enim poterit imponi Penſio pinguiori beneficio *cap. ad quaſtiones. Extra de rerum permutat.*

Aliæ ſunt Cauſæ quæ iure probantur, & quas expedit recipi, imponendarum Penſionum,

veloti cùm debilibus, infirmis, inopibus, vel de Eccleſia, aut de Principe cui militarunt benè meritis penſiones ex fructibus Eccleſiarum aſſignantur, *can. 66. quicumque, 11. quæſt. 2.* ſunt enim vt ſæpe jam dictum eſt, bona Eccleſiæ, bona pauperum; vel ſi pro debitis Eccleſiæ perſoluendis imponantur, *cap. ſi propter, de Reſcriptis in Sexto*: aut ſi propter Redemptionem captiuorum, & alias cauſas propter quas res Eccleſiæ alienari poſſunt.

Tertium quod examinandum eſt, quodque habet duas partes, vſque ad quam quantitatem imponi poſſint penſiones, & quibus beneficiis imponi poſſint; facilè expeditur nam quod pertinet ad quantitatem, generaliter Interpretes B definiunt penſionem talem poſſe conſtitui, quæ non adimat habenti beneficium quantum ei neceſſarium eſt vt honeſtè viuere poſſit, iura Epiſcopalia ſoluere, & ſeruare hoſpitalitatem, *cap. vacante, de Præbend.* Videntur tamen *ex cap. ſuſcepti, verſ. in illis de elect. in Extrauag. Ioannis 22.* taxatæ penſiones vt vſque ad dimidiam partem fructuum conſtitui poſſint. Sed hoc non ſeruatur in hoc Regno, in quo quantumuis à Papa impoſita fuerit penſio, iudicatum eſt non poſſe penſionem vltra tertiam partem fructuum conſtitui, vt refert Rebuffus *in tractatu de pacificis poſſeſſoribus, num. 116.* & *in praxi Beneficiorum tit. de Reſeruationib.* ſi vltra fuerit impoſita & ex conſenſo præſtita, hoc non nocet Succeſſori in beneficio quin petere poſſit eam reduci ad tertiam partem, vel ad minorem ſi ita expediat Eccleſiæ, vel Clerico titulato; & ita iudicatum refert Papo *Placitorum lib. 3. tit. 5.* In totum autem non poteſt reſcindi Penſio ſemel impoſita, ſed peti poteſt vt eius reductio fiat ad iuſtam quantitatem, *arg. cap. ſuggeſtum Extra de decim.* de quo vide Rebuffum *in prædicto tractatu num. 122. & 123.*

Nil autem refert an per modum quantitatis pecuniæ numeratæ, frumenti aut vini penſio conſtituatur, an verò per modum quotæ, veluti vt tertia, quarta, vel alia pars redituum beneficij præſtetur: neque enim verum eſt ex conſtitutione quotæ diuidi beneficium, quia ad tempus conſtituitur penſio.

Quarto loco, quod pertinet ad Eccleſias quibus imponi non poſſunt penſiones, hoc iure vtimur in Gallia, vt nec Præbendis Theologalibus, nec iis quæ reſidentiam requirunt, & nullos alios prouentus habent quàm ex diſtributionibus quotidianis, Penſiones imponantur, *Gl. in §. 1. in verbo onus reſidentia, de collationib. in concordat.* & ex Concilio Tridentino *ſeſſio. 2. cap. 13. Decreti de reformat.* non imponi poſſunt penſiones Cathedralibus Eccleſiis, quarum reditus ſummam mille ducatorum, & Parochialibus quæ ſummam ducatorum centum ſecundum verum annuum valorem non excedunt.

Supereſt de penſionibus tractandum, quod jus in beneficio Penſionarius, quem vulgo appellant, habeat; & quibus modis finiatur & extinguatur Penſio. Et vulgò dicunt jus penſionis eſſe quodammodo ſimile iuri vſus fructus; vtque vſufructuarius onera patrimonij ſuſtinet, *l. hactenus D. de vſufructu*, ſic is qui penſionis nomine partem fructuum capit, pro ea parte onera patrimonij ſuſtinet, & ita ſæpe iudicatum

A refert Rebuffus *in prædicto tractatu num. 120.*

Verum non eſſe vſquequaque ſimile ius Penſionis cū vſufructu vel ex eo probatur, quod quantùm ad onera attinet, illa onera quæ conſueta ſunt hoſpitalitatis, & iurium Epiſcopalium ſolemniorum, ſolus ſuſtinet beneficiatus, & ad tributa duntaxat, decimas, cæteraque onera quæ extra ordinem indicuntur, tenetur penſionarius pro parte ſua, vt vno ore probant Interpretes. Deinde hæc quoque opinio receptior eſt Penſionarium non propriâ authoritate fructus, aut penſionem recipere, ſed compellis Beneficiatum per Ordinarium vt penſionem ſoluat, *arg. §. item quod ratione, de annatis in* B *pragmat. ſanct.* cùm tamen fructuarius non per alium, ſed per ſe fructus percipiat. Adde quod, vt ſupra docuimus, Beneficiarius non per alium, ſed per ſe fructus percipiat; & beneficiarius nihil aliud ſit quam fructuarius beneficij: imo vſuario magis quàm fructuario compararetur: proinde ſi ius penſionis ſimile iuri vſusfructus eſſet, idem planè Penſionarius eſſet quod Beneficiarius. Hoc tamen ſimilitudinis habet penſio cum vſufructu, quod mortuo Penſionario non dicitur vacare penſio, ſicut dicimus mortuo Beneficiario vacare beneficium, ſed velut vſusfructus extinguitur. Diſſimilitudines aliæ quoque ſunt in hac parte inter penſionem & be-C neficium: nam cùm Penſio aliquid temporale ſit, beneficium verò aliquid ſpirituale, non poterit permutari cum beneficio, quia non eſt permutatio rerum ſpiritualium cum temporalibus, *cap. fin. Extra de rer. permutatio.* deinde cùm Penſio non detur ob ſacrum & ſpiritale miniſteriū, ſed priuatum tantū hominis commodum reſpiciat, poteſt liberè remitti, cùm tamen nemo beneficiu ſe abdicare poſſit, *cap. admonet Extra de renunciatio.* Quinetiam & vendi poteſt penſio, illudque aſſuetum eſt, vt ſe præſentatis aliquot annorum penſionibus liberetur beneficiarius penſionis præſtatione, quod non probatur melioris notæ Interpretibus, vel quia eiuſmodi conuentiones ſpeciem quandam D habeant ſimoniæ, vel quod, vt ius Patronatus quod prophanū, ſpiritualibus tamen anneaū eſt, vendi non poteſt, *cap. de iure Extra de Iure Patronatus*: ſic nec vendi poteſt ius penſionis quod non eſt, inquit Nauarrus *in enchiridio*, ſpiritualibus annexum antecedenter, vt ius Patronatus, ſed dependenter aut conſequenter, & propterea non poteſt redimi anticipatâ ſolutione, vel penſionibus aliquot in anteceſſum datis.

Quod autem diximus mortuo penſionario extingui Penſionem, adeò verum eſt, vt ne quidem à Romano Pontifice in hoc Regno in aliam Perſonam transferri, aut tranſcribi poſſit, quamuis in Patria obedientiæ ſecus ſit, vt Rebuffus E docet *in dicto tractatu, num. 157.* & *in 1. part. praxis beneficiorum tit. de reſeruationibus.* Sed non ita extinguitur penſio morte eius qui penſionem debet, imò poterit à Succeſſore exigi niſi aliud actum ſit, vt *in cap. niſi vbi Gl. de Præbendis*, atque ſic non ſolum Beneficiatius tenetur ad ſolutionem penſionis, ſed eius etiam Succeſſor in beneficio, quandiu viuit Penſionarius, cui in perpetuum quando viuet conceſſa penſio intelligitur, propterea & pro temporis præteriti penſionibus poterit Succeſſor conueniri, *arg. l. Imperatores, D. de publican. & vectigalib.* quamuis

ſi maluerit Penſionarios, poſſit agere aduerſus A hæredes fato functi Beneficiarij, vt notatur *in cap. 1. de ſolutionib.*

De quibuſdam alijs in Collatione neceſſarijs.

CAP. IV.

ESt quoque neceſſarium in omni Collatione Beneficij vt purè fiat, non ſub conditione: eſt enim Collatio actus legitimus per ſolemnis: B Actus vero legitimos conditionem nullam admittere certum eſt *cap. 2. de electione. in Sexto.* Excipiunt tamen Interpretes conditionem quæ tacitè ineſt, etiamſi non exprimatur, quod eiuſmodi conditio propriè conditio non ſit *l. 3. D. de lega. 1.* Proinde dicunt poſſe conferri beneficium ſub hac conditione, ſi vacat, quod tetigi *initio huius 5. partis*: quia obſtat regula *de veriſimili notitia obitus.* Dicunt quoque excipi Romanum Pontificem, qui ex ſuprema poteſtate quam habet, beneficium ſub conditione conferre poteſt, dummodo non inde inducatur ſimonia, iure diuino prohibita. Panormitanus *in cap. ſignificaſti. de elect.* & vt collatio Beneficij conditionem non recipit, ſic nec alternatione fieri C poteſt, hoc modo Titio vel Mæuio tale beneficium confero. Archidiaconus *in can. paſtoralis, 7. quæſt. 1.*

Palam quoque fieri debere collationem dicunt ex *cap. vn. § porro, vt Eccleſiaſt. benefic. ſine diminutione conferantur*; vbi dicitur occultum locum eſſe, & vt collatio ſuſpicione non careat. Cæterum non improbatur conſuetudo quæ iam inoleuit vt Epiſcopi in ſuis Cameris paucis præſentibus beneficia conferant: debent tamen literæ Collationis confici *cap. 1. iniunctæ de elect. in Extrauag. communib.* in quibus teſtes ſubſcribere debent ad minùs duo, ſicque fuiſſe iudicatum refert Rebuffus in *rubrica de collatio-* D *nib. in concordat.* Cætera requiſita in literis collationum exequitur Rebuffus *in praxi Beneficior. 1. part. de collatione, & tit. de requiſitis ad collationem.*

SECTIO SEV PARS VI.

De modis quibus iure Ordinario obtinentur Beneficia.

NVnc ad Sextam partem huius tractatus veniendum eſt, quæ eſt de modis quibus iure Ordinario obtinentur beneficia. Hi autem ſunt Electio, Poſtulatio, Translatio, Collatio ſiue fiat iure ordinario, ſiue deuoluto; Inſtitutio quæ fit præcedente Præſentatione, Vnio, Commenda, & poſſeſſio triennalis.

De Electione.

CAP. I.

ELectio & Poſtulatio locum habent in Dignitatibus: propterea longe differunt a Collationibus; & Beneficia electiua a collatiuis, vt ex ſequentibus apparebit; quamuis qui eligunt quodammodo conferre videantur.

Electio definitur idoneæ perſonæ ad prælaturas & dignitates rite facta optio, de qua priùs dicendũ fuit quàm de poſtulatione, quia elegi potiùs debet Prælatus, quàm poſtulari, & frequentiùs prouidetur Eccleſiis per Electionem, quam per poſtulationem; denique Electio innititur Iuri, Poſtulatio Gratiæ, vt infrà videbimus.

Varias formas Eligendorum Epiſcoporum recenſuimus in tertia parte; & de conſenſu ſiue aſſenſu principum & populi in electionibus abundè quoque diximus: quæ omnia iure nouo ſunt immutata, & vt Epiſcopus à Collegio Canonicorum Eccleſiæ eligeretur, conſtitutum, Abbas à Conuentu Monachorum ſuorum, Abbatiſſa à Monialibus, *can. fin. 16. Quæſt. vlt. cap. 2. & cap. cùm terra de elect. & cap. indemnitatib. eod. tit. in Sexto.* ſed hoc eſt accipiendum, non vt electio Epiſcopi fiat ab omnibus Canonicis tam Eccleſiæ Cathedralis, quam inferiorum dependentium & collegiatarum, ſed vt tantùm à Canonicis Eccleſiæ Cathedralis, & ſimiliter Abbatis electio non fiet à Monachis Monaſteriorum dependentium & ſubditorum, ſed tantùm à Monachis Monaſterij ſuperioris, cuius eſt Abbas, *gl. in verbo eligant, de electionib. in pragm. ſanctio.*

Antequam vero de forma electionis agamus, quæ hodiè triplex eſt, per Scrutinium, per viam Compromiſſi, & per Inſpirationem, *cap. quia propter de elect.* neceſſariò ſunt explicanda quæ peragi eſt neceſſe priuſquam ad ipſum electionis actum deueniatur.

Primum verò neceſſe eſt omnes Canonicos qui ſunt in prouincia vocari ad electionem celebrandam, alioquin magis oberit electioni contẽptus vnius, quam prodeſſet conſenſus plurimorum, *cap. coram, cap. venerabilem, cap. bonæ memoriæ, & cap. in Geneſi eod. tit.* Quod & olim obtinebat eo tempore quo Epiſcopus à Metropolitano & Comprouincialibus Epiſcopis eligebatur, vt apparet ex *can. 6. concilij Sardicenſis*: & hodie quoq; in receptionibus Canonicorum, & electionibus inferiorum Dignitatum E obſeruatur, *cap. cùm in Eccleſiis de præbend.* Vocandi autem ſunt etiamſi intereſſe antè noluerint tractatui qui fiebat ad terminum ſtatuendum, intra quem electio celebraretur; nec enim proptereà renuntiaſſe videntur quo minus vellent intereſſe electioni, *cap. 57. Eccleſia, vbi gl. ē. de elect.* & vocandi ſunt modo ſine periculo poſſint conuocari, *cap. quod ſicut eod. tit. & d. cap. cùm in Eccleſiis de Præben. in Sexto.* Dicunt tamen ſi per præſentes facta ſit electio, nec abſentes vocati fuerint, non eſſe irritam ipſo iure electionem, ſed eam irritari tantùm his poſtulantibus, qui contempti ſunt, *dicto*

cap. quod ſicut, d. cap. in Geneſi, & *d. cap. 7. Eccleſia* A vnde dicit *Gl. in dicto cap. 35. cùm in Eccleſiis* vocationem abſentium non eſſe de ſubſtantialibus formis electionis; ſed & ſi conſuetudo ſit vt ſoli præſentes eligant, non irritabitur, vt docet eadem Gloſſa: nam conſuetudo ius eligendi tribuit *cap. cùm Eccleſia, de cauſa poſſeſſion. & proprietat.* Idemque eſt ſi Romanus Pontifex ſolis præſentibus mandauerit vt eligerent, *cap. cum olim, Extra de ſentent. & re iudicata, Gloſ. ſa in verbo aliud, tit. de electioni. & reſeruationib. in pragmat. ſanctio.* Interdum tantùm abſentes cum præſentibus eligunt, ſi iuſto impedimento detenti Procuratorem ad eligendum aliquem de Collegio conſtituerint ſecundum formam *dicti cap. quia propter §. illud de Elect.* B *& capitis pen. eod. tit. in Sexto.* ſed quamuis verum ſit omnes Canonicos Eccleſiæ in qua prælatus eligendus eſt, vocandos eſſe vt interſint electioni; hoc tamen accipiendum eſt modo ex aliqua cauſa non prohibeantur eligere: finge enim quoſdam eorum impuberes eſſe, aut in ſacris ordinibus minimè conſtitutos; hi non erunt vocandi, quia ius ſuffragij non habent *cap. ex eo de elect. in 6. cap. 2. de ætat. & qualit. & ord. præficiendor. in Clement.* exceptis Monialibus quæ ad electionem Abbatiſſarum admittuntur poſt duodecimũ ætatis annum, *cap. indemnitatibus de electione in Sexto*: quoniam, vt rectè docent Interpretes, in religioſis perſonis non ſolet C ordo ſpectari, ſed religio. Ex hoc vero quod neceſſe ſit in ſacris ordinibus eſſe conſtitutos Clericos ſæculares qui eligunt, inde ſequitur vt irregularitas quæ vſum ordinum impedit, impediat quoque ius ſuffragij *cap. is qui de ſentent. excommunicatio. in Sexto.* Idemque eſt in interdictis, qui cùm prohibeantur officio diuino intereſſe, conſequens eſt vt eligere non poſſint, *cap. 1. Extra de poſtulatio. prælator.* & *cap. cùm inter, de electione.* Quò multo magis in excommunicatis maiori excommunicatione locum habet, qui arcentur omnino, *cap. venerabilem eod. 1.* ſed in excommunicatis minori excommu- D nicatione, contra eſt, quoniam à Sacramentorum tantùm participatione remouentur, non à collatione, quamuis ſi eligant aut conſentiant, graue peccatum committant, *cap. fin. Extra de Clerico excommunicato, depoſi. vel iniurà miniſtran.*

De Suſpenſis verò tenendum eſt eos qui ſuſpenſi fuerunt ab ordine & beneficio, vel ab ordine tantùm, non poſſe eligere, *cap. quia diuerſitatem, Extra de conceſſio. Præb.* & *cap. 8. cùm dilectus §. quia nobis. de conſuetud.* Idem eſt de ſuſpenſis ab officio Clericali, quia officiũ Clericale conſiſtit in vſu ordinum, & exequendis E iis quæ ſunt ordinis: ſecus eſt in ſuſpenſis à Beneficiis, quia ſuſpenſus à Beneficio non propterea ſuſpenſus ab ordine eſt, cuius ratione poteſtas eligendi Clerico competit; & ideo ſuſpenſus à Beneficio ius eligendi retinere dicitur *in cap. 25. cùm Vintonienſis, de electio.*

Quo autem tempore conuocandi ſint Canonici, & intra quod tempus Electio facienda ſit, patet etiam ex quibuſdam Iuris locis: nam *ex can. nullus Diſtinct. 79.* conſtat tertia die poſt obitum Prælati, licere conuocari, imo & ſta... non tamen ante obitum licebit de huiuſmodi conuo... tractatione tractare, vt ex his quæ do-

cuimus ſuprà *in princi. 5. part. huius tractatus*, colligitur *ex cap. 16. bonæ memoria de elect.* Vnde verſus illi apud Matthæum Paridem de Lambino, qui pecunia Epiſcopatum Burdigalenſem obtinere tentauerat, Epiſcopo nondum ſepulto.

Ære dato multo, nondum Paſtore ſepulto,
Lambit ad optatum Lambinus pontificatum.

Tres autem menſes ſtatuti ſunt, intra quos ordinationes fiant *Concilij Chalcedonenſis can. 25.* ex quo deſumptus eſt *can. quoniam Diſt. 25.* & alio Concilio generali habito temporibus Innocentij 3. cuius conſtitutio habetur *in cap. 41. ne pro defectu, de electio.* Sex menſes *Nouella Iuſtiniani 123. §. 1.* ſtatuti erant. Poteſt tamen illud tempus trium menſium ex iuſta cauſa prorogari, *dicto cap. 25.* poteſt & reſtringi etiam ab ipſo Capitulo, quod elicit, *Gl. in verb. abbreuiationem, tit. de authoritate Conciliorum generalium, & in verb. aliud, tit. de electionib. & reſeruationib. in pragmat. ſanctio.*

Præfiniendus eſt quoque dies Electionis, *verſ. & cum humana, de electionib. in pragm. ſanct.* Præfiniendus eſt etiam locus quo electio fiat: debet autem electio fieri de iure in ipſa Eccleſia Cathedrali, cui prouidendum eſt de Paſtore, *cap. quod ſicut de electio* niſi aliud conſuetudine inductum ſit, *Gl. in dicto verſ. & cum humana, in verb. locum*: Matthæus Paris *in chronicis Angliæ* ſcribit in recognitionibus conſuetudinum, ſeu libertatum Angliæ cautum fuiſſe vt electiones Epiſcoporum fierent in Capella Regis.

Poſtquam verò ad locum conuentum vel indictum omnes acceſſerunt, Miſſa de Spiritu Sancto celebranda & audienda eſt, licet olim ſufficeret inuocari Spiritus Sancti gratiam *cap. cum terra, de elect.*

Eligentes autem priùs Confeſſi, Sacramentum Euchariſtiæ ſuſcipient, *dicto verſ. & cum humana vbi Gl. in verbo ſuſcipiant*, exiſtimat has duas ſolẽnitates auditionis Miſſæ, & receptionis Euchariſtiæ obſeruandas tantùm in electionibus Epiſcoporum & Abbatum, in electionibus vero inferiorum Dignitatum non obſeruari.

Inſuper præſtandum eſt iuramentum, cuius forma præſcribitur *in dicta verſ. & cum humana*, illudque corporaliter, id eſt tactis ſacroſanctis Euangelijs, aut aliâ ſacrâ ſcripturâ, vt *in cap. Ego, de iureiurando, in cap. vbi periculum §. propterea de elect. in Sexto*: & hanc præſtationem iuramenti eſſe de ſubſtantia electionis cuiuſque Prælati cenſet *Gl. in dicto verſ. & cum humana, in verb. Prælato*: quæ omnia obtinent quæcumque forma electionis ſeruetur.

In electione verò quæ fit per Scrutinium hæc particularia ſunt: primum vt in votum eligentes conueniant, congregenturque primum ſimul, quia non ſufficeret conſenſum eligentium ſingulariter præſtari, puta quod quiſque eligentium conſentiret in Camera ſua, ſed oportet vt collegialiter conueniant *cap. cu Geneſi de electio.* Deinde oportet vt tres de Collegio aſſumantur fide digni, qui ſecretò & ſigillatim vota cunctorum exquirant, *dicta cap. quia propter*, Atque hi ab eo quod vota cunctorum exquirunt & ſcrutantur, dicti ſunt ſcrutatores: & hæc forma electionis dicitur fieri per Scrutinium. Porro hos tres ſeipſos ingerere non debere, & propterea ſi Capitulo non contradicente, cæteris videntibus,

videntibus, tacentibus, tres inciperent ſcrutari vota aliorum, hoc nullo modo valeret, & electio facta intelligeretur contra formam dicti *capitis quia propter*, vbi requiritur vt illi tres aſſumantur: nam etiam occurrendum eſt minis, pactionibus, ſtudiis potentiorum, qui fortè audacter ſeipſos ingererent, quò impedirent ne eligentes liberè vota ſua exprimerent. Et tres illi de Collegio eſſe debent, vt non alij immiſceantur electioni quàm ij quorum negotium eſt. Et vt tres ſint, de ſubſtantia electionis eſt, etſi aliud exiſtimat *gl. in dicto cap. quia propter, in verb. ſanior*, quod immutari non poteſt ſtatuto vel conſuetudine, quia ſtatutum aut conſuetudo nihil poteſt operari aduerſus legem Superioris, *cap. ne Romani de elect. in Clement.* Eos autem vult Innocentius 3. *in dicto cap. quia propter*, vota cunctorum ſecretò & ſigillatim exquirere: (ſigillatim, interpretor, non turmatim, puta binos vel ternos ſimul, ſed vt ſinguli ſcrutatores ſingulorum qui ſunt de collegio vota particulatim exquirant, *cap. venerabili de teſtibus*, *& cap. inquiſitionis de accuſationib.*) & poſtea in ſcriptis redacta publicare in communi, quò ſcriptura probationem faciat de ſingulorum votis.

Publicatio verò ſcrutinij fit eadem de cauſa, vt aperta ſint ſingulorum vota, & conſenſus, & propterea publicatio ſcrutinij appellatur conſenſuum publicatio, in *cap. 46. cum poſt*, & *cap. 48. Eccleſia*, *Extra de elect.* poſt quam non licet interim variare, quoniam qui ſemel elegerunt perfuncti officio ſuo ſunt, antè verò licet variare, cùm res adhuc integra ſit, *cap. antepenult. Extra de elect.* &c.

Poſt Publicationem Votorum nullo actu extraneo intermedio, Collationis tractatum habendum eſſe apparet ex his verbis dicti *cap. quia propter*, vt is collatione habitâ eligatur, in quem maior & ſanior pars Capituli conſenſerit: quem quidem tractatum multiplici de cauſa haberi exiſtimo, primùm vt antequam electio fiat, de perſonis electis quædam diſquiſitio fiat, deinde vt circumſpiciatur an ſit aliquid quod eligentibus opponi poſſit, vel vtrùm ſit aliquid quod impedire valeat futuram electionem, ac demum vt dijudicetur quiſnam ille ſit in quem maior & ſanior pars Capituli conſenſit, vt is poſtea eligatur.

Quod ad primum pertinet, certum eſt accidere poſſe vt quædam pars eligentium, imò & maior eligat indignum quem putat eſſe dignum, quo caſu non dubito, eos qui indignum elegerunt, poſſe variare etiam poſt publicatum ſcrutinium, vel quia eligentes indignum nil elegerunt, nec propterea videntur officio ſuo functi, cùm ex eorum votis communis electio ſubſecuta non ſit; vel etiam condemnetur in his qui indignum elegerunt, quod in propoſito ſuo ſteterunt nec variauerunt, *in cap. perpetuo*, *& cap. nullis de elect. in 6.*

Quòd verò ad ſecundum, de Perſonis Eligentium, inſpiciendum eſt an omnes eligere potuerint, quia nec excommunicati, nec Suſpenſi, nec alij quos ſuprà dixi, jus eligendi habent. Videndum eſt an quidam abſentes ſint qui vocari debeant, ne fortè accidat poſtea vt per eorum contemptum irritetur Electio.

Nec obſtat quod hoc poſteriore caſu differatur Electio, quam non differendam, & dilatam vitiari dicitur in *cap. cum poſt*, *Extra de elect.* quoniam hoc procedit vbi protrahitur electio ex ignorantia & ignauia eligentium, ſecùs ſi differant ex iuſta aliqua cauſa, veluti ne irritetur futura Electio ex contemptu abſentium; vel vbi in fraudem electi electio protraheretur, quo etiam caſu compelluntur eligentes electionem ſuam inchoatam perficere, *dicto cap. publicate*. Eſt quoque diſpiciendum an impedimendum aliquod aut vitium ſubſit. Quid enim ſi dicatur tractatum fuiſſe antè habitum vt ipſa eligeretur, vt in *cap. per inquiſitionem eod. tit.* quid ſi pecuniam, aut preces interueniſſe? quid ſi proponatur appellatum fuiſſe ab electione, nec poſſe interpoſitâ appellatione vlteriùs procedi, *cap. conſiderauimus*, *cap. cum nobis*, & *cap. audítis*, *eod. tit.* Sed hoc vltimum non poſſe impedire electionem quæ fit ſecundum formam dicti *capitis quia propter*, Certum eſt, quia in ea omne appellationis obſtaculum remouetur, ſi modò is eligatur in quem maior & ſanior pars Capituli conſenſerit.

Ad hoc verò, quod tertio loco propoſuimus, potiſſimùm fit collatio, vt diſpiciatur in quem maior & ſanior pars Capituli conſenſerit: proinde ſi vnus tantùm ſit electus, ſic faciliùs poterit expediri collationis tractatus, ſin vero plures difficiliùs: ſi quidem quando vnus tantùm electus eſt, non fit collatio numeri ad numerum, meriti ad meritum, zeli ad zelum, cùm nulla alia ſit electio; ſed meritum eius qui eligitur, inſpicitur, & illud quoque diſquiritur an ij qui elegerunt optimo zelo ducti, non per preces, aut ſordes in eum conſenſerint: vbi autem plures electi ſunt, tunc fiet collatio numeri ad numerum, meriti ad meritum, zeli ad zelum, *cap. in Geneſi*, *Extra de electione.* Vel ergo vnus electus eſt, vel plures, ſi vnus, ſufficit maiorem partem elegiſſe etſi duplo maior non ſit; item ceſſat collatio & tantùm inſpicitur meritum electi, & zelus electorum: ſi plures, vel duplo maior pars elegit Epiſcopum, & ita ceſſat collatio, quia duplo maior pars cenſetur etiam ſanior; inſpicitur tamen meritum electi, & zelus electorum: vel duæ partes minùs idoneũ elegerũt; & tunc fit collatio *cap. 9. ſi quãdo de elect. in 6.* ſed & pluribus electis adhuc diſtinguendum: nam ſi duæ partes ex tribus partibus electorum vnum elegerint, ceſſat collatio *cap. ſi quando tit. in 6.* vt fiat ſcilicet comparatio authoritatis, meriti, zeli; ſed fit tantùm eo modo quo diximus fieri cùm vnus tantùm electus eſt. Ergo quoties duplo maior pars ex parte vnius electi non ſteterit, tunc verè fit collatio authoritatis, meriti, zeli; & authoritatem, meritum, zelum ſic diſtinguunt Interpretes vt authoritatem & meritum tam reſpectu eligentium, quàm eorum qui eliguntur conſiderent; deinde authoritatem eſſe dicunt cùm ex vna parte ij qui eligunt ſunt Decani, Archidiaconi, Præpoſiti, prouectiori ætate, antiquiori inſtitutione, in maioribus ordinibus, *cap. 22. dudum*, & *D. cap. in Geneſi eod. tit.* in electis vero ſi Electus, ſit Cardinalis, Princeps, vel alia præeminentia gaudeat. Meritum autem conſideratur & in eligentibus & in electo, tàm in vita, quàm in eminenti ſcientia. At zelus quomodo conſiderandus eſt iam dixi. Si denique pars maior, non tamen duplo maior, vnum elegerit,

minor & ſanior alium, locum habet collatio vt A dicemus infrà *hoc capite.*

Eſt vero Collationis tractatus adeò neceſſarius, vt eius omiſſio vitiet electionem *cap. Cumana eod. tit.* & in eo tractatu arbitror licitum eſſe electoribus variare, licet poſt publicationem ſcrutinij ante collationem non liceat, *cap. publicato*, quoniam cùm functi ſint officio ſuo, non eſt mutandum ſcrutinium iam publicatum, ex eorum arbitrio: ſed ſi in collationis tractatu non liceret variare, fruſtra fieret collatio meriti ad meritum, zeli ad zelum, numerusque tantum ſpectaretur, vt vbi maior numerus eſſet, ibi melior zelus præſumeretur, quemadmodum allegabatur *in cap. Eccleſia eod. tit.* eamque opi- B nionem proculdubio Gloſſa confirmat *in dicto cap. ſi quando in 6. verb. opponendi*; quæ, hæc verba eius capitis, electionibus celebrans, eſſe ponderanda dicit, quia collatio ante electionem rectè fit, in qua diſcutiuntur quæ ad externuationem authoritatis, zeli, & meriti oppoſita ſunt: proinde exiſtimamus non ſolum eo caſu minorem partem accedere poſſe ad majorem, & æqualem ad æqualem, vbi æqualia vota ſunt, vt putat Panormitanus *in dicto cap. publicato*, ſed etiam & interdum majorem ad minorem, vbi ſcilicet ex vna parte duplò major numerus eligentium non ſtat: nam vbi duplo major numerus ſtat, ceſſat collatio, vt antè dixi *ex dicto cap.* C *ſi quando.*

Poſtquam Collationis tractatus finitus, mox ſequi debet electio, nullo actu extraneo intermedio *cap. cum in iure*, *Extra de elect.* quæ ſolemniter pronuncianda eſt per vnum nomine Capituli, & per verba ſingularis numeri *cap. ſicut, de elect. in Sexto*, & *cap. cum ab vno, de ſententia & re iudicata eod. lib.*

Fieri verò debet quia vt dictum eſt eius major & ſanior pars conſenſit, vbi duo tractanda ſunt, primùm an neceſſe ſit in electionibus Prælatorum majorem partem Capituli adeſſe; alterum quando intelligatur electio Prælati, à majore & ſaniore parte Capituli facta.

D Quod ad primum attinet, non eſt dubium ex ſuperioribus omnes vocandos eſſe, qui ius eligendi Prælatum habent: nam contemptus vnus obeſt electioni: ſi non omnes affuerint, per præſentes electio fiet, dummodo (dicunt quidam Interpretes) duæ partes Capituli affuerint, *argum. l. nulli D. quod cuiuſque Vniuerſitatis*; & *l. Nominationum de Decurionib. lib. 10. Cod.* in qua duæ partes Ordinis in vrbe, totius Curiæ inſtar exhibent: & vera eſt ſententia, nam *l. 160. de regulis iuris*, refertur ad vniuerſos quod publicè fit per maiorem partem: & facit *lex 7. & 30. D. de pactis*, & *lex 19. D. ad municipalem*, his verbis, quod major pars Curiæ effecit, pro E eo habetur ac ſi omnes egerint; Verba legis *nulli*, ſunt: nulli permittetur nomine Ciuitatis, vel Curiæ experiri, niſi ei cui lex permittit, aut lege ceſſante ordo dedit, cùm duæ partes adeſſent, aut ampliùs quàm duæ. Quod tamen alijs non placet, qui putant quemlibet numerum eligere poſſe, etiamſi non ſint duæ partes, dum omnes vocati ſint; quia cenſent eos qui vocati venire noluerunt, feciſſe ſe alienos ab electione, abſurdumque eſſe vt qui per contumaciam, aut per contemptum abſunt in numero electorum computentur *cap. Cum nobis Extra de electio.*

A *Gl. in cap. quod circa eod. tit. in Clementinis*: quam nos opinionem vno caſu recipercmus, ſi electores eſſent in fine termini à iure ſtatuti, intra quem electio facienda eſt; quoniam tunc ius Collegij in vnum etiam poteſt recidere, *can. 9. ſi forte, Diſt. 65.* & *l. 7. D. quod cuiuſque vniuerſita. nomine, vel contra eam agatur*; in qua ſi vniuerſitas ad vnum redit, ſtat nomen vniuerſitatis in eo: cæterum ſi non ſint in fine termini non potuerunt præſentes eligere ſi non adſint duæ partes, quia non niſi duæ partes Capituli totum repræſentant; & ideo nonniſi duæ partes terminum reſtringere & abbreuiare poſſunt, vt docent Interpretes *in dicto cap. 19. cùm nobis* B *Extra de electio. & ex ll. citatis colligitur.*

Alterum non habet difficultatem ſi à maiora ſimul & ſaniore parte Capituli electio facta fuerit, *cap. 6. licet*, *& cap. 42. quia propter*, cum permultis alijs *Extra eod. t.*

Sed dubium verſatur quando ab vna parte adeſt maior pars Capituli, ab altera ſanior; veluti ſi ij qui ætate, dignitate, & meritis alios antecellunt aliquem elegerint, alium vero maior numerus; & *Gl. in dicto cap. 57. Eccleſia dict. tit. de elect.* putat prævalere numerum ſi multùm excedat, veluti ſi penè duæ partes eligentium èx vna parte adſint, *cap. 22. dudum Extra dicto tit. de elect.* alioquin prævalere electionem C quæ à ſaniore parte Capituli facta fuerit, *argum. cap. 32. in noſtra præſentia*, *Extra de Teſtib.* Quod confirmari dicit *dicto cap. 57. Eccleſia*: ſed hoc vltimum non probat *dictum cap. cum Eccleſia*, quia in eo capite agitur tantum de electione quæ fuit facta à ſaniore. Propterea Panormitanus exiſtimat neutram illo caſu valere, illam quoniam à ſaniore parte Capituli facta non eſt, hanc vero quoniam non à maiore sed exiſtimo Iudicis eſſe id examinare: nam cùm ex dictis ſuprà tunc cùm duæ partes neminem elegerunt, ſit collationi locus, malè Panormitanus ait neutram valere: Iudex ergo videbit ſicut prætor *l. 8. D. de pactis*, vel in pari numero authoritatem & dignitatem, vel in pari D numero & Dignitate humaniorem ſententiam; & maiorem hic partem accipere non debemus partium comparatione minorum, veluti ſi duodecim electores ſint & quinque Petrum elegerint, quatuor Iacobum, & tres Clementem non valebit electio Petri *cap. 48. Eccleſia, de elect.* & *cap. 23. ſi cui eod. tit. in Sexto 6.* ſed intelligimus maiorem partem, Electorum à parte Petri ſtare debere, ſeptem nempe.

Nec obſtat quod facta à maiore parte Patronorum præſentatio valeat, licet maior pars omnium non concurrat, *cap. 3. quoniam Extra de Iure Patron.* hoc enim ideo receptum eſt in iure E patronatus, quod Patroni vt ſinguli præſentent, at per ſingulos non intelligatur fieri electio, ſed per totum Collegiũ ſiue Capitulum, vt dicendũ eſt planè vbi maior pars ſcienter elegerit indignum, valebit electio facta à minori parte de digno, quaſi poteſtas electionis deuoluta ſit ad minorem partem quæ dignum elegit, *cap. 53. congregato, & cap. 40. ſcriptum eſt, Extra de elect.* tenet electio facta à minori parte, ſi minùs quàm duæ partes aliquem poſtulauerint in Epiſcopum, minor vero pars alium elegerit; quod ſingulari iure inductum, quia fauendum potiùs fuit viæ ordinariæ electionis, quàm poſtula-

tioni, cuius via extraordinaria.

Secundam formam Electionis eſſe diximus per Compromiſſum quando ij qui ius eligendi habent, in alios, cõpromittunt qui eligant, promittentes ſe recepturos in Paſtorem quem elegerint, *dicta cap. 42. quia propter, verſ. vel ſaltem*, ſiue in aliquos de Collegio ſuo compromiſerint, ſiue in extraneam perſonam, *cap. 8. cauſam, Extra eod.* Neceſſe verò eſt vt ab omnibus de Collegio compromiſſum fiat *gl. in dicto cap. quia propter, in verb. vice omnium*: & diligenter forma compromiſſi ſeruanda eſt, *cap. 32. cum dilectus de elect.* per compromiſſum vero olim electus fuit Ioannes 21. qui ſemetipſum elegit ex Papirio Maſſono *in eius vita, lib. de vitis Pontificum Roman.*

Tertia Forma eſt per Inſpirationem, vel veram quæ fit Deo reuelante, vel per quaſi inſpirationem, cùm Electores nullo tractatu præcedente, omnes in vnum conſentiunt *dicto cap. quia propter, gl. in verſ. & cum humanæ, in verb. inſpiratione de electionib. in pragmat. ſanct.* & ita Fabianus factus eſt Romanus Pontifex: nam cùm de eligendo aliquo ageretur, nec cogitarent de Fabiano, & columba eius capiti inſediſſet, omnes clamauerunt vno animorum conſenſu illum eo dignitatis gradu dignum, & abſque mora abreptum in Sede Pontificali collocarunt, vt eſt apud Euſebium *lib. 6. cap. 22. hiſt. Eccleſiaſt.*

Quæritur in quibus Electionibus locum habeat diſpoſitio *dicti cap. quia propter*, an in Electionibus tantum Epiſcoporum, & cæterorum Prælatorum Eccleſiarum Collegiatarum; an vero etiam in electionibus Canonicorum & inferiorum Dignitatum, & miniſteriorum; & receptior eſt opinio *gl. in dict. cap. in verbo Eccleſiis*, formam præſcriptam in eo capite ſeruandam tantùm in electionibus Epiſcoporum, & cæterorum Prælatorum, quoniam illa forma fuit inſtituta vt Eccleſiis Viduatis ſuccurreretur; non poteſt autem dici viduata Eccleſia niſi quæ Epiſcopum amiſerit; qui ſponſus Eccleſiæ dicitur *can. 11. & 39. 7. quæſt. 1.* Adde quod ea beneficia, & inferiora miniſteria, non ſunt propriè & verè electiua, *§. Monaſteriis de Regia ad Prælaturas nominatione facienda, in Concordatis.* Proprie & verè Electiua ſunt in quibus deſideratur Confirmatio Superioris; in his verò non exigitur, ſed Canonici, vel alij qui eligunt, eligendo conferunt: propterea Collatiua magis dici debent quam electiua, *gl. in eodem §. Monaſteriis in verb. electiuis.*

Nec refert quod ſi Collatiua eſſent poſſet ſuſtineri eorum prouiſio clandeſtina, quemadmodum clam ſæpiùs hodiè fieri collationes Beneficiorum ſupra diximus, *in fine quinta partis*, quod repugnat *dicto cap. quia propter, in §. fin.* nam poteſt quidem occulta donatio ſuſtineri, quoniam ab vno fiunt collationes, electiones verò in quibuſdam Beneficiis clam fieri non poſſunt, alioquin haberent præſumptam ſuſpicionem fraudis vel doli.

Poſtquam Electio facta & publicata eſt, debet Electo quàm citiùs fieri poterit, præſentari, vt ipſe electioni de ſe factæ conſentiat, & *in cap. 16. cupientes, verſ. cæterum de elect. in Sexto.* Octo dies in rem præſtiti ſunt: ac de hoc deliberare poterit Electus intra tres menſes, vt exiſtimat Balſamo *in canon. 25. ſynodi Chalcedonen.*

A ſed hac cõſtitutione Gregorij X. *in concilio Lugdunenſi* aliter definitum eſt, vt nempe intra menſem à die præſentationis numerandum conſentiat, & ab eo die quo conſenſerit, infra tres menſes Confirmationem electionis ſuæ poſtulet *cap. 6. quàm ſit di. tit. de elect. in Sexto.* Et quid in his qui confirmationem petere debent a Romano Pontifice ſit definitum, traditur *in dicto cap. 16. cupientes.*

Electus autem poſt conſenſum electioni præſtitum, acquirit ſibi ius in Beneficio, ſed ante confirmationem electionis non habet exercitium eius iuris; habet (inquit) *gl. in can. 10. quanto, Diſt. 63.* adminiſtrationem in habitu, non in actu; Imo adeo omnis adminiſtratio ei eſt interdicta, vt omni iure priuetur quod habet B in Prælatura, ſi ante confirmationem adminiſtrauerit, *cap. 9. noſtri, & cap. 17. qualiter Extra, de elect.* niſi fortè diſpenſatiuè illud ei concedatur, *vt in cap. 44. nihil eſt, dicto tit.*

Porro petitam Electionis confirmationem non ſtatim concedet Metropolitanus, aut quiuis alius Superior à quo poſtulatur, ſed tantum præmiſſâ accuratâ inquiſitione, & examinatione, *cap. 19. cum nobis, & dicto cap. 44. nihil eſt, de elect.* & patet *can. 13. de Syracuſanæ Diſt. 28.* ſummum Pontificem diſtuliſſe per annum Confirmationem Epiſcopi, quod vxorem & filios haberet. Quæ Inquiſitio fiet etiam nullo ad- C uerſario exiſtente, nulla præcedente infamiâ, & nullo iureiurando exacto à teſtibus, quod non eſt exigi neceſſe, ſed ſufficit ſi indagare curet ex officio ſuo Superior *dicto cap. 19. cum nobis*, & examinabuntur ab eo tàm forma electionis, quàm merita Electi, omneſque circumſtantiæ, vt ſi electio confirmanda, vel infirmanda ſit iudicialiter confirmetur vel infirmetur, vt habetur *in §. facta, de electionib. in pragm. ſanctione.*

Iudicialiter autem interpretamur per oblationem libelli, litis conteſtationem, & alium iudiciarium ordinem, vbi contradictor apparuerit *cap. 54. dudum de elect.* Si non ſit contradictor, poterit de plano, & ſine ſtrepitu D & figura Iudicij cognoſcere *cap. 2. diſpendioſam de Iudiciis in Clementin.* Factâ vero inquiſitione huiuſmodi, ſi electus non fuerit repertus idoneus, non ſolùm electio non confirmatur, verùm etiam & ij qui elegerunt priuantur quandoque iure & poteſtate Eligendi; vbi conſtituendi ſunt aliqui caſus.

Primus eſt vbi infirmatâ electione, non propterea ij qui elegerunt priuantur eo iure, eaue poteſtate, veluti ſi propter occultum crimen Electi ſit infirmata, *cap. 20. innotuit, de elect.* vel facta fuerit electio poſt appellationem interpo- E ſitam, aut poſt primam electionem nondum caſſatam, vt dicitur *cap. 8. cùm dilectus Extra de conſuetud. cap. 10. conſiderauimus de elect.* & *cap. 26. ſi electio, eod. in 6.*

Secundus caſus eſt quando à ſcientibus prudentibus indignus electus eſt, vel intra trimeſtre tempus electionibus præfinitum electio facta non eſt, vel contra præſcriptas electionum formas facta eſt, quibus caſibus infirmatâ electione puniuntur ij qui elegerunt iure & poteſtate eligendi ademptâ *cap. 7. cùm in cunctis §.*

fin. cap. 41. ne pro defectu, *& dicto cap. 42. quia propter*, §. *fin. ſæpius dicto tit. de elect.* ſed eo caſu quo indignum ſcientes elegerunt, ipſo iure priuantur ea vice; quando vero Extra præſcriptas electionum formas, priuantur per ſententiam *cap. 18. quamquam, eod. tit. in Sexto.*

Atque illis omnibus caſibus deuoluitur Eligendi poteſtas ad proximum Superiorem, & ſi Eccleſia Cathedralis vel Regularis ſit, ad Romanum Pontificem *dicto cap. 18. quamquam.* Sed hoc locum habet cùm omnes peccauerint, *cap. 53. congregato Extra de elect.*

Tertius & poſtremus caſus quando ij qui elegerunt non priuantur tantùm poteſtate eligendi pro ea vice, ſed intra certum tempus, vt in ſpecie *cap. 43. quiſquis eod.* vel etiam in perpetuum, vt cùm legimus apud Albertum Argentinenſem *in chronicis*, Capitulum Baſilienſe perpetuo iure & poteſtate eligendi fuiſſe priuatum.

Poſtquam confirmatus fuiſſet Epiſcopus, opus erat vt conſecraretur: quæ Conſecratio neceſſaria eſt, quoniam quamuis poſt confirmationem Epiſcopus plenam in ſpiritualibus & temporalibus adminiſtrationem conſequatur, non tamen poteſt exercere ea quæ ſunt ordinis, in quibus potiſſimum munus Epiſcoporum conſiſtit, *cap. 15. tranſmiſſam*, *& cap. 28. quod ſicut de elect.* Propterea tempus trium menſium ſtatutum eſt, intra quod confirmatus Epiſcopus ſe conſecrari poſtulet, *can. 1. Diſt. 101. & cap. 7. cum in cunctis* Extra d. tit.

Puto autem labi Duarenum *cap. 1. lib. 5. de Beneficiis*, cùm exiſtimat olim conſecrationem non fuiſſe diſtinctam à confirmatione: nam præter quàm *in can. 1. Diſt. 64.* qui deſumptus eſt *ex can. 4. Nicana ſynodi*, & *in ſeqq. cann.* hæc apertè diſtinguitur, & Reſcripta Pontificum hodie diſtinguunt, notum eſt Balſamonem *in can. 1. Apoſtolor.* affirmare eum canonem qui ſic habetur, Epiſcopum à duobus vel tribus Epiſcopis eſſe ordinandum; de conſecratione accipiendum eſſe, non de electione, & verbum *χειροτονεῖν* ibi de conſecratione accipi.

Conſecrationem autem eſſe Metropolitani certum eſt, & legitur apud Helmoldum *cap. 80. lib. 1. Chronic. Sclauorum*, Adrianum papam recuſaſſe aliquem conſecrare in Epiſcopum, quod futurum eſſet vt hæc conſecratio fieret cum iniuria Metropolitani.

De Poſtulatione.

CAP. II.

POſt electionem ſequitur Poſtulatio, de qua nunc tractandum, quæ habet aliquid ſimile cum electione, non eſt tamen electio: duabus enim vijs prouidetur Dignitatibus quæ vacant, per electionem, & poſtulationem: non ignoramus autem his verbis poſtulationis: & Electionis promiſcuè vſos veteres *can. 11. Epiſcopus Diſt. 61. & can. 14. literas, Diſt. 63.* ſed tamen diligenter diſtinguenda eſt Electio à poſtulatione: olim enim, vt rectiſſimè docet Duarenus *cap. 2. lib. 5.* non erat in vſu Poſtulatio, ſed tantum electio, quoniam cùm Epiſcopus olim à Metropolitano atque Comprouincialibus Epiſcopis ordinaretur, electione Cleri, ac populi conſenſu, vt ſupra Docuimus *in 3. parte huius tractat.* Poſtulatio fuiſſet omnino ſuperuacua, quia totum negotium peragebatur præſente Metropolitano, & ſynodo Epiſcoporum, quæ huius rei poteſtatem habebat, *can. 3. Valentinianus Diſt. 63.* Quamuis enim ſupra *in dicta 3. part.* diximus confirmari ſolitos olim vt & hodie Epiſcopos à Romano pontifice, ſaltem in Occidente, hoc tamen accipiendum eſt ſic vt ſæpe, ne moram viduatæ Eccleſiæ paterentur, à Metropolitano & Primatibus confirmationes Epiſcoporum fierent, authoritate tamen Apoſtolicâ, vt ibi diximus: quomodo *in can. 25. cum longe 63. Diſt.* Ius confirmandi Epiſcopos in Hiſpania Archiepiſcopo Toletano delatum legitur apud Bedam *Hiſt. Eccleſiaſt. Anglorum gentis lib. 2. cap. 18.* legitur Honorium Romanum Pontificem decreuiſſe *in epiſt. ad Eduinum Regem Northumbria* vt eum Dorouernenſis, vel Eboracenſis Archiepiſcopus de hac vita tranſiſſet, is qui ſupereſſet conſors eiuſdem gradus haberet poteſtatem alterum Sacerdotem ordinandi in locum eius qui tranſiſſet, ne eſſet neceſſe ad Romanam vſque ciuitatem per tam prolixa terrarum & maris ſpatia pro ordinatio Sacerdote recurrere: & antiquis canonibus poteſtas & confirmatio electionis pertinebat per ſingulas prouincias ad Metropolitanum *dicto can. 4. & 6. ſynodi Nicana*, ſi Eccleſia Primatem non habebat; nam ſi habebat, Primatis Præceptum neceſſarium fuit, *can. 12. ſynodi 2. Carthaginenſis*: Cùm itaque vno & eodem actu expediretur temporibus antiquis totum electionis negotium, non fuit poſtulatio in vſu, vt pote inutilis.

Nec obſtat quod Gratianus *in can. Epiſcopus in fine, Diſt. 61.* ſcribat D. Ambroſium, cùm nondum baptiſatus eſſet, ab Imperatore poſtulatum fuiſſe non electum; nam verum eſt eum electum fuiſſe, *can. 3. Valentinianus, Diſt. 63.* ſed Gratianus reſpexit ad illud quod poſteà inoleuit in Eccleſia, non ad id quod vſurpabatur temporibus D. Ambroſij, vt rectiſſimè ſcribit Duarenus. Poſtea cùm deſiiſſet ille mos antiquus, cœpit eſſe poſtulatio neceſſaria quando is dignus exiſtimabatur qui eligi non poterat, vel quod nondum ſacro lauacro tinctus eſſet, vt D. Ambroſius; vel quia Laicus, vt D. Nicolaus; vel quia non iuſtæ ætatis, aut defectum Natalium pateretur, quod diuinâ gratiâ ſpirante ſæpe contigiſſe vt tales Perſonæ eligerentur, dicitur *in can. 80. Apoſtolor.* & *can. ſtatuimus §. his omnibus, Diſt. 61.*

Sic autem tractatus Poſtulationis rectè expedietur, vt primum videamus quid ſit Poſtulatio, & an duplex ſit; deinde in quo differat ab Electione, & quæ neceſſaria in ea ſint; tum qui poſtulare, quique poſtulari poſſint; poſtmodum apud quem Poſtulatio facienda ſit, & quænam admittenda ſit poſtulatio; poſtremò quæ ſit vis & poteſtas poſtulationis.

Quod ad primum attinet, certum eſt Poſtulationem nihil eſſe aliud quam gratiam à Superiore factam, quò aliquis promoueatur ad prælaturam, ad quam de Iure Communi propter aliquod impedimentum, eligi non poterat. Malo definire Poſtulationem, gratiam, quàm cum Panormitano petitionem gratiæ, quia poſtulatio

petitione fit, *can. Oſius §.1. Diſt. 61.* finis autem huius petitionis eſt gratia propter quam poſtulatio & fit & admittitur.

Non probo autem quam hic Interpretes comminiſcuntur duplicem Poſtulationem, aliam ſolemnem, aliam non ſolemnem eſſe dicunt, quando ab eo poſtulatur qui non poteſt diſpenſare ſuper impedimento, requiritur tamen eius conſenſus in promotione, vt fit quando Monachus, qui non poteſt conſentire electioni de ſe factæ ſine licentia Abbatis, *cap. ſi Religioſus de elect. in Sexto*, poſtulatur ab Abbate: nam vt recte Corraſius *cap. 2. partis 4. tractatus de Sacerdotiis*, Abbatis authoritas reſpectu poſtulati tantùm conſiderari poteſt, Poſtulatio autem fit apud Superiorem poſtulantium: & reſpectu Poſtulati, Poſtulatio non poteſt conſiderari dupliciter, quia omnis poſtulatio eſt de eo qui eligi non poteſt; in propoſito autem conſtat Monachum eligi poſſe, vt dictum eſt.

Dicitur Poſtulatio, *Gratia*, quia ij qui poſtulant, diſpenſationem petunt, poſtulant gratiam, quià iure deficiunt, *cap. innotuit de elect.* Itaque nunquam dicimus eum poſtulari qui poteſt eligi: Longaque eſt differentia inter electionem & poſtulationem, & propterea Bonifacius *in cap. vn. de poſtulat. prælator. in Sexto*, reprobat eiuſmodi formas electionis & poſtulationis, *eligo poſtulando, poſtulo eligendo, eligo in poſtulandum, vel eligo & poſtulo*, & ſimiles, cùm nec vera electio, nec vera poſtulatio ex ipſis reſultet.

Eſt autem hæc præcipua differentia inter electionem & poſtulationem, quòd Electio innitatur iuri, neque enim petitur aliud à Superiore à quo Confirmatio electionis petitur, quàm vt jus exequatur; poſtulatio verò innititur gratiæ, quia à Superiore petitur vt diſpenſet cum poſtulato, vt iam diximus; & poſtulatio nullum ius tribuit, vt electio *cap. penult. de poſtulat. prælator.* nam etiam, vt docent Interpretes, ij qui eligunt conſentiunt in electum, veluti in ſponſum Eccleſiæ, & per electionem initiatur vinculum matrimonij quod contrahitur inter Electum & Eccleſiam, *cap. 21. cum inter, de elect. & cap. de tranſlation. Epiſcopi*, at in poſtulatione ij qui poſtulant, Vota ſua non dirigunt in poſtulantem, ſed magis in Superiorem, vt poſtulatio gratiam faciat.

Eſt autem neceſſarium in poſtulatione non ſolùm vt viâ ſupplicatoria & humili incedant poſtulantes, *dicto cap. innotuit*, *Extrà de elect. & cap. 1. cum ſeqq. de poſtulat. Prælator.* ſed etiam vt libello poſtulationis inſeratur omnis defectus poſtulati, vt notatur in dicto *cap. innotuit*: & ita in electione nullus defectus ſupponitur, ſicut in poſtulatione.

Oportet autem quoties defectum ætatis patitur is qui poſtulatur, vt ſaltem vigeſimum ſeptimum ætatis annum attigerit, *cap. diſpendiis, de poſtulatio. Prælator. in Extrauagantib. communib.*

Quod vero ad eos qui poſtulare poſſunt, attinet, verum eſt generaliter eos poſtulare poſſe qui ius eligendi habent; & conſequenter quæcumque diximus ſuprà obſeruanda in electionibus Prælatorum, de omnibus vocandis, de tempore, de loco, & aliis ſolemnitatibus Ele-

A ctionum, eadem quoque ſunt obſeruanda in Poſtulationibus, vt docet *gl. in verb. electionem, de electione, in pugnat. ſan.* & propterea in Poſtulationibus quoque ſeruabitur forma *cap. quia propter de ele.*

Dubitatur an Poſtulantes vnanimes & concordes eſſe oporteat, an verò vt in electione ſufficiat factam à maiore & ſaniore parte Capituli; & cum in *cap. 4. de poſtulatio. Prælator.* requiratur concors poſtulatio, non videtur ſufficere quod à maiori parte Capituli facta fuerit, vt in ſpecie *cap. 3. eod. tit.*

Cæterùm ſi à maiori & ſaniori parte Capituli fiat ſatis habetur concors: vbi tamen diſtinguendum eſt an concurrant electio & poſtulatio, quo
B caſu non admittitur poſtulatio niſi numerus poſtulantium duplo maior ſit quàm eligentium, *cap. ſcriptum è. de ele.* an verò non concurrant, & tunc ſufficit ſi à maiore & ſaniore parte Capituli facta ſit.

Nec obſtat quod actus Poſtulationis ſit actus gratiæ, actus vero gratiæ non ſoleant concedi niſi omnibus conſentientibus, *gl. in cap. cum omnes, de conſtitutionib.* quia in poſtulatione gratia non proficiſcitur à poſtulantibus, ſed à Superiore qui poſtulationem admittit, *cap. penult. de poſtulatio. Prælator. & cap. cupientes §. penult. de elect. in Sexto.* Illud quoque inter electionem & poſtulationem intereſt, quod in electione, poſtquam publicatum ſcrutinium eſt, non licet variare, vt dictum eſt, at licet in po-
C ſtulatione antequam præſentata Superiori ſit, *cap. 4. de poſtulat. Prælator.* quia in poſtulatione nullum ius acquiritur poſtulato, vt dictum eſt: proinde nibil ſit in eius iniuriâ ſi variatio admittatur. Quod verum eſt niſi compromiſſarij poſtulauerint; quia enim non licet Canonicis qui compromiſerint, reuocare quod à Commiſſariis factum eſt, ideo non poſſunt Canonici recedere à Poſtulato, & variare, *cap. in cauſis, de electio.* niſi vt ibi recte Panormitanus docet, ipſi Compromiſſarij reuocationi conſenſerint tunc enim irrita erit poſtulatio, ſi nondum Superiori præſentata ſit.

Circa illud quod diſpiciendum nunc ſequi-
D tur Quinam Poſtulari poſſint, generale eſt omnes poſtulandos eſſe qui eligi non poſſunt, *cap. fin. de poſtulat. Prælator.* vt illegitimus *cap. innotuit de elect.* Sed hoc accipiendum eſt niſi indignus poſtuletur, nam qui poſtulant ſcienter indignum, non minùs priuantur eâ vice poteſtate eligendi & poſtulandi, quàm ij qui ſcienter eligunt, *cap. 1. & 2. eod. tit. & cap. ſcriptum in ſi. de elect.* propterea eos poſtulandos eſſe qui non poſſunt eligi, ſic interpretamur, qui ſcilicet non poſſunt eligi propter aliquod iuris impedimen-
E tum; alias tamen idonei ſunt, veluti de illegitimo matrimonio nati, quique defectum in ætate, vel ordine patiuntur, *dicto cap. innotuit.* Nec aliud eſt in eo qui alteri Eccleſiæ Cathedrali alligatus eſt, qui etiam eligi non poteſt, ſed poſtulandus eſt; quoniam priora Eccleſiæ vincula ſunt diſſoluenda, eo modo quo maritus conſtantibus primis nuptiis, ſecundam vxorem ducere non poteſt, *can. 4. ſicut vir 10. Quæſt. 7.* Diuerſa eſt ratio eorum qui Religioſi ſunt, Abbates, Præpoſiti, vel alias inferiores dignitates obtinent: ij enim non prohibentur eligi, ſed vt conſenſum præſtent electioni de ſe factæ,

poſt, *cap. vn. vt Eccleſiaſtica beneficia ſine dimi-nutien. conferant.* & *cap. 7. de cenſib.* Sed ſi ante Collationem fructus ex iuſta cauſa perceperit, putà vt æs alienum Eccleſiæ diſſolueret, vt *in cap. penult. de verbor. ſignificat.* hoc procul erit à ſimonia.

Præter ambitum cauendum eſt in Collationibus beneficiorum ne vni collator conferat beneficium & alteri attribuat Penſionem ex reditibus beneficij, quæ ſit pro beneficio, quoniam eo modo accideret vt diſſiparentur & diſpesgerentur reditus beneficiorum, *cap. 10. & 30. de Prab.*

Et quoque cauendum eſt ne duobus det beneficium, vel ex vna Præbenda duas faciat; vtrumque enim prohibetur Concilio Toronenſi *cap. 8. & capp. 20. 25. 26. & 36. de Prabend.* B Primùm ea ratione quâ pluralitas beneficiorum inhibetur, de qua re ſuo loco dicetur; quod vt nemo binas coniuges habere poteſt, ita nec vna debet eſſe coniux plurium: Alterum verò quià æquom non eſt vt quæ ſingulis attributa ſunt, erogentur in plures. Nec refert quod ex Præbenda aut beneficio ſuperſit aliquid Clerico vltra neceſſaria, quia vt ſæpe iam dictum eſt, quod ſupereſt erogandum in pauperes *can. 19. & 27. 12. quaſt. 1.* eo tamen caſu quo auctæ fuerint Eccleſiæ facultates, augeri poterit numerus præbendarum, *cap. 9. de conſtitut.* & *cap. 33. de verbor. ſignificat.* quando Concilij Turonenſis C prohibitio hanc limitationem recipit, niſi ſubſit iuſta cauſa præbendas diuidendi, & plures ex vna conſtituendi *dicto cap. 26. vacante, de Prab.* & *cap. 3. ad audientiam, de Eccleſiis ædificand. vel repar.*

De Penſionibus quæ in Beneficij Collationibus retinentur.

CAP. III.

QVod dictum eſt ſupra ex *cap. 30. extirpanda. de Prabend.* non poſſe conferri alicui beneficium ea lege vt alteri Penſio, id eſt portio quædam ex reditibus beneficij aſſignetur; recipit quaſdam limitationes, quæ hic tractandæ ſunt; & de penſionibus quæ ſunt affines beneficiis dicendum ideo eſt copioſiùs & generaliùs.

Penſionem appellat Duarenus *cap. 4 lib. 6. de beneſic.* Annuum, & rectè quidem, vbi in annos ſingulos penſio præſtanda veniret, *cap. 9. præterea, de tranſactionib.* cæterùm ſi aliud tempus penſioni præfinitum ſit, puta vt duos, tres, vel quinque annos penſio præſtetur, non rectè appellabitur Annuum. Penſionem idem Duarenus definit delibationem beneficij, quia ex eo quod vniuerſum Beneficiarij foret, pars quædam alteri attribuitur: exemplo definitionis Legati, quod Florentinus *in l. Legatum 117. de legat. 1.* delibationem hæreditatis appellat. Quæ Delibatio beneficij, vel fit ex fructibus, vel ex aliis prouentibus, quandoque in pecunia numerata. *cap. 21. niſi, de prabend.* & quandoque ex diſtributionibus quotidianis, vbi nempe tales diſtributiones ſunt etiam quæ dantur his qui horis non interſunt, argumento *cap. 50.* A *poſtulaſti, de prabend. in Extrauag. communib.*

Penſionum ſumma diuiſio eſt vt quædam dentur Laicis, quædam Clericis; & quæ Clericis dantur rurſus dantur vel ob ſacrum & ſpiritoale miniſterium, vel nullo eiuſmodi onere iniuncto.

Non inficias autem eo eas penſiones quæ præſtantur Laicis ex prouentibus Eccleſiarum, quandoque præſtari ob munus aliquod prophanum iniunctum, vt quæ penduntur Aduocatis Eccleſiarum, vel pulſatoribus campanarum, *can. 4. quicumque 12. quaſt. 2.* quandoque verò ſine vllo onere, veluti quæ benè meritis de Eccleſia tribuuntur, *cap. 25. nobis, de iure patronat.* ſed hæc nullam differentiam ſpecificam conſtituunt in penſionibus quæ Laicis dantur. B At in his quæ Clericis, plurimum intereſt an dentur ob ſacrum & ſpiritale miniſterium, an verò nullo iniuncto onere.

Duo ergo propterea genera penſionum quæ præſtantur Clericis, conſtituenda cenſemus. Prius genus ſic eſt explicandum vt vel Dicamus Penſiones dari Vicariis perpetuis, vel Vicariis temporalibus, vel aliis quàm Vicariis. Vicarios Perpetuos conſtitui in beneficiis duobus caſibus contingit: primus eſt quando aliqua Eccleſia pertinet ad religioſum locum pleno iure, id eſt & quoad ſpiritualia & quoad tempora-C lia, quo caſu dicitur in *can. 1. viſis, 16. Quaſt. 2.* Religioſum locum eam Eccleſiam regere debere per ſuos Sacerdotes, quod intelligeramus ex *cap. vn. de ſupplend. neglig. Pralator. in Clement.* & ex *cap. 1. de ſtatu Monachor. §. cæterum in Clement* vt vnus ex Religioſis Monaſterij, Vicarius Perpetuus conſtituatur; ſed ſi Eccleſia pleno iure ad Religioſum locum non pertineat, ſed quoad temporalia tantùm, tunc per ſæculares Clericos Eccleſia regetur, qui ad præſentationem Monachorum inſtituatur, *cap. 3. cùm & plantare §. in Eccleſiis, Extra de priuilegiis.* Inter quos duos caſus differentia eſt, quòd in priore, inſtitutio & deſtitutio Monachorum D eſt, nec vllæ ſunt in hac re partes Epiſcopi, *cap. 21. quoniam, de priuileg.* In poſteriore autem inſtitutio & deſtitutio Epiſcopi eſt. Vtroque verò caſu Congrua Portio ſeu penſio aſſignanda eſt Vicario perpetuo, vt inde ſeipſum alere, hoſpitalitatem ſeruare, & iura Epiſcopalia perſoluere poſſit, *cap. de Monachis, & cap. extirpanda, de prabend.* ſed intereſt in eo quod vbi inſtitutio Epiſcopi eſt, Epiſcopus non debet priùs à præſentatione Monachorum preſbyteros inſtituere, quàm Monachi congruam eis aſſignauerint portionem, *dicto cap. de Monachis; dicto cap. extirpanda & cap.* in Lateranenſi *eod. tit.*

In Eccleſiis autem quæ pleno iure pertinent ad Monachos, Epiſcopi nil poſſunt ordinariâ E poteſtate, ſed Apoſtolica tãtùm, quæ quidem eis attribuitur conſtitutione Clementis 3. *in cap. 1. eod. t. in Sexto*, & pleniùs conſtitutione Clementis 5. *in cap. vn. de ſupplen. negl. pralat. in Clementin.* per quam poſſunt & debent quod in ea re per auaritiam aut negligentiam Monachorum peccatum fuerit, ſupplere vel emendare. Quod autem diximus de deſtitutione Preſbyterorum qui inſtituti ſunt Vicarij perpetui, accipiendum ita eſt vt deſtitui poſſint ex iuſta cauſa & rationabili, propter quã amitteretur be-

neficium, *cap. ad hec Extra de offic. Vicar.* pro arbitrio vero & voluntate Epiſcopi, ſi Sæculares ſint, aut pro libidine Monachorum, ſi Religioſi, deſtitui non poterunt, *can. ſatis perverſum, Diſt.* 56. Ex quo quidam exiſtimant Vicariam perpetuam eſſe beneficium; maximè cum iura quæ loquuntur de beneficiis, habeant locum in Vicariis perpetuis, *cap. Michael, de fil. presbyteror. cap.* 27. *poſtulaſti, Extra de Reſcript. & cap. vn. de offic. Vicar. in Clementinis.* ſed non ita eſt, quod inde ſequeretur vt in vno eodemque beneficio duo eſſent intitulati, quod eſſe non poteſt, quia vt dictum eſt ſuprà, vna Eccleſia debet eſſe vnius Sacerdotis, *cap. cùm non ignores, Extra de Præbend.* Præterea ſatis eſt vt dicamus Titulum Eccleſiæ reſidere penes Monachos, & habitu eos eiuſmodi Eccleſias obtinere, actu vero & exercitio ipſum Vicarium perpetuum, quod & docuimus ſuprà *in* 1. *parte huius tractatus.*

Secundus caſus quo accidit vt in beneficiis perpetuus Vicarius conſtituatur, eſt quando Beneficium annexum eſt Menſæ alicuius Prælati, vel Dignitati alicui, vel Præbendæ, vt in dicto *cap. extirpanda* §. *quia verò, & in cap. expoſuiſti eod. tit.* quo caſu idem obſeruatur quod ſuperiore obſeruari dixi: nam ſi Eccleſia Patronata ſit, inſtitutio Vicarij perpetui fiet ab Epiſcopo ad præſentationem patroni, congruâ prius Vicario aſſignatâ portione, *cap.* 1. *de iure Patronat. in Clement.* & Vicarius perpetuus actu curam animarum habebit, ſi Eccleſia Parochialis ſit; Alter verò, cuius menſæ, vel Dignitati, vel Præbendæ eſt annexa Eccleſia, habebit titulum beneficij, quem vulgo Rectorem primitiuum appellamus; & de iis Eccleſiis conſtitutum eſt *cap.* 16. *decreti de reformat. ſeſſ.* 25. *concil. Trident.* vt ſi Cura animarum contra inſtitutionem ſeu fundationem in Vicarium perpetuum tranſlata fuerit, ſi congrua portio non fuerit aſſignata intra terminum anni in eo Concilio præfinitum, vel commodè illud fieri non poſſit, cum primum per ceſſum vel deceſſum Vicarij aut Rectoris, alterum eorum vacauerit, vel Vicaria, vel Rectoria, Vicariæ nomen ceſſet, & beneficium in antiquum ſtatum reuertatur.

Vicarios vero temporales in beneficiis conſtitui accidit cùm Rector Eccleſiæ parochialis abeſt ſtudiorum causâ. *cap. cùm ex eo, de elect. in Sexto.* vel cùm tempus indulgetur Clerico intra quod accedat ad Eccleſiam vt in ea reſidentiam faciat, & interim alius in eum locum temporariè ſubrogatur, qui eius vices gerat, *cap.* 28. *peruenit, de appellationib.* Sunt Vicarij quoque temporales, qui vel non reſidentibus ex quacumque alia cauſa, vel plura beneficia incompatibilia habentibus, vel illiteratis exiſtentibus Ordinariis conſtituuntur, congruâ eis aſſignatâ portione iuxta Concilium Tridentinum *cap.* 2. *decreti de reformat. ſeſſ.* 6. & *cap.* 5. *ſeſſ.* 7. & *cap* 6. *ſeſſ.* 21. nam remotâ causâ propter quam conſtitutio Vicarij facta eſt, remouetur Vicarius.

Duobus autem modis contingere poteſt vt Penſiones ob ſacrum & ſpirituale miniſterium aliis quàm Vicariis præſtentur, quorum primus eſt ſi ſibi Rector Eccleſiæ Clericum aſciuerit qui ad Eccleſiæ miniſterium neceſſarius ſibi vi- A detur, æquum eſt vt ei ex reditibus Eccleſiæ proſpiciat, vt notatur in *cap conquerente Extra de Clericis non reſidentib.* Alter modus traditur à Panormitano in *cap. expoſuiſti, Extra de Præbend.* quando abſque vnione Eccleſiarum ſtatuitur penſio ex reditibus vnius Eccleſiæ ſoluenda Canonico, vel Rectori alterius Eccleſiæ, quod non repugnat rationibus iuris, vt ex reditibus diuitis Eccleſiæ pauperi Eccleſiæ ſubueniatur; quia Eccleſia vna eſt quæ multa membra habet, nec abſurdum eſt vt vnum alteri ſubueniat, *can. loquitur,* 24. *Quæſt.* 1.

Poſterius genus penſionis eſt quando nullo adſtricto onere ſacri miniſterij, Clericis penſiones B attribuuntur commodè, quod quatuor pertractatis optimè explicabitur. Primum à quibus imponi penſiones poſſint; ſecundum propter quas cauſas imponi poſſint; tertium vſque ad quam quantitatem, & quibus beneficiis; quartum denique quod ius habeat is cui penſio conſtituta eſt, & quibus modis finiatur & extinguatur Penſio.

Quod ad primum pertinet, non eſt dubium penſionem non poſſe imponi ſine authoritate Superioris, *cap. niſi. verſ. quia igitur,* ē *de Præben. & cap.* 1. §. *eadem, de ſupplen. neg. prælator. in Clement.* Superiorem hic intelligimus Romanum pontificem, qui plenariam habet in Bene- C ficiis poteſtatem, vt ſæpè iam dictum eſt; Legatum quoque, Archiepiſcopum, Epiſcopum: nam regula eſt quotieſcumque aliquid permittitur à iure, & illud non ſibi ſpecialiter reſeruauit Romanus Pontifex, eius quoque poteſtatem habere Epiſcopum, *cap.* 29 *nuper, de ſent. excommunicat.* & de penſione illud manifeſtè probat *cap. extirpāda.* §. *fin. de Præbendæ.* vbi prohibetur Epiſcopus penſionem in fraudem imponere, ergo ceſſante fraude imponere poterit. In hoc tamen Regno obtinet vt ſolus Papa penſionem imponere poſſit, nec citra eius authoritatem impoſitio penſionis valeat, vt docet Rebuffus D *in tract. de pacificis poſſeſſoribus num.* 105.

De Cauſis vero propter quas imponi poſſunt Penſiones beneficiis, primùm indubitatum eſt non poſſe eas ſine cauſa imponi; ſi ſine cauſa fuerint impoſitæ, cenſebuntur in fraudem impoſitæ, vt *in cap. ad audientiam* 31. *de Reſcriptis,* ſi modò ab Epiſcopo impoſitæ fuerint; non, ſi à Romano Pontifice; quia propter plenitudinem poteſtatis, ipſius voluntas pro iuſta & legitima cauſa habenda eſt. Non recipitur tamen in hoc Regno niſi tribus in caſibus, vt omnes paſſim docent: primus eſt propter bonum pacis, quando Beneficium litigioſum eſt, *dicto cap. niſi, de præbend.* quo tamen caſu diſpiciendum eſt E an fingatur lis causâ conſtituendæ penſionis, quia tunc penſionis impoſitio non valeret, *cap.* 3. *de colluſio. detegend.*

Secundus in fauorem Reſignantis niſi ex cauſa permutationis reſignatio fieret; æquum enim eſt Reſignanti, qui nihil recipit, nec recipere debet, niſi ex cauſa reſignationis recipiat, reſeruari penſionem vt inde ſeipſum exhibeat.

Tertius in Permutatione ſi vnum beneficium ſit altero pinguius, tunc enim poterit imponi Penſio pinguiori beneficio *cap. ad quæſtiones. Extra de rerum permutat.*

Aliæ ſunt Cauſæ quæ iure probantur, & quas expediret recipi, imponendarum Penſionum,

ſi maluerit Penſionarius, poſſit agere aduerſus A hæredes fato functi Beneficiatij, vt notatur *in cap. 1. de ſolutionib.*

De quibuſdam alijs in Collatione neceſſarijs.

CAP. IV.

Est quoque neceſſarium in omni Collatione Beneficij vt purè fiat, non ſub conditione: eſt enim Collatio actus legitimus perſolemnis: B Actus vero legitimos conditionem nullam admittere certum eſt *cap. 2. de election. in Sexto.* Excipiunt tamen Interpretes conditionem quæ tacitè ineſt, etiamſi non exprimatur, quod eiuſmodi conditio propriè conditio non ſit *l. 3. D. de lega. 1.* Proinde dicunt poſſe conferri beneficium ſub hac conditione, ſi vacat, quod reiicit *initio huius 5. partis*: quia obſtat regula *de veriſimili notitia obitus.* Dicunt quoque excipi Romanum Pontificem, qui ex ſuprema poteſtate quam habet, beneficium ſub conditione conferre poteſt, dummodo non inde inducatur ſimonia, iure diuino prohibita. Panormitanus *in cap. ſignificaſti. de elect.* & vt collatio Beneficij conditionem non recipit, ſic nec alternatione fieri C poteſt, hoc modo Titio vel Mæuio tale beneficium confero. Archidiaconus *in can. paſtoralis, 7. quæſt. 1.*

Palam quoque fieri debere collationem dicunt ex *cap. vn. § porro, vt Eccleſiaſt. benefic. ſine diminutio. conferantur*; vbi dicitur occultum locum eſſe, et vt collatio ſuſpicione non careat. Cæterum non improbatur conſuetudo quæ iam inoleuit vt Epiſcopi in ſuis Cameris paucis præſentibus beneficia conferant: debent tamen literæ Collationis confici *cap. 1. iniunctæ de elect. in Extrauag. communib.* in quibus teſtes ſuſcribere debent ad minùs duo, ſicque fuiſſe iudicatum refert Rebuffus in *rubrica de collatio-* D *nib. in concordat.* Cætera requiſita in literis collationum exequitur Rebuffus *in praxi Beneficior. 1. part. de collatione, & tit. de requiſitis ad collationem.*

SECTIO SEV
PARS VI.

De modis quibus iure Ordinario obtinentur Beneficia.

Nunc ad Sextam partem huius tractatus veniendum eſt, quæ eſt de modis quibus iure Ordinario obtinentur beneficia. Hi autem ſunt Electio, Poſtulatio, Tranſlatio, Collatio ſiue fiat iure ordinario, ſiue deuoluto; Inſtitutio quæ fit præcedente Præſentatione, Vnio, Commenda, & poſſeſſio triennalis.

De Electione.

CAP. I.

Electio & Poſtulatio locum habent in Dignitatibus: propterea longe differunt a Collationibus; & Beneficia electiua a collatiuis, vt ex ſequentibus apparebit; quamuis qui eligunt quodammodo conferre videantur.

Electio definitur idoneæ perſonę ad prælaturas & dignitates rite facta optio, de qua priùs dicendũ fuit quàm de poſtulatione, quia elegi potiùs debet Prælatus, quàm poſtulari, & frequentiùs prouidetur Eccleſiis per Electionem, quam per poſtulationem; denique Electio innititur Iuri, Poſtulatio Gratiæ, vt infrà videbimus.

Varias formas Eligendorum Epiſcoporum recenſuimus in tertia parte; & de conſenſu ſiue aſſenſu principum & populi in electionibus abundè quoque diximus: quæ omnia iure nouo ſunt immutata, & vt Epiſcopus à Collegio Canonicorum Eccleſiæ eligeretur, conſtitutum, Abbas à Conuentu Monachorum ſuorum, Abbatiſſa à Monialibus, *can. fin. 16. Quæſt. vlt. cap. 5. & cap. cùm terra de elect. & cap. indemnitatib. eod. tit. in Sexto.* ſed hoc eſt accipiendum, non vt electio Epiſcopi fiat ab omnibus Canonicis tam Eccleſiæ Cathedralis, quam inferiorum dependentium & collegiatarum, ſed vt tantùm à Canonicis Eccleſiæ Cathedralis, & ſimiliter Abbatis electio non fiet à Monachis Monaſteriorum dependentium & ſubditorum, ſed tantùm à Monachis Monaſterij ſuperioris, cuius eſt Abbas, *gl. in verbo eligant, de electionib. in pragm. ſanctio.*

Antequam vero de forma electionis agamus, quæ hodiè triplex eſt, per Scrutinium, per viam Compromiſſi, & per Inſpirationem, *cap. quia propter de elect.* neceſſariò ſunt explicanda quæ peragi eſt neceſſe priuſquam ad ipſum electionis actum deueniatur.

Primum verò neceſſe eſt omnes Canonicos qui ſunt in prouincia vocari ad electionem celebrandam, alioquin magis obeſt electioni contẽptus vnius, quam prodeſt conſenſus plurimorum, *cap. coram, cap. venerabilem, cap. bonæ memoriæ, & cap. in Geneſi eod. tit.* Quod & olim obtinebat eo tempore quo Epiſcopus a Metropolitano & Comprouincialibus Epiſcopis eligebatur, vt apparet ex *can. 6. concilij Sardicenſis*: & hodie quoq; in receptionibus Canonicorum, & electionibus inferiorum Dignitatum E obſeruatur, *cap. cùm in Eccleſiis de præbend.* Vocandi autem ſunt etiamſi intereſſe antè noluerint tractatui qui fiebat ad terminum ſtatuendum, intra quem electio celebraretur; nec enim propterea renunciaſſe videntur quo minus vellent intereſſe electioni, *cap. 57. Eccleſia, vbi gl. 7. de elect.* & vocandi ſunt modo ſine periculo poſſint conuocari, *cap. quod ſicut eod. tit. & 4. cap. cùm in Eccleſiis de Præben. in Sexto.* Dicunt tamen ſi per præſentes facta ſit electio, nec abſentes vocati fuerint, non eſſe irritam ipſo iure electionem, ſed eam irritari tantùm his poſtulantibus, qui contempti ſunt, *dicto*

A *cap. quod ſicut, d. cap. in Geneſi,* & *d. cap. 7. Eccleſia* vnde dicit *Gl. in dicto cap. 33. cùm in Eccleſiis* vocationem abſentium non eſſe de ſubſtantialibus formis electionis; ſed & ſi conſuetudo ſit vt ſoli præſentes eligant, non irritabitur, vt docet eadem Gloſſa: nam conſuetudo ius eligendi tribuit *cap. cùm Eccleſia, de cauſa poſſeſſion. & proprietat.* Idemque eſt ſi Romanus Pontifex ſolis præſentibus mandauerit vt eligerent, *cap. cùm olim, Extra de ſentent. & re iudicata, Gloſ. ſa in verbo aliud, tit. de electioni. & reſeruationib. in pragmat. ſanctio.* Interdum tantùm abſentes cum præſentibus eligant, ſi iuſto impedimento detenti Procuratorem ad eligendum aliquem de Collegio conſtituerint ſecundum

B formam *dicti cap. quia propter §. illud de Elect.* & *capitis pen. eod. tit. in Sexto.* ſed quamuis vetum ſit omnes Canonicos Eccleſię in qua prælatus eligendus eſt, vocandos eſſe vt interſint electioni; hoc tamen accipiendum eſt modo ex aliqua cauſa non prohibeantur eligere: finge enim quoſdam eorum impuberes eſſe, aut in ſacris ordinibus minimè conſtitutos; hi non erunt vocandi, quia ius ſuffragij non habent *cap. ex eo de elect. in 6. cap. 2. de ætat. & qualit. & ord. præficiendor. in Clement.* exceptis Monialibus quæ ad electionem Abbatiſſarum admittuntur poſt duodecimũ ętatis annum, *cap. indemnitatibus de electione in Sexto*: quoniam, vt rectè do-

C cent Interpretes, in religioſis perſonis non ſolet ordo ſpectari, ſed religio. Ex hoc vero quod neceſſe ſit in ſacris ordinibus eſſe conſtitutos Clericos ſæculares qui eligunt, inde ſequitur vt irregularitas quæ vſum ordinum impedit, impediat quoque ius ſuffragij *cap. is qui de ſentent. excommunicatio. in Sexto.* Idemque eſt in interdictis, qui cùm prohibeantur officio diuino intereſſe, conſequens eſt vt eligere non poſſint, *cap. 1. Extra de poſtulatio. prolator.* & *cap. cùm inter, de electione.* Quod multo magis in excommunicatis maiori excommunicatione locum habet, qui arcentur omnino, *cap. venerabilem*

D *eod. 1.* ſed in excommunicatis minori excommunicatione, contra eſt, quoniam à Sacramentorum tantùm participatione remouentur, non à collatione, quamuis ſi eligant aut conſentiant, graue peccatum committant, *cap. fin. Extra de Clerico excommunicato, depoſi. vel intord. miniſtran.*

De Suſpenſis verò tenendum eſt eos qui ſuſpenſi fuerunt ab ordine & beneficio, vel ab ordine tantùm, non poſſe eligere, *cap. quia diuerſitatem, Extra de conceſſio. Præb.* & *cap. 8. cùm dilectus §. quia nobis, de conſuetud.* Idem eſt de ſuſpenſis ab officio Clericali, quia officiũ Cle-

E ricale conſiſtit in vſu ordinum, & exequendis iis quæ ſunt ordinis: ſecus eſt in ſuſpenſis à Beneficiis, quia ſuſpenſus à Beneficio non propterea ſuſpenſus ab ordine eſt, cujus ratione poteſtas eligendi Clerico competit; & ideo ſuſpenſus à Beneficio ius eligendi retinere dicitur *in cap. 25. cùm Vuintonienſis, de electio.*

Quo autem tempore conuocandi ſint Canonici, & intra quod tempus Electio facienda ſit, patet etiam ex quibuſdam Iuris locis: nam *ex can. nullus Diſtinct. 79.* conſtat tertia die poſt obitum Prælati, licere conuocari, imo & ſtatim; non tamen ante obitum licebit de huiuſmodi conuo[c]atione tractare, vt ex his quæ do-

A cui ſuprà *in princi. 5. part. huius tractatus*, colligitur *ex cap. 26. bonæ memoriæ de elect.* Vnde verſus illi apud Matthæum Paridem de Lambino, qui pecunia Epiſcopatum Burdigalenſem obtinere tentauerat, Epiſcopo nondum ſepulto.

> *Ære dato multo, nondum Paſtore ſepulto,*
> *Lambit adoptatum Lambinus pontificatum.*

Tres autem menſes ſtatuti ſunt, intra quos ordinationes fiant *Concilij Chalcedonenſis can. 25.* ex quo deſumptus eſt *can.* quoniam *Diſt. 25.* & alio Concilio generali habito temporibus Innocentij 3. cuius conſtitutio habetur *in cap. 41. ne pro defectu, de electio.* Sex menſes *Nouella Iuſtiniani 123. §. 1.* ſtatuti erant. Poteſt tamen illud

B tempus trium menſium ex iuſta cauſa prorogari, *dicto can. 25.* poteſt & reſtringi etiam ab ipſo Capitulo, quod elicit, *Gl. in verb. abbreuiationem, tit. de authoritate Conciliorum generalium,* & *in verb. aliud, tit. de electionib. & reſeruationib. in pragmat. ſanctio.*

Præfiniendus eſt quoque dies Electionis, *verſ. & cum humana, de electionib. in pragm. ſanct.* Præfiniendus eſt etiam locus quo electio fiat: debet autem electio fieri de iure in ipſa Eccleſia Cathedrali, cui prouidendum eſt de Paſtore, *cap. quod ſicut de electio* niſi aliud conſuetudine inductum ſit, *Gl. in dicto verſ. & cum humana, in verb. locum*: Matthæus Paris *in chronicis An-*

C *gliæ* ſcribit in recognitionibus conſuetudinum, ſeu libertatum Angliæ cautum fuiſſe vt electiones Epiſcoporum fierent in Capella Regia.

Poſtquam verò ad locum conuentum vel indictum omnes acceſſerunt, Miſſa de Spiritu Sancto celebranda & audienda eſt, licet olim ſufficeret inuocari Spiritus Sancti gratiam *cap. cum terra, de elect.*

Eligentes autem priùs Confeſſi, Sacramentum Euchariſtiæ ſuſcipient, *dicto verſ. & cum humana vbi Gl. in verbo ſuſcipiant*, exiſtimat has duas ſolẽnitates auditionis Miſſæ, & receptionis Euchariſtiæ obſeruandas tantùm in electionibus

D Epiſcoporum & Abbatum, in electionibus vero inferiorum Dignitatum non obſeruari.

Inſuper præſtandum eſt iuramentum, cujus forma præſcribitur *in dicto verſ. & cum humana*, illudque corporaliter, id eſt tactis ſacroſanctis Euangelijs, aut aliâ ſacrâ ſcripturâ, vt *in cap. Ego, de iureiurando, in cap. vbi periculum §. propterea de elect. in Sexto*: & hanc præſtationem iuramenti eſſe de ſubſtantia electionis cuiuſque Prælati cenſet *Gl. in dicto verſ. & cum humana, in verb. Prælato*: quæ omnia obtinent quæcumque forma electionis ſeruetur.

In electione verò quæ fit per Scrutinium hæc

E particularia ſunt: primum vt in vnum eligentes conueniant, congregenturque primum ſimul, quia non ſufficeret conſenſum eligentium ſingulariter præſtari, puta quod quiſque eligentium conſentiret in Camera ſua, ſed oportet vt collegialiter conueniant *cap. in Geneſi de electio.* Deinde oportet vt tres de Collegio aſſumantur fide digni, qui ſecretò & ſigillatim vota cunctorum exquirant, *dicto cap. quia propter*, Atque hi ab eo quod vota cunctorum exquirunt & ſcrutantur, dicti ſunt ſcrutatores: & hæc forma electionis dicitur fieri per Scrutinium. Puto hos tres ſeipſos ingerere non debere, & propterea ſi Capitulo non contradicente, cæteris

videntibus,

A videntibus, tacentibus, tres inciperent ſcrutari vota aliorum, hoc nullo modo valeret, & electio facta intelligeretur contra formam dicti *capitis quia propter*, vbi requiritur vt illi tres aſſumantur: nam etiam occurrendum eſt minis, pactionibus, ſtudiis potentiorum, qui fortè audacter ſeipſos ingererent, quò impedirent ne eligentes liberè vota ſua exprimerent. Et tres illi de Collegio eſſe debent, vt non alij immiſceantur electioni quàm ij quorum negotium eſt. Et vt tres ſint, de ſubſtantia electionis eſt, etſi aliud exiſtimet *gl. in dicto cap. quia propter, in verb. ſanior*, quod immutari non poteſt ſtatuto vel conſuetudine, quia ſtatutum aut conſuetudo nihil poteſt operari aduerſus legem B Superioris, *cap. ne Romani de elect. in Clement.* Eos autem vult Innocentius 3. *in dicto cap. quia propter*, vota cunctorum ſecretò & ſigillatim exquirere: (ſigillatim, interpretor, non turmatim, puta binos vel ternos ſimul, ſed vt ſinguli ſcrutatores ſingulorum qui ſunt de collegio vota particulatim exquirant, *cap. venerabili de teſtibus, & cap. inquiſitionis de accuſationib.*) & poſtea in ſcriptis redacta publicare in communi, quò ſcriptura probationem faciat de ſingulorum votis.

Publicatio verò ſcrutinij fit eadem de cauſa, vt aperta ſint ſingulorum vota, & conſenſus; & propterea publicatio ſcrutinij appellatur C conſenſuum publicatio, in *cap. 46. cum poſt*, & *cap. 48. Eccleſia, Extra de elect.* poſt quam non licet interim variare, quoniam qui ſemel elegerunt perfuncti officio ſuo ſunt, antè verò licet variare, cùm res adhuc integra ſit, *cap. antepenult. Extra de elect.* &c.

Poſt Publicationem Votorum nullo actu extraneo intermedio, Collationis tractatum habendum eſſe apparet ex his verbis dicti *cap. quia propter*, vt is collatione habitâ eligatur, in quem maior & ſanior pars Capituli conſenſerit: quem quidem tractatum multiplici de cauſa haberi exiſtimo, primùm vt antequam electio fiat, de perſonis electis quædam diſquiſitio fiat, deinde vt circumſpiciatur an ſit aliquid quod eligentibus opponi poſſit, vel vtrùm D ſit aliquid quod impedire valeat futuram electionem, ac demum vt dijudicetur quiſnam ille ſit in quem maior & ſanior pars Capituli conſenſit, vt is poſtea eligatur.

Quod ad primum pertinet, certum eſt accidere poſſe vt quædam pars eligentium, imò & maior eligat indignum quem putat eſſe dignum, quo caſu non dubito, eos qui indignum elegerunt, poſſe variare etiam poſt publicatum ſcrutinium, vel quia eligentes indignum nil elegerunt, nec propterea videntur officio ſuo functi, cùm ex eorum votis communis electio ſubſe- E quuta non ſit; vel etiam condemnetur in his qui indignum elegerunt, quod in propoſito ſuo ſteterunt nec variauerunt, *in cap. perpetuo, & cap. nulli de elect. in 6.*

Quòd verò ad ſecundum, de Perſonis Eligentium, inſpiciendum eſt an omnes eligere potuerint, quia nec excommunicati, nec Suſpenſi, nec alij quos ſuprà dixi, ius eligendi habent. Videndum eſt an quidam abſentes ſint qui vocari debeant, ne fortè accidat poſtea vt per eorum contemptum irritetur Electio.

Nec obſtat quod hoc poſteriore caſu differatur Electio, quam non differendam, & dilatam A vitiari dicitur in *cap. cum poſt, Extra de elect.* quoniam hoc procedit vbi protrahitur electio ex ignorantia & ignauia eligentium, ſecùs ſi differant ex iuſta aliqua cauſa, veluti ne irritetur futura Electio ex contemptu abſentium; vel vbi in fraudem electi electio protraheretur, quo etiam caſu compelluntur eligentes electionem ſuam inchoatam perficere, dicto *cap. publicato*. Eſt quoque diſpiciendum an impedimentum aliquod aut vitium ſubſit. Quid enim ſi dicatur tractatum fuiſſe antè habitum vt ipſe eligeretur, vt in *cap. per inquiſitionem eod. tit.* quid ſi pecuniam, aut preces interueniſſe? quid B ſi proponatur appellatum fuiſſe ab electione, nec poſſe interpoſitâ appellatione vlteriùs procedi, *cap. conſiderauimus, cap. cum nobis*, & *cap. auditis, eod. tit.* Sed hoc vltimum non poſſe impedire electionem quæ fit ſecundum formam dicti *capitis quia propter*, Certum eſt, quia in ea omne appellationis obſtaculum remouetur, ſi modò is eligatur in quem maior & ſanior pars Capituli conſenſerit.

Ad hoc verò, quod tertio loco propoſuimus, potiſſimùm fit collatio, vt diſpiciatur in quem maior & ſanior pars Capituli conſenſerit: proinde ſi vnus tantùm ſit electus, ſic faciliùs poterit expediri collationis tractatus, ſin verò plures C difficiliùs: ſi quidem quando vnus tantùm electus eſt, non fit collatio numeri ad numerum, meriti ad meritum, zeli ad zelum, cùm nulla alia ſit electio; ſed meritum eius qui eligitur, inſpicitur, & illud quoque diſquiritur an ij qui elegerunt optimo zelo ducti, non per preces, aut ſordes in eum conſenſerint: vbi autem plures electi ſunt, tunc fiat collatio numeri ad numerum, meriti ad meritum, zeli ad zelum, *cap. in Geneſi, Extra de electione.* Vel ergo vnus electus eſt, vel plures, ſi vnus, ſufficit maiorem partem elegiſſe etſi duplo maior non ſit; item ceſſat collatio & tantùm inſpicitur meritum electi, & zelus electorum: ſi plures, vel duplo maior pars elegit Epiſcopum, & ita ceſſat collatio, quia D duplo maior pars cenſetur etiam ſanior; inſpicitur tamen meritum electi, & zelus electorum: vel duæ partes minùs idoneū elegerint; & tunc fit collatio *cap. 9. ſi quādo de elect. in 6.* ſed & pluribꝰ electis adhuc diſtinguendum: nam ſi duæ partes ex tribus partibus electorum vnum elegerint, ceſſat collatio *cap. ſi quando tit. in 6.* vt fiat ſcilicet comparatio authoritatis, meriti, zeli; ſed fit tantùm eo modo quo diximus fieri cùm vnus tantùm electus eſt. Ergo quoties duplo maior pars ex parte vnius electi non ſteterit, tunc verè fit collatio authoritatis, meriti, zeli; & authoritatem, meritum, zelum ſic diſtinguunt Interpretes vt authoritatem & meritum tam reſpectu E eligentium, quàm eorum qui eliguntur conſiderent; deinde authoritatem eſſe dicunt cùm ex vna parte ij qui eligunt ſunt Decani, Archidiaconi, Præpoſiti, prouectiori ætate, antiquiori inſtitutione, in maioribus ordinibus, *cap. 22. dudum*, & *D. cap. in Geneſi eod. tit.* in electis verò ſi Electus, ſit Cardinalis, Princeps, vel alia præeminentia gaudeat. Meritum autem conſiderant & in eligentibus & in electo, tàm in vita, quàm in eminenti ſcientia. At zelus quomodo conſiderandus eſt iam dixi. Si denique pars maior, non tamen duplo maior, vnum elegerit,

minor & ſanior alium, locum habet collatio vt A dicemus infrà *hoc capite.*

Eſt vero Collationis tractatus adeò neceſſarius, vt eius omiſſio vitiet electionem *cap. Cumana eod. tit.* & in eo tractatu arbitror licitum eſſe electoribus variare, licet poſt publicationem ſcrutinij ante collationem non liceat, *cap. publicato*, quoniam cùm functi ſint officio ſuo, non eſt mutandum ſcrutinium iam publicatum, ex eorum arbitrio: ſed ſi in collationis tractatu non liceret variare, fruſtra fieret collatio meriti ad meritum, zeli ad zelum, numeruſque tantum ſpectaretur, vt vbi maior numerus eſſet, ibi melior zelus præſumeretur, quemadmodum allegabatur *in cap. Eccleſia eod. tit.* eamque opi- B nionem proculdubio Gloſſa confirmat *in dicto cap. ſi quando in 6. verb. opponendi*; quæ, hæc verba eius capitis, electionibus celebratis, eſſe ponderanda dicit, quia collatio ante electionem rectè fit, in qua diſcutiuntur quæ ad extenuationem authoritatis, zeli, & meriti oppoſita ſunt: proinde exiſtimamus non ſolum eo caſu minorem partem accedere poſſe ad majorem, & æqualem ad æqualem, vbi æqualia vota ſunt, vt putat Panormitanus *in dicto cap. publicato*, ſed etiam & interdum majorem ad minorem, vbi ſcilicet ex vna parte duplò major numerus eligentium non ſtat: nam vbi duplo major numerus ſtat, ceſſat collatio, vt antè dixi *ex dicto cap.* C *ſi quando.*

Poſtquam Collationis tractatus finitus, mox ſequi debet electio, nullo actu extraneo intermedio *cap. cum in iure, Extra de elect.* quæ ſolemniter pronuncianda eſt per vnum nomine Capituli, & per verba ſingularis numeri *cap. ſicut, de elect. in Sexto*, & *cap. cum ab vno, de ſententia & re iudicata eod. lib.*

Fieri verò debet quia vt dictum eſt eius major & ſanior pars conſenſit, vbi duo tractanda ſunt, primùm an neceſſe ſit in electionibus Prælatorum majorem partem Capituli adeſſe; alterum quando intelligatur electio Prælati, à majore & ſaniore parte Capituli facta.

D Quod ad primum attinet, non eſt dubium ex ſuperioribus omnes vocandos eſſe, qui ius eligendi Prælatum habent: nam contemptus vnus obeſt electioni: ſi non omnes affuerint, per præſentes electio fiet, dummodo (dicunt quidam Interpretes) duæ partes Capituli affuerint, *argum. l. nulli D. quod cuiuſque Vniuerſitatis*; & *l. Nominationum de Decurionib. lib. 10. Cod.* in qua duæ partes Ordinis in vrbe, totius Curiæ inſtar exhibent: & vera eſt ſententia, nam *l. 160. de regulis iuris*, refertur ad vniuerſos quod publicè fit per maiorem partem: & facit *lex 7. & 30. D. de pactis*, & *lex 19. D. ad municipalem*, his verbis, quod major pars Curiæ effecit, pro E eo habetur ac ſi omnes egerint; Verba legis *nulli*, ſunt: nulli permittetur nomine Ciuitatis, vel Curiæ experiri, niſi ei cui lex permittit, aut lege ceſſante ordo dedit, cùm duæ partes adeſſent, aut ampliùs quàm duæ. Quod tamen alijs non placet, qui putant quemlibet numerum eligere poſſe, etiamſi non ſint duæ partes, dum omnes vocati ſint; quia cenſent eos qui vocati venire noluerunt, feciſſe ſe alienos ab electione, abſurdumque eſſe vt qui per contumaciam, aut per contemptum abſunt in numero electorum computentur *cap. Cum nobis Extra de electio.* *Gl. in cap. quod circa eod. tit. in Clementinis*: quam nos opinionem vno caſu reciperemus, ſi electores eſſent in fine termini à iure ſtatuti, intra quem electio facienda eſt; quoniam tunc ius Collegij in vnum etiam poteſt recidere, *can. 9. ſi forte, Diſt. 65.* & *l. 7. D. quod cuiuſque vniuerſita. nomine, vel contra eam agatur*; in qua ſi vniuerſitas ad vnum redit, ſtat nomen vniuerſitatis in eo: cæterum ſi non ſint in fine termini non poterunt præſentes eligere ſi non adſint duæ partes, quia non niſi duæ partes Capituli totum repræſentant; & ideo nonniſi duæ partes terminum reſtringere & abbreuiare poſſunt, vt docent Interpretes *in dicto cap. 19. cùm nobis Extra de electio. & ex ll. citatis colligitur.*

Alterum non habet difficultatem ſi à maiore ſimul & ſaniore parte Capituli electio facta fuerit, *cap. 6. licet, & cap. 42. quia propter*, cum permultis alijs *Extra eod. t.*

Sed dubium verſatur quando ab vna parte adeſt maior pars Capituli, ab altera ſanior; veluti ſi ij qui ætate, dignitate, & meritis alios antecellunt aliquem elegerint, alium vero maior numerus; & *Gl. in dicto cap. 57. Eccleſia dict. tit. de elect.* putat prævalere numerum ſi multùm excedat, veluti ſi penè duæ partes eligentium ex vna parte adſint, *cap. 22. dudum Extra dicto tit. de elect.* alioquin prævalere electionem quæ à ſaniore parte Capituli facta fuerit, *argum. cap. 32. in noſtra præſentia, Extrà de Teſtib.* Quod confirmari dicit *dicto cap. 57. Eccleſia*: ſed hoc vltimum non probat *dictum cap. cum Eccleſia*, quia in eo capite agitur tantum de electione quæ fuit facta à ſaniore. Propterea Panormitanus exiſtimat neutram illo caſu valere, illam quoniam à ſaniore parte Capituli facta non eſt, hanc vero quoniam non à maiore: ſed exiſtimo Iudicis eſſe id examinare: nam cùm ex dictis ſuprà tunc cùm duæ partes neminem elegerunt, ſit collationi locus, malè Panormitanus ait neutram valere: Iudex ergo videbit ſicut prætor *l. 8. D. de pactis*, vel in pari numero authoritatem & dignitatem, vel in pari numero & Dignitate humaniorem ſententiam; & maiorem hîc partem accipere non debemus partium comparatione minorum, veluti ſi duodecim electores ſint & quinque Petrum elegerint, quatuor Iacobum, & tres Clementem non valebit electio Petri *cap. 48. Eccleſia, de elect.* & *cap. 23. ſi cui eod. tit. in Sexto 6.* ſed intelligimus maiorem partem, Electorum à parte Petri ſtare debere, ſeptem nempe.

Nec obſtat quod facta à maiore parte Patronorum præſentatio valeat, licet maior pars omnium non concurrat, *cap. 3. quoniam Extra de Iure Patron.* hoc enim ideo receptum eſt in iure patronatus, quod Patroni vt ſinguli præſentent, at per ſingulos non intelligatur fieri electio, ſed per totum Collegiũ ſiue Capitulum, vt dicendũ eſt planè vbi maior pars ſcienter elegerit indignum, valebit electio facta à minori parte de digno, quaſi poteſtas electionis deuoluta ſit ad minorem partem quæ dignum elegit, *cap. 53. congregato, & cap. 40. ſcriptum eſt, Extra de elect.* tenet electio facta à minori parte, ſi minùs quàm duæ partes aliquem poſtulauerint in Epiſcopum, minor vero pars alium elegerit, quod ſingulari iure inductum, quia fauendum potiùs fuit viæ ordinariæ electionis, quàm poſtula-

tioni, cuius via extraordinaria.

Secundam formam Electionis eſſe diximus per Compromiſſum quando ij qui ius eligendi habent, in alios, cõpromittunt qui eligant, promittentes ſe recepturos in Paſtorem quem elegerint, *dicto cap. 42. quia propter, verſ. vel ſaltem*, ſiue in aliquos de Collegio ſuo compromiſerint, ſiue in extraneam perſonam, *cap. 8. cauſam, Extra eod.* Neceſſe verò eſt vt ab omnibus de Collegio compromiſſum fiat *gl. in dicto cap. quia propter, in verb. vice omnium*: & diligenter forma compromiſſi ſeruanda eſt, *cap. 32. cum dilectus de elect.* Per compromiſſum vero olim electus fuit Ioannes 21. qui ſemetipſum elegit ex Papino Maſſono *in eius vita, lib. de vitis Pontificum Roman.*

Tertia Forma eſt per Inſpirationem, vel veram quæ fit Deo reuelante, vel per quaſi inſpirationem, cùm Electores nullo tractatu præcedente, omnes in vnum conſentiunt *dicto cap. quia propter, gl. in verſ. & cum humana, in verb. inſpiratione de electionib. in pragmat. ſanct.* & ita Fabianus factus eſt Romanus Pontifex: nam cùm de eligendo aliquo ageretur, nec cogitarent de Fabiano, & columba eius capiti inſediſſet, omnes clamauerunt vno animorum conſenſu illum eo dignitatis gradu dignum, & abſque mora abreptum in Sede Pontificali collocarunt, vt eſt apud Euſebium *lib. 6. cap. 22. hiſt. Eccleſiaſt.*

Quæritur in quibus Electionibus locum habeat diſpoſitio *dicti cap. quia propter*, an in Electionibus tantum Epiſcoporum, & cæterorum Prælatorum Eccleſiarum Collegiatarum; an vero etiam in electionibus Canonicorum & inferiorum Dignitatum, & miniſteriorum; & receptior eſt opinio *gl. in dict. cap. in verbo Eccleſiis*, formam præſcriptam in eo capite ſeruandam tantùm in electionibus Epiſcoporum, & cæterorum Prælatorum, quoniam illa forma fuit inſtituta vt Eccleſiis Viduatis ſuccurreretur; non poteſt autem dici vidua Eccleſia niſi quæ Epiſcopum amiſerit; qui ſponſus Eccleſiæ dicitur *can. 11. & 39. 7. quæſt. 1.* Adde quod ea beneficia, & inferiora miniſteria, non ſunt propriè & verè electiua, *§. Monaſteriis de Regia ad Prælaturas nominatione facienda, in Concordatis.* Proprie & verè Electiua ſunt in quibus deſideratur Confirmatio Superioris; in his verò non exigitur, ſed Canonici, vel alij qui eligunt, eligendo conferunt: propterea Collatiua magis dici debent quam electiua, *gl. in eodem §. Monaſteriis in verb. electiuis.*

Nec refert quod ſi Collatiua eſſent poſſet ſuſtineri eorum prouiſio clandeſtina, quemadmodum clam ſæpiùs hodiè fieri collationes Beneficiorum ſupra diximus, *in fine quinta partis*, quod repugnat *dicto cap. quia propter, in §. fin.* nam poteſt quidem occulta donatio ſuſtineri, quoniam ab vno fiunt collationes, electiones verò in quibuſdam Beneficiis clam fieri non poſſunt, alioquin haberent præſumptam ſuſpicionem fraudis vel doli.

Poſtquam Electio facta & publicata eſt, debet Electo quàm citiùs fieri poterit, præſentari, & ipſe electioni de ſe factæ conſentire, & *in cap. 16. cupientes, verſ. cæterum de elect. in Sexto.* Octo dies in rem præſtiti ſunt: ac de hoc deliberare poterit Electus intra tres menſes, vt exiſtimat Balſamo *in canon. 25. ſynodi Chalcedonen.*

A ſed hac cõſtitutione Gregorij X. *in concilio Lugdunenſi* aliter definitum eſt, vt nempe intra menſem à die præſentationis numerandum conſentiat, & ab eo die quo conſenſerit, infra tres menſes Confirmationem electionis ſuæ poſtulet *cap. 6. quàm ſit di. tit. de elect. in Sexto.* Et quid in his qui confirmationem petere debent à Romano Pontifice ſit definitum, traditur *in dicto cap. 16. cupientes.*

Electus autem poſt conſenſum electioni præſtitum, acquirit ſibi ius in Beneficio, ſed ante confirmationem electionis non habet exercitium eius iuris; habet (inquit) *gl. in can. 10. quanto, Diſt. 63.* adminiſtrationem in habitu, non in actu; imo adeo omnis adminiſtratio ei eſt interdicta, vt omni iure priuetur quod habet

B in Prælatura, ſi ante confirmationem adminiſtrauerit, *cap. 9. noſtri, & cap. 17. qualiter Extra, de elect.* niſi fortè diſpenſatiuè illud ei concedatur, *vt in cap. 44. nihil eſt, dicto tit.*

Porro petitam Electionis confirmationem non ſtatim concedet Metropolitanus, aut quiuis alius Superior à quo poſtulatur, ſed tantum præmiſſâ accuratâ inquiſitione, & examinatione, *cap. 19. cum nobis, & dicto cap. 4. nihil eſt, de elect.* & patet *can 11. de Syracuſana Diſt. 18.* ſummum Pontificem diſtuliſſe per annum Confirmationem Epiſcopi, quod vxorem & filios haberet. Quæ inquiſitio fiet etiam nullo ad-

C uerſario exiſtente, nulla præcedente infamiâ, & nullo inſtruitur exactò à teſtibus, quod non eſt exigi neceſſe, ſed ſufficit ſi indagare curet ex officio ſuo Superior *dicto cap. 19. cum nobis*, & examinabuntur ab eo tàm forma electionis, quàm merita Electi, omneſque circumſtantiæ, vt ſi electio confirmanda, vel infirmanda ſit iudicialiter confirmetur vel infirmetur, vt habetur *in §. facta, de electionib. in pragm. ſanctione.*

Iudicialiter autem interpretamur per oblationem libelli, litis conteſtationem, & alium iudiciarium ordinem, vbi contradictor apparuerit *cap. 54. dudum de elect.* Si non ſit contradictor, poterit de plano, & ſine ſtrepitu

D & figura Iudicij cognoſcere *cap. 2. diſpendioſam de Iudiciis in Clementin.* Factâ vero inquiſitione huiuſmodi, ſi electus non fuerit repertus idoneus, non ſolùm electio non confirmatur, verùm etiam & ij qui elegerunt priuantur quandoque iure & poteſtate Eligendi; vbi conſtituendi ſunt aliqui caſus.

Primus eſt vbi infirmatâ electione, non propterea ij qui elegerunt priuantur eo iure, eaue poteſtate, veluti ſi propter occultum crimen Electi ſit infirmata, *cap. 20. innotuit, de elect.* vel facta fuerit electio poſt appellationem interpo-

E ſitam, aut poſt primam electionem nondum caſſatam, vt dicitur *cap. 8. cùm dilectus Extra de conſuetud. cap. 10. conſiderauimus de elect. & cap. 26. ſi electio, eod. in 6.*

Secundus caſus eſt quando à ſcientibus prudentibus indignus electus eſt, vel intra terminum tempus electionibus præfinitum electio facta non eſt, vel contra præſcriptas electionum formas facta eſt, quibus caſibus infirmatâ electione puniuntur ij qui elegerunt iure & poteſtate eligendi ademptâ *cap. 7. cum in cunctis §.*

ſin. cap. 41. *ne pro defectu*, *& dicto cap.* 42. *quia propter*, §. *ſin. ſæpius dicto tit. de elect.* ſed eo caſo qooindigoom ſcientes elegerunt, ipſo iure priuantur ea vice; quando vero Extra præſcriptas electionum formas, priuantur per ſententiam *cap.* 18. *quamquam*, *eod. tit. in Sexto.*

Atque illis omnibus caſibus deuoluitur Eligendi poteſtas ad proximum Superiorem, & ſi Eccleſia Cathedralis vel Regularis ſit, ad Romanum Pontificem *dicto cap.* 18. *quamquam.* Sed hoc locum habet cùm omnes peccauerint, *cap.* 53. *congregato* Extra *de elect.*

Tertius & poſtremus caſus quando ij qui elegerunt non priuantur tantùm poteſtate eligeodi pro ea vice, ſed intra certum tempus, vt in ſpecie *cap.* 43. *quiſquis eod.* vel etiam in perpetuom, vt cùm legimus apud Albertum Argentinenſem *in chronicis*, Capitulum Baſilienſe perpetuo iuro & poteſtate eligeodi fuiſſe priuatum.

Poſtquam confirmatus fuiſſet Epiſcopus, opoaetat vt conſecraretur: quæ Conſecratio neceſſaria eſt, quoniam quamuis poſt confirmatioonem Epiſcopus plenam in ſpiritualibus & temporalibus adminiſtratiooem cooſequatur, oon tamen poteſt exercere ea qoæ ſunt ordinis, in quibus potiſſimoin munus Epiſcoporum conſiſtit, *cap.* 15. *tranſmiſſam*, *& cap.* 28. *quod ſicut de elect.* Propterea tempus trium menſium ſtatutum eſt, intra quod confirmatus Epiſcopus ſe conſecrati poſtulet, *can.* 1. *Diſt.* 101. *& cap.* 7. *cum in cunctis* Extra *d. tit.*

Puto autem labi Duarenum *cap.* 1. *lib.* 5. *de Beneficiis*, cùm exiſtimat olim conſecrationem non fuiſſe diſtinctam à confirmatione: oam præter quàm *in can.* 1. *Diſt.* 64. qui deſumptus eſt *ex can.* 4. *Nicana ſynodi*, & *in ſeqq. cann.* hæc apertè diſtinguitur, & Reſcripta Pontificum hodie diſtingount, notum eſt Balſamonem *in can.* 1. *Apoſtolor.* affirmare enim caoonem qui ſic habetur, Epiſcopum à duobus vel tribus Epiſcopis eſſe ordinaodum; de conſecratione accipiendum eſſe, non de electione, & verbum χειροτονεῖν ibi de conſecratione accipi.

Conſecrationem autem eſſe Metropolitani certum eſt, & legitur apud Helmoldum *cap.* 80. *lib.* 1. *Chronic. Sclauorum*, Adrianum papam recuſaſſe aliquem cooſecrare in Epiſcopum, quod foturom eſſet vt hæc conſecratio fieret cum iniuria Metropolitani.

De Poſtulatione.

CAP. II.

POſt electionem ſequitur Poſtulatio, de qua nonc tractaodom, quæ habet aliquid ſimile cum electiooe, oon eſt tamen electio: duabus enim vijs prouidetur Digoitatibus quæ vacant, per electionem, & poſtulationem: noo ignoramus autem his verbis poſtulationis: & Electionis promiſcoè vſos veteres *can.* 11. *Epiſcopus Diſt.* 61. & *can.* 14. *literas*, *Diſt.* 63. ſed tamen diligenter diſtinguenda eſt Electio à poſtulatione: olim enim, vt rectiſſimè docet Duarenus *cap.* 2. *lib.* 5. non erat in vſu Poſtulatio, ſed tantum electio, quoniam cùm Epiſcopus olim à Metropolitano atque Comprouincialibus Epiſ-

A copis ordinaretur, electione Cleri, ac populi conſenſu, vt ſupra Docuimus *in* 3. *parte huius tractat.* Poſtulatio fuiſſet omnino ſuperoacua, quia totum negotium peragebator præſente Metropolitano, & ſynodo Epiſcoporum, quæ huius rei poteſtatem habebat, *can.* 3. *Valentinianus Diſt.* 63. Quamuis enim ſupra *in dicta* 3. *part.* dixerimus confirmari ſolitos olim vt & hodie Epiſcopos à Romano pontifice, ſaltem in Occidente; hoc tamen accipiendum eſt ſic vt ſæpe, ne moram viduatæ Eccleſiæ paterentur, à Metropolitano & Primatibus coofirmationes Epiſcoporom fierent, authoritate tamen Apoſtolicâ, vt ibi diximus: quomodo *in can.* 25. *certo*

B *longe* 63. *Diſt.* Ius confirmandi Epiſcopos in Hiſpania Archiepiſcopo Toletano delatum legitur apud Bedam *Hiſt. Eccleſiaſt. Anglorum gentis lib.* 2. *cap.* 18. legitur Honorium Romanum Pontificem decreuiſſe *in epiſt. ad Eduinum Regem Northumbria* vt cum Dorouernenſis, vel Eboracenſis Archiepiſcopus de hac vita tranſiret, is qui ſupereſſet conſors eiuſdem gradus haberet poteſtatem alterum Sacerdotem ordinandi in locum eius qoi tranſiſſet, ne eſſet neceſſe ad Romanam vſque ciuitatem per tam prolixa terrarum & maris ſpatia pro ordinario Sacerdote recurrere: & antiqois canonibus pote-

C ſtas & confirmatio electionis pertinebat per ſingulas prouincias ad Metropolitanum *dicto can.* 4. *& 6. ſynodi Nicena*, ſi Eccleſia Primatem noo habebat; nam ſi habebat, Primatis Præceptum neceſſarium fuit, *can.* 12. *ſynodi* 2. *Carthaginenſis*: Cùm itaque vno & eodem actu expediretur temporibus aotiquis totum electionis negotium, non fuit poſtulatio in vſu, vt pote inutilis.

Nec obſtat quod Gratianus *in can. Epiſcopus in fine*, *Diſt.* 61. ſcribat D. Ambroſium, cùm nondum baptiſatus eſſet, ab Imperatore poſtulatum fuiſſe non electum; nam verum eſt eum electum fuiſſe, *can.* 3. *Valentinianus*, *Diſt.* 63.

D ſed Gratianus reſpexit ad illud quod poſteà inoleuit in Eccleſia, non ad id quod vſurpabatur temporibus D. Ambroſij, vt rectiſſimè ſcribit Duarenus. Poſtea cùm deſiiſſet ille mos antiquus, cœpit eſſe poſtulatio neceſſaria quando is dignus exiſtimabatur qui eligi noo poterat, vel quod noodum ſacro lauacro tinctus eſſet, vt D. Ambroſius; vel quia Laicus, vt D. Nicolaus; vel quia non iuſtæ ætatis, aut defectum Natalium pateretur, qood diuinâ gratiâ ſpirante ſæpe contigiſſe vt tales Perſonæ eligerentor, dicitur *in can.* 80. *Apoſtolor.* & *can. ſtatuimus* §. *hu omnibus*, *Diſt.* 61.

Sic autem tractatus Poſtulationis rectè expe-

E dietur, vt primum videamus quid ſit Poſtulatio, & an duplex ſit; deinde io quo differat ab Electione, & quæ neceſſaria in ea ſint; tum qui poſtulare, quique poſtulari poſſint; poſtmodum apud quem Poſtulatio facienda ſit, & quænam admittenda ſit poſtulatio; poſtremò quæ ſit vis & poteſtas poſtulationis.

Quod ad primom attinet, certum eſt Poſtulationem nihil eſſe aliud qoam gratiam à Superiore factam, quò aliquis promoueatur ad prælaturam, ad quam de Iure Communi propter aliquod impedimentum, eligi noo poterat. Malo definire Poſtulationem, gratiam, quàm cum Panormitano petitionem gratiæ, quia poſtulatio

petitione fit, *can. Oſius §. t. Diſt. 61.* finis autem huius petitionis eſt gratia propter quam poſtulatio & fit & admittitur.

Non probo autem quam hic Interpretes comminiſcuntur duplicem Poſtulationem, aliam ſolemnem, aliam non ſolemnem eſſe dicunt, quando ab eo poſtulatur qui non poteſt diſpenſare ſuper impedimento, requiritur tamen eius conſenſus in promotione, vt fit quando Monachus, qui non poteſt conſentire electioni de ſe factæ ſine licentia Abbatis, *cap. ſi Religioſus de elect. in Sexto*, poſtulatur ab Abbate: nam vt recte Cortaſius *cap. 2. partis 4. tractatus de Sacerdotiis*, Abbatis authoritas reſpectu poſtulati tantùm conſiderari poteſt, Poſtulatio autem fit apud Superiorem poſtulantium: & reſpecto Poſtulati, Poſtulatio non poteſt conſiderari dupliciter, quia omnis poſtulatio eſt de eo qui eligi non poteſt; in propoſito autem conſtat Monachum eligi poſſe, vt dictum eſt.

Dicitur Poſtulatio, *Gratia*, quia ij qui poſtulant, diſpenſationem petunt, poſtulant gratiam, quià iure deficiunt, *cap. innotuit de elect.* Itaque nunquam dicimus eum poſtulari qui poteſt eligi: Longaque eſt differentia inter electionem & poſtulationem, & proptereà Annifacius *in cap. vn. de poſtulat. prælator. in Sexto*, reprobat eiuſmodi formas electionis & poſtulationis, *eligo poſtulando, poſtulo eligendo, eligo in poſtulandum, vel eligo & poſtulo*, & ſimiles, cùm nec vera electio, nec vera poſtulatio ex ipſis reſultet.

Eſt autem hæc præcipua differentia inter electionem & poſtulationem, quòd Electio innititur iuri, neque enim petitur aliud à Superiore à quo Confirmatio electionis petitur, quàm vt jus exequatur; poſtulatio verò innititur gratiæ, quia à Superiore petitur vt diſpenſet cum poſtulato, vt iam diximus; & poſtulatio nullum ius tribuit, vt electio *cap. penult. de poſtulat. prælator.* nam etiam, vt docent Interpretes, ij qui eligunt conſentiunt in electum, veluti in ſponſum Eccleſiæ, & per electionem initiatur vinculum matrimonij quod contrahitur inter Electum & Eccleſiam, *cap. 21. cum inter, de elect. & cap. de tranſlation. Epiſcopi*, at in poſtulatione ij qui poſtulant, Vota ſuá non dirigunt in poſtulantem, ſed magis in Superiorem, vt poſtulatio gratiam faciat.

Eſt autem neceſſarium in poſtulatione non ſolùm vt viâ ſupplicatoria & humili incedant poſtulantes, *dicto cap. innotuit, Extrà de elect. & cap. t. cum ſeqq. de poſtulat. Prælator.* ſed etiam vt libello poſtulationis inſeratur omnis defectus poſtulati, vt notarunt in dicto *cap. innotuit*: & ita in electione nullus defectus ſupponitur, ſicut in poſtulatione.

Oportet autem quoties defectum ætatis patitur is qui poſtulatur, vt ſaltem vigeſimum ſeptimum ætatis annum attigerit, *cap. diſpendiis, de poſtulatio. Prælator. in Extrauagantib. communib.*

Quod vero ad eos qui poſtulare poſſunt, attinet, verum eſt generaliter eos poſtulare poſſe qui ius eligendi habent; & conſequenter quæcumque diximus ſuprà obſeruanda in electionibus Prælatorum, de omnibus vocandis, de tempore, de loco, & aliis ſolemnitatibus Ele- A ctionum, eadem quoque ſunt obſeruanda in Poſtulationibus, vt docet *gl. in verb. electionem, de electione, in pragmat. ſan.* & proptereà in Poſtulationibus quoque ſeruabitur forma *cap. quia propter de ele.*

Dubitatur an Poſtulantes vnanimes & concordes eſſe oporteat, an verò vt in electione ſufficiat factam à maiore & ſaniore parte Capituli; & cum in *cap. 4. de poſtulatio. Prælator.* requiratur concors poſtulatio, non videtur ſufficere quod à maiori parte Capituli facta fuerit, vt in ſpecie *cap. 3. eod. tit.*

Cæterùm ſi à maiori & ſaniori parte Capituli fiat ſatis habetur concors: vbi tamen diſtinguendum eſt an concurrant electio & poſtulatio, quo B caſu non admittitur poſtulatio niſi numerus poſtulantium duplo maior ſit quàm eligentium, *cap. ſcriptum §. de ele.* an verò non concurrant, & tunc ſufficit ſi à maiore & ſaniore parte Capituli facta ſit.

Nec obſtat quod actus Poſtulationis ſit actus gratiæ, actus vero gratiæ non ſoleant concedi niſi omnibus conſentientibus, *gl. in cap. cum omnes, de conſtitutionib.* quia in poſtulatione gratia non proficiſcitur à poſtulantibus, ſed à Superiore qui poſtulationem admittit, *cap. penult. de poſtulatio. Prælator. & cap. cupientes §. penult. de elect. in Sexto.* Illud quoque inter electionem & poſtulationem intereſt, quod in electione, poſtquam publicatum ſcrutinium eſt, non licet variare, vt dictum eſt, at licet in po- C ſtulatione antequam præſentata Superiori ſit; *cap. 4. de poſtulat. Prælator.* quia in poſtulatione nullum ius acquiritur poſtulato, vt dictum eſt: proinde nihil fit in eius iniuriâ ſi variatio admittatur. Quod verum eſt niſi compromiſſarij poſtulauerint; quia enim non licet Canonicis qui compromiſerint, reuocare quod à Commiſſariis factum eſt, ideo non poſſunt Canonici recedere à Poſtulato, & variare, *cap. in cauſis, de electio.* niſi vt ibi recte Panormitanus docet, ipſi Compromiſſarij reuocationi conſenſerint tunc enim irrita erit poſtulatio, ſi nondum Superiori præſentata ſit.

Circa illud quod diſpiciendum nunc ſequi- D tur Quinam Poſtulari poſſint, generale eſt omnes poſtulandos eſſe qui eligi non poſſunt, *cap. fin. de poſtulat. Prælator.* vt illegitimos *cap. innotuit de elect.* Sed hoc accipiendum eſt niſi indignus poſtuletur, nam qui poſtulant ſcienter indignum, non minùs priuantur eâ vice poteſtate eligendi & poſtulandi, quàm ij qui ſcienter eligunt, *cap. 1. & 2. eod. tit. & cap. ſcriptum in fi. de elect.* propterea eos poſtulandos eſſe qui non poſſunt eligi, ſic interpretamur, qui ſcilicet non poſſunt eligi propter aliquod iuris impedimen- E tum; alias tamen idonei ſunt, veluti de illegitimo matrimonio nati, quique defectum in ætate, vel ordine patiuntur, *dicto cap. innotuit.* Nec aliud eſt in eo qui alteri Eccleſiæ Cathedrali alligatus eſt, qui etiam eligi non poteſt, ſed poſtulandus eſt; quoniam priora Eccleſiæ vincula ſunt diſſoluenda, eo modo quo maritus conſtantibus primis nuptiis, ſecundam vxorem ducere non poteſt, *can. 4. ſicut vir* 10. *Quæſt.* 7. Diuerſa eſt ratio eorum qui Religioſi ſunt, Abbates, Præpoſiti, vel alias inferiores dignitates obtinent: ij enim non prohibentur eligi, ſed vt conſenſum præſtent electioni de ſe factæ,

ſin. cap. 41. ne pro defectu, *& dicto cap. 42. quia propter*, *§. fin. ſæpius dicto tit. de elect.* ſed eo caſu quo indiguum ſcientes elegerunt, ipſo iure priuantur ea vice; quando vero Extra præſcriptas electionum formas, priuantur per ſententiam *cap. 18. quamquam*, *eod. tit. in Sexto.*

Atque illis omnibus caſibus deuoluitur Eligendi poteſtas ad proximum Superiorem, & ſi Eccleſia Cathedralis vel Regularis ſit, ad Romanum Pootificem *dicto cap. 18. quamquam.* Sed hoc locum habet cùm omnes peccauerint, *cap. 53. congregato* Extra *de elect.*

Tertius & poſtremus caſus quando ij qui elegerunt non priuantur tantùm poteſtate eligendi pro ea vice, ſed intra certum tempus, vt in ſpecie *cap. 43. quiſquis eod.* vel etiam in perpetuum, vt cùm legimus apud Albertum Argentinenſem *in chronicis*, Capitulum Baſilienſe perpetuo iure & poteſtate eligendi fuiſſe priuatum.

Poſtquam confirmatus fuiſſet Epiſcopus, opus erat vt conſecraretur: quæ Conſecratio neceſſaria eſt, quoniam quamuis poſt confirmationem Epiſcopus plenam in ſpiritualibus & temporalibus adminiſtrationem conſequatur, non tamen poteſt exercere ea quæ ſunt ordinis, in quibus potiſſimum munus Epiſcoporum conſiſtit, *cap. 15. tranſmiſſam*, *& cap. 28. quod ſicut de elect.* Propterea tempus trium menſium ſtatutum eſt, intra quod confirmatus Epiſcopus ſe conſecrari poſtulet, *can. 1. Diſt. 101. & cap. 7. cum in cunctis* Extra *d. tit.*

Puto autem labi Duarenum *cap. 1. lib. 5. de Beneficiis*, cùm exiſtimat olim conſecrationem non fuiſſe diſtinctam à confirmatione: nam præter quàm *in can. 1. Diſt. 64.* qui deſumptus eſt *ex can. 4. Nicænæ ſynodi*, & *in ſeqq. cann.* hæc apertè diſtinguitur, & Reſcripta Pontificum hodie diſtinguunt, notum eſt Balſamonem *in can. 1. Apoſtolor.* affirmare eum canonem qui ſic habetur, Epiſcopum à duobus vel tribus Epiſcopis eſſe ordinandum, de conſecratione accipiendum eſſe, non de electione, & verbum χειροτονεῖν ibi de conſecratione accipi.

Conſecrationem autem eſſe Metropolitani certum eſt, & legitur apud Helmoldum *cap. 80. lib. 1. Chronic. Sclauorum*, Adrianum papam recuſaſſe aliquem conſecrare in Epiſcopum, quod futurum eſſet vt hæc conſecratio fieret cum iniuria Metropolitani.

De Poſtulatione.

CAP. II.

Poſt electionem ſequitur Poſtulatio, de qua nunc tractandum, quæ habet aliquid ſimile cum electione, non eſt tamen electio: duabus enim vijs prouidetur Dignitatibus quæ vacant, per electionem, & poſtulationem: non ignoramus autem his verbis poſtulationis: & Electionis promiſcuè vſos veteres *can. 11. Epiſcopus Diſt. 61.* & *can. 14. literas*, *Diſt. 63.* ſed tamen diligenter diſtinguenda eſt Electio à poſtulatione: olim enim, vt rectiſſimè docet Duarenus *cap. 2. lib. 5.* non erat in vſu Poſtulatio, ſed tantum electio, quoniam cùm Epiſcopus olim à Metropolitano atque Comprouincialibus Epiſcopis ordinaretur, electione Cleri, ac populi conſenſu, vt ſupra Docuimus *in 3. parte huius tractat.* Poſtulatio fuiſſet omnino ſuperuacna, quia totum negotium peragebatur præſente Metropolitano, & ſynodo Epiſcoporum, quæ huius rei poteſtatem habebat, *can. 3. Valentinianus Diſt. 63.* Quamuis enim ſupra *in dicta 3. part.* diximus confirmari ſolitos olim vt & hodie Epiſcopos à Romano pontifice, ſaltem in Occidente, hoc tamen accipiendum eſt ſic vt ſæpe, ne moram viduatæ Eccleſiæ paterentur, à Metropolitano & Primatibus confirmationes Epiſcoporum fierent, authoritate tamen Apoſtolicâ, vt ibi diximus: quomodo *in can. 25. certe longe 63. Diſt.* Ius confirmandi Epiſcopos in Hiſpania Archiepiſcopo Toletano delatum legitur apud Bedam *Hiſt. Eccleſiaſt. Anglorum gentis lib. 2. cap. 18.* legitur Honorium Romanum Pontificem decreuiſſe *in epiſt. ad Eduinum Regem Northumbriæ* vt cum Dorouernenſis, vel Eboracenſis Archiepiſcopus de hac vita tranſiret, is qui ſupereſſet conſors eiuſdem gradus haberet poteſtatem alterum Sacerdotem ordinandi in locum eius qui tranſiiſſet, ne eſſet neceſſe ad Romanam vſque ciuitatem per tam prolixa terrarum & maris ſpatia pro ordinario Sacerdote recurrere: & antiquis canonibus poteſtas & confirmatio electionis pertinebat per ſingulas prouincias ad Metropolitanum *dicto can. 4. & 6. ſynodi Nicænæ*, ſi Eccleſia Primatem non habebat; nam ſi habebat, Primatis Præceptum neceſſarium fuit, *can. 12. ſynodi 2. Carthaginenſis*: Cùm itaque vno & eodem actu expediretur temporibus antiquis totum electionis negotium, non fuit poſtulatio in vſu, vt pote inutilis.

Nec obſtat quod Gratianus *in can. Epiſcopus in fine*, *Diſt. 61.* ſcribat D. Ambroſium, cùm nondum baptiſatus eſſet, ab Imperatore poſtulatum fuiſſe non electum; nam verum eſt eum electum fuiſſe, *can. 3. Valentinianus*, *Diſt. 63.* ſed Gratianus reſpexit ad illud quod poſteà inoleuit in Eccleſia, non ad id quod vſurpabatur temporibus D. Ambroſij, vt rectiſſimè ſcribit Duarenus. Poſtea cùm deſiiſſet ille mos antiquus, cœpit eſſe poſtulatio neceſſaria quando is dignus exiſtimabatur qui eligi non poterat, vel quod nondum ſacro lauacro tinctus eſſet, vt D. Ambroſius; vel quia Laicus, vt D. Nicolaus; vel quia non iuſtæ ætatis, aut defectum Natalium pateretur, quod diuinâ gratiâ ſpirante ſæpe contigiſſe vt tales Perſonæ eligerentur, dicitur *in can. 80. Apoſtolor.* & *can. ſtatuimus §. his omnibus*, *Diſt. 61.*

Sic autem tractatus Poſtulationis rectè expedietur, vt primum videamus quid ſit Poſtulatio, & an duplex ſit; deinde in quo differat ab Electione, & quæ neceſſaria in ea ſint; tum qui poſtulare, quique poſtulari poſſint; poſtmodum apud quem Poſtulatio facienda ſit, & quænam admittenda ſit poſtulatio; poſtremò quæ ſit vis & poteſtas poſtulationis.

Quod ad primum attinet, certum eſt Poſtulationem nihil eſſe aliud quam gratiam à Superiore factam, quò aliquis promoueatur ad prælaturam, ad quam de Iure Communi propter aliquod impedimentum, eligi non poterat. Malo definire Poſtulationem, gratiam, quàm cum Panormitano petitionem gratiæ, quia poſtulatio

petitione fit, *can. Oſius* §.1. *Diſt.* 61. finis autem huius petitionis eſt gratia propter quam poſtulatio & fit & admittitur.

Non probo autem quam hic Interpretes comminiſcuntur duplicem Poſtulationem, aliam ſolemnem, aliam non ſolemnem eſſe dicunt, quando ab eo poſtulatur qui non poteſt diſpenſare ſuper impedimento, requiritur tamen eius conſenſus in promotione, vt fit quando Monachus, qui non poteſt conſentire electioni de ſe factæ ſine licentia Abbatis, *cap. ſi Religioſus de elect. in Sexto*, poſtulatur ab Abbate: nam vt recte Cottaſius *cap.* 2. *partis* 4. *tractatus de Sacerdotiis*, Abbatis authoritas reſpectu poſtulati tantùm conſiderari poteſt, Poſtulatio autem fit apud Superiorem poſtulantium: & reſpectu Poſtulati, Poſtulatio non poteſt conſiderari dupliciter, quia omnis poſtulatio eſt de eo qui eligi non poteſt; in propoſito autem conſtat Monachum eligi poſſe, vt dictum eſt.

Dicitur Poſtulatio, *Gratia*, quia ij qui poſtulant, diſpenſationem petunt, poſtulant gratiam, quià iure deficiunt, *cap. innotuit de elect.* Itaque nunquam dicimus eum poſtulari qui poteſt eligi: Longaque eſt differentia inter electionem & poſtulationem, & propterea Annifacius *in cap. vn. de poſtulat. prælator. in Sexto*, reprobat eiuſmodi formas electionis & poſtulationis, *eligo poſtulando, poſtulo eligendo, eligo in poſtulandum, vel eligo & poſtulo*, & ſimiles, cùm nec vera electio, nec vera poſtulatio ex ipſis reſultet.

Eſt autem hæc præcipua differentia inter electionem & poſtulationem, quòd Electio innititur iuri, neque enim petitur aliud à Superiore à quo Confirmatio electionis petitur, quàm vt jus exequatur; poſtulatio verò innititur gratiæ, quia à Superiore petitur vt diſpenſet cum poſtulato, vt iam diximus; & poſtulatio nullum ius tribuit, vt electio *cap. penult. de poſtulat. prælator.* nam etiam, vt docent Interpretes, ij qui eligunt conſentiunt in electum, veluti in ſponſum Eccleſiæ, & per electionem initiatur vinculum matrimonij quod contrahitur inter Electum & Eccleſiam, *cap.* 2. *cum inter, de elect. & cap. de tranſlation. Epiſcopi*, at in poſtulatione ij qui poſtulant, Vota ſua non dirigunt in poſtulantem, ſed magis in Superiorem, vt poſtulatio gratiam faciat.

Eſt autem neceſſarium in poſtulatione non ſolùm vt via ſupplicatoria & humili incedant poſtulantes, *dicto cap. innotuit*, *Extrà de elect.* & *cap.* 1. *cum ſeqq. de poſtulat. Prælator.* ſed etiam vt libello poſtulationis inſeratur omnis defectus poſtulati, vt notatur in dicto *cap. innotuit*: & ita in electione nullus defectus ſupponitur, ſicut in poſtulatione.

Oportet autem quoties defectum ætatis patitur is qui poſtulatur, vt ſaltem vigeſimum ſeptimum ætatis annum attigerit, *cap. diſpendiis, de poſtulatio. Prælator. in Extrauagantib. communib.*

Quod vero ad eos qui poſtulare poſſunt, attinet, verum eſt generaliter eos poſtulare poſſe qui ius eligendi habent; & conſequenter quæcumque diximus ſuprà obſeruanda in electionibus Prælatorum, de omnibus vocandis, de tempore, de loco, & aliis ſolemnitatibus Electionum, eadem quoque ſunt obſeruanda in Poſtulationibus, vt docet *gl. in verb. electionem, de electione, in pragmat. ſan.* & propterea in Poſtulationibus quoque ſeruabitur forma *cap. quia propter de ele.*

Dubitatur an Poſtulantes vnanimes & concordes eſſe oporteat, an verò vt in electione ſufficiat factam à maiore & ſaniore parte Capituli; & cum in *cap.* 4. *de poſtulatio. Prælator.* requiratur concors poſtulatio, non videtur ſufficere quod à maiori parte Capituli facta fuerit, vt in ſpecie *cap.* 3. *eod. tit.*

Cæterùm ſi à maiori & ſaniori parte Capituli fiat ſatis habetur concors: vbi tamen diſtinguendum an concurrant electio & poſtulatio, quo caſu non admittitur poſtulatio niſi numerus poſtulantium duplo maior ſit quàm eligentium, *cap. ſcriptum* ë. *de elec.* an verò non concurrant, & tunc ſufficit ſi à maiore & ſaniore parte Capituli facta ſit.

Nec obſtat quod actus Poſtulationis ſit actus gratiæ, actus vero gratiæ non ſoleant concedi niſi omnibus conſentientibus, *gl. in cap. cum omnes, de conſtitutionib.* quia in poſtulatione gratia non proficiſcitur à poſtulantibus, ſed à Superiore qui poſtulationem admittit, *cap. penult. de poſtulatio. Prælator.* & *cap. cupientes* §. *penult. de elect. in Sexto.* Illud quoque inter electionem & poſtulationem intereſt, quod in electione, poſtquam publicatum ſcrutinium eſt, non licet variare, vt dictum eſt, at licet in poſtulatione antequam præſentata Superiori ſit, *cap.* 4. *de poſtulat. Prælator.* quia in poſtulatione nullum ius acquiritur poſtulato, vt dictum eſt: proinde nihil fit in eius iniuriã ſi variatio admittatur. Quod verum eſt niſi compromiſſarij poſtulauerint; quia enim non licet Canonicis qui compromiſerint, reuocare quod à Commiſſariis factum eſt, ideo non poſſunt Canonici recedere à Poſtulato, & variare, *cap. in cauſis, de electio.* niſi vt ibi recte Panormitanus docet, ipſi Compromiſſarij reuocationi conſenſerint: tunc enim irrita erit poſtulatio, ſi nondum Superiori præſentata ſit.

Circa illud quod diſpiciendum nunc ſequitur Quinam Poſtulari poſſint, generale eſt omnes poſtulandos eſſe qui eligi non poſſunt, *cap. fin. de poſtulat. Prælator.* vt illegitimus *cap. innotuit de elect.* Sed hoc accipiendum eſt niſi indignus poſtuletur, nam qui poſtulant ſcienter indignum, non minùs priuantur eà vice poteſtate eligendi & poſtulandi, quàm ij qui ſcienter eligunt, *cap.* 1. *&* 2. *eod. tit.* & *cap. ſcriptum in fi. de elect.* propterea eos poſtulandos eſſe qui non poſſunt eligi, ſic interpretamur, qui ſcilicet non poſſunt eligi propter aliquod iuris impedimentum; alias tamen idonei ſunt, veluti de illegitimo matrimonio nati, quique defectum in ætate, vel ordine patiuntur, *dicto cap. innotuit.* Nec aliud eſt in eo qui alteri Eccleſiæ Cathedrali alligatus eſt, qui etiam eligi non poteſt, ſed poſtulandus eſt; quoniam priora Eccleſiæ vincula ſunt diſſoluenda, eo modo quo maritus conſtantibus primis nuptiis, ſecundam vxorem ducere non poteſt, *can.* 4. *ſicut vir* 10. *Quæſt.* 7. Diuerſa eſt ratio eorum qui Religioſi ſunt, Abbates, Præpoſiti, val alias inferiores dignitates obtinent: ij enim non prohibentur eligi, ſed vt conſenſum præſtent electioni de ſe factæ,

Superioris licentia neceſſaria eſt, *cap. ſi Religioſus & cap. ſi Abbatem de elect. in* 6. Et hac quoque ratione dicimus Cardinalem eligi poſſe *in cap.* 57. *Eccleſia de elect.* quia non eſt tam alligatus titulo ſuo, quàm eſt Epiſcopus Eccleſiæ ſuæ; ſed quoniam is à quo petere licentiam debet, idem eſt à quo eius electio Confirmanda eſt, propterea dicitur impropriè *in cap.* 3. *de poſtulatio.* poſtulari Cardinalem: Romanus enim Pontifex is eſt à quo licentiam illam petere debet: & hinc eius electionem confirmare debet; quæ quidem, quod ad licentiam attinet, ea gratia præcedet, non ex iure; propterea reſpectu eius qui in ea ee eſt Superior, & qui licentiam denegare poteſt, dicimus admiſſionem eſſe poſtulationis in Cardinali, magis quam confirmationem electionis.

Eſt autem, vt diximus ſuprà, Poſtulatio dirigenda ad Superiorem: ſed ſi eiuſmodi Superior eſt, qui ſuper defectu poſtulati diſpenſare non poteſt, adeundus erit is Superior qui diſpenſare poteſt, vt notant Interpretes *in dicto cap.* 3. Non poſſe autem vnquam compelli Superiorem vt Poſtulationem admittat, verum eſt contra ſententiam *Gl. in dict. cap.* 3. *in verb. gratia*, quia, vt dicitur *in eo capite*, Superior cùm poſtulationem admittit, non tàm mouetur ex iuſtitia, quàm ex gratia, ad quam neminem compelli poſſe certum eſt.

Si admiſſa fuerit poſtulatio, admiſſio poſtulationis plus iuris tribuit, quàm Confirmatio Electionis, quia, vt diximus, electio ius tribuit, confirmatio exercitium eius iuris; at cùm poſtulatio nullum ius tribuit, vt dictum eſt, admiſſio poſtulationis ſimul & ius & exercitium iuris tribuit; & ideo vim habet & electionis & confirmationis, vt vbique concludunt Interpretes *in dict. tit. de poſtulatio. Prælatør.*

De Tranſlatione.

CAP. III.

AFfinis eſt Tranſlatio poſtulationi, quoniam Tranſlatio in poſtulato locum habet, quando alterius Ciuitatis Epiſcopus poſtulatur in Epiſcopum, vt dictum eſt: quæ Tranſlatio prohibetur, tàm in Epiſcopis, quàm in cæteris Clericis, *can.* 15. *Apoſtolor. can.* 15. & 16. *Nicæna ſynodi.*

Dixi *tàm in Epiſcopis quàm cæteris Clericis:* nam ſciendum eſt *ex can.* 6. *ſynodi Chalcedonenſis*, nullum abſolutè ordinari, nec Preſbyterum, nec Diaconum, nec omnino aliquem eorum qui ſunt in ordine Eccleſiaſtico, niſi ſpecialiter in Eccleſia Ciuitatis, vel Pagi, vel Martyrio, vel Monaſterio ordinatus deſignetur; *ἐχειροτονήμενοι μενοςύλων*, & refertur *can. neminem, D.* 70. & adeò prohibetur, vt *can.* 1. & 2. *Concilij Sardicenſis*, qui ſe ab vna Eccleſia in aliam tranſtulerunt, ne laicorum quidem digni communione habeantur. Plus etiam conſtitutum eſt *can.* 52. *ſynodi Carthaginenſis*, vt depoſiti tradantur Magiſtratibus ſæcularibus puniendi; mitiùs in Concilio Rothomagenſi placuit eos à Clero dejici, *can. ſancitum* 7. *quæſt.* 1. Nam quemadmodum ex dictis non poterat quis ordinem ſine Eccleſia accipere, ita nec Eccleſiam amittere ſine ordine ſuo, ſaltem in actu, & in Concilio Meldenſi, & Leonis Pontificis, vt vtraque Eccleſia careant *can. ſi quis Epiſcopus & can. ſi quis de ordine*, 7. *quæſt.* 1.

Hujus prohibitionis duplex ratio redditur, prima vt ambitio omnis præſcindatur, quâ præcipuè motos Authores canonum qui hujuſmodi Tranſlationes prohibuerunt, teſtatur Theodoretus *lib.* 5. *Eccleſiaſt. Hiſt. cap.* 8. Altera eſt quod matrimonium inter Epiſcopum & Eccleſiam contrahi intelligatur, quod hominum arbitrio diſſolui non poteſt, *cap.* 2. *de tranſlat. Epiſcopi*; quæ ratio efficit vt non ſolùm non liceat tranſire de Eccleſia minori ad maiorem, ſed nec etiam de maiori ad minorem *cap.* 1. *eod. tit.* prout habetur integrum *in* 3. *collectione Decretalium*: Balſamo *in can.* 15. *Nicæna ſynodi*, ponit differentiam inter Metatheſin, id eſt tranſlationem, metabaſin id eſt tranſitionem, & epibaſin id eſt inuaſionem: vt tranſlationem quidem & tranſitionem permitti dicat, non inuaſionem; & Tranſlationem eſſe dicit quando Epiſcopus multiplici ſcientiâ inſtructus de ſua Eccleſia in maiorem Eccleſiam viduam, & auxilio deſtitutam traducitur ab epiſcopis, & hanc permitti dicit *ex can.* 14. *Apoſtolor.* & ita Gregorius Nazianzenus è Saſimis Conſtantinopolim Tranſlatus: Metabaſis quando vacans quis, eius Eccleſia occupatâ à Gentilibus, in vacantem tranſire cogitur à multis Epiſcopis: Inuaſio eſt à ſeipſo malis artibus.

Sed verius eſt Tranſlationes & Tranſitiones etiam Epiſcoporum prohiberi, præter eas quas neceſſitas vel vtilitas Eccleſiæ poſtulat. Et patet apud Socratem *lib.* 7. *Hiſtoria Eccleſiaſtica cap.* 4. Proclum electum fuiſſe Conſtantinopolitanum Epiſcopū, niſi quidam docuiſſent canonem Eccleſiæ vetare Epiſcopum alicujus Ciuitatis etiam nominatum ad alteram ciuitatem transferri; cujus loco electus eſt Maximus; quo mortuo tamen Proclus eſt electus eo non obſtante, cùm Cœleſtinus Papa Romanus *epiſt. ad Cyrillum Alexandria, & Ioannem Antiocha, & Rufum Theſſalonicæ Epiſcopum*, eos docuiſſet nihil obſtare quominus qui vnius Ciuitatis, vel nominatus fuiſſet, vel jam eſſet Epiſcopus, ad alteram Ciuitatem transferretur; & multis aliis exemplis factitatum eſſe probat *eodem lib. cap.* 35. *idem Socrates.* Quod autem diximus de Cœleſtino habetur *in cap.* 39. & patet etiam apud Theodoretum *lib.* 5. *cap.* 8. Gregorium Nazianzenum tranſlatum eſſe Conſtantinopolim à Meletio, cùm videret propoſitum eorum qui canonem ſcripſerunt de Tranſlationibus nullum aliud fuiſſe, quàm vt ambitionis materiam præciderent, *τῆς φιλαρχίας ἀφορμὰς περικόπτοντες, ἐκεῖνον τὸν κανόνα*, vt ibi dicitur, itemque *Can. mutationes, c. ſcias, c. epiſcopus* 7. *quæſt.* 1. vnde permitti poſsūt *διὰ τὰς κατὰ καιρὸν τῶν ἐκκλησιῶν χρείας*, id eſt propter opportunos & neceſſarios vſus Eccleſiæ, vt loquitur Socrates *lib.* 7. *cap.* 35. Balſamon verò eiuſmodi Tranſlationes approbabat ide, quia iam ipſe molitus fuerat, cùm ipſe Patriarcha Antiochenus eſſet, transferri in Conſtantinopolitanam ſedem; ſed non potuit, deceptus ab Imperatore Iſaacio Angelo, vt legitur apud Nice-

tam *lib. 5. de imperio Iſaacii Angeli.*

Verùm in huiuſmodi Tranſlationibus, etiamſi fiant ob neceſſitatem & vtilitatem Eccleſiæ, exigitur Superioris authoritas: & Græci quidem eius rei authoritatem deferebant Metropolitano cum ſua ſynodo, id eſt cum Epiſcoporum ſuorum conſenſu, quomodo Cedrenus *in annal.* tefert è Metropoli Cizico Germanum Conſtantinopolim tranſlatum eſſe, editumque decretum ſanctiſſimorum Epiſcoporum quo id permittebatur: & Balſamo *loco citato*, ait, Tranſlationem fieri *περὶ τὸ εἶδος Ἐπισκόπων*, & *περὶ πίστιν Ἐπισκόπων*. Hoc modo apud Latinos *in Capitularibus Caroli, cap.* 137. *l.* 1. conſtitutum legitur, ne de vno loco in alium tranſeat Epiſcopus ſina decreto Epiſcoporum. Iuo Carnotenſis *epiſt.* 171. ſcribit Metropolitani conſenſu, & ſummi Pontificis authoritate Tranſlationes fieri oportere: eſt enim cauſa Tranſlationis Epiſcoporum ex arduis, & maioribus cauſis Eccleſiæ, quæ ideo ad Sedem Apoſtolicam refe-renda eſt, *cap.* 1. *cum ſeqq. Extra de tranſlat. Epiſcopor.* Hodie verò cùm Rex noſter habeat ius nominationis ad Prælaturas, vt infrà videbimus, non poterit fieri Tranſlatio ſine Regis authoritate, vt notat Rebuffus *in §* 1. *in verb. vacantib. tit. de Regia ad Prælaturas nominatio. facienda. in Concordatis.*

De Collatione iure Ordinario.

CAP. IV.

SEquitur Collatio per quam gratuito conceduntur Beneficia vacantia, quæ electiua non ſunt; & ea beneficia, vel Ordinario iure conferri, vel extra ordinem dictum eſt ſuprà *in 3. part. huius tractatus*: dictum eſt quoque *in 5. par t.* quando Conferenda ſint, & quæ in Collationibus obſeruanda & præcauenda ſint; quibus addendum eſt liberè beneficia eſſe conferenda, ſine vlla vi aut metu illato *cap. Abbas, cap. ad aures, & cap. cum dilectus, Extra de his quæ vi metusue cauſa fiunt.*

Interpretes tamen alio ſenſu duplicem Collationem conſtituunt, aliam neceſſariam & non liberam, aliam liberam & voluntariam: illam dicunt eſſe quam exequi tenetur Collator ad notum Romani pontificis, vel Legati à latere, vel quam Nominato facere tenetur, de quibus dicemus *in ſequente parte huius tractatus*; vel quam facere tenetur ad Præſentationem patroni, quæ propriè Inſtitutio appellatur, de quâ infra dicturi ſumus: Hanc verò fieri ab ijs quos Ordinarios Collatores eſſe diximus *in 3. part. huius tractatus*; illud que ſponte & libere. Romanus Pontifex confert beneficia in aliorum Diœceſi ſita extra ordinem, vt docuimus *in ead. part.* ſi iure deuoluto conferat, quoniam ordo iuris poſtulat vt propter inferiorum negligentiam Collatio deuoluatur ad Superiores. Itaque de Collationibus quæ fiunt iure deuoluto, ſiue a Romano Pontifice fiant, ſiue à cæteris Collatoribus, hic tractabimus, poſtquam de Collationibus quæ fiunt ab Ordinariis iure ordinario tractauerimus.

De Collationibus ergo tractaturis hæc diſpi-A cienda ſunt, Primùm quodnam Tempus præfinitum ſit, intra quod ordinarij Conferant Beneficia; deinde cum poſſint pluribus modis vacare beneficia, & pluribus quoque modis conferri, an hi modi ſimul iungi & accumulari, vt dicunt, poſſint; cui ſuccedit an plures Collationes eiuſdem beneficij fieri poſſint, & ſi plures factæ ſint, quænam præualeat, ſiue ab vno, ſiue à pluribus factæ ſint.

Quod ad Tempus attinet, illud Lateranenſi Concilio habito temporibus Alexandri 3. ſemeſtre definitum eſt, intra quod Ordinarij beneficia vacantia conferant *cap. nulla. & cap. dilectus Extra de conceſſio. Præbend.* alio Concilio B Lateranenſi habito temporibus Innocentij 3. definitum eſt trimeſtre tempus in Eccleſiis Cathedralibus, vel Regularibus *cap. ne pro defectu de elect.* quod etiam veteribus canonibus conſtitutum legitur in earum Eccleſiarum vacatione, propter maius periculum quod imminet *can. obeuntibus Diſt.* 63. & *can. poſtquam Diſt.* 50. Vtrumque tempus intelligi omnibus debet præfinitum, prætetquam Romano Pontifici, quoniam nemo eius negligentiam ſupplere poteſt, *can. aliorum, 9. quæſt.* 3. ne quidem hodie in Beneficiis quæ vacant in Curia romana, abrogatá conſtitutione *cap. ſtatutum de præbend. in 6.* vt ſupra docuimus *in 3. part.* Currit verò hoc C tempus à tempore notitiæ Vacationis, & Ceſſationis impedimenti legitimi: nam ſi ſuſpenſus eſſet collator, tempore ſuſpenſionis illius non curreret *cap. quia diuerſitatem de conceſſi. Præbend. cap. licet, & cap. dilecto de ſupplend. neglegent. Prælator.*

Varios eſſe modos Vacationis beneficiorum oſtendemus *in* 10. & 11. *parte huius tractatus*, veluti per mortem, per renunciationem, per delictum beneficiarij.

An neceſſe ſit modum Vacationis in Collatione exprimi dubitatur: & non eſſe neceſſe putat *gl. in verb. faciendas, tit. de collationib. in pragm. ſanctio.* ſed ſi vnus modus expreſſus ſit, D non ad alium porrigitur, *cap. ſuſceptum de Reſcript. in 6.* Itaque conſultius eſt omnes modos exprimi, vel expreſſo vno modo, apponi hanc clauſulam, *aut alio quouis modo, tit. de cauſis, in pragm. ſanct.*

Circa Modos Conferendi, certum eſt poſſe Ordinarium diuerſis modis vnum & idem beneficium conferre, veluti ſi Ordinarius ea ſpontanea collatione vni conferat, deinde ea neceſſaria alteri, requiſitus putà in vim gradus à graduato ſimplici, vel nominato; vel ſi vni contulerit ſine Patrono, & deinde alium ad præſentationem Patroni inſtituat; quibus caſibus quæritur cuinam Collationi ſtandum ſit, an primæ, an E verò ſecundæ?

Quæritur etiam an ſi Ordinarius, non diuerſis modis, ſed vno eodémq; modo pluribus contulerit, quid iuris ſit ſtatuendum; quod etiam quæritur ſi vni ab Ordinario, alteri à Vicario Ordinarij collatum ſit: in quibus omnibus definiendis ſex capita conſtituenda exiſtimamus.

Primum eſt generale eſſe vt non liceat Ordinario plures collationes facere vno eodemque collationis modo, quoniam cùm ſemel vni contulit, functus eſt officio ſuo, nec poteſt ipſe auferre ius quod ſemel alteri quæſiuit, *cap. vn. de renuntiatio. in Clement.* & *cap. ſi tibi ab-*

ſenti, de prabend. in 6. Illudque iodiſtinctè procedit, ſiue digno, ſiue indigno contulerit: nam ſi digno, variatio ei oon eſt permitenda, ob ſupra dictam rationem; ſi verò indigoo, priuatur ipſe ex eo quod indigno contulerit, poteſtate iterum conferendi, *cap. cùm in cunctis §. fin. ë. de elect.* Vel idem Collator eodem Collationis modo confert vni, vel duobus; vni non poteſt, & duobus non debet, quia iam functus officio, vel priuatus officio pro ea vice, niſi indigno prius contulerit quà re iudicatà, poſt alteri conferat, oam antequam ſit iudicatum, non poteſt.

Secundum eſt ſi poſtquam Ordinarius vni contulit, alteri deinde contulerit, irritam non eſſe priorem collationem, ſed contrà infirmam eſſe ſecundam, *cap. poſt electionem, verſ. quoniam, ë. de conceſſ. prabend. & cap. inter dilectos Extra de exceſſib. Prælator.* niſi forte prima Collatio non teneret, & is caſus eſſet quo Collator non priuaretur poteſtate conferendi, proptee factam collationem primam, purà ſi ignoranter indigno contuliſſet: tunc enim valebit ſecunda Collatio, ſi modo poſt priorem caſſatam, ſeu irritam nuntiatam, facta fuerit, noo ſi antè, *d. verſ. quoniam, & d. cap. inter dilectos* vbi Panormitanus.

Tertium eſt ſi vno eodemque die, Ordinarius idem Beneficium duobus contulerit, nec appareat quænam collatio ſit prior, recurrendum eſſe ad Regeſtum Ordinarij, quod vocant, ſi ille mos obtineat vt regiſtrentur literæ collationis, & ad teſtes quoque quibus præſentibus factæ ſunt collationes, & interdum ad confeſſionem partium *Gl. in cap. duobus de Reſcriptis in 6. & cap. ſi eo tempore de electione eod. lib.* ſi ex his conſtate non poſſit, oeutra valebit *arg. duo ſunt Titij, D. de teſtamentaria tute.* nec hîc ſpectabitur quis poſſideat, vt *in dicto cap. ſi à ſede de Prab. in 6.* quoniam illud Cap. ſequitur quandb à diuerſis plures collationes factæ ſunt, non quando ab vno: ſed nec etiam Ordinarius adeundus erit, vt declaret cuinam primò contulerit, quod in duabus Collationibus Romani Pontificis eadem die factis reſpondent Interpretes *in cap. 2. de offic. Legati*: nam hoc iure vtimur io Gallia, vt ſiue à Romano Pontifice, ſiue ab Ordinario idem beneficium duobus eadem die collatum fuerit, oee appareat quænam prior fuerit, neutra valeat, & ita iudicatum fuiſſe Pariſijs refere Papo *Placitorum Curia lib. 2. tit. 9.*

Quartum eſt vbi diuerſo iore Ordinarius aliquod beneficium duobus cootulerit, veluti ſi primo contulerit noo graduato beneficium quod vacat in menſibus graduatorum, poſteà verò idem beneficium graduato contulerit: procedit eoim tunc primò cùm non graduato contulit ex libera collatione tanquam Ordinarius; deinde cum graduato, vt coorulit Concordatorũ Executor, ex neceſſaria, duaſque quodammodo Perſooas refert in conferendo, quemadmodum *in cap. poſtulaſti Extra de conceſſ. Prab.* Archiepiſcopus in poteſtate conferendi, duplici iore cenſetur, Prælati, & Canonici; propterea non eſt neceſſe Graduato recurrere ad Superiorem Ordinarij, nec eo caſu quo recuſabit Ordinarius conferre graduato, & in eius refutationem, vt dicunt; priorque collatio facta non graduato non eſt ipſo iure oulla, vtilíſque eſſe potaſt

A ſi forte gradatus noluerit pro ea vice vti gradu ſuo, vel nominatione, vel factus fuerit incapax, & vt infirmetur oportet vt graduatus petat ab ordinario ſibi conferri beneficium, *Gl. in verb. eo ipſo, de collationib. in prag. ſanct.* vbi rectè docet quoties Epiſcopus voi contulit ſine Patroni Præſentatione, eum poſſe alium ad præſentationem Patrooi inſtituere, quia hæ duæ collationes fiunt diuerſis modis, uam vna eſt voluntaria, alia neceſſaria.

Quintum caput eſt quando vnus idemque à diuerſis plures collationes eiuſdem beneficij impetrat, vt in ſpecie *cap. poſt electionem Extra de conceſſ. præben.* B vbi is cui Archidiaconatus Richemundiæ à Capitulo Eboracenſi, iure deuoluto collatus fuerat, poſteà Iure ordinario id eſt ab Archiepiſcopo Eboracenſi eumdẽ Archidiaconatum conſequutus eſt; quo caſu diſtinguunt Ioterpretes hoc modo, vt ſi quis agere velit, & petere confirmationem electionis, vel collationis, alterutram eligere debeat, quia vt vtraque collatio ſubſiſtat fieri non poteſt, *cap. 25. vt quis duas, de electio. in Sexto*, ſed ſi non agat ipſe, ſed ſeipſum defendat, poterit fulcire defenſionem ſuam duplici collatione, vt *in dicto cap. 7. poſt electionem*, ſecundum regulam iuris quæ ponitur *in cap. 20. nullus pluribus, de Reg. Iur. in Sexto*: & propterea C datur vulgò litigantibus hoc conſilium, vt ſi quis dubiet de Collatione ſibi facta, impetret ſecundam, non enim propterea iudicatur renuntiaſſe primæ, ſed poterit vtraque ſe defeodere.

Sextum & poſtremum eſt, quando idem beneficium à diuerſis, duobus collatum eſt, veluti ſi vni Epiſcopus, alteri Vicarius Epiſcopi cui Epiſcopus poteſtatem dedit beoeficiorum conferendorum, idem beneficium contulerit; quo caſu præuenire poteſt Epiſcopus Vicarium, & Vicarius Epiſcopum, & præuentio facit vt poſtqoam vnus eorum cootulerit, non poſſit præuentus conferre, quia beneficium ampliùs non D vacat, vt io ſimili dicitur de Procuratoribus in ſolidum datis, & de Iudicibus datis cum clauſula vt vnus, aut omnes, vel duo aliquid exequantur, *cap. 6. ſi duo, de Procurat. in 6. & cap. 8. cùm plures de offic. & poteſt, deleg. ibid.* præuentio autem iudicatur ratione temporis, ſed ſi de tempore incerti duo ſiot, nec appareat quæ Collatio prior ſit, ſeruanda erit diſpoſitio *cap. 31. ſi à Sede de prabend. in 6.* vt cenſet Rebuffus *in tractatu de pacificis poſſeſſorib. num. 297.*

E

De Collatione iure Deuoluto,

CAP. V.

SEquitur nunc vt videamus de Collatione quæ fit Iure Deuoluto. Hanc duobus modis accidere certum eſt, aut propter negligentiam eorum qui cùm conferendi poteſtatem haberẽt, neglexerunt coonferre intra tempus à iure ſtatutum, *cap. 2. nulla, & cap. 5. quia diuerſitatem, Extra de conceſſio. prabend.* aut propter delictum, vt dicunt, quando nempe indigno collatum eſt beneficium; inter quos caſus hæc differentia eſt, quod prior hanc ratiooem habet ne

diu Eccleſiæ remaneant viduatæ paſtore, quarum vacatio non poteſt non eſſe diſpendioſa Eccleſiis, *capit. 41. ne pro defectu de electio.* & *cap. 6. quàm ſit eod. t. in 6.* Poſterior vero rationem petit ex *cap. nihil Extra eod. tit.* nihil eſt, ait, quod Eccleſiæ Dei magis officiat quàm quod indigni aſſumantur Prælati ad regimen animarum. Poſt quod tempus fiat Deuolutio, In priore caſu dubium eſt, & fuit ſemeſtre ex Concilio Lateranenſi 1. in minoribus beneficiis: nam in maioribus non fiebat deuolutio *cap. ne pro defectu, de electio.* & *cap. dilectus, de conceſſ. Præben.* quod ſit ſemeſtre in aliis patet, *cap. licet*, & *cap. literas de ſupplend. negligent. prælator.* & *cap. 2. & 5. de conceſſ. præben.* Ex 2. vero Lateranenſi in Cathedralibus deuolutio facta, idque poſt tres menſes; in aliis, res manſit vt priùs. Quod tempus non poſſit coarctari & abbreuiari, vt dicunt, à Superiore, certum eſt; nec poteſt ante illud tempus elapſum conferri iure Deuoluto, quia nullam Superior, ante deuolutionem conferendi poteſtatem habet; adeo vt non conualeſcat Collatio poſtquam Deuolutio euenerit, ſed opus ſit vt de nouo beneficium conferatur, vt docent Interpretes in *cap. 2. de præben in 6.* & ita judicatum fuiſſe Burdigalæ docet Boerius *in deciſionib. Burdigalenſib. quæſt.* 70. Contra quoque, ſi lapſum fuerit tempus intra quod Ordinarius debet conferre, non poterit ipſe ampliùs conferre, purgando moram ſuam, *gl. in dict. cap. 2. de conceſſ. præb.* quoniam ipſo iure Deuolutio fit *cap. licet*, & *cap. fin. ē. de ſup. negligent. Prælator.* licet Collatio facta poſſit per patientiam Superioris tolerari, *cap. literas, eod. tit.*

Ad Quem vero ex Superioribus Deuolutio fiat, & quomodo, & num interdum fiat ad Inferiores, nunc explicandum eſt, Et primò quidem videtur Deuolutionem, quæ cadit propter negligentiam Ordinarij, de quo loquimur, gradatim fieri, veluti ab Epiſcopo ad Metropolitanum, donec ad Romanum Pontificem peruentum ſit, *cap. quamquam de elect. in 6.* idemque obtinere in Deuolutione quæ fit propter recuſationem Ordinarij, veluti ſi Ordinarius noluerit ad requiſitionem Graduati, ei conferre Beneficium quod vacat in menſibus affectis Graduatis. *§ ſi quis verò, de collationib. in Concordat.* & obtinere non ſolùm in Cathedralibus Eccleſiis, ſed etiam in aliis; imò & in Oeconomatibus conſtituendis, *canon. cùm ſimus, 9. Quæſt. 3.* ſed in inferioribus Eccleſiis ſeu Collegiatis ſemper deuolutio fit ad Epiſcopum loci in quo beneficium vacans conſtitutum eſt, *cap. vn. de ſupplend. negligent. Prælator. in Clementin.*

Verùm non omninò gradatim fieri Deuolutiones vſus hodiernus liquidò probat, quo non à Metropolitano ad Patriarcham vel Primatem Deuolutio fit, vt Iure fieri debet ſi gradatim fiat, ſed rectâ viâ à Metropolitano ad Romanum Pontificem, prout obtinet conſuetudo: nam quod non gradatim Deuolui dicatur, ſed ad Superiorem proximum tantùm; id fortè ideò placuit, ne dum plures Deuolutiones fiunt, diutiùs Eccleſiæ viduatæ remanerent, quia ſingulis ſemeſtre tempus dandum erat, *ex cap. licet*, & *cap. literas, de ſupplend. negligent. prælator.* & *cap. 2. & 5. de conceſſ. præben.*

A Excipitur de conſuetudine huius Regni primas Lugdunenſis, ad quem ab Archiepiſcopis deuolutio fit, vt tradit Rebuffus *in 1. part. praxis beneficior. tit. de Deuolutionib.* & hæc quidem in Eccleſiis Cathedralibus, vt ſcilicet Deuoluatur Ius ad Superiorem, ex Concilio 2. Lateranenſi inducta ſunt *dicto cap. ne pro defectu, de elect.* & *dict. c. quamquam eod. in Sexto*, idque poſt tres menſes *dict. cap. ne pro defectu*. Ante illud Concilium, ſi Capitulum neglexiſſet eligere Epiſcopum intra tempus à Iure ſtatutum, non deuoluebatur ius eligendi ad Metropolitanum, ſed ad Papam, vel negligentes ipſi denuo eligebant, quod in inferioribus tantùm dignitatibus & beneficiis ex Concilio 1. Lateranenſi obtinebat, vt
B apparet ex *cap. dilectus Extrà de conceſſ. Præb.* Igitur ex 1. Concilio Lateranenſi ſex menſes dabantur, & non deuoluebatur ius in Eccleſiis Cathedralibus; ex Concilio Lateranenſi 2. tres menſes dantur in Cathedralibus, & deuoluitur jus ad Superiorem.

Quod autem dixi, in inferioribus Eccleſiis & Collegiatis ſemper deuolutionem fieri ad Epiſcopum loci, recipit duas exceptiones: prior eſt vbi Eccleſiæ Exemptæ ſunt, quia in his deuolutio fit ad Romanum Pontificem, *cap. ſicut*, & *cap. licet, ē de ſup. negligent. Prælator.* niſi
C forte Epiſcopus in his conferendis non ſuâ, ſed authoritate Apoſtolica procederet, iuxta *cap. vn. eod. in Clement.*

Poſterior eſt in Eccleſiis Patronatis, in quibus ex negligentia Patronorum deuolutio fit ad eum qui ius inſtitutionis habet, eodem modo quo ex negligentia eligentium deuolutio fit ad confirmantem, *gl. in dict. cap. vn.* in verbo diſpoſitio *in Clement.* Ergo ſi ſit alius qui ius inſtitutionis habeat quàm Epiſcopus Diœceſanus, Deuolutio non fiet ad Epiſcopum. Illud notandum eſt à Vicario Epiſcopi nunquam ad Epiſcopum fieri deuolutionem, ne ab eodem ad eundem Deuolutio fiat contra *cap. 2. de conſuetud. in 6.* ſed tunc deuolutio ad Archiepiſco-
D pum fiet.

Sciendum eſt quoque ex negligentia Superioris interdum fieri deuolutionem ad inferiorem, veluti ex negligentia Epiſcopi ad Capitulum; quemadmodum in ijs quæ pertinent ad Collationem Capituli deuolutio fit ad Epiſcopum; ita in his quæ pertinent Collationem Epiſcopi Deuolutio fit ad Capitulum *cap. 2. de conceſſio. Præben.* Quæ Deuolutio non fit tamen ad Capitulum mortuo Epiſcopo, vel à beneficiorum Collatione ſuſpenſo, *cap. vn. ne Sede vacant. aliquid innouetur, in Sexto*; niſi Collatio præbendarum & Beneficiorum ad Epiſcopum & Capitulum communiter pertineat, *dict. cap. vn.*
E quo caſu quando ad vtrumque pertinet, negligente Epiſcopo non fiet Deuolutio ad Capitulum, quia cùm vtriuſque collatio ſit, par vtriuſque intelligitur fuiſſe negligentia; proinde vnâ præſcriptione ſex menſium Epiſcopus ſimul cum Capitulo à Iure conferendi excludetur.

Diſtinguitur tamen ex *cap. penult. Extra de conceſſ. Præben.* an Epiſcopus intereſſe debeat Electioni vel Collationi, vt Prælatus, an verò vt Canonicus: priore enim caſu non poteſt fieri Deuolutio ad Epiſcopum, quia hoc modo non ſuppleret Epiſcopus negligentiam Capituli, ſed propriam, quod eſſe non poteſt: poſteriore vero

deuolutio fiet, quia tunc non ſupplet Epiſcopus A negligentiam propriam, ſed Capituli, quia non fuit eius cogere Capitulum, & ſupplet ipſe Capituli negligentiam tanquam Prælatus, non tanquam Canonicus; Tunc verò tanquam Canonicus intereſſe intelligitur Electioni, quando non habet primum locum in Capitulo, *gl. in cap. à Collatione in verbo 6. Prælatus, de appellation. in Sexto.*

Habet ergo locum, vt diximus, Deuolutio ab Epiſcopo ad Capitulum in his collationibus quæ ad ſolum Epiſcopum ſpectant, *dicto cap. 2. de conceſſ. præben.* quam deuolutionem efficit communio illa quæ eſt inter Epiſcopum & Capitulum; quæ tamen non efficit vt Sede vacante poſſit Capitulum vacantes conferre Præbendas. B quoniam Collationes quæ gratioſæ ſunt, & fructibus annumerantur, futuro Succeſſori reſeruandæ ſunt, vt ſuprà diximus *in 3. parte huius tractatus.* Sed hic agitur de Collationibus quæ per negligentiam Epiſcopi amiſſæ ſunt, quæ poſſunt per Capitulum ſuppleri, vt deficiente Capitulo ſuppleri poſſunt per Epiſcopum *dicto cap. 2.*

Hanc vero deuolutionem intelligendum eſt fieri in ijs Beneficijs quorum collatio pertinet ad Epiſcopum iure proprio, non in his quorum Collatio pertinet ad eundem iure Deuoluto: nam in huiuſmodi beneficijs nulla poteſt intelligi communio inter Epiſcopum & Capitulum; & propterea in ijs deuolutio fit ad Superiorem Epiſcopi, vt rectè cenſet Panormitanus *in dict.* C *cap. 2.* & Rebuffus *in 3. part. praxis beneficior. tit. de deuolutionib.* vbi etiam tradit hodiè in hoc Regno non fieri Deuolutionem ab Epiſcopo ad Capitulum.

Et hæc dicta de Deuolutione ex cauſa negligentiæ facta. Quando vero Deuolutio fit ex cauſa Delicti, veluti ſi indignus electus ſit, aut indigno collatum beneficium, vel quia in electionibus non eſt ſeruata forma capitis *quia propter Extrà de electio.* diſtinguitur an omnes ad quos pertinet eligere vel conferre, peccauerint; an verò pars tantum eorum: Priore caſu in Eccleſiis Cathedralibus hodiè deuolutio fit ad Romanum Pontificem, non ad proximum Superio- D rem, *cap. quamquam de elect. in Sexto.* abrogato iure conſtitutionis *cap. cùm in cunctis, §. final. Extra eod. tit.* In inferioribus autem obtinet jus conſtitutionis *cap. cum in cunctis, dict. cap. quamquam de elect. in 6.*

Poſteriore vero caſu penes eos qui non peccauerunt remānet ius eligendi, vel confirmandi, vt ſæpè iam dictum eſt *cap. gratum de poſtulatio. Prælator.*

Poſtremo ſciendum Collationem Beneficij ius in beneficio tribuere poſtquam is cui colla- E tum eſt, beneficium acceptauerit *cap. fin. de conceſſ. Præben. in Sexto. cap. ſi tibi abſenti, de Præben. eod. li. 6.* Sed inſuper inueſtitura neceſſaria eſt, quæ fit verbali collatione per annuli, virgæ, calami, pallij, aut cuiuſuis rei alterius traditionem ab Archidiacono, qui iure communi hanc facultatem habet, *cap. ad hæc, & cap. vt noſtrum, de offic. Archidiac. & cap. ex eo. de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſen. Capituli*: quæ Inueſtitura non tribuit poſſeſſionem, ſed eſt tantùm argumentum conceſſionis, & collationis factæ, propter quam ſic fiat vt fit per ſcotationem, id eſt cum in extremitate pallij, vel ſuper altare modicum terræ ponitur de poſſeſſione quam quis conferre vult Eccleſiæ pro remedio peccatorum ſub teſtimonio videntium & audientium, idque in conſpectu etiam Beneficiarij *cap. ex literis, Extrà de conſuetud.* Et quoniam non tribuit Inueſtitura poſſeſſionem, miſſio in poſſeſſionem beneficij eſt neceſſaria *can. Viſis, 16. Quæſt. 2.* hoc eſt vt is qui inueſtitus eſt de beneficio, mittatur per aliquem in poſſeſſionem beneficij; alioquin habebitur Intruſus, quia authoritate ſuâ poſſeſſionem beneficij ingreſſus eſt, *cap. ad aures, Extrà de exceſſib. Prælator. & cap. paſtoralis, Extra de priuilegiis.*

De Præſentatione ſeu Nominatione.

CAP. VI.

SVccedit Præſentatio, in qua potiſſimum conſiſtit jus Patronatus, & quam ſequitur Inſtitutio Epiſcopi in Eccleſia Patronata: Receptum enim eſt vt is qui de conſenſu Epiſcopi fundauerit, conſtruxerit, vel dotauerit Eccleſiam, eo ipſo acquirat ſibi ius Patronatus, *can. decernimus, can. filiis. & can. Monaſterium, & can. piamentis, 6. quæſt. 7. & cap. nobis, Extra de iure patronat.* ſiue vnus conſtruxerit alter dotauerit, ſiue vnus & idem conſtruxerit & dotauerit, ſiue ſint plures qui fundauerint vel dotauerint. poteſt tamen & poſt conſtructionem & conſecrationem Eccleſiæ, aliquis fieri nouus Patronus dotatione Eccleſiæ, non ſolùm cum conſenſu veteris Patroni, vt in *cap. 3. de Eccleſiis ædifican. vel reparan.* ſed etiam & eo inuito ſi fortè cum vel dotata non eſſet Eccleſia, quæ ſine dote eſſe non poteſt, *cap. cum ſicut de conſecratio. Eccleſ. vel altar.* vel non ſufficienter dotata, non poſſit haberi regreſſus aduerſus eum qui primus fundauit vel conſecrari curauit Eccleſiam, vt docent Interpretes *in cap. 3. de iure Patronat.* aduerſus ſententiam *Gl. in dict. can. piamentis.*

Ius hoc patronatus, quod diximus conſtructione, fundatione, vel dotatione Eccleſiæ acquiri, ius eſt ſpiritualibus annexum, prophanum tamen, non ſpirituale, *cap. quanto, de Iudiciis, & cap. de iure, Extrà de iure Patronat.*

Et notanda eſt doctrina D. Thomæ 2. 2. *quæſt* 100. *art.* 4. vbi docet duobus modis aliquid dici ſpiritualibus annexum: Primò cùm aliquid ita connexum eſt ſpiritualibus, vt ab eis dependeat omninò, nec ſine eis eſſe poſſit, vt habere Eccleſiaſtica beneficia, dicitur habere annexum quod non competit niſi Clerico. Secundo cùm aliquid poteſt quidem eſſe ſine ſpiritualibus, ſed tamen ordinatur ad ea, vt Vaſa ſacra ordinantur ad Sacramentorum vſum, & jus patronatus ordinatur ad præſentandum Clericos inſtituendos in Beneficiis.

Præter jus Præſentationis habet Patronus aliud jus quod Proceſſionis appellatur, quia celebri pompâ obuiam eundum eſt Patrono accedenti ad Eccleſiam, ad ambitum vſque Eccleſiæ *dicto can. piamentis, 16. quæſt. 7. & d. cap.*

nobis de Iure patronat. quod ſpeciem ſubiectionis referre, locus ille apud Matthæum paridem *in chronicis Angliæ*, indicat, quo ſcriptum eſt Clarambaldum S. Auguſtini electum quæſijſſe vt benedictionem à Thoma Cantuarienſi Archiepiſcopo acciperet, ſed in ſua Ecclesia & ſine proceſſione, vt ſuſpicio ſubiectionis in poſterùm prorſus adempta eſſet.

Habet quoque illud patronus vt ſi ad inopiam redactus fuerit, vel eius filij, præ cæteris alantur ab Eccleſia *dicto cap. nobis*, Viciſſim verò debent Patroni Eccleſiam Defendere, & curare ne illius bona dilapidentur, *can. quicumque*, & *can. filiis* 16. *Quæſt.* 7.

Sunt autem duo genera Patronorum; alij Laici, alij Eccleſiaſtici appellantur. Laicis ius patronatus gratioſè conceſſum, quò Laici ad Eccleſiarum conſtructionem inuitarentur, *can. ſi quis Epiſcoporum* 16. *quæſt.* 7. *cap. quoniam*, & *cap. quod autem*, vbi Interpretes *de Iure patronatus*: nam quia quæ ſpiritualibus annexa ſunt, ſpiritualium naturam ſapiunt, *cap.* quæſitum *de rer. permutat.* ideo non videbantur Laici capaces Iuris Patronatus. Eccleſiaſtici autem Patroni ſunt qui hoc ius habent ratione Eccleſiæ quam tenent: nam ſi ratione patrimonij habuerint, Patronis laicis proculdubio annumerantur, *cap. cum dilectus*, vbi Panormitanus, *eod. tit.*

Inter hæc duo patronorum genera, diſcrimina quædam ſunt. Nam Patrono Laico tempus quadrimeſtre ad Præſentandum datur, & Eccleſiaſtico ſemeſtre, *cap. vn. de Iure Patronat. in Sexto*: & Patronus Eccleſiaſticus variare non poteſt poſtquam aliquem præſentauerit, quaſi ipſe maiori & ſolidiori iudicio eſſe debeat quàm Laicus, *cap. vn. de renunciat. in Clement.* cùm contra patronus Laicus variare poſſit, & poſtquam aliquem præſentauerit, alium præſentare, accumulatiuè, vt aiunt, vt in arbitrio Epiſcopi ſit, quem ex præſentatis inſtituat: & ſi Laicus indignum præſentauerit, nec propterea priuatur pro ea vice poteſtat præſentãdi, quod contra eſt in Eccleſiaſtico Patrono *cap. quod autem*, *cap. cum autem*, *cap. paſtoralis*, & *cap. fin. de Iure Patronat.*

Illud ſciendum eſt mortuo Patrono jus Patronatus tranſire ad hæredes eius, apud quos remanet in ſolidum, non pro partibus hæreditariis, & ſi plures ſint plurium Patronorum hæredes, vnius vice habentur, ſtirpium magis quàm capitum habitâ ratione; ita vt ſi diſſidium ſit inter eos, nec poſſit conueniri, vt alternis vicibus præſentent, *cap.* ſ. *eod. tit. cap.* 2. *eod. in Clement.*

In his tamen omnibus lex quæ dicta eſt in fundatione Eccleſiæ, ſeruabitur, veluti ſi dictum ſit vt ætate prouectior ex aliqua familia ſolus ſit Aduocatus & Patronus Eccleſiæ, is ſolus præſentabit, quod legitur in *appendice de familia & rebus geſtis Palatinorum Saxoniæ, in fundatione Gorcenſis Monaſterij* ſtatutum; aut ſeruabitur conſuetudo Regionis, vt in Anglia obtinet ſolum Primogenitum præ cæteris aliis filiis, in Eccleſiis jus Patronatus habere, vt refert Panormitanus, *cap. cum ſeculum*, *Extra de Iure Patronat.*

Et vt ad hæredes tranſit Ius Patronatus, ſic & vendi, & legari, & donari poteſt; ſed cum vniuerſitate, non per ſe, *dicto cap. cum ſeculum*, & A *cap. ex literis, dicto tit.* Alioquin contraheretur Simonia, quæ contrahitur quoties venduntur ſpiritualia, aut ſpiritualibus annexa, *cap. quæſitum, de rer. permutat.*

Nec refert an in maſculos tranſeat Ius Patronatus, an in fœminas: nam in pupillum ritè quoque tranſit, *cap. vlt. Extrà de conceſſ. Præben. Gl. in cap. ex eo, de elect. in Sexto.*

Debet verò Patronus præſentare idoneum Clericum præſentem non abſentem: nam de abſente non debet fieri præſentatio, *Gl. in cap. dudum, in verbo præſentari, de ſepultur. in Clement.* niſi fortè perſpecta eſſet & cognita Epiſcopo qualitas abſentis Clerici: nam eo caſu, vt B abſenti poteſt conferre beneficium, *cap. ſi tibi abſenti, de Præben. in* 6. ſic & abſens poterit præſentari.

Et poteſt quis præſentare Filium, quiâ ſi non fuerit idoneus filius, poterit eum reijcere Epiſcopus, quamuis ſecus ſit in libera collatione quam pater fecit filio, quoniam vix eſt vt amor paternus non vincat amorem iuſtitiæ, *cap. quia Clerici*, & *cap. conſuluit*, *de iure Patronat.* vbi *Gloſſa.*

Præſentatum à Patrono tenetur Epiſcopus Inſtituere. Quæ Inſtitutio neceſſaria eſt, quia Præſentatio nullum jus tribuit præſentato in Eccleſia patronata, cùm in ea nullum jus habeat C Patronus, *can. nouerint* 10. *Quæſtio.* 1. ſed ius quod accepit ab Epiſcopo qui eum inſtituit, & inſtituere cogitur, ſi modo ipſe ſit idoneus, *can.* ſ. *ſi quis Epiſcoporum* 16. *quæſt.* 5. & *can. decernimus*, 16. *quæſt.* 7. Et valet Inſtitutio Epiſcopi quam non præceſſit Præſentatio Patroni. *cap. Paſtoralis*, & *cap. illud Extra di. tit. de iur. Patronat.* Quod intelligendum eſt, ſi modo Patronus non contradixerit, quia poteſt ipſe vel conſentire, vel non cõtradicere; quibus caſibus Inſtitutio facta ab Epiſcopo ſine Patrono, valebit: & propterea quod dicitur Inſtitutionem factam ab Epiſcopo ſpreto Patrono irritam eſſe, ſic accipi ſolet vt non irrita ſit ipſo iure, ſed irritanda veniat petente Patrono, *dicto cap. illud*, vbi D Interpretes.

Excipitur quod eo caſu quo negligens fuerit Patronus in præſentando, elapſo tempore à iure patronis præfinito, intra quod Clericum inſtituendum præſentet (de quo ſupra diximus) poterit Epiſcopus deuolutâ ad eum poteſtate conferendi, liberè conferre, *cap. ſicut Extra de ſupplen. negligent. Prælator.* Et ſimiliter vbi Patronus Eccleſiaſticus, cui variare non licet, indignum elegerit: nam patronus Laicus qui indignum præſentauerit, poteſt alium præſentare, vt dictum eſt.

Solus Romanus pontifex, propter plenitudinem poteſtatis, de qua ſuprà diximus, poteſt E conferre Beneficia Patronata ſpreto quocumque Patrono: ſed neceſſe eſt exprimi in literis Beneficia Patronata eſſe; quia non ſolent eiuſmodi beneficia, quæ iuris Patronatus Laici ſunt, Romani Pontifices conferre, Panormitanus *cap. cum dilectus*, *de iure Patronat.*

Legati verò à Latere poſſunt conferre beneficia Patronata ad Eccleſiaſtici Patroni præſentationem ſpectantia, non ad Patroni Laici, *dicto cap. cum dilectus*, vt ſupra iam diximus.

De Vnione Beneficium.

CAP. VII.

SEquitur vt de Vnione videamus, per quam fit vt duæ, vel plures Eccleſiæ connectantur. Poſſunt autem eſſe cauſæ plures, propter quas fit vnio Eccleſiarum, quæ tamen in vnam recidunt, vbi nempe neceſſitas vel vtilitas Eccleſiæ vnionem perſuadet, *can. & temporis*, 16. *quæſt.* 1. veluti quando templum vnius Eccleſiæ collapſum eſt, quod reparari facilè non poſſit, quocumqua caſu acciderit vt dirueretur, *cap. conſtitutus, Extra de Religioſis domib. & can. poſtquã* 16. *quæſt.* 1. Secundo quando duæ Eccleſiæ ita tenues ſunt; vt ad victum duorum Clericorum non ſufficiant, *can. Vnio*, 10. *quæſt.* 3. & *cap. ne in agro, de ſtatu Monachor. in Clementin.* Tertiò quando duæ Eccleſiæ vicinæ ſunt, in quibus eſt penuria populi, quæ ideo poſſunt ab vno Præpoſito facilè regi, *dicto, can. & temporis* 16. *quæſt.* 1. Quartò vbi Præbendis pauperibus, Eccleſiæ, vel Capellæ vniuntur, *cap. expoſuiſti Extra de Præbendis.* Et demum fauore inſtitutionis iuuentutis, qui quandoque ſuadet vt Collegijs Beneficia, Prioratus, & Capellæ vniantur; & fauor Religionis vt Monaſteriis, *toto tit. de ſtatu Monachor.*

Quibus autem Modis Vniones Eccleſiarum fieri contingat, declarant Interpretes *in cap. nonnt illo, Extra ne Sede vacante aliq. innouetur*, poſt Gloſſam *in dict. can. & temporis* 16. *quæſtione* 1.

Tribus autem Modis fieri veriſſimum eſt. primus eſt quando Eccleſiæ duæ in vnum veluti corpus confunduntur & coaleſcunt, ita vt vna Eccleſia in duabus fiat, velut in prouincia Delphinatus, Epiſcopatus Valentinus & Dienſis in vnum Epiſcopatum coniuncti ſunt: quo caſu qui Canonici ſunt in vna Eccleſia in alia quoque Canonici ſunt, & priuilegia data vni Eccleſiæ, competunt etiam alteri, vt poſt Gloſſam *in dict. can. & temporis*, Interpretes *in dict. cap.* 1. *nonnt illo, Extra ne Sede vacante.*

Secundus modus eſt cùm Eccleſiæ ita connectuntur, vt vna ſit ſuperior & principalis, altera inferior & acceſſoria; quo caſu inferior Eccleſia amittit nomen Beneficij, ſuppreſſum & extinctum per Vnionem, *Gl. in cap. per literas de Præbend. in Clementin.* & induit nomen eius Beneficij cui vnita eſt; & conſequenter eius priuilegiis gaudet, *cap. recolentes, Extra de ſtatu Monachor.* ſed non amittit iura propria quæ tranſeunt in Eccleſiam cui vnita eſt, *cap. quia Monaſterium, Extra de Religioſis domib.* Excipitur niſi aliud in vnione ſit expreſſum; & excipitur quoque vt neceſſe ſit conſtitui Vicarium qui Eccleſiæ vnitæ deſeruiat, *cap. inter, dict. t. de relig. dom. & dict. cap. expoſuiſti de præbendis.*

Tertius eſt quando Vnio Eccleſiarum ita fit, vt vtraque maneat Epiſcopalis, vel Parochialis, & neutra alteri ſubijciatur, ſed vtraque æquè ſit principalis; quo caſu vnus erit Epiſcopus, vel Rector vtriuſque, & quælibet Eccleſia habebit ſua ſtatuta & priuilegia, nec vna alterius priuilegiis gaudebit, *Gl. in dict. can. & temporis* 16.

A *quæſt.* 1. *& in dict. cap.* 1. *nonnt ille, ne Sede vacante:* nec tenebitur Rector aut Curio qui duas Eccleſias hoc modo vnitas habet, in altera Vicarium perpetuum conſtituere, quia vtrique æquè deſeruire tenetur; ſed tantum ad tempus, videlicet quando ipſe vni non ſeruiat, vt poſt alios docet Rebuffus *in* 1. *part. Praxis beneficiorum tit. de vnionib. & tit. de Vicarijs perpetuis.*

Sunt autem Vniones, vt rectè diſtinguunt Interpretes, aliæ perpetuæ, aliæ temporariæ: perpetuæ ſunt quando expreſſum eſt vt perpetuò durent, *dicto cap. expoſuiſti*; vel vbi contemplatione Eccleſiæ vel Dignitatis, vel ad benè placitum Sedis Apoſtolicæ factæ ſunt, quia nec Ec-
B cleſia, nec Dignitas, nec Apoſtolica Sedes vnquam, moritur, *cap. ſi gratioſè, de Reſcript. in Sexto*, & *cap. quando, de offic. & poteſta. Iudicis delegat.*

Temporaria eſt quæ in fauorem certæ Perſonæ fit, quâ mortua perſonâ deſinit eſſe Vnio, *cap.* 1. *ne Sede vacante, can. relatio, & can. illud*, 21. *quæſt.* 1. Et hæ Vniones quæ fiunt in fauorem perſonarum, ſolent reprobari, maximè in hoc Regno, in quo reſeruationes ſublatæ ſunt. Nam ſi poſſet Vniri beneficium in fauorem certæ perſonæ, reipſa beneficium reſeruaretur, atque ſic quod vnâ viâ prohiberetur, aliâ permit-
C teretur; quod abſurdum eſt, *Gl. in cap. final. in fine, in verb. exemptis, de electionib. & reſeruationib. in pragmat. ſanctio.*

Poſſunt autem vniri beneficia antequam vacent, & cùm vacant, *cap. ſi vna, de reb. Eccleſiæ non alienand. in Clement.* ſed in his locis in quibus reſeruationes non ſunt ſublatæ, beneficium expreſsè reſeruatum vniri non poteſt in præiudicium expectantis: facta tamen Vnio valebit, ſed non ſortietur effectum niſi poſt exſpectantis mortem, vt docet *Gl. in cap. licet, in verb. impedit, d. tit. de electionib. & reſeruat. in pragm. ſanct.*

Sed notandum eſt non omnia Beneficia ſimul
D vniri poſſe: quæ eandem qualitatem habent, vniri debent, non quæ diſſimilem; non prohibentur Beneficia Regularia vniri cum Eccleſiis Parochialibus, & Eccleſiæ parochiales cum Monaſteriis, quibuſcumque Abbatiis, Dignitatibus, Præbendis Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, aliiſque beneficiis ſimplicibus, Hoſpitalibus, Militiiſue, *cap.* 13. *&* 15. *Decreti de reformatio. ſeſſ.* 24. *Concil. Trident.* Olim verò licuiſſe Parochiales Eccleſias, vel Capellas annectere aliis Beneficiis, patet *ex dicto cap. expoſuiſti, cap.* 3. *extirpanda*, §. *qui vero, Extra de præbendis.*

Non poſſunt quoque Vniri beneficia iuris
E patronatus Laici, ſine conſenſu Patronorum, *Gl. in cap. nobis fuit, in verb. Capella, Extra de iure Patronat. eod. Concil. Tridene. ſeſſ.* 14. *cap.* 9. prohibetur ne de cætero Parochiales Eccleſiæ, Vicariæ perpetuæ, vel ſimplicia beneficia vnius diœceſis, quocumque prætextu vniantur perpetuò, Beneficiis, Monaſteriis, aliis locis piis alterius diœceſis.

Quæritur quinam habeant poteſtatem Vniendi Beneficia? & de Romano Pontifice non eſt dubium eum ſolum poſſe vnire duos Epiſcopatus, quod Legato eius à Latere reperitur denegatum, *cap. ſicut vnire, Extra de exceſſib. prælato. & cap. quod tranſlationem, de offi. Legati.*

Cæterarum Eccleſiarom Vnio pertinet ad Epiſcopum in ſua Diœceſi, dummodo conſenſus Capituli acceſſerit, *dictis capitibus. & cap. Paſtoralis de donationib.* Sed tamen ſi præſcripſerit Epiſcopus vt ſolus vnire poſſit, ſolus ſine conſenſu Capituli poterit vnire, *Gloſſ. in cap. 2. in verb. conſentiente de reb. Eccleſia non alienand. in Clement.*

Excipitur vbi menſæ ſuæ voiret, vel menſæ Capituli, quia nec tunc vnire poterit cum conſenſo Capituli, quoniam nemo poteſt in facto proprio authur eſſe, *dicto cap. vbi Gl.*

Excipitur etiam vbi Beneficia Exempta ſunt, quia in exemptis authoritas eſt Romani pontificis, vt notatur in *cap. fin. de confirmat. vtili, vel inutili.* B

Archiepiſcopus autem vnire non poterit in Epiſcopi Suffraganei Diœceſi, ſine eius conſenſu, dicto *cap. ſicut, Extra de exceſſib. Prælator.* quia non licet ei in caſibus à iure expreſſis auferre vel minuere Epiſcopalem authoritatem, *cap. 5. in fin. de fora competent. in Sexto.* Idemque puto de Legato à Latere, quamuis dicatur eum in Prouincia ſibi decreta maiorem eſſe Ordinario, *cap. 1. de offic. Legati, in Sexto:* nec enim proptarea poterit ipſe Vniones facere in præiudicium Epiſcopi, eamque tutiorem & æquiorem opinionem eſſe exiſtimo inter tot diſſidentes Interpretes, in dicto *cap. ſicut de exceſſ. Pral.* C

Abbates autem bane Vniendi beneficia poteſtatem non habent: ſed ipſis conſentientibus Epiſcopi vniones facient, *cap. ne in agro §. ad hac de ſtatu Monachor. in Clement.* In Eccleſiis tamen quæ pleno iure ſubiectæ ſunt Abbatibus, in quibus Abbates iura Epiſcopalia habent, poteruot Abbates vnire Beneficia, Gloſſa in *cap. 1. in verb. proprij, de reb. Eccleſ. non alienand. in Clement.*

Illud notandum eſt Sede vacante Voiones Beneficiorum non poſſe fieri, quoniam etſi Sede vacante ſuccedat Capitulum in iis quæ ſunt iuriſdictionis, *cap. his qua, & cap. cum olim, Extra, de maioritat. & obedient.* non tamen ſuccedit in his quæ ſunt iuris Epiſcopalis, vt ſuprà ſæpiſſime dictum eſt. D

Etenim Vniones non minùs voluntariæ ac liberæ ſint, quàm Collationes, vt non poſſit Capitulum Sede vacante conferre beneficia, vt ſuprà diximos *in 3. parte huius tractat.* ſic nec poterit Vnire.

Quod autem ad Reges & Principes pertinet, certum eſt eos Vniones beneficiorum facere non poſſe, niſi conſentiente Eccleſiaſtico principe. Sic apud *chronicon Sclauorum cap. 5. lib. 1.* legitur factam vnionem Eccleſiæ Hamburgenſis & Bremenſis à Ludouico filio Ludouici pij, accepto tamen Apoſtolicæ Sedis mandato. E

Supereſt tractandum de Vnionibus, quænam requirantur in vnionibus faciendis: & *regula Cancellaria 11.* quæ eſt *de Vnionibus*, duo requiri, primùm vt exprimatur Valor cuiuſuis beneficij ſecundum communem æſtimationem, tam beneficij quod vniendum eſt, quàm eius cui poſtulatur vt aliud vniatur: Deinde vt is à quo petitur vnio, committat ad partes, id eſt ad locum in quo vnio facienda eſt, quia in eo ſita ſunt Beneficia quæ vnienda ſunt, vocatis iis quorum intereſt: quæ regula videtur tantùm loqui

A quando petitur vnio, at non ſemper petitur, ſed aliquando fit ex certa ſcientia, & motu proprio Superioris; quo caſu, ſi fiat ab Epiſcopo, ille ſolemnis & diligens tractatus adhibendus eſt, qui in conceſſionibus perpetuis deſideratur, *cap. non licet, de reb. Eccleſ. alienand. vel non, & cap. 1. eodem eod. tit. in Sexto.* proinde adhiberi debet conſenſus Capituli, quem tamen poſteà accedere ſufficit, ita tamen vt Vnio valeat vt ex nunc, non vt ex tunc, vt definiunt Interpretes in *dict. cap. 1.* ſed ſi fiat Vnio per Pontificem Romanum, etſi aliquid ex ſolemnibus omiſſum fuerit, poterit ipſe ex certa ſcientia ſupplere defectum Vnionis; quod tamen non recipitur in hoc Regno, in quo, vt Rebuffus *in 1. parte praxis beneficior. tract. de vnionib.* docet, poteſt appellari tanquam ab abuſu, ab Vnionibus factis ſine cauſæ cognitione, à quocumque factæ fuerint, & ſolent huiuſmodi Vniones nullæ & irritæ pronuntiari, non habitâ ratione temporis, quoniam abuſus præſcribi non poteſt: quin etiam & illud Concilio Conſtantienſi decretum eſt *ſeſſ. 43. cap. 2.* vt ſi non ex cauſis rationabilibus & veris voiones factæ fuerint, licet Apoſtolicæ ſedis authoritas interuenerit, reuocentur ad querelas eorum quorum intereſt; & Concilio Tridentino *ſeſſ. 7. cap. 6 ſeſſ. 24. cap 15. & ſeſſ. 25. cap. 9.* iubetur vt cauſæ coram ordinario, C vocatis iis quorum intereſt, verificentur; alioquin per ſobreptionem obtentæ præſumantur: ſed additur niſi declarauerit aliud ſummus Pontifex.

Intereſſe aotem intelligitur precipuè Epiſcopi, quoniam ei in perpetuum adimitur ius conferendi Eccleſiam vniendam, vel vnitam *dicta cap. ſicut vnire, Extra, de exceſſib. prælator.*

Deinde intereſt Capituli, cuius conſenſus interuenire debet, vt iam diximus: intereſt quoſiue Patroni; audiendæ quoque ſunt quælibet Eccleſiaſticæ Perſonæ vocem contradictionis emittentes, *cap. ſi quis Presbyterorum, Extra, de reb. Eccleſ. alienandis, vel non*: imo & plebs ipD ſa, vt *eodem cap.* probant Interpretes; quemadmodum poteſt intereſſe parochianorum ne vniantur Eccleſiæ

Non requiritur autem conſenſus Rectoris, vel aliorum qui poſſident beneficia eo tempore quo Vnio fit, quia, vt dictum eſt, Vnio fit ſine eorum præiudicio, *cap. 2. de reb. Eccleſ. non alienand. in Clement.* Reuocantur verò Vniones multis de cauſis, veluti quando per vnionem tollitur hoſpitalitas, vel fit diſſolutio regionis, *cap. 1, ne sit ille, Extra, ne Sede vacante aliquid innouetur*, quoniam ceſſat cauſa propter quam vnio facta eſt, vt ſi deſierint eſſe Eccleſiæ pauperes, *cap. cùm Martinus Extra de conſtitutionib.* ſi incipiant nocere Eccleſiis, *cap. ſuggeſtum, E Extrà. de decimis*; ſi Vnio facta fuerit per Simoniam. Plura de Reuocatione Vnionis tradit Rebuffus in *d. tract. 1. part. Praxis beneficior. tit. de reuocatione vnionis.*

De Commenda.

CAP. VIII.

SVccedit vt de Commenda dicamus, vbi aduertendum eſt omne beneficium, vel dari in Proprietatem, vel in Titulum, vel in Commendam: in Proprietatem conceduntur quæ alicui Religioſo loco donantur, vt ea Religioſus ille locus tanquam propria habeat, & in ſuos vſus conuertat, *cap. Paſtoralis*, *Extra de priuilegiis*, & *cap. Conſultationibus*, *Extra de donationib.* aut quando vna Eccleſia alteri vnitur, quia ea B fit propria eius cui vnitur, quam ideo vulgo dicunt Interpretes concedi in Proprietatem per modum Vnionis.

Beneficia verò conferuntur in Titulum, vel verum vt titulum Electionis, Collationis, &c. de quibus ſuprà; vel coloratum, de quo mox dicemus.

At Beneficia conferuntur in Commendam quando Cuſtodiæ cauſa dantur, *cap. nemo de electione in Sexto*; Quæ res cœpit priſcis temporibus ex eo quod cùm Eccleſia aliqua vacaret, non ſtatim inueniebatur vir idoneus, qui præficeretur Eccleſiæ, interimque probo alicui viro commendanda erat, qui in eam oculos in- C tenderet, & tanquam Tutor quiſpiam, & Procurator, actûs ſui rationem redderet. Hic paſtor Eccleſiæ non erat, ſed ad tempus ſolùm conſtituebatur; qua de cauſa poterat alterius Eccleſiæ paſtori commendari Eccleſia, *can. 2. & 3. 21. quæſt. 1. can. obitum*, & *can. Carnetenſis Diſt. 61.* eoque modo accidebat vt vnus idemque duas haberet Eccleſias, vnam Intitulatam, aliam Commendatam; quia vnius paſtor, erat perpetuus, alterius, cuſtos temporarius, *cap. dudum de elect.* *Extrà*: plus tamen iuris habuit Commendatarius quàm Cuſtos; quia Commendatarius procurator eſt in ſpiritualibus, & temporalibus, & omnia poteſt præter alienationem bonorum immobilium, & præter illa quæ miniſterium conſecrationis exigunt, *cap. is cui, de elect. in Sexto*: & ideo poteſt facere ſumptus ex reditibus beneficij Commendati, alimenta ſubminiſtrare, & debita Eccleſiæ perſoluere, non minùs quàm is qui beneficium in Titulum habet, vt docet Archidiaconus *in dict. can. qui plures 21. quæſt. 1.* cùm hæc omnia Cuſtodi denegentur, vt notum *l. vulgata commendare D. de verbor. ſignificat.*

Sed quæ res ad vtilitatem Eccleſiarum vacantium priſcis temporibus excogitata eſt, tandem in earum perniciem eſt conuerſa, quando cœpit per eam viam de vacantibus Eccleſiis prouideri iis quibus per canones non licebat, veluti vt dictum eſt, vt quis duabus Eccleſiis contra canones præficeretur; vt cùm beneficia ſæcularia ſæcularibus, Regularia Regularibus debeantur, poſſit Regulare in Commendam dari viro Seculari, vel ſæculare Regulari, vel cùm patienti defectum ætatis datur beneficium in Commendam, denique quoties in eo cui conferendum eſt beneficium aliquis eſt animi defectus, illud Romanæ Curiæ eſſe ſolet vt ei detur beneficium in Commendam.

A Quod genus Commendarum multis modis improbant & exagitant Interpretes, qui ex huiuſmodi indulgentiis multa mala Eccleſiæ prouenire docent, illudque potiſſimùm quod cùm Commendæ olim fierent tantùm in Eccleſiæ vtilitatem, hodie quoque & in vtilitatem Perſonæ fiant: inter quæ duo genera Commendarum hoc intereſt, quòd in primo genere Commendatarius poteſt ad libitum reuocari, & beneficium tanquam vacans alteri poteſt conferri; quia licet Commendatarius hoc plus habeat quàm Cuſtos, quòd ſeipſum exhibeat ex fructibus beneficii, deducto tamen victu, omnes fructus futuro Prælato ſeu futuro Titulato ſeruare tenetur, *can. fin. Diſt. 61.* & *can. charitatem 12. quæſt. 2.* B in poſteriore verò non poteſt remoueri Commendatarius, imo Titulus Commendæ habetur pro Titulo iuſto & legitimo, Gomeſius *in regul. Cancellariæ, de publicandis reſignationibus, quæſt. 4.* Et proinde fructus facit ſuos, de quibus pro libito diſponere poteſt.

Sed cum quis petiit Commendari ſibi Beneficium à Romano Pontifice, dubitari poteſt interdum quo animo fuerit commendatum, & an in perpetuum datum ſit, an ad tempus: propterea Interpretes optimum eſſe dicunt apponi clauſulam in Reſcripto, quâ licet Commendatario de fructibus diſponere, quia tunc nullo modo tenebitur fructuum perceptorum no- C mine.

Hoc autem iure vtimur in Gallia vt Commenda quaſi in vtilitatem Perſonę ſemper concedatur, ſit ad inſtar Tituli iuſti & legitimi, & proinde permutari poſſit Commenda cum alio Beneficio, & incompatibilis quoque ſit cum alio, ſi vtrumque Beneficium Curatum ſit, vt notat Gomeſius *ad regulam Cancellariæ de triennali Poſſeſſione, quæſt. 5.* quod poſtea vt nemo de eo dubitaret, definitum *ſeſſione 7. cap. 2. & 4. Decreti de reformat. Concilij Tridentini.*

Denique vacare dicitur Commenda ſicut aliud beneficium: & generaliter quæcumque locum D habent in beneficiis, habent etiam locum in Commendis perpetuis.

De Triennali Poſſeßione.

CAP. IX.

POſtremus modus obtinendorum Beneficiorum eſt poſſeſſio Triennalis cum colorato Titulo, qui coloratus Titulus vim iuſti & legitimi Tituli habeat; quod accidit cùm per triennium E beneficium aliquod pacificè poſſeſſum eſt, *tit. de pacificis poſſeſſoribus in pragm. ſanctione & in Concordatis*, *cap. Reg. Cancellariæ, de triennali Poſſeſſore.* Hanc regulam Cancellariæ aliam ab ea Regula Cancellariæ eſſe quæ *de annali Poſſeſſore* dicitur, notiſſimum eſt; ſiquidem de annali poſſeſſore regula eſt in eos qui neglexerunt impetrare beneficium annalis Poſſeſſoris per annum aut amplius, non vt eos penitùs ſubmoueat ab impetrandi facultate, ſed tantùm vt eis impetratio proſit ſi formam ſeruauerint in ea regula conſtitutam, quæ eſt huiuſmodi, vt neceſſe ſit in literis exprimi nomen, gradum, aut nobilitatem poſſeſſoris, & quot annis poſſederit

beneficium ;& nullum ius in beneficio poſſeſſorem habere. Oportet quoque vt intra ſex menſes computandos à die quo impetrauerit beneficium, euocet ad iudicium poſſeſſorem, & ex tunc cauſam intra annum vſque ad ſententiam definitiuam perſequatur ; quæ ſi ſeruauerit poterit impetrans obtinere beneficium, & interdum à poſſeſſore conſequi fructus & expenſas ; ſi verò non ſeruauerit, excludetur quidem ipſe impetrans , ſed non alius qui ſeruatâ regulâ conuenerit annalem poſſeſſorem.

Regula vero *de Triennali Poſſeſſore* impetrantes omnes ſubmouet, tutumque reddit ipſum poſſeſſorem, ne ab aliquo moleſtari poſſit, dummodo colorato Titulo poſſideat ; qui titulus coloratus non requiritur in annali poſſeſſore: nam etiamſi titulum coloratum haberet, ſi per triennium non poſſediſſet, poterit vincere eum impetrans qui formam Regulæ ſeruauerit ; at nunquam vincet impetrans triennalem poſſeſſorem qui titulo colorato poſſidet, ſed excluditur tàm ipſe quàm alij omnes qui poſſunt impetrare, per triennalem poſſeſſionem.

Vtriuſque regulæ affines ſunt rationes : Regulæ *de annali poſſeſſione* redditur in ea regula ratio , vt improbè lites inquirentium , motus reprimantur ; Regulæ *de Triennali*, ne lites ſuper beneficiis ſint immortales , & ne dum Clerici eas perſequuntur , gregem Dominicum lupus rapax inuadat, vt in ſimili dicitur *in cap. ne pro defectu Extra de elect.*

Vtraque regula ſuos habet authores. Regula *de annali poſſeſ.* laudat Eugenium 4. Regula *de triennali* emanauit ex decreto Concilij Baſileenſis, de quo *in titulo de pacificis poſſeſſorib. in pragmat. ſanct.* quod decretum poſtea in regulas Cancellariæ relatum eſt , aut vt ſcribit Duarenus , æmulati ſunt illud Romani Pontifices.

Ex his apparet Triennalem poſſeſſorem , de quo hic agimus, non eſſe ſine Titulo. Titulum accipimus pro modo obtinendi Beneficia , qui, ſi verus & iuſtus ſit, veluti ſi quis electus fuerit, aut ritè vel legitime poſtolatus , vel inſtitutus in beneficio , non eſt opus eius titulum confirmari triennali poſſeſſione;ſed ſi coloratus tantùm ſit, id eſt, figuram tantùm & colorem Tituli habeat, proderit ita demum ſi is titulo eiuſmodi per triennium poſſederit.

Et ad huius colorati tituli differentiam commenti ſunt Interpretes poſt *Gl. in verb. coloratum , de pacificis poſſeſſorib. in pragmat. ſanctio.* alium titulum quem incoloratum appellant : incoloratè poſſidere in iure dicimus eum qui ſine cauſa poſſidet, vt in *Gl. minor autem, verſ. denique, D. de minorib. viginti quinque annis*; vbi incoloratè reſtitui accipimus pro nullâ allegatâ cauſâ ; & alibi in iure frequens mentio habetur coloris, colorati tituli,& colorati contractus,& coloratæ donationis, vt in *l. Sulpitius , D. de donationib. inter virum & vxor.* & in *l. fin. Cod. mandati.* Itaque incoloratum titulum eſſe dicunt , quando poſſidens nullum habet ab eo titulum ad quem jus conferendi ſpectat ; vel ſi habeat , fuit eo iure priuatus per ſententiam iuris, vel hominis , vt ſi quis habuerit beneficium à Laico, *cap. illud Extra de iure patronat.* ſi quis duo Curata beneficia ſimul habuerit contra *cap.*

A *de multa Extra de Præben.* ſi quis receperit Epiſcopatum , & permiſerit labi tempora de conſecrandis Epiſcopis *cap. cùm in cunctis , §. 1. Extra de elect.*

Vnde colligunt Titulum Coloratum dici quotieſcumque defectus non fuit in conferente, nec vlla priuatio à iure vel ab homine , ſed defectus eſt in recipiente , vel alius ſimilis , vt in *cap. cum noſtris , Extra de conceſſ. praben.* defectus fuit in recipiente , qui non potuit ſimul habere Epiſcopatum & Præpoſituram: verùm hæc opinio ſtare non poteſt , quia vbi defectus eſt in recipiente , non poteſt dici Titulus coloratus ; non minus enim deſideratur in collationibus beneficiorum recipientis capacitas , quàm poteſtas conferentis.

B Gomeſius *ad hanc regulam* , exiſtimat poſſe dupliciter conſiderari coloratum titulum : Primò quoad effectum huius regulæ, deinde quoad effectus iuris communis , quando ab eo collatum eſt qui poteſtatem conferendi non habet , vel cùm beneficiarius iure quod habet in beneficio eſt priuatus , vel ipſo iure , vel per ſententiam: in propoſito caſu ; nempe quoad effectum huius regulę titulus coloratus habetur quicumque non eſt exceptus in hac regula , in qua duæ exceptiones tantùm ponuntur , eius qui habet Titulum per Simoniam , & eius cui prouiſum fuerit de beneficio reſeruato prouiſioni ſummi Pontificis , reſeruatione in corpore Iuris clauſâ.

C Sed nec opinio hæc nobis placet , quia repugnant hæc verba huius regulæ, *ex Apoſtolica vel Ordinaria Collatione* , quæ verba oſtendunt eos dici coloratum titulum habere, qui titulum habent ab his ad quos pertinet diſpoſitio beneficiorum ; cæterùm ex aliquo defectu accidit vt coloratus ſit titulus , non iuſtus , aut potior ; veluti ſi cùm plures concurrerent in iure conferendi, iuſtitutus ab eo qui iure præuentionis potior non erat, per triennium poſſederit ; ſi fuerit collatio facta ab Ordinario cui erat ab Executore inhibitum ne conferret , *cap. ſi ſoli , de conceſ. praben. in Sexto* , ſi electio facta fuerit quæ vitium aliquod habeat, ab his qui eligendi poteſtatem habent; ſi in beneficio patronato ſine præſentatione Patroni Presbyter inſtitutus fuerit,qui per triennium non contradicente Patrono poſſederit.

D Reliqui omnes ſiue habuerint titulum ab ijs qui conferendi poteſtatem non habent , vt in *cap. ex frequentibus , Extra de inſtitutionib.* ſiue authoritate propriâ inuaſerint beneficia , quos certum eſt priuari ipſo iure beneficiis , *cap. eum qui de Præbend. in 6.* ſiue ſine vllo titulo præcedente , vel falſo titulo ſubnixi poſſederint beneficia, ſiue titulo priùs legitimè habito priuati fuerint , & nihilominus

E retineant beneficia ; ſiue habeant quidem titulum ab his qui conferendi habent poteſtatem , ſed qui interdicti ſunt , vel excommunicati , dicuntur violenti poſſeſſores, aut intruſi , *cap. cum dilectis , Extra de purgat. Canonica.*

Huic titulo Colorato cum triennali poſſeſſione non obeſt *regula 1. de regulis iuris in Sexto*, quæ ſic loquitur , beneficium Eccleſiaſticum, ſine canonica inſtitutione obtineri non poteſt; ergo non triennali poſſeſſione,vel titulo colora-

to. Reſpondetur enim titulum coloratum haberi pro iuſta & canonica inſtitutione, ne lites ſuper beneficiis immortales ſint, cujus tituli defectus ſuppletur ex vi triennalis poſſeſſionis: nec tamen propterea dicendum eſt acquiri præſcriptione beneficium, quoniam non ita acquiritur beneficium quod ſit alterius, ſed vacans beneficium, quod vel Apoſtolicâ, vel ordinaria collatione habetur, vt expoſuimus.

Porro hunc titulum oportet ab initio coloratum eſſe, & ſemper, id eſt per totum triennium coloratum remanere: nam ſi quis pacificè per triennium titulo incolorato beneficium poſſederit, deinde in tertio anno acceſſerit titulus coloratus, putà quod ab ordinario tertio illo anno collatum fuerit beneficium, non iuuabitur hoc decreto, quod antequam haberet titulum coloratum violentus erat & intruſus, *Gl. in dicto verb. coloratus, in fine*; vel è conuerſo ſi acciderit vt per biennium titulo colorato poſſederit, poſteà verò titulus ille coloratus redactus fuerit ad non titulum, vt vulgo dicunt, quia forte, vt exemplum ponit Gomeſius, cùm color eſſet renuntiationis, accidit vt illa qui renuntiauit mortuus fuerit poſt ſex menſes in poſſeſſione beneficij, contra regulam Cancellaria, *de publicandis reſignationib.* atque ſic renuntiatio facta fuerit inanis; poſſeſſor auxilio hujus Decreti de pacificis poſſeſſoribus defendi non poterit.

Eſt etiam de Colorato Titulo tenendum non eſſe neceſſe vt is qui titulo colorato poſſedit per triennium, ad petitionem aduerſarij docere de titulo ſuo teneatur, etſi aliter fuiſſe iudicatum referat Papo *Placitorum lib. 8. tit. 9.* quia nemo cogitur dicere titulum ſuæ poſſeſſiones, *l. cogi, Cod. de petitio. hæreditatis*, quamuis ad inſtantiam Iudicis cogatur *cap. Ordinarij de Offic. Ordina. in Sexto*, & *titulo de pacificis poſſeſſorib. in pragmat. ſanctio. & in Concordat.* vbi præcipitur Ordinariis vt inquirant diligenter ne quis ſine titulo beneficium poſſideat: atque etiam eo caſu quo ius commune poſſidenti reſiſtit, vt cùm quis poſſidet duo beneficia incompatibilia, *Gl. in dicto verbo, coloratum.*

Inſuper tenendum eſt titulum coloratum ſufficere, nec requiri bonam fidem, quamuis in præſcriptionibus bona fides requiratur, *cap. fina. č. de præſcriptionib.* quoniam is quis titulo colorato per triennium poſſidet, nunquam cenſendus eſt malâ fide poſſidere, cùm vt dictum eſt non præſcribat beneficium alterius, ſed ex negligentia deſerentis & non perſequentis jus ſuum, jus ſibi acquirat in beneficio.

Propterea definiunt vulgo ſi duobus litigantibus ſuper beneficio, non planè iudicatum fuerit ſuper poſſeſſione, ſed vnus in poſſeſſione potior habitus ſit, adiudicatâ ei Recredentiâ quam vocant, ſi is ab eo tempore per triennium pacificè poſſederit, iuuari enim hoc Decreto: & cùm hic poſſeſſor non cenſeatur poſſeſſor malæ fidei, nec per viam denuntiationis Euangelicæ poterit moleſtari, *contra Gl. in verb. moleſtari, in tit. de pacificis poſſeſſorib. in pragm. ſanct.* & non ſolùm ei dabitur exceptio, ſed etiam actio ne moleſtiam patiatur ſuper ipſo beneficio, vel ſuper rebus Beneficij, in iudicio, vel extra iudicium, vt pluribus probat Rebuffus *in tractatu de Pacificis poſſeſſorib. num. 19.*

Quod autem ad Triennalem Poſſeſſionem pertinet, Triennium hic idcirco deſideratum, quòd in multis aliis ſimilibus hoc tempus ſufficere viſum fuerit, vt explicat *Gl. in verb. triennio, de pacificis poſſeſſoribus in pragmatica ſanctione*: illudque triennium Completum eſſe debere *ead. Gl.* docet, & poſſeſſionem Prædeceſſoris non continuari ad Succeſſorem in beneficio, *Gl. in ead. tit. in verb. poſſedi*; licet vulgare ſit in præſcriptionibus & vſucapionibus coniungi tempora, & Succeſſorem authoris ſui acceſſione vti, *l. Pomponius, §. cùm quis, D. de acquirenda poſſeſſione, & l. id tempus, de vſurpationib. & vſucapionib.* ſed hoc ideo in Beneficiis receptum eſt, quod in Beneficiis non ſit admittenda ſucceſſio, vt docuimus *in 4. part. huius tractatus*: & inſuper quòd Titulus in Beneficiis nunquam præſcribatur, vt pluribus Gloſſa docet *in cap. contingit, Extra de dolo & contumacia, in verb. conſtituatur*, quem ſequeretur præſcribi ſi eiuſmodi acceſſionem & coniunctionem temporum admitteremus.

Hoc autem triennium non currit hoſtilitatis tempore, nec aliis temporibus quibus quis impeditus legitimè fuit ne poſſet agere, *cap. ex tranſmiſſa, Extrà de præſcriptionib. can. ſi Sacerdotes, & can. prima act. 16. quæſt. 3.* de quo impedimēto proteſtatio neceſſario facienda eſt, eaque partibus intimanda, iuxta Concilium Viennenſe, quod proponitur *in cap. cauſam electionis, de elect. in Clemen. dicto tit. de pacificis poſſeſſoribus in pragm. ſanct. & in Concordatis*: & tam da proteſtatione quàm de intimatione proteſtationis ſcripto conſtare debet, *Gl. in cap. Cupientes, verſ. quod ſi per viginti dies, in verb. propoſita, de elect. Sexto.* Sed tamen definiunt rectè Intepretes, Gomeſius *quæſt. 57.* & Rebuffus *in tractat. de pacificis poſſeſſoribus, num. 310.* eo caſu quo quis incarceratus, vel aduersâ valetudine, quæ rebus agendis impedimento eſſet, detentus fuerit, eum nihilominus poſt lapſum triennij agere poſſe, quia hoc Decretum, quod in negligentes tantùm editum eſt, ad impoſſibilia non obligat: cui addit Rebuffus alium caſum, quando antequam laberetur Triennium, facta fuerit prorogatio huius temporis ex aliqua cauſa iuſti impedimenti, quod fieri ſolet in hoc Regno per impetrationem literarum regiarum.

Debere verò Poſſeſſorem per hoc Triennium, pacificum eſſe definitum eſt in prædictis locis, id eſt vt nulla mota fuerit controuerſia iudicialis, vel extra iudicialis ſuper beneficio: nam ſi pacificus non fuerit poſſeſſor, hoc Decreto non iuuabitur; quo etiam non iuuatur aduerſus Regaliſtam, quem vocant, id eſt aduerſus eum qui iure Regaliæ ſibi deberi Beneficium prætendit: huic enim tantùm præſcriptio triginta annorum objici poterit, *Gl. in dicto verb. coloratum.*

Alios caſus accumulat Rebuffus *in dicto tractatu de pacificis poſſeſſorib.* Siue controuerſia, eſt quando euictum eſt Beneficium, nec ei obiici poterit poſſeſſio triennalis, *cap. ſi beneficia, de Præbend. in Sexto.*

SECTIO SEV PARS VII.

De Modis quibus Beneficia Extra Ordinem Conferuntur.

SEquitur Septima Pars huius tractatus, quæ eſt de modis quibus Beneficia extra ordinem conferuntur. Iure ordinario, vel extra ordinem conferri, diximus in tertia parte huius tractatus metiendum ex perſona eorum qui conferunt. Romanus enim Pontifex, & Legatus à latere Beneficia in aliorum Diœceſi ſita non ordinario iure, ſed extra ordinem conferunt.

Id autem pluribus modis accidit: nam, vt ibidem docuimus, poteſt Romanus Pontifex de plenitudine poteſtatis concurrere cum omnibus Ordinariis in collationibus Beneficiorum vacantium, eoſque omnes præuenire; quod etiam poteſt Legatus à Latere. Poteſt quoque mandare vt Beneficia nondum vacantia certis Perſonis conferantur cùm ea vacare contigerit. Potuit olim, & hodie quoque poteſt, ſed non in hoc Regno, reſeruare ſuæ collationi quædam, vt ea ipſe cum vacauerint, cui voluerit conferat, quod etiam habet Legatus à Latere, vt ibidem diximus. Sed & quoque ſæpe jus conferendi & nominandi aliis concedit, vt ipſi authoritate Apoſtolicâ vel conferant, vel nominent ad Beneficia, *cap. si eius*, & *cap. ſicut, de præbend. in Sexto.* quomodo ſæpe legimus eum attribuiſſe jus Collationis & Nominationis Regibus & Principibus, vt diximus *in ead. 3. Part.*

Eſt etiam in vſu frequentiſſimo Scholaſtica Nominatio, quæ fit ab Academiis celebrioribus huius Regni, ex Leonis Pontificis conſtitutione in Concordatis, de quibus omnibus *in hac 7. parte* tractandum eſt.

De Collationibus Beneficiorum Vacantium, & Bullis, & Clauſulis earum, & de Præuentione Papæ.

CAP. I.

PRimùm videamus de Collationibus Beneficiorum vacantium in aliena Diœceſi, & quomodo ea impetrari & concedi oporteat, & de Præuentione Papæ. Beneficia vacantia Romanus Pontifex vel ſuo iure, id eſt ordinario iure confert, vel extra ordinem: ſuo iure confert primùm beneficia ſuæ Diœceſis; ſecundo beneficia quæ vacant in Curia Romana, quoniam eorum Collationes jus ei ſpecialiter reſeruauit, vt diximus in *ead. 3. Part.* confert ſuo quoque iure Beneficia exempta ab ordinariorum poteſtate, quia ei immediate ſubiecta ſunt, *cap. fin. Extra de Renuntiat.* & ea quoque quæ iure deuoluto confert, vt diximus *in ſuperiore part.*

Cætera beneficia confert Extra Ordinem, quæ ſita ſunt in aliorum Diœceſi, in quorum Collatione, vt diximus, concurrit cum Ordinariis. Eorum autem beneficiorum Collatio fit per Signaturam, & Bullas quas vocant. Quamuis enim gratia Romani Pontificis ſolo verbo fieri poſſit, *can. inſtitutionis 25. quæſt. 2. cap. dudum, de ſepult. in Clement.* tamen cùm ſtilus Romanæ Curiæ ſic ſe habeat vt expediantur gratiæ per ſignaturam & bullas, non erunt ſignatura & bullæ ſimpliciter neceſſariæ ad probationem Collationis & tituli, ſed erunt de eſſe vt loquuntur ipſius Collationis, & conficient Titulum; qui nullus intelligitur ſi fortè aliquo caſu deperditę fuerint ſignatura & bullę, licet probatio eorum admittatur per teſtes, *cap. cum olim, de priuilegiis.* ſed conſultius eſt tunc probare ſignaturam per ſumptum extractum ex libro ſignaturarum Romæ.

Signatura differt à Bulla, quoniam ſignatura eſt quæ in papyro conſcribitur abſque ſigillo, in medio ſcriptæ partis ſupplicationem & Papæ conceſſionem continens: Bulla verò fit in membrana, plumbo filibus pendente, quod eſt protocolon Notarüs, ex quo conficiunt inſtrumenta, *Nouella* 44.

Illud differt Signatura à bullis: nam quod in ſignatura paucis verbis conſcribitur, illud extenditur in Bulla, & ita ſignatura eſt veluti breue; nam ex Zonara *in Concil. Carthaginenſ. act. 6.* βρέβιον ἡ ἐπιτομὴ λέγεται καὶ σύντομος γραφή: breue, id eſt cōpendium & ſcriptio contractior; & ex Optato *lib. 1.* breuis auri & argenti Cæciliano traditur adhibitis teſtibus. Vnde in Breuiario; apud Nithardum *lib. 4. & in legib. Francicis*, & apud Annam in *Alexiade ſua.* Dicitur etiam Pittacium *in Gloſ. veterib.* & *Moſchopulo* πιττάκια δωρικῶς τὰ λεπτὰ περιτμήματα τῶν δερμάτων, pittacia Doricè minuta ex pellibus ſegmenta. Vnde Petrochia bulla totas literas ſignificat, licet propriè bulla ſit ſigillum rotundum in modum bullæ pendens, vt *in vita B. Baſilii*, & plumbo bullauit illam chartam; & *in vita Ioannis Eleemoſynarii*: dat ei proprium pittacium bullatum. Et ideo *apud Anaſtaſium* Bulla eſt clauus, & orbis aureus cuiuſque rei, etiamſi non pendeat *in Leone* 4. Vita B. Baſilij citata eſt authore Amphilochio. Confirmatur apertiſſimè ex *cap. 5. de crimine falſi*, vbi bulla diſtinguitur a literis, & ſumitur pro ſigillo literarum: & propterea ſi dubitatum ſit de aliquo verbo in Bulla poſito, recurrendum erit ad ſignaturam tanquam ad prototypum: & aliquando iudicatum reperitur pro ſignatura contra bullas, ſi clauſula reperta fuerit in ſignatura quæ non eſt in Bulla, vt docet Rebuffus *in 1. part. Praxis beneficior.* non tamen tantam eſſe vim ſignaturæ quantam bullarum certum eſt: nam habetur ſignatura ante confectionem litterarum ſeu bullarum, res informis, vt probat regula Cancellariæ *de non iudicando iuxta formulam ſupplicationis, ſed litterarum expeditarum*, id eſt bullarum: & decidit Rota *deciſio. 19. de conceſſio. Præbend. in nouis.* Et inſuper non ſignatura, ſed bulla titulus eſt beneficij, *Gloſ. in verbo exhiberent, tit. de prorogat. dilationis ad approband. Concordat, in Concord.* Et ideo cum ſimplici ſignatura nemo poſſeſſionē beneficij nāciſcitur, vt tradit Felinus *in cap. nemine, de accuſationibus*; quod contra in bullis eſt, quibus obtemperandum eſt omnino, vt probatur *in proœmio Sexti Decretal. in fin vbi Gl. in verb. bulla.* ſi

A tamen ſignatura fuerit approbata in libro Regiſtri, quod vocant, ſignaturarum, facit fidem: & quoque ſumptum ex ea ſi fortè incidenter allegetur, non ſi pro vero titulo, *vt dicta Gl. in verb. exhiberent*, docet: facit etiam fidem contra eum qui impetrauit, *argu. l. cum precum de liberali cauſ.* Ac inſuper hoc iure vtimur in hoc regno vt in minoribus beneficiis modici valoris, ſufficiat ſignatura, quæ approbatur per menſularios expertes; (in vulgari noſtro appellantur *Banquiers*) qui teſtificantur illam optime, & ſecundum ſtilum Romanæ Curiæ Conceptam: quod maximè obtinet vbi propter bellum, vel aliud legitimum impedimentum non licuit reportare bullas, de quo pluribus Rebuffus *in 1. parte Praxis beneficior.* eo loco quo tractat de tertia parte ſignaturæ.

B In Bullis autem atque Reſcriptis ad Beneficium, dubium eſt quæ nam exprimenda ſint, ne gratia credatur ſubrepititia: & imprimis generale eſt in omnibus huiuſmodi impetrationibus, eorum eſſe mentionem faciendam quæ potuiſſent dimouere Pontificem à conceſſione, vel eum ad concedendum difficilem reddere *cap. poſtulaſti, Extra de Reſcriptis*; quorum reticentia nocet ſi ſciens ſit is qui impetrauit, non ſi ignarus, *cap. gratia, eod. tit. de Reſcript. in Sexto.* Exprimendorum autem in Reſcriptis ad beneficia, alia verſantur circa beneficium de cujus impetratione agitur, alia circa iam obtentum.

C Eius beneficij quod impetratur qualitas eſt exprimenda, veluti quod Curatum ſit, quia in beneficiis Curatis maior idoneitas Perſonarum requiritur, quàm in aliis, *cap. cùm in illis de Prabend. in Sexto*: quod beneficium requirat reſidentiam, *cap. fin. de Clericis non reſidentib. Extra*: quod annexam habeat dignitatem, quod Sæculare ſit aut Regulare, quia Sæcularia Sæcularibus, Regularia Regularibus debentur.

Eſt quoque valor exprimendus Beneficij, *§. fin. de mandatis Apoſtolicis in Concordat. & Regula Cancellariæ 61.* quæ regula Cancellariæ ſiue ſit Vrbani 4. ſiue Vrbani 6. multiplici ratione nititur, vel quia diſpenſatio temporalium ſecundum qualitatem perſonæ exprimenda eſt, vel ne impetrantes rapiant ſtipendia plurimorum;

D & proinde in prædicta regula iubetur exprimi valor tam eius beneficij quod impetratur, quàm eius quod iam obtinet Impetrans; vel etiam vt inde cognoſcatur an annata Papæ ſoluenda ſit, & quanta ſoluenda: nam ſcribit Rebuffus *in dicto §. fin.* in hoc Regno non ſolui annatam vbi reditus Beneficij non aſcendit ſummam triginta ducatorum.

Exprimendum quoque eſt beneficium eſſe Patronatum, vbi ad præſentationem Laici pertinet, quia Romanus Pontifex nunquam intelligendus eſt prouidere de beneficio ſpectante ad præſentationem Laici patroni, ne Laici retrahantur à fundatione Eccleſiarum, *in cap. 5. de Prabend. in Sexto.*

E Exprimendum eſt quoque beneficium eſſe Litigioſum, quia illud conferri prohibetur *cap. ſi ij, vt lite pendente nihil innouetur, in Sexto*: nam etiamſi quæ iure prohibentur, concedere; & gratiam vltra ius facere velit Romanus Pontifex, ea ſunt exprimendo neceſſaria, vt concludunt Interpretes.

A De Beneficiis quæ iam obtinet impetrans, illud iure conſtitutum eſt, neceſſe eſſe fieri mentionem in Reſcripto beneficij quod iam obtinet impetrans, quantumuis modicum illud ſit, *cap. ad aures, cap. cum adeo, & cap. ſi proponente, Extra de Reſcr. cap. non poteſt, de Prabend. in Sexto*: quoniam qui habet vnum beneficium, non intelligitur ad aliud idoneus, *cap. ex eo, eod. tit.* propterea non eſt diſtinguendum, vt Gloſſa *in cap. non teneamur, de Prabend. &c.* diſtinguit, an beneficium ſufficiens ſit ad Clericum ſuſtentandum, an verò non ſit ſufficiens, quia quantumuis modicum, non eſt reticendum, vt diximus. Quin etiam vulgo decidunt Interpretes faciendam eſſe mentionem Beneficij quo impetrans ſpoliatus eſt, vel quoniam is

B qui actionem habet ad beneficium repetendum, beneficium habere videtur, *l. qui actionem D. de reg. Iur.* vel etiam quod alias via fraudibus aperiretur, quas ſtruerent Clerici: curarent enim ſe ab aliis ſpoliari, quò poſſent aliud beneficium impetrare, & demum repeterent primum: quâ ratione etiam mentio facienda eſt alterius mandati, ſi quod ad aliud beneficium obtinuerit impetrans, *cap. in noſtra, Extra de Reſcr.* & beneficij impetrati, ante collati, quod nondum ipſe acceptauerit, *cap. gratia, eod. tit. in Sexto, vbi Gl. in verb. ignorantis.*

Placet quoque mentionem eſſe faciendam Qualitatis Beneficij *dicto cap. ad aures, Extrà de reſcr. & cap. 1. de Prabendis, &c. in Clement.* quod arbitramur ſignificare Romanum

C Pontificem *in cap. vlt. de Offic. Iudicis Ordinar. in Clementi.* dum ſtatuit non valere collationem Beneficij factam à Legato Sedis Apoſtolicæ, habenti aliud beneficium, niſi de illo Beneficio quod obtinet facta fuerit mentio ſpecialis, id eſt niſi qualitas beneficij ſit expreſſa: nam vt optime Ioannes Andreas interpretatur, non declarat Romanus Pontifex *in eo cap.* illud quod continetur in gratia ſeu diſpenſatione, ſed ne de vi illius clauſulæ, non obſtante quod aliud beneficium obtineat, dubitetur, in ea mentionem ſpecificatam beneficij iam obtenti fieri voluit.

Sed & ſi quis Reſcriptum impetrauerit vt recipiatur vltra Canonicorum numerum ſtatutū,

D debet in Reſcripto fieri mentio numeri, quia in dubio non intelligitur velle Romanus Pontifex derogare certo & ſtatuto illi numero, *cap. conſtitutus, Extra de Reſcript.*

Vbi autem ſunt plures Qualitates beneficij tam obtinendi, quàm obtenti, omnes exprimendæ: veluti ſi ſit Dignitas cui Cura animarum annexa ſit; nec enim vſurpandum hic erit illud vulgare, conceſſo maiori intelligi conceſſum id quod minus eſt, *cap. ex parte, Extra de decimis*, quoniam hæ prouiſiones alienæ ſunt à iure communi, & propterea reſtringendæ, *cap. quamuis, de Præben. in Sexto.*

Quod de Beneficiis diximus extendendum eſt

E ad perpetuam Vicariam, *cap. poſtulaſti, Extra de Reſcriptis*: quia æquè ſuſtentatur Clericus ex commodis perpetuæ Vicariæ, atque ex fructibus beneficij; eademque ratio eſt cuiuſlibet penſionis, vel reditus Eccleſiaſtici. Nec ſecus eſt de poſſeſſione, quia ſi impetrans beneficium, poſſedit per triennium titulo colorato, eius mentionem facere debet: imò etſi ab alio poſſideatur

beneficium, non eſt reticenda eiuſmodi poſſeſſio, vt rectè cenſuit Feliuus, in *cap. ex tenore*, *Extra dict. tit. de Reſcript.*

Nec his omibus caſibus ſpectabitur quod impetrans fortè proponat ſe eſſe paratum renuntiare beneficio, vel penſioni quam habet, quoniam in Reſcriptis ſemper tempus datæ inſpicitur, *cap. eam te*, *Extra*, *iam dicto tit* quo tempore aliud ipſe beneficium vel penſionem habuit, propterea literæ ſubreptitiæ iudicantur eſſe.

Quæritur an Patrimonij ſit mentio facienda, ſi forte impetrans ſufficiens Patrimonium habuerit vnde ſe ipſum exhibere poſſit: & verum eſt non eſſe neceſſe vt fiat mentio Patrimonij; nam in *cap. poſtulaſti*, *Extrà de Reſcript.* cùm propoſitum fuiſſet Impetrantem retinuiſſe perpetuam Vicariam & bona paterna, reſpondetur de Vicaria, nihil vero de bonis paternis. Nec obſtat quod is qui ſufficiens patrimonium habet, exhibere ſeipſum non debeat ex bonis Eccleſiæ, *canon. fin.* 16. *Quæſt.* 1. nam hoc non impedit quin poſſit habere beneficium in titulum, dummodo eius intentionis ſit vt reditus beneficij pauperibus eroget, non vt ex his ditet Parentes ſuos. Panormitanus tamen *in dict. cap. poſtulaſti*, refert ſtylum eſſe Curiæ Romanæ vt in literis Iuſtitiæ fiat mentio Patrimonij, non in literis Gratiæ; quoniam per illas prouidetur tantùm pauperibus, vt mox infra dicemus; per has vero gratia fit & liberalitas.

Cætera quæ in Reſcriptis ad beneficia exprimi neceſſe eſt, ex eiuſdem Curiæ Stylo haurienda ſunt, in quo etiam obtinet vt clauſulæ certæ apponantur in his mandatis ne Gratiæ irritæ fiant.

In quo, & quod ad ea attinet quæ in Reſcriptis exprimenda diximus, nulla vel ſanè exigua eſt differentia inter impetrationes Beneficiorum vacantium, de quibus agimus, & Reſcripta ad Beneficia vacatura, vt probatur ex *tit. de forma mandati Apoſtolici*, *in concordatis*, vbi *Gl. in verbo*, *pro expreſſis*. Solent vero adijci hæ Clauſulæ: primùm clauſula qua *impetrans excommunicatus abſoluitur à cenſuris Eccleſiaſticis*, quam clauſulam adijci neceſſe eſt ſi impetrans excommunicatus ſit, quia nec excommunicato conferri poteſt beneficium, nec ipſe impetrare Beneficium, *cap. poſtulaſti*, *Extra de Clerico Excommunicato*, & *cap.* 1. *de Reſcript. in Sexto.*

Alia clauſula eſt quâ Romanus pontifex habet pro expreſſis beneficia impetrantis cum vera eorum æſtimatione, quam affert Rebuffus in 1. *part. Praxis benefic.* eo loco vbi explicat tertiam partem ſignaturæ, his verbis, *quod obſtantia Oratoris habeantur pro expreſſis*, *nec non verus valor*, &c. quæ clauſula efficit vt gratia non cenſeatur ſubreptitia, etſi impetrans reticuerit beneficia quæ habet, ſed non efficit vt ea retinere poſſit, *cap. non poteſt*, *de prabend. in Sexto*: vt nec etiam tollit inhabilitatem perſonæ, vel vitia impetrantis, *Gl. in cap. ſi Romanus*, *de Prab. in Clement.*

Idem dicendum eſt de Clauſula *Motus Proprij*, quam, quamuis pleniſſimam in omnibus interpretationem accipiat, *cap. ſi pluribus. eod. tit. in Sexto*, proinde omnem ſubreptionem & ſubreptionis ſuſpicionem tollat, *dicto cap. ſi*

A *Romanus in Clement.* pluresque alios effectus operetur, quos diffusè tradit Rebuffus *in Gl. in verbo*, *motu proprio*, *tit. de forma mandati Apoſtolici*, *in Concord.* nil tamen operatur contra ius cómune, & propterea non poterit Impetrans virtute eius clauſulæ reticere beneficia quæ habet, ea impetrãdo, licet Papa cum clauſula motu proprio reſpondeat, *cap. ſi motu proprio*, *de Praben. in Sexto*, nec inducit capacitatis diſpenſationem, cùm nunquam intelligatur Romanus pontifex diſpenſare niſi illud nominatim expreſſerit, *dicto cap. non poteſt.*

Quarta clauſula eſt, Clauſula *aut aliàs quouis modo* vacet, de qua diximus ſuprà *in* 6. *part.*
B dùm ageremus *de collationibus Ordinarior.* quam clauſulam eſſe neceſſariam ibi diximus, quia expreſſo vno modo vacandi, nõ propterea alius modus venit; de qua clauſula, & de clauſula *ſiue per ceſſum*, *ſiue per deceſſum*, *vel quemuis alium modum vacauerit*, vide *Gl. in verbo*, *aliam*, *de forma mandati Apoſtolici*, *in Concordat.*

Sunt & aliæ Clauſulę de quibus proximè agemus, dum de mandatis ad beneficia vacatura ſermonem inſtituerimus.

Quamuis verò hæ Clauſulæ Subreptionem omnem, & ſubreptionis ſuſpicionem excludant, vt dictum eſt, non tamen falſitatem, aut falſitatis ſuſpicionem, nec alia quæ præter
C ſubreptionem aduerſus Reſcripta proponuntur.

Falſitas autem in Reſcriptis, ſeu Mandatis, deprehenditur tam in tenore ipſius bullæ, quam in filo, charta, & ſtylo, *cap. licet*, & *cap. quàm graui Extra*, *de crimine falſi.* Veluti ſi ſit litura ſeu raſura, quam vocant, loco ſuſpecto, vt in Indictione, *cap. inter dilectos*, *Extra de fide inſtrumentor.* nam in narratione facti ſi erratum eſt poſſunt quædam abradi. *cap. ex literis*, *dicto tit.* ſi aliqua fuerit ſcriptura intermedia & addita, quæ vocatur interlinearia, *cap. cùm venerabilis*, *Extra de Religioſis domib.* ſi Data non fuerit appoſita *l.* 4. *Cod. de diuerſis Re-*
D *ſcript.* ſi qua beneficia perſonalia ſine Die & Conſule fuerint deprehenſa, authoritate careant, niſi relata ſint in corpus Iuris, & conſtitutione *de nouo Cod. faciendo.* Græcis daton, & zacanon dicitur, [illegible]: ſi Scriptura imperfecta dicatur; ſi ſit Vitium manifeſtum in Conſtructione *cap. ad audientiam*, *Extra de Reſcript.* quamuis ſi ſit defectus tantùm in ſyllaba, non vitietur Reſcriptum, *cap. ex parte*, *Extra de fide inſtrumentor.* & *l. qui habebat*, *D. de manumiſſis teſtament.* quà lege qui habebat ſeruum Cratiſtum ita cauit: ſeruus meus Cratinus liber eſto; & reſpondetur nihil obeſſe
E quod in ſyllaba erraſſet, & Cratiſtum ad libertatem venire. Cùm enim vt dicit *Gl. in dicto cap. ad audientiam*, *de Reſcript.* Extra, Reſcriptum Romani Pontificis per multorum manus tranſeat, & magna authoritate concoquatur, præſumetur falſum in quo vitium eſt conſtructionis, vitium autem Conſtructionis eſt ſolœciſmus, Quintiliano *lib.* 5. *cap.* 5. & Suidæ *in verbo barbariſmus.* Vnde aliud dicendum definiunt Interpretes in inſtrumentis Notariorum.

Maximè verò objici ſolent aduerſus Bullas, ſeu Mandata Apoſtolica quibus Romanus pon-

tifex prouidet de Vecantibus beneficiis, duæ regulæ Cancellariæ, quetum prior appellatur *de veri ſimili notitia obitus*, poſterior *de iure quæſito non tollendo.*

Quod ad priorem attinet, ea optimis rationibus inducta eſt, cuius auctor laudatur Ioannes 22. Profluit enim ex illis canonibus & inſtitutionibus, quibus prohibetur beneficia conferri antequam vacent, de quibus diximus ſuprà *in 5. Parte*: viam quoque præcludit fraudibus & conſpirationibus quæ in necem Beneficiatorum fieri poſſunt. Quam Regulam etiam locum habere in collationibus Ordinariorum ſuprà diximus. Adeo vero locum habet in hoc Regno in omnibus collationibus, vt nec ei Regulæ derogare poſſit Pontifex Romanus: placuit enim eã deſcribi in Regiſtro Curiæ & legem Regni effici, vt referunt Pragmatici. Quin etiam decidit Rebuffus *in Gl. 9. ad hanc regulam in 1. Parte Praxis beneficior.* hodie non valere Collationes factas à Pape, vel ab ordinatio ſub hac conditione, ſi vacat; niſi tantum temporis effluxerit vt intra illud vacationes veriſſimiliter peruenire potuerint ad notitiam Collatorum: nec Clauſula motus proprii appoſita in gratia, eo caſu impetrantem adiuuabit, vt decidit Gomeſius *quæſt. 2. ad eam regulam*; vel quia ea Clauſula nihil poteſt circa ea quæ naturalia ſunt, vt ea immutet, & conſequenter non tollit veriſimilitudinem, vt quis citiùs iuiſſe intelligatur quàm per rerum naturam ire potuerit, *l. continuus, §. illud, de verbor. obligat.* vel etiam quod ea mens in dubio intelligatur eſſe Romani Pontificis quæ Iuris; ius autem eiuſmodi præpoperas ambitiones improbat. Non quoque impetrantem adiuuabit aduerſus eam regulam clauſula vel otauo, quouis modo, vbi per obitum vacauerit beneficium, quamuis ſecùs ſit ſi alio modo vacet.

Computatur autem tempus quo veriſſimiliter notitia obitus ad Collatorem peruenire potuerit ex loco vbi deceſſit & ex die quo deceſſit, aut ſi celata fuerit mors beneficiati, ex eo die quo publicata fuerit, vt refert iudicatum Papo *lib. 3. placitorum tit. 4.* & ſi contigerit vt eodem die ſit impetratio & obitus, adhuc erit locus huic regulæ, vt ſi notitia obitus veriſſimiliter peruenire potuerit ad Collatorem, valeat collatio vel impetratio, alias verò non valeat.

Poſterior regula *de non tollendo iure quæſito*, impedit impetrationem Beneficij in quo ius alteri quæſitum eſt, quæ adeo ſeruatur, vt in literis Apoſtolicis ſolita ſint apponi hæc verba: dummodo tempore datæ præſentium non ſit in Beneficio alteri Ius quæſitum: de qua regula vide Gomaſium, *ſuper regulas Cancellaria*, & Rebuffum *in 1. parte Praxis beneficior.*

Sed videndum eſt de Iure Præuentionis, quod ſæpe iam diximus Romanum Pontificem habere, vt poſſit in collationibus Beneficiorum præuenire Ordinarios. Hoc ius non fuit ſublatum Concilio Baſileenſi, vt apparet *ex §. neque etiam, de collationib. in pragmat. ſanct.* & iure Concordatorum maximè confirmatum eſt, *§. declarantes, de mandatis Apoſtolicis, in concordatis*: nam ibi conſtitutum eſt vt iure præuentionis Pontifex Romanus beneficia tam ſæcularia quam regularia liberè conferat, ergo & beneficia quæ vacant in menſibus attributis graduatis ſimplicibus, vel nominatis. Quod non eſt accipiendum cum ea limitatione quam ponit Duarenus *cap. 10. lib. 5.* ſi modo Romanus Pontifex ſimplicibus Graduatis vel Nominatis contulerit: nam eam interpretationem ſubuertit *§. reſeruationes, verſ. non tamen, de collationib. in pragm. ſanct.* vbi prohibetur Pontifex Romanus in eadem Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata duas Præbendas tempore ſuo conferre, quo qualificationes Graduatorum ſuum ſortiuntur effectum, id eſt ne præiudicium illis fiat; at nullum fieret eis præiudicium ſi Romanus Pontifex tunc teneretur Graduatis conferre.

Hoc autem Ius præuentionis diligenter eſt diſtinguendum à iure prælationis: nam is cui Romanus Pontifex vacans beneficium contulerit, non præfertur ei cui collatum fuerit ab Ordinario, niſi Romanus Pontifex præuenerit, id eſt niſi priùs Papa contulerit; propterea non præuentio eius præiudicabit qualificatis id eſt Graduatis; & ſi Ordinarius præuenerit, Collatio Ordinarij potior erit: quia vt optime docet *Gl. in dicto §. neque, in verbo præuentionem*, cùm ordinarij Collationes accumulatiuè vt dicunt cum Romano pontifice ius collationis habeant, ex quo vnus præuenerit alius ſe intromittere non poterit; nec enim ampliùs dicitur vacare Beneficium, quandoquidem in pluribus habentibus iuriſdictionem in ſolidum, dicimus locum eſſe præuentioni, vt is qui præuenerit ſolus de cauſa cognoſcat, *cap. cum plures, de offic. & poteſta. Iudicis deleg. in Sexto.* Præueniſſe autem intelligitur Ordinarius cùm contulit, non cùm præfixit diem ad conferendum, quia ante collationem res habetur integra, *cap. præſenti de offic. Lega. in Sexto, Gl. in §. item circa, in verb. non valeant, de collationibus, in pragm. ſanct.*

Per Præſentationem tamen factam à Patrono definit eadem Gloſſa præuentum cenſeri Romanum pontificem, quoniam præſentatio Patroni vim quandam electionis habet. Sed ita demum præuentioni locus eſt ſi vtraque collatio legitimè facta fuerit; nam quæ nulla eſt, non præuenit aliam, ſicut Citatio quæ nulla eſt non inducit iuriſdictionis præuentionem, *Gl. in dicto cap. cùm plures, de offic. & poteſt. Iudic. Deleg. in verbo, quo potes.* Et propterea ſi duobus eodem tempore Romanus pontifex idem Beneficium contulerit, & poſteà Ordinarius altari conferat, nec appareat ex duabus collationibus Romani Pontificis quæ prior ſit, potior erit collatio Ordinarij quamuis poſterior.

Non eſt quoque locus Præuentioni in Beneficiis Electiuis *cap. cum in illis, §. 1. de Præbend. in 6.* & in Beneficiis ſpectantibus ad præſentationem Laici Patroni, nulla eſt præuentio Legati à latere *cap. cùm dilectus, Extra de iure patronatus.* Nec Romanus pontifex niſi nominatim expreſſerit, vt iam dictum eſt; vt contra in Beneficiis reſeruatis Collationi papæ, nulla præuentio Ordinarij eſt poſtquam ei de reſeruatione conſtiterit, vt declarat Rebuffus *in tracta. de pacificis poſſeſſorib. num. 198.* ſimiliter non poteſt Romanus Pontifex præuenire Regem noſtrum in Nominatione ad Prælaturas contra *tit. de Regia ad Prælaturas nominatione facienda, in Concordatis*; aut ſi conferat in vim reſeruationum in hoc Regno prohibitarum, *§. de-*

clarantes, titulo de mandatis Apoſtolicis, in Concordat.

Vbi vero non apparet quis Præuenerit, an Papa, an Ordinarius, vel Legatus, tunc dubium eſt quid iuris ſtatuẽdum ſit: quæ dubitatio tollitur definitione *cap. ſi à Sede, de Præbend. in Sexto*, vt ſi non apparet quæ collatio prior ſit, potior ſit conditio poſſidentis. Quomodò verò apparere poſſit quænam Collatio potior ſit, ſuprà tractatum eſt, dum ageremus de præuentionibus Ordinariorum *in 6. parte huius tractatus*: quibus addendum eſt poſſe apparere per adiectionem horæ ſecundum *Gl. in dicto cap. ſi à Sede, de Præbend. in Sexto.* Quod ſi vterque poſſideat, potior erit cauſa eius qui prior nactus fuerit poſſeſſionem, quia alter, qui poſteà nactus eſt, cenſetur violentus, & intruſus, *cap. eum qui, dicto tit.* Quod ſi neuter poſſideat, erit locus prærogatiuæ & Dignitati conferentis, vt potior ſit Collatio Romani Pontificis quam Legati, Legati quàm Ordinarij, *dicto cap. ſi à Sede de Præb. in Sexto*, quod poteſt accidere quando Beneficium tertius aliquis poſſidet.

De Mandatis de Prouidendo, & Gratijs Expectatiuis.

CAP. II.

SVccedit nunc vt de Mandatis ab Beneficia nondum Vacantia diſſeramus, quæ vulgo *Mandata de Prouidendo appellantur, & Gratiæ Expectatiuæ.* Etiam dictum eſt ſuprà ſæpè, maximè *in 5. parte huius tractatus*, ſolum Romanum Papam ius in vacaturis beneficijs poſſe tribuere; ex qua poteſtate hæc Mandata profluunt.

Origo eorum non ita vetus eſt: etſi enim, vt dicunt, poteſtas conferendi Epiſcopatus olim ad Romanum Pontificem pertineret, quod tamen negauimus *in 3. parte huius tractatus*, tamen poteſtas conferendi Eccleſias inferiores, ad Epiſcopos pertinuit, *Gl. in cap. quamquam, de electione in Sexto.* Vnde factum eſt, vt nullus vſus horum Mandatorum fuerit ante annum M. C. L. vt docet Cortaſius *cap. 5. part. 4. tractatus de Sacerdotijs.* Rebuffus *ſuper rubrica de mandatis Apoſtolicis, in concordatis*, authorem horum mandatorum facit Alexandrum 3. quem conſtat circa annum M. C. LXIV. Pontificatum adeptum. Coniectura Cotaſii, quâ mouetur, eſt quod circa illud tempus anni M. C. L. Decretum à Gratiano compilatum fuerit, in quo nulla habetur mentio eiuſmodi Mandatorum.

Cauſam eorum inſtituendorum, ſeu inducendorum potiùs, duplicem conſtituunt. Prima petitur ex auaritia Romanæ Curiæ miniſtrorum, ſeu Officialium, qui eiuſmodi mandata induxerunt vt taxatis literis, & æſtimatis Sacerdotiis fiſcum ſuum locupletarent. Altera petitur ex carnali affectu Epiſcoporum erga conſanguineos ſuos & affines, & ea ſordibus eorum quas deſcribit Gloſſa *in can. peruenit 1. quæſt. 3.*

Nos vtramque ſimul iungendam exiſtimamus: ſed poſteriorem fuiſſe priorem agnoſcimus. Nam cùm his mandatis primùm vſi fuiſ-

A ſent Romani Pontifices ad coërcendos Epiſcopos, qui indignos idoneis præferebant, & ſacris ordinibus à ſe aſcriptos iniurioſè repellebant, *cap. accepimus, Extra de ætate & qualit. & ord. præficiendor.* ipſi deinde Romani Mandatis illis abuti cœperunt; vnde multa ſecuta mala & incommoda in Eccleſia, quæ fusè enumerãtur *in proœmio pragmat. ſanct.* adeò vt non ſolùm prohibita fuerint hæc Mandata Concilio Baſileenſi, ſed etiam Tridentino *ſeſſ. 24. cap. 19. Decreti de reformatione.*

Ordo autem huiuſmodi Mandatorum ſic proceſſit, vt primùm Romani pontifices monerent Ordinarios vt idoneos Eccleſiis præficerent, eos maximè quos ſine titulo ordinaſſent, B *dicto cap. accepimus 13. de æta & qualit.* deinde ad hæc monita ſi cunctarentur, adijcerent præcepta, ac poſtmodum Executores deputarent, qui vel Ordinarios cogerent conferre, qui Executores ad compellendum dicti ſunt, vel recuſantibus Ordinariis, conferrent, qui dicti ſunt Executores ad prouidendum.

Inter quæ duo genera Executorum differentia eſt, quia Executor ad prouidendum, non ſolùm confert *cap. ſi Capitulo, cap. ſi ſoli, de conceſſione Præbend. in Sexto*; Verùm etiam Collationem Ordinario interdicit, & Beneficium collationi ſuæ reſeruat; quod poteſt, dummodo reſeruationem Beneficiorum non faciat generalem, *dicto cap. ſi Capitulo, & cap. Executor, eod. tit.* & poteſt hic executor quandocumque conferre, etiam poſt ſex menſes, vt ſæpè iudicatum C referunt Pragmatici, quoniam vice Papæ fungitur *cap. ſane, de offi. & poteſt. Iud. delega.*

Ex hoc autem ordine mandatorum profluxit ille mos antiquus vt trinas literas eiuſmodi beneficij nomine Papa Romanus ad Ordinarios mitteret; quarum primæ monita, ſecundæ præcepta, & tertiæ executionem continebant, quæ appellantur ideo Monitoriæ, Præceptoriæ, Executoriæ: ſed ea his Executoriæ ſolæ in vſu ſunt, quæ effectum habent in octo menſibus, quia in Germania, & alijs quibuſdam prouinciis, quatuor tantùm menſes in anno dabantur Epiſcopis ad conferendum, de quo vide Re- D buffum *in 1. parte praxis, tit. de expectatiuis.* Hæ vero Literæ vulgo appellantur *literæ gratiæ* quia ea mera Romani pontificis gratia & liberalitate procedunt. Sed non omnia Mandata de prouidendo, Literæ ſunt Gratiæ: ſunt enim quædam quæ appellantur literæ Iuſtitiæ, quæ & literæ in forma communi, in forma pauperum, in forma ſecundum Apoſtolum dicuntur: hæ vero ſunt quando pro Clericis pauperibus ab Epiſcopis ſine titulo ordinatis Papa reſcribit.

Dicuntur *Literæ Iuſtitiæ*, quia nihil iuſtius eſt quàm ſacris initiatum, & ſine Titulo ordinatum E ab Epiſcopo ſuo beneficium conſequi, *cap. 2. & 4. de Præbendis*: Dicuntur *Literæ in forma communi*, quia, vt diximus, mandatorum Origo de prouidendo proceſſit ab hac cauſa, quod Epiſcopi non conferrent Beneficia his quos ordinaſſent, & propterea ſolebant Pontifices Romani eos ab antiquo monere, eiſque præcipere vt conferrent; quorum idcirco mandatorum forma facta eſt communis, *dicto cap. accepimus, Extra de ætate &c.* & *cap. poſtulaſti, de Reſcriptis.* Dicuntur *in forma pauperum*, quia pro

pauperibus Clericis ſcribuntur ; & ideo non A ſcribuntur pro his qui ſufficiens habent patrimonium, vt docet Rebuffus *in 1. part. Praxis Beneficior. tit. de Reſcript. in forma communi.* Et quia ſententia Vulgaris D. Pauli, qui altari viuere debet, quæ ponitur in *cap. cùm ſecundum, Extra de Præben.* fundamentum eſt huius Reſcripti ; ideo hæ literæ appellantur quoque *in forma cum ſecundum Apoſtolum.* Quæ literæ quoque dici poſſunt literæ Gratiæ, eo reſpectu quòd Romanus Pontifex, qui omnem poteſtatem habet, huic potiùs quàm illi eas concedere poteſt, vt Gl. docet *in cap. 1. de conceſſi. præb. in Extrauagant. Ioan.* 22.

Sunt aliæ Literæ quæ quidem ſunt gratiæ, ſed propriam ſpeciem conſtituunt, diſtinctam ab aliis ſpeciebus literarum gratiæ, quæ volgo B appellãtur *litera in forma dignũ*, quas eſſe frequentes in Gallia, ſcribit Rebuffus *in verbo gratiam, tit. de forma mandati Apoſtolici, in Concordatis* ; Quæ quidem hanc habent conditionem, ſi impetrans idoneus repertus ſit, *cap. vn. de offic. & poteſtate Iudicis delegat. in Clement.* vbi *Gl.* In quo differunt à literis Iuſtitiæ, quia Epiſcopus, ad quem literæ in forma dignum diriguntur, debet examinare Clericum, & de eius vita & moribus inquirere : nam ita demum ei prouidere tenetur ſi idoneus fuerit, & laudabilis vitę : quod non eſt in literis Iuſtitiæ, quoniam Epiſcopus non debet eum iterum examinare quem ad ordines ſuſcipiendos dignum exiſtimauit, C *dicto cap. accepimus, Extra de ætate &c.* quæ forma Reſcripti poteſt vſurpari tàm in beneficio vacante, quàm in vacaturo ; frequentius tamen vſurpatur in vacaturo.

Sunt quoque aliæ Literæ quę appellantur *Literæ facultatis*, quibus Papa Beneficiorum reſeruatorum, aut aliâ ratione ad Curiam deuolutorum Collationem mandat Ordinariis, vt illa idoneis Perſonis conferant *cap. dudum, & cap. quamuis, de Præben. in Sexto.* Quę literæ facultatiæ ſunt non odioſæ, quia ius ſuum Epiſcopis reſtituunt, propterea qui virtute earum recepti ſunt, non authoritate Apoſtolicâ, ſed Ordinarij authoritate recepti intelliguntur *cap. cùm* D *aliquibus, de Reſcript. in Sexto* : cùm contrà ſit in Literis Gratiæ, ex quibus receptus, authoritate Apoſtolica receptus intelligitur, *cap. is qui de Præben. in Sexto.* Et propterea datâ temporis paritate, ſi vtraque prouiſio eadem die facta reperiatur, authoritate Apoſtolicâ receptus, pręferendus erit, ſecundum *cap. ſi à Sede, dict. tit. de Præben. in Sexto.*

Denique ſunt aliæ Literæ quæ vocantur, *ſi neutri, ſi alteri, ſi nulli*, quæ impetrantur quando duo, vel tres, vel plures contendunt de aliquo Beneficio, vt nullus eorum dicitur bonam cauſam habere ; impetrabitur illud beneficium à Papa, vbi duo erunt, ſub hac forma, *ſi neutri* ; E vbi vero plures ſub hac forma, *ſi nulli* : & à collitigante ſub hac forma, *ſi alteri* ; & idem quoque mandare poteſt Papa Ordinariis, ſub eiſdem formis, vt conferant, quæ diffusè tractat Rebuffus *in* 1. *part. praxis beneficior. tit. de Reſcript. ſi neutri, ſi alteri, & ſi nulli.* Hæ vero Literæ ſunt Spectatiuæ, quia ſpectatur euentus litis : non ſunt tamen de beneficio vacaturo, ſed de vacante ; vti ſuprà diximus in impetrationibus beneficiorum vacantium, eſſe quædam beneficia quę non includuntur mandatis de prouidendo. Nam nec beneficia electiua, nec quæ in Comitatu Romani Pontificis vacatura reſeruantur eius collationi, nec quæ ſpectant ad pręſentationem Patroni Laici comprehenduntur his mandatis ; nec beneficia ſæcularia mandatis quæ ad beneficia regolaria obtinenda dãtur, nec è conuerſo beneficia regularia mandatis ad ſęcularia *cap. cùm de beneficio, de præb. in Sexto.* Nec eadem ratione Religioſus ordinis S. Auguſtini poterit impetrare vt illi prouideatur in Eccleſia S. Benedicti, *Gl. in. §. declarantes, in verbo comprehenſa, tit. de mandatis Apoſtolicis, in Concordat.*

Non comprehenduntur etiam Beneficia creata poſt datam literarum, ne chriſtiani à beneficiorum fundatione reuocentur, *cap. fin.* vbi *Gl. de Reſcr. in Clement.* Non etiam quæ alio modo vacant quam per obitum, vt quæ ex cauſa permutationis, *cap. vn. de rerum permutat. in Sexto.* Vel ex cauſa renuntiationis, *§. item quod omnia, de collation. in pragm. ſanct. §. volumus, eod. tit. in Concordat.* licet in his quæ vacant ex cauſa renuntiationis, aliud ante ius pragmaticę ſanctionis obtinere videretur, *cap. ſi te, de renuntiatione, in Sexto, & cap. dudum, de Præben. in Sexto.* Non quoque ea quorum Collatio ex negligentia Epiſcopi ad Capitulum deuoluta eſt, *cap. ſi de beneficiis, de præben. & Dignitat. in Clement.* Non ſimiliter ſuppreſſa & vnita, *cap. cum acceſſiſſent, Extra de conſtitution.* Nec quæ ſunt de menſa prælati, *cap. vn. de exceſſibus prælatorum, in Clement.* Nec Præbenda quam habet Epiſcopus tanquam Canonicus, ſi per mortem Epiſcopi vacauerit, *cap. cum in Eccleſia, de Præben. in Sexto.* Non quoque quæ ex conſuetudine Eccleſiæ per antiquiorem Canonicum optantur, *cap. vlt. de conſuetu. in Sexto.* Non ſimiliter Paterna, ne in beneficiis ſucceſſio ſit, *cap. ad præſentiam, & cap. ex tranſmiſſa, Extra de filiis preſbyteror.* Nec quæ vacant ſub iure Regaliorum, *Gl. in dict. §. declarantes, in verbo, comprehenſa* ; Nec beneficia quę ſita ſunt in Ciuitatibus, aut oppidis muro cinctis, vt clariùs oſtendemus infrà, vbi de nominationibus tractabimus. Nec quæ vacauerunt ante menſem poſt pręſentationem mandati, vt eſt expreſſum *in forma mandat. Apoſtol. in Concor.*

Deinde ſi mandetur prouideri de Beneficio quod ad prouiſionem eius ſpectat qui vnius tantum beneficij collationem habet, illud beneficium non comprehendetur mandato, *Gl. cap. 1. in verbo incerta, de Præben. in Clement.* vel quia is qui dicit de aliquo, præſupponit plura ; vel etiam quod hoc modò abſorberetur ius Collatoris qui nunquam conferret ; qua ratione hodie ne grauentur ſupra modum Ordinarij, cõſtitutum eſt *in Concordat.* quorum iure vtimur in hoc Regno, *§. ſtatuimus, de mandatis Apoſtolicis*, vt Romanus Pontifex non poſſit grauare Ordinarios niſi ſemel duntaxat toto ſui Pontificatus tempore, vbi Ordinarius decem Beneficiorum diſtributionem habet ; vbi vero ſexaginta habet, vel vltrà, grauare tantùm poteſt in duobus beneficiis, ita tamen vt eadem Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata ſemel tantum grauare poſſit : quod etiam Romano Pontifici datum fuerat Concilio Baſileenſi, *§. volunt, de collationibus, in pragmat. ſanct.* Eorum mandato-

A totum forma deſcribitur *in eiſdem concordatis tit. de forma mandati Apoſtolici*, quæ quidem, vt rectè cenſet Duarenus, *cap. 8. lib. 5.* non ſit exemplum omnibus negotiis, ſed vt nihil aduerſus formæ voluntatem & ſententiam fieri poſſit.

His Mandatis de Prouidendo præter Clauſulas de quibus ſuprà diximus, quæ quandoque in his mandatis apponi ſolent, adijci ſolent aliæ clauſulæ. Primùm Clauſula, *ſi pro alio non ſcripſerimus*; quę clauſula declarat intentionem Romani Pontificis hanc eſſe, vt pluribus mandatis Eccleſiam grauare nolit, *cap. mandatum, cap. literis*, & *cap. Abbatem*, *Extrà de Reſcriptis*: quæ clauſula ſi adiecta non fuerit, B ſubintelligitur *cap. 30. Capitulum de Reſcr.* & ſi pro alio ſcriptum ſit, vitea nullas habet poſterius mandatum, ſed tantùm prius, niſi eo caſu quo prius reuocatum fuerit, *cap. quamuis, eod. tit. in Sexto*; vel niſi primus impetrãs, ipſo iure fuerit excluſus gratia, purà per adeptionem alterius Beneficij incompatibilis, *cap. gratia eod. in Clementin.* aut niſi renuntiauerit ſuis literis, vt *in cap. ad audientiam dic. tit. Extra*: quia ſcilicet his caſibus per primam gratiam Eccleſia non fuit grauata, & verba cum effectu ſunt accipienda, *l. 1. §. hoc autem, D. quod quiſque iuris.* Quod ſi hæc Clauſula per pluralem numerum concepta fuerit, hoc modo, *ſi pro alijs non ſcripſerimus*, C idem quoque erit; niſi fortè dixeris ſi pro duobus ſcripſerit, tunc hanc clauſulam nihil operari, quia de pluribus locutio duorum numero contracta eſt, *cap. pluralis in 6.* Sed verius eſt obſtare tunc hanc Clauſulam, quia ſolet hæc clauſula proferri in plurali numero, vt tamen in vno verificetur, vt quando Teſtator dixerit, ſi ſine liberis deceſſerit, certum eſt conditionem deficere, ſi vel vnus tantùm ſit relictus, *l. 148. non eſt ſine liberis, D. de verb. ſignificat.* Quamobrem, niſi adiectus fuerit numerus, veluti ſi pro duobus alijs non ſcripſerimus, gratia ſecunda inualida erit, adiecto verò numero valebit; quæ poteſt vtilis eſſe in D hoc Regno ſi grauetur Ordinarius, qui quinquaginta beneficiorum diſtributionem habet.

Solet quoque Papa in Cathedralibus, Metropolitanis, & Collegiatis Eccleſiis, in quibus ſtatuto cautum eſt vt nullus Dignitatem, Perſonatum, adminiſtrationem obtinere poſſit, niſi actu ſit Canonicus, Canonicos ad effectum obtinendi Dignitatem, Perſonatum, vel adminiſtrationem, creare, *§ in Cathedralibus, de Reſeruationibus in Concordatis*: & adjicit prætereà in his mandatis Clauſulam cum creatione in Canonicum, non obſtante ſtatuto de certo numero Canonicorum, vt plenius habetur *in forma mandati Apoſtolici, in Concordat.*

E Alia eſt Clauſula quæ ſolet adjici in his Mandatis quã Papa exprimit illud beneficium conferendum Mandatario quod poſt mẽſem quàm oblatum fuerit mandatum, vacauerit, vt habetur *in dicto tit. de forma mandati Apoſtolici.* Vtilitas illius clauſulæ duobus modis conſideratur. Primùm vt euitetur votum captandæ mortis alienæ, quia ſi poſt præſentationem, Beneficium ſtatim deberetur, poſſet impetrans procurare mortem alterius, & ſtatim ſuum præſentare mandatum; deinde poſſet differre præſentationem donec ſpectaretur mors imminens alicuius pinguè beneficium habentis: at cùm menſem proſſelati neceſſe eſt à die præſentationis literarum computandum, parum prodeſſe hæc poſſunt denuntianti, cùm ante finem menſis poſſit Ordinarius liberè alteri beneficium vacans conferre. Quin etiam non puto Beneficium quod vacauerit ante menſem, ſi poſt menſem adhuc vacans ſit, poſſe ex vi huius mandati conferri; quia prouiſio de illo beneficio non eſt, ſed de eo quod poſt menſem vacauerit, contra ſententiam *Gl. in cap. vn. in verbo, notitia, de conceſſio. Prebendæ in Clementinis*: nam forma mandati diligenter ſpectanda eſt, vulgatã *L. diligenter, D. mandati.*

Sed nec in Clauſula Optionis quæ in mandatis apponebatur, veluti conferas Titio Beneficium quod duxerit acceptandum, quæ duo operabatur, & vt pluribus ſimul vacantibus beneficiis pinguius eligi poſſit, *cap. ſi pluribus de Prabend. in Sexto*; & vt qui aliàs primum beneficium vacans, quantumuis exiguum acceptare tenebatur, *cap. ſi Clericus eod. tit. & lib.* poſſit omiſſo primo, ſecundùm acceptare: ſi certum tempus ſit determinatum, veluti quod infra menſem duxeris acceptandum, non poteſt Titius beneficium optare quod poſt menſem adhuc vacauerit, *cap. vn. vbi Gl. in verbo infra menſem, de conceſſ. Preben. in Clement.* Sed hæc Clauſula, quod duxerit acceptandum, vel, quod infra menſem duxerit acceptandum, licet iure nouo improbetur, tamen improbatur in hoc Regno.

Quemadmodum etiam improbatur in hoc Regno Clauſula *anteferri*, per quam conſequitur impetrans prærogatiuam ante eos qui priores ei data fuerint, *cap. penultimo de Prabend. in Sexto, & cap. authoritate de conceſſ. Prabend. eod. lib.* qui quidem non adiectã eã clauſulã, propter temporis prioritatem procul dubio præferrentur, *cap. cum qui de Prabend. eod. lib.* & *cap. Capitulum, Extra de Reſcriptis.*

Non admodum diſſimilis eſt Clauſula *gratificationis*; quam quoties de alio dubitatur impetrante, vel de alio cui conferatur beneficium eodem die, vtile eſt mandato inſeri; quia ſi ambo pares & æquales ſint, is præfertur in cuius Reſcripto appoſita eſt, quaſi pinguius ius habeat, vt docet Rebuffus *in 1. parte Praxis beneficior. tit. de quinta parte ſignatura.*

Denique ſunt aliæ Clauſulæ quas copiosè refert Rebuffus *in ead. parte, tit. de clauſulis mandatorum*: maximè verò clauſula *Decreti irritantis*, & Clauſula *derogatoria*. Earum prior ligat Ordinarium, vt nihil valeat quod contrà factum fuerit, *cap. dilecto, de prabend. cap. 1. verſ. ex parte, & cap. ſi ſolũ, de conceſſ. Prabenda in Sexto.* Quod verum eſt ſi impetrans ipſe velit; in omni enim Reſcripto quod ad beneficia conceditur, illa conditio ſubintelligitur ſi impetrans velit, *Gl. in verbo irrita, de collationibus in pragmat. ſanct.* Hæc clauſula non apponitur in forma mandati Apoſtolici in Concordatis: itaque non eſt in vſu in hoc Regno.

Poſterior autem adjicitur vt per eam Papa legibus communibus, conſtitutionibus, conſuetudinibus deroget, ne ſui diplomatis effectus impediatur, quæ ſic in bullis exprimi ſolet, cum derogatione ſtatutorum, priuilegiorum, indultorum, & literarum Apoſtolicarum: de cuius

clauſulæ vi & effectu vide Rebuffum in 1. *part. praxis beneficior.* eo loco quo agit *de 3. part. ſignaturæ.* A

Nunc agamus de vi & poteſtate Mandatorum de prouidendo. Diximus ſuprà *in 5. part. huius tractatus*, etſi Romanus Pontifex jus in vacaturis beneficiis tribuere poſſit; tamen in hoc Regno non tolerari eiuſmodi prouiſiones Apoſtolicas de vacaturis beneficiis: quod verum eſt in Mandatis particularibus ad beneficia, putà ad præbendas, vel ad beneficia Curata. Cæterùm mandata generalia ad omnia beneficia, admittuntur in hoc Regno ſecundum modum definitum, & formam poſitam *in tit. de mandatis Apoſtolicis, in titulo de forma mandati Apoſtolici, in Concordat.* B quoniam ex mandatis ad particularia beneficia inducitur magis votum captandæ mortis quàm ex generalibus Mandatis.

Vis autem & poteſtas Mandati vel conſideratur ante præſentationem & exhibitionem mandati, vel poſt; & hoc poſteriore caſu, vel nullis Executoribus datis, vel datis Executoribus.

Sequuntur duæ deinde inſpectiones neceſſariæ, quibus præſentandum ſit & exhibendum mandatum, deinde intra quod tempus exhibendum ſit. C

Certum autem eſt ante præſentationem & exhibitionem mandati, nullam eſſe eius vim & poteſtatem, quin etiam nec poſt præſentationem impedit collationem factam ab Ordinario, vt *cap. dilectus 27. de Præben.* quoniam nec per mandatum aufert Ordinario conferendi poteſtatem: debet tamen præſentatio & denuntiatio mandati fieri, ne Ordinarius ignorantiam mandati cauſet, *cap. ſi Capitulo, de conceſſ. Præben. in Sexto, & cap. 3. cauſam, de elect. in Clement.* & inſuper inultus non remanet in Ordinario contemptus, qui neglexit parere Romano Pontifici; alere enim tenebitur eum pro quo Papa ſcripſerat, donec de competenti beneficio prouiderit, *dict. cap. dilectus.* D Ex quibus conſequitur quod dicitur, Mandatarium Apoſtolicum cæteris eſſe præferendum, etiam Graduatis Nominatis, ita accipiendum eſſe, vt præferatur tantùm his caſibus quibus per mandatum Beneficium eſt affectum, vt loquitur *cap. ſi Capitulo, de conceſſ. præben. in Sexto.*

Hi verò caſus ſunt. Primum ſi decretum irritans appoſitum fuerit, *cap. dilecto 25. citato de præben. cum cap. inter cætera dicto tit. de Præb. & cap. ſi ſoli, de conceſſ. præben. in Sexto*, Deinde ſi Romanus Pontifex expreſsè prohibuerit Ordinario ne alteri conferat, priuſquam ei pro quo mandatum ſuum direxit, prouiderit, quoniam tunc cenſetur Pontifex Romanus ei ademiſſe poteſtatem alteri conferendi, *dicto cap. ſi ſoli, & d. cap. ſi Capitulo.* E Item ſi is ipſum authoritate Apoſtolica receptus fuerit in Canonicum, quo etiam caſu non eſt neceſſaria præſentatio mandati, *cap. ſi poſtquam, & cap. dudum, de Præben. in Sexto, & dicto cap. ſi ſoli, in fine.* Sed eo iure nos non vti in hoc Regno referunt Pragmatici. Item ſi ad eum dirigatur mandatum qui conferendi poteſtatem non habet niſi in vim gratiæ: is enim illam gratiam uno anno ſeruabit, nec alteri beneficium conferre poterit, vt notatur in *cap. 22. cum dilecta, de Reſcript.* hæc procedunt ſi nulli dati Executores ſint.

Datis vero Executoribus qui non obtemperantibus Ordinariis mandatum exequantur, diſtinguitur an Executores dati fuerint ad cõpellendum, an vero ad prouidendum, inter quos differentiam eſſe ſuprà protuli, & docui: nam ſi dati fuerint ad compellendum, per ſolam præſentationem mandati non afficitur Beneficium, ſed opus eſt vt inhibeatur Ordinarius ne conferat, poſt quam inhibitionem factam non valebit collatio facta ab Ordinario, *dicto cap. ſi ſoli.* Sed ſi Executor datus fuerit ad prouidendum, ſola præſentatio & inſinuatio ſufficit, *cap. quia cunctis, §. ex parte, cap. Executor, & cap. ſi Capitulo, de conceſſi. Præben. in Sexto*; & recuſante, aut negligente Ordinario, Executor conferet, *tit. de forma literarum executorialium mandati, in Concordat.*

Siue autem Executores dati fuerint ad Compellendum, ſiue ad Prouidendum, verissimum eſt edi debere vtraſque literas, tàm eas quæ mandatum continent, quàm executoriales; idque Ordinariis, quorum intereſt vt ſciant quid Executor poſſit; atque ſic iudicatum fuiſſe Pariſiis refert Rebuffus in Gl. *in verbo Præſentes, tit. de forma mandati Apoſtol. in Concordat.* Intra verò quod tempus exhiberi, & præſentari debeat mandatum ad beneficia, non eſt definitum iure: ſed hæc differentia vulgò ſolet adduci inter Reſcripta ad Beneficia, & Reſcripta ad litem, quòd hæc anno finiantur, *cap. ſi autem, & cap. plerumque, de Reſcript.* Illa verò ſunt perpetua, *l. falſe Cod. de diuerſis Reſcript.* quia decet Beneficium Principis eſſe manſurum ſecundum regulam *cap. decet de Reg. Iur. in 6*, amittuntur tamen per negligentiam, *cap. ſi Clericus*, vbi *Gl. in verbo negligenter, de Præben. in Sexto*, vbi etiam notanda capitis diſtinctio.

Sequitur vt videamus quid iuris ſi plures mandata impetrauerint, quis eorum ſit præferendus: quæ diſputatio alia eſt ab ea de qua ſuprà diximus de præuentione Collatorum: quia hic eſt vnus tantùm qui mandat prouideri de beneficio vacante, vel vacaturo, Romanus nempe Pontifex, qui pro pluribus ſcribit: hoc caſu tempus datæ inſpici, vt is qui primus literas impetrauerit, cæteris præferatur indubitatũ eſt, *cap. eam te, cap. conſtitutus de Reſcript. & cap. ſi eo tempore eod. tit. in Sexto.* Et propterea licèt ſecundus priùs literas ſuas præſentauerit, primo poſtponendus erit, *cap. tibi, & cap. duobus eod. tit. & lib.* quia ſemper ſubintelligitur hæc clauſula, ſi prius alio non ſcripſerimus, vt iam dictum eſt. Propterea ſi primum mandatum generale ſit, puta ad primum beneficium quod vacabit in Diœceſi Pariſienſi, poſterius ſpeciale ad beneficium quod vacabit in Eccleſia S. Marcelli eius Diœceſis, præfertur primum etiamſi beneficium vacet in Eccleſia S. Marcelli: quod exemplum conuenit quidem iuri *cap. ex parte 11. de offic. Delegati:* Sed non conuenit in hoc Regno, in quo, vt ſuprà diximus, mandata tantùm de prouidendo generalia admittuntur. Quod ſi non appareat quis primus literas impetrauerit, potior erit cauſa eius qui primo præſentauerit: & ſi in præſentatione concurrant, erit eius ad quem mandatum dirigitur gratificari cui ei viſum fuerit, *cap. duobus de Reſcript. in Sexto*, niſi in alterius literis clauſula motus proprij fuerit appoſita,

appoſita, *Gl. in verbo præſentante, tit. de forma mandati Apoſtolici, in Concordatis.*

In gratificando verò procedet Ordinarius ſecundum Regulam Cancellariæ xv. vt habeat rationem gradus, veluti ſi vnus ex impetrantibus ſit graduatus, alter non; aut poſſeſſionis, vt poſſeſſor non poſſidenti præferatur; aut originis, vt oriundus ex loco, cætero, & aliarum eiuſmodi rerum.

Verùm vbi ex tenore literarum apparetet quod vtrique Romanus Pontifex prouideri voluit, veluti ſi appoſita fuerit clauſula non obſtante quod pro alio ſcripſimus, aut alia ſimilis, vtrique prouidendum erit *dicto cap. duobus, de Reſcriptis, in Sexto.*

B Sunt tamen quidam caſus quibus poſterior impetrans præfertur priori: primus ſi fuerit appoſita in Reſcripto poſteriore, clauſula, anteferri, de qua ſuprà diximus.

Secundus ſi primum Reſcriptum fuerit conditionale, in ſecundo vero fuerit purè & ſimpliciter mandatum vt prouideatur, *cap. ſi pro te, de Reſcriptis in Sexto.*

Tertius eſt ſi Beneficij quod vacat Capax non ſit primus impetrans, capax vero ſit ſecundus, *cap. ei cui, de Præbend. in Sexto*; vel ſi in Reſcripto poſteriori expreſſa ſit dignitas, non ſit verò expreſſa in priori, & vacauerit dignitas: nam eo caſu præfertur poſterior, *cap. quia ſæpe, eod. tit. & lib.*

C Quartus ſi primus fuerit negligens in perſequenda mandati executione, *cap. ſi Clericus, de Præbend. in Sexto.*

Quintus & poſtremus in omnibus caſibus, in quibus mandatum extinguitur, veluti ſi primò impetrans vxorem duxerit, *cap. 1. de Clericis coniugatis*; vel aliud beneficium incompatibile, vt vocant, conſequutus fuerit, *cap. gratiæ, de Reſcriptis in Clement.* vel habitum Clericalem reiecerit *cap. 1. Extra de Apoſtatis*: quibus omnibus modis dicitur tacitè renunciatum beneficio; & tacitâ eiuſmodi renuntiatione extinguitur mandatum. Idem etiam eſt cum expreſsè literis eſt D renuntiatum *cap. ad audientiam, de Reſcr.* quo caſu non eſt neceſſe vt Superioris authoritas interueniat, quæ requiritur tantùm in renuntiatione beneficij quod iam habetur, & poſſidetur, *cap. admonet, Extra de renuntiatione*: neque enim per literas Apoſtolicas aliquod ius in vacaturo beneficio tribuitur impetrãti, niſi hactenus tantùm vt officium Executorum implorare poſſit ad mandatum exequendum, quod non poterit impetrare poſtquam literis impetratis renuntiauerit, vt docet *Gl. in cap. veniens, in verbo renuntiaſſe, de renunciat.*

E Idem etiam dicunt Interpretes contingere vbi primo loco beneficium vacans mandatarius accipere recuſauerit, *dicto cap. ſi Clericus, de Præbend.* quod idem eſt ac ſi dixerimus negligentiâ Mandatarij expirare mandatum: ſi tamen in fraudem Mandatarij vacatio primi beneficij contigerit, quia alius forte tenui beneficio renuntiauit, ne pingue & opulentum moribundi proximè Sacerdotis Mandatarius conſequeretur, per non acceptationem primi illius beneficij vacantis, mandatum non extinguetur, *cap. 2. de renuntiatione in Sexto.*

Similiter Mandatum de prouidendo, vt alia omnia mandata, morte mandantis expirat,

A *cap. ſi eius, de Præbend. in Sexto, §. rectè, de mandato, in Inſtitutionib.* ſed hoc verum eſt ſi mandatum directum fuerit ad Collatores tantùm, & res integra adhuc ſit: nam ſi directum fuerit ad Executores, aut Executores dati fuerint (quia vt dictum eſt hoc ius acquiritur per mandatum vt impetrans ſtatim poſſit implorare officium Executoris, qui compellat, vel prouideat) ideò non expirabit mandatum morte mandantis, quaſi non ſit res ampliùs integra, *cap. ſi ſuper, de offi. & poteſtate Ind. Delegati, in Sexto.* Idemque eſt ſi iam proceſſum ſit ad aliquem actum tendentem ad effectum mandati, vt dicunt, vel ſi collatus fuerit Canonicatus; quoniam tunc res integra non eſt, *Gl. in §. item voB luit, verbo mandatum, de collationib. in pragm. ſanct.* Quâ ratione hodiè in hoc Regno nunquam huiuſmodi mandata expirant morte mandantis pontificis, quia, vt apparet ex forma mandati Apoſtolici, quæ ponitur in Concordatis, confertur Canonicatus ſemper mandatarius, & propterea res integra non eſt, *Gl. in §. 1. in verbo Pontificatus, tit. de mandatis Apoſtolicis, in Concordat.*

Et quemadmodum morte mandantis hæc mandata expirant, ſic etiam reuocatione factâ, ſi forte Papa qui gratiam conceſſit, eam reuocauerit, vel eius Succeſſor, *c. quãuis de Reſcr. in Sexto, cap. ſi is qui, & cap. penult. de PræC bend. eod. lib.*

Illud notandum eſt quoties Papa qui gratiam conceſſit, mortuus eſt ante expeditionem bullarum, ſolere expediri literas in forma, *rationi congruit*, vt ea quæ Prædeceſſor conceſſit ad effectum perducantur, vt habetur *in regula Cancellariæ* 8. & de iis literis in forma, rationi congruit, vide Rebuffum *in 2. parte praxis, titulo de forma rationi congruit*, & *in Gl. in verbo gratiam, titulo de forma mandati Apoſtolici in Concordatis*; vbi definit literas in hac forma poſſe dari tàm à Succeſſore mediato, quàm ab immediato.

De Reſeruationibus Beneficiorum.

CAP. III.

SVccedit vt de reſeruationibus Beneficiorum videamus, ſiue à Romano Pontifice fiant, ſiue ab eius Legato à latere, de quo quædam diximus *in 3. parte huius tractatus.*

Reſeruationes certum eſt pendere à Romano Pontifice, non minus quàm Collationes Beneficiorum Vacantum, & vacaturorum, de quibus ſupra diximus, per quas Romanus Pontifex euocat vacaturi beneficij futuram collationem; cuius inuenti qui authorem antiquiorem citant, Ioannem 22. laudant: & veriſimile eſt eo prætextu proceſſiſſe quod dicerent Romani Pontifices velle ſe vt de literatis viris, & pietate præſtantibus, Eccleſijs prouideretur, *Gloſſa in cap. Execrabilis, in verbo reſeruamus, de Præbendis in Extrauagantibus Ioannis 22.* cùm abuterentur paſſim Ordinarij collationibus, plus deferentes ſanguini quàm iuſtitiæ, vt ſupra diximus in mandatis de prouidendo. Eademque ratione Reſeruationes conceſſæ ſunt

Legatis à latere, cum certo tamen temperamento & modo, *cap. præſenti,* & *cap. deliberaro, de offic. Legati in Sexto,* de quo diximus *in 3. part. huius tractatus*; vbi inter cætera diximus licet Legstns à latere non poſſit jus in vacaturis beneficiis tribuere, poſſe tamen eum reſeruationes beneficiorum facere in fauorem certarum Perſonarum; eiuſque rei rationem differentiæ hanc eſſe, quòd mandatum de prouidendo jus aliquod tribuat impetranti, ſaltem vt officium Executoris implorare poſſit, quemadmodum ſuprà diximus: Reſeruatio vero nullum jus tribuat ei in cuius gratiam facta eſt; poteſt enim liberè aliis Romsnus Pontifex, vel Legatus à (B) latere conferre beneficium cùm vacauerit; quę ſumma differentia eſt inter mandata de prouidendo, & Reſeruationes.

Sunt autem Reſeruationes aut generales, aut ſpeciales. Generales ſunt aut beneficiorum omnium quæ certo in loco vacauerint, veluti in Curia Romana, quorum Reſeruatio in corpore iuris clauſa eſt, vt dixi ſuprà in *dicta tertia parte*; vel Burdegalæ, vt in *cap. & ſi in temporalium de Præben. in Extrauagantib. communib.* in quo Clemens 5. omnia beneficia in Burdegalenſi prouincia poſita ſibi reſeruauit in perpetum toto tempore ſui Pontificatus; aut quando ſibi reſeruat omnia beneficia quæ vacauerint per a- (C) deptionem ſecundi beneficij, vt in *dicto cap. Execrabilis, de Præben. in Extrauag. Ioannis* 22. aut quando reſeruat omnia beneficia familiarium ipſius, vel familiarium Cardinalium, vt in *cap. ad regimen, eod. tit. in Extrauagant. communib.*

Speciales Reſeruationes ſunt quando Beneficium certum reſeruatur, ſiue certum corpus beneficij reſeruetur, ſiua incertum in indiuiduo: & certum corpus dicimus reſeruari ſi reſeruetur beneficium S. Pancarij in Diœceſi Gradenſi, vel ſi talis Eccleſia Cathedralis puta Toloſana, vel Gradanſis reſeruetur, vt in *cap. ſi eo tempore, de elect. in Sexto*; incertum ſi ax pluribus Eccleſiis Cathedralibus reſeruauerit Eccleſiam Cathedralem, quæ primo vacauerit. (D)

Et poteſt Reſeruatio quæ fit de certo corpore beneficij, fieri ſpecialiter pro certa perſona, vt Beneficium S. Seuerini Pariſienſis Diœcaſis pro Nicolao Clerico; vel nullâ certâ Perſonâ expreſſâ, quam reſeruationem Interpretes appellant mentalem, quando Romanus Pontifex reſeruat certum aliquod beneficium ſuæ diſpenſationis, vt Perſonæ gratæ prouideat cuius nomen non exprimit.

Effectus vero Reſeruationis ſunt. primus vt ius conferendi Ordinario adimat, ſiue reſeruatio facta fuerit cum decreto irritante, ſiue ſine eo; & præterea ſi ordinarius contulerit collatio nulla eſt, *cap. 59. vt noſtrum, de approbationib.* & *cap. 45. ſi eo tempore, de elect. in Sexto.* (E)

Deinde 2. vt afficiciat beneficium, non quidem vt is in cuius gratiam reſeruatio facta fuerit, habeat ius affectum ad beneficium reſeruatum, vt ſuprà diximus; ſed ita vt ſit affectum diſpoſitioni Romani Pontificis, vt ab alio cõferri non poſſit: & propterea ſi Collatio facta à Romano Pontifice fuerit inutilis, quia facta eſt inhabili, tamen adhuc beneficium Papæ collationi remanebit affectum & reſeruatum, *cap. inter dilectos,* vbi Panormitanus, *de conceſſio. Præb.*

Idemque eſt ſi propter ſubreptionem prouiſio non teneat: nam generale eſt, vbicumque Papa manum appoſuerit, inhiberi Ordinarium *dicto cap. vt noſtrum*: ſed ſi Collatio inutilis non ſit, per collationem inutilem certum eſt expirare reſeruationem, vt poſſit deinceps Ordinarius de beneficio prouidere, quemadmodum poteſt prouidere de Beneficio litigioſo, ceſſante lite *cap. 1. vt lite pendente nihil innouetur, in Clement.*

Tertium Effectum profert *Gl. in verbo impediri, de elect. & reſeruationib. in pragm. ſanct.* vt non valeant mandata de prouidendo ad Beneficia reſeruata, niſi fiat in literis mentio reſeruationis, quià non eſt veriſſimile Romanum Pontificem beneficium conceſſiſſe aduerſus illud quod ante ipſe ordinauerat, & propterea neceſſe eſt vt in mandato fiat mentio reſeruationis.

Cæterùm hodie nullus vſus eſt Reſeruationum in hoc Regno, quæ primum ſublatæ fuerunt Concilio Baſileenſi *cap. licet, & cap. & quia, de elect. & reſeruation. in pragmat. ſanct.* & exceptæ tantum reſeruationes in corpore iuris clauſæ, de quibus diximus ſuprà *in 3. part. huius tractatus.* Excipiuntur etiam quæ ſiunt in terris Eccleſiæ Romanæ, ſau in Patria obedientiæ quam vocant.

Eas etiam ſuſtulit in hoc Regno tàm generales, quàm ſpeciales Leonis 10. conſtitutio *tit. de reſeruation. in Concordat.* & vbique Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. cap. 19. decreti de reformat.*

Affines ſunt Reſeruationibus Regreſſus, quos vocant, & Receſſus. Regreſſus ſunt quando quis reſignat beneficium cum lege regreſſus, ſcilicet vt præmoriente eo cui Beneficium renuntiatum confertur, reuertatur beneficium ad Reſignantem: hoc enim modo tacitè videtur beneficium reſeruari reſignandi.

Acceſſus verò, ſi pontifex velit conferri beneficium puero, & quia capax non eſt, confert alteri ea lege, vt poſt ætatem legitimam puer accedere poſſit ad illud beneficium propria authoritate. Rebuffus *in 1. part. Praxis benefic. tit. de reſeruat. & in 3. tit. de regreſſibus.* Qui Regreſſus & Acceſſus prohibentur in hoc Regno, & vix eſt vt alio caſu, iure ſuſtineri poſſint, vt idem Rebuffus fatetur.

Eſt alia ſpecies prouiſionis Romani Pontificis, quæ vulgo *noua Prouiſio* appellatur, quam petit is qui dubitat de Collatione facta ſibi ab alio quàm à Romano Pontifice, vt in *cap. poſt elect. de conceſſ. Præben.* Quæ noua Prouiſio in eo differt à Confirmatione, quod noua Prouiſio nouum jus tribuit, vt poteſt quis varios titulos eiuſdem beneficij obtinere, vt notatur in *dict. cap. poſt electionem,* & alibi ſupra docui; at Confirmatio confirmat veterem prouiſionem, & robur ei dat vt nunc tantùm actus confirmatos valeat, *l. & quia, D. de iuriſdict. & toto tit. C. de confirmat. vtili,* vel inutili; quâ ratione etiam differt à Reſcripto *perinde valere*, quod conceditur quando Papa renocauit aliquid & irritum fecit; deinde decernit illud valere; vt ſi irritauerit Collationem ante à ſe factam, vel Collatio ab ipſo facta ipſo iure nulla ſit: efficitur enim hoc Reſcripto vt valeat Collatio, perinde ac ſi irrita facta non eſſet, vel ſi initio fuiſſet iure

facta. Noua hæc Prouiſio non datur quando Collatio prior fuit facta à Papa; ſed quando ab alio, vt dictum eſt, de quibus vide latiùs Rebuffum *in 1. parte Praxis beneficiorum, titulo de noua prouiſione*, & *in 2. par. tit. de reſcr.* etiam *perinde valere.*

De Nominatione Regia & Scholaſtica.

CAP. IV.

SEquitur vt iuxta ordinem præſcriptum Initio huius vii. Patris, de nominatione videamus, Nominatio aut regia eſt, aut Scholaſtica. Regia Nominatio plus iuris tribuit quàm Præſentatio; proinde non eſt dicendum ius Nominationis, quod hodie habet Rex noſter procedere ratione Iuris Patronatus quod habeat in Eccleſiis, vt cùm legimus apud Matthæum Paridem *in chronicis Angliæ*, Ioannem Regem Angliæ Romano pontifici, & Eccleſiæ Romanæ obligaſſe omne ius Patronatus quod habebat in Eccleſiis Anglicanis; ſed potius ius illud procedere ex Conuentis habitis inter Regem noſtrum & Romanum Pontificem, quæ habentur in Concordatis. Ius ergo Nominationis Regiæ in eo conſiſtit, quod vacante aliquâ Eccleſiâ Cathedrali, vel Metropolitanâ, Epiſcopus non à Collegio Canonicorũ Eccleſię Eligitur, vt eligi eum debere ſuprà docuimus; ſed Rex virum grauem & idoneum, qui ad minus viginti ſeptem annos natus ſit, & Magiſter ſeu Doctor ſit, aut Licentiatus in Theologia, vel in vtroque iure, aut altero iurium, Romano pontifici offerat & nominet; cui Romanus Pontifex vacantis Eccleſiæ gubernationem committat.

Præſcribuntur autem ſex menſes intra quos Rex Nominet, quod ſi idoneus non fuerit qui nominatus à Rege eſt, poterit Rex infra tres menſes digniorem nominare; quo tempore elapſo, quod computatur à die intimationis repulſæ, Romanus Pontifex de Eccleſia vacante prouidebit, §. 1. *de Regia ad Prælaturas nominatione facienda*, *in Concordat.* Excipiuntur vt nominari poſſint, etſi Doctores aut Licentiati non ſint, Regis Conſanguinei, ac ſublimes perſonæ, atque etiam Religioſi reformati, qui ex regulæ inſtituto non poſſunt Doctores aut Licentiati fieri.

Ius quoque Nominationis datum eſt Regibus noſtris in Abbatiis & prioratibus Conuentualibus ſimiliter electiuis; ita tamen vt ætas viginti trium annorum ſufficiat, nec neceſſe ſit aliquo gradu decoratum eſſe qui nominatur à Rege; ſed ſatis eſt ſi ſit Monaſticæ vitæ & inſtituti, & eiuſdem ordinis, §. *Monaſterijs, eod. tit, in Concordat.* quod de Monaſteriis tantùm Monachorum accipi debet, non de Monaſteriis Monialium; & de Prioratibus tantùm Conuentualibus Religioſorum, non de prioratibus Eccleſiarum Sæcularium, ad quos Rex noſter ius nominandi non habet, vt docet Rebuffus *in dicto §. Monaſterijs.*

Similiter non nominat vbi hęc beneficia vacant in Curia Romana, quia illa Romani Pontificis diſpoſitioni reſeruata ſunt, vt ſuprà ſæpe docui.

A Nec quoque vbi Collegio alicui Eccleſiaſtico; aut Monaſterio conceſſa fuerit ſpeciali priuilegio facultas Paſtorem eligendi, §. *vlt. eod. tit. in Concordat.*

Nihil autem intereſt quomodo vacet Beneficium, an morte, an verò renuntiatione: ſemper enim ius Nominandi habet Rex noſter, etſi renuntiatio facta fuerit ex cauſa permutationis, quo caſu conſenſus Regis, vulgo *le Placet*, requiritur.

De Nominatione Scholaſtica tenendum eſt, primò eam iure non ordinario, ſed extra ordinem procedere; vel quia Nominationes ſunt gratiæ expectatiuæ, vel ſaltem inſtar earum,
B *Gl. in verbo gradus, tit. de collationibus, in pragmat. ſanct.* vel etiam quod cum ipſe Romanus Pontifex in Collationibus Beneficiorum quæ ſita ſunt in aliorum Diœceſi, ordinario iure non procedat, vt abundè ſuprà docuimus, abſurdum eſſet dicere Vniuerſitates huius Regni in Nominationibus vti ordinaria poteſtate: quam enim poteſtatem nominandi habent, habent à Papa.

Origo Nominationum profluxit à Gratiis expectatiuis, quæ poſtquam ſublatæ fuerunt, vel in modum redactæ Concilio Baſileenſi, inductæ ſunt nominationes, quæ eſſent non gratiæ expectatiuæ ſpeciales, ſed generales potiùs,
C vt docet prædicti Gloſſa *in verbo gradus*, quæ ideo à mera Vniuerſitatis voluntate pendere dicuntur, §. *præfatique*, *de collationib. in concordatis*: & propterea ad earum conceſſionem Academiæ non coguntur, licèt iniuſtè faciant cum eas doctis ac benemeritis Graduatis denegant, *Gl. in §. item quod ad dictas, in verbo potuerunt, de collationib. in pragmat. ſanct.*

Et quia ſpeciem Gratiarum expectatiuarum referunt, ideo quæcumque Beneficia diximus ſuprà Mandatis de Prouidendo non includi, eadem non comprehenduntur Nominationibus. propterea Præbendæ Thelogales non comprehenduntur: ergo & Theologo poſſe conferri
D quocumque tempore anni vacauerint, certum eſt, §. 7. & § *præfatique ordinarij, de collationib. in pragmat. ſanct.*

Nec Eccleſiæ Parochiales ſitæ in Ciuitatibus & Opidis muro cinctis, quæ aliisquam Perſonis qualificatis, gradibus ſcilicet Scholaſticis prædictis, aut qui ſaltem legitimo temporis ſpatio, id eſt per triennium Theologiæ, vel Iuris Pontificij, vel Ciuilis ſtudio operam dederint, conferri non poſſunt, § *in Eccleſiis, de collationib. in pragmat. ſanct.* §. *ſtatuimus 2. eod. tit. in Concordatis.*

Dixi ſuprà Originem Nominationis profluxiſſe à Concilio Baſileenſi, & Pragmatica San-
E ctione, quæ ſuſtulit gratias expectatiuas, quarum vſus adeo increbuerat, vt quatuor tantùm menſes Ordinariis relinquerentur, vt ſupra dixi. Cùm verò Gratias illas expectatiuas mordicus retinere vellent Papæ, atque de Pragmatica ſanctione quam improbabant, apud Regem noſtrum conquererentur, inita fuerunt Concordata inter Siſtum 4. & Ludouicum 11. Regem Franciæ; quibus Concordatis ſex menſes liberi Ordinariis collatoribus relinquebantur, Februarius, Aprilis, Iunius, Auguſtus, October, & December; quę tamen Concordata ſortita non ſunt effectum, tanquam iuri contraria,

& decretis Conſtantienſis & Baſileenſis Concilij, Gloſſa *in §. quod ſi quis, in verbo quatuor, de collationibus. in pragmat. ſanct.* Concilium autem Baſileenſe abſtulit collationem tertiæ partis beneficiorum liberæ Ordinariorum collationi, vt cùm iure communi Ordinarij beneficia quibus vellent liberè conferrent, tertiam partem Graduatis conferre tenerentur, & duas quidem partes tertiæ illius partis nominatis Graduatis reliquam graduatis ſimplicibus quos appellant, *§. inſuper. & §. item placuit, de collationibus, in pragmat. ſanct.* Sed quia iſta tertia, & tertia tertię, incertæ erant, & accidebat vt multæ fraudes fierent à Collatoribus in præiudicium Graduatorum; indeque multæ lites & contentiones orirentur: iure Concordatorum quo vtimur inter Leonem X. & Franciſcum Regem, immutata B eſt forma Nominationum in eo quod pro tertia parte beneficiorum, tertia pars anni attributa eſt Graduatis, Aprilis quidem, & October Graduatis ſimplicibus; Iulius vero & Ianuarius Graduatis nominatis: in quo fuit cur Graduati nominati conquererentur; quia cùm duas haberent partes tertiæ partis beneficiorum, vt dictum eſt, factum eſt iure Concordatorum vt æquale ius cum Graduatis ſimplicibus haberent, de quo vide *dictum §. præfatique Ordinarij*, & in eo Gloſſam Rebuffi *in verbo, in primo menſe.*

Cur vero hoc Ius Nominationis fuerit conceſſum Academiis celebrioribus huius Regni, & C Delphinatus Viennenſis; ratio multiplex redditur; vt maiore præmiorum ſpe ad virtutem & ſcientiam homines accederentur, vel quia literatis hominibus indiget Eccleſia *cap. cùm ex eo, de elect. in Sexto*; vel vt pauperibus ſcholaſticis, ſeu Scholaribus, qui nullum aut minus ſufficiens Patrimonium habent, hoc modo prouideretur, *§. quod ſi quis, de collation. in pragm. ſanct.* vel quia cùm idonei ſint promouendi ad beneficia, nemo de idoneis melius iudicare poſſit quàm qui Præceptores cæterorum & Magiſtri ſunt *l. nemini, Cod. de Aduocat. diuerſor. iudicior.*

Vniuerſitates autem intelligimus, non eas D tantùm quæ omnes Facultates habent: nam etiam quæ quibuſdam facultatibus carent, vt Aurelianenſis, poſſunt concedere nominationes, in illis tamen Facultatibus quas habent, vt docet Rebuffus in *tractatu nominationum Quæſt. 6. num. 13. & 14.* quo tamen caſu non ſingulæ facultates nominant in ſua facultata, ſed vniuerſitas ipſa nominat, *Gl. in §. ita tamen, in verbo Vniuerſitatibus, de collationibus, in pragm. ſanct.* & quia hæc Facultas nominandi conceſſa tantùm eſt huius Regni Vniuerſitatibus & Delphinatus Viennenſis; Ad beneficia extra Regnum ſita Nominationes non protenduntur; nec E ſimiliter Vniuerſitates extra Regnum ſitę ius nominandi habent: ſed ſi beneficia ſita ſint in prouincia quæ adiuncta de nouo fuerit huic Regno, Nominationes Vim habebunt in Beneficiis in ea Prouincia ſitis, quaſi Prouinciæ vnitæ, Regni cui vniuntur, ius, naturam, & priuilegia ſortiantur, *arg. leg. ſi conuenerit, §. ſi nuda, D. de pignerat. act.* quaſi nuda proprietas pignori data ſit, vſusfructus qui poſtea inde emerſit, pignori erit.

Nominant autem Vniuerſitates non quemlibet hominem, ſed Gallum, quia, vt docet gloſſa in *verbo exterorum, in proœmio pragm. ſanct.* hoc iure vetuit Rex Franciæ vt nemo exterus poſſit obtinere beneficium in Regno ſuo ſine eius voluntate.

Nominant autem non quemlibet Gallum, ſed eum qui gradibus & titulis Baccalaureatus, vel Licentiæ, à Doctoratus inſignitus fuerit: ſed non ſufficit Baccalaureatus in Medicina, requiritur Licentiæ vel Doctoræ gradus, & in Artibus requiritur Magiſterium, *§ præterea, §. teneantur, in Concordat. de collat.*

Sed hoc rite fieri debet, non per ſaltum: hoc eſt non debet is qui eſt nominandus, recipere Licentiæ gradum ante Baccalaureatum, nec Doctoram ante Licentiam, *§. monemus, eod. tit.*

Oportet quoque vt hi graduati qui nominandi ſunt, quacumque in ſcientia ſint graduati, non ſint graduati ſub bulla, quos cum Duareno Graduatos Codicillares licet appellare, cum Rebuffo Graduatos Bullares, quales ſunt ij qui diplomate Romani pontificis, aut Regis, honorarios illos titulos conſequuntur, quoniam ius Concordatorum exigit vt in Vniuerſitate famoſa graduati ſint, *dicto §. volumus, eod. tit.*

Adeò verò Beneficia quæ diximus affecta eſſe Graduatis nominatis, aliis conferri non poſſunt, vt irrita ſit eorum Collatio, ſi modò nõ deſint Graduati nominati quibus conferantur; ſi deſunt, Graduatis ſimplicibus conferentur, ſi vtrique deſint tàm Nominati, quàm Simplices, aliis, modò aliàs capaces & idonei ſint, conferri poterunt, *§. teneantur, vbi Gl. in verbo alteri, eod. tit.*

Quod autem dictum eſt nominandos eſſe Graduatos qui non per ſaltum promoti fuerint, interpretandum etiam eſt qui legitimum tempus ſtudij, quod Concordata exigunt, abſoluerint, *§. dicto præterea.* Illud verò eſt in Theologiæ ſtudio ſex annorum, in Bacalaureis ſimplicibus, qui ſic appellantur ad differentiam Bacalaureorum formatorum, in quibus vt in Doctoribus, & Licentiatis tempus decem annorum requiritur, *§ 1. eod. tit.*

In Bacalaureis autem Iuris Canonici, vel Ciuilis tempus quinque annorum; in Doctoribus verò vel Licentiatis ſeptem annorum; & in Magiſtris in Artibus quinque annorum. Ab hac definitione temporis ſtudij in promotionibus graduum, & vt graduati nominari poſſint, Nobiles excipiuntur qui ex vtroque parente Nobiles ſunt: eis enim ſufficit per triennium ſtuduiſſe, *dicto § præterea*, & *§. cùm vero, eodem tit.* quod inductum eſt vt magis inuitentur Nobiles ad ſtudia capeſſenda, quos intereſt magis quàm alios Reipublicæ Chriſtianæ ad rerum gubernacula admitti, de qua re diffusè Rebuffus, & Duarenus.

Superſunt quædam de Nominationibus tractanda quæ difficiliora, & vtiliora ſunt ijs quæ diximus, quarum tractatio in ſex partes omnimode diuiditur. Primum enim videndum eſt quæ ſit Forma Nominationum, & quænam in literis Nominationis exprimenda ſint; deinde apud quos oporteat nominare, ſeu ad quos dirigendæ ſint Nominationes: Tertio quomodo poſſeſſio & Inſinuatio nominationum requirantur: Quartò quid agere debeant Nominati,

vel graduati, poſtquam inſinuatis ſemel nominationibus, beneficia vacauerint in menſibus aſſignatis, & an reuocari vel recuſari nominationes poſſint. Quintò quinam ſint Effectus Nominationis: Sexto quis inter plures nominatos potior eſſe debeat.

Et Primùm de Forma ſolet dubitari quo tempore petendæ & concedendæ ſint Nominationes: nam *Gl. in § ſtatuimus*, in verbo quadrageſimæ, *de collationibus, in pragmat. ſanct.* dicit tempore Quadrageſimæ duntaxat eas concedi, quod vſus hodiernus refellit; ſed tantùm obtinet vt tempore Quadrageſimæ Inſinuationes nominationum fiant, *dicto §. ſtatuit.* Nominationes vero in ſcriptis redigi debere nemo dubitat, *§. præfatique Graduati, & §. volumus, eod. tit. in Concordat.* nam etiam ex § *tenentur eod. tit.* tenetur nominatus eas duplicatas exhibere Collatoribus ſiue Patronis, quæ ſane non traderentur duplicatæ niſi parentes & Originales fierent: duplicatas vero id eſt originalium duplum retinent Ordinarij, vt apparere poſſit quis ex pluribus nominatis antiquior ſit, *§. ſtatuimus in primo, eod. tit.* Duplum autem dicitur copia à noſtris Pontificibus, & dicitur exemplar vel exemplum in gloſſis, ἀντίγραφον, ἀντίτυπον: dicitur etiam ἴσον Heſychius ἔξεμπλον ἴσον.

Obſignandæ verò ſunt Originales Secretarij ſeu Bidelli manu, adhibito authentico Academiæ ſigillo, diemque, menſem, & annum continere debent, *dicto §. præfatique Graduati:* quod & obſeruatur in atteſtationibus temporis ſtudij, quæ ſimili quoque modo obſignatæ & annotatæ debent exhiberi, & duorum teſtium eiuſdem profeſſionis fide & ſubſcriptionibus roborandæ ſunt; quæ ſimiliter duplicatæ retinentur, *dicto §. præfati*, & *dicto §. tenentur.* Exhiberi quoque debent, & retinentur duplicatæ, Literæ atteſtationis Nobilitatis: ſed hæ quatuor teſtium fide confirmandæ ſunt, ne via fraudibus pateat, *§. cùm verò, eodem tit.*

Matriculam vero hic non eſſe neceſſariam, id eſt vt deſcribatur nominatus in Scholarium albo, quò gaudeat priuilegiis ſcholarum, iuxta *Gl. in §. item quod ad dictas, in verbo Vniuerſitatis, de collationibus, in pragmat. ſanct.* apparet ex eo quod neque pragmatica, neque Concordatum eam requirat in literis nominationis Imprimis exprimenda ſunt beneficia ſi quæ habet nominatus, & vel vnicum, ſi vnicum tantùm habeat; vel quia verbum beneficia poſitum in *verbo volumus eod. tit.* vbi illud definitur, referendum eſt ad plurea nominatos, videlicet vt quilibet nominatus teneatur in ſuis nominationibus exprimere beneficium quod habet, vt rectiſſimè Rebuffus interpretatur; vel quod cum, vt antè dictum eſt, nominationes ſpeciem gratiarum referant, quæcumque ante diximus obſeruanda in gratiis circa expreſſionem beneficiorum & qualitatum beneficiorum, eadem obſeruanda ſunt in nominationibus. Erit ergo exprimandus vel valor beneficiorum, non ſecus atque in mandatis: nam etiam cùm nominationes potiſſimum introductæ ſint vt Scholaribus pauperibus prouideretur, vt antè dictum eſt, & proinde ſecundum receptiorem Doctorum interpretum ſententiam dicantur accedere ad naturam Literarum Iuſtitiæ, quas in

A forma communi, & in forma pauperum antè appellauimus; conſequens eſt vt verus valor beneficiorum exprimatur ſecundum communem æſtimationem, in quam etiam veniunt diſtributiones quotidianæ, *dicto §. volumus.* Exprimenda quoque eſt Diœceſis nominati, quo cognoſcatur an nominationes concedi potuerint; quia extato non ſunt concedendæ, vt ſuprà diximus: & deinde exprimenda ſunt omnia beneficia quæ ex more Academiarum exprimenda veniunt.

Secundum quod diximus hic tractandum eſt, ad quos dirigi debeant nominationes. Et ad Ordinarios collatores qui grauati hac in parte poſſunt, eſſe dirigendas certum eſt. Ordinarios Collatores eos intelligimus, de quibus diximus *in 3. part. huius tractat.* vbi non eſt diſtinguendum an iure ordinario conferant, an vero iure deuoluto; ſemper enim tenentur conferre beneficia graduatis nominatis, quæ in menſibus eis attributis vacarint, eamque ab cauſam ad eos nominationes diriguntur, *§. ſi quis verò, eodem titul.* & Ordinarios eos tantùm Collatores grauari intelligimus qui ad minus trium beneficiorum collationem habent vt idem plane obſeruetur iure Concordatorum, quod iure pragmaticæ ſanctionis obſeruabatur: olim enim eo iure non potuit Ordinarius grauari nominationibus niſi trium beneficiorum collationem habuiſſet, quod non reperiebatur tertia pars beneficiorum in eo qui vnum tantùm beneficium, vel duo tantùm beneficia conferre poterat, gloſſa in *§. item placuit, in verbo Turonum, eod. tit. in pragm. ſanct.* Ergo nec hodie quoque poterit cùm quatuor menſes Graduatis attributi iure Concordatorum, tertiæ partis beneficiorum quæ iure pragmaticæ ſanctionis Graduatis nominatis erat conferenda, vicem referant, vt antè dictum eſt.

Quod vero ad Patronos Eccleſiaſticos attinet, grauari illi non minùs poſſunt quàm Ordinarij; & modo quo ſupra dixi ſæpiſſimè poſſe Legatum à latere conferre beneficia ad præſentationem Eccleſiaſtici patroni pertinentia; licet ſecus ſit in beneficiis quæ pertinent ad præſentationem Laici Patroni, ne Laici retrahantur à fundationibus & dotationibus Eccleſiarum: & propterea decidunt vulgo Interpretes non comprehendi nominationibus beneficia quorum præſentatio ſpectat ad Clericum & ad Laicum ſimul, quoniam nec mandatis Apoſtolicis comprehenduntur, ne propter Clericum fiat præiudicium Laico, de quo vide Rebuffum *in tractatu nominationum quaſt. 15. num. 6.*

E Sequitur vt videamus de Exhibitione, profeſſione ſeu Inſinuatione Nominationum. Inſinuatio nihil aliud eſt quàm profeſſio in actis facta, vt cùm dicimus donationes quæ ſunt ſupra quinquaginta aureos, inſinuandas eſſe, *l. ſancimus, cod. de donationib.* intelligimus profitendas eas eſſe in actis, vel apud Cenſitorem, vel apud alium Iudicem. Et in propoſita igitur ſpecie Inſinuatio nihil aliud eſt quàm profeſſio ſeu denontiatio in actis facta, tam literarum gradus, quam literarum Nominationis, atteſtationis, temporis ſtudij, & atteſtationis Nobilitatis, vbi nomen & cognomen editur Nominati, & cætera exprimuntur quæ ſuprà exprimenda diximus.

Hanc Inſinuationem fieri neceſſe eſt ne alioquin ignorantiam prætendant Collatores, ſi facta non fuerit: & prætereà decidit rectè *Gl. in §. ſtatuit, in verbo exhiberi, tit. de Collationibus, in prag. ſanct.* Nominationem enim ſcienti Collatori præſentandam eſſe: quæ Inſinuatio ſemel ante vacationem fieri debet, ſed ſingulis annis nomina, & cognomina inſinuanda ſunt, quò Collator ſcire poſſit quinam perſequantur ſuas nominationes, & quinam eis renuntiauerint, *dicto §. teneantur*: ſunt enim multi qui renuntiant vel contrahendo matrimonium, vel quia alio modo beneficium aſſequuti ſunt. Fieri vero debet Inſinuatio Notario præſente, & duobus teſtibus: nam Notario ſine teſtibus non crederetur, & præſentes duo Notarij eſſe debent in his regionibus, in quibus de conſuetudine requiruntur duo Notarij: quam inſinuationem ſi Nominati facere omiſerint, beneficium in vim Nominationis petere non poſſunt, vt expreſſum eſt in Ordinationibus Regijs *Rubrica, des Gradnés ſimples, art. 3. & 9.* ſed ſi omiſſa fuerit vno anno, poterit ſequentibus annis fieri, tempore ſcilicet Quadrageſimæ; quo tempore fieri ſemper Inſinuationes ſuprà diximus.

Quibus autem inſinuandum ſit patet ex ſuperioribus: nam his inſinuandum eſt, ad quos diriguntur nominationes: Inſinuandum eſt ergo Ordinarijs Collatoribus, Patronis Eccleſiaſticis, aut eorum Vicarijs, *dicto §. ſtatuit*, & *dicto §. teneantur*; & Vicarijs non ſolùm abſentibus Epiſcopis, ſed etiam præſentibus inſinuari poteſt, quamuis tutius ſit præſentibus ipſis Epiſcopis inſinuare. Rebuffus *in dicto tract. Nominationum quaſt. 14. num. 59.* & ſi plures Vicarij Epiſcopi ſint, non eſt neceſſe omnibus inſinuare, ſed ſufficit ſi vni inſinuatio fiat, vt decidit *Gl. in dicto §. ſtatuit, in verbo Vicario*: licet diuerſum ſit vbi ſunt duo ad quos Collatio pertinet in ſolidum; nam tunc omnibus inſinuandum eſt. Ratio diuerſitatis eſt quod omnes & ſinguli Vicarij referunt Epiſcopi Perſonam, propterea ſi vni ſit inſinuatum, & Epiſcopo & omnibus inſinuatum intelligitur: at quando plures ſunt quibus in ſolidum ius conferendi competit, quemadmodum vbi vni adempta eſt poteſtas conferendi, non propterea alteri intelligitur adempta; ideo vtrique denuntiandum eſt: veluti ſi collatio pertineat ad Epiſcopum & Capitulum ſeparatim, vt vna vice Epiſcopus, alterâ Capitulum conferat; vel vt locus præuentioni ſit inter eos: ſecus eſt ſi communiter & coniunctim ad eos collatio pertineat, putà ad Epiſcopum & Capitulum ſimul; nam tunc ſi vni ſit inſinuatum, non eſt opus vt alteri inſinuetur, *arg. l. de pupillo, §. ſi plurimum, D. de noui operis nuntiatione, Gl. in cap. ſi Capitulo, in verbo factam, de conceſſione Præben. in 6.* ex qua Gloſſa licet colligere quod reſpondendum eſt de inſinuatione fieri debet quando nominationes ad Capitulum quæ diriguntur.

Nunc ad illud quod quarto loco tractandum diximus, videamus quid agere debeant Graduati, vel Nominati poſt inſinuationem factam, an reuocari vel recuſari poſſint nominationes? vbi generaliter verum eſt factâ inſinuatione, poſtquam vacauerit aliquod beneficium in menſibus attributis Graduatis, vel Nominatis, partes eſſe Nominati vel Graduati, vt requirat Ordi-
A narium vel Patronum Eccleſiaſticum, vt ei vacans beneficium conferat: vbi quadruplex eſt inſpectio: Prima intra quod tempus requirere poſſit; Secunda an poſſit alius quam Ordinarius & Patronus Eccleſiaſticus requiri, putà Vicarius, vel Capitulum Sede vacante; Tertia quid agere debeat Graduatus, vel Nominatus, ſi Ordinarius vel Patronus recuſauerit conferre; Quarta an ſit aliqua iuſta cauſa propter quam reuocari vel recuſari poſſint nominationes.

Quod ad primum attinet, communis concluſio eſt cùm nullum tempus inueniatur, vel in pragmatica ſanctione, vel in Concordatis ſtatutum, intra quod Graduatus vel Nominatus requirat, cenſeri illud relictum eius arbitrio,
B ſed ita vt intra tempus illud requirat, intra quod Ordinarius conferre, & Patronus Eccleſiaſticus præſentare poteſt, *Gl. in §. item quod omnia, in verbo ſcilicet, de Collat. in pragm. ſanct.* Illud verò tempus eſt ſex menſium, vt ſuprà dictum eſt *cap. nulla de conceſſ. Præben. & cap. vn. de iure Patronatus, in Sexto*: quo tempore elapſo negligens æſtimabitur, nec poterit ampliùs petere vacans illud Beneficium, *cap. ſi Clericus, de Præbend. in Sexto*: non poterit autem illud petere, nec ab Ordinario qui per negligentiam poteſtate conferendi priuatur, nec à Superiore ad quem deuoluta eſt poteſtas, quia non fuit Superior grauatus nominatione, ſed Ordinarius; nec beneficium cuius collatio ad Superiorem per negligentiam Ordinarij eſt deuoluta,
C amplius affectum eſt Graduato vel Nominato, qui ipſe per negligentiam quoque ſuam ius petendi illud beneficium amiſit: aliaque eſt ratio beneficij collati, ſi tempus præfinitum acceptationi beneficij fuerit elapſum: re enim integrâ licebit acceptare, *cap. ſi tibi abſenti, de Præb. in 6.* quoniam Ordinarius qui contulit, non amiſit poteſtatem conferendi, & quamuis elapſo tempore diſſentire potuerit, & alteri conferre, verum tamen eſt eum non diſſenſiſſe, cùm alteri non contulerit, proinde re integra licebit ei cui collatum eſt beneficium illud acceptare, *Gl. in dicto verbo, ſcilicet.*

Secundum quod inſpiciendum dixi an poſſit
D alius quàm Collator Ordinarius vel Patronus Eccleſiaſticus requiri vt beneficium conferat Graduato nominato, definiendum exiſtimo ex his quæ ſuprà dixi *in 3. parte huius tractatus*: dixi enim Vicarium Generalem, Epiſcopi ſcilicet, conferre beneficia non poſſe, poſſe tamen electos confirmare, & præſentatos inſtituere; quemadmodum exequi poteſt ea quæ ſunt neceſſariæ collationis, non ea quæ ſunt liberæ & gratuitæ: & conſequenter cùm collatio quæ fit Graduatis & Nominatis non ſit libera, ſed neceſſaria, ea per Vicarium generalem exequi poterit: in qua ſententia fuit initio *Gl. in §. item voluit, in verbo Vicarie, de Collat. in pragm. ſanct.*
E ſed poſteà diſſentit, vt arbitror leuibus ducta rationibus: 1. quod certum ſit Vicarium generalem non poſſe conferre beneficia, niſi ſpeciale mandatum habuerit, vt dixi *in ea tertia parte*; ergo fruſtra requireretur ipſe & ab eo peteretur conferri beneficium, cùm non poſſit dare quod non habet, *cap. quod autem, de iure Patronat.* & conſequenter eius recuſatio non deuolueret conferendi poteſtatem ad Superiorem. Deinde in locis pragmaticæ ſanctionis & Concordato-

jum, quos citauimus reperitur poſſe Vicario generali inſinuationem fieri, ſed non dicitur eum poſſe requiri, aut conferre poſſe Graduato vel Nominato: tertiò in *cap. eam te, de Reſcript.* dicitur Capitulum non poſſe Sede vacante prouidere de Beneficio cuius collatio pertinet ad Epiſcopum; ergo nec ſimiliter Vicarius poterit. Verùm Prima ratio facillimè reſcilitur, poſitâ diſtinctione, de qua dixi, inter collationem liberam & neceſſariam, nam *cap. ex frequentibus, de inſtitutionibus*, manifeſtiſſime dicit Vicarios aut Officiales Epiſcopi poſſe inſtituere Clericos præſentatos à Patronis: ſi igitur vnum poſſunt quod neceſſariæ collationis eſt, & alterum poterunt, quod ſimiliter eſt neceſſariæ collationis, vt Graduatis vel Nominatis conferant.

Secunda quoque ratio non obeſt, quoniam quod inductum eſt vt abſentibus Epiſcopis Vicario inſinuari poſſit, inductum eſt ne abſentibus Epiſcopis jus Nominati vel Graduati impediatur, aut retardetur; quæ ratio æquè militat in collatione atque in inſinuatione; & quod pertinet ad *cap. eam te, de Reſcript.* illud caput loquitur in diuerſo, quia non ibi mandatum fuit Epiſcopo vt prouideret de beneficio quod ad eius collationem pertineret, ſed mandatum fuit Capitulo quaſi ad Epiſcopum & Capitulum pertineret collatio præbendarum; quo caſu certum eſt vacante Sede collationem beneficiorum ad Capitulum deuolui, *cap. vn. ne Sede vacante in Sexto*: ſed quia ibi collatio beneficiorũ ad ſolum Epiſcopum pertinebat; quo caſu vacante Sede collatio beneficiorum non deuoluitur ad Capitulum, *dicto cap. vn.* §. 1. ideo non potuit Capitulum mandatum illud exequi. Nec poteſt prætendi neceſſariam eſſe eam collationem, quia per mandatum de prouidendo non aufertur poteſtas conferendi Ordinario, vt ſuprà dixi dùm agerem de vi & poteſtate mandatorum de prouidendo. Vt autem abſente Epiſcopo requiri poteſt eius Vicarius, vt dixi, ita etiam vacante Sede Capitulum requiretur, quod ſuprà docui *in tertia part. huius tractatus*; quando ſcilicet ad vtrumque pertinet.

Nec obſtat quod hæc Collatio videatur ex ea parte eſſe voluntaria, quod concurrentibus pluribus eiuſdem anni Nominatis, gratificationi locus eſt, *cap. ſtatuimus, de Collat. in Concordatis*: nam gratificatio eiuſmodi, iuris eſt, non liberi arbitrij, vt datâ in omnibus paritate poſſit eſſe locus gratificationi, *cap. duobus, de Reſcript. in Sexto*. Quę ſuprà dicta locum habent vbi ad Epiſcopum & Capitulum ſimul, vel ad Epiſcopum tantùm Collatio Beneficiorum pertinet; vbi verò ad Capitulum tantum directæ nominationes ſunt, Nominatus requirit Epiſcopum, & Capitulum ei confert. Quandoque vero accidit, vt alio loco jam dixi, vt ſinguli Canonici alternatim beneficia conferant, & per Turnum, vt loquuntur, *cap. fin. de Prab. in Sexto*: quo caſu Canonicus qui in turno eſt, requirendus erit; quoniam certum eſt comprehendi nominationibus ſingulares Canonicos qui vice Capituli conferunt, *dicta cap. fin. & cap. cùm in illis*, §. *fin. eod.* tit. Quod verum eſt niſi ratione Præbendarum ſuarum jus conferendi habuerint: nam tunc, niſi adiecta fuerit clauſula, *communiter vel diuiſim*, non intelligentur Grauati his nominationibus quæ ad

A Capitulum directæ ſunt, *dicto cap. cùm in illis*, §. *fin.* & *dicto cap. fin. de Præbend. in Sexto*. Imo & ſi qui ſint de Capitulo qui habeant Dignitatem, adminiſtrationem, vel officium, cuius ratione jus conferendi quædam beneficia habeant, non ratione Præbendæ ſuæ, minimè intelligentur grauati nominationibus, quæ directę ſunt ad Capitulum tantum, etſi adiecta fuerit clauſula communiter vel diuiſim, quia cùm Vniuerſitas literas direxit ad Capitulum, ex eo apparet noluiſſe grauare dignitatem, quæ erat extra Capitulum; itaque neceſſe eſt vt expreſsè nominationes ad eam quoque dignitatem dirigantur *Gl. in* §. *ſtatuit in verbo ſpectat, tit. de*
B *Collat. in pragm. ſanct.*

Tertium quod inſpiciendum hic dixi, definitur ita rectiſſimè vt dicamus requirendum ideo Collatorem à Nominato vel Graduato, vt videat an ipſe alteri contulerit: potuit enim fortè antiquiori Graduato vel Nominato conferre; atque etiam vt eo caſu, quo alteri non contulerit, videat an velit ipſi graduato vel nominato requirenti cõferre: nam ſi recuſauerit conferre, deuolutio ad Superiorem fit, id eſt petet à Superiore, iure deuoluto Nominatus vel Graduatus beneficium quod noluit ei conferre iure Ordinario Ordinarius, vt cenſet Gloſſa *in* §. *quod ſi quis cuiuſcumque, in verbo Pontifices, de colla-*
C *tionib. in pragmat. ſanct.* illodque ſecundum formam definitam *in* §. *ſi quis vero, de Collat. in Concordat.* Id eſt vt requiſitio fiat gradatim, non omiſſo medio, eodem modo quo deuolutionem fieri diximus ſuprà *in 6. part.* Addendum eſt etiam, requiri ordinarium, quò licet alteri contulerit, tamen vel Nominato, vel Graduato adhuc conferat, quod expoſui *in 6. part.* dum agerem de Collationibus Ordinariorum.

Quartum & poſtremum eſt, Nominationes re etiam integrâ ab Academia quæ eas conceſſit reuocari non poſſe: docet Gloſſa *in* §. *item*
D *quod ad dictas, in verbo nominare, de collat. in pragm. ſanct.*

Nullam vero eſſe iuſtam cauſam recuſandi nominationes veriſſimum eſt, nec conſequenter recuſare poſſe Ordinarium quo minùs beneficium Nominato aut Graduato conferat, modò alius non ſit Graduatus antiquior, aut nominatus, & modo non in vim gradus aut nominationis ſæcularis Regulare beneficium appetat, regularis ſæculare: nam, vt ſæpè iam dictum eſt, Regularia Regularibus, Sæcularia Sæcularibus &c.

Illud ſciendum eſt multa poſſe apponi Nominationibus, quæ conjecit Rebuffus *in tractatu Nominationum, quæſt.* 22. & 23. velut ex
E parte concedentis, ſi facultas nominauerit non Vniuerſitas, quod fieri non poteſt; ſi vniuerſitas quæ ſuſpenſa eſt nominauerit §. *monemus de Collat. in Concordatis.* Ex parte Nominati vltra ea quæ ſolent objici iis quibus beneficia conferuntur, de quibus ſuprà *in 4. parte*, poteſt objici quod Graduatus ſit in alia Vniuerſitate, quàm in ea in qua eſt nominatus, Gloſſa *in* §. *item quod ad dictas*, in verbo ſuorum; *de Collat. in pragmat. ſanct.* quod non expreſſit in literis Nominationis Beneficia quæ habebat tempore impetrationis; quod extra Tempus Quadrageſimæ inſinuauerit; quod non eo anno, §. *præterea*

& §. tenantur eod. tit. quod non eſt graduatus A in Vniuerſitate famoſa, *dicto §. præterea*: & Vniuerſitas famoſa dicitur vbi publicè iura leguntur: quod non per continuum Quinquennium ſtuduerit, ſed degerit aliquo tempore Extra; & multa alia, de quibus latiùs ibidem Rebuffus. Sed etiam opponitur Nominationibus quod deperditæ ſint, id eſt jus nominationis amiſerit nominatus, puta ſi moleſtiam fecerit Collatoribus, litem contra eos monendo prætendens ſibi deberi beneficium quod vacauerit in menſibus qui liberi erant Collatoribus, *§. fin. eodem titulo, in Concordatis*: deinde ſi Nominatus habuerit in Eccleſia Metropolitana, vel Cathedrali, vel Collegiata duas Præbendas, B vel Dignitatem cum præbenda quarum fructus aſcẽdunt vſq; ad ducentos florenos auri de Camera, ius nominationis amiſſum intelligitur, *dicto §. volumus*: Idemque eſt ſi vnam tantum habeat cuius fructus ſimiliter ad eum valorem aſcendant, vt cenſet Gloſſa *in § quod ſi quis ex dictis in verbo duas, eod. tit. in pragm. ſanct.* Ex quo §. *quod ſi quis ex dictis*, videtur aliud obtinuiſſe iure Pragmaticæ ſanctionis, quàm hodie obtineat iure Concordatorum: quoniam textus Pragmaticæ ſanctionis diſtinguit Præbendas in Eccleſia Cathedrali, vel Metropolitana à cæteris beneficiis, vt ſi quis habuerit duas Præ- C bendas in Eccleſia Cathedrali vel Metropolitana, etiamſi non attingant valorem ducentorum aureorum, tamen non poſſit nominationibus impetratis vti, & ſic eum locum interpretantur, vbi Gloſſa *in verbo duas*: ſed textus Concordatorum, *in dict. §. volumus*, eam diſtinctionem non recipit; ſed tantùm reſpicit ad ſupra dictam ſummam, tam in eis præbendis, quàm in aliis beneficiis.

Dubitatio eſt inter Interpretes quo tempore inſpiciendum ſit an habeat beneficia quæ attingant illum valorem ducentorum aureorum: nam ſi exprimendus eſt valor in literis nominationis, quoniam non prouidetur per hanc viam D niſi pauperibus Clericis, & hi pauperes non iudicantur qui beneficia poſſident vſque ad eum valorem, conſequens omnino eſt vt tempus illud inſpiciendum ſit quo literæ nominationis conceſſæ ſunt, quemadmodum in Reſcriptis Apoſtolicis tempus datæ inſpicimus, *cap. ſi eo tempore, de Reſcript. in Sexto*: proinde ſi medio tempore quod eſt inter inſinuationem nominationis, & vacationem beneficij, acciderit vt pingue aliquod beneficium Nominatus adeptus ſit, expirabunt nominationes non ſecus ac mandata *cap. ſi pauper, de præbend. in Sexto*, & *cap. gratia de Reſcr. in Clement.* Gloſſa tamen *in dicto §. quod ſi quis ex dictis, in verbo tempore vacationis, de collat. in pragm. ſanct.* in alia eſt E ſententia fruſtra inſpici tempus, ſi habeatur ratio medij temporis; atque adeo definit vbi Graduatus, vel Nominatus tempore vacationis beneficij quod ſibi in vim gradus, vel nominationis conferri ab Ordinario requiſiuit, non haberet tanti valoris beneficia, fortè quia antequam ordinarium requireret quæ habebat reſignauerit, poſſe ipſum obtinere beneficium vacans, in vim gradus vel nominationis; eamque ſententiam ſequitur Rebuffus *in dicto §. volumus, dict. tit. in Concordatis*. Adducitur ratio hæc differentiæ inter Nominationes & Mandata, quòd Nominationes ſint gratiæ generales ad quæcumque beneficia; mandata verò ſint ſpecialia ad certum beneficium: ſed hæc ratio differentiæ nulla eſt, quia poſſunt eſſe mandata generalia ad omnia beneficia, vt non alia recipi in hoc Regno ſuprà docui, *dum agerem. de mandatis*, quæ nemo negauerit expirare per adeptionem beneficij incompatibilis.

Ex quo facile euincitur nullam eſſe hoc caſu differentiam conſtituendam inter Nominationes & Mandata: & quod in dictis locis Pragmaticæ Sanctionis & Concordatorum dicitur, ſpectari tempus vacationis, ex ea ratione procedit, quod tunc incipiat nominatio vim & effectum habere, vt requiri poſſit Ordinarius; ſed hoc non excludit quin medium quoque tempus inſpiciatur, ſi nominatus aliud beneficium adeptus ſit, quod aſcendat ad prædictum valorem, illudque pacificè poſſederit; & ſic fuiſſe concluſum in Curia Pariſienſi refert Rebuff. *in §. ſtatuimus, in verbo gratificare, de Collat. in Concordatis*.

Inſuper accidit vt amittantur Nominationes ſi vel expreſſè Nominatus renuntiauerit literis nominationis, *cap. audita, de reſtitutione ſpoliato.* vel tacitè, contrahendo ſponſalia, *Gl. in cap. vnico de Clericis coniugatis, in Sexto*; vel per Profeſſionem religionis cum ante Clericus ſæcularis eſſet, *cap. beneficium, de regularib. in 6.* aut ſi Eccleſia Sæcularis erigatur in Regularem, vel Regularis in Sæcularem: nam nominationes Regularium expirant cùm Eccleſia ſæcularis facta eſt, & Sæcularium cùm Regularis, *cap. ad audientiam de Eccleſiis ædificandis, vel reparand.* denique amittuntur Nominationes ſi nominatus eas non inſinuauerit per triginta annos, *arg. l. licet, cod. de iure deliberandi.* Superſunt quinto & ſexto loco duo in hac materia Nominationum tractanda, primum quinam ſint effectus nominationis: alterum quis inter plures nominatos potior eſſe debeat.

Quod ad primum attinet ſic exiſtimo per Nominationem nullum ius quæri, nec in re, nec ad rem; quemadmodum nec per mandatum, nec per præſentationem vllum quæritur, quidquid in hac re Gloſſa *in §. volens, in verbo nominationes, de collat. in pragm. ſanct.* cenſuerit, cæteræ quæ Gloſſæ, & interpretes paſſim dicant: de mandato ſuprà diximus per eius præſentationem non affici beneficium vacans, vel proximè vacaturum, niſi eo tantùm caſu, quo decretum irritans appoſitum; ſit, quod etiam eſt in Nominatione, quam dicere non poſſumus afficere beneficium alia de cauſa, quàm quod *in §. ſi quis vero, & §. vlt. de collat. in Concordatis*, decernatur irrita Collatio facta ab Ordinario, alteri quàm Graduato vel Nominato, quod & Obtinuit iure Pragmaticæ ſanctionis, *dicto §. quod ſi quis*: & cuiuſcumque collatio facta ſpreto Patrono irrita decernatur, vt ſuprà docui *in 6. parte*: ſed non propterea aut per præſentationem, aut per mandatum, aut per nominationem ius acquiritur in beneficio; remanent tamen beneficia quæ vacant obſtricta & obnoxia, vt ea nominatis petere liceat, & alteri collatio facta, irrita ſit, vel irritanda: illudque eſt quod Gloſſa docet, *in verbo coloratum, titulo de pacificis Poſſeſſoribus, in pragm. ſanct.* nominationem debitè inſinuatam ligare manus Ordinarij

per

per decretum irritans, quod appuſitum eſt: ſed & præter illud irrita ſit Ordinarij collatio facta alteri quàm graduato vel nominato. Aliâ pœnâ afficitur Ordinarius, vt priuetur poteſtate conferendi per illos octo menſes, quibus liberam beneficiorum conferendorum poteſtatem habet, *§. fin. de Collat. in Concordat.*

Alterum quod ſupereſt explicandum, quis inter plures nominatos potior eſſe debeat, ſic explicatur rectiſſimè, vt inter plures graduatos non nominatos, quos vulgo graduatos ſimplices appellamus, locus ſit gratificationi, *§. ſtatuimus de Collat. in Concordat.* inter plures vero graduatos nominatos, locus ſit antiquiori nominato. Antiquiorem vero nominatum accipimus non ætate & gradu, ſed tempore, vt vbique gloſſæ explicant *in canon. fin. Diſt. 17.* & ex aliis locis. Sed tamen diſtinguendum eſt inter nominatos eiuſdem anni, & nominatos diuerſorum annorum, modò debite vt loquuntur inſinnauerint: nam in nominatis eiuſdem anni habetur ratio prærogatiuæ gradus, vt Doctor Licentiato, Licentiatus Bacalaureo præſeratur: & ſimiliter prærogatiuæ facultatis, Doctor Theologus, Doctori in Iure Canonico; Doctor in Iure Canonico Doctori in Iure Ciuili præfertur; & ſic de ceteris tam Doctoribus, quàm Licentiatis, & Bacalaureis, excepto Baccalaureo furmato in Theologia, qui fauore ſtudij Theologici Licentiatis in aliis facultatibus præfertur, *dicto §. ſtatuimus de collationib. in Concordat.* ſed ſi in Facultate & gradu concurrunt, vt ſi omnes ſint Doctores in Theologia, omnes Bacalaurei in Iure Canonico, ad datam nominationis recurritur, vt is præferatur qui priùs nominatus fuerit; ſin vero omnes eodem die fuerint nominati, attenditur prioritas gradus, vt qui primo ſumpſerit gradum is præferatur, gloſſa *in dicto §. ſtatuimus, in verbo ad datam.* Quod ſi hæc omnia concurrant, locus erit gratificationi Ordinarij, *argument. cap. duobus. de Reſcript. in Sexto*: nec habebitur ratio Vniuerſitatum, quaſi magis hæc ſit famoſa quàm illa, *dicto §. item quodad dictas, verſ. ita tamen, in verbo non teneatur, de Collat. in pragmatic. ſanctio.* Quando autem nominati ſunt diuerſorum annorum, gloſſa in *eod. §. in verbo preferri*, docet priùs nominatum eſſe præferendum poſteriùs nominatis, etiamſi poſterius nominati prius ſuam nominationem inſinuauerint. Quibus addo illud recipiendum non additâ ratione prærogatiuæ gradus, aut facultatis, quæ tamē inducta legitur in nominatis eiuſdem anni. & hactenus de 7. parte huius tractatus, ſequitur.

SECTIO SEV
PARS VII.

De Iure quod habet Beneficiarius in Beneficio.

OCtaua pars huius tractatus eſt de Iure quod habet beneficiarius in beneficio ſuo. Beneficiarium dixi ſuprà ſæpè vſuario quàm

A fructuario potiùs comparari, ac proinde Beneficiarium dum viuit plenariam diſpoſitionem fructuum beneficij ſui non habere, nec ſibi poſſe ſucceſſorem eligere morientem; & de ſuis bonis, & fructibus beneficij diſponere; ſi quidem in *can. 38 & 41. Apoſtolor.* præceptum aſt, quod in *can. 25. Antiochena ſynodi* eſt repetitum, vt Epiſcopus curam gerat rerum Eccleſię, & eas adminiſtret tanquam Deo intuente: nihil autem ex his vindicare poſſit, vel propriis cognatis largiri, niſi ſint pauperes; imo nec in vſum ſuum conuertere ſi aliunde ipſe ſealere & exhibere poſſit ex patrimonio forte ſuo, vt docui ſuprà *in 1. part. huius tract.*

B Videtur tamen de fructibus quos ante percepit, quod diſponere poſſit, quaſi eos perceptione ſuos fecerit: quod longè aliter obtinuiſſe tamen legitur: nam cùm olim Metropolitanus eos inuaderet, & res omnes Epiſcopi demortui plerumque etiam Clerici Eccleſiæ inuaderent, plerumque etiam fiſcus; prohibitæ ſunt eiuſmodi exactiones & rapinæ, atque conſtitutum vt ſub cuſtodia Cleri Eccleſiæ eſſent, vſque ad alterius Epiſcopi promotionem, *can. 22. Concilij Chalcedonenſis*, ex quo deſumptus eſt, *canon non liceat*, 12. *quæſt.* 2. & *can. 31. ſynodi ſexta in Trullo.* Placuit quoque conſtitutionibus Imperatorum vt quæ Epiſcopi, Orphanotrophi,

C & alij piorum locorum adminiſtratores poſt creationem acquiſiuiſſent, in dominio Eccleſiæ permanerent, quaſi præſumerentur parta ex rebus Eccleſiæ, aut data vel relicta pietatis & religionis intuitu, *l. nos ſemper Cod. de Epiſcopis & Clericis*, vbi excipiuntur quæ à parentibus, fratribus, aut patruis relicta fuerint: & ex *Nouella conſtitut.* 131. excipiuntur ſucceſſiones quæ ex cognatis obuenerint vſque ad quartum gradum.

Canonibus Apoſtolorum & Conciliorum hæc ita definita leguntur, vt ſeparentur quæ propria ſunt Epiſcopi ab ijs quæ ad Eccleſiam pertinent, & de his non poſſit Epiſcopus diſponere, de illis poſſit, *can. 40. Apoſtolorum*, &

D *can. 24. Antiochena ſynodi*, atque etiam *can. 49. ſynodi Carthaginenſis* 3. vnde deſumptus eſt *can. placuit quæſt.* 3. ſeparantur acquiſita poſt creationem ab ijs quæ alicuius liberalitate, vel ſucceſſione obuenerunt: quod etiam fit in *can. quicumque, ead. cau. & quæſt.* qui canon eſt ex Concilio Toletano 9. & hodie largiùs excipiuntur Pontificio iure generaliter ea quæ ex artificio, vel doctrina Clericis obuenerunt, *cap. quia nos*, & *cap. Relatum, Extra de teſtament.* Quin etiam generalis eſt conſuetudo in hoc Regno, vt exemplo fructuarij Beneficiarius fructus perceptos tranſmittat ad hæredes ſuos, vt gloſſa *in*

E *verbo acquiſitos, titulo de agnatis, in pragm. ſanct.* notat; quo iure vtimur hodie.

Verùm ſupereſt tractandum quod eſt de alienatione rerum Eccleſiaſticarum, an ea permittatur beneficiario: & non licuiſſe olim Epiſcopo vendere res aut prædia Eccleſiæ, apparet ex *dicto can. 38. Apoſtolor.* & multo minùs ergo licuit cæteris Sacerdotibus, qui ſi alienauerint, Epiſcopus alienata reuocabit, *can. 19. Ancyrana ſynodi*: eademque definitio probatur in Capitolatibus Caroli Magni *cap. 52. lib. 7.* & definitum vt non liceat prædium Roſticum, aut Vrbanum, vel Mancipium Eccleſiæ alienare, &

pignori obligare : & *cap. 5. nulli liceat, de rebus Eccleſia alien.* & *l. 14. C. ſacroſ. Eccleſiis.* Sed excommunicatur is qui alienat rem Eccleſiæ, aut alienanti conſentit, aut ſubſcribit, *cap. 6. ſi quis presbyterorum, de reb. Eccleſ. non alien.* Alienationis autem verbum hic generaliter accipimus vt contineat venditionem, donationem, permutationem, emphiteuſin ſeu locationem perpetuam, & manumiſſionem quoque ſeruorum, *cap. 3. & 5. eod. & §. alienationes, nouell. 7.* Non omnis tamen permutatio interdicta legitur, non ea quæ fit terræ cum terra, mancipij cum mancipio alterius Eccleſiæ, dummodo ambarum Eccleſiarum conſenſus acceſſerit, *cap. 1. eod. tit. 7.*

Cur vero alienatio Eccleſiaſticarum rerum inhibita Sacerdotibus & Clericis, non aliunde B ratio petenda eſt quàm ex his quæ ſuprà ſæpè diximus, Beneficiarium habere tantùm vſum & procurationem, non dominium, *cap. 2. de donationibus.* Vſuarium autem, ſicut & fructuarium non habere poteſtatem alienandi certum eſt, *§. 1. Inſtit. de vſu & habit.*

Ab hac tamen definitione quidam caſus excipiuntur. Primus eſt ex cauſa neceſſitatis, ſi debitum vrgeat, nec poſſit ex fructibus, aut ex mobilibus debitum Eccleſiæ exolui, immobilia poterunt alienari. Secundo ſi res minùs vtilis ſit, quæ ideo vendatur, vt ex eius pretio alia vtilis atque fructuoſior comparetur : quod de conſenſu Capituli fieri debet, *cap. 8. vt ſupra, in fine, de rebus Eccleſia alienandis vel non, ï, & cap. 1. &* C *Cap. tun, Extra de his qua fiunt à Prælat. ſine conſenſu Capituli* : quamuis in Agathenſi Concilio permitteretur Epiſcopo alienatio terrularum & vineolarum Eccleſiæ, ſine conſenſu fratrum, *can. terrulas, 12. quaſt. 2.*

Tertius eſt ad alendos pauperes in ſumma annonæ charitate, vel redimendos captiuos, *can. ſacrorum, can. fiunt, & can. monemus, 12. quaſtione 2.*

Et generaliter quoties neceſſitas, vel vtilitas Eccleſiæ exigit, *can. ſine exceptione ead. Cauſa & quaſtione, & cap. 1. de rebus Eccleſia alienãdis in Sexto* : quod porrigitur ad vaſa ſacra, & alias quaſcumque res ſacras, veluti decimas, quæ ex his cauſis poſſunt alienari, *dicto cap. 1. & l. ſancimus, & authẽt. ſeq. cod. de ſacroſanctis Eccleſijs.* D

Neque tamen ſola cauſa ſufficit, vt alienari res Eccleſiæ poſſit, ſed ſimul interuenire debet forma præſcripta Iure Canonico, *dicto Can. ſine exceptione, 12. quaſt. 2. & cap. 1. de rebus Eccleſia alienandis in 6.* vt nempe alienationem antecedat diligens tractatus & communis deliberatio Capituli, ac deinde omnium conſenſus, ſubſcriptio, aut certe maioris partis : inſuper authoritas Prælati in non exemptis, in exemptis verò Romani Pontificis, *Gl. in cap. 1. in verbo proprij, eod. tit. in Clementinis.* Quę Forma omitti vel mutari non poteſt vllo ſtatuto, vel conſuetudine : Interpretes *in dict. cap. nulli, Extra eod. tit.* Quæ verò iure ciuili aut conſtitutionibus præſcripta eſt, vt licitatio & ſubhaſtatio ſolennis fiat, *in dicta authentica, hoc ius porrectum* : ea omitti impunè poteſt, quia Eccleſia non alligatur legibus ciuilibus.

Si alienatum fuerit extra formam definitam, & emptor bonæ fidei ſit, fortè quia emit ab Epiſcopo, credens conſenſum Capituli interA uenisse, in exceptione tuendus erit aduerſus Eccleſiam, alienationem poſt triginta annos reuocantem : Panormitanus *in cap. de quarta, Extra de Præſcriptionib.* quod tempus à morte tantùm Epiſcopi qui alienauit, currere incipit, *can. ſi Sacerdotes, 16. quaſt. 3.*

Duobus verò caſibus receptum eſt non ſeruari eiuſmodi formam : primo ſi res Eccleſiæ dentur in feudum, vel emphyteuſin, vt dari poſſunt, *cap. ad aures, & cap. vi ſuper, de rebus Eccleſia, &c.* altero vero caſu, in rebus mobilibus quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, quoniam alienatio earum interdicta non eſt, *Gl. in dicto cap. nulli, in verbo immobilium; D. tit.* de rebus Eccleſiæ alienandis vel non.

SECTIO SEV PARS IX.

De Obligatione Beneficiati, ad quæ onera Realia, vel Spiritualia teneatur.

NOna pars eſt de Obligatione Clerici Beneficiati, ad quæ onera realia, vel ſpiritualia teneatur : Ex cuius præſentationis definitione duo conſequi eſt neceſſe, vnum ex alio ; primum eſt vt reſidere teneatur Clericus in Eccleſia in qua intitulatus eſt ; deinde vt cum nemo per rerum naturam reſidere ſimul duobus in locis poteſt, nemo conſequenter duo vel plura beneficia ſimul poſſit habere, atque ſic in tracta- C tione huius partis, de reſidentia & de pluralitate beneficiorum tractabimus.

Obligatio Clerici eſt generaliter vt deſeruiat Eccleſiæ in qua intitulatus eſt : nam generaliter Clerici nuncupantur omnes qui in Eccleſia Chriſti deſeruiunt, *can. 1. Cleros Diſt. 21.* quibus vt deſeruire poſſint beneficia tribuuntur, vt ſuprà diximus *in 1. part. huius tractat.* & alibi ſuprà *in 2. parte* diximus Iura Beneficiorum vel eſſe ſpiritualia, vel temporalia : ſic quoque dicimus Onera Beneficiorum vel eſſe realia, vel ſpiritualia.

Verùm quæ ſpiritualia ſunt, alio ſenſu ſpiritualia eſſe dicuntur, quàm eo quo Iura ſpiritualia eſſe diximus, decimas, primitias, Oblatio- D nes, quæ iura ſpiritualia quidem dicuntur, quia ſunt iuris diuini & ſpiritualis, etſi ex reditibus prædiorum, aut alijs rebus temporalibus percipiantur : Onera vero Spiritualia ſunt officia & opera pietatis, quæ impenduntur Eccleſiis, ab ijs qui Titulum Beneficij habent, vel reditus beneficij percipiunt.

Onera realia ſunt diſtinguenda à ſpiritalibus hac ratione potiſſimùm, quòd realia ſint quaſi munera patrimoniorum, quæ exhibentur ſumptibus & prouentibus beneficij, Onera vero Spiritualia quaſi munera Perſonarum, quæ præſtantur labore & animo ipſorum Clericorum. Et onèra Realia vel præſtantur ab inferioribus E Clericis, ſuperioribus Prælatis, vel principibus.

Præſtantur Prælatis Quarta decimarum, primitiarum, oblationum, mortuariorum ; ius Cathedratici ſiue ſynodatici ; Ius Procurationis ſiue Viſitationis ; Annatæ, decimæ pontificiales, & eiuſmodi, de quibus diximus *in 2. parte.* Penduntur Regibus & Principibus interdum Tri-

buta, Angariæ, parangariæ, & alia iura, quntum ſotte immunitatem non haber Eccleſiá; vel in his locis in qoibus non haber, *l. nemonem, & l. placet, cod. de ſacroſanctis Eccleſ.* & *tot. tit. de immunitate Eccleſiarum*, Extra *in Sexto*. Onèra ſpiritualia in duplici quoque ſunt differentia vel enim communia ſunt omninm Clericorum & omnibus Clericis iniuncta, vt onus dicendi officium dinrnum & nocturnum; quod certis & deſignatis horis dici debet iuxta ſacrorunt canonnm ſanctionem, *can. fin. Diſt. 61. cap. 1. Extra de celebrat. Miſſar.* & attente deuoteque dici debet, ſine ſyncopatione, & interruptione, *cap. dolentes* Extra *dicto tit.* & *cap. graui, eod. in Clement.* & interdum ſufficit dicere vno contextu. De Horis Canonicis ita D. Hieronymus *epiſtol. ad Euſtochium.* Horam Tertiam, Sextam, Nonam, Diluculum quoque, & Veſperam nemo eſt qui neſciat: & in *Epitaphio Paula*, manè, horâ Tertiâ, Sextâ, Nonâ, Veſpere, noctis medio, per ordinem pſalterium cantabant. Item *epiſt. 7. ad Letam, epiſt. 8. ad Demetriadem, & epiſt. 22. & 27.* de his etiam mentio apud Clementem Alaxandrinum *lib. 7. ſtromatum*, & apud Palladium *in hiſtor. Lanſiaca*, & Theodoretum *in Theophil.* vbi cauſas reddit omnium horarum. D. Baſilium *in regulis fuſius explicatis.* & D. Cyprianum *de oratio. Dominica.* Vu. laſridus Strabo *de rebus Eccleſiaſt. cap. 25.* initium readit ab hymnis Alexandrinorum: teſtis, ait, etiam Philo primitiuam apud Alexandrinos Eccleſiam in eec alia bona hymnos ante galli cantus lucanos celebraſſe: ex his itaque & ſimilibus intelligimus apud multos horas quæ nunc celeberrimæ ſunt, obſeruatas, ſed non eâ diſtributione pſalmorum, vel orationum quâ nunc vtimur, quam & circa tempora Theodoſij ſenioris inchoatam, & deinceps expletam &c.

Vel ſunt alia onera quæ ſpecialiter imponuntur Beneficiis, quæ quidem ſecundum diuerſas qualitates beneficiorum, diuerſa ſunt; vt ſi Præbendæ annexum ſit onus dicendi Miſſam ſingulis diebus, *cap. ſignificatum*, Extra *de Præbend.* vel onus adminiſtrandi Sacramenta, prædicandi verbum Dei, & aliud ſimile.

Prima illa onera quæ diximus eſſe communia omnium Clericorum, ſubeunda ſunt ab omnibus Clericis, nec poſſunt à quocumque ſine peccato mortali, & depoſitionis pœna Omitti, niſi veniam deprecetur, *dicto cap. 1. de celebrat. miſſar. in Clement.* & *dict. can. fin. Diſt. 92.* id eſt ſi omiſerit, poterit veniam deprecari ne deponatur, quod locum haber ſiue Clericus in ſacris, vel minoribus ordinibus conſtitutus ſit Beneficiatus, ſiue non ſit aeneficiatus, quia ex quo aſcriptus eſt ordini Clericali, eius ordinis tenebitur officium dicere; vt concludit Panormitanus *in dict. cap. 1. in Clement.* Gloſſa *in verbo teneatur, tit. qualiter hora canonica dicenda ſunt* Extra *chorum, in pragmat. ſanct.* Ex quo ſequitur vt is quoque Clericus qui nullum habet benefici, teneatur ad officium dicendum. Tamen excuſabuntur infirmi, & hi quos occupatio repentina impedit, quæ ſine peccato vel ſcandalo omitti non poteſt. Non eſſe autem hoc caſu recipiendam Romani Pontificis diſpenſationem exiſtimo, quia licet officium, ſeu officij determinatio ſit de iure poſitiuo, de iure tamen diuino eſt vt Clericus teneatur ad ſeptem horas canonicas: hæc enim verba Prophetæ, ſepties in die laudem dixi tibi, fundamenta ſunt harum horarum canonicarum. Exiſtimo etiam Clericum beneficiatum qui offitium non dixerit, non eſſe tutum in foro conſcientiæ, niſi reſtituat fructus quos ex beneficio percepit.

Circa verò onera Spiritualia excuſatio facilis reperitur, propterea in *dict. cap. ſignificatum de Præben.* noluit arctare Romanus Pontifex Sacerdotem vt quotidie celebret. Quid enim ſi honeſtas, aut peccati conſcientia non patiatur eum quotidie Miſſam celebrare; neque enim contingit Sacerdotem quotidie deuotum exiſtere, quo caſu per alium Sacerdotem Miſſarum ſolemnia celebrari poterunt, Gloſſa *in verbo teneatur.*

De Reſidentia Beneficiatorum.

CAP. I.

PRopter illa autem onera Spiritualia quæ diximus, ſiue communia ſint, ſiue ſpecialia, fructus beneficiorum percipiuntur; in quibus beneficiis, vt illa ſubeant onera, idcirco intitulati perpetuò reſidere debent; & rectiſſimè D. Hieronymus *ſuper Leuitico*, ſi quis vult eſſe pontifex, non iam vocabulo quàm merito imitetur Moyſem, imitetur & Aaron. Quid enim dicitur de ijs? quod non deſcendebant de Tabernaculo Domini. Et omnium calculo recipitur hæc regula generalis in Beneficiis, omne beneficium requirere reſidentiam, *cap. 3. & 4. & ferè per tot. tit. de Clericis non reſidentib. cap. ad hæc*, Extra *de Præben.* & *can. ſingula, Diſt. 89.* Quod in beneficiis quibuſcumque etiam modicis locum habet, *cap. conquerente*, & *cap. inter cætera, eod. tit.* & conſtitutionibus Imperatorum illud idem conſtitutum, priuilegiaque à Principibus conceſſa, adempta Clericis qui non reſident, *§. & illud, Nouella conſtitut. 6. §. interdicimus, Nouella conſtit. 123.* & *l. generaliter, Cod. de Epiſcopis & Clericis.*

Nouiſſimè reſidentia iniuncta eſt Clericis Concilij Tridentini *ſeſſ. 6. can. 1 & 2. Decreti de reformat.* Conſuetudo tamen generalis beneficia ſimplicia exemit ab omni reſidentia, vt vbique Interpretes docent.

Aduerſus non reſidentes multiplex pœna conſtituta eſt: & primùm qui non reſidet perpetuò in Eccleſia tanquam deſertor vel transfuga leuiſſimus punietur, *can. ſi quis Preſbyter, can. ſeq. & can. ſi quis in Clero, 7. quæſt. 1.* ſed priùs monendus eſt, & requirendus abſens Clericus vt veniat, eritque curæ ordinatio vt moueatur, *cap. 8. ex parte, cap. ex tua, & cap. fin.* Extra, *de Clericis non reſident.* Monitio verò ſola ſufficit; non requiritur ſolemnis citatio, *dict. cap. ex parte*, & *cap. qualiter*, & *cap. inter*, & *cap. penult.* Extra *eod. tit.* Et quod dicitur in *dict. cap. ex tua*, trinâ citatione, vel trino programmate, vel edicto vocandum eſſe abſentem, locum habet cùm ignoratur quo loco abſens degat; quo etiam caſu vult abſentem trinâ citatione vocatum expectari per ſex menſes antequam beneficio ſpoliari poſſit. Vtitur verbo ſpoliandi Ponti-

ſex *in eo cap.* & *cap. fin. eod. tit.* quo interpretes oſtendi docent non eſſe tunc Iuris ordinem ſpe-ctandum, quia verbum, ſpoliandi, ſonat in factum, & habet iuris executionem, vt docet Panormitanus *in dicto cap. ex parte.* Spoliabitur igitur ipſo facto citra vllam cauſæ cognitionem Clericus abſens, qui vocatus & monitus non reuertitur. Ideo vero monendus & vocandus eſt, quia vocatus iuſtas abſentiæ cauſas allegare poteſt, quas ſi nullas allegauerit, nec comparuerit, tanquam contumax priuabitur ipſo facto beneficio. Poterit etiam aduerſus eum procedi per viam depoſitionis, excommunicationis, vel ſuſpenſionis, *cap. 2. & dicto cap. ex tua* B *§. fin.* & quoque per ſubſtractionem prouentuum, qui adiudicabuntur Eccleſiæ derelictæ, vt dicitur *cap. penult. eod. tit.* quos ſi reuerſus petat, exceptione non reſidentiæ, id eſt quod non reſederit in Eccleſia, repelletur, vt notant Interpretes *in dicto cap. conquerente.* Cui remedio ſimile eſt illud quod hodie in vſu eſt, vt iuſſu quoque Iudicis ſæcularis capiantur bona temporalia Eccleſiæ, donec Clericus reſidentiam fecerit, quod vulgo dicunt *par ſaiſie du temporel.*

Sunt tamen quidam caſus in quibus Clericus non reſidens, aut veniâ dignus eſt, aut excuſatur. Veniam vel ab ordinario petit, vel à Romano Pontifice: quæ ab Ordinario impetratur C Licentia dicitur; quæ à Romano Pontifice indulgentia & diſpenſatio: vtraque verò nomine gratiæ venit, vt apparet *ex cap. licet canũ, in f. de electio. in Sexto*; Licentia non eſt poſtulanda à Prælato his caſibus quibus non tenetur Clericus reſidere, ſed poteſt per Vicarium deſeruire, quos caſus recenſui *ſup. in 5. part.* quod interpretor de caſibus in quibus per Vicarium perpetuum deſeruire poteſt. Cæterum ſi Vicarij ad tempus conſtituantur, vt quia vult Clericus ex aliqua iuſta cauſa, putà ſtudiorum ab, eſſe, licentia à Prælato poſtulanda eſt, *dicto cap. licet canon.* Vtrumque enim adeſſe debet, & iuſta cauſa petendi, & inſuper licentia; quia non po- D teſt prælatus ſine cauſa contra ius diſpenſare *can. inſtitutione, 25. quæſt. 2.* & *cap. dilectus de temporibus ordinat.*

Nec quoque ſufficit ſi petatur licentia, ſed opus eſt vt obtineatur. Verùm ſi moroſus ſit & difficilis Prælatus, qui licentiam dare recuſet, adeundus erit Superior, qui eum compellat ſupplicanti concedere, vt docet Panormitanus *in cap. relatum, de Clericis non reſident.*

In beneficiis quoque ſimplicibus, in quibus diximus ſuprà de conſuetudine non requiri reſidentiam, fruſtra hæc licentia poſtulabitur. Sed etiam ſi neceſſitas quædam vrgens occurrat, excuſabitur ille qui licentiam à Prælato non E poſtulauerit.

Indulgentia autem quæ à Romano Pontifice Impetratur, etiam in his caſibus valet, in quibus nullam iuſtam cauſam abſentiæ Clericus prætendere poteſt, quia non alligatur legibus aut iuri communi Pontifex Romanus, vt ſæpè ſuprà dictum eſt: quam Indulgentiam & Diſpenſationem de non reſidendo, & facilitatem Romani Pontificis in ea concedenda exagitant Duarenus, Rebuffus, & alij Interpretes.

Quod vero ad caſus attinet, quibus excuſatur beneficiatus à reſidentia, notum eſt imprimis ſi quis plura beneficia ex diſpenſatione obtineat, eum excuſari dummodo in vno reſideat, quia in omnibus reſidere non poteſt: nam cùm ei diſpenſatio conceſſa ſit ſuper pluralitate, ex hoc conceſſum intelligitur vt in alterutro reſideat, *arg. l. 2. D. de iuriſdict.* Deinde excuſantur illi qui iure pro præſentibus habẽtur, vt qui abſentes ſunt ſtudiorum causâ, *l. Seia. 20. §. Pamphile, de fundo inſtructo Legato, D. l. quæſitum 76. de legat. 3.* ſiue vt doceant alios, abſentes ſint; ſiue vt ab alijs diſcant *cap. ſuper ſpecula, Extra de Magiſtris, & ſeſſio. 6.* Concilij Tridentini *cap. 1.* quod locum habet ſiue Clerici ſæculares ſint, *cap. tua, & cap. relatum de Clericis non reſiden.* ſiue Religioſi *cap. 1. de ſtatu Monachor. in Clement.* modo in Academiis celebribus ſtudeant, non ſi in villis aut oppidis ſine Magiſtro, *dicto cap. tua.*

Hic tamen vertuntur duo dubia, primum an neceſſe ſit ei qui vult abeſſe Studiorum causâ vt licentiam petat à Prælato, & conſuetudo vbique ferè eſt vt non petatur, quemadmodum Innocentius, Hoſtienſis, & alij docent, *in dicto cap. relatum, & cap. inter quatuor.* Nam cùm Pontifex Romanus licentiam generalem ſtudendi in Academiis, omnibus Clericis conceſſerit, & hanc legitimam eſſe cauſam abſentiæ ſtatuerit, *dicto cap. ſuper ſpecula, de Magiſtris,* C non eſt cur eiuſmodi licentia petatur ab Epiſcopo.

Verius eſt tamen eam eſſe petendam: nam *in dicto cap. relatum* dicitur de non reſidentibus, eos eſſe admonendos, niſi fortè, inquit, de licentia ſuorum Prælatorum, vel ſtudio literarum, vel pro aliis honeſtis cauſis contigerit eos abeſſe: vbi hæc non eſſe diſtinguenda, quaſi tres caſus ibi ponantur quibus excuſetur non reſidens, vt quidam exiſtimant, apparet ex his quæ ſuprà docui. Quoties vero licentia poſtulatur à prælato, oportere vt ex iuſta cauſa petatur: Idem etiam probat *dictum cap. tua, de Clericis non reſidentib. ibi, accepta licentia*: & *dictum cap. cum ex eo, de elect. in 6.* vbi datur facultas Epiſcopo D diſpenſandi cum ijs qui vſque ad ſeptennium literarum ſtudiis inſiſtere cupiunt. Mouemur vt id exiſtimemus, hac potiſſimùm ratione, quod licentia quæ eſt conceſſa à iure, & à Romano pontifice qui iura condit, In perpetuum tempus non eſt, ſed ad certum tempus, puta ad quinquennium, vel ſeptennium: quo ergo conſtet ex quo tempore, & ad quod tempus conceſſa fuerit à Prælato licentia, poſtulanda eſt. Fatemur tamen pro literis de non reſidendo, vel ſtudendi licentia nihil exigi debere, vt Interpretes omnes dicunt, & ſi Ordinarius recuſauerit concedere, cogatur à Superiore prout dixi; aut E poterit fieri teſtatio, quò conſtet licentiam fuiſſe petitam.

Alterum dubium eſt an hæc Licentia concedatur tantùm ſtudentibus in Theologia, de quibus loquitur *cap. licet de præb.* & *cap. ſuper ſpecula de Magiſtris,* loquitur quoque tantùm prædictum caput Concilij Tridentini: intelligendam etiam eſſe eandem licentiam concedi ſtudentibus in iure Pontificio, vel Ciuili puto *ex cap. 2. de priuileg. in Sexto,* vbi ſtatuitur eos qui in Iure Pontificio vel Ciuili ſtudent, gaudere eiſdem priuilegiis quibus gaudent ſtudentes in Theologia. Quinetiam eſt verum eiſdem quo-

que gaudere eos qui aliis ſtudiis literarum indulgent, quarum tractationem Clericis canones & Reſcripta Pontificum permiſerunt.

Pro præſentibus quoque habentur ij qui ſunt in ſeruitio Epiſcopi: ad ſummum autem duo poſſunt eſſe. Et idem eſt ſi ſint in obſequio Romani Pontificis, *cap. de cætero*, *cap. cùm dilectus*, & *cap. ad audientiam*, *Extra de Clericis non reſident.* vel ſi fuerint qualibet de cauſa vocati à Romano Pontifice, niſi lucri ſui cauſâ id contigerit, vt docet Rebuffus *in 2. parte Praxis beneficiorum*, *tit. de diſpenſatione de non reſidendo*, *num.* 32. Abſentes quoque alia de cauſa, iuſta tamen & rationabili, pro præſentibus habentur, *cap. relatum*, & *cap. 1. de ſtatu Monachor. in Clement.* Et hi omnes cùm pro præſentibus habeantur, vt dictum eſt, fructus percipiunt beneficiorum ſuorum, qui ſunt de corpore, vt gloſſa loquitur in *dict. cap. licet*, *de Praben.* non diſtributiones quotidianas, quæ ſeparatam naturam habent ab aliis fructibus Eccleſię, de quibus ſuprà in 2. *par. huius tractatus.*

Iuſtam quoque abſentiæ cauſam habent qui Abſunt Eccleſiæ negotiorum procurandorum cauſa, *cap. ex parte*, *de Clericis non reſident.* ſed hi plus habent quàm Superiores, quia diſtributiones quotidianas percipiunt, *cap. vn. de Cleric. non reſident. in Sexto*, vbi quoque dicitur eandem eſſe cauſam eorum quos infirmitas excuſat, quæ valida eſt proculdubio cauſa excuſationis non reſidentiæ, *cap. ad audientiam*, *c. de Cleric. non reſident.* &c.

De Pluralitate Beneficiorum.

CAP. II.

EX hac Diſputatione de non reſidentia conſequitur alia quæ eſt de multitudine Beneficiorum: nam ſi Clericus tenetur reſidere in beneficio, & nemo duobus in locis ſimul reſidere poſſit, ſequitur quemadmodum jam ſuprà dixi vt nemo plura beneficia debeat obtinere: & hoc etiam ne liceat obtinere plures Eccleſias vel plura beneficia conſtitutum eſt Canonibus Conciliorum, veluti in 7. Synodo quæ dicitur Nicæna 2. & in Concilio Chalcedonenſi, definitum eſt ne quis in duarum Ciuitatum Eccleſiis Clericus conſcriberetur, *can. Clericus*, & *can. Clericum* 21. *Quæſt.* 1. Deinde in Synodo Toletana ne plures Eccleſiæ committerentur viri *can.* 3. vniri eo. *Quæſt.* 3. quæ etiam quam pluſimis reſcriptis Pontificum poſtea approbata ſunt, *cap.* 5. 7. 13. 14. 15. 18. & 18. *de Præben.* & *cap.* 3. *dict. tit. de Cleric. non reſident.* Præter hæc, deteſtabilem habuiſſe Veteres multitudinem beneficiorum certum eſt, quam tamen olim in conſuetudinem abiiſſe in Gallia teſtatur Alexander 3. *cap. 1. de Præben. in prima compilatione Decretal.* ſed ea conſuetudo fuit improbata Pariſiis anno Domini M. CC. XXXVIII. & Diſputatione ſolemni habitâ determinatum neminem ſine periculo peccati mortalis poſſe duo beneficia quorum alterum ſufficiat ad ſuſtentationem vitæ ſuæ, obtinere, vt refertur in *faſciculo temporum*, in Capitularibus Caroli Magni *cap.* 73. *lib.* 6. conſtitutum habetur decreto ſynodi quæ illis temporibus habita eſt, vt quem-

A admodum quiſque Sæcularis non ampliùs quam vnam debet habere vxorem, ita vnuſquiſque Preſbyter non ampliùs quàm vnam habeat Eccleſiam; ad quod pertinet dictum illud Epiſcopi quod refert gloſſa *pragmat. ſanct. in tit. de Collat. in verbo pluralitatis*, qui cùm ſibi offerretur Abbatia, reſpondit abſit vt habeam cum ſponſa concubinam: in quam ſententiam Iuo Carnotenſis *epiſt.* 170. cùm in ipſa infantia mundi in Lamech carnalis bigamia ſit culpata, quomodo poterit in ſponſa quæ eſt Eccleſia; laudari, quæ in hoc Sacramento & in virtute Sacramenti vni debet viro deſponſari: idemque author in *epiſt.* 67. reprehendit alium morem qui nunc maxime viget, vt hi qui duos Epiſcopatus, aut duo beneficia habent, alterum per

B ſubmiſſam retineant Perſonam.

Multiplex vero fuit ratio prohibendæ multitudinis beneficiorum, vt ambitio, & auaritia quæ eſt idolorum ſeruitus, infidelitas, & fornicatio, procul eſſet à Clericis; quorum criminum adeo rei ſunt qui plura habent beneficia, vt furtum & rapinam committere dicantur, *cap. dudum Extra de elect.* Diſſolutio quoque morum, euagatio & multa alia mala, quæ recenſentur in ſupradictis capitibus, inde proueniunt.

Nec obſtat *cap.* 18. *Extra de Præben.* vbi probatur Iuonem quendam de Bethunia plures habuiſſe dignitates, quia, vt ibi dicitur, illud ex patientia ac tolerantia Romani Pontificis contigit, quæ tamen pro diſpenſatione non fuit: in-

C terdum enim vt dicitur, in *cap. 1. qui matrimonium accuſare poſſunt*, *in 3. collect.* decreto & epiſtola diſpenſando quodammodo diſſimulat, & diſſimulando diſpenſat donec res in iudicium redacta fuerit.

Prohibitio multitudinis beneficiorum non in fine ſimplicis prohibitionis ſtetit, ſed pœna incluſa eſt canonibus & reſcriptis Romani pontificis; & primùm quidem conſtitutum eſt vt ſi Epiſcopus ſpretâ Eccleſia ſuâ, in aliam abiiſſet, vtráque priuaretur; quem etiam placuit à Clero deiici, *can. ſi quis Epiſcopus*, *cum canonib. ſequentib. 7. quæſt.* 1. Sed ille caſus ab hoc diuerſus eſt quia hic Clericus non ſpretâ vel deſertâ Eccleſiâ

D aliam ambit vel occupat, ſed vtramque vult retinere, quo quidem caſu ſecundum varia tempora, varia eſſe conſtituta reperiuntur. Primùm enim Concilio Lateranenſi habito ſub Alexandro 3. optio data fuit Clerico qui plures Eccleſias obtineret, eligendi quam mallet, *cap. referente*, & *cap. præterea. Extra de Præben.* & *cap. cum in cunctis de ætate, & qualitat. & ord. præficien.* quæ tria capita ſunt Alexandri 3. quæ vt probabile eſt, emanarunt ante Concilium Lateranenſe: nam Alexander 3. annis circiter viginti duobus vixit Pontifex, & anno Domini M. C. LXXX. habuit Concilium Lateranenſe, anno verò M. C. LXXXI.

E defunctus eſt, vt referunt hiſtorici: ergo deceſſit vno vel altero anno poſt illud habitum Concilium. Concilio vero Lateranenſi cuius conſtitutio habetur in *cap. quia nonnulli*, *de Cleric. non reſident.* & in *cap. quia in tantum*, *de Præben.* Extra, placuit grauiùs animaduerti in eum qui duas Eccleſias ambiiſſet, nempe vt ſecundâ priuaretur, quod eſt iuri conſonū, quia qui jā ſunt beneficiati, non ſunt idonei ad aliud beneficium obtinendum, *cap. ſuper inordinata*, *de Præben*, ſed conſtitutio Lateranenſis loquitur tantùm de

pluribus dignitatibus Eccleſiaſticis, aut pluribus Eccleſiis Parochialibus propterea non omni ex parte correcta ſunt illa capita Alexandri 3. quæ emanauerũt ante Concilium Lateranenſe, quæ hodie locum habent adhuc in Eccleſiis non habentibus curam animarum, vel in vna habente curam animarum & in alia ſimplici, vt docet Panormitanus *in dicto cap. referente*, *Extra de præb.*

Verùm cùm nullus aut ſanè exiguus fructus proueniret ex conſtitutione Concilij Lateranenſis, quoniam Concilium non ipſo iure priuabat recipientes beneficio ſecundo, ſed priuandum tantùm decernebat, ideo proceſſit conſtitutio alterius Concilij Lateranenſis generalis, habiti ſub Innocentio 3. quæ habetur *in cap. de multa, eod. tit. de Prabend.* quâ conſtitutione priuatur ipſo iure recipiens primo beneficio, & ſi forte illud retinere contenderit, id eſt vt explicat ibi Gloſſa, litem ſuper eo conteſtatus fuerit, vult vt ſecundum quoque amittat, *cap. dudum*, *Extra de elect.*

Plus etiam conſtitutum eſt conſtitutione *cap. Execrabilis, de Præb. in Extrauagantib. Ioãn. 22.* vt nempe recipiens ſecundum beneficium, illico teneatur dimittere primum ſub teſtimonio publico in manibus Ordinarij, alioquin ex tunc ſit ipſo iure priuatus ſecundo, & inhabilis ad obtinenda beneficia, ad ſuſcipiendos ordines ſacros; ſed hoc locum habeat quando pacificè adeptus eſt poſſeſſionem ſecundi beneficij, *cap. ſi plures*, *de Prabend. in Clement.* aut per eum ſtetit quo minùs eam adipiſceretur, *cap. 28. licet*, *de prabend. in Sexto*; *cap. commiſſa*, *de elect. eod. tit. & lib. & dicta conſtitut. cap. Execrabilis*, vel vbi ſe intruſit in poſſeſſionem ſecundi Beneficij, *cap. cum qui*, *de Prabend. in Sexto.* Sed ſi alius fructus ſecundi Beneficij ex iuſta cauſa perceperit, non ipſo iure vacabit primum, *cap. ſi tibi*, *eod. tit. & lib.*

Oportet quoque in Epiſcopis vt conſecrati fuerint, vel præterierit tempus ſtatutum intra quod conſecrandi ſunt, priuſquam beneficia quæ antè habebant vacare intelligantur, *cap. cùm in cunctis*, *§.1. de elect. Extra*; quoniam Epiſcopi non priùs habentur Epiſcopi quàm conſecrati fuerint, *cap. niſi de authoritate & vſu Pallij.*

In cæteris vero dignitatibus poſt Confirmationem, vel electionem dicitur Abbas, Archidiaconus, Archipreſbyter, licet nondum habeat ordines quos illæ dignitates requirunt.

Porrectæ autem ſunt ſupradictæ conſtitutiones quibus eſt prohibita multitudo beneficiorum, ad Regulares quoque Eccleſias, vt nemo poſſit Abbas, vel Præpoſitus, vel Monachus in duobus Monaſterijs eſſe, *cap. fin. de Religioſis domib.* & conſtitutio vtriuſque Concilij Lateranenſis porrigitur quoque ad Religioſos, quibus aliam Eccleſiam habentibus prohibetur cura animarum committi, etiamſi per Preſbyteros Eccleſiam regere ſoleant, *cap. cùm ſingula de Prabend. in Sexto*, *cap. vn. de ſupplenda neglegent. Pralator. in Clement.* & ad perpetuas quoque Vicarias Eccleſiarum Parochialium, *cap. 1. de Officio Vicar. eod. lib.*

Sunt tamen plures caſus quibus non videtur prohibitũ vt plura beneficia quis obtineat ſine diſpenſatione. Primus eſt in beneficiis ſimplici-

A bus, in quibus triplicem admitterem diſtinctionem: Prima an illa plura beneficia ſint in vna & eadem Eccleſia, an in diuerſis; Secunda diſtinctio an eiuſmodi ſint quæ continuam reſidentiam requirant, an verò non requirant continuam: Tertia an vnum ex his quæ quis obtinet ſit ſufficiens ad eius ſuſtentationem, an verò non ſit ſufficiens. Quod ad priorem attinet, certum eſt prohiberi Clericum in vna & eadem Eccleſia plures dignitates, vel plura beneficia habere, *cap. ad hæc, Extra, de prabend. cap. ſi iuxta, eod. tit. in Clement. & cap. literas*, *Extra de conceſſ. Prabend.* magiſque prohiberi vt plura quis beneficia habeat in eadem Eccleſia, quàm in diuerſis, quoniam vt docent Interpretes *in dict. cap. 28. de multa, de prabend. E.* vt quis diuerſis

B præſit Eccleſiis poteſt aliquando ex vtilitate publica recipi, *canone relatio*, *& canone illud quoque*, *21. quaſt. 1.* ſed vt in vna & eadem Eccleſia, nullum poſſit aliud quam priuatum commodum prætendi. Ex quo decidunt Interpretes ſi diſpenſatum fuerit cum aliquo vt poſſit conſequi duas dignitates, vel Perſonatus, hoc intelligendum eſſe vt poſſit habere in diuerſis Eccleſiis, non in eadem Eccleſia. Secunda diſtinctio admittenda quoque eſt, ſiquidem, vt docui ſuprà dum agerem de reſidentia, Beneficia Simplicia de conſuetudine non requirere reſidentiam, hoc intelligendum eſt vt non continuam requirant, Cæterùm aliquam requirunt,

C Vt docet Panormitanus *in cap. fin. Extra*, *de Clericis non reſidentib.* & quædam ex his quæ requirunt continuam, lege, ſtatuto, vel conſuetudine requirunt.

In Simplicibus Beneficiis quę requirunt continuam reſidentiam, multitudo prohibetur, ſed ita vt in his procedat deciſio *cap. referente de Præbend.* nempe vt optio detur Clerico, retinendi beneficium quod maluerit, quemadmodum ante diximus *cap. gratia de Reſcript. in 6. & cap. gratia, eod. tit. in Clement.* quamuis Gloſſa ibi ſit in alia ſententia.

Quod ad tertiam difficultatem attinet; licet plura habere beneficia quæ continuam reſidentiam non requirunt, tribus tantum caſibus.

D Primò ſi is qui habuerit ea, vtrique Eccleſiæ deſeruire commodè & ex honeſtate Eccleſiæ poſſit: nam euagatio quæ turpia eſt Clericis, vna ex cauſis eſt prohibendæ multitudinis beneficiorum, *can. non oportet*, 7. *Quaſt.* 1. deinde ſi vnum ſimplex beneficium non ſufficeret ad exhibendum Clericum, nam ſi ſufficeret non eſt aliena opinio eorum qui putant eum peccare mortaliter qui plura habet beneficia, quorum alterum ſibi ſufficit, ſi modo vt ait Panormitanus *in dict. cap. dudum, de electio.* eâ mente teneat vt ſibi lucrifaciat fructus, & ad priuatam vtilitatem vertat, denique vbi eiuſmodi ſtatutum: aut

E conſuetudo eſt vt quis plura beneficia ſimplicia poſſit habere: quoniam conſuetudo pro diſpenſatione eſt, *Gl. in verbo pluralitatis*, *tit. de Collat. in pragmatica ſanct.* & his caſibus non ſolum poſſunt obtineri plura beneficia ſimplicia, ſed etiam ſimplex beneficium cum Curato, *cap. Ordinarij*, *de offic. Ordinar. in Sexto*; in quo iubet Papa ne conferatur beneficium quod curam animarum habet, ſimile habenti beneficium, priuſquam diſpenſatio ſit oſtenſa; vnde ſequitur vt ſi non ſimile habeat beneficium, ſed ſimplex

A tantùm, beneficium curatum ei concedi poſſit diſpenſatione non oſteoſa. Alter caſus quo licet plura obtinere beneficia, eſt quando propter penuriam Clericorum plures Eccleſiæ vni committuntur, *can. 1. in fin. 21. quæſt. 1.* vel cum tenues Eccleſiæ ſunt, *cap. eam te, de ætate & qualitate* &c. Eſt & alius caſus quando vnum nempe baneficium pendet ab altero, vel ad inuicem connexa ſunt, *cap. cum ſingula. de Præben. in Sexto*: & *dicto cap. cum te*, & *dicto cap. dudum, de elect.* quo caſu loquitur *cap. ſuper eo, de Præben. in Sexto*: vbi dicitur non repugnare concilio quod quis habeat Præbendam cui annexa aſt Eccleſia parochialis, ſimul cum Perſonato cui imminet cura animarum in eadem Eccleſia; quia vt ibi gloſſa docet, non tenetur reſidere, ſed per B Vicarium deſeruire poteſt is qui præbendam habet cui annexa eſt Eccleſia Parochialis, *cap. extirpanda, de præben.* ſed ſi vnum beneficium non pendeat ab altero, tunc olim quidem licuit duas Eccleſias habere, vnam Intitulatam, aliam verò Commendatam, *dicto cap. dudum, de elect.* & *can. qui plures, 21. quæſt. 1.* ſed hodie non licet *cap. ex ſuperna de Præben. in Extrauagant. communib.* & *ſeſſio. 7. cap. 4 Decreti de reformat. in Concilio Tridentino*; vbi etiam prohibetur ne quis per vnionem ad vitam poſſit obtinere plura beneficia. Optime vtrumque prohibitum eſt, quia licet hæc verbis diuerſa ſint, re tamen eadem ſunt. C

Et hæc de beneficiis pluribus quæ poſſunt haberi citra Diſpenſationem. De ijs autem quæ haberi poſſunt cum diſpenſatione, diſtinguenda nobis eſt Diſpenſatio Epiſcopi à Romani Pontificis diſpenſatione. Epiſcopus olim potuit diſpenſare vt plura quis beneficia obtineret, *can. Sanctorum, Diſt. 70.* hodie vero non poteſt ſed tantum diſpenſat in pluribus beneficiis ſimplicibus: nam conſtitutione *dict. cap. de multa, Extra de præben.* & *dict. cap. Execrabilis, eod. tit. in Extrauag. Ioann. 22.* adempta eſt Epiſcopis poteſtas diſpenſandi circa Eccleſias Curatas, Dignitates, & Perſonatus. Non potuit tamen D vnquam Epiſcopus diſpenſare vt plures quis Præbendas in eadem Eccleſia obtineret, *dicto can. Sanctorum Diſt. 79.* quia licet poſſit quis in eadem Eccleſia Dignitatem & præbendam habere, *cap. 1. de conſuetud. in Sexto*, *cap. ſi juxta, de Præben. in Clemen.* non tamen vt duas Præbendas; quia numerus præbendarum diſtinctus eſt, qui frangi, vel immutari non poteſt, aut ſi indiſtinctus eſt, non poteſt is qui iam Canonicus aut præbendarius eſt, ampliùs fieri Canonicos vel præbendarius, abſurdaque eſt hoc caſu iteratio. Denique nihil impedit aliquem in eadem Eccleſia & Canonicatui & officio vel Dignitati E deſeruire, quod non eſt in Dignitatibus pluribus, & pluribus officiis, Panormitanus in *dict. cap. extirpandæ, de Præben. §. qui vero.*

Quod autem ad Romanum Pontificem pertinet, is ſolus diſpenſat in beneficiis Curatis, Dignitatibus & Perſonatibus circa Sublimes Perſonas, *cap. de multa*, & circa literatas Perſonas in *dicto cap. Execrabilis.*

Excipiuntur tamen circa quos poſſit diſpenſari, Cardinales, & Regum filij, in *cap. 17. ſeſſ. 24. Decreti de reformat. Concil. Trident.* Ne quidem excipiuntur Cardinales niſi optimâ ratione: nam acceptio Perſonarum vt non eſt A apud Deum, ſic nec debet eſſe apud Papam, *cap. nouit de Iudic.* ſed ideireo *dicto cap. de multa*, admittitur diſpenſatio circa Sublimes & literatas perſonas, quòd hæ Perſonæ maximè ſoleant proficere Eccleſiæ Dei: nec obeſt acceptio Perſonarum, quoniam inæqualitas eſt in ijs Perſonis ratione Dignitatis, vel eruditionis, aut illuſtris domus, cuius inæqualitatis ratio interdum habenda eſt, *can. ad hæc Diſt. 89.* Vtrum autem tuti ſint apud Deum qui huiuſmodi diſpenſationes facilè concedunt, aut impetrant, tractat Gloſſa *in dict. verbo pluralitatis*: & de his Diſpenſationibus vide latiùs Rebuffum *in 2. part. Praxis beneficiorum.*

B

SECTIO SEV PARS X.

De Vacatione & Amiſſione Beneficij Extra Delictum.

CAP. I.

De Vacatione per Mortem.

C VAcatio Beneficij extra Delictum duobus modis accidere poteſt, morte, vel renuntiatione, vt ſuprà dixi *in 5. parte*; & cùm dicitur morte vacare, excipitur vbi beneficium ſuppreſſum eſt authoritate eorũ qui ſupprimere poſſũt, quod accidit quoties deficientibus facultatibus Eccleſiæ, numerus Præbendarum reſtringitur *cap. cùm acceſſiſſent, de conſtitution.* quoniam non debent plures recipi in Eccleſia quàm nutriri ex eius redditibus vel pecunia poſſint., *cap. 1. & cap. authoritate, Extra de inſtitution.*

Excipitur etiam quoties in Eccleſia nullus eſt numerus determinatus Clericorum vel Præbendarum: tunc enim non poteſt dari Vacatio Præ- D bendæ, quia vt rectè Interpretes, Vacatio dicitur reſpectu exiſtantiæ & numeri. Denique excipitur Beneficium Vnitum menſæ Prælati, quod nunquam vacare intelligitur, *cap. vn. verſ. quidam etiam, de exceſſib. Prælat. in Clement.*

De Vacatione per Renuntiationem, & de eius Diuiſione.

CAP. II.

E ALius modus eſt Vacationis per Renuntiationem, quæ vel ſpontanea & libera eſt, vel fit ex cauſa permutationis.

Videamus 1. de ſpontanea & libera; Eam Interpretes vulgo ita diuidunt, vt aliam tacitam eſſe dicant, aliam expreſſam; & rurſus expreſſam diuidant in puram, & conditionalem.

Tacita Renuntiatio quæ & præſumpta appellatur, non eſt proprie renuntiatio, quæ vel ex conſequentia actus qui contrarius eſt retentioni inducta, vel ex rei euidentia, vel ipſo iure, & authoritate iuris, quod inducit eo caſu beneficij vacationem; vt ecce ſi quis renuntiat liti de beneficio motæ, intelligitur beneficio renuntiare,

arg. l. poſtquam Cod. de pactis: idemque eſt ſi inſtrumenta collationis ſibi factæ, adverſæ parti tradiderit, vel inciderit ipſe, *argumento l. qui chirographum, dict. l. 3. & l. D. de pactis*, quamuis is qui tradit literas prouiſionis ſuæ ſe Capitulo ſubmittens, ſeu eius miſericordiæ vel gratiæ, non cenſeatur renuntiare iuri quod habet, *cap. ſane, & cap. veniens de Renuntiat.* quia is qui ſe alterius gratiæ vel arbitrio committit, non cenſetur renuntiare iuri quod habet, ſed iuſto ſe arbitrio committere, *arg. l. 30. ſi libertus, D. de Oper. libertor.* propterea neceſſe eſt vt eo propoſito expreſsè reſignentur literæ in manibus Superioris, vt renuntietur iuri ipſarum, B *cap. cum pridem, Extra de pactis*, quia nemo præſumitur in dubio renuntiare beneficio quod forſan magnis laboribus & expenſis quæſiuit, *cap. ſuper hoc, dict. tit. de renuntiat. cap. quia veriſſimile de præſumptionib.* quamuis non rejiciatur omnino exceptio quod quis renuntiauerit ſponte, ſi modo probetur, *cap. 2. de reſtit. ſpoliator.*

In hanc rem valde notandum quod legitur apud Saxonem Grammaticum *Hiſtoria Danica lib. 14.* de Eſquillo Lundenſi Epiſcopo, qui virgam & annulum, Sacerdotij Pôtificalis inſignia, Altari imponens, perfectam ſui muneris abdicationem ſe gerere profitebatur.

C Similiter tacitam renuntiationem induci dicunt quando is adipiſcitur beneficium ſecundum, quod non poteſt retinere cum primo, vt dictum eſt in ſuperiore parte; vel quoque per non promotionem intra annum *cap. licet canon, de Elect. in Sexto*: per profeſſionem Monaſticam, *cap. beneficium, de regularib. eod. lib.* denique quoties is qui ius habet in Beneficio, patitur aduerſarium eſſe in poſſeſſione Beneficij per triennium, nec litem perſequitur, ſecundum ea quæ dixi *in 6. part.* dum agerem de pacificis Poſſeſſoribus.

Expreſſam Renuntiationem dixi diuidi in puram & in conditionalem. Pura eſt quæ & ſimplex dicitur, quando quis dimittit beneficium in manibus Superioris, vel Ordinarij qui de eo D tanquam vacante alteri libere prouideat, *cap. 2. & fere per tot. tit. de renuntiatione Extra*; quæ renuntiatio pura dicitur exemplo puræ obligationis, quæ præſentem habet effectum, non ad diem, vel ſub conditione ſuſpenſum, *§. omnis, inſtit. de verbor. obligationib.*

Conditionalis Renuntiatio 'plex eſt; vel enim fit cum lege regreſſus, vel cum acceſſu, vel certis aliis conditionibus adjectis; vel in fauorem certæ Perſonæ fit.

Renuntiatio cum regreſſu eſt quando fit eâ lege vt ſi is cui collatum fuerit reſignatum beneficium, præmoriatur, beneficium ad Reſignantem reuertatur.

E Cum acceſſu verò quando Reſignans cupit beneficium quod reſignat, conferri puero, & quia videt puero non poſſe conferri, reſignat eâ lege vt alteri quidem conferatur, ſed ita vt poſtquam puer ad legitimos ætatis annos peruenerit, poſſit authoritate propriâ accedere ad illud beneficium.

Quæ Renuntiationes cum regreſſo vel acceſſu reprobantur in hoc Regno, vel valent quidem renuntiationes, ſed reprobatur lex regreſſus, aut acceſſus, ne vtile per inutile vitietur, vt docet Re-

A buffus *ad rubric. de Reſeruationib. ſublatis, in Concordatis.* Hi denique regreſſus, & acceſſus reprobantur Concilio Tridentino *cap. 7. Decreti de reformatione ſeſſio. 25.*

Idemque iudicium eſt de Renuntiationibus quæ fiunt cum reſeruationibus omnium fructuum, nam valent renuntiationes reprobatis reſeruationibus; vt frequens eſt opinio Pragmaticorum, de quo vide multa placita apud Paponem *lib. 2. tit. 8.* Quæ fiunt renuntiationes beneficiorum certis aliis conditionibus adiectis, non valent ſi conditiones ſimoniacæ ſint, quæ quidem ſunt etiam in præiudicium Reſignantis, B quia Reſignans non poteſt rehabere, vel retinere beneficium quod ſimoniacè reſignauit, Gloſſa *in cap. ſuper hoc Extra de Renuntiat.*

Quæ autem Renuntiationes fiunt in fauorem certæ Perſonæ; hæ ſi fiant coram Ordinario non valent, vt cenſent Interpretes, quia ſimoniam inducunt, *cap. ex parte, de offic. & poteſt. Iud. delega.* & *cap. fin. de pactis*: ſed ſi fiant coram Papa valent, quoniam Papa poteſt diſpenſare in ijs quæ ſimoniaca præſumuntur ratione prohibitionis iuris, quamuis non poſſit diſpenſare in ijs quæ verè ſimoniaca ſunt, Gloſſa *in dict. cap. ex parte, in verbo, dimittere.* Ego vero hæc aliter interpretor, & puto renuntiationem eiuſmodi non prohiberi, quando fit coram Ordinario, ea C ratione quod ſimoniaca ſit, neque enim poteſt eſſe ſimonia ſine peccato, vt rectè Gloſſa *in can. 113. ordinat. 1. quæſt. 1.* hic autem quando renuntiatio fit in fauorem certæ Perſonæ in manibus Ordinarij, non intelligimus renuntiationem fieri ſub pacto ſi tali Perſonæ conferatur, ſed magis quis facultatem conferendi liberam quam habet Ordinarius, vt cui velit conferat, adimere reſignans non poteſt; ideo vt rectè docet Boëtius *in tractatu de Dignitate Legati*, ſi reſignatio eiuſmodi facta fuerit coram Legato, vel coram Ordinario, poterit Legatus vel Ordinarius rejicere conditionem, & admittere reſignationem, vt actus valeat rejectâ conditione quæ actui adiuncta eſt, vt in ſimili ſupra di- D ximus de renuntiationibus cum regreſſu, vel acceſſu, vel cum reſeruationibus omnium fructuum.

Receptum tamen eſt vt poſſit is qui renuntiat, Ordinarium rogare vt velit renuntiatum beneficium tali conferre, dummodo illud ſine pactione fiat, quæ tamen preces non aſtringunt Ordinarium, ſed liberum eſt ei conferre cui voluerit.

At vero quando renuntiationes eiuſmodi in fauorem fiunt coram Papa; ideo recipiuntur quod hoc totum ex voluntate Papæ pendeat: nam poteſt Papa non admittere reſignationem in totum; ideo verò non admittit pure rejectâ E conditione, vt admittit Ordinarius, quoniam hoc modo iniuriam faceret Ordinario, & via præberetur grauandi Ordinarios ſupra modum, quos nunquam grauat niſi per viam præuentionis in vacantibus, per mandata de prouidendo in vacaturis, vt ſuprà dixi *in part.* propterea probanda eſt eorum opinio qui cenſent vbi renuntiatio in fauorem facta eſt coram Papa, conferendum eſſe beneficium ei in cuius fauorem facta fuerit, alioquin prouiſionem non valere.

Cognitis his diuiſionibus Renuntiationis, ſciendum

ſciendum eſt omnes renuntiare poſſe, & ejurare beneficia ſua, dummodo ſint compotes mentis & puberes; valet enim renūtiatio beneficij facta à minore viginti quinque annis, quia minor in ſpiritualibus cauſis pro maiore habetur *cap. fin. de iudic. in Sexto.* Sed ſi ſit deceptus minor, erit reſtituendus, licet in alia ſit ſententia Gloſſa *in cap. ex parte, de reſtitut. ſpoliator.* ſi nudo ſine cauſæ cognitione in manibus Superioris renuntiauerit. Quid enim ſi plura habens beneficia vno ſe exonerauerit? non videbitur deceptus, vt docent Interpretes in *dict. cap. ex parte.*

At videbitur deceptus ſi cum vnum tantum beneficium haberet, illud reſignauerit in fauorem certæ perſonæ, quo caſu reſtituendus erit, etiamſi res integra non ſit, quod accidit cùm iam alteri collatum eſt beneficium, vt iudicatum fuiſſe Pariſiis refert Papo *placitorum Curiæ lib. 3. tit. 11.*

Receptum quoque eſt vt reus criminis poſtulatus renuntiare poſſit, imo & damnatus pendente prouocationis lite, *arg. l. qui à latronibus, §. 1. D. qui teſtamenta fac. poſſ.*

De Renuntiatione ſeu Reſignatione Beneficiorum.

CAP. III.

SVperſunt de Renuntiationibus Beneficiorum ſex pertractanda admodum vtilia, & difficilia. Primum enim videndum eſt per quos beneficiorum renuntiatio fieri poſſit: 2. apud quos: 3. quibus ea cauſis: 4. quænam irritam reddere poſſint renuntiationem: 5. quænam ſit vis & poteſtas renuntiationis: 6. & poſtremò quid iuris obtineat ſi renuntiatio non fuerit admiſſa.

Quod ad primum attinet, certum eſt Renuntiari poſſe beneficium per ipſum Beneficiatum, vel per eius procuratorem renuntiationis gratiâ conſtitutum, quia non ſufficit hic mādatum generale, nec procurator generalis, quem vocant, renuntiare poſſet beneficium, ſed requiritur mandatum ſpeciale, *cap. qui ad agendum, de Procuratorib. in Sexto*, & *cap. fin. de offic. Vicar. eod. lib.*

Longè verò differt an per ſe quis renuntiet, an verò per Procuratorem ad reſignandum conſtitutum: nam renuntiatio ſtatim vim & effectum habet, nec reuocari poteſt antequam executioni mandetur, *cap. 3. de renuntiat. & can. quàm periculoſum, 7. q. 1.* Procuratio verò ad reſignandum reuocari poteſt antequam executioni mandetur, *cap. vn. de renuntiat. in Clement.* deinde is qui per ſe renuntiauit non poteſt fructus beneficij quod reſignauit percipere, nec de iure, nec in conſcientia, vt dicunt, ſed tenetur eos reſtituere ei cui poſt renuntiationem collatum fuerit beneficium: contrà verò eſt ſi tantum Procuratorem ad reſignandum conſtituerit, quia poteſt ignorare admiſſionem renuntiationis, vel quod is in cuius fauorem renuntiauerit noluerit acceptare, vt docet Rebuffus *in §. volumus, in fine Gloſ. vlt. de Collationib. in Concordat.* adde quod in Regio edicto ſit expreſſum *tit. de la reformation des prouiſions*, vt facta renuntiatio à Procuratore poſt annum à die quâ datus Procurator computandum, non valeat, cùm tamen vt dictum eſt renuntiatio perpetuò valeat.

Conſtituitur autem hic Procurator per inſtrumentum publicum, vt mos eſt, quamuis & per epiſtolam conſtitui poſſe videatur. *l. 1. & l. ſi Procuratorem, D. de Procuratorib.* Et certus ipſe eſſe debet, libereque conſtitui, *l. 2. D. eod. & cap. accedens, Extra de procuratorib.* Huius muneri incumbit vt fines mandati diligenter ſeruet, *cap. 22. cum dilecta de Reſcript.* proinde ſi fuerit conſtitutus Procurator ad reſignandum coram Papa, non poterit reſignare coram Ordinario, & ſi conſtitutus fuerit ad reſignandum in fauorem, vel ex cauſa permutationis, & reſignauerit purè, non valebit reſignatio: propterea ſolet apponi in inſtrumentis Procurationum hæc clauſula, *non aliter nec alio modo*: ſuſtinebitur tamen reſignatio ſi cùm Procurator reſignaſſet purè, Romanus Pontifex reſignatum beneficium ei contulerit in cuius fauorem Clericus mandauerat fieri reſignationem, quia ſatis eſt quod in effectu mandatum adimpletum ſit. Diuerſum eſt ſi reſignans cum clauſula nec aliter nec alio modo, retinuerit ſibi penſionem, vel quid aliud, & hoc non fuerit ſequutus Procurator: tunc enim non valebit reſignatio, nec prouiſio, quià forma mandati non eſt ſeruata. Sed ſi Procurator inſequutus fuerit mandatum, Papa vero noluerit admittere impoſitionem penſionis, aut reſeruationem dimidiæ partis fructuum reſignationi appoſitam, valebit prouiſio, quia quantùm ipſe fuit mandatum Procurator eſt inſequutus, Papa autem qui plenariam in beneficiis poteſtatem habet, non aſtringitur eiuſmodi conditionibus, quas potuit reijcere, cùm intelligantur ſub eius beneplacito adijci & apponi, vt iudicatum eſt Burdegalæ ex Rebuffo *in 3. part. praxis beneficiorum, tit. de reſignat. conditional.*

Non autem ſequenda eſt ſecunda opinio Barbatiæ, & Ioannis Selua, putantium vbi Procuratio facta eſt ad reſignandum in manibus Papæ, & iam procuratio Romam miſſa fuerit, reſignantem non poſſe amplius reſignare coram Ordinario, quaſi Ordinarius ligatas manus habeat, vt dicunt, quia Papa manum videatur appoſuiſſe in Beneficio: nam ſi hæc opinio vera eſſet, nunquam poſſet reuocari Procurator conſtitutus ad reſignandum in Curia Romana, quem tamen reuocari poſſe conſtat *cap. vn. de renuntiat. in Clement.* proinde etiamſi reſignans qui dedit Procuratorem, iurauerit ſe eum non reuocaturum, tamen reuocare poterit, licet periurus ſit, & propter hoc imponi ei pœnitentia debeat, Gloſſa *in cap. fin. in verbo reuocatus, de Procuratorib. in Sexto.* Tamen oportet vt antequam reſignatio fiat per Procuratorem, reuocatio notificetur, & vt vulgo dicunt, intimetur Procuratori, quia adhuc res eſt integra; & ſi plures ſint Procuratores, omnibus eſt intimanda *dict. cap. vn.*

Verùm quamuis procurator datus ad reſignandum reuocari poſſit, non tamen pœnitere poteſt is qui petijt licentiam cedendi ſeu renuntiandi à Superiore, quam obtinuit, *cap. quidam de renuntiatione*, quia ea quo licentiam petijt ab eo apud quem renuntiatio facienda eſt, &

obtinuit, cogendus eſt ad renuntiandum, ne videatur nugas egiſſe & Superiori impoſuiſſe, vt *in ee cap.* 2. rectiſſimè cenſet Gloſſa.

Secundum quod tractandum diximus, apud quos renuntiatio facienda eſt, duplicem habet inſpectionem, primum an ſemper illud verum ſit renuntiationem Beneficij non poſſe fieri ſine Superioris authoritate; ſecundum quemnam intelligere debeamus Superiorem apud quem renuntiatio beneficij fieri poſſit.

Renuntiare neminem poſſe Beneficio ſine Superioris authoritate dicitur *in cap. admonet*, *Extra de renuntiat. can.* 46. *ſuggeſtum*, *& can.* 47. *ſciſcitaris*, 7. *quaſt.* 1. & qui renuntiauerit nihil B agit priuſquam Superior renuntiationem approbauerit, in cuius poteſtate eſt admittere vel non admittere renuntiationem. Cur vero illud obtineat patet *ex cap.* 10. *niſi enim pridem*, *Extra de renuntiat.* & ex aliis locis: quibus dicitur quoddam contrahi matrimonium ſpecialiter inter Eccleſiam & Clericum, & Clericum eſſe obligatum Eccleſiæ quaſi ex contractu. Sed hoc verum eſt in eo qui beneficia habet; in eo vero qui impetrauit à Papa reſcriptum pro conſequendo beneficio, aliud obtinet: nam is poterit cedere iuri ſuo, quale quale ſit, abſque Antiſtitis venia, *cap.* 31. *ad audientiam Extra de Reſcr.* & *cap.* 7. *ſane, de renuntia.* eodem modo quo poteſt Clericus liberè renuntiare iuri quod habet C ad rem, id eſt ad petendum beneficium, veluti ſi electus fuerit, aut abſenti collatum fuerit beneficium, *cap.* 26. *ſi electio*, *Extra, de elect. in Sexto*: *cap.* 17. *ſi tibi abſenti, de Prabend. etiam in Sexto.* poteſt etiam quiſque beneficio litigioſo renuntiare ſine Superioris authoritate, ſi ius anceps aut ambiguum ſit, non autem ſi clarum ſit ad eum pertinere beneficium, Gloſſa *in verbo renuntiaſſe*, *Clementinâ vn. de Probation.* Excipitur quoque Papa quem liberè poſſe ſe abdicare Pontificatu certum eſt, cùm nullum Superiorem agnoſcat, *cap.* 1. *de renuntiat. in Sexto.*

Quod ad Superiorem attinet, ſi quidem Epiſ- D copus ſit is qui renuntiat, per ſuperiorem hic intelligere debemus papam, *cap. penult. & vlt. Extra de tranſlat. Epiſcop. & dicto cap.* 10. *niſi*, *Extra de renuntiat.* Olim *ex can.* 3. *denique*, 6, *quaſt.* 3. Epiſcopus renuntiare debuit in manibus Primatis.

Abbatem vero exemptum cedere debere in manibus Papæ dicitur *in cap. fin. Extra de renunt. & Gl. in cap. vn. in verbo manibus*, *eod. tit. in Clement.* generaliter in omnibus beneficiis tradit quod vulgò ſequuntur Interpretes, apud eum renuntiandum eſſe beneficium, qui poteſt inſtituere & deſtituere: non igitur fieri poterit renuntiatio apud Præpoſitum, Decanum, vel Vi- E carium Epiſcopi, niſi ab Epiſcopo ſpecialem habeat poteſtatem admittendi reſignationes; quam poteſtatem ſi habuerit, non tamen propterea poterit beneficia reſignata conferre, cum ſpeciale quoque ad id mandatum requiratur, *cap. dudum*, *Extra de prabend. in Sexto*: nec è conuerſo is cui data eſt facultas conferendi, propterea poterit reſignationes recipere, niſi ſpecialiter hoc ei datum ſit: & de Executore dato ad prouidendum, concludunt Interpretes eum non poſſe niſi nominatim datum ſit, admittere reſignationes. Quod verum eſt in his qui de iure

A ſpeciali alterutrum habent, veluti in Vicario, & in Executore dato ad prouidendum: in eo vero qui de iure communi habet, aliud recipitur: nam generale eſt vt ad eum ad quem de iure communi inſtitutio pertinet, pertineat quoque deſtitutio, Gloſſa & Panormitanus *in cap. cum ex iniuncto*, *Extra de hareticis*, & propterea apud Epiſcopum & alios qui de iure communi habẽt poteſtatem conferendi, renuntiari beneficia poſſunt, dummodo, ſi Eccleſia Patronata ſit, Patroni quoque conſenſus acceſſerit, Panormitanus *in cap.* 11. *ſignificatum*, *E. de Prabend.* Quod ſi apud alium quam apud Ordinarium renuntiatum ſit beneficium, veluti apud Laicum, col- B latio non tenet; & ſpoliandus eſt beneficio is qui renuntiauit, *cap.* 8. *quod in dubiis*, *E. de renuntiat.* quod caput non priuat quidem ipſo iure eum qui renuntiauit, ſed cenſuit eum ſpoliandum. Itaque valebit tantùm renuntiatio in præiudicium eius qui renuntiauit, vt docet Gloſſa *in eo*: ex quo ſequitur vt ſi Superior ratam habuerit renuntiationem, vel ſpoliandum beneficio cenſuerit eum qui beneficium renuntiauit, non poſſit ipſe redire ad beneficium renuntiatum: poterit vero vbi ita viſum fuerit Superiori.

Sequitur vt videamus ex quibus Cauſis renuntiationes beneficiorum fiant: potiſſimum quas C eas vel propter Senectutem, vel propter Infirmitatem fieri certum eſt, quamuis & aliæ cauſæ poſſint eſſe quæ mouere poſſunt renuntiantem Clericum ad renuntiandum, de quibus *in cap.* 10. *niſi*, *Extra de renuntiat.* Quæcumque cauſæ moueant ad reſignandum renuntiantem, ſi in fauorem certæ Perſonæ renuntiatio fiat, ea reprobatur *can.* 5. *plerique*, 8. *quaſt.* 1. ſed tamen accidere poteſt vt non ſit reprobanda, vbi ſcilicet in fauorem Perſonæ digne facta fuerit; quod totum arbitrio papæ, vel Ordinarij in cuius manibus renuntiatio fit, committetur.

De Infirmis, qui infirmi ſunt corpore, mentis tamen compotes ſunt, regula Cancellariæ pro- D dita eſt quæ vulgo appellatur *regula de infirmis reſignantibus*: quâ placuit vt eo decedente qui reſignauit intra viginti dies, beneficium reſignatum, etiamſi iam alteri collatum ſit non per reſignationem, ſed per mortem vacare intelligatur. Hæc regula authorem habet Bonifacium 8. & confirmata eſt à Martino 5. & Nicolao 5. multaque in ea addita ſunt à ſequentibus Romanis Pontificib. Iulio 3. Hadriano 6. Clemente 7. & Paulo 5. vt rectè Gomeſius *in prafat. ad eam regulam*, tradit, verumque eſt proditam ea regula vt fraudibus eorum qui in mortis articulo conſtituti quodammodo de ſuis beneficiis teſtabantur, occurreretur, & vt via latior pateret ad E beneficia tam Graduatis quibus quidam meoſca affecti ſunt, vt ſuprà diximus; quam etiam aliis quibus ab Ordinariis beneficia conferuntur. Vigintique potiùs dies quàm aliud tempus, præfiniti ſunt, quod vt rectè Gomeſius *quaſt.* 25. *ad eam regulam*, Medici in morbis acutis terminum viginti dierum ſtatuant, intra quam ſolet deprehendi mortalis infirmitas. Et hanc regulam placuit locum habere in officiis, & beneficiis quæ iure Regaliæ conferuntur, vt ſi ex cauſa reſignationis conferantur à Rege, & Reſignans, intra viginti dies moriatur, beneficium non dicatur vacare per reſignationem. Et oportet ad hoc

vt ſit locus huic regulæ, vt infirmus ſitis qui renuntiat beneficiũ ſuũ: ſi enim ſanus fuerit eo tẽpore quo renuntiat, poſtea vero fato functus ſit intra viginti dies, non erit locus huic regulæ, *cap. 4. de his, Extra de ſepulturis.* Sed quia addidit Iulius 5. vt tempus viginti dierum computetur à die præſtiti conſenſus renuntiationi; ideo ſi quis ſanus renuntiauerit, & poſtea tempore præſtiti conſenſus renuntiationi, infirmus fuerit; niſi vixerit viginti dies à tempore præſtiti conſenſus, beneficium vacabit per mortem. Et ideo vt rectè docet Rebuffus in *Gl.* 10. *ad hanc regulã,* vt ſit locus huic regulę, duo tempora conſiderantur, tempus reſignationis, & tempus quo præſtatur conſenſus reſignationi, vt ſi alterutro tempore infirmus fuerit, locus ſit huic regulæ. Eſt autèm locus huic regulæ quacumque infirmitate laborauerit renuntians, leui, vel graui: proinde ſi quis vel aliqua breui febricula affectus, aut tertia, vel vetere quartanâ ſuum beneficium renuntiauerit, & poſteà intra viginti dies ex illa infirmitate deceſſerit, locus erit huic regulæ, quia accidit interdum vt quæ leuis erat infirmitas, poſteà ſenſim, niſi occurratur, ingraueſcat. Idemque eſt ſi quis conualuerit ex morbo, & cùm videretur ſanus beneficium renuntiauerit, & poſtea reciderit in morbum ex quo intra viginti dies deceſſit, vacabit proculdubio per obitum, quia falsò ſanus videbatur qui ſtatim ad infirmitatem rediit, Gloſſa *in l. maritus, D. locati.* Sed ſi qui ſenes ſint, etiamſi ſenes ſint capulares, & decrepitæ ætatis, non erit locus huic regulæ, licet aliud exiſtimet Gloſſa *in §. item quod omnia, in verbo permutationis, de Collator. in pragmat. ſanct.* quoniam etſi vulgo dicatur ipſam ſenectutem morbum eſſe, tamen veram hic corporis ægritudinem deſideramus, exemplo interdicti de fonte, quod non redditur de ciſterna, quoniam ciſterna non habet cauſam perpetuam, nec aquam, *l.* 1. *§. hoc autem interdictum, D. de fonte.* Sic etiam decidunt rectè quidem Interpretes, hanc regulam non habere locum in ſano qui in periculo mortis eſt, puta qui ingreſſus mare eſt, vel initurus duellum, vel tempore peſtis infectus eſt, nondum affectus peſte: quia hæc regula de infirmo eſt; longe vero hæc differunt eſſe infirmum, & eſſe in periculo mortis: licet vbi quis affectus vulnere, habens beneficium, reſignauerit, & non vixerit per viginti dies, locus ſit Regulæ, argumento *leg.* 11. *item Mela, & l.* 56. *proinde, & l.* 52. *ſi ex plagis, D. ad legem Aquil.*

Quando autem locus huic regulæ eſt, id eſt quando is qui renuntiauit beneficium, deceſſit infra viginti dies, hæc regula Cancellariæ illud habet vt dictum eſt, quod beneficium cenſetur vacare, per obitum; nec eum adiuuabit cui ante per reſignationem prouiſum fuerit, clauſula illa vulgaris appoſita in collatione, *vel alio quouis modo vacet,* de qua iam ſuprà diximus: quoniam verba eiuſmodi, vel alio quouis modo vacet, referuntur ad tempus præſens, quo tempore non vacabat per obitum beneficium; & quamuis poſtea vacauerit per obitum, nihil proficiet adiectio huius clauſulæ, ne videatur Papa beneficium vacaturum contuliſſe, non beneficium vacans, vt rectè Rebuffus *Gl.* 14. *ad prædictam regulam,* 3. *parte Praxis,* de quo non fuit cur dubitarat Gomeſius *ad prædict. regulam, Quæſt.*

A 34. qui in aliam ſententiam inclinare videtur.

Quæſtio proxima eſt, de qua ſunt diſſidentes Interpretum ſententiæ, & diſſidentia quoque Summarum Curiarum præiudicia; an regula de Viginti Diebus habeat locum in renuntiationibus factis coram Ordinario: & Ego contra Gomeſium & Rebuffum, ex Decij ſententia exiſtimo locum non habere, hac potiſſimum ratione quod quoties Papa, vel eius Legatus confert ex cauſa reſignationis, ſequi debet conditionem adiectam renuntiationi, nec poteſt conditionem illam reijcere, quod non eſt in Ordinario, vt dictum eſt; Ordinarius enim poteſt reijcere conditionem in fauorem, & reſignatio- B nem vt putam admittere, & alteri conferre beneficium, quod beneficium ſi conferat ei cui rogatus eſt per reſignationem vt conferret, imputare ſibi debet cur ei contulerit, cùm non teneretur ei conferre. Eademque ratione non habebit locum dicta regula in beneficiis iuris patronatus, vbi quis inſtitutus in beneficio ad præſentationem Patroni, renuntiat cum conſenſu Patroni beneficium in manibus Ordinarij, & Ordinarius eum de quo rogatus fuerat per reſignantem, inſtituit in beneficio.

Huic autem Regulæ de Viginti diebus poſſe Papam, vel eius Legatum derogare certum eſt, adeo vt in menſibus etiam affectis Graduatis ſimplicibus, vel nominatis derogare poſſit: ita iudicatum fuiſſe docet Rebuffus *in §. præfatique* C *Ordinarij, in verbo vacare, de Collat. in Concordatis.*

Computatur autem illud tempus Viginti dierum à die præſtiti conſenſus renuntiationi, vt dictum eſt: ſed de ſtilo iuris Regni eſt vt computetur à die reſignationis admiſſæ, vt docet Rebuffus *ad prædictam regulam, in Gloſſ.* 10. vbi tamen dies quo eſt admiſſa reſignatio non computatur ſecundum ea quæ in ſimili notat Gloſſa *in cap. numerandum de Præben. in 6.*

Quartum nunc tractandum eſt quod explicandum eſſe diximus, quænam irritam reddere poſſint renuntiationem: & Clemens 3. *in cap.* 5. *ſuper hoc, Extra de renuntiat.* reſcribit quoties D renuntiatur beneficium, diligenter inquirendam eſſe cauſam renuntiationis, & ſi non vi, non metu, non oppreſſione, non interuentu pecuniæ, vel promiſſione ſit extorta, eam eſſe admittendã. Addendũ eſt nec dolo, vel malis artibus, vt in *c.* 14. *lectæ, de renuntiat.* propterea quando committitur alicui vt recipiat reſignationem alicuius beneficij, ſolet apponi hæc clauſula, attenteque prouideat ne in reſignatione prædicta dolus, metus, aut aliqua Simoniæ labes interuenerit, vt patet *ex regula* 8. *Cancellariæ Innocentij* 3. Sed quod diximus de metu, locum habet ſiue metus factus ſit in Perſona ipſius Re- E nuntiantis, ſiue eorum qui eius poteſtati vel affectioni ſubſunt, aut etiam in eius Patrimonio, *cap.* 5. *Abbas, cap.* 3. *& cap.* Extrà, *de his quæ vi, metuſue cauſa fiunt, cap.* 12. *ſciant cuncti, de elect. in Sexto.* Gloſſa *in §. item non per vim, in verbo violentus, de elect. & reſeruation. in pragmat. ſanct.* & irritatur quidem renuntiatio facta metu, non ipſo iure, ſed officio Iudicis, aut per actionem quod metus cauſâ, ex Gloſſa *in dicto cap.* 5. *ſuper hoc, de renuntiat.* & ſi iuramentum interpoſitum de beneficio non repeten-

do, abſolutio iuramenti petenda eſt à Papa, qui A eam facillimè concedet, *cap. 8. ſi vero de iureiurando*; eoque modo reſtituetur is qui renuntiauit, nec erit nouâ collatione opus, vt concludunt Interpretes *in dicto cap. ſi vero*, Erit tamen renuntiatio ipſo iure nulla, ſi per captionem & detentionem Perſonæ renuntiantis facta fuerit, *cap. 2. multorum, de pœnis, in Clementinis*. Irritatur quoque Renuntiatio ſi facta fuerit ex falſa cauſa, quam is qui renuntiauit veram putabat, vt ſi quis renuntiauerit priori beneficio vt aliud adipiſcatur, quod ignorabat reſeruatum Papæ, vel alteri collatum à Papa, *cap. 20. ſi beneficia de Praebend. in Sexto*: denique irritatur renuntiatio ſi is qui renuntiauit poſſeſſor deceſſerit, vbi B vera eſt regula Cancellariæ, quæ vulgo appellatur *de publicandis reſignationibus*, quæ ſtatuit vt reſignationes factæ in Curia Romana publicentur intra ſex menſes, factæ vero extra Curiam intra menſem, & inſuper vt Reſignatarius petat poſſeſſionem beneficij ab ipſo Reſignante, vel ab eo qui beneficium poſſideat, & conſequenter vt poſſeſſio apprehenſa ſit ante mortem Reſignantis: nam vbi reſignans moritur in poſſeſſione beneficij, irritatur collatio facta ex vi renuntiationis, & conſequenter irrita fit renuntiatio. publicanda eſt renuntiatio ad euitandas fraudes circa retentionem & ordinationem beneficiorum, eo modo quo inſinuationes donationum, C quę publicationis donationum loco ſunt *l. 27. data, Cod. de donationib.*

Intereſt quoque Mandatariorum Apoſtolicorum qui ex vi mandatorum ſuorum expectant beneficia, & intereſt Ordinariorum collatorum publicari reſignationes, quoniam per clandeſtinas renuntiationes eis iniuria fit: ſed etiam expedit publicari reſignationes propter vtilitatem Eccleſiaſticam, vt ſciant Eccleſiæ quinam eis præponuntur: Paſtores enim cognoſci debent ab ouibus ſuis, vt Oues à Paſtoribus, *Ioannis* 10. debent vt diximus publicari reſignationes quæ fiunt in Curia Romana intra ſex menſes, hoc enim tempus competens habetur D vt poſſit Reſignatarius ire ad locum Beneficij in quo publicatio facienda eſt, quo illud notum fiat Ordinario Collatori; id eſt facienda eſt publicatio in Eccleſia in qua ſitum eſt beneficium, etſi locus ille à Curia longiſſimè diſtet vt ſi ſitus ſit in Anglia, vel Germania: at quando reſignatio fit in partibus coram Legato vel Ordinario, ſufficit menſis vnus, intra quem publicato fiat, de qua publicatione, & quomodo fieri debeat vide latius Rebuffum *ad eam regulam in Gl. 9. & 10.*

Hoc vero omnes tenent, iuſtum impedimentum excuſare à mora non publicatæ renuntiationis, veluti ſi bellum graſſetur, aut peſtis in lo- E co beneficij, quo tamen caſu proteſtatio facienda eſt coram Notario & teſtibus quod propter hoc vel illud impedimentum publicare renuntiationem non licuit, *arg. l. 2. de naufragijs, lib. 11. Cod.* Hoc autem tempus computatur non à dia præſtiti conſenſus reſignationi à Reſignante, vt putat Gomeſius, *quaſt. 7. ad eam regulam*, ſed vt additum eſt ei regulæ à Paulo 3. à die ſupplicationis: emanauit enim hæc regula in fauorem Ordinariorum, vt elapſo nempe præfinito tempore, intra quod publicatio fiat, beneficia intelligantur vacare per obitum, non per reſignationem. Idem tempus intelligitur quoque

A præfinitum petitioni poſſeſſionis, vt niſi intra illud tempus Reſignatarius adeptus fuerit poſſeſſionem, beneficium intelligatur vacare per obitum, quamuis Gomeſius diſſentiat, & aliter iudicatum fuiſſe refert *Rota quaſt. 8.* Nam in prædicta regula hæc duo ſimul iunguntur, publicatio, & petitio poſſeſſionis: niſi, inquit, de illis factæ reſignationes, ſi in Curia Romana intra ſex menſes, ſi extra dictam Curiam, intra menſem, ex tunc vbi ipſa beneficia conſiſtunt fine publicatæ, & poſſeſſio illarum ab eis quos id contingit petita fuerit. Nec obſtant hæc verba ſequentia regulæ, ſi Reſignantes poſtmodum in eorumdem Reſignatorum poſſeſſione deceſſe- B rint, quaſi illa verba illud innuere videantur vt licet publicatio in Curia intra ſex menſes fieri debeat, tempus tamen petendæ poſſeſſionis vſque ad obitum Reſignantis duret: verius eſt enim illud quod in iudicio forenſi ſeruari dicit Rebuffus *in Gl. 11. ad eam regulam*, quod quamuis regula Cancellariæ tempus ſupradictum ſtatuerit, tamen ſufficiat quamcumque reſignationem fuiſſe publicatam, & poſſeſſionem acceptam per Reſignatarium, vt quemadmodum ſi Reſignans moriatur intra ſex menſes, & intra menſem in poſſeſſione beneficij, beneficium non vacat per obitum, ſed per reſignationem; ita è C contra ſi poſt illud tempus in poſſeſſione beneficij deceſſerit, beneficium non intelligatur vacare per reſignationem, ſed per obitum. Medium autem tempus liberum eſt Reſignatario, ita vt ſi poſt illud tempus præſtitutum, Reſignans in poſſeſſione beneficij deceſſerit, ſibi imputare debeat Reſignatarius cur intra illud tempus bullas non obtinuerit, & non publicauerit reſignationem & prouiſionem ſuam, & adeptus poſſeſſionem beneficij non fuerit. Ita rectè dicetur vt ſit locus regulæ de publicandis reſignationibus hæc requiri quæ ſequuntur, vt vel non facta fuerit publicatio, vel non fuerit petita poſſeſſio, & eo caſu quo petita poſſeſſio non fuerit, vt Reſignans poſt ſex D menſes, vel poſt menſem in poſſeſſione deceſſerit Ideo autem nocet poſſeſſio Reſignantis Reſignatario, quoniam inde fraus præſumitur, & colluſio inter eos, *vt in l. ſicut, §. ſupernacuum, D. quibus modis pignus vel hypotheca ſolu.* Itaque etſi nihil prohibeat vt is qui poſſidet, non ſuo ſed alieno nomine quandoque poſſideat, *l. quod meo, D. de acquirenda poſſeſſ.* tamen ſi nomine conductionis, vel alio nomine diceret Reſignans ſe à Reſignatario poſſidere, eius rei probatio ei incumberet, quoniam ſimulata non vera conductio pręſumeretur eſſe, & ita iudicatum fuiſſe refert Rebuffus *in Gloſſa 13. ad prædictam regulam, num. 7.*

E Et quod diximus ſufficere ſi quandoque Reſignatarius poſſeſſionem acceperit, dummodo ante mortem Reſignantis, accipiendum eſt cum duplici exceptione: prior eſt ſi ipſo die mortis Reſignantis poſſeſſionem beneficij acceperit, etiamſi Reſignatarius probaret ſe ante mortem accepiſſe poſſeſſionem, quia pro mortuo habetur qui de proximo moriturus eſt, vt habetur pro cincto qui de proximo cingendus eſt, *l. penult. D. de militari Teſtam.* poſterior eſt vbi Reſignatarius permiſit per tres annos Reſignantem beneficium poſſidere; eo enim caſu Reſignatarius amittit beneficium, tàm ratione poſſeſſorij, quàm petitorij, vt iudicatum refert Papo *Placi-*

tot. *lib. 3. tit.* 1. illudque nobis perſuadere non poſſumus quod Gomeſius putat *quaſt.* 8. & 12. vbi poſſeſſio eſt petita, & intra tempus præſtitutiuo acquiſita, talem poſſeſſionem habere vim & effectum publicationis, nec ampliùs publicationem requiri: nam hæc regula illa duo ſimul exigit & publicationem reſignationis, & petitionem poſſeſſionis; quæ cum diuerſa ſint, & ad diuerſos effectus inducta, non poterit publicationis vim aut effectum habere aut ſupplere poſſeſſio.

Poſtremum eſt vt videamus de Renuntiationis Effectu qui eſt eiuſmodi, vt ſi admiſſa fuerit renuntiatio, etiamſi nondum alteri collatũ fuerit beneficium, Beneficiarius in beneficio omne ius amittat, nec poſſit ad illud redire ſine noua collatione, *cap.* 3. & 5. *de renuntiat.* Propterea dicitur beneficium tunc vacare per renuntiationem, *cap.* 6 *ſuſceptum, de Reſcrips. in Sexto.* imò etſi poſt renuntiationem renuntians remanſerit in poſſeſſione per tres annos, non iuuabitur decreto de pacificis poſſeſſoribus, quia nullum habet titulum, Rebuffus *in tractatu de pacificis poſſeſſoribus num.* 185. ſi vero admiſſa non fuerit renuntiatio, vel non admitti poteſt, & admitti prohibetur eo caſu quo Clericus renũtians aliũde commodè viuere non poteſt, *cap.* 2. *Concilij Tridentini ſeſſ.* 21. tunc ſine noua collatione redibit ad beneficium ſuum *cap. fin.* Extra *de renuntiat.* quod maxime procedit in reſignationibus factis in fauorem, in quibus obtinet vt is qui reſignauit cẽſeatur ſemper Titularius beneficij, nec aliter conferri poſſit quàm ei in cuius fauorem renuntiauit; proinde vt is cenſeatur amiſiſſe beneficium vbi reſignatio facta eſt coram Papa, ſecundum ea quæ ſupra diximus, duo ſunt neceſſaria, vt renuntiatio admiſſa ſit, & vt is in cuius fauorem renũtiatum eſt acceptauerit beneficium, & adeptus fuerit eius poſſeſſionem: quia non intelligitur amiſſum quod alteri quæſitum non eſt, *l. nec vtilem* 20. *D. ex quib. cauſ. Maiores.*

Hactenus de renuntiatione ſimplici, nunc videamus de ea quæ fit causâ permutationis, & primum quidem de ipſa Permutatione agamus.

De Permutatione Beneficiorum.

CAP. IV.

PErmutationes Beneficiorum Concilio Turonenſi prohiberi conſtat, adeo vt vterque ſpoliandus veniat beneficio ſuo reciſâ permutatione, *cap.* 8. *Maioribus, de Præben.* & *cap. cùm olim,* & *cap.* 8. *cùm vniuerſarum,* Extra *de rer. permutat.* vel quia non licet Clerico recedere ab Eccleſia cui ſemel aſcriptus eſt, vt ſæpe iam diximus; vel etiam quod vix fieri poſſit vt fiant permutationes beneficiorum ſine pacto, pactionem vero indicare ſimoniam iam ſatis oſtendimus, *cap.* 4. *cùm pridem,* & *cap.* 8. *pactiones,* Ex*tra de pactis.* Itaque ſi fiant permutationes beneficiorum ſine Superioris authoritate, non valent; & vt dictum eſt vterque ſuum amittit beneficium: ſed tamen vbi alter deceptus eſt quia alius noluit implere permutationem, ex indulgentia Papæ & miſeratione quadam reſtituetur ei be-

A neficium, quia deceptis non decipientibus ſubueniendum eſt, *dicto cap. cum vniuerſorum, de rer. permutat.* & *l.* 1. *D. ad Vellaianum.* Quin etiam Gloſſa *in dict. cap. cum vniuerſorum,* putat non ſolùm prohiberi permutationem ſine Superiore, ſed etiam tractatum permutationis, quod frequentiori calculo reijcitur; quia vt rectè Interpretes tractatus non concludit deliberatum conſenſum, & fieri non poſſe certum eſt vt concluſio permutationis fiat ſine præcedente tractatu, id eſt niſi partes ante conueniant; ſic prohibebitur quidem permutatio ſine Superiore, non autem, tractatus aut oportet ſane vt ij qui permutant beneficia ſua cum beneplacito Sedis
B Apoſtolicæ, vel alterius Superioris qui eius rei habeat poteſtatem permutet. Et Superior quis hic habetur, colligitur ex his quæ diximus cùm ageremus de ſimplici renuntiatione: Gloſſa tamen *in cap. vn. de rer. permutat. in Clementin.* exiſtimat Epiſcoporum eſſe permutationibus præſtare authoritatem, non inferiorum Prælatorũ, vel Clericorũ, quorũ eſt eligere vel cõferre, & ſi quoque eorum conſenſus requiratur, *cap.* 5. *quaſitum, de rer. permutat.* niſi inferiores hoc ius præſcripſerint, quia tunc vicem Epiſcoporum gerunt, Gloſſa *cap.* 1. *in verbo propria, de reb. Eccleſia non alienandis in Clementin.* Panormitanus & alij Interpretes *in cap. cum olim,* & *cap.*
C *auditis, de praſcriptionib.* quo autem caſu non præſcripſerint cogendi ſunt conſentire dummodo permutatio vtilis Eccleſiæ ſit, vel Superior ſuper ea re aditus ſine his licentiam & authoritatem præſtabit: & hinc viſu obtinet in Eccleſiis Patronatis, vt poſtquam requiſitus eſt Patronus, eo etiam non conſentiente permutatio approbetur ab Epiſcopo, vt refert Rebuffus in 3. *part. tit. de permutat.*

Sed non ſufficit vt permutatio Beneficiorum valeat quod Superior eam approbauerit, & cauſam eius diſquiſierit, *dicto cap. quaſitum, de rer. permut.* ſed alia quoque requiruntur, veluti
D quod ab vtraque parte beneficia reſignentur; nam ſi alter reſignare recuſauerit, non eſſet permutatio, quoniam vt ſit permutatio oportet vt impleatur, ex re enim tradita initium obligationi eius tractatus præbetur, *l.* 1. & 2. *D. de rer. permutat.* proindè ſi beneficium meum reſignauerim ex cauſa permutationis contractę cũ Titio, debet Titius conſtituere Procuratorem ad ſuum beneficium reſignandum, qui quidem Procurator non poterit ea poſtfacto reuocari, quia procuratio eiuſmodi pars eſt contractus permutationis, niſi res integra ſit, vt quia neuter adhuc renuntiauerit; quo caſu quia intereſt partis quæ contraxit, quæ forte impleret interim permutationem ex parte ſua, non ſufficeret
E intimare renuntiationem Procuratori, ſed eſt intimanda parti, Felinus *in cap.* 33. *ex parte, de Reſcript.*

His duo conſequentia ſunt: primum Permutationem fieri poſſe & vno inſtanti, & ex interuallo; coram Ordinario, & coram Papa: & propterea ſi vnus reſignauerit beneficium ſuum ex cauſa permutationis coram Epiſcopo Pariſienſi, poterit alter per duos, tres, vel quatuor menſes ſuum reſignare in manibus Lemouicenſis Epiſcopi, nec enim certum tempus a iure præfixum eſt ad recipiendas permutationes, ſed quandocumque permutatio impleri poteſt, datâ

tamen actione ei qui impleuerit aduerſus eum qui non impleuerit *l. 4. 5. 6. 7. & fin. Cod. de rerum, permutatio.* & quia poteſt accidere vt mihi impletum ſit antequam ego impleuerim, veluti mihi collatum ſit beneficium Tertij, antequam reſignatem meum, ſi accidat vt Titius moriatur antequam ego reſignem, decidunt Interpretes eo caſu me vtrumque habiturum, & gauiſurum vt dicunt de bona ſortuna, quia per me non ſtat quo minùs permutationem adimpleam, ſecundum regulam *l. 122. in iure, D. de reg. iur.*

Quod verum eſt niſi vtrumque beneficium ſimul de iure non poſſit haberi: nam tunc locus erit iis quæ diximus de pluralitate beneficiorum, quod cum non ſit permutatio niſi poſtquam eſt impletum vt ſupra diximus; & finis permutationis eſt vt alter alterius habeat beneficium, B de hoc requiri collationem beneficiorum quæ ex cauſa permutationis reſignata ſunt, nec ſufficere partium conuentionem, aut approbationem Epiſcopi, niſi Epiſcopus de nouo conferat, quoniam à partibus ius non datur, ſed ab Epiſcopo: quoniam illa beneficia non aliis quàm permutantibus concedenda ſunt, *cap. vn. de rerum permut. in Clementinis*; ideo nomina & cognomina amborum permutantium in literis permutationis exprimenda ſunt, alias incerta eſt permutatio. Vt autem in contractu permutationis obtinet vt non valeat rei alienæ permutatio, *lege 1. D. de rerum permutatione*, & euictionis nomine obligetur is qui rem alienam C permutauit, *l. ſi permutatione, Cod. de euictionib.* ita oportet vt is tantum beneficium permutare poſſit qui ius habet in beneficio, *cap. vn. his verbis (ſua beneficia) de rerũ permutatione, in Sexto, & cap. 6. cum venerabilis, Extra de exceptionibus.* Propterea ſi permutauero beneficium meum cum tuo, ſuper quo mihi lis poſtea mota ſit, denuntiabo tibi vt perſequaris & defendas, alias in caſum euictionis condemnandus eris mihi ad beneficium paris valoris & quãtitatis, vel vt mihi liceat ad meum redire beneficium, iuxta *cap. 20. ſi beneficia de Præbend. in 6.*

D Duo ſuperſunt de permutatione beneficiorum tractanda, primum an paria eſſe oporteat beneficia quę permutantur; deinde an omnis inæqualitas vitiet permutationem. Secũdum facile expeditur: nam certum eſt ſiue imparitatem in numero conſideres, ſiue in qualitate beneficiorum, eam non vitiare permutationem. Itaque, licet vnum beneficium cum pluribus permutare, *dict. cap. 6. de exceptionib.* & Curata cum ſimplicibus, Dignitates cum Curatis, Præbendas cum Dignitatibus: ſed ſi aliquis beneficia cum temporalibus rebus permutare vellet, non eſſet licita permutatio, quoniam nihil dari vel tradi poteſt pro rebus ſpiritualibus, vt ſuo E loco iam diximus, *cap. fin. Extra de rer. permutat.* Nec, quod magis eſt, poſſunt permutari beneficia cum rebus ſpiritualibus alterius generis, aut annexis ſpiritualibus, veluti cum decimis, aut Iure Patronatus, vt docent Interpretes.

Quod ad primum pertinet inæqualitas redituum & prouentuum quæ percipiuntur ex permutatis beneficiis, non reddit permutationem nullam, dummodo non alia fraus probetur, vel A aliæ coniecturæ fraudis non adſint, de quibus coniecturis fraudis tractant Interpretes *in cap. 1. Extra de Clericis non reſidentib.* & Gloſſa *in §. volumus, in verbo vacantia, de Collat. in Concordatis.* Nec poteſt hic vſurpari remedium *l. 2. Cod. de reſcindenda venditione*, conceſſo quod porrigamus illud remedium ad contractum permutationis; quoniam vt recte Gloſſa *in dicto §. volumus, in verbo permutationis*, titulus beneficij habetur à Superiore, non à parte: mutuus quoque interuentus pecuniæ numeratæ in permutationibus beneficiorum rem ad æqualitatem reducet, vt nec poteſt reducere quoties Eccleſia cum Eccleſia permutatur iure proprietatis, *cap. 6. ad quæſtiones, Extra de rerum permutat.* ſed tantum vt *in eo cap. 6.* dicitur, quoniam poſſeſ- B ſiones Eccleſiæ commutantur cum poſſeſſionibus; & ratio differentiæ quod Eccleſiæ, res ſpirituales ſunt, poſſeſſiones verò res temporales. Hæc de permutatione beneficiorum.

Renuntiatio autem quæ fit ex cauſa permutationis quædam habet communia cum renuntiatione ſimplici, quædam vero ſingularis & ſeparata. Habet commune vt Regula Cancellariæ de infirmis beneficia reſignantibus habeat quoque locum in renuntiatione quæ fit ex cauſa permutationis, ſiue permutatio facta fuerit de beneficiis æqualibus, ſiue inæqualibus, quidquid contra ſomniauerit Gomeſius *ad prædictam regulam, quæſt. 19.* nam aperiiſſima ſunt verba re- C gulæ, ſiue ſimpliciter, ſiue ex cauſa permutationis &c. Habet quoque commune, vt regula de publicandis reſignationibus habeat quoque locum in renuntiatione quæ fit ex cauſa permutationis, de quo non fuit cur Rota dubitaret, vt dubitaſſe ſcribit Gomeſius *ad prædictam regulam, quæſt. 3.* quia etiam multæ fraudes interuenire poſſunt in his reſignationibus, quibus obuiam itur per eam regulam. Singulare, & ſeparatum habet quod reſignatio puta non eſt, quod non eſt ſimpliciter in eius fauorem cum quo fit permutatio, ſed ſub modo & conditione quadam, ſi fortè ipſe viciſſim ſuum beneficium in meum fauorem renuntiauerit; propterea vtrumque beneficium non aliis quàm permu- D tantibus conferri poteſt, *cap. vn. de rer. permutat. in Clementi.* & hac de cauſa potior habetur Permutatio gratiis expectatiuis, & optioni quoque quæ ex conſuetudine antiquiori Canonico competit, *cap. vn. de rer. permutat. in Sexto, & cap. fin. de conſuetud. eod. lib.* Et quia alteri conferri non poteſt Permutatum Beneficium, ideo proprie non dicimus vacare beneficium quod ex cauſa Permutationis reſignatum eſt; & ſi euictum fuerit ab vno beneficium, licebit ei redire ad ſuum ſine noua collatione, *cap. 20. ſi beneficia, de Præbend. in Sexto*: quo iure vtimur in Gallia, vt referunt pragmatici: licet Gloſſa & E Interpretes vbique nouam collationem deſiderent, tam *in cap. penult. Extra de rer. permut.* quàm *in cap. venerabilis, Extra de exceptionib.*

SECTIO SEU PARS XI.

De amiſſione & Vacatione Beneficij propter delictum Beneficiati.

VNdecima pars huius Tractatus eſt de Amiſſione & Vacatione Beneficij propter Delictum beneficiati.

Ex cauſa Delicti receptum eſt duobus modis amitti beneficium, ipſo iure, & per ſententiam. Ipſo iure amitti dicimus quando Poſſeſſor amit- B tit Beneficium eo ipſo quod crimen commiſit, ita vt alteri poſſit conferri, quamuis de facto poſſeſſionem detineat, *vt cap. 18. licet, de Præbendis in Sexto.*

Solent tamen Iuris authores promiſcue his verbis vti, ipſo iure, & ipſo facto; vt ſi ius ſtatuat aliquem priuandum beneficio ſuo ipſo facto, interpretandum eſt ſimul atque crimen commiſerit, quia tale ius ſupponit factum; & ideo eo caſu ipſo facto idem ſignificat quod ipſo iure, *cap. 2. vt periculoſa, ne Clerici vel Monachi ſæcularibus negotiis ſe immiſceant, in Sexto, & cap. 19. cum ſecundum, de hæreticis eod. lib.* ipſo iure idem eſt ac ipſo facto. C

Intereſt vero an beneficium amittatur ipſo iure propter delictum beneficiati, an verò ſententia neceſſaria ſit, vt etiam alibi intereſt an pœna ipſo iure inferatur, an verò ſententia ſit neceſſaria: declarat Gloſſa *in verbo imminere, in nou. de inceſtis nuptiis, collat. 2.* & hæc eſt differentia inter pœnam & multam, quod pœnæ certæ ſingulorum peccatorum ſunt, multæ contrà, quia eius Iudicis eſt poteſtas quantam dicat, niſi cum lege eſt conſtitutum quantam dicat, *l. 244. ſi qua pœna, de verb. ſign.* vbi Labeo, ſi qua pœna eſt multa eſt, ſi qua multa eſt pœna eſt; contra quem Paulus ſcribit. Se- D cundò pœnam exercet & exequitur etiam priuatus authoritate populi, multam vero non niſi Magiſtratus, *l. 131.* & ita multa eſt, mixti Imperij, pœna meri: Tertiò de pœna non eſt prouocatio, nam à legibus non prouocatur; ſed à multa quæ eſt arbitraria. Hodie tamen hæc immutata ſunt, & de pœna eſt prouocatio, quia pœnæ legum deſierunt eſſe in vſu, quando extra ordinem cœpit agi de pœnis: quâ ratione hodie non eſt actio furti in duplum, vel quadruplum, quod agatur de furto extra ordinem, quo genere vlciſcendi furti electo actio furti ordinaria conſumitur, in duplum, vel quadru- E plum, *l. interdum, §. qui furem, de furtis.* Cicero 1. *in Verrem,* ita de pœna: lex eſt, pœna eſt, quid ad eum qui ius dicit? & *pro Sylla:* pœna non erat olim in poteſtate Iudicum, ſed ſola damnatio: & *pro domo ſua:* pœna in ciues Romanos nominatim ſine iudicio conſtituta.

Et primùm quidem intereſt quod quando Beneficia vacant ipſo iure, poſſunt impetrari ante ſententiam condemnationis, & ſufficit dicere de cauſa vacationis poſt impetrationem, ſi ſe poſſeſſor beneficij oppoſuerit, quam impetrationem vulgo appellant *par deuolu,* impetrantes deuolutarios; de qua ordinatio regia eſt in

A Comitiis Aureliæ habitis, *artic. 4.* quæ vetat iure deuoluto conferri alicuius beneficia per eius incapacitatem, niſi incapacitate priùs declaratâ, quam modo habere locum in ſimonia & hæreſi omnes tenent, & ita fuiſſe iudicatum Papo refert *placitorum lib. 3. tit. 6.* modo intra ſex menſes docuerit impetrans de modo vacationis: Contra vero eſt vbi ſententia exigitur. Sed etiam intereſt alio caſu nempe quod is qui priuatur ipſo iure, non poteſt renuntiare beneficium, nec illud permutare, quia poſt crimen contractum nullum ius ampliùs habet in beneficio, cùm tamen reus criminis qui per ſententiam priuandus eſt, ante condemnationem renuntiare & permutare poſſit beneficium, *Gl. in* B *cap. 2. ad verbum finita, vt lite penden. nihil innouetur, in Sexto;* eo modo quo Iure Ciuili donatio omnium bonorum à reo facta ante condemnationem valet, *l. poſt contractum, D. de donationib.*

Ex qua differentia, alia ſequitur, quod vbi ipſo iure reus priuatus eſt beneficio, ſi poſtea moriatur, impetrari non debet beneficium per mortem, ſed ex cauſa delicti, *par deuolu,* vt vulgo vocant; quia beneficium ante mortem ex cauſa delicti vacabat. Contra vero eſt in beneficiis quæ non adimuntur niſi per ſententiam, quæ in reatu mortuis poſſeſſoribus impetranda ſunt per mortem.

C Demum intereſt quod vt notat Rebuffus *tractatu de pacificis poſſeſſoribus, num. 263.* priuatus ipſo iure omnes fructus reſtituit à die commiſſi criminis, Gloſſa *in dicta Nou. de inceſtis nupt. in verbo imminere,* quod probatur *cap. cum detestabile, de ſimon. in Extrauagan. com.* ſecùs verò eſt in eo qui per ſententiam priuandus venit, qui interim fructus ſuos facit: Panormitanus *in cap. 6. item cùm quis, de reſtit. ſpoliator.* Dixi Beneficium vel amitti ipſo iure, vel per ſententiam ex delicto ſeu crimine Beneficiati.

Beneficium amittitur ipſo iure propter cri- D men Simoniæ, quod quidem omnium grauiſſimum diximus, *in 5. parte huius tractatus,* non ſolum vt priuetur Clericus beneficijs quæ adeptus eſt per ſimoniam, ſed etiam aliis legitime acquiſitis, de quo diſputatio neceſſaria eſt. Dicunt quidam Interpretes olim ſimoniacum non fuiſſe priuatum ipſo iure beneficiis, ſed neceſſariam fuiſſe ſententiam, quia *in canone 3. Presbyter 1. quæſt. 1. & cap. 11. de hoc, & cap. 13. inſinuatum, Extra de ſimonia,* vtuntur Pontifices Romani his verbis futuri temporis, deponatur, priuetur, amoueas: ſed alij dicunt hæc verba futuri temporis denotare executionem, & ſubintelligendam eſſe priuationem ipſo iure. Quid- E quid ſit, hæc dubitatio Pauli 2. *conſtitutione, in dict. cap. cùm de teſtabile, eod. tit. in Extrauagantibus communibus,* hodie præciſa eſt, quâ placuit ſimoniacum omnes pœnas ipſo iure pati quæ aduerſus eum ſtatutæ ſunt canonibus & conſtitutionibus.

Hic tamen diſcutiendum eſt an, cùm ſit triplex genus Simoniæ (nam alia eſt mentalis, alia conuentionalis, alia realis) de omnibus definitio recipienda ſit, an verò de Reali tantùm, quæ conſiſtit in dando & accipiendo, de qua indubitatum eſt, definitione canonum & conſtitutionum recipi. Simoniam Mentalem eſſe dicunt quæ mente tantùm concipitur citra omnem

conuentionem expreſſam, vel tacitam, vt ſi qnis affectu quodam animi, & vt fauorem humanum aucupetur, auferat alicui beneficium, vel ſi qnis ambiat beneficiom oon vt in ſpiritualibns proficiat, ſed vt in temporalibus bonis abundet: ſola namque intentio inducit hanc ſpeciem ſimoniæ, *cap. 34. tua nos*, & *cap. 46. mandato, Extra dic. tit. de ſimo.* Propterea *Gl. in cap. vn. in verbo receperit, de Clericis non reſidentib. in Sexto*, putat eos qui ad horas canonicas veniunt ea intentione vt lucrentur distributiones quotidianas, non aliàs acceſſuri, ſimoniam mentalem committere. Hæc ſpecies ſimoniæ non inducit priuationem beneficij, nec ipſo iure, nec per ſententiam, nec obligat ad reſtituendum illud quod acceptum eſt; ſiue ſpirituale ſit, ſiue temporale: ſed hoc crimen ſimoniæ mentalis aboletur per ſolam pœnitentiam *dicto cap. 46. mandato, Extra de ſim.*

Contra eſt in Conuentionali, in qua tenetur non minùs quàm in reali ſimoniacus ad reſtitutionem fructuum, & Beneficij, *cap. 27. nobis eod. tit.* & priuatur ipſo iure, oon per ſententiam, quidquid dicat Gomeſius ex Guilelmi cuiuſdam collectanei ſententia, Contrà exiſtimantis *ad regulam Cancellariæ de trienn. poſſeſſ. quæſt. 11.*

Quæ omnia ſunt accipienda de ſimoniacis manifeſtis, non occultis, quia Eccleſia de occultis oon iudicat, *dicto cap. 27. nobis, Extra eod.* ſed eis qui illa laborant infamiâ, Purgatio Canonica indicitur *dicto cap. 11. de hoc, Extra iam laudato tit.*

Secundo Beneficium amittitur ipſo iure propter Hæreſim *cap. 9. ad abolendam, Extra de hæreticis, & cap. 19. cum ſecundum, eod. tit. in Sexto*: non ſolùm vt ipſe hæreticus priuetur, ſed etiam qui hæretico conſentit & fauet: nam fautores hæreticorum puniri dicitur *in cap. excommunicamimus, de hæreticis c. & cap. 12. vt commiſſi, eod. tit. de hæreticis* circa 6. Imo & qui ad preces hæreticorum Dignitates, perſonatus aut alia quæcumque beneficia Eccleſiaſtica fuerit aſſequutus, eis ipſo iure priuatur, *cap. 2. §. ad hæc, eod. tit. & lib.* & priuatur hæreticus beneficiis etiam antequam talis declaretur, quoniam ipſo iure priuatur, vt iudicatum fuiſſe refert Papo *Placitorum lib. 3. tit. 6.* Retinet tamen beneficia, ſi ea fecerit quæ præſcribuntur *in dict. cap. 9. ad abolendam, Extra de hæret.*

Vulgo ſimiles iudicantur Schiſmatici quia parum inter hæreſim & ſchiſma intereſt, *can. 26. inter, 24. quæſt. 3.* quod verum eſt ſi ſit ſchiſma cum hæreſi; cæterum ſi abſit hæreſis in alia ſententia ſum, tam per *cap. 1. Extra de ſchiſmaticis*, in quo pœna tantùm ſuſpenſionis eis infertur qui iurauerunt ſponte ſe ſeruaturos ſchiſma: quàm etiam quod de ijs dubitatur interdum an ſint excommunicati, Panormitanus *in Rubrica de ſchiſmaticis*, & quod etiam ſchiſmata aliquando magis accedant ad *παρασυναγωγὰς* quàm ad *αἱρέσεις*: illas vocat D. Baſilius congregationes quæ recuſantibus preſbyteris, vel Epiſcopis, vel populis diſciplinam non ferentibus fiunt; hæreſes vero ſunt alienationes à fide: ſchiſmata ſunt ob quæſtiones Eccleſiaſticas diſſidia, *ex epiſt. 1. Baſilij ad Amphiloch.*

Apoſtatam verò, quem ad Clericatum promoueri non poſſe certum eſt *can. fin. Diſt. 50.*

A ipſo iure amittere beneficia, omnes concludunt Interpretes.

Idemque cenſent de Reo criminis læſæ Maieſtatis Concilio, Toletano citato apud Burchardum *lib. 25. cap. 26. & ſeqq.* de Exule ſeu bannito de quo quædam dixi: *in 4. parte huius tractatus.*

De eo qui Violentas manus iniecerit in Cardinalem, vel alia violenta procurauerit infligi Perſonis Eccleſiaſticis, *cap. vlt. de pœnis, in Sexto, & cap. 1. & 2. eod. tit. in Clement.*

De eo qui Falſum commiſit in literis Romani Pontificis, *cap. 7. ad falſariorum de crimi-*

B *ne falſi.*

De Homicida vulgo ſtatuunt, niſi homicidium ſit grauiſſimum, veluti per Aſſaſſinos commiſſum, aut in Epiſcopos, aut Rectores Eccleſiæ, non priuari beneficiis ipſo iure homicidam, *cap. 1. de homicidio in Sexto*, & *cap. 12. in quibuſdam, Extra de pœnis*; aut niſi parricidium ſit, Felinus *in cap. 21. inquiſitionis, Extra de accuſat. omnib.* Sed dictum capur *inquiſitionis* valde eam opinionem impugnat, quo dicitur homicidium beneficij retentionem impedire etiam poſt pœnitentiam, vbi excipitur Homicidium ab aliis criminibus: item *cap. vltimum Extra de temporibus ordinationum*, quo excipi-

C tur quoque homicidium; ſimul *cum cap. 10. niſi, Extra de renunciat.* quibus in locis dicitur non licere poſt peractam pœnitentiam diſpenſari cum homicida, vt in ſuſceptis ordinibus miniſtret, aut beneficium retineat; cùm tamen in aliis criminibus, adulterij, periurij, & falſi teſtimonij contra ibi reſpondeatur. Propterea valde dubiam exiſtimo eam opinionem, homicidam non amittere ipſo iure Beneficium, ſed tantum poſt ſententiam & priuationem expreſſam: & Ego certè conſultus in ea re, ſemper reſpondi per homicidium ipſo iure vacare beneficium: & nil impedit quo vt concilientur loci quibus illa opinio nititur, reſpondeas 1. quandoque de facto deponi eos qui ipſo iure depoſiti ſunt non expectatâ ſententiâ, quomodo conci-

D liandum eſt *cap. 10. ex literis Extra de exceſſibus Prælatorum, cap. 1. Extra de Clericis pugnantib. in duello, & cap. 5. Clericis, Extra ne Clerici vel Monachi ſæcularibus negotijs ſe immiſceant.*

Secundo aliud eſſe cum datur indirectè conſilium cædis perpetrandæ, vel cùm iudicium ſanguinis peragitur ab Eccleſiaſticis Perſonis, aut ab eis pugnatur in duello non ſequuto homicidio; aliud cùm homicidium reipſa & facto ipſo à Clerico perpetratur; vt illis caſibus cum illo faciliùs diſpenſari poſſit, hoc verò difficiliùs, *dicto cap. 1. de Clericis pugnantib. in duello*, niſi illis caſibus Aſſaſſinis tale conſilium de-

E derint, aut eos receptauerint, *dicto cap. 1. de homicidio in Sexto*; vel niſi ipſi Patroni ſuos Clericos occiderint, vel occidi curarint: & ita hæc duo capita definiunt quidem tali homicidio, ſicut omni homicidio beneficium amitti, & inſuper addunt homicidio non ſequuto beneficium amitti, eo per ſe vel per alium procurato, & multo magis ſequuto.

Quod ad ſcortatores publicos, concubinarios, adulteros, & maſculæ Veneri deditos attinet, certum eſt eos non priuari ipſo iure beneficiis, ſed per ſententiam, *cap. ſicut & cap. ſi autem,*

autem, *Extra de cohabit. Cleric. & mulier. cap. Clerici*, *& cap. tantu eſt*, *de exceſſ. prælator. tere tit. de concubinarijs*, *in pragm ſanct. & tit. de publicis concubinarijs*, *in concordatis.*

Idem iudicatur de periurio, & Furto, pro quibus criminibus Clericus per ſententiam deponi poteſt, *cap. 1. de fideiuſſoribus 2. cap. querelam*, *de iureiurando*, *& cap. cum non ab homine*, *Extra de Iudicus.* Sed enim eorum criminum Reis poſt peractam pœnitentiam diſpenſari poteſt, *dicto cap. fin. Extra de temporibus ordinationum.* Et idem cenſendum eſt de alijs quibuſque criminibus grauioribus, præter ille de quibus diximus, *dicto cap. cum non ab homine*, vbi rectè cenſent Interpretes arbitrio Iudicis Ecclesiaſtici, id eſt Epiſcopi relinquendum, vt conſideratis circumſtantiis, & ſurgente ſcandalo, atque loci conſuetudine, infligat quandoque Reis pœnam ſuſpenſionis, quandoque depoſitionis vbi in iure expreſſum non eſt vt Clericus deponatur; cui ei etiam diſpenſare conceſſum eſt, *cap. etſi Clerici*, *§. de adulteriis Extra. dic. tit. de Iudic.*

SECTIO SEV

PARS XII.

De Actionibus & Iudiciis in Cauſis Beneficiorum, & apud quos Iudices ea ſint exercenda

Duodecima & vltima pars huius Tractatus, duas in ſe partes habet, quarum Prior eſt quænam Iudicia vel Actiones in Cauſis beneficiorum competant; altera apud quos Iudices hæ Cauſæ ſint agitandæ.

Quod ad Primum attinet, omnem litem ſuper beneficio vel de poſſeſſione eſſe, vel de proprietate beneficij, vel de vtroque certum eſt: nam coniungi ſimul vtrumque, & vnâ ſententiâ poteſt terminari, *cap. 2. & cap. cum dilectus*, *Extra*, *de cauſa poſſeſſion. & propriet. & cap. vn. eod. tit. in Clementinis.* Frequentius tamen eſt vt de poſſeſſione prius agatur, & lis de beneficiis incipiat à poſſeſſorio, & ſequatur poſtea lis de proprietete ſen iure. Ita prius iudicia poſſeſſoria de beneficiis redduntur quàm de proprietate lis inſtituatur.

De Poſſeſſione certum eſt iure ciuili tria Interdicta reddi quæ appellantur, adipiſcendæ, recuperandæ, & retinendæ poſſeſſionis, *§. ſequens*, *inſtit. de interdictis*: quæ eadem Iure Pontificio redduntur de beneficiis. Vel enim illud agitur vt adipiſcamur poſſeſſionem beneficij, vel vt recuperemus eam, aut vt retineamus. Interdicto adipiſcendæ poſſeſſionis In beneficiis is agit qui titulum habet beneficij, & in eius cauſæ cognitione fieri debet diſcuſſio tituli & collationis, num collatio canonica ſit, alioqnin totus erit poſſeſſior ſuâ poſſeſſione iuxta *legem fin. Cod. de rei vindicat.* & proinde eiuſmodi interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis beneficiorum, tanto plus dicitur habere petitorij quam poſſeſſorij, ac proinde de eo interdicto Iudex non cognoſcit qui de poſſeſſione tantùm

A beneficiorum cognoſcere poteſt, non de proprietate, vt decidit Guido Papæ *deciſ. 1. num. 3.* In interdicto autem recuperandæ ſecus eſt, quia priùs de ſpoliatione quærendum eſt, quam de titulo quæratur; ſpoliatum enim ante omnia reſtituendum eſſe conſtat, *dicta cap. vn. de cauſa poſſeſſio. & propriet. in Clement. & cap. in literis*, *Extra de reſtitut. ſpoliat.* At in Interdicto retinendæ, quemadmodum Iure Ciuili Prætor tuetur eum cuius in poſſeſſione ius potentius eſt, vt poſtea de proprietate quæratur, *l. 1. §. hoc interdictum*, *& l. 2. D. de interdictis*, *l. exitus*, *D. de acquirend. hereditat.* ſic fit in beneficiis vt

B cauſa priùs poſſeſſionis peragatur quàm ad iudicium proprietatis deueniatur, *cap. fin. Extra de Iud.* niſi vt dixi, vtrumque ſimul copulare velit Iudex.

Peracto iudicio Poſſeſſorio, Petitorium iudicium inſtituitur, id eſt lis de proprietate, quamuis nil impediat vt nullo præcedente poſſeſſorio iudicio, ſolum petitorium inſtituatur. Litem autem de proprietate beneficiorum inſtitui, duobus modis accidit: primò cùm inſtituitur iudicium de proprietate ipſarum Eccleſiarum, quia vna dicitur alteri ſubiecta, aut de decimis, aut alijs iuribus Eccleſiarum controuerſia inter Beneficiatos inſtituitur, vt *in cap. cum contingat*,

C *Extra de decimis*, *& cap. vlt. Extra de Iud. & cap. 1. ex literis*, *l. de dolo & contumac.* qui modus ad hunc locum non pertinet.

Alter eſt quando controuerſia de Proprietate reſpicit titulos Beneficiatorum qui litigant; Beneficiati enim, quamuis Domini ipſarum Eccleſiarum non ſint, vel bonorum Eccleſiæ, quorum vſum & procurationem potius intelliguntur habere quam Dominium, vt ſuprà docuimus *in 2. parte huius tractatus*, tamen loco Dominorum habentur, *cap. 6. cum venerabilis*, *Extra*, *de exceptionib.* & propterea datur eis tanquam Dominis actio in rem aduerſus eum qui Beneficium poſſidet, aut detinet, licet eis nondum fuerit traditum Beneficium, quia ſin-

D gulare eſt in Beneficiis vt per collationem canonicam, etiam ſine traditione ius tribuatur in Beneficio, *cap. Execrabilis*, *de Præbend. in Extrauagant. Ioannis 22. §. porro*, *vbi Gl. in verbo competat.*

Siue autem iudicium poſſeſſorium, ſiue petitorium inſtituatur, commune eſt vt in ijs cauſis de pleno, & ſine ſtrepitu ac figura iudicij procedatur iuxta *cap. 2. diſpendioſam*, *de Iud. in Clement.* quid ſibi autem velint hæc verba, *ſummariè & de plano procedere*, *& ſine ſtrepitu & figura Iudicij*, explicat *cap. ſæpe contingit*, *de verbor. ſignif. in Clement.* Hoc intereſt tantùm inter

E iudicia poſſeſſoria & petitoria, quod in iudiciis Poſſeſſoriis non fit plena diſcuſſio & probatio titulorum, cùm in poſſeſſoriis ſufficiat qualis qualis, ſufficiat in interdicto retinendæ iuſtificare poſſeſſionem ex titulo, vt rectè docet Gloſſa *in cap. vn. in verbo ſolo*, *de cauſa poſſeſſio. & propriet. in Clem.* quia cùm vterque ſe poſſidere dicat, & vnus fortè antiquiorem poſſeſſionem prætendat, neceſſe eſt quo is excludetur, vt alter doceat de titulo, quia is qui Probauerit titulum, potiore iura habere intelligitur, *cap. licet*, vbi *Gloſſa in verbo titulum*, & *cap. 1. cum bonæ*, *Extra de probationib.* & *cap. fin. eod. &*

.fin. Cod. de Ed. D. Hadr. tollen. quo caſu adiudicantur quandoque Vindiciæ ſeu Recredentis, A quam vocant, ei qui clariorem titulum videtor habere, ſuſpenſis probationibus falſitatis objectæ, vel alijs quæ longiorem requirunt indaginem, quæ in pleno poſſeſſorio examinantur.

Quòd ſi in eiuſmodi controuerſia non ita liqueat de alterutrius ex litigantibus titulo, debent Iudices ſequeſtrare beneficium, vel fructus beneficij, quod noſtris moribus receptum eſt in interdicto vti poſſidetis, quod eſt retinendæ, etiamſi de Beneficijs non agatur, vt fiat ſequeſtratio rei litigioſæ lite pendente, cùm vterque aſſerit ſe poſſeſſorem eſſe: quæ ſeque- B ſtratio in beneficiis, & quæſtionibus de beneficiis, recipitur multis caſibus, veluti quando condemnatus eſt poſſeſſor ad relinquendam poſſeſſionem beneficij quam non tenuit per triennium, & ipſe ab eiuſmodi ſententia appellauerit, fiet ſequeſtratio beneficij non obſtante appellatione, *cap. vn. de ſequeſtratio. poſſeſſio. in Clement.* Idemque eſt ſi ſit metus ne poſſeſſor dilapidet fructus, *cap. 7. & 8. Extra de cauſa poſſeſſionis & proprie.*, & *l. Imperatorem*, *D. de appellationib.* Inſuper cùm contumax eſt poſſeſſor mitiùs agitur cum eo vt fiat ſequeſtratio Beneficij quàm vt aduerſarius in poſſeſſionem petiti Beneficij mittatur, *cap. 1. dicto tit. de Cau.* C *poſſeſſ. cap. Ex literis Extra de dolo & contum. & cap. vn. de eo qui mittitur in poſſeſſio. in Sexto*: ſed etiam quoties metus eſt de violentia, vel ſcandalo, nec alio modo ſufficienter caueri poteſt, fit ſequeſtratio Beneficij, *argum. capitis ex tranſmiſſa, & capitis literas, Extra de reſtit. ſpoliator.*

Sequeſtrato beneficio, ſi fortè accidat alterum ex litigantibus mori, ſuperſtes qui ius ſuum perſequitur curabit celeriter productis ſuis titulis ſibi plenum adiudicari poſſeſſorium, & manum leuari vt dicunt, ſuper beneficio ſequeſtrato, vulgo *obtenir la mainlevée du Benefice ſequeſtré*: Nam quando Beneficium ſequeſtratum eſt, D ſub manu ſeu poteſtate iudicis poſitum eſt: hanc manum petit amoueri ſuperſtes litigans, & hoc rationibus Iuris non aduerſatur, quia in *cap. 1. vt lite pendente nil innou. in Clem.* definitum eſt mortuo vno ex litigantibus, vel renuntiante, cum altero litem cœptam decidendam eſſe antequam alteri poſſit conferri beneficium per obitum collitigantis, cuius ius pendante lite dubium eſt: per quam prohibitionem conferendi antequam lis decisa fuerit cum ſuperſtite, ſubrogationes in locum defunctorum ſunt prohibitæ, *cap. 1. & 2. eod. tit. in Sexto*: vbi ratio prohibitionis redditur, quamnis vt ponitur in *dict. cap. 1. & 2.* ſi ad defen- E ſionem litis aliqui, licet non ſubrogari, petierint ſe admitti, hi in eo ſtatu in quo litem inuenerint admitti poſſunt, dummodo eorum interſit. Sed tamen præualet hodie non obſtante prohibitione dicti capitis, fieri ſubrogationes interdum, quæ antequam poſtulentur ſolent ſuperſtites litigantes per libellum ſupplicationis porrectum Iudici, illam quam diximus manus leuationem poſtulare: & fit ſubrogatio, vel per mortem, vel per renuntiationem vnius ex Collitigantibus: aut etiam poteſt Litigans Collitiganti ius ſuum cedere, quo caſu Collitigans in locum collitigantis ſufficitur.

Eſtque aduertendum hoc caſu ſubrogationem vel fieri Collitigantis, vel alterius tertij, vt Collitigans in Collitigantis locum ſubrogetur, regula Cancellariæ *de ſubrogandis Collitigantibus* efficit, quæ à Ioanne 23. prodita eſt: quæ quidem regula Cancellariæ certo modo conceſſit eiuſmodi ſubrogationem, nempe vt Collitigans poſſit ſubrogari in ius Collitigantis vacans per eius obitum, aut alio modo, ſi Auditori cauſæ de collatione ſibi facta, vel alio titulo colorato docuerit, aut ſaltem iurauerit ipſum non malitiosè, vel fraudulenter, ſed purè & bonâ conſcientiâ litem illam inchoaſſe, & ipſi Auditori hoc ex veriſimilibus cauſis vel conjecturis viſum fuerit.

Aliam ſuper ea re idem Ioannes vigeſimus tertius regulam edidit, quâ voluit vt ſubrogatus in ius Collitigantis, alteri præferatur non Collitiganti, habenti prouiſionem ſub eadem data, quod & voluit ſeruari in gratia ſi neutri.

Priorem regulam innouauit Martinus 5. per quam voluit ſubrogationes, vel gratiam ſi neutri, ad beneficia & ad ius Collitigantis, non valere ſi apparuerit ipſas impetrationes cum ſola & nuda ſupplicatione poſſeſſorem in cauſam traxiſſe, quas tanquam fraudulenter & dolosè obtentas, irritas & inanes decreuit: quæ omnia expreſſius videre licet apud Gomeſium *in præfat. ad eam regulam de ſubrogandis litigantibus.*

Plura autem requirit ea regula. Primùm vt Collitigans qui vult ſubrogari in locum collitigantis, iuſtè vel ſaltem coloratè cœperit litigare, alioqui ſi injuſte & incoloratè, non poterit ſubrogari: nam hæc regula requirit nominatim vt non fuerit intruſus. Quis vero dicatur Intruſus expoſuimus ſuprà *in 6. parte*, dùm ageremus de triennali poſſeſſione. Secundo requiritur vt is qui ſubrogatur, ſit Collitigans eius in cuius locum ſubrogari ſe cupit: nam ſi non ſit eius Collitigans, ſed alterius, non poterit ſubrogari: putà ſi cùm ego litigarem cum Titio ſuper aliquo beneficio, & Caium Titius ſuper eodem beneficio traxerit ad aliud Iudicium, me mortuo vel renuntiante, non poterit Titius mihi ſubrogari, quia non fuit mihi Collitigans, ſed Caius poterit, vt pluribus docet Gomeſius *in eam regulam quæſt.* 12. Tertio requiritur quod is, in cuius locum fit ſubrogatio, potuerit inquietari, vel moleſtari, qui ſi pacifice poſſederit per triennium, non poterit moleſtari totus Decreto de pacificis Poſſeſſoribus. Nemo igitur fuit eius Collitigans, & ideo fruſtra ſubrogatio in eius locum deſideratur.

Quarto adhuc requirit hæc regula vt is qui ſubrogatur quaſi collitigans, non impetrauerit beneficium viuentis quo poſtea in eius locum ſubrogaretur; reprobantur enim eiuſmodi fraudes, & impetrationes Beneficiorum viuentium. Sed maxime quintò requirit ea regula vt Collitigans faciat ſe ſubrogari intra menſem, quo præferatur aliis non collitigantibus qui impetrauerint Beneficia per mortem, vel alio modo: & hic menſis computatur à die obitus, vel ſaltem à die notitiæ obitus, vt concluſ-

dunt Gomeſius *quæſt.* 10. & Rebuffus *ad eam regulam in Gl. 6. ex cap. quia diuerſitatem, Extra de conceſſio. Præbenda.*

Dixi ſupra ſubrogationem non ſolùm fieri Colligantis, ſed etiam alterius tertij. Hoc caſu quando fit tertij, fit ex diſpenſatione, cum derogatione regulæ de ſubrogandis Colligantibus, quæ Colligantibus tantùm ſubrogationem permittit, in qua ſubrogatione adhibenda eſt clauſula, dummodo non fiat ceſſio in potentiorem, ne cogatur Colligans vi & metu potentioris ſubrogati, cedere liti & beneficio, vt tradit Gomeſius *ad eam regulam Cancellariæ quæſt.* 1. At in hoc Regno, cùm iura de ſubrogandis Colligantibus non ſeruentur, & propterea ſiue Actor ſiue Reus moriatur, ſtatim beneficium conferatur alteri per Ordinarium, B vel per Pontificem Romanum, contra prædictum titulum *vt lite pendente nil innouetur, in Sexto, & in Clement.* atque ſic lis protrahi poſſit per nouos aduerſarios: factâ tamen collatione eidem cui fuerat collatum beneficium vel ab Ordinario, vel à Papa, is impetrabit literas Regias, vt per eas ſubrogetur in ius & inſtantiam defuncti, vel cedentis, vt declarat Rebuffus *ad §. declarantes, in verbo Succeſſores, tit. de mandatis Apoſtolicis, in Concordatis.* Quam ſubrogationem petendam eſſe intra annum certum eſt, quia interdicta quæ ſunt de poſſeſſione, annalia ſunt, *l.* 1. *D. de interdictis*: de quo vide plura apud Rebuffum *ſuprà dicto loco.* Vtroque C vero genere ſubrogationis ſubrogatum ſuccedere in omne ius quod defunctus, vel is qui renunciauit, habuit, indubitatum eſt.

Reſtat nunc vt ad alteram partem veniamus huius poſtremæ partis, apud quos Iudices cauſæ Beneficiorum agitandæ ſunt: de his eſt definiendum, vt olim fuit in rebus Eccleſiaſticis & ſpiritualibus cognitio Epiſcoporum, & aliorum Eccleſiaſticorum iudicum, *cano. conuenior* 23. *quæſt.* 8. & *cap. decernimus, Extra de Iud.* ſic etiam hodiè eſſe, nec ab hac definitione excipi præterquam duos caſus, quorum primus eſt vbi quæſtio ſpiritualis, facti eſt, non iuris, veluti Titius an Bertham deſponſauerit: alter vbi ſi de poſſeſſione vel quaſi, quæſtio ſit, quoniam cauſa poſſeſſionis in ſpiritualibus eſt quid temporale, & facti magis quàm iuris eſt, Gloſſa & Interpretes *in cap. literas, Extra de iuramento calumn. cap. penult. Extra de Iudic.* propterea *in cap. canam, Extra qui filij ſint legitimi*, Papa relinquit iudicium poſſeſſorium Regi Angliæ; Ergo his duobus caſibus iudices Sæculares cognoſcunt de Beneficiis, quod in hoc Regno vſitatum eſt, & refertur apud Guidonem Papæ *decifione* 1. Martini 9. Reſcriptum, quo nominatim illud ſiue Regni Francici priuilegium, ſiue vſus approbatur: & notum eſt ex *tit. de cauſis, in pragmat. ſanct.* eos in cauſis beneficiorum iudices eſſe debere qui de iure, vel conſuetudine præſcripta, vel priuilegio habent cognitionem: ſed tamen excipitur vt Iudices Sæculares non poſſint cognoſcere de interdicto adipiſcendæ poſſeſſionis, quoniam vt ſuprà diximus habet illud iudiciũ plus petitorij quã poſſeſſorij. Vbi igitur non poſſeſſoriorum ſed petitoriorum inſtituuntur beneficijs, in foro Eccleſiaſtico non in ſæculari eſt terminandum, & ſententiâ ſuper pleno poſſeſſorio prolatâ à iudice ſæculari, liberum eſt litigantibus, ſi eis viſum fuerit, adhuc ſuper proprietate adire iudices Eccleſiaſticos.

FINIS.

IOANNIS DARTIS, OPERVM, PARS TERTIA.

CONTINENS VARIA OPVSCVLA, PRAESERTIM CANONICA;

QVORVM SILLABVM SEQVENS Pagina exhibebit.

INDICVLVS OPVSCVLORVM IOANNIS DARTIS,

QVÆ IN HAC III. PARTE continentur.

1. DE STATV ECCLESIÆ tempore Apoſtolorum, liber ſingularis. ad Illuſtr. Virum D. Henricum Memmium, Sacri Conſiſtorij Conſiliarium, & in Senatu Pariſienſi maiorum Gentium Præſidem. 1634. pag. 1.

2. DE *Hierarchia Eccleſiaſtica* Enucleanda Tractatus, ad Ampliſſimos Senatus Pariſienſis Triumuiros Regios. 1639. pag. 25.

3. DE *Canonica Eccleſiæ diſciplina circa Sacramentum Pœnitentiæ*, & eius veteres ritus, iuxta alman iuris Pontifici Doctrinam. 1625. pag. 45.

4. IN *Annales Eccleſiaſticos Cæſaris Baronij* S. R. E. Cardinalis, & *Iſ. Caſauboni Exercitationes*, *Animaduerſiones* I. Dartis Cad. in Senatu Franciæ Aduocati: *in quibus Baronius quidem tanquam ob Ariſtarcho arguitur, ſed à Caſauboni tanquam Phalaridis ſagittis liberatur.* ad V. Ill. Antonium Seguerium Sacri Conſiſtorij Conſiliarium & Senatus Franciæ Præſidem eximium. 1616. p. 84.

5. DISSERTATIO *De Iure naturali, Gentium, & Ciuili*; tam Theologis, quàm Iuriſconſultis, aliiſque honeſtè viuere volentibus neceſſaria. Nunc primùm excerpta *ex Commentariis* nondum editis Ioannis Dartis, Iuris in Vniuerſitate Pariſienſi Togati Anteceſſoris, *in Quatuor libros Inſtitutionum Iuſtiniani.* 1622. pag. 105.

6. ATHLETA Chriſtianus. 1615. pag. 117.

7. PRÆFATIO in aperiendis Scholis habita. *De rectâ docendi ac Diſcendi ratione* & quod Artes nec ſcindi nec in Compendia traduci, ſed labore & legitimo tempore ab Auctoribus & ſcriptoribus earum de integro debent diſci, & ſine fruſtratione doceri. 1647. pag. p. 125.

8. SANCTISSIMO *Patri Vrbano* VIII. vniuerſalis Eccleſiæ Maximo & ſummo Pontificij, pro Facultate Iuris Pontificij; in Vniuerſitate Pariſienſi. 1623. pag. 129.

9. QVERELA *fati in officioſi*, ſeu de vindiciis virtutis à mala Fortuna. 1618. pag. 132.

10. LIBELLVS *ſuplex Pro Regiis Profeſſoribus*, ad Ill. V. D. Nicolaum de Bailleul, maiorum Gentium Præſidem, Reginæ Cancellarium, & ſummum vtriuſque Ærarii, ac ſacrarum largitionum Comitem, & ſuperpræfectam. 1643. pag 135.

11. DE *Suburbicariis Regionibus*, & Eccleſiis libri tres: in quibus ex Notitia Ciuili & Eccleſiaſtica totius orbis, quæ fuerint illæ Regiones, & Eccleſiæ oſtenditur; & Quæſtio nouantiqua de *Canone Nicæno, & Paraphraſi Rufini* diſcutitur. 1620. pag. 139.

DE STATV ECCLESIAE TEMPORE APOSTOLORVM LIBER SINGVLARIS.

ILLVSTRISS. VIRO D. D.
HENRICO MEMMIO,
Sacri Conſiſtorij Conſiliario, & in Senatu Pariſienſi maiorum Gentium Præſidi, iure venerabili.

IOANNES DARTIS, IN VNIVERSItate Pariſienſi Anteceſſor, & Profeſſor Regius.

S. P.

PRÆSES ILLVSTRISSIME,

Illud ſemper optaui, vt deuotum virtuti animum meum, in aliquo opere litterario tibi conſecrato tandem agnoſceres, & eo erectus ſum, tuis tum erga me beneficiis, tum erga Remp. meritis: nam cum domus tua, ſemper reſtituendis litteris, & reuocandæ cœlo Aſtrææ fuerit ſacra; cum fortiter agere ab antiquo, tuæ ſit claræ gentis, & aureæ familiæ, tum tu maxime maioribus tuis, & Memmio patre, quem honoris cauſa nomino, digniſſimus, his omnibus honoribus, & omnibus titulis parem te eſſe ſemper oſtendiſti; neque parentum tuorum tantùm fama gloriaque, verùm etiam tuâ floruiſti. Nam iuuenis cum eſſes, & probitate morum, & ingenij elegantia, & eloquij ſplendore, fuiſti confeſtim ſæculo monſtrabilis. Ad ampliſſimum vero ordinem promotus, ab illo inſito virtutis amore nunquam deflexiſti: Deinde Magiſtratum Vrbanæ Præfecturæ adeptus, illum ita geſſiſti, vt non contentus eſſe probitate ſæculi noſtri, ſed eam ab Ariſtide, vel Catone arceſſere videreris; & cum magnam in eo gerendo quorumdam, fœdamq; auaritiam, & negligentiam parem viderint patres noſtri, tu tuam in eo ſummam integritatem, ſollicitamque diligentiam oſtendiſti, & primæ vrbis rationes adminiſtraſti, tam abſtinenter quam alienas, tam diligenter quam tuas, & tam religioſè quam publicas. Denique in ordinem ſummorum præſidum conſcriptus, ſummæ pietatis ac diuinæ generoſitatis plurima exempla præbuiſti, iuſtitiamque vt foris ita domi, vt in magnis ita in paruis, vt in alienis ita in tuis rebus adminiſtraſti, vir agendo fortis, conſulendo prudens, & eloquendo facundiſſimus, vir grauis nec ſeuerus, magnificus, nec profuſus, facilis nec contemptus, & quod paucis datum eſt, non minus amabilis quam venerandus. Verum licet omnibus illis virtutibus abundes, tum hæc præcipua videtur, quod magno ſtudioſorum omnium & bonorum virorum ſemper amore flagraſti: nam ſicut nihil eſt in ſuprema fortuna maius quam poſſe, ita nihil melius quam velle prodeſſe, & longue lateque pomœria benignitatis ac beneficentiæ propagare, maximè hoc ſæculo, in quo doctrina & eruditio ad magnam fortunam non poteſt aſſurgere. Ex quo enim neceſſitas cœpit eſſe in republica pecuniam concupiſcendi, & Iouem ipſum peculio & cenſu exorandi, nulla amplius fuit reuerentia litterarum, & litteratorum hominum opes valde attritæ & exciſa ſunt, & anguſtum ad dignitates viſum eſt peculium eorum, & de-

nique Delos eorum, vt ita dicam, cœpit iterum fluctuare, ac forte periiſſent in ea funditus, niſi tu & Delum ipſam firmaſſes, & eorum animos recreaſſes, atque renouaſſes. Tu igitur, Præſes ſumme, *ei bonorum decus, litteratorum amor, & Senatus gloria, & in te non ſolum Magiſtratus habêt à quo Iuſtitiæ & Fortitudinis exempla deſumant, ſed etiam Mercuriales viri, apud quem auxilium & patrociniũ inueniant. Et idcirco non immerito Præſes & Curator à Senatu conſtitutus es, ludorum ſolemnium Apollinis Iuriſperiti, in noſtro Iuris auditorio cõmiſſorum, pro Cathedra Pictauenſi Academiæ, tuaque fidei ac prudentiæ concreditum eſt ingens depoſitum, ſalus nimirum & dignitas omnium vniuerſitatũ, & ſanctiſſima cautio, ne res litteraria caperet aliquid detrimenti; Atque integra ſchola noſtra, non intelligeret bona ſua, niſi honorificos illos dies, quibus in illam ſæpe veniſti, ſancte obſeruaret, & cum Paſtore Virgiliano lætaretur ac diceret,*

Phyllidis aduentu noſtræ nemus omne virebit.
Iuppiter & læto deſcendet plurimus imbri.

Quocirca, etſi dicere mihi non propoſuerim, quanta cum ſapientia atque benignitate in his commiſſionibus ingeniorum rite & ordine omnia diſpoſueris, exque repub. litteraria feceris, tamen ſilentio præterire non poſſum illam tuam vocem, qua iuſſiſti, vt nihil fieret in tranſcurſu, nihil perperam, ſed omnia ad religioſæ ſolemnitatis & Academiarum omnium gloriam aſpirarent; tum optime hortatus es ipſos tres viros candidatos quorum virtus dubitabilis eſſet, ſummæ curæ haberent, vt aut vincerent, aut dum conſtanter fati ſui legem excepturi ſunt, honeſte decumberent, & nos etiam anteceſſores monuiſti, vt videremus potius, quem Cathedra, quam qui Cathedram exoptaret, iuxta illud Ouidij de Achillis armis dicentis,

Atque Ajax armis, non Ajaci arma petuntur.

Quæ cum ita ſint, digniſſimus es, vt quos amas litteratos, te diligant atque venerentur litterati. Ego vero dum amor a te, & ſentio me à te amari, volui quoque ſenſibus tuis monumentum huius beneficij ſempiternum, & conſcientiæ meæ teſtimonium, hoc libello relinquere. Liber eſt, ſeu potius libellus de triplici ſtatu Eccleſiæ tempore Apoſtolorum, quem, cum is antea fugiſſet multorum imprudentiam, noſtra, vt loquar cum Phædro, primum reperit ſolertia, huiuſque lucubrationis inuentum facile imputarim tuis aureis ſermonibus quibus me nuper alloquebare, & dicebas noſtram canonicam diſciplinam eſſe quidem omnium primam, certam, ſolidam, nobilem ac neceſſariam, ſed tamen quam rariſſimam & contemptiſſimam, meq; hortabaris, & excitabas ad hoc vt quantum poſſem animo ac induſtria, tuerer dignitatem iuris noſtri, nec deſererem honorificam ſtationem, in qua me regis beneficentia, & concors Doctorum & publica Auditorum ſuffragatio collocauerat; ego enim his tuis verbis, & diuinis monitis munitus hunc librum ſtatim digeſſi, multaſque obſeruationes Iuris Ciuilis ac Canonici, & breues ſummas præcipuarum materiarum nondum recte expoſitarum in publicum edere propoſui. Permittes ergo in tuum ſanctiſſimum ſacrarium, & in tuum celeberrimum nomen hanc noſtram venire lucubrationem; in eo namque libri huius fama fatumque conſiſtit, ſi tibi placere poſſit; in eo meum gaudium & gloria, ſi meam ſententiam a te, cuius iudicium mihi eſt inſtar ampliſſimi theatri, videro fuiſſe approbatam. Et hæc ſumma voti cui libens addo hanc precationem, vt te Deus diu ſoſpitem virtuti & honori conſeruet; Et tu me tibi deuinctiſſimum accipias, decreui enim pene idem de te, quod Athenienſes de Demetrio: illi enim decreuerunt, ſe pro religioſo erga Deos, pro iuſto erga homines, quidquid Demetrio placeret habituros, & ego quicquid Memmio. Lutetiæ Pariſiorum anno 1634. die octaua menſis Iulij.

Ad Maiorum gentium Præſidem Illuſtriſſimum D. D. Henricum Memmium.

O Quem te memorem Præſes, qui gloria noſtri
Rara chori, atque tui gloria rara fori,
Præſes, Apollinea cui cingant tempora lauri
Digne, & in æterna viuere digne roſa.
Cuius & in vultus vellet deſcendere Phœbus,
Mitius vt toto mitteret orbe Iubar.
Præſes, quo nec vel ſincerior alter habetur
Pectore, nec niuea ſimplicitate prior,
Nec melior rebus pariter, muſiſque vacare,
Et miſcere togæ palladis arma ſuæ.
Quæ tua [illegible] laus eſt, ſed maxima certe
Laus erit hæc vna è laudibus eximiis:
Quod cum nobilibus lites, populoque viciſſim
Diſpliceant, cunctis diſpliceatque forum,
Propter Iuſtitiam populus te diligit ipſam,
Et te propter, amat Iuſtitiam populus.

APPROBATIO.

NOs Iuris Canonici in Vniuerſitate Pariſienſi Anteceſſores, teſtamur vidiſſe ac perlegiſſe, *Librum ſingularem, de Statu Eccleſiæ tempore Apoſtolorum*, à Clariſſimo viro IOANNE DARTIS, etiam Anteceſſore in eadem Facultate Iuris Canonici, & Profeſſore Regio compoſitum. & nihil in eo repetiſſe quod fidem Catholicam aut Sapientiam Canonicam poſſet offendere, & quod non potius debeat propter magnam doctrinam, ſtudioſam varietatem exquiſitam rationem, perſpicuam demonſtrationem, operoſa denique & fructuoſa omnia, ſummatibus litteratum eſſe complacitum. In cuius rei fidem & teſtimonium, has præſentes litteras ſubſignauimus, & ſigillo Facultatis noſtræ muniuimus Lutetiæ Pariſiorum anno Domini milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo quarto, die octaua menſis Iulij.

P. DE HAINAVLT. I. PICART. BOVTILLIER.

DE STATV ECCLESIAE TEMPORE APOSTOLORVM LIBER SINGVLARIS

Quædam facilius creduntur quam ſciuntur, & ideo ſciuntur quia creduntur.

CAPVT I.

VERE & rectiſſimè dicebat olim A Orator antiquus, *Longe aliud eſſe laborem ſtirpe purgati ſoli, & fructus editos intueri*, & ſane ita eſt, ſolique norunt agricolæ, vineas magno ſtudio ponendas, & maiore eſſe excolendas: In vincis enim conſtituendis fit primum poſitio ſeminum, quæ ſibi altum cubile ſubſterni non deſiderat, ſed terram è ſulcis bipalio motam ita leuiter egeri, vt ſolum tantum tumidius appareat, quo ſemina velut hoſpitali atque etiam materno ſinu recipiantur: deinde ordinatio fit, qua in varias ſemitas vineæ diſtinguuntur, atque flectuntur. In excolendis vero, primum finis fodiendi vineam nullus eſt, nam quanto altius foderis, tanto vberiorem fructum reperies, deinde materies ferro coërcetur ad ſecundam, interdum vſque ad tertiam gemmam, quo robuſtiores palmites agat, tum fit vinearum ſupplantatio, ſtercoratio, ablaqueatio, ſtatuminatio, & cum vuarum acini maturuerint, opus eſt vt caniſtri & corbulæ farciantur, vaſa lauentur, dolia picentur, torcularia componantur, vuæ calcentur, muſtum in dolia condatur, & in eo veloci fiat vinum atque nutriatur antequam venire in calicem poſſit. Hoc ſoli inquam norunt agricolæ, multaque alia ſunt ante oculos noſtros poſita, & in vſu quotidiano collocata, quæ tamen in magna hominum ignoratione verſantur.

Hæc vero eo ſpectant, vt dicamus ſimiliter multos eſſe Chriſtianos, qui myſteriis noſtris per Sacramenta communicant, & fidem habent, atque charitatem, ſed non ſecundum ſcientiam, vt loquitur Apoſtolus, in epiſt. ad Romanos, vbi Origenes ait ponendam eſſe differentiam inter fidem ſimpliciter traditam, & fidem quæ eſt ſecundum ſcientiam, idque confirmat ex verbis aliorũ Apoſtolorũ dicentium Saluatori. *Auge nobis fidẽ; hoc eſt* (ait) *vt habentes eã fidẽ, quæ non eſt ſecundũ ſcientiã, habeamus eã, quæ eſt ſecundũ ſcientiã*. & alio loco ipſius D. Pauli dicentis, *niſi ſine cauſa credidiſtis, non intelligentes cauſã propter quam erat credendum*, Ita vt alij ſint qui cum cauſa credant, alij qui ſine cauſa, illi fide ſimplici, iſti etiam ratione fidei muniantur in fide, vtrique vero poſſint eſſe firmi & conſtantes in fide, vt rectè idem Origenes tract. 35. in Matth. quam differentiam fidei etiam agnouit Gregor. Nazianz. Iambico Carmine 15.

Πίστις δὲ διττή, ἡ μὲν ἐκ λόγων βίας
Ἡ δ' ... ἡ δ' ἑτοίμως συγχωρεῖν.

Fides eſt duplex, vna ex rationis vi
Quæ iuſta eſt, alia facilis eſt aſſenſio.

Atque licet, vt ait D. Chryſ. homil. 57. ad Romanos, *Obedientiam fides exigit non curioſitatem*; & homil. 6. ad Cor. 1. *Quo ſunt manifeſtiora fidei noſtræ myſteria, tanto magis minuitur fides*. Nihilominus tamen fides non dedignatur rationem, vt ait Origenes in Philocalia c. 18. ἐπαινετὸν τὸ ... τῶν ἀρχῶν κοινῶν ἐννοιῶν συγχωρεῖ, id eſt laudabilis eſt, & communibus ab initio rerum ſenſis conuenit. Imo habet B fides omnis ſuas aſſenſiones & demonſtrationes, vt probat Euſebius lib. 1. de præparatione Euangelica, *Vbi fatetur ſe librum edidiſſe de demonſtratione Euangelica, propter eos qui ſibi perſuaſum habebant diſciplinæ Chriſtianæ profeſſionem, nulla poſſe ratione defendi, ſed qui nomen illud amplectuntur, eas quod ſemel viſum fuerit inconſiderata fide, negligentique ac temeraria quadam aſſenſione comprobare, nullumque euidens, certumque argumentum habere, quo rerum quæ promittuntur veritatem demonſtrent.* Quamuis enim veritas fidei noſtræ habeat ſuam veluti ſubſtantiam qua per ſe ſubſiſtit, ea tamen admittit demonſtrationes, ne ſcilicet proſternantur ab hæreſibus quæ in rationem noſtram naturalem, & in ſenſum communem faciunt in- C curſiones, vt rectè Clem. Alex. ſtromat. lib. 1. *Eſt, ait, quidem per ſe perfecta & nullius indiga ſeruatoris doctrina, cum ſit Dei virtus & ſapientia, accedens autem Græca Philoſophia non veritatem facit potentiorem, ſed debilem aduerſus eam efficit Sophiſticam argumentationem, & propulſans doloſas aduerſus veritatem inſidias, dicta eſt vineæ apta ſepes & vallus.* Idemque lib. 4. Stromatum facit ideo differentiam inter communem fidem & fidem perfectam, ... τῆς κοινῆς πίστεως ..., id eſt, *fidei ait, vt exiſtimo, perfectio diſtinguitur à communi fide*, Fidem communẽ vocat ſimplicẽ, & ſine vlla demõſtratione; Fidem perfectã eam quæ conjuncta eſt cum demonſtratione & cognitione, non quidem myſterij ſecundum ſe, ſed potius extra

ſe, quatenus probatur myſterium non repugnare rerum naturæ, & voluntati diuinæ, & libr. 7. ſtromatum, ait eos qui fidem habent ſine cognitione eſſe veluti pueros, alios viro veluti viros, oſtenditque omnes etiam alias virtutes cum cognitione coniunctas eſſe ſeipſis maiores, vt verbi gratia virum ratione præditum, fortem potius dici debere propter cognitionem, quam puerum & infantem, licet vterque eadem tormenta patiatur.

Sed notandum eſt demonſtrationes ad fidem ſpectantes eſſe longè diuerſas à demonſtrationibus ſcientiarum: nam demonſtrationes ſcientiarum, præcedunt ipſam ſcientiam, demonſtrationes vero fidei ipſam fidem ſubſequuntur; itaut prius credendum ſit & per fidem ſciendum, quam veniamus ad cognitionem demonſtrationis per quam credimus, vt rectè Diu. Athanaſ. in oratione. quod vnus eſt Chriſtus. *Primum credere oportet, & glorificare, & ſecundo in ſublimi rationem iſtarum rerum petere, non hunc ex ſanguine & carne conquirere.* Et Diu. Auguſtin. contra Epiſtolam fundamenti cap. 14. *Ego namque Catholicam fidem profiteor & per illam me ad certam ſcientiam perventurum præſumo.* Et tractatu 29. *Si non ait intellexiſti crede, intellectus enim eſt merces fidei, ergo noli quærere intelligere, vt credas, ſed crede vt intelligas, quoniam niſi credideritis non intelligetis.* Et Iſaiæ 79. *ſecundum ſeptuaginta habetur niſi crediderimus non intelligemus.* Immo fides multarum rerum naturalium cognitionem adfert, quæ penitus ſine ea ignorarentur, & multas dubitationes atque difficultates inextricabiles ſoluit, vt rectè probat Iuſtinus Martyr in expoſitione fidei de recta confeſſione, vbi ita concludit. *Tibi talia inquirenti cum ambiguitas inceſſerit fac fidem expedias promptam qua ea quæ in quæſtionem veniunt ſoluas*, & ideo non ſine cauſa fides dicitur cognitio 1. Corint. 11. *Si cognouiſſent*, ait, *nunquam Dominum Maieſtatis crucifixiſſent*, ſi cognouiſſent, id eſt credidiſſent in eum. Fides ergo ipſam præcedit rationem & demonſtrationem, vt rectè Diu. Auguſtin. Sermon. de Trinitate. *Fidelis ait factus ſum credo quod neſcio, & propterea ſcio, quia neſcio neſcire quod neſcio.* Et Diu. Hieronim. dialogo contra Luciferianos *Ridicula ait penitus aſſertio ante de fide quemquam diſputare quam credere.* Et Tertullian. libro de præſcript. *Cum credimus nihil deſideramus vltra ſcire.* Et Iulianus Africanus libro 5. de partibus diuinæ legis cap. 30. *Fides noſtra ſuper ratione quidem eſt, non tamen temerarie & irrationabiliter aſſumitur, ea enim quæ ratio edocet, fides intelligit, & vbi ratio defecerit fides præcurrit, non enim vtique audita credimus, ſed ea quæ ratio non improbat.* Et ſi quæ ratio præcedat fidem, eſt ea qua iudicamus credendum eſſe Deo, nec ei contra dicendum, licet quod ab eo dicitur videatur eſſe contrarium noſtris ſenſibus: conſtat enim eius verbum nobis potius eſſe debere & antiquius noſtris opinationibus, & ipſis ſenſibus, eius enim verbum decipi & circomueniri non poteſt, ſenſus vero noſtri decipi poſſunt, verbum Dei nunquam labefactari, nunquam conſidere, ſenſus plerumque falli poſſunt vt rectè dicit D. Chryſoſt. ad c. 26. Matth. Ratio iſtorum eſt quia illæ demonſtrationes quæ fidem ſubſequuntur, fundantur in veritate & certitudine rei reuelatæ & ſunt tantum ſolutiones ad ea quæ poſſunt obiici, quomodo D. Petrus dicebat, ep. 1. c. 3. *Parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem de ea, quæ in vobis eſt, ſp.* Et D. Paul. ep. ad Tit. 1. *Vt potens ſit exortari in doctrina ſua, & eos qui contra dicunt arguere.* Ita vt ipſamet fides ſit ratio & fundamentum credendi, eamque ſequatur perſuaſio, qua videmus eſſe credendum, vt rectè Clem. Alex. lib. 1. ſtromat. *Qui autem ex fide continuare inſtituerit, is ad diuinorum verborum ſuſceptionem firmus eſt, & ſtabilis, vt qui indicium quod bona nititur ratione nempe fidem habeat, eum autem hinc ex abundanti ſequitur perſuaſio, & hoc erat illud propheticum niſi credideritis non intelligetis Eſaia 6.* Nam vt rectè Iunellus Africanus loco citato, *Non omnia & vtcumque audita credimus, ſed ea quæ ratio non improbat.*

Inter ea quæ ideo ſciuntur quia creduntur, eſſe corpus myſticum Eccleſiæ.

CAP. II.

INter eas autem res, quas ex parte ſcimus, & in quibus ex parte prophetamus; ſeu quas plerique omnes credimus, fide ſimplici ſed pauci fide cognoſcimus quæ ſit ſecundum ſcientiam, eſt corporis Eccleſiæ myſterium & ordinis ſacerdotalis ſacramentum. Credimus enim Eccleſiam eſſe vnicam & indiuiduam, vnumque Epiſcopatum, credimus Apoſtolos omnes à Chriſto fuiſſe inſtitutos Epiſcopos & Petrum tamen eorum fuiſſe primarium, ſed non credimus ſecundum ſcientiam, & quanquam nobis notus ſit Deus, nota Eccleſia, notus Petrus, inexplicabilis tamen eſt eorum ſubſtantia; Ideoque Clem. Alexandrinus lib. 7. ſtromatum dicebat *Eccleſiam eſſe rem præſtantiſſimam omnia alia ſuperantem, & nihil habentem ſimile vel æquale:* κατὰ τὰ ἄλλα ὑπερβάλλουσαν ἢ μηδὲν ἔχουσαν ὅμοιον ἢ ἴσον ἑαυτῇ Et Greg. Nazienz. Orat. 1. vocabat eam *vnum corpus perfectum*, ἓν ἄρτιον σῶμα. Et merito idem Clem. Alex. lib. 1. pædagogi cap. 6. eam vocat *miraculum myſticum*, & in hunc modum de ea dicturos exclamat, *O miraculum myſticum! vnus quidem vniuerſorum Pater, vnum eſt etiam verbum vniuerſorum, & Spiritus ſanctus vnus, & ipſe eſt vbique, vna autem ſola eſt Mater Virgo, mihi autem placet eam vocare Eccleſiam, lac non habuit Mater hæc ſola quoniam ſola non fuit mulier, Virgo eſt autem ſimul & Mater integra quidem & inuiolata vt Virgo amans autem vt Mater*, &c. Quamobrem Eulogius apud Photium orat. 5. diſputat contra illos qui humano ingenio Chriſtianam fidem comprehendi poſſe exiſtimant. Cauſæ vero quæ faciunt difficilem Eccleſiæ cognitionem ſunt admitãda quæ in ea reperiuntur. Admirandum enim eſt primo Eccleſiam eſſe corpus & Spiritum, ſenſibilem & intellectualem, corpus deniq; ſpirituale, vt conſtat ex Clem. Alex. ſtromat lib. 7 τὸ δὲ σῶμα τοῦτο, πνευματικὸν τουτέστιν ἡ ἁγία ἐκκλησία. *In hoc autem corpus ſpirituale ideſt ſancta Eccleſia.*

Admirandum eſt 2. eam eſſe typum diuinitatis & humanitatis Chriſti, vt poſtea oſtendemus.

Admirandum eſt 3. Eccleſiam eſſe ſimul

Virginem, & Matrem vt dicitur à Clemen. Alexand. loco ſupra citato. Et à Philippo Presbitero Commentario in Iob. 24. *Dicit ait Propheta mater Sion, & filia Sion dicet homo, hæc & Eccleſia eſt, non quod mater Sion, & filia Sion, ſed mater & in præcedentibus ad Dominum filios, filia eſt in ſubſequentibus, id eſt ad fidem quotidie venientibus, vel ſiue in miniſtris & plebibus ipſa eademque eſt mater & filia.*

Admirandum eſt 4. Eccleſiam eſſe vnam in cœlo & in terra ſeu terrenam & ſupernam Hieruſalem; Nam vt ait Greg. Nazianz. orat. 11. *Cœleſtis & ſuperna Hieruſalem quæ eſt Ciuitas Dei viui, & continet Eccleſiam primitiuorum conſcriptam in cœlis, cum hac terreſtri vnum veluti Eccleſiæ conficit Sacramentum.* Et ideirco vt recte adnotat Clem. Alex. l. 4. ſtromat. precamur etiam in terra fieri voluntatem Dei ſicut in cœlo, eo quod terreſtris Eccleſia ſit cœleſtis imago. *Cœleſtis, ait, Eccleſia imago eſt terreſtris, quo circa precamur etiam in terra fieri voluntatem Dei ſicut in cœlo.* Quod confirmatur ex Procopio in Exodum his verbis, *Externa ait Eccleſia extruitur ad exemplar Eccleſiæ primogenitorum*

Admirandum eſt 5. Eccleſiam eſſe in Epiſcopo, & Epiſcopum in Eccleſia; quod tamen dictum eſt à Diu. Cypriano. ep. 69. *Illi ſunt*, ait, *Eccleſia, plebs Sacerdoti adunata & Paſtori ſuo grex adhærens, vnde ſcire debes Epiſcopum in Eccleſia eſſe, & Eccleſiam in Epiſcopo.*

Admirandum eſt 6. Eccleſiam dici aſſumptam à Chriſto cum corpore ſuo in incarnatione, vt teſtatur D. Hieron. in Pſal. 29. *Chriſtus*, ait, *ſuſcepit Eccleſiam quando humanitatem carnis aſſumpſit.* Et tamen dici à Chriſto per reſurrectionem acquiſitam ab eodem D. Hieron. in Pſalm. 77. *Eccleſiam quam virtute glorioſa reſurrectionis ſuæ acquiſiuit.* Et dici inſuper in cruce ex ſanguine illius ædificatam, vt teſtatur D. Ambroſ. ſuper Apocal. Ioan. c. 6. *Adam, ait, Chriſtum figurauit, Euam vero Eccleſiam, & ſicut Eua ex latere viri dormientis facta eſt, ita & Eccleſia ex latere Chriſti in cruce pendentis fabricata eſt, quia eius ſanguine redempta & mundata eſt à ſordibus.* Et D. Aug. enarr. in Pſal. 127. *Viro dormienti Eua coniux facta eſt, morienti Chriſto Eccleſia coniux facta eſt, illa de latere viri cum coſta detracta eſt, hæc de latere Chriſti quando latus lancea percuſſum.* Sunt denique plurima alia admiranda, quæ iam prætermitto.

His non obſtantibus videndum, an Eccleſiæ corporis poſſit apud nos aliqua ratio conſtare, vt quid ſit Eccleſia oſtendamus

CAP. III.

NEc vero illa noſtræ mentis luminibus officiet altitudo Eccleſiæ, quin quantum conniti animo poterimus, efficiamus vt aliqua noſtræ fidei in hoc articulo ratio apud nos Chriſtianos conſtet, vt quid ſit Eccleſiæ corpus primum oſtendamus, & quænam huius corporis admirandæ proprietates, deinde vnde ſtatum ſuum accipiat Eccleſia, & denique quiſnam fuerit eius ſtatus tempore Chriſti & Apoſtolorum, & quiſnam etiam hoc tempore exiſtat.

Eccleſia eſt corpus ſpirituale & myſticum omni ex parte perfectum.

CAP. IV.

DIcimus Eccleſiam eſſe corpus ſpirituale & myſticum omni ex parte perfectum, cuius caput eſt Chriſtus Deus ſimul & homo, & anima huius corporis eſt Spiritus ſanctus. Dixi corpus ſpirituale, & patet ex Clemente Alexandrino loco ſupra citato lib. 7. ſtromatum. Dixi corpus omni ex parte perfectum, quod probatur ex Greg. Naz. orat. 1. Dixi cuius caput ſit Chriſtus, & patet ex D. Baſilio de Sancto Spiritu Ex D. Paulo ad Coloſ. 2. & Epheſ. 5. & ex Iſidoro Peluſiota lib. 1. ep. 193. & ex multis aliis. Dixi cuius anima ſit Spiritus ſanctus, quod patet ex D. Aug. ſerm. 186. de tempore, *Quod eſt*, ait, *in corpore noſtro anima, eſt Spiritus ſanctus in corpore.* Nec verò mirum, nam Eccleſia nullum eſt aliud corpus quam ipſum corpus Chriſti, ex natura diuina & humana conflatum; quod vero Eccleſia ſit corpus Chriſti teſtatur Greg. Nazianz. ep. 22. ad Cæſarienſes, *Porro*, ait, *cum omnibus Eccleſiis tanquam Chriſti corpori ſumma cura & ſollicitudine proſpiciendum ſit, tum maxime veſtræ quæ omnium fere Eccleſiarum mater & antiquiſſima fuit, & nunc eſt atque cenſetur, & ad quam tota Reſpublica Chriſtiana oculos conuicit, haud ſecus ac circulus centro circumſcriptus.* Et Leo Papa ep. 40. ad Anatolium cap. 2. Et D. Bernardus ſerm. 1. In conuerſione S. Pauli, qui id probat ex verbis Chriſti dicentis Paulo, *Quid me perſequeris, id eſt*, ait, *corpus meum Eccleſiam:* Item ſerm. in Feſto B. Magdalenæ, *Duo*, ait, *corpora habet Chriſtus, vnum quod ſuſcepit ex Virgine, alterum Eccleſiæ, quod charius habet benignitas redimentis, denique illud pro iſto morti expoſuit, & tormentis addictus Crucis*, &c.

Aſſumpſiſſe etiam Eccleſiam, oſtendit ſermone de verbis Pſalmi, *Quis aſcendet in montem Domini*, vbi de Chriſto dicit, ipſum ſibi omnia vniuiſſe, & aſſumpſiſſe, vel ſubſtantialiter, vel perſonaliter, vel ſpiritualiter, vel ſacramentaliter, & hoc vltimo modo aſſumpſiſſe Eccleſiam, *Et nunc vide, ait, quomodo trahat ad ſe omnia, quomodo ſibi omnia vniantur vnitate ſubſtantiali, perſonali, ſpirituali, ſacramentali, habet in ſe Patrem cum quo eſt vna ſubſtantia, habet aſſumptum hominem cum quo eſt vna perſona, habet adhærentem ſibi fidelem animam cum qua eſt Spiritus vnus, habet ſponſam Eccleſiam vnam omnium electorum cum qua eſt caro vna, & forte carnalis hæc vnio dicenda fuiſſe videbitur, ſed ſacramentalem dicere malui, dignius hoc vocabulum arbitratus præſertim occaſionem dante Apoſtolo vbi ait Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & Eccleſia.* Et ſane Chriſtus aſſumpſit eam ſicut aſſumpſerat corpus ſuum, & in infirmitate, & in fortitudine; in infirmitate quidem quatenus ſanguine martyrum creuit Eccleſia, vt verè Tertullianus nominarit *Martyrum ſanguinem ſemen Chriſtianorum*: Et Greg. orat. 23 dixerit, *Perſecutiones illuſtriorem quoque ſplendidioremque Eccleſiam reddidiſſe.* In fortitudine vero aſſumpſit vt recte habetur in Epitome Theodoti, ὁ μεγαλόδοξος Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν ἑαυτοῦ δυνάμει τὴν ἐκκλησίαν ἀνέλαβεν.

Ex eo quod Eccleſia ſit corpus Chriſti ſequitur primo ipſam eſſe typum diuinitatis Chriſti.

Cap. V.

EX eo verò quod Eccleſia ſit corpus à Chriſto aſſumptum, multa conſequuntur, cum enim Dominus noſter Ieſus Chriſtus, *Conſors ſit diuinitatis & Corporis*, vt loquitur D. Ambroſ. ad cap. 5. epiſt. ad Hebræos, ſequitur etiam Eccleſiam communicare diuinitati & humanitati Chriſti; Et imitari tum ipſam deitatem Chriſti, tum etiam carnem eius ſeu corpus verum.
B

Imitatur autem primo Deum vt vnum, nam ſicut Deus author eius, eſt vnus vbique, ita & Eccleſia ſemper vna etiam in pluribus locis, vt eleganter Clem. Alexand. lib. 7. ſtromatû. *Ex his, ait, quæ dicta ſunt manifeſtum eſſe exiſtimo vnam eſſe verum Eccleſiam, eam quæ verè eſt antiqua, nam cum vnus ſit Deus, & vnus Dominus, propterea id etiam quod eſt ſummè venerabile, & ex eo quod ſit ſolum laudatur, vt quod ſit imitatio principij, quod eſt vnum in vnius ergo naturæ ſortem cooptatur Eccleſia quæ eſt vna quam conantur, hæreſes in multas diſcindere, & ſubſtantia ergo & cogitatione, & principio & excellentia ſolam eſſe dicimus antiquam & Catholicam Eccleſiam in vnitatem fidei quæ eſt ex proprijs teſtamentis vel potius ex teſtamento quod eſt vnum diuerſis temporibus, in quibus Dei voluntate per vnum Dominum congregat eos qui ſunt iam ordinati quos prædeſtinauit Deus cum eos iuſtos futuros cognouiſſet ante mundi conſtitutionem. Cæterum Eccleſiæ quoque eminentia ſicut principium conſtructionis eſt ex vnitate, omnia alia ſuperans, & nihil habens ſibi ſimile vel æquale.*
C

Imitatur 2. Deum vt vniuerſalem & omnipotentem, omniumque rerum creatorem, id probatur ex Maximo Monaco, in liturgiæ expoſitione cap. 2. his verbis. *Sicut Deus qui infinita ſua potentia omnia fecit, & inuicem ſibi, licet diuerſa per prouidentiam conſtringit & connectit, & circa ſe tanquam cauſam & principium & finem omnia continens, facit vt inter ſe conſentiant, per vnam quæ ad ipſum tanquam ad principium referuntur facultatem: eodem modo ſuncta Dei Eccleſia eodem quo Deus in nos facere conſueuit, cum enim ſint propemodū innumerabiles viri mulieres, & pueri, & genere, & forma, & gentibus, & lingua, & viuendi ratione, & ætate ſtudiiſque, animis, artibus & moribus, rurſus autem ſcientia, auctoritate, fortuna, ordine, ſtatu & habitu plurimum à ſe inuicem diſiuncti & differentes vnam eis omnibus ex æquo dat & largitur diuinam formam, cor vnum dat, formam vnam, nec eſt diſtinctio Græci & Hebræi, etſi ſint proprietatibus diuerſi.*
D
E

Imitatur 3. Eccleſia Deum vt trinum in perſonis & vnum in eſſentia, quatenus ſcilicet vna & eadem Eccleſia eſt multiplex ratione locorum: nam diſtributio prima & generalis omnium Eccleſiarum fuit in tres Patriarchatus Romanum, Alexandrinum & Antiochenum, vt vnum eſſet per tres antiſtites ſacerdotium, ad Trinitatis inA ſtar cui vna eſt atque indiuidua poteſtas, vt rectè interpretatur Symmachus Papa ep. ad Eonium Arelatenſem Epiſcopum, his verbis. *Nam dum ad Trinitatis inſtar, cuius vna eſt atque indiuidua poteſtas, vnum ſit per diuerſos Antiſtites Sacerdotium.* Ita vt ex Symmacho dicendum ſit quod ſicut in Trinitate vna exiſtente eſſentia, tamen perſonæ differentes exiſtunt: ita Eccleſia vna eſt eſſentia licet plures particulares exiſtant, & ſicut omnes Trinitatis perſonæ originem ſumunt à Patre, qui eſt origo Filij & vterque Spiritus ſancti, ita Eccleſia Romana eſt origo aliarū. Quod confirmari poteſt de maximo Manacho in Liturgiæ expoſitione cap. 3. *Vna eſt, ait, in ſubſtantia Eccleſia, vt quæ non vna cum ſuis partibus propter ipſarum inter ſe inuicem partium differentiam diuidatur, ſed etiam partes ipſas ſui ipſius ad vnum relatione ab ea quæ eſt in vocatione differentia liberat & ambo idem inter ſe eſſe oſtendit & alterum alteri viciſſim idem eſſe quod vtrumque ſibi ipſi efficit.* Et ex D. Auguſtino tract. 17. in Ioan. vbi dicit. *Quod Apoſtoli erant vnum natura ſicut Trinitas.* Apoſtoli dicit, id eſt Eccleſia.
B

Sequitur 2. Eccleſiam eſſe typum corporis & humanitatis Chriſti.

CAP. VI.

C QVod Eccleſia multum de corpore naturali Chriſti habeat, ſitque eius typus, multis rationibus probari poteſt. Et primo eſt typus corporis Chriſti. Quia ſicut totum corpus Chriſti eſt in toto Sacramento ſeu myſterio corporis ſui, & totum in qualibet parte, ita etiam Eccleſia eſt tota in omnibus Eccleſiis & tota in vnaquaque Eccleſia, & ratio eſt quia Eccleſia indiuidua eſt; Ita vt qui vnam tenet omnes teneat vt rectè Optatus Mileuitanus l. 2. *Videtis, ait, vos in parte vnius regionis poſitos, & ab Eccleſia veſtris erroribus eſſe ſeparatos, fruſtra vobis ſolis hoc nomen Eccleſiæ cum ſuis dotibus vindicare, quæ magis apud nos ſunt quam apud vos, quas conſtat ita ſibi connexas indiuiduas eſſe vt intelligatur vna ab altera ſeparari non poſſe, etenim numerantur in nomine ſed vno intellectu ſuo iunguntur in corpore, vt in manu digiti, quos internallis ſingulos videmus eſſe diſtinctos, vnde qui tenet vnam totas teneat neceſſe eſt, cum vnuſquiſque à partibus ſeparari non poſſit. Adde quod nos vnam ſolùm ſed omnes propriè poſſidemus.* Et hoc eſt quod dicere voluit D. Cyprianus ep. 52. his verbis. *Epiſcopatus vnus eſt, cuius pars in ſolidum tenetur.* Et deinceps, *Indiuiduum Eccleſiæ Sacramentum.* Et D. Leo ep. ad Epiſcopos Galliæ Prouinciæ Vienenſis. Vbi ita loquitur de Diu. Petro. *Hunc in conſortium indiuiduæ vnitatis aſſumptum id quod ipſe erat, voluit nominari.* Et ſanè in iis locis notandum Eccleſiam dici indiuiduam, vel indiuiduum vitæ Sacramentum: omne enim quod indiuiduum eſt, vnum eſt, quod ſi multis competat in ſolidum competit, quia non eſt commune pro parte ſed in ſolidum, & ita eſt totum in toto, & totum in qualibet parte, verbi gratia ius ſeruitutis quod eſt indiuiduum ſi multis competat à multis in ſolidum vindicatur, & defenditur, quia ita commune eſt vt tamen pro parte non ſit commune, ſed vnum ſit in multis in ſolidum & ſeparatim, cùm quod vnuſquiſque habet idem ſit, quod non eſt propriè commune, ſed
D
E

vnum in multis, *Nec vlla ibi*, vt ait Pomponius, A *communio iuris ſeparatim intelligi poteſt*: & propterea cum Eccleſia ex locis ante allatis ſit indiuidua, erit etiam vna, nec per multiplicationem diuidetur ſed multiplicabitur potius; licet ratione locorum & materialiter dicatur diuidi.

Secundò, Eccleſia eſt typus corporis Chriſti, nam ſicut corpus Chriſti in cœlo eſt vnum & in terra multiplicatur, *Ita Eccleſia in cælo eſt vna, & in terris multiplex, pluralis in vnitate & vna in pluralitate*, vt loquitur D. Bernardus.

Tertiò, ſicut corpus Chriſti vt eſt in Sacramento Euchariſtiæ diuiſis ſpeciebus non diuiditur in partes, ſed ſolide multiplicatur, & totum vnicuique fideli in parte datur, vt teſtatur Greg. Nyſſenus in magna Catecheſi, *Attendere* ait, *oportet qui fieri potuit vt illud vnum corpus quod tot millibus fidelium per vniuerſum orbem aſſiduè diſtribuitur, totum vnicuique in parte quam accipit detur, & ipſum manet in ſeipſo totum*. Et D. Auguſt. ep. 163. *Per partes manducatur, & manet integer totus, per partes manducatur in Sacramento, & manet integer in Cælo*. Et Eutychius de Euchar. *Totum omne ſanctum corpus & pretioſum ſanguinem Domini accipit, licet partem horum quis acceperit: diuiditur enim pro indiuiſo omnibus propter admixtionem vt ſigillum*, &c. Similiter Eccleſia licet multiplicetur non diuiditur, & multæ numero Eccleſiæ, vna ſunt Eccleſia. Vt rectè D. Hilarius in Pſal. 131. *Superius, ait, erat, ſuper vno tabernaculo iuratum eſt, nunc autem multa tabernacula introibunt, ſunt enim vna Apoſtolorum Eccleſia de qua ſuperius votum eſt plures Eccleſia & multa tabernacula, ſed eadem Dei requies in pluribus eſt*. Et D. Chryſoſt. ſerm. 1. de Paſchate. *Victima comeditur in vnaquaque domo; multæ enim numero Eccleſia vna ſunt Eccleſia, vnus enim in illis eſt Chriſtus, vbique perfectus & indiuiſus; ideo perfecta erat in quaque domo victima*. Qui locus eſt valde notandus ad confirmationem iſtius doctrinæ.

Quartò, ſicut per corpus Chriſti nos vnum ſumus cum Chriſto, ita & per Eccleſiam vnum corpus myſticum efficimur, vt docet D. Chryſoſtomus homil. de myſtica Cœna. *Ille*, ait, *loquitur de Chriſto, noſtras voluntates nectit inter ſe, & facit nos eſſe vnum corpus & membra Chriſti, quia vnum corpus Chriſti participamus*.

Quintò, ſicut corpus Chriſti habet diuerſa membra, quorum vnum caput eſt, aliud pes, aliud manus: Ita Eccleſia habet plurimà membra, ſimilia membris corporis Chriſti, & vnum caput viſibile D. Petrum, vt teſtatur D. Paulus.

Sextò, ſicut in Incarnatione Chriſti, S. Maria alij nupta eſt & ab alio repleta, ita & Eccleſia, ſponſa eſt Epiſcopi, ſed à ſummi Spiritus gratia repletur, vt rectè D. Ambroſ. in Euang. Luc. c. 11. *Et ideo*, inquit, *fortaſſe Maria alij nupta, ab alio repleta, quia & ſingulæ Eccleſia ſpiritu quidem replentur & gratia, iunguntur tamen temporali ad ſpeciem Sacerdoti*. E Nam etiam ipſos Sacerdotes, & alios in Eccleſia conſtitutos virtus obumbrat Altiſſimi, vt ait idem D. Ambr. in Pſ. 44. *Et quod eſt in corpore noſtro anima, eſt Spiritus ſanctus in corpore Chriſti, quod eſt Eccleſia*, vt ait D. Aug. ſerm. 186. ſupra citato.

Quid ſit ſtatus perſonarum.

CAP. VII.

IAm agendum eſt de ſtatu Eccleſiæ, quod vt intelligatur oſtendendum eſt prius quid ſit ſtatus perſonarum apud Iuriſconſultos; Status ergo eſt conditio, conſtitutio & qualitas certa perſonæ, quæ dicitur caput perſonæ, à præſtantiori noſtri corporis parte, & ideo capitis minu-
B tio dicitur ſtatus mutatio lib. 1. D. de capite minutis. Ille vero ſtatus ſeu caput perſonarum tripliciter conſideratur, ratione libertatis, ciuitatis, & familiæ lib. vltim. D. de capit. minutis. Ratione libertatis, nempe vt quis ſit liber, nam ſerui ſtatum ſeu caput non habent lib. tert. de capit. minutis. Ratione ciuitatis vt quis ſit ciuis Romanus, non peregrinus, nam peregrini ſunt extra ciuitatem Romanam libr. ſex. §. ſolemus D. de hæredibus inſtituendis, idque ante conſtitutionem Antonini libr. 17. D. de ſtatu hominum. Ratione denique familiæ, vt quis ſit filius-familias, in ſui patris poteſtate, non aliena per adoptionem vel arrogationem libr. tert.
C de capit. minutis, itemque vt non ſit etiam ſui iuris per emancipationem, quia emancipari nemo poteſt niſi in ſeruilem cauſam deducatur d. libr. 3. Ex quo notandum, amittere familiam in qua quis natus ſit, licet fiat ſui iuris, eſſe capitis diminutionem, vt patet in emancipatis. Item venire in familiam alterius eſſe etiam capitis diminutionem, non autem naſci in familia, vt patet de filio naturali, & adoptiuo. Item ſeruum manumitti non eſſe capitis diminutionem aut ſtatus mutationem, ſed potius ſtatus acquiſitionem, dixi ſtatum eſſe conſtitutionem & qualitatem certam perſonæ, certam, tutam, ac bonam, quæ non facile immutatur, quod optime probat Tertul. libr. de fuga in perſecutione, *Non ſenſus*, inquit, *præiudicat ſtatus, ſed ſtatus ſen-*
D *ſus, ſtatus enim vniuſcuiuſque certum quid eſt, & dat ſenſui legem ita ſentiendi ſtatum ſicuti eſt, ſi autem ſtatus quidem bonum quod à Deo venit, (nihil enim à Deo non bonum quia diuinum quia rationale) ſenſus vero malum videtur, erit ſtatus in tuto, ſenſus in vitio, ſtatus optima res pudicitia, & veritas & iuſtitia, quæ à multorum ſenſu diſplicent, numquid ideo ſtatus ſenſui addicitur, ita & perſecutio ſtatu bona eſt, quia diuina & rationalis diſpoſitio, id eſt ſenſui, eorum vero quorum malo venit, diſplicet*. Et ideo Vignerius l. de lege humana v. 8. ſtatú ita definiuit, *Status in moralibus eſt quædam diſpoſitio, per quam homo diſponitur ſecundum modum ſuæ naturæ cum quadam immobilitate & quiete*. Quo ſane alludere videtur idem Tertul. lib. de carne Chriſti,
E cum ait Deum habere ſtatum à quo dimoueri non poſſit. *Periculum enim, ait, ſtatus ſui Deo nullum eſt*. Et Arnobius lib. 3. aduerſ. gentes, cum ait Religionem Chriſtianam ſtare ſeu ſtatum habere ſine vllis aſſertoribus. *Neque enim ſtare ſine aſſertoribus non poteſt Religio Chriſtiana, aut eo eſſe comprobabitur vera ſi aſtipulatores habuerit plurimos*.

Eccleſia habet iam dictum triplicem ſtatum.

CAP. VIII

IAm vero ſtatus aliquis reperitur in Eccleſia, iſque perpetuus, vt dicebamus de ſtatu Dei, & ſtatu religionis noſtræ, quod innuere videtur Iuſtinianus in l. 4. Cod. de ſumma Trinit. *Vnitatem (inquit) veſtræ Apoſtolicæ ſedis, & ſtatum ſanctarum Dei Eccleſiarum cuſtodire, qui hactenus obtinet, & incommotè permanet nulla intercedente contrarietate.* Iſque etiam triplex; eſt enim Eccleſia libera, ciuis cœli, & filia Dei.

Primò, ergo Libera eſt Eccleſia, nec vllus ei B dominatur vt patet ex Iſidoro Peluſiota lib. 1. ep. 311. *Eccleſia*, ait, *firmo loco defixa, eamque cauſam habet vt ipſi ne inferi quidem portæ dominentur, quemadmodum is qui eam conſtabiliuit pollicitus eſt.* Et Paſchalis Papa apud Suggerium, ait, *Eccleſiam pretioſo ſanguine Ieſu Chriſti redemptam & liberam conſtitutam.* Et licet plurimum in hoc mundo vexetur, Saltem in cœlo manet inconcuſſa, vt rectè D. Paulus, & ex eo D. Bernard. ſerm. 6. de Aſcenſione Domini: *Quæ ſurſum eſt*, inquit, *Hieruſalem libera eſt, quæ eſt mater noſtra*: Et Iſidorus Peluſiota l. 3. epiſt. 109. vbi oſtendit illud ſumptum eſſe ea D. Paolo. *Quæ enim ſurſum eſt Hieruſalem*, inquit Diuus Paulus, *libera eſt, quæ eſt mater noſtra.*

Secundò, eſt Ciuis cœli ſeu ſupernæ Hieruſa- C lem, imò ciuitas ipſa Dei viui, vt patet ex Greg. Naz. orat. 31. & 18. vbi dicit; *Vnam nobis patriam eſſe nempe Hieruſalem illam, quæ mente percipitur, non eas quas hîc anguſtis finibus conſcriptas videmus*: Et confirmatur ex Gilberto in Cantica Canticorum ſerm. 9. *Surſum eſt Hieruſalem cœleſtis, quæ eſt mater omnium noſtrum*, Et D. Bernardo ſuper Cantica ſerm. 27. & homil. 3. ſuper verba miſſus eſt, & ex D. Auguſtino, Oecumenio & aliis.

Tertiò, Eccleſia eſt Filia Dei, quod probat Iuſtinus martyr, dialogo cum Triphone Iudæo bis verbis Prophetæ, Audi filia & vide. Et D. Baſilius in Pſal. homilia in Pſal. 44. & ideo dicitur Eccleſia Dei à Greg. Nazianz. oratione vigeſima D prima, & Euſeb. lib. de demonſt. Euangelica: participat enim de Deo plurima, vt ſupra pluribus oſtendi.

Præter illa tria; pertinere etiam quodammodo ad ſtatum Eccleſiæ quod ſit ſponſa Chriſti, & mater Chriſtianorum.

CAP. IX.

ETiam ſi iure ciuili eſſe ſponſam, vel eſſe ma- E trem non propriè pertineat ad ſtatum perſonarum, nihilominus tamen plurimum facit ad dignitatem alicuius perſonæ, ipſam eſſe ſponſam alterius, qui ſtatum, vel caput habet perfectiſſimum, vt eſt Eccleſia ſponſa Chriſti & mater Chriſtianorum. Ea ſponſa Chriſti dicitur ab Iſidoro Peluſiota lib. 3 epiſt. 394. ſupra citata, & à D. Chryſoſtomo ſerm. poſt reditum ab exilio. Et à Clem. Alex. lib. 3. ſtromat. vbi dicitur, nulli alij

A præter Chriſtum nubere *Eccleſia*, inquit, *alij non iungitur matrimonio, ſponſum poſſidens Chriſtum.* Et à multis aliis. Idque merito, nam ſicut vxor coruſcat radiis mariti, ita & Eccleſia eſt veluti luna, quæ illuſtratur, & illuminatur à Chriſto ſole ſuo, vt rectè Origenes in num. cap. 28. homi. 23. *Diximus, ait, quod Neomenia feſtiuitas appellatur cum luna innouari cœperit, & ſoli proxima fuerit, penituſque coniuncta: ſol iuſtitiæ Chriſtus eſt, huic ſi luna, id eſt, Eccleſia ſua qua à lumine ipſius repletur iuncta fuerit, & penitus ei adhæſerit, ita vt ſecundum verbum Apoſtoli, qui ſe iungit Domino vnus ſit eo ſpiritus ſint, tunc feſtiuitatem Neomeniæ agit.* Item ſicut ſponſa venit in ſocietatem bonorum & malorum mariti ſui, ita & Eccleſia bibit eundem perſecu- B tionis & martyrij calicem, quem Chriſtus ſponſus illius primùm hauſit, vt teſtatur Clem. Alex. l. 4. ſtromat. quod & ad ſtatum eius pertinere Tertul. ait. lib. de præſcriptionib. c. 20. *Statu felix Eccleſia, cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt.*

Sponſa autem facta eſt, ſeu ſacramentum illud inter Chriſtum, & Eccleſiam inchoatum fuit, quando Chriſtus humanitatem carnis aſſumpſit, vt dicit D. Hieron. in Pſal. 29. Deinde verò illud ſacrum conſummatum in cruce, vt rectè D. Auguſt. in Pſalm. 127. loco ſupra citato, tunc enim propriè Eccleſia facta eſt vna caro cum Chriſto, vt dicit D. Hieronym. in ep. ad Epheſios cap. 5. bis verbis. *De Chriſto & Eccleſia omnis creden-* C *tium multitudo generata eſt, quæ vnum Eccleſiæ corpus effecta rurſum in latere Chriſti ponitur & coſtæ locum replet, & vnum viri corpus efficitur.*

Eſt etiam Eccleſia mater, vt patet ex D. Cypr. lib. de vnitate Eccleſiæ, *Vna*, ait, *eſt mater fœcunditatis ſucceſſibus copioſa, illius fœtu naſcimur, illius lacte nutrimur, ſpiritu eius animamur, hæc nos Deo ſeruat, hæc filios regno quos generauit aſſignat, quiſquis ab Eccleſia ſegregatus adulteræ iungitur à promiſſis Eccleſiæ ſeparatur, habere iam non poteſt Deum patrem, qui Eccleſiam non habeat matrem.* Et à D. Auguſt. lib. de moribus Eccleſiæ Catholicæ. *Merito*, ait, *Eccleſia Catholica mater Chriſtianorum veriſſima.*

Illa vero nos concipere dicitur per Verbum D Dei, & Catecheſin ante Baptiſmum, teſte D. Aug. lib. 2. de Symbolo ad Catechumenos cap. 1. *Ante baptiſmum, ait, quicunque Chriſtum credentes concepti quidem ſunt in vtero ſanctæ matris Eccleſiæ per ſignum crucis.* Per baptiſmum autem dicitur parere ea eod. D. Auguſt. lib. 1. cap. 15. de baptiſmo. *Eccleſia, ait, omnes per baptiſmum parit ſiue apud ſe, id eſt, ex vtero ſuo, ſiue extra ſe de ſemine viri ſui, ſiue de ſe, ſiue de ancilla, nam nec Iſmael magis Saræ filius fuit quam Agar, quia per ipſius iura coniugalia, & in ancilla minatus erat, & ex ancilla ſuſceptus, ſic & apud iſtos Eccleſia iure quod eſt in baptiſmo naſcuntur quicunque naſcuntur*: Quo exemplo probat baptiſmum hæreticorum valere, & per illum hære- E ticos generari ab Eccleſia licet non ex vtero Eccleſiæ, ſicut legitimus filius, natus eſt ex Abrahamo licet non ea Sara coniuge, ſed ex ancilla Agar, quo vtitur etiam in tractatu 12. in Ioannem. Ancillæ ait vterus accommodatus eſt, & Saræ voluntas, ideoque idem D. Auguſt. enarrat. in Pſalmum 57. exponens illud Pauli ad Galatas; *Filioli mei, quos iterum parturio donec formetur*

Chriſtus in vobis: Monet eos qui ſunt baptizandi, ne vt abortiui baptizentur ante tempus. *Expecta, ait, formari, noli tibi tribuere iuditium quod forte non noſti, carnalis es adhuc, conceptus es, eo ipſo quo accepiſti nomen Chriſti, ſacramento quodam natus es, in viſceribus matris, bonum eſt vt formatus exeas, ne abortiuus exeas generet te mater non abortiat, ſi patiens fueris vſquequo formeris, vſquequo in te cuncta ſit doctrina veritatis, continere te debent materna viſcera, ſi autem impatiētia tua concuſſeris latera matris tuæ, cum dolore quidē te excutit foras, ſed magis tuo malo quam ſuo.* Nos autem cum parit Eccleſia, parit, & generat filios Dei, & hæredes Chriſti, vt recte Diu. Auguſt. tract. 12. in Ioannem. *Si propter hæreditatem patris hominis temporalem naſcitur ex viſceribus matris carnalis, propter hæreditatem Patris Dei ſempiternam naſcuntur de viſceribus Eccleſiæ: generat enim Deus de Eccleſia filios.*

Et inter miracula eſt Eccleſiæ quod nos cum ſimus filij Eccleſiæ, ſumus etiam ipſa Eccleſia, vt rectè obſeruauit D. Auguſt. quæſt. Euangel. lib. 1. q. 18. *Quod enim, ait, rogante Centurione, & Chananæa muliere filij ipſorum ſanantur, intelligenda eſt Eccleſiæ perſona quæ ſibi eſt mater & filia, nam ſimul omnium, quibus conſtat Eccleſia, mater dicitur, ſinguli autem iidem ipſi filij appellātur.* Et in enarrat. in Pſalmum 127. *In carnalibus, ait, nuptiis alia vxor & alij filij, in Eccleſia quæ vxor ipſi quoque & filij ſunt: Ad Eccleſiam enim pertinebant Apoſtoli, & in membris Eccleſiæ erant, ergo in coniuge ipſius Chriſti erant, & tamen ipſa coniux erant ſecundum portionem ſuam quam in membris obtinebant.*

Aliter etiam poſſe ſtatum Eccleſiæ conſiderari Ratione Regiminis.

CAP. X.

POteſt etiam ſtatus Eccleſię conſiderari ratione diuerſi regiminis, & poteſtatis Sacerdotij, quam Deus in Eccleſia conſtituit quomodo dicimus ſtatum regni vel Reipublicæ, pro politica eius adminiſtratione, vt cum Florus lib. 1. hiſtoriæ cap. 9. *Dixit mutatum ſtatum ſub conſulibus.* Et Cicero ad Atticum. *fixum fundatum Reipublicæ ſtatum*, & ſic de alijs.

Status autem Eccleſiæ eo modo conſideratus triplex aſſignandus, & conſtituendus eſſe videtur, primus quo à Chriſto, miſſi ſunt Apoſtoli ſimul vna cum Petro, vt indiſtinctè & communiter Eccleſiam regerent, ſub Chriſto ſolo capite, Petro nondum conſtituto capite Eccleſiæ viſibili, licet eſſet deſtinatus in caput illius, & iam deſignatus, qui ſtatus Eccleſiæ non diu durauit, Petro, paulò poſt creato in caput Eccleſiæ. Et tunc Apoſtoli, atque Petrus ipſe, non erant niſi Miniſtri & Coadiutores Chriſti, & inter ſe æquales Cooperatores & Coepiſcopi.

Secundus eſt quo D. Petrus eſt conſtitutus caput aliorum Apoſtolorum, & totius Eccleſiæ, datis ei clauibus & mādato accepto à Chriſto vt gregem illius paſceret atque cuſtodiret, & tunc alij Apoſtoli, miſſionem ſuam exercere cœperunt in eo ſtatu ſub Petro viſibili capite Eccleſiæ, & ſub Chriſto ſimul, qui eam ante exercebant ſub ſolo Chriſti & Petri Coadiutores, non æquales vt ante in primo ſtatu ſed ſub eo capite tanquam membra poſiti, & ſine titulo proprio, titulo Petri ſub eo adminiſtrantes.

Tertius ſtatus eſt, quo ſortitione facta Prouinciarum in determinatis locis Apoſtoli conſtituti ſunt Epiſcopi cum titulo proprio, & titulus Petri qui erat vnicus in varios titulos fuit diuiſus; & quemadmodum Chriſtus Eccleſiam Apoſtolorum ad vnum Petrum deduxerat in 2. ſtatu, ita & de vno Petro ſeu Eccleſia Petri plures Eccleſias deduxit, ſine vlla imperfectione aut diminutione, vt dicimus *Deum de Deo lumen de lumine*, & corpus de corpore in Euchariſtia, nam ſicut in Chriſto ſecūdum hypoſtaſim aliud ad aliud coniungitur, nempe natura diuina ad naturam humanam, & tamen non fit Chriſtus alius & alius, ita Eccleſia non eſt alia & alia licet ſit alius & alius Epiſcopus vt recte Nicephorus dicebat ad Leonem Papam & hi tres ſtatus diſtincti ſunt, nam in primo omnes Apoſtoli fuerunt æquales Chriſti Coadiutores & Epiſcopi ſine Epiſcopatu etiam Petrus, Chriſto ſolo Eccleſiæ Pontificatum tenente, in 2. ſtatu Apoſtoli non fuerunt æquales Petro, ſed Petrus conſtitutus ſupra eos, & ſolus tenuit Pontificatum Chriſti, ipſique Apoſtoli fuerunt quidem Epiſcopi vt erant antea ſed ſine Epiſcopatu, & in Epiſcopatu Petri eius Coadiutores ac Miniſtri, & ita ſub Chriſto & Petro capite. In 3. ſtatu Apoſtoli cœperunt habere Epiſcopatum in titulum ſicuti Petrus diſtinctum à titulo Petri, ita tamen vt eam regerent ſub Petro viuente, & licet Chriſtus dederit poteſtatem illam Apoſtolis cum eos ordinauit ſeu conſecrauit Epiſcopos, & per eam eos conſtituerit æquales, tamen poſtea & quodammodo derogauit alium ſtatum eius conſtituendo, ex quo colligitur dediſſe eis eam poteſtatem vt ſcilicet eam variè exercerent prout ſcilicet varius eſſet Eccleſiæ ſtatus, nunc inordinate in primo ſtatu & ex æquo ſine Epiſcopatu Epiſcopi ſub Chriſto ſolo Epiſcopo, nunc ordinatius in ſecundo ſtatu, Epiſcopi etiam ſine Epiſcopatu ſub Chriſto Epiſcopo inuiſibili, & Petro viſibili. Denique ordinatiſſimè aſſignato vniquique ſuo Epiſcopatu, ita vt formas has regiminis diuerſas habuerit eccleſia, vel Chriſto ita inſtituente, qui conſtituit primum & ſecundum ſtatum, & fundamentum dedit etiam tertio ſtatui, vel Spiritu ſancto qui hunc tertium ſtatum dedit eccleſiæ. Nec mirum vt poſtea docebitur ita inordinatam fuiſſe aliquo tēpore eccleſiam, nam vt recte D. Bernardus ep. 276. ad Papam Eugenium, *Ordinatiſſimum aliquando eſt minus interdum aliquid ordinate fieri*: et ideo ſatius fuit eccleſiam naſcentem fuiſſe aliquo tempore communem omnibus Apoſtolis, poſteaque fuiſſe proprias cuiuſque atque diſtinctas eccleſias modo infra dicendo. ex quibus ſequitur Apoſtolos ante diuiſionem velut in communi & pro indiuiſo eccleſiam adminiſtraſſe tanquam Curiones Chriſti ſub Chriſto, poſtea ſub Petro etiam, vel tanquam Curiones, vel tanquam epiſcopos, vel tanquam Patriarchas, vel tanquam metropolitanos, & tanquam Curiones ſub Petro Epiſcopo, tanquam epiſcopos ſub Petro Metropolitano, tanquam Metropolitanos ſub Petro Patriarcha, tanquam Patriarchas ſub Petro ſummo Paſtore, & per Petrum ita vnitos Chriſto, vt ait Dionyſius Areop. vt nos poſtea dicemus.

Quomodo ſe geſſerit Chriſtus in ſuis tribus ſtatibus & Regiminibus Eccleſiæ conſtituendis

CAP. XI.

CErte cum Chriſtus primus erexerit Eccleſiam, eamque regendam reliquerit Apoſtolis ſuis, non aliter ſciri poterit quam poteſtatem habeant Apoſtoli, quàm ſi intelligamus, quam eis dederit Deus, & quomodo, quod in hoc capite obſeruandum venit, vnde quoque noſtræ doctrinæ fundamentum erit poſtea definiendũ.

Primò, ergo Chriſtus aſſumpſit naturam humanam, in qua aſſumptione poſuit primordium ædificationis Eccleſiæ ſuæ ſanctæ, vt ante probauimus.

Secundò, aſſumpſit ſibi diſcipulos plures, eoſque elegit ac vocauit, vt voluit ſicuti loquitur D. Lucas cap. 6. verſ. 13. non quidem omnes ſimul, ſed veluti primo Andræam, qui erat Ioannis Baptiſtæ Diſcipulus, Ioan. 1. verſ. 35. & ideo Diu. Andræas in Bibliotheca Photij dicitur ab Heſychio Presbytero Hieroſolymitano, *Primus Apoſtolorum factus, prima Eccleſiæ columna, ante Petrum petra, fundamenti fundamentum, initij primitiæ, vocans antequam vocaretur, adducens antequam adduceretur*, &c. Nam D. Andræas adduxit poſtridie Simonem fratrem ad Ieſum, Ioan. 1. v. 41. proximaque die Ieſus iter faciens in Galilæam vocauit Philippum, Ioan. 1. verſ. 45. & ita de alijs.

Tertiò, aliquo tempore poſt Chriſtus conuocatis omnibus diſcipulis ſuis quos habebat, elegit ex ipſis omnibus 12. quos & Apoſtolos nominauit Lucæ 6. verſ. 13. Idque oratione facta vt habetur loco citato, & confirmat Theophilactus, Lucæ 6. *Poſt orationem*, ait, *elegit Chriſtus diſcipulos, vt doceat etiam nos quando quempiam in ſpiritualem miniſterium ſumus electuri, cum precibus hoc faciamus vt docti à Deo, & ab illo petentibus reueletur quis idoneus ſit*. Elegit vero Chriſtus ex diſcipulis ſuis Apoſtolos, ſicut elegerat ex hominibus diſcipulos ipſos.

Quartò, Chriſtus dedit Apoſtolis ita electis poteſtatem multorum Chariſmatum, videlicet vt eijcerent Spiritus immundos, curarent omnem languorem & omnem infirmitatem, mortuos ſuſcitarent, leproſos mundarent, dæmones eijcerent & cætera quæ habentur Matt. cap. 10. v. 1. & ſequentibus. Prius autem dedit Chriſtus hanc poteſtatem Apoſtolis ſuis, quàm eis daret poteſtatem ſpiritualem, idque ita fecit vt per miracola redderet attentos populos ad fidem ſpiritualium rerum, quod ipſemet Chriſtus innuit Matth. 10. verſ. 8. dicens, *Euntes prædicate dicentes quia appropinquat regnum Cælorum, Infirmos curate, Mortuos ſuſcitate, Leproſos mundate, dæmones eijcite*, Et ideo D. Aug. li. 22. de Ciuitate Dei cap. 30. ait miracula fuiſſe neceſſaria vt mundus crederet. Et Chriſtus ipſe oſtẽdit Matt. 9. *Vt ſciatis*, ait, *quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, tunc ait Paralytico ſurge, tolle lectulum & vade in domum tuam*: Hinc e[illegible] vo[illegible] ſignificare per cognitionem poteſta[illegible] [illegible]rum deueniri poſſe ad cognitionem poteſtatis dimittendi peccata.

Quinto, cum Chriſtus videret ad prædicta miracula facienda non ſufficere 12. Apoſtolos, & meſſem eſſe multam ac operarios paucos, nempe 12. tantum Apoſtolos, quos ad illud opus iam deſtinauerat, deſignauit poſtea ex omnibus diſcipulis ſuis, alios 72. quibus dedit eandem poteſtatem miracula faciendi, Lucæ 1[illegible]. v. 1. de qua re mirabantur, cum antea vidiſſent illam poteſtatem fuiſſe tantum penes Apoſtolos.

Sextò, poſt datam ſupradictam poteſtatem, aliam maiorem pollicitus eſt Apoſtolis, quam tamen nondum eis dedit, & primum ſoli Petro promiſit poteſtatem omnem in Eccleſia, dicens ei, *Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ Inferi non præualebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues regni Cælorum, & quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in Cælis: & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in Cælis*, Matth. cap. 16. v. 18. & 19. Quæ promiſſio poteſtatis ſpiritualis, eſt valde ampla, & facta ſoli Petro, priuſquam aliquid Chriſtus promiſiſſet alijs Apoſtolis. Quod eſt notandum.

Septimò, promiſit etiam poſtea alijs omnibus Apoſtolis poteſtatem dimittendi peccata, Matth. cap. 18. verſ. 18. *Amen, Amen dico vobis quæcumque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in Cælo: & quæcumque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in Cælo*. Quæ promiſſio longe reſtrictior eſt quam promiſſio facta D. Petro, vt patet ex verbis earum promiſſionum, nec enim in iſta promittuntur eis dandæ claues regni Cœlorum, aut etiam vt ſint futuri petra ſuper quam ædificaturus ſit Chriſtus Eccleſiam ſuam. Porró licet Chriſtus has promiſſiones feciſſet Petro & alijs Apoſtolis, non impleuit tamen ſuam promiſſionem vitæ ſuæ tempore, ſed tantum poſt reſurrectionem, vt poſtea dicemus.

Octauò, Chriſtus antequam moreretur dedit omnibus 12. Apoſtolis ſimul poteſtatem conficiendi corporis ſui in vltima Cœna: Et ideo antequam daret eis poteſtatem ligandi & ſoluendi, & ratio eſt 1. quia Chriſtus nondum Eccleſiam ſuam ſanctificauerat ſanguine ſuo, aut adoptauerat amore, deinde quia oportebat Chriſtum dare prius Apoſtolis poteſtatem in ſuum verum corpus per Sacerdotium, quàm in myſticũ quod eſt Eccleſia, cum omnes ordines Clericorum accipiant ſuam perfectionem & finem à corpore Chriſti, vt ait Dionyſ. Areop. lib. de Eccleſ. Hierar. cap. 6. quæ duo hodie Eccleſia non ſeparat, quia non habet cauſam ſeparandi vti Chriſtus.

Nonò, Chriſtus poſt reſurrectionem promiſſiones ſuas voluit implere, & præſtare quod promiſerat tum Petro ſoli, tum Petro cum alijs Apoſtolis, & licet prius ſuam promiſſionem feciſſet Petro, quam alijs Apoſtolis, tamen prius præſtitit id quod promiſerat Apoſtolis vna cum Petro coniunctis, quàm id quod promiſerat ſoli Petro, quod habet ſuam rationem, vt dicemus poſtea. Dedit ergo Apoſtolis omnibus vna cum Petro poteſtatem quam eis promiſerat, eaque talis vt eſt data, enuntiatur Ioan. 20. verſ. 22. his verbis, *Sicut miſit me Pater & ego mitto vos, hæc cum dixiſſet inſufflauit & dixit eis, accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta ſunt*. In quibus verbis ſupplendum ex Matt. 18. & Mar.

ei 16. quod addidit Chriſtus, *Euntes in vniuerſum mundum*, item, *data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra*, & hoc quidem fecit in vna ex ſuis apparitionibus. Et notandum Chriſtum tunc dediſſe etiam Petro partem eorum, quæ ei promiſerat, nempe eam partem quam communem habere debebat cum aliis Apoſtolis, ſcilicet poteſtatem dimittendi peccata, & retinendi, non autem omnia, quæ promiſerat: pollicitus enim erat ei futurum vt eſſet petra ſuper quam ædificaretur Eccleſia; Item vt acciperet claues regni cœlorum; quod ſeparat Chriſtus tanquam proprium Petri, illud ei poſtea conceſſurus.

Poſtea ergo in alia poſteriore apparitione dedit reliquum Petro quod ei promiſerat, dicendo ei, *paſce oues meas*, Ioan. c. 20. Quæ verba, cum non viſus ſit Chriſtus vllis aliis, ea omnia ſignificant, vt habeat claues Eccleſiæ, & ſit petra ſupra quam Chriſtus ædificet Eccleſiam ſuam: Ex quibus patet tum promiſſionem, tum conceſſionem poteſtatis factam Petro & aliis Apoſtolis fuiſſe diuerſam, & diuerſis verbis & temporibus factam.

Ex eo quod Chriſtus ſeparatim illa promiſerit & dederit, multas oriri difficultates.

CAP. XII.

EX Antedictis multæ ſequuntur difficultates, quæ a nobis ſingulatim erunt expendendæ; Et ſpero me effecturum vt planũ fiat quis fuerit ſtatus Eccleſiæ tempore Apoſtolorum, quod nullus antea demonſtrauit.

Ergo videndum erit, quæ ſit illa poteſtas, quæ data eſt Apoſtolis ſimul congregatis, quando ordinati ſunt à Chriſto in Epiſcopos; An æqualis in omnibus Apoſtolis & ſine capite vel principe, an ſine iuriſdictione. Item an Apoſtoli per eam conſecrati ſint Epiſcopi a Chriſto ſine Epiſcopatu, & ab eo facti tantum miniſtri & coadiutores, an & cur ita regi debuerit aliquo tempore Eccleſia, & an vna tunc fuerit.

Deinde vero videndum etiam erit an poteſtas data Petro ſeparatim, quæ eſt tantum Iuriſdictionis, ſit diſtincta à poteſtate data ipſimet cum aliis Apoſtolis, item an ſit propria Petri, an etiam communicabilis aliis Apoſtolis; Et an per illam cœperint alij Apoſtoli eſſe eius coadiutores, & nouum ſtatum habuerit Eccleſia, item an Petrus fuerit primus Epiſcopus cum Epiſcopatus titulo, & quomodo cœperint alij Apoſtoli habere Epiſcopatum, & cur facta diuiſio Epiſcopatuum.

Oſtenditur poteſtatem datam Apoſtolis ſimul conſtitutis, fuiſſe æqualem, indiuiduam, indiſtinctam & in ſolidum & cum iuriſdictione, per eam Apoſtolos fuiſſe Epiſcopos ſine Epiſcopatu, & ſub Chriſto capite, eiuſque miniſtros, qui eſt primus Eccleſiæ ſtatus.

CAP. XIII.

NOn eſt dubitandum quin poteſtas dimittendi peccata Apoſtolis conceſſa, ſit omnium maxima; quæ coniungitur à D. Chryſoſtomo l. 3. de Sacerdotio, cum poteſtate conficiendi corporis Chriſti, quaſi nihilo ea inferior præſtet. Et dicitur ab eodem illo loco, *Principatus ſine quo neque ſalutis, neque promiſſorum bonorum compotes fieri poſſumus.* Et dicitur à D. Cypriano Ep. 55. *Sublimis ac diuina poteſtas.* Et laudatur ſupra omnem poteſtatem ab Iſidoro Peluſiota lib. 2. Epiſt. 5. quod agnouit etiam ipſe Simon Magus in Act. Apoſt. c. 8. dicens, *Date mihi hanc poteſtatem*, &c. Vnde etiam Epiſcopatus ſeu Pontificatus dicitur à Dionyſio Areopagita, *Ordo perficiente vi præditus.*

Eam vero poteſtatem datam fuiſſe communiter in ſolidum omnibus Apoſtolis, & indiuidue cum Iuriſdictione videtur, ita vt eſſet tota in toto, & tota in quolibet, & poſſet tunc quilibet eorum ex æquo peccata dimittere, prædicare, baptiſare in Epiſcopatu Chriſti, tanquam miniſter eius, & ſub eo tantum capite, Petro nondum ſubſtituto, & ſic Apoſtoli eſſent ſibi inuicem cooperatores, nullus tamen eorum haberet Eccleſiam propriam, aut Iuriſdictionem ſeparatam, ſed tanquam in re communi indiuidua in ſolidum omnes laborarent, & exercerent poteſtatem illam ſibi datam initio ordinationis ſuæ, ſub Chriſto capite ſolo, qui fuit primus ſtatus Eccleſiæ, ſine Epiſcopatu proprio, donec Epiſcopatum acquirerent martyrio, ſicut Chriſtus Eccleſiam ſibi morte comparauerat: Et donec ſortitione orbis, fierent diſtinctiones ſediũ Epiſcopalium. Illud vero probatur ex D. Ambroſio in Epiſt. ad Epheſios cap. 4. his verbis *Poſtquam omnibus locis Eccleſiæ ſunt conſtitutæ, & officia ordinata, aliter compoſita res eſt quam cœperat, primum enim omnes docebant, & omnes baptiſabant quibuſcumque diebus vel temporibus fuiſſet occaſio, vt ergo creſceret plebs, & multiplicaretur, omnibus inter initia conceſſum eſt euangeliſare, & baptiſare, & ſcripturas in Eccleſia explanare: at vbi autem omnia loca complexa eſt Eccleſia conuenticula conſtituta ſunt & rectores, & cætera officia in Eccleſijs ſunt ordinata, vt nullus de clero auderet qui ordinatus non eſſet præſumere officium quod ſciret non ſibi creditum vel conceſſum, hinc ergo eſt vnde nunc neque Diaconi in populo prædicant, neque clerici vel laici baptiſant, neque quocumque die credentes tinguntur, niſi ægri.* Et ex D. Hieronymo in Ep. ad Titum cap. 1. vbi dicit Apoſtolus in commune antea initio rexiſſe Eccleſiam. *Antequam*, ait, *diceretur in populis ego ſum Pauli, ego Apollo, ego Cephæ communi Presbyterorum Concilio Eccleſiæ gubernabantur*; Quæ fuit etiam ſententia D. Chryſoſt. homil. 55. In Matth. cap. 16. *Cum*, ait, *curam vniuerſi orbis omnibus Apoſtolis in commune eſſe traditam, ſed ſub vno capite ſub vno Paſtore, nimirum Chriſto.* Quare Epiphanius In Anacephalæoſi, dicit Apoſtolus feciſſe inter ſe, *μίαν πνευματικὴν ὑπόστασιν*, id eſt vnam ſpiritualem ſubſiſtentiam, quatenus ſcilicet quilibet eorum in ſolidum & in commune poteſtatem ſuam in Eccleſia exercebant. Et Irenæus libro aduerſ. hæreſes cap. 5. de Apoſtolis ita loquitur, *Omnes*, ait, *pariter & ſinguli eorum habuerunt Euangelium*: Et D. Auguſt. tract. 17. cap. 17. *Erant vnum natura ſicut Trinitas*: Et D. Ignatius vocat Epiſcopatum, *Miniſterium ad commune pertinens*, *τὴν διακονίαν τὴν εἰς τὸ κοινὸν ἀνήκουσαν*. Et D. Chryſoſt. lib. 6. de Sacerdotio vocat ipſum, *Epiſcopum*

Sacerdotem pro vniuerſo terrarum orbe legatum, omnium Patrem. Et homilia 6. ad Timoth. atque eo ſane referenda ſunt ea quæ habet Paulus Ep. 1. ad Corinthios cap. 1. de quibuſdam dicentibus ego ſum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Chriſti, quos reprehendit cap. 3. his verbis, *Cum enim quis dicat ego quidem ſum Pauli, alius autem Apollo, nonne homines eſtis, quid igitur eſt Apollo, quid vero Paulus, miniſtri eius cui credidiſtis, & vnicuique ſicut Dominus dedit, ego plantaui, Apollo rigauit, ſed Deus incrementum dedit:* Ex quo loco patet propter illam communitatem fidelium, ab apoſtolis conuerſorum accidiſſe, vt vnus ſe eſſe Cephæ diceret, alter Pauli; Colligitur enim Cepham & Paulum fuiſſe tantum Miniſtros B Chriſti, vt ibi dicitur. Et confirmatur ex Diu. Ambr. in eandem Ep. 1. ad Corinth. cap. 4. ad ea verba, Dei enim ſumus operis adiutores *Hæc*, inquit, *ad Apoſtolorum perſonam pertinet, quos conſtat Dei eſſe adiutores quia Vicarii ſunt Chriſti.* Colligitur 3. Ius præuentionis habuiſſe locum inter Apoſtolos propter quod ius præuentionis fiebat vt alij dicerent ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ; ſed & id apertius probatur ex eodem D. Paulo Ep. ad Romanos vbi ſe præuentum eſſe alicubi ipſemet fatetur: *Ita autem*, ait, *Euangelium annunciare, non vbi nominatus eſt Chriſtus ne ſuper alienum fundamentum ædificarem, ſed ſicut ſcriptum eſt quibus non eſt annunciatum de eo videbunt, & qui non audierunt intelligent quapropter etiam impediebar frequenter venire ad vos:* C Fatetur enim ibi D. Paulus ſe non potuiſſe ibi prædicare verbum Dei, vbi alii prædicauerant: Idemque ep. 1. ad Cor. c. 3. dicit è contrario ſe alicubi præueniſſe alios in fundamento fidei ponendo, aliosque poſt ipſum ſuperædificare, *Secundum gratiam Dei, quæ data eſt mihi vt ſapiens architectus fundamentum poſui, alius autem ſuperædificat:* Nec præuentio illa caret ratione Iuris Ciuilis: iure enim ciuili pluribus ſimul factis procuratoribus ad actionem vnam in ſolidum, præuentio vnius cæteros excludit l. 32. de D procuratoribus. Mandatum enim habebant omnes Apoſtoli ſimul ad fidem prædicandam, & Eccleſiam conſtituendam in commune, donec eſſent determinatæ Eccleſiæ, & vnuſquiſq; in ſua ſede illam poteſtatem exerceret; & ſicut in mundi creatione prius lucem creauit Deus quam ſolem aut alia ſydera, ita ſimiliter Chriſtus prius Epiſcopalem dignitatem atque poteſtatem inſtituit in Apoſtolis, qui erant lux mundi, quam eam in Epiſcopatus certos diſtinxiſſet, & in ſuis ſedibus tanquam ſydera in cœlo collocaſſet, qui fuit ſtatus, vt dixi, primus Eccleſiæ: nec mirum videri poteſt alicui Apoſtolos ita vſos tunc fuiſſe ſua poteſtate, & aliter poſtea cum eſſent ſuam peculiarem Eccleſiam ſortiti, nam vt recte Greg. E Nazianz. orat. 28. *Republica hoc aut illo modo ſe habente, ſingulos etiam eodem modo affici neceſſe eſt.* Is autem tunc erat ſtatus Eccleſiæ, vt vnus eſſet Chriſtus Pontifex ſuæ Eccleſiæ & caput, omneſque Apoſtoli, etiam Petrus, eſſent miniſtri, coadiutores, cooperatores, Coepiſcopi, Eccleſiæ Chriſti.

Atque ex his manifeſtum fit Apoſtolos initio fuiſſe equidem Epiſcopos, vt patet ex Goffrido tractatu de ordinat. ſed ſine Epiſcopatu proprio, A in Epiſcopatu vel Archiepiſcopatu Chriſti: quod ſane confirmatur ex epiſtola D. Gregorij ad Bonifacium, vbi dicit ſe ordinaſſe eum Epiſcopum ſine throno ac ſede, eumque miſiſſe in Germaniam ad acquirendum Epiſcopatum per conuerſionem Germanorum, idque exemplo Apoſtolorum qui ita ordinati ſunt à Chriſto. *Tam*, ait, *reuerendam fraternitatem ad imitationem Apoſtolorum, qui Domino ſubeunte præcepti ſunt euntes prædicare Euangelium, in partibus Heſperiarum ad illuminationem Germaniæ gentis, in vmbra mortis ſedentis direximus*, &c. Et ex epiſtola D. Chryſoſtomi 14. ad Olympiadem vbi dicit ſe eodem modo creaſſe Epiſcopum Vnilam virum admirandum, & in Gotthiam ad B acquirendum Epiſcopatum miſiſſe. Et videtur D. Paulus in eo ſemper ſtatu manſiſſe, vt, licet alij Apoſtoli diſtributis terrarum regionibus, proprias obtinerent cathedras, ipſe nullam ſpecialiter retinuerit; inſtitutione & ſimilitudine quam Chriſti vt exiſtimat Petrus Damiani lib. 2. ep. 16. Et ſane non aliunde manauit ille mos in Eccleſia creandi Epiſcopos ſine Epiſcopatu, nam plures tales conſecrati ſunt vt Barſes & Eulogius, teſte Nicephoro lib. 11. hiſt. Eccleſ. c. 4. *Extitere*, ait, *Barſes & Eulogius, qui ambo poſt longum Monaſtici exercitij certamen Epiſcopi ſunt facti, non in vrbe aliqua, ſed honoris gratia in Monaſteriis ſuis Epiſcopalem conſecuti ſunt conſecrationem.* Et Paulinus etiam qui ep. ad Se- C uerum Sulpitium, de ſemetipſo dicit id ſibi pro fuiſſe ordinatum eſſe, & nulli Eccleſiæ alligatum, verba ſunt, *Nam ea conditione in Barcinonenſi Eccleſia conſecrari adductus ſum, vt ipſi Eccleſiæ non alliger, in Sacerdotium tantum Domini, non etiam in locum Eccleſiæ dedicatus.* Et ep. ad B. Auguſtinum quæ eſt inter Auguſtinianas 355. vbi ita loquitur de B. Ambroſio, *Suo*, ait, *me clero vendicare voluit, vt etſi diuerſis locis degam ipſius Presbyter cenſear.* Et legimus in Concilio Matiſconenſi 2. *Epiſcopos ſedem non habentes ſubſcripſiſſe.* Verum id poſtea prohibitum eſt, & definitum à Concilio Chalcedonenſi ne ordinationes fierent niſi ſpecialiter aſſignaretur Eccleſia. et D in Leonis epiſt. 92. ad Ruſticum Narbonenſem cap. 1. dicitur, *Quod vana habenda eſt ordinatio, quæ nec loco fundata eſt, nec authoritate munita.* Et in conſtitutionibus Apoſtolicis lib. 8. cap. 1. dicitur quod Epiſcopi & Presbyteri aliquorum ſunt Sacerdotes, & laici aliquorum laici. Atque id factum eſt propter multos pſeudo-Epiſcopos vt dicitur in eadem Leonis epiſtola, qui ſe dicebant ordinatos cum non eſſent, nam cum ordinatio fit in ſede aliqua, non poteſt eſſe ignota ordinatio, vt colligitur dicta epiſtola Leonis. Deinde quia Epiſcopi ordinati ſine ſede, nullius Epiſcopi poſſunt dici, vt dicitur eadem ep. 92. ſunt enim vagantes nec ſine alterius Epiſcopi ve- E nia poſſunt vllam adminiſtrationem facere, vt patet ex Concilio Vienneuſi c. 13. Sed non tales fuerunt Apoſtoli, in Epiſcopatu Chriſti conſtituti cum iuriſdictione, quod colligitur ex illis verbis ordinationis ſuæ, cum dixit Chriſtus ſicut miſit me Pater & ego mitto vos, in quibus ineſt etiam hoc myſterium, vt quemadmodum Chriſtus per mortem acquiſiuit hanc poteſtatem, ita & illi Eccleſias ſuas martyrio fundarent, quod poſtea oſtendemus.

Rationes

Rationes plures aperiuntur propter quas Chriſtus voluit Eccleſiam ſuam aliquo tempore eſſe in eo ſtatu.

CAP. XIV.

RAtiooes vero multæ ſunt propter quas Chriſtus voluit Eccleſiam ſuam aliquo tempore eſſe in eo ſtatu, ſine vllo alio capite præter ſeipſum; Et par eſſet poteſtas ac munus Apoſtolorum inter ſe.

Ratio prima eſt, quia iam Chriſtus initio indiſtinctè coniunxerat Apoſtolos cum diſcipulis in miniſterio Matt. 9. & Lucæ 10. Item Apoſtolos cootunxerat in myſterio Euchariſtiæ. Ideoque oportuit eos initio etiam ſimul operari ſaluti populi inter primordia Eccleſiæ, necnon æquum etiam fuit Eccleſiam poſt omnia Sacramenta in ea inſtituta fuiſſe aliquo tempore ſub Chriſto ſolo capite, vt ita in eo omnes vnum fierent immediate, iuxta illud Ioan. 17. *Vt omnes vnum ſint ſicut tu Pater in me & ego in te vt ipſi in nobis vnum ſint, vt credat mundus quia tu me miſiſti* Quia vt ait Nicephorus Conſtantinopolitanus ad Leonem Papam, *In Eccleſia Dei non eſt primus & poſterius, ſicut nec Iudæus, nec Græcus, nec Barbarus, nec ſeruus, nec liber ſed omnes in Chriſto vnum ſumus*, licet aliter vtatur illa ratione.

Secunda ratio eſt quia neceſſarium fuit vt ſtatim atque ſanguis Chriſti effuſus eſſet pro redemptione hominum, quaſi tempore plenariæ indulgentiæ, omnes Apoſtoli poſſent illum per Sacramenta applicare fidelibus, nec tam attenderetur ordo, quam gratiæ neceſſitas, & feſtinaretur in ſalute hominibus procuranda, ſicut feſtinanter manducandus erat Agnus, vt dicitur à Gregor. Nazianz orat. 42. Quomodo ipſe Chriſtus feſtinauit ſanctitatem afferre homini, & tyrannum ſuperare, & Deum ipſum ad nos reducere, nobiſque reconciliare; quo fit vt ſiue propter illam neceſſitatem ſalutis, ſiue ob plenitudinem Redemptionis noſtræ Eccleſiæ ſtatus tunc requireret vt non eſſet diuiſio, ſed vnio poteſtatis Apoſtolorum, nam vt rectè D. Bernardus ſerm. 2. in ſeptuageſima. *Ceſſabit diuiſio cum venerit plenitudo, & erit totius ſanctæ ciuitatis participatio in idipſum*, Et apertè teſtatur Heſychius lib. 7. in Leuit. tunc temporis non ſolùm Apoſtolos, ſed etiam diſcipulos indiſtinctè, in Eccleſia ſuam poteſtatem, in redemptione animarum exercuiſſe, verba ſunt. *Non ſolis autem luminis Apoſtolis, hanc peragere redemptionem, ſed & diſcipulis eorum.*

Tertia eſt, quia Deus voluit Eccleſiam ſuam hoc temporis momento eſſe ad inſtar Eccleſiæ cæleſtis ſeu primogenitorum, quæ non habet, nec habebit niſi Chriſtum caput, ceſſante ſacerdotio hominum, & omnibus ſacris reductis, in fine ſæculorum ad eum ſolum, vt rectè Gregor. Nazianz. orat. 11. oſtendit deſcribens Eccleſiam primogenitorum ſeu Eccleſiam cæleſtem. Nam vt ait Clem. Alexandrinus lib. 6. ſtromat. *Hæ quoque in Eccleſia progreſſiones Epiſcoporum, Presbyterorum, Diaconorum ſunt vt arbitror imitationes gloriæ Angelicæ, & illius œconomicæ diſpenſationis*, &c. Et denique ſicut Eccleſia incœpit ſub Chriſto ſolo capite, ita & in cœlo tandem non habebit niſi Chriſtum caput.

Quarta eſt: quia opportuit Chriſtum prius plures Epiſcopos inſtituere, & ita vnum ex ijs aſſumere, in principem aliorum de quo diceretur, illud pſalmi 44. *Vnxit te Deus præ conſortibus ſuis*; Et ſicut cum Chriſtus Apoſtolos eos fecit, neminem principem Apoſtolorum declarauit, cum ſacerdotes ordinauit, neminem fecit principem ſacerdotum, Ita cum fecit Epiſcopos, potuit neminem facere principem Epiſcoporum, maximè cum principatus ille nihil habeat commune cum poteſtate characteris.

Quinta eſt, quia vt ait D. Chryſoſt. hom. 14. ad Corinth. 1. *In Apoſtolis nulla erat inuidia, ſed vnum ſpectabant, nempe Eccleſiæ ædificationem, etſi minor erat, qui operabatur omni ſtudio ei opem ferebant & confirmabant.* Ideoque nullum fuit periculum inde ex illa communione miniſterij inter eos.

Sexta eſt, quia ſicut ante legem Moyſi, licuit prouidentia propagandæ ſucceſſionis plures habere vxores, & filios etiam ex Ancilla ſuſcipere ſine concupiſcentiæ voluptate: ita Apoſtolis charitate ſeminandæ veritatis licuit paſſim prædicare, vt dicitur in can. 73. 1. q. 4.

Septima eſt, ideò datam fuiſſe in commune Eccleſiam, quia nondum facta erat diuiſio Eccleſiarum.

Octaua eſt, vt Spiritus ſancti dona ſtatim ad plures extenderentur, ideoque Apoſtoli dicuntur primates gratiæ à Gelaſio Papa I. *Ipſi*, ait, *vtique Apoſtoli ipſi Eccleſiæ principaliter, & parentes qui primordialiter ſancti Spiritus dona ſumpſerunt, qua Eccleſiis miniſtraret ſpiritaliter incrementis, primitias ſpiritus habentes quaſi primates gratiæ Dei.*

Nona vt D. Petrus poſtea ſummus conſtituendus, putaret non omnia facienda eſſe in Eccleſia ἀρχοντικῶς, ſed de Concilio cæterorum, quomodo D. Chryſoſtomus ait Petrum vbi agebatur de Circumciſione nihil ἀρχοντικῶς egiſſe, ſed de Concilio cæterorum. Et ideo Michael Conſtantin. Patriarcha, dicebat in conſtitutione Synodali quam refert Balſamon in can. 58. Synod. Carthag. quædam adhuc manſiſſe communia omnibus, Epiſcopis, non obſtante diuiſione Epiſcopatuum.

Decima eſt, vt fieret manifeſtum Eccleſiæ Hierarchiam non futuram vno Epiſcopo contentam, nam vt ait Zonaras, in can. 54. Synod. Carthag. *Vtile eſt Eccleſiæ, hoc eſt, fidelibus Epiſcopos conſtitui vtilitate videlicet neceſſaria.*

Vndecima, quia prius oportuit eſſe gregem quam paſtorem, & priùs ſubditos quam Prælatum, maxime cum Chriſtus ſemper paſcat, & regat Eccleſiam, ſitque æternus, & magnus pontifex Dei, vt ait Clem. Alexandrin. admonitione ad gentes.

Duodecima eſt, quia Eccleſia fuit initio parua, ita vt facile potuerit regi ab vno ſolo Epiſcopo, nempe Diuo Petro.

Oſtenditur ſoli Petro datam poſtea fuiſſe, aliam poteſtatem; & ſtatum Eccleſiæ mutatum, & Apoſtolos ſub Chriſto, & Petro tunc miniſtraſſe.

CAP. XV.

IAm vero quod attinet ad illam poteſtatem, quæ data eſt poſtea ſoli Petro nominatim, de ea multa ſunt nobis dicenda, quæ in ſumma hoc capite continebuntur, & ſequentibus capitulis eiſdem nobis oſtẽdenda. Dicimus igitur D. Petrũ ſpecialiter aſſumptũ fuiſſe à Chriſto, in conſortium indiuiduæ vnitatis, eique nouam iuriſdictionis poteſtatem datam fuiſſe à Chriſto, his verbis, *Paſce oues meas, paſce agnos meos*, in ipſos Apoſtolos, nec tamen Chriſtum cum dedit hanc poteſtatem Petro abrogaſſe poteſtatem aliorum Apoſtolorum, ſed ei tantum in eo derogaſſe, vt mutato aliquatenus ſtatu Eccleſiæ, Apoſtoli qui regebant Eccleſiam indiſtinctè, indiuidue, & in communi, ſub Chriſto tantùm capite quaſi eius miniſtri eam poſtea regerent, adhuc quidem etiam indiſtincte, & in communi propter neceſſitatem Eccleſiæ, ſed ſub Chriſto, & ſub Petro ſimul eius vicario, & Eccleſiæ rectore. Ita vt Chriſtus videatur tunc vltimam formam dediſſe Eccleſiæ dando ei Epiſcopum & Hierarcham, quæ antea nullum habebat præpoſitum præter Chriſtum, & ita Chriſtus reduxerit Eccleſiam ad vnum caput viſibile, & fecerit eam alio modo vnam, quod ad eius perfectionem videbatur neceſſarium, vt eſſet inter Apoſtolos qui Chriſtum repræſentaret. Verum iſtam poteſtatem conceſſit Petro Chriſtus, eumque ita paſtorem fecit Eccleſiæ, vt voluerit præfecturam eius eſſe communicabilem duobus modis, ſuis quidem ſucceſſoribus in totum, aliis vero inferioribus in aliquo gradu inferiori, & ita alios Apoſtolos fieri etiam Paſtores alicuius Eccleſiæ, ſed interim exercere poteſtatẽ ſibi à Chriſto iam datam indiſtincte, & communiter vt ante ſub ipſo tamen Petro, qui eam exercebant ſub ſolo Chriſto, neceſſitate Eccleſiæ ædificandæ id requirente, vt omnes adhuc promiſcuè in ea laborarent, & ædificarent ſupra Petram ſecundam ſicut ædificauerant, ſupra primam petram, nempe Chriſtum Vnde factum eſt, vt Petrus fuerit primus Epiſcopus Eccleſiæ perfectæ, atque diſtinctæ, primuſque Hierarcha à Chriſto Domino conſtitutus, denique primus qui Eccleſiam habuit in titulum; Alij vero Apoſtoli imitatione formæ Petri à Chriſto conſtitutæ, titulum acceperint in Eccleſia Petri, & velut lumen de lumine, Eccleſiam de Eccleſia Petri fecerint, ſine vlla tamen imperfectione, id eſt, non tanquam eius vicarij, ſed tanquam veri Epiſcopi, poſt acquiſitionem illius ab eis factam.

Probantur ſigillatim ſingula quæ dicta ſunt de poteſtate Petri capite ſuperiori.

CAP. XVI.

DIxi Chriſtum ſingulari modo aſſumpſiſſe Petrum in Vicarium vt recte Diu. Leo ep.
A ad Epiſcopos Galliæ Prouinciæ Viennenſis, *Huius muneris*, ait, *Sacramentum ita Dominus ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, vt in Beatiſſimo Petro Apoſtolorum ſummo principaliter collocaret, vt ab ipſo quaſi quodam capite dona ſua velut in corpus omne diffunderet, vt exſortem ſe myſterij intelligeret eſſe diuini, qui auſus eſſet à Petri ſoliditate diſcedere: hunc enim in conſortium indiuiduæ vnitatis aſſumptum, id quod ipſe erat voluit nominare, dicendo tu es Petrus.*

Dixi Chriſtum dediſſe Petro nouam poteſtatẽ iuriſdictionis, nam Petrus iam acceperat cum aliis Apoſtolis poteſtatem ligandi atque ſoluen-
B di; Iam vero dicitur ei paſce oues meas, quod non fuerat dictum antea & ſane patet debuiſſe Chriſtum transferre gregem ſuum & oues ſuas facto aliquo aut verbis in Apoſtolos, vt patet ex regula iuris. Et cum oues ſint Chriſti, non fuerunt datæ aliis Apoſtolis niſi ſoli Petro, alij enim Apoſtoli coadiutores tantum fuerunt & miniſtri Chriſti, non vicarij eius eo ſcilicet modo quo Petrus.

Dixi poteſtatem illam fuiſſe datam Petro, his verbis, paſce oues meas, paſce agnos meos. Et ita Patres Eccleſiæ exiſtimant. Nicolaus 1. ep. ad Metropolitanos & Epiſcop. Conſtantinopolitanæ ſedi ſubiectos. D. Greg. lib. 4. ep. 32.
C ad Mauritium Imperatorem. D. Chryſoſt. lib. 2. de Sacerdotio in principio, Eucherius Lugdunenſis ſerm. in vigil. Petri Euſeb. Emiſſenus in ſerm. nat. Ioan. Euang. vbi etiam obſeruat prius Chriſtum dixiſſe paſce agnos, tum paſce oues, quod non ſolum Paſtorem ſed Paſtorum Paſtorem conſtitueret, *Prius*, ait, *agnos deinde oues commiſit, quia non ſolum Paſtorem ſed Paſtorum Paſtorem eum conſtituit. paſcit igitur Petrus agnos, paſcit & oues, paſcit filios paſcit & matres regit & ſubditos & Prelatos: omnium igitur Paſtor eſt quia præter agnos & oues in Eccleſia nihil eſt.* Idemque habet Eucherius loco citato. *Domi-*
D *nus Petro*, ait, *paſce oues meas, prius agnos & deinde oues commiſit ei, quia non ſolum paſtorem, ſed Paſtorem Paſtorum conſtituit, paſcit igitur Petrus agnos, paſcit & oues, paſcit & filios, paſcit & matres*, &c. Quare Arnobius in pſalm. 138. notat nullum Apoſtolorum factum Paſtorem vt petrum, quia nulli dictum eſt paſce oues meas, ita vt Petrus habuerit commune Paſtoris nomen cum Chriſto non alij ſicut etiam Maxim. Turin. Epiſcopus homil. in natiuit. Apoſtolorum Petri & Pauli notat, Petrum ſolum habuiſſe commune cum Chriſto nomen petræ.

Sunt tamen alij qui exiſtimãt poteſtatem illam datam eſſe Petro his verbis tu es Petrus & tibi dabo claues, vt Anacletus ep. 3. c. 3. Alexander 1.
E ep. 1. Iulius 1. ep. 2. Pius 1. ep. 1. Ioan. Patriarcha Conſtantinopolitan. ep. ad Horſmiſdam Papam, & Greg. 7. lib. 8. ep. 21. ad Epiſcopum Metenſem. Item ipſe Diu. Auguſt. ſerm. 5. de feſto ſancti Petri & Pauli his verbis. *Dignus certe qui ædificandis in domo Dei populis lapis eſſet ad fundamentum, columna ad ſuſtentaculum, clauis ad regnum* Et S. Marcel. ep. 1. *Ipſe*, ait, *eſt caput totius Eccleſiæ, cui ait Dominus tu es Petrus*, &c. Itemque D. Hylarius c. 6. in Matth. 5. Et Beda homilia in die SS. Petri & Pauli & Stephanus 3. ep. ad Carolum & Carolomanum. Et Adrianus

1. epiſt. 3. & Nicolaus 1. ep. 6. & alij multi: Sed hoc illi dicunt quia promiſerat Chriſtus principatum ſub illis verbis, & impoſſibile eſt mentiri Deum, ἀδύνατον ψεύσασθαι τὸν θεὸν, vt ait D. Chryſ. lib. 1. de prouidentia.

Sunt & alij qui putant datam his verbis, rogaui pro te vt non deficiat fides tua, & confirma fratres tuos, vt Fœlix 1. ep. ad Benignum, Agatho ep. ad Conſtantinum in 6. Synodo act. 4. Nicolaus 1. ep. ad Michaelem, Innocent. 3. ep. ad Epiſc. Arelatenſ. Innocent. 2. ad Epiſcopum Senonenſem, Leo 1. ſerm. 3. de aſſumpt. ſua Bernardus ep. 190 Lucius 1. ep. ad Epiſcopos Hiſpaniæ & Galliæ, & D. Auguſt. 204. quæſt. veteris & noui teſtamenti 75. his verbis, *pro petro*, ait, *rogabat, & pro Iacobo & pro Ioanne non rogabat, vt cæteros taceam, manifeſtum enim eſt in Petro omnes contineri, rogans enim pro petro pro omnibus rogaſſe dignoſcitur* Et propter illam orationem Chriſti ſeu illa verba colligunt omnes Eccleſiam Romanam non poſſe errare & eſſe immaculatam vt loquitur D. Hieron. contra Ruffinum, & conſtat ex Marco Papa ep. ad Athanaſium, & Concilio generali 6. act 8.

Et ſane huius poteſtatis datæ Petro multa ſigna & argumenta proceſſerunt aut ſubſecuta ſunt, vt quod Chriſtus pro ſe & Petro voluit ſolui didragma non pro alijs teſte D. Auguſt. in q. noui teſtamentiq; 75. *Saluator*, ait, *cum pro ſe & petro dare iubet didragma, pro omnibus exſoluiſſe videtur, quia ſicut in ſolutione erant omnes cauſa magiſterij, ſic & poſt ſaluatorem omnes in Petro continerentur, ipſum enim conſtituit eſſe caput eorum vt eſſet paſtor gregis Dominici ſicut Chriſtus Dominus eum fundamentum ſuæ Eccleſiæ appellauerat in eo Petrus*, &c. Et teſte etiã D. Hier. com. in Math ca. 18. in hæc verba, *Quis putas maior eſt in regno cælorum, quia viderunt*, ait, *pro Petro & Domino idem tributum reddi, arbitrati ſunt Petrum omnibus eſſe prælatum*. Et Chryſoſt. homil. 59. in Matth. ait, *Ad vnum delatus honor eſt, tunc maxime doluerunt quamquam non ex hac re ſolum, ſed ex alijs multis inflammati fuerunt, tum quia dixit dabo tibi claues regni cælorum, tum quia beatus es Simon, tum etiam hic da ex illis pro me & te*. Item deinde quod ſolus iuſſus eſt mittere hamum; iuriſdictio enim Petri hamo ſignatur Can. eſt aliud 24. q. 1. *Eſt aliud*, inquit, *Canon. piſcandi genus quo genere ſolum Petrum piſcari Dominus iubet, dicens mitte hamum, & eum piſcem qui primus aſcendet tolle*. Et can. plurimus diſt. 82. *Et ideo*, ait, *ſolus Petrus piſcatur hoc genere, ipſe enim habet poteſtatem ligandi atque ſoluendi præ alijs*. Tertiò quod Petrus primus Apoſtolorum ſemper loquutus ſit in cœtu Apoſtolorum, aut primus reſponderit Chriſto eos interroganti vt Marci c. 10. Lucæ 8. quod obſeruauit D. Chryſoſt. homil 21. in acta. *Vide*, ait, *vbique Petrum circumcurſare, & primum inueniri quando eligendus Apoſtolus, hic primus, quando loquendum Iudæis non eſſe ebrios Apoſtolos, quando curandus claudus, quando concionandum hic præ alijs eſt, quando agendum contra principes, quando contra Ananiam, quando ab vmbra ſanationes fiebant hic erat*. Et ideo Petrus dictus eſt totius Apoſtolici cœtus os, à Theophilacto in cap. 21. Ioannis. Et à D. Chryſoſtomo, homil. 58. in S. Matthæum. Quartò quod Petrus pri-

A mus nominetur Apoſtolorum Matth. 10. v. 2. & tamen ipſe non fuerit primus vocatione ſed Andræas vnde colligitur eſſe primum dignitate, vt rectè D. Ambroſ. in 2. ad Corint. cap. 2. *Prior*, ait, *ſecutus eſt Andræas Saluatorem quam Petrus & tamen primatum non accepit Andræas ſed Petrus*. Quæ omnia eleganter complexus eſt Innocentius 3. lib. 1. myſteriorum Miſſæ cap. 8. *Omnibus*, ait, *Apoſtolis Chriſtus vnum præpoſuit videlicet Petrum, cui totius Eccleſiæ principatum & ante paſſionem & poſt paſſionem commiſit, ante paſſionem cum dixit tu es Petrus; licet enim omnibus Apoſtolis communiter dixerit, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, principaliter petro conceſſit cum dixit quodcumq; ligaueris, &c. Circa paſ-*

B *ſionem autem cum pluraliter dixiſſet omnibus Simõ ecce ſatanas expetiuit vos vt cribraret ſicut triticum, ſingulariter tamen pro Petro ſubiunxit, ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua ſtatimque ſubiunxit & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos ad Petrum autem tanquam ad magiſtrum pertinet cæteros confirmare, &c. Poſt paſſionem cum tertio quæſiſſet à Petro Simon Iona diligis me plus his & ille 3. reſpondiſſet Domino tu ſcis quia amo te, tertioque præcepit paſce oues meas, ſtatimq; ſubiunxit ſequere me, Petrus enim ſecutus eſt Chriſtum non ſolum in genere martyrij ſed etiã in ordine magiſterij.*

Quapropter ſancti Patres ſemper vocauerunt Petrum caput & principem Apoſt. D. Dionyſ. de diuin. nominib. c. 3. vocat, *Supremum decus &*

C *antiquiſſimum Theologorum columen ſummum, & verticalem Apoſtolum*. Et D. Chryſoſt. hom. 58. in S. Matth. 5. *Os & principem Apoſtolorum, verticem totius conſiſtorij Paſtorem ac caput Eccleſiæ*. Et Euſeb. lib. 2. hiſt. c. 14. *probatiſſimum omnium Apoſtolorum, ac maximum fidei magnificentia Primorum Principem?* Et Cyril. Hieroſol. Cathec. 2. *Diſcipulorum ex inſtitutione Chriſti primum, & regni cælorum Clauigerum*. Et Cyril. Alexandrin. lib. 2. in Ioannem c. 94. *Principem caputque cæterorum*. Et iterum Chryſoſt. homil. 55. in Matth. *paſtorem & caput vniuerſoque terrarum orbi à Chriſto præfectum & propoſitũ*. Et Ori-

D gen in c. 1. Ioannis. Et Epiphanius hæreſi 51. *Ducem Diſcipulorum*. Et D. Hieron. l. 1. contra Iouinianum, *Caput omnium Apoſtolorum creatum à Domino*. Et D. Aug. in Pſal. 108. *Primatu a Domino donatum*. Et Synodus Chalcedon. act. 3. *Petram & crepidinem Eccleſiæ Catholicæ & rectæ fidei fundamentum*. Et Sozomen. lib. 7. c. 4. *Principem Apoſtolorum*. Et Hyppol. Martyr. orat. de conſumm. mundi, *Mundi principem & fidei Petram*. Et S. Petrus Alexand. ſer. de pœnit. & D. Baſil. in proœmio regularum latius diſputatum, & Caſſian. l. 3. c. 12. de Incarnat. Domini, *Principem Apoſtolorum*. Et Optatus Mileuitanus lib. 2. contra donat. & D. Hieron. in Pſalm. 13. *Caput Eccleſiæ*.

E Dixi Chriſtum dando hanc nouam poteſtatem Petro non ſuſtuliſſe aut abrogaſſe quidem vllo modo poteſtatem Apoſtolorum, ſed ei quodammodo derogaſſe poteſtati, & mutaſſe ſtatum Eccleſiæ conſtituendo in ea Petrum ſupra alios Epiſcopos. Vt patet ex Optato Mileuitano libro 2. *Petrus præferri omnibus Apoſtolis meruit, & regni cælorum claues cæteris communicandas ſolus accepit*. Et ex Theophilacto in cap. 2. Ioan. *Tradidit Petro præfecturam ſi-*

delictum omnium. Et Euthymio cap. vlt. Ioan. Petrus accepit *Præſidentiam ſupra diſcipulos.* Et Leone Magno ſerm. 3. de aſſumptione ſua ad Pontifie. *De toto mundo vnus Petrus eligitur qui & vniuerſarum gentium vocationi, & omnibus Apoſtolis cunctiſque Eccleſiæ partibus præponatur, vt quamuis in populo Dei ſint multi Sacerdotes multique Paſtores, omnes tamen propriè regat Petrus quos principaliter regit & Chriſtus.* Hæc autem præfectura ſeu præſidentia nouum ſtatim dedit Eccleſiæ; Et cum ſpecialis & poſterior illa generali poteſtate aliorum Apoſtolorum fuerit, non eſt dubium quin poteſtati aliorum Apoſtolorum derogauerit cum poſteriora prioribus & ſpecies generi in omnibus derogare exiſtimetur lib. 80. D. de regulis iuris. Specialis autem dicitur à Diuo Leone epiſtola 89. ad Epiſcop. Viennenſes. *Cum præ cæteris ſoluendi & ligandi poteſtas tradita ſit paſcendarum tamen ouium cura ſpecialius mandata eſt.* Et perſonale ius à Tertuliano lib. de pudiritia, *Qualis es euertens atque commutans manifeſtam Domini intentionem perſonaliter hoc Petro conferentem, ſuper te inquit ædificabo Eccleſiam meam.*

Dixi Chriſtum ita reduxiſſe Eccleſiam ad vnum caput, eamque feciſſe alio modo vnam, quod probatur ex D. Hieronymo dial. aduerſ. Lucifer. c. 4. *Eccleſia*, ait, *ſalus à ſummi Sacerdotis dignitate pendet, cui ſi non exſors quædam & ab hominibus eminens donata poteſtas, tot in Eccleſiis efficiuntur ſchiſmata, quot Sacerdotes.* Et ex D. Cyprian. l. de vnitate Eccleſiæ, *Et quamuis*, ait, *Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuam parem poteſtatem tribuat & dicat ſicut miſit me pater, &c. Tamen vt vnitatem manifeſtaret vnam cathedram conſtituit, & vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientem ſua authoritate diſpoſuit, &c.* Et ex Optato l. 2. *Omnium Apoſtolorum caput Petrus Romæ ſedit, vt in illa vna cathedra vnitas ab omnibus ſeruaretur ne cæteri Apoſtoli ſingulas cathedras ſibi quiſque defenderet.* Idemque probatur ex D. Th. l. 4. contra gentes cap. 76. &c certè alio modo facta eſt Eccleſia vna, quandoquidem antea omnes erant æquales & nullus qui repreſentaret Chriſtum caput eorum, vt poſtea Petrus conſtitutus caput repreſentauit. Teſte D. Aug. in quæſt. veteris & noui teſtamenti q. 75. *Sicut*, ait, *in Saluatore erant omnes cauſa magiſterij ita & poſt Saluatorem, in Petro omnes continentur: ipſum enim conſtituit caput eorum vt Paſtor eſſet gregis Dominici*, & teſte Cyrillo Alexandr. apud D. Th. lib. contra Græcos, *ſicut Chriſtus accepit à Patre ſceptrum Eccleſiæ gentium dux ex Iſraële egrediens ſuper omnem principatum & poteſtatem, ſic & Petro Chriſtus quod ſuum eſt plenum ſed ipſi ſoli dedit.* Et confirmatur ex Leone ad Epiſcopos Galliæ Prouinciæ Viennenſis, *Huius*, ait, *muneris Sacramentum ita Dominus ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit vt in beatiſſimo Petro Apoſtolorum ſummo principaliter collocaret vt ab ipſo quaſi capite dona ſua velut in corpus diffunderet, vt exortem ſe myſterij intelligeret eſſe diuini, qui auſus eſſet à Petri ſanctitate diſcedere, hunc enim in cõſortium indiuiduæ vnitatis aſſumptum, id quod ipſe erat voluit nominari, dicendo tu es Petrus, &c.*

Diximus præfecturam illam paſcendi gregem ita fuiſſe datam Petro, vt eſſet tamen communicabilis vel ſuis in totum ſucceſſoribus, vel aliis in gradu inferiori, probatur ex D. Aug. in pſal. 108. vbi dicit poteſtatem illam cum data eſt Pe-

A tro, datam etiam eſſe toti Eccleſiæ, ſub perſona & figura Petri, & quod ei datum referendum eſſe ad Eccleſiam quam ſignificabat, hæc enim eſt mens Diu. Aug. vt data ei ſit tanquam communicabilis, qui tamen laborauit in eo explicando ſicut & nos laboramus, nam vt ait Eccleſiaſtes cap. 1. Cunctę res difficiles non poteſt eas homo explicare ſermone. Verba D. Auguſt. pſalm. 108. hæc ſunt, *Quædam dicuntur, quæ ad Apoſtolum Petrum propriè pertinere videantur, nec tamen habent illuſtrem intellectum, niſi cum*
B *referuntur ad Eccleſiam, cuius ille agnoſcitur in figura geſtaſſe perſonam, propter primatum quem in diſcipulis habuit, ſicuti eſt tibi dabo claues.* Et tract. 50. in Ioan. *Si in Petro non eſſet Eccleſiæ ſacramentum non ei diceret Dominus tibi dabo claues, &c. Et ſi hoc Petro tantum dictũ eſt, non hoc facit Eccleſia, ſed ſi in Eccl. hoc fit, Petrus quando claues accepit, Eccleſiam ſanctam ſignificauit.* Et tractatu 124. in Ioan. *Quod ad Petrum propriè pertinet, natura vnus homo erat gratia vnus Chriſtianus, abundantiore gratia vnus idemque primus Apoſtolus, ſed quando ei dictum eſt tibi dabo claues, &c. Vniuerſam ſignificauit Eccleſiam.* Et iterum eodem tractatu, *Petrus Apoſtolus propter Apoſtolatus ſui primatum totius Eccleſiæ gerebat figurata generalitate perſonam.* Idem aſſerunt Tertull. in Scorpia-
C co cap. 10. *Si & adhuc clauſum eſt cælum memento claues eius hic Dominum Petro & per eum Eccleſiæ reliquiſſe.* Et Photius etiam in Bibliotheca, vbi cum retuliſſet illud Eulogij lib. 2. *Ideo*, ait, *nec alteri cui quam diſcipulo dixit Saluator, tibi dabo claues regni cælorum, ſed ſoli Petro.* Addit Photius, *Hoc*, ait, *Eulogius veriſimilius quam verius; & ſi enim Petro dictum eſt, verumtamen in perſona Coryphæi & cæteris Apoſtolis talis poteſtas data eſt.* Et D. Ambroſius in Pſal. 38. *Quod Petro dicitur Apoſtolis dicitur, non Poteſtatem vſurpauimus ſed ſeruimus Imperio.* Et Iſidorus in alleg. *Petrus perſonã Eccleſiæ geſtat quæ habet Poteſtatem dimittendi peccata, Apoſtoli quoque ſolius Eccleſiæ portant typum. Quia & iidem in dimit-*
D *tendo ſimilem acceperunt poteſtatem, habentes quidem & formam Patriarcharum, qui per verbũ prædicationis in toto orbe terrarũ Deo populos ſpiritualiter genuerunt.* Et Optatus Meleuitanus lib. 7. vbi de Petro ita loquitur, *Et præferri cæteris Apoſtolis meruit & claues regni cælorum communicandas ſolus accepit.* Et Origenes tract. 1. in Matth. vbi dicit, *Ea quæ dicta ſunt Petro, tu es Petrus, eſſe communia omnibus Apoſtolis, & ſuper ipſis & ædificatum eſſe Eccleſiam, & portas inferi non præualere aduerſus eorum Eccleſias vti nec aduerſus Eccleſiam Petri.*

Dixi eſſe communicabilẽ totam ſucceſſoribus in Eccleſia Romana, & ſecundum partem aliis, probatur prima pars ex D. Chryſoſtomo l. 2. de ſacerdotio, *Quoniam eadem de cauſa idem ille*
E *(ſupple. Chriſtus) ſanguinem effudit ſuum certe, vt oues eas acquireret quarum curam, tum Petro, tum Petri ſucceſſoribus committebat*; Nam vt habet Concilium Nicænum can. 39. *Sicut Petrus primatum tenuit in Eccleſia, ita & ſummi pontifices eius ſucceſſores; ille ait qui tenet ſedem Romæ caput eſt, & princeps omnium Patriarcharum; quandoquidem ipſe eſt primus ſicut Petrus, cui data eſt poteſtas in omnes Chriſtian. principes, & omnes populos eorum, vt qui ſit Vicarius Chriſti Domini noſtri ſuper cunctos populos, & vniuerſam Eccleſiam Chriſti: & quecunque contradixeret à Synodo excommunicatur.* Et Concilium

Eph. can. 16. *Nullum dubium imo ſæculis omnibus*
notum eſt ſanctum beatiſſimumque Petrum Apoſto-
lorum principem, & caput fideique columnam Ca-
tholicæ fundatam, à Domino Ieſu Chriſto ſaluatore
noſtro cæleſtis regni claues accepiſſe ſoluendi atque li-
gandi poteſtate quā acceperat viuum fuiſſe, atcnō per
ſucceſſores ſuos huc vſque viuere. Et Concil. Con-
ſtantinopol. contra Monothelitas act. 8. vbi quod
Agatho Papa dictauerat cenſetur dictatum à D.
Petro. Et Concilium Nicænum 2. c. 3. *Romana*
Eccleſia diſponente Domino ſuper alias ordinaria
poteſtatis obtinet principatum, vtpote mater vni-
uerſorum Chriſti fidelium, & magiſtra. Dixi in
Romana Eccleſia, nam ea eſt quæ poſſidet prin-
cipatum, vt recte Irenæus lib. 3. cap. 3. vbi dicit:
Ad Romanam Eccleſiam propter potiorem principa-
litatem oportere omnes Eccleſias conuenire: Et
Tertull. de præſcript. hæretic. *Nonne*, ait,
tandem ſedem Romæ à S. Petro locatam primum
dixit, & eius Pontifices B. Petro ſucceſſiſſe, in ea-
dem ſede quam præcipuam vocat, ad cuius tribunal
ſolummodo in dubiis fidei recurrendum? Et D. Cy-
prian. lib. 1. ep. 7. *Hanc cathedram S. Petri vocat*
Eccleſiam principalem, vnde vnitas ſacerdotalis or-
ta ſit. Et D. Athan. ep. ad ſolitariam vitam de-
gentes, ait, *Romanam Eccleſiam eſſe ſedem Apo-*
ſtolicam, & poteſtatum culmen. Et Sozom. lib. 4.
cap. 16. hiſt. *Vocat matrem omnium ſedem.* Et
Leo ep. 84. *Matrem ac Dominam* Et Gr. l. 2. reg.
ep. 30. *Matrem, magiſtram principemque.* Et D.
Baſil. ep. 77. *Caput vniuerſalis Eccleſiæ.* Et D.
Hieronym. ep. 16. *Tutiſſimum portum communio-*
nis Catholicæ. Probatur 2. pars, nam diſtributio-
ne Eccleſiæ, quam totaliter habebat Petrus fa-
cta aliis Apoſtolis, illi vocati tantū videntur in par-
tem ſollicitudinis, & facti particulares ac locales
Epiſcopi, vt recte Leo 10. in Concil. Lateran. ſeſſ.
10. *Mature*, ait, *conſiderantes quod poſt Chriſti ad*
cælos Aſcenſionem Apoſtoli per ſingulas vrbes, &
Diœceſes Epiſcopos diſtribuerunt ſicut S. R. Eccleſia
per orbem conſtituit eoſdem Epiſcopos in partem ſo-
licitudinis vocando, onera gradatim diſtribuendo
per Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos Et
D. Cyprian. ep. 55. vbi dicit; *Singulis Paſtoribus*
portionem gregis eſſe adſcriptam, quam regat vnuſ-
quiſque & gubernet rationem ſui actus Domino
redditurus. Et lib. de vnitate Eccleſiæ. *Epiſcopa-*
tus vnus eſt cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur.

Dixi Petrum à Chriſto primum habuiſſe titu-
lum Eccleſiæ, alios vero poſtea, ab Apoſtolis vel
Synodis imitatione eius. Et probatur prima pars.
Nam ideo Eccleſia Petri ſola à Chriſto fuit in-
ſtituta; Eccleſiæ vero particulares ab Apoſtolis vel
Synodis, vt dicitur can. ſacroſancta diſt. 22. *Sa-*
croſancta Romana & Apoſtolica Eccleſia, non ab
Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino ſaluatore noſtro pri-
matum obtinuit, & eminentiam poteſtatis ſuper
vniuerſas Eccleſias ac totum Chriſtiani populi gre-
gem aſſecuta eſt, ſicut ipſi beato Petro Apoſtolo dixit
tu es Petrus. Et can. omnes ead. diſt. *Eccleſiam*
Romanam fundauit verbum quo cælum conſtru-
ctum eſt. Et can. quamuis diſt. 21. *Quamuis vni-*
uerſæ Eccleſiæ vnus thalamus Chriſti ſint ſancta ta-
men Roma Catholica, & Apoſtolica Eccleſia nullis Sy-
nodicis conſtitutis cæteris Eccleſiis prælata eſt, ſed
Euangelica voce Domini & Saluatoris noſtri pri-
matum obtinuit. Et can. ita Dominus diſt. 19 quem
prætermitto, & Synodo Carthaginenſi Ep ad
Ianuarium: *Cum ſit vna Eccleſia à Chriſto Domi-*

A *no ſuper Petrum Apoſtolum ab initio verbo virtu-*
tis fundata. Et ita Nicolaus primus Ep. ad Mi-
chaëlem Imperatorem ait, *Priuilegia Romanæ*
Eccleſiæ à Chriſto donata, Synodis vero œcumeni-
cis non donata, ſed celebrata atque honorata, Et
ep. ad Mediolanenſes, *Eccleſiam Romanam ſolus*
ipſe Chriſtus fundauit, & ſuper Petram fidei mox
naſcentis erexit, qui B. Petro æternæ vitæ clauigero
terreni ſimul & cæleſtis Imperii iura commiſit non
ergo quælibet terrena ſententia, ſed illud verbum
quo conſtructum eſt cælum & terra, & per quod de-
B *nique omnia condita ſunt elementa Romanam fun-*
dauit Eccleſiam, illius certo priuilegio fungitur cu-
ius authoritate fulcitur. Et Gelaſius primus in
Concilio Romano. *Romana*, ait, *Eccleſia cæteris*
Prælata eſt non Synodicis conſtitutis, ſed Euan-
gelica voce Domini, & Saluatoris noſtri Primatum
obtinuit tu es Petrus. Et Innocentius tertius cap.
nouit de iudice. *Cum non humanæ conſtitutioni,*
ſed diuinæ potius innitamur quia poteſtas noſtra
non eſt ex homine ſed ex Deo. Et D. Thomas
opuſculo contra errores Græcorum c. 64. 65. 66.
vbi de primatu Petri agit, & refert verba Cyrilli
ſupra citata. Et Iſidorus lib. 2. de officiis cap. 5.
In nouo teſtamento poſt Chriſtum ſacerdotalis ordo
ab Apoſtolo Petro cœpit, ipſi enim primus Ponti-
ficatus datus eſt, in Eccleſia Chriſti dicens Domi-
C *nus tu es Petrus.* Idemque habetur in Concil. A-
quiſgranenſi ſub Stephano 5. *In nouo*, ait, *teſta-*
mento poſt Chriſtum ſacerdotalis ordo à Petro Apo-
ſtolo cœpit, ipſi enim primum datus eſt Pontifica-
tus in Eccleſia Chriſti, &c. Probatur ſecunda,
pars alias ecceleſias conſtitutas eſſe ab Apoſtolis
vel Synodis, nam Petrus vel eius ſucceſſores alias
Eccleſias inſtituerunt, can. omnes diſt. 22. & pa-
tet ex Hugone Etheriano, temporibus Emanue-
lis Conſtantini, qui ita alloquitur Græcos. *Ex*
ipſa re euidentia apparet, quod Petrum eiuſque
ſucceſſorem ſcilicet Romanum Pontificem Chriſtus
principem, & caput non modo Latinorum, Græco-
rum Occidentis, Septentrionis vniuerſi: verùm &
Armeniorum, Arabum, Iudæorum, Medianitarum,
D *Amalechitarum, & totius Orientis & meridiani*
climatis, in perpetuum conſtituit, ob quam rem oc-
cidui ſoli limites vniuerſi Petri ſucceſſorem vſque
nunc ſibi Dominum recognoſcunt, & ſub ipſo præ-
ſule diriguntur, quòd omnem ab vtero gremioque
matris errantem facere opportunum eſt, Petrus enim
magnus Chriſti Apoſtolus, in omnibus ferè ciuita-
tibus Cappadociæ, Phrygiæ, Macedoniæ, Græciæ
Epyri, Siciliæ, Italiæ, Galliæ, Hiſpaniæ, extre-
mitatum Epiſcopos ordinauit, etenim Iacobus eius
fauore Hieroſolymorum thronum tenuit, deinde
Euodium Antiochiæ ordinauit Thraſi Vrbanum,
Epaphroditum Lyciæ Sygellum Ephe-Smyrnæ
Apellem, Philippis Olympum Theſſalonicæ, Ia-
ſonem, Sylam Corinthi, Parthis Herodianum,
E *Thaartamiaij magnum, Alexandriæ Marcum,*
Amplium autem in Nicea, Traciæ partibus ſimilem
apparauit ordinem, & eundem facturum iri ſucceſ-
ſoribus ſuis commendauit. Et patet etiam ex ſupra
dictis. Primaque Eccleſia particularis, in qua
conſtitutus fuit ab Apoſtolis Epiſcopus fuit Hie-
roſolymitana, vt patet ex Euſeb. in Chron. Et
lib. 2. hiſt. Eccl, cap. 1. Et D. Ambroſio in Lu-
cam vbi dicit. *Iacobum primum ex Apoſtolis con-*
ſcendiſſe ſacerdotale ſacerdotium; Et Nicephoro l.
6. c. 16. vbi dicit Iacobum fuiſſe Epiſcopum à
Chriſto factum, & ab Apoſtolis, quod ita eſt

intelligendum, vt à Christo factus ſit ſecundum A poteſtatem Epiſcopalis characteris, & miſſionem indiſtinctam, & ab Apoſtolis diſtinctione locorum appoſita. Et confirmatur à D. Chriſoſt. homil. 87. in Ioannem. *Si quis*, ait, *à me percontaretur quomodo Iacobus ſedem Hieroſolymitanam accepit, reſponderem ego hunc totius orbis magiſtrum Petrum præpoſuiſſe, quem vna, cum Ioanne & alio Iacobo vnxiſſet*: Et ab Euthymio in cap. vlt. Ioan. *Petrus*, ait, *accepit præſidentiam ſuper diſcipulos, ſi dicas quomodo Iacobus ſedem Hieroſolymis accepit, Reſpondeo hunc Petrum totius orbis magiſtrum conſtitutum*, &c. Idemque dicitur can. 2. diſt. 66. vbi habetur inde originem ſumpſiſſe B formam conſecrandi Epiſcopos per tres alios Epiſcopos. *Hieroſolymitarum*, ait, *primus Archiepiſcopus Iacobus iuſtus à Petro & Iacobo, & Ioanne Apoſtolis ordinatus ſucceſſoribus videlicet ſuis dantibus formam, vt non minus quam à tribus Epiſcopis, reliquiſque omnibus aſſenſum præbentibus vllatenus Epiſcopus ordinetur, & communi voto ordinatio celebretur.* Hæc igitur prima Eccleſia particularis, aliæ vero non tam cito inſtitutæ quoniam prius acquirēdæ & cōuertēdi populi ad fidē.

Ratio vero cur Iacobus ſtatim præfectus fuit Eccleſiæ Hieroſolymitanæ duplex, poteſt aſſignari, prima quia prius conuertendi fuerunt Iudæi quam gentiles de mandato ipſius Chriſti, vt dicemus poſtea. Secundò id factum C propter Iudæos ipſos ne ſcandalizarentur, ſi alius eis præficeretur, nam cum frater Chriſti putaretur Iacobus, & Chriſtiani ſacerdotem ſuum Chriſtum dicerent, ipſi credidiſſent Iacobum debere Chriſto ſuccedere ratione ſanguinis in ſacerdotio, vt obſeruat D. Epiph. lib. 1. aduerſus hæreſes hæreſi 29. *Chriſtus*, ait, *ſacerdotij dignitatem ideo ſortitus eſt, quod & Pontifex ſit & Pontificum omnium moderator ac princeps. Quare Iacobus ille qui Domini frater appellatus eſt, & eiuſdem Apoſtolus primum omnium eſt Epiſcopus conſtitutus, qui cum Ioſephi naturalis eſſet filius D Domini frater ob id vocatus eſt, quod in eius contubernio ac conſuetudine verſaretur.* Et propter eandem rationem factum etiam eſt, vt per longam ſeriem de cognatione illa Chriſti Epiſcopi Hieroſolymitani aſſumerentur, vt conſtat ex hiſtoria Eccleſiaſtica, non quod Iacobus vere ſucceſſerit Chriſto, ſed Petrus, verum quod Apoſtoli videntes hanc eſſet doctrinam Iudæorum, vt Pontifices ſibi iure ſanguinis ſuccederent, noluerint eis dare occaſionem eſſerandi ſe ſi alium quem conſtituiſſent Epiſcopum in Hieroſolymitana Eccleſia, & hactenus de Eccle. Hieroſolymitana. Quod vero attinet ad alias Eccleſias particulares Apoſtolorum, de iis videndi Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptores, & nos dicemus poſtea, E extiterunt enim Eccleſiæ paulatim & Epiſcopatus, & accidit Petro primogenito Eccleſiæ, quod accidit aliis primogenitis, nam naſcenti aliquo filio primogenito, is ſtatim tanquam ſolus & ſuus hæres acquirit omnia bona patris & matris, quod ſi iam ſuccreſcat ſoboles & alius, vel alij filij naſcantur illi omnes naſcendo legitimam partem ſortiuntur & acquirunt, & ex hoc capite deminuunt & bona illius primogeniti, niſi quid à lege, vel teſtatore præcipuum habeat, nam ſimiliter cum Petrus ſolus natus eſſet Epiſcopus in Eccleſia, ſoluſque titulum in ea haberet, aut potius eam totam haberet in A titulum, conſtitutis alijs Epiſcopatibus & Epiſcopis, & veluti natis in Eccleſia ex eo diminuta eſt Eccleſia Petri, ſalua eius præcipua prærogatiua, & pro vna Eccleſia fuerunt plures. 41

Probatur tertia pars nempe imitatione Petri in Eccleſia Epiſcopi conſtituti, alios Epiſcopos etiam in ea conſtitutos fuiſſe. Et patet ex D. Auguſtino ep. 93. *Arbitror*, ait, *omnes fratres & Epiſcopos noſtros nonniſi ad Petrum, ideſt, ſui nominis & honoris authorem deferre debere*, & ex D. Areopagita lib. de celeſti Hierarch. c. 7. *Vbi dicit alios Epiſcopos, eſſe Epiſcopos ad inſtar Petri* Καθ' αὐτὸν ἱεράρχαι, quod S. Maximus, & B Pachimerius, ita explicant. Κατὰ μίμησιν τοῦ ἁγίου Πέτρου id eſt, *ad ſimilitudinem D. Petri.* Dicitur autem ad ſimilitudinem D. Petri factos fuiſſe Epiſcopos, non quod acceperint à Petro poteſtatem dimittendi peccata, aut ordinem Epiſcopalem; quem à Chriſto acceperunt; verum quod acceperint ab eo ius tituli Epiſcopalis, & Eccleſiæ diſtinctæ & formatam gubernationem ad inſtar Petri, & exercitium ſuæ poteſtatis Epiſcopalis ad inſtar iuriſdictionis, quam Petrus a Chriſto acceperat, accipientes ſeparatim ab ordine Epiſcopali Epiſcopatum, ſicuti Petrus ſeparatim accepit Epiſcopatum ab Epiſcopali charactere; vt ſatis poteſt colligi ex Leone C 1. ep. 84. *Inter beatiſſimos Apoſtolos in ſimilitudine honoris fuit quædam diſtinctio poteſtatis, & cum omnium par eſſet electio vni tamen datum eſt vt cæteris præemineret; de qua forma Epiſcoporum quoque eſt orta diſtinctio, magna eum diſpoſitione prouiſum eſt, ne omnes ſibi omnia vendicarent, ſed eſſent in ſingulis prouinciis ſinguli quorum inter fratres haberetur prima ſententia*: Et rurſum quidam in maioribus vrbibus conſtituti ſollicitudinem ſuſciperent ampliorem. Confirmatur noſtra ſententia; alios nimirum Apoſtolos, imitatione Petri fuiſſe conſtitutos Epiſcopos ex D. Athanaſio ad Felicem; *Romana*, ait, *Eccleſia firmamentum fixum, & immobile percepit*, D *quoniam ipſam formam vniuerſorum titulorum luci decimam Dominus Ieſus Chriſtus, veſtram Apoſtolicam conſtituit ſedem.* Et ex Theophilacto loquente de alijs Epiſcopis ad cap. 16. Matth. ἔχουσι γὰρ ἐξουσίας ἀφιέναι καὶ δεσμεῖν οἱ κατὰ Πέτρον τῆς ἐπισκοπικῆς ἀξιωθέντες χάριτος. ideſt, *habent enim poteſtatem dimittendi, & ligandi, ij qui iuxta Petrum dignitatis Epiſcopalis gratiam conſecuti ſunt.* Et ex Origene tract. 1. in Matth. *Petra eſt quiſquis Petri diſcipulus eſt, ex quo biberunt de conſequente petra, & ſuper talem Petram conſtituitur omnis doctrina, in vnoquoque enim profecto eſt, qua à Deo ædificatur Eccleſia.* Et in Philocalia. *Si quis eſt, vt Petrus ædificatio*E*nem Eccleſiæ in ſe continens.* Et propterea D. Cyprianus ep. 40. comparabat Eccleſiam Petri, fonti, ſtipiti, cordi, capiti, iecori, & alias Eccleſias riuis, radijs, ramis, venis arteriis, venis, eo quod ab Eccleſia Petri, & de ea & ad eius formam omnes aliæ Eccleſiæ ſint. *Hæc*, ait, *Cathedra vnitatis eſt, vt ab vno fonte plures riui, ab vno ſole plures radij ab vno ſtipite plures rami, ab vno iecore plures venæ, ab vno corde plures arteriæ, ab vno cerebro plures nerui, ab vna illa Eccleſia plures Eccleſiæ exeunt, & ad illam omnes reuocantur, vt ab vno miliario aureo quod Romæ fuit in foro omnes viæ ducebantur, omnes viæ ad vnum reducebantur.* Cui loco conuenienter dicebat

etiam Dionyſ. Areopag. lib. 6 de Eccleſ. Hierarch. c. 5. *Potentiam omnem Eccleſiaſticam deſinere in ſuum Pontificem*, vt ſcilicet ſicut potentia Petri cœpit à Chriſto, & finitur in Chriſto, ita potentia aliorum Epiſcoporum debet finiri in Petro, vti cœpit à Petro.

Dixi vt licet Epiſcopatum acciperent de Epiſcopatu Petri alij Epiſcopi, & ad inſtar eius, id eſſet ſine imperfectione, & non ideo eſſent eius Vicarij, ſed Chriſti, & verè diuina gratia Epiſcopi, qood agnoſcit D. Greg. l. 4 ep. 18. dicens. *Quod Romanus Pontifex non ita ſibi Oecumenici titulum vſurpat vt deſpectis fratribus appetat ſolus vocari, quaſi cæteri ſint Vicarij non veri Epiſcopi.* Et l. 7. ep. 7[illegible] ep. 30. nec Petrus potuiſſet ſine ſcandalo ſolu[illegible]ſſumere titulum Epiſcopalem in Eccleſia, alijs Apoſtolis ſine titulo Epiſcopali remanentibus. Et ratio eſt, nam alij Apoſtoli ordinati ſunt Epiſcopi & miſſi à Chriſto, ita vt ius haberent in futura Eccleſia: deinde quando tota Eccleſia data eſt Petro, ei tamen data eſt vt communicabilis alijs Epiſcopis vt diximus ſupra, & ideo D. Bernard. lib 3. de conſideratione ita alloquitur ſummum Pontificem, *Erras ſi vt ſummam ita & ſolam inſtitutam à Deo veſtram Apoſtolicam poteſtatem exiſtimas* et clare D. Aug. in queſt. noui & veteris teſtamenti q. 97. ait alios Epiſcopos à Chriſto fuiſſe inſtitutos in eccl. *Nemo ignorat*, ait, *Epiſcopos Saluatorem Eccleſiis inſtituiſſe: ipſe enim, &c.* Inſtituiſſe vero dicitur duobus modis ante dictis, nec enim in Eccleſia vlla particulari eos fecit aot inſtituit Epiſcopos; Sed cõſecrauit eos Epiſcopos, & ios dedit io Eccleſia qoam dabat Petro, & Petro dedit ſaluo illo Iure, Et è contra Petrus dicitur alio mndo eos inſtituiſſe, qoatenos ipſe primus & ſolus fuit à Chriſto intitulatos Epiſcopos, & ad imitationẽ Petri, & in eius Eccleſia alij Epiſcopi titulum acceperunt, vt diximus ſupra; Idqoe poſſet aliquomodo confirmari Iure Ciuili, nam Iore Ciuili Proconſul & Legatus ſortiuntur eaodem Prouinciam, & ſimul mittuntor à populo ſicut Petrus & alij Apoſtoli miſſi ſunt à Chriſto, ſed Proconſul habet tamen omnem iuriſdictionem, Legatus non niſi particularem Iure ſingulari vt eſt tutoris dano lib. 15. de officio Proconſulis, eamque habet non mandata iuriſdictione ſed proprio iure à populo, & ita etiam Petrus habuit primum totam Eccleſiam, alique Apoſtoli partem eius, idque non madata iuriſdictione à Petro ſed proprio iure à Chriſto. Item Legatos dicitur, quidem Legatus Proconſulis, ſed non eſt creatus à Proconſule, verùm à populo ſicut Proconſul, ideoque propriam habebat iuriſdictionem; vnde ab eo appellatio fiebat ad Proconſulem qood non fieret oiſi propriam haberet iuriſdictionem, & licet in multis rebus Proconſul ei iuriſdictionem mandare teneretur, tamen is poſt mandatum faciebat nihilominus ſuam & propriam licet mandata eſſet; ita vt non poſſet dici mandata ſimpliciter, nec propria ſimpliciter, ſed propria mandata vt probat Cujac. lib. 7. obſeru. cap. 21. quod mire repræſentat iuriſdictionem Petri & aliorum Epiſcoporum: ille enim habens communicabilem ſoi Epiſcopij poteſtatem, eios partem commonicare debebat & velut mãdare aliis Apoſtolis, qui tamen ſuam faciebant oon mandatam, ſicut Legatos: Et id totum iode eſt qood ſicut Proconſol non videbatur mandare eam iu-

A riſdictionem Legato, eo quod Legatus æque miſſus eſſet a populo, ſed populus potius mandare, ita & Apoſtoli à Chriſto inſtitui & miſſi vt cum Petro regerent Eccleſiam, à Chriſto videntur habere illam iuriſdictionẽ, quia tamen Legatus ille mittebatur à populo, vt partem adminiſtrationis haberet, & Proconſul vt ſolidam iuriſdictionẽ; ideo oportoit Legatum accipere mandatum à ſuo Proconſule, licet non fieret eius mandatarius: ſimiliter oportuit alios Apoſtolos accipere à Petro partem Epiſcopatus cum totos Epiſcopatus iam eſſet Petro conceſſus: quò pertinere videtur illud Chriſto dicentis Petro coofirma fratres toos, is enim eos confirmauit &
B conſecrauit in Epiſcopatibus ſuis, & ideo ſicut Legatus, dicebatur & Legatus populi, & Legatus Proconſulis ita & alij Apoſtoli, dicuntur & Petri & Chriſti, ab vtroque quodammodo inſtituti. Et idem dici poteſt de Vicariis Præfecti Prætorio, qui licet pro Præfectis Prætorio ſibi creditas quarumdam Prouinciarum Diœceſes adminiſtrarent tamen à Principe ipſo creabantur, & eam poteſtatem accipiebant non à Præfecto Prætoris vt recte Caſſiodorus in formula Vicarij vrbis & l. 1. Cod. de officio Vicarij. Nam ſimiliter Apoſtoli acceperunt poteſtatem Epiſcopalem à Chriſto; & partem Epiſcopatus à Petro, & verè tunc videntur confirmati
C in Epiſcopato à Petro. Nam Iacobus fuit qoidem Epiſcopus à Chriſto factus, ſed poſtea in Epiſcopatu conſecratus & confirmatus à Petro & aliis Apoſtolis: Ideoque dicitur à Nicephoro Calliſto l. 6. c. 16. à Chriſto & Apoſtolis creatus eſſe, & qood poſt electionem vel conſecrationem opus ſic adhuc aliqoa inſtitotione, videtur probare illud quod dictum eſt de D. Paulo ſegregate mihi Saulum ac Barnabam in opus quod aſſumpſi eos.

Rationes redduntur propter quas Deus voluit ſuam Eccleſiam eſſe aliquo tempore ſub vno ſolo Epiſcopo, nempe Petro.
D *Qui ſtatus eſt 2. Eccleſiæ.*

Cap. XVII.

PRima ratio, propter quam vni datum eſt vt cœteris emineret, eſt ne omoes ſibi omnia vindicarent, vt ait Leo 1. ep. 84. ſupra citata, ideoque Apoſtoli dicuntur elegiſſe Petrom io caput ſuum, non quod elegerint, ſed quod declarauerint ſe agnoſcere eum in principem ſuum, ita vt, quemadmodum Dauid ter vnctus io Regem fuiſſe comperitur, Prius à Samuele, ſecundo à viris Iuda in Hebron, tertio coram vniuerſis tribubus Iſraël, rurſus in Hebron, ita Petrus vt recte argumentatur Petros Damiani epiſt. 20. lib.
E 1. ſemel à Chriſto conſtitotus eſt Princeps Apoſtolorum, 2. ab ipſis Apoſtolis Princeps agnitos, 3. ab vniuerſa Eccleſia declaratus: Vel etiam ter fuit præſidens Eccleſiæ, Antiochenæ, Alexandrinæ, & Romanæ. Confirmatur ex D Hieronymo dialogo in Luciferianos c. 4. *Eccleſia*, ait, *ſalus à ſummi Sacerdotis dignitate pendet, cui ſi non exors quædam & ab hominibus eminens donatur poteſtas tot in Eccleſiis efficientur ſchiſmata quot Sacerdotes*: Idqoe maxima, oiſi maiores cauſæ &

conſultationes & appellationes ad vnum ſummum fierent Sacedotem, vt notat Melchiadea Papa apud Burchardom lib. 1.c. 2. Nemque vt ait D. Dionyſ. Areopag. de Eccleſ. Hierar. c. 5. Quemadmodum videmus omoem Hierarchiam in Ieſum deſinere, ſic & voam quamque in ſunm Pootificem; Hierarchia enim nihil aliud ſignificat quam omnium ſimul ordinum ſacrorum diſpoſitionem, teſte eudem Dionyſio c. 1. & Eccleſia quælibet particularis, quæ habet ſuum Epiſcopum, habet ſuam Hierarchiam, vt notani Pachimcres & Maaimus eodem libro Dionyſ. Areop. c. 1. & ſicut Epiſcopus omnis eſt Hierarcha Presbiterorum, Archidiaconus Diaconorũ, atque ita deinceps vt babet Maaimus dicto c. 1. multo magis Petrus ſeu ſummus Pontifea erit Hierarcha Epiſcoporum omnium, loco Chriſti, & ad eum vt ad Chriſtum definet Hierarchia omnis.

Secunda ratio eſſe poteſt ea, quam tangit D. Baſilius ep. 67. vt Eccleſia haberet maiorem vnitatem quam ſi Apuſtoli omnes permixtè eam rexiſſent. D. enim Baſil. ibi dicit, *Vnius Epiſcopi Præſidentiam tanquam animam in communione conſeruare Eccleſias*, quod & iam ſupra ſatis oſtenſum eſt.

Tertia eſt, vt Eccleſia, quam corpus ſuum eſſe volebat Chriſtus in hoc mundo, haberet etiam in eo caput; vnde dona omnia defluerent ad alia membra, vt iam diximus ea Leone ep. ad Epiſcopos Galliæ Viennenſis. Et confirmatur ex D. Cyrillo in Theſauro, *Docet nos vt membra, cum capito coniungi Romano Pontifici, & Apoſtolico throno, à quo noſtrum eſt quærere, quid credere, quid ſentire, quid tenere debeamus.*

Quarta eſt, vt quemadmodum ipſe Chriſtus in ſolidum acceperat à Patre ſuo poteſtatem, ita eam in ſolidum daret Petro, vt oſtenſum eſt ſupra ex D. Auguſt. in quæſt. veteris teſtamenti quæſt. 75. & ex D. Cyrillo Alex. apud D. Tho. lib. contra Græcos, & adhuc probari poteſt ex D. Chryſoſt. Lucæ 9. *Filius Dei homini mortali, omnium quæ ſunt in cœlo poteſtatem tradidit, dicens tibi dabo claues regni cœlorum.* Nam ſicut Chriſtus eaemplum fecerat Sacerdotum in diſcipulis, & Epiſcoporum in Apoſtolis; ita & fecit ſummi Paſtoris in Petro.

Quinta eſt, vt Dominium gregis Chriſti tranſiret ad ſummum Vicarium, quod aliter tranſire non potuiſſet, nam vt eſt in regula Iuris, 11. *Id quod noſtrum eſt ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt.*

Sexta eſt, quia vt eſt in Conſilio Aquiſgranenſi ſub Stephano 5. & Ludouico Pio Imperat. *Quatuor ſunt genera Apoſtolorum, vnum à Deo tãtum, vt Moyſes, alterum per hominem & Deum, vt Ieſue, tertium tantum per hominem ſicut his temporibus multi fauore populi & poteſtatum in Sacerdotium ſubrogantur, quartum genus eſt pſeudo-Apoſtolorum.* Similiter oportuit, vnum à Deo ſolo Epiſcopum cum titulo tantum eſſe, nempe D. Petrum, alios vero Apoſtolos per Deum & hominem accipere titulum Eccleſiæ vt conſtat de Iacobo Hieroſolimitano Epiſcopo.

Septima eſt, quia Chriſtus id promiſerat, & niſi præſtitiſſet, viſus eſſet non potuiſſe perficere, vt recte loquitur Pet. Aleaaodrinus Archiepiſc. can. 10 *Niſi Petrus ſit fundamentum Eccleſiæ, dicendum eſt impie de Chriſto, hic homo poſuit fundamentum & non potuit perficere.*

Octaua eſt, quia apud Iudæos fuit vnus Maximus Pontifex, qui in alios poteſtatem habebat teſte Ioſepho contra Appionem; Et ideo etiam vnum eſſe debere in Eccleſia Chriſti.

Nona, quia Petrus meruerat eſſe primus Apoſtolorum, teſte D. Auguſt. ſerm. 39. de Sanctis: *Sanctus Petrus, inter Apoſtolos meruit audire, amen dico tibi, quia tu es Petrus, &c.* Et D. Chryſoſtomo, ſerm. de Cruce, *Crux*, ait, *Petrum cæterorum caput efficit, ſoli enim Petro dixit Dominus, ſequere me.* Et volgo Patres etiam dicunt principatum meruiſſe fide.

Decima eſt, quia ſicut ab vno Adamo, primo homine, qui repræſentabat g[illegible]s humanum peccatum deriuatum eſt ad o[illegible]; ita ab vno Petro, qui repræſentabat totam Eccleſiam, claues remittendi peccata ad alios transferri oportebat, & traſlatæ ſunt, vt recte Tertull. in Scorpiac. cap. 10. *Si & adhuc clauſum eſt cœlum memento claues eius hic Dominum Petro, & per eum Eccleſiæ reliquiſſe.* Et confirmatur ex D. Thom. l. 4. contra Gentes c. 76. vbi dicit Chriſtum ſoli Petro promiſiſſe claues, & dixiſſe tibi dabo claues regni cœlorum; vt oſtenderetur quod poteſtas clauium erat per eum ad alios deriuanda ad conſeruandam Eccleſiæ vnitatem.

Tertius ſtatus Eccleſiæ aperitur, poſt diuiſionem Eccleſiarum factam ab Apoſtolis.

CAP. XVIII.

Hic eſt vltimus Eccleſiæ ſtatus, qui cœpit tempore Apoſtolorum, & adhuc durat, & durabit vſque ad finem mundi, in quo cœperunt Eccleſiæ particulares conſtitui, & ſumi de illa Petri Eccleſia vnica, & cœteris Apoſtolis in partem communicabili, vt diximus ſupra.

Sortio ergo Prouinciarum facta fuit ab Apoſtolis, can. 1. diſt. 99. vt deinde per conuerſionem populorum, quæ ab illis fieri debeat, vnuſquiſque ſibi propriam Diœceſin ſanguine ſuo acquireret, nam vt patet ea Clem. Aleaand. lib. 4. ſtromat. Apoſtoli pro Eccleſiis quas fundarunt paſſi ſunt, ſicuti Chriſtus pro tota Eccleſia eſt paſſus, *Solus Dominus*, ait, *propter eorum qui ei inſidiabantur hominum & infidelium expurgationẽ, bibit Calicem, quẽ imitantes Apoſtoli, vt qui reuera eſſent cognitione prædìti & perfecti pro Eccleſiis quas fundarunt, paſſi ſunt.* Diximus ſicuti Chriſtus, nam vt ait Gotfridus ſerm. 5. *Chriſtus à Patre Rex & Sacerdos ordinatus eſt in Cruce.* Qua de cauſa etiam D. Petrus, qui plures fundauit Eccleſias ante Romanam, ipſam tamen Romanam retinuit vt ſuam, pro qua mortuus eſt, eò quòd alias fundaſſet prædicatione quidem ſua, ſed non ſanguine ſuo.

Et ſane diu durauit ille mos tanquam Apoſtolicus in eccleſia, vt non eſſent alij termini Epiſcopatus, quam multitudo eorum, quos ad fidem conuertiſſent & baptiſaſſent vt dicitur cap. 1. de religioſis domibus, & colligitur ea can. 51. 16 q. 1. *Præcipimus*, ait. *vt iuxta ſacrum canonum ſtatuta vbi multitudo fidelium excreuerit ex vigore Apoſtolicæ ſedis debeatis ordinare Epiſcopos*: Et ex can. 59. Synodi Carthaginenſis, vbi dicitur: *Ne Epiſcopi & Clerici ordinentur, niſi omnes ſuos*

Chriſtianos fecerint: Ante vero ſortitionem illam A Epiſcopi promiſcue in 1. ſtatu Ec-leſiæ ſub Chriſto capite poteſtatem ſuam exercebāt, tanquam æquales Petro & inter ſe, vt dixi ſupra, ſed hic ſtatus Eccleſiæ minimùm durauit, quoniam Chriſtus ſtatim Petrum fecit caput Eccleſiæ, in ſecundo vero ſtatu etiam Apoſtoli promiſcuè ſuam poteſtatem exercebant propter neceſſitatem conuerſionis populorum, ſub Chriſto, & ſub Petro, ſolo Epiſcopo viſibili, ſed hic ſtatus etiam non diu durauit, Iacobo paulò pòſt conſtituto Epiſcopo Hieroſol. In hoc vero tertio ſtatu poſt ſortitiones prouinciarum, cœperunt Apoſtoli diſtinctè, & non promiſcuè eam poteſtatem exercere, ſub eodem Chriſto, & Petro B capite qui eſt noſtræ Eccleſiæ ſtatus, & erit vſque ad finem huius mundi.

Ad hæc amplius expenditur quomodo Eccleſiæ particulares conſtitutæ ſint.

CAP. XIX.

Ex his quæ ante dicta ſunt, Eccleſiaſticam poteſtatem, ita datam Apoſtolis fuiſſe, vt ad vnum Petrum, reduceretur, & Petro datam, ita vt omnibus aliis eſſet communicabilis, ſatis patet, non potuiſſe Apoſtolos carere Epiſcopatu, C nec Petrum ſolum potuiſſe eos à Cathedra excludere, ſed diuiſionem fuiſſe neceſſariam, quod etiam colligitur ex verbis Chriſti, cum dixit Marci c. 16. *Euntes in vniuerſum mundum*, Innuitur enim conditio diuiſionis ſeu ſortitionis mundi inter ipſos; non enim volebat dicere Chriſtus, vt vnuſquiſque in vniuerſum mundum iret, & ita Apoſtolos deueniſſe ad Epiſcopatus. Sed illa diuiſio ſtatim facta non fuit, nam oportuit Apoſtolos aliquandiu manere in Iudæa, præcipiente & cauente Domino, *Ne in viam gentium abirent, aut ne in ciuitates Samaritanorum introirent*, Matth. 10. Et ad hoc patet ex D actis Apoſt. c. 13. vbi D. Paulus ita Iudæos alloquitur, *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æterna vita, ecce conuertimur ad gentes.* Sed licet ad gentes ire deberent Apoſtoli, tamen incipere eos oportebat ab Hieroſolyma. Lucæ c. vlt. ſicut Chriſtus ipſemet dicebat ſe oues domus Iſraël ante alias quæſitum veniſſe Matth. c. 15. Et Euſebius refert libr. 2. hiſt. Eccleſ. c. 17. Apoſtolis Dominum præcepiſſe ne vſque ad duodecim annos, ab Hieroſolymis diſcederent, quò referri poteſt illud Petri dicentis apud Clement. Alexandrinum lib. 6. ſtromat. *Si quis ve-* E *lit ex Iſraël, duci pœnitentia, & propter nomen meum credere in Deum, remittentur ei peccata poſt duodecim annos.* Diuus vero Chryſoſt. homil. 25. in acta innuere videtur poſt Apoſtolicum primum Apoſtolorum Concilium factam fuiſſe illam diuiſionem. Et homil. 72. in Matt. ait Apoſtolos vbi diu prædicaſſent in Iudæa, quamuis cæſos, flagellatoſque, demum à Iudæis propulſos, ſeſe conuertiſſe ad gentes. Et Beda in retract. in acta, refellit Pſeudomonachum Melitonem lib. de obitu B. Virg. in quo dicit ſecundo poſt Domini Aſcenſionem Apoſtolos toto orbe diſperſos.

A Primus autem omnium Epiſcopatus fuit Petri in Apoſtolos, & vniuerſam Eccleſiam, iſque à ſolo Chriſto, ſolo inſtitutus, vt pluribus à nobis ante dictum eſt.

Deinde ſortitione facta Petrus, & alij Apoſtoli varias Eccleſias conſtituerunt, vt patet ex Nicephoro libr. 3. c. 1. hiſt. nec tantum Apoſtoli, ſed etiam diſcipuli Chriſti ſuas regiones ſortiti ſunt, in eas miſſi ab Apoſtolis, vt notat Epiphanius lib. 1. aduerſus hæreſes, hæreſi 19. art. 4.

Sed quia Apoſtoli erant in ciuitate Hieruſalem, & in ea prædicare prius Chriſtum debebāt, antequam ad gentes proficiſcerērur idcirco in ciuitate Hieruſalem primus Epiſcopatus particularis, poſitus eſt, ſiue quia primus Petrus ibi præ- B dicauit, vt ait Nicephorus lib. 3. cap. 1. *Petrus*, ait, *quidem Hieroſolymis primum, deinde Galatiæ & Bithynia, necnon Aſiæ ſuperiori, Cappadociæ, & Italia cuncta verbum prædicauit*, ſiue quia fore ſtatim Iacobus primam ſedem epiſcopalem Hieroſolymis obtinuit à D. Petro, Iacobo alio, & Ioanne conſecratus, vt refert Euſeb. lib. 2. hiſtor. eccleſ. c. 1. et Nicephor. Calliſt. lib. 2. hiſt. eccleſ. cap. 38. vbi dicit eum ab ipſo ſeruatore Chriſto, vel vt quidam volunt ab ipſis poſtea Apoſtolis, eccleſiam Hieroſolymitanam primum ſibi commiſſam adminiſtrandam ſuſcepiſſe.

Poſtea vero Petrus, & alij Apoſtoli tranſierunt C ad gentes, vbi eodem tempore diuerſas eccleſias conſtituerunt, vt latè oſtendit Nicephorus loco citato.

Petrus quidem Antiochenam, Romanam, & Alexandrinam eccleſiam conſtituit, vt patet ex can. 2. diſt. 22. & primus dicitur ſediſſe Cathedram epiſcopatus in Antiochia 7. annos ab Anaſtaſio Bibliothecario in vita S. Petri, & inde veniſſe Romam, & Cathedram ſediſſe per 25. annos, menſem vnum, dies 8. teſte eodem Anaſtaſio. et hoc eſt quod voluit dicere Nicephorus libr. 14. hiſt. eccleſ. c. 39. *Et quidem*, ait, *Petrus ex Antiochia Romam tranſlatus eſt.* Quod autem D attinet ad ſedem Alexandrinam, ea fundata etiam dicitur à Petro, quatenus eo miſit Marcum diſcipulum ſuum, qui primus in Ægyptum & Alexandriam miſſus ab eo dicitur à Nicephoro lib. 2. c. 15. Vnde illa ſedes in Concil. Chalced. act. 3. dicta eſt ſedes euangelica propter Marcum Euangeliſtam: vel etiam quatenus ipſe Marcus, nomine Petri ipſam eccleſiam Alexandrinam conſecrauit, vt habetur dicto can. 2. diſt. 22. vel denique quia ipſemet D. Petrus dicitur tranſiſſe Alexandriam, etiam poſtquam ſedere cœpiſſet Romæ, vt refert idem Nicephor. lib. 14. c. 39. Et ita confirmaſſe prædicatione ſua quod in ea E prædicauerat D. Marcus, vt colligitur ex Diu. Hieron. ep. ad Pammachium & Marcellum, his verbis, *Prædicationem Cathedra Marci Euangeliſtæ Cathedra Petri Apoſtoli ſua prædicatione confirmet*; Non deſunt tamen qui exiſtimant Petrum Eccleſiam Antiochenam primum inſtituiſſe, deinde Alexandrinam, & tertio Romanam vt Petrus Damiani lib. 1. ep. 20.

Andræas etiam, ſorte accepta prouincia miſſus eſt, in Capadociam, Galatiam, & Bythaniam, quibus peragratis, ad Scythiam quoque, & pontum peruenit, vbi Eccleſias plures primùm inſtituit, primúmque Epiſcopum D. Stachin præfecit, deinceps Thraciam, Macedoniam,

A Theſſaliam & Achaiam peragrauit, vt refert Nicephorus lib. 2. cap. 39. vbi tandem in crucem actus eſt, à proconſule Ægeato.

Philippus quoque & Barthlomæus Scitiam & Aſiam, ſuperiorem ſortiti ſunt, atque ibi fidei fundamentis iactis Epiſcopos præfecerunt, poſtea Hyeropolim phrygiæ peruenerunt, vbi Philippus martyrio defunctus, & Bartholomæus, in Vranopoli Ciliciæ, ex eod. Niceph. eod. capite.

D. Thomas qui & Didymus Æthiopes & Indos ſortitus eſt, vbi lanceis latus confoſſus eſt, ordinatis omnibus rebus ex Niceph. c. 40. & ſic de aliis.

B Et quia Apoſtoli multos ſub ſe Epiſcopos ordinabant atque conſtituebant, inde factum eſt, vt Apoſtoli viderentur potiùs eſſe Primates, vel Patriarchæ quàm Epiſcopi ſimplices, vt patet ex Rabano Mauro lib. de inſtit. Cleric. c. 5. & lib. de natura rerum, *Ordo Epiſcoporum quadripertitus eſt. in Patriarchas Archiepiſcopos Metropolitanos, atq; epiſcopos. Patriarcha Græcâ lingua interpretatur ſummus patrum, qui primum, id eſt, Apoſtolorum retinet locum*, &c. Et propterea Balſamo, in ep. S. Dionyſij Areopagitæ, ep. ad Demophilum notat, Patriarchas potiùs dici ſucceſſores Apoſtolorum quam Epiſcopos. *Apoſtolorum*, inquit, *autem ſucceſſores eos, qui nunc ſunt Patriarchæ, appellat*. Et S. etiam Methodius Domino Pol. ſcribens, idem ſentit, his verbis, C *Quod autem*, ait, *Epiſcopi ſeu Antiſtites & Hierarcha, Apoſtolorũque ſucceſſores Patriarcha, eos iure ſegregauerunt ſecundum diuinum Dionyſium, Canonum quoque inſcriptio manifeſtiſſime declarauit*. Idemque Balſamo, in can. Apoſtolorum can. 31. in additis, ait, *Nullas Epiſcopis ſed tantum Apoſtolis iiſque Patriarchis, ſortito obtigiſſe regiones à diuinis, Canonibus, nec Metropolitano, nec Archiepiſcopo nec Epiſcopo data eſt regio, ſed quinque patriarchis diſtributa ſunt regiones totius orbis terrarum, & ideo ab omnibus qui ſunt in ipſis nomina ad eos referuntur*. Et hoc clarum eſt, 8. & 7. can. 1. Synodi, & 2. & 3. ſecundæ Synodi.

D Ex quo patet Apoſtolos ſubdiuiſiſſe prouincias, quæ eis ſorte contigerant, in Epiſcopatus vel Archiepiſcopatus. Et ita prout Eccleſiæ erãt ab Apoſtolis conſtitutæ, aut ab eis acquiſitæ, manſerunt diu, & inde factum eſt, vt in Eccleſiarum iuriſdictione, aut priuilegiis quid vſus obtinuiſſet conſideraretur, quod patet ex Concilio Niceno, can 6. & refertur can. 6. diſtinc. 66. *Mos antiquus perduret in Ægipto vel Lybia & Pantapoli, vt Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem, quando quidem, & Epiſcopo Romano pariliter mos eſt*, Et can. 7. *Quoniam mos antiquus obtinuit & vetuſta traditio, vt Ælia id eſt Hieroſolymorum Epiſcopo* E *honor deferatur, habeat conſequenter honorem manente tamen Metropolitana ciuitati propria dignitate*. Ideoque quod Patriarcham Conſtantinopolitanum Heracleenſis Epiſcopus confirmaret vſus fecit, vt ait Glycas. Et quod etiam Archiepiſcopi Bulgariæ & Cyprij Patriarcham Antiochenum, non agnoſcerent, veteri conſuetudini tribuitur, in Concilio Epheſino can. 8. Item quod Armeniæ Epiſcopos à Conſtantinopolitano Patriarcha non ordinaretur, ſed ab Archiepiſcopo Cæſareo Cappadociæ primæ, etiam antiquæ conſuetudini tribuitur à Nicone.

A Poſtea Concilia diſpoſuerunt ac diuiſerunt prouincias & Diœceſes, vt patet ex Niceph. lib. 12. c. 13. & aliis multis in locis.

Porrò tunc etiam cum ordinabantur Epiſcopi ab Apoſtolis ordinabantur, etiam Parochi aliqui, eo modo quo Dionyſius Papa in Diœceſi Romana inſtituit teſte Burchardo lib. 3. c. 48.

Rationes redduntur huius tertij ſtatus, quo fuit facta Eccleſiarum partitio.

CAP. XX.

B PRima ratio huius diuiſionis & ſeparationis Epiſcopatuum hæc fuit, quia Chriſtus ita dederat Eccleſiam ſoli Petro, vt ad inſtar eius poſſent particulares Epiſcopi conſtitui, vt oſtenſum eſt ſupra ex Leone 1. ep. 84. & ex multis aliis. Chriſtus enim iſtituens Petrum iam promiſcuam illam agendi rationem ex parte ſuſtulerat.

Secundũ eſt, quia ratione naturali ſuadente, illa diſtinctione prouiſum eſt, ne omnes ſibi omnia vindicarent, ſed eſſent in ſingulis prouinciis ſinguli, vt habet idem Leo 1. ep. 84. quod conuenientiſſimum fuiſſe rationi naturali docet D. Baſilius ep. 406. his verbis. *Fuiſſe autem multis* C *ducibilius vniuerſæ Eccleſiæ, vt in plures Epiſcopos ſollicitudo hac diuideretur, è rebus ipſis manifeſtum eſſe cunctis arbitror*. Plerumque enim accidit, vt officia indiuiſa, vel diſcordiam ſecant, vt ait D. Ambroſ. lib. de Abrabam c. 3. *Frequenter*, ait, *indiuiſa officia apud dominos ipſos diſcordiam ſecant, diuide potius vt maneat amicitia*. Vel ſaltem negliguntur, vt patet ex Liuio lib. 30. *Communi ac dominoſiſſimo vitio, plerique tantum ea curant, expetunt, & optant, quæ ſibi ipſis priuatim proſint, nihil ſollicitis de communi bono, id vero vitium omnium fere, quæ ſunt in rebuspublicis malorum cauſa eſt, & origo*. Et tamen propter alias rationes initio profuit illa communitas, quia vt ait Tertullianus exhort. ad Caſtitatem. *Semper mi-* D *tia laxantur, fines contrahuntur propterea ſyluam quis inſtituit & creſcere ſinit, vt tempore ſuo cadat ſyluam, erat vetus diſpoſitio quæ in Euangelio nouo deputatur, id quo & ſecuris ad radicem arboris poſita eſt*. Profuit inquam illa communitas, quia nulla erat inuidia inter Apoſtolos, & maxima charitas ſalutis hominibus procurandæ. Ratio igitur regina hominum hoc fecit, & legitime immutauit non vt ait, Paul. lib. 7. D. de bonis damnatorum. *Ratio naturalis quaſi lex quædam tacita eſt* Et Tertul. lib. de pœnit. *Res Dei ratio, quia Deus nihil non ratione prouidit, diſpoſuit, ordinauit, nihil non ratione tractari, intelligi vult*. Et lib. de corona militis, *ſi lex ratione conſtat, lex* E *erit omne iam quod ratione conſtiterit à quocunque productum ſit*.

Tertia eſt, quia illa diuiſio nullam attulit ſectionem aut imperfectionem Eccleſiæ, ita vt manſerit ſemper vna & indiuidua, licet ratione locorum & materialiter eſſet diuiſa, vt oſtendimus ſupra: nam Eccleſia eſt ſimilis veſti inconſutili, quæ fuit omnium ante ſortem, & ſingulorum poſt ſortem, ideoque illa diuiſio eſt potius multiplicatio Eccleſiæ per partes, in cuius vnaquaque, tota Eccleſia in ſolidum reperiretur, vt diximus ſupra, ex D. Cypriano, & ſicut in diuinis numerus cum vnitate reperitur, ita Chriſtus

coniunxit plures Apoſtolos in Petro vno, & Pe-
trum vnum diuiſit in plures Apoſtolos, & Eccle-
ſia quæ erat prius omnium Apoſtolorum, in
communi per illud, *quorum remiſeritis*, &c. fa-
cta eſt Petri in ſolidum per illud, *paſce oues meas*;
& denuo obnoxia communi diuidundo, vel fa-
miliæ exciſcundæ iudicio, ſortitione prouincia-
rum; voluit enim Chriſtus Eccleſiam ad vnum
reduci, & de vno deduci, & Eccleſiam de Ec-
cleſia fieri ſine diminutione, & manere vnam
ſemper atque indiuiduam, vt dicimus, lumen de
lumine, & corpus de corpore, in Euchariſtia:
nam vt rectè Nicephorus ad Leonem Papam,
*Sicut in Chriſto ſecundum hypoſtaſin, aliud ad a-
liud coniungitur, nempe natura diuina ad huma-
nam, nec tamen fit alius, & alius Chriſtus, ita Ec-
cleſia, non eſt alia, licet ſit alius & alius Epi-
ſcopus.*

Quarta ratio eſt, quia diuiſio illa facta eſt ſua-
dente & ſuggerente Spiritu ſancto, Eccleſiæ e-
nim ordo & gubernatio citra contradictionem
per Spiritum ſanctum peragitur, teſte D. Baſil.
de Spiritu ſancto, cap. 16. Et D. Auguſt. ſerm.
286. ſupra citato. Ita vt quod licitum erat Apo-
ſtolis promiſcuè in primo ſtatu, vt baptizare,
ordinare, prædicare, iam non promiſcuè licitum
ſit Epiſcopis, can. 5. 21. q. 1. ex Concilio Trid. ſeſſ.
23. c. 15. quod mirum nemini poteſt videri, nam
vt ait Clem. Alex. lib. 1. pædagogi. c. 8. *In pæ-
dagogia Chriſti magna eſt ſapientia, & varia eſt,
eius adminiſtrationis ratio ad ſalutem.* Et lib. 2. c.
4. *Verbum Dei ſe accommodat, & reddit conforme
temporibus, perſonis, locis*, Imo vt ait D. Bernar-
dus ep. 276. ad Papam Eugenium, *ordinatiſſi-
mum aliquando eſt minus interdum aliquid ordi-
nate fieri.* Quomodo ſanè ordinatiſſimum dici
poteſt illud, tunc ordinem non ſeruaſſe Apoſto-
los aliquo tempore in conuertendis gentibus ad
fidem. Et ſane Chriſtus in Eccleſiæ ſuæ conſti-
tutione videtur eo modo ſe geſſiſſe, quo in mun-
di multiplicatione, nam ſicut dixit initio mundi:
Creſcite & multiplicamini, & replete terram, po-
ſteaque illud præceptum redoxit ad vſum legiti-
mum, vt rectè notat D. Athanaſ. ad Ammum
Monachum, & Tertull. exhort. ad Caſtit. vbi
dicit, *Quod per aliam vocem aboleſcit, creſcite il-
lud & multiplicamini.* Ita initio quidem naſcen-
tis Eccleſiæ, dixit Chriſtus, *Prædicate Euange-
lium omni creaturæ*, quaſi illud creſcite & multi-
plicamini, poſtea vero dixit, *Ne transgrederentur
terminos alienos.* Ita vt concludere poſſimus, &
dicere cum Diu. Athanaſio loco citato ad Am-
mum Monachum. *Quod idem quodcunque id ſit
in aliquo quidem, & in tempore non licet, in aliquo
autem opportune permittitur ac conceditur.* Nam vt
rectè Iuſtinus martyr quæſtione, & reſponſio-
ne 27. *Multa ſunt in ſcriptura, quæ non imputat
Deus tanquam peccatum iis, qui illa tranſgrediun-
tur propter eam quæ interuenit neceſſitatem* Im-
mò, vt ait, Oecumenius in 2. ad Corinthios, *Ip-
ſa lex plerumque ſui ipſius complectitur abolitio-
nem*, ὁ νόμος τὴν ἑαυτοῦ κατάλυσιν περιέχει. Et ipſe-
met Chriſtus dans Apoſtolis poteſtatem ligandi
ac ſoluendi, oſtēdit eam reſtringi potuiſſe, quan-
do ipſe reſtrinxit, aut ſuſpendit ad tempus, præ-
cipiens eis vt nondum inter gentes eam exerce-
rent, ſed in Iudæa tantum, quod ſignum etiam
eſt, iuriſdictionem ſeu poteſtatem illam diſtin-
ctam fuiſſe à Charactere, & obnoxiam limita-
A tioni, cui obnoxia non eſt poteſtas Characteris;
Et D. Chriſoſtomus obſeruauit quoque lib. 3. de
ſacerdotio, *Quod D. Paulus, ne conceſſa qui[…]
à Chriſto poteſtate vtendum ſibi vbique aliquan-
do iudicauit vt ne quis eorum, qui fidem ſuam
Chriſto obſtrinxiſſent, offenderetur*; Et poſſunt illa
omnia confirmari exemplo, nam ſicut *libertas
eſt facultas eius quod cuique facere libet, niſi ſi quid
vi, aut iure prohibetur*, Inſtit. de iure perſona-
rum, ſimiliter dici poteſt, quod poteſtas Ordinis
eſt facultas ſoluendi, atque ligandi niſi vi aut iu-
re prohibeamur, quæ exceptio locum habet in
exercitio omnium poteſtatum.

Quinta, quia illa diuiſio fuit non tantum vti-
B lis, ſed etiam neceſſaria, vt rectè Zonaras in ca-
none Synodi Carthaginenſis. *Vtile enim eſt*, ait,
*Eccleſiæ, hoc eſt fidelibus, Epiſcopos conſtitui, vtili-
tate videlicet neceſſaria*, αἰτὶ τῇ χρειώδει ἀναγκαίᾳ.
Et D. Baſil. ep. 406. ſupra citata. Et D. Paulus
dicebat rectè. 1. ad Corinth. 12. *Diuiſiones mini-
ſtrantium debere eſſe in Eccleſia.*

Sexta eſt, quia ſi totus orbis fuiſſet ſub vno
paſtore, non omnes potuiſſent agnoſcere, vel e-
tiam audire eius vocem; nec ipſe omnes oues
agnoſcere, quod tamen eſt neceſſarium, vt Chri-
ſtus ipſemet dicebat de ſe, qua ratione vtebatur
Paſchalis Papa ep. ad Henricum I. Angliæ Re-
gem, *Quomodo vel agnos, vel oues paſcere poſſu-
C mus quos neque nouimus, nec vidimus, quos, ne-
que audiuimus nec ab ipſis audimur.*

Septima eſt, quia cum Apoſtoli & omnes cle-
rici in ordinatione ſua in hæreditatem Domini
aſſumantur, vel adſequantur hæreditatem in ip-
ſo, ideo dicti clerici ἀπὸ τοῦ κλήρου, id eſt, à ſorte,
vt adnotauit Innocentius 3. c. 16. de præbendis,
non fuit à ratione alienum illos eam hæredita-
tem conſequi, ad inſtar eorum quibus aliquid
teſtamento relictum eſt, certum enim eſt verbi
gratia collegatarios coniunctos, concurſu partes
facere, & interim dum non concurrunt non fa-
cere, nam ſimiliter cum coniuncti eſſent à Chri-
ſto Apoſtoli in primo ſtatu Eccleſiæ, concurſu,
D & ſortitione Eccleſiarum facta in tertio ſtatu
quodammodo partes fecerunt, & diſtinxerunt
rem communem, in qua partem quiſque antea
habebat, vt non amplius habeat, niſi illam quam
ſortitus eſt, excepto Petro.

Octaua eſt, vt ad oſtenderetur miraculum Ec-
cleſiæ quod ſupra retulimus, diximus enim Ec-
cleſiam eſſe vnam, & eandem in pluribus, quem-
admodum Corpus Chriſti, eſt vnum & idem in
multis, vt ſupra probauimus.

Nona eſt, vt ſit Eccleſia per diuerſas Eccle-
ſias eſſet vnum Corpus conflatum ex pluribus
membris vt colligitur D. Baſilio. ep. 70. *Domi-
E nus noſter Ieſus Chriſtus, quoniam omnem Eccle-
ſiam Dei ſuum ipſius Corpus nominari ſuſtinuit,
& vnumquemque noſtrum alterius membrum de-
clarauit: dedit quoque nobis, vt erga omnes iuxta
membrorum conſenſum amicè ſimus affecti, at-
que etiamſi habitationibus ſumus alter ab altero
quam longiſſime diſſiti, ac dirempti, ratione tamen
coniunctionis huius propinqui ſumus inuicem, quo-
niam igitur pedibus caput non poteſt dicere non eſtis
mihi neceſſarii, plano neque vos amicitiam nobis
renunciare ſuſtuliſtis.* Et ep. 69. vbi oſtendit ne-
ceſſariam huius corporis ſtructuram.

Decima, quia cum Eccleſia creuerit, & latè
ſuam fidem porrexerit, ea non potuit ab vno

paſtore regi in particulari nam cum regimen Ec- A
cleſiæ, & omne aliud regimen ſit facti non tan-
tum iuris, & quod facti eſt vbique terrarum præ-
ſtare non poſſit vnus aliquis homo, ac proinde
nec Petrus potuiſſet, nec Papa hodie poſſit, ſo-
lus facto regere Eccleſiam, neceſſe fuit conſtitui
ſingulares Epiſcopos, & hoc eſt quod voluit di-
cere Innocentius cap. 3. de poſtulatione, cum
agnoſcit ſe non poſſe in Hungaria conſtituere
Epiſcopum ſine conſcientia peccati, ſcilicet pro-
pter diſtantiam locorum quæ facit, vt homines
non agnoſcat, ita vt Papa non videatur poſſe,
ſine peccati periculo prætendere directionem
particularem cuiuſque Eccleſiæ, vel nullis in ea
poſitis Epiſcopis, vel prohibendo ne quid agant
ſine eius licentia; vel ignotos omnino homines B
in ea conſtituendo.

Concluſio operis & admonitio ad Lectorem.

Cap. Vltimvm.

PErueniſſe me nunc exiſtimo ad finem, qui
mihi initio huius libri fuerat propoſitus, o-
ſtendi enim quænam eſſet vera differentia inter C
Petrum & alios Apoſtolos, & quis veros ſtatus
Eccleſiæ tempore illorum. In quo licet à com-
muni & vulgari opinione Doctorum receſſerim,
receſſiſſe magna cum ratione probaui, nam cum
ſcriptores in ea difficultate quæ ſiuiſſem explo-
ratiores, viroſque præter alios doctos, inueni
eos nihil niſi inuolucra ſenſuum, vocumque tur-
bas fundere; Ego vero illa omnia tam plene, or-
dinate, perſpicue, familiariter, & authentice
pertractaui, vt nec aliquid omiſerim, nec impli- D
carim, nec ſuſpenderim, ſed erudierim plane at-
que ſingula demonſtrarim, nec mirum ſi ali-
quando homines diu in aliquo errore verſentur:
erratum namque commune vix agnoſcitur &
vix corrigitur, ſi quæ enim apparens & eminens
opinio ſe offerat, licet effigies eius non ſit pura,
nec vera, nec perlucida, ea tamen promptè ſu-
mitur & ſero dimittitur: difficultas enim ſcien-
tiarum, non ſolum inducit imperitos in erro-
rem, ſed quod peius eſt diſertam plerumque red-
dit eorum ignorantiam. Erant vero & aliæ quæ-
ſtiones huic proximæ, de Epiſcopis & Presby-
teris Eccleſiæ; An & quomodo illi ſucceſſerint
Apoſtolis, & iſti diſcipulis, & an vi ordinationis
ſuæ poſſint cum effectu quemlibet in qualibet
Eccleſia non requiſita proprij Sacerdotis ſen-
tentia abſoluere, ſed quod nunc agebam prius
ſtabiliendum fuit, quod ſi videro vobis placere
hoc fragmentum maioris cuiuſdam operis, cæ-
tera vrgebo; Dixi fragmentum, nam generabi-
liter verum eſt, nos artium habere & ſcientia-
rum potius fragmenta quædam, vſibus vitæ no-
ſtræ inſperſa quam artes totas, quod ignis Pro-
methei hinc inde diſperſus, olim velut in ænig-
mate repræſentabat. Sicut enim fauillæ illius
ignis paſſim diſperſæ ſunt, ita & artium particu-
læ quædam in minuta fruſtra diuiſæ, à Deo ho-
minibus ſunt tributæ; vnde videmus ſæpiſſime,
magiſtrum, non diſcipulum eſſe prioris poſte-
riorem diem, & veritatem temporis filiam, non
continuo, ſed identidem, ac identidem, è puteo
ſuo emergere, dixi maioris operis, nam mihi
propoſui aliquando Decretum Gratiani & De-
cretales Gregorij noni, multa in iis vel ſupplen-
do, vel explicando, vel emendendo in artem
redigere, quod quantum ſit opus, & quam
vtile ac compendioſum ad noſtram doctrinam
celeriter addiſcendam, nemo eſt qui cogitans
non ſtatim intelligat, egoque perterreor refe-
rens, ac niſi me Eccleſiæ amor, aut quorundam
ſummatum virorum & Epiſcoporum fauor, aut
Dei gloria ad id efficiendum excitaret, à tanto
conatu facile deſiſterem, ſed his tribus admini-
culis adiutus, vt iam plurima in iis dilucidaui, &
diiudicaui, ſpero quod cætera Deo iuuante per-
ficiam, qua propter vos etiam atque etiam rogo
vt faueatis; & quemadmodum ſternutantibus
omnes bene precantur, ita etiam vos idem ho-
neſta aggredientibus faciatis: Rogo inſuper vt
me, hanc & omnes lucubrationes meas, ſine vl-
la contumacia Eccleſiæ ſummittere, credatis.

FINIS.

DE HIERARCHIA ECCLESIASTICA ENVCLEANDA TRACTATVS.

AMPLISSIMO ORDINI

REGIORVM ET AVGVSTALIVM,

SENATVS PARISIENSIS,

TRIVMVIRORVM,

ET

SACRI CONSISTORII Conſiliariorum,

HIERONYMO BIGNONIO,

MATTHÆO MOLE',

AVDOMARO TALÆO.

IOANNES DARTIS S. D. P.

ILLVSTRISSIMI VIRI

Publicum affectus mei ſignum vltra debere non potui, Ecce vſurpo triplex nomen veſtrum, & vt hunc librum commendem, vobis inſcribo, veſter enim eſſe debebat, vt publicus eſſet, veſter vt geniatus, veſter vt æternus, quem ſi veſtra commendent ſuffragia, hoc præiudicio, anteuertam omnis grauiſſimi examinis ſeueritatem; non ſtili mei meritum prætendo, ſed Ordinis veſtri Placitum ac Iudicatum, & in veſtro iudicio, & amore, omnium me Chariſſimorum pignorum gratiam reperiſſe putabo, hæc enim ſunt ornamenta oris, & pectoris veſtri quod ratione fixi ac ſtabiles, germanos colores ribus obducitis, eſtque in vobis quod vnuſquiſque diliget, & pro ingenij ſui qualitate, probet, ac laudet, & ſane natura quæ vos genuit, oſtendit quantum in reliquis poſſet, & ætas quæ vos tulit, futuris ſeſe inuidendam fecit; Scio quidem pulchrum eſſe, bonorum curatorem & deffenſorem eſſe, ſed pulchrius eſt etiam litterarum eſſe, ſcio magnum eſſe. vnoquoque ſæculo, vel vnicum naſci, qui nihil deſit ad laudem, ſed fœlicitas illa maior eſt temporum, tres ſimul reperiri, viros Auguſtales ac Regios, qui in litteris, in virtutibus, ac iure reddendo ſummatem gloriam ferant, nec poteſt eſſe bonorum virorum vena fœcundior, vos enim viri in auxilium plebis, & in Conſilium Regis creati, vos litibus iudicandis, forma rerum dandæ, reip. curandæ, Academiæ moderandæ, primi iudices dati, vos ædium ſacrarum, operum & locorum publicorum, aquæ deducendæ, & annonæ populo probandæ, eſtis Curatores, vos denique humeris veſtris cauſarum omnium, ac negotiorum pondera ſuſtinetis. Ego autem neminem ex vobis, ſuo proprio nomine ſalutaui, licet vniuſcuiuſque veſtrum, nomen ſit, quàm

Solonie, illuſtrius, vt oſtenderem, vos non tantum nomen gentie, & ſanguinis, quod ſanè Illuſtriſſimum eſt, ſed magie nomen honoris ſuſtinere, & veſtris vigiliis, & laboribus, in Reip. cura, nouum nomen cuſtodum, defenſorum, curatorum, & propugnatorum iuris, ac libertatis populorum aſſecutos eſſe, fecique quod faciebant Ægyptij, qui nefas habebant, ſuo certo ac proprio vocabulo, Mercurium nominare, cumque tantum ex officiis, litterarum patronum, legum parentem, pacis caduceatorem, ſapientiæ & eloquentiæ Antiſtitem nominabant; Et nunc, propter vos, certe crediderim, verum eſſe quod pœta fabulantur, Minoa illum, omnium Iuſtiſſimum, fuiſſe Iouis collocutorem, & quæ iuſta eſſent, πρὸς τὸν Δία διαλεγόμενον, id eſt, per dialogos cum Ioue didiciſſe, nam poſtquam ad Cancellos veſtros ventum eſt, qui vos audiunt, & qui vos alloquuntur, ſiue ſint aduocati, ſiue partes ipſæ, ita vident à vobis agitari iuſtitiam, vt illi, fiant iuris doctiores, & pro æquitate, certius quam in ſcholis, loquantur, iſti vero etiam victi, vobis gratiae agant; Et ſicut audiuimus veteres Celtas, recene natos pueros, & de matre cadentes, ad Rhenum exploraſſe, ita ſi quis litem habuerit, & vos adierit, ſtatim atque ea coram vobis conteſtata eſt, ita iuriſprudentiæ veſtræ radium ſpargitis, & iuſtitiæ veſtra riuum ducitis, ita ordinē rerum plena inquiſitione diſcūtitis, & legitimie rationibus exploratis, ita prudentes in deprehendendis calumniantium fraudibus eſtis, & ſententiie veſtris malam cauſam vulneratis, vt qui ſemel à vobis iudicium acceperit, certus de iure ſuo, nolit amplius in Anguſtiore Senatu de eadem cauſa, bis iudicium adipiſci. Sed quia hac omnibue bonie nota ſunt, fruſtra ego inde vos laudi & gloriæ aſtipuler; E lare veſtro, & limine, auaritia, corruptela, fucus, & omne vitiorum commercium exulat, voe ingenia æſtimatis, qui veſtrum coluiſtis, artee promouctie, quas olim didiciſtis, virtutes fouetis, quas vita & moribus exprimitis, & nulla pars eſt eruditionis, nullus author in quo peregrini ſitis, nullus genius amœnitatis, quem non penitus poſſideatis. Quare licet ego, dum committo eruditioni veſtræ, vigiliarum mearum teſtem hunc libellum, efficiam, tum ne me otioſum penitus arbitremini, tum vt deuotum dignitati veſtræ animum meum vīdeatis, plus tamen inde magnitudinis veſtræ, famam veneror, cum laudes veſtras, ſtili honore, percurro. Nam etſi tam generoſa conſcientiæ ſecuritate agitis omnia, vt laudari contemnatis, ſemel tamen hic effari debui, quicquid omnes tribuunt, & inſinuare breuiter oportuit, quicquid conſenſu publico meremini, Adde quod ne parum quoque intelligere virtutes viderer veſtras, quas ſilerem, affectum etiam meum aliquo animare encomio volui; vnde hic cumulus quoque laudibus veſtris accedet, quod tanti, & ſic noti viri, tam puſillum librum non ſpreueritis, cui, ſi etiam quid commendationis inſpirauerititis, cœteris ornamentie veſtris, adiicietur decus præſentis officii; Equidem cum hæc ſtilo conſecrarem, & in recitationibus ſolemnibus, auditoribus meie traderem, nulla mihi prurigo erat emitendi operis, ſatiſque, per hoc, publicatum videbatur, nec tanti etiam erant hac, vt aut vobis offerrentur, aut à vobis legerentur, niſi illis pretium aliquod feciſſet frequentia auditorum, qui meis prælectionibus interfuerunt, & niſi continerent eam diſciplinam, & partem Iuris noſtri, qua nec vlla eſt Auguſtior, & in qua voe maxime excellitis; Nec enim agitur hic de paralogiſmie Sophiſtarum, & inutilibus dialecticorum implicaturis, quibus cruciari ſimplicitas, obſcurari perſpicuitas, & ſuſpendi veritas ſolet, nullæ hic circumlocutionum præſtigiæ, quæſtionum propagines, & ſolutionum implicationes, ſed ſublimes materiæ, quæ & Chriſtum habent authorem, & Apoſtolos, vel Apoſtolicoe viros tractatores. Habetis ſummam voluntatis meæ; Quod ſupereſt, Deum precor vt velit ſtatum ſanitatis, & fœlicitatis, veſtra in ſolido collocare. Lutetiæ Pariſiorum, Anno D. CIↃ. IↃCXXXIX. Dic natali, Cathedræ Antiochenæ, S. Petri.

PRÆFATIO.

CAP. I.

OMnes quidem quæ à ratione A ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet à definitione proficiſci, vt intelligatur, quid ſit id de quo diſputatur, vt ait Cic. lib. 1. offic. & optima definitio eſt quæ à genere incipit, deinde deſcendit ad ſpeciem, poſtremo ita propria complectitur, vt excludat omnino id quod cum aliis poteſt eſſe commune, vt nos docet Marius Victorinus. Sed non omnes res poſſunt ſtatim hac ratione definiri, nam vt ait idem Tullius in topicis, ſunt quædam diuiſionum ac partitionum definitiones, cum res ea quæ propoſita eſt, quaſi in membra prius decerpitur, quam quid ſit id de quo agitur oſtendatur; Et oſtendit Ariſtoteles lib. 2. top. cap. 17. *Conſiderare*, inquit, *quot modis quidque dicatur, vtile eſt ad perſpicuitatem, facilius enim intelliget quiſpiam quid ponit, ſi explanatum fuerit quot modis dicatur*, nos igitur antequam propriam hierarchiæ Eccleſiaſticæ vim, definitione declaremus, exiſtimauimus neceſſarium eſſe vt ea in B ſuas partes diuideretur, cum non vna eas omnes definitio poſſit comprehendere.

De diuiſione hierarchiæ.

CAP. II.

QVem admodum ἀρχὴ teſte Suida duo ſignificat, nempe vel principium, vel principatum, ita & hierarchia quæ inde deſcendit, duobus modis in Eccleſia accipi poteſt.

De prima ſignificatione hierarchiæ.

CAP. III.

HIerarchia ergo ſumitur primo, pro ratione omni ſacrorum; Ita vt definiri poſſit, *collectio ſeu comprehenſio ordinationis diuina & à Deo inſtituta omnium ſacrorum, ſiue ſint res ſacra, vt ſacra ſcriptura, & ſanctiſſima Sacramenta, ſiue miniſtri ſacri, vt Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, vocationis diuinæ participes, cuius comprehenſionis initium eſt Ieſus ipſe, & eius loco hierarcha omnis, præcipuus finis vero eſt vt vnum cum eo id eſt vt dij efficiamur, idque ſine vlla ad iuriſdictionem reſpectu*, hæc vero definitio, ſumpta eſt, maxima ex parte ex variis locis Dion. Areopagitæ.

Dicitur 1. hierarchia, & ita vocatur paſſim à D. Dionyſio, & hæc vox reperitur quoque in ſynodo 7. generali can. 2. Et in Tridentina ſeſſ. 23. de Sacramento ordinis can. 6. & apud Eliam Cretenſem orat. 5. Greg. Nazianz. Eademque Origine Aſiarchia dicitur, in lib. 6. §. 14. à modeſtino, D. de exiſtimationibus, & Βιθυναρχία, & A Καππαδοκαρχία dicta lib. 6. §. 14. & Γαλατιαρχία à Greg. Naz. ep. 205.

Dicitur 2. Collectio ſeu comprehenſio, vt cap. 5. de Eccleſiaſt. hierarchia, *Eſt quidem*, inquit, *hierarchia omnis, vt ſacra noſtra tradit religio omnis ratio ſacrorum quæ ſubiecta ſunt, vniuerſaque ſacrorum huius vel illius hierarchia ſumma.*

Dicitur ordinationis, vt cap. 3. de cœleſti hierarchia, hierarchia dicitur τάξις ἱερὰ in multis locis.

Dicitur diuinæ ſeu à Deo inſtitutæ, vt cap. 1. de Eccleſiaſt. hierarchia in principio, vbi dicitur quod *hierarchia, eſt diuinitus tradita ac diuina diuinoſque efficientis, & ſcientia, & efficaciæ, & perfectionis*, & ideo paulo poſt dicitur quod *Trinitas eſt principium huius hierarchiæ, quæ Trinitas eſt fons vitæ, bonitatis eſſentia vna cauſa rerum omnium, à cuius bonitate & ſtatus, & bonus ſtatus iis quæ ſunt conceditur.* Et denique patet ex Concilio Tridentino ſeſſ. 23. de Sacramento or- B dinis can. 6. *ſi quis dixit ait in Eccleſia Catholica non eſſe hierarchicam diuina ordinatione inſtitutam quæ conſtat ex Epiſcopis, Presbyteris & miniſtris anathema ſit.* Et ex Elia Cretenſi in orat. 1. Greg. Naz. *quod autem ait iam olim, atque à Deo hic ordo ſtatutus ſit ex iis quoque iam declaratum eſt, quæ de cœleſtibus hierarchiis diximus.*

Dicitur omnium ſacrorum, vt oſtendimus ſuprà ex cap. 1. de Eccleſiaſtica hierarchia; omnium inquam ſacrorum, quæ ſcilicet, vel de iis dicuntur, vel intelliguntur, vel fiunt ab iis & peraguntur, vt addit maximus dicto cap. 1. de Eccleſiaſt. Hierarch & ideo apud eundem Dionyſ. lib. de cœleſti hierarch. cap. 3. hierarchia dicitur ordo ſcientia, & actio.

Dicitur ſiue ſint res ſacræ, vt ſacra ſcriptu- C ra ſanctiſſima Sacramenta, & ſacri miniſtri, nam vt ait idem Diu. Dionyſ. lib. de Eccleſ. hierarch. cap. 5. triplex eſt Eccleſiaſticæ hierarchiæ diuiſio, eo quod in ſanctiſſima ceremoniarum ſacrificia tribuitur, & in diuinos ſacrorum miniſtros, & in eos qui ab illis pro captu ſuo ad ſacra euehuntur, & cap. 1. eiuſdem libri ſub hierarchia Eccleſiaſtica comprehendit non ſolum ſacramēta ſed & ſacros ordines, & c. 5. de Eccleſiaſtica hierarchia dicitur, hierarchiam præcipue cōſiſtere in verbis quæ à Deo tradita ſunt, *noſtra enim ait hierarchia ſubſtantia ſeu materia in verbis quæ à Deo tradita ſunt conſiſtit atque D cernitur*, & refertur ex eodem in can. 2. ſyn. 7. gen. & à Zonara ibidem, *ſubſtantia enim ait hierarchia diuina ſcriptura vocata eſt, quod ex illa nimirum tota eius conſtitutio pendeat.*

Dicitur, vt Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi; nam illi ſoli ſunt hierarchæ, vt patet ex cap. 5. de Eccleſ. hierarchia, vbi eorum munera diſtribuuntur, & ex Concilio Trident. ſeſſ. 23. can. 6.

de ſacramentũ ordinis ſupra citato. Et ratione illorum trium ordinum Eccleſiaſtica hierarchia, repreſentat cœleſtem, nam in cœleſti ſunt tres ordines, & in vnoquoque ordine eſt ternio, primus ternio, eſt, Throni Cherubim & Seraphim, ſecundus ternio Dominationes Virtutes Poteſtates, tertius principatus Archangeli, Angeli, vt patet ex c. 8. de cœleſti hierarch. & aliis in locis, & ſimiliter in Eccleſiaſtica hierarchia, ſunt tres ordines, Pontificum Preſbyterorum, & Diaconorum, vt dictum eſt cap 5. de Eccleſ. hierarchia; & quod noſtra hierarchia, ſit inſtar cœleſtis, dicit quoque Clemens Alexandrinus lib. 6. ſtromat. *progreſſio ait quæ facta eſt ab Euangelio, Epiſcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, ſunt opinor imitationes Angelicæ gloriæ*, Et D. Ignatius ep. ad trall. *quid eſt*, ait, *aliud Epiſcopus Chriſti imitator, quid cœtus presbyterorum ſacer, quid Diaconi, quam imitatores Angelicarum virtutum, quæ purum & inculpatum miniſterium Deo exhibent.* Et Elias Cretenſis loco ſupra citato.

Dicitur vocationis diuinæ participes, iuxta illud numer. 3. *Aaron & filios eius Conſtitues ſuper cultum ſacerdotij, externus qui ad miniſtrandum acceſſerit morietur.* Et ad Hebr. 5. *nec quiſquam ſumit ſibi honorem ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron*; Et Greg. Nyſſen. in vita Moſis probat ex Aaronis virga mirabiliter efflореſcente, non ab hominibus ſed à Deo ſacerdotij gratiam concedi; Et cõfirmatur ex Leone 1. ſerm. de ordinatione ſui, *In lege ait gratiæ dignitio cœleſtis gratiæ, gigni Antiſtitem.* Et ex Clemente libr. 8. conſtit. Apoſtol. *Eſſe quidem*, ait, *Chriſtianum in poteſtate noſtra eſt, Apoſtolos vero & Epiſcopos eſſe non eſt penes nos ſed potius penes Deum qui chariſmata tribuit*; Vnde factum eſt vt Core Datan & Abiron perierint quod non vocati à Deo alienum ignem adolere voluerint nequis (vt ait Diu. Auguſtin. ſerm. 98. de tempo.) preſumptione ſuperbi ſpiritus, non ſibi à Deo datum munus Pontificatus inuaderet & patet etiam ex Dionyſ. Areopag. cap. 2. de Eccl. hierarch. & ep. 8. ad Demophilum.

Dicitur cuius initium eſt Ieſus. Ita in cap. 1. de Eccleſ. hierarch. Ieſum, ait, qui hierarchiarum omnium auctor atque perfectio eſt, & c. 5. vt enim hierarchiam omnem videmus in Ieſum terminari, ſic vnamquamqua in ſuum Pontificem.

Dicitur & eius loco hierarcha omnis præcipuus vt patet ex dicto c. 5. de Eccleſ. hierarch.

Dicitur vero hierarcha omnis præcipuus, nam cum hierarchia, hoc modo ſumpta ſignificet tantum illam ordinationis ſeriem quæ à principio ſuo deducitur, & ad illud reducitur, inde fit vt in quolibet ordine, id quod principium eſt dicatur hierarchia, vt patet ex cap 1. de Eccleſ. hierarch. & colligit ex eo capite, Diuus Maximus, ad illa verba, *vniuerſuque ſacrorum, huius vel illius hierarchia ſumma. Summa*, inquit, *quod forte ſſe omni ordine hierarchia nuncupato, hierarchia eſt omnis hierarchia principalior generaliorque ſumma, vt preſbyterorum hierarchia id eſt ordinis, hierarchia Epiſcopus, qui ſcire debet purgare illuſtrare & perficere, diaconorum hierarchia, hierarchia Archidiaconus, qui cognitu habere debet officia miniſtrorũ, atq; ita deinceps reliquos ordines*, nam vt dicitur, in cap. 5. de Eccl. hierarch. *Vis hierarchici ordinis, in ſacris omnibus diſtinctionibus capitur, agitque per omnes ſacras ordines hierarchia ſua myſteria*, nec tamen ſi id quod principium eſt dat nomen hierarchiæ, nam verbi gratia in ordine omnium hierarcharum; Epiſcopus qui primus hierarcha & eorum qui Deum videre, rurſus idem poſtremus eſt, in eo enim & abſoluitur & expletur omnis hierarchiæ noſtræ diſtinctio, vt dicitur in capit. 5. de Eccleſ. hierach. & capit. 1. vbi habetur quod omnis quæ ſub ipſo eſt hierarchia, hierarchia pure abſoluitur, & cognoſcitur in eo, & ratio adfertur dicto capit. 5. quia ordo pontificum poteſt perficere munia ſacerdotum & diaconorum, non contra, *eſt igitur*, inquit, *demonſtratum, Pontificum quidem ordinem vim perficiendi habere, ac re perficere. ſacerdotum autem illuſtrandi vim habere atque lucem adferre, miniſtrorum vero expiandi & ſecernendi vim habere*, quod ſcilicet pontificum ordo, non ſolum te perficere poſſit verum, etiam illuſtrare ſimul & expiare, ſacerdotumque ordo in ſe habeat coniunctam cum illuminandi vi, mundandi etiam expiandiue ſcientiam, nam inferiores quidem ordines ad maiora ſuperioraque munera tranſilire non poſſunt, ac præterea nefas eis eſt id audere, diuiniores autem ordines vna cum ſuis inferiores quoque ſua perfectione ac virtute ſcientias ſacras tenent.

Dicitur & finis eſt, vt vnum cum eo id eſt dij efficiamur; & ita cap. 1. de Eccleſ. hierarchia, ſed apertius cap. 1. de cœleſti hierarchia, *finem*, ait, *ſibi propoſitum & Dei habet imitationem quantum hoc licet, & cum illo coniunctionem.*

Dicitur, idque ſine vllo ad iuriſdictionem reſpectu, idque ſatis colligitur ex dictis, cum dictum ſit hierarchiam iſto modo ſumptam eſſe tantum rationem, collectionem & comprehenſionem omnium ſacrorum, & maxime patet ex S. Maximo, in explicatione tituli de cœleſti hierarchia, *Sciendum eſt*, inquit, *quod hierarchia quidem ſit principium ordinis ſacrorum veluti cura, & hierarcha, ſacrorum princeps & curator, & prouiſor, nec tamen ſacerdotum, ſed is qui ſacra & ipſorum conſtitutionem, atque Eccleſia & myſteriorum diſponit, nec tamen princeps ſacerdos.*

Et notandum eſt in hac hierarchiæ ſignificatione. Ex dicto cap. 1. de Eccleſiaſtica hierarchia, & ex S. Maximo Scholiaſte, Epiſcopos Preſbyteros & Dia onos dici potius hierarchiam quam hierarchas quia hoc modo, conſiderantur tanquam partes hierarchiam componentes non tanquam præſides & principes illius.

De ſecunda ſignificatione hierarchia.

CAP. IV.

SEcundo accipi poteſt hierarchia, pro eodem ordine rerum & miniſtrorum, ſed coniuncto cum iuriſdictione, & poteſtate hierarcharũ, & relatione ad ſubditos, erga quos exercetur, & huc ſpectat quod diximus ſupra ex Maximo, capit. 1. de Eccleſ. hierarchia, *hierarchiam eſſe comprehenſionem omnium rerum ſacrarum, quæ intelliguntur, dicuntur, aut fiunt aut peraguntur*, & quod diximus etiam ex ipſomet Diuo Dionyſio, capit. quint. de Eccleſ. hierarchia, *triplicem eſſe hierarchiæ*

diuiſionem, in ſacrificia, in miniſtros, & eos qui ad ſacra euehuntur; Vnde poſtquam idem Dionyſ. dixit in cap. 3. de Eccleſ. hierarch. hierarchiam eſſe, quendam cumulum rerum ſacrarum, maximeque in ordinibus conſiſtere, addit ſtatim hæc verba, quæ ad poteſtates iuriſdictionis pertinent, *Et quoniam*, ait, *ordo hierarchiæ hoc poſtulat, vt alij purgentur alij purgent, quidam illuſtrentur luce doctrinæ, nonnulli illuſtrent, alij perficiantur, alij perficiant*; quod fieri non poteſt ſine iuriſdictione, Confirmatur ex c. 6. de Eccleſ. hierarch. vbi agitur de ordinibus, qui purgantur, eoſque diuidit in eos qui ex templis expellontur, vt Catharomeni pœnitentes, & a dæmone vexati, in fidelem populum, & in monachos; & propter eandem rationem hierarchia dicitur ordo ſcientia, & actio, in cap. 3. de cœleſti hierarchia, & ita ſumitur à Sophronio Conſtantinopol. patr. in ep. ſynodica ad Adrianum Papam, *vetus, ait, traditio, inualuit vt qui ad hierachiam eliguntur, ad eos qui in hierarchiis capeſſendis & adminiſtrandis maiores ſunt referant quid ſentiant & qua fide ſint.* Sic apud iuris conditores Aſiarchia, Bithinarchia, Cappadocarchia, Alytarchia, Syriarchia, Phœniarchia, ſont quidem ſacerdotia, Aſiarchia, Bithinarchia, Cappadocarchia, in lib. 6. §. 14. D. de excuſationibus, Alytharchia, & Syriarchia, in l. vnica Cod. de officio Comitis orientis, titulo ait qui Alytarchiæ, & Syriarchiæ muneribus in prima ſyria depotati ſunt Syriarchia item & Phœnicarchia, in l. 1. cod. de naturalibus liberis quos in ciuitatibus ait donum virilitas, vel ſacerdotij id eſt phœniriarchiæ vel ſyriarchiæ ornamenta condecorant: ſed illa ſacerdotia erant cum aliqua poteſtate, & principatu, vnde in Actis Apoſtolorum, interpres vetus Aſiarchas vertit Aſiæ principes, & apud ſtrabonem lib. 14. dicuntur Aſiarchæ ἄπρωτοι, πρωτεύοντες 1. primoribus & opulentioribus Aſiæ qui ideo eligebantur Aſiarchæ vt poſſent munera & ludos edere, in honorem Deorum quorum erant ſacerdotes; quapropter Ruffinus, Ἀσιάρχην, vocat munerarium propter hoc munus & onus patrimonij quod opulentiores electi in Aſiarchas in honorem Deorum præſtare tenebantur. Sed & in l. 6. §. 14. ſuprà citato, iam dicta ſacerdotia dicuntur præſidatus gentium, Aſiarchia ſcilicet Bithinarchia, Cappadocarchia; & Aliiarcha, autore Phaoorino præ etat τοῖς ἀγῶσι 1. maſtigophoris.

Hierarchia ergo erit ſacer præſidatus; vel ſacrorum præſidatus, ſicut Aſiarchia, eſt præſidatus Aſiæ ſacerdotalis, & ideo, Gregor. Nazianz. orat. 20. Epiſcopatum vocat δυναστείας, & ἐξουσίας ὑπερεχούσας 1. ſublimes poteſtates, & oratione 1. προστασίας, & oratione 21. ἀρχὴν & alio loco eadem orat. τὸ ἄρχειν, 1. imperium, ὅτι τὸ ἄρχειν ... τῆς ἀρχῆς, & eadem item oratione, vocat Epiſcopatum gubernationem, vbi loquitur de Petro & Paulo, & ait, *quod vna cum gubernatione tam in ſermone quàm in opere gratiam acceperunt*, Et Hilarus Papa ep. 3. ad Leontium Epiſcopum Arelatenſem, vocat eius Epiſcopatum, monarchiam, *in prouincia ait quæ ad monarchiam tuam pertinet.* & Proſper l. 2. de voc. gent. c. 6. & D. Bernard. lib. 3. de conſiderat. vocant principatum, & D. Chryſoſt. Homilia 1. ad Titum. Is quidem ait cui Eccleſiæ principatus eſt creditus, quique dignitate Epiſcopatus ornatus eſt niſi populo quæ agenda ſunt dixit, non erit innoxius, &c. & Homilia 3. ad Coloſſenſes, vocat προστασίαν.

Et Epiſcop. præcipuè pertinent ad hierarch. ex Concil. Tridentin. ſeſſ. 23. cap. 4. de ſacramento ordinis, ſuntque primi hierarchæ, ideo ſoli vt plurimum Epiſcopi dicuntur hierarchæ, vt apud D. Dionyſium Areopag. paſſim & Nicephorum Calliſtum in præfatione, & Zonaram & Balſamonem in ep. Concilij Epheſini, & apud Germanum in theoria rerum Eccleſiaſticarum non longe à principio; Et apud Codinum cap. 6. de officiis conſtitut artic. 21. vbi nomine hierarcharum intelligit Epiſcopos ſeu Pontifices Conſtantinopolitanos, dicit enim de flammulu, quod multas habebat diuinas imagines ἱεραρχῶν, 1. hierarcharum pontificum, & apud Ioannē Pſellū epigramate εἰς τοὺς ἁγίους τρεῖς ἱεράρχας vbi vocat Chryſoſtomum, Nazianz. & Baſilium hierarchas & apud Cedrenum in Baſilio, vbi Nicolaus Epiſcopus dicitur hierarcha, & apud Simeonem quoque Theſſalonicenſem duobus in locis; Et D. Petrus dicitur Archierarcha, à germano loco citato.

Imo dici poteſt quod hierarchia, hoc ſecondo modo ſumpta eſt propriè hierarchia, & hierarchæ ſunt Epiſcopi; qui regimen habent & adminiſtrationem Eccleſiæ non qui ſunt tantum conſecrati, ita vt hierarchia Eccleſiaſtica potiſſimum poſita ſit in præfectura & adminiſtratione ac iuriſdictione, non in ordinum dignitate ſeu conſecratione; quæ fuit aperta ſententia Innocentij tertij in cap. 2. de tranſlatione Epiſcopi: vbi ponit tres caſus quibus oſtendit Epiſcopum in nullo eorum caſuum fieri hierarcham per conſecrationem, ſed tantum per electionem & confirmationem; Aut enim 1. quis conſecratur tantum ſine vllo Eccleſiæ titulo, & poſtea eligitur, & is antequam eligatur, non eſt per ſolam conſecrationem factus ſponſus Eccleſiæ, ſed per ſolam electionem; Aut 2. quis eligitur tantum & confirmatur, & poſt tandem conſecratur, is per ſolam electionem fit ſpōſus Eccleſiæ, non per conſecrationem ſubſequentem, quæ vt ait ibidem Innocentius tertius nihil addit ſponſo, cum per eam non ſit maius inde vinculum Epiſcopi ad Eccleſiam, ex conſecratione ſubſecuta, imo idem penitus & non aliud, ita vt electo & confirmato Epiſcopo alicuius Eccleſiæ ea non amplius debeat reputari viduata, & licet Epiſcopus electus & confirmatus tantum, nondumque conſecratus non poſſit conferre ſacros ordines & alia quæ ſunt ordinis Epiſcopalis præſtare, non ideo eſt minus ſponſus Eccleſiæ ratione vinculi, licet dici poſſit eſſe quodammodo ſponſum inutilem quod non poſſit ea peragere, ſed aliud eſt eſſe ſponſum inutilē, aliud vero non eſſe ſponſum vt obſeruat idem Innoc. 3. Aut tertio Epiſcopus qui eſt electus & confirmatus, & ſimul conſecratus, renuntiat Epiſcopatui, ſeu oneri Epiſcopali; Et illa licet maneat conſecratus Epiſcopus, nihil tamen retinet in Epiſcopatu, & omnino deſinit eſſe ſponſus illius Eccleſiæ; & hæ ſunt rationes Innoc. 3. quæ non parum faciunt ad propoſitū noſtrū, nam eo ſpectant ſine dubio vt velit dicere, hierarchiā Eccleſiaſticam ſolum poſitam eſſe in præfectura, & adminiſtratione; non in ſola cōſecratione; Cui cōuenit illud lib. 8. conſtitutionum Apoſtolicarū

cap. 1. *Epiſcopi enim*, ait, *presbyteri aliquorum ſunt ſacerdotes, & laici aliorum laici*; Sed & hæc quoque fuit ſententia, Zonaræ & Balſamonis, ad Epiſtolam Epheſinæ Synodi ad ſacram Pamphiliæ Synodum, in qua agitur de Euſtathio, qui renuntiauerat Epiſcopatui, & tamen petebat vt honorem Epiſcopi, retineret ac conſeruaret, quod ei patres Epheſini, ex quadam commiſeratione vel potius diſpenſatione vt ait Balſamo concedendum putarunt ſi ita videretur patribus Synodi Pamphyliæ; quod fieri non poſſe aſſerunt ibidem Zonaras & Balſamo, hac ducti ratione, quod cum ex Synodo Chalcedonenſi, nullus fiat hierarcha ſine titulo, & per ſolum hierarcha ſit; conſequenter Euſtathius iſte Epiſcopus, amittens titulum Epiſcopi per renunciationem, debet deſinere eſſe hierarcha; verba Zonaræ ſunt hæc, *quicumque ciuitatem cui præfectus erat reliquit ac in ea ſacrorum procurationem gregiſque ſibi in ſummo ſacerdote curam deſeruit, quid habebit amplius, ex quo Epiſcopi nomen obtinere merito debeat? quorum ille namque ſpeculator aut cuſtos, ipſum enim nomen actionem exercitationemque ſignificat, quam qui defugiat Epiſcopi quoque nomen amittat neceſſe eſt, porro in quem Epiſcopi nomen haud cadit, qui iure is ſacerdotij dignitate retenta ſacri magiſtratus prærogatiuis & honore perfruetur? quomodo vere hierarcha, qui nec vllum ſubiectum ſibi clerum habet, nec vllu in ſacris initiates homines auctoritate preditus eſt? At cui hierarchæ appellatio non conueniat, nec actio conueniet, quique nominis communione excluditur, reipſa multo magis careat neceſſe eſt*; hactenus Zonaras, verba Balſamonis hæc ſunt, *præterea*, inquit, *Cum Chalcedonenſis ſynodus nullum abſolute ordinandum eſſe decernat, qui ſolum ſacerdotalē vt dicunt dignitatem obtinebit, quorumnam ſacerdotum hierarcha eſſe dicitur, vel quoſnam docebit; & quorumnam Epiſcopus erit, nullorum omnino, quare nec poteſtate quidem ſola ſacerdotalis dignitas obtinebitur.* Hæc quidem Balſamo, ſed ne temere videatur accuſare patres Epheſinos, illos excuſat quod permiſerint Euſtathium illum retinere honorem & nomen Epiſcopi relicto Epiſcopatu, quod forte vitium aliquod ineſſet renuntiationi, nec apparuiſſet eis an recte fuiſſe renuntiatum; Adde quod non omnino illud ita abſolute definiuiſſent, ſed propoſuiſſent tantum Pamphiliæ patribus, permiſiſſentque eis de ea re vt vellent ſtatuere. Verum & aliter excuſari vel potius accipi poſſunt patres Epheſini, ſi dicamus eos reliquiſſe Euſtathio honorem Epiſcopi amiſſo Epiſcopatu, propter characterem qui facit vt ordinati non temporariam, ſed perpetuam habeant ordinis poteſtatem, & nunquam deſinant eſſe conſecrati Epiſcopi, vt dicitur in Concilio Trident. ſeſſ. 23. c. 4. de Sacramento ordinis; deinde id potuerunt maxime, quia ordinationes illis temporibus fiebant, ſæpiſſime ſine titulo, ante Conſilium Calcedon. ante quod fuit illud Epheſinum, & patet ex D. Auguſt. ep. 355. vbi ait ſe ita ordinatum à Diu. Ambroſio, ſine titulo; *ſuo ait me Clero vindicare voluit, vt etſi diuerſis locis degam, ipſius presbyter cenſeam.* Et Paulinus quoque Epiſt. 6. ad Seuerum Sulpicium. *Idem dicit de ſeipſo, nam inquit ea cōditione in Barſinonenſi Eccleſia conſecrari adductus ſum, vt ipſi non alligarer, in ſacerdotium tantum domini, non etiam in locum Eccleſiæ dedicatus*; & refert Nicephorus Calliſtus libr. 11. hiſtor. cap. 40. de barſe, & Eulogio monachis, ordinatis ſine ciuitatis titulo. *Extitere*, inquit, *præterea barſes & Eulogius, qui ambo poſt longum monaſtici exercitii certamen Epiſcopi ſunt facti, non in vrbe aliqua, ſed honoris gratia in monaſterijs ſuis Epiſcopalem conſecrationem, vt vt recte aliquis dignitatem eam tanquam præmium, ſeu remunerationem pro exactiſſime philoſophandi inſtituto eos accepiſſe dicere poſſit*, idemque refert Sozomenus libr. 6. hiſtor. Eccleſ. cap. 34. qui omnes fuerunt ante Concilium Calcedon. quod cum non aduerterent Zonaras & Balſamo, argumentum ſumentes ex Concilio Chalcedonenſi, quod poſterius fuit Epheſino falſo nituntur fundamento. plane Chriſtus quoque nos docuiſſe videtur, per electionem & confirmationem ante conſecrationem acquiri ius hierarchæ, conſtat enim Apoſtolos à Chriſto Domino, electos, vocatos & ad prædicandum miſſos, antequam aut Presbyteri, aut Epiſcopi conſecrarentur, Lucæ 6. Matth. 10. & Marci 3. imo & Ioan. 20 prius dicit *ſicut miſit me Pater*, &c. quam diceret *accipite Spiritum ſanctum quorum*, &c. deinde Paulus & Barnabas multo tempore antequam ſegregati eſſent, id eſt ordinati vt explicat Diu. Chryſoſtom. Apoſtolatum exercuerunt. Et legimus ad Galat. 1. Paul. per triennium Apoſtolat. miniſterium exercuiſſe, antequam vllum Apoſtolorum vidiſſet; tum enim reuertens Hieroſolimam à Petro Iacobo, & Ioanne gentium Apoſtolus ordinatus eſt vt ait Diu. Hieronym. libr. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, in Paulo. Idemque dici poteſt de 70. diſcipulis, quia Chriſto deſignati, & miſſi, diu ante ordinationem ſuam; quæ facta eſt poſt Chriſti mortem, & in cœlos aſcenſione.

Quod magis ex eo conſtabit, ſi ſequamur ſententiam eorum qui dicunt Chriſtum non ordinaſſe in hoc mundo Apoſtolos, cum Ioannis 20. dixit eis accipite Spiritum ſanctum, ſed poſt aſcenſionem in cœlos, cum miſit in eos eundem Spiritum, inter quos eorum ducit Dionyſ. Areopag. de Eccleſ. hierarc. cap. 5. *Ieſus*, ait, *ipſe cum diſcipulos ad ſacerdotij honorem efferret, quanquam erat vt Deus auctor ſacrorum, tamen ſanctiſſimo patri ſuo, diuinoque ſpiritui munus conſecrationis attribuit*; Et Pachymeres ac S. Maximus, in eius locum, *Nota*, inquit, *S. Maximus, quando diſcipuli ordinati ſunt ſacerdotes & Ieſum etſi Deus erat, non tamen ipſum eos ordinaſſe, ſed pollicitum eſſe miſſurum ſe Spiritū ſanctū à patre quando velut ignea lingua eis apparuerunt*; Idemque ſentiunt Amonius, Alexandrinus, & Oecumenius in acta. Et Gemma animæ lib. 1. cap. 189. *Epiſcopi, ait, in dominica die conſecrantur, quia & ea die Apoſtoli, à Spiritu ſancto ordinabantur.*

Sed & Greg. Nazianz. orat. 1. diſtinguit poteſtatem iuriſdictionis à poteſtate ordinis; & vocat illam complementum iſtius, atque ſine ea, cultum qui fit per poteſtatem ordinis, ceſſaturum; *Nam*, inquit, *profecto ſi omnes hoc ſine miniſterium dicere oportet, ſiue imperium, defugiant maxima parte claudicabit, nec iā pulcritudinē ſuā retinebit, pulchrum illud Eccleſia complementum, vbi nam porro, & à quibuſnam Deus*

myſticis illis ac ſurſum ferentibus ſacris colerctur, quibus nec maius quicquam, nec præſtantius apud nos eſt; Et Cyrillus etiam Alexandrinus lib. 2. cap. 85. In Ioannem; ille enim è contrario oſtendit miſſis Apoſtolis, in mundum, à Chriſto ſicut ipſe miſſus erat, illam poteſtatem non fuiſſe ſufficientem, ſed inſuper neceſſarium fuiſſe vt ſanctificarentur vt ipſi alios ſanctificarent, ſicut ipſe Chriſtus non tantum miſſus ſed etiam ſanctificatus erat, quod factum eſt inquit per participationem Spiritus ſancti, quod ſacerdem eſt ac ſi dixiſſet per ordinationem, nam in ordinatione acceperunt Spiritum ſanctum; Verba eius ſunt, *ad imitationem ſuam ordinatos miſſoſque à ſe diſcipulos, euangelicam & celeſtem doctrinam mundo prædicaturos, indigere ait Chriſtus neceſſario, vt in veritate ſanctificentur, vt poſſint ſui miniſterij curſum abſoluere*; Inde enim apparet diſtingui ſanctificationem ordinationis, à poteſtate miſſionis. Item D. Ambroſius de dignitate ſacerdotali cap. 5. vbi diſtinguit has duas ſiue poteſtates ſiue hierarc. oſtẽdit quæ eas fuiſſe diſtinctis verbis & temporibus à Chriſto inſtitutas, quæ tamen non faciunt, niſi vnum perfectum & completum ordinis ſacramentum, *Ordinis*, ait, *ſacramentum, vt alia, duplex Dei verbum habet præceptorium ſicut miſit me pater, & ego mitto vos, ite, docete, prædicate*, &c. *quibus mandatis Dominus ordinem inſtituit, de miniſtrorum nos poteſtate certos facit, hanc à ſe in eos authoritate & quidem diuina transferens, eoſque in cœlum aſcenſurus, ad ſanctorum conſummationem, & Eccleſiæ ſuæ ædificationem paſtores atque doctores, & myſteriorum ſuorum diſpenſatores, proque eo legatione fungentes nobis relinquens*, &c. *Promiſſorium, quo nos quoque de miniſterio tum verbi tum ſacramentorum ſecuros reddit, qui vos audit recipit, aut ſpernit, me audit, recipit, aut ſpernit, non hominem inquam, non Angelum ſed Chriſtum Ieſum, ſed Deum*, &c. *qui idoneos noui Teſtamenti miniſtros facit, & reconciliationis in eis verbum poſuit*, &c. *de cuius item ſacramentorum miniſterij efficacia, pleriſque locis clare pollicetur & teſtatur*, &c. *quorum remiſeritis peccata remittuntur eis vos Dominus ſacerdotes*, &c. Nam ſi quis diligenter conſideret hæc verba D. Ambroſij, inueniet ad verbum præceptorum pertinere poteſtatem iuriſdictionis, quæ verbis præceptorijs inſtituta eſt: ad verbum vero promiſſorium, pertinere poteſtatem ordinis, per quam ſacramenta efficiunt, & in honore ſimiles Deo conſtituuntur, & idonei fiunt miniſtri, id eſt vt poſſint poteſtatem iuriſdictionis exercere remittendo peccata, & ſic in alijs.

Objectiones quædam præponuntur.

CAP. V

OBijcitur 1. in can. quoniam diſt. 100. Eccleſiam in qua quis eſt electus & confirmatus Epiſcopus, ſi non ſit conſecratus dici viduatam vt & in Synod. Chalced. can. 25. Sed R^r. ad hanc obiectionem iam reſpondiſſe Innocentium 3. in cap. 2. de tranſlat. ep. non debere eccleſiam illam dici abſolutè viduatam, ſed im-

A proprie tantum. *Cum*, inquit, *non intelligatur Eccleſia viduata, quaſi ſponſum non habeat, ſed quia ſponſus eius, nondum ſit conſecratus, adhuc quoad quadam, quaſi viri maneat ſolatio deſtituta, ſicut iuxta communem modum loquendi, illa dicitur Eccleſia viduata, quæ licet Epiſcopum habeat inutilem tamen habet*; Ex qua reſponſione patet non dici viduatam propriè, quia habet ſponſum, ſed impropriè & iuxta communem loquendi modum, quia habet ſponſum inutilem, ſed ſponſum tamen, quomodo in can. 4. de frigidis & malefic. dicitur conſiſtere matrimonium inter impotentes, licet inutilis ſit ſponſus, vel ſponſa.

B Obijcitur 2. Epiſcopum dici ſponſum Eccleſiæ c. 11. & 39 7. q. 1. & ſpirituale fœdus coniungij intercedere inter Epiſcopum & Eccleſiam, cap. 2. & 4. de tranſlat. ep. quare ſicut aliud eſt matrimonium Initiatum, aliud ratum & perfectum, aliud conſummatum, ita hoc ſpirituale coniugium, initiatur electione, perficitur & ratum habetur confirmatione, & conſummatur conſecratione, & ideo conſecratio pertinet ad coniugium iſtud ſpirituale. R^r. ſufficientes Epiſcopum dici ſponſum Eccleſiæ, per electionem & confirmationem, etiam ante conſecrationem, nam ſicut eſt verum & ratum matrimonium carnale ante conſummationem, ita

C & ſpirituale hoc, ante conſecrationem.

Obijcitur 3. ex Goffrido Vindocinenſi opuſculo 2. de ordinatione Epiſcoporum in ordinatione Epiſcopi, conſecrationem eſſe æque neceſſariam, ac electionem, vt in baptiſmo aquam, & inuocationem Spiritus ſancti, *In primis* (ait) *firmiter credere non oportet, & nullatenus dubitare, vt quemadmodum baptiſmus, Chriſtianum facit, ita electio & conſecratio facit Epiſcopum, & ſicut impoſſibile eſt, ſine baptiſmate Chriſtianum fieri, ita eſt impoſſibile Epiſcopum ſine electione, & conſecratione creare, in ordinatione Epiſcopi, electio & conſecratio, ſic eſt vtraque neceſſaria, quod conſecratio, ſine electione, & ſine conſecratione electio Epiſcopum facere ſola non ſufficit, nam ſicut in baptiſmate aqua, & inuo-*

D *catio Spiritus ſancti, ſunt neceſſaria, quæ faciunt Chriſtianum, ita in ordinando Epiſcopo electio & conſecratio ſunt neceſſitate coniuncta, quæ creant Epiſcopum &c.* Sed R^r. Goffridum velle loqui de perfecto, & ſuis omnibus numeris abſoluto Epiſcopo, quatenus poteſt omnia munia Epiſcopalia exercere, tam ordinis, quam iuriſdictionis, ad quod requiritur non tantum electio, ſed etiam conſecratio, vt diximus ſupra ex Greg. Nazianz. orat. 1. & Cyrillo Alexandr. lib. 2. in cap. 85. in Ioan. & D. Ambroſio de dignitate ſacerdotali cap. 5. R^r. 2. malè omnino philoſophari Goffridum, comparatione ſumpta a materia & forma baptiſmi, & facta cum electione & conſecratione ordinandorum

E nec enim electio eſt veluti materia ordinationis, nec conſecratio eſt veluti forma, imo ſunt res diſparatæ, & electio & confirmatio, tribuunt poteſtatem iuriſdictionis, conſecratio vero poteſtatem ordinis, nec eſt neceſſe electionem ſemper coniunctam eſſe conſecrationi, ſed poſſe aliquem prius conſecrari Epiſcopum, tum eligi in Epiſcopatu; vel vice verſa, eligi priùs & deinde conſecrari, quod non fit in baptiſmo, nec enim forma poteſt adhiberi ante materiam,

nec materia ante formam; poterat quidem dicere Gotfridus ad perfectum Epiſcopum non tantum electionem ſed etiam conſecrationem eſſe neceſſariam, quia non eligebantur Epiſcopi, quin ſimul aut paulo poſt, puta intra tres menſes conſecrarentur; vt habetur in can. quoniam diſt. 100. & alibi paſſim, ſed non debebat vti iam dicta comparatione, quæ nullo modo conuenit ordinationi, imo contrarium potius dicendum eſſet, nempe conſecrationem eſſe veluti rem ſeu materiam hierarchiæ, electionem vero eſſe veluti formam, quandoquidem diximus ſupra in prima hierarchiæ ſignificatione, Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos, eſſe res ſeu perſonas ſpectantes ad hierarchiam.

Deinde conſecratio ſola, nullam dat iuriſdictionem, ſed tantum poteſtatem ordinis, quæ poteſtas reſpicit primo ordinatum, eumque ſegregat ab alijs hominibus, vt patet Act. cap. 13. *ſegregate mihi Saulum & Barnabam, in opus ad quod aſſumpſi eos*, ſegregate ait id eſt conſecrare, vt explicat D. Chryſ. loco cit. & Leo ep. 81. ad Dioſcor. cap. 1. Et ſane Paulus & Barnabas, iam habebant & exercuerant poteſtatem iuriſdictionis, & iam in opus aſſumpti erant ad quod conſecrabantur, cum Spiritus ſanctus dixit: vt ſegregarentur, vt conſtat ex ipſomet cap. 13. Et Origenes in Leuit. c. 20. Homilia 11. ait, *ſegregatum eſſe eum qui vſibus, tantum ſacerdotalibus, tanquam phiala ſancta, tanquam thuribula, mancipatur, qui à reliquis hominibus carnaliter viuentibus, & mundanis negotijs obligatis, ſeparatus, non quærit ea quæ ſuper terram, ſed quæ in cœlis ſunt, iuxta illud Domini dicentis, ſeparamini, qui portatis, vaſa Domini, & exite de medio eorum, &c.* quæ omnia magis pertinent ad conſecrationem quàm ad iuriſdictionem. Et ideo ordinatio ſumpta pro conſecratione, dicitur tantum reddere ordinatum auguſtum & honorandum, à Gregorio Nyſſeno. In baptiſmum Chriſti. *Eadem*, ait, *item verbi vis, etiam ſacerdotem, auguſtum & honorandum facit, nouitate benedictionis, à communitate vulgi ſegregatum, Cum enim heri ac tempore ſuperiori, vnus è multitudine ac plebe eſſet, repente redditur, dux præſes, doctor pietatis myſteriorum latentium myſtagogus, eaque contingunt, ei cum nihil vel corpore vel forma mutatus, ſed quoad ſpeciem externam attinet, ille ſit, qui erat, inuiſibili quadam vi, ac gratia animam in melius transformatam gerens*, ibi enim nulla facit mentionem iuriſdictionis, ſed totum effectum conſecrationis in ordinatum conuertit, nam quod dicit redditur dux præſes; hoc intelligitur habitu non effectu, nimirum reddi idoneum vt ſic dux præſes, ſi aliunde acceperit iuriſdictionem. Idem patet ex D. Dionyſio, c. 5. de Eccleſiæ hierarchia; qui effectum quoque conſecrationis, dirigit tantum in ordinatos, *manus*, ait, *ſacra impoſitio, ſimul quidem diuinum præſidium ſacramento annexum declarat, quo tanquam ſancti pueri, aue ſi'y patris charitate foueantur, ita vt quidem eis habitum & virtutem ſacerdotalem largiatur, contraria autem ab eis poteſtates procul amoueat.* Et ex Concilio Mogantino, 1. parte decreti c. 15. In quo patres concilij, duos tantum effectus, tribuunt conſecrationi, primus eſt vt conferat gratiam ordinatis, qua ad munera recte exercenda reddan-

A tur idonei, 2. vt efficaciam actibus eorum præſtet, nullum enim ibi verbum ponitur, quod ſpectet ad iuriſdictionem; *Rite*, inquit, *ordinatis gratiam diuinitus conferri, qua ad Eccleſiaſtica munera, rité & vtiliter exercenda apti, & idonei efficiantur, & quæ rata ſunt, & efficacia quæ à rite ordinatis in Eccleſia, iuxta Chriſti & Eccleſiæ inſtitutionem geruntur, hancque gratiam eſſe ordinis & muneris non hominum aut perſonarum.* Et ideo D. Paulus 2. ad Corinth. 3. poteſt intelligi de poteſtate ordinis cum ait, *qui idoneos nos teſtamenti miniſtros facit.*

Quare neceſſarium eſt vt præter poteſtatem ordinis ſit aliqua poteſtas iuriſdictionis, & ideo Chriſtus ordinando Apoſtolos, diuerſis verbis

B dedit poteſtatem ordinis, & iuriſdictionis, ordinis quidem his verbis, *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, &c.* Iuriſdictionis vero cum dixit, *ſicut miſit me pater & ego mitto vos*; & ratio eſt quia ſi verbis conſecratorijs, vtramque dediſſet poteſtatem, hinc ſequeretur dari nunc per illa verba omnibus etiam ſacerdotibus æqualem poteſtatem, cum ea quàm tunc acceperunt Apoſtoli, nam eadem forma ſacramentalis eundem ſemper habet effectum, vtpote efficiens id quod ſignificat, hanc enim ob cauſam omnes ſacerdotes habent æqualem poteſtatem in ordine ad corpus Chriſti verum quare, & haberent etiam eandem ad corpus Chriſti myſticum, ſi per illa verba

C accipite Spiritum ſanctum data eſſet Apoſtolis iuriſdictionis poteſtas; Et ſequeretur etiam poteſtatem illam non poſſe tolli, aut minui ab Eccleſia, nec vllos caſus reſeruari, quod eſt contra vſum & doctrinam Eccleſiæ: at ſane etiam Chriſtus, non in conſecratione ſed in miſſione Apoſtolorum aut diſcipulorum, reſtrinxit poteſtatem quàm eis dederat, vt cum Lucæ 10. dixit diſcipulis, *vt in omnem ciuitatem & locum, quo ipſe erat venturus irent*; nec dedit poteſtatem vt in omnem alium locum irent. Item cum dixit Apoſtolis Matth. 10. *In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, ſed ite potius ad oues quæ perierunt do-*

D *mus Iſrael*, reſtrinxit quoque ex reſeruauit ſibi poteſtatem, ſed poſtea illa reſeruatio, contrarijs plane verbis ſublata fuit act. cap. 1. *& eritis, mihi teſtes in Hieruſalem, & in vniuerſa Iudæa, & Samaria, & vſque ad extremum terræ.* Refertur, & à Sariſberienſi epiſt. 68. Caſus etiam hodie reſeruatus à Chriſto, quo ſcilicet Chriſtus ſolus poteſt ligare ex ſoluere mortuos; hunc enim caſum ſibi in cœlo reſeruauit, *Equidem*, ait, *eius eſt, mortuum ſuſcitare, & qui poteſtatis huius arbitrium diſcipulis contulit ſuper terram, hanc ſpeciali priuilegio, diuinæ maieſtatis in cœlis retinuit dignitatem.* Et merito, nam Chriſtus habet cathedram in cœlo, ex D. Aug. tract. 30.

E in ep. Ioan. in fine, *magiſterium*, ait, *forinſecus facta adiutoria quædam ſunt, & admonitiones, cathedram in cœlo habet qui corda docet.*

Ex his ergo patet Epiſcopum conſecratum tantum, habere quidem poteſtatem dimittendi peccata, ſed non poſſe ea effectu dimittere niſi adepta iuriſdictione, vel ordinaria vel delegata, ſeu aquiſitis ſubditis, iuriſdictio enim datur in ordine ad aliquos ſubditos, eaque ſunt correlatiua, vt diximus ſupra ex conſtitutionibus Apoſtolicis, l. 8. cap. 1. At ſacerdoti & Epiſcopo

ex vi ſuæ ordinationis, nulli ſubditi aſſignantur, A quia non eſt major ratio, cur hi potius quam illi aſſignentur, at omnes non aſſignantur, idque patet ex ordinationibus quæ fiunt ſine titulo; quare poteſtas ordinis ſita eſt in charactere ſacerdotali, qui eſt poteſtas quædam moralis quatenus ſcilicet reſpicit corpus Chriſti myſticum, atque adeo traditur cum ab Epiſcopo ſacerdoti dicitur, accipe poteſtatem offerendi &c. & quatenus ſacerdos accipit in ſua ordinatione, vim producendi gratiam peccati remiſſiuam, ſeu poteſtatem exequendi, ſententiam vbi habita iuriſdictione, illi erit integrum iuridice ferre ſententiam, atque adeo accepit vnde poſſit conſtitui iudex per hæc verba, B *accipe Spiritum ſanctum quorum remiſeris peccata*, &c.

De ſumma Pontifice an in vtraque definitione hierarchiæ reperiatur.

CAP. VI.

IAm quæri poteſt an ſummus Pontifex, vt eſt vniuerſalis Eccleſiæ paſtor in illis definitionibus comprehendatur, & ratio dubitandi eſt, quia non videtur contineri in prima hierarchiæ ſignificatione, niſi vt Epiſcopus, non autem vt ſummus Pontifex; C Nam iuxta illam primam ſignificationem, tot videntur eſſe hierarchiæ, quot ſunt Epiſcoporum, Preſbyterorum, & Diaconorum ordines, inter ſe collati, & Epiſcopus quilibet eſt caput ſuæ hierarchiæ, non Romanus Pontifex, qui tanquam Epiſcopus tantum poteſt eſſe caput ſuæ hierarchiæ, non aliarum. Et Diu. Dionyſius, videtur tantum loquutus de hierarchijs particularibus Eccleſiarum non de hierarchia vniuerſali totius Eccleſiæ. quo pacto non videbitur contineri, ſumus Pontifex in definitione hierarchiæ primo modo ſumptæ, niſi quatenus eſt hierarcha, id eſt Epiſcopus ſuæ Romanæ Eccleſiæ, & per conſequens particularis nam quatenus hierarchia ſu- D mitur in ſecunda ſignificatione vt eſt coniuncta cum iuriſdictione, fatendum eſt ſummum pontificem, in eius definitione contineri, & principem eſſe cum ipſe habeat iuriſdictionem in Eccleſiam vniuerſalem.

Verum dicendum eſt ad hanc difficultatem, etiam accepta hierarchia in prima ſignificatione, ſummum Pontificem in ea contineri. Primo quia diximus ex D Dionyſio, & ex S. Maximo in cap. 1. de Eccleſ. Hier. hierarchiam eſſe & dici, omnis hierarchiæ principaliorem partem, vt Diaconorum hierarchiam eſſe Archidiaconum, Epiſcoporum Archiepiſcopum, E & ſic de aliis. At ſummus Pontifex, eſt principalior pars ſummæ hierarchiæ, quia eſt omnium Epiſcoporum Archiepiſcopus. 2. Quia diximus etiam; hierarchiam illo primo modo ſumptam, terminari in Chriſto Ieſu, at cum Petrus; & per eum Romanus Epiſcopus ſit Chriſti Vicarius, ſequitur & ad eum quoque terminari, & ita Romanum Pontificem contineri in hierarchia primo modo ſumpta, 3. quia cum omnia quæ in ſacris fiunt, & perficiuntur ad hierarcham referantur, vt qui ea per ſuos ordines operatur, quibus præbuit poteſtatem hæc agendi, vt ait Maximus in cap. 5. de Eccleſ. inde colligi poteſt referri etiam ad Petrum qui primus fuit Epiſcopus, aliique dicuntur Epiſcopi κατ' αὐτὸν, à D. Dionyſ. cap. 7. de Eccleſ. Hier. vel κατὰ μίμησιν, vt ait Maximus ibidem. 4. Quia dici poteſt tempore Apoſtolorum hierarchiam non fuiſſe terminatam in Epiſcopia tantum, ſed in Apoſtolis, idque colligi poteſt ex Diu. Dionyſ. epiſt. 8. *Tibi*, ait, *interea Diaconi vitæ formulam præſcribant, illis item Presbyteri his Pontifices, Pontificibus Apoſtoli, neque non Apoſtolorum ſucceſſores*; At cum ſummus Pontifex, ſit Petri Apoſtoli ſucceſſor, & Petrus ſit Archierarcha, ſeu primus hierarcharum Chriſti vt ait Germanus Conſtantin. in theoria rerum Eccleſiaſticarum, Πέτρος δὲ ὁ κορυφαιότατος Ἀπόστολος ὑπῆρχε Ἀρχιεράρχης. Inde ſequitur ſummum Pontificem in omni hierarchia contineri; Quomodo vero contineatur in hierarchia ſecundo modo ſumpta, dixi copioſe in lib. de ſtatu Eccleſiæ tempore Apoſtolorum.

An Monachi ſint in hierarchia Eccleſiaſtica.

CAP. VII.

MAxima hic quæſtio proponitur, de Monachis an ſint in Eccleſiaſtica hierarchia; quæ vt intelligatur, & ſoluatur, monachi quinque modis erunt conſiderandi. 1. vt ſunt ſimplices Monachi, nec Diaconi, nec Preſbyteri, nec Epiſcopi, ordinati ſunt, nec vlli Eccleſiæ præpoſiti. 2. vt non tantum Monachi ſimplices, ſed ἱερομόναχοι id eſt ordinati Preſbyteri, nulla tamen eis data, aut ordinaria, aut delegata iuriſdictione, quàm poſſint exercere 3. vt ſunt ordinati Preſbyteri, & inſuper habent delegatam tantum, non ordinariam iuriſdictionem, puta vbicumque dimittendi peccata. 4. vt ſunt ordinati Preſbyteri & habent poteſtatem dimittendi peccata in ſuo monaſterio, 5. vt ſunt ordinati Preſbyteri vel epiſcopi, & ſimul habeat ordinariam in aliqua Eccleſia cui præfecti, & præpoſiti ſunt, poteſtatem.

De monachis 1. modo ſumptis, vt ſunt tantum ſimplices monachi, &c.

CAP. VIII.

MOnachi primo modo ſumpti, vt ſunt ſimplices monachi nec ſunt ordinati, non poſſunt recenſeri, in hierarchia Eccleſiaſtica ſiue in prima, ſiue in ſecũda ſignificatione ſumatur; nam hierarchia primo modo ſumpta, verſatur tantum circa tres ordines; ordinem Epiſcoporum, Preſbyterorum, & Diaconorum, vt oſtenſum eſt ſupra, & manifeſte patet ex Concil. Trid. ſeſſ. 23. can. 6. ſupra citato, & confirmatur ex Pachymere in præfatione ad lib. de Eccleſ. hierarch. vbi oſtendit hierarchiam ab illis, tantum tribus ordinibus exerceri, non ab aliis, vtiturque eleganter in hanc rem verbis ſcripturæ ſacræ dicentis, *myſterium meum mihi, & meis, Mihi*, inquit, *non omnibus, ſed quibuſdam dumtaxat; & Deus dicit per prophetam*,

myſterium meum mihi, & meis, *meos dicens omnino, ordinatos & conſecratos*, quo loco etiam vtitur, Clem. Alexand. lib. 5. ſtromat. agens de vocatione, & inſtitutione miniſtrorum Dei, *non enim*, ait, *inuidens præcepit Dominus in aliquo Euangelio, myſterium meum mihi, & filijs domus meæ, in tuto, & extra, ſollicitudinem ſtatuens electionem*, &c. At monachi hoc primo modo ſumpti, nec ſunt ordinati, & nec ſunt Diaconi, nec Preſbyteri, nec Epiſcopi; nã in primitiua Eccleſia monachi non ordinabantur, vt patet ex D. Dionyſ. cap. 6. de Eccleſ. hierarch. & ideo D. Epiphanius lib. de hæreſibus in fine, recenſet monachos inter laicos; Et in Epiſt. B Concil. Arelat. 3. monachi ponuntur inter laicam multitudinem, & ideo olim nullam benedictionem in profeſſione ſua in quibuſdam locis accipiebant, teſte Iuone Carnotenſi ep. 41. & veniebant ad communionem poſt vniuerſum Cleum, ex Clemente in Conſt. Apoſtolicis lib 8. cap. 1. 3. & cõfirmatur ex Palladio in hiſtoria Lauſiaca, cap. 52. & Epiphanio ep. 60. quæ eſt inter Hieronymianas, & autore vitæ S. Pachomij ca. 26. & nouella iuſtiniani 132. cap. 2. & delinquentes monachi non deponebantur, aut degradabantur, vt clerici, ſed excommunicabantur vt laici, can. 82. Synodi Trullanæ, & can. 9. & 13. Synodi 7. generalis, & alibi paſſim, poſtea tamen Clerici facti ſunt can. monachos 16. q. 1. qui eſt Siricij Papę, quo tempore id fieri cœpiſſe ait D. Thom. opuſcul. 15. contra impugnantes religionem.

Ex quo ſequitur monachos non ordinatos, non poſſe eſſe in hierarchia Eccleſiaſtica, & quicumque voluerit ordinem monachorum inſerere ordini hierarcharum, dicendum ei eſſet quod in ſimili caſu, dicit D. Dionyſ. ep. 8. Demophilo monacho, idem quodammodo tentati, atque molienti, alium deum & alios ſacerdotes, quærendos eſſe, *tibi*, inquit, *Deus alius quærendus eſt, alijque ſacerdotes*, vel dicendũ eſſet, quod ego ſapientiſſimo, & doctiſſimo viro, & amabili apud Deum religioſo S. Benedicti Congregationis S. Mauri, dixi aliquando, monſtrum eſſe, ſi quis in corpore Chriſti myſtico, membra aliter colloet, quam ipſe diſpoſuit, quomodo loquitur Diu. Bernardus lib. 3. de conſideratione ad Eugenium, cap. 4. *non ergo*, ait, *tua ſola poteſtas, à Domino, ſunt & mediocres, ſunt & inferiores, & quomodo quos Deus coniunxit, non ſunt ſeparandi, ſic neque quos ſubiunxit comparandi, monſtrum facis, ſi manu ſubmouens digitum, facis pendere ex capite, ſuperiorem manui brachio collateralem, tale eſt ſi in Chriſti corpore membra aliter locus quàm diſpoſuit ipſe.* Et Tertullianus, qui lib. de virgin. velandis, cum videret ab Epiſcopo quodam, virginem nondum 20. annorum collocatam fuiſſe in Eccleſia in ordine viduarum, non virginum, illud vocat noſtrum quod loco ſuo mota eſſet, & cum videret eam inter viduas quæ tectæ erant capite, eſſe intectam, illud vocat portentum. Nam ſimiliter cum monachi non ordinati, in hac prima ſignificatione, ſubijciantur etiam oſtiarijs, monſtrum eſſet eos reponere inter hierarchicos ordines; Nam Eccleſia vt ait Diu. Paulus epiſt. ad Epheſ. c. 4. *Eſt corpus compactum & connexum, per omnem iuncturam ſubminiſtrationis*, & vt explicat D.

A Chryſoſt. Homilia 11. ad dictum cap. 4. *non ſatis eſt eſſe vnitum corpori, ſed oportet præterea, & proprium locum obtinere, vtpote qui nec vnitus eſſe queas, nec ſpiritum accipere, ſi loco ceſſeris.*

Item monachi illo primo modo accepti, non ſunt præpoſiti vlli Eccleſiæ, ac proinde non poſſunt eſſe in hierarchia, ſumpta in 2. ſignificatione, nam hierarchia in illa ſignificatione, conſiſtit in principatu & gubernatione, quæ exercetur in aliqua Eccleſia.

Monachi ergo ſimplices, nondum ordinati, ãnt præfecti alicui Eccleſiæ, non poſſunt eſſe in hierarc. Eccleſiaſtica, ſiue in 1. ſiue in 2. accipiatur ſignificatione; Nam talium monachorum ordo ſemper diſtinctus fuit ab ordine Clericorum, vt videre eſt ex D. Hieronymo epiſt. ad Heliodorum, *Alia*, ait, *monachi cauſa eſt alia Clericorũ, Clerici omnes paſcunt ergo paſcor illi de altario viuunt, mihi quaſi infructuoſæ arbori, ſecuris ponitur ad radicem, ſi munus ad altare non defero.* Et ex D. Chryſoſt. lib. 6. de ſacerdotio, c. 7 vbi opponit præfecturã Eccleſiaſticam vitæ mochorum, & ex D. Baſilio in Conſtit. Monaſt. c. 9. & ex cap. 2. de conditionibus appoſitis, vbi manu miſſus ſub conditione vt fiat monachus, non implet conditionem ſi fiat Clericus, atque ideo manet ſeruus, niſi fiat mo- C nachus, idem confirmari poteſt, ex eo quod Samuel qui fuit figura monachorum, non ponatur inter ſacerdos pſal. 98. *Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius*, quod vero Samuel fuerit figura monachorum, id patet ex vel ex eius nomine, nam Samuel idem eſt ac ordinatus Deo, & nulli alteri ſeruiens, vt explicat Philo Iud. lib. quod Deus ſit immutabilis, nomen enim ordinis factum eſt proprium monachorum, & apud D. Dionyſ. ordo monachorum dicitur [illegible], & in Concilio ad Theodonis villam, c. 3. dicitur. *Ordo monaſticus à Deo inſpiratus, & ordines, & ordinum capita*, abſolute dicun- D tur de monachis in concil. Tridentino ſæpiſſime.

Atque ſi interroges nominum religionem, nunquam inuenies monachos, dici hierarchas, aut monaſticam vitam hierarchiam, ea enim dicitur tantum vel [illegible], vt à D. Chryſoſtomo Homilia 10. ad Antiochen. & lib. 3. de prouidentia, vel philoſophia Chriſtiana vt à Greg. Nazian. orat. 12. & 21. & à D. Dionyſ. de Eccleſ. hierarch. cap. 6. & monachi ipſi dicuntur therapeutæ, non hierarchiæ dicto cap. 6. & à Greg. Naz. orat. 9. & à Suida in voce therapeutæ.

Et officium ipſum ſeu propoſitum monachi, E eſt alienum omnino ab officio hierarchæ, nam vt ait Niceph. lib. 11. cap. 41. hiſt. Eccl. *Monachorum omnium commune conſilium eſt, vt quã maximã animæ ſuæ tantum curam gerant, eamque à rebus & ſtudijs huius vitæ per deſuetudinem alienent*, Et D. Dionyſ de Eccleſ. Hier. cap. 6. ait quoque ordinem monachorum non eſſe [illegible] ἱερόν, id eſt non eſſe alios deducere, & P. Damiani lib. 4. ep. 4. ait monachis de populo nihil pertinere, *nempe*, ait, *quanto maior eſt preſbyter monacho, in dignitatis Eccleſiaſticæ priuilegio, tanto deterior eſt in peccato, cum monachis de populo nihil pertineat, ſacerdotibus iniunctum eſt populi peccata portare.* At hierarcha-

rum propoſitum eſt, vt aliorum coram & ſollicitudinem gerant, & animam ſuam ponant pro ouibus ſuis, imo vt optent cum D. Paulo, anathema eſſe à Chriſto pro illis, denique vt ait Greg. Naz orat. 1. *finis hierarchiæ, ſeu ſpiritualis imperij eſt, vbique priuata vtilitate neglecta, commodis aliorum conſulere.*

Rurſus cum ordo monaſticus, non fuerit hierarchicus, initio Eccleſiæ, vt diximus ſuprà, & patet ex cap. 6. de Eccl. Hier. Nec hodie erit hierarchicus, nam Chriſtus, inſtituit omnem ordinem hierarchicum, nec legitur inſtituiſſe, aut in hierarchia collocaſſe ordinem monachorum, nam ſi inſtituiſſet, & rurſus ſi ordo ille aliquando fuiſſet hierarchicus, & ſemper fuiſſet, & hodie eſſet, & ſemper futurus eſſet, cum ſacramenta & ordines Eccleſiæ perpetuam habeant cauſam, nec poſſint deſinere, nec Eccleſia poſſet aut potuiſſet vnquam tollere monachos, è ſtatu hierarchico, ſicut non poteſt, ex ea tollere, Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos, at Eccleſia tempore D. Dionyſij, & multis poſterioribus ſæculis, fuit ſine hierarchia monachorum, & deinde, ſunt aliqui monachorum ordines, quos ſummus Pontifex iuſta de cauſa ſuſtulit ab Eccleſia, vt patet de Fratricellis, à Clemente 5. ſublatis, in Concilio Vienenſi, cap. 1. de religioſis domibus, in Clementinus, & cap. vnico eodem tit. in extrau. commun. & extrau. Ioann. 22. & teſtatur Greg. 10. in Concilio generali Lugdunenſi, religionum diuerſitatem prohibitam fuiſſe in Concil. generali Lateran. Ipſeque diſtrictius inhibuit, ne quis de cætero nouum ordinem, aut religionem, ad inueniat, in dicto Concilio Lugdon. & notum eſt ordinem templariorum, ab Honorio 2. probatum tamen, in Concilio Vienenſi fuiſſe abrogatum.

Obiectiones quædam pro monachis proponuntur.

Cap. IX.

Obijcitur 1. aduerſus ea quæ diximus de monachis ſimplicibus ex can. 6. Synnodi Chalcedonenſis, monachos poſſe præfici monaſterio, & ita ſaltem pertinere ad hierarchiam ſumptam in 2. ſignificatione, dicitur enim in eo Canone, *nullum abſolute ordinari, nec Presbyterum, nec Diaconum, nec omnino aliquem eorum, qui ſunt in ordine Eccleſiaſtico, niſi ſpecialiter, in Eccleſia ciuitatis, vel pagi, vel martyrio vel monaſterio is qui ordinatur, deſignetur eos autē qui abſolute ordinantur, decreuit S. Synodus, irritam, & inualidam habere eiuſmodi manuum impoſitionem.* Quare cum monaſteria, in eo canone, ſint loco Eccleſiarum, in titulum clericalem aſſignata, monachi quoque erunt in hierarchia, loco clericorum. Sed R. inde non ſequi monachos eſſe in hierarchia, nam licet agatur de monaſterijs, tamen non agitur de monachis, ſed de Presbyteris Diaconis, vel alijs, qui ſunt in ordine Eccleſiaſtico, id eſt, de Clericis qui ordinatus in monaſterio, vt conſtat ex ipſis Canonis verbis, & ita illum recta explicat Zonaras, Nam quod ait Balſamo, eos monachos dici Clericos, intelligendum eſt, de his monachis, qui clericatum acceperunt, vt colligitur ex can. 8. eiuſdem ſynodi, vbi agitur de Clericis monaſteriorum, nam Zonaras ait Clericos illos potuiſſe; eſſe monachos, ſed ordinibus initiatos, quo pacto, non vt monachi ſimplices conſiderandi ſunt, ſed vt Clerici.

Obijcitur 2. monachos dici à Gregor. Nazianz. orat. 9. τῷ Θεῷ μόνῳ καὶ τῷ οὐρανῷ ἐπι-[illegible] dici θεραπευταὶ à Diu. Dionyſ. cap. 6. dici *venire ad diuinæ ſocietatis adeptionem, & ſeparari à creaturis, & vniri Deo*; eod. cap. 6. item dici *inſtar medicorum ad ſe accedentes, à vitio perturbationum liberare*, à Suida in voce therapeutæ, dici *habere philoſophiam quæ homines purget*, à Gregor. Nazianzen. orat. 12 dici *apud Deum noctes ac dies perpetuo per contemplationem immorari*, à D. Baſil. ep. 63. dici denique monachos eſſe Apoſtolorum ſucceſſores à Petro Bleſenſi, & alijs, quæ omnia hierarchica ſunt; nam hierarchæ ſeu Epiſcopi, dicuntur, myſtæ apud Heſychium, [illegible]; dicuntur θεῖοι ab eodem Diu. Dionyſio, qui eis tribuit [illegible], & Gregor. Nazianz. orat. 7. dicit *hierarchicam ſcientiam eſſe a mundo abſtrahentem, & ad Deum abducentem.* at Sozomenus, lib. 7. c. 9. & Niceph. lib. 12. cap. 14. dixerunt Epiſcopale munus, eſſe [illegible] ἁμαρτημάτων, *id eſt delictorum expiationem*, & ipſi quoque hierarchæ dicuntur therapeutæ à Greg. Nazianzen. orat. 1. & Origen. in pſalmum 37. Homil. 1. item S. Maximus in cap. 2. de Eccleſ. hierarc. dicit *in hierarchia, primum miniſterium conſiſtere in contemplatione*, Et denique Epiſcopi dicuntur Apoſtolorum ſucceſſores, quæ omnia, vt diximus, conueniunt quoque monachis, ita vt nulla inter eos & Clericos ponenda ſit differentia, Ad hanc obiectionem. R. verum quidem eſſe, etiam ex ſententia D. Dionyſ. cap. 6. de Eccleſ. hierarc. *ordinem monachorum omni actionum ſuarum ſanctimonia expiatum eſſe, & perficientis pontificum ordinis ſtatum exprimere, & diuinis illarum illuſtrationibus imbui & perfici, & cum Deo colligi, atque ad ſacerdotum vitam formari ordinemque monachorum in multis, ordini ſacerdotum ſimilem eſſe, ad eumque proxime accedere: Sed illas & ſimiles* virtutes ac perfectiones, non eſſe hierarchicas, ſed alterius generis; quod ipſemet D. Dionyſius voluit oſtendere, in dicto cap. 6. Cum illa omnia non tribuit monachis ſimpliciter ſed cum aliqua verborum reſtrictione, dicit enim *eos omnis miſterij, quod quidem eis fas ſit aſpicere ſpectatores fieri, item eos pro modo ſuo ad perfectionem euchi item eos conſecrari, ſed non pontificia, ad ſacerdotali tantum conſecratione & denique ad ſacerdotum vitam quantum licet formari.* Deinde probatur illos actus ſimiles hierarchicis, qui tribuuntur monachis, non eſſe hierarchicos, nam licet hierarchici muneris ſit, purgare, illuminare, & perficere, vt ait D. Dionyſ. c. 3. & 5. de Eccleſ. hierarc. & Maximus ibidem, & Elias Cretenſis. in orat. 1. Greg. Nazianz. cuius hæc ſunt verba, *hierarcharum ordo, initiandi ac perficiendi vim habet, ſacerdotum autem illuminandi eorum autem qui deinceps ſequuntur purgandi ac diſcernendi* tamen multi alij ſunt modi quibus dicimur purgari, illuminari, aut perfici, πολλοὶ γὰρ [illegible] τρόποι vt ait Diu. Chryſoſtom. lib. de virginitate cap. 88. qui tamen modi non pertinent ad

hierarchiam vllam, & ita Serapion dicebat apud Nicephorum lib. 11. cap. 42. *Mentem ſpiritualis cognitione & ſcientia imbutam, perfectè purgari*, Et Pytagorici, poſuerunt principium ſuæ philoſophiæ, in purgatione & perfectione, ex Hierocle ad carmina Pythagoræ, in principio φιλοσοφία τῆς ζωῆς ἀνθρωπίνης κάθαρσις καὶ τελείωσις &c. & S. Maximus in cap. 5. de Eccleſ. hierarch. dicit *quod diuinis, ſcripturis, purgamur, & illuminamur*; Et ſimiliter baptiſari dicuntur Epoptæ à Clem. Alexand. lib. 5. ſtromat. vt & ij qui nuda mente Deum contemplantur, ab eodem Clem. lib. 1. quæ omnia fiunt ſine hierarchia. Et rurſus cum monachi dicuntur Apoſtolis ſuccedere à Petro Bleſenſi in inuectiua in depranatorem ſuorum operum vbi dicuntur, *impreſſioribus veſtigiis Apoſtolorum regulis inhærere*, & in Concilio, ad Theodonis villam cap. 3. vbi dicitur *ſacrum monaſticum ordinem eſſe à Deo inſpiratum, & ab Apoſtolis fundatum*, Reſpondendum eſt, illud intelligendum eſſe, & omnino referendum ad vitam Apoſtolicam, cuius veſtigiis inſiſtunt monachi, non ad cathedram, & iuriſdictionem Apoſtolorum, in qua eis non ſucceſſerunt monachi ſed Epiſcopi, duplex enim eſt ſucceſſio, cathedræ & vitæ, vt patet ex Nazianz. orat. 21. vbi loquens de D. Athanaſio, dicit ipſum in Eccleſia Alexandrina ſucceſſiſſe. D. Marco, dupliciter, videlicet in vita & in cathedra. *Ad Marci*, ait, *thronum euehitur, non minus pietatis, quam principatus ſucceſſor, &c.* Et ij qui viuunt ſine peccato, & qui propter Chriſtum diligunt proximum, dicuntur veſtigiis inſiſtere Apoſtolicis, licet ſint laici, à Clem. Alexand. lib. 4. ſtromat.

Et ſane fatendum eſt, veros monachos eſſe partem Eccleſiæ vtilem, & monaſticam vitam *eſſe philoſophiam quæ ad munus ſacerdotij, numeris omnibus abſoluendum non minimum confert*, vt ait Greg. Nazianz. orat. 21. *Monachi enim tam multa mira opera faciunt, vt ab eis multi qui cœleſtem vitam tenuerunt, multi qui terrena bona diſpenſarunt ſuperari videantur*, vt dicit Diu. Greg. 32. Moral cap. 23. vt poſſimus dicere illos eſſe veluti Eſaiæ pueros, *quos dedit Dominus, in ſignum & in portentum Iſrael*, Iſai. cap. 8. illi enim ſunt veluti monſtra, id eſt paradeigmata, in exemplum viuendi monſtranda: illi vt ait D. Baſil. epiſt. 63. *tales ſunt quorum conuerſatio in cœlis eſt, qui carnem ſuam cum affectionibus, ac concupiſcentiis crucifixerunt, quique nec de cibis, nec indumentis ſolliciti ſunt, ſed immobiles, & aſſidui, apud Dominum noctes ac dies precationibus immorentur.* Et ſæpiſſime fit, vt Monachi vitæ puritate, & ſanctitate ſuperent hierarchas, ſed hoc nihil facit ad hierarchiam, nam *aliud eſt hierarchiæ poteſtas, aliud vita ſanctitas*, vt definitum eſt in Concilio Conſtatienſi, ſeſſ. 8. & 15. *Et Eccleſiaſticam dignitatem, poſſunt & vaſa miſericordiæ, & vaſa contumeliæ temporaliter adipiſci, quia iſta bonis ſunt maliſque communia*, vt habet Fulgentius lib. 2. de veritate prædeſtinat. c. 22. *Omnes enim* vt ait Balſamo in can. 31. Apoſtol. *Deus non eligit.* Et ideo Petrus venerabilis lib. 1. ep. 28. hæc duo inter ſe diſtinxit & ſeparauit, ille enim laudans ac præferens monachos clericis in ratione bene viuendi, proteſtatur ſe hæc dicere, ſaluis hierarchicis officiis, quibus clerici Eccleſiam conſeruant, *qui namque*, inquit, *ſuſtinet fidelium oblata ſuſcipiunt, monachi, qui aſſidue pro*

A *peccatis offerentium intercedunt, an clerici, qui nunc vt videmus, ſummo ſtudio temporalia appetentes, ſpiritualia quæ ad animarum ſalutem pertinent omnino poſtponunt, & qui de ſuis non curant, quomodo aliorum animas ſaluare poterunt, male quippe medebitur alteri, qui ſuo langori ſubuenire non praualet, hoc dicimus ſaluo intellectu illo quo nouimus per officium clericorum, diuinis quidem myſteriis Eccleſiam ſaluari, ſed quorundam talium parum orationibus adiuuari.* Quare quod ſanctiores aliqui ſint monachi hierarchis, B hoc tantum dat eis in cœlo, non in terra priorem locum, vt recte dicitur apud Eſaiam cap. 56. dicit enim ibi, Deus per Prophetam, *daturum ſe ſpadonibus in ciuitate ſua, & in muro ſuo, honorem & locum meliorem, quam filiis & filiabus*, quem locum de monachis & clericis explicat Fulgentius lib. 2. de prædeſt. cap. 23. Et per eunuchos, intelligit monachos, per filios vero ipſos clericos, monachis vero nihil promittit in hoc mundo, ſed tantum in cœlo, nam monachi videntur eſſe ij de quibus alio loco idem Eſaias loquitur, vt refert Euſeb. lib. 2. de demonſtrat. Euang. cap. art. 48. qui relicti faciunt fructum ſurſum, & mittunt radicem deorſum; *Et erunt*, C ait, *relicti fuerint in Iudea, mittent radicem deorſum, & facient fructum ſurſum, quoniam ex Ieruſalem erunt qui relicti fuerint, & qui ſalui futuri ſunt ex monte Sion, æmulatio Domini faciet hæc*, quæ verba mire conueniunt monachis, qui relicti ſunt in Eccleſiaſtica hierarchia, & humilitate deorſum mittunt radicem, meritoque operum faciunt fructum ſurſum, & æmulatio Domini, non permittit eos qui relicti ſunt in Eccleſia, eſſe in cœlo ſine honore ac præmio, nam vt ait Stephnus Tornac. ep. 1. *Cum terram dederit Deus hominibus, monachi funiculum ſuum & ſortem in cœleſtibus extenderunt; viros Euangelicos exprimunt, nec ſolliciti ſunt quid manducent & bibant*; Atque ſi deeſt monachi hierarchia in terris, non deeſt honor & gloria in cœlis, & eſt verum quod dicit D. Paul. 1. ad Corint. cap. 12. D *honeſta autem membra nullius egent, ſed Deus temperauit corpus, ei cui deerat abundantiorem tribuendo honorem*, Plane Chriſtus quoque hoc videtur ſignificaſſe, cum Petro dicenti, *Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis?* Reſpondit *quod qui ſequuntur eum iudicabunt in cœlo duodecim tribus Iſrael*, pro eo enim quod omnia reliquerint, (quod monachorum eſt) non promittit vllam hierarchicam poteſtatem, ſed quod iudicabunt duodecim tribus Iſrael, quod commune erit non tantum Apoſtolis, ſed plurimis aliis ſanctis, vt Beda teſtatur, quare peſſime faciunt omnino, & contra iam dictam æmulationem Dei, qui vitam monaſticam E contemnunt, atque verbis contumelioſis dilacerant.

Verum licet hæc ita ſe habeant, non tamen dicendum eſt in ſolis monachis reperiri vitam ſanctimonia purgatiſſimam, nam ſi ſunt quidam boni monachi, & mali clerici, ſunt etiam quidam boni clerici & mali monachi, ex D. Athanaſ. ep. ad Dracont. *Licebit*, ait, *tibi cum Paulo ſitire, eſurire, ieiunare, cum Timotheo vinum non bibere, ſed vt ieiunus alios ſermonibus vniras, ab ſtinens alios docere potes, ne talia conſiliarij tui obiiciant, nouimus enim Epiſcopos abſtinentes, monachos comedentes, Epiſcopos vinum non bibentes, monachos*

bibentes, Epiſcopos ſigna facientes, monachos non facientes, vt viciſſim, & clericos bibiſſe, & monachos ieiunaſſe animaduertere licet.

Deinde quæcunque dicuntur, aut nos diximus de monachis in eorum laudem, ea etiam dicta reperies de Epiſcopis, à Gregor. Naz. carm. xi. vbi Epiſcopum ita deſcribit & dicit

Optimum Epiſcopum, qui in throno Epiſcopali ſudarit,
Carnis domitorem, in cœlis conuerſantem,
Mundi contēptorem, partem cum Deo habētem,
Mortuū inter viuos, bonū Domini ſacerdotem.

Et Iſidorus Peluſiota lib. 2. ep. 284. ait, *ſacerdotes ſanctiores & puriores eſſe debere iis qui ad montes ſecancalerant*; Et D. etiam Chryſoſt. lib. 6. de ſacerdotio cap. 2. *Et enim*, inquit, *ſacerdotis animum ſolaribus radiis puriorem eſſe oportet, vt nunquam, Spiritus Sanctus illum relinquat vt dicere illi liceat, viuo equidem non amplius ego, viuit autem in me Chriſtus*, & paulopoſt, *etenim multa maior vitæ integritas, Epiſcopo, quam monacho neceſſaria eſt.* Item dicendum non eſt, vitam aut ordinem monachorum eſſe perfectiorem vita aut ordine clericorum, nam è contrario, omnes Patres Eccleſiæ cenſent præſtabiliorem eſſe vitam clericorum in Eccleſia, vita monachorum in ſolitudine, vt Greg. Naz. orat. 8. *Vt hortus*, inquit, *præſtantior eſt, quam ſtirps vna, & cælum vniuerſum, cum ſuis ornamentis, quam vnica ſtella; & corpus, quam vnicum membrum, ita præſtabilior eſt tota Eccleſia recte compoſita, vno homine officia ſua probe fungente, ergo ſolitaria vita relicta, ei opera merita danda eſt, præcipue cum oporteat, non ſua quemque commoda ſpectare, ſed & aliorum.* Et D. Chryſoſt. lib. 6. & 8. de Sacerdotio, vbi præfert præfecturam Eccleſiæ ſolitudini monachali & oratione de Philogonio, homilia ad Populum Antiochen, vbi ait maiorem Chriſti amorem verſari, in cura, & ſollicitudine Epiſcoporum, quam in ieiuniis & ſolitudine monachorum, oſtenditque ſine ipſis monachorum ſortem petituram. *Neque*, ait, *prorſus alia res eſt, quæ perinde declaret quis ſit fidelis, & amans Chriſti, quam ſi fratrum curam agat, pro eorumque ſalute gerat ſollicitudinem, hæc omnes audiant, & monachi qui montium occupant cacumina, quique modis omnibus ſeipſos mundo crucifixerunt, quo, pro viribus, Eccleſiarum præfectos adiuuent, horumque curas leuent, precibus, concordia, charitate, ſcientes, quod niſi, modis omnibus, opitulentur iis, qui tot periculis obiiciuntur, per gratiam Dei, tot quæ negotiorum curas ſuſtinent, quibuſcumque poſſunt orationibus auxilientur, nam quanquam procul habitantes, niſi ipſi præualuerint, & vita ſors ipſis peribit, & tota in ſcopulum impinget ſapientia.* Et D. Auguſtinus lib. 1. de moribus Eccleſiæ Catholicæ cap. 32. vbi poſtquam laudauit monachos: laudat verbis ſequentibus, clericos, *neque tamen*, ait, *tam anguſte ſe habent Eccleſia Catholica mores optimi, vt eorum tantum vitas, quas memoraui* (*ſcilicet monachorum*) *arbitror eſſe laudandas, quam enim multos Epiſcopos, optimos viros, ſanctiſſimoſque cognoui, quam multos diaconos, & huiuſmodi miniſtros, diuinorum ſacramentorum, quorum virtus eo mihi mirabilior, & maiore prædicatione dignior videtur, quo difficilius eſt eam, in multiplici hominum genere, & in vita turbu-*

A *lentiore ſeruare, non enim ſanatis magis quam ſanandis hominibus præſunt, perpetienda ſunt vitia multitudinis, vt curentur, & prius toleranda, quam ſananda eſt peſtilentia, difficillimum eſt hic tenere optimum vitæ modum, quippe vt breuiter explicem, hi agunt vbi viuere diſcitur, illi vbi viuitur*; Vbi notandum eſt, quod dicit monachos in monaſterio degere vbi viuere diſcitur, clericos vero & Epiſcopos in Eccleſia, vbi viuitur, & ratio eſt, quia monachi ingrediuntur in religionem vt perficiantur. *Nos*, ait D. Bern. lib. 4. de conſider. c. 4. *in monaſterio omnes recipimus, ſpe meliorandi*; Et exercitia monachorum, non ſunt ipſa perfectio, ſed inſtrumenta ad illam, vt recte
B Caſſianus collat. 1. c. 7. *Ieiunia, vigiliæ, meditatio ſcripturarum, nuditas, & priuatio omnium facultatum, non perfectio, ſed perfectionis inſtrumenta ſunt, quia non in illis conſiſtit diſciplinæ illius finis ſed per illa peruenitur ad finem*; Et Origenes tractatu 8. in Mathæum, ad illa verba, *ſi vis perfectus eſſe*, ille, inquit, *qui mutans, pro diuitiis paupertatem vt fiat perfectus, non eo ipſo tempore, quo tradiderit bona ſua pauperibus fiet omnino perfectus, ſed ex illo tempore incipiet ſpeculatio Dei, adducere eum ad omnes virtutes*, contra vero oportet vt Epiſc. ſit iam perfectus, Et idem D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 1. ad 1. docet ſtatum religioſum appeti
C poſſe, Epiſcopatum non poſſe, *quia*, inquit, *ſecundum D. Dionyſium, perfectio pertinet actiue ad Epiſcopatum, ad monachum autem paſſiue, ſicut ad perfectum, requiritur autem quod ſit perfectus aliquis ad hoc quod poſſit alios ad perfectionem adducere, quod non præexigitur ab eo, qui debet ad perfectionē adduci; eſt autem præſumptuoſum quod aliquis perfectum ſe reputet, non autem quod aliquis ad perfectionem tendat.* Perfectiores ergo ſunt ipſi pontifices monachis; quia perficiunt alios, ex D. Dionyſ. cap. 5. de Eccleſ. Hierarch. *eſt igitur*, inquit, *pontificius ordo, qui conſummante virtute ſuffultus, perficientia quaque hierarchia, præcipuo, & proprio*
D *peragit munere*, & c. 6. vbi ordo pontificum dicitur perficiens, & ordo monachorum, omneſque alii ordines, dicuntur perfectionem ſuam accipere ab ordine pontificali; nam vt ait idem D. Dionyſ. cap. 5. de Eccleſ. hierarc. *mos hic eſt diuinitatis ſanctiſſimus per prima, ſecunda, & inferiora ad diuiniſſimam ſuam naturam deducere*, & paulopoſt, *eorum*, ait, *igitur eſt, qui primi Deum cernunt ſequentibus largire, pro illorum modo & capiu diuina ſpectacula, quæ ſancte aſpexerunt maxime*, vbi S. Maximus, *nota*, inquit *pontificem. prima diuina viſione collucere, deinde eam largiri iis quibus præeſt, poſtrema hos perficit, quibus, illuſtrationem communi-*
E *cat*, Et confirmatur ex eodem D. Dionyſ. Ep. 8. ad Demophilum. *Et enim*, ait, *vnuſquiſque ordo, qui eſt circa Deum, diuinior eſt eo, qui ab eo longius diſtat, clarioraque ſunt, pariter & illuſtrandi maiorem vim habent, ea quæ veræ luci propinquiora ſunt, &c.* Et paulopoſt, *atque vt ſummatim dicam, in omnibus rebus, per primos ſecundis tribuuntur, quæ ſunt cuiuſque meriti, à recta æquiſſimaque omnium prouidentia, atque ii quidem, qui alii à Deo præpoſiti ſunt, ſecundum ſe etiam inferioribus quæ ſunt dignitates tribuunt.* Et ex Elia Cretenſi, in orat. 1. Greg. Nazienz. *vt enim*, ait, *in cœleſtibus*

de ſacramento ordinis ſupra citato. Et ratione illorum trium ordinum Eccleſiaſtica hierarchia, repreſentat cœleſtem, nam in cœleſti ſunt tres ordines, & in vnoquoque ordine eſt ternio, primus ternio eſt, Throni Cherubim & Seraphim, ſecundus ternio Dominationes Virtutes Poteſtates, tertius principatus Archangeli, Angeli, vt patet ex c. 8. de cœleſti hierarch. & aliis in locis, & ſimiliter in Eccleſiaſtica hierarchia, ſunt tres ordines, Pontificum Preſbyterorum, & Diaconorum, vt dictum eſt cap 5. de Eccleſ. hierarchia; & quod noſtra hierarchia, ſit inſtar cœleſtis, dicit quoque Clemens Alexandrinus lib. 6. ſtromat. *progreſſio atque facta eſt ab Euangelio, Epiſcoporum, Presbyterorum, Diaconorum; ſunt opinor imitationes Angelicæ gloriæ*, Et D. Ignatius ep. ad trall. *quid eſt*, ait, *aliud Epiſcopus Chriſti imitator, quid cœtus presbyterorum ſacer, quid Diaconi, quam imitatores Angelicarum virtutum, quæ purum & inculpatum miniſterium Deo exhibent*. Et Elias Cretenſis loco ſupra incitato.

Dicitur vocationis diuinæ particeps, iuxta illud numer. 3. *Aaron & filios eius Conſtitues ſuper cultum ſacerdotij, externus qui ad miniſtrandum acceſſerit morietur*. Et ad Hebr. 5. *nec quiſquam ſumit ſibi honorem ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron*; Et Greg. Nyſſen. in vita Moſis probat ex Aaronis virga mirabiliter efflorescente, non ab hominibus ſed à Deo ſacerdotij gratiam concedi; Et cõfirmatur ex Leone 1. ſerm. de ordinatione ſui, *In lege ait gratiæ dignatio cœleſtis gratiæ, gignit Antiſtitem*. Et ex Clemente libr. 8. conſtit. Apoſtol. *Eſſe quidem*, ait, *Chriſtianum in poteſtate noſtra eſt, Apoſtolos vero & Epiſcopos eſſe non eſt penes nos ſed potius penes Deum qui chariſmata tribuit*; Vnde factum eſt vt Core Datan & Abiron perierint quod non vocati à Deo alienum ignem adolere voluerint nequis (vt ait Diu. Auguſtin. ſerm. 98. de tempo.) præſumptione ſuperbi ſpiritus, non ſibi à Deo datum munus Pontificatus inuaderet & patet etiam D ex Dionyſ. Areopag. cap. 2. de Eccl. hierarch. & ep. 8. ad Demophilum.

Dicitur cuius initium eſt Ieſus. Ita in cap. 1. de Eccleſ. hierarch. Ieſum, ait, qui hierarchiarum omnium auctor atque perfectio eſt, & c. 5. vt enim hierarchiam omnem videmus in Ieſum terminari, ſic vnamquamque in ſuum Pontificem.

Dicitur & eius loco hierarcha omnis præcipuus vt patet ex dicto c. 5. de Eccleſ. hierarch.

Dicitur vero hierarcha omnis præcipuus, nam cum hierarchia, hoc modo ſumpta ſignificet tantum illam ordinationis ſeriem quæ à principio ſuo deducitur, & ad illud reducitur, inde fit vt in quolibet ordine, id quod principium eſt dicatur hierarchia, vt patet ex cap 1. de E Eccleſ. hierarch. & colligit ex eo capite, Diuus Maximus, ad illa verba, *vniuerſaque ſacrorum, huius vel illius hierarchia ſumma. Summa*, inquit, *quod fortaſſe omnis ordine hierarchia nuncupatur, hierarchia eſt omnis hierarchia principalior generaliorque ſumma, vt preſbyterorum hierarchia id eſt ordinis, hierarchia Epiſcopus, qui ſcire debet purgare illuſtrare & perficere, diaconorum hierarchia hierarchia Archidiaconus, qui cognita habere debet officia miniſtrorũ, atq; ita deinceps reliquos ordines*, nam vt dicitur, in cap. 5. de Eccl. hierarch. *vis hierarchici ordinis, in ſacris omnibus di-*

A *ſtinctionibus capitur, agitque per omnes ſacras ordines hierarchia ſua myſteria*, nec mirum ſi id quod principium eſt dat nomen hierarchiæ, nam verbi gratia in ordine omnium hierarcharum; Epiſcopus qui primus hierarcha & eorum qui Deum vident, rurſus idem poſtremus eſt, in eo enim & abſoluitur & expletur omnis hierarchiæ noſtræ diſtinctio, vt dicitur in capit. 5. de Eccleſ. hierach. & capit. 1. vbi habetur quod omnis quæ ſub ipſo eſt hierarchia, hierarchia pure abſoluitur, & cognoſcitur in eo, & ratio adfertur dicto capit. 5. quia ordo pontificum poteſt perficere munia ſacerdotum & diaconorum, non contra, *eſt igitur*, inquit, *demonſtratum, Pontificum quidem ordinem vim perficiendi habere, ac re perficere, ſacerdotum autem illuſtrandi vim habere atque lucem adferre, miniſtrorum vero expiandi & ſecernendi vim habere*, quod ſcilicet pontificum ordo, non ſolum re perficere poſſit verum, etiam illuſtrare ſimul & expiare, ſacerdotumque ordo in ſe habeat coniunctam cum illuminandi vi, mundandi etiam expiandique ſcientiam, nam inferiores quidem ordines ad maiora ſuperioraque munera tranſilire non poſſunt, ac præterea nefas eis eſt id audere, diuiniores autem ordines vna cum ſuis inferiores quoque ſua perfectione ac virtute ſcientias ſacras tenent.

C Dicitur & finis eſt, vt vnum cum eo id eſt dij efficiamur; & ita cap. 1. de Eccleſ. hierarchia, ſed apertius cap. 1. de cœleſti hierarchia, *finem*, ait, *ſibi propoſitum & Dei habet imitationem quantum hoc licet, & cum illo coniunctionem*.

Dicitur, idque ſine vllo ad iuriſdictionem reſpectu, idque ſatis colligitur ex dictis, cum dictum ſit hierarchiam iſto modo ſumptam eſſe tantum rationem, collectionem & comprehenſionem omnium ſacrorum, & maxime patet ex S. Maximo, in explicatione tituli de cœleſti hierarchia, *Sciendum eſt*, inquit, *quod hierarchia quidem ſit principium ordinis ſacrorum veluti cura, & hierarcha, ſacrorum princeps & curator, & præſes, nec tamen ſacerdotum, ſed is qui ſacra & ipſorum conſtitutionem, atque Eccleſia & myſteriorum diſponit, nec tamen princeps ſacerdos*.

Et notandum eſt in hac hierarchiæ ſignificatione. Ex dicto cap. 1. de Eccleſiaſtica hierarchia, & ex S. Maximo Scholiaſte, Epiſcopos Preſbyteros & Dia conos dici potius hierarchiam quam hierarchas quia hoc modo, conſiderantur tanquam partes hierarchiam componentes non tanquam præſides & principes illius.

De ſecunda ſignificatione hierarchia.

CAP. IV.

SEcundo accipi poteſt hierarchia, pro eodem ordine rerum & miniſtrorum, ſed coniuncto cum iuriſdictione, & poteſtate hierarcharũ, & relatione ad ſubditos, erga quos exercetur, & huc ſpectat quod diximus ſupra ex Maximo, capit. 1. de Eccleſ. hierarchia, *hierarchiam eſſe comprehenſionem omnium rerum ſacrarum, quæ intelliguntur, dicuntur, aut fiunt aut peraguntur*, & quod diximus etiam ex ipſomet Diuo Dionyſio, capit. quint. de Eccleſ. hierarchia, *triplicem eſſe hierarchia*

diuiſionem, in ſacrificia, in miniſtros, & eos qui ad ſacra euehuntur; Vnde poſtquam idem Dionyſ. dixit in cap. 3. de Eccleſ. hierarch. hierarchiam eſſe, quoddam cumulum rerum ſacrarum, maximeque in ordinibus conſiſtere, addit ſtatim hæc verba, quæ ad poteſtates iuriſdictionis pertinent, *Et quemam*, ait, *ordo hierarchiæ hoc poſtulat, vt alij purgentur alij purgent, quidam illuſtrentur luce doctrina, nonnulli illuſtrent, alij perficiantur, alij perficiant*; quod fieri non poteſt ſine iuriſdictione, Confirmatur ex c. 6. de Eccleſ. hierarch. vbi agitur de ordinibus, qui purgantur, eoſque diuidit in eos qui ex templis capellontur, vt Cathecomenoi pœnitentes, & à dæmone vexati, in fidelem populum, & in monachos; & propter eandem rationem hierarchia dicitur ordo ſcientia, & actio, in cap. 3. de cœleſti hierarchia, & ita ſumitur à Sophronio Conſtantinopol. patr. in ep. ſynodica ad Adrianum Papam, *vetus*, ait, *traditio, inualuit vt qui ad hierachiam eliguntur, ad eos qui in hierarchiis capeſſendis & adminiſtrandis maiores ſunt referant quid ſentiant & qua fide ſint*. Sic apud iuris conditores Aſiarchia, Bithinarchia, Cappadocarchia, Alytarchia, Syriarchia, Phœniciarchia, ſunt quidem ſacerdotia, Aſiarchia, Bithinarchia, Cappadocarchia, in lib. 6. §. 14. D. de excuſationibus, Alytharchia, & Syriarchia, in l. vnica Cod. de officio Comitis orientis, titulo ait qui Alytarchiæ, & Syriarchiæ muneribus in prima ſyria deputati ſunt Syriarchia item & Phœnicarchia, in l. 1. cod. de naturalibus liberis quos in ciuitatibus ait duum virilitas, vel ſacerdotij id eſt phœniciarchiæ vel ſyriarchiæ ornamenta condecorant: ſed illa ſacerdotia erant cum aliqua poteſtate, & principatu, vnde in Actis Apoſtolorum, interpres vetus Aſiarchas vertit Aſiæ principes, & apud ſtrabonem lib. 14. dicuntur Aſiarchæ ἀπὸ πρώτων, ᾤκημένοις t. primoribus & opulentioribus Aſiæ qui ideo eligebantur Aſiarchæ vt poſſent munera & ludos edere, in honorem Deorum quorum erant ſacerdotes; quapropter Ruffinus, ἀναγ(?)λω, vocat munerarium propter hoc munus & onus patrimonij quod opulentiores electi in Aſiarchas in honorem Deorum præſtare tenebantur. Sed & in l. 6. §. 14. ſuprà citato, iam dicta ſacerdotia dicuntur præſidatus gentium, Aſiarchia ſcilicet Bithinarchia, Cappadocarchia; & Aliarcha, autore Phauorino præerat τοῖς ἀγῶσι s. maſtigophoris.

Hierarchia ergo erit ſacer præſidatus; vel ſacrorum præſidatus, ſicut Aſiarchia, eſt præſidatus Aſiæ ſacerdotalis, & ideo, Gregor. Nazianz. orat. 20. Epiſcopatum vocat δυναστείαν, & ἐξουσίας ὑπερεχούσας t. ſublimes poteſtates, & oratione t. προστασίαν, & oratione 5t. ἀρχὴν & alio loco eadem orat. τὸ ἄρχειν, t. imperium, ἐπὶ τὸ ἄρχειν ἀναβαίνοντα(?) τῷ ἄρχειν, & eadem item oratione, vocat Epiſcopatum gubernationem, vbi loquitur de Petro & Paulo, & ait, *quod vna cum gubernatione tam in ſermone quàm in opere gratiam acceperunt*, Et Hilarus Papa ep. 3. ad Leontium Epiſcopum Arelatenſem, vocat eius Epiſcopatum, monarchiam, *in prouincia ait quæ ad monarchiam tuam pertinet*. & Proſper l. 2. de voc. gent. c. 6. & D. Bernard. lib. 3. de conſiderat. vocant principatum, & D. Chryſoſt. Homilia 1. ad Titum. Is quidem ait cui Eccleſiæ principatus eſt creditus, quique dignitate Epiſcopatus

A ornatus eſt niſi populo quæ agenda ſunt dixit, non erit innoxius, &c. & Homilia 3. ad Coloſſenſes, vocat προστασίαν.

Et Epiſcop. præcipuè pertinent ad hierarch. ex Concil. Tridentin. ſeſſ. 23. cap. 4. de ſacramento ordinis, ſuntque primi hierarchæ, ideo ſoli vt plurimum Epiſcopi dicuntur hierarchæ, vt apud D. Dionyſium Areopag. paſſim & Nicephorum Calliſtum in præfatione, & Zonaram & Balſamonem in ep. Conſilij Epheſini, & apud Germanum in theoria rerum Eccleſiaſticarum non longe à principio; Et apud Codinum cap. 6. de officiis conſtitut artic. 21. vbi nomi-

B ne hierarcharum intelligit Epiſcopos ſeu Pontifices Conſtantinopolitanos, dicit enim de flammolo, quod multas habebat diuinas imagines ἱεραρχῶν. i. hierarcharum pontificum, & apud Ioanē Pſellū epigramate εἰς τοὺς ἁγίους τρεῖς ἱεράρχας vbi vocat Chryſoſtomum, Nazianz. & Baſilium hierarchas & apud Cedrenum in Baſilio, vbi Nicolaus Epiſcopus dicitur hierarcha, & apud Simeonem quoque Theſſalonicenſem duobus in locis; Et D. Petrus dicitur Archierarcha, à germano loco citato.

Imo dici poteſt quod hierarchia, hoc ſecundo modo ſumpta eſt propriè hierarchia, & hierarchæ ſunt Epiſcopi; qui regimen habent & adminiſtrationem Eccleſiæ non qui ſunt tan-

C tum conſecrati, ita vt hierarchia Eccleſiaſtica potiſſimum poſita ſit in præfectura & adminiſtratione ac iuriſdictione, non in ordinum dignitate ſeu conſecratione; quæ fuit aperta ſententia Innocentij tertij in cap. 2. de tranſlatione Epiſcopi: vbi ponit tres caſus quibus oſtendit Epiſcopum in nullo eorum caſuum fieri hierarcham per conſecrationem, ſed tantum per electionem & confirmationem; Aut enim s. quis conſecratur tantum ſine vllo Eccleſiæ titulo, & poſtea eligitur, & is antequam eligatur, non eſt per ſolam conſecrationem factus ſponſus Eccleſiæ, ſed per ſolam electionem; Aut 2. quis eligitur tantum & confirmatur, & poſt tandem conſecratur, is per ſolam electionem

D fit ſpōſus Eccleſiæ, non per conſecrationem ſubſequentem, quæ vt ait ibidem Innocentius tertius nihil addit ſponſo, cum per eam non ſit maius inde vinculum Epiſcopi ad Eccleſiam, ex conſecratione ſubſecuta, imo idem penitus & non aliud, ita vt electo & confirmato Epiſcopo alicuius Eccleſiæ ea non amplius debeat reputari viduata, & licet Epiſcopus electus & confirmatus tantum, nondumque conſecratus non poſſit conferre ſacros ordines & alia quæ ſunt ordinis Epiſcopalis præſtare, non ideo eſt minus ſponſus Eccleſiæ ratione vinculi, licet dici poſſit eſſe quodammodo ſponſum inutilem quod non poſ-

E ſit ea peragere, ſed aliud eſt eſſe ſponſum inutilē, aliud vero non eſſe ſponſum vt obſeruat idem Innoc. 3. Aut tertio Epiſcopus qui eſt electus & confirmatus, & ſimul conſecratus, renuntiat Epiſcopatui, ſeu oneri Epiſcopali; Et ille licet maneat conſecratus Epiſcopus, nihil tamen retinet in Epiſcopato, & omnino deſinit eſſe ſponſus illius Eccleſiæ; & hæ ſunt rationes Innoc. 3. quæ non parum faciunt ad propoſitū noſtrū, nam eo ſpectant ſine dubio vt velit dicere, hierarchiā Eccleſiaſticam ſolum poſitam eſſe in præfectura, & adminiſtratione; non in ſola cōſecratione; Cui cōuenit illud lib. 8. conſtitutionum Apoſtolicarū

myſticis illis ac ſurſum ferentibus ſacris coleretur, quibus nec maius quicquam, nec præſtantius apud nos eſt; Et Cyrillus etiam Alexandrinus lib. 2. cap. 25. In Ioannem; ille enim è contrario oſtendit miſſis Apoſtolis, in mundum, à Chriſto ſicut ipſe miſſus erat, illam poteſtatem non fuiſſe ſufficientem, ſed inſuper neceſſarium fuiſſe vt ſanctificarentur vt ipſi alios ſanctificarent, ſicut ipſe Chriſtus non tantum miſſus ſed etiam ſanctificatus erat, quod factum eſt inquit per participationem Spiritus ſancti, quod ſane idem eſt ac ſi dixiſſet per ordinationem. nam in ordinatione acceperunt Spiritum ſanctum; Verba eius ſunt, *ad imitationem ſuam ordinatos miſſoſque à ſe diſcipulos, euangelicam & cæleſtem doctrinam mundo prædicaturos, indigere ait Chriſtus neceſſario, vt in veritate ſanctificentur, vt poſſint ſui miniſterij curſum abſoluere*; Inde enim apparet diſtingui ſanctificationem ordinationis, à poteſtate miſſionis. Item D. Ambroſius de dignitate ſacerdotali cap. 5. vbi diſtinguit has duas ſiue poteſtates ſiue hierarc. oſtēdit quæ eas fuiſſe diſtinctis verbis & temporibus à Chriſto inſtitutas, quæ tamen non faciunt, niſi vnum perfectum & completum ordinis ſacramentum, *Ordinis*, ait, *ſacramentum, vt alia, duplex Dei verbum habet præceptorium ſicut miſit me pater, & ego mitto vos, ite, docete, prædicare*, &c. *quibus mandatis Dominus ordinem inſtituit, de miniſtrorum nos poteſtate certos facit, hanc à ſe in eos authoritate & quidem diuina transferens, eoſque in cælum aſcenſuros, ad ſanctorum conſummationem, & Eccleſiæ ſuæ ædificationem paſtores atque doctores, & myſteriorum ſuorum diſpenſatores, proque eo legatione functuros nobis relinquens*, &c. *Promiſſorium, quo nos quoque de miniſterio tum verbi tum ſacramentorum ſecuros reddit, qui vos audit recipit, aut ſpernit, me audit, recipit, aut ſpernit, non hominem inquam, non Angelum ſed Chriſtum Ieſum, ſed Deum*, &c. *qui idoneos noui Teſtamenti miniſtros facit, & reconciliationis in eis verbum ponit*. &c. *de cuius item ſacramentorum miniſterij efficacia, pleriſque loci clare pollicentur & teſtantur*, &c. *quorum remiſeritis peccata remittuntur eis vos Domini ſacerdotes*, &c. Nam ſi quis diligenter conſideret hæc verba D. Ambroſij, inueniet ad verbum præceptorum pertinere poteſtatem iuriſdictionis, quæ verbis præceptorijs inſtituta eſt: ad verbum vero promiſſorium, pertinere poteſtatem ordinis, per quam ſacramenta efficiunt, & in honore ſimiles Deo conſtituuntur, & idonei fiunt miniſtri, id eſt vt poſſint poteſtatem iuriſdictionis exercere remittendo peccata, & ſic de alijs.

Obiectiones quædam præponuntur.

Cap. V

Obijcitur 1. in can. quoniam diſt. 100. Eccleſiam in qua quis eſt electus & confirmatus Epiſcopus, ſi non ſit conſecratus dici viduatam vt & in Synod. Chalced. can. 25. Sed R^r. ad hanc obiectionem iam reſpondiſſe Innocentium 3. in cap. 2. de tranſlat. ep. non debere eccleſiam illam dici abſolutè viduatam, ſed im-

A propriè tantum. *Cum*, inquit, *non intelligatur Eccleſia viduata, quaſi ſponſum non habeat, ſed quia ſponſus eius, nondum ſit conſecratus, adhuc quoadquadam, quaſi vers maneat ſolatio deſtituta, ſicut iuxta communem modum loquendi, illa dicitur Eccleſia viduata, quæ licet Epiſcopum habeat inutilem tamen habet*; Ex qua reſponſione patet non dici viduatam propriè, quia habet ſponſum, ſed impropriè & iuxta communem loquendi modum, quia habet ſponſum inutilem, ſed ſponſum tamen, quomodo in can. 4. de frigidis & malefic. dicitur conſiſtere matrimonium inter impotentes, licet inutilis ſit ſponſus, vel ſponſa.

B Obijcitur 2. Epiſcopum dici ſponſum Eccleſiæ c. 11. & 39 7. q. 1. & ſpirituale fœdus coniungij intercedere inter Epiſcopum & Eccleſiam, cap. 2. & 4. de tranſlat. ep. quare ſicut aliud eſt matrimonium initiatum, aliud ratum & perfectum, aliud conſummatum, ita hoc ſpiritusle coniugium, initiatur electione, perficitur & ratum habetur confirmatione, & conſummatur conſecratione, & ideo conſecratio pertinet ad coniugium iſtud ſpirituale. R^r. ſufficienter Epiſcopum dici ſponſum Eccleſiæ, per electionem & confirmationem, etiam ante conſecrationem, nam ſicut eſt verum & ratum matrimonium carnale ante conſummationem, ita C & ſpirituale hoc, ante conſecrationem,

Obijcitur 3. ex Goffrido Vindocinenſi opuſculo 2. de ordinatione Epiſcoporum in ordinatione Epiſcopi, conſecrationem eſſe æque neceſſariam, ac electionem, vt in baptiſmo aquam, & inuocationem Spiritus ſancti, *In primis* (ait) *firmiter credere non oportet, & nullatenus dubitare, vt quemadmodum baptiſmus, Chriſtianum facit, ita electio & conſecratio facit Epiſcopum, & ſicut impoſſibile eſt, ſine baptiſmate Chriſtianum fieri, ita eſt impoſſibile Epiſcopum ſine electione, & conſecratione creare, in ordinatione Epiſcopi, electio & conſecratio, ſic eſt vtraque neceſſaria, quod conſecratio, ſine electione, & ſine conſecratione electio Epiſcopum facere ſola non ſufficit, nam ſicut in baptiſmate aqua, & inuo-* D *catio Spiritus ſancti, ſunt neceſſaria, quæ faciunt Chriſtianum, ita in ordinando Epiſcopo electio & conſecratio ſunt neceſſitate coniuncta, quæ creant Epiſcopum &c*. Sed R^r. Goffridum velle loqui de perfecto, & ſuis omnibus numeris abſoluto Epiſcopo, quatenus poteſt omnia munia Epiſcopalia exercere, tam ordinis, quam iuriſdictionis, ad quod requiritur non tantum electio, ſed etiam conſecratio, vt diximus ſupra ex Greg. Nazianz. orat. 1. & Cyrillo Alexandr. lib. 2. in cap. 25. in Ioan. & D. Ambroſio de dignitate ſacerdotali cap. 5. R^r. 2. malè omnino philoſophari Goffridum, comparatione ſumpta a materia & forma baptiſmi, & facta cum electione & conſecratione ordinandorum E nec enim electio eſt veluti materia ordinationis, nec conſecratio eſt veluti forma, imo ſunt res diſparatæ, & electio & confirmatio, tribuunt poteſtatem iuriſdictionis, conſecratio vero poteſtatem ordinis, nec eſt neceſſe electionem ſemper coniunctam eſſe conſecrationi, ſed poſſe aliquem prius conſecrari epiſcopum, tum eligi in Epiſcopatu; vel vice verſa, eligi priùs & deinde conſecrari, quod non fit in baptiſmo, nec enim forma poteſt adhiberi ante materiam,

nec materia ante formam; poterat quidem dicere Gotfridus ad perfectum Epiſcopum non tantum electionem ſed etiam conſecrationem eſſe neceſſariam, quia non eligebantur Epiſcopi, quin ſimul aut paulo poſt, vel intra tres menſes conſecrarentur; vt habetur in can. quoniam diſt. 100. & alibi paſſim, ſed non debebat vti iam dicta comparatione, quæ nullo modo conuenit ordinationi, imo contrarium potius dicendum eſſet, nempe conſecrationem eſſe veluti rem ſeu materiam hierarchiæ, electionem vero eſſe veluti formam, quandoquidem diximus ſupra in prima hierarchiæ ſignificatione, Epiſcopos, Preſbyteros, & Diaconos, eſſe res ſeu perſonas ſpectantes ad hierarchiam.

B Deinde conſecratio ſola, nullam dat iuriſdictionem, ſed tantum poteſtatem ordinis, quæ poteſtas reſpicit primo ordinatum, eumque ſegregat ab alijs hominibus, vt patet Act. cap. 13. *ſegregate mihi Saulum & Barnabam, in opus ad quod aſſumpſi eos*, ſegregate ait id eſt conſecrate, vt explicat D. Chryſ. loco cit. & Leo ep. 81. ad Dioſcor. cap. 1. Et ſane Paulus & Barnabas, iam habebant & exercuerant poteſtatem iuriſdictionis, & iam in opus aſſumpti erant ad quod conſecrabantur, cum Spiritus ſanctus dixit: vt ſegregarentur, vt conſtat ex ipſomet cap. 13. Et Origenes in Leuit. c. 10. Homilia 11. ait, *ſegregatum eſſe eum qui vſibus, tantum ſacerdotalibus, tanquam phiala ſancta, tanquam thuribula, mancipatur, qui à reliquis hominibus carnaliter viuentibus, & mundanis negotijs obligatis, ſeparatus, non quærit ea quæ ſuper terram, ſed quæ in cœlis ſunt, iuxta illud Domini dicentis, ſeparamini, qui portatis, vaſa Domini, & exite de medio eorum*, &c. quæ omnia magis pertinent ad conſecrationem quàm ad iuriſdictionem. Et ideo ordinatio ſumpta pro

C conſecratione, dicitur tantum reddere ordinatum auguſtum & honorandum, à Gregorio Nyſſeno. In baptiſmum Chriſti. *Eadem, ait, item verbi vis, etiam ſacerdotem, auguſtum & honorandum facit, nouitate benedictionis, à communitate vulgi ſegregatum, Cum enim heri ac*

D *tempore ſuperiori, vnus è multitudine ac plebe eſſet, repente redditur, dux præſes, doctor pietatis myſteriorum latentium myſtagogus, eaque contingunt, ei cum nihil vel corpore vel forma mutatus, ſed quoad ſpeciem externam attinet, ille ſit, qui erat, inuiſibili quadam vi, ac gratia animam in melius transformatam gerens*, ibi enim nulla facit mentionem iuriſdictionis, ſed totum effectum conſecrationis in ordinatum conuertit, nam quod dicit redditur dux præſes; hoc intelligitur habitu non effectu, nimirum reddi idoneum vt ſit dux præſes, ſi aliunde acceperit iuriſdictionem. Idem patet ex D Dionyſio, c. 5. de Eccleſiæ hierarchia; qui effectum quoque

E conſecrationis, dirigit tantum in ordinatos, *manus, ait, ſacra impoſitio, ſimul quidem diuinum præſidium ſacramento annexum declarat, quo tanquam ſancti pueri, aut ſi'y patris charitate fouentur, ita vt qui demeis habitum & virtutem ſacerdotalem largiatur, contraria autem ab eis poteſtates promul amoueat*. Et ex Concilio Moguntino, 1. parte decreti c. 15. In quo patres concilij, duos tantum effectus, tribuunt conſecrationi, primus eſt vt conferat gratiam ordinatis, qua ad munera recte exercenda reddan-

A tur idonei, 2. vt efficacitatē actibus eorum præſtet, nullum enim ibi verbum ponitur, quod ſpectet ad iuriſdictionem; *Rite*, inquit, *ordinatis gratiam diuinitus conferri, qua ad Eccleſiaſtica munera, ritè & vtiliter exercenda apti, & idonei efficiantur, & quæ rata ſunt, & efficacia quæ à rite ordinatis in Eccleſia, iuxta Chriſti & Eccleſiæ inſtitutionem geruntur, hancque gratiam eſſe ordinis & muneris non hominum aut perſonarum*. Et ideo D. Paulus 2. ad Corinth. 3. poteſt intelligi de poteſtate ordinis cum ait, *qui idoneos nos teſtamenti miniſtros facit*.

Quare neceſſarium eſt vt præter poteſtatem ordinis ſit aliqua poteſtas iuriſdictionis, & ideo Chriſtus ordinando Apoſtolos, diuerſis verbis

B dedit poteſtatem ordinis, & iuriſdictionis, ordinis quidem his verbis, *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata*, &c. Iuriſdictionis vero cum dixit, *ſicut miſit me pater & ego mitto vos*; & ratio eſt quia ſi verbis conſecratorijs, vtramque dediſſet poteſtatem, hinc ſequeretur dari nunc per illa verba omnibus etiam ſacerdotibus æqualem poteſtatem, cum ea quàm tunc acceperunt Apoſtoli, nam eadem forma ſacramentalis eundem ſemper habet effectum, vtpote efficiens id quod ſignificat, hanc enim ob cauſam omnes ſacerdotes habent æqualem poteſtatem in ordine ad corpus Chriſti verum quare, & haberent etiam eandem

C ad corpus Chriſti myſticum, ſi per illa verba accipite Spiritum ſanctum data eſſet Apoſtolis iuriſdictionis poteſtas; Et ſequeretur etiam poteſtatem illam non poſſe tolli, aut minui ab Eccleſia, nec vllos caſus reſeruari, quod eſt contra vſum & doctrinam Eccleſiæ: et ſane etiam Chriſtus, non in conſecratione ſed in miſſione Apoſtolorum aut diſcipulorum, reſtrinxit poteſtatem quàm eis dederat, vt cum Lucæ 10. dixit diſcipulis, *vt in omnem ciuitatem & locum, quo ipſe erat venturus irent*; nec dedit poteſtatem vt in omnem alium locum irent. Item cum dixit Apoſtolis Matth. 10. *In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne in-*

D *traueritis, ſed ite potius ad oues quæ perierunt domus Iſrael*, reſtrinxit quoque ex reſeruauit ſibi poteſtatem, ſed poſtea illa reſeruatio, contrarijs plane verbis ſublata fuit act. cap. 1. *& eritis, mihi teſtes in Hieruſalem, & in vniuerſa Iudea, & Samaria, & vſque ad extremum terræ*. Refertur, & à Saliſberienſi epiſt. 68. Caſus etiam hodie reſeruatus à Chriſto, quo ſcilicet Chriſtus ſolus poteſt ligare ex ſoluere mortuos; hunc enim caſum ſibi in cœlo reſeruauit, *Equidem*, ait, *eius eſt, mortuum ſuſcitare, & qui poteſtatis huius arbitrium diſcipulis contulit ſuper terram, hanc ſpeciali priuilegio, diuinæ maieſtatis in cœlis retinuit dignitatem*. Et merito, nam Chriſtus habet cathedram in cœlo, ex D. Aug. tract. 30.

E in ep. Ioan. in fine, *magiſterium, ait, forinſecus facta adiutoria quædam ſunt, & admonitiones, cathedram in cœlo habet qui corda docet*.

Ex his ergo patet Epiſcopum conſecratum tantum, habere quidem poteſtatem dimittendi peccata, ſed non poſſe ea effectu dimittere niſi adepta iuriſdictione, vel ordinaria vel delegata, ſeu acquiſitis ſubditis, iuriſdictio enim datur in ordine ad aliquos ſubditos, eaque ſunt correlatiua, vt diximus ſupra ex conſtitutionibus Apoſtolicis, l. 8. cap. 1. At ſacerdoti & Epiſcopo

ex viſu ordinationis, nulli ſubditi aſſignantur, quia non eſt major ratio, cur hi potius quam illi aſſignentur, at omnes non aſſignantur, idque patet ex ordinationibus quæ fiunt ſine titulo; quare poteſtas ordinis ſita eſt in charactere ſacerdotali, qui eſt poteſtas quædam moralis quatenus ſcilicet reſpicit corpus Chriſti myſticum, atque adeo traditur cum ab Epiſcopo ſacerdoti dicitur, accipe poteſtatem offerendi &c. & quatenus ſacerdos accipit in ſua ordinatione, vim producendi gratiam peccati remiſſiuam, ſeu poteſtatem exequendi, ſententiam vbi habita iuriſdictione, illi erit integrum iuridice ferre ſententiam, atque adeo accepit vnde poſſit conſtitui iudex per hæc verba, *accipe Spiritum ſanctum quorum remiſeris peccata*, &c.

De ſumma Pontifice an in vtraque definitione hierarchiæ reperiatur.

CAP. VI.

IAm quæri poteſt an ſummus Pontifex, vt eſt vniuerſalis Eccleſiæ paſtor in illis definitionibus comprehendatur, & ratio dubitandi eſt, quia non videtur contineri in prima hierarchiæ ſignificatione, niſi vt Epiſcopus, non autem vt ſummus Pontifex; Nam iuxta illam primam ſignificationem, tot videntur eſſe hierarchiæ, quot ſunt Epiſcoporum, Preſbyterorum, & Diaconorum ordines, inter ſe collati, & Epiſcopus quilibet eſt caput ſuæ hierarchiæ, non Romanus Pontifex, qui tanquam Epiſcopus tantum poteſt eſſe caput ſuæ hierarchiæ, non aliarum. Et Diu. Dionyſius, videtur tantum loquutus de hierarchijs particularibus Eccleſiarum non de hierarchia vniuerſali totius Eccleſiæ, quo pacto non videbitur contineri, ſumus Pontifex in definitione hierarchiæ primo modo ſumptæ, niſi quatenus eſt hierarcha, id eſt Epiſcopus ſuæ Romanæ Eccleſiæ, & per conſequens particularis nam quatenus hierarchia ſumitur in ſecunda ſignificatione vt eſt coniuncta cum iuriſdictione, fatendum eſt ſummum pontificem, in eius definitione contineri, & principem eſſe cum ipſe habeat iuriſdictionem in Eccleſiam vniuerſalem.

Verum dicendum eſt ad hanc difficultatem, etiam accepta hierarchia in prima ſignificatione, ſummum Pontificem in ea contineri. Primo quia diximus ex D Dionyſio, & ex S. Maximo in cap. 5. de Eccleſ. Hier. hierarchiam eſſe & dici, omnis hierarchiæ principaliorem partem, vt Diaconorum hierarchiam eſſe Archidiaconum, Epiſcoporum Archiepiſcopum, & ſic de alijs. At ſummus Pontifex, eſt principalior pars ſummæ hierarchiæ, quia eſt omnium Epiſcoporum Archiepiſcopus. 2. Quia diximus etiam; hierarchiam illo primo modo ſumptam, terminari in Chriſto Ieſu, at cum Petrus; & per eum Romanus Epiſcopus ſit Chriſti Vicarius, ſequitur & ad eum quoque terminari, & ita Romanum Pontificem contineri in hiararchia primo modo ſumpta, 3. quia cum omnia quæ in ſacris fiunt, & perficiuntur ad hierarchiam referantur, vt qui ea per ſuos ordines operatur, quibus præbuit poteſtatem hæc agendi, vt ait Maximus in cap. 5.

A de Eccleſ. inde colligi poteſt referri etiam ad Petrum qui primus fuit epiſcopus, alijque dicuntur Epiſcopi κατ' αὐτὸν, à D. Dionyſ. cap. 7. de Eccleſ. Hier. vel κατὰ μίμησιν, vt ait Maximus ibidem. 4. Quia dici poteſt tempore Apoſtolorum hierarchiam non fuiſſe terminatam in Epiſcopis tantum, ſed in Apoſtolis, idque colligi poteſt ex Diu. Dionyſ. epiſt. 8. *Tibi*, ait, *interea Diaconi vitæ formulam præſcribant, illis item Presbyteri his Pontifices, Pontificibus Apoſtoli, neque non Apoſtolorum ſucceſſores*; At cum ſummus Pontifex, ſit Petri Apoſtoli ſucceſſor, & Petrus ſit Archierarcha, ſeu primus hierarcharum Chriſti vt ait Germanus Con-
B ſtantin. in theoria rerum Eccleſiaſticarum, Πέτρος δὲ ὁ κορυφαιότατος Ἀπόστολος ὑπῆρχε ἀρχιερεύς. Inde ſequitur ſummum Pontificem in omni hierarchia contineri; Quomodo vero contineatur in hierarchia ſecundo modo ſumpta, dixi copioſe in lib. de ſtatu Eccleſiæ tempore Apoſtolorum.

An Monachi ſint in hierarchia Eccleſiaſtica.

CAP. VII.

C MAxime hic quæſtio proponitur, de Monachis an ſint in Eccleſiaſtica hierarchia; quæ vt intelligatur, & ſoluatur, monachi quinque modis erunt conſiderandi. 1. vt ſunt ſimplices Monachi, nec Diaconi, nec Preſbyteri, nec Epiſcopi, ordinati ſunt, nec vlli Eccleſiæ præpoſiti. 2. vt non tantum Monachi ſimplices, ſed ἱερομόναχοι id eſt ordinati Preſbyteri, nulla tamen eis data, aut ordinaria, aut delegata iuriſdictione, quam poſſint exercere 3. vt ſunt ordinati Preſbyteri, & inſuper habent delegatam tantum, non ordinariam iuriſdictionem, puta vbicumque dimittendi peccata. 4. vt ſunt ordinati Preſbyteri & habent poteſtatem dimittendi peccata in ſuo monaſterio. 5. vt ſunt ordinati
D Preſbyteri vel epiſcopi, & ſimul habeat ordinariam in aliqua Eccleſia cui præfecti, & præpoſiti ſunt, poteſtatem.

De monachis 1. modo ſumptis, vt ſunt tantum ſimplices monachi, &c.

CAP. VIII.

MOnachi primo modo ſumpti, vt ſunt ſimplices monachi nec ſunt ordinati, non
E poſſunt recenſeri, in hierarchia Eccleſiaſtica ſiue in prima, ſiue in ſecunda ſignificatione ſumatur; nam hierarchia primo modo ſumpta, verſatur tantum circa tres ordines; ordinem Epiſcoporum, Preſbyterorum, & Diaconorum, vt oſtenſum eſt ſupra, & manifeſte patet ex Concil. Trid. ſeſſ. 23. can. 6. ſupra citato, & confirmatur ex Pachymere in præfatione ad lib. de Eccleſ. hierarch. vbi oſtendit hierarchiam ab illis, tantum tribus ordinibus exerceri, non ab alijs, vtiturque eleganter in hanc rem verbis ſcripturæ ſacræ dicentis, *myſterium meum mihi, & meis*, *Mihi*, inquit, *non omnibus, ſed quibuſdam dumtaxat; & Deus dicit per prophetam*,

myſterium meum mihi, & meis, meos dicens omnino, ordinatos & conſecratos, quo loco etiam vtitur, Clem. Alexand. lib. 5. ſtromat. agens de vocatione, & inſtitutione miniſtrorum Dei, *non enim*, ait, *inuidens precepit Dominus in aliquo Euangelio, myſterium meum mihi, & filiis domus mea, in tuto, & extra, ſollicitudinem ſtatuens electionem*, &c. At monachi hoc primo modo ſumpti, nec ſunt ordinati, & nec ſunt Diaconi, nec Preſbyteri, nec Epiſcopi, nā in primitiua Eccleſia monachi non ordinabantur, vt patet ex D. Dionyſ. cap. 6. de Eccleſ hierarch. & ideo D. Epiphanius lib. de hæreſibus in fine, recenſet monachos inter laicos; Et in Epiſt. Concil. Arelat. 3. monachi ponuntur inter laicam multitudinem, & ideo olim nullam benedictionem in profeſſione ſua in quibuſdam locis accipiebant, teſte Iuone Carnotenſi ep. 41. & veniebant ad communionem poſt vniuerſum Cleum, ex Clemente in Conſt. Apoſtolicis lib 8. cap. 1. 3. & cōfirmatur ex Palladio in hiſtoria Lauſiaca, cap. 52. & Epiphanio ep. 60. quæ eſt inter Hieronymianas, & autore vitæ S. Pachomij ca. 26. & nouella iuſtiniani 132. cap. 2. & delinquentes monachi non deponebantur, aut degradabantur, vt clerici, ſed excommunicabantur vt laici, can. 82. Synodi Trullanæ, & can. 9. & 13. Synodi 7. generalis, & alibi paſſim, poſtea tamen Clerici facti ſunt can. monachos 16. q. 1. qui eſt Siricij Papę, quo tempore id fieri cœpiſſe ait D. Thom. opuſcul. 15. contra impugnantes religionem.

Ex quo ſequitur monachos non ordinatos, non poſſe eſſe in hierarchia Eccleſiaſtica, & quicumque voluerit ordinem monachorum inſerere ordini hierarcharum, dicendum ei eſſet quod in ſimili caſu, dicit D. Dionyſ. ep. 8. Demophilo monacho, idem quodammodo tentati, atque molitori, alium neum & alios ſacerdotes, querendos eſſe, *tibi*, inquit, *Deus alius quarendus eſt, alijque ſacerdotes*, vel dicendū eſſet, quod ego ſapientiſſimo, & doctiſſimo viro, & amabili apud Deum religioſo S. Benedicti Congregationis S. Mauri, dixi aliquando, monſtrum eſſe, ſi quis in corpore Chriſti myſtico, membra aliter colloet, quam ipſe diſpoſuit, quomodo loquitur Diu. Bernardus lib. 3. de conſideratione ad Eugenium, cap. 4. *non ergo*, ait, *tua ſola poteſtas, à Domino, ſunt & mediocres, ſunt & inferiores, & quomodo quos Deus coniunxit, non ſunt ſeparandi, ſic neque quos ſubiunxit comparandi, monſtrum facis, ſi manu ſubmouens digitum, facis pendere ex capite, ſuperiorem manus brachio collateralem, tale eſt ſi in Chriſti corpore membra aliter locus quàm diſpoſuit ipſe*. Et Tertullianus, qui lib. de virgin. velandis, cum videret ab Epiſcopo quodam, virginem nondum 20. annorum collocatam fuiſſe in Eccleſia in ordine viduarum, non virginum, illud vocat noſtrum quod loco ſuo mota eſſet, & cum videret eam inter viduas quæ tectæ erant capite, eſſe intectam, illud vocat portentum. Nam ſimiliter cum monachi non ordinati, in hac prima ſignificatione, ſubiiciantur etiam oſtiariis, monſtrum eſſet eos reponere inter hierarchicos ordines; Nam Eccleſia vt ait Diu. Paulus epiſt. ad Epheſ. c. 4. *Eſt corpus compactum & connexum, per omnem iuncturam ſubminiſtrationis*, & vt explicat D. Chryſoſt. Homilia 11. ad dictum cap. 4. *non ſatis eſt eſſe vnitum corpori, ſed oportet praterea, & proprium locum obtinere, vtpote qui nec vnitus eſſe queas, nec ſpiritum accipere, ſi loco ceſſeris.*

Item monachi illo primo modo accepti, non ſunt præpoſiti vlli Eccleſiæ, ac proinde non poſſunt eſſe in hierarchia, ſumpta in 2. ſignificatione, nam hierarchia in illa ſignificatione, conſiſtit in principatu & gubernatione, quæ exercetur in aliqua Eccleſia.

Monachi ergo ſimplices, nondum ordinati, ānt præfecti aliqui Eccleſiæ, non poſſunt eſſe in hierarc. Eccleſiaſtica, ſiue in 1. ſiue in 2. accipiatur ſignificatione; Nam talium monachorum ordo ſemper diſtinctus fuit ab ordine Clericorum, vt videre eſt ex D. Hieronymo epiſt. ad Heliodorum, *Alia*, ait, *monachi cauſa eſt alia Clericorū, Clerici omnes paſcunt ergo paſcor illi de altario viuunt, mihi quaſi infructuoſa arbori, ſecuris ponitur ad radicem, ſi munus ad altare non defero*. Et ex D. Chryſoſt. lib. 6. de ſacerdotio, c. 7 vbi opponit præfecturā Eccleſiaſticam vitæ monachorum, & ex D. Baſilio in Conſtit. Monaſt. c. 9. & ex cap. 1. de conditionibus appoſitis, vbi manu miſſus ſub conditione vt fiat monachus, non implet conditionem ſi fiat Clericus, atque ideo manet ſeruus, niſi fiat monachus, idem confirmari poteſt, ex eo quod Samuel qui fuit figura monachorum, non ponatur inter ſacerdos pſal. 98. *Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius*, quod vero Samuel fuerit figura monachorum, id patet ex vel ex eius nomine, nam Samuel idem eſt ac ordinatus Deo, & nulli alteri ſeruiens, vt explicat Philo Iud. lib. quod Deus ſit immutabilis, nomen enim ordinis factum eſt proprium monachorum, & apud D. Dionyſ. ordo monachorum dicitur τάξις, & in Concilio ad Theodonis villam, c. 3. dicitur. *Ordo monaſticus à Deo inſpiratus, & ordines, & ordinum capita*, abſolute dicontur de monachis in concil. Tridentino ſæpiſſime.

Atque ſi interroges nominum religionem, nunquam inuenies monachos, dici hierarchas, aut monaſticam vitam hierarchiam, ea enim dicitur tantum vel πολιτεία, vt à D. Chryſoſtomo Homilia 10. ad Antiochen. & lib. 3. de prouidentia, vel philoſophia Chriſtiana vt à Greg. Nazian. orat. 12. & 21. & à D. Dionyſ. de Eccleſ. hierarch. cap. 6. & monachi ipſi dicuntur therapeutæ, non hierarchiæ dicto cap. 6. & à Greg. Naz. orat. 9. & à Suida in voce therapeutæ.

Et officium ipſum ſeu propoſitum monachi, eſt alienum omnino ab officio hierarchæ, nam vt ait Niceph. lib. 11. cap. 41. hiſt. Eccl. *Monachorum omnium commune conſilium eſt, vt quā maximā animæ ſua tantum curam gerant, eamque à rebus & ſtudijs huius vitæ per deſuetudinem alienent*, Et D. Dionyſ de Eccleſ. Hier. cap. 6. ait quoque ordinem monachorum non eſſe ἀναγωγικὸν ἑτέρων, id eſt non eſſe alios deducere, & P. Damiani lib. 4. ep. 4. ait monachis de populo nihil pertinere, *nempe*, ait, *quanto maior eſt preſbyter monacho, in dignitatis Eccleſiaſtica priuilegio, tanto deterior eſt in peccato, cum monachus de populo nihil pertineat, ſacerdotibus iuſſum eſt populi peccata portare*. At hierarcha.

rum propoſitum eſt, vt aliorum curam & ſollicitudinem gerant, & animam ſuam ponant pro ouibus ſuis, imo vt optent cum D. Paulo, anathema eſſe à Chriſto pro illis, denique vt ait Greg. Naz. orat. 1. *finis hierarchia, ſeu ſpiritualis imperij eſt, vbique priuata vtilitate neglecta, commodis aliorum conſulere.*

Rurſus cum ordo monaſticus, non fuerit hierarchicus, initio Eccleſiæ, vt diximus ſuprà, & patet ex cap. 6. de Eccl. Hier. Nec hodie erit hierarchicus, nam Chriſtus, inſtituit omnem ordinem hierarchicum, nec legitur inſtituiſſe, aut in hierarchia collocaſſe ordinem monachorum, nam ſi inſtituiſſet, & rurſus ſi ordo ille aliquando fuiſſet hierarchicus, & ſemper fuiſſet, & hodie eſſet, & ſemper futurus eſſet, cum ſacramenta & ordines Eccleſiæ perpetuam habeant cauſam, nec poſſint deſinere, nec Eccleſia poſſet aut potuiſſet vnquam tollere monachos, è ſtatu hierarchico, ſicut non poteſt, ex eo tollere, Epiſcopos, Preſbyteros, & Diaconos, at Eccleſia tempore D. Dionyſij, & multis poſterioribus ſæculis, fuit ſine hierarchia monachorum, & deinde, ſunt aliqui monachorum ordines, quos ſummus Pontifex iuſta de cauſa ſuſtulit ab Eccleſia, vt patet de Fratricellis, à Clemente 5. ſublatis, in Concilio Viennenſi, cap. 1. de religioſi domibus, in Clementinus, & cap. vnico eodem tit. in extrau. commun. & extrau. Ioann. 22. & teſtatur Greg. 10. in Concilio generali Lugdunenſi, religionum diuerſitatem prohibitam fuiſſe in Concil. generali Lateran. Ipſeque diſtrictius inhibuit, ne quis de cætero nouum ordinem, aut religionem, ad inueniat, in dicto Concilio Lugdun. & notum eſt ordinem templariorum, ab Honorio 2. probatum tamen, in Concilio Viennenſi fuiſſe abrogatum.

Objectiones quædam pro monachis proponuntur.

CAP. IX.

OBijcitur 1. aduerſus ea quæ diximus de monachis ſimplicibus ex can. 6. Synnodi Chalcedonenſis, monachos poſſe præfici monaſterio, & ita ſaltem pertinere ad hierarchiam ſumptam in 2. ſignificatione, dicitur enim in eo Canone, *nullum abſolute ordinari, nec Preſbyterum, nec Diaconum, nec omnino aliquem eorum, qui ſunt in ordine Eccleſiaſtico, niſi ſpecialiter, in Eccleſia ciuitatis, vel pagi, vel martyrio vel monaſterio is qui ordinatur, deſignetur eos autē qui abſolute ordinantur, decreuit S. Synodus, irritam, & inualidam habere eiuſmodi manuum impoſitionem.* Quare cum monaſteria, in eo canone, ſint loco Eccleſiarum, in titulum clericalem aſſignata, monachi quoque erunt in hierarchia, loco clericorum. Sed R. inde non ſequi monachos eſſe in hierarchia, nam licet agatur de monaſterijs, tamen non agitur de monachis, ſed de Preſbyteris Diaconis, vel alijs, qui ſunt in ordine Eccleſiaſtico, id eſt, de Clericis qui ordinatus in monaſterio, vt conſtat ex ipſis Canonis verbis, & ita illum recte explicat Zonaras, Nam quod ait Balſamo, eos monachos dici Clericos, intelligendum eſt, de his monachis, qui clericatum acceperunt, vt colligitur ex can. 8. eiuſdem ſynodi, vbi agitur de Clericis monaſteriorum, nam Zonaras ait Clericos illos potuiſſe; eſſe monachos, ſed ordinibus initiatos, quo pacto, non vt monachi ſimplices conſiderandi ſunt, ſed vt Clerici.

Obijcitur 2. monachos dici à Gregor. Nazianz. orat. 9. ἐν Θεοῦ μόνῳ καὶ τῷ ... dici θεραπευταὶ à Diu. Dionyſ. cap. 6. dici *veniri ad diuinæ ſocietatis adeptionem, & ſeparari à creaturis, & vniri Deo*; eod. cap. 6. item dici *ſaſtar medicorum ad ſe accedentes, à vitio perturbationum liberare*, à Suida in voce therapeutæ, dici *habere philoſophiam quæ homines purget*, à Gregor. Nazianzen. orat. 12. dici *apud Deum noctes ac dies perpetuo per contemplationem immorari*, à D. Baſil. ep. 63. dici denique monachos eſſe Apoſtolorum ſucceſſores à Petro Bleſenſi, & alijs, quæ omnia hierarchica ſunt; nam hierarchæ ſeu Epiſcopi, dicuntur, myſtæ apud Heſychium, μύσται ... ; dicuntur θεραπευταὶ ab eodem Diu. Dionyſio, qui eis tribuit ... , & Gregor. Nazianz. orat. 7. dicit *hierarchicam ſcientiam eſſe a mundo abſtrahentem, & ad Deum abducentem.* et Sozomenus, lib. 7. c. 9. & Niceph. lib. 12. cap. 14. dixerunt Epiſcopale munus, eſſe καθαρτικὸν ἁμαρτημάτων, *id eſt delictorum expiationem*, & ipſi quoque hierarchæ dicuntur therapeutæ à Greg. Nazianzen. orat. 1. & Origen. in pſalmum 37. Homil. 1. item S. Maximus in cap. 2. de Eccleſ. hierarc. dicit *in hierarchia, primum miniſterium conſiſtere in contemplatione*, Et denique Epiſcopi dicuntur Apoſtolorum ſucceſſores, quæ omnia, vt diximus, conueniunt quoque monachis, ita vt nulla inter eos & Clericos ponenda ſit differentia, Ad hanc obiectionem. R. verum quidem eſſe, etiam ex ſententia D. Dionyſ. cap. 6. de Eccleſ. hierarc. *ordinem monachorum omni actionum ſuarum ſanctimonia expiatum eſſe, & perficientis pontificum ordinis ſtatum exprimere, & diuinis illarum illuſtrationibus imbui & perfici, & cum Deo colligi, atque ad ſacerdotum vitam formari ordinemque monachorum in multis, ordini ſacerdotum ſimilem eſſe, ad eumque proxime accedere: Sed illas & ſimiles* virtutes ac perfectiones, non eſſe hierarchicas, ſed alterius generis; quod ipſemet D. Dionyſius voluit oſtendere, in dicto cap. 6. Cum illa omnia non tribuit monachis ſimpliciter ſed cum aliqua verborum reſtrictione, dicit enim *eos omnis miſterij, quod quidem eis fas ſit aſpicere ſpectatores fieri, item eos pro modo ſuo ad perfectionem euehi item eos conſecrari, ſi non pontificia, ad ſacerdotali tantum conſecratione & denique ad ſacerdotum vitam quantum licet formari.* Deinde probatur illos actus ſimiles hierarchicis, qui tribuuntur monachis, non eſſe hierarchicos, nam licet hierarchici muneris ſit, purgare, illuminare, & perficere, vt ait D. Dionyſ. c. 3. & 5. de Eccleſ. hierarc. & Maximus ibidem, & Elias Cretenſis. in orat. 1. Greg. Nazianz. cuius hæc ſunt verba, *hierarcharum ordo, initiandi ac perficiendi vim habet, ſacerdotum autem illuminandi eorum autem quā deinceps ſequuntur purgandi ac diſcernendi* tamen multi alij ſunt modi quibus dicimur purgari, illuminari, aut perfici, πολλοὶ γὰρ ... vt ait Diu. Chryſoſtom. lib. de virginitate cap. 88. qui tamen modi non pertinent ad

hierarchiam vllam, & ita Serapioo dicebat apud
Nicephorum lib. 11. cap. 42. *Mentem ſpiritualt*
cognitione & ſcientia imbutam, perfecte purgari,
Et Pytagorici, poſuerunt principium ſuæ philo-
ſophiæ, in purgatione & perfectione, ex Hiero-
cle ad carmina Pythagoræ, in principio φιλοσοφία
τῆς ζωῆς ἀνθρωπίνης κάθαρσις καὶ τελείωσις &c. & S. Ma-
ximus io cap. 5. de Eccleſ. hierarch. dicit *quod*
diuinis, ſcripturis, purgamur, & illuminamur;
Et ſimiliter baptiſati dicuntur Epoptæ à Clem.
Alexand. lib. 5. ſtromat. vt & ij qui nuda mente
Deum cootemplaotur, ab eodem Clem. lib. 1.
quæ omnia fiunt ſine hierarchia. Et rurſus cum
monachi dicuntur Apoſtolis ſuccedere à Petro
Bleſeoſi in iouectiua io deprauatorem ſuorum
operum vbi dicuotur, *impreſſioribus veſtigiis A-*
poſtolorum regulis inhærere, & io Concilio, ad
Theodonis villam cap. 3. vbi dicitur *ſacrum mo-*
naſticum ordinem eſſe à Deo inſpiratum, & ab A-
poſtolis fundatum, Reſpondendum eſt, illud io-
telligendum eſſe, & omnino referendum ad vi-
tam Apoſtolicam, cuius veſtigiis inſiſtunt mona-
chi, oon ad cathedram, & iuriſdictionem Apoſto-
lorum, in qua eis non ſucceſſerunt monachi ſed
Epiſcopi, duplex eoim eſt ſucceſſio, cathedræ
& vitæ, vt patet ex Nazianz. orat 21. vbi lo-
quens de D. Athanaſio, dicit ipſum in Eccleſia
Alexandrina ſucceſſiſſe. D. Marco, dupliciter,
videlicet in vita & io cathedra, *Ad Marci*, ait,
thronum euehitur, non minus pietatis, quam prin-
cipatus ſucceſſor, &c. Et ij qui viuuor ſine pecca-
to, & qui propter Chriſtum diligunt proximum,
dicuntur veſtigiis inſiſtere Apoſtolicis, licet ſint
laici, à Clem. Alexand. lib. 4. ſtromat.

Et ſane fatendum eſt, veros monachos eſſe
partem Eccleſiæ vtilem, & monaſticam vitam
eſſe philoſophiam quæ ad munus ſacerdotij, nume-
ris omnibus abſoluendum non minimum confert,
vt ait Greg. Nazianz. orat. 21. *Monachi enim tam*
multa mira opera faciunt, vt ab eis multi qui cæ-
leſtem vitam tenuerunt, multi qui terrena bene
diſpenſarunt ſuperari videantur, vt dicit Diu.
Greg. 32. Moral cap. 23. vt poſſimus dicere illos
eſſe veluti Eſaiæ pueros, *quos dedit Dominus, in*
ſignum & in portentum Iſrael, Iſai. cap. 8. illi
enim ſunt veluti monſtra, id eſt paradeigmata,
in exemplum viuendi monſtranda: illi vt ait D.
Baſil. epiſt. 63. *tales ſunt quorum conuerſatio in*
cælis eſt, qui carnem ſuam cum affectionibus, ac
concupiſcentiis crucifixerunt, quique nec de cibis,
nec indumentis ſolliciti ſunt, ſed immobiles, & aſ-
ſidui, apud Dominum noctes ac dies precationibus
immorentur. Et ſæpiſſime fit, vt Monachi vitæ
puritate, & ſanctitate ſuperent hierarchas, ſed
hoc nihil facit ad hierarchiam, nam *aliud eſt hie-*
rarchiæ poteſtas, aliud vitæ ſanctitas, vt definitum
eſt io Concilio Conſtatienſi, ſeſſ. 8. & 15. *Et Ec-*
cleſiaſticam dignitatem, poſſunt & vaſa miſeri-
cordiæ, & vaſa contumeliæ temporaliter adipiſci,
quia iſta bonis ſunt maliſque communia, vt habet
Fulgentius lib. 2. de veritate prædeſtinat. c. 22.
Omnes enim vt ait Balſamo in can. 31. Apoſtol.
Deus non eligit. Et ideo Petrus venerabilis lib. 1.
ep. 28. hæc duo inter ſe diſtioxit & ſeparauit, ille
enim laudans ac præferens monachos clericis in
ratione bene viuendi, proteſtatur ſe hæc dicere,
ſaluis hierarchicis officiis, quibus clerici Eccle-
ſiam conſeruant, *qui namque*, inquit, *iuſtius fi-*
delium oblata ſuſcipiunt, monachi, qui aſſidue pro
A *peccatis offerentium intercedunt, an clerici, qui*
nunc vt videmus, ſummo ſtudio temporalia appe-
tentes, ſpiritualia quæ ad animarum ſalutem per-
tinent omnino poſtponunt, & qui de ſuis non cu-
rant, quomodo aliorum animas ſaluare poterunt,
male quippe medebitur alteri, qui ſuo languori ſub-
uenire non prævalet, hoc dicimus ſaluo intellectu
illo quo nouimus per officium clericorum, diuinis
quidem myſteriis Eccleſiam ſaluari, ſed quorun-
dam talium parum orationibus adiuuari. Quare
quod ſanctiores aliqui ſint monachi hierarchis,
B hoc tantum dat eis in cœlo, non in terra prio-
rem locum, vt recte dicitur apud Eſaiam cap. 56.
dicit enim ibi, Deus per Prophetam, *daturum ſe*
ſpadonibus in ciuitate ſua, & in muro ſuo, hono-
rem & locum meliorem, quam filiis & filiabus,
quem locum de monachis & clericis explicat
Fulgentius lib. 2. de prædeſt. cap. 23. Et per eunu-
chos, intelligit monachos, per filios vero ipſos
clericos, monachis vero nihil promittit in hoc
mundo, ſed tantum in cœlo, nam monachi vi-
deotur eſſe ij de quibus alio loco idem Eſaias lo-
quitur, vt refert Euſeb. lib. 2. de demonſtrat.
Euang. cap. arr. 48. qui relicti faciunt fructum
ſurſum, & mittunt radicem deorſum; *Eterunt*,
C ait, *relicti fuerint in Iudæa, mittent radicem deor-*
ſum. & facient fructum ſurſum, quoniam ex Ie-
ruſalem erunt qui relicti fuerint, & qui ſalui fu-
turi ſunt ex monte Sion, æmulatio Domini faciet
hæc, quæ verba mire conueniunt monachis, qui
relicti ſunt in Eccleſiaſtica hierarchia, & humi-
litate deorſum mittunt radicem, meritoque o-
perum faciunt fructum ſurſum, & æmulatio Do-
mini, non permittit eos qui relicti ſunt in Eccle-
ſia, eſſe io cœlo ſine honore ac præmio, nam vt
ait Stephnus Tornac. ep. 1. *Cum terram dederit*
Deus hominibus, monachi funiculum ſuum &
ſortem in cæleſtibus extenderunt; viros Euangeli-
cos exprimunt, nec ſolliciti ſunt quid manducent
& bibant; Atque ſi deeſt monachi hierarchia in
terris, oon deeſt honor & gloria in cœlis, & eſt
verum quod dicit D. Paul. 1. ad Corint. cap. 12.
D *honeſta autem membra nullius egent, ſed Deus*
temperauit corpus, ei cui deerat abundantiorem
tribuendo honorem, Plane Chriſtus quoque hoc
videtur ſignificaſſe, cum Petro dicenti, *Ecce nos*
reliquimus omnia & ſecuti ſumus te, quid ergo
erit nobis? Reſpondit *quod qui ſequentur eum iu-*
dicabunt in cælo duodecim tribus Iſrael, pro eo
enim quod omnia reliquerint, (quod monacho-
rum eſt) non promitti vllam hierarchicam po-
teſtatem, ſed quod iudicabunt duodecim tribus
Iſrael, quod commune erit non tantum Apo-
ſtolis, ſed plurimis aliis ſanctis, vt Beda teſtatur,
quare peſſime faciunt omnino, & contra iam di-
ctam æmulationem Dei, qui vitam monaſticam
E cootemnunt, atque verbis cootumelioſis dila-
cerant.

Verum licet hæc ita ſe habeant, non tamen
dicendum eſt in ſolis monachis reperiri vitam
ſanctimonia purgatiſſimam, nam ſi ſunt quidam
boni monachi, & mali clerici, ſunt etiam qui-
dam booi clerici & mali monachi, ea D. Atha-
naſ. ep. ad Dracont. *Licebit, ait, tibi cum Paulo*
ſitire, eſurire, ieiunare, cum Timotheo vinum non
bibere, ſed vt ieiunus alios ſermonibus nutrias, ab-
ſtinens alios docere potes, ne talia conſiliarij tui ub-
iiciant, nouimus enim Epiſcopos abſtinentes, mona-
chos comedentes, Epiſcopos vinum non bibentes,
monachos

bibentes, Epiſcopos ſigna facientes, monachos non facientes, vt viciſſim, & clerico: bibiſſe, & monachos ieiunaſſe animaduertere licet.

Deinde quæcunque dicuntur, aut nos diximus de monachis in eorum laudem, ea etiam dicta reperies de Epiſcopis, à Gregor. Naz. carm. xi. vbi Epiſcopum ita deſcribit & dicit

Optimum Epiſcopum, qui in throno Epiſcopali ſudaret,
Carnis domitorem, in cœlis conuerſantem,
Mundi contẽptorem, partem cum Deo habẽtem,
Mortuũ inter viuos, bonũ Domini ſacerdotem.

Et Iſidoros Peluſiota lib. 2. ep. 084. ait, *ſacerdotes ſanctiores & puriores eſſe debere ijs qui ad montes ſe concluſerunt*; Et D. etiam Chryſoſt. lib. 6. de ſacerdotio cap. 2. *Et enim*, inquit, *ſacerdotis animum ſolaribus radijs puriorem eſſe oportet, vt nequando, Spiritus Sanctus illum relinquat vt dicere illi liceat, viuo equidem non amplius ego, viuit autem in me Chriſtus*, & paulopoſt, *etenim multo maior vitæ integritas, Epiſcopo, quam monachis neceſſaria eſt.* Item dicendum non eſt, vitam aut ordinem monachorum eſſe perfectiorem vita aut ordine clericorum, nam è contrario, omnes Patres Eccleſiæ cenſent præſtabiliorem eſſe vitam clericorum in Eccleſia, vita monachorum in ſolitudine, vt Greg. Naz. orat. 8. *Vt hortus*, inquit, *praſtantio eſt, quam ſtirps vna, & cælum vniuerſum, cum ſuis ornamentis, quam vnica ſtella; & corpus, quam vnicum membrum, ita praſtabilior eſt tota Eccleſia recte compoſita, vno homine officio ſuo probe fungente, ergo ſolitaria vitæ relicta, ei opera merito danda eſt, præcipue cum oporteat, non ſua quemque commoda ſpectare, ſed & alterum.* Et D. Chryſoſt. lib. 6. & 8. de Sacerdotio, vbi præfert præfecturam Eccleſiæ ſolitudini monachali & oratione de Philogonio, homilia ad Populum Antiochen, vbi ait maiorem Chriſti amorem verſari, in cura, & ſollicitudine Epiſcoporum, quam in ieiunijs & ſolitudine monachorum, oſtenditque ſine ipſis monachorum ſortem periturom. *Neque*, ait, *prorſus alia res eſt, qua perinde declaret quis ſit fidelis, & amans Chriſti, quam ſi fratrum curam agat, pro eorumque ſalute gerat ſollicitudinem, hac omnes audiunt, & monachi qui montium occupant cacumina, quique modis omnibus ſeipſos mundo crucifixerunt, quo, pro viribus, Eccleſiarum præfectos adiuuent, horumque curas leuent, precibus, concordia, charitate, ſcientes, quod niſi, modis omnibus, opitulentur ijs, qui tot periculis obijciuntur, per gratiam Dei, totque negotiorum curas ſuſtinent, quibuſcumque poſſunt orationibus auxilientur, nam quanquam procul habitantes, niſi ipſi præualuerint, & vita ſors ipſis peribit, & tota in ſcopulum impinget ſapientia.* Et D. Auguſtinus lib. 1. de moribus Eccleſiæ Catholicæ cap. 32. vbi poſtquam laudauit monachos: laudat verbis ſequentibus, clericos, *neque tamen*, ait, *tam anguſte ſe habent Eccleſia Catholica mores optimi, vt eorum tantum vitas, quas memoraui (ſcilicet monachorum) arbitror eſſe laudandas, quam enim multos Epiſcopos, optimos viros, ſanctiſſimoſque cognoui, quam multos diaconos, & huiuſmodi miniſtros, diuinorum ſacramentorum, quorum virtus eo mihi mirabilior, & maiore prædicatione dignior videtur, quo difficilius eſt eam, in multiplici hominum genere, & in vita turbulentiore ſeruare, non enim ſanatis magis quam ſanandis hominibus præſunt, perpetienda ſunt vitia multitudinis, vt curentur, & prius toleranda, quam ſananda eſt peſtilentia, difficillimum eſt hic tenere optimum vitæ modum, quippe vt breuiter explicem, hi agunt vbi viuere diſcitur, illi vbi viuitur*; Vbi notandum eſt, quod dicit monachos in monaſterio degere vbi viuere diſcitur, clericos vero & Epiſcopos in Eccleſia, vbi viuetur. & ratio eſt, quia monachi ingrediuntur in religionem vt perficiantur. *Nos*, ait D. Bern. lib. 4. de conſider. c. 4. *in monaſterio omnes recipimus, ſpe meliorandi*; Et exercitia monachorum, non ſunt ipſa perfectio, ſed inſtrumenta ad illam, vt recte Caſſianus collat. 1. c. 7. *Ieiunia, vigiliæ, meditatio ſcripturarum, nuditas, & priuatio omnium facultatum, non perfectio, ſed perfectionis inſtrumenta ſunt, quia non in illis conſiſtit diſciplina illius finis ſed per illa peruenitur ad finem*; Et Origenes tractatu 8. in Mathæum, ad illa verba, *ſi vis perfectus eſſe*, ille, inquit, *qui mutauit, pro diuitijs paupertatem vt fiat perfectus, non eo ipſo tempore, quo tradiderit bona ſua pauperibus fiet omnino perfectus, ſed ex illo tempore incipiet ſpeculatio Dei, adducere eum ad omnes virtutes*, contra vero oportet vt Epiſc. ſit iam perfectus, Et ideo D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 1. ad 1. docet ſtatum religioſum appeti poſſe, Epiſcopatum non poſſe, *quia*, inquit, *ſecundum D. Dionyſium, perfectio pertinet actiue ad Epiſcopatum, ad monachum autem paſſiue, ſicut ad perfectum, requiritur autem quod ſit perfectus aliquis ad hoc quod poſſit alios ad perfectionem adducere, quod non præexigitur ab eo, qui debet ad perfectionẽ adduci; eſt autem præſumptuoſum quod aliquis perfectum ſe reputet, non autem quod aliquis ad perfectionem tendat.* Perfectiores ergo ſunt ipſi pontifices monachis; quia perficiunt alios, ex D. Dionyſ. cap. 5. de Eccleſ. Hierarch. *eſt igitur*, inquit, *pontificius ordo, qui conſummante virtute ſuffultus, perficientia quæque hierarchia, præcipue, & proprio peragit munere*, & c. 6. vbi ordo pontificum dicitur perficiens, & ordo monachorum, omneſque alij ordines, dicuntur perfectionem ſuam accipere ob ordine pontificali; nam vt ait idem D. Dionyſ. cap. 5. de Eccleſ. hierarc. *mos hic eſt diuinitatis ſanctiſſimus per prima, ſecunda, & inferior ad diuiniſſimam ſuam naturam, deducere*, & paulopoſt, *eorum*, ait, *igitur eſt, qui primi Deum cernunt ſequentibus largire, prudentiorum modo & cupide diuina ſpectacula, quæ ſancte aſpexerunt monſtrare*, vbi S. Maximus, *nota*, inquit *pontificem. primo diuina viſione colluſcere, deinde eam largiri ijs quibus præeſt, poſtremo hos perficit, quibus, illuſtrationem communicat*, Et confirmatur ex eodem D. Dionyſ. Ep. 8. ad Demophilum. *Et enim*, ait, *vnuſquiſque ordo, qui eſt circa Deum, diuinior eſt eo, qui ab eo longius diſtat, clarioraque ſunt, pariter & illuſtrandi muneris vim habent, ea quæ veræ luci propinquiora ſunt, &c.* Et paulopoſt, *atque vt ſummatim dicam, in omnibus rebus, per prima ſecundis tribuuntur, quæ ſunt cuiuſque meriti, à recta æquiſſimaque omnium prouidentia, atque ij quidem, qui alijs à Deo propoſiti ſunt, ſecundum ſe etiam inferioribus quæ ſunt dignitatis tribuunt.* Et ex Elia Cretenſi, in orat. 1. Greg. Nazienz. *vt enim*, ait, *in cæleſtibus*

ordinibus, prima hierarchia ab ea eſſentia quæ ſupra eam eſt illuminata, poſtea ipſa vt principatum maiorem obtinens, ijs quæ deinceps ſunt lumen impertit, eodem etiam modo, noſtrum hierarcham poſtquam diuinæ deificationis, pro captu ſuo particeps factus eſt, hanc quoque ad inferiores transfundere oportet, ſuum videlicet cuique modulum proportione ad metientem.

Item præſtantiores ſunt Epiſcopi & clerici, quia io dignitate præſtantiori ſunt conſtituti, & mediatores facti inter Deum & hominem, ex Clement. Alexandrio. lib. tert. ſtromat. *qui aliorum*, inquit, *docendorum ſuſcepit præfecturam, maiorem ex eo habet dignitatem, vt qui maximi quod eſt in terris boni, diſpenſationem, & verbo & facto acceperit, per quam tanquam mediator, hominem cum Deo coniungit*, Et ratione huius dignitatis Apoſtoli dicuntur principes ſuper omoem terram, à Dio. Baſil. Homilia in Pſalm. 44. Item ratione huius dignitatis dicuntur, vices gerere Chriſti, eumque ſequi ac imitari.

Item Epiſcopi & clerici, perfectiores ac præſtantiores ſuot mooachis, quia vt ait D. Chryſoſt. lib. 6. de ſacerdotio, *maior eſt virtus in ſacerdotio, quia maior eſt difficultas in eo, quam in monachatu*: quam rationem etiam attingunt Greg. Naa. & D. Auguſt. locis ſopra citatis, & Eonodius lib. 8. ep. 2. his verbis, *habet quantum comperi Lirinenſis habitator, quod de ſancta matre diſcat, etiam qui vrbana domicilia non reliquit, ſi mihi credit pietas tua plus eſt in acie vicisse ſeculum, quam vitaſſe, &c.*

Deniqoe perfectiores ſunt, quia maioe eſt charitas in clericorum officio, qoàm in politeia monachorum, oemo enim maiorem habere poteſt charitatem, qoam is qui ponit aoimam ſuam pro ouibus ſois quod omnes booi paſtores facere deheot, teſte Domino in Eoangelio, & ita iuxta charitatis præceptum, quæ non quærit quæ ſua ſunt debent ſuam vtilitatem poſtponere, vtilitatibos aliorum, vt recte probat Origenes tract. 3. in Mattheum cap. 17. Nam cum Petrus in transfigoratiooe Domini, dixiſſet, bonum eſt nos hic eſſe, faciamus hic tria Tabernacula; non approbauit Chriſtus vocem illam Petri, ſed ſtatim deſcendit de monte, vt oſtenderet noo debere Epiſcopum charitatem habentem quærere commodum & vtilitatem ſuam verba origenis hæc ſoot, *Concupiſcens illam ſpectabilem vitam Petrus, & delectationem ipſius, praponere ſuam vtilitatem vtilitatibus plurimorum, quæ poterant euenire ex deſcenſu Chriſti ad eos, dicebat bonum eſt nos hic eſſe, faciamus ſi vis tria tabernacula, ſed quoniam charitas non quærit quæ ſua ſunt, hoc quod videbatur bonum Petro, non fecit Ieſus, ſed deſcendit de monte, ad eos qui non poterant aſcendere ſuper eum, & videre transfigurationem filij Dei, vt vel qualem capere poterant, talem viderent. Iuſti eſt ergo & charitatem habentis, & non quærentis quæ ſua ſunt, vt cum ab omnibus quidem ſit liber, omnium tamen ſe faciat ſeruum, eorum maxime quorum vita deorſum eſt, plures lucri faciat.* Et eleganter Diu. Chryſoſtom. oſtendit, noo ieiuniis, & laboribos mooachorum; ſed præfecturæ clericorum alligatam eſſe charitatem, lib. 2. de ſacerdotio. cap. 1. & 2. idque probat, ex eo quod Chriſtus dixerit Petro, remuneraturus eius fidem ſi ma-A mas paſce oues meas, non dixerit vero ſi me amas, ieiuna, vigila &c. *Petre*, ait, *amas me pluſquam hi omnes, paſce oues meas, atqui, illi dicebat verbis huiuſmodi Petrum affari, ſi me amas, Petre, ieiunia exerce, ſuper nudam humum dormi, vigila continenter, nunc vero prætermiſſis omnibus his, quidnam illi ait? paſce oues meas, &c.*

Sed dicunt aliqui, homioes deteriores fieri prælaturis, & meliores fieri monachiſmo. Sed ad eos reſpoodet Diu. Athanaſius ep. ad Dracontium, qui Epiſcopatum propter hanc rationem fugiens, caoſabatur ſe nolle deteriorem fieri, *Myſterium*, inquit Diu. Athanaſ. *aſpernati non ſunt Apoſtoli non protinus ſeipſis deteriores* B *facti, ſed ipſi proficientes, alios proficere adhortantes; ne ſe igitur impediant monachi, quaſi ſolus ad hoc ex monachis conſtitutus, ne vna cum ipſis oanſificere, quaſi teipſo deterior ſis futurus, imo poteris, melior fieri, ſi ſanctorum acta æmuleris qui ita creati myſteriorum diſpenſatores, melius ad ſcopum, & brauium ſupernæ vocationis ſe incitarunt, quando Paulus niſi ad docendum miſſus, coronam ſe accepturum conteſtatus? quando Petrus niſi hominum piſcator confeſſus? quando Helias niſi adimpleta prophetia aſſumptus? quando Heliſeus, niſi relictis omnibus Heliæ ſectator dupla conſecutus? Cur diſcipuli à Chriſto ad prædicandum electi? quæ cum exempla habeas, ne dicas, nec* C *docentibus credas, Epiſcopatum peccandi eſſe cauſam delinquendi occaſionem.*

Item dicuot aliqui vitam monachorum eſſe perfectiorem vita clericorum, quod illi maxime contemplationi dediti ſint, & vita contemplatioa, ſit perfectior actiua, ex Greg. Nazianz. orat. 3. Sed R[i] t. Pontifices oon minus deditos eſſe debere contemplationi, qoàm ſint mooachi, qood patet ex Maximo in cap. 2. de Eccleſ. hierarch. vbi docet primom miniſterium hierarchæ cooſiſtere in contemplatione, ſecundum & poſterius io actione ſacramentorum cooficieodorum, locus eſt laodabilis, *Epiſ-* D *copus, ait, qui Dei perſonam ſuſtinet, vt Deus in vno eodemque ſtatu manens, & ipſo fixus, nunquam ſe deſerens, ſalutis omnium cauſa, prouidentiæ ſua, progreſſionibus ad omnia, bonitatis illuſtrationes effundit, & extendit, omnibuſque præſens eſt, nec à ſtabilitate firmitateque ſua diſcedit, ſic etiam Epiſcopus Dei, quàm præſtare poteſt ſignificandi cauſa imitationem, in ſtatu ſuo manens, id eſt in Eccleſia principatu, procedit prouidentia humanitatis ad ſecunda, id eſt deſcendit ad eum qui ſe conuertit, & docet eum, vngit, & inſignit, ſiue ſacramentum confirmationis confert, eique donum, id eſt Euchariſtiam impertit, poſt quam baptiſauit, hæc autem cum miniſterij ſint, ſecunda ab eius principatu & dignitate ſunt, per-* E *fectis ergo ſecundis omnibus ad Altare reuertitur, repræſentans Deo per ſigna, quod etſi ſalutis eius qui acceſſit, ad ſecunda profectus ſit, officium tamen non omittat, & in officio id eſt diuina contemplationis faſtigio perſiſtat, ſed à diuinis, ſeu à ſancto munere quod in iis qui recens baptiſati ſunt expletur, ad diuina, id eſt, ad diuinæ contemplationis verticem rurſus reuertitur, ad id quod S. Spiritus videatur impulſus, atque traductus*; Ex qoo loqoo patet Pontifices non ſolom actiuam ſed etiam contemplatiuam agere vitam, & vtrumque requiri in quolibet Eccleſiæ miniſtro etiam docet Greg. Magnos, 1. parte Paſt. cap. 5.

Vt nempe, ait, ſit ſingulis compaſſione proximus, & præ cunctis contemplatione ſuſpenſus, Et D. Aug. l. 19. de ciuitate Dei *non enim*, ait, *ſic quiſquam debet eſſe otioſus, vt in eodem otio vtilitatem non cogitet proximi, nec ſic actuoſus, vt contemplationem non requirat Dei*, Et in eo maxime Epiſcopi ſunt ſimiles Angelis, in quibus actio & contemplatio ſimul reperiuntur vt colligitur ex Niceta, orat. 39. Gregor. Nazianzen. *Vide*, inquit, *quemadmodum in Angelis contemplatio & actio elucent, mentis enim ad Deum ſubuectio, & deficio contemplatio eſt, per quam ad Deum efferuntur, miniſterium vero atque obſequium actio eſt, per quam, diuina gloria celebrationi aliiſque muneribus & officiis ſubſeruiunt.* B

R⁵. 2. contemplationem pontificis, videri perfectiorem contemplatione monachi, cum illa ſit cum actione coniuncta, non iſta, nam vt ait Greg. Naz. orat. 3. *nemo ſine actione ad perfectam contemplationem peruenire poteſt, & vtraque alterius ope, atque adiumento floret, vt enim contemplationem ad cæleſtium rerum ſtudium comitem aſciſſimus, ita viciſſim actio nobis ad contemplationem, gradus, ac velut ſcala eſt.*

Reſp. 3. fruſtra aliquos monachos, aut alios quoſuis, in hac vita de contemplatione, vel laudari vel gloriari, quia vt ait D. Bernard. ſerm. 53. de actiua & contemplatiua vita, *Contemplatiua vita in hoc mundo non poteſt eſſe perfecta*, C quod veteres Ægyptij, referente Syneſio lib. de prouidentia, hoc ænigmate repræſentabant, illi enim bigam oculorum faciebant, quorum vnus ſuperior, alter inferiore, & ſuperior aperto, & deducto claudebatur inferior eodemque clauſo, aperiebatur inferior, vt oſtenderent hanc noſtram vitam actiuam, obſtare contemplatiuæ & contemplatiuam actiuæ, quare Diu. Baſil. epi. 141. dixit veram contemplationem, eſſe in cælo non in terra; *relinquitur*, inquit, *contemplationem eſſe regnum cælorum quorum enim hic vmbras, tanquam in ſpeculo quodam videmus, tandem à corpore iſto terreſtri liberati,* D *incorruptique, & immortale induti, illorum & Archetypa ſpeculabimur*, Et Nicetas orat. 42. Gregor. Naz. explicans illa verba Chriſti Lucæ 22. *non bibam à modo ex hoc genimine vitis, vſque in diem illum, cum illud bibam nouum vobiſcum*; ait, per potionem illam, intelligendam eſſe contemplationem, quæ in cælis exercebitur, *potio autem*, ait, *illa noua eſt, non eſca, quoniam vt virtus illa qua in actione conſiſtit, eſca dicitur, quod durior ſit, confectuque difficilior, ita illa qua in contemplatione conſiſtit, potio magis appellari ſolet, Cum igitur hic virtus actiua finem acceperit, tum vero ſpeculatrix ſeu contemplatio coletur, & exercebitur, atque ea ſanctis viris* E *ſanctius detegentur, quæ nunc Chriſtus minus plene ipſis aperuit*, R⁵. 4. ex Innocentio 3. in cap. licet de regularibus, vitam actiuam eſſe maius bonum vita contemplatiua, cum circa vtilitatem publicam verſetur; additque, *vtique ad id deſignandum vnigenitus Dei filius Ieſus-Chriſtus, non de Rachele ſecundum carnem natus eſt, ſed de Lia*; item *quod non legitur Chriſtum in domum ſuam Mariam recepiſſe, ſed Martham.*

De Monachis 2. modo acceptis, vt ſunt ἱερομόναχοι.

CAP. X.

MOnachi hoc 2. modo accepti, vt ſunt ἱερομόναχοι ſeu conſecrati tantum, nulla accepta vel ordinaria, vel delegata iuriſdictione, ſunt tantum in hierarchia Eccleſiaſtica, in B prima ſignificatione accepta, quia ſunt miniſtri ſacri, non ſunt vero in hierarchia 2. modo accepta, quia nullam habent iuriſdictionem, & nulli Eccleſiæ ſunt præpoſiti. Iſti monachi conſecrati, dicebantur ἱερομόναχοι, vt Simeon quis Trapeſontius, in Chronico Cõſtantinopolitano, & Methodius, in Epiſtola ad Zygomalam quæ habetur in turco græcia, & alij multi apud Phranzem lib. 2. Chronici cap. 5. *viris*, ait, *ac fœminis illuſtribus, & probatis hieromonachis, & Deo conſecratis virginibus, veniam annuebat.* Eos Gregoras lib. 8. vocat ἱερωμένους μοναχούς, dicunturque etiam ἱεροὶ μοναχοὶ à Nycephoro Chartophylace, in ep. ad Theodoſ. C Monachum Chorintium, quæ extat in iure græco romano, & à Balſamone in can. 4. ſynodic. Conſtantinopolitan. 8. & alibi paſſim.

In liturgia autem Chryſoſtomi, dicuntur ἱερομονάζοντες, id eſt *monachi ſacerdotes*,

---

De Monachis 3. modo acceptis, vt ſunt ordinati, & habent tantum delegatam iuriſdictionem, non ordinariam.

D

CAP. XI.

VT vero hic articulus intelligatur, ſciendum eſt iudices alios eſſe *ἐκ παραπομπῆς, id eſt ex delegatione*, alios, *ἐκ τῆς τῶν ἀρχόντων φύσεως, id eſt ordinarios*, ex nouella Iuſtiniani 80. & ex lib. 19. cod. de appellationibus, vbi dicitur *ſiue ex delegatione, ſiue ex ordine iudicauerint*, ex quo ſequitur iudices delegatos extraordinem dati à principe, vel à ſummo Pontifice, vnde ab illo dati, dicuntur θείῳ δικασταί, lib. 12. C. de Iudiciis, & vice ſacra iudicare, lib. 20. C. de appellat. ab iſto vero dati vices gerere Papæ cap. E 11. de offic. & pot. Iud. deleg.

Item ſciendum eſt, delegatos principis, vel ſummi Pontificis, iuriſdictionem habere, delegatos vero magiſtratuum, notionem tantum, l. 5. D. de re iudicata, quæ duo, iuriſdictionem vel notionem habere, diuerſa ſunt cap. penult. de in integrum reſtit. immo delegati ſummi Pontificis, non habent aliquando iuriſdictionem, quando ſcilicet eis tantũm miniſterium, non officium committitur, vt in cap. vltimo de officio iudicis delegati in fine, quod valde obſeruandum eſt, *Cæterum*, ait, *ſalua legatorum ſedis Apoſtolicæ authoritate, nulli*,

cui commiſſum fuerit prædicare crucem excommunicare, vel abſoluere aliquos, diſpenſare cũ irregularibus, vel iniungere pœnitentias, liceat hæc de cætero alij demandare quia non ſibi iuriſdictio, ſed certum miniſterium potius committitur in hac parte. Item ſciendum eſt eum propriè & per ſe loquendo poſſe poteſtatem delegare, qui habet ordinariam poteſtatem, nam cum non poſſit ſemper exercere ordinariam nec poſſit etiam ſemper cogi vt officium exerceat, poterit illud alteri delegare, maximè in Eccleſia propter periculum animarum; Obſeruandum quoque eſt, quod licet olim delegatus à Papa, poſſet ſine licentia ordinariorum, exercere ſuam poteſtatem, ex Clementina, dudum, de ſepulturis, & extrauagante ſuper cathedram eod. tit. tamen hodie per decretum Concilij Trident. ſeſſ. 23. c.15. nullus regularis poteſt exercere poteſtatem delegatam, niſi approbationem obtineat ab ordinario.

Cauſa vero præcipua, & generalis, propterquam extra ordinem data fuit poteſtas ex delegatione, fuit ſalus animarum, & neceſſitas temporum, vt ſequentibus exemplis manifeſtum fiet. Nam vt ait Balſa in can. 4. ſyn. 8. *ſacris & diuinis canonibus, ſolius ſalutis animæ hominum cura eſt, & nullius alius.*

Iam ergo propter ſalutem animarum in Conc. Later. ſub Innocentio 3. conſtitutum eſt, *Vt Epiſcopi viros idoneos aſſumant, qui vice ipſorum prædicent, & confeſſiones audiant, ſintque eorum coadiutores, & cooperatores, ſi ipſi per ſeipſos non ſufficiunt miniſtrare*, vt habetur in cap. 15. de officio ordinarij, idemque poſtea de nouo ſtatutum eſt in Concil. Trident. vbi renouatur, & refertur decretum Concilij Lateran. ſub Innocent. 3. ſeſſ. 5. c. 2. Atque ideo Gregor. 13. in conſtitutione quæ incipit, quanto fructuoſius, dicit, diuina prouidentia, religioſos ordines in Eccleſia inſtitutos fuiſſe: *diuina*, ait, *prouidentia, pro temporum neceſſitate, varia & ſalutaria regularium ordinum inſtituta, in Eccleſia ſua produxit nobiſque ſubinde in ea naſcentibus morbis, noua remedia, noniſque emergentibus, hoſtium impugnationibus, noua regularium ordinum auxilia excitauit.* Et Diu. Bonauentura, in lib. cur fratres minores prædicent, ait, *ſedem Apoſtolicam ad obuiandum periculis fidelium remedium ſubuerſione animarum pereuntibus prouidiſſe, quod diuina ordinatione (id eſt conſtitutione) quoſdam religioſos ordines inſtituit, qui officio prædicationis, & confeſſionis ſibi commiſſo ſubueniant indigentiæ populorum inſufficientiæ clericorum.* Et Diu. Thom. 2. 2. quæſt. 188. art. 4. ad 5. ait Monachos aſſumptos ad officium, propter multitudinem populi, aliquatenus formam tenere, quam tenebant diſcipuli 72. *dicendum*, ait, *quod formam 70. diſcipulorum, non ſolum tenent Presbyteri Curati, ſed cuicumque alij minoris ordinis, qui Epiſcopis in eorum officio ſubſeruiunt, non enim legitur, quod ſeptuaginta duobus diſcipulis, Dominus aliquas determinatas parochias aſſignauerit, ſed quod mittebat eos binos, ante faciem ſuam, in omnem ciuitatem & locum, quo erat ipſe venturus oportunum autem fuit, vt præter ordinarios prælatos, alij aſſumerentur, ad huiuſmodi officia propter multitudinem, fidelis populi.*

Et Petrus venerabilis l. 1. ep. 18 idem oſtendit exemplo allato ex ſcriptura ſacra, *Nouimus*, ait, *certe Epiſcopos ſine Presbyteris, & coadiutoribus eſſe poſſe, ſi ſoli ad cuncta diœceſis ſuæ vtilia potuiſſent ſufficere, &c. Sed quia vnum ad vniuerſa diſpergere negotia, aut impoſſibile, aut multum difficile eſt, plures expedit facere, quod vnus non valet implere, hinc ietro, culpans Moyſen de talibus, ait, elige tibi viros, quos noſtri ad hoc vtiles eſſe, & eſto tu populo in his quæ ad Deum ſunt, illiſque leuiora permitens, grauiora quæ per alios definiri non poterunt, tu defini, credidit Moyſes ſapienti, & ſic fecit.*

Quare non eſt moleſte ferendum Epiſcopis, ſi dentur eis cooperatores, cum D. Paolus plures habuerit adiutores, vt conſtat ex eius Epiſtolis, & Chriſtus etiam dederit eos Apoſtolis, quando meſſis cœpit eſſe maior, in quo exemplum nobis dedit, pro ratione neceſſitatis temporum & Eccleſiæ, aſſumendos eſſe operarios, vt recte argumentatur Clem. Alexand. lib. 1. ſtromarum, *Si eſt ergo*, inquit, *meſſis multa operarij vero pauci, re vera orare oportet, vt maxime ſit plurium operariorum copia*, ſi inquam, eſt meſſis multa, nam ſi per ſe poſſint ordinarij regere Eccleſias, ſine adiutoribus id facere debent, vt ait idem Clem. Alexand. loco citato, vtiturque in eam rem, autoritate Salomonis dicentis prouer. 5. *Et bibite aquam de vaſis veſtris*, Et autoritate platonis iubentis in libris de legibus, *Agricolas non irrigare, neque aquam ab alijs ſumere niſi cum primo apud ſe foderint, vſque ad terram, quæ Virginalis dicitur & terram aridam, & aqua expertem inuenerint.* Et ſane ſi multi in vrbe ægroti, & medici vrbis, vel non ſufficerent, vel non poſſent ſanare eos, ac veniret aliquis Archiater, qui haberet ſummam in arte notitiam, & adhibendo manus ſanaret eos, id euenientes alij non deberent inuidere, ſed in laudes potius erumpere Archiatri, & Deum collaudare, qui & ſibi & ægrotantibus tantæ ſcientiæ hominem miſerit, nam ſimiliter poſſumus dicere de monſchis non inuidendum, ſi ipſi adiutoriom præſtent vbi opus eſt animabus fidelium ægrotantibus, cum non ideo fiant patres illorum ſed pædagogi & *poſſimus habere multos Pædagogos, ſed non multos patres*, 1. Cor. 4. non eſt dolendum ſi vnguentum à capite Chriſto in Eccleſiæ deſluxit barbam, & inde in oram veſtimenti, id eſt à clericis, ad monachos deriuatur, vt pro diuinæ diſpenſationis decreto, & multorum gratia quemlibet irriget electorum, maxime cum Samuel, qui fuit Nazaræus, ſeu monachus non ſacerdos vt obſeruat Procopius Gazæus, lib. 1. Regum c. 2. tamen ipſo *Ephod. vſus ſit*, quod ſummo dumtaxat Pontifici aſſignatum fuit dicto cap. 2. Sed & illud adhuc oſtendi poteſt multis exemplis & authoritatibus, nam præter exemplum Samuelis proxime allatum ex lib. 1. Regum c. 2. D. Paulus in Ep. ad Philipp. cap. 1. refert, quod eum in vinculis eſſet, quidam propter bonam voluntatem, & ex charitate, alij propter inuidiam & contentioné, & ex occaſione, non ſincere Chriſtum prædicabant; & de hac re hanc ſententiam profert, *quid enim? dum omnimodo, ſiue per occaſionem, ſiue per veritatem Chriſtus annuntietur, & in hoc gaudeo,*

ſed & gaudebo. Et lib. 2. Paralipom. cap. 29. dicitur quod cum multa ſacrificia facieoda eſſent, & ſacetdotes pauci eſſent, nec poſſent ſufficere, Leuitæ fratres eurum extra utdinem adiuuabant eos & paſcha cum eis comedere non verebautur, vt explicat Prucop. Gaz. loco citato. E Nicolaus Papa 1. ad conſulta Bulgarorum cap. 14. agens de quodam qui ſimulabat ſe Preſbyterum, cum nun eſſet, & ita baptiſabat Bulgatos probat ea Apoſtulo id non eſſe malum, quod eſſet factum propter ſalutem animarum, & addit ex Anaſtaſio Papa ep. ad Anaſtaſium Impetat. *quod non quaritur quis vel qualis pradicet, ſed quem pradicet.* Et Saiiſbetienſis ep. 187. ait quod vbi Deus author eſt, fruſtra ſuperior deſideratur authoritas, *legitur ait in Actis Apoſtolorum, quod quidam nondum baptiſati, citra authoritatem Apoſtolorum, Spiritum Sanctum acceperant, ſed nunquid hoc Sonatus Apoſtolicus infirmauit, profecto vbi Deus author eſt, fruſtra ſuperior deſideratur authoritas.* Et Epiphanius ep. ad Ioannem Ierofolym. cum contta canones opdinaſſet Paulinianum, ſe indeeaculat, quod vbi præponitur charitas Chriſti, nec conſiderandum quid factum ſit, ſed quo tempore & quomodu & à quibus, & quate factũ ſit; *Ordinauimus, ait Diaconum, & poſtquam miniſtrauit, rurſus preſbyterum ſuper quo, debueras gratulari, intelligens, quod ob Dei timorem hoc ſumus facere compulſi, maxime cum nulla ſit diuerſitas in ſacerdotio Dei, & vbi vtilitati Eccleſia prouidetur, nam etſi ſinguli Eccleſiarum Epiſcopi habent ſub ſe Eccleſias, quibus curam videntur impendere, & nemo ſuper alienam menſuram extenditur, tamen praponitur omnibus charitas Chriſti, in qua nulla ſimulatio eſt, nec conſiderandum quid factum ſit, ſed quo tempore, & quomodo, & à quibus, & quare factum ſit.* Et D. Ambroſius cap. 4. ad Epheſ. ait, *quod vt creſceret plebs, & multiplicaretur, omnibus inter initia conceſſum eſt, & euangeliſare, baptiſare, & ſcripturas in Eccleſia explanare, quamuis ait non ſint ſacerdotes, euangeliſare tamen poſſunt ſine cathedra, quemadmodum Stephanus* &c. Et paulo poſt, *tamen poſtquam omnibus Eccleſia locis ſunt officia ordinata, aliter compoſita res eſt quàm cœperat primum enim omnes docebant omnes baptiſabant.* Imo idem D. Ambroſius, referente Amalatio Futtunato lib. 2. de Eccleſ. offic. cap. 2. ait, temporibus Apuſtolutum, nun fuiſſe in Eccleſia ſub diaconos & lectores, eoſque adiectus fuiſſe, & additos propter vtilitatem miniſterij; *Illud vero*, inquit, *dictis noſtris adijci dignum eſt, quoniam non conuenit demirari, ſi neque ſubdiaconorum, neque lectorum memoriam Apoſtolus feciſſe videtur, illos etenim gradibus functionum, qui in Eccleſia neceſſario habentur, iſti poſtea magis ſunt adiecti propter vtilitatem miniſterij, quod propter multitudinem credentium per alteros poſtea impleri debere, neceſſitas flagitauit, vnde nec ordinationem ante altari aſſequuntur.*

Ex quibus omnibus patet potuiſſe in neceſſitate, pto ſalute in animarum extra ordinem inſtitui uperarios in Eccleſia qui ſubſeruiant paſturibus, nec enim his exemplis volui oſtendere, poſſe vnumquemque per ſe in Eccleſia officium quod libet Eccleſiaſticum exercete ſine inſtitutiune vel ordinatiune, abſit à me iſta doctrina.

A Venerunt ergu munachi, *dum non eſſet vbique qui ſaluum faceret* vt luquar cum Stephano Tornacenſi epi. 134. & qui panem alienum extra Eccleſiam medicabant, cœperunt panes propoſitionis in Eccleſia manducare, idque nun ſine cauſa & exemplo, vt oſtendimus ſupra maxime veru exemplu 70. diſcipulorum, quorum formam tenent non ſolum preſbyteri curati ſed etiã monachi & alij, qui Epiſcopis ſubſeruiunt, vt diximus ſupra ex D. Thom. 2. 2. q. 188. Preſbyteri quidem, nun ratione ordinis Preſbyteratus, quia aliquid diſcipuli nunquam fuerunt Preſbyteri, vt patet de D. Stephano, qui fuit tantum Diaconus, eratque vnus ex 70. diſcipu-

B lis, teſte Epiphanio, ſed quia diſcipuli in miniſterio Eccleſiæ ſecundum locum tenuerunt poſt Epiſcopos, vt nunc tenent Preſbyteri Curati: Item monachi vel alij minoris ordinis formam tenent diſcipulorum, nun quidem quatenus diſcipuli in miniſterio ſecundum locum tenuerunt poſt apiſcopos, quia hoc pertinet ad Preſbyteros Curatus, ſed quatenus diſcipuli ſine cathedra euangeliſabant, vt diximus ſupra de B. Stephanu, ex D. Ambroſiu; Nec mirum, nam & Epiſcopi ipſi ad formam 70. diſcipulorum dicuntur facti, nimirum ad formam illorum diſcipulorum qui fuerunt Epiſc. vt ait Nicolaus 1. ep. 39. ad Rodulphum Bitur. Archiepiſcopum;

C vbi loquitur de Chorepiſcopis, aitque eos fuiſſe Epiſcopos ſicut aliqui diſcipuli fuerunt Epiſcopi, *ad formam*, ait, *70. Chorepiſcopi facti ſunt, quos quis dubitet Epiſcoporum habuiſſe officia, ſed quia ſacri canones vetant, ne omnes ſibi omnia vendicent, ac per hoc dignitas Epiſcoporum ad Chorepiſcopos ſuos videatur tranſferri, ſtatque vilior honor Epiſcopi decernimus, nihil, in hoc, prater regulas vlterius fieri.*

His poſitis, iam duæ quæſtiones ſuperſunt in hac materia explicandæ, & videndum eſt 1. quomodo munachi à ſummu Pontifice delegentur, ad prædicandum, vel rationes peccatorum audiendas, & 2. videndum eſt, an qua-

D tenus delegati, quocumque modo delegentur, pertineant, ad Hierarchiam Eccleſiaſticam.

Quod ad primam quæſtionem attinet, repetendum eſt primo quod diximus ſupra, aliquem poſſe delegari, vel accepta iuriſdictione; vel non accepta; ſed tantum mandata ſibi executione, iuxta cap. vltimum de officio iudicis delegati nam aliqui exiſtimare videntur monachos eſſe tantum delegatos hoc 2. mudo accepta tantum officij executione, non officio & iuriſdictione, vt Diu. Thom. opuſculu 15. cap. 4. *quando*, inquit, *Papa dat priuilegium alicui religioſo, quod poſſit pradicare, non*

E *propterea committit ei officium, ſed magis officij executionem, quia religioſi non pradicant, quaſi utentes ſua poteſtate, ſed aliena ſibi commiſſa.* Et 2. quæſt. 187 in corpore, vbi dicit, *non licere monachis, & alijs religioſis pradicare docere, & alia huiuſmodi facere, quia ſtatus religionis non dat eis poteſtatem huiuſmodi faciendi, poſſunt tamen iſta facere ſi ordinem accipiant, vel ordinariam iuriſdictionem, aut etiam ſi committantur ea qua ſunt iuriſdictionis*; quæ ſententia valde fulciri poteſt ex c. vltimo de offic. iudicis delegati ſupra citatu. Verũ nun eſt incõueniẽs monachus

poteſtatem delegatam accipere cum iuriſdictione, & vices gerere ſummi Pontificis, vel Epiſcopi à quo ſũt delegati, nec enim eis inde maius tribuitur ius in hierarchia Eccleſiaſtica, ſiue ſint delegati cũ iuriſdictione, ſiue ſine iuriſdictione.

Quod ad 2. quæſtiunem attinet, dicendum eſt monachos, quocumque modo accipiant poteſtatem delegatam, ſiue cum iuriſdictione, ſiue ſine illa, non eſſe in Hierarchia Eccleſiaſtica, 1. quia qui ſunt Hierarchia Eccleſiaſtica ſuut per ſe & eſſentialiter, non per accidens tales. & hoc videtur eſſe proprium Hierarchiæ, vt à ſeipſo non ab alio quis habeant poteſtatem, cuius vice operetur, & qui non agit per ſe non videtur præſidere, ſed in ſubiectione eſſe, vt B docet D. Thom. 2.2. q. 188. art. 4. ad 1. *quod*, inquit, *autoritate prælatorum, aliquis prædicet, vel alia huiuſmodi faciat, non ſupergreditur diſcipulatus, vel ſubiectionis gradus.* At monachi delegati nihil agunt per ſe, ſed per accidens tantum, vt recte I. Gerſon. l. de poteſtate Eccleſiaſtica conſiderat. 12. *Ius*, ait, *prædicandi competit Prælatis, & Curatis principaliter & eſſentialiter, & mendicantibus per accidens, ex priuilegio, quoniam ſunt introducti vel admiſſi, ex confeſſione & beneplacito dominorum prælatorum.*

2. Qui ſunt in Hierarchia Eccleſiaſtica, vocantur in partem ſollicitudinis, cum titulo, immo ſunt pars ordinarij, vt patet ex can. nullum 2. qu. 6. *Vbi legationis officium dicitur pars Apoſtolicæ ſollicitudinis*, C Et iuris canonici interpretes, in cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi, & gloſſa in cap. de ſchiſmat. *vocant Cardinales membra corporis* Papæ, *partes capitis, participes authoritatis.* At monachi delegati exercent ſuam poteſtatem, ſine titulo, ita vt licet ſint cooperatores, tamen non ſint proprie comminiſtri, & habeant operationes *ἐνεργήματα*, non miniſtrationes ſeu *διακονίας*, quæ duo hic diſtingui poſſunt, vt deſtinguuntur, à D. Baſilio lib. 3. aduerſus Eunomium, *Et quemadmodum*, ait, *denidero operationes ἐνεργήματα, in eos qui digni ſunt ſuſceptione operationum, pater dicitur, & denidero miniſtrationes, διακονίας. Filius in dignitatibus miniſterij*; D traduntur ergo monachis operationes ſed non miniſtrationes, quomodo iure ciuili, tutor actorem aſſumere poteſt, qui gerat negotia tutoris, ſed ſine titulo tutoris, nam actor neutiquam tutor eſt, & ita Epiſcopi poſſunt aſſumere monachos, qui nun ſint participes vllius iuris Hierarchici, ſed tantum actores ſint in rebus Hierarchiæ, Hierarchia vero fundata eſt in iuriſdictione ordinaria titulum habente, non in extraordinaria. Nec obſtat quod monachi aliquando dicantur cooperatores, vel etiam comminiſtri Hierarcharum; nun ideo enim erunt in eorum Hierarchia, nam & Angeli dicuntur comminiſtri & cooperatores E Epiſcoporum ab Origene Homil. 13. in Lucam, & viceuerſa Epiſcopi comminiſtri Angelorum, ab Helia Cretenſi in orat. 1. Greg. Naz. Et tamen nec homines ſunt in Hierarchia Angelorum, nec Angeli in Hierarchia hominum, quare nihil impedit monachos eſſe cooperatores Epiſcoporũ, & non eſſe in Hierarchia.

3. Hierarchiæ & Hierarcharum eſſe quoque videtur, vt habeant perpetuam iuriſdictionem, quæ non poſſit eis ad libitum auferri, non precariam, nam vt ait Baſamo, in can. 34. Sy-A nodi Carthag. *Eccleſiaſtica, officia non ſunt Epiſcoporum poteſtatis, ſed canonum autoritatis, & dignitatis, nec enim quando volunt eos poſſunt remouere Epiſcopi*, quod confirmari poteſt ex S. Leone ſerm. 2. vbi explicans illud pſalmorum, *tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, ſecundum ordinem, ait, Melchiſedech, in quo æterni Pontificis forma præceſſit, & ſicut permanet quod in Chriſto Petrus credidit, ita permanet, quod in Petro Chriſtus inſtituit*; At delegatorum poteſtas non eſt perpetua, & poteſt cum libuerit reuocari.

4. Hierarchia ſe habet veluti corpus aliquod, cuius partes, & membra inter ſe connexa ſunt, & in vna compage coaleſcunt, & habent B *τὴν ἀκολουθίαν, ſeu conſequentiam*, vt ait D. Baſil. ep. ad Amphil. ca. 1. *ſeu iuncturam ſub miniſtrationis*, vt loquitur D. Paulus ad Epheſ. 4. At monachi delegati non ſunt partes intrinſecæ ſed extrinſecæ illius corporis, & conſequenter non poſſunt eſſe in illa compage Hierarchiæ, nec ſunt patres, nec filij Epiſcoporum, nec eodem ſpiritu Hierarchico ducuntur, ſicut numer. 11. 70. ſeniores qui populum cum Moyſi regebant, in eo regimine conſtituti, *de eius ſpiritu ſumpſiſſe dicuntur.*

5. Illud etiam inde colligi poteſt, quod Eccleſia & Epiſcopi inuocent brachium ſæculare, ex cap. 1. de officio iudicis ordinarij, & teneantur C magiſtratus ſæculares ſub pœna excommunicationis, illis præbere illud auxilium, ex Syn. Trid. ſeſſ. 25. cap. 5. de regularibus; At delegati non poſſunt implorare brachium ſæculare, Ex Innoc. 4. in verbo deleg. qu. 2. vbi citat. Ioannem in cap. 1. de offic. Archid. & cap. 1. de præbendis, ex quo, arguitur delegatos, nun pertinere ad Eccleſiam tanquam membra eius Hierarchica.

De Monachis 4. modo ſumptis, vt ſunt ordinati Presbyteri & audiunt confeſſiones, in ſuo monaſterio

D
CAP. XI.

Monachi hoc 4. modo ſumpti, quatenus ſunt Presbyteri pertinent ad Hierarchiam, in prima ſignificatione acceptam, imo tunc ex can. 24. 16. q. 1. Apoſtolorum figuram tenere dicuntur, & ratione vitæ & ratione ordinationis: quatenus vero habent poteſtatem, dimittendi peccata in ſuo monaſterio, dubitatur an pertineant ad Hierarchiam in 2. ſignificatione acceptam.

Et in hac quæſtione ego ita diſtinguendum puto, vel enim 1. Monachi illi habent monaſterium, quod nec ſit parochia, nec habeat E parochiam annexam; Et tunc deberent quidem regi à parocho, vt olim regebantur, ſed eis conceſſum eſt ex priuilegio, vt ſeipſos regant, & vt poſſint audire confeſſiones eorum dumtaxat, qui in monaſtico ordine ſecum in monaſterija degunt, ſiue regulares ſiue ſæculares ſint, vt patet ex Concil. Pariſ. 6. ſub Ludouico Pio, c. 46. vbi dicitur *quod ſacerdotibus monachis, fas non eſt audire confeſſiones clericorum vel laicorum, exceptis his dumtaxat, qui ſub monaſtico ordine ſecum in monaſterijs degant*; quod vero illud poſſint ex priuilegio ſedis Apoſtolicæ id conſtat ex

Conſilio Viennenſi ſub Clemente 5. & refertur in Clementinis cap. 1. *ſane*, ait, *religioſis illis quibus eſt ab Apoſtolica ſede conceſſum, vt familiaribus ſuis domeſticis aut pauperibus, in hoſpitalibus ſuis degentibus, ſacramenta poſſint Eccleſiaſtica miniſtrare, nullum ex præmiſſis volumus, quoad hæc præiudicium generari*, Idemque colligitur ex Conſil. Trident. ceſſ. 25. cap. 11. de regularibus, & in declarationibus Concilij eiuſdem anno 1594. 30. Maij habetur, *in monaſteriis et etiam collegiatis regularium, vbi regularia inſtituta ſeruantur, Prælatos regulares, ſiue aliorum religioſorum confeſſores, abſque licentia Epiſcopi, confeſſiones eorum ſecularium, qui ſunt vere de familia, & continui commenſales, non tamen illorum qui tantum deſeruiunt in monaſteriis, audire.* Et de ſanctimonialibus quoque definitum eſt in Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 11. *eas poſſe habere ordinarium confeſſorem, qui non erit examinatus ab Epiſcopo, atque ſi eis Epiſcopus alium dederit confeſſorem, poſſe ſi velint ei non confiteri peccata*, dicto cap. 11. nam Epiſcopus non habet iuriſdictionem in moniales, quæ priuilegio vel indulto, Papæ ſunt immunes, niſi in iis quæ ad clauſuram, & ad ſpiritualium rerum curam pertinent, vt habent prædictæ declarationes.

Porro manifeſtum eſt, in hoc caſu, quo monaſterium non eſt parochia, ſed in parochia, monachos non eſſe in hierarchia, in 2. ſignificatione ſumpta, nam cum eorum monaſteria non ſint parochia, ſed in parochia, videntur ſimilia oratoriis & capellis, oratoria vocat Petrus Venerabilis. lib. 1. ep. 28. *ſi caſtrum*, inquit, *aliquod monachis detur tam caſtrum eſſe definit, & eſſe oratorium incipit*, & monachi non dicũtur habere Eccleſias, ſed oratoria, cap 6. de ſtatu monach. & nouella 123. & in regula D. Benedicti; dicuntur etiam capellæ, in rubrica de capellis monachorum, & licet in cap. 1. eod. titulo, dicantur Eccleſiæ, tamen qui eas regit dicitur capellanus, quod argumẽto eſt, impropriè appellatas fuiſſe Eccleſias, & ratio eſt, quia tales Eccleſiæ ſeu capellæ non ſunt titulus ſed ſub titulo, vt patet ex cap. 2. de capellis monachorum argumento à contrario, nam ibi monaſteria exempta *non ſunt titulo ſubiecta*, vnde ſequitur quod ſi non eſſent exempta eſſent ſub titulo; quod etiam adhuc probari poteſt ex can. 54. 16. qu. 1. vbi dicitur, *quod plures baptiſmales Eccleſiæ in vna terminatione eſſe non poſſunt, ſed vna tantummodo cum ſuis capellis*; quæ ideo capellæ non ſunt titulus per ſe ſubſiſtens, ſed ei opponuntur in Concilio Namnetenſis cap. 16. quia non per ſe, ſed in parochia ſubſiſtunt; quo pacto intelligi poteſt in Concilio Chalcedonenſi can. 6. monaſterium cenſeri titulum clericalem.

Vel 2. monachi habent monaſterium, cui imminet cura animarum, cura plebis, & perſonarum ſecularium, præter eas quæ ſunt de illorum monaſteriorum vel locorum familia) & tunc, ſiue ſint regulares, ſiue ſæculares, qui huiuſmodi curam exercent ſubſunt Epiſcopi iuriſdictioni, viſitationi & correctioni, ex Conſil. Trid. ſeſſ. 25. c. 11. de regul. & poteſt Epiſcopus in eis monaſteris vicarium vel perpetuum, vel temporaneum cõſtituere ex eod. Concil. Trid. cap. 7. de reform. ſeſſ. 7. quo pertinet cap. 1. de capellis monachorum, tam in tertio libro decretalium quam in 6.

Sed in hac re diſtinguendum putant declarationes Concil. Trid. & dicunt, quod vel Eccleſiæ Curatæ ſunt vnitæ monaſteriis, vel non ſunt vnitæ, ſed ipſa monaſteria ſunt Eccleſiæ Curatæ, 1. caſu cenſent quod Epiſcopi poſſunt, eas viſitare & in eis Vicarios ſupradictos conſtituere, ſecundum diſpoſitionem Concilij dicto cap. 7. ſeſſ. 7. ſed poſtea tamen ex bulla Pij 5. Kalendis Nouembris, nominatio Vicariorum perpetuorum pertinere cœpit ad monaſteria, quibus parochiæ erant vnitæ, atque ita Epiſc. non potuit ibi per ſe conſtituere, niſi Vicarios amobiles, vel perpetuos, qui eſſent à monachis conſtituti approbare tantum, & viſitare, & Greg. etiã 13. dedit monachis, vel monaſteriis illis quibus vnita eſſet parochia, priuilegiũ deputãdi aliquẽ ex regularibus, qui approbarentur tantum ab Epiſcopo, quo caſu etiã Epiſcopus, non cõſtituet Vicariũ, ſed cõſtitutum approbabit. 2. caſu quo monaſteria ipſa ſunt parochiæ, & monaſteriis ipſis imminet cura animarum per ſe, non ratione parochiæ annexæ, tunc in vim certæ conſtitutionis etiam Pij 5. ſuperiores monaſterij conſtituent Vicarios, qui tantum examinabuntur, & approbabuntur ab Epiſcopo, & ſubiacebunt eius viſitationi, vt conſtat ex Concil. Trid. dicto cap. 11 ſeſſ. 25. vbi Concilium excipit monaſterium Cluniacenſe, & monaſteria alia in quibus Abbates generales, aut Capita Ordinum, ſedem ordinariam principalem habent, nam in iſtis monaſteriis, non erit viſitationi Epiſcopi locus. & Vicarij in eis conſtituti, non ſubiacebunt Epiſcopo, licet curam exerceant animarum, in illis monaſteriis Curatis, porro ad hanc materiam pertinet can. 6. 16. qu. 2. In quo monachi tenent Eccleſiam parochialem, nec poſſunt abſque Epiſcoporum Conſilio ibi Sacerdotem conſtituare.

Ex his vero patet monachos poſſe per ſe conſtitui in regendo monaſterio, quod parochialis eſt Eccleſia, dummodo ſint approbati ab Epiſcopo, imo vt habent prædictæ declarationes, monachi non poſſunt prohiberi, quominus curam exerceant animarum, quia vt ait D. Th. 22. q. 187. in corpore, monachi, non habent aliquid contrarium executioni talium actuum, quod intelligendum eſt, non tantum de monachis deputatis, vt præſint monaſterio, quod eſt Eccleſia parochialis ſed etiam de monachis qui, cuicumque parochiæ etiam ſæculari præficiuntur, vt patet ex dicto canone 31. 16. qu. 1. dummodo ad id diſpenſentur c. 2. & 5. de ſtatu monach. Et nos in ſequenti capite mox dicemus.

Cæterum non eſt dubium, quin monachi illi præfecti vel monaſterio quod eſt parochia vel monaſterio cui eſt annexa paruchia, ſint in hierarchia, 2. modo accepta.

De monachis 5. modo acceptis, vt ſunt ordinati, & præfecti alicui Eccleſiæ.

CAP. XII.

NOn eſt de hac re vlla difficultas, nec eſt dubium, quin monachi, ratione ordinationis ſint in hierarchia in prima ſignificatione ſumpta, & ratione præfecturæ ſint in hierarchia in 2. ſignificatione accepta, vt clarũ eſt ex ante dictis, & confirmatur ex D. Thom. 2. 2. qu. 187. ſupra

citata, in corpore, vbi dicitur, *monachos poſſe docere, prædicare, & cætera facere, ſi ordinem accipiant, vel ordinariam iuriſdictionem &c.* Et ex Concilio Trident. ſeſſ. 23. cap. 1. de reformat. & ex can. 21. 22. 23. 24. & 25. 16. qu. 1. vbi dicitur à *monachis ſacerdotibus poſſe ligandi & ſoluendi officium adminiſtrari.* Et nemo ignorat multos monachos factos eſſe Epiſcopos, Archiepiſcopos, & Pontifices Romanos, de quibus non dubitatur quin fuerint hierarchici, multos tales enumerat Petri Damiani lib. 5. epiſt. 15. & nos poſſumus his addere Illuſtriſſimum Epiſcopum & Comitem Cadurcenſem; ille enim tam nobilis ſanctitate quam ſanguine, cum ſe diu in vetuſta regularis diſciplinæ inſtructione probaſſet, & tam vberes, lucidæ conuerſationis fructus adiunxiſſet, vt omnibus aliis Abbatibus, & religioſis, forma bonorum operum factus fuiſſet, bis à Rege noſtro Chriſtianiſſimo ionitus in Epiſcopatum vindicatus eſt, & licet pro humilitate ingenitæ ſibi, & cuſtoditæ verecundiæ, in tanta conſcientiæ tranquillitate viueret, vt nihil ſibi proponeret, quàm quod ait Dauid Pſalmo 140. *Singulariter ſum ego, donec tranſeam*, tamen Dei voluntati, quæ in Regis ſanctiſſimi perſeuerentia apparebat, reſiſtere non potuit, & modeſtus, & quietus, Epiſcopatum non tãquam ſublimem poteſtatem, ſed tanquam bonum opus apprehendit, & paulatim emollitus ac remiſſior factus, ſe ſuamque omnem vitam Deo concredidit, tanto, munere dignior, quanto ſe indigniorem profeſſus. Aſſumpſit ille quidem Epiſcopatum, ſed in ſuo propoſito & voto, quod Deo promiſerat permanſit, & vt dicebat Sidonius Apolinaris de Fauſto Regenſi Epiſcopo, *nihil ab Abbate mutatus per Sacerdotem, nona dignitatis obtentu, rigorem diſciplinæ non relaxauit, & penalem vitam, & frequentiſſima, orationum ac ieiuniorum, exercitia de palaſtra congregationis cænobiticæ, & de choro (Cancelata) cellulanorum, in vrbem quoque Carducerum, cuius Eccleſiæ ſacra ſuperinſpicie, tranſtulit*, & ita, ſic actionem cum contemplatione coniunxit, & copulauit, vt plane perſnaſum omnibus reliquerit, *& Epiſcopatum, Philoſophia aſceticæ minimè expertem eſſe debere, & philoſophiam illam, ſacri Antiſtitis inſtitutione opus habere*, vt dicebat Greg. Naz. de D. Athanaſ. orat. 21.

Ex his vero omnibus paret qui nam reponantur in hierarchia, nec eſt opus eos hic recenſere; cum ex dictis ſatis intelligatur.

Concluſio tractatus.

CAP. XIII.

IN his explicandis, poteram diutius immorari, ſi, vt omnium fere ſcriptorum noſtri temporis mos eſt, qui plus paleæ quàm grani habent in libris ſuis, vela dandn ventis, voluiſſem ſtilo liberius indulgere. ſed hoc ſane perperam, vanum, & moleſtum fuiſſet, ſatis enim eſt ſi fundamenta alicuius ſcientiæ pertractando, nihil omittatur, quod ſit neceſſario præſupponendum, & cœtera veluti ſtolones amputentur, ego igitur, hoc præcipue curaui, ne longius abirem, & me ſemper inuenirem, ſed tamen ſi bene attendas, diſſertatio iſta, ſimilis eſt grano ſinapis, *quod minimum eſt omnibus ſeminibus, cum autem creuerit, maius eſt omnibus oleribus*, nam ſicut granum ſinapis, non exurgit in olera ſed in arborem, in cuius ramis innumeræ volucres habitant, & nidum faciunt, ita noſtra diſſertatio, quæ parua videbitur prima fronte, late tamen patet, & magnam continet dogmatum diuerſitatem, & fortaſſe aliqui ex illis ſcriptoribus, qui in locos communes ſolent excurrere, filo meo ducti, occaſionem inde ſument in hoc adeo late patenti campo decurrendi. Quod ſupereſt, teſtor coram Deo & Angelis, me nihil cuiquam voluiſſe derogare, ſed omnia amore veritatis, ſcripſiſſe, teſtor etiam, me illa omnia Eccleſiæ Romanæ iudicio libenter ſubmittere, & ad pedes ſummi Pontificis & omnium Catholicorum, demittere.

FINIS.

Approbatio.

NOs Iuris Canonici in Academia Pariſienſi Anteceſſores, teſtamur, vidiſſe ac perlegiſſe, librum, ſeu tractatum clariſſimi viri Ioannis Dartis, Collegæ noſtri, Anteceſſoris, & Profeſſoris Regij. *De Eccleſiaſtica Hierarchia enucleanda*, & nihil in eo repetiſſe, quod non eſſet Canonicum, ac Catholicum, & noſtra approbatione commendandum; & iure merito inſcriptum eſſe de Eccleſiaſtica Hierarchia enucleãda, quod ius Hierarchiæ, Canonibus, autoritatibus, & rationibus quæ in eo continentur, certum & incontrouerſum conſtituatur, ac definiatur. quod enucleare eſt vt loquitur Iuſtinianus. Lutetiæ Pariſiorum, Idibus Februariis, anno D. C I Ɔ IƆCXXXIX.

De Hauault, & Bouthilier. P. de Buiſine.

DE CANONICA ECCLESIÆ DISCIPLINA CIRCA POENITENTIAM, EIVSQVE veteres ritus, iuxta almam Iuris Pontificij doctrinam.

ILLVSTRISSIMIS, ET REVERENDISSIMIS Eccleſiæ Gallicanæ Patribus, Cardinalibus, Patriarchis, Primatibus, Metropolitanis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & aliis Paſtoribus, Lutetiæ congregatis, Io. DARTIS Iuris Canonici in Vniuerſitate Pariſienſi Anteceſſor, Lector, & Profeſſor Regius. S. P. D.

ILLVSTRISSIMI PATRES, & Reuerendiſſimi Paſtores Eccleſiæ, Non poſſem, vobis, mei propoſiti, ac conſilij rationem, candidiore relatione, exponere, quam ſi, multis, & claris auctoribus, illuſtratam Partheniorum hiſtoriam, oculis veſtris, ſubiiciam quod illa, ita, ſimilitudine, iuncta ſit, meo negotio, vt cum ea, vel ex nata videatur, illi ergo, cum eſſent nati, conſilio Araci cuiuſdam, qui, auctor Spartanis fuerat, iuuentutis, ad generandam ſobolem, domum remittendæ, grandiores facti, cum metuerent inopiam, nec ſcirent cui in bonis ſuccederent, Ducem Phalantum, filium ipſius Aracj, aſſumpſerunt, propter hanc rationem, quam adfert Iuſtinus, vt, ſicuti dudum, patrem eius naſcendi habuiſſent auctorem, ſic ipſum, ſpei, ac dignitatis ſuæ habent, *ita enim nos, qui pontifices habemus conditores Iuris Pontificij, vos ipſos Pontifices, ſpei noſtræ, facimus auctores, qui æque generoſo, ſpiritu, & pio affectu, erga diſciplinam Eccleſiaſticam, abundantes, non permittetis, Pontificiis radicibus ſtabilitam ſcholam Iuris veſtri, excelli & eradicari; ac tam præclarum opus, firmis canonibus & conſtitutionibus fundatum, ac ſtabilitum, incuria dominorum ſuorum toto orbe dilabi; Ego igitur, cum viderem canonicam doctrinam, ſiue circa ſacramenta, ſiue Eccleſiaſticam diſciplinam, ſiue veteres illius ritus, deſertam & à nullo occupatam eſſe, eam, via licet aſpera, & minime calcata, vſurpandam putaui, nam licet in Doctorum, Conciliorum, & Pontificum libris ac monumentis, omnia huius doctrinæ fundamenta contineantur, tamen latent illa fundamenta,* & in his, *vt ait D. Aug:* interdum plus loquitur inquiſitio, quam inuentio, *vel quia infinitis prope eſt operis indagatio; difficilis electio, & ardua iudicandi ratio, vel etiam quia auctores innumerabiles peruoluendi, & in his legendis, nunc currendum vt omnes legantur, nunc ſtrigandum vt intelligantur, Quod ſi quemadmodum Athenienſium legiſlator Athenas ex diuerſis pagis congregauit, & in pulcherrimam ciuitatem coagmentauit, ita aliquis partes illas doctrinæ canonicæ latius diffuſas atque diſperſas dederit hominibus videre in paruo, & neruis veluti ſuis adſtrinxerit, & corpore cooperuerit, pulcherrimum certe opus & toto orbe admirandum perficiet, nam & Theologiæ rationes inde firmabit, & omnium Ca-*

tholicorum animas informabit, & hæreticorum argutias refutabit, Theologia enim nulla eſt, vbi nulli ſunt canones Eccleſiæ, & Catholici ipſi non amant doctrinam Eccleſiæ quam ignorant, & hæretici, non audent caput attollere, vbi diſciplina vetus Patrum eluceſcit, auſimque dicere, nullum ex eorum ſecta eſſe, ita contrarium ſibi, qui cum viderit, apud ipſos nulla eſſe veſtigia, eorum quæ à patribus, omni æuo in Eccleſia Catholica, facta ſunt, non dicat conſcientia teſte, ſe non eſſe Catholicum. Adde quod ſi de Pontificibus ipſis agamus, nemo eum Pontificem putet qui eius religionis, in qua, Principum & Prælatorum numero vult eſſe, non leges, non canones, non mores, non ritus, non diſciplinam, non Iura vetera & noua, non priuilegia, non myſteria, non ſacramenta, & ipſorum nouerit cauſas. In quo quanquam fatendum eſt, nos, conari tenues grandia, tamen, aperiente ſe quotidie materia, propter vices profeſſionis, quas Pontificie & regie gero, hæc, me huius propagandæ ſcientiæ canonicæ, vrtica plurimum ſollicitauit, non tam, ea præſtandi, quæ ſponte ſuſcepi, fiducia aliqua, quam non negandi ingenio meo, cui omnes alia charte inepti ſunt, verecundia. Quæ idcirco vt ſecundum veterem Romanorum formulam, recte & ordine exque Repub. & pro noſtra maiorumque noſtrorum dignitate facta videantur, *ad ſanctiſſimum Collegium veſtrum referri, & vnicuique commendari volui; vt de iis omnibus, ſiquid mereantur, & de inſtituto meo, ſi videtur commodum, decernatis, eſt enim profecto Collegij Pontificum, ſcripta priuatorum ad res diuinas pertinentia, adhibito conſilio recognoſcere, & recenſere, eſt deinde collegij noſtri, & Profeſſorum Iuris canonici, vobis ſuam operam & diligentiam in his ſtudiis Pontificiis conſecrare. Quapropter, Themis noſtra, hanc ſpicam Iuris Pontificij, non in herba tantum, ſed granis plenam & grauidam nunc vobis oſtendit, tanta enim eſt ignorantia noſtra profeſſionis, vt ſi nullo munere edito, tantum aliquid faciendum, in me reciperem, eſſet periculum ne de me ignoto quilibet veſtrum diceret illud Socratis:* An ego poſſem amplecti, quem ignorem quam ſit doctus, quam ſit vir bonus. *Et ſydus aliquod malignum ita ſyderauit ſcholae noſtras, vt etiam ſi habeant omnium ſcientiarum viros, tamen virtus, eorum fide careat; nam vt recte Sidonius Apollinaris, lib. 5. cap. 10.* Simul & naturali vitio fixum eſt, radicatumque pectoribus humanis, vt qui non intelligunt artes, non mirentur artifices *Quod ſi nihilominus, veſter fauor vota nitentis ad illa ardua, quæ dixi, adiuuerit, ac volueritis tueri hanc diſciplinam incunctanter eueniet mihi vt eo quo pergo perueniam, & noſtris ſcholis, vt ſtatim ſint magnæ, ſintque florentes, vtque perfectiſſimæ huius artis affectus recognoſcantur, ſi artifices lucido in loco reponentur, & labor eorum ſuo fructu non careat. Honos enim alit artes, nec viros præcellentes doctrina & virtutibus conſpicuos facit ſola natura, ſicut aratorem, foſſorem, ſed facit Deus, faciunt Reges, faciunt Magiſtratus, & vt in ſegetibus multa concurrunt,*

Florem auræ mulcent, firmat ſol, educat imber.

Ita in literis, non ſufficit, eſſe earum triſtes aliquos profeſſores, niſi Procerum radiis aureis hilarati ſunt, quod argumentum quia non patitur, hac forma votiua epiſtolæ, fuſius explicari, & à me, iam id peractum eſt, peculiari oratione, nunc relinquam & voto finiam, vt Dei gratia vos Spiritu principali, in hoc religioſo conuentu confirmet: quare valete, & literas ac litteratos, vtroſque frugi, vt facitis amate. Lutetiæ Pariſiorum, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quinto, Kalendis Maij.

DE
CANONICA ECCLESIÆ
DICIPLINA, CIRCA POENITENTIAM,
& eius veteres ritus, iuxta almam Iuris Pontificij doctrinam.

CAPVT I.

PRÆFATIO, IN QVA, DE IVRIS PONTIFICII ſtudio, quædam Pontificum dignatione dignanda aperiuntur.

A IVRA dici poteſt, de diſciplina Iuris Canonici, illud Gregorij Nazian.

Τίς σοφίαν ἐδίδαξε φίλην καὶ κεῦθεα ἀνεῦρεν. id eſt, *Quis docuit caram ſapientiam, & abdita inuenit.*

Nullus enim eſt, qui vere doctus, eius occultas vias demonſtrauit, nullus, qui verè pius, eius ſanctiſſima monumenta nobis redonauit. Et fatebor ego, cum primum ſtatui eius quaſdam *ἀπομνημονεύσεις* facere, palamque docere, quæ ſcribo, circa annum Domini milleſimum ſexcenteſimum decimum ſeptimum & octauum, quando cœpi, vt ita dicam, exerceri ad palum in publico auditorio, viſum mihi fuiſſe, ius canonicum ſimile eſſe grumulo quem fecit Venus apud Apuleium, nam illa accepto frumento, ordeo, milio, papauere, cicere, lente & faba, commixtiſque aceruatim confuſiſque granis eorum, aceruum fecit, illumque dedit atque aſſignauit Pſyche, vt ea diſcerneret ſeminum iſtorum congeriem ſingulaque grana ritè diſponeret ac ſeiugaret; quæ vbi farraginem illam aſpexit, tantum abeſt, vt voluerit manus incondito illi, & inextricabili moli, admoliri, quin potius immanitate præcepti conſternata, velut Chœnici incidens permanſit otioſa, donec tandem magna formicarum claſſis, difficultatis, laboriſque miſerta appasuit, quarum ſingulæ granatim totum digeſſerunt aceruum, ſeparatimque genera omnia granorum diſtinxerunt. Tanta enim eſt confuſio canonum, toto corpore Iuris noſtri, tanta permixtio grani cum Palea, tanta inordinatio capitulorum, vt ea componere, & ſuis locis diſponere, ac vbi coniectura opus eſt recte ſeorire, non vnius hominis, ſed multorum clarorum virorum conatus laudabilis eſſe videatur; Et proinde nec meum, nec meorum manuum iſtud opus tantum eſſe poſſit, qui ſi nonnulla de Canonica diſciplina circa Sacramenta, & hoc libro circa pœnitentiam elegi, hoc feci tanquam vna ex formicis illis Philoſophi Madaurenſis, ille enim non abſque ratione finxit, in granis diſtinguendis, hoc eſt doctrinis definiendis, Pſychen, ſeu animam noſtram, plures debere habere formicas adiutrices, quandoquidem Ægiptij, vt refert Orus Apollo cognitionem pingentes, formicam pingunt, ſicut enim formica non aberrat à loco vbi fruges condidit, ſed abſque errore vllo ad ipſum peruenit, ita viri litterati quæcumque in ſeceſſu & otio muſæum notarunt & occultarunt, hæc ſola cognoſcunt & cuſtodiunt, veluti formicæ, ſi non indicæ aurum cuſtodientes, ſaltem laborioſæ.

ἀείεργοι
μύρμηκες ἄντρων ἐν μυχοῖς σκιώδεσι
Sempertractrices
Formicæ in ſeceſſibus antrorum opacis.

Quare cum communia diligentia plurium huiuſmodi formicarum, B hæc poſſis abſoluere, quæ deeſſe huic meo labori deprehendo, mihi curæ fuit, hunc ſacrum cumulum farris formicis omnibus Pſyches, iiſque maioribus & ſolertioribus iudicare, quarum ſi labor & induſtria meis conatibus acceſſeris, ſique in hunc Mercurij ſacri aceruum aliquid adiecerit, ſpero breui futurum, vt ſtudia Iuris canonici ſupra omnem eruditionem promoueantur, & illa quæ inualidas & indoctas mentes oppreſſit impreſſio, ius canonicum, C nullo in vſu, numero aut dignitate eſſe habendum, hac luce doctrinæ, quæ adfertur in medium citiſſime euaneſcat, nam licet Philoſophia nos ad ſe plurimum trahat, propter argutias ſyllogiſmorum, & Theologia etiam plurimum placeat panno ſyllogiſtico inuoluta, tamen vt mihi perſuadeo tanquam veteris monetæ plus placebit noſtrorum canonum doctrina, quæ eſt vera Philoſophia, & prima Theologia, nempe cognitio primorum fidei principiorum quæ à ſeipſa habet vnde agnoſcatur *ἀφ' ἑαυτῆς ἔχει τὸ γνώριμον* vt dixit D. Athanaſ. l. 7. contra Græcos; D quemadmodum prima principia ſunt per ſe nota ex Ariſt. lib. 6. eth. c. 2. & t. de anima, & ex Philop. qui vulgo dicitur Ioannes Grammaticus, & Theophraſto in ſupernaturalibus, & aliis: Docemus enim nos ſicut Petrus & Paulus docuerunt per legem & Prophetas ipſam legem, & ipſos Prophetas, *& indignum eſſet quenquam vel Pontificum, vel ordinum ſubſequentium hanc*

regulam refutare quam beati Petri ſedem & ſequi videat & docere, vt dicebat Iulius Papa ad Epiſcopos Orientalcs epiſtola 1. cuius veibis incootinenti appoſitis adhuc vos alloqui mihi vidciut ſchola noſtia hoc pacto. *En inſtituta Apoſtolorum, & Apoſtolicorum virorum, canoneſque habetis, his fruimini, his circundamini, his delectamini, his armamini, vt his freti circundati, delectati, armati, contra cunctorum inimicorum iacula perſiſtere valeatis.* Canones enim ipſi ſunt noſtra diſciplina, & ſicut *dignitas magna*, vt ait Symmachius, *nihil petit à paupere*, Ita ſcientia noſtra Iuris Pontificij, nihil ab aliis mutuatur, cum tamen Theologia ipſa à nobis canones accipiat, nun ſecus ac Romaoi à Samnitibus arma, inſignia à Thuſcis & leges à Græcis, noſtrique Canones ſoot Thumiſtis & Scotiſtis, quod eiant leges duodecim tabulatum Sabioianis & Proculeianis. Quæ cum ita ſint, iam vos omnes rogo atque obteſtor à lano ſummo ad Imum, lectores clariſſimi, vt iam honeſto & tam vtili ſtudio faueatis, Pſyche Pontificæ plurimum laborauit tanquam formicæ Myleſianæ vel etiam indicæ ſuccoratis, & denique, quicquid dedit labor meus ex monumentis patrum noſtia iocutia ſeneſcentibus æqui bunique Cunſulatis.

CAP. II.

Hortatio ad pœnitentiam ſerio amplectendam.

SErmo hic de pænitentia, vt loqitur D. Baſilius Homil. 28. de pœniteutia, *eſt hominibus vtiliſſimus, nemo enim hominum ſine peccato eſt*, ἀνθρώπων γὰρ οὐδεὶς ἀναμάρτητος. Qmoimo peccatũ vndiqoe nos circumuenit, & eſt ſimile idolo Manaſſis quod quadruplicem faciem habebat, & ita in templo collucatum fuerat, vt neceſſe eſſet, cuiois vndelibet templum ingreſſo, aote illud idulum prucumbere 4. Regum 21. nam nus peccatum vndiquaque ciccumſpicit, & nos peccauimus & peccauere parentes noſtri, & naſcendo mundum plenum peccatis reperimus, & moriendo plenom reliuquemus, ἀνδράποδα δουλεύοντες *ſerui peccati*, vt loquitur Apollinar. iu Pſal. 138. & vt idem habet Pſalm. 118.

——— ſυγχῶν ... ἠμπλακίαις,
Abominandis ſubditi peccatis.

Peccatum peccato inſuimus, idque vulentes, idque uulentes, idque naſcentes, idque moiientes, vt plane magis à peccato poſt exitum, qoam à morte ipſa videamur deuorari: idque cum exemplo, idque ſine exemplo, idque perſuaſi, idque ſine perſoaſiune. Denique vbicumque homines ſoot ibi ſunt peccata, vitia, ſtruphæ, bilis, pituita, & eurruptio omuis, & uppooimus uos, ô miſeri Dei gratiæ, ac legi Creatoris, cuius diſſolutio eſt peccatum, ſicut oox eſt ſolis occaſus morbus ſanitatis corruprio, mors vitæ, diſſecamus veſtem Chriſti, Paſſionem eius inutilem nubis reddimus eius ſigna, io quibus victoria, deſerimus, & confugimos ad Caſtra Belial inimici noſtci, qui vbi nos ad ſe ad lexit, & paruis ad ſpeciem peccatis quaſi lenis riuos cordis illapſos eſt, poſtmodum tanquam fluuius magnos & turbidus irruit, douec nos totum Chaos, & barathrum inferni corripiat. Quare cum videamus nos cadere, faciamus vt qui cadunt, qui

A quudcumque obuium eſt apprehenduut, aut vt qui periclitantur in mari qui tabulam quamlibet exiguam, tanquam columuam amplectuntur, apprehendamus & amplectamus pœnitentiam quæ ſola obuia eſt cadenti, & præſto eſt periclitanti, & ptiorum agnoſcamos peccatum, nam vt eſt apud Greg. Nazianz. Carm. 51.

Πολλοὺς ἐξηγείρουσεν ἁμαρτάδος ...
Μοῦνα ...
Καὶ ψυχὴν ...
Sæpe granis noxæ confeſſio ſola ſalutem
Attulit, & lacbrymæ ſcelus abſterſere cadentes,
Canderemque prius vitiis mens atra recepit.

Fugiamus peccatum ſi ſequitur, fugemus ſi comitarur uam vbicumque peccatum eſt, ibi eſt
B exitium, ibi mors, ibi deſperatio, ibi ira Dei; Ploremus peccatores, ploremus, quaodoquidem hoc teſtat vtile, ſaccum membris noſtris circumiicismus quandoquidem ſolus ille habitus placet Deo, ſiq; deliciis indulgentes io morbum delapſi ſumus, eum ieiuniis curemus, ſi animus laborauit incuotinentiis, adhibeatur temperantiæ medicamentum, ſi pecuniæ cupiditate nimia, in febrim incidimus, liberalitate & eleemoſina eam depellamus, ſi denique drachmã euangelicam, qnam acceperamus, & qua diuites effecti fueramus ignauia noſtra perdidimus, pœnitentiæ lucernam accendamus, ἅψωμεν τὸν ... τῆς μετανοίας λύχνον. Inclinemus nos diligenter, gaſam illam in terrenis affectionibus deſoſſam
C conquiramus, & inuentam tolamus ac offeramus Chriſto, donum & hoſtiam pro peccatu, hæc eſt enim virtus pœnitentiæ, vt peccati murum tanquam aries concutiar, & molem tãquam Dauid Goliat interficiat, & vincula tanquam Samſon diſſoluat, τοῦτο γὰρ ἔστιν ἡ μετάνοια ... *hoc enim & nihil aliud eſt pœnitentia, quam diſſolutio & euerſio præteritorum quæ vel re vel cogitatione ſunt admiſſa*, inquit, Gregor. Nyſſenus, lib. de pœnitentia. Hi ſuut fructus pœnitentiæ, vt recte obſeruat Gregorius Papa Homil. 20. in Euangelium, *quia*, ait, *vſu malæ conſuetudinis inuoluti ſumus, dicat quid nobis faciendum ſit vt fugere à ventura ira valeamus,*
D *ſequitur, facite ergo fructus dignos pœnitentia, in quibus verbis notandum eſt quod amicus ſponſi non ſolum fructus pœnitentia, ſed dignos pœnitentia admonet eſſe faciendos, aliud namque eſt fructum facere pœnitentia, aliud dignum pœnitentia fructum facere, vt enim ſecundum dignos pœnitentia fructus loquamur, ſciendum eſt quia quiſquis illicita nulla commiſit, huic iure conceditur, vt licitis vtatur, ſic quæ pietatis opera faciat, vt tamen ſi voluerit, ea quæ mundi ſunt non relinquat. At ſi quis in fornicationis culpam vel fornicaſſe quod eſt grauius in adulterium lapſus eſt, tanto à ſe licita*
E *debet abſcindere, quanto ſe meminit & illicita perpetraſſe, neque enim par fructus boni operis eſſe debet, eius qui minus & eius qui amplius deliquit, aut eius qui in nullis, & eius qui in quibuſdam facinoribus cecidit, & eius qui in multis lapſus eſt. Per hoc ergo quod dicitur. facite fructus dignos pœnitentia vniuſcuiuſque conſcientia conuenitur, vt tanto maiora acquirat bonorum operum lucra per pœnitentiam, quanto grauiora ſibi intulit damna per culpam.* Et licet peccatum noſtrum odioſiſſimum, & abomiuandum Deo ſit, nam vt etiam dixit Homer. Ody. x.

Οὐ ...

Οὐ μὲν σχέτλια ἔργα θεοὶ μάκαρες φιλέουσιν
Ἀλλὰ δίκην τίουσι καὶ αἴσιμα ἔργ' ἀνθρώπων A
Non amant beati dij ſceleſta opera,
Sed iuſtitiam & pia opera hominum operant,

Tamen ſpes eſt etiam poſt peccatum, medicina eſt etiam poſt acceptum vlcus, & nihil tam graue reperitur quod non & gratia Dei condonet & miſericordia curet ac expiet, Deus enim dicitur ὁ ποιῶν τὸ ἔλεος εἰς χιλιάδας καὶ μυριάδας, *miſericordiam faciens ad infinita millia millium*, ait, vt, *à poſteriore miſericordia prior excipiatur & obliuio cum venia coniungatur, vt lachrymarum effuſio, vim lauacri habeat, gemituſque reducat gratiam quæ paulisper receſſerat*, vt ait, idem Gregor. Nyſſen. loco citato. Videt enim quia non
B ſumus Angeli, ſed homines, hoc eſt cadimus & reſurgimus idque ſæpenumero & eadem hora; Adde quod aduocatum habemus ſeruatorē noſtrum, qui cum per hominem ad homines venturus eſſet, præmiſit Ioannem pœnitentiæ præconem & ducem, & ante Ioannem Prophetas omnes qui docerent homines, vt reſipiſcerent, & redirent in viam, ac ad meliorem frugem ſe conuerterent, quemque ſi interrogemus quare ad nos venit, reſpondebit vt obſeruat D. Baſil. Homil. 28. *Non veni ſaluare iuſtos ſed peccatores vocaturus ad pœnitentiam*, Si denique ſciſcitamur ab ipſo, quid portet in humeris, ille, ouem perditam, dicet, non ouem mactandam. Quod non
C ignorauerunt Hebræi qui exiſtimarunt, habueruntque pro certo meſſiam prædicaturum pœnitentiam ex Pſal. 25. his verbis, *bonus & rectus Deus, propter hoc docebit errantes viam, vel in via, quia ipſe oſtendet peccatoribus viam agendi pœnitentiam*, vt refert Rabi Pinhas in lib. Maccoth, id eſt flagellorum, capite quod incipit, Iſti ſunt captiui; dixeruntque tempore pœnitentiæ prædicatæ & profeſſæ ipſum venturum, vnde, quod eſt notatu digniſſimum Rabi leui, in expoſitione Cantici Canticorum dixit, *Quod ſi filij Iſrael pœnitentiam egiſſent ſaltem vno Dei ſtatim redempti eſſent, ſtatimque veniſſet eis filius Dauid hoc eſt Meſſias*, Quod ibidem probatur ex Pſal. 94.
D his verbis, *hodie ſi vocem eius audieritis nolite obdurare corda veſtra*; Quare ille nos omnes mortuos per peccatum originalem, ante baptiſmum primum regenerauit ſibi, quod ideo dicitur à S. Ioan. Damaſcen. in Carm. de Pentech.

Λουτρὸν τὸ θεῖον τῆς παλιγγενεσίας.
Diuinum regenerationis lauacrum,

à quo ſuſcepimus nouam purgationem, nouam gratiam, ac merſo & ſepulto in illis aquis peccato, rurſus caput ereximus, & venimus ad lumen Dei, & quæ eius eſt miſericordia, inſtituit idem Chriſtus vt ſi denuo poſt baptiſmum moreremur per actuale peccatum, poſſemus per pœnitentiam quæ eſt tertia natiuitas Greg. Naz. Car
E mine 5. reuiuiſcere ac regenerari, & imaginem ipſius à peccato fuſcatam & decoloratam lachrymarum aquis detergere, & pœnitentiæ fructibus exornare, quod vt tribuat nobis oro atque rogo, ſpe omniū Chriſtianorum ſperantiū in Chriſtū qui ſaluat omnes in fortitudine ſua, & cū Syneſio, hymno 10. de me & pro me nominatim dico.

Μνώεο χριστὲ — *Memento Chriſte*
Υἱὲ θεοῖο — *Fili Dei*
Ὑψιμέδοντο — *Alte dominantis,*
Οἰκέτεω σοῦ — *Famuli tui,*
Κῆρ' ἀλιτροῦ — *Sorte peccatoris*
Γεγράφοντο τάδε — *Hæc perſcribentis*

CAP. III.

De pœnitentiæ nominibus & cauſis.

POenitentia quæ à Græcis dicitur *μετάνοια* Matthæi & Lucæ 3. & apud D. Baſil. Hom. de pœnit. & alibi paſſim. vocatur *Pharmacum* ab eodem D. Baſilio loco citato, & à D. Athanaſ. l. de Virginitate, *tabula poſt naufragium*, à Tert. l. de pœnit. D. Hieron. in 3. Eſaiæ, & ep. ad Demetriadem & ad Sabinianum, & à Paciano ep. 1. ad Sympronianum. *Βάπτισμα τῶν δακρύων* à Clemente Alexandrino apud Euſeb lib. 3. hiſt. c. 17. alias 24. & a Ioan. Damaſc. in hiſtoria Barlaam & Ioſaphat, his verbis, *etenim per domini gratiam lachrymarum fons baptiſmus appellatur, tametſi labore ac tempore opus habeat*, quare apud Greg. Nyſſen. lib. de pœnit. dicitur quod lachrymarum effuſio vim habet lauacri, *καὶ δάκρυον σίζον, ἰσοδυναμεῖ τῷ λουτρῷ* & abſolute dicitur *baptiſmus pœnitentia* à D. Baſil. homil. 28. *βάπτισμα μετανοίας*, quæ tamen ad differentiam alterius baptiſmi, vocatur *βάπτισμα ἐπιπονώτερον*, *baptiſmus laborioſus* à Greg. Nazianzeno, oratione in ſancta lumina, & ab alijs Eccleſiæ patribus. Cauſæ vero propter quas, poſt peccatum locum inter nos reperit pœnitentia, ſunt multæ, eæque notatu digniſſimæ.

Prima eſt verbum Dei, dicentis nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat; & quotieſcumque &c. vt dicemus infra ſuo loco.

Secunda eſt vt quis à ſeipſo iudicatus non iudicetur à Deo ex D. Aug. homil. 5. ex 50. homilijs. & D. Paulo 1. ad Cor. 11. his verbis, *ſi noſmetipſos iudicaremus, non iudicaremur à Domino*, iudicaremur id eſt puniremur nam τὸ κρίνειν punire eſt & ita ſumit D. Chryſ. homil. 42. in Matth. Sicut enim Deus vnumquemque fecit ſui arbitrum in peccando, ita & ſui iudicem poſt peccatum.

Tertia quia non dedit nobis fruſtra Deus conſcientiam, nam vt recte Tertullianus, *nullum maleficium ſine formidine eſt, quia nec ſine conſcientia*, nec dedit etiam fruſtra lachrymas quando eas concesſit cum hac virtute vt peccatum delerent, quemadmodum deleuit D. Petrus per eas ſuum, teſte D. Athanaſio his verbis *ἁμαρτίαν διὰ δακρύων ἐξήλειψε*, *peccatum per lachrymas deleuit*, & Paula apud D. Hieronymum, dicentem in eius epitaphio, *qua peccata fletus iſte non purget? quas inueteratas maculas hæc lamenta non abluant?* de qua re nos plura in Gallica Catecheſi, de virtute lachrymarum ex auctoribus ſacris.

Quarta vt rei liberemur, quemadmodum enim per peccatum ſumus debitores Deo, & rei, ita per pœnitentiam, ſatisfacimus. Tertull. de pœnitentia. *Quam porro ineptum pœnitentiam non adimplere, & veniam delictorum ſuſtinere, hoc eſt pretium non exhibere, ad mercedem manumittere, hoc enim pretio Dominus veniam addicere inſtituit, ac pœnitentiæ compenſatione redimendam proponit immunitatem*, quo pacto D. Hieron. in Ioël c. 1. dicebat compenſationem faciendam, *præteritas*, ait, *homo delicias per quas offenderat Deum via auſteritate compenſet.*

E

Quinta, quia cum homo ſit valde mutabilis ex natura ſua, vnde eius mens dicitur quaſi μύλων à Caſſiodoro, hoc eſt loca, non erat æquum vt mutaretur à bono ad malum, quin etiam ad bonum à malo poſſet commutari, vt recte Clemen. Alexandrinus libr. 2. Stromatum, *Deus, ait, ſcrutator cordium, & futura prævidens, & inter alia hominem mutabilem & diaboli aſtutiam intuidentis, ne abſoluatur, ſuggerentiſque occaſiones peccandi, plenus miſericordia dedit fidelibus ſecundam pœnitentiam*, nam vt recte dixit D. Baſil. homil. 28. non ſumus Angeli, ſed homines, & cadimus & reſurgimus, idque ſæpenumero eadem hora; atque vt eſt apud Simonidem in Threnis.

οὐκ ἔστι γὰρ οὐδὲ τανυπτερύγου μυίας
οὕτως ὠκεῖα μετάστασις.
Non eſt muſcæ volucris
Tam celer mutatio, quam hominis.

Dei enim natura eſt ἄτρεπτος i. omnino immutabilis, Angelica vero δύστρεπτος i. difficiter mutabilis, & humana εὔτρεπτος facile mutabilis, ex Greg. Nazianz. 6. Carm.

Sexta, denique eſt miſericordia Dei, quæ facit, vt nos ſeruet Deus pœnitentiæ ac recipiſcentiæ cauſa, δι' ἀγαθότητα δι' αὐτοῦ, ait, Iſidorus pelusiota lib. 1. ep. 240. qui idcirco ep. 157. dicit *pœnitentiam eſſe donum Dei, ſeu eſſe diuino munere datam*, nec vero ſola miſericordia Dei eſt cauſa, ſed iuſtitia, dum enim miſericordia locum habet, ſatisfit iuſtitiæ eius, vt recte D. Aug. Pſal. 50. *Ignoſcis, ait, confitenti Domine, ignoſcis, ſed ſeipſum punienti, ſic ſeruatur miſericordia & veritas.* Et hanc vltimam cauſam nos copioſius inſinuauimus cap. 1.

CAP. IV.

De pœnitentiæ actibus, hoc eſt fructibus ante & poſt baptiſmum.

CVM virtutis pœnitentiæ actus qui & fructus dicuntur in noſtris canonibus, aſſumpti ſint à Chriſto pro materia Sacramenti pœnitentiæ, iidem ſunt plane actus materialiter pœnitentiæ ſiue virtus eſt, ſiue Sacramentum, vnde & quidem actus pœnitentiæ etiam in veteri lege fuerunt medium ſaluti neceſſarium, Eſaiæ c. 45. & 46. Ezech. c. 18. & 33. Iuel 4. Eccl. c. 2. Luc. 13. Apoc. 2. & alibi paſſim, & iiſdem lamentationibus, ieiuniis, orationibus, eleemoſinis, facta eſt pœnitentia in veteri & in nouo Teſtamento, nam Iob c. vlt. dicitur: *Ago pœnitentiam in fauilla & cinere.* Ioel. cap. 2. v. 12. *Conuertimini ad me in toto corde veſtro in ieiunio, & fletu & planctu.* Item plena mœroris, plena doloris, cineris, & cilicij, pœnitentia Niniuitarum Ion. cap. 3. pœnitentia Eſter cap. 14. pœnitentia Regis Samariæ, Reg. 4. c. 6. Ieremias cap. 6. hortatur ad Saccum & Cinerem. Dauid ſimiliter innumeris locis; denique pleni omnes ſunt libri Scripturæ ſacræ, vt non ſit neceſſe locos & teſtimonia congerere. Quod ſpectat vero ad pœnitentiam Chriſtianorum, ea iiſdem laboribus & deprecationibus conſtat, *eſt pœnitentia*, inquit D. Aug. ep. 10. ad Seleucianum, *bonorum & humilium fidelium pœna quotidiana in qua pectora tundimus, dicentes dimitte nobis debita noſtra.* Et D.

A Ambroſ. c. 8. ad Virginem lapſam *Lugubris, ait, tibi accipienda eſt veſtis & mens ac membra ſingula, digna caſtigatione punienda, amputentur crines, qui per vanã gloriam luxuria præſtiterũt, deſtinent oculis lachryma, qui maſculũ non ſimpliciter aſpexerunt, palleſcat facies quæ quõdam viruit impudice, deniq; totum corpus inimicis & ieiuniis maceretur, cinere aſperſum & opertum Cilicio per horreſcat, quia male ſibi de pulchritudine placuit, cor vere ſit liqueſcens ſicut Cera, ieiuniis inquietans ſeipſum, & cogitationibus ventilãs, quare ſit ab inimico ſubuerſum*; & Tertul. qui omnes omnium pœnitentiæ iniurias ita deſcribit l. de pœnit. c. 9. *Itaque, ait, exomologeſis proſternendi, & humilificãdi hominis diſciplina eſt, conuerſationẽ iudicens miſe-*
B *ricordiæ illicẽ, de ipſo quoque habitu, atque victu, mandat, ſacco & cineri incubare, corpus ſordibus obſcurare, animũ mœroribus paſtum & potum pura noſſe, non vẽtris ſcilicet ſed animæ cauſa, plerũq; vero ieiuniis preces alere, ingemiſcere, lachrymari & mugire dies noctesque ad dominũ Deum tuum, preſbyteris aduolui, & caris Dei adgeniculari omnibus fratribus legationes deprecationis ſuæ iniungere.* Et D. Paul. valde approbat 2. ad Corint. 7. v. 9. *Nunc gaudeo, ait, non quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitẽtiam, &c.* Et D. Baſil. ſuadet homil. 3. in illud attende tibi. Μέγα καὶ χαλεπόν τὸ ἁμάρτημα, πολλῆς σοι χρεία τῆς ἐξομολογήσεως, δακρύων πικρῶν, συντόνου τῆς ἀγρυπνίας, ἀδιαλείπτου νηστείας, κοῦφον καὶ φορητὸν τὸ παράπτωμα, ἐξισαζέσθω καὶ ἡ μετάνοια
C i. *Magnum & graue eſt peccatũ tuũ multa indiges exomologeſi, lachrymis amarioribus opus habet, inſuperabilibus & longis vigiliis, & continuo ieiunio, leue autẽ & tollerabile eſt peccatum tuũ, adhuc tamen facienda eſt de eo pœnitentia.* D. Ireneus teſtatur apud quem l. 1. c. 9. aduerſus hæreſes, de muliere quæ peccatrix dicitur, τὸν ἅπαντα χρόνον ἐξομολογουμένη διετέλεσε, πενθοῦσα καὶ θρηνοῦσα i. *Omni tempore vitæ ſuæ exomol geſin faciẽs, lugens & dolẽs.* Et Theodoret. de Theodoſio l. 5. c. 17. apud quẽ Theodoſius Imperator poſt 8. menſes pœnitentiæ, ſe obtulit Epiſcopo, καὶ ταῖς χερσὶν ἀποτίλλων τὰς θρίκας καὶ τὸ μέτωπον τύπτων, καὶ τοῖς τῶν δακρύων σταγόσι τὸ ἔδαφος καταρραίνων i. *Capillos manibus ſibi vellens, faciẽ verberans, & lachrymis pauimentũ irrorans*;
D Quare Origenes homil. 2. in Leuitic. comparat pœnitentiæ, panẽ cum oleo factũ, multa alia de eius laboribus enarrans, & Clem. Alexandr. de eadem loquens, l. 6. ſtromat. dicit quod propter pœnitentiam, αἱ ἐν αὐτῇ μεγάλαι κολάσεις εἰσὶ τοῦ πιστοῦ. i. *Multa ſunt vindicationes in ſeipſum & pœna fidelis.* Et Iſidorus 6. ethymol. dicit pœnitentiã ita appellatam quaſi punientiam eo quod ipſe homo in ſe puniat penitendo quod male admiſit, eſt enim inſtituta ad punienda peccata noſtra teſte D. Aug. in Pſal. 44. *Differt, ait, Deus manũ à peccatis tuis, tu noli differre, conuerte te ad punienda*
E *peccata tua quia impunita eſſe peccata non poſſunt, puniendum ergo erit aut à te aut ab ipſo, tu agnoſce vt ille ignoſcat.* Et in Pſal. 50. *Non Domine non erit impunitum peccatum meum, noui iuſtitiam eius, cuius quæro miſericordiam, non impunitum erit, ſed ideo volo vt tu me non punias quia ego peccatum meum punio.* Quemadmodum vero in virtute pœnitentiæ, & in illa pœnitentia, ac peccatorum vindicatione, veteris legis, præcipuus eius fructus erat, ſi quis agnoſceret & ingenue fateretur peccatũ ſuum, vt habetur in Sãhedrin Ieroſolimitano, in capite quod incipit, diffinitum eſt iudicium. *Omnis, ait, confitens habet partem*

in ſeculo futuro. Et in expoſitione Pſalmorum, Pſalmi 100. ex Prouerb. cap. 28. *Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigitur, qui autem confitetur, & relinquit ea, miſericordiam conſequetur.* Qui abſcondit ait vt Saol, qoi confitetur, vt Dauid. Idqoe nomioatim, vt notat Rab. Hunna. in libro Dierm. *omnis qui tranſgreſſione tranſgreſſus eſt, neceſſe eſt vt ſingulatim exprimat peccatum.* Ita & in noſtra Sacrametali, confeſſio & maoifeſtatio peccatorum noſtrorom oeceſſaria eſt oō tantum Deo; Sed hominibus vt recte D. Aug. l. 50. humiliarum hom. 12. *In omnibus, ait, ſcripturis diuinis fratres dilectiſſimi vtiliter ut ſalubriter admonemur, vt peccata noſtra debeamus iugiter & humiliter non ſolum Deo, ſed & ſanctis & Deum timentibus confiteri, ſic enim per Iacobum Apoſtolū nos ad amonet Spiritus ſanctus, confitemini alterutrum peccata veſtra, & orate pro inuicem vt ſaluemini.* Et paulò poſt, *non ideo vero vult Deus vt cōfiteamur peccata noſtra, quod ea ipſe ſcire nō poſſit, ſed quia diabolus hoc deſiderat, vt inueniat quod nobis ante tribunal iudicis æterni obiiciat, è contrario autem Deus noſter, quia pius eſt & miſericors vult vt ea confiteamur in hoc ſaculo ne pro illis confundamur poſtmodum in futuro.* Et Ioan. c. 1. *Si cōfiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, & vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate.* Et Oecumenius in Act. Apoſt. c. 9. [illegible Greek] oportet vt vnuſquiſque fidelis peccata ſua manifeſtet, ut quo eis ſe arguendo ita renunciet vt non amplius committat, quo iuſtificetur, iuxta illud dictū *peccata tua primus vt iuſtificeris.* Et D. Cypr. l. de Lapſis, *confiteantur ſinguli quaſo vos fratres delictum ſuum, dum adhuc qui deliquit in ſaculo eſt, dum admitti eius confeſſio poteſt, dum ſatisfactio & remiſſio facta per ſacerdotes apud Dominum grata eſt.* Et alio loco, *Denique quātò & fide maiore & timore meliore ſunt qui quamuis nullo ſacrificij, aut libelli facinore conſtricti, quoniam tamen de hoc vel cogitauerunt hoc ipſum apud ſacerdotes Dei dolenter & ſimpliciter confitentes, exomologeſim conſcientiæ ſua faciunt, animi ſui pondus exponunt ſalutarem medelam paruis licet & modicis vulneribus exquirunt.* Et Ireneus teſtis l. 1. ca. 9. refert qoaſdam mulieres pœnitentes ſæpe confiteri ſolitas: & Cerdooem etiam hæreticum licet diſſimulanter & falſos: & Origenes homil. 2. in Leuit. de confeſſore idoneo eligendo præcepta tradit, ac confeſſiooem probat ſeu confirmat, aliquo veteris legis teſtimonio. Nec putes ſufficere cōfeſſionem generalem ſi dicas, ſum peccator, vel peccaui, nam D. Chryſ. homil. 9. in c. 6. ep. ad Rom. ait talem cooſeſſionem oon ſufficere, nec per eam peruenire poſſe ad Sacramentum pœnitentiæ, ſed per confeſſionem quæ peccata per ſpecies ſupputat, quia illa confeſſio eſt infinita, & in infinitum quis dicere poteſt peccaui at confeſſio ſacramentalis quærit aliquid definitum; item confeſſio illa locum habet extra ſacramentum pœnitentiæ, etiam in Cathecumenis, & habuit in lege veteri; at confeſſio ſacramenti pœoitentiæ præter cooſeſſionem illam & agnitionem peccatricis naturæ ſuæ oſtendit ſigillatim in quo quis peccarit, verba D. Chryſoſt. ſunt, [illegible Greek] *i. ſi n dicit ſum peccator, ea autem pecata per ſpecies non cogitat ac ſupputat, & non dicit hoc & illud peccatum admiſi, nunquam ceſſabit, ſemper quidem confitens, curam autem nullam gerens correctionis.*

Quocirca confeſſio dicitur à Græcis exhomologeſis, quod noo ſit aliqua actio immanens, non ſit aliqua tantum interna agnitio peccati, ſed foras tranſiens manifeſtatio, vt recte Tertul. lib. de pœnitentia c. 9. *huius*, ait, *pœnitentia ſecunda & vnius quanto in arcto negotium eſt tanto operatior probatio eſt, vt non ſola conſcientia praferatur, ſed aliquo etiam actu adminiſtretur, tractus qui magis Graco vocabulo exprimitur & frequentatur exomologeſis eſt qua delictum domino confitemur non quidem vt ignaro, ſed quatenus ſatisfactio confeſſione diſponitur, confeſſione pœnitentia naſcitur, pœnitentia Deus mitigatur*, &c. vbi oſtendit denique exomologeſin non tātum eſſe illam confeſſiooem, ſed omnia cumplecti quæ eam in pœnitentia conſeqountur; & Origenes cooſirmat homil. 3. in lib. iudicum, exomologeſin eſſe talem cunfeſſionem tranſeuntem, ſeu exeūtem ex conſcientia, & cætera producentem, vnde fit vt exomologeſis ſumatur quidē primario & per ſe pro cōfeſſione, ſed per cooçomitantiam cętera etiam omnia ſignificet, ſitq; tota proſternendi & humilificandi, homiois diſciplina ſiue id fiat per confeſſionem, ſiue per ſatisſactionem, ſiue per coutritionē vt recte Tertul. loco citato. Item fit inde vt exomologeſis oomine ooo tātum intelligatur cunfeſſio, vt eam cooſequitur pœnitentia publica, ſed etiam cooſeſſio vi habet adnexam pœnitentiam taotum priuatam, ex D. Cypriaoo de lapſis qoi loquens de quibuſdam, qui leuiter peccauerunt, ait, eos exomologeſin conſcientiæ facere ſecreto. Sicut enim nomen pœnitentiæ eſt & generale & particolare pro ſola pœna peccati, vt cum Tertull. dixit loco citato, *confeſſione pœnitentia naſcitur*, ita exomologeſis vel eſt confeſſio ſola vt tamen coonotat cætera, vel eſt cum confeſſiooe mortificatio, ſatisfactio.

Fructus vero præcipuus pœnitentiæ hic eſt, vt mores in melius commutet, à malis factis recedere facia, aoerratā peccato, & Deo ſatisfaciat, vt recte D. Aug in vltima, quinquagiota homiliarum, *non ſufficit*, ait, *mores in melius commutare & à factis malis recedere, niſi etiam de his qua facta ſunt ſatisfaciat Deo, per pœnitentia dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis ſacrificium cooperantibus eleemoſinis.* Et Lactantius lib. 6. de vero cultu cap. 24. *Si quem*, ait, *facti pœnitet errorem ſuum priſtinum intelligit, ideoque Graci melius & ſignificantius μετάνοιαν dicunt quam nos Latine poſſumus reſipiſcentiam dicere reſipiſcit ac mentem ſuam quaſi ab inſania recipit, quem errati piget, caſtigatque ſeipſum dementiæ & confirmat animum ſuum ad rectius viuendum, cum illud ipſum maxime cauet ne rurſus in eoſdem laqueos induatur.*

CAP. V.

De pœnitentia ante baptiſmum, & Cathecumenorum.

CERTUM eſt ex dictis antequam inſtitueretur hoc Sacramentum pœnitentiæ in vetere lege & io lege etiam naturæ, homines omnes, habuiſſe ſuā pœnitentiam qoa à peccatis

recederent & reſurgerent, atque ad meliorem vitam accederent, idque donec eſſent baptiſati; quandoquidem Sacramentum pœnitentiæ, vt eſt Sacramentum non poteſt compet ere niſi baptiſatis cum ex natura ſua ſit ſecunda tabula, & baptiſmus prima.

Quocirca Cathecumeni pœnitentiam agentes non illam agebant quæ eſſet Sacramentum, ſed illam quæ proprie dicitur virtus pœnitentiæ, & quæ exercebatur in veteri teſtamento. Sciendum eſt enim Cathecumenis baptiſari volentibus commendatam fuiſſe pœnitentiam, vt cum in Actis Apoſtol. cap. 2. Petrus dicebat, *Pœnitentiam agite & baptiſetur vnuſquiſque veſtrum;* Et apud D. Auguſt. epiſt. 108. ad Seleucianum dicitur. *Agant homines ante baptiſmum pœnitentiam de ſuis prioribus peccatis ita tamen vt etiam baptizentur.* Ideoque per aliquod tempus morabantur in Cathecumenatu, vel vt tempus haberent ad pœnitendum, teſte eodem D. Auguſt. libr. de vera & falſa pœnit. his verbis: *Ad hoc ſunt Cathecumeni in Eccleſia conſtituti, vt dum baptiſmum expectant vnde vere pœniteant habeãt.* Vel etiam ad diſcendum Symbolum, & imbuendos animos legibus Chriſti, ex eodem D. Aug. qui Homil. 42. de comment. orat. Domin. Ita monet Cathecumenos qui nondum bene Symbolum didicerant ſpatium habere, vt illud teneant antequam dies quo baptiſandi erant qui inſtabat accederet. *Quicunque*, ait, *autem veſtrum non bene Symbolum reddiderunt habent ſpatium, teneant quia die Sabbathi, audientibus omnibus qui aderunt, reddituri eſtis, die Sabbathi nouiſſimo que die baptiſandi eſtis.* Vel denique donec veniret tempus baptiſmi, qui olim in ſolo paſchate dabatur, ex Tertulliano lib. de baptiſmate c. 19. & D. Baſilio lib. exhort. ad bapt. & Ambroſ. lib. de hort. ad Virgin. his verbis: *Venit Paſcha dies, in toto orbe baptiſmi Sacramenta celebrantur.* Vel in Pentecoſte, ex Leone 1. epiſt. 78. quem in teſtimonium huius rei citat Rabanus Maurus cap. 38. de inſtit. cleric. lib. 1. & Concilium Moguntinum cap. 3. Item ex fortunato Poëta lib. 1. Carm. de Iudæis ad Chriſti Eccleſiam adiũctis. Quod ſi Cathecumeni inchoato Cathecumenatu adhuc peccaſſent, pœnitentiam adhuc agebãt de illo peccato, quæ tamẽ non erat Sacramẽtalis, licet eis pœna hæc infligeretur, vt differretur vel prorogaretur Cathecumenatus, & ſi verbi gratia Cathecumeni in ordine aliquo perfectiori eſſent poſiti, retruderentur in ordinem inferiorem, quod ita debet intelligi.

Sciendum eſt Cathecumenos dediſſe nomen ex Concilij Carthagin. 4. cap. 85. *Baptiſandi*, ait, *nomen ſuum dent.* Et D. Auguſt. lib de fide & operibus, & Timotheo Alexandrino in reſponſ. canon. interrogat. 6. *Si mulier*, ait, *Cathecumena dedit nomen ſuum vt illuminaretur & die baptiſmatis illi accidit, &c.* Et ex ſanct. Clem. Pontif. 1 ep. 3. ad omnes Epiſc. *Si quis fidelis voluerit exiſtere, & deſiderat baptiſari accedat ad Sacerdotem ſuum, & ipſi det nomen ſuum, atque ab eo audiat myſteria regni cœlorum, ieiuniis frequentibus operam impendat ac ſemetipſum in omnibus probet, vt tribus menſibus iam conſummatis in die feſto poſſit baptiſari.* Tum vero eum in Eccleſiam ingrediebantur, vel inter ſubſtratos & pœnitentens ſedebant, vel erant inter audiẽtes, vel etiam proſtratibus cum eiulantibus, quod probatur ex

A Synodo Neocæſar, can. 5. Vbi agitur de Cathecumeno qui Eccleſiam ingreditur, eumque duplicem facit, vnum qui in Cathecumenorum ordine ſtat, alterum qui inter genu flectentes audit, qui eſt imperfectior s. vnde primi ordinis Cathecumeni ſyn. Nicæna canon. 14. ſicut proſtrati qui eundem locum occupabant dicuntur abſolute pœnitentes; Ita vt locus idem ſit pœnitentum & Cathecumenorum, loquendo de illis Cathecumenis qui expectabant donec diceret Diaconus exite Cathecumeni, & qui expectabant etiam orationem quæ fiebat ſuper eis vt patet ex Synodo Laodic. canon. 19. non autem loquendo de audientibus Cathecumenis.

B Pœna igitur ſtatuitur hæc can. 5. Synod Neocæſar. in Cathecumenos vt Cathecumenus qui in ordine illo perfectiori ſteterit Cathecumenorũ, ſi peccarit redigatur inter audientes qui ſunt imperfectiores, eademque pœna etiam plectuntur in Nicœna Synodo canon. 14. Cathecumeni illi prioris ordinis, vt inter audientes ponantur, idque per tres annos cum id ſcilicet crimen requireret, poſt quos tres annos orant denuo cum Cathecumenis, id eſt ordini ſuo reſtituuntur. Cathecumenus vero ita redactus inter audientes ſi peccaret, vel perſeuerarer in peccato ſupradicta Synodus Neocæſarea, ſtatuit vt extraderetur, ſeu eiiceretur, nempe in locum

C deflentium vel eiulantium, vel domum ſuam repeteret, donec teſtimonium Epiſcopo redderet vitæ emendatioris; quod teſtimonium etiam reddi debebat pro iis qui nunc primum ſe offerebant vt baptiſarentur ex auctore conſtitut. Apoſtolicarum lib. 8. cap. 38. & Dionyſ. Areop. libr. de Eccleſ. Hierarch. cap. de bapt. Synodus Nicœna, dicto canone, nihil dicit de pœna Cathecumenorum audientium, ſed tantum aliorum Cathecumenorum, qui erant abſolute Cathecumeni, propter maiorem vt dixi perfectionem, ſiue igitur Cathecumeni pœnitentiam agerent antequam nomen dediſſent, & in dominicum ſeu Eccleſiam ingrederentur, ſiue poſtquam ingreſſum in eam obtinuerunt, & locum Cathecumenorum, dicimus pœnitentias illas non fuiſſe Sacramentales, nec tales quas deſcribemus infra; nec incurriſſe damna illa quæ incurrebunt verbi gratia pœnitentes pœnitentiam poſt baptiſmum profeſſi, vt recte probat iure venerabilis tam morum quam dignitatis ratione Epiſcopum Aurelianenſis D. D. Albaſpinæus.

Cap. VI.

E *Pœnitentiam negandam eam vere poſtulantibus nunquam cenſuit Eccleſia.*

Dicimus Eccleſiam nunquam cenſuiſſe, non poſſe aut debere dari pœnitentiam, eam vere poſtulantibus, quod probat eleganter Gregor. Nazianz. orat. in ſancta lumina circa finem, contra Nouatum his verbis. *Tu vero quid ais quã legem adfers, ô noue Pharisæe, & nomine dũtaxat nõ animo & volũtate pure ac nouatẽ dogmata cum eadem infirmitate tumido ore nobis crepans pœnitentiam non admittis luctibus locum.*

negas, lachrymas non profundis, vtinam talem tibi iudicem experiri non contingas, clementia & facilitate Ieſu non moueris, qui infirmitate noſtras accepit & morbos portauit, qui non venit vt iuſtos vocaree, ſed peccatores ad pœnitentiam, qui miſericordiam mauult quam ſacrificium, qui ſeptuagies ſepties peccata condonat &c. Quid ne Dauidem quidem reſipiſcentem admiſiſti, cui Propheticam quoque gratiam pœnitentia co'ſeruauit, nec magnum illum Petrum recipis ſalutifera paſſionis tempore humane quidpiam perpeſſum, at Ieſus recepit, &c. quid etiamne illum qui nefarium ſcelus Corinthi perpetrantis arcebis, at Paulus charitatem etiam in eum firmauit &c. At hæc nequaquam poſt baptiſmum inquis, quo argumento id confirmas, aut rem ita ſe habere proba, aut ſi id nequis condẽnare nos, deſine, quod ſi res dubia eſt, vincat humanitas & clementia, at Nouatus inquis perſecutionis tẽpore lapſos non recepit? quid hoc? ſi quidem illi non reſipiſcebant optima ratione eos repulit, (nam ne ipſe quidem eos recipio, qui vel nullomodo vel non ſatis deprimuntur, nec perpetrato criminis parem vitæ emendationem adferunt cumque recipio congruentem ipſis locum aſſigno) ſin autem ſquallentes lachrymis confectos admitiire noluit nequaquam illius exemplum mihi imitandum proponam. Et à D. Auguſt. can. 32. diſt. 5. de pœnitentia, qui acriter reſcilit contrariæ ſententiæ ratiooes quem locum habes, ioſra, & à Clemente Papa libr. 2. conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 20. his verbis. *Scire igitur oportet, quod Deus qui miſericors eſt pœnitẽtiam iis qui peccarunt iureiurando promiſit.* Et cap. 22. proponuntur exempla pœnitentiæ, eum Deus Dauid à morte liberauit pœnitentem, Ionam à ventre Ceti, Ezechiam à crimine, & Manaſem à vinculis ferreis poſt multa peccata idolatriæ in templo Dei, cum agnouiſſet quod Deus eſt πολυέλεος, & Θεὸς τῶν μετανοούντων, id eſt, *Deus pœnitentium, & miſericors* Et cap. 24 dicitur quod Chriſtus venit ad ſaluandum peccatores per pœnitentiam, nec puduit eum Matthei qui ante erat publicanus, nec Petri qui ter negauerat, ſed recepit flentem, atque etiam Paulum & mulierem peccatricem, quod ſi quis pœnitentẽ non admiſerit peccare in Dominum, recipiens hominem quem Deus recipit; c. 27. oſtenditor idolatriam qua non eſt grauius peccatum eſſe per veram pœniteotiam condonatam. Denique cap. 55. recenſetur quemadmodum Deus ſingulas generationes à principio ad pœnitentiam vocauit, ante diluuium homines per Abel, Seth, Sem, Enos, & Enoch, in diluuio per Noë, Sodomitas per Lot, poſt diluuiũ omnes homines per Melchiſedech, per Patriarchas & per Iob, Ægyptios & Iſraëlitas per Moyſem, Caleb, Phinees & alios, poſt legem, per Angelos & Prophetas, & per Ioan præcurſorem, per Ieſum Paſſionem ſuam, & Apoſtolos rurſus: cap. 12. Monentur Epiſcopi, pœnitentes recipere: *Epiſcope,* ait, *pœnitentes recipe, Deus enim miſericordiæ eſt, idque auctoritate Ezechielis, quando Deus ait ſe nolle mortem peccatoris.* Capiteque 14. idem habetor ex Hieremia: *An qui reſurgit aut qui deflectit nõ reuertitur, reuertite filij qui defeciſtis, & ego comminutiones veſtras ſanabo,* & addit, *non recipere eſſe tradere beſtiis animas confitentes Deo.* Eoſdemque recipiendos probatur epiſtola Thaſaſij præambula ad 2. Synodum Nicænam vbi de laudibus pœnitentiæ, & de nouato, & can.

A 51. Apoſtulorum: *Si quis Epiſcopus Præſbyter vel Diaconus eum qui à peccatis conuertitur, non recipit ſed reiicit deponatur, quoniam Chriſti in moleſtia afficit qui dixit gaudium eſt cælo propter vnum peccatorem pœnitẽtiam agentem.* D. Paulus 1. ad Corinth. 5. v. 3. & 5. non ſolum reconciliauit ſibi Corintbium inceſtuoſum, ſed & à pœna liberauit: *Cui ait autem aliquid donaſtis, & ego nam & ego quod donaui, ſi quid donaui, propter vos, in perſona Chriſti,* 2. Cor. 2. v. 10. & Petrus in act. Apoſt. cap. 8. Hortatur Simonem magnum ad pœoitentiam. Ex quibus locis colligitur etiam ante tempora Nouatianorum receptos fuiſſe lapſos poſt baptiſmum; licet poſtea Eccleſia ſeuerius vindicari voluerit peccata, mora aliqua interpoſita antequam reconciliarentur Eccleſiæ,
B vt mox dicemus.

Sed & adhuc confirmatur ſententia capitis noſtri ex epiſtola 2. Calixti Papæ ad Epiſcopos Galliarum, vbi pluribus in eam rem vtitur exemplis & autoritatibus: *Et Dominus, ait, per Prophetam peccantibus pollicetur dicens, peccator in quacunque die conuerſus ingemuerit omnium iniquitatum illius non recordaber amplius, additque contrarie dicere, eſſe contra traditas claues Eccleſiæ diſputare, quando dictum eſt quæcunque ſolueritis in terra, erunt ſoluta & in cælo.* Item adſert locum Hieremiæ; *Nunquid qui cadit vel dormit non adiicit vt reſurgat.* Nec non ex Diu. Hieronim. ad caput 3. Malachiæ: *Et purgabit,* ait, *filios*
C *Leui,* qui explicans illa verba hæc addit; *Vt quomodo in principio placuerunt Deo, ſic poſt peccatum & pœnitentiam placuere incipiant, cum omni fuerint peccatorum ſorde purgati:* Et ex D. Baſil. Homil. 28. Vbi oſtendit pœniteotiam poſt baptiſmum non eſſe denegandum, Chriſtum pro peccatoribus veniſſe; Ioannem pœnitentiam prædicaſſe, non eſſe nos Angelos cadere & reſurgere; additque contra eos qui pœnitentiam poſt baptiſmum reſpuebant, hæc aurea verba, οὐ καλὴ ἡ φιλονεικία ἐλπίδα ἀποκόπτουσα, i. *Non pulchra contentio, quæ veniæ ſpem abſcindis.* Et ex Gregor. Nyſſen. qui libro de pœnitentia eam multis modis commendat, vt diximus ſupra cap. 2. Quod etiam probat Gregor. libr. 7. epiſt. 53. ad Secundinum, verbis Lucæ
D 15. *Gaudeo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente,* & parabola ouis perditæ, & loco Apocalypſis 2. *Memento vnde excideris & age pœnitentiam, & prima opera fac.* Idemque ſuper Ezechielem hom. 9. ad cap. 2. Ita explicat Prophetam: *Quid eſt hoc, quod Propheta iacenti dicitur ſta ſupra pedes tuos, & loquar tecum, qui enim iacente loquebatur, cur nõ ſe niſi ſtanti promittit eſſe locuturum, ſed ſciendum, quia alia ſunt, quæ iacentes, alia quæ ſtantes, audire debeamus, iacenti enim dicitur vt ſurgat, ſtanti autem præcipitur, vt*
E *ad prædicationem proficiſci debeas, adhuc enim nobis in infirmitatis confuſione iacentibus, præberi non debet auctoritas prædicationis, ſed cum iam in bono opere ſurgimus, ſtans ergo Propheta viſionem ſpiritalem vidit, & cecidit, cadens vero, iam mentionis verbum ſuſcepit, &c.* D. quoque Damaſcenus in hiſtoria Barlaam Eremitæ & Ioſaphar Indiæ regis in huius rei teſtimanium hæc dicit: *Per Domini, ait, gratiam pœnitentia cumplures è multis peccatis eripuit, quoniam nullum peccatum eſt, quod Dei benignitatem vincat ſi quidem prius reſipuerimus, neque enim miſerationum*

Dei multitudo numerari poteſt, nec miſericordia ipſius magnitudo in menſuram cadit, peccata contra quæcunque tandem illa fuerint menſura ac numero ſubiiciuntur. Confirmatque ex verbis Chriſti, *pœnitētiam agite appropinquauit enim regnum cœlorum*. & parabola filij prodigi, & parabola paſtoris ad ouem vnum amiſſam profecti omiſſis 99. Item exemplo Petri lapſi, à quo poſt reſurrectionem Chriſtus ter ad eum dixit Petre amas me, & ille triplicem veluti abiurationem corrigens reſpondit etiam Domine tu ſcis quia amo te. Eſt incertus auctor Græcus interprete Ioan. S. R. E. Subdiacono, quem citat Sigebertus cap. 117. de illuſtribus Eccleſiæ ſcriptoribus, qui hæc verba habet de pœnitentia. *Interrogatus eſt*, ait, *ſenior à quodam militante, ſi Deus recipit pœnitentiam, qui cum eum pluribus ædificaſſet ſermonibus, poſtremo*, ait, *ad eũ, dic mihi dilectiſſime, ſi chlamis tua conciſſa ſit, proiicis ne eam, qui reſpondens*, ait, *non, ſed reſarciens vtor ea, dixit vero ad eum ſenior, ſi ergo tu parcis proprio veſtimento, Deus ſuæ imagini non indulgebit.* Extat & in hiſtoria Lauſiaca cap. 140. exemplum de Virgine quæ lapſa eſt in ſtuprum, & egit pœnitentiam, diciturque Deo magis placuiſſe in pœnitentia quam in Virginitate.

Cap. VII.

Adhuc magis probatur, fidem hanc fuiſſe & eſſe Eccleſiæ, omnia peccata per pœnitentiam remitti poſſe.

HOc ideo explicatius eſt diſcutiendum, quia non defuerunt hæretici qui negarent omnia peccata per pœnitentiam poſſe remitti, Nouationi enim dixerunt apoſtaſiam à fide, & abnegationem Chriſti, nunquam poſſe remitti, fulciebant vero 1. errorem ex Matth. 12. & Marci 3. vbi dicitur ſpiritum blaſphemiæ in Spiritum ſanctum, nec in hoc ſæculo nec in futuro remitti. 2. ex 1. Ioann. 5. vbi dicitur, eſt peccatum ad mortem, non pro illo, dico, vt roget quis, 3. quod proteſtetur Chriſtus Dominus, Marci 8. negaturum ſe coram Angelis Dei, eum qui ſe negarit coram hominibus.

Imo non defuerunt qui negarent peccatum quodcumque, ſaltem mortale, poſt baptiſmum commiſſum, poſſe remitti, vt eſt apud Epiphanium hæreſi 59. Hieron. 2. contra Iouinianum Aug. de vera & falſa pœnitentia.

Atque Cathari errorem ſuum ſtabiliebant ex dicto Apoſtoli ad Hebræos 5 impoſſibile eſt eos qui ſemel illuminati ſunt &c. & ex cap. 10. vbi dicitur, voluntariæ peccantibus nobis poſt acceptam veritatis notitiam, non relinqui, pro peccatis hoſtiam.

Denique alij negarunt ſufficere pœnitentiam ad tollenda iterata peccata, quæ iam remiſſa erant, vt Montanus qui hoc fundamentum habebat, quia alioquin daretur nimia licentia ad peccandum, & confirmabat ex eo quod non legatur in Euangelio Chriſtum Dominum bis eundem curaſſe.

Verum nihilhominus dicimus nullum eſſe peccatum quantumuis graue, aut peccatorum multitudinem, ſiue poſt ſiue ante baptiſmum commiſſorum, ſiue iterata ſint, poſt veniam, ſiue primo commiſſa, quorum remiſſionem non poſſit homo conſequi, in hac vita pœnitentiam. Probatur 1. ex parte Dei, qui non denegat peccatori gratiam excitantem & adiuuantem quæ ſufficiat ad pœnitentiam ſuſcipiendam, profitendam & agendam; Deus enim non vult mortem peccatoris, Ezechiel. 18. & 33. ſed vult omnes ſaluos fieri, 1. ad Timoth. 2. diſſimulatque peccata hominum propter pœnitentiam. Sap. 11. ergo dat ei ſufficiens auxilium vt conuertatur, nec ita odio habet, vt illud deneget, quare concilia ideo abſolute definiunt ſemper in hac vita dari locum pœnitentiæ agendæ, vt Lateranenſe ex cap. firmiter, de ſumma Trin. & Tridentinum Seſſ. 6. & 14. vbi dicitur Deum non prius hominem deſerere. Quod & Hebræi agnouerunt in Midras Tehelim, id eſt in expoſitione Pſalmorum, ſuper illud Pſalmi 65. tibi ſilentium eſt laus in Sion, & tibi reddetur votum vbi Rabi Hanina, interrogauit, Rabi Semilem, dicens, *quid eſt quod ſcriptum eſt Threnorum 3. cap. proiexiſti nubem te ne tranſeat oratio, Reſpondit ei, quia portæ orationis quandoque apertæ ſunt, quandoque vero clauſæ, Porta autem pœnitentia nunquam clauſæ ſunt in mundo iſto, nam ſicut dictum eſt in Pſal. 65. ſpes omnium finium terræ & mare longinquorum eſt pœnitentia.*

Nec refert peccata frequentia generare prauos habitus, nam licet id præſtent, non extingunt tamen libertatem quæ naturalis eſt. Nec ſecundo refert dici Deum indurare quem vult ad Rom. 9. fruſtra corrigi, quem, ipſe deſpexit, Eccl. 7. Babylonem dici derelictam, Hier. 50. dici Iudæos non potuiſſe credere Ioan. 12. dici ab Iſaia, excæca cor populi, ne forte &c. Nam inde non ſequitur Deum denegare dictam gratiam, alioquin non eſſet peccatum, manere impœnitentem, ſed vel ob peccata commiſſa vel inſcrutabilia iudicia denegare quædam auxilia ſpecialia quibus ſubtractis homo non operabitur, licet abſolute operari poſſit. 2. ex parte ipſius pœnitentis, quia eſt obligatus ad eliciendos actus pœnitentiæ in omni peccato, qui non obligaretur ad eliciendos actus, pro peccato quod remitti non poſſet, 3. ex parte ipſius pœnitentiæ & peccatorum, quia ex ſe, beneficio pœnitentiæ, remiſſibilia ſunt Deuter. 4. *ſi quæſieris me &c.* Eſa. 55. *derelinquat impius viam ſuam*, &c. Hierem. 18. *ſi pœnitentiam egeris &c. agam & ego* Ezech. 18. Zachariæ 4. *Conuertimini ad me & ego conuertar ad vos*, & ideo in Midras Sir Haſſi, id eſt in expoſitione Cantici Cantic. ad illa verba, *Aperi mihi ſoror mea.* R. Ioſas ait Deum bis verbis dicere Iſraëlitis. *Filij mei aperite mihi aperturam veſtram pœnitentia, ſicut eſt foramen acus, & ego aperiam vobis aperturam miſericordiæ per quam intrabunt quadrigæ & Currus*, quod & Concil. Trid. definitum eſt, Seſſ. 6. can. 29. & Nicæn. can. 8. Confirmatur quia alioquin Deus ab homine ſuperaretur ſi plus homo poſſet peccare quam Deus etiam pœnitenti remittere, & licet alicui videretur pœnitentiam illam quantumuis veram non eo pertingere vt Deum flectat, eſſe que dolorem ſuperuacuum; tamen nulla ei re-

linqueretur dubitatio, poſt inſtitotas claues, & potestatem traditam remittendi omnia peccata abſolute; Vnde recte in Synodo Trullana can. 43. dicitur, licere omni Chriſtiano, pœnitentiam in monaſterio agere, & per eam Deum placare, οὐ γάρ ἐστιν, ἁμαρτία νικῶσα, τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν, i. *non eſt enim peccatum, quod vincat Dei miſericordiam*; & oos diximus ſupra, dominatam iccirco Nouacianam hæteſim quod pœnitentiam non admitteret, ſed ſineret eos qui in magnum aliquod crimen prolapſi eſſent, ἐπὶ τῷ τῆς ἀπογνώσεως καλύπτεσθαι βυθῷ, id eſt, *Profundo deſperationis obrui abyſſi*; vt refert Balſamo, eodem canone. Adde quod adhuc in confeſſo eſt pœnitentiam ſolam etiam io veteri Teſtamento vt habet actum contritionis perfecte diſponere ad veniam à Dei miſericotdia impetrandam, quem actom ideo dicunt aliqui perfecte & formaliter peccatom expellere, & hoc pacto Adam peccati ſui veniam conſecutus eſt, Dauid, & alij.

Qoare his poſitis teſpondendum eſt ad loca ex Setiptura ſacra allata in confitmationem errorum de quibus mentio facta fuit initio capitis noſtri.

Ad 1. R. Spiritum blaſphemiæ ſeu peccatum in Spiritum ſanctum non dici abſolute irremiſſibile, etſi Marci 3. citato dicatur, *qui ſic blaſphemarit non habere remiſſionem in æternum, ſed reum eſſe æterni debiti*, quia vel per ſpiritom blaſphemiæ iotelligitur peccatum commiſſum ex malitia, & obſtinatione cordis, cum deſperatione veniæ, & propoſito non pœnitendi vt vult Scotus diſt. 43. quæſt. 1. cum alijs, vel peccatum hæteſeos in Spiritum Sanctum, vt alij voluot, vel peccatum quo ex malitia & duritie cotdis ſpiritui malo tribuuntur diuina & ſupernaturalia opera, quæ Spiritus ſanctus ad confirmandam fidem vel ad conuertendos peccatores ſpecialiter operatur, vt credit Soar. diſp. 8. Sect. 1. quod magis videtur eſſe ad litteram, vt conſtat ex ſerie Euangelij: vel quodlibet peccatum quod ſpeciali modo opponitur ſanctificationi & remiſſioni peccatorum quod opus attribuitur ſpecialiter Spiritui ſancto, cuiuſmodi ſuot illa ſex quæ commoniter enumerantur, ſcilicet, præſumptio de miſericordia Dei, velde impunitate peccati, deſperatio, impognatio agnitæ veritatis, inoidia fraternæ charitatis obſtinatio, & impœnitentia, vel denique ſumitur pro ſola finali impœnitentia vt vult D. Aug. 4. contra Creſponiom 8. & de vera & falſa pœnitentia 4. & alibi.

Quod ſi ergo ſumatur hoc poſteriori modo pœnitentia concedo quidem peccatum illud eſſe irremiſſibile ſaltem de lege ordinaria, quia in eo ſuponitur vitam finiri, poſtquam, nullum peccatum ſaltem mortale remittitur, verum hinc nihil ſequitor contra aſſertionem, in qua contendimus nullum peccatum eſſe in hac vita irremiſſibile.

Sin vero ſumatur 1. modo, (qui coincidit cum penultimo quoad rationem, propterquam dicitur irremiſſibile) R. ideo dici irremiſſibile, vel peccata illa irremiſſibilia, quod directum ponant obſtacolum remiſſioni, propter ſpecialem oppoſitionem quam habent cum medijs quibus fieri debet illa remiſſio, ſcilicet ex propria ratione, excludendo, vt patet in impœnitentia, obſtinatione, præſumptione, deſperatione, & alijs, vnde quod nonniſi ægre admodum, & fere modo extraordinario, atque adeo non ita ſæpe remittantur, irremiſſibilia dicuntur, ſeu non remitti in æternum, ſeu conſtituere hominem reum debiti æterni, neque enim infrequens in Scriptura, vt id dicatur impoſſibile quod nonniſi ægre admodum fieri poteſt, vt conſtat ex Matth. 19. Marci 16. Luc. 18. de diuite ſaluando, imo id abſolute verũ eſt, ob modo dicta, ſi attendantur prædicta peccata, ſecundum propriam rationem, nihilominus tamen cum Deus ſemper offerat gratiam, ſaltem ſufficientem ad pœnitendum, & reſurgendum à peccatis, reliquerit etiam in Eccleſia ſua poteſtatem ad quælibet demittenda peccata, ſine vlla reſtrictione, tantum, per hominem ſtabit, ſi gratiæ diuinæ non coopeterur, nec velit vti medijs, ad conſequendam remiſſionem, etiam eiuſmodi peccatorum, ſibi traditis iuxta illud, *perditio tua ex te Iſrael, ex me autem auxilium*, & idem ſecundum proportionem dicendum eſt, ſi accipiatur peccatum in Spiritum ſanctum, 2. aut 3. modo.

Non ſunt igitur, abſolute loquendo, irremiſſibilia peccata illa, & vide Cypr. ep. 52. & l. de lapſis. Chryſoſt. homil. 42. in Matth. Athanaſ. orat. ſpeciali de hacre, & orat. 2. contra Arrianos; additque Chryſoſt. forte nonnullos ex Iudæis, quos Chriſtus Dominus reprehendebat, conſecutos poſtea fuiſſe remiſſionem illius peccati, vel per Chriſti, vel per Apoſtolorum prædicationem: Addit item ideo dici hoc peccatum non remitti, nec in hoc, nec in futuro ſæculo, quod ſpecialiter in hoc & futuro ſæculo puniatur, ad aliod vero teſtimonium ex 1. Ioan. 5. R. ſi cum Auguſt. de corruptione & gratia, & 1. retractationum c. 19. & alijs antiquis patribos, intelligamus, per peccatum ad mortem, finalem impœnitentiam, quod & in morte conſummetur, & ad mortem ducat æternam, tantum velle D. Ioannem, non eſſe, pro huiuſmodi qui ſic decedunt orandum, quia *vbicumque ceciderit arbor*, vt dicit ſapiens, *Ibi & manebit, ſiue ad aquilonem ſiue ad auſtrum*. Quod ſi vero cum D. Ambroſio 2. de pœnit. c. 8. & 9. placet per peccatum ad mortem quodlibet peccatum enorme intelligere. R. D. Ioannem, non abſolote prohibere, quominus fiat oratio pro remiſſione eiuſmodi peccati, quaſi etiam irremiſſibile ſit, ſed tantum ad oſtendendum periculum mortis æternæ, quod cum tali peccato eſt coniunctum dicere per quandam exaggerationem, non monere ſe, vt pro remiſſione eiuſmodi peccati, oret, ſaltem quilibet de populo, ſed forte, is tantum, qui ratione publici officij, aut ſanitatis ſpecialis, aptus eſt ad orandum, pro tanto effectu.

Ad id vero quod ſubiungebatur ex Matth. qui me negauerit. R. id eſſe intelligendum niſi egerit pœnitentiam, D. enim Petrus poſt trinam negationem, poſt pœnitentiam, conſequutus eſt remiſſionem tanti peccati.

Ad locum vero ex 6. ad Hebr. R. ibi tantum negare Apoſtolum, eos qui poſt baptiſmum peccant, non poſſe iterum renouari per baptiſmum, qui ibi nomine pœnitentiæ intelligitur, accipiendo liberaliter, culpæ & totius pœnæ remiſſionem, vt in baptiſmo acceperunt.

Ad illum vero ex cap. 10. R. ibi Apoſtolum conari auertere Hebræos à ſacrificijs expiatorijs antiquæ legis, quibus tantum tribuebant, declarando, per ſolum Chriſtum, pro nobis in Cruce occiſum, nos conſequi remiſſionem peccatorum, nec poſſe quanquam ad illa confugere ſacrificia, ſine graui peccato, ex quo, illi, ſufficiens eſt annontiata fides, in Chriſtum iam paſſum, & hæc expoſitio confirmatur ex Antitheſi, ſuit à principio capitis, inter hoſtias antiquæ legis, quæ plures erant, & vnam, per illas ſiguratam, quæ eſt Chriſtus Dominus, & ex ijs quæ ibidem proſequitur.

B Ad illud, quod addebatur, de peccatis iteratis, patet ſolutio ex dictis, coniectura vero illa, quod non legatur, Chriſtum Dominum bis eundem curaſſe corporaliter, eſt nullius momẽti, tum quia non ſequitur, id non factum fuiſſe, etiam ſi ſcriptum non ſit, cum ex Ioan. 20. multa alia ſigna fecit Ieſus quæ ſcripta non ſunt, tum etiam quia etiam ſi forte ſit factum, ideo tamen ſcriptum non eſt, ne inde peruerſi cauſam arriperent, liberius peccandi, per ſe tantum ex hoc beneficio, non datur liberior occaſio peccandi, ſed potius hominum fragilitati conſulitur.

C Ex his ergo maneat, eam ſolam pœnitentiam, quæ eſt perfecta contritio extra Sacramentum, eſſe ſufficientem ad delendem peccatum mortale: in Sacramento vero, ſatisfacere quamcumque veram & ſupernaturalem peccati deteſtationem, quod patet ex trid. ſyn. ſeſſ. 14. c. 4. Confirmatur, nam omnis eiuſmodi deteſtatio, quæ non eſt perfecta contritio, quæque non elicitur ex proprio motiuo charitatis, etiã ſi eliciatur ex proprio motiuo pœnitentiæ, vt eſt virtus ſpecialis, eſt tantum attritio, quare &c.

CAP. VIII.

D *Oſtenditur, priſcis temporibus negatam tamen pœnitentiam fuiſſe, quadam potius ſeueritate, quam fide Eccleſiæ.*

NIhilominus fatendum eſt in ipſa naſcentia Eccleſiæ origine tantum fuiſſe odium flagitioſorum hominum, vt quibuſdam pœnitentiam & veniam denegaret. Vt ijs qui prolapſi eſſent ad crimina grauiſſima, idolatriam, homicidium & adulterium, quod colligitur ex eo quod Tertullian. factus Montaniſta, conqueſtus eſt, de quodam decreto Zephyrini Papæ, excipientis adulteros, ad illo Eccleſiæ rigore, idque lib. de pudicitia cap. 5. *Pontifex*, ait, *maximus Epiſcopus Epiſcoporum dicit, ego &* E *Mœchiæ & fornicationis delicta Pœnitentia functis dimitto? cui ita reſpondet, quid agis molliſſima, & humaniſſima diſciplina, aut omnibus eis hoc eſſe debebis, beati enim pacifici, aut ſi non omnibus noſtras eſſe, idolatrum quidem & homicidam ſemel damnas, Mœchum vero de medio excipis, idololatriæ ſucceſſorem, homicidij anteceſſorem, vtriuſque collegam? perſona acceptatio eſt, miſerabiliores pœnitentias reliquiſti, plane ſi oſtendas de quibus patrocinijs exemplorum præceptorum cæleſtium, ſoli Mœchiæ & in ea fornicationi quoque ianuam pœnitentiæ expandas*, & cap. 9. *hinc eſt quod neque idololatria, neque* A *ſanguinis pax ab Eccleſijs redditur*. Et Patianus pareneſi ad pœnitentiam, tom. 3. Biblioth. Patrum: *Deſpectus*, ait, *in multis Spiritus ſanctus, hæc nobis capitalis periculi conditione legauit, reliqua peccata meliorum operum compenſatione curantur, hæc vero tria crimina, vt baſiliſci alicuius aflatus, vt veneni calix (vt lethalis arundo, metuenda ſunt, hæc quicunque poſt fidem fecerit Dei faciem non videbit deſperantere tantorum criminum rei, quid vobis ego feci, nunquid non fuit in poteſtate ne fieret? nullus ne admonuit? nemo prædixit, tacuit Eccleſia, nihil Euangelia dixerunt, nihil Apoſtoli comminati ſunt nihil ro*-B-*gauit ſacerdos. quid quæritis ſera ſolatia, tum decuit cum licebat, dura iſta vox eſt, ſed qui vos felices dicunt in errorem vos mittunt*, & addit, *accipite remedium ſi deſperare cœpiſtis, ſi miſeros vos agnoſcitis ſi timetis* Nec vero nomine remedij intelligit Sacramentum pœnitentiæ, ſed tantum illud remedium quod Deus ſolus miſerando poteſt indulgere, ſi ſint contriti. Huius vero rei veſtigium adhuc eſt, apud D. Cyprian. epiſt. ad Anton. *Et quidem*, ait, *apud anteceſſores noſtros quidam de Epiſcopis iſtis in prouincia noſtra dandam pacem Mœchis non putauerunt, & in totum pœnitentiæ locum contra adulteria clauſerunt, non tamen ab Epiſc. ſuorum* C *collegio receſſerunt*. Epiſcopi enim illi de quibus D. Cyprian. eius temporibus adhuc exiſtimabant Mœchos non eſſe recipiendos ad pœnitentiam, cum tamen reciperentur etiam à Romano Pontifice, vt patet ex Tertulliano loco citato, quo poſterior fuit D. Cyprianus. Ideoque hæc tria peccata dicta capitalia, in concilio Eliberitano quod fuit circa ann. 305. centum pene annis poſt Tertullianum, can. 1. vel capitalis periculi ex Paciano loco citato, vel capitalia crimina can. 7. 11. & 34. diſt. 50. & can. 14. diſt. 81. vel crimina damnabilia, & mortifera, can. 25. qui enim peccant moriuntur recedente ab ijs Spiritu ſancto, ſicut recedente D anima à corpore ex Iſidor. Peluſ. epiſt. 252. lib. 3. vel peccata ad mortem ex epiſt. 1. Ioannis cap. 5.

CAP. X.

Conceſſa pœnitentia, ſed negata communio, inde Nouati hæreſis, contra quem oſtenſum non eſſe ſemper negandum.

HVius diſciplinæ circa pœnitentiam ſeueri- E tas relaxari cœpit etiam in dictis tribus criminibus; ſaltem in quibuſdam locis, nam ſicut rigor ille non ſeruabatur circa Mœcos in quibuſdam prouincijs, ex dictis cap. præcedenti, ita nec poſtea vim habuit contra idolatras, & homicidas, quin eis pœnitentia concederetur, ſine communione, vt in Hiſpania concilio Eliberitano can. 1. *Placuit*, ait Canon, *vt qui cunque poſt fidem baptiſmi ſalutaris adulta ætate ad templum idoli, idolatraturus acceſſerit & fecerit quod eſt crimen capitale, nec in fine eam communionem accipere*, & can. 2. *Flamines qui poſt fidem lauacri, & regenerationis ſacrificauerunt eo quod geminauerint ſcelera, accedente ho-*

mixidie; vel triplicauerint facinus coharente A *Mœchiæ placuit eos nec in fine accipere communionem.* Tantum enim ibi ſit mentio communionis negatæ, quia ad pœnitentiam recipiebantur, non tantum Mœchi, vt tempore Zephirini Papæ ex Tertulliano, ſed etiam alij ex epiſt. 3. Innocentij ad Exuperium, Epiſcopum Toloſanum cap. 2. *Et hoc,* ait, *quaſitum eſt, quid de his obſeruari debeat, qui poſt baptiſmum omni tempore incontinentia, & voluptatibus dediti, in extremo fine vitæ ſuæ poenitentiam ſimul & reconciliationem communionis expoſcunt, de his obſeruatio prior durior, poſterior interueniente miſericordia inclinatior eſt, nam conſuetudo prior tenuit, vt concederetur eis poenitentia, ſed* B *communio negaretur, nam cum illis temporibus crebræ eſſent perſecutiones, ne communionis conceſſa facilitas, homines de reconciliatione ſecuros non reuocaret à lapſu negata merito communio eſt, conceſſa poenitentia, ne totum penitus negaretur, & duriorem remiſſionem fecit temporis ratio, ſed poſtquam Dominus noſter pacem Eccleſijs ſuis reddidit, iam depulſo terrore communionem dari abeuntibus placuit, propter Domini miſericordiam quaſi viaticum profecturis, ne Nouatiani hæretici negantis veniam, aſperitatem, & duritiam ſubſequi videamur tribuetur ergo cum poenitentia extrema communio,* licet enim ibi Innocentius conſultus fuiſſet de adulteris in fine C vitæ pœnitentiam requirentibus, digreſſionem tamen facit generalem, reddendo rationem cur olim Eccleſia eſſet ſeuerior & pœnitentiam tantum ſine communione daret; Atque cum in dicta Epiſtola Innocentij dicitur, duriorem remiſſionem, feciſſe, temporis rationem, oſtenditur legem illam fuiſſe, aut obſeruationem quandam, aut conſtitutionem ciuilem canonicam vt ita loquar, quæ mutari potuit pro varietate temporum locorum vel perſonarum, ita vt alicubi ſeruaretur, alicubi non, vel vno in loco Seuerius, in aliu mitius, & ita deceptos Nouatianos qui voluerint pro lege immutabili eſſe accipiendum, vt lapſi non eſſent recipiendi, D nec venia eis vnquam tribuenda, deceptus Tertullianus cum voluit admittere Mœchos ad pœnitentiam, confirmatur ex Syneſio ep. 67. quem locum integrum refero infra cap. 19. ex Euſebio lib. 6. hiſt. ca. 36. apud quem Serapion Senex, vir egregius, pœnitentiam agens, quod in perſecutione lapſus eſſet, tametſi communionem perſæpe poſtulaſſet, nunquam eſt admiſſus, niſi moribundus, & ex D. Cyprian. & Synodi Africani, epiſtola, ad Cornelium, de lapſis, vbi *ſtatutum fuiſſe jampridem dicitur, vt lapſi diu agerent poenitentiam plenam, & ſi periculum mortis vrgeret, pacem ſub ictu mortis acciperent.* E Et Concilio Nicæno, quo lapſi cuiuſcumque generis ſint, hoc eſt ſiue vi tormentorum, & incurſione barbarorum, ſiue neceſſitate, nec vexati tormentis, recipiuntur ad pœnitentiam, licet grauiorem vel leuiorem can. 11. & 12. & tempore mortis ad communionem can. 13. Quæ cum vidiſſent Nouatiani, nimium ſeueriorem prius Eccleſiam, poſtea fuiſſe mitiorem, dixerunt iuxta rigorem veteris Eccleſiæ non eſſe recipiendos ad pœnitentiam lapſos, ex Socrate lib. 4. cap. 23. Sozomeno l. 6. c. 24. Euſeb. l. 6. c. 35. & l. 7. cap. 7. idque quamuis lapſi agerent omnia ad pœnitentiam neceſſaria, & quam-

A uis ſpes eſſet aliqua, vt ſi denuo Spiritum ſanctum acciperent in eorum mentibus permanſurum, quem idcirco fugabant vt annotauit Idem Euſebius ex ep. Dionyſij Alexand. & omnem ſpem veniæ adimebant pœnitentibus, ſed non videtur aut id non fuiſſe vniuerſaliter obſeruatum, aut propter perſecutionem, qua ceſſante, & alia quadam ratione ſuadente contrarium, id potuiſſe immutari, nec inde colligendum hanc fidem eſſe Eccleſiæ, vt non poſſint recipi lapſi; ſed tantum ſtatutum, vel vſum vt non recipiantur, quod ſtatutum, cum ſit tantum lex ciuilis & obſeruatio Eccleſiaſtica, non lex immutabilis potuerit facile mutari; vt B à me copioſe oſtenſum eſt in diſſertatione de iure naturali gentium & ciuili; quam vide.

CAP. X.

Quæritur an Sacerdotes lapſi maneant in ordine ſuo.

HÆc quæſtio ſumpta eſt præcipue ex diſtinctione quinquageſima; & olim vt ex ea conſtat Sacerdot. lapſi non manebant in ordine ſuo, can. 3. quia vt plurimum deponebantur can. 2. ſeu deiiciebantur à Sacerdotis ordine can. 10. C vt homicidæ voluntarij can. 49. & can. 11. vbi criminaliter peccans dicitur *lapſus de loco* Nec ad eum ordinem vnde erant lapſi redibant aut reuocabantur can. 3. & can. 1. & 10. in fine, atque alij in locum eorum etſi eſſent Epiſcopi ordinabantur, can. 11. & can. 30. his verbis. *Quicumque dignitatem diuini gradus non cuſtodiunt, contenti fiant animam ſaluare, reuerti enim ad priſtinum gradum poſt lapſum difficile eſt,* & can. 29. ratioque ad fertur can. 34. *quia ſcandalum eſt populo Dei tales perſonas ſupra ſe poſitas habere quas vltra modum, vitioſas eſſe conſtat nempe inde retrahuntur homines a ſacrificio Dei &c.* ſeu vt eſt in lib. 8. D conſtit. Apoſt. cap. 17. ὅτι δεῖ εἶναι τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον, ὡς τύπον τῶν ἀρχομένων i. *quod oportet Epiſcopum carere reprehenſione, tanquam formam eorum quibus præeſt.* Per lapſos autem intelliguntur, non tantum lapſi ad idolatriam, ſed etiam ad quodlibet capitale crimen, vt loquitur canon. 7. & 11. dicta diſt. 50. & can. 14. diſt. 81. puta ſi quis homicidium commiſerit, nam is in ſacerdotio non poteſt manere, can. 4. & multominus ad altiorem & maiorem prouehi, can. 5. & 6. quo can. dicitur *& ſatius eſſe ſi famuletur,* & can. 41. quo qui homicidium voluntate commiſerit ſi Epiſcopus ſit 15. annos pœnitet, & deponitur, præſbyter vero pœnitet 18. annis, E & deponitur, Diaconus 12. nec ad gradum Sacerdotii promouetur, can. vero 44. tota vita, ad Ianuam Eccleſiæ, ſemper ſubiacet, & communionem in exitu vitæ accipit, qui voluntarie homicidium fecerit; item ſi quis falſauerit chartam, aut falſum teſtimonium dixerit, qui ab officij honore depoſitus in monaſterium retruditur, & ibi quantum vixerit laicam communionem tantum accipit; Tertiu ſi quis in peccatum carnis lapſus fuerit, vt loquitur, canon. 9. quo dicitur, vt ita careat ſacro ordine, vt ad altaris miniſterium non vlterius accedat, & prohibet remanere, imo ſi peruenerit reuoca-

ri, maxime ſi fornicationis crimen, ſit manifeſtum, & oſtenſus fuerit eius actus. Nam aliquando propter magnam mortificationem & pœnitentiam, officiorum ſuorum loca recipiebant, ita tamen vt ad altiora officia, non vlterius promouerentur, can. 32. eratque in poteſtate Epiſcopi, vt id iudicaret, eoſque reſtitueret, niſi iterato peccaſſent, quo caſu, in exitu tantum communionem recipiebant. Quod ſi quis Presbyter, depoſitus pro crimine lapſus ſui, ad explendum miniſterium Sacerdotij præſumpſerit accedere, & Deo immolare ad pœnitentiam redigitur, & priuatur communione Euchariſtiæ, vſque ad diem obitus ſui, niſi Epiſcopus, viderit eum ita pœnitere, vt mereatur, ante exitum, communionem laicam ca. 10. Similiterque Abbas poſt lapſum pœnitentiam agere debet, Denique Subdiaconus & Diaconus deponuntur eodem can. 10. vnde can. 35. nemo lapſis communicat ex D. Cypriano. Denique Clerici qui vt ordinarentur, reliquerentur vxorem, ſi poſtea reperti fuerint incontinentes, cum ea, ab officio deiiciuntur, nec ad honorem reddite poſſunt can. 19.

Erant tamen aliqui, qui manebant in ordine & officio Clerici, vt qui in obſidione, à ſanguine hoſtili, non abſtinuerunt, nam tales redeunt ad ordinem ſuum, poſt duos annos pœnitentiæ, can. 37. item Clericus qui iacens, lapidem, puerum interemit, nil tale volens, can. 38. Erant & alij qui etſi non poſſent miniſtrare, ſi tamen alias clari viri fuerint, beneficium obtinebant, quod eis, ſufficiens, vnde ſe ſuſtentarent, concedebatur, can. 39.

Adhibita etiam eſt hæc diſtinctio, vt hi qui deprehenſi vel capti fuerant publice in fornicatione, & alijs criminibus, à gradu decidant, qui autem de prædictis periculis abſconditè à ſe admiſſis, per occultam confeſſionem, coram oculis Dei, preſente etiam ſacerdotè, qui eis indicturus eſt pœnitentiam, confitentur, & ſe grauiter deliquiſſe quærentur, his ſeruato gradu, ſpes veniæ, de miſericordia Dei, promittenda eſt, can. 34. quod etiam colligitur ex can. 38. & can. 3. quo dicitur, mitius circa aliquem agendum eſſe, qui facinus erat confeſſus.

Poſterioribus denique temporibus, omnes fere tales perſonæ, de quibus ſupra, toto hoc capite, poſt pœnitentiam, honore ſuo reſtituti ſunt, & temperatus eſt rigor antiquus Eccleſiæ, cuius rei, exempla plura traduntur can. 13. in quo multi Epiſcopi enumerantur depoſiti & poſtea ordine ſuo reſtituti, & can. 14. & auctoritates plures ex Scriptura ſacra can. 14. & 15. & 16. in quo, Petrus dicitur, non eſſe expulſus Epiſcopatu, propter crimen, & can. 17. in quo Prophetæ viſio recitatur, qua ſtans Propheta vidit & cecidit vt diximus alio loco, & can. 19. & can. 20. quibus addi poteſt etiam ſententia Gregor. Nyſſeni, qui lib. de pœnitentia, ait Petrum lugentem non in Simonem mutatum fuiſſe, ſed Petrum manſiſſe Apoſtolum, & Clementis Romani in conſtitutionibus Apoſtolicis lib. 2. his verbis, *quod*, ait, *Deus non ſolum recipit pœnitentes, ſed in priorem gradum dignitatis reſtituit, teſtis eſt ſanctus Dauid., qui poſt peccatum in Vriam admiſſum precabatur Deum dicens, redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me.* Ratio iſtorum eſt, multiplex, 1. ſumitur ex can. 23. his verbis, *bene valet Sacerdos reſtitui ad honorem ſuum, poſt peractam pœnitentiam licet in hoc diuerſi diuerſa ſentiant, dicentes non poſſe reſtitui ad honorem.* Alia vero ratio eſt canone 25. *vt*, ait, *conſtitueretur in Eccleſia, ne quiſquam poſt alicuius criminis pœnitentiam. Clericatum accipiat, vel ad Clericatum redeat, vel in Clericatu maneat, non deſperatione indulgentia, ſed rigore factum eſt diſciplina, alioqui contra claues datas Eccleſiæ diſputabitur, de quibus dictum eſt, quæ ſolueritis in terra erunt ſoluta & in cœlo &c.* Tertia eſt can. 28. his verbis, *quod in epiſtolis venerabilis fraternitas tua innotuit, videlicet in canone Ancyrano, cap. 19. legitur, poſt lapſum corporalem reſtaurandum honoris gradum poſt pœnitentiam, alibi legitur poſt huiuſmodi delictum, nequaquam reparandum antiqui ordinis meritum, hæc diuerſitas hoc modo ſoluitur, illos enim ad priſtinos gradus redire canones præcipiunt, quos pœnitentia præceſſit ſatisfactio, vel condigna peccatorum confeſſio: At contrahi qui neque à vitio corruptionis emendantur &c.* Item can. 29. vbi idem pœne dicitur; vnde non eſt mirum ſi can. 16. Secundinus id requiſiuit à Grego. l. 7. ep. 53. quando eſſent canones diuerſi ea de re, oſtenditur tamen Deum ſemper miſertum peccatorum, & can. etiam 28. quem vide. Verum tamen eſt aliquando certis occaſionibus placuiſſe ſummis pontificibus priſcam illam ſeueritatem patrum, magis quam iuſtitiæ inimicam benignitatem, ſaltem donec viderent, lapſos agere duriſſimam pœnitentiam, vt patet can. 29. qui eſt hormiſdæ.

CAP. XI.

Pœnitentia publica ex iudicio Epiſcopi pro ratione criminis dabatur.

POenitentia vero quatenus complectitur ſatisfactionis labores vel eſt publica vel priuata, nam vt recte D. Aug. apud Iuonem de pœnit. capite 47. *Diuerſitas culparum, diuerſitatem facit, pœnitentiarum, nam & corporum medici, diuerſa medicamenta componunt, vt aliter vulnera, aliter morbum, aliter tremores, aliter putredines, aliter caligines, aliter confractiones, aliter combuſtiones curent, ita & ſpirituales medici diuerſis curationum generibus animarum vulnera ſanare debent.* Conſiderandum ergo quædam peccata, grauiora eſſe, coram Deo, vel etiam Coram hominibus, propter ſcandalum, & ideo talia crimina vindicanda pœnitentia publica, vnde can. pœnitentibus 26. q. 7. ex Concilio Carthaginenſi, & can. Presbyter: *Si eius qui pœnitentiam agit crimen ſit publicum & vulgo ſactatum, quod omnem mouet Eccleſiam, ante abſidem, hoc eſt in facie Eccleſia & palam ei manus imponatur*, dixerat vero prius Canon: *Vt ijs qui agunt pœnitentiam, pro peccatorum differentia, Epiſcoporum iudicio, pœnitentia tempus cõſtituatur.* Tum addidit de iis quibus publica pœnitentia erat infligenda: & in Concilio Maguntienſi can. 21. dicitur: *Vt diſcretio ſeruanda, ſit inter pœnitentes, qui publice & qui*

abſconſe poenitere debeant. & cap. 53. de pœnitentia apud Iuonem, dicitur ex verbis D. Auguſtini: *Si quis ſucceſſum occulte commiſerit, & ſacerdoti occulto confeſſionem egerit, inditetur ei remedium canonicum, quod ſubire debuiſſet ſi eius facinus publicatum fuiſſet, verum quia latet commiſſum, detur ei à ſacerdote conſilium vt ſaluti animæ ſuæ, pro occulta poenitentia proficiat, hoc eſt, vt veraciter ex corde, ſe grauiter deliquiſſe confiteatur & per ieiunia, & elemoſynas, vigilas atque ſacras orationes, cum lacrymis ſe purgare contendat & ſic, ſe ad ſpem veniæ pro miſericordia Dei, peruenire confidat.* Ita vt ſi publicum non ſit crimen, non ſit aliquando neceſſaria pœnitentia publica, vel etiam ſi ſit notum, dum non ſit graue, ad quod expiandum, ſufficit priuata ex homologeſis conſcientiæ, ex D. Cyprian. ſermone de lapſis: *Denique ait quanto & fide maiore, & timore meliore, ſunt qui quamuis nullo ſacrificij aut libelli facinore conſtricti, quoniam tamen de hoc vel cogitauerunt, hoc ipſum apud Sacerdotes Dei dolenter & ſimpliciter confitentes exomologeſim conſcientiæ faciunt animi ſui pondus exponunt, ſalutarem medelam paruis licet & modicis vulneribus exquirunt.* Tales enim de quibus loquitur D. Cyprian. cum eſſent liberi à publica pœnitentia, propter crimen leuius, priuatam tantum peragebant, & hoc diſcrimen peccatorum videtur
C
reſpexiſſe idem D. Cyprian. ep. 47. in imponenda pœnitentia: *Nam ait cum in omnibus delictis quæ non in Deum committuntur, pœnitentia agatur iuſto tempore, & exomologeſis fiat, inſpecta vita, eius qui agit poenitentiam, nec ad communicationem venire quis poſſit, niſi prius illi ab Epiſcopo & clero manus fuerit impoſita, quanto magis in his grauiſſimis & extremis delictis caute omnia, & moderate ſecundum doctrinam Domini obſeruare oportet.* De qua re apertius Concilium Maguntienſe cap. 10. apud Iuonem de pœnitentia cap. 46. *Modus*, ait, *tempuſque poenitentiæ peccata ſua confitentibus, aut per an-*
D
tiquorum canonum inſtitutionem, aut per ſanctarum ſcripturarum auctoritatem, aut per Eccleſiaſticam conſuetudinem probatam, imponi debet à ſacerdotibus: Namqui, *peccatis grauibus, leues quoſdam & inuſitatos imponunt poenitentiæ modos, conſuunt puluillos, ſecundum Propheticum ſermonem, ſub omni cubito, manus, & faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis, ad capiendas animas, ſed diſcretio ſeruanda eſt inter poenitentes publice & abſconſe, nam qui publice peccat, oportet vt publice mulctetur poenitentia, & ſecundum ordinem canonum, pro merito ſuo excommunicetur & reconciliatur.* Quocirca recte dicitur in concilio Nicæno cap. 12. quod in
E
pœnitentiis conſtituendis, conuenit concilium & ſpeciem pœnitentiæ examinare, προσήκει ἐξετάζειν τὴν προαίρεσιν καὶ τὸ εἶδος τῆς μετανοίας. Et canon. 102. Synodi 6. in Trulli: *Quod oportet eos, qui ſoluendi, & ligandi poteſtatem accepere, à Deo, peccati qualitatem conſiderare, & eius qui peccauit ad conuerſionem, proprium ſtudium, & ſic morbo, conuenientem afferre medicinam.* Idemque dicitur, in Synodo Ancyrana can. 5. & in epiſtola canonica D. Baſil. ad Amphilochium can. 30. & 73. & can. 84. Vbi poſt varias pœnitentias enumeratas adhibet hanc cautionem generalem: *Hæc ſcribimus*, ait,

A
vt poenitentiæ fructus probetur, non enim hoc omnino tempore definimus ſed modum pœnitentiæ attendimus: Licet ibi agatur de pœnitentia, vt eſt iam inchoata & profeſſa, citiuſque peragenda eadem enim eſt vtriuſque rei ratio, ex dictis, in principio huius capitis

CAP. XII.

Licet pœnitentia quædam fuerit publica, eius tamen confeſſionem non fuiſſe publicam.

B

CVm diximus capite ſuperiori, quandam pœnitentiam fuiſſe publicam, non ideo voluimus dicere, confeſſionem ad illam pertinentem, fuiſſe publicam, nam cum pœnitentia illa daretur, ex cognitione cauſæ vt diximus præcedere debuit confeſſio priuatim facta, & videre Epiſcopus, ad quam pœnitentiam, eſſet quis recipiendus; & ideo recte Tertullianus, *confeſſione*, ait, *pœnitentia naſcitur*. Confirmatur ex epiſtola 80. S. Leonis Papæ ad Epiſcopos Campaniæ can. 2. quæ refertur apud Iuonem cap. 167. de pœnitentia, vbi ſummus Pontifex reprobat conſuetudinem alicu-
C
bi introductam, talis publicæ confeſſionis quaſi contra Apoſtolicam regulam præſumptam verba ſunt: *Illam etiam contra Apoſtolicam regulam præſumptionem, quam nuper agnoui, à quibuſdam, illicita vſurpatione committi, modis omnibus conſtituo ſubmouere, de pœnitentia videlicet quæ ita à fidelibus poſtulatur, ne de ſingulorum peccatorum generibus libellis ſcripta profeſſio publice recitetur, cum reatus conſcientiarum ſufficiat ſolis ſacerdotibus indicari confeſſione ſecreta, quamuis enim plenitudo fidei, videatur eſſe laudanda quæ propter Dei timorem, apud homines erubeſcere non veretur tamen quia non omnium*
D
huiuſmodi ſunt peccata, vt ea, qui pœnitentiam poſcunt, non timeant publicare, remoueatur tam improbabilis conſuetudo, ne multi à pœnitentiæ remedijs arceantur, dum aut erubeſcunt, aut metuunt inimicis ſua facta reſerari, quibus poſſint legum conſtitutione percelli, ſufficit enim illa confeſſio, quæ primum Deo offertur, tum etiam ſacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precator accedit, tunc enim plures ad pœnitentiam poterunt prouocari, ſi populi auribus, non publicetur conſcientia confitentis. Quare recte etiam Concilio Tridentino ſeſſ. 14. c. 5. dicitur: *Etſi Chriſtus non vetuerit, quin aliquis in vindictam ſuorum ſcelerum, & ſui humiliationem, cum ob*
E
aliorum exemplum & ſui humiliationem, tum ob Eccleſiæ offenſæ ædificationem, delicta ſua publice confiteri poſſit, non tamen hoc diuino præcepto mandatum, nec ſatis conſulte humana aliqua lege præciperetur, vt delicta præſertim ſecreta publica eſſent confeſſione aperienda. Quod & male ceſſit Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, nam cum in Eccleſia Conſtantinopolitana mos inualuiſſet, vt pœnitentes non tantum poſt confeſſionem, priuatam pœnitentiam publice agerent, ſed vel ipſimet, etiam publice, ſua peccata confiterentur, vel ipſi Sacerdotes confeſſionem eorum publicarent, id immutatum eſt & pœnitentiarius publicus eſt inſtitutus, qui

ſecrete audiret, retenta tamen, vt ego ſentio, A publica pœnitentia ſi caſus aut crimen id requireret, durum enim erat ſic propalari confeſſiones, vt recte notat Sozomenus lib: 7.cap.16. *Durum, ait, & intollerandum initio Sacerdotes eſſe iudicarunt ſic tanquam in theatro, pro Eccleſia cœtu ac concione peccata pronunciare, quare Preſbyterum quendam ſecretorum tenacem ac prudentem ei muneri propoſuerunt, quam peccatores adeuntes, vita ſua noxas exponerent, at ille pro cuiuſque peccato meritas pœnas infligens, dimittebat cum à ſeipſis illas exegiſſent.* Ex quo loco colligitur ſublatum quidem fuiſſe publicam confeſſionem, ſed non itidem publicam pœnitentiam; quam, pro B cuiuſque peccato infligere poterat, is pœnitentiarius publicus. Quin imo, patet, adhuc duraſſe pœnitentias publicas, In illa Eccleſia, quandoquidem ab eodem Sozomeno & Socrate in hiſt. Eccleſiaſtica: *Sublata dicuntur publica pœnitentia, propter fœminam quandam primariam, qua cum pœnitentiario illi, ſua peccata expoſuiſſet, ordine & ſigillatim, pœnitentia illi publica iniuncta eſt, per aliquod tempus, quo etiam ieiunijs & orationibus vacaret, quam pœnitentiam cum ipſa acceptaſſet, & in ea peragenda perſeveraret*, atque vt loquitur Sozomenus, *diutius in eo in Eccleſia perſeverans*, vt recte adnotauit vir erudiriſſimus Dionyſius Petanius, C ita enim Socrates, ita Sozomeno explicandus eſt: *Interim inquam accidit, vt ſe alterius criminis, quam eorum qua prius admiſerat, & propter qua pœnitentiam agebat, accuſarit, ſiue id publice fecerit motu proprio, dum agebat pœnitentiam iam dictam, ſiue denuo venerit ad pœnitentiarium, & expoſuerit ſe crimen illud omiſiſſe in priori confeſſionem & pœnitentiarius, tunc conſilium apud ſe iniens, iuſſerit vt illud crimen publice confiteretur, etiamſi is iam non amplius mos eſſet Eccleſia, quin imo ipſo fuiſſet inſtitutus, vt confeſſiones non fierent pulice; quod crimen cum eſſet ſtuprum quod femina illa cum Diacono quodam perpetrauerat, & propter à Diaconus ille in ordi-* D *nem redactus eſſet cateri clerici, cum viderent vnum ex ſuis puniri in opprobrium omnium, & populus etiam cum videret aliorum quam pœnitentium peccata publice detegi, inuidia excitata in illum pœnitentiarum, ob eius imprudentiã, Nectarius Epiſcopus Conſtantinopolitanus, Endemonis cuiuſdam preſbyteri, genere Alexandrini, conſilio pœnentiarum illum preſbyterum ſuſtulit, & vnumquemque ſua conſcientia permiſit, vt ex eius arbitrio de myſterijs vſurpandis apud ſe ſtatuerit.* Scillcet peculiarem ſibi confeſſarium eligendo, ne teneretur ad vnum recurrere, cuius forte prudentia non eſſet tanta, & ita accipienda E omnino hæc hiſtoria, non vt accipiunt hæretici, nec vt accipit hiſtoria tripartita, quæ putat, publicam confeſſionem, fuiſſe introductam, cum illo publico pœnitentiario, in Eccleſia Conſtantinopolitana, imo contrarium plane accidit, is enim inſtitutus eſt, tunc quando publicæ confeſſiones ſunt ſublatæ, ex Sozomeno ſupra citato; cum quadam conſuetudine eſſent introductæ in ea Eccleſia, licet nullus canon eas vnquam comprobaſſet, nec ante nec poſt, imo durum id ſemper viſum fuiſſet ex Sozomeno loco citato, & D. Chryſoſt. hom. 5. de incomprehenſ. Dei naturæ, qui nihil aliud A intendit probare quam ne pœnitentes publice confiteantur, & velut in theatro, his verbis, διὰ τοῦτο παρακαλῶ, καὶ δέομαι, καὶ ἀντιβολῶ ἐξομολογεῖσθαι τῷ Θεῷ συνεχῶς, οὐδὲ γὰρ εἰς τὸ θέατρόν σε ἄγω τῶν σῶν, οὐδὲ ἐκκαλύψαι τοῖς ἀνθρώποις ἀναγκάζω τὰ ἁμαρτήματα τὸ συνειδὸς ἀνάπτυξον ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ καὶ αὐτῷ δεῖξον τὰ τραύματα, καὶ παρ' αὐτοῦ τὰ φάρμακα αἴτησον. i. *Propterea hortor & rogo, & mando confiteoaris Deo aſſidue, neque enim, vt in ſcenam ac conſeruorum tuorum conſeſſum, prodire iubeo, neque hominibus peccata tua patefacere, imo vero conſcientiam coram Deo aperi.* Non enim vult dicere D. Chryſoſtom. non fieri confeſſionem ſacerdoti, ſed non fieri publice coram hominibus, quod B inde mala accedere poſſint, vt dictum eſt ſupra, & deinceps quod pœnitentes ad vanitatem forte poſſant prolabi.

Cap. XIII.

Confeßiones publicas etiam aliquando vtiliter factas.

QVanquam vero, merito ſublatæ ſint confeſſiones publicæ, non negamus tamen, non tantum pœnitentiam publicam, ſed & confeſſionem publicam fuiſſe vtiliter factam à C pœnitentibus, vel ardore deuotionis, vel etiam conſilio confeſſariorum, quod apertiſſime oſtenditur ab Origine hom. 2. in Pſalmum 37. *Si*, inquit, *huiuſmodi homo memor delicti ſui, confiteatur, qua commiſit, & humana confuſione paruo pendat eos, qui exprobrant eum confitentem, & notant vel irrident, ille autem intelligens per hac ſibi veniam dari, &c.* Et paulo poſt, *Si ergo ſis aliquis ita fidelis, vt ſi quid conſcius ſit ſibi, procedat in medium, & ipſe ſui accuſator exiſtat hi autem qui futurum Dei iudicium non metuunt, hac audientes cum infirmantibus quidem non infirmentur, cum lapſis non taceant, cum ſcandalizantibus non vrantur, ſed dicant longe* D *fac à me, neque accedas ad me quia mundus ſum, & deteſtari incipiant eum quem ante admirabantur, & ab amicitia recedant eius, qui delictum ſuum noluit occultare, ſuper his ergo conſequenter dicit qui ex homologeſin, i. confeſſionem facie*, & deinceps, *tantummodo circumſpice diligentius cui debeas confiteri peccatum tuum, proba prius medicum, cui debeas cauſam languoris exponere, &c. Vt ita demum, ait, ſi quid ille dixerit qui ſe prius & eruditum medicum oſtenderit, & miſericordem, ſi quid conſilij dederit, facias, & ſequaris. ſi intellexerit & praniderit talem eſſe languorem tuum qui in conuentu totius Eccleſia exponi debeat, & curari, ex quo fortaſſis & cateri ædificari* E *poterunt, & tu ipſe facile ſanari multa hoc deliberatione & ſatis perito medici illius concilio procurandum eſt.* Quo pacto in appendice ad Synodum 8. Baſilius Imperator oratione ad Epiſcopos illos qui cum Photin ſedis Conſtantinopolitanæ inuaſore ſchiſma fecerunt, pœnitentiam agens, & errorem ſuum declarans ita loquitur. *Ego primus memet ſuper pauimentum proiicio, purpuram & diadema paruipendens, aſcendite ad genas meas; & per oculos meos incedite, nec repuretis magnum, Imperatoris calcare ſcapulas, nec vereamini tangere verticem, cui imponitur à Deo corona.* Atque idcirco in Concilio Laodiceno can.

can. 2. Citius redduntur communioni, publicam confeſſionem & pœnitentiam ſimol peragentes, vt eſt in verſione latina, ſtatuitur enim, *Eos qui in diuerſis delictis peccant, ſed in oratione confeſſionis publicæ & poenitentiæ perſeuerant, & ſe à malis perfectè conuertunt, tempore pœnitentiæ, eis pro delicti proportione, dato, nihilominus, propter Dei miſerationes, & bonitatem, reddat communioni.*

CAP. XIV.

Si confeßio publica interdum eſt vtilis, multo magis pœnitentia publica, eſt in vſum redigenda.

ADdendum eſt ſupra dictis, non ita ſublatam eſſe pœnitentiam publicam Conſtantinpoli, aut etiam in alijs Eccleſijs, vt non oporteat eam renouari, ſi res & occaſio poſtulet, vt conſtat ex Concilio Toletano 3. can. 11. vbi cum aliqui ſtatim ac peccaſſent à preſbyteris reconciliarentur, renouatur, propter illam præſumptionem, forma Canonum antiquorum, quibus datur pœnitentiam: *Hoc eſt*, ait Cannon, *vt prius, is quem pœnitet, à communione ſuſpenſus ſedeat, inter reliquos pœnitentes, & ad manus impoſitionem, crebro recurrat, expleto autem ſatisfactionis tempore, ſicut ſacerdotalis contemplatio probauerit, is communioni reſtituatur.* Renouanda etiam forma veteris pœnitentiæ dicitur, cap. 25. Concilij Cabilonenſis tempore Caroli magni: *Poenitentiam, ait, agere, iuxta antiquam canonum conſtitutionem, in plериſque locis vſu receſſit, & neque excommunicandi, neque reconciliandi, antiqui moris ordo ſeruatur, vt à Domino Imperatore impetretur adiutorium, qualiter ſi quis publice peccat, publica mulctetur, poenitentia, & ſecundum ordinem Canonum, pro merito ſuo, excommunicetur, & reconcilietur.* et Concilio Tridentino.

CAP. XV.

Poenitentia nolentibus inflicta volentibus alijs data, qui ideo dicebantur eam petere, accipere, & profiteri.

IMponitur pœnitentia alicui, velit nolit, puta, ſi conuictus, & condemnatus ſit, de aliquo crimine, vt colligitur ex can. 5. epiſt. Gr. Nyſſeni, ad Letoium, vbi dicitur: *Quod eſt quadam differentia, in ratione poenitentiæ, in ijs qui peccauerunt, in voluptate carnis, vel in alio crimine, nam qui ex ſeipſis, ad ſua proferenda peccata impulſi ſunt, eo quod, ſua ſponte occultorum accuſatores eſſe voluerunt, mitius puniuntur, qui autem in malo deprehenſus eſt, vel conuictus ob aliquã ſuſpicionem, aut accuſationem, inuito ei, longius tempus datur poenitentiæ, & conuerſionis.* Quo pacto etiam in Synodo Neocæſarea, can. 1. dicitur de Preſbytero, qui fornicatus eſt, nec petiit pœnitentiam, *ἄγεσθαι αὐτὸν εἰς μετάνοιαν*. id eſt, *ad poenitentiam deducatur.* Aliquando vero, & vt plurimum, pœnitentia petebatur ab ipſo pœnitente, vt colligitur ex dicto can. 5. A Greg. Nyſſeni, & Concilio Agathenſi circa tempora Cæleſtini Papæ 1. can. 15. *Poenitentes*, ait, *tempore quo pœnitentiam petunt.* Et Concilio Carth. can. 76. Is, ait, *qui in infirmitate poenitentiam petit &c.* Et Conc. Toletan. 3. can. 12. *Quicunque ab Epiſcopo, vel Preſbytero ſanus* vel infirmus pœnitentiam poſtulat &c. & Concil. Toletano 12. cap. 2. Vbi cum quidem, petiiſſent pœnitentiam ſibi dari, & poſtea præuenti morbo fuiſſent, iiſque licet non ſentientibus data eſt, cumque ſanitati reſtituti dicerent, ſe pœnitentiam, tunc cum data eſſet, non petiiſſe, nec conſentientes accepiſſe, ideoque B non obligari, pœnitentiæ illi exequendæ, quæ erat verbi gratia, vt quis fieret monachus, ſtatuitur tamen, vt ſint aſtricti, hac ratione quod & baptiſma neſcientibus datur, ex quo loco manifeſte patet, petitam fuiſſe pœnitentiam, quod illi negarent ſe petiiſſe, vt ab ea abſoluerentur, ideirco pœnitentia, dicitur tribui pœnitenti, vt Concilio Triburienſi ſub Arnulpho Imperatore, vbi citatur epiſtola Innocentij Papæ cap. 21. his verbis: *Tribuitur ergo, cum poenitentia, extrema communio, vt homines eiuſmodi, vel in ſupremis ſuis a perpetuo* C *liberentur exilio.* Dicitur dari, dicto cap. 2. Concilij Toletani 12. & commitri Concilio Agathenſi, can. citato: *Iuuenibus, ait, etiam pœnitentia non facile committenda eſt propter ætatis fragilitatem.* Et tradi, Concilio Toletano 3. can. 12. *ſit poenitentiam tradat.* Dicitur etiam, vice verſa à pœnitente accipi, dicto can. 12. Concil. 3. Toletan. *non accipiat poenitentiam*, & Toletan. 4. can. 54. *aliqui poenitentiam accipientes.* Et Toletano 12. can 2. & Toletan. 11. can. 12. & alibi paſſim, vt Concilio Arauſicano can. 3. & can. 12. eaque accepta, dicebantur pœnitentes, eam profiteri, vt Concilio Epaunenſi can. 4. *Poenitent*, ait, *profeſſi, ad Clericatum* D *penitus non vocentur*, & can. 23. *Si quis accepta profeſſaque pœnitentia boni immemor ad ſecularia reuoluatur, prorſus cõmunicare non poterit, niſi profeſſione, quam illicite pretermiſerat, reformetur.*

CAP. XVI.

Pœnitentiam denegari non poſſe eam petentibus, ſiue ſanis, ſiue infirmis, & primum de ſanis id oſtenditur.

SI quis igitur pœnitentiam petiiſſet, ſiue is eſſet ſanus, ſiue infirmus, ea denegari non poterat. E Probatur ex Concilio Toletano 3. can. 2. *Quicunque, ait, ab Epiſcopo vel Preſbytero ſanus vel infirmus poenitentiam poſtulat, &c.* Et Concilio Nicæno can. 11. & 12. qui canones de ſanis intelliguntur, cum Canon. 13 ſit de infirmis & epiſtola Cypriani ad Cornel. Papam 1. Conciliorum p. 234. qui oſtendit lapſos eſſe recipiendos & pacem eis dandam, nec ſine ſpe pacis & communionis eſſe relinquendos, & epiſtola 51. ad Antonianum, his verbis: *Miror autem quoſdam ſic obſtinatos eſſe vt dandam lapſis non putent poenitentiam, aut poenitentibus exiſtiment veniam denegandam.* Et Euſebio lib. 6. cap. 36. vbi vnos ex Nouatianis, cõuerſus poſt peccatum, flebiliterque lugens, & aperte confeſſus, ad Eccleſiam reddit, il-

ſecrete audiret, retenta tamen, vt ego ſentio, A publica pœnitentia ſi caſus aut crimen id requireret, durum enim erat ſic propalari confeſſiones, vt recte notat Soxomenus lib: 7. cap. 16. *Durum, ait, & intollerandum initio Sacerdotes eſſe iudicarunt ſic tanquam in theatro, pro Eccleſia cœtu ac concione peccata pronunciare, quare Presbyterum quendam ſecretorum tenacem & ac prudentem ei muneri præpoſuerunt, quam peccatores adeuntes, vita ſua noxas exponerent, at ille pro cuiuſque peccato meritas pœnas infligens, dimittebat cum à ſeipſis illas exegiſſent.* Ex quo loco colligitur ſublatam quidem fuiſſe publicam confeſſionem, ſed non itidem publicam pœnitentiam; quam, pro B cuiuſque peccato infligere poterat, is pœnitentiarius publicus. Quin imo, patet, adhuc duraſſe pœnitentias publicas, in illa Eccleſia, quandoquidem ab eodem Sozomeno & Socrate in hiſt. Eccleſiaſtica: *Sublata dicuntur publica pœnitentia, propter fœminam quandam primariam, quæ cum pœnitentiario illi, ſua peccata expoſuiſſet, ordine & ſigillatim, pœnitentia illi publica iniuncta eſt, per aliquod tempus, quo etiam ieiunijs & orationibus vacaret, quam pœnitentium cum ipſa accepiſſet, & in ea peragenda perſeueraret*, atque vt loquitur Sozomenus, *diutius in eo in Eccleſia perſeuerans*, vt recte adnotauit vir eruditiſſimus Dionyſius Petauius, C ita enim Socrates, ita Sozomeno explicandus eſt: *Interim inquam accidit, vt ſe alterius criminis, quam eorum quæ prius admiſerat, & propter quæ pœnitentiam agebat, accuſarit, ſiue id publice fecerit motu proprio, dum agebat pœnitentiam iam dictam, ſiue denuo venerit ad pœnitentiarium, & expoſuerit ſe crimen illud omiſiſſe in priori confeſſionem & pœnitentiarius, tunc conſilium apud ſe iniens, iuſſerit vt illud crimen publice confiteretur, etiamſi id iam non amplius mos eſſet Eccleſiæ, quin imo ipſe fuiſſet inſtitutus, vt confeſſiones non fierent pulice; quod crimen cum eſſet ſtuprum quod femina illa cum Diacono quodam perpetrauerat, & propter à Diaconus ille inordinem redactus eſſet cæteri clerici, cum viderent vnum ex ſuis puniri in opprobrium omnium, & populus etiam cum videret aliorum quam pœnitentium peccata publice detegi, inuidia excitata in illum pœnitentiarium, ob eius imprudentiã, Nectarius Epiſcopus Conſtantinopolitanus, Endemonis cuiuſdam presbyteri, genere Alexandrini, conſilio pœnitentiarum illum presbyterum ſuſtulit, & vnumquemque ſua conſcientia permiſit, vt ex eius arbitrio de myſterijs vſurpandis apud ſe ſtatueret.* Scilicet peculiarem ſibi confeſſarium eligendo, ne tenerentur ad vnum recurrere, cuius forte prudentia non eſſet tanta, & ita accipienda E omnino hæc hiſtoria, non vt accipiunt hæretici, nec vt accipit hiſtoria tripartita, quæ putat, publicam confeſſionem, fuiſſe introductam, cum illo publico pœnitentiario, in Eccleſia Conſtantinopolitana, imo contrarium plane accidit, is enim inſtitutus eſt, tunc quando publicæ confeſſiones ſunt ſublatæ, ex Sozomeno ſupra citato; cum quadam conſuetudine eſſent introductæ in ea Eccleſia, licet nullus canon eas vnquam comprobaſſet, nec ante nec poſt, imo durum id ſemper viſum fuiſſet ex Soxomeno loco citato, & D. Chryſoſt. hom. 5. de incomprehenſ. Dei natura, qui nihil aliud A intendit probare quam ne pœnitentes publice confiteantur, & velut in theatro, his verbis, *διὰ τοῦτο παρακαλῶ, καὶ δέομαι, καὶ ἀντιβολῶ ἐξομολογεῖσθαι τῷ Θεῷ συνεχῶς, οὐδὲ γὰρ εἰς τὸ θέατρόν σε ἄγω τῶν συνδούλων σου, οὐδὲ ἐκκαλύψαι τοῖς ἀνθρώποις ἀναγκάζω τὰ ἁμαρτήματα· τὸ συνειδὸς ἀνάπτυξον ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ, καὶ αὐτῷ δεῖξον τὰ τραύματα, καὶ παρ' αὐτοῦ τὰ φάρμακα αἴτησον.* i. *Propterea hortor & rogo, & mando confitearis Deo aſſidue, neque enim, vt in ſcenam ac conſeruorum tuorum conſeſſum, prodire iubeo, neque hominibus peccata tua patefacere, imo vero conſcientiam coram Deo aperi.* Non enim vult dicere D. Chryſoſtom. non fieri confeſſionem ſacerdoti, ſed non fieri publice coram hominibus, quod B inde mala accidere poſſint, vt dictum eſt ſupra, & deinceps quod pœnitentes ad vanitatem forte poſſent prolabi.

Cap. XIII.

Confeſſiones publicas etiam aliquando vtiliter factas.

QVanquam vero, merito ſublatæ ſint confeſſiones publicæ, non negarim tamen, non tantum pœnitentiam publicam, ſed & confeſſionem publicam fuiſſe vtiliter factam à C pœnitentibus, vel ardore deuotionis, vel etiam conſilio confeſſariorum, quod apertiſſime oſtenditur ab Origine hom. 2. in Pſalmum 37. *Si*, inquit, *huiuſmodi homo memor delicti ſui, confiteatur, quæ commiſit, & humana confuſione paruipendat eos, qui exprobrant eum confitentem, & notant vel irrident, ille autem intelligens per hæc ſibi veniam dari, &c.* Et paulo poſt, *Si ergo ſit aliquis ita fidelis, vt ſi quid conſcius ſit ſibi, procedat in medium, & ipſe ſui accuſator exſiſtat hi autem qui futurum Dei iudicium non metuunt, hæc audientes cum infirmantibus quidem non infirmentur, cum lapſis non iaceant, cum ſcandalizantibus non vrantur, ſed dicant longe to D fac à me, neque accedas ad me quia mundus ſum, & deteſtari incipiant eum quem ante admirabantur, & ab amicitia recedant eius, qui delictum ſuum noluit occultare, ſuper his ergo conſequenter dicit qui ex homologeſin, i. confeſſionem facit*, & deinceps, *tantummodo circumſpice diligentius cui debeas confiteri peccatum tuum, proba prius medicum, cui debeas cauſam languoris exponere, &c. Vt ita demum*, ait, *ſi quid ille dixerit qui ſe prius & eruditum medicum oſtenderit, & miſericordem, ſi quid conſilij dederit, facias, & ſequaris. ſi intellexerit & præuiderit talem eſſe languorem tuum qui in conuentu totius Eccleſiæ exponi debeat, E & curari, ex quo fortaſſis & cæteri ædificari poterunt, & tu ipſe facile ſanari multa hoc deliberatione & ſatis perito medici illius concilio procurandum eſt.* Quo pacto in appendice ad Synodum 8. Baſilius Imperator oratione ad Epiſcopos illos qui cum Photio ſedis Conſtantinopolitanæ inuaſore ſchiſma fecerunt, pœnitentiam agens, & errorem ſuum declarans ita loquitur. *Ego primus memet ſuper pauimentum proijcio, purpuram & diadema paruipendens, aſcendite ad genas meas; & per oculos meos incedite, nec reparetis magnum, Imperatoris calcare ſcapulas, nec vereamini tangere verticem, cui impoſitur à Deo corona.* Atque idcirco in Concilio Laodiceno can.

can. 2. Citius redduntur communioni, publicam confeſſionem & pœnitentiam ſimol peragentes, vt eſt in verſione latina, ſtatuitur enim, *Eos qui in diuerſis d:liƐtu peccant, ſed in oratione confeſſionis publicæ & poenitentiæ perſeuerant, & ſe à malis perfeƐte conuertunt, tempore pœnitentiæ, eis pro deliƐti proportione, dato. nihilominus, propter Dei miſerationes, & bonitatem, reddat communioni.*

CAP. XIV.

Si confeßio publica interdum eſt vtilis, multo magis pœnitentia publica, eſſi in vſum redigenda.

ADdendom eſt ſupra dictis, non ita ſublatam eſſe pœnitentiam poblicam Conſtantinpoli, aut etiam in alijs Eccleſijs, vt oon oporteat eam renouari, ſi res & occaſio poſtulet, vt conſtat ea Concilio Toletano 3. cao. 11. vbi cum aliqui ſtatim ac peccaſſent à preſbyteris reconciliareotur, renouatur, propter illam præſumptionem, forma Canonum antiquorum, quibus datur pœnitentiam: *Hoc eſt*, ait Cannon, *vt prius, is quem pœnitet, à communione ſuſpenſus ſedeat, inter reliquos poenitentes, & ad manus impoſitionem, crebro recurrat, expleto autem ſatisfactionis tempore, ſicut ſacerdotalis contemplatio probauerit, is communioni reſtituatur.* Renooanda etiam forma veteris pœnitentiæ dicitur, cap. 25. Concilij Cabilonenſis tempore Caroli magni: *Poenitentiam*, ait, *agere, iuxta antiquam canonum conſtitutionem, in plerisque locis vſu receſſit, & neque excommunicandi, neque reconciliandi, antiqui moris ordo ſeruatur, vt à Domino Imperatore impetretur adiutorium, qualiter ſi quis publice peccat, publica mulƐtetur, poenitentia, & ſecundam ordinem Canonum, pro merito ſuo, excommunicetur, & reconcilietur.* Et Coocilio Tridentioo.

CAP. XV.

Poenitentia nolentibus inſliƐta volentibus alijs data, qui ideo dicebantur eam petere, accipere, & profiteri.

IMponitur pœnitentia alicui, velit nolit, puta, ſi conuictus, & condemnatus ſit, de aliqoo crimine, vt colligitor ex can. 5. epiſt. Gr. Nyſſeni, ad Letoium, vbi dicitur: *Quod eſt quadam differentia, in ratione poenitentia, in ijs qui peccauerunt, in voluptate carnis, vel in alio crimine, nam qui ex ſeipſis, ad ſua proferenda peccata impulſi ſunt, eo quod, ſua ſponte occultorum accuſatores eſſe voluerunt, mitius puniuntur, qui autem in malo deprehenſus eſt, vel conuictus ob aliquā ſuſpicionem, aut accuſationem, inuito ei, longius tempus datur poenitentia, & conuerſionis.* Quo pacto etiam in Synodo Neocæſerea, can. 1. dicitor de Preſbytero, qui fornicatus eſt, nec petijt pœniteotiam, *ἀγέσθω εἰς μετάνοιαν*, id eſt, *ad poenitentiam deducatur.* Aliquaodo vero, & vt plurimum, pœniteotia petebatur ab ipſo pœnitente, vt colligitur ex dicto can. 5.

A Greg. Nyſſeni, & Concilio Agathenſi circa tempora Cæleſtini Papæ 1. can. 15. *Poenitentes*, ait, *tempore quo poenitentiam petunt* Et Concilio Carth. can. 76. *Is*, ait, *qui in infirmitate poenitentiam petit &c.* Et Conc. Toletan. 3. can. 12. *Quicunque ab Epiſcopo, vel Preſbytero ſanus* vel infirmus pœnitentiam poſtulat &c. & Cooncil. Toletaoo 11. cap. 2. Vbi cum quidem, petiiſſent pœoitentiam ſibi dari, & poſtea prævenit morbo fuiſſent, iiſqoe licet non ſentientibus data eſt, cumque ſanitati reſtituti dicerent, ſe pœnitentiam, tunc cum data eſſet, non petiiſſe, nec conſentiantes accepiſſe, ideoque

B non obligati, pœnitentiæ illi exequendæ, quæ erat verbi gratia, vt quis fieret mooachus, ſtatuitur tamen, vt ſint aſtricti, hac ratione quod & baptiſma neſcientibus datur, ex quo loco manifeſte patet, petitam fuiſſe pœnitentiam, qood illi negarent ſe petiiſſe, vt ab ea abſoluerentor, idcirco pœnitentia, dicitur tribui pœnitenti, vt Concilio Triburienſi ſub Arnulpho Imperatore, vbi citatur epiſtola Innocentij Papæ cap. 21. his verbis: *Tribuitur ergo, cum poenitentia, extrema communio, vt homines eiuſmodi, vel in ſupremis ſuis à perpetuo*

C *liberentur exilio.* Dicitur dari, dicto cap. 2. Concilij Toletani 12. & committi Concilio Agathenſi, can. citato: *Iuuenibus*, ait, *etiam pœnitentia non facile committenda eſt propter ætatis fragilitatem.* Et tradi, Concilio Toletaoo 3. can. 12. *ſit poenitentiam ei tradat.* Dicitur etiam, vice verſa à pœnitente accipi, dicto can. 12. Concil. 3. Toletan. *non accipiat poenitentiam*, & Toletan. 4. can. 54. *aliqui poenitentiam accipientes.* Et Toletano 12. can 2. & Toletan. 11. can. 12. & alibi paſſim, vt Concilio Arauſicano can. 3. & cao. 12. eaque accepta, dicebantur pœnitentes, eam profiteri, vt Concilio Epaunenſi can. 4. *Poenitent.* ait, *profeſſi, ad Clericatum*

D *penitus non vocentur*, & cao. 23. *Si quis accepta profeſſaque pœnitentia boni immemor ad ſecularia reuoluatur, prorſus cōmunicare non poterit, niſi profeſſione, quam illicite pretermiſerat, reformetur.*

CAP. XVI.

Pœnitentiam denegari non poſſe eam petentibus, ſiue ſanis, ſiue infirmis, & primum de ſanis id oſtenditur.

SI quis igitur pœnitentiam petiiſſet, ſiue is eſſet ſaous, ſiue infirmus, ea denegari non po-

E terat. Probatur ex Concilio Toletano 3. can. 2. *Quicunque*, ait, *ab Epiſcopo vel Preſbytero ſanus vel infirmus poenitentiam poſtulat, &c.* Et Concilio Nicæno can. 11. & 12. qui canones de ſanis intelliguntur, cum Canon. 13 ſit de infirmis & epiſtola Cypriani ad Cornel. Papam t. 1. Conciliorum p. 234. qui oſtendit lapſos eſſe recipiendos & pacem eis dandam, nec ſine ſpe pacis & communionis eſſe relinquendos, & epiſtola 52. ad Antonianum, his verbis: *Miror autem quoſdam ſic obſtinatos eſſe vt dandam lapſis non putent poenitentiam, aut poenitentibus exiſtiment veniam denegandam.* Et Euſebio lib. 6. cap. 36. vbi vnus ex Nouatianis, cōuerſus poſt peccatum, flebiliterque lugens, & aperte confeſſus, ad Eccleſiam reddit, il-

lumque taodem; populo pro eo togante, Cornelius Papa in communionem teeepit. Denique conſtat ex dictis ſupra, excipienda ſunt priſca tēpora qnibus, propter quædem crimina capitalia pœnitentia etiam denegabatut, vt oſtendimus ex Tettuliano & alijs. Excipiendum eſt etiam, ſi quando, ex cauſa patticulari, denegata ſnetit pœnitentia, nam ea Photio Synodus quæ Side in Pamphilia contta maſſalianos habita eſt, ſtatuit: *Vt quiſquis, damnatā hanc hæreſim, amplexus fuerit, nunquam amplius admittatur, qnamuis millies promiſerit, ſe omnes gradus pœnitentium expleturum*; eſt enim ſemper io arbitrio Epiſcopi, vel Synodi, pœnitentias omnes extendete, vel minuete, vel deficiliores reddete.

Cap. XVII.

Idem de infirmis oſtenditur non eſſe eis denegandam pœnitentiam.

QVod pœnitentia dauda eſſet iofitmia, in exitu, vel periculo mottia probatut, ex can. ſi Preſbyter 26. q. 6. & ex cao. agnouimus, etiam 26. q. 6. *Quid rogo, aliud eſt, vltimam poenitentiam negare periclitanti, quam mortem addere morienti.* Et Concilio Toletano 11. can. 12. & Toletano 3. can. 12. & Synodo Neocæſarea can. 2. Vbi in monte propter humanitatem muliet quæ duobus ſtatribus nupſis, vno caſu pœniteotiam habet & conſequitur, alio diſficilis eſt pœnitentia conceſſu; & epiſtala 3. Innocentij ad exuperium, his vetbis: *Conſuetudo prior tenuit, vt concederentur eis pœnitentia, ſed communio negaretur.* Quod ſi aliquando videatur denegari pœnitentia, vel difficultet dari, eam petentibus, in periculo mottia; id fit quando eſt difficultas an vere pœoiteaot qui eam petunt; quanquam nec tunc denegatut vt conſtat ex can. 2. diſt. 7. de pœnitentia *Si quis, poſitus in vltima neceſſitate ægritudinis ſuæ, voluerit accipere pœnitentiam, & accipit & mox reconciliatur, & hinc vadit, fateor vobis, non illi negamus quod petit, ſed non præſumimus quod bene hic exit, ſi ſecurus hinc exierit ego neſcio, pœnitentiam dare poſſumus, ſecuritatem autem dare non poſſumus.* & can. 6. ead. diſt. Sed Iuliani Papæ decreto 2. oſtenditur, pœnitiam eſſe dandam his verbia. *Si Preſbyter, pœnitiam morientibus abnegauerit, reus erit animarum, quia Dominus dicit, quacumque conuerſus fuerit peccator ad pœnitentiam viuet & non morietur, vera enim confeſſio, in vltimo tempore eſſe poteſt, quia Dominus non ſolum temporis ſed etiam cordis inſpector eſt, ſicut latro vnius momenti pœnitentia, meruit eſſe in paradiſo, in hora vltima confeſſionis.* Et Cœleſtin. ep. 2. ad Epiſcopos Galliæ c. 2. *Agnouimus pœnitentiam morientibus denegari, nec illorum deſiderijs annui, qui obitus ſui tempore, hoc animæ ſuæ cupiunt remedio ſubueniri, horremus fateor, tantæ impietatis aliquem reperiri, vt de Dei pietate deſperet, quaſi non poſſit, ad ſe quouis tempore concurrenti, ſuccurrere, & periclitantem ſub onere peccatorum hominem pondere quo ſe expediri deſiderat liberare, quid hoc eſt quam morienti, &c.* Quin imo, ſi quis in io-

A firmitate pœnitentiam petens, dum ad eum Sacerdos venit, oppreſſus infirmitate ob metuerit, vel in phreneſim verſus fuetit, & dent teſtimonium qni eum audierint accipit pœnitentiā, atque ſi continuo creditur motiturus, teeonciliatut per manus impoſitionem, ſi veto ſupetuixerit, admoneatur à ſupra dictis teſtibus, petitioni ſuæ ſatisfactum, & ſubditur ſtatutis pœnitentiæ legibus quamdiu ſacerdos qni pœnitentiam dedit probauerit. Concilio Carth. 4. & Concil. etiam Arauſicano 1. ſub Leone 1. can. 12. ſubito obmuteſcens pœnitentiam accipere poteſt, ſi voluntatis præteritæ teſtimo-
B nium, aliorum verbis habet.

CAP. XVIII.

Cum poenitentia, non dabatur ſanis, communio Eccleſiaſtica ſeu fidelium.

DAbatut quidem pœnitentia ſanis, ex dictis, ſed non proptetea communio; quæ vt plurimum differebatur, vt conſtat ex Concil. Arelat. 1. can. 33. bis verbis: *Vt poſtulantibus poenitentia non negetur, cuius poenitentia communio, multo tempore differatur.* Vnde in eodem
C Concil. can. 10. *Poenitentes dicuntur à communione ſuſpenſi.* Et ratio eſt manifeſta, nam quædam crimina longiorem pœnitentiam tequirebant, graduſque omnes pœnitentum petcurrendi, antequam ad communionem peruenirentur, vt videbitur infra vbi de gradibus eorum: alia crimina vſque ad exitum vitæ communione priuabant, vt qui falſo accuſant fratres ſuos Concil. Arelat. 1. can. 14. Item Concil. Tolet. 1. can. 19. Epiſcopi filia ſi deuota fuerit, & maritum duxerit, tum viuente marito ſeceſſerit, & pœnitentiam egerit, nullomodo tamen niſi vita deficiens accipit communionem. Item alij
D de quibus Baſil. ad Amphil. can. 73. & Concil. Ancyranum can. 23. Sic Concil. Valent. can. 3. de ijs, qui ſe, poſt ſanctum lauacrum, vel profanis ſacrificijs dæmonum, vel inceſta lauatione polluerint, definitur: *Vt his iuxta Synodum Nycanam, ſatisfactionis quidē aditus non negetur, ne infelicibus lachrimis, vel ſolacijs tamen, deſperatione claudatur, actari vero pœnitentiam in diem mortis, non ſine ſpe tamen remiſſionis.* Concilio Ancyrano can. 23. 11. qui voluntarium homicidium committunt, arceantur à communione, vſque ad finem vitæ, & Concilio Valenſi can. 2. & Concilio Toletano 11.
E can. 12. bis verbia. *De his autem qui accepta pœnitentia antequam reconcilientur, ab hac vita deceſſerint, &c.* Quo loco manifeſte oſtenditur, pœnitentiam accipi potuiſſe, ſine communione Eccleſiæ ſeu ſine reconciliatione, in tantum vt etiam accepta pœnitentia, homines viderentur mori extra Eccleſiam, vt loquitur D. Cyprian. ad Antonianum: *Lachrymas fundere, ſed extra Eccleſiam, poſt iſta morieris.*

CAP. XIX.

Quæritur quid daretur cum pœnitentia ſine communione, & ſine reconciliatione dabatur ſanis.

Non dabatur quidem ſanis ſemper cum pœnitentia, communio Eccleſiæ vel reconciliatio, quod tempus ij haberent eius recipiendæ, ſed dabatur tamen aliquid, nempe donum pœnitentiæ, vt dicitur Concilio Toletano 12. can. 2. *Iſta*, ait, *& pœnitentia donum quod neſcientibus illabitur.* Quanquam ibi intelligi poteſt pœnitentia iuncta reconciliationi & communioni Eccleſiaſticæ quod infirmis vtrumque aliquando datetur, & ibi non de ſanis ſed infirmis agitur. Dabatur quædam benedictio per manum impoſitionem, nam vt eſt in Conc. Agathenſi can. 15. & diſt. 50. can. pœnitentes: *Tempore quo pœnitentiam petunt, impoſitionem manuum, & cilicium ſuper caput à ſacerdote, ſicut vbique conſtitutum eſt conſequebantur*, quod etiam dixit Leo, ſcribus Ruſtico Epiſcopo Narbonenſi: *Pro crimine*, ait, *aliquo ſuo, per manus impoſitionem remedium accipiant pœnitendi.* Et licet non datetur communio ſeu reconciliatio, tamen id dabatur, vt in firmitatis periculo, ſine alia confeſſione, niſi denuo peccaſſent, daretur reconciliatio cõmunionis Eccleſiaſticæ, licet non daretur reconciliatio cõmunionis Euchariſtiæ, quo pacto intelligi debet Conc. Arauſicanum can. qui recedunt, 26. q. 6. *Qui recedunt de corpore, pœnitentia accepta, placuit ſine reconciliatoria manus impoſitione, eos communicare, quod morientis ſufficit conſolationi, ſecundum definitiones patrum, qui huiuſmodi communionem, congruenter viaticum nominauerunt.* Ibi enim agitur de pœnitentibus qui communionem fidelium vel ius ad eam obtinuerant, quæ communio non eſt ſine reconciliatoria manus impoſitione; & ideo cum dicitur ſine manus impoſitione reconciliatoria, intelligitur alia reconciliatio cum eſſent plures vt dicemus infra, quod colligitur etiam ex ſequentibus verbis cum additur: *Quod ſi ſuper vixerint, ſtent in ordine pœnitentium, vt oſtenſis neceſſariæ pœnitentiæ fructibus, legitimam communionem, cum reconciliatoria manus impoſitione recipiant.* Quaſi dicat eam eſſe reconciliatoriam manus impoſitionem, pure & ſimpliciter quæ datur poſt legitimam & plenam pœnitentiam & communionem, non quę poſt illam communionem, quæ datur in caſum mortis ante tempus: *Sicque*, etiam D. Cyprian. epiſt. 21. lib. 3. ait, *pœnitentiam agentibus infirmitatis periculo ſubueniri, & pacem dari, vt nimirum viuat is qui pœnitentiam accepit in æternum, ſimulque pœnitentiæ & reconciliationis beneficium conſequatur.* Et Concilio Eleberino can. 69. dicitur: *Vt quinquennio quis agat pœnitentiam & ſic reconcilietur, niſi neceſſitas infirmitatis, coegerit ad id tempus dare communionem.* Qui canon, optime diſtinguit duas dictas reconciliationes, nam *reconcilietur*, ait, abſolute & ſimpliciter, poſt legitimæ pœnitentiæ tempus exactum; hæc enim reconciliatio meretur dici talis abſolute; niſi, ait, ante tẽpus detur cõmunio, quæ etiam non datur ſine reconciliatione, quæ quidem reconciliatio cum relinquat adhuc pœnitentem obnoxium commiſſæ pœnitentiæ, & ſit tantum in caſum mortis non poteſt dici abſolute reconciliatio ſed ſecundum quid, tantum. Denique cum pœnitentia dabatur communio, non expreſſe, ſed virtute in caſum mortis, etiam ſi vltima reconciliatoria manus impoſitio non interueniſſet, quod liquido conſtat ex Concil. Vaſenſi can. 2. dicitur enim: *Eius qui pœnitentiam accepit ſine communione, oblationes eſſe recipiendas ſi ſubito moriatur, quod de forte ſacerdos non putaſſet denegandam abſolutiſſimam reconciliationem.* Proponitur enim ibi aliquem ſanum, accepta tantum pœnitentia, ſine communione, & ſine reconciliatoria manus impoſitione, caſu poſtea obijſſe antequam dictam communionem per reconciliationem obtinuiſſet, & fingit canon, talem pœnitentem cenſendum communionem habere, quia cum pœnitentia detur communio, ſed quæ ſuſpendatur vſque ad tempus pœnitentiæ exactæ, vel diem mortis, vt non de nihilo, nec fruſtra tales in Concilio Arelat. 2. dicantur à communione tantum, ſuſpenſi; quocirca oblationes factæ, pro eo qui mortuus erat, accepta pœnitentia, ſine communione recipiebantur, quaſi communicaſſet, memoriaque eius orationibus commendabatur, can. 79. Concilij Carthaginenſis 4. & can. 12. Concilij Arelatenſis 2. pro ijs enim qui erat deſperati, vel quibus pœnitentibus manus impoſita non erat à Sacerdote, oblationes factæ non recipiebantur, ex Palladio in hiſtoria Lauſiaca cap. 40. & ex Caſſiano collat. 2. cap. 5. Dicendum ergo eſt, quod ſicut ſi ab hoſtibus captos parens, quamuis hoſtium ſiat tamen pendet ius liberorum propter ius poſt liminij, quia hi qui ab hoſtibus capti ſunt, ſi reuerſi fuerint omnia priſtina iura recipiunt, & id circo reuerſos pater etiam liberos habebit in poteſtate, quia poſt liminium fingit eum qui captus eſt, ſemper in ciuitate fuiſſe, ſi vero ibi deceſſerit ex inde ex quo captus eſt pater, filius ſui iuris fuiſſe videtur: ita in pœnitente pendet reconciliatio, fingitque Eccleſia eum ſi moriatur ante abſolutiſſimã abſolutionem, eſſe plane reconciliatum, & abſolutum. Vel etiã dicendum eſt 2. ſicut aliena res quæ iure ciuili non poteſt pignori obligari, obligatur tamen vtiliter ſub conditione ſi debitoris facta fuerit l. 16. §. aliena D. de pignor & lib. 7. §. ſi tibi D. qui potio. in pign. obligatio enim inter impendet donec conditio acciderit, quæ ſi euenerit, obligatio vires accipit à prima conuentione, quia conditio retrotrahitur ad illud tempus l. 2. D. qui potior. in pign. & ita hoc caſu mortis conditio ſeu mors retrotrahitur ad primam reconciliationem,

Cap. XX.

Quæritur an infirmis pœnitentiam primum petentibus, & pœnitentia, & communio ſimul daretur.

QVod ſpectat ad eos, qui in infirmitate tantum, pœnitentiam petebant, cum eam non ſuiſſent amplexi toto vitæ ſuæ tempore; Sciendum eſt eos initio pœnitentiam ſine communione tamen impetraſſe, ex epiſtola 3. Innocentij cap. 2. ſupra citata, in ea enim agitur B de his qui pœnitentiam & cōmunionem in vitæ fine petunt, ratio eſt, quia dubitari poterat, an eſſent vere pœnitentes, quod colligas ex D. Cypriano ep. 52. ad Antonianum, & refertur can. 5. diſt. 7. de pœnitent. *Idcirco, frater chariſſime, pœnitentiam non agentes, nec dolorem delictorum ſuorum toto corde, & manifeſta lamentationis ſua profeſſione teſtantes, prohibendos omnino cenſuimus, à ſpe communicationis & pacis, ſi in infirmitate, atque periculo cœperint deprecari, quia rogare illos non delicti pœnitentia, ſed mortis vrgentis admonitio compellit, nec dignus eſt accipere ſolatium qui ſe non cogitauit eſſe moriturum.* Et ex C Concilio Arelatenſi 1. can. 23. his verbis: *De his qui apoſtatant, & nunquam ſe ad Eccleſiam repræſentant, nec quidem pœnitentiam agere quærunt, & poſtea infirmitate correpti petunt communionem, placuit eis non dandam communionem, niſi reualuerint, & egerint dignos fructus pœnitentiæ.* Quocirca D. Baſil. ep. ad Amphilochium dicit hæreticos qui in exceſſu è vita pœnitentiam agunt, recipiendos quidem, ſed cum examine & iudicio an verè pœniteant. Si enim quis reperiretur impenitens, nec pœnitentia nec communio eſſet ei concedenda, ex Clem. Papa lib. 2. cap. 45. vbi poſtquam ſuaſit pœni- D tentem omnem eſſe recipiendum, addit tamen in fine, *quod ſi aliquem impœnitentem, atque obduratum videris, tunc cum triſtitia, & luctu medicinam reſpuentem ab Eccleſia abſcinde.* Et Gregor. Nazianz. orat. in ſancta lumina ſupra citata cum oſtendiſſet dandam eſſe pœnitentiam eam petentibus, addit tamen repellendos eos qui non reſipiſcunt, nam, ait, *ne ipſe quidem eos recipio, qui vel nullo modo, vel non ſatis deprimuntur, nec perpetrato crimini parem vitæ emendationem adferant, cumque recipio congruentem ipſis locum aſſigno.* Poſtea vero, Eccleſia huiuſcemodi pœnitentibus, vna cum pœnitentia, communionem fidelium indulſit, vt videre in eſt epiſtola citata Innocentij ad exuperium, E & epiſtola 89. Leonis Papæ 1. *etiam*, ait, *talium neceſſitati ita auxiliandum eſt, vt nec actio illis pœnitentiæ, nec communionis gratia denegetur, ſi eam, etiam amiſſo vocis officio, per indicium integri ſenſus quærere comprobetur, vt ſimul & pœnitentiæ & reconciliationis beneficium conſequantur, ſeruata tamen regula canonum circa eas perſonas qui in Deum à fide diſcedendo peccarunt.* Et Concilio Toletan. 11. can 12. *qui pœnitentiam*, ait, *in mortis agit periculo, non diutius à reconciliationis gratia differendus eſt, ſed ſi præcincto mortis vrgeatur periculo, pœnitentia per manus impoſitionem accepta, ſtatim ei reconciliatio adhibenda eſt, ne prius ab humanis rebus æger abſcedat, quam donum reconciliationis accipiat, ſicque ſuperſtitibus quodammodo doloris videatur eſſe perpetui, ſi præciſum ab Eccleſia membris eum qui vtique reconciliationem non meruerit, raptum à præſenti vita mors natura ſubduxerit;* quam rem innuere videtur Leo papa 1. ep. 89. agens de ſero pœnitentibus, cum dicit, *eos ſe reſeruare ad paucarum horarum anguſtias, quibus, vix inueniat ſpatium, vel confeſſio pœnitentis, vel reconciliatio ſacerdotis.*

Quod ſi, pœnitentia & communio dabatur B ſimul, eis qui vtrumque tum primum petebant, & qui nondum pœnitentiam acceperant, multo facilius iam pœnitentiam profeſſis, communio ſola dabatur, quod conſtat ex Concilio Ancyran. can. 6. *ſi quis*, ait, *ob crimen aliquod non expleuerit pœnitentiam, ac ſic periculum mortis, ex morbo, vel alia occaſione, recipiatur ad communionem.* Et can. 5. epiſtolæ Nicœni ad Letoium. vbi quis à Sacramentorum communione alienus propter aliquod crimen, in hora tamen ſui exitus, fit communionis ſacramenti particeps: atque id totum dicitur fieri can. 2. Synodi Neocæſareæ, *propter humanitatem*, διὰ τὴν φιλανθρωπίαν, & canone etiam 2. Synodi C Laodicenæ, *propter Dei miſerationes* & bonitatem, διὰ τοὺς οἰκτιρμοὺς καὶ τὴν ἀγαθότητα τοῦ θεοῦ & in epiſtola citata Innocentij ad exuperium *propter Domini miſericordiam.*

CAP. XXI.

Oſtenditur, tam his quibus erat data iampridem pœnitentia, quam his, quibus de nouo dabatur, in infirmitate datam reconciliationem & communionem fidelium, ſub hac conditione, vt ſi conualuerint impleant pœnitentiam. D

AT vero, cum dabatur communio infirmis, qui iam erant pœnitentiam profeſſi, vel etiam cum dabatur pœnitentia, & communio ſimul, iis qui non ante petierant, in fine & periculo mortis: id ita fiebat vt ſi poſtea quis conualuiſſet, in eadem, qua prius, pœnitentia, vel erat conſtitutus, vel erat conſtituendus perſeueraret, expers denuo myſticorum ſacramentorum, vſque ad vitæ exitum, ſi id crimen expoſceret ex Gr. Nyſſen. ep. ad Letoiū, can. 30. & ex Synoſ. ep. 67. his verbis, valde notandis. *Lamponianum*, ait, *Iaſoni iniuriarum conuictis, ille conuictionem confeſſione præueniens,* E *pœnas luit. ab Eccleſiaſticis conuentibus ſeparatus, quanquam ex animi pœnitentia illachrymauit, & ſupplex eam populus condonari ſibi petit ſed ego in iis quæ ſemel decreueram perſeueraui. ſoluendi autem ius ad pontificiam ſedem reieci, Tantulum hoc ergo mihi ſumpſi, ſi Lamponiano fatalis neceſſitas immineret, & præſtituta mortis dies adeſſe videretur, tum omnibus qui eo tempore intereſſent, presbyteris, conceſſi, vt eum in communionem Eccleſia reciperent, nullus enim, quantum in me erit, Eccleſiaſticis vinculis obſtrictus moriatur. Sin conualuerit rurſus iiſdem pœnis tenéatur, atque a diuina & humaniſſima anima tua, venia tegeſſeram expectet.* at ita intelligi debent verba illa Synodi

Ancyranæ can. 6. *ſi periculum mortiſque expectatio, ex morbo vel aliqua occaſione euenerit, τοῦτοι ἐπὶ τῷ ὅρῳ δεχθῶσι, i. eos ſub definitione recipiendos*, ſub hac nimirum definitione ac lege vt ſi conualuerint impleant ſuam pœnitentiam, nec amplius diuinis ſacramentis participent, quorum communionem acceperant, & ex Concil. Arauſicano can. 6. 2. q. 6. vbi dicitur, *ſi quis reconciliatus ſit, & viaticum nouiſſimum, & neceſſarium communionis acceperit in deſperatione poſitus, ſanus factus poſt communionem illam in morbo acceptam non denuo accipiat, donec pœnitentiam impleuerit ſeu conſtitutum pœnitentiæ tempus, ſed tantum oratione particeps ſit*, ſicut etiam dicitur can. 13. Concilij Nicœni, quibus duobus locis poſſet aliquis colligere, eos qui in periculo vitæ facti fuiſſent participes vltimi viatici, i. communionis fidelium ſi in viuos relati eſſent, cum iis qui ſunt communionis precum participes, indiſtinctè in quocunque antea gradu fuerint pœnitentium, vel etiam ſi in nullo gradu fuerint, quod tamen non exiſtimat Balſamo, dicens hoc canone agi de his qui erant in illo ordine pœnitentium ad quem ideo iuxta canonem redeunt, ſed dici poteſt: eſſe Epiſcopi id iudicare, & ſaltem, inter eos qui precum participes, eſſe reſponendos. Quicquid vero ſit, ij pœnitentiam illam quæ eis tradita erat, ſanitati reſtituti implere tenebantur, & ad eam compellebantur ex can. 2. ſup citato Concilij Toletani 12. loquam rem, eſt etiam canon. 76. Concilij Carthaginenſis 3. in fine his verbis, *Is, qui pœnitentiam infirmitate petit, ſi caſu dum ad eum Sacerdos inuitatus venit oppreſſus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesin verſus fuerit, dent teſtimonium qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam, & ſi continuo creditur moriturus reconcilietur per manus impoſitionem, & infundatur ori eius Eucharistia, ſi ſuperuixerit admoneatur à ſupradictis teſtibus petitioni ſuæ ſatisfactum, & ſubdatur ſtatutis pœnitentiæ legibus quandiu Sacerdos, qui pœnitentiam dedit probauerit*, & Concilio Epaunenſi tempore Gelaſij Papæ 1. can. 36. dicitur ſimiliter, *ſi ægrotum accepto viatico conualeſcere fortaſſe contigit, ſtatuti temporis ſpatia obſeruare conuenit*. Et hoc eſt quod voluit dicere can 78. Concilij Carthag. qui refertur 26. q. 6. can. 11. qui in Infirmitate, *pœnitentes*, ait, *qui in infirmitate viaticum Euchariſtiæ acceperunt, non ſe credant abſolutos ſine manus impoſitionis ſi ſuperuixerint*, abſolutos nimirum à pœnitentia, nam reuera erant abſoluti à crimine ſaltem in caſum mortis, quia vt dicit D. Aug. lib. 2. de adulterijs coniugijs c. 16. *pœnitentia & reconciliatione quis ſanatur*; additur ſine manus impoſitione, nempe illa, quæ dabatur in fine, poſt legitimam pœnitentiam in ſignum abſolutiſſimæ pœnitentiæ; cum tamen eſſent reuera abſoluti, licet ſub conditione pœnitentiæ, & reuera reconciliati, vt patet ex Concilio Nanetenſi, cap. 2. *infirmus*, ait, *qui neceſſitate mortis vrgente, confitetur peccata ſua, ſub conditione à ſacerdote reconcilietur, vt ſi ei dominus vitam donauerit ſanitatemque reddiderit, ſecundum qualitatem delicti, & ſecundum canonum ſtatuta, & pœnitentialium probatorum pœniteat*. Quare pœnitentes hoc pacto reconciliati per pœnitentiam & communionem in infirmitate conceſſam, tamen adhuc manebant obno-

A xij pœnitentiæ implendæ quæ eis tradita erat, nec ab ea propterea liberabantur, prætextu illius communionis, quam nec denuo poterant accipere donec pœnitentiam impleſſent, nondum enim erant, plane, pure, & ſimpliciter reconciliati, ſed ſub conditione tantum, quæ non eſt vltima reconciliatio pœnitentum, ſed ea quæ datur per manus impoſitionem oſtenſis neceſſariis fructibus pœnitentiæ, hoc eſt peracta ad plenum ſolida & integra pœnitentia, & poſt quam aut per quam pœnitentes reconciliantur non tantum Eccleſiæ, ſed altari & Euchariſtiæ, vt recte Concil. Toletan. 1.
B can. 2. dicitur: *Eum*, ait, *pœnitentem dicimus, qui poſt baptiſmum, aut pro homicidio, aut pro diuerſis criminibus, grauiſſimiſque peccatis, publicam pœnitentiam gerens, ſub cilicio diuino, fuerit reconciliatus altario*; Intelligit enim eum, qui pœnitentiam egit, & non amplius agit, ſeu omnimode reconciliatum, qui vere dici poteſt reconciliatus, ſicuti apud Zonaram can. 6. Concilij Carthagin. pœnitentium reconciliatio definitur: *Cum quis crimen confeſſus, poſt quam inter pœnitentes egit, mulctamque perſoluit, à pœna in futurum tempus abſoluitur, tanquamque forte iam ſatis ſupplicij luerit, vel etiam quia definitum tempus impleuerit, vel ſatis magnum animi dolorem pro ratione criminis indicarit, à*
C *pœna liberatur, eique vel cum fidelibus conſiſtere, vel ſacris etiam myſterijs communicare permittitur*. Et de hac reconciliatione intelligendus vt dixi Canon 7. 26. q. 6. Concilij Arauſicani: *Qui recedunt*, ait Canon, *de corpore, pœnitentia accepta, placuit, ſine reconciliatoria manus impoſitione, eis communicare, quod morientis ſufficit conſolationi, ſecundum definitiones patrum, qui huiuſmodi congrue viaticum nominauerunt, quod ſi ſuperuixerint ſtent in ordine pœnitentium oſtenſis neceſſariis pœnitentiæ fructibus, legitimam communionem cum reconciliatoria manus impoſitione recipiant*. Senſus enim eſt, licet accepta
D pœnitentia decedentes communicent, & per conſequens reconcilientur Eccleſiæ, quandoquidem non datur communio, ſine reconciliatione, vt recte Leo Papa 1. epiſt. 89. ad Theodorum Forojulienſem Epiſcopum: *Cum*, ait, *pœnitentes, ad communionem Sacramentorum, per ianuam, reconciliationis admittuntur*. Tamen quia tales non ſunt reconciliati niſi ſub conditione, nec obtinuerunt omnes reconciliationes, & manuum impoſitiones ideo non poſſunt abſolute dici reconciliati, reconciliatoria manus impoſitione, quæ ſola datur poſt legitimam pœnitentiam; qui tamen debent eſſe contenti, tali reconciliatione & communione fidelium
E quod ea ſit ſufficiens viaticum, vt ſalui eſſe poſſint, per viaticum enim & per communionem ibi non intelligitur Euchariſtia, ſed communio fidelium, vt oſtendimus infra.

CAP. XXII.

Datam fuiſſe pœnitentiam per manuum impoſitionem.

Dicimus pœnitentiam datam fuiſſe per manus impoſitionem, quod conſtat ex can. 5. Concilij Agathenſis his verbis: *Pœniten-*

A ſet tempore quo pœnitentiam petunt, impoſitionem manuum & cilicium ſupra caput a ſacerdote (ſicut vbique conſtitutum eſt) conſequantur. Et Concil. Toletano 11. can. 12. *Qui pœnitentiam*, ait, *in mortis agit periculo, nondum ei a reconciliationis gratia differendum eſt, ſed ſi præuento mortis vrgeatur periculo, pœnitentia per manus impoſitionem accepta, ſtatim ei reconciliatio adhibenda eſt, ne prius ab humanis rebus æger abſcedat, quam donum reconciliationis accipiat, ſicque ſuperſtitibus quodam modo doloris videatur eſſe perpetui, ſi præciſum ab Eccleſiæ membris eum, quia vtique reconciliationem non meruerit raptum à præſenti vita mors naturæ ſubduxerit.* Et ex epiſtola Leo B nis ad Narbonenſem Epiſcopum reſponſo 2. *Pro crimine*, ait, *aliquo ſuo, per manus impoſitionem, remedium accipiant pœnitendi.* Et ex Concil. Tolet. 6. can. 7. vbi dicitur: *Quod pœnitentiæ profeſſio, pro venia peccatorum ad manum ſacerdotis deducit.* Et ex cap. 61. l. 2. conſtitutionum Apoſtolicarum his verbis: *Sic igitur faciendum tibi eſt, Epiſcope, atque vt ethnicum baptiſmo lotum poſt doctrinam admittis, ſic hunc per manus impoſitionem, vt pote factum mundum pœnitendo, cunctis pro eo deprecantibus in antiquam paſcua reſtitue, eritque ei loco lauacri manuum impoſitio*, [illegible]. Qua propter is cui pœnitentia tradita erat, & qui eam acceperat, C dicebatur ſtatim eſſe ſub manu poſitus ſacerdotis cap. 6. decretorum felicis Papæ 3. cauetur enim in eo: *Ne quis fratrum Coepiſcoporum, vel Presbyterorum, in alterius diœceſi pœnitentem, vel ſub manu ſacerdotis, aut eum qui reconciliatum ſe eſſe dixit, ſine Epiſcopi ſui, vel Presbyteri teſtimonio, & literis ſuſcipiat.* Et recte poterat dici eſſe ſub manu ſacerdotis pœnitens, nam donec omnino reconciliaretur, & per omnes gradus pœnitentiæ, perueniſſet ad communionem, varijs erat obnoxius manus impoſitionibus vt conſtat ex Concilio Tolet. 3. can. 11. vbi dicitur: *Vt prius eum quem pœnitet, à communione ſuſpenſum faciat, inter reliquos pœnitentes, & ad manus impoſitionem crebro recurrat.* Item dicebatur profiteri D pœnitentiam, vt videre eſt apud nobiliſſimum, & validiſſimum eloquio Aurelianenſem Antiſtitem. Dum igitur pœnitentia dabatur antequam etiam communio fidelium concederetur, manuum impoſitio fiebat ſupra caput pœnitentis, ex capitularibus Caroli Magni, lib. 5. c. 58. 58. 61. 63. 71. quod adhuc confirmatur ex epiſt. 12. D. Cyprian: *Nam cum*, ait, *in minoribus delictis, quæ non in Dominum committuntur, pœnitentia agatur iuſto tempore & exhomologeſis fiat, inſpecta vita eius qui agit pœnitentiam; nec ad communionem venire quis poſſit, niſi prius* E *illi ab Epiſcopo & Clero manus fuerit impoſita.* Et l. de lapſis: *Ante, ait, expiata delicta, ante exhomologeſin factam criminis, ante purgatam conſcientiam ſacrificio & manu ſacerdotis, ante offenſam placatam indignantis Domini, & minantis, pacem putant eſſe, quam quidam verbis fallacibus venditant.*

CAP. XXIIII.

Totam ſeriem & progreſſum pœnitentiæ, permixtas habuiſſe varias manuum impoſitiones.

ID iam dictum eſt ſupra generaliter ex Concilio Toletano 1. can. 11. ſed adhuc eſt enucleatius oſtendendum, & primum quidem vt eſt in Concilio Agathenſi cap. 9. & apud Bur- B chardum lib. 19. cap. 26. *In capite quadrageſimæ, omnes pœnitentes, qui publicam ſuſcipiunt, aut ſuſceperunt pœnitentiam, ante fores Eccleſiæ ſe repræſentabant Epiſcopo, ſacco induti, qui eos introducebat in Eccleſiam nimis eis improbat, aquam benedictam, & cinerem, ſuper eos, ſpargeat tum expellebantur ab Eccleſia, vſque ad cœnam Domini quo die repræſentabantur.* Hic enim canon, non eſt tantum de iis qui tum primum ſuſcipiebant pœnitentiam, ſed etiam de iis qui iam ſuſceperant, & qui tamen nondum in ea progreſſum fecerant, vt intelligitur ex verbis ipſius. Rurſus in can. 80. Concilij Carthag. 4. dicitur vt omni tempore ieiunij manus pœni- C tentibus imponatur, quanquam verius ſit intelligi locum illum de pœnitentia danda: Quocirca can. 65. diſt. 50. dicitur. *Vt Clericis qui ad grauius crimen lapſi ſunt, non imponatur manus tanquam pœnitentibus*, & can. 67. *Vt pro crimine ſuo, per manus impoſitionem, non accipiant remedium pœnitendi, cum id ex Apoſtolica traditione deſcendat a quo dictum eſt, ſacerdos ſi peccauerit, quis orabit pro eo.* Clericis enim nõ erat permiſſum pœnitentiam publicam vlto agere, ex infra dicendis, quæ pœnitentia, per manus impoſitionem innitur, dictis canonibus.

Denuo antequam pœnitentes Sacramento D Euchariſtiæ participarent, adhuc alteri manus impoſitioni ſubijciebantur, pœnitentiam profeſſi, nempe quando venerant ad gradum Cathecumenorum, ſeu proſtratorum, vt conſtat ex Concil. Laodicæno can. 19. *Oportet, ait, ſeorſum primum, poſt Epiſcop. ſermones Cathecumenorum orationem peragi, & poſtquam exierint Cathecumeni, eorum qui pœnitentiam agunt, fieri orationem & cum ij ſub manum acceſſerint, & receſſerint*, [illegible], *fidelium preces ſic fieri*; Et ad hanc & alias manuum impoſitiones reſpicit Concilium Gerundenſe, can. 90. *Cum, ait, eum qui in ægritudinis languore pœnitentiæ benedictionem accepit, & conſequenter ad primam manuum impoſitionem, ſi recon-* E *ualeſcat, debere caput, pœnitentia in Eccleſia publice ſubdare.* Et illud felicis Papæ, *non confundantur, Deo colla ſubmittere*, & hoc eiuſdem, *ſeptem annis, ſubiacere, inter pœnitentes, manibus Sacerdotum.* Eſt iſtud *aliquandiu ſub manus impoſitione, detentis*, & hoc etiam, *ſub manu poſitum Sacerdotis*, vt rectiſſime obſeruauit, nunquam ſatis laudatus Epiſcopus Aurelianenſis Albaſpinæus, nam quando pœnitentes, peruenerant ad gradum proſtratorum, ſæpius veniebant ſub manum ſacerdotis, nempe cum Miſſæ celebrarentur, quod ſignificare voluit Con. Tol. 3. can. 11. his verbis, *faciat, ait, inter reliquos pœnitentes ad manus impoſitionem crebro*

recutere, loquitur enim ibi de pœnitentiam profeſſis, & Leo Papa ad Epiſcopum Narbonenſem, *poſſunt*, ait, *ieiuniis, & manus impoſitione purgari.* Erat vero certa formula manuum impoſitionis ſeu orationis, qua manus imponebatur, vt conſtat ex Concilio Mileuitano ſub Innocentio 1. can. 12. *placuit*, ait, *etiam illud, vt preces vel orationes, ſeu Miſſæ quæ probatæ fuerunt in concilio, ſeu præfationes ſeu commendationes, ſeu manus impoſitiones ab omnibus celebrentur, nec aliæ omnino dicantur in Eccleſia.*

Deinceps in gradu fidelium ponebantur pœnitentes, per aliam reconciliationem, & manuũ impoſitionem qua conſequebantur eorum communionem ad preces vt loquitur canon 16. Synodi Nicænæ κοινωνίας εἰς τὰς προσευχάς.

Denique per aliam manus impoſitionem reconciliabantur altari, & Euchariſtiæ; quod colligitur ex D. Cypr. ep. 10. ad Clerũ, *Nam cum*, ait, *in minoribus peccatis, agant peccatores pœnitentiam iuſto tempore, & ſecundum diſciplinæ ordinem, ad exomologeſin veniant, & per manus impoſitionem Epiſcopi, & Cleri, ius communicationis accipiant nunc crudo tempore, perſecutione adhuc perſeuerãte, nondum reſtituta Eccleſiæ ipſius pace, ad communicationem admittuntur, & offertur nomen eorum, & nondum pœnitentia peracta nondum exomologeſi facta, nondum manu eis ab Epiſcopo & Clero impoſita Euchariſtia illis datur, cum ſcriptum ſit qui ederit panem* &c. Et alibi paſſim: Item ex Concilij Arauſicani 1. can. 3. cum dicitur, *vt oſtenſis neceſſariis pœnitentiæ fructibus, legitimam communionem, cum reconciliatoria manus impoſitione recipiant.* Et ex can. 76. Concilij Carthaginenſis 4. *reconcilietur*, ait, *per manus impoſitionem, & infundatur ori eius Euchariſtia.* Et ex can. 2. Concilij Vaſenſis 1. *abſque*, ait, *ſacramentorum viatico intercipiantur, quibus nec abſolutiſſimam reconciliationem denegandam putaſſet*, hoc eſt reconciliationem communioni Euchariſtiæ, in eo loco, manifeſtum eſt pœnitentiæ viaticum, eſſe diuerſum à viatico Euchariſtiæ, & per hanc manuum impoſitionem vltimam, dicebantur pœnitentes *reconciliari altario* can. 2. Concilij Toletani 1. *reconciliari diuinis altaribus*, can. Aurelius Epiſcopus 26. qo. 6. *admitti ad altarium* can. 60. Concilij Agatenſis, *Dominicæ ſociari communione* can. 78. Concilij Eliberini, *oblationem aſſequi, & quod perfectum eſt aſſequi*, τοῦ τελείου τυχεῖν, ex Synodo Ancyrana can. 9. & 10. *denique perfecte ſuſcipi ac recipi*, vt eſt in eadem Synodo Ancyrana, quæ id ita iubet τελείως δεχθῆναι, i. *perfecte ſuſcipiantur*, ait, de iis loquens qui ad communionem Euchariſtiæ recipiebantur.

CAP. XXIV.

De gradibus pœnitentiæ, & diuerſis locis, in quibus, pœnitentes agebant fructus dignos pœnitentia.

HÆc erat diſciplina Eccleſiæ, hic ordo, vt pœnitentes in diuerſis veluti claſſibus & gradibus collocarentur, qui vocantur loca à Sozomeno lib. 7. hiſtor. cap. 16. & à Balſamone in can. vltimum Greg. Thaumaturgi ep. canonica, vel ordines à D. Hieron. ep. ad Oceanum cap. 1. 2. vbi agitur de quodam qui ſtabat in ordine pœnitentum: Quinque vero ſunt tales ordines, ſeu ſedes ſeu gradus pœnitentiæ, vel etiam quatuor tantum, ſi omittum προσκλαύσεως non ſit gradus nec locus, ſed ἀκροάσεως ſit primus, vt multi magni viri enumerant, alij vero quinque gradus, ita deſcribuntur à Gregorio Thaumaturgo ep. canonica, dicto can. vltimo.

Primus dicitur ἡ πρόσκλαυσις, *fletus ſeu luctus*, qui erat extra portam oratorij, vbi peccatorem ſtantem, oportebat orare fideles ingredientes, vt pro ſe precarentur, vt patet his verbis ἡ πρόσκλαυσις ἔξω τῆς πύλης τοῦ εὐκτηρίου ἐστὶν, ἔνθα ἑστῶτα τὸν ἁμαρτάνοντα χρὴ τῶν εἰσιόντων δεῖσθαι πιστῶν ὑπὲρ αὐτοῦ εὔχεσθαι. i. *Fletus ſeu luctus, eſt extra portam oratorij, vbi peccatorem ſtantem oportet fideles ingredientes orare, vt pro ſe precentur.*

Secundus gradus dicitur, ἡ ἀκρόασις, i. *auditio*, quæ ita deſcribitur ibidem, ἡ ἀκρόασις ἔνδον τῆς πύλης, ἐν τῷ νάρθηκι, ἔνθα ἑστάναι χρὴ τὸν ἡμαρτηκότα ἕως τῶν κατηχουμένων, καὶ ἐντεῦθεν ἐξέρχεσθαι· ἀκούων γὰρ τῶν γραφῶν καὶ τῆς διδασκαλίας ἐκβαλλέσθω, καὶ μὴ ἀξιούσθω προσευχῆς. id eſt, *Auditio, eſt intra portam, in porticu, vbi oportet, eum qui peccauit, ſtare vſque ad Cathecumenos, & illinc egredi, audiens enim inquit ſcripturas, & doctrinam, eiiciatur & precatione indignus cenſeatur.* Ideo Balſamo in Concil. Nicænum can. 11. explicat eſſe inter audientes, ἔξω ἱστᾶσθαι τοῦ ναοῦ καὶ ἀκούειν τῶν ἱερῶν ᾠδῶν τοῦ θεοῦ. i. *Extra Templum ſtare, & Dei hymnos & cantica audire.*

Tertius, ὑπόπτωσις i. *ſubiectio, ſubſtratio, humiliatio, vel proſtratio.* Proſtrationis enim verbo vtendum potius videtur ex can. 17. diſt. 30. vbi de pœnitentibus dicitur: *Non proſternant ſe in oratione, cauſa humilitatis, ſed recto vultu ad Dominum fungantur orationis officio.* Vel vt eſt in alia lectione, & codice regio, non proſtrati ſed erecto vultu &c. Ea ita deſcribitur à Greg. Thaumaturgo. ἡ δὲ ὑπόπτωσις, ἵνα ἔσωθεν τῆς πύλης τοῦ ναοῦ ἱστάμενος μετὰ τῶν κατηχουμένων ἐξέρχηται. i. *Subiectio autem ſeu proſtratio eſt, vt intra templi portam ſtans, cum Cathecumenis egrediatur.* Balſamo loco citato explicat, ἵστασθαι ἔσω τῆς ἐκκλησίας ὄπισθεν τοῦ ἄμβωνος, καὶ ἐξέρχεσθαι μετὰ τῶν κατηχουμένων i. *Intra Eccleſiam ſtare, ſed poſt ambonem & cum Cathecumenis exire.*

Quartus eſt σύστασις, ita ibidem deſcriptus, ἡ σύστασις, ἵνα συνίσταται τοῖς πιστοῖς, καὶ μὴ ἐξέρχηται μετὰ τῶν κατηχουμένων. i. *Conſiſtentia eſt & congregatio, vt cum fidelibus conſiſtat, & cum Cathecumenis non egrediatur.* Sic dicitur quod non exirent, ſicut qui in 3. gradu.

Quintus & vltimus eſt participatio, ἡ μέθεξις, ex eodem Gregorio, τελευταῖον, ait, ἡ μέθεξις τῶν ἁγιασμάτων. *Poſtremo eſt participatio Sacramentorum.*

Porro horum omnium graduum mentio in can. 22. epiſtolæ D. Baſilij ad Amphilochium quando ait de fornicatoribus oportet eos annos primo, ἐκβάλλεσθαι τῶν προσευχῶν καὶ προσκλαίειν αὐτοὺς τῇ θύρᾳ, τῆς ἐκκλησίας· τῷ δευτέρῳ δεχθῆναι εἰς ἀκρόασιν· τῷ τρίτῳ δεχθῆναι εἰς μετάνοιαν, τῷ τετάρτῳ εἰς σύστασιν μετὰ τοῦ λαοῦ. ἀπεχομένους τῆς προσφορᾶς· εἶτα αὐτοῖς ἐπιτρέπειν τὴν κοινωνίαν τοῦ ἀγαθοῦ. i. *Anno primo eos à precibus expelli, & deflere ad fores Eccleſiæ, ſecundo autem ad auditionem admitti, tertio admitti ad pœnitentiam.* Ita vocat proſtrationem peculiari nomine, quod in eo gradu maio-

tem pœnitentiam propter humiliationem oſtendecent pœnitentes. *Quarto ad congregationem & conſiſtentiam cum populo, hoc eſt communionem precum. Quinto ad communionem Chriſti & Euchariſtiæ.* & can. 56. *Quo qui ſua ſponte interfecit, & pœnitentia poſtea ducitur, viginti annis Sacramento Euchariſtiæ non communicabit*, viginti autem illi anni, ſic ibidem diſpenſantur: *Nempe quatuor annis talis pœnitens debet deflere extra portas oratorij, & fideles ingredientes rogare vt pro eo precentur, ſuam ſemper indignitatem pronuncians, quinque autem aliis annis, erit cum audientibus, & cum illis egredietur, ſeptem vero ſequentibus, inter eos qui proſtrati erant in quatuor vero aliis, ſtabit cum fidelibus, nondum oblationis particeps, tandem iis expletis erit particeps Sacramentorum*, & can. 57. *quo, qui non voluntarie interfecit, vndecim tantum annis Sacramentis non communicat*, vndecim autem illi anni ſic in eo diſpenſantur, *duobus annis deflebit, tres inter auditores perſeuerabit, quatuor erit proſtratus, & anno vno ſolum conſiſtet, & deinceps ad Sacramenta admittetur.* & can. 58. *Qui adulterauit per quindecim annos Sacramentis non communicabit, qui iſta diſpenſabuntur, quatuor erit deflens quinque audiens, quatuor proſtratus duobus conſiſtens ſine communione, tum veniet ad communionem*, & can. 59. *Fornicator ſeptem annis non communicabit ſanctis Sacramentis, duobus deflens, duobus audiens duobus proſtratus, vno conſiſtens, octaua ad communionem admiſſus*, & can. 64. *periurus, decem annos non erit communionis ſancta particeps, duobus deflens, tribus audiens, quatuor proſtratus, anno vno conſiſtens, & tunc communione dignus habitus.* can. 66. *qui ſepulcra effodit, vndecim annis carebit communione, duobus deflens, tribus audiens, quatuor proſtratus, vno conſiſtens, & tunc admittendus ad communionem.* can. 75. *Qui cum propria ſorore pollutus eſt, in Eccleſiam non permittitur accedere, donec deſiſtat, qui ſi pœnitere velit triennio defleat oportet, ſtans propter fores domus oratorij, & rogans populum ingredientem ad orationem, vt vnuſquiſque pro ipſo miſericorditer ad Dominum intenſas fundat preces tum alio triennio ad ſolam auditionem admittatur, & ſcripturam ac doctrinam audiens eiiciatur, & nec oratione dignus habeatur, deinde ſi illam ex quiſiuit, cum lachrymis & Domino cum cordis contritione, & valida humiliatione ſupplex procidit, detur ei ſubſtratio, aliis tribus annis, tum decimo anno in fidelium oratione ſuſcipiatur, ſine oblatione idque per duos annos, quibus finitis deinceps dignus habeatur bona communione.* can. 77. *Qui vxore legitima relicta, aliam ducit, anno defleat, biennio audiat, triennio proſternetur ſeptem annis cum fidelibus conſiſtat, & ita oblatione dignus habeatur.* can. 81. Idem de lapſis dictos, & can. 83. de beneficis, *Vt per omnes illos gradus pœnitentia, ad communionem altaris perueniant.*

CAP. XXV.

An fuerit neceſſe pœnitenti tranſire per illos omnes gradus.

HVIC quæſtioni reſpondendum eſt, non fuiſſe neceſſe, ſed potuiſſe aliquem per ſaltum pœnitentiam ſuam agere, & diſpenſari ab Epiſcopo circa hunc vel illum gradum, nam can. 4 eiuſdem epiſtolæ Baſilij dicitur: *Trigamos non arcendos plane ab Eccleſia, ſed dignandos auditione, duobus vel tribus annis, id eſt inter audientes eſſe, & deinde permitti conſiſtere, ſeu in fidelium eſſe congregatione, à boni tamen communione abſiſtere, & ſic poſtquam pœnitentiæ fructum oſtenderint communionis loco reſtituendos.* Videas enim ibi ad cõmunionem Euchariſtiæ peruenire, omiſſis duobus gradibus, flentium nimirum, & proſtratorum, can. vero 30. qui rapiunt aliena, *tribus annis ſunt extra orationes, ἔξω τῶν εὐχῶν & tunc incipiunt, eſſe in oratione, ſeu communicatione orationis fidelium, vel etiam incipiunt communicare corporis Chriſti, pro arbitrio Epiſcopi.* Ita vt hoc pacto quis ſtatim ſit inter proſtratos, nonquam inter flentes & audientes & ſi voluerit Epiſcopus omiſſo loco conſiſtentium ſit in communione Chriſti, tranſeundo tantum per vnicum pœnitentiæ gradum. can. 61. *Qui furatus eſt, ſi ex ſe pœnitens a motus, ſeipſum accuſet, annos tantum, à ſola Sacramentorum communione arcebitur, ſin autem conuictus fuerit, duobus annis, arcebitur à Sacramentorum communione, qui duo anni diuidentur, inter proſtrationem, & conſiſtentiam, vt ſcilicet vno anno proſtratus ſit, alio anno conſiſtat, cumque communione dignus habebitur.* Qua vltima parte aliquis admittitur ad communionem altaris per duos gradus poſteriores, ſubſtrationem & communicationem, in precibus fidelium, omiſſo gradu flentium, & eiulantium, prima verò parte, etiam vt probabile, eſt omiſſo gradu proſtratorum. cã. 82. *Polygami, poſtquam anno fleuerint, & tribus ſubſtrati fuerint, ſuſcipiuntur ad communionem*, Hi enim omittitur gradus audientium & gradus orationis fidelium, & apud Greg. Nyſſenum epiſt. ad Letoium can. 5. *In fornicatione polluti, tribus annis ab oratione omnino expelluntur, & tribus ſunt ſolius auditionis participes, & tribus aliis cum iis, qui in conuerſatione ſubſternuntur, precantur, & mox fiunt participes Sacramentorum.* Omittitur enim ibi gradus qui eſt communio fidelium ſeu conſiſtantia. Vbi etiam additur, *quod ſi ardentius conuerſi ſint licere ei qui diſpenſat, pro Eccleſiæ œconomiæ vtilitate, tempus auditionis contrahere, & celerius etiam ad ἐπιστροφὴν deducere id eſt ad conuerſionem.* Ita vocat ſtatum eorum qui proſtrati ſunt, *& rurſus hoc quoque tempus contrahere, & celerius omnino communionem reddere*, & can. 6. Voluntaria cædes, ter nouem annis punitur, nouenario annorum numero, in quoque gradu præfinito: *Vt nouem annis ſit ab Eccleſia prohibitus, in perfecta ſegregatione, puta inter eiulantes, aliis nouem in auditione & vltimis nouem cum ſubſtratis, orans in conuerſione, tunc perueniat ad communionem Sacramenti.* Ex quo canone patet à proſtratis aliquem ſtatim poſſe recipi ad communionem Sacramenti, omiſſa communione orationis fidelium, & hoc eo magis elucet, in eo canone omitti vnum gradum, quod pœnitentia eſſet longa plurium annorum, & tamen non eſt viſum, diuidere annos illos, per omnes gradus pœnitentium. & Concilio Laodiceno can. 1. quo ſtatuitur: *Vt bigami laici, cum exiguum tempus præterierint, & orationibus, & ieiuniis vacauerint, veniant ad communionem ſcilicet corporis Chriſti*, &

ita vides illos nunquam fuiſſe inter audientes, vel proſtratos & in Synodo Ancyrana can. 3. *Qui vi ſacrificarunt, & ad Idolo prolapſi ſunt, læto vultu & habitu, nec ægre id ferentes, vno anno audiunt, tribus proſtrati, duobus annis communicant orationi, & tunc accedunt, ἐπὶ τὸ τέλειον, ad id quod perfectum eſt*, quare illi nunquam eiulant. *Si vero cum veſte lugubri nec læto vultu comederint idolothyta, triennio ſubſtrati, recipiuntur ſine oblatione, χωρὶς προσφορᾶς, poſt cum oblatione*, & ita nec eiulant, nec audiunt. can. 8. *Qui bis & ter ſacrificarunt, per vim ſcilicet, nihil ipſi operantes, quatuor annis proſtrati, duobus annis communicent, ſine oblatione, & poſt ſex annos, 7. anno perfecte ſuſcipiantur, τελείως, id eſt, cum communione & oblatione.* Sicque tales etiam, nec eiulant, nec audiunt, can. 9. *Quicumque non ſolum defecerunt, ſed etiam inſurrexerunt, & fratres ſuos coegerunt, & fecerunt vt cogerentur, ij tribus annis audeant, ſex ſint proſtrati, vno ſine oblatione communicent, vt decennio expleto, eius quod perfectum eſt, ſint participes*, εἰς τέλειον μετέχωσι. Et in Synodo Nicena, expreſſe dicitur, de his qui pœnitentiam agunt: *Si lachrymis, tollerantia, & bonis operibus, conuerſionem oſtenderint, hi impleto auditionis tempore, quod præfinitur, merito orationum communionem habeant, & ſic tranſiliant ordinem eorum qui proſtrati iacent, imo, vt ibidem dicitur, Epiſcopus adhuc poterunt, non expectare tres annos auditionis, cum alias, ſi quis tantum corpore ſatisfaciat, is omnem implere debeat gradum pœnitentiæ*, qui locus ideo valde notandus eſt. Quin imo, ſunt quidem canones, in quibus, nullo ordine pœnitentia præſcribitur, ſed vt quis tres annos, vel vnum annum pœniteat, ex pœnitentiali Theodori, apud Iuonem cap. 116. de pœnitentia. Ratio eſt quia inſpiciebantur præcipue fructus digni, pœnitentiæ ex D. Baſilio epiſt. ad Amphil. can. 40. hoc eſt ipſa pœnitentia prout cum humilitate & contritione fit, ſicut enim apud D. Aug. lib. 13. confeſſ. cap. 26. *Suſcipere Prophetam in nomine Prophetæ, eſt fructus, non autem ſuſcipere ſimpliciter*; Ita pœnitentia ex animo, eſt fructus. Adde his, quod iuxta tempora variatum eſt in pœnis.

CAP. XXVI.

Quis daret pœnitentiam, Epiſcopus an Sacerdos.

HOc ad huc ſupererat quærendum, & ſtatuendum videtur, id ad Epiſcopum tantum olim pertinuiſſe; probatur ex Concilio Carthaginenſi 2. can. 3. & refertur can. ſi iubet 26. quæſt. 6. *Si iubet ſanctitas veſtra, ſuggero, nam memini præterito concilio ſtatutum fuiſſe, vt chriſma vel reconciliatio pœnitentium, nec non & puellarum conſecratio à Præſbyteris non fiant, ſi quis autem emerſerit, hoc faciens, quid de eo ſtatuendum ſit, Aurelius Epiſcopus dixit, & omnes dixerunt, Chriſmatis confectio & puellarum conſecratio à Præſbyteris non fiant, vel reconciliare quenquam in publica Miſſa, Præſbytero non licere, hoc omnibus placet.* Et ex can. in capite diſt. 50. in quo, qui publicam pœnitentiam ſuſcipiunt, ante fores Eccleſiæ ſe repreſentant, & ex Concilio

A Carthaginenſi 3. can. 31. quo dicitur, *vt Presbyter, inconſulto Epiſcopo non reconciliet pœnitentē, niſi abſente Epiſcopo & neceſſitate cogente*, & refertur can. Præſbyter 16. quæſt. 9. Item ex Concilio Africano circa tempora Bonifacij I. & refertur can. pœnitentibus 26. quæſt. 27. *vt pœnitentibus ſecundum differentiam peccatorum Epiſcopi arbitrio pœnitentia tempora decernantur, & vt Præsbyter inconſulto Epiſcopo non reconciliet pœnitentem, niſi abſentia Epiſcopi, neceſſitate cogente*, quod etiam habetur can. Præſbyteri 26. qu. 6. ex decretis Euchariſti Papæ cap. 3. *vt Præſbyteri*, ait, *de occultis peccatis, iuſſione Epiſcopi pœnitentes reconcilient, & ſicut (ſupra præmiſimus)*
B *infirmantes abſoluant & communicent.* Et Concilio Eliberino can 32. *Si quis, grauis lapſu in ruinam mortis inciderit, placuit agere pœnitentiam non debere, ſine Epiſcopi conſultu, ſed potius apud Epiſcopum agat, cogente tamen infirmitate, non eſt Præsbyterorum aut Diaconorum communionem talibus præſtare debere*, niſi eis iuſſerit Epiſcopus, & Concil. Agatenſi can. 44. *benedictionem*, ait, *ſuper plebem, in Eccleſia fundere, aut pœnitentem in Eccleſia benedicere, Præsbytero penitus non licebit.* Et ideo Patriarcha Micael, apud Balſamonem in can. 7. Concilij Carthaginenſis, ait, *cum Sacerdotem qui reconciliat, eſſe deponendum ſecundum canones; qui deponunt eos qui vltra pronunciam aliquid Sacerdotale exercent, & canonum*
C *tranſgreſſores*, quibus adde can. 10. Concil. Arelat. 2. *eſt in poteſtate vel arbitrio Epiſcopi, ad communionem promouere pœnitentium agere volentes*, Vnde Syneſius ep. 67. ait, *ſe permiſiſſe Sacerdotibus ſuis, vt Lampotianum communione Eccleſiaſtica priuatum in communionem reciperent, ſi fatalis neceſſitas vrgeret & dies mortis inſtaret*, [illegible] [illegible].

Ex quibus omnibus patet, primo quidem Epiſcopum ſolum, potuiſſe reconciliare, vel pœnitentiam dare, non autem Præſbyteros, niſi iuſ-
D ſu Epiſcopi, vel niſi vrgeret neceſſitas, quo caſu tum id eis permiſſum & conceſſum eſt; non autem Diaconis, vt eſt in pœnitentiali Romano apud Iuonem de pœnitentia cap. 134. *Non licet*, ait, *Diacono pœnitentiam dare, ſed Epiſcopus, vel Præsbyter dare debet*, niſi, quando pœnitentes libellis martyrum nitebantur, poterant enim Diaconi eos vi illorum libellorum admittere, quia tales pœnitentes videbantur admiſſi à martyribus & ideo facile indulgebatur illis temporibus & Præſbyteris & Diaconis tale teſtimonium ferentes reconciliare, vt recte D. Cyprianus ep. 13. *Ita vt*, ait, *qui libellos à martyribus acceperant, & prærogatiuis eorum apud Deum ad-*
E *iuuari poſſunt, ſi incommodo aliquo, & infirmitatis periculo occupati fuerint, non expectata præſentia noſtra, apud Præsbyterum quemcumque præſentem, vel ſi Præsbyter repertus non fuerit, & vrgere exitus cœperit, apud Diaconum quoque facere exomologeſin delicti ſui poſſint, vt manu eis in pœnitentiam impoſita, veniant ad Dominum cum pace.*

Ratio, quare Epiſcopus ſolus olim reconciliabat, vel ad pœnitentiam admittebat, eſt quia eius erat iudicare de pœnitentium ſtatu, & merito; eiuſque fit ſemper mentio, vt diſpenſet circa gradus pœnitentiæ percurrendos can. 30. D. Ba-

filij ad Amphilochium, Synodi Ancyranæ can. A 7. vbi eſt Epiſcopi examinare ex vita pœnitentium, an cum oblatione vel ſine oblatione ſint recipiendi qui in feſto & ethnico loco conuiuati ſunt.

Ratio vero cur idem conceſſum poſtea presbyteris ſolis, primum iuſſu Epiſcopi, deinde vrgente neceſſitate, & demum nunc moribus Eccleſiæ, quia in reconciliatione, Clerici vna cum Epiſcopo manus imponebant non ſolus Epiſcopus ex D. Cypriano, ep. 12. ſupra citato, *nec ad communionē venire quis poſſit, niſi prius illi ab Epiſcopo, & Clero manus fuerit impoſita*, & Epiſtola 10. ad Clerum, *ad exomologeſin veniant, & per manus impoſitionem Epiſcopi, & Cleri ius communicationes accipiant*, & ideo facili interpretatione, B iudicatum eſt, & viſum poſſe dari etiam ſolis eam facultatem, quæ dabatur coniunctim.

Quod ſi aliquando legas pœnitentiam dari à Sacerdote, vt in decretis Euſebij Papæ cap. 10. & epiſtola Leonis Papæ 91. apud Iuonem de pœnitentia cap. 34. & 35. & can. ab infimis 26. qu. 7. & apud Euſebium Eccleſ. hiſt. lib. 6. cap. 34. ex tranſlatione Ruffini, apud Iuonem cap. 37. de pœnitentia, & in Epiſtola Innocentij Papæ ad Decentium cap. 7. & refertur can. de pœnitentibus diſt. 3. & ex dictis Hieronimi can. menſuram diſt. 1. Reſpondendum eſt id intelligi, vel in neceſſitate, vel iuſſu Epiſcopi, vel Sacerdotem ibi ſumi pro Epiſcopo, vel quia is erat vſus in quibuſdam locis vt nunc eſt in vniuerſa Ec- C cleſia.

Porro quoniam ex dictis reconciliatio communioni fidelium, concedebatur tantū ab Epiſcopo, vel eius iuſſu, multomagis id dicendum videtur, de reconciliatione altari, quod etiam oſtenditur ex can. 7. Concilij Carthaginenſis de reconciliatione eorum qui ſunt in periculo, *Aurelius Epiſcopus dixit ſi quis in periculo conſtitutus, petierit ſeipſum reconciliari ſacris altaribus, abſente Epiſcopo iure debet Præsbyter conſulere Epiſcopum, & ſic eum qui eſt in periculo, eius præcepto reconciliare, hanc rem autem debemus ſalutari conſilio confirmare.* & can. 13. Nicœnæ Sy- D nodi, in fine. *Generaliter vero de quolibet exeunte, & Euchariſtiæ participationem petente, Epiſcopus cum examinatione eum oblatione impertiat* & refertur canon. ſi quis de corpore 26. quæſt. 6. Ipſius enim Epiſcopi erat diſpenſatio totius. pœnitentiæ, ſiue in ingreſſu, ſiue in progreſſu. Nec dicas c. 13. Syn. Nic. agi de Euchariſtia tantum, dicique vt eam Epiſcopus cum examinatione impertiat, Reſpondetur enim, id ideo ita eſſe quia agitur de his quibus iam Epiſcopus ipſe pœnitentiam conceſſerat, & qui adhuc in fine Euchariſtiam petebant, quare dicitur, vt Epiſcopus impertiat, nimirum ſicuti impertiuit pœnitentiam, multi enim excedebant, accepta tantum communione fidelium ſeu abſo- E lutione, non communione corporis Chriſti, quod ſi quis dignus videretur cui ea daretur, Epiſcopi erat id ipſum examinare.

A

CAP. XXVII.

Quæritur, an pœnitentia publica fuerit vna tantum, ſeu an ſi quis poſt pœnitentiam publicam in idem crimen, quod ſimilem pœnitentiam exigeret, relaberetur, ad eam deinceps altera vice eſſet admitendus.

FAtendum eſt, priſcis diebus, ſi poſt pœni- B tentiam publicam quis denuo in idem, aut ſimile crimen quod pœnitentiam etiam publicam exigeret, incidiſſet, ad eam deinceps altera vice non eſſe admiſſum: & ita vnicam tantum fuiſſe pœnitentiam in vita cuiuſque, publicam videlicet. Probatur ex D. Ambroſio lib. 2. de pœnitentia cap. 10. *Merito*, ait, *reprehenduntur, qui ſæpius agendam pœnitentiam putant quia luxuriantur in Chriſto, nam ſi vere agerent pœnitentiam iterandam non putarent, quia ſicut vnum baptiſma ita vna pœnitentia, quæ tamen publice agitur, nam quotidianis nos debet pœnitere peccati, ſed hæc delictorum leuiorum, illa grauiorum.* Origenes item hom. 15. in 25. cap. Leuit. Idem confirmat. *In grauioribus*, ait, *criminibus ſemel tantum vel raro pœnitentiæ conceditur locus, iſta vero communia quæ frequenter incurrimus, ſemper pœniten-* C *tiam recipiunt, & ſine intermiſſione redimuntur.* Et Diu. Auguſt. ep. 54. & Tertullianus lib. de pœnit. cap. 7. *Collocauit*, ait, *in veſtibulo pœnitentiam ſecundam, quæ pulſantibus patefaciat, ſed iam ſemel, quam iam ſecundo, ſed amplius nunquam, quia proxime fruſtra.* & Clemens Alexandrinus lib. 2. ſtromatum: *Eorum*, ait, *quæ facit pœnitens, ea non amplius facit vel dicit* & infra. *Eum ergo qui accepit remiſſionem peccati, non oportet amplius peccare, nempe in prima & ſola peccatorum, pœnitentia, ea autem fuerit, eorum quæ prius fuerunt in gentili, & prima vita, ea inquam quæ fuit in ignorantia, iam iis qui vocati ſunt pro-* D *ponitur pœnitentia expurgans locum animæ à peccatis vt fides fundetur*, & paulo poſt: *Voluntarie enim peccantibus nobis, poſtquam accepimus cognitionem veritatis non amplius relinquitur pro peccatis hoſtia, terribilis autem quædam expectatio iudicij, & zelus ignis qui eſt deuoraturus aduerſarios, continua autem & ſe viciſſim excipientes propter peccata pœnitentia, nihil differunt, ab iis qui omnino non crediderunt, præterquam in eo ſolo quod ſe peccare ſenſerunt.*

Sed tandem iterari placuit vt conſtat ex Socrate hiſtor. Eccleſ. lib. 6. cap. 21. qui male miratur qui fieri potuerit vt B. Chryſoſtomus contra Synodale ſtatutum, quo vnica tantum poſt baptiſmum pœnitentia lapſis concedebatur, ipſe toties concederet quoties quis peccaſſet: E *Vnde*, ait, *occaſio facilius peccandi naſcebatur propter ſpem pœnitentiæ facile recipiendæ.* Nam vt recte Innocentius III. cap. non debet, de conſang. & affin. *Non debet reprehēſibile iudicari ſi ſecundum varietatem temporum, ſtatuta quandoque variētur humana, præſertim cum vrgens neceſſitas, vel euidens vtilitas id expoſcit, quoniam ipſe Deus ex his quæ in veteri teſtamento ſtatuerat, nonnulla mutauit.* Quare vt etiam eleganter obſeruat D. Auguſt. epiſt. 54. can. quamuis caute 62. diſt.

50. *Quamuis caute, & ſalubriter prouiſum ſit vt locus illius humillimæ pœnitentiæ, ſemel tantum in Eccleſia concedatur, ne medicina nimis vilis, vilis habeatur, tamen quotidie peccantibus nunquam per pœnitentiam venia negatur.* Quocirca Gregorius Nazienzenus orat. in ſancta lumina in fine, loco ſupra citato capite 4. reſpondens Nouatianis, vrgentibus poſt baptiſmum, non eſſe locum pœnitentiæ, quærit, quo argumento id confirmarent, quaſi diceret nullo id poſſe; & D. Auguſt. lib. de pœnitentia, can. 32. diſtinct. 3. in quo diſputat aduerſus eos qui poſt peccatum nolebant dare locum pœnitentiæ, quem canonem, retulimus infra hoc capite in fine. Paulatim vero cœpit hæc creſcere indulgentia, nam Siricius Papa epiſt. ad Himerium cap. 1. cum videret tales peccatores, non habere deinceps ſuffugium pœnitendi, tamen permiſit intrare in Eccleſiam, intereſſe ſacris, & in fine communicare: *De his vero, non incongrue, dilectio tua Apoſtolicam ſedem credidit conſulendam, qui acta pœnitentia, tanquam canes ac ſues ad vomitus priſtinos, & ad volutabra redeuntes militia cingulum, & ludicras voluptates, & noua contugia, ſi inhibitos denuo appetiuere concubitus, quorum profeſſam incontinentiam generati poſt abſolutionem filij prodiderunt. De quibus, quia iam ſuffugium non habent pœnitendi, id duximus decernendum vt ſola intra Eccleſiam fidelibus oratione iungantur, ſacra myſteriorum celebritati, quamuis non mereantur, interſint, à dominicæ autem menſæ conuiuio ſegregentur, vt hac ſaltem diſtrictione correpti, & ipſi in ſe ſua errata caſtigent, & aliis exemplum tribuant, quatenus ab obſcenis cupiditatibus retrahantur, quas tamen, (quoniam carnali fragilitate ceciderunt) viatico munere, cum ad Dominum cœperint proficiſci, per communionis gratiam volumus ſubleuari, quam formam & circa mulieres, quæ ſe poſt pœnitentiam talibus pollutionibus deuinxerunt, ſeruandam eſſe cenſemus.* Seuerius enim multo, ſe gerebant ante patres Eccleſiæ, nec communionem talibus in fine vitæ concedebant, vt conſtat ex Concilio Eliberino can. 3. *Ipſi, ſi poſt pœnitentiam, fuerant mœchati, placuit, vlterius eis non eſſe dandam communionem, ne luſiſſe de dominica communione videantur.* & can. 7.

Tandem vero ita abiit in conſuetudinem vt quoties peccarent homines toties abſoluerentur; vt nimia illa indulgentia diſplicuerit, & fuerit cohibenda ex Concilio Toletano 3. can. 11. *quoniam*, ait, *comperimus per quaſdam Hiſpaniarum Eccleſias non ſecundum canonem, ſed fœdiſſime pro ſuis peccatis homines agere pœnitentiam, vt quoties peccare libuerit toties à Presbyteris ſe reconciliari expoſtulent, & ideo pro coercenda tam execrabili præſumptione, id à ſancto Concilio iubetur, vt ſecundum formam canonum antiquorum detur pœnitentia, hoc eſt vt prius eum quem ſui pœnitet facti à communione ſuſpenſum faciat inter reliquos pœnitentes, ad manus impoſitionem crebro recurrere. Expleto autem ſatisfactionis tempore ſicuti Sacerdotalis contemplatio probauerit, eum communioni reſtituat.* Hi vero qui ad propria vitia vel infra pœnitentiæ tempus, vel poſt reconciliationem relabuntur, ſecundum priorum canonum ſeueritatem damnentur, & D. Cyprian. etiam cohibendum eſſe talem facilitatē admittendi pœnitentes, aut reconciliandi ſcripſerat

A in ſermone de lapſis can. 27. diſt. 50. *ſi quis*, ait, *præproperat feſtinatione temerarius remiſſionem, peccatorum dare ſe cunctis putat poſſe aut audet Domini præcepta reſcindere, non tantum nihil prodeſt, ſed obeſt lapſis, prouocaſſe eſt iram non ſeruaſſe ſententiam, nec miſericordiam prius Dei deprecandam putare, ſed contempto Domino de ſua facilitate præſumere.* Idemque ei ſcriptum, à Clero Romano lib. 2. ep. 7. operum D. Cypriani, his verbis can 26. di. 50. *abſit à Romana Eccleſia vigorem ſuum tam profana facilitate dimittere, & neruos ſeueritatis euerſa fidei maieſtate diſſoluere, vt cum adhuc non tantum iaceant, ſed & cadant euerſorum fratrum ruinæ properata nimis re-*
B *media communicationum, vtique non profutura præſtentur, & noua per miſericordiam falſam vulnera veteribus tranſgreſſionis vulneribus imprimantur, vt miſeris ad euerſionem maiorem eripiatur & pœnitentia. Vbi enim poterit indulgentiæ medicina proficere, ſi etiam ipſe medicus intercepta pœnitentia indulget periculis; ſi tantummodo operit vulnus, nec ſinit neceſſaria temporis remedia conducere cicatricem, hoc non eſt curare, ſed ſi dicere volumus, occidere.* Nam licet ex can. menſuram diſt. 1. ex dictis Hieronymi, apud Iuonem cap. 49. *menſuram temporis, in agenda pœnitentia, non ſatis aperte præfigant canones, pro vnoquoque crimine, vt de ſingulis dicant qualiter vnumquodque emendandum ſit, ſed magis arbitrio*
C *Sacerdotis intelligentis ſtatuendum relinquant*, tamen, vt ibidem dicitur, *pro quibuſdam culpis, modi pœnitentiæ ſunt impoſiti, iuxta quos, cætera perpendendo ſunt culpa, cum ſit facile, per eoſdem modos, vindictam, & cenſuram canonum æſtimare.* Et vt recte Concilium Maguntinenſe apud Iuonem de pœnit. cap 46. *Modus tempuſque pœnitentiæ, peccata ſua confitentibus, aut per antiquorum canonum inſtitutionem, aut per ſanctarum Scripturarum auctoritatem, aut per Eccleſiaſticam conſuetudinem probatam imponi debet à Sacerdotibus, nam qui peccatis grauibus leues quoſdam, & inuſitatos, imponunt pœnitentiæ modos,*
D *conſuunt puluillos, ſecundum propheticum ſermonem ſub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis ad capiendas animas, ſed diſcretio ſeruanda eſt, &c.* quibus recte congruit inſcriptio capitis 1. lib. 2. conſtitutionum Apoſtolicarum, *ὅτι ὁ ἐπίσκοπος ἀκρίτως φειδόμενος τοῦ ἁμαρτάνοντος, ὑπαίτιος γίνεται*, 1. *quod Epiſcopus, qui temere, ei qui delinquit, parcit, & exempla quæ ſequuntur.* Quare male Præſbyteri illi, de quibus in can. 11. Concilij Toletani 3. quorum ideo libertas fuit coercenda, cum in pœnitentiis diſcretionem illam non ſeruarent.

Quæres quid ergo fiebat de iis hominibus, vel, qui ad pœnitentiam nunquam admittebantur,
E propter tria capitalia peccata, de quibus ſupra cap. 5. vel qui poſt primam pœnitentiam ſi peccaſſent ſimiliter non poterant ad ſecundam peruenire. Reſpondetur ex can 33. diſt. 3. de pœnitentia, potuiſſe tamen ſaluari, licet pœnitendi ſacramentaliter, copia poſt primam pœnitentiam non tribueretur eis, verba ſunt *in tantū autem hominum aliquando iniquitas progreditur, vt etiam poſt actam pœnitentiam, poſt altaris reconciliationem, vel ſimilia, vel grauiora committant,* & paulo poſt, *& quamuis eis in Eccleſia locus humillimæ pœnitentiæ non concedatur, Deus tamen, ſuper eos ſua patientia non obliuiſcitur, ex quo-*

rum numero ſi quis nobis dicat, aut date mihi eundem iterum pœnitendi locum, aut deſperatum me permittite, vt faciam quicquid libuerit, quantum meis opibus adiuuor, & humanis legibus non prohibeor, in ſortis, omniq́ue luxuria laudabili, aut ſi me ab hac nequitia reuocatis, dicite vtrum mihi aliquid proſit, ad vitam futuram, ſi in iſta vita, illecebroſiſſima voluptatis blandimenta contempſero, ſi libidinum incitamenta frenauero, ſi ad caſtigandum corpus meum, multa mihi etiam licita, & conceſſa negauero, ſi me pœnitendo quam prius vehementius excruciauero, ſi miſerabilius ingemuero, ſi fleuero vberius, ſi vixero melius, ſi pauperes ſuſtentauero largius, ſi charitate quæ operit multitudinem peccatorum flagrauero ardentius, quis noſtrum ita deſipit, vt huic homini dicat, nihil tibi iſta proderunt in poſterum, vade ſaltem huius vitæ ſuauitate perfruere, auertat Deus tam immanem ſacrilegamq́ue dementiam, & canone 22. eadem diſt. de pœnitentia, qui apud D. Aug. epiſt. ad Macedonium ſequitur canonem, in tantum 33. citatum, his verbis, *Quamuis ergo caute ſalubriterque prouiſum ſit, vt locus illius humillimæ pœnitentiæ ſemel in Eccleſia concedatur, ne medicina vilis eſſet ægrotis, quæ tanto magis ſalubris eſt, quanto minus contemptibilis fuerit, quis tamen audeat dicere: quare huic homini, qui poſt primam pœnitentiam rurſus ſe laqueis iniquitatis obſtringit adhuc iterum parcis &c.* quæ fuit etiam ſententia Nouatianorum qui exiſtimabant eos qui ad grauiorem culpam lapſi eſſent, ad pœnitentiam quidem eſſe hortandos vt eſt virtus quædam, ſed Deo relinquendos, nec ſacramentum pœnitentiæ ac reconciliationem eſſe dandam, nec obſtat D. Ambroſium lib. 1. de pœnit. cap. 2. inde reprehendere Nouatianos, quod incitent ad pœnitentiam, & tamen non dent reconciliationem & pacem eius comitem, his verbis, *quid autem durius, quã vt indicant pœnitentiam, quam non relaxent, cum viſque veniam negando incentiuum auferant pœnitentiæ? nemo enim poteſt bene agere pœnitentiã niſi qui ſperauerit indulgentiam.* Nam id ideo facit quod, Nouatiani, in eo more, & ea praxi veteris Eccleſiæ, qua aliquando nec in fine communionem daret, inſiſterent, vt putarent de fide eſſe, lapſos non eſſe ad communionem recipiendos, quod qui putant non ſolum errant, ſed etiam contra traditas Eccleſiæ claues diſputare & agere videntur vt eſt in can. 14. diſt. 5. quare eadem doctrina fuit, error, & veritas, error in Nouatianis veritas in Catholicis, quatenus id quod Catholici faciebant ex vſu & libere, Nouatiani neceſſarium ſtatuebant, nec eſſe penes Eccleſiam illud immutare; & ideo etiam D. Aug. qui dixerat ſupra Eccleſiam tolerare quoſdam pœnitantes perpetuos ſine reconciliatione Eccleſiaſtica & ſacramentali, tamen in lib. de pœnitentia eadem diſt. 3. can. 32. refellit errorem eorum qui peccantibus poſt baptiſmum aiunt ſemel tantum vtilem eſſe pœnitentiam aut ſemel ab Eccleſia dari poſſe & denuo remittendi poteſtatem Eccleſiæ denegarent, vt loquitur Synodus Tridentina ſpemque veniæ lapſis præriperent ex Euſebio lib. 6. cap. 35. hiſt. Eccleſ. *Adhuc aut inſtant perfidi, qui ſapiunt pluſquam oportet non ſobrii, ſed excedentes menſuram, Dicunt enim, etſi ſemel peccantibus prodeſt iterata aliquin remiſſio, ad peccatum eſſet incitatio. Dicunt enim, quia non ſemper peccaret, ſi reddi ſemper poſſet. Dicunt enim Dominum incitatorem mali, ſi ſemper pœnitentibus ſubueniret, & etiam ei placere peccata, quibus ſemper præſto eſt gratia, errant autem, imo conſtat ei multum peccata diſplicere qui ſemper præſto eſt ea deſtruere. Si enim ea amaret, non ita deſtrueret, ſed conſeruaret, atque vt ſua munera foueret ſemper deſtruit peccata, quæ inuenit, ne ſoluatur quod creauit, ne corrumpatur quod amauit, ſumunt occaſionem hypocritæ iſti, ex factis Domini, quem enim cæcum bis illuminauit? quem leproſum bis mundauit? quem mortuum bis ſuſcitauit? non Lazarum, quem dilexit, non filium diſſipatorem, legitur bis ſuſcepiſſe, non filiam Abrahæ, bis à dæmonio liberaſſe, in nulla perſona iterauit factum, docent vt aiunt non ſæpe à Domino ſieri remedium. Dixit mulieri, vade & amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat, promittens pœnam, non amplius veniam, Quod autem multos cæcos, & diuerſo tempore illuminauerit, & multos debiles confortauerit, oſtendit in diuerſis illis, eadem ſæpe peccata dimitti, vt quem prius ſanauit leproſum, alio tempore illuminet cæcum. Ideo etiam tot ſanauit febricitantes, tot languidos, tot claudos, cæcos, & aridos, ne deſperet de ſe peccator, ideo non ſcribitur niſi ſemel ſanatus, vt quiſque timeat mergi peccato, videmus adhuc quotidie in Eccleſia ſæpe febricitantes, ſæpe languidos, ſæpe paſſionibus captos, ſæpe liberari, vt appareat toties opus miſerantis quoties confeſſio ſit pœnitentis. Quomodo enim corpus, quod vilius eſt, & ab ipſo diſſimilius ſæpe ſanaret, & animam digniorem & redemptam non toties liberaret? medicum ſe vocat, & non ſanis, ſed male habentibus opportunum, ſed qualis hic medicus, qui malum iteratum neſciret curare? medicorum enim eſt, centies infirmum viſitare, centies curare. Qui cæteris minor eſſet ſi aliis poſſibilia ignoraret, memor eſt ſui, qui dicit, nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat quem enim peccatorem excluſit &c. hunc magiſtrum intellexerat, diſcipulus ille qui Corinthios per Epiſtolas ſuas voluit corrigere, & vt ipſe teſtatur ter in litteris ſuis correxit, &c. Scimus autem, & primos patres, & in omni tempore, Eccleſiam Dei ſemper vſque ſeptuagies ſepties, quod eſt ſemper, peccata remittere, quam poteſtatem, iſti ab Eccleſia Dei, conantur auferre, oportet enim ſic Eccleſiam credere, quæ confitetur ſe ſæpe peccare &c. quapropter, eliminandus eſt ab Eccleſia iſte error, qui vnquam pœnitentibus negat indulgentiam &c. Cur enim Dominus Petri pedes lauiſſet, & Eccleſiam hoc idem docuiſſet, niſi quia (quoniam quotidiana eſt offenſio) oportet, vt quotidiana ſit remiſſio, cum docuiſſet orantes dicere, dimitte nobis debita noſtra, niſi ipſe miſericors perſeueraret, qui nos ab hac petitione non vult deficere.*

Cui loco D. Aug. recte congruit illud Zozij cuiuſdam heremitæ dictum, apud Iuonem de pœnitentia cap. 66. *dum quidem*, ait, *frater Abbatem Zozium tali ſermone frequenter requireret, dicens quid faciam pater, quoniam cecidi? Ille reſpondit, Surge, inquit. Ille vero ſe exſurrexiſſe, & iterum cecidiſſe profeſſo, reſpondit, iterum adhuc ſurge. Cum autem frater ſe frequenter ſurrexiſſe & frequenter cecidiſſe narraret, eodem vero ſenex vtebatur ſermone exclamans, ne deſiſtas ſurgendo, cui frater ait, vſquequo poſſum ſurgere pater explana, ſenex dixit vſquequo aut in bono opere, aut in malo depreſſus occumbas.*

in quo enim opere fuerit homo deprehenſus, in eo iudicabitur.

CAP. XXVIII.

De ſtatu eorum qui pœnitentiam profeſſi, eam vel peragebant, vel peregerant.

IAm oſtendendū eſt quis fuerit ſtatus profeſſorum pœnitentiæ & quibus legibus eſſent obnoxij, & primo quidem pœnitentes dum pœnitentiam accipiebant, tondebantur, ex Concilio Toletano 3. can. 12. *Quicumque ab Epiſcopo, vel Presbytero, ſanus vel infirmus pœnitentiam poſtulat, id ante omnia Epiſcopus obſeruet, & Presbyter, vt ſi eſt vir, ſiue ſanus, ſiue infirmus, prius eum tondent, & ſic pœnitentiam ei tradat, ſi vero mulier fuerit, non accipiat pœnitētiam, niſi prius mutauerit habitum.* Et ex Agatenſi circa tempora Cœleſtini Papæ 1. can. 15. *Pœnitentes, ait, tempore quo pœnitentiam petunt, impoſitionem manuum & cilicium ſuper caput à Sacerdote (ſicut vbique conſtitutum eſt) conſequantur, ſi autem comas non depoſuerint aut veſtimenta non mutauerint abijciantur, &c.* & Toletano 4. can. 54. circa tempora Honorij Papæ 1. dicitur. *Quod aliqui pœnitentiam accipientes tondebantur, & fiebant monachi.* Idemque habetur in Capitularibus lib. 5. c. 52. Huc vero eſt illud Gregorij Turon. lib. 6. c. 57. *Caput, ait, totondit, atque pœnitentiam accipiens ſpiritum exhalauit.* Et illud quod in Onirocriticis legitur, ἐάν τις ἴδῃ ὅτι ἀπέκειρε τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ εἰς ὑστέρημα μεταχοῦ, μετανοήσει οὗτος, ἢ ἀποβαλεῖ θλῖψιν.

Secundo ex can. 82. Concilij Carthaginēſis 4. *Pœnitentes diebus remiſſionis genua flectebant.*

Tertio ex can. 81. eiuſdem Concilij, mortuos in Eccleſiam adferebant. & ſepeliebant.

Quarto decretum eſt Concilio Salegunstadienſi ſub Benedicto Papa 8. & Imperatore Henrico 2. can. 19. *Vt omnis pœnitens, dum carinam ſuam ieiunat, de loco in locum non migret.*

Quinto, Concil. Arelat. 2. can. 21. *Pœnitentes dum pœnitentiam agunt, interim alteri nubere non poſſunt, ſed non ſeparantur tamen pœnitentes ab vxoribus, vel vxores à viris, ne incidant in adulterium vel fornicationis voragine, demergūtur, quia pœnitētia non diſſoluitur legitimum matrimonium.* Vt recte dicitur can. 17. Concilij Voormacienſis, & can. 8. Concil. Tolet 6. & interim tamen ſi fieri poteſt debent abſtinere ideoque dicitur eodem Concilio Arelatenſi 2. can. 22. & refertur 33. q. 4. *Pœnitentiam, coniugatis, nonniſi ex conſenſu dandam.* Quod ſi pœnitentes nubant interim dum pœnitentiam agunt, prita mulier defuncto viro, vel etiam ſi vidua ſuſpecta familiaritate cum alio viuat, ab Eccleſiæ liminibus arcentur ex Concil. Arelatenſi c. 3.

Sexto, pœnitentibus non datur ſacra vnctio, donec ſint reconciliati, nam quibus reliqua Sacramenta negantur: *Quomodo*, vt recte Concil. Vuormacienſe can. 72. *vnū genus putatur concedi.*

Septimo pœnitentes alba veſte abſtinere debebant ex decretis Lucij Papæ c. 5.

Octauo, pœnitētes profeſſi, non poterant, alios de ſacri fontis baptiſmate ſuſcipere, ex Concilio Pariſienſi, lib. 1. c. 54. vbi tales dicuntur Patroni, qui à nobis patrinos.

Nono, non ibant ad balnea vel conuiuia ex Pa- A ciano in parænesi ad pœnitentiam.

Decimo nulli militiæ, nomen ſuum dare, interim poterant, ex ep. Leonis 92. c. 11.

Vndecimo, non poterāt, communicare corpori Chriſti, ex D. Cypriano de lapſis.

Duodecimo pœnitentes publici qui erant laici, non tantū, quando actu pœnitētiam agebant, ſed nec, poſt eam peractam, poterant ordinari, vnde can. ex pœnitentibus diſt. 50. dicitur. *Ex pœnitentibus, clericum, quamuis ſit bonus non ordinetur.* Et ep. Innocentij 1. *Non ſolum, ait, ab Epiſcopatus ambitione, ſed etiam à clericatus remouentur officiis, ſcilicet is qui cupit fieri clericus, ſi pœnitentiā egiſſe dicitur*, & diſt. 50. can. canones apud Nicæam, quo circa Innocentius 1 non admiſit Modeſtum, in Epiſcopū cum eſſet electus, & Concilio Agathenſi circa tēpora Cæleſtini Papæ 1 can. 43. vbi dicitur: *Vt nullus, de pœnitentibus, clericus ordinetur, & qui iam ſunt, per ignorantiā ordinati, miniſtrare Diaconus, conſecrare altari Presbyter, non præſumat.* can. miniſtrare Diaconi 26. q. 6. & can. ſi ille qui diſt. 50. & in decreto hormiſdæ, ſi ille qui vltro petit pœnitentiam, quamuis eā perfecte agat, non poteſt Epiſcopus, aut Preſbyter ordinari, ita vt etiam ſi per ignorantiam ordinatus fuerit, & poſtea conuincatur, pœnitētiā accepiſſe, deiciatur, *quia non prodidit ſe eſſe pœnitentem.* cā 55 59 & 60. diſt. 50. nec prodeſt ei perfectam egiſſe pœnitentiam can. 58. & 66. diſt. 50. citata. Niſi in cauſa neceſſitatis, ſed nec tunc qui pœnitentiam publicam egerunt erunt Preſbyteri vel Diaconi, ſed aut oſtiarij tantū, aut lectores can. 68. diſt. 50. & multominus admittetur, qui inuitus, ad pœnitentiam agendā mittitur, in monaſterium, qui vtique nihil aliud quam pœnitens dicendus eſt, quod intelligitur, non ſolum de his, qui iam in publico cœperunt agere pœnitentiam, ſed etiam de iis, quibus in morbo conſtitutis impoſita eſt pœnitentia publica, & qui eam acceperunt, quod patet ex Concil. Toletan. 4. cap. 53. *Vbi*, qui, *antequam eſſent clerici pœnitentiam publice accipiunt in morbo propter aliquod mortale peccatum, ſanati, ad honores Eccleſiaſt. eos peruenire non poſſunt, quia ſe notauerunt confeſſione propria, qui vero nulla manifeſta ſcelera confitētes pœnitentiam acceperunt, ſed tantum ſe peccatores eſſe prædicantes, ſi reualuerint poſſunt ad gradus Eccleſiaſticos peruenire.* Nam ſciendum eſt eum qui ægritudinis langore depreſſus pœnitentiæ benedictionem acceperit quidem, ſed poſtmodum reconualeſcens caput pœnitentiæ in Eccleſia publice non ſubdiderit, niſi aliud vitium obſtet admitti ad clerum can. 57. diſt. 50. ſicut nec mouentur ordine ſuo clerici, qui pœnitentiam non egerunt publicam, ſed occultam can. 34. diſt. 50. additur tamen dicto c. 53. Concil Tolet: *Niſi ſi neceſſitas aut vſus exegerit, & tunc tantum inter oſtiarios deputentur, vel inter lectores*, vt a nobis ſupra dictum eſt ex can. 68. diſt. 50. *Ita tamen*, ait, can. *vt Euangelia, aut epiſtolam non legant*, id eſt non fiant Diaconi vt Concilio Toletano 1. can. 2.

Decimo tertio pœnitētes publici, qui erāt clerici difficulter poterant aut in ordine manere, aut adminiſtrare, nam Conſilij Cabilonenſis epiſtola ad Theodoſium Epiſcopum, qui erat Epiſcopus antequam pœnitentiam ageret, dicitur ei, à patribus illis. *Quod, qui publice pœnitentiam profitetur, nec tenere, nec regere poteſt eccle-*

dram Epiſcopalem, in Synodo Ancyrana can 1. decretum fuit: *Vt Preſbyteri qui reſiſtere non valentes tormentis, ſacrificarunt, poſtea vero reluctati ſunt, i. ſatanam vicerunt, qui eos in lictu proſtrauerant, & cum pura confeſſione pœnitentiam egerunt, vt manerent quidem in ordine, & reciperentur ad ſolum honorem & cathedram, ſed tamen ne offerrent ſeu ſacrificarent, neque ſermonem conferrent, i. ne docerent, neque aliquid ſacerdotale exequerentur.* Et canon. 2. dicitur de Diaconis, qui cum ſimiliter ſacrificaſſent, poſt reluctati ſunt; & pœnitentiam egerunt, alium honorem habere, puta honorem inferiorem Diaconatu, & ideo ceſſare à miniſterio ſacerdotali, nec Panem, vel Calicem offerre, vel prædicare. In decretis Syricij Papæ can. 14. & refertur diſt. 50. can. illud. Idem conſtituitur his verbis: *Illud quoque nos par fuit prouidere, vt ſicut pœnitentiam agere cuiquam non conceditur Clericorum, ita & poſt pœnitudinem ac reconciliationem, nulli vnquam liceat honorem clericatus adipiſci, quia quamuis, ſint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum Sacramentorum inſtrumenta ſuſcipere, qui dudum fuerunt vaſa vitiorum.* Concil. Aurelianẽ cap. 8. Dicitur vt ei tantum liceat baptiſare, qui canon eſt de eo qui actu eſt pœnitens, confirmatur multis alijs canonibus, diſt. 50. vt canon. 66. quo nulli Clericorum conceditur pœnitentiam agere, can. 67. quod alienum dicitur, à conſuetudine Eccleſiaſtica, & can 65 Nec obſtat canon 57. ſi quis Preſbyter diſtinc. 50. his verbis: *Si quis Preſbyter, propter publicam pœnitentiam, à Sacerdote acceptam, abſque aliqua neceſſitate, die Dominica pro quadam religione ieiunauerit, ſicut Manichæi, anathema ſit.* Nam, vox Præſbyter, non eſt in manuſcriptis, & originali, nec apud Burchardum & & Iuonem, adde quod ille Preſbyter, ita ibi dici poteſt, quod fuerit Preſbyter antequam deponeretur, ſicut virga Aaronis in ſerpentem mutata, dicebatur nihilominus, virga Aaronis. Nec obſtat 2. canon 21. diſtinc. 50. quo contumaces clerici ad peregrinam communionem rediguntur, & cum eos pœnitentia correxerit, reſcripti in matricula gradum ſuum dignitatemque recipiunt, nam ibi non agitur de pœnitentia publica, ſed de particulari, & clericis tantum nota.

Nec obſtant etiam, illi canones quibus eadem diſtinct. 50. poſt pœnitentiam reſtituuntur ordini ſuo Clerici, nam ij ea tempora reſpiciunt quibus mitius actum cum Clericis lapſis, vt poſſent etiam poſt pœnitentiam remanere in ordine ſuo, vt cum, canon. 8. Concilij Nicæni, Nouatiani quidam ad fidem Catholicam redire vellent, qui erant Epiſcopi, vel Preſbyteri, dicitur, *vt recipiantur. & maneant in Clero.* Idque etiam ſi peccaſſent in fide, contra id quod ibi notat Balſamo dicens, recipi quia non errarunt in fide ſed tanquã immiſericorder damnati erant. Vel etiam, ſunt de illis, qui redacti inter laicos propter crimen, poſt depoſitionem & ab ordine ac loco ſuo deiectionem, poterant pœnitentiã agere imo ad id compellebantur ſæpe vt conſtat ex can. 13. diſt 81. & can 9. diſt. 18. quanquã fatendũ eſt rigorẽ illum fuiſſe poſtea temperatum: & ſicuti lapſi & depoſiti ex dictis, iterum poſt pœnitentiã ordini ſuo reſtituti ſunt, ita etiã clerici pœnitentiã agere potuerunt, & quemadmodum iure ciuili, ſublatis formulis, omnia iudicia facta ſunt extraordinaria, ita pœnitentia, ſublatis formulis priſcæ & veteris, quæ erat ordinaria, facta eſt veluti extraordinaria.

Decimo quarto, qui dum pœnitentiam agebãt, denuo peccabant, ipſi denuo pro ratione peccati, & temporum & arbitrio ſeu iudicio Epiſcopi, vel à pœnitentia & communione omnino arcebantur, vel ad finem vitæ vel ad longum tempus, donec pœnitentiæ cognitio facta eſt extraordinaria, vt dixi alio loco.

Decimo quinto, populus vniuerſus rogabat, pro pœnitentibus ipſis, vt patet Euſeb. l. 6. c. 36. citato, vbi dicitur Nouatianus vnus receptus à Cornelio Papa, cum pro eo vniuerſus populus rogaret, & iccirco D. Cyprian. l. 3 ep. 8. conqueritur, victorem à Therapio admiſſum ad communionẽ, ante legitimam pœnit. ſine petitu plebis, quod confirmatur etiam ex Synes. ep 67. vbi de Lamponiano agitur pro quo pœnitente populus Syneſium diu rogauit, & ex conſtitutionibus Apoſtol. lib. 2. c. 16. & ideo ipſi pœnitentes charis Dei ad geniculabantur, non modo clericis, ſed laicis, vt pro ſe deprecarentur Epiſcopũ ex Tertull. lib. de pœnitentia cap. 9. & ex Euſebio lib. 5. hiſt. cap. vlt. vbi deſcribitur pœnitentia cuiuſdam Natalis ab hæreſi reſipiſcentis.

Decimo ſexto, pœnitentes qui attente leges pœnitentiæ exequebantur, ſi caſu in itinere, vel mari mortui fuiſſent, vbi eis per ſacerdotem ſubuenire non poſſet, credebantur tamẽ eſſe in communione fideliũ, & memoria eorum orationibus & oblationibus commendabatur can. 79. Concilij Carthaginenſis 4 & refertur can. ſacerdos 26. qu. 7. Nam pro excommunicatis nullæ fiebant oblationes ex D. Cypr. l 1. ep. 9. his verbis, *non offeretur*, ait, *pro eo, nec ſacrificium pro eius dormitione celebraretur, neque enim ad altare Dei meretur nominari, in ſacerdotum prece, qui ab altare ſacerdotes auocare voluit.*

Decimo ſeptimo, ſacerdotes ipſi qui pœnitentiã impoſuerant, communicabant cum ipſis pœnitẽtibus in ieiunio, vnum aut duas ſeptimanas ex pœnitentiali Theodori, & Clem. Alexandr. in lib. quis diues ſaluabitur, ita enim loquitur, de Ioan. Euang. *Crebris precibus*, ait, *Deum pro illo inuocat, continuis ieiuniis, vna cum eo ſe macerat, variis diuinæ Sapientiæ ſententiis, eius animum mitigat, neque prius vt fertur inde deceſſit, quam Eccleſiæ reſtituerit, dans magnum veræ pœnitentiæ exẽplum, præclarum ſecundæ regenerationis ſpecimen, illuſtre denique trophæum, à peccatis reſurrectionis.* Et authore Ruffino, in lib de vitis Patrum, alius, cum peccatoribus ſe proſternens, die ac nocte tanquã ipſe in eorum peccatis eſſet obnoxius flebat, & l. 2. conſtit. Apoſtolic. c. 16. dicitur: *Vt Diaconi rogent pro peccatore eiecto ex Eccleſia, ſicuti ſaluator noſter pro iis qui peccauerunt, patrem precabatur, & Moyſes Deum vt peccatum ſorori condonaret. Sunt enim pœnitentiarij ſacerdotes, & confeſſores, patres noſtri ſpirituales* vt recte dicit D. Chryſoſt. hom. 2. in 2. ep. Pauli ad Timot. *Qui*, vt ibidem dicit, *pro nobis in nullis diebus miniſtrant, & vt ſcripturas intelligamus efficiunt, propter nos domum exornant, propter nos precantur, propter nos vigilant, propter nos Deum rogant, propter nos ſtant Deum rogantes, propter nos Deo ſupplicant, pro nobis eſt eorum cultus, & religio*, vnde concludit, *reuerendos eſſe, cum omni cautione & reuerentia ad eos accedendum, quantumuis mali ſint.*

Cap. XXIX.

De quibuſdam publicis pœnitentiis.

PVblicæ pœnitentiæ plurima & antiqua leguntur exempla, nam tempore Apoſtolorum Act. 19. multi qui magiæ operam dederant, pœnitentia moti libros ſuos coram omnibus publice combuſſerunt 28. Deinde temporibus Irenæi, vt conſtat ex eius lib. 1. cap. 9. & lib. 3. capit. 4. quædam Rhodanenſes mulieres publicam pœnitentiam egerunt, & Cerdo etiam hæreticus ſæpe exomologeſin fecit.

Item Marcion eam feciſſet ex Tertull. de præſcrip. niſi morte præuentus fuiſſet.

Natalius olim confeſſor, ſed poſtea Theodotianorum hæreticorum Epiſcopus factus, tandem pœnitentiam publicam egit ad pedes Zephyrini, ſe abiiciens, quam deſcribit Euſebius lib. 5. cap. 27.

Philippus inuaſor Imperij contra Gordianum, publicam etiam fecit pœnitentiam, vt ad communionem tempore paſcharis, admitteretur à Fabiano ex Euſeb. lib. 6. hiſt. c. 27.

Theodoſius per octo menſes, eam itidem peregit, ob cladem Theſſalonicenſium, & in feſto natalis Chriſti abſolutus eſt, cum humi ſe proſtrauiſſet, dicens: *Adhæſit pauimento anima mea*, ex Theodoreto, & Sozomeno.

Fabiola pariter Romana eodem fere tempore, diuortio facto cum priori marito, neſciens Euangelicam prohibitionem, ex Hieron. epiſt. 30.

Ludouicus Imperator, ob mortem Bernardi Italiæ Regis, nepotis ſui, & alia crimina, qui conuentum generalem habuit Epiſcoporum, in vico Attiniaco vbi reconciliatus fratribus ſuis, publicam pœnitentiam egit in cilicio, orationibus & manuum impoſitionibus crebris, vt videre eſt in vita S. Adhelardi Corbaiæ in Saxonia Abbatis, apud Surium 2. Ianua.

Godefredus Lotharingiæ Dux, incenſa vrbe Virdunenſi, cum etiam Templum Virginis Mariæ ibi exuſtum fuiſſet, ſpontaneum pœnitentiam ſuſcepit, & vt Lambertus refert. *Publice ſe verberari fecit, & capillos tonderi, deditque ſumptus vt reſtoraretur, & vilis opera, tum ædificaretur functus miniſterio* Extatque in commentario ſtemmatis Lotharingiæ Ducum, fragmentum diplomatis quo in pœnitentiam receptus eſt, conditione reædificandæ Eccleſiæ.

Henricus IV. Imperator Germanorum miram egit pœnitentiam publicam, nam Canuſium veniens, (oppidum eſt Thuſciæ) triplici muro ſeptum, receptus eſt, intra ſecundum murorum ambitum vbi depoſito cultu Regio, nudis pedibus in lanea veſte frigore aſperrimo, ieiunus à mane vſque ad veſperam per 3 dies perſtitit, & 4. die in conſpectum admiſſus Greg. 4. & his conditionibus in veniam receptos, vt ſe purgaret in comitiis, inter quæ tempora nulla Imperatoris inſignia vſurparet, qui & conditiones accepit, dans pro fideiuſſore Hugonem Abbatem Cluniacenſem, & hæc ex Lamberto anno 1077. & Domnizone in vita Mathildis & Gregorio 4. epiſt. 12.

A Sueno Rex Daniæ, cum plures Principes interfici iuſſiſſet in Eccleſia, in feſto Circonciſionis: *A Vuillelmo Epiſcopo Roſkildenſium inter publica miſſarum ſolemnia cum ad ſacrarium de more accederet, baculo paſtorali, repulſus eſt, & humani cruoris carnifex appellatus, qui continuo regiam repetens, abiectis regiæ maieſtatis inſignibus pœnitentiæ ſagulum ſumpſit, nudis pedibus rediit ad atrium, vbi ſe proſtrauit, donec Epiſcopus exiret, à quo veniam petiit, & biduo pœnitentia indicta, tandem regio cultu ornatus, coram omnibus exomologeſin peregit, laudans Epiſcopum, ob indulgentiam maiorem ſuo crimine*, vt habet Saxo Grammaticus libro vndecimo.

B Guilelmus I. Rex Angliæ, iam ſenior pœnitentiam ſpontaneam publicam aſſumpſit, vt patet ex eius lamentatione edita, & rerum Anglicarum ſcriptoribus, & omnes theſauros ſuos eleemoſinis conſumpſit.

Henricus II. indictam ſibi pœnitentiam à legatis Papæ Alexandri 3. ita peregit, vt dixerit cum ea imponeretur ei: *Ecce corpus meum, in manu veſtra eſt, ſcitote pro certo, quod quicquid iuſſeritis, paratus ſum obtemperare, & prompto animo, annuiſſe, vt à legatis deduceretur extra portas Eccleſiæ, ibique flexis genibus abſolutionem acciperet, & in Eccleſiam introduceretur.* Vt refert Rogerius à Houedem in Annalibus Anglicanis. Idemque cum Cantuariam veniſſet ad-

C huc continuauit pœnitentiam, nam vbi vidit metropolitanã Eccleſiam in qua requieſcebat Martyr Diu. Thomas, ſtatim ſerui formam induit, nudis pedibus totoque corpore ſola amictus vili tunica, ſicque palam ſuſpirans gemenſque intrauit in Eccleſiam, ſepulchrum inuiſit, totaque illa die ac nocte ieiunus & per vigil permanſit, conuocatiſque monachis, à ſingulis virgæ diſciplinalis percuſſiones ſingulas accepit, vt refert Herebertus libr. 3. hiſtor. quadripartitæ, quique intererat huic negotio. Quin etiam Eduardus in vita Martyris Beat. Thomæ, addit: *Regem veſte ſe nudantem, caput in tumuli*

D *feneſtram ſubmiſiſſe, primoque ab Epiſcopis qui aderant quinquies cæſum eſſe, deinde à monachis amplius octoginta ternos accepiſſe ictus.* Petrus Moranus Toloſanus, & Albienſium Anteſignanus, qui ſe Ioannem Euangeliſtam dicebat, tandem publicam pœnitentiam egit, in Eccleſia S. Saturnini, vbi nudus, & diſcalceatus à limine Eccleſiæ vſque ad pedes Cardinalis legati nomine Petri, tituli S. Chryſogoni, ductus eſt flagellantibus eum Epiſcopo Toloſano, & Abbate S. Saturnini, donec ad pedes Cardinalis veniſſet, vbi veniam obtinuit, cum hac pœna, quod intra 40. dies à patria exularet, & tribus annis pauperibus Hieroſolitanis deſeruiret,

E interemque ſingulis dominicis diebus Eccleſias Toloſanas nudus & diſcalceatos percurreret.

Henricus iunior Angliæ Rex, poſt offenſum diu patrem & theſauros Eccleſiæ Mariæ de rupe Adamatoris, ſublatos, pœnitentia ductus tactuſque, depoſitis mollioribus indumentis, cilicium induit, & ligato fune in collo ſuo, dixit Epiſcopi circumſtantibus, aliiſque Clericis, *trado me peccatorem indignum, culpabilem & obnoxium per funem iſtum vobis miniſtris Dei, poſtulans vt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui latroni confitẽti in cruce peccata dimiſit, per preces veſtras, & per ſuam ineffabilẽ miſericordiam, miſereatur*

infeliciſſimæ animæ meæ, poſtea iubeus ſe tra hi à lecto per illum funem, impoſitus eſt lecto cinereo, quem ſibi præparari iuſſerat, appoſito capiti lapide, ſicque Euchariſtiam ſumpſit, & obiit ex Rogerio à Houeden.

Richardus Rex Angliæ patiter recordatus fœditatis vitæ ſuæ, cum veptes libidinum, exeſiſſent caput eius, poſt contritionem cordis, couuocatis Epiſcopis, & Archiepiſcopis qui cum eo erant apud Meſſanam: nudus procidens, ad pedes eorum peccata publice couſeſſus eſt, & pœuitentiam recepit, ex Rogerio in Annalibus.

Ea ſic de aliis multis, vt eſt in alintum Annalibus. Porro obſernandum hic eſt, fuiſſe peculiarem quandam ſpeciem pœnitentiæ publicæ in Hiſpania; quæ dicebatnr *pœnitentia monaſtici habitus*, quam petebat qui ſe proxime moriturum putaret, vt eſt in Coucilio Toletano 12. æra 719. quam pœnitenriam ſemel acceptam nemo deſerere poterat, vnde & in ea perſeuerauit Vamba Rex Hiſpaniæ.

Obſeruandum eſt 2. cum pœnitenriæ illæ publicæ renouatæ fuiſſent, aliqua cum ſeueritate, circa an. 1055. cœpiſſe redimi canonice, vel erogatione bonorum in pauperes, aut in Eccleſiam, vel corporeis afflictionibns vt refertur, apud Petrum Damiaui, Epiſtola ad V. Epiſcopum, & Burcardum Vuormatienſem Epiſcopum, item vt refertur apud eundem Petrum Damiani, epiſtola ad Blancam Comitiſſam, & ad Alexandrum Papam.

Obſeruandnm eſt tertio, raro poſterioribus ſæculis fuiſſe vſurpatas tales pœnitentias, propter humiliationes & veluti ſordes illarum, quare & Tertulianus notat ſnis temporibus, pleroſque hoc opus vt publicationem ſui, aut ſuffugere, aut de die in diem differre, cap. 10. de pœnitentia.

CAP. XXX.

Cum ſupra dictum ſit pœnitentes non admitti ad Communionem ſtatim difficultas eſt, an ſint excommunicati ex eo quod careant communiane.

CErte ita videbitur, ſed non ita eſt, atque aliquis verbi gratia poteſt non recipi in Eccleſia, vel non recipi ad commuuionem, qui tamen non erit excommunicatus, quod manifeſtnm ſit ex 12. canone Apoſtolorum in quo diſtinctio ponitnr inter excommnnicatum, & non recipiendum, nam aliquis propter aliqnod crimen non erit recipieudus ad communiones, qui tamen vt ibi dicitur, non erit ſegregatus, & ex Epiſtola Vrbani ſecundi Gebehardo Couſtantienſi Epiſcopo apud Iuonem de excommunicatione capit. 45. qua quoſdam qui fauerant armis Rauennati Archiepiſcopo inuaſori Romanæ Eccleſiæ, excommunicat, & vinculis anathematis aſtringit, alios vero qui ei tantum communicanerant, non excommunicat, ſed tamen communionis vult eſſe expertes donec egerint pœnitentiam, *communicantes eis*, ait, *nos quidem non excommunicantes, ſed quia ipſi ſe eorum communione condemnant, in noſtram* *eos ſocietatem ſine pœnitentiæ vltione & abſolutione nequaquam recipimus*; quo pacto etiam aliquis erit ſuſpenſus à communione qui tamen non erit excommunicatus vt canon. Epiſcopum 2. diſtinct. 34. & alicui interdicetur ingreſſus Eccleſiæ qui etiam non erit excommunicatus capit. 17. in 6. & idcirco canon. 14. diſt. 81. ponitur apertiſſime differentia inter excommunicatum, & eum qui ſe à communione altaris ſeparat ſub pœnitentis profeſſione; idemque colligi poteſt ex verbis legis 39. Cod. lib. 1. tit. 3. quæ talia ſunt, non *oportet Epiſcopos aut Clericos cogere quoſdam ad fructus offerendos, aut angarias dandas, aut alio modo vexare, aut excommunicare, aut anathematiſare, aut denegare communionem*, nam verba illa denegare communionem, ſeparata ſunt, ab illis, excommunicare, anathematiſare, ſunt ergo quidam pœnitentes qui nunquam fuerunt excommunicati, & qui tamen, non recipiuntur ad communionem, vt illi de quibus in canon. 17. 22. quæſt. 2. quibus pœnitentia imponitur, ob quædam crimina quam ſi reſpuant, iubetur vt excommunicentur, & illi de quibus in canon. de pœnitentibus 17. diſtinct. 3. qui, ſiue ex grauioribus, ſiue leuioribus commiſſis pœnitentiam gerunt. Sunt & pœnitentes qui fuerunt excommunicati, vt illi de quibus in canon. in actione 84. de pœnitentia diſtinct. 1. & illi de quibus canon. 108. 11. quæſt. 3. *cum aliquis*, ait canon. *vel excommunicatus vel anathematiſatus, pœnitentia ductus, veniam poſtulat*, qui tamen omnes quando ſunt pœnitentiam profeſſi, & acceperunt manus impoſitionem ſi moriantur poſſunt ſaluari, & ius habent ad communionem, licet actu videautur eius extorres. Poſſunt vero nihilominus pœnitentes omnes ex crimine capitali dici excommunicati, quoniam peccatum quodliber mortale, ſuſpendit etiam Clericum quoad ſe, ſaltem, non quoad alios, & priuat communione capitulo 10, quæſitum extra de cohabitatione Clericorum, quod confirmatur ex Iuone in decreto capit. 49. ex Synodi 5. act. 8. vbi dicitur, *quamlibet impietatem, non ſolum excommunicare, ſed etiam anathematiſare, indicium*, ait, *anathematis nihil aliud eſt, niſi à Deo ſeparatio, quod impius licet in verbo ab aliquo non ſuſcepiſſet, tamen anathema reipſa ſibi infert per ſuam impietatem, ſemetipſum à vita ſeparans*, quod peccati anathema tale eſt vt melius ſit ab homine anathematiſari, quam à peccato ſuo, ex cap. 44. De ſentent. excommun. & cap. literas, de reſt. ſpol. & ex cap. 21. conſtitutionum Apoſtolicarum lib. 2. *Iuſtus enim*, ait, *à quoq; tam iniuſte occiſus, apud Deum erit in regnis ſempiterna, ſimiliter eueniet & qui ab Epiſcopo fuerit ſine cauſa excommunicatus.*

CAP. XXXI.

Alia difficultas proponitur, cum dicatur pœnitentibus viaticum & communia dari, quid per communionem illam intelligatur.

NOſter modus loquendi, quo per communionem intelligimus communiter participationem corporis Chriſti, fecit hanc difficultatem, ſed ſi attendamus modum loquendi veterum, & ipſam rationem Sacramenti pœnitentiæ, certa nulla erit difficultas, vt recte oſtendit Reuerendiſſimus, & doctiſſimus Epiſcopus in ſuis diſertiſſimis obſeruationum libris, tam enim ſuadet, & verba plurimorum conciliorum, per communionem, non intelligi aliud, quam reconciliationem communioni Eccleſiæ, & ſocietati fidelium, eius, qui vel propter aliquod crimen, vel alio modo, per contumaciam ab ea erat eiectu; in æternum damnandus, niſi pœniteat & conuertatur, nec enim finis primarius & ſingularis pœnitentiæ eſt alius, quam vt quis habeat remiſſionem peccatorum & per eam communionem fidelium, licet non ſit particeps corporis Chriſti, nec communio aliud poteſt ſignificare multis in locis, vt in Concilio Vaſenſi canon. 2. quando dicitur, *eius qui pœnitentiam accepit ſine communione, oblationes eſſe recipiendas, ſi ſubito moriatur, quod ei fortaſſe ſacerdos non putaſſet denegandam abſolutiſſimam reconciliationem*; in eo enim canone, vt pœnitens non cenſeatur mortuus extra communionem Eccleſiæ, fingitur accepiſſe communionem cum pœnitentia; at non eſt neceſſe fingere Euchariſtiam accepiſſe, quæ in reali manducatione conſiſtit, & in epiſtola canonica Cyrilli Alexandrini Archiepiſcopi, ad Epiſcopos qui ſunt in Libia, in qua dicitur de Cathecumenis, *ſi ſint morituri, baptiſetur, ne ab humanis excedant gratia non participes ſcilicet communione carentes*, vt ipſemet ait, atque Balſamo ita explicat, *communione carere, ſanctus hic, non ſolum dicit, de ſancta participatione, neque enim ante baptiſmum, diuinis myſteriis dignus habebitur, ſed etiam de ipſo baptiſmo, antequã enim baptiſatus fuerit non aſſequetur vt cum fidelibus conſiſtat qua & ipſa communio in diuerſis canonibus dicta eſt*. Idẽq; Balſ. annotauit in Concil. Ancirã. cap. 3. Communionem, vnam eſſe communionem fidelium Eccleſiaſticam, cum dicitur εἰς κοινωνίαν ἐκκλησιαστικὴν δέχεσθαι, & ſacramentorum diuinorum, cum dicitur τῶν θείων ἁγιασμάτων ἀξιοῦσθαι, & Zonaras in Concil. Calced. can. 2. ait iciendum eſſe κοινωνίαν οὐ τὴν τῶν ἁγιασμάτων μετάληψιν, ἀλλὰ καὶ τὴν πρὸς συνταξίν τε καὶ σύνεσιν, i. *Communionem non de ſola ſacramentorum perceptione, ſed de communione illa qua que & conſuetudine, quam habent cum fidelibus intelligi debere*. Nec aliter debet ſumi can. 11. Concilij Arelatenſis 2. his verbis: *De his qui in pœnitentia poſiti vitam exceſſerunt, placuit nullum communione vacuum debere dimitti, ſed pro eo quod honorauit pœnitentiam, oblatio illius recipiatur*. Communione vacuum non dimitti ait, nempe fidelium, nam reuera eſt communione vacuus Eu-

A charistiæ, cum mortuus ſit ea non accepta, cuius ſumptio conſiſtit in manducatione reali, nec itẽ can. qui recedunt 16. quæſt. 6 *Qui recedunt*, ait, *de corpore, pœnitentia accepta placuit, ſine reconciliatoria manus impoſitione, eos communicare quod morientis ſufficit conſolationi, ſecundum definitiones Patrum, qui huiuſmodi communionem, quod ſi ſuperuixerint ſtent in ordine pœnitentium, vt oſtenſis neceſſariis pœnitentia fructibus, legitimam communionem, cum reconciliatoria manus impoſitione accipiant*. Senſus enim eſt eos qui decedunt pœnitentia accepta, etiam ſi non ſint plane reconſiliati, abſolutiſſima reconciliatione,
B quæ eſt reccõciliatio communioni altaris vt diximus ſupra, tamen non caret communione, nempe communione in corpore fidelium, quæ communio ſufficit eius conſolationi, & ſufficere inde probatur, quod eam communionem patres vocauerint viaticum, quo ad vitam æternam peruenire poſſint, & à perpetuo exitio vindicentur & poſſint ſaluari, quæ ratio Concilij optima eſt, atque quod dicit canon communionem illam fidelium dici viaticum & eſſe loco viatici, confirmatur ex Concilio Ancirano can. 6. in quo iuxta canonem græcum eſt in vna verſione: *Si periculum mortiſque expectatio ex morbo, vel al qua alia occaſione euenerit, hi ſub definitione recipiantur*, in alia vero verſione antiqua eſt, *His commu-*
C *nione propter viaticũ ſuum non negabitur*, i. communio detur, quia non caret viatico, imò habet proprium viaticum, & ex Synodo Gerundenſi can. 9. & refertur can. is vero qui diſt. 50. *Is vero qui ægritudinis languore depreſſus pœnitentia benedictionem, quam viaticum deputamus, per communionem acceperit, &c.* Nec enim patres Synodi apertius mentem ſuam poterant aperire, quam dicendo ſe putare & cenſere illam communionem fidelium eſſe viaticum. Confirmatur ex auctore Chronologiæ Altiſiodorenſis, his verbis: *Erat, ait, in toto regno lugubris facies, quia nulla celebrabantur in Eccleſiis Sacramenta vel diuina officia, præter viaticum, & baptiſma*, per viaticum enim intelligitur pœnitentia nam in interdictis
D Eccleſiaſticis excipiuntur ſemper hæc duo, pœnitentia morientium & baptiſma paruulorum, ex cap. 11. de ſponſalib. & matrimon. & capit. 43. de ſententia excommunicationis, & cap. alma mater in 6. eod. tit. & conſequenter nomen viatici ponitur ibi pro pœnitentia. Item ex can. 15. Concilij Agatenſis vbi dicitur de quibuſdam qui peccauerant quorum aliqui poterant accipere pœnitentiam alij non: *Vt iis qui poterant pœnitentiam accipere, detur pœnitentia, iis vero quibus non poteſt committi pœnitentia, vt iuuenibus, illis tamen, ſicut nec aliis viaticum non negetur.* Nempe viaticum communionis fidelium, quæ ſufficit, ex dictis ſupra, & ex epiſtola Leonis
E Papæ 89. qui de ea ita loquitur: *Communionem ſufficientem, vt proficiſcerentur habebant.* Nec enim loquitur de communione Euchariſtiæ, nec mirum eam dici viaticum cum omnia Sacramenta ſint viaticum Chriſtiano, ex canon. 2. Concilij Valenſis, cum dicitur, *Sacramentorum viatico.* Nam vt recte Balſam. in can. ep. Greg. Nyſſeni ad S Letuïum Melitines Epiſcopum, ἐφόδιον δὲ λέγεται τὸ ἐπὶ τῇ ὁδῷ τοῖς ὁδεύουσι συμβαλλόμενα, id eſt *Viaticum autem dicitur id omne, quod iis qui viam ineunt in via eſt vtile.* Quare Iſidor Peluſ. libr. 2. ep. 73. ſacram Scripturam voca

viaticum ſalutis, τὴν ἀνάγνωσιν τῶν ἱερῶν γραφῶν ἐφόδιον ἡγοῦ τῆς σωτηρίας. A id eſt, *Lectionem ſacrarum ſcripturarum, ſalutis viaticum eſſe exiſtima*, eo quod conferat ad ſalutem & vitam æternam, atque ſimiliter non tantum in participatione ſacrificij Euchariſtiæ, ſed etiam in perceptione omnium Sacramentorum eſt communio ex Iſidoro Peluſiota lib. 1. ep. 228. κοινωνία καλεῖται ἡ τῶν θείων μυστηρίων μετάληψις, διὰ τὸ τὴν πρὸς Χριστὸν ἡμῖν χαρίζεσθαι ἕνωσιν, καὶ κοινωνοὺς ἡμᾶς τῆς αὐτοῦ ποιεῖν βασιλείας. i. *Diuinorum Sacramentorum & myſteriorum perceptio idcirco communio appellata eſt, quia nobis coniunctionẽ cũ Deo conciliat, noſque regni ipſius conſortes ac participes reddet.* Licet verum ſit communionem myſteriorum diuinorum in Sacramento corporis Chriſti eſſe caput vniuſcuiuſque communionis, & quicquid ſacrum eſt in Eccleſia, etiam ipſos ordines ſacros participare iſti dono cõmunionis proportione ad ſingulos ſeruata, ad propriam ipſorum deificationis eleuationem, vt recte D. Dionyſ. Areop. dixit. Communio ergo eſt per baptiſmum, ex epiſtola canonica Cyrilli Alexandrini, communio per Euchariſtiam, & communio per pœnitentiam, quæ communio omnes alias communiones tribuit, vt communionem precum, quæ dabatur in vno ex gradibus pœnitentiæ, vt diximus ſupra, ex can. 30. ep. Baſilij ad Amphilochium, & can. 13. Concilij Nicœni, in quo aliqui erant, μετὰ τῶν κοινωνούντων τῆς εὐχῆς μόνης. Tantum communionis precum participes, in qua communiona precum pax dabatur in Eccleſia, & ſimul ſancta oblatio perficiebatur ex Concil. Laodicen. can. 9. ita dicta ex Zonara ibidem: *Quia pacem Epiſcopis offerebãt Sacerdotes, & ipſis Sacerdotibus laici, per ſalutationem & amplexum.* Vel quia vt habet Iſidorus Peluſiota lib. 1. ep. 122. *Pacem Sacerdos ex Cathedra faſtigio pronunciat, Dominum ſcilicet imitans, cathedram aſſumentem, cum pacem ſuam diſcipulis relinqueret, ac daret, illud autem quod à plebe reſpondetur, & cum ſpiritu tuo*, καὶ τῷ πνεύματί σου, *Hanc habet ſententiam, pacem quidem nobis præbuiſti Domine, hoc eſt, mutuam inter nos concordiam, pacem autem nobis da, hoc eſt eiuſmodi tecum coniunctionem, quæ nullomodo diuelli poſſit, vt cum ſpiritu tuo pacati, (quem nobis, in creationis initio indidiſti,) à tua charitate diſtrahi nequeamus.* Ex quo ritu Eccleſiæ factũ, vt pacem dare accipiatur, pro reconciliatione, & communione fidelium, vel etiam pro communione Euchariſtiæ apud D. Cyprianum, & in Synodi Africanæ epiſtola ad Cornelium de lapſis & alibi paſſim, quod paci huic participarent omnes fideles, vel etiam quod Chriſtus Saluator dicens in Euangelio: *fides tua te ſaluum fecit*, addiderit, *vade in pace* quem imitari debeant Epiſcopi in eo, vt eſt in cõſtitutionibus Apoſtolicis l. 2. cap. 20. Maneat igitur, cum de pœnitentia agunt patres, non intelligere aliam communionem quam communionem pœnitentiæ, propter exempla à nobis allata.

Cap. XXXII.

De diuiſione communionis, & excommunicationis.

QVoniam, in canonibus conditis de pœnitentia, ſæpiſſime fit mentio, communionis Eccleſiaſticæ, dominicæ, ſacerdotalis, laicæ peregrinæ, precum, & aliarum, ideo operæpretium eſt aſſignare communionis, & excommunicationis illi contrariæ, diuiſionem.

Primum igitur eſt communio Euchariſtiæ B quæ dicitur *communio ſacra*, canon. 21. diſtinc. 2. de conſecrat. *& ſancta*, canon. 11. *& communio Euchariſtia*, canon. 13. ibidem. Cui reſpondet excommunicatio minor, excommunicatio enim minor à perceptione Sacramentorum priuat cap. 59. de ſententia excommunicationis.

Secundo eſt communio Eccleſiaſtica 11. qu. 3. canon. 41. quæ dicitur etiam, *Pax & communio ſancta Eccleſiæ*, can. præſenti 5. qu. 2. &, *ſocietas fraterna*, can. 12. 3. qu. 4. Cui reſpondet excommunicatio maior, quæ à cõmunione fidelium ſeparat ex dict. cap. 59. quod caput compellit ita definire excommunicationem maiorem, & reſpondet etiam anathema quod ſupra C excommunicationem maiorem expreſſius connotat exciſionem plane à Chriſto, & traditionem diabolo. Olimque fiebat tantum mentio excommunicationis & anathematis, tanquam diuerſarum interſe cenſurarum, excommunicationis ſcilicet quæ ſepararet à ſocietate fraterna, & communione Eccleſiaſtica, & conſequenter à Sacramentis, & anathematis, quod plane excideret ab Eccleſia, & à Chriſto, nam ſicut per illud, pax vobis, duplex communio ſignificabatur, vna fidelium interſe, altera fidelium cum Chriſto capite, ex loco citato Iſidori Peluſiota, ita excommunicatio, reſpiciebat magis, D communionem fidelium, & anathema communionem cum Chriſto & Deo, nulla vero mentio fiebat excommunicationis minoris, quia eius effectus, continebatur non tantum per conſequentias, ſed formaliter etiam in excommunicatione maiore, & excommunicatio minor erat quaſi pars maioris, & ſicut in iure via continet actum, actus iter, ſic anathema continet excommunicationem hoc eſt maiorem & minorem, maior continet minorem. Ideo in Synodo Regiatina ſeu Ticinenſi, *anathematiſandi* dicuntur *magis abiiciendi*, quam ſcilicet excommunicati.

Porro excommunicatio eſt nomen commune, E quod omnem excommunicationem comprehendit, ſicut excommunicati omnes, dicuntur vna voce ἀκοινώνητοι Conſil. Nicœno can. 5. & Synodo Antiochena canon. 6. Ipſumque nomen ἀκοινωνησίας eſt excommunicatio, quæ nihil aliud ſignificat, quam ſeparationem aliquam à communione, quæcunque illa ſit, vt recte Balſamo in canon. 10. Apoſtolorum τὸ ῥῆμα, ait, τῆς ἀκοινωνησίας, ἀφορισμός ἐστι, i. excommunicationis vocabulum idem eſt quod ſegregatio vnde in cã. Apoſtol. 9. 10. 12. 13. dicitur ἀφοριζέσθω, vel ἀφορίζεσθαι χρὴ *ſeparetur* pro excommunicetur, excommunicare oportet.

Eſſe vero diſtinctas illas duas cenſurar excammnoicationem & anathema, ſaltem vt magis & minus patet, ex can. 41. 11. q. 3. ex can. præſenti 2. 5. q. 2. & can. cum aliquis 11. q. 3. & can. 2. 3. q. 5. & confirmatur ex eo quod aliquando dicatur de quibuſdam, *vt omnino communione priuentur*, vt dicitur à Ioa. 8. Roſtanio Archiep. can. 64. 27. q. 2. & can. 28. Apoſtolorum, dicitur, de eo qui de poſitus, creditum ſibi miniſterium audet attingere ; *παντάπασιν ἐκκοπτέσθω τῆς ἐκκλησίας*, i. *omnino excindatur ab Eccleſia*, & ſimiliter can. 29. Apoſtolorum, & can. 11. 1. q. 1. vbi dicitur omnibus modis abſcindatur.

Summa igitur diuiſio Communionis hæc eſt, vt alia ſit ſacramentorum, alia ſit communio fidelium ; quæ duæ communiones omnes alias complectuntur, nam quod dicitur aliã eſſe, cõmunionem ſacerdotalem, aliã laicam, aliã peregrinam, fit ratione perſonarum, & nulla iſtarum eſt quæ non habeat participationem communionis vel ſacramentorum, vel fidelium, & idem eſt de communione precum, & alijs communionibus ; ſed quia nihilominus in noſtris libris videmus aliquibus aſſignari communionem ſacerdotalem, alijs laicam, alijs peregrinam, loco pœnitentiæ de illis communibus, ſigillatim nobis agendum eſt.

CAP. XXXIII.

De Communione Sacerdotali.

COmmunio ſacerdotalis eſt quando quis vt ſacerdos ſeruans ſuum gradum, manenſque in ordine ſuo, hoc eſt minime depoſitus communicat ſiue ſacramentis, ſiue ſocietati fidelium, cuius mentio in Concilio Arelatenſi 2. his verbis, *ſecundum inſtituta ſeniorum, ſi à communione ſacerdotali fuerit ſuſpectus*, eſtque proprie Clericorum quam amittunt Clerici ſola depoſitione vel degradatione, vt patet ex Felice cap. 5. *nec ait ad Eccleſiaſticam militiam permittantur accedere quibus ſatis eſſe debet quod in Catholicorum numero ſunt recepti, quoniam de ſuo ordine & communione*, ſcilicet ſua, *videbitur ferre iudicium, quiſquis hoc violauerit inſtitutum*; quo loco conſtat ſuam habere communionem Clericos cum dicitur de ſuo ordine & communione, hoc eſt de ſacerdotali ordine, & ſacerdotali communione. Dicitur ſacerdotalis, rectius quam Eccleſiaſtica, propter varios canones ſupra citatos qui per communionem Eccleſiaſtic. aliam communionem intelligunt, nempe communionem Eccleſiæ cum fidelibus, licet tamen Eccleſiaſtica dici poſſit quod ſit Eccleſiaſticorum, nam Concilium Elibertinum ita videtur accepiſſe Can. 76. *Si quis*, ait, *Diaconus, ſe permiſerit ordinari cum peccato, ſi ipſe detegat poſt trienniũ redeat, ad communionem Eccleſiaſticam, ſi alius, poſt quinquenny pœnitentiam ad laicam communionem redeat, in monaſterium detrudatur, ibique quamdiu vixerit, laicam tantum communionem accipiat*, opponit enim laicam communionem Eccleſiaſticæ ſeu ſacerdotali.

A

CAP. XXXIV.

De Communione laica.

COmmunio laica, proprie, eſt tantum participatio, Communioni fidelium laicorum, ſeu eſſe receptum in numero Catholicorum, quæ dicitur relinqui Clericis depoſitis & degradatis, quando permittitur laice viuere, quod tunc ſint per degradationem reducti in
B numerum laicorum, non amplius exiſtentes clerici, depoſitione enim & degradatione ſi fieret ab omni grado, quem quis habebat in Eccleſia reddebatur laicus ex Clerico, vt patet can. 13. diſt. 81. quoquis deponitur & ab Eccleſia proiectus inter laicos pœnitentiam agit, & can. dictum eſt 8. diſt. 81. vbi degradatus dicitur, *qui amiſit gradum Eccleſiaſticum propter crimen ſeu qui eſt depoſitus*, & additur, *quod is ſeculariter gradu amiſſo viuere poteſt, nec à communione Eccleſiæ ſeparatur*, quod confirmatur ex Balſamone in can. 9. Synodi Neocæſareanæ, qui ait, *εἰς τὸν τόπον τάττεσθαι τῶν λαϊκῶν τοὺς καθαιρεθέντας*, i. *in locum laicorum poni eos qui depoſiti ſunt*, & can. 69. Apoſtolorum quo Clericus
C pœnitens recipitur vt laicus, *μετανοῶν ὡς λαϊκὸς δεχθήτω*, i. *pœnitentiam agens, vt laicus recipiatur*, hoc eſt, vt explicat Balſamo, *laici vitam agat*, & in can. Apoſtolorum 15. dicitur, *vt laicus, communicet*, de eo cui prohibitum erat celebrare, & permiſſum communicare vt laico; quocirca depoſitus can. 4. 14. q. 4. dicitur *de gradu ſuo deiectus*, & *alienus à Clero*, & can. 5. Nicœnæ 2. Synodi, *excidiſſe, ἐκ τοῦ οἰκείου βαθμοῦ, de proprio gradu*, & can. omnes 30. q. 1. *dignitatis honorem amiſiſſe*, & can. 11. diſt. 81. *depoſitus à Clericatus ordine*, & can. vulteranæ 12. q. 2. *priuatus honore ſuo*, & canone Diaconi 12. q. 2 *depo-*
D *ſitus ab honore*, & can. Si quis deinceps 16. q. 7. *ab omni ſacro ordine remoueri*, & can. 21. 11. q. 1. *de proprio gradu cadere* ; & conſequenter fieri laicus, duo enim illa ſunt tantum genera Chriſtianorum can. 7. 12. q. 1. ideoque cum eſſent facti laici, non amplius Clerici, poterant tantum cõmunicare vt laici hoc eſt *tanquam in Catholicorum numero recepti*, vt loquitur Felix 3. cap. 50. vt qui ſatis habeant, *quod admittantur ad pacem communicantes vt laici*, vt recte D. Cyprian. 30. qui reſpondens Antoniano obiicienti Trophimum depoſitum, fuiſſe admiſſum in cõmunionem, ait ita quidem eſſe ſed in communionem laicam non Sacerdotalem, *Sic tamen admiſſus*
E *eſt Trophimus, vt laicus communicet, non ſicut ad te litera malignantium prot[illegible], quaſi locum & ſacerdotis vſurpet*. Quæ tamen omnia intelligenda ſunt quando quis clericus ab omni gradu deponebantur, vt tunc tanquam laicus ad laicam communionem redigeretur, nam ſi ab vno tantum gradu excideret puta à Preſbyteratu tantum, (quæ potius regradatio, quam degradatio, quaſi retro vnius gradus,) cum maneret adhuc clericus puta Diaconus nec fieret laicus, communionem Diaconi non amittebat, nec erat laica contentus, poterat vero quis ab vno tantum gradu deponi, vt can. 10. 6. Synodi in Trullo quo Epiſcopus ab Epiſcopatu

deſiſtit, & in Preſbyteri muoere tantom manet, A quopacto etiam D. Hieronymos in Chronicia ait, *Heraclinum, de Epiſcopatu in Preſbyterum fuiſſe regradatum*, & probat iſt veteri lege Sacerdotes regradatos potius fuiſſe, quam degradatos, i. in ordinem inferiorē reiectos amiſſo ſuperiore gradu, his verbis lib. aduerſus Iouinianum. *In volumine*, ait, *Ezechielis, vbi futura Eccleſiæ ordo deſcribitur, Sacerd. qui peccauerant regredantur, in æditnos, & in hoſtiarios.* locos Ezechielis eſt cap. 44. & notandum eſt has duas depoſitiones factas eſſe io ſimilitodinem, exauctorationis, & degradationis militum, qui vel plane exauctorabantur & ita deſinebant eſſe milites & fiebaot pagani, & quirites tantum, vti eos vocat alexander Seuerus B apud Lamptid. quo pacto intelligendus Lucan. l. 5. Vbi exauctorati ad plenum milites, plebs Romana & quirites dicontur, oam vt recte modeſtinus l. ſed & milites D. de excuſat. tutor. *Qui ignominioſe dimiſſi, ſunt ſimiles eis, qui nequaquam militauerunt.* Vel etiam oon omnino exaoctorabantur milites, ſed vel ad infimum gradum militiæ retrudebantur, vt apud Ammianum Marcellinum, lib. 29 vel non ad infimom, ſed ad inferiorem tantum eo quem prius occopabant, pro ratione delicti, vt conſtat ex C conſtitutione Theodoſij & Valentiniani, ad Sporatium, de pœna domeſticorum qui diutius ſine commeatu abfuerint & l. 3. Cod. de domeſt. & protect. & lib. 2. Cod. de commeatu & l. 3. eod. tit. & recte D. Hieron. ad Pammachium. *Finge aliquem tribunitiæ poteſtatis, ſuo vitio regradatum, per ſingula militia equeſtris officia, ad Tyronis vocabulum deuolutam, nunquid ex tribuno, ſtatim fit Tyro, non, ſed ante primicerius, deinde Senator ducenarius, biarchus circitor, eques, deinde Tyro*, & talis miles regradatus tantum manebat miles non fiebat plebs Romana, non paganus.

Rurſus quæ diximus, depoſitum ab omni ordine non amplius in eo ordine manere, aut in D eum reſtitui, ſed manere laicum, etiam intelligeoda ſunt de priſcis Eccleſiæ temporibus quibos qui erant in laica commuoione *erant irreuocabiliter depoſiti*, vt loquitur Canon 10. diſt. 50. vnde & aliqui illam communionem laicam, in fine vitæ tantum recipiebaot can. 8. eadem diſt. vel etiam depoſiti in monaſteriom retrudebaotur, qood erat loco perpetuæ pœnitentiæ can. 7. quare debebant eſſe contenti oon haberi ſicut ethnicos & poblicanos. Poſterioribus autem Eccleſiæ temporibus, depoſiti & ab omni grado deiecti, oon ſemper maoſerunt in illa E communione laica, ſed ad honorem & priſtinom gradum redire potuerunt, cao. 29. diſt. 50. in quo licet ales ad hoooren redire noo poſſint ſecoodum canooes tamen ſi per plures annos pœoitentiam egerint, poſſe temperare hos canones, & can. 23. diſt. 50. poſt pœnitentiam depoſiti, in ordinem admittantur, vel maneot in eo gradu, & ordine in quo inueniuntur can. 56. diſt. 50. & can. 34. diſt. 50. Imo qui deberet deponi ab ordine oou deponitur, ſed potius ſuſpenditur ab ordinibus, & pœnitentia peracta per decenoium aſſumitor ad ordines can. 5. diſt. 82. vbi additur, *eadem quoque pœnitentia erit ſacerdoti, de omnibus alijs peccatis, & criminibus, quæ eum in depoſitionem inducunt, neque hoc videatur cuilibet oneroſum, ſi ſacerdos, poſt lapſum digne pœnitens, ad priſtinos redeat honores*, quanquam id viſum ſemper fuerit difficile concesſu, vt eſt in can. 30. diſt. 50. quicumque, ait, dignitatem diuini gradus non cuſtodiuot, contenti fiant animam ſaluare, reuerti enim in priſtinum gradum poſt lapſum difficile eſt.

CAP. XXXV.

De Communione peregrina.

EST & Commuoio Peregrina, quam etiam probabile eſt pertinere ad ſolos Eccleſiaſticos, non ad laicos, Dubitatur vero, an ſit eadem, cum communione laica, poſſet enim probabiliter dici non eſſe, eo quod quis redactus ad communionem peregrinam, adhuc ordini clericali reſtituatur, ſi pœnitentiam egerit, quod non fiebat in laica communione, redigi ad communiooem peregrinam, erit potius ſuſpendi, quam depooi vel degradari, oam can. 25. diſt. 50. vbi de peregrina communione agitur, dicitur, *Contumaces Clerici prout dignitatis ordo permiſerit, ab Epiſcopis corrigantur, & ſi qui priores gradus elati ſuperbia, communionem fortaſſe contempſerint, aut Eccleſiam frequentare, vel officium ſuum implere neglexerint, peregrina iis communio tribuatur, ita vt cum eos pœnitentia correxerit, reſcripti in matricula gradum, ſuum dignitatemque recipiant*, nec enim apparet ibi agi de depoſitis, cum non videatur cauſa ſufficiens ad deponendum, quod aliqui fuerint negligentes in Eccleſia frequentanda, vel officio celebrando: nec obſtat qood additur, vt reſcripti in matricula gradum ſuum recipiāt, nam id videtur fieri potuiſſe ſine depoſitione per ſolam ſuſpenſionem ex can. 12. 2. q. 1. & ex Cōcil. Eliberino c. 29. quo nomen energumenorum io altari non recitatur licet depoſiti non ſint, nec nomen publicam pœnitentiam agentium, qui tamen non ſunt depoſiti pota ſi ſint laici ex D. Cypr. ep. 14. lib. 3. Coofirmatur ex Concilio Rhegenſi, his verbis, *quod ergo*, ait, *in quibuſdam ſchiſmaticis, magis quam hereticis recipiendis, Nicænum Concilium à ſingulis per territoria ſua hoc etiam præſens conuentus, in hoc, ſtatuit ab omnibus ſeruari debere, id eſt vt cuicumque de fratribus, tale aliquid charitatis, concilia dictauerint, liceat ei vnam parochiarum ſuarum, Eccleſiam, cedere in qua aut Chorepiſcopi nomine aut peregrina, vt aiunt, communione foueatur*, hoc eoim loco agitur de ſchiſmaticis oon depoſitis, ſchiſmatici vero ſoot adhuc Eccleſiæ ex D. Baſil. ep. ad Amphilochiom can. 1. & poſſunt remanere io ſuo ordine poſt pœnitentiam can. 12. 1. q. 1. Item dicitur vt tales poſſint eſſe Chorepiſcopi vel vt communione laica foueatur, quod argumento eſt non agi ibi de depoſito, nec conſequenter de laica communione, quæ eſt tantum depoſitorum clericorom, nam Chorepiſcopi, ordinem ſeruant & dignitatem habent magnam in Eccleſia. licet minorem Epiſcopis, & poſſunt ſacrificare, & multas alias habent prærogatiuas, nam vt Epiſcopi cooſecrati ſunt, gubernant ciuitates

ſibi adiacentes, ordinaut lectores & Subdiaconos & exorciſtas, ſua autoritate, & preſbyterom, & Diaconum, de licentia Epiſcopi, Concil. Antiorheoo can. 10. Cum Epiſcopis plutima illis miniſteriorum communis eſt diſpenſatio ea epiſtola 88. Leonis Papæ Cumque Epiſcopi illi, propter peccatum ſuum, redigantor ad ordinem Chorepiſcoporum, qui mioor eſt ordine Epiſcopotom tautum; manifeſtum eſt uon agi de depoſitis, nec de partieipantibus communioni laicæ tantum; & conſeqoenter pœnam commooiouis peregrinæ, qoæ proxima huic ponitur, noo eſſe commoniouem laicam, ſed potius ſuſpenſionis à communione ſacerdotali, aot ſaltem Epiſcopali, ita vt tales Epiſcopi ſchiſmatici de quibus agitur ibi; oihil amplius quidem agant vt Epiſcopi, & ſie à communione Coepiſcopotum arceantur, nec Epiſcopalem commuuicationem, aut celebratiouem habeant, ſed vel Chorepiſcopalem videlicet, ſi regio id patiatur, & ſit locus vel vacet illa dignitas, ſi oon, vt communione peregrina, preſbyteri ſcilicet contentus viuat, retractus ad ordinem multo inferiorem, & qui eſt veloti peregrinus locui Epiſcopo; non ſacrificare euim, oon ordinare, noo conſecrare, vt Epiſcopum, eſt non communicare cum Epiſcopis, vt recte probat Balſamo in ean. 16. Concilij Nicœui, ea can. 15. Apoſtolorum *qui decreuit*, ait, *aliquos non miniſtrare*; qoos eoſdem dixit Concilium Nicœnum, cao. 16. *non communicare, ſeu eſſe à communione ſeparatos*, & Concilium Aotiochenum can. 3. qui cauon eſt de eadem re editus, & couſequenter non communicare, vt Epiſcopum, ei qui eſt Epiſcopus, eſt communicare peregrioa communione quæcunqoe illa ſit, ſiue Chorepiſcopi, ſiue Preſbyteri, ſiue Diaconi; quæ ita dicitur quod non ſit ſoa Epiſcopi, non autem eſt laica, quæ eſt hominis plane, depoſiti & de gradu omni deiecti; ſed eſt peregrina taotum, & magis gratioſa qoam laica, qoæ dicitot peregrina, quod ſit aliena à grado, qoem quis prius occupabat, & non ſit ſua, quo pacto Ioo Carnotenſis ep. 55. iudicia coram uon ſuo iudice facta vocat peregrina. Probatur deinceps hæc ſententia ea can. 5. Concilij Agathenſis, vbi dicitur, *ſi quis Clericus furtum Eccleſia fecerit, peregrina ei communio tribuatur*, cum enim clericus furtum Eccleſiæ faciens non depouatur, ſed vel es commonicetur can. qoiſqois 17. q. 4. vel anatemariſetur can. indigne 12. q. 2. nec conſequentet rettudetur ad Communionem laicam, quæ eſt depoſiiorum, ſed ad aliam, nempe illam de qua loquimur quæ dicitur peregrina propter rationem allatam. Item ea eodem Coocil. Agatheuſi, can. 20. in quo, *quibuſcumque clericis contumacibus peregrina communio conceditur*, at quilibet contumaces non depononrur. Deoique ea Coocilio Ilerdenſi, qoo dicitor, *reus ſacrilegy, prolixiori anathemate condemnetur, & vix quoque peregrina ei communio anima concedatur*, quo canone etiam non agitor de depoſito, ſed de excommunicato, nec dicas vix, anathemariſato concedi commuuionem laicam, quod argumento eſt, ibi intelligi laicam communiooem; quæ ſit omnium mioima, & vix mioima communio tribui talibus debeat, nam com peregrina, ſit ibi omnium maxima quæ relinquitur & conſeruatur, nempe, proxima ei, quam quis prius habebat, nou diaiſſet via, de ea, nam reſpondetur, ſi rigorem verborum attendas, nec laicam communionem concedi debere, anathematiſatos enim, oe quidem cum laicis poteſt communicare; ſed quia verba illa, *prolixiori anathemate condemnetur*, poſſoot ſumi pro loogiori ſuſpeuſione, accipiendo uomen anathematis improprie, ſicut can. 1. diſt. 34. qui ſuſpeuſi, vel interdicti ſunt, à Collegio Coepiſcoporum ſoorom, dicuntur eacommunicati qood careant tali commuoicatione, licet vere non ſint excommuuicati, inde recte cohærent verba ſequentia, ita ſuſpeodatur; vt vix habeat communiouem peregrinam, ordinis inferioris, nempe ſuſpendatur non ſimplici ſuſpenſiooe ſui ordinis, ſed etiam ordinum inferiorum ſi fieri poſſit, aot ſi non, ei concedatur alterum ordinum commonio. Quod ſi verba anathemate proliaiori condemoetur, intelligantur de vero anathemate, dicemus verba ſequentia, *vt vix quoque peregrina ei communio concedatur*; ita iotelligi, vt vix vnquam, talis communio peregrina tribuatur, vel ita, vt nonqoam abſoluatur ab eacommunicatiooe & anathemate vnde non poſſit peruenire ad communionem peregrinam, vel ſi abſoloatur, ne quidem abſoluatur in tantum, & adeo abſolute vt ei talis detur communio.

Verum cootrarium quis ſuſtinere poſſit & dicere peregrinam communionem, non eſſe aliam qoam laicam, nec eſſe firmom argumentum, quod, qui erant in laica communione non reſtituebaotor priori gradui, ſicut reſtitui vidimus, qoi in communiooe peregrina. Nam reſpooderi poteſt id verum quidem eſſe, ſi de prioribus ſeculis agator, ſed poſtea depoſitum & cooſequeoter redactum ad communiooem laicam reſtitui potuiſſe, atque ita, id non obſtare quomimos per commonionem peregrinam laicam intelligamus, quæ laica communio proprie peregrina, cum depoſitus dicatur alienos à clero can. 4. 14. quæſt. 4. & in Synodo Nycæna can. 17. καθαιρείσθω τοῦ κλήρου, καὶ ἀλλότριος τοῦ κανόνος ἔστω. i. *Eclero deponatur, & ſit alienus à canone*, & inter laicos & clericos, nulla ſit communio ordinis, ſicut iudicia ſecularia laicorum, nollam dicuntur habere communionem cum iudicijs clericorom cao. 45. 11. q. 1. quod confirmatur à gloſſa dicto can. 18. diſt. 50. qoæ peregrinam communiouem eaplicat laicam, & in ea ſententia.

Sed nihilominus, probabilius videtur dicendum, ea ſuperioribus peregrinam communionem, eſſe aliam qoam laicam, eſſe que proprie vel ſuſpenſionem aliquam, vel regradationem, potuit enim qois ſuſpendi ab omni ſacerdotis officio nec tameo deponi, vt can. 10. 11. q. 4. dicitur: *Vt Epiſcopi fiant ab omni ſacerdotis officio alieni, & exuantur à regimine Epiſcopatus, nondumque tamen deponantur tum vero poſt depoſitionem ſi deponantur cum laicis communicent*; Ibi enim aperte de depoſito dicitor vt laica communio tribuatur, de ſuſpenſo vero ab omni officio ſacerdotis, & oondum depoſito, non dicitur vt laice communicet, quare cum non ſit depoſitos debet habere aliquam commonionem, per ſoſpenſionem enim illam iotetdicitur ei tantum miniſtrare, non

autem communicate nec enim excommonicatur; quæ communiu non poteſt eſſe alia, quam ea quam dicimos peregrinam, boc eſt communio, qnæ non eſt qnidem Epiſcopalis, ſed quæ non eſt etiam laica. Similiter can. 1. diſt. 34. *Si Epiſcopus in obediẽs a collegio coepiſcoporum excommunicatus, abſcedere iubetur nec tamen ceſſare à miniſterio compellitur*, ſed nun communicat tantum cum Epiſcopis, taoquam Epiſcopns puta in Synodo, vel conſecratione Epiſcoporum Similiterque cap. 5. de ſolutionibus ſuſpẽditor quis ab adminiſtratione ſpiritualiũ & temporalium: item interdicitur quis tantum, aliquando ab ingreſſu Eccleſię, vt videas qnemadmodum ſont multæ commuoiones in Eccleſia, ita eſſe multas priuationes, nimirum tot, quot ſunt communiones, & ita potuiſſe aliqoem Epiſcopum priuari commnnione tantum Epiſcopali, Sacerdoremque Sacerdotali tantum, & ab ea ſuſpendi, qui interim non prinetur ab inferioribns ſuo ordine debitis commnnionibus, qoe tameu, quia non ſunt ſui otdinis dicantor ei peregrinæ, oec mitum communionem peregrinam effectum habere communioois laicæ, nam verbi gratia perpetoum interdictom effectom haber excommunicationis maioris, & depoſitionis etiam, ſi ſpectes priuationem communionis quam inducit, licet valde differat, item pœnitentia perpetua priuat etiam communione vi recte ootat Zonaras in can. 2. Concilij Nicæni, & tamen perpetua pœnitentia non eſt excommunicatio.

CAP. XXXVI.

Quæritur quid intelligatur, cum dicitur in quibuſdam canonibus, Vt quis ſine oblatione recipiatur, ἄνευ προσφορᾶς, vel χωρὶς προσφορᾶς

DIcendum, canones illos, ita lotelligi debere, vt recipiantur, noodnm tamen acqoiſito iute communioois Eochariſtiæ, alioqui in omnibus alijs iuribus Eccleſiæ communicantes fidelibus, communio cnim corporis Chriſti dicitur προσφορὰ à Clemente Romano, lib. 8. conſtit. ca. 13. ὁ μὲν ἐπίσκοπος διδότω τὴν προσφορὰν λέγων, σῶμα Χριστοῦ, ὁ δὲ δεχόμενος λεγέτω ἀμήν, i. *Epiſcopus det oblationem, dicens corpus Chriſti, & qui accipit dicat amen*, & cap. 57. Diacooi, ait, incunbant, τῇ προσφορᾷ τῆς εὐχαριστίας. i. *oblationi Eucharistiæ*. Concilio Nycæno cap. 18. *Indecorum eſt*, ait, *vt Diaconi qui offerendi poteſtatẽ non habent Preſbyteris qui ſacrificare poſſunt corpus Chriſti dent*, μὴ ἐξουσίαν ἔχοντας προσφέρειν, τοῖς προσφέρουσι πρεσβυτέροις διδόναι τὸ σῶμα χριστοῦ ἐπιτρέπεσθαι. Synodo Laodicœna τὴν ἁγίαν προσφορὰν ἐπιτελεῖν, i. *Sacram oblationem offerre*. & Synodo Conſtantinopolitana in Trullo, τῷ λαῷ τῆς προσφορᾶς μεταδιδόναι. i. *Populo communionem dare*, & Nicæn. can. 13. & apod Ignatium, ep. ad Smyrneoſ. εὐχαριστίας καὶ προσφορᾶς οὐκ ἀποδέχονται, i. *Eucharistias & oblationes non admittunt*, loqoitur enim da ijs, qui negabant, Eochariſtiam eſſe carnem Chriſti quæ pro nobis paſſa eſt, quo pacto προσφέρειν, *eſt offerre ſacrificium Eucharistiæ*, in Liturgia D. Baſilij, & coofirmatur ex his omnibus canonibus, qui allati ſunt vbi degradibus

A pœnitentum agebamus, capite ſequenti, ordo enim requirit, vt in ijs illud ἄνευ προσφορᾶς ſumamus, pro, ſine communione corporis Chriſti, nec obſtat quod oblationis nomeo oou ſumatur ſemper pro Euchariſtia, vt cum dicuntur Concilio Carthaginenſi can. 93. *Oblationes diſſidentium fratrum neque in ſacrario, neque in Gazophilatio recipiant*. Vnde quis poſſet colligere cum dicitur, *vt ſine oblatione recipiantur*, intelligi, nondnm illis dari autoritatem talia offerendi, maxime eum in quibuſdam canonibus vbi agitur de laicis non recipiendis, pro eo quod dicitur à Græcis: *Recipiantur ſine oblatio-* B *ne, habetur vt non ſinantur offerre*, actiue, qnod tamen non pertinet ad laicos, qui non poſſunt conficere corpus Chriſti, vt in canone Felicis Papæ: *Tribus annis inter audientes ſint, ſeptem autem annis ſubiaceant inter pœnitentes manibus ſacerdotum, duobus autem annis oblationes modis omnibus non ſinantur offerre, ſed tantummodo ſæcularibus in oratione ſocientur*. Agitur enim in illo canone tam de Eccleſiaſticis quam de ſecularibus. Iam reſponditur primo, latinos oblationem illam paſſiuam, Græcorum canonum, vertiſſe verbis actiuæ ſignificationis, quod con- C ſtat ex verſione Dionyſij Concilij Ancyrani, nam vbi in Concilio illo canone 5. εἰ δὲ πληρώσαιεν τὸν τῆς ὑποπτώσεως τριετῆ χρόνον χωρὶς προσφορᾶς δεχθῶσιν i. *Si triennale proſtrationis tempus impleuerint, ſine communione recipiantur*, Dionyſij verſio habet, aut gloſſema additum. *Si compleuerint pœnitentiam triennij temporis, ſine oblatione ſuſcipiantur ad communionem, id eſt, vt ipſi non offerant*, quæ verba vltima ſunt ſine dubio addita, nec natioa huic loco, & ita fieri potuit, vt fœlix eodem modo acciperit illa verba χωρὶς προσφορᾶς. *Vt non liceat offerre*, pro, *vt non liceat eis oblationem Euchariſtiæ percipere, & ei participare*. Nam ſicut proprium eſt Sacerdo- D tum τῷ λαῷ τῆς προσφορᾶς μεταδιδόναι. Ex Syn. in Trullo loco citato, ita eſt laicorum accipere illam, vnde D. Chryſoſt. hom. 21. ad Hebræos: πῶς, ait, ὄψει τὴν ἱερὰν προσφορὰν αἵματι ἀνθρωπίνῳ φοινίξας τὴν γλῶτταν. i. *Quomodo accipies ſacram oblationem, cum linguam humano ſanguine rubeſeceris*, Reſpondetur 2. hæc duo, oblationem Euchariſtiæ, ſeu corpus Chriſti ſumere, & oblationem facere, licet ſint diſtincta, ita tamen ſe coocomitari, vt qui poſſet voum poſſet & aliud, maxime ſi de certis oblationibus agatur quæ fiebant in Eccleſia, in Miſſa, ita vt ijs tantum qoi poterant communicare, etiam licitum eſſet, illas oblationes facere; & vnuſ- E quiſque proot obtulerat, poſſet etiam participare, vt colligitur ex illo loco D. Auguſt. ſermooe 215. de tempore: *Oblationes*, ait, *quæ in altario conſecrentur, offerte, erubiſcere debet homo idoneus ſe de aliena oblatione communicet*. Et illo D. Cypriani lib. de opere & eleemoſina: *Locuples & diues es & dominicum celebrare te credis, quæ corbonam omnino reſpicis, quæ in dominicum ſine ſacrificio venis, quæ in partem de ſacrificio quod pauper obtulit ſumis*. Et hoc alio Theodor. lib. 5. *Cum, ait, tempus vocaret Theodoſium, vt dona ſacra menſa offerret obtulit, & cum obtuliſſet, vt ſolebat in ſacrario manſit ad Cancellos, dicens ſe communionem ſacram myſteriorum expectare*. Adde quod ex pane oblato, & in protheſi repoſito pars in ſacrificium offere-

batur, reliquumque populi communionis loco diſtribuebatur ex Simeone Theſſalonicenſi, in lib. de Templo. Et ideirco propter talem connexionem, quod ut vnum, alterum etiam conſequeretur, & qui offerret in altari, ſibi offerri etiam videret corpus Chriſti, factum eſt, vt vnum ſumeretur pro alio, nempe oblatio actiua pro paſſiua & vice verſa, quod ex eo magis confirmatur quod ſi pœnitentes accepta pœnitentia morerentur, etiamſi ipſi non poſſent oblationem Euchariſtiæ accipere, tamen eorum nomine factæ oblationes in altari, recipiebantur, vt quodammodo communicarent corpori Chriſti, ſeu in ſignum illius communicationis, B & participationis, quã ſi vixiſſent habere potuiſſent, vt conſtat ex Concilio Vaſſionenſi 1. can. 2. *Horum*, ait, *qui pœnitentia accepta, in bonæ vitæ curſu, ſatisfactoria compunctione viuentes, ſine communione, inopinato nonnunquam tranſitu, in agris aut itineribus præueniuntur, oblationem recipiendum & eorum funera & deinceps memoriam Eccleſiaſtico affectu proſequendam, quia nefas eſt, eorum commemorationes excludi à ſalutaribus ſacris qui ad eadem ſacra, fideli affectu contendentes, dum ſe diutius reos ſtatuunt, & indignos ſalutiferis, myſterijs iudicant, ac dum purgatiores reſtitui deſiderant, abſque Sacramentorum viatico intercipiantur, qui-*

A *bus fortaſſe nec abſolutiſſimam reconciliationem ſacerdos denegandam putaſſet.*

CAP. XXXVII.

An ſi quis non poſſet pœnitentiam accipere, admitteretur ad Communionem fidelium.

VNo verbo res illa expediri poteſt, ſi dicamus, admittendum nihilominus ad Communionem Eccleſiaſticam. Nam verbi gratia, B ſi qui ſenes peccaſſent cum ipſi non poſſent pœnitentiam profiteri, eiuſque labores ſuſcipere, in fine tamen vitæ, communionem Eccleſiaſticam recipiebant, can. 16. Concilij Ancyrani, item iuuenibus pœnitentia non facile committebatur, propter fragilitatem ætatis ex Concilio Agathenſi can. 15. & tamen iiſdem in morte poſitis viaticum communionis fidelium non negabatur ex eodem canone, ex quibus manifeſtum fit quod dicebamus in principio capituli huius; & ratio eſt, quia multi ſunt labores pœnitentium quos ſuſtinere non poſſent; nam vt dicit Tertullianus lib. de pœnit. *Miſerum eſt, ſic ad exhomologeſin peruenire*, Sic id eſt tot laboribus, quos ſupra enumerauerat.

FINIS.

ANIMADVERTIONES

IN ANNALES ECCLESIASTICOS

CÆSARIS BARONII S. R. E. Cardinal.

V. C. ANT. SEGVIERIO Sacri conſiſtorij Conſiliario, & Senatus Franciæ Præſidi eximio.

INtereſt huius ſaculi (PRÆSES AMPLISS.) *laudes tuas prædicatione celebrare, cùm ad te migrauerit, quic quid ᵛnquam in orbe fuit eximium, & ᵛicimus iunxeris honorem atque ᵛirtutem, quàm Romani templa illarum dearum. Sed & mea etiam multùm intereſt, qui pœnam moræ in laudibus tuis predicandis timere debeo; fatebor enim quia verecundia debilitauit ingeniū, quod ſe amplius præſtare putabat, quàm ſi ſcriberet, ſi te ᵛirum præcelſa dignitate ſilentio uereretur, donec cogitaui, iucūdas & pulchras ᵛices hinc hominum beneficia conferentium, hinc aliorū gratiam referentiū, tunc enim abrupi ſi qua me retinebant, ᵛt ingenij conuitium facilius quàm moram me ferre poſſe oſtēderem. Quamobrē te Annalibus Ecclesiaſticis & dipiycis non ſolùm inſeri, ſed etiam inſcribi debere exiſtimaui, Annalibus (inquam) hoc eſt, his in Annales Baronij Animaduerſionibus quibus tanquam paſſerculis & columbulis inter Aquilas Baronij noſtri Catholici & doctiſſimi ᵛiri pennas dedi, ᵛt tibi etiam Baronius aliquid ſe debere confiteatur, & fiat ex beſſe tuus, dum id erit ex aſſe*

I. A. C.

AD EVNDEM. D. ANT. SEGVIERIVM, Hendecaſyllabi.

SIS doctiſsimus optimusque Præſes,
Sis rurſus, Seguiere, flos ᵛirorum,
Sis mens, quæ ᵛidet ᵛna, & audit ᵛna,
Vt quondam Siculus poeta dixit.
Et ſis regula, cuius ipſa amuſsis
Nunquam Lesbia flexit huc ᵛel illuc.
Vir tuo, SEGVIERE, qui fauore
Exornas ſine fine literatos,
Vir ſuis, SEGVIERE, quem Camœnis
Exornant ſine fine literati,
Illi præcipuéque, quos Apollo
Argilla meliore iuſsit eſſe.
Nomen nempe tuum, fatebor illud,
Nullius ligat impetum Poetæ,
Magna eſt materies, ſuperfluitque,
Nomen, quod titulis, proœmijsque
Dignum grandibus, amplioribusque,
Et quod cum ᵛiolis, roſisque natum,
Et cum murice, dignitatibusque,
Quæ notiſsima res manet poëtis,
Aurato, atque aliis prioris æui.
Quos olim, SEGVIERE, ſic amauit,
Vt de ſe meritos, Pater, clientes,
Ipſi hunc & SEGVIERE, ſic amarunt,
Vt de ſe meritum, & pium patronum
(Etſi maximus eſſet ille Præſes)
Hanc per, perque tuam benignitatem,
Des, rogo, mihi pignus hoc amoris,
Quo noſtræ patiaris eſſe Muſæ
Præſes maximus, & ſimul Patronus,
Quando quicquid id eſt mei laboris
Hoc ᵛni tibi dedicoque, doque,
Multis quod maneat perenne ſæclis,

Quando

Quando & neminis, & tui, & tuorum,
Me Præſes nec erit, nec eſt, fuit ve
Ol ſeruantior, obſequentiorque.

AD LECTOREM MANVM.

NOn hîc toto ingenio vchimur (Lector maneq) nam ſuſpenſa eſt manu quod ſcribimus in Baronium, & tanquam ad clepſydram ſcriberemus, præcipitauimus has noſtras Animaduerſiones, vt poſſimus dicere quod in Circenſibus fit, nos tantū pannos oſtendiſſe, vbi ſignaremus cera miniatula quæ minùs nobis probarentur: in qua re duas cepimus voluptates, vnam, quòd multa à Baronio didiſcimus, alteram, quod arguendi voluptate capti nō ſumus: nam procul hinc illi Græcorum:

Γραμματικοὶ, μωμοσκόπου τέκνα, σῆτες ἀκάνθων
Τελχῖνες βίβλων, Ζηνοδότου σκύλακες.

Prucul etiam illi qui omnia exagitant Scorpionis inſtar è furamine prorepētis qui ignarus cui infixurus ſit aculeum, ſtatim cuiuis obuio ſiue homini, ſiue pecudi, ſiue cuiuis rei infigit. Et illi qui affectus proprios in ſcripta transferentes vt harpiæ] illæ Maronis omnia fœdant ſuo contactu. Nulli hic alij niſi qui ſint de choro eorum de quibus Ariſtoteles in Arte Poëtica cap. 18. qui nomen alienum detrectantes bonos pictores imitātur, qui cùm formā imaginib9 dent ſuam, & ſimiles efficiant, pulchriores tamē pingunt Noli enim interogare ſeuerum nomen Animaduerſionum in Baronium quia ſicut in Creſiphonte Merope interfectura filium videtur, nec tamen interficit, ſed agnoſcit: ita nos amplectimur, & veneramur Baronium, nec in his quæ ad fidem pertinent, vel latum quidem vnguem ab eo differimus: quin etiam aſſeueramus eius Annales ſufficere ad omnem Eccleſiaſticam diſciplinam perdiſcendam; non minùs quàm olim in Theologia veterū ad eam cognoſcendam ſufficere dicebantur peplum Ariſtotelis & corona Dionyſij, vt refert Caliſtus lib. 10. cap. 36 Eccleſ. Hiſt. Senſum habes meū (Lector (tu vide ne ſis ſimilis Protagoræ, qui male Homero obiecit quod cùm precari voluiſſet deam, illi imperauerit potiùs his verbis: μῆνιν ἄειδε. Cæterū ſi δόγμα iſtud placuerit Animaduerſionum, plenas dabimus illas in Baronium, hac animi deſtinatione & propoſiti ordine, quo cenſura noſtra nō exibit extra ſacras lineas Fidei, & Eccleſiæ Romanæ: ſi displicuerit, de horreo plura non expromemus. Vale.

IOANNES TARISSIVS, Theologus, & Eccleſiæ Ceſſenonenſis Domnus Prior,

In Animaduerſiones I. A. C. amici eius

PArcenteis ego dexteras
Odi, ſparge roſas, que feriant ſuis
Cælum & ſydera odoribus,
Latè conſpicuum tollere verticem
Iam nunc te decet, & tuis
Scriptis, reddere nunc debita præmia,
Diuiniſque laboribus,
Qui perrūpere amant, ſcrinia transfugæ,
Arcam & linquere diuitem.
Sed tardat, ſcio, te, quod rigidus nimis
Dicas ſæpe mihi, & tuis
CONTEMPTÆ DOMINVS SPLENDIDIOR REI.

In Animaduerſiones I. A. C.
B. RVNVS Cadurc.

HOC ſemper fore partium mearum
Laudes dicere ſic tuas putaui,
Vt nunquam officio huic meo deeſſem:
Sed nunc maius opus, meis Camœnis,
Et cùm feceris omnibus Camœnis,
Parce, ſi decet eſſe Timanthem,

In Animaduerſiones I. Ar. C. ISOARDVS Galloligur, ſeu Prouincialis.

LAudabunt alij, tuas, poetæ,
Doctas Iupiter & laborioſas
Chartas; nam quia ſum Prouincialis,
Et tu annalibus in tuis notaſti,
Et multis aliis tuis libellis
Annum, quo, Deus ille noſter olim,
In ſummum decus, atque dignitatem
Peruenit, meriti fauore ſolo,
DV VAIR, præripio libenter illam
Partem, dóque meam approbationem,
Longos atque Deum precor, per annos,
Et poſſit decus eſſe Galliarum,
Omnium decus atque curiarum,
Noſtri deſinet eſſe dum Senatus.

h

ANIMADVERSIONES

IN ANNALES ECCLESIASTICOS

CÆSARIS BARONII S. R. E. Cardinal.

PRÆFATIO.

OLim neſcio quid ſit otium Muſarum, cùm me negotia publica, & amicorum, ſtudium deſerere ſæpiſſimè iubeant; & hinc factum, vt eius generis ſit liber iſte Animaduerſionum, vt ſæpe incipere, ſæpe deſinere videar; nam tanto mari, venit me committere non audeo, ideoque ſtatui vt videbis. A

Alter remis aquas, alter mihi radat arenas.

Anno Chriſti 1. exiſtimat illuſtriſſimus Cardinalis Baronius, hunc annum aſſignandum Iudæ Galilæo, de quo Actor. 5. verſ. 36. qui etiam Gaulanites dicitur, & is eſt, qui prohibebat ſolutionem tributi, facem ſeditionis inter Iudæos accendendo: nam cùm fuerint duo cenſus in B Iudæa, vnus, quando natus eſt Chriſtus, alter verò multis annis poſt, ſeditio illa Iudæ propter cenſum excitata, referenda eſt ad tempora cenſus poſterioris, non prioris, vt vult Baronius: quæ eſt veriſſima ſententia Ioſephi lib. 18. lib. 20. c. 3. quicquid dicat Baronius: & Scaligeri etiam ad 20. Euſeb. 2018.

Anno eodem Chriſti 1. vbi de occiſo Zacharia agit inter templum & altare, eundem dicit fuiſſe patrem D. Ioannis; idque contra ſententiam D. Hieronymi in Matth. cap. 3. qui hoc expreſſe refert ad tempora regis Ioas filij Ochoſiæ, de quo Regum 11. verſ. 21. huius enim tempore Ioiadas ſacerdos fuit, cuius filius Zacharias occiſus eſt inter templum & altare; & is eſt de C quo agitur Matth. 23. hæc eſt ſententia D. Hieronymi contraria Baronianæ.

Anno hoc eodem Caſaubonus, qui aliquas in Baronium nuper edidit exercitationes, & ſtatim periit; tangit duas priores animaduerſiones, quas tamen aliter ſulſit; hic in multis cœlum vituperat vt videatur ſapere; in aliquibus ſapit; egoque ſi mihi Deus aut rex aliquis otia faceret, in totum eius librum breues, & perſpicuas animaduerſiones haberem ſcribere, in quibus oſtenderem facile eſſe Baronio effugere corpore tela Caſauboni; & de Caſauboni libro in alium finem expurgato, & diruto, multa fidei Eccleſiæ monumenta extrui poſſe; atque vt nemini obſcurum ſit me verum dicere; liceat annotare hic certa minutula quædam obſeruata malè contra Baronium hoc anno in eius Annales.

Caſaubonus Exercitatione 2. c. 11. vbi de Epiphaniorum feſto agit, bis peccat in ipſa inſcriptione capitis: Primò, quod dicat Epiphania, non ſtatim primis Eccleſiæ temporibus inſtituta; nam in toto capite ne verbum quidem habet, vnde id probet: Secundò, quòd diſſenſum inter veteres patres adſerat; nec enim diſſenſum puto inter eos qui poſſunt conciliari. Iam verò in ipſo cap. 11. cùm habeat animum errandi, facilè errat. Sed ego tibi Lydium lapidem dabo, ad detegenda omnia illius errata, quæ toto hoc capite continentur, vt videas quàm ſæpe peccauit, in hoc capitulo qui quod plauſum mereri videtur, ſuprà alia omnia multum à vera via abberrauit, aut quòd patres voluerit conciliare, aut quòd Baronium ipſum voluerit refutare. Sciendum ergo eſt Eccleſiam Romanam & Conſtantinopolitanam ſiue Grecam, ritum ſuper hoc feſto habuiſſe diſſimilem. Latini namque duorum dierum ſolemnitate diem natalem Chriſti & Epiphaniorum celebrarunt, vt patet ex D Ambroſ. ſerm. 18. *Ordine (ait) factum eſt vt poſt natalem Domini confeſtim feſtiuitas hæc ſequeretur: idque ita rationem exegiſſe, vt poſt eius diei quo natus eſt, commemorationem, alterius diei quo renatus eſt, quòque eum pater colendum gentibus manifeſtauit, commemoratio conſequenter ſubiungeretur.* Græci verò vnius tantùm diei celebritate, vt patet ex Caſſiano, & Iſidoro l. 1. de Eccleſiaſt. offic. cap. 26. id ex eodem Caſſiano referente, & ex D. Chryſoſtomo in Homilia de die Natali; vbi dicitur tandem Græcorum Eccleſiam conſenſum præbuiſſe Romanæ in diuidendo hoc feſto, ita vt vnus dies Natalis Chriſti in poſterum, & alter dies Epiphaniorum tantùm eſſet. Id enim colligitur apertiſſimè ex eius verbis, idemque Chryſoſtomus, cuius tempore facta fuit diuiſio illius feſti, in duo alia feſta, in oratione de B. Philogonio loquitur de feſto, Natiuitatis Chriſti tamquam ſeparato à feſto Epi-

phan. *Appetit enim*, ait, *feſtum omniũ feſtorũ maxeme venerandum, adorandumque: quod ſi quis appellet omnium feſtorum metropolim, haudquaquam aberret. quod autem hoc eſt? Chriſti iuxta carnem natiuitas, ab hoc enim feſtum Epiphaniorũ ac ſacrũ paſcha, Aſcenſio, & Pentecoſte originem ac fundamentum ducunt; niſi enim ſecundum carnẽ natus eſſet Chriſtus, nequaquam baptiſatus eſſet, nam id eſt feſtum Theophaniorum: nequaquam fuiſſet crucifixus, nam hoc eſt feſtum Paſcha; nequaquam miſiſſet Spiritum ſanctum, quod eſt feſtum Pentecoſtes. Itaque ab hoc ſeu fonte quopiam hi diuerſi amnes orti, nota ſunt nobis hac feſta, verum non ob hoc tantum par eſt hunc diem cateris anteponi, ſed etiam ob id quod in hoc natum eſt cateris omnibus eſt venerabelias.* Obſeruatum verò aſt à Græcis in hac feſti diuiſione, vt feſtum purum natiuitatis Chriſti celebratum ſit ab eis eodem die Decembris quo celebrabatur à Latinis, & ſimpliciter natiuitatis Chriſti diceretur, non verò Epiphaniorum; vt in omnibus cum Latinis conſentirent qui diem Epiphaniorum non tribuebant Natali Chriſti, ſed baptiſmo eius & primo miraculo: vnda vides eo quòd coincidetent hi duo dies feſti, factum eſſe vt apud græcos indifferenter nomen Epiphaniorum ſignificauerit Natiuitatem & Incarnationem Chriſti, & ita intelligendus Epiphanius contra repudiantes D. Ioannis Euangelium. Gregorius Nazianzenus orat. 20. Suidas, Euſebius lib. 1. hiſtor. & illi omnes quos citat Caſaubonus; nihil enim aliud voluerunt illi patres græci cùm non agnoſcerent duo feſta, vnum Epiphaniæ ſimpliciter, alterum natalis Chriſti; Latini verò apud quos ſemper ſeparatam ſolemnitatem habuere, & ſeparatos dies, natiuitas & baptiſmus Chriſti, ſeu Magorum adoratio; ipſi nunquam admiſerunt hunc vſum verborum, ſed ſeparata ſemper habuerunt nomina, vti ſeparatos dies, & diſtinctas cauſas duplicis feſti, & id eſt quod vult Hieronymus lib. 1. Commentariorum in Exechielem, *Significat* (inquit) *baptiſma, in quo aperti ſunt Chriſto cœli, & Epiphaniorum dies huc uſque venerabilis eſt* (*non vt quidam putant*) *nempe Græci*, *aut cum Græcis* (*natalis in carne, tunc enim abſconditus eſt, & non apparuit*) *quod huic tempori congruit, quando dictum eſt, Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacui*; nec facit contra D. Hieron. Gregorius Nazianzen. dicens Epiphania dici, quia Deus ἐφάνη per natiuitatem; & quod φαιδρῶς, ἐπιφανῶς, & ἐπιφανής paſſim de natiuitate Chriſti dixit, nam dictum eſt id factum propter concurſum feſtorum, qui occaſionem dedit vt oſtenderent patres ex omni parte Epiphania dici debere hoc feſtum ex natiuitate Chriſti, ex baptiſmo Chriſti, ex miraculo Chriſti in nuptiis facto; ex natiuitate, quòd in carne apparuerit; ex baptiſmo, quòd à Patre manifeſtatus ſit; ex miraculo in nuptiis, quòd illud primum miraculum Chriſti fuerit: vnde nunc propter incarnationem hoc feſtum Epiphania dici vides ex citatis patribus; propter baptiſmum etiam ita dicitur, vt conſtat ex D. Chryſoſt. in Homilia de baptiſmo Chriſti, id clarè docente vt agnoſcit etiam Caſaubonus; quòd verò rariùs factum à patribus, vt à baptiſmo Chriſti ſumpſerint rationem nominis Epiphaniorum, reſpondendum eſt id factum quod præualeret

A apud Græcos alia ratio, vt cùm concurrerent in vnum diem hæ duæ feſti cauſæ, præcipua tantum adſerretur; minuſque attenderent patres Græci ad alias rationes, propter ſplendorem natiuitatis Chriſti, qui cùm ſit Sol iuſtitiæ dicetur maxime ſua Epiphania naſcendo celebraſſe. Iam verò ex his ſequitur, duplicem fuiſſe Epiphaniorum originem, vnam apud Latinos, alteram apud Græcos; atque illius quæ apud Latinos origo vix poſſit aſſignari, vt ex regulis D. Auguſtini cenſenda ſit Apoſtolicæ traditionis, de qua vt tali loquitur Ammianus Marcellinus vir paganus lib. 21. *Et vt hac* (inquit) *interim celarentur feriarum die, quem celebrantes menſe Ianuario Epiphaniam dictitant, progreſſus in eorum Eccleſiam ſolemniter numine*

B *adorato diſceſſit.* Ex quibus verbis tanquam de pharetra, duo tela contra Caſaubonum ſumimus. Primum, aſt quando negat Epiphaniam Latinè dici poſſe; alterum, vt videat Epiphaniam apud Latinos aliud fuiſſe quàm natale Chriſti cùm apud eos celebretur menſe Ianuario, & natalis ſolemnitas nunquam fuerit apud illos niſi 25. Decembris. Altera verò origo huius feſti, vt apud Græcos celebrabatur, etiam duplex eſt; ita vt fortè ad Apoſtolos eundum ſit, quia Græci omnes patres de hoc feſto agunt, etiam veteres, quod intelligendum eſt de Epi-

C phaniorum die ſumpto, vt diximus ex patribus tam pro ſolemnitate natiuitatis quàm baptiſmi Chriſti. Secundum eſt quando à Græcis vt dictum eſt, ſeparatæ ſunt more Romanorum & Occidentalium hæ duæ ſolemnitates; tunc enim cœperunt Epiphania dici apud illos, non dies natalis Chriſti, ſed alius dies qui 6. Ianuarij; quare malè Caſaubonus neque tempora diſtinguens, neque Eccleſias, dicit Epiphaniorum feſtum non eſſe ita antiquum; cùm hoc non potuerit dicere niſi hoc vltimo modo à nobis explicato; malè etiam idem Caſaubonus dicit tunc quando ſeparatæ ſunt ſolemnitates apud Græcos Epiphaniorum appellationẽ diei

D ſextæ Ianuarij relictam eſſe, & ablatã diei natalis Chriſti; cùm præcipua (inquit) cauſa cur Epiphania dicta ſuit, ſit commemoratio natiuitatis Chriſti, quod (inquit) abſurdum eſt. Nam non vidit Caſaubonus id factum à Græcis, cùm viderent iam obtinuiſſe vſum in Eccleſia Latina, vt Epiphaniorum nomen diei ſextæ Ianuarij iam dictæ tribueretur, nec ſi ad natale Chriſti referrent hoc nomen, haberent nomen aliud quod huic feſto darent, cùm tamen ſufficientiſſimum eſſet nomen natalis Chriſti pro natiuitate illius; quin etiam fortè viderunt Græci tunc rationes eſſe meliores Latinorum cur Epi-

E phania non eſſent dicenda dies natalis Chriſti, ſed potiùs Baptiſmus eius, vt Latini dicebant; præſentiam enim ſuam Chriſtus naſcendo, nec tantam Epiphaniam, vt ita loquar, fortaſſe habuit, quantam baptiſmo, in quo Deus Pater filium manifeſtauit, aut primo miraculo in quo ſeipſum Filius manifeſtauit, vt dixi ſupra de ratione Baptiſmi ex D. Ambroſ. ſerm. 18. & Gregorio Nazianzen. oratione εἰς τὰ ἅγια φῶτα [illegible]. & Leone Epiſt. 62. ad Epiſcopos per Siciliam conſtitutos, vnde de Chriſto nato dictum eſt, *Mundus eum non cognouit*: & ipſemet Chriſtus de ſe dixit, *Clarifica me Pater*, in qua ſententia fuit etiam inter Græcos Or-

gen. homil. 4. in cap. 3. Ioſue. Et de ratioοe quæ à nuptiis ſumi poteſt, & debet, patet ex eodem D. Ambroſio ſermone at. Pleroſque (ait) *in Epiphania die hactenus à Domino memorabilia facta eſſe commemorare ſcribit, vt rogatus ad nuptias aqua ſubſtantiam in vini ſpeciem commutarit, ac liquorem fontium in meliorem vſum ſui benedictione transtulerit, quo mirabili ſigno diuinitatis ſuæ primum ille virtutem declarauerit.* Et ex Maximo Epiſcopo in ſermone quodam qui Ambroſianis inſertus eſt. *Epiphania* (ait) *hodie procuramus gaudia, quærat aliquis quid interpretetur hoc verbum, ſcilicet quia ἐπιφαίνει Græcè, Latinè dicitur apparere, ergo quia tunc primum apparuit Saluator in mundo, ipſa dies eodem vocabulo Epiphania nuncupata eſt. Quomodo autem apparuerit requiramus, non quòd in mundo antè non fuerit cùm mundus per ipſum factus ſit, ſed quod tunc primum ſignis atque miraculis credentium cordibus Deus Chriſtus illuxerit, & in tenebroſas conſcientias hominum fidei ſplendor aduenerit; ſignum autem quod operatus fuit, vt diuinitatem ſuam hominibus declararet, & humanis mentibus tanquam nouus & inopinatus appareret, fuiſſe aqua in vinum mutationem, tradit.* Quod ſpectat verò ad tertiam cauſam nominis Epiphanior. quæ ſumpta eſt à Magorum aduentu, & ſtella eorum, ea quidem refertur ab Iſidoro lib. 1. de Eccleſiaſt. officiis cap. 26, Paulino lib. de natali Felicis 9.

Ve veneranda dies cunctis qua virgine natus
Pro cunctis hominem ſumpſit Deus, vtque deinde
Qua puerum ſtella duce myſtica dona ferentes
Dupliciter videre Magi, ſeu qua magis illum
Iordanis trepidant lauit tingente Ioanne
Sacrantem cunctas recreandis gentibus vndas,
Siue dies eadem magis illo ſit ſacra ſigno
Quo primum Deus egit opus cum flumine verſa
Permutauit aquas prædulcis nectare vini.

Et ab aliis, ſic tamen vt non ſola hæc cauſa, ſed cum aliis duabus nominetur ab omnibus auctoribus, quod malè negat Caſaubonus; & ratio eſt, quia Magorum adoratio nunquam fuit primaria cauſſa ſiue nominis, ſiue feſti Epiphaniorum. Ex his facile eſt & Macharam & Vmbinam ſumere contra Caſaubonum.

Caſaubonus exercitatione 2. cap. 13. Baronium vocantem Annam Monialem ex interprete Cyrilli, malè, vt oſtendam, reprehendit, nam ſciendum eſt ipſo Chriſti tempore nomina Athletica tributa fuiſſe Chriſtianis, vt patet ex D. Paulo, D. Iacobo, Dionyſio Areopagita, & aliis paſſim, quæ deinceps de eis peculiariter vſurpata ſunt: vnde quòd probet Caſaubonus vocem Aſcetarum fuiſſe in vſu apud Græcos ante Chriſtum pro exercitatione quadam laudabili, non negamus, ſed dicimus non probare ideo Caſaubonum inter primos Chriſtianos peculiari notione non fuiſſe; ſed inquit Caſaubonus, eſt ineptiſſima verſio, ex qua ſequetur Chriſtianos omnes eſſe monachos; quod etſi malè arguit Caſaubonus, oſtendendum eſt genus hoc interpretandi in vſu ſemper fuiſſe, quod & ipſi Septuaginta nouerunt, apud quos Alexandriæ mentio Hieremiæ cap. 46. verſ. 25. cùm tamen Hieremias fuerit longè ante Alexandriam conditam, vt patet ex hiſtoricis; interpretes enim ita ſcripſerunt, cùm tamen in textu Hebraico eſſet NO, quia tempore quo ipſi ſcripſerunt ſic vocabatur. Similiter apud Apollonium Italia dicitur Auſonia ab Argonautis, cùm tamen longo tempore poſt Auſonia dicta ſit, de qua re audiamos Scholiaſtem Apollonij, lib. 4. μέμνηνται, ait, δὶ τινες τοῖς αὐσονίας, ὁτιγὰρ χρόνοις τῶν ἀργοναυτῶν οὔπω ἐκαλεῖτο ἀπὸ Αὔσονος τοῦ Ὀδυσσέως ἢ ἀδελφοῦ ... ἀλλὰ τοῖς τοῦ ποιητοῦ χρόνοις ἐκαλεῖτο. Et apud Virgilium portus Velinus dicitur nouo nomine a veteris ſæculi homine: ſed nouo etiam Prouerb. cap. 26. verſ. 8. dicitur, *Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, ita qui tribuit inſipienti honorem.* In Hebræo eſt tantùm *aceruus, cumulus,* ſeu *funda.* D. Hieronymus verò addidit, *Mercurij*, alludens ad Hermas triuiorum; niſi dicas hunc modum loquendi notum fuiſſe Hebræis, apud quos etiam legitur *mittere lapidem in Marcolis*, i. Mercurium, ad ſignificandum impium cultum, vt auctor eſt Elias in Thiſbi dictione, quare non eſt ineptiſſimè verſum, vt loquitur Caſaub. quod eſt apud D. Cyrillum de Anna moniali, qui perperam cùm oſtenderit quid fuerit nomen Aſcetæ ante Chriſtum, noluit dicere quid eſſet poſt Chriſtum; De voce verò πάλης etiam Athletica de qua hic Caſaubonus, nos plura in Athleta Chriſtiano ex Patribus cap. quem vide.

Exercitatione eadem 2. cap. 19. malè arguit Baronium exempli tantum cauſa, dicentem Iudam Galilæum vſum Græca verſione, non Hebraica, quaſi non id factum ſæpe non à ſolis Alexandrinis, vt putat Caſaubonus, ſed ab ipſis Apoſtolis, & Euangeliſtis, vt cùm Lucæ 3. Cainan nomeratur inter filios Arphaxad cùm id deſit in Hebraicis Codicibus, & extet in Græcis, dicendum eſt Euangeliſtam vſum Græco codice, non Hebræo. quod dicit Iulian. lib. 3. contra Iudæos. *Hæc* (inquit) *ſecunda ætas quam per denas generationes diximus currere, vnam minus habet ſecundum codices Hebræos quæ hic ponitur, id eſt, illa quæ dicitur Cainan, quam tamen generationem & Septuaginta interpretes memorant, & Euangelium ſecundùm Lucam confirmat.* Item quando apud Matthæum cap. 27. citantur quædam verba ex Ieremia, quia non ſunt in Hebræo, vſus eſt Mattheus verſione Græca, vnde Euſebius libr. 10. de demonſtrat. Euangel. demonſt. 4. ſic ait: *Diligenter conſiderabis cùm hæc non habeantur apud Ieremiam Prophetam, num arbitrari conueniat ſuper quandam malitiam ex illo ſublata eſſe, an verò librarij erratum fuiſſe qui pro Zacharia Ieremiam poſuit.* Quin & Iuſtinus Martyr dicit in Hebræis codicibus in his verbis Pſalm. 95. *Dominus regnauit*, deeſſe vocem *à ligno*, non in Græcis codicibus. Item illud 1. ad Cor. 15. *Vbi eſt mors victoria tua*, & ad Heb. 10. *Iuſtus autem meus ex fide viuit.* Et illud Matth. 24. quod ex Daniele citatur, *Cùm videritis abominationem deſolationis*, quæ nunquam reperias in Hebræis codicibus. Neque tamen inde colligas nunquam vſos aut vtendum eſſe Hebraicis, nam illud Matth. 2. *quandoquidem Nazareus vocabitur.* Et ibid. *ex Ægypto vocaui filium meum.* Et Ioan. 19. *Videbunt in quem transfixerunt*, in Hebraicis tantùm reperies codicibus, non in Græcis.

Exercitatione 13. cap. 31. agit de imagine Chriſti ad Abgarum miſſa, tanquam fabuloſa, maximè quòd nulla Archiua Edeſſæ meminerint, in quo ſolo ſi hæret Caſaubonus, debuit legere auctores omnes qui de hac effigia agunt; nam à nonullis citantur Annales Edeſſæ vrbis pro hac imagine.

Exercitatione 14. cap. 1. explicat Caſaubonus quid ſit *Sabbatum δευτερόπρωτον*, id eſt, *ſecundo primum*, initio Lucæ; & multas ibi ſententias adfert, D. Nazianzen. Epiphanij, Hieronymi, Chryſoſtomi, Scaligeri; illa omnia ſciuit Caſaubonus, illa multa dixit, vt nihil ſiluiſſe, nihil ignoraſſe videatur, & tamen veram ſententiam non dixit, quæ eſt Euthymij & Theophylacti. Sabatum ſecundo-primum dici illi putant cùm ſexta Sabbati ſiue Paraſceue dies feſtus erat; dies namque quem illa voce Lucas ſignificat, Sabbathum fuit, vt conſtat ex Matth. capit. 12. dicente: *In illo tempore abijt Ieſus per ſata Sabbato.* Illum diem igitur alter dies præceſſit, cuius comparatione hic dicitur ſecundo-primus, & neſcio quomodo non irriſit ſententiam Scaligeri Caſaubonus eam referendo.

Exercitatione 16. cap. 11. malè reprehendit Toletum, quòd dicat ex Philone Paſcha eſſe nomen Chaldaicum, & Phaſe Hebraicum. Nam fruſtra digreditur Caſaubonus vt aliud probet, nec videri infinuaſſe in hac voce Philonem, & voluiſſe ſignificare Paſcha eſſe nomen Chaldaicum, & Phaſe Hebraicum propter terminationem; nam Chaldei ſolent vocibus Hebraicis addere A in fine, vt patet in Golgotha, Macha, Abba, & in פסח, & Chaldei dicunt פסחא Phiſes.

Exercitatione 16 capit. 119. dicit contra Baronium Euangelium Marci Græcè non Latinè ſcriptum eſſe, & rectè quidem, nam ita patres omnes antiqui, ſed malè, quod in vnicum Baronium ſua omnia tela torquet, cùm non in ea ſententia is fuerit ſolus, nam fuere Ioannes Cantacuzenus Imperator Apologia 4. Iacobus de Voragine concione de S. Marco, Ado Viennenſis an. Chriſti 45. Armacanus lib. 19. de quæſtionibus; quod etiam habetur ad calcem Euangelij Marci, quod Syriace ſcriptum eſt, vbi dicitur in fine: *Explicit Euangelium Sancta annuntiatio Marci quod Roma annuntiauit.*

Exercitatione eadem 16. cap. 21. malè reprehendit Baronium dicentem in explicatione diei quo Chriſtus Paſcha celebrauit, nullam factam tunc à Iudæis feſtorum tranſlationem; & nouitiom eſſe inuentum Iudæorum nam primò nihil probat Caſaubonus, ſicut nec ij quos citat Scaliger, Liueleus, & alij. 2. in Commentatijs Rabbi Iſaac Arama, in libr. Acbrdach Iſaac, id eſt ligationis Iſaac ad hæc verba Leuitici 24. *Cùm veneritis in terram quam ego do vobis & meſſueritis*, &c. ibi clarè dicitur, tranſlationem feſtorum nouum eſſe inuentum Iudæorum pro qua re citatur liber Menahoth, qui eſt pars Talmud longè poſt Chriſtum compoſiti. Et exemplum habes apud Ioſephum lib. 13. Antiquit. cap. 16. vbi duo feſta Sabbatum & Penthecoſte celebrātur, nulla facta tranſlatione. at ſanè quod ſpectat ad iſtam tranſlationem paſchæ, non eſt probabile Iudæos contra legem tranſtuliſſe feſtum, religione violata, qui Chriſtum vt eius violatorem accuſabant.

Exercitatione ead. 16. cap. 111. Dicit quod non ſolum hebdomas ſancta dicta eſt magna, ſed etiam feria quinta magna, quod probat ex D. Chryſoſtom. tom. 5. Exiſtimat verò ſolam feriam quintam peculiariter dici magnam in hac hebdomada; & malè, nam omnes dies huius ſeptimanæ dicti ſunt feriæ magnæ, vt infra oſtendimus.

Ex quibus patet aut falli ſæpiſſimè, aut fallere poſſe Caſaubonum, qui ſuo, non cœleſti ſpiritu plenus, alio ſcripturam ſacram traduxit quàm dignitus Dei ſcripſerat, ſuper quo doleo quod non poſſim breui mora precari, vt in pace quieſcat; iudicium namque quod ſcripſit Deus de illo, ſcripſit; Quæ obiter dicta ſint; redeo enim ad Baronium noſtrum.

Anno 34. meminit hebdomadis maioris, ſanctam enim hebdomadam dictam eſſe maiorem affirmat, quod non negamus; quin etiam addimus vnumquemque diem illius dici maiorē, vt feria tertia, magna dicitur apud Balſam. de inceuſis patriarchæ die catech. vbi eam μεγάλην τρίτην vocat. Item dies Ionis eiuſdem dicitur ἡ μεγάλη πέμπτη, vt patet ex Codino, & Liturgia Baſilij Magni. Magna etiam Paraſceue diei mortis Chriſti, παρασκευὴ μεγάλη apud Codin. de uſſic. Rurſuſque dies Sabbati magni vocatur ille qui in hebdomada ſancta, τοῦ μεγάλου σαββάτου, vt eſt apud Cedrenum. Deniqua dies Paſchatis dicitur Dominica magna ἡ μεγάλη κυριακή apud Suidam. Sed quod adhuc notandum eſt dies omnes illius abſolute & ſimpliciter dies dicti ſunt, vt patet ex Niceta in Alexia lib. 3. qui de ea loquens dicit *ſexta dierum*, i. feria ſexta hebdomadæ ſanctæ.

Anno eodem 34. probat optime laminam auream geſtaſſe in fronte pontifices, ſed non dicitio aa lamina titulum fuiſſe nominis domini, vt dicit Beda de tabernac. l. 3. c. 3. & Ariſtea de 72. interpretibus qui refert inſculptum illa in lamina ἐπὶ πετάλῳ χρυσῷ γράμμασιν ἁγίοις τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ.

Anno eodem 34. oſtendit ad quid acetum in cruce Chriſto propinarint, quibus quidem myſterijs non refragamur, & vtinam nobis liceret eſſe magis diuinis ad ſenſa paſſionis Chriſti reuelanda, nihilominus hic iuxta literam rectè dici poteſt acetum à militibus Chriſto datum, quoniam conſtat milites ordinarios & manipulares, quales illi, potatos fuiſſe aceto aqua diluto, vnde leges apud Spartianum in Peſcennino nigro tale Peſcennius edictum. *Iuſſit (ait) vinum in expeditione neminem bibere, ſed aceto vniuerſos eſſe contentos.* Ideóque milites iſti qui Chriſtum crucifigiebant, acetum quod bibebant porrexerunt Chriſto.

Anno eodem 34. dicit fures olim notatos litera T. ex Lucian. dialog. Iudic vocal. Sed hodie in Anglia litera eadem Tinuritur furibus, quod apud eos fur *eſthe* vocetur, idque ex conſtitutione Henrici VII. vt refert Polidor. Virgil. Angl. hiſtor. lib. 26. in Henr. VII. ſic calumniatores etiam notati in fronte litera K.

Anno 34. eodem num. 45. varias affert Baronius Euchariſtiæ nuncupationes, qui cùm ſolaat, vbi multa dicit multa omittere in honorem Venerandi Sacramenti erga quod non

poſſemus ſatis eſſe religioſi, nemo Catholicus A abſurdum putabit hic omnes titulos Euchariſtiæ recenſere, ſiue vt ſuppleamus quæ deſunt Baronianis obſeruationib. & aliorum exercitationibus, ſiue vt impleamus noſtram erga Chriſtum obſeruantiam.

Euchariſtia dicta eſt 1. Corpus Chriſti, etiam à Chriſto in ipſa inſtitutione, & à Patribus. Corpus Domini in Horologio Græcorum, σῶμα δεσπότου. Corpus Chriſti τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ in Concilio Niceno can. 18. & alibi paſſim.

2. Dicta eſt Panis ab eodem Chriſto, & à patribus ἅγιος ἄρτος in Liturgiis; & à Iuſtino in dialogo cum Triphone, vbi dixit ἄρτον ποιεῖν B de hoc Sacramento. i. conficere corpus Chriſti. Panis inquam Angelorum Cyprian. de cœna Domini. *Panem Angelorum ſub Sacramento manducamus in terris.* Panis quotidianus ex eodem Cyprian. lib. 4. Epiſt. 6. Tertullian. lib. 7. de orat. Dominic. D. Auguſtin. lib. 2. de ſermon. Domini in monte capite 12. Caſſiano coll. 9. cap. 21. & D. Ambroſ. lib. 5. de Sacrament. cap 4. dicente. *Si quotidianus* (ait) *eſt panis cur poſt annum illum ſumis, ſic viue vt quotidie merearis accipere.* Panis ſubſtantialis, vt interpretatur D. Ambroſius, ibidem, nomen ἐπιούσιος pro quotidiano, vel eximius, vt vertit D. Hieronymus apud Matth. cap. 6. *Vbicunque,* ait, *Interpretes* περιούσιον *expreſſerunt, nos inuenimus ſegullah* quod Symmachus ἐξαίρετον præcipuum ſeu eximium tranſtulit. vel etiam ἐπιούσιος παρὰ τὸ ἐπιέναι, quod repræſentet Chriſtum futurum adhuc panem noſtrum in vita æterna, vt explicat D. Damaſcenus capit. de myſteriis οὗτος (ait) ὁ ἄρτος ἐστὶν ἡ ἀπαρχὴ τοῦ μέλλοντος ἄρτου ὅς ἐστιν ὁ ἐπιούσιος. τὸ γὰρ ἐπιούσιον δηλοῖ τὸν μέλλοντα ἤγουν τὸν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Et Athanaſius libr. de Incarnatione Chriſti. Panis qui frangitur nobis vt in fractione cognoſcamus Dominum: & ſanè recte id dicitur à D. Chryſoſt. in Epiſt. ad Corinthios cap. 10. *Quemadmodum* (ait) *corpus illud vnitur Chriſto, ſic & nos ei per panem hunc vnimur, cur autem addidit quem frangimus, hoc enim licet videre fieri in Euchariſtia, in cruce autem non itidem, ſed vtique ei contrarium; os enim* (inquit) *non conteretur, ſed quod non paſſus eſt in cruce, hoc in oblatione patitur propter te, & patitur frangi vt omnes impleat.* D

3. Dicta eſt Latria à Cyrillo in Epiſt. ad Neſtorium Act. Concil. Epheſ. *Vnigeniti filii Dei* (inquit) *incruentum in Eccleſia cultum peragimus* τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ τὴν ἀναίμακτον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τελοῦμεν λατρείαν. Et in Græcorum Liturgiis ſæpe.

4. Dicta eſt Paſcha. D. Auguſtin. contra literas Petiliani Donatiſ. lib. 2. c 37. *Aliud eſt Paſcha* E *quod adhuc Iudæi de oue celebrant, aliud autem quod nos in corpore & ſanguine Domini accipimus.* Et Gregor. Nazianzen. orat 42. pro communicare, dixit μεταλαμβάνειν τοῦ πάσχα i. participare Paſcha.

5. Dicitur participatio μετάληψις. à Iuſtino Apolog. 2. dicente μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου, i. participare de pane conſecrato. In horologio vbi leges μετάληψις τῶν ἀχράντων μυστηρίων, μετάληψις λέγεται (ait D. Damaſcenus) δι' αὐτῆς γὰρ Ἰησοῦ θεότητος μεταλαμβάνομεν. i. appellatur participatio, quia per illā participamus Chriſti deitat[illegible].

6. Dicitur Cœna in Horologio Græcorum ſæpiſſime, vbi mentio τοῦ δείπνου μυστικοῦ pro Euchariſtia; Cœna ergo myſtica ex loco citato. Cœna dominica ex D. Auguſt. Epiſt. 118. cap. 5. & 6. *Conuenientibus* (ait) *vobis in vnum non eſt dominicam cœnam manducare.* Et Tertulliano lib. 2. ad vxorem. D. Baſilio Reg. breu. Reg. 310. D. Auguſtino lib. 2. de ſerm. Dom. in mont. cap. 12. & Epiſt. 118. Non prandium, vt recte interpretatur D. Gregorius in Euangelia homil. 36. *Hoc conuiuium* (ait) *Dei non Prandium, ſed Cœna vocatur, quia poſt prandium cœna reſtat, poſt cœnam verò conuiuiū nullum reſtat: & quia æternum Dei conuiuium nobis in extremo præparabitur, rectum fuit vt hoc non prandium, ſed cœna vocaretur.*

7. Dicitur gratia *Veniunt gentes ad gratiam in Euchariſtiam* (ait) Optat. Mileuitan libr. 5. Gratia ſalutaris Cypriano de Lapſis, ἡ θεία καὶ δεσποτικὴ χάρις, Simeoni Metaphraſtæ ἡ οὐράνιος χάρις Cyrillo, Hieroſolymitano, Gratia communionis Concilio Toletano.

8. Dicitur Placenta. Nam quod Pſalmo 32. legitur à nobis *erit firmamentum in terra in ſummis montium.* Hebræi legunt *erit placenta frumenti in terra in capite montium*; quem locum Rabi Salomon qui diu ante Chriſtum fuit, interpretatur his verbis: *Magiſtri* (ait) *bonæ memoriæ expoſuerunt hoc eſſe genus placentarum in diebus Meſſiæ.* Aliique Rabini Chriſtum vt eſt in Euchariſtia placentam vocauere: Rabbi Beratchias dictus Rabbi Iſaac his verbis. *Sicut redemptor primus Moſes fecit deſcendere manna Exodi 16. ita redemptor vltimus Meſſias erit placenta frumenti in terra.* Sed audiamus alium qui dicitur Rabbi Caebanam; is enim in Gen. cap. 49. *Hæc verba* (ait) *ligans ad vitem ciuitatem oſtendunt ſacrificium ex vino, in quo vinum tranſmutabitur in ſubſtantiam ſanguinis Meſſiæ, quod autem ſequitur rubicundiores ſunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores, illud ſignificat, quod in ſacrificio quod etiam ex pane conficietur, non obſtante quod album ſit velut lac, conuertitur ſubſtantia in ſubſtantiam corporis Meſſiæ. eritque in ipſo ſacrificio ſubſtantia ſanguinis Meſſiæ rubra & vinum.* quæ verba rationem reddunt ſpecierum noſtri ſacramenti. Et ſanè dicam Chriſtum voluiſſe eſſe placentam & conuiuium, vt omnibus placeret ſecundùm dictū Bionius, cui viſum eſt fieri non poſſe, vt aliquis multis placeat niſi placenta fiat, aut Thaſius μὴ δυνατὸν εἶναι τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν μὴ πλακοῦντα γενόμενον ὁ δηλῶν, vt refertur. Chryſ. orat. 66. de gloria.

9. Euchariſtia eſt menſa, ſed cœleſtis in Liturgia Iacobi. Myſtica ex Chryſoſtomo, ὁ φρικώδης: ex eodem Chryſoſt. homil. in Paul. ad Cor. itē ex eodem homil. ſeparata in verba Pauli 1. Cor. 10. verſ. 1. Dominica ex Optato lib. 5. Rationalis ex Theodoreto in 6. ſerm. de prouidentia.

10. Dicitur vita D. Aug. de peccatorum meritis contra Pelagianos lib. 1. cap. 24. *Optimè* (ait) *Punici Chriſtiani baptiſmum ipſum nil aliud quàm ſalutem, & ſacramentum corporis Chriſti, nihil aliud quàm vitam vocant, vnde niſi ex antiqua, vt exiſtimo & Apoſtolica traditione.*

11. Dicta eſt Viaticum à D. Thoma parte 3. quæſt. 73. artic. 4. & Concil. Nicen. can. 13.

vbi dicitur de huc ſacramento, *Siquo decedat* A *ne dominice viatice fraudetur.*

12. Dicitur Synaxis à D. Dionyſio Areopagita, eo quòd vt dicitur ibidem, & Pachymeres confirmat per eam Christo, vt capiti συναγόμεθα coniungimur.

13. Dicitur Sanctum, ſeu res ſancta. Græci dicunt τὰ ἁγιάσματα, in Liturgia Baſilij. τὰ ἅγια in Horologio Græcorum, Heſychio in Leuiticum. Sanctum Domini apud D. Cyprianum, de lapſis; ſanctum & ſanctificans ἅγιον καὶ ἁγιάζον ab Origine contra Celſum lib. 8. Sancta ſanctorum apud Gratianum ex Concilio Rhen ẽſi.

14. Dicitur Donum Balſam. ad Can. 19. Concilij Carthaginenſis, δέδωκε (ait) ὁ Σωτὴρ ἡμῶν τὸ ἅγιον δῶρον. ſed quale donum putas? donum profectionis, cùm vellet à Diſcipulis ſuis diſcedere: δῶρον nempe ἐξιτήριον, donum profectitium, vt vocat D. Baſil. in homilia de charitate. Sanctum donum ἅγιον δῶρον, vt vocat B Epiphanius in Phyſiologo cap. 5. donum myſticum, vt patet ex hoc verſu horologij Græci exprimentis Euchariſtiam ſub nomine

Τῶν ζωοποιῶν μυστικῶν δωρημάτων.

donum ſalutare τὸ σωτήριον, vt loquitur D. Chryſoſtomus, donum purum τὸ δῶρον καθαρόν, vt eſt can. 5. Concilij Niceni.

15. Dicitur Liturgia, ἱερὰ λειτουργία à Iuſtiniano Nouella 7. C

16. Dicitur perfectio τελείωσις à Dionyſ. Areopagita, τελετὴ τελετῶν ab eodem, τὸ τέλειον à Concilio Ancirano. dicitur myſterium. τὸ δεσποτικὸν μυστήριον Oecumenio ad xi. cap. prioris ad Corinth. Magnum & pauendum pacis, vnitatis, fidei myſterium, apud Gratianum ex varijs de conſecrat. d. ij. myſterium ſalutis in Liturgia Baſilij.

17. Dicitur Margarita, vt verè dici poſſit de Euchariſtia dictum, porcis non eſſe dandas tales Margaritas, at vero in Liturgia Chryſoſtomi Micæ illæ quæ poſt conſecrationem & ſumptionem corporis Chriſti patinæ, ſeu Calici adhærent ex Sacramento, dicuntur Margaritæ, verbis pulcherrimis quæ hic deſcribam: D μετὰ δὲ τὴν ἀπόλυσιν εἰ οὐκ ἔστι διάκονος εἰσέρχεται ὁ ἱερεὺς εἰς τὴν πρόθεσιν καὶ μεταλαμβάνει τὸ ὑπόλοιπον ἐν τῷ ἁγίῳ ποτηρίῳ προσεκτικῶς καὶ ἀκριβῶς καὶ ἀποπλύνει τὸ ἅγιον ποτήριον, καὶ ὁρᾷ μὴ μείνῃ τὸ λεγόμενον μαργαρίτης; vult enim dicere poſt Miſſam ſi non adſit Diaconus venire Sacerdotem ad altare propoſitionis, & ſumere reliquias quæ extant in poculo, ac ſedulo intueri, ne vllæ micæ maneant, quæ dicuntur Margaritæ. ἀπόλυσις ibi eſt Miſſa vel miſſio ſeu dimiſſio, vnde in Horologio Græcorum dicitur γίνεται ἀπόλυσις καὶ ἡ συγχώρησις i. & fit miſſio & licentia. Ideoque ἀπόλυσις eſt vltimus dies cuiuſque feſti, quod E tunc ſoluatur populus ab eius celebratione Codin. de offic. aulæ Conſtantinopol. Baſilius Seleuc. Epiſt. de S. Thecla lib. 2. cap. 18.

18. Dicitur Bonum abſolutè, vnde & apud Balſamonem in Baſil. Magni Epiſtolam ad Amphilochium can. 55. mentio τῆς κοινωνίας τοῦ ἀγαθοῦ, non habet aliud ſignificatum quàm communionis Euchariſtiæ.

19. Dicitur Sacrificium paſſim apud patres, tremendum verò in Horologio Græcorum his verſibus.

A Περὶ οὗ μυστηρίου τῆς θεϊκῆς οὐσίας
Τὸ ζωοποιὸν σῶμα τοῦ δεσπότου
Τῷ δὲ προσψαῦσαι τῷ τρόπῳ μετὰ τρόμου.

20. Dicitur partes; vt verum ſit quod dicitur Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei. Id dicit D. Auguſtin. apud Bedam in cap. 10. prioris ad Corinthios. *Nec quando manducamus* (ait) *partes de illo facimus, & quidem in Sacramento ſic fit & norunt fideles quemadmodum manducent carnem Chriſti, vnuſquiſque accepit partem ſuam, vnde & ipſa gratia partes vocantur.* Apud Euagrium etiam lib. 4. cap. 36. nominatur ἁγίας μερίδος.

21. Dicitur pietas D. Auguſtin. de Trinit. lib. B 3. ſic vocat. *Infantes* (ait) *non nouerunt quod in altari ponitur, & peracta pietatis celebratione conſumitur.*

22. Dicitur Communio κοινωνία peculiariter ſupra alia Sacramenta, vt dicit Dionyſ. Areopagita Hierarch. cœl. ſt. cap. 3. In modis autem quibus Euchariſtiæ dicitur communio non eſt tam effœta vnica Eccleſia Catholica, quàm ſunt Eccleſiæ plures Hæreticorum: Nam primò dicitur Communio, vt ſimus vnum corpus cum Chriſto capite, cùm nos ſimus membra, ita D. Chryſoſtom. homil. 45. in Ioan. *Vt autem* (ait) *non ſolum per dilectionem, ſed etiam reipſa in illam carnem conuerta-* C *mur per cibum id efficitur quem nobis largitus eſt; cum enim ſuum in nos amorem indicare vellet, per corpus ſuum ſe nobis commiſcuit, & in vnum nobiſcum redegit, vt corpus cum capite vniretur.* Deinde dicitur Communio, vt oſtenderetur contra veteres Hæreticos corpus Chriſti fuiſſe verum corpus, non phantaſticum, vt patet ex Ireneo lib. 5. cap. 2. *Membra ſumus corporis eius* (loquitur de Euchariſtia) *& de oſſibus eius non de ſpirituali aliquo, & inuiſibili homine dicens hæc, ſpiritus enim neque oſſa, neque carnem habet) ſed de ea diſpoſitione quæ eſt ſecundùm verum hominem, quæ ex carnibus, neruis, & oſſibus conſtat quæ de calice qui eſt ſanguis eius nutritur, & de pane qui eſt corpus eius augetur:* D quam rationem etiam tangit D. Cyrillus lib. 4. in Ioan. capit. 14. dicens, *Id factum à Chriſto, vt fideles doceret ſuum non alterius corpus eſſe.* Tertiò dicitur communio vt cum carne Chriſti re vgeremus, ita Iren. lib. 4. c. 34. Quartò Communio dicitur, vt ſimus aliquo ſenſu vnum cum Trinitate, quia ſumus vnum cum Chriſto, ita D. Hilarius. Quintò dicitur κοινωνία reuera participatione corporali & naturali corporis Chriſti, vt conſtat ex D. Cyrillo lib. 10. in Ioan. cap. 13. *Non ſolum*, ait, *habitudine quæ eſt per charitatem Chriſtum in nobis eſſe, verum etiam participatione naturali*, vbi multa E exempla affert ceræ. quam ſententiam ſequuntur Theophilact. Ioan. 6. Damaſc. lib. 4. de fide cap 14. & ſupra citatus Chryſoſt. homil. 45. *Dicens non ſolum per charitatem, ſed etiam reipſa in Chriſtum, per Euchariſtiam nos conuerti*, & hic verus modus qui Euchariſtiam communionem facit, alij namque omnes non ſunt niſi habitudines aut affectus varij illius. Inter quos ſunt duo quos tantum agnoſcunt Hæretici. Primus & præcipuus eſt, vt dicatur cōmunio propter charitatem, ſed oſtenſum eſt ſup. ex patribus hanc non eſſe veram rationem communionis Eu-

chariſtiæ. Secundus, vt dicatur communio, A
quod omnibus communicetur διὰ τὸ πᾶσι κοινωνεῖν τοὺς ἀξίους πάντας τῶν μυστηρίων, vt loquitur Pachymeres in D. Dionyſ. Areopag. & D. Chryſoſtom. Dominica ait, i. Domini Cœna debet eſſe communis, quamquam ibi fortè Agapen intelligit.

23. Dicitur Miſſa ipſa. Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus homil. 12. *Non tunc fiunt Miſſæ quando diuinæ lectiones in Eccleſia recitantur, ſed quando munera offeruntur, & corpus vel ſanguis Domini conſecratur*: ideoque Euſeb. Hiſtor. Eccleſiaſt. libr. 7. cap. 9. dicit εὐχαριστίας ἐπακοῦσαι, quod Latini Miſſam audire, vt Ambroſ. ſerm. 34. B

24. Dicitur Eucbariſtia deſiderata; paucis quidem nunc qui raro communicant; olim verò deſiderata. Gloſſæ veteres ex recta correctione Scaligeri deſiderata, λειτουργία ποθητή. Vnde, Eligius homil. 8. *Deſideranda Dominicæ Cœnæ Sacramenta celebramus*. & D. Ambroſ. de Sacramentis lib. 4. *Veniebas deſiderans ad altare quo acciperes Sacramentum*. Et rectè debet dici deſiderata Euchariſtia, ſiue quia inſtituta eſt præfatis his verbis *deſiderio deſideraui*, ſiue quia hæc ſola nobis deſideranda.

25. Dicitur δύναμις, vt indicaui in Athleta Chriſtiano, & probo alibi.

26. Dicitur oblatio in Canone Miſſæ, & à S. C
Ambroſ. lib. 4. de Sacrament. cap. 5. vbi refert dici oblationem. Aſcriptam, rationabilem, acceptabilem. quæ verba explicant alij.

Hæc ſunt diuinæ Euchariſtiæ elogia, quibus animus noſter poteſt ad eius amorem variè accendi, ſed placet hîc tibi verſus aliquot adferre ex Metaphraſte, qui dicantur ante communionem, in communione, & poſt communionem. Ante communionem ſeu in præparatione ad illam ſunt iſti communituri), quid acturus ſis.

Μέλλων φαγεῖν ἄνθρωπε σῶμα Δεσπότου
φρίξον προσέλθε μὴ φλεχθῇς, πῦρ τυγχάνει· D
Θεῖον δὲ πίνων αἷμα πρὸς μετουσίαν
Πρῶτον καταλλάχθητι τοῖς σὲ λυποῦσιν
Ἔπειτα θαρρῶν μυστικὸν βρῶμα φάγε.

Alij verſus pro eadem præparatione.

Πρὸ τῆς μετοχῆς τῆς φρικώδους θυσίας
Τοῦ ζωοποιοῦ σώματος τοῦ Δεσπότου
Τῷδε προσεύξαι τῷ τρόπῳ μετὰ τρόμου.

In communione, ſeu proximo tempore ad illam ſunt iſti etiam memoriter tenendi.

Ἰδοὺ βαδίζω πρὸς θείαν κοινωνίαν
Πλαστουργὲ μὴ φλέξῃς με τῇ μετουσίᾳ·
Πῦρ γὰρ ὑπάρχεις τοὺς ἀναξίους φλέγων
Ἀλλ' οὖν κάθαρον, ἐκ πάσης κηλῖδος.

Itemque hæc verba τοῦ δείπνου σου τοῦ μυστικοῦ σήμερον υἱὲ Θεοῦ κοινωνόν με παράλαβε. οὐ μὴ γὰρ τοῖς ἐχθροῖς σου τὸ μυστήριον εἴπω. οὐ φίλημά σοι δώσω, καθάπερ ὁ Ἰούδας. ἀλλ' ὡς ὁ λῃστὴς ὁμολογῶ σοι μνήσθητί μου κύριε ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. E

Cum his verſibus.

Θεουργὸν αἷμα, φρίξον ἄνθρωπε βλέπων
Ἄνθραξ γάρ ἐστι τοὺς ἀναξίους φλέγων.
Θεοῦ τὸ σῶμα καὶ θεοῖ με καὶ τρέφει
Θεοῖ τὸ πνεῦμα τὸν δὲ νοῦν τρέφει ξένως.

Poſt Communionem verò ſunt iſti quidquid faciendum tunc monent.

Τὸ δεῖπνόν σου τοῦ μυστικοῦ σήμερον υἱὲ Θεοῦ

Ἐπεὶ δὲ τύχοις τοῦ τέλους μετουσίας
Τῶν ζωοποιῶν μυστικῶν δωρημάτων
Ὕμνησον εὐθὺς, εὐχαρίστησον μέγα
Καὶ ταῦτα θερμῶς ἐκ ψυχῆς Θεῷ λέγε.
Δόξα σοι ὁ Θεῦ. Δόξα σοι ὁ Θεῦ. Δόξα σοι ὁ Θ[illegible]

Sequunturque alij verſus qui orant Chriſtum & gratias agunt, & ſic habent.

Ὁ δοὺς τροφήν μοι σάρκα σὴν ἑκουσίως
Ὁ πῦρ ὑπάρχων, καὶ φλέγων ἀναξίους
Μὴ δὴ καταφλέξῃς με, μὴ πλαστουργέ μου
Μᾶλλον δίελθε πρὸς μελῶν μου συνθέσεις
Εἰς πάντας ἁρμοὺς, εἰς νεφροὺς, εἰς καρδίαν
Φλέξον δ' ἀκάνθας τῶν ὅλων μου πταισμάτων
Ψυχὴν κάθαρον, ἁγίασον τὰς φρένας
Τὰς ἰγνύας στεῖξον, ὀστέοις ἅμα
Αἰσθήσεων φώτισον, ἁπλῆν πεντάδα
Ὅλον με τῷ σῷ συγκαθήλωσον φόβῳ
Ἀεὶ σκέπε φρούρει τε, καὶ φύλαττέ με.
Ἐκ παντὸς ἔργου καὶ λόγου ψυχοφθόρου
Ἅγνιζε καὶ κάθαιρε, καὶ ῥύθμιζέ με
Κάλλυνε συνέτιζε, καὶ φώτιζέ με.
Δεῖξόν με σὸν σκήνωμα πνεύματος μόνου
Καὶ μηκέτι σκήνωμα τῆς ἁμαρτίας
Ἵν' ὡς σὸν οἶκον εἰσόδῳ κοινωνίας
Ὡς πῦρ με φεύγῃ πᾶς κακοῦργος πᾶν πάθος.
Πρέσβεις φέρω σοι, πάντας ἡγιασμένους
Τὰς ταξιαρχίας τε τῶν ἀσωμάτων
Τὸν πρόδρομόν σου τοὺς σοφοὺς ἀποστόλους
Πρὸς τοῖς δὲ σὴν ἄχραντον ἁγνὴν μητέρα
Ὧν τὰς λιτὰς εὔσπλαγχνε δέξαι Χριστέ μου
Καὶ φωτὸς παῖδα, τὸν ἐργάτην λάτριν
Σὺ γὰρ ὑπάρχεις ἁγιασμὸς καὶ μόνος
Ἡμῶν ἀγαθὲ τῶν ψυχῶν καὶ λαμπρότης
Καὶ σοὶ πρεπόντως ὡς Θεῷ καὶ Δεσπότῃ
Δόξαν ἅπαντες πέμπομεν καθ' ἡμέραν.

Anno 44. refert diuerſas Apocalypſes, Petri, Pauli, Cherinthi, Thomæ, Stephani, Eliæ. ſed omittit tres alias. Apocalypſim Moyſis quæ λεπτὴ γένεσις vocabatur, μωσέως, vt ſcribit Cedrenus. Apocalypſin Adami, de qua Epiphanius loquitur aduerſus Gnoſticos, Apocalypſin Eſdræ, & Zoſimæ, quam refert Nicephorus Humologeta in Canon.

Anno 55. malè hic numerat Triennium commorationis Pauli, de quo Act. 20. verſ. 3. vnde cogitur dicere inchoatum tantum, fuiſſe, omittit enim numerare 3. menſes in tranſitu per Macedoniam & Achaiam, vt patet Act. 20. verſ. 31. Item tempus itus & reditus.

Anno 57. dicit Annulos ſolitos dari à ſponſis Arræ nomine, idque docere vſum: verum non tantùm vſus id oſtendit, ſed auctores antiqui. Heliodor. lib. 4. Æthiop. hiſtor. Tertul. Apologetico.

Anno eodem 57. agit de aqua benedicta in ipſo veſtibulo Eccleſiæ ſeruari ſolita, qua aſpergerentur Chriſtiani, tum abeuntes, tum ineuntes, & huic rei etiam aliquis præfectus dictus ὑδρομύστης, quod addo ex Syneſio Epiſt. 121.

Anno eodem 57. de voce Maranatha citat Hieron Epiſt. 137. ſed extat etiam hæc vox in Ca. Guliſarius Can. 13. quæſt. 4. & in priſco Carmine Theodorici Abbatis S. Trudonis.

De ſiue Maranatha Deus.

In Concil Toletano relato in priſca Synodo Rhemenſi habita Durocortori, vbi dicitur

quod *Maranatha, id eſt perditio in aduẽtu Domini ſint, & cum Iuda Iſcariote partem habeant.* A

Anno 58. dicit ex Suida præfectos vigilium nolas quaſdam habuiſſe ad excubiarum explorationem, quem morem tangunt alij, Heſychius, Harpocration in *κωδωνίζω*. Scholiaſtes Ariſtophanis ad Nubes Vlpian. ad Oration. Demoſthenis. Parthenius Erot. 7. de Hippatino & Antileonte.

Anno 58. agit de officio Curſorum in Eccleſia conuocantium fideles ad Synaxim, & horas Canonicas Eccleſiæ: & forte ab illis Curſoribus qui ſic ad officium Eccleſiaſticum vocabant factum, vt ipſummet officium dictum ſit Curſus. Vuandelbertus Diaconus in vita B S. Goaris: *Videntes* (ait) *quod quotidie ab ortu lucis eum Curſum ſuum haberet completum, & Miſſas inde celebrans.* Et infrà: *Curſu ſuo completo Miſſarum ſolemnia exorſus impleuit.* Baudomina in vita Radegundis lib. 2. cap. 18. *Stabat quandoque nocte ante cellulam ſuam corde, & ore Curſum decantans.* Vetus ſcriptor in vita S. Eligij Epiſcopi Nouiomenſis l. 1. cap. 10. *Die noctuque in eius camera cum omni ſtudio ſolemniter curſum Canonicum adimplere ſtudebat.*

Anno eodem 58. indicat Panem Euchariſticum ſignatum Cruce, ſed non probat. Id verò patet ex Nicolao Cabaſila in expoſitione Liturgiæ cap. 5. C *σημεῖον δὲ τοῦ ἄρτου χαράττει καὶ ὑπομιμνήσκει ὅτι διὰ τοῦ σταυροῦ*. Idemque Cabaſilas cap. 11. ibid. ait: in Liturgia pani Sacramenti imponi ſtellam, quod patet etiam ex Liturgia Chryſoſtomi, quo ſignificatur panem hunc eſſe cœleſtem.

Anno 59. vocem *φαιλόνην* mauult explicare Baron. de volumine quàm de pallio, nititurq; hac ratione quod *φαιλόνη* (leg. *φαιλόνην*) non *φαινόλιον* dicatur apud D. Paulum: quæ ratio nulla eſt, cùm *φελόνιον*, & *φαινόλιον* pro eodem ſumantur. *φελόνιον* habet Liturgia Chryſoſtomi, *φαινόλιον* Balſamon de priuileg. Patriarcharum: Itemque in Gloſſis Græco Latinis *φαινόλης* per *φελόνιον* explicatur, tranſpoſitis litteris, vt fit in D ſexcentis alijs vocibus.

Anno 95. & 142. agit de Circularibus ſeu Encyclicis Epiſtolis traddo fuiſſe & aoticirculares, ſeu *ἀντικυκλικά*, vt patet ex Euagrio libr. 3. cap. 7.

Anno 98. Notarios in Eccleſia 7. factos ab Clemente dicit ex Anaſtaſio, & an. 238. refert ex eodem Anaſtaſio totidem ſubdiaconos inſtitutos à Fabiano Pontifice, qui ſeptem notariis imminerent, quod verum eſt, ſed non intellexit Baronius, necdum fortaſſe intellectum. Clemens Papa hos Notarios inſtituerat, vt celeriter exciperent geſta Martyrum E verborum notis, *quibus celeritatem lingua manus ſequeretur*, vt loquitur Seneca Epiſtol. 91. & optime deſcribit Manil. lib. 4.

Hic & ſcriptor erit velox, cui litera verbũ eſt
Quique notis linguam ſuperet, curſimq; loquẽtis
Excipias longas noua per compendia voces:

Et Martial. lib. 14.

Currant verba licet, manus eſt velocior illis;
Nondum lingua ſuum dextra peregit opus.

Fabianus autem Papa cùm videret hanc ſcribendi rationem per notarum compendia, vt loquitur Euodius, eſſe valde obſcuram, quod oſtenditur auctoritate Ciceronis ad Atticum ſic dicentis, *Quæ ad te de legatis ſcripſi, parum intellexiſti credo, quia διὰ σημείων ſcripſeram.* Ideo ſeptem notariis ſeptem Diaconos præfecit, qui curarent litteris perſcribi, quod notis exceptum anteà erat. Id colligo ex verbis Athanaſij in eius vita. *Fecit* (ait) *ſeptem ſubdiacones qui ſeptem notariis imminerent, vt geſta Martyrum in integro colligerent.* Nam ibi iuſſum vides, vt quod antea per notas ſcriptum erat, literis ſeu in integro colligerent, & quod *εἰς τάχος* notis exceptum erat, *εἰς κάθαρον* integra ſcriptione colligeretur, ſeu in mundum, in purum, vt loquuntur filij Iuriſconſultorum. Neque id nouum; nam Epiphanius contra hæreſes lib. 3. ſcribit libros ſuos ab Anatolio notis exceptos eſſe, & ab Hyppatio integra ſcriptura *εἰς κάθαρον* relatos. Et Paul. l. 4. §. 1. ff. de teſtam. mil. *l. Titius* (ait) *miles teſtamentum ſcribendum notis dictauit, & antequam literis perſcriberetur vita defunctus eſt.* Voluit ergo dicere Anaſtaſius, quod Notarij excipiebant, librarios perſcripſiſſe, quod volui annotare cùm omnes de hac reſileant.

Anno 102. Traianus vicit Decebalum Regem Danorum, vnde dictus Dacius, vt patet ex veteri inſcriptione, quam refert Scaliger in Euſeb. an. 2117. & colligitur ex Faſtis Capitolinis, vbi hic annus continetur cum anno Vrbis 852. ibidem notato. quare fruſtra Baron. id reijcit ad annum 103.

Anno 103. Conſul Seruianus dicitur à Baronio, idque ex Spartiano in Adriano. Sed Cuſpinianus Seruilium ponit pro Seruiano. Faſti Græci Surianum & Surium, Onuphrius Senecium: vnde conſtanter Seruianum non potuit dicere Baronius.

Anno 109. refert ex Hilduino moris fuiſſe, vt in ſanctorum natalibus in ſacris Miſſæ præfationibus res ab eis geſtæ ſummatim collectæ recitarentur, vt fidem faciunt plura Miſſalia quæ hic memorat; ſed id adhuc probari inde melius poteſt, quòd vitæ Martyrum aut ſanctorum Compendiario ſcriptæ quæ in Eccleſia legebantur, dictæ fuerint *συναξάρια* in Menologio ſæpiſſime, & apud Gennadium de primatu Papæ cap. 5. quaſi à Synaxi, quod ante Synaxio in præfationibus Miſſæ recitarentur.

Anno 134. dicitur ab Hadriano Imp. per Saluium Iulianum Edictum perpetuum eſſe editum, quod verum eſt, ſed reperio mentionem edicti perpetui apud Aſconium Pædianum qui longè ante Hadrianum fuit, vbi & edictum perpetuum fuiſſe teſtatur, eandemque cauſſam eius affert quæ affertur de edicto perpetuo Hadriani. In orationem pro Cornelio: *Aliam* (ait) *deinde legem Cornelius, etſi nemo repugnare auſus eſt, multis tamen inuitis tulit, vt prætores ex edictis ſuis perpetuis ius dicerent, quæ res tum gratiam ambitioſis prætoribus, qui variè ius dicere ſolebant, ſuſtulit.* Sed dicendum eſt prætorum fuiſſe triplicia edicta: primi generis erant quotidiana prout res incidebant, quæ peculiaria ideo vocat Tul. in Verrinis, Secundi generis fuere annua, ita vt prætores Centuriatis comitiis creati, edicta in albo proponerent, quibus notum eſſet quod ius toto anno diceretur, cuius edicti auctor fuit Cornel. ex Aſconio citato. Tertij generis fuit iſtud Saluij. Edictum

verò annuum Cornelij dicitur tantùm perpetuum ab Aſconio reſpectu primorum, non reſpectu tertij. quod ſolum poſtea ſimpliciter dictum perpetuum.

Anno 142. de Commendatitiis literis egens, dicit eas iis qui in Eccleſia Clariores, & Clerici eſſent, dari ſolitas. ſed contrarium videtur, id quod dicitur Can. IX. Synodi Calced. vniuerſalis quartæ. *Literas* (inquit) *commendatorias iis ſolis perſonis quæ ſunt ſuſpectæ præberi oportet.* vbi Balſamon addit, Clericis bonæ exiſtimationis & non ſuſpectis ſufficere pacificas ſeu dimiſſorias contemptis commendatitiis.

Anno eodem 142. malè diſtinguit Baronius dimiſſorias à pacificis, cùm eædem ſint αἱ μὲν τοι ἀπολυτικαὶ χαρμὰ αἱ ἢ εἰρηνικαὶ λεγόμεναι, inquit Balſamon loco proximè citato: duplex tantum nomen ſortitæ à duplici effectu.

Anno 150. & 171. Tribunitiam poteſtatem rationem eſſe optimam ad numerandos Imperatorum annos exiſtimat Baronius, quæ tamen ratio valde deficit; nam verbi gratia Nerua adeptus eſt priùs tribunitiam poteſtatem quàm Imperium, accepit enim eam Nerua ſenio confecto quando eum adoptauit, qui tamen nonniſi poſt obitum Neruæ imperauit. Item Auguſto imperante, reſtituta Tiberio Tribunitia dignitas ex Dione & Suetonio in Tiber. c. 11. Et Veſpaſianus Tribunitiam poteſtatem quando imperabat nonniſi ſero accipere voluit, vt loquitur Sueton. in Veſp. c. 12. Eſt & inſcriptio vetus in qua Titi tribunitiæ poteſtatis notatur annus 10. qui tamen nonniſi tribus annis imperauit. Hadrianus etiam volente Traiano Imperatore nondum Imperator exercuit Tribunitiam illam poteſtatem, vt patet ex Spartiano. M. etiam Antoninus tunc cùm duxit Fauſtinam vxorem, Antonini Imperatoris filiam tribunitia dignitate ornatus eſt nondum tamen Imperator, vt patet ex Iul. Capitolino. Nec obſtat vetus illa inſcriptio quam referunt Baron. an. 160. & Onuphrius in Antonino, quæ componere videtur 4. Conſulatum Antonini cum tribunitia poteſtate 24. ea enim eſt contra Onuphrium qui non dat Antonino niſi annos 22. cùm in ea inſcriptione tamen ſint Tribunitiæ poteſtatis 24. Nec ex ea colligitur, quod vult Baronius nimirum deſignari quartum conſulatum vltimo Imperij anno.

Anno 213. dicit Antoninum Caracallam à genere veſtis talaris ſic dictum, quod verum eſt; ſed quod addit ex Beda 1. de geſt. Angl. 7. Caracallam olim fuiſſe Clericis in vſu, explicandum potius eſt de Monachis, ex Palladio hiſt. Lauſiac. in vita Melaniæ, vnde Caracalla dicitur ipſa Cuculla in gloſſis Græco. Latinis, ſic dicta tamen non quod cuculla eſſet ipſa tota Caracalla, ſed ei addita, vt patet ex Sozomeno lib. 3. cap. 14. dicente ἐπιμέτρμα τῆς ἐπωμίδος ὁ κουκούλλιον καλοῦν. Ita vt Caracalla monachorum haberet ſuam Cucullam, vt colligitur ex Eucherio de veſtib. his verbis: *Ephod veſtis Sacerdotalis quæ ſuperindumentum, vel humerale appellatur, eſt autem velut ia Caracallæ modum, ſed ſine Cucullo.*

Anno. 255. Malè mortem Cornelij Papæ ſub Gallo accidiſſe putat, namque ſub Valeriano paſſus, quod negat Baronius; ſed id aſſerunt Ado Viennenſ. in Chron. & Acta paſſio-

A nis Cypriani, item Metaphraſtes in Eugenio.

Anno 266. agit de cauſis cur Paulus Samoſatenus eſt damnatus; ſed notatu dignum exiſtimo dicere ipſum Paul. Samoſat. primum fuiſſe qui ſecretum & Secretum & Secretarioe habuit; quod ei obiectum fuit à Synodo Antiochena, vt conſtat ex Euſeb. hiſtor. Eccleſ. lib. 7. cap. 30. vbi dicitur id pertinuiſſe tantùm ad principes ſeculares.

Anno 283. de Colobio & Dalmatica ſe egiſſe dicit in Martyrol. 31. Maij. vbi tamen omittit dicere de Colobio cur ſine manicis, & ex lino fuerit, de qua re Caſſianus lib. de hab.
B Monach. c. 5. *Amputatos* (ait) *habere eos actus & opera mundi huius ſuggerat abſciſſio manicarum, & ab omni conuerſatione terrena mortificatos eos velaminis linei doceat indumentum: & Dorotheus doctr. 1.* τούτεστιν ἐκκεχομένου χεῖρας, ἕν ἐνεργῶσί τι τοῦ παλαιοῦ ἀνθρώπου. Omiſit etiam notare Colobio intertextum eſſe ſignum Crucis ex purpura: cuius rei ratio etiam apud Dorotheum, dicentem, nos milites Chriſti Imperatoris noſtri ſigna geſtare, vt oſtendamus ſub quo ſagum militare & arma geſtemus.

Anno 302. Ex quibuſdam verbis Actorum Concilij Sinueſſani, vbi de Marcellino Papa agitur, malè colligere conatur, acta huius con-
C cilij multo poſt Marcellinum edita fuiſſe, non tempore eius, eo quòd in ijs ſit mentio libræ occiduæ; nam cùm inquit 72. teſtes ibi dicantur libra occidua, intelligenda eſt libra 72. ſolidorum à Valentiniano, Valente, Arcadio, Honorio Romæ lata, & in Occidente, ſic dicta ad differentiam alterius libræ quæ 84. ſolidorum fuit, & in Oriente à Conſtantino approbata. Caduco nempe nititur fundamento Baronius, quod nulla alibi mentio aut libræ occiduæ, aut Orientalis; quaſi non ille tunc aut alias fuit vſus verborum qui ſanè perueniſſet ad nos. Vt ergo intelligantur verba Concilij animaduertendum eſt in eo libram occiduam
D dici vno loco de 85. teſtibus qui ibidem numerantur, & duobus aliis dici libram occiduam de 72. teſtibus, vt inde colligas dubiam eſſe diſtinctionem Baronij. Quare exiſtimandum eſt ibi acta concilij vti hac formula loquendi, comparando teſtium numerum legitimum contra præſules legitimo numero ſolidorum qui in vna libra erant, vt dicat: *Non damnabitur præſul niſi in ſeptuaginta duobus, neque præſul ſummus à quoquam iudicabitur, quoniam ſcriptum eſt, non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum, presbyter autem niſi in quadraginta quatuor teſtimoniis non condemnabitur:* quod obſeruabatur olim, & eſt conſtitutum in Synodo Romana
E ſub Sylueſtro præſente Conſtantino Auguſto cap. 3. verbis iam laudatis. Non damnabitur, inquam, præſul niſi in ſeptuaginta duobus, quemadmodum non recipit libram auri princeps quæ ei offertur, niſi in ea ſint ſolidi ſeptuaginta duo Obryſiaci, vt eſt in Cod. Theod. leg. 1. de oblat. votor. quod conſtat ex verbis Concilij de quo hic agitur. Primùm enim quando dicitur, *quoniam in ſeptuaginta duorum libræ occiduæ in reparationem reſurgit annus.* Idem eſt ac ſi oſtenderet ſe comparare 72. teſtes cum 72. ſolidis illius libræ tantum *quæ offertur quando votis communibus fœlix annus aperitur.* Sic lo-

quit ne lex citata. Item cùm dicitur: *Nondum* A *enim fuerat damnatus, aliàs damnandus, niſi nu-merus ſecundum ordinem Synodi libra probaret exemplum.* Quæ verba clarè oſtendunt Concilium vti 72. teſtibus ad exemplum 72. ſolidorum ſeu denariorum libræ. Demque quando vtrumque poſteà coniungitur, & dicitur, *Quoniam duodecim vncys in libra probabitur cenſus, & in ſeptuaginta duobus comparentibus damnabitur præſul.* Idem enim eſt ac ſi diceret, ſicut in libra illa annui cenſus de qua in l. cit. ſunt 12. vnciæ, & vncia quælibet habet ſeptem denarios, vnde ſepties duodecim denarij, i. ſeptuaginta duo denarij faciunt libram integram, vt patet ex l. 1. Cod. eod. lib. 12. tit. 7. de ponderatoribus. ita ſemper neceſſarij ſunt ſeptuaginta duo B teſtes, vt libræ ſit ſimile teſtimonium. Quod verò hìc dicitur libram probare cenſum, oſtendit cenſum illum fuiſſe vnius libræ quotannis, vt dicitur in dicta l. Tota ergo iſta comparatio pendet ex hoc fundamento veriſſimo, quo nullus Præſul damnabatur niſi in ſeptuaginta duobus teſtibus, vt oſtendi ex Concilio Roman. & ex l. cit. quam totam viſum eſt hic inſerere. *Quando*, ait Lex, *votis communibus felix annus aperitur, in vna libra auri ſolidi ſeptuaginta duo Obryſiaci principibus offerendi deuotionem animo libenti ſuſcipimus, ſtatuentes vt deinceps ſequentibus annis vniuſcuiuſque ſedulitas principibus ſuis talia ingerans ſemper* ... *deferat.* Nec malè hic collocabitur etiam lex Conſtant. C de ponderatoribus, & auri inlatione, in qua mentio duodecim vnciarum, vt ſuprà dictum eſt. *Si quis*, ait, *ſolidos appendere voluerit, auri cocti ſeptem ſolidos quaternorum ſcripulorum noſtris vultibus figuratos adpendat pro ſingulis vncys, quatuordecim verò pro duabus, iuxta hanc formam omnem ſummam debiti inlaturus, eadem ratione ſeruanda, etſi materiam quis inferat vt ſolidos dediſſe videatur. Aurum verò quod infertur æqua lance, & libramentis paribus ſuſcipiatur, ſcilicet vt duobus digitis ſummitas lini retineatur, tres reliqui liberi ad ſuſceptorem emineant, nec pondera deprimant, nullo examinis libramento ſeruato, nec æquis ac paribus ſuſpenſo ſtateræ* D *momentis.* Oſtendi enim quem reſpectum habeant verba Concilij ad primam legem. Dixi etiam hanc ſecundam probare ſeptem ſolidos intelligi debere in vnaquaque duodecim vnciarum libræ. Nec traho cum Baronio has leges ad diſcrimen aliquod occidux, & orientalis libræ, quod eſt imaginoſum. vnde nihil aliud eſſe exiſtimo libram occiduam dici, quàm vergentem & præponderantem, vt iterum ſit relatio ad pondus libræ, quod præſcribitur in lib. vltim. citata. Hæc diximus pro numero 72. ſolidorum libræ, propter ſeptuaginta duo teſtes contra præſules; nam alioquin reperimus apud Plinium lib. 31. cap. 9. Celſum, Scribonium & alios in libra eſſe 84. denarios. E

Anno 305. dicit Concilio Eliberenſi ſtatutum, vt ſi quis idola frangeret, & ibidem occiſus eſſet, in numerum martyrum non reciperetur. Teſtis etiam Origenes id non permiſſum Chriſtianis, colaphos impingere ſtatuis lib. 8. cont. Celſum; id enim ei obijciebat Celſus: quod effecit tamen Eulalia apud Prudentium, & ſimulachra eiecit.

Anno 312. male Baronius credit ſententiam A eorum qui dicunt Indictiones cœpiſſe 8. Calend. Octob. nullo firmari teſtimonio; cùm hæc aſſertio ſit D. Ambroſij lib. de Noe & arca. *Septimus autem menſis*, ait, *ſecundum numerum qui September dicitur computatur, quia etſi à Septembri menſe annus videatur incipere, ſicut Indictionum præſentium vſus oſtendit; tunc enim ſeminum iactus, nec tamen ex quo plenior gratia ſe incipit demonſtrare, ex eo anni origo ſubducitur.*

Anno 313. agit de Eulogijs, ſeu Pane benedicto, vbi malè intellexit concilium Laodicenum, dicens eo prohibitum Eulogias mitti in die Paſchæ, quòd ea die non Eulogijs, ſed Eucharia B ſtia omnis populus communicare deberet; hoc enim canone 14. nihil tale dicitur, ſed contrarium planè: prohibetur enim ne ſacramentum Euchariſtiæ mittatur die Paſchæ, vt mittitur panis benedictus, ſeu Eulogia in alias parochias idque eſt clarum tum ex verbis concilij, tum ex Balſamone: hoc ergo concilio id vetitum quod antè fiebat, vt patet ex Euſebio in 5. hiſtoria cap. 26. qui non tantum Eulogiam, ſed τὴν εὐχαριστίαν dixit; non enim ſolum panem benedictum, ſed Euchariſtiam ipſam mittebant. Malè etiam Baronius Eulogias ſumi putat tantùm pro pane benedicto, cùm etiam pro Euchariſtia ſumantur apud Clementem l. 8. Conſtitutionum. quæ ſuerint, ait, reliquæ Eulogiæ, in myſterijs eas Diaconi Clero diſtribuunto. C Maximus in Dionyſio Areopag. Eccleſiaſt. Hierar. c. 3. vbi mos eleuandi Euchariſtiam notandus eſt: ἀνερίζων ὁ ἱερεὺς τὸν ἄρτον, ἀλλάσσων τὴν εὐλογίαν λέγων τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις. Hoc verò commune habuerunt cum Euchariſtia Eulogiæ ſumptæ pro pane benedicto tantùm (vt ſumuntur à Socrate lib. 7. cap. 12. & alijs) vt in Miſſa etiam, & in fine Liturgiæ loco Euchariſtiæ darentur, vt dicitur clarè in Liturgia Baſilij Magni: μετὰ τὴν εὐχὴν ἐξέρχεται ὁ ἱερεὺς καὶ δίδωσι τὸ ἀντίδωρον. & apud Balſamonem ad Marcum Patriarcham Alexandrinum reſponſ. xx. ideoq; dictæ ſunt ἀντίδωρα, quaſi vice Euchariſt. quæ τὸ δῶρον dicitur, vt probauimus ſup. deinceps D id habuerunt commune cum illa, vt ferrent nomen τοῦ ἁγιάσματος, vt patet ex Codino de off. aul. Θεῖον ἄρτον ex Pachymerio Hiſtor. lib. 5. dicerenturque ἡ προσφορὰ καὶ ἀναφορὰ ex German. Hiſtor. Eccleſ. Item προσκομιδή, vt patet ex Euchologio. Quæ omnia vocabula etiam Euchariſtiæ tribuuntur.

An. 316. malè nunc Diocletianum obiiſſe putat; nam que ex Aurelio Victore obiit anno 12. poſt purpuram depoſitam, qui annus eſt Chriſti 315. ex Hieron. Euſeb. Eutropio, & Aurelio citato. & licet Zozimus videatur ei tantum dare tres annos vitæ poſt poſitam purpuram apud Zozymum vox ὕστερον dubium facit an debeat referri ad 1. conſulatum Conſtant. vt vult. Scaliger E in Euſeb. an verò ad 9. Conſulatum Diocletiani vt vult Baron. Si primum, ſic duodecim annos vixit Diocletianus priuatus, contra auctores citatos, ſi ſecundum, ſibi contradicit Baronius, cùm illi 9. anni Diocletiani finiantur anno Chriſti 313.

Ann. 325. annotat Paſchatis diem quotannis ſignificare fuiſſe antiquum ritum Eccleſiæ, de qua re nos egimus in Athleta Chriſtiano, quem in lucem edidit amicus noſter Dionyſius Lan.

de Narſete Patricio apud Agatiam lib. 1. & de allo apud Caſſiodorum in Inſtitut. diuinæ lect. *Marcellinus*, ait, *Illyricianus qui adhuc Patricii Iuſtiniani fertur egiſſe cancellos.* Porro titulum Patricij habuerunt & Reges noſtri ex eo tēpore, quando Stephanus Papa pro patrocinio accepto à Pipino Rege, ſtatuit quemlibet Regem Francorum, eſſe Patricium Romanum, vt conſtat ex Vvalitamo in Apolog. Henrici IV.

Anno 337. myſticam adfert rationem Pallij ex Iſidoro Peluſiota lib. 1. epiſt. 136. ex eo quòd cruces intertextæ eſſent pallio. Sed aliam habet Germanus in hiſtor. Eccleſiaſt. τὸ ὠ, ait, φιλόνιον ἐμφαίνει τὴν ἀπὸ κοκκίνου πορφύραν ἐσθῆτα τοῦ Ἰησοῦ οἱ ἀσεβεῖς ἐμπαίζοντες ἐφόρεσαν Aliam Balſam. de priuile. Patriarcharum, τὸ διὰ παλαιοῦ φαινόλιο ... Aliam Beda de tabernac. lib. 3. cap. 4. *Ipſa*, ait, *enim eſt crux, quam ſequentes dominum quotidie ferre iubemur; unde meritò talis ſpecies inter alias humero ſacerdotis refulget, vt ipſum ad patienda aduerſa ſemper doceat eſſe paratum.*

Anno 356. refert ex Tacito lib. 1. Hiſtor. aram illam victoriæ de quâ toties quæſtio fuit inter Chriſtianos & Paganos, quæque a Conſtantino euerſa eſt fuiſſe in veſtibulo Capitolii, cùm tamen ea fuerit in Curia, vt patet ex Suetonio & Herodiano. nam quod dicit Capitolinus in Capitolio fuiſſe συνέδριον Herodiani, vertit Capitolium, cùm Curiā debuiſſet vertere.

Anno 357. aſſerit Baronius Liberium non fuiſſe hæreticum, qui tamen lapſus eſt, ex Hieron. in Chron. de qua re etiam vide Sozomenum lib. 4. cap. 14. Lapſus verò eſt per vim ex Athanaſ. ad Solitar.

Anno 361. de Maſſalianis dicit credidiſſe dæmones eiici à corporibus per excrementa, ſputa, mucum: ſed & Chriſtianos verum eſt deſpuiſſe demones & idola, vt patet ex Prudentio lib. 1. in Symmacho. Tertullian. lib. 2. ad vxorem: quod magis ad contemptum faciebant, quàm vt cum Maſſalianis ſentirent. Inſufflabant etiam vel exſufflabant dæmones, vt conſtat ex Prudentio in Romano, Ireneo cap. 9. quod addidi vt poſſim huc referre morem noſtrorum Cadurcorum, apud quos exſufflare aliquem, pro magna iniuria habetur: ipſi vocant *Bouſſa*, habentque alias voces multæ ſignificationis, vt cùm dicunt ſe *Truſa*, pro irridere aliquem, & in eo lætari: quod reſpondet verbo Græco τρυφᾶν, quod eſt, genio indulgere, & in aliqua re deliciari. Sed immemor longi temporis abſentia, non poſſum alia plura in numerato habere, quę tunc in patria occurrebant.

Iucundum cùm ætas florida ver ageret.

Anno eodem 361. Maſſaliani ait dicti Euchitæ, qui dicti etiam ἐνθουσιασταί apud Harmenop. de ſectis.

Anno 361. Donatiſtæ hic dant corpus Chriſti canibus. Dicam hic liberè quòd hæ ſunt margaritæ Euangelii quæ nec porcis, nec canibus dandæ; vnde margaritæ vocantur micæ illæ, quæ ſub ſacramento à ſacerdote ſumpto, patinæ adhærent, vt patet ex Liturgia Chryſoſtomi.

Anno 367. agit de more liberandi reum aliquem in feſto Paſchatis; Pagani etiam diebus Cereri ſacris vinctum liberabant. Sopater dicit legem fuiſſe priſcam τοὺς δεσμώτας τῶν δεσμωτηρίων λύειν.

Anno 395. dicit ex Zoſimo Eutropium facultates ſibi Ruffini vindicaſſe, ſed extat contrarium Arcadii & Honorii Imp. Edictum, quo omnes iubentur *abſtinere à facultatibus quas Ruffinus viuens poſſidebat, vt eas fiſcus ſine præiudicio teneat.* Hæc ſunt verba leg. ſeueritatis 14. Cod. Theodoſ. de bonor. proſcript. Quare nonniſi nomine fisci potuit eas ſibi vendicare Eutropius.

Anno 398. Non tantùm Agapetæ mulieres fuere, vt putat Baronius, ſed etiam Agapeti homines, qui cum Diaconiſſis habitabant, quos remouit Iuſtinianus Nouel. 6. vt patet ex Iuliano Anteceſſore conſtit. 3.

Anno 399. Malè negat Baronius Maiumam à Maio dici; nam in Synodo habita in Trullo ſub Conſtantino can. 62. Maiuma dicitur ἡ τῷ πρώτῳ τοῦ μαΐου μηνὸς γινομένη, ſicut à Suida etiam in Maiuma.

Anno 400. malè excuſat Baron. D. Chryſoſt. quòd Origeniſtas monachos peregrinos communione dignatus fuerit ſine formatis literis; ita diſtinguendo, quod ad communionem quidem precum exceperit, non verò ſacramentorum: nam inutilis ille excuſationis labor, cum etiamſi ſine commendaticiis literis nemo recipi in alterius Eccleſiam potuerit, id verum non ſit de Eccleſia Conſtantinopolitana & Carthaginenſi quæ excipiebantur, vſuſque ſie fuerit iuri ſuo D. Chryſoſtomus, recipiendo etiam eos ſine talibus literis ad communionem ſacramentorum, non precum tantùm.

Anno 407. diptycha dicit eſſe tabulas, in quibus nomina Epiſcoporum in Eccleſia Catholica defunctorum, deſcribi ſolerent, & inter ſolemnia Miſſarum relegi. hoc non eſt ſatis, nam etiam nomina viuorum in eis perſcripta ſunt; duplicia enim fuere dyptycha, τῶν τε κεκοιμημένων καὶ ζώντων, vt loquitur Liturgia Chryſoſtomi.

Anno 408. inter errores Sabatianorum omittit, quòd ipſi dicti ſunt ἀριστεροί, id eſt, Siniſtri, quòd ſiniſtram abominantes nihil ea prehendare vellent, ita Harmenopul. de ſectis. Anno 411. agit de Notariis quos Senatores & Spectabiles fuiſſe dicit: Spectabiles quidem rectè, non autem propterea Senatores: nam Spectabilitas ſuit dignitas media, ex Iuſtinia Nouel. 7. & militaris potiùs quàm Curialis, eorum, vt loquitur Caſſiod. lib. 2. ep. 28. *qui militiæ ſudore deterſi*, quos etiam diſtingui vides apud Sidonium Apollinarem: *Inuenimus*, ait, *illos tenere inter ſpectabiles primum locum, ſed dicitis viros Eucherium, & Panychium illuſtres haberi.* vnde meliùs dixiſſet Notarios, Tribunos & Spectabiles fuiſſe, non Senatores. Quòd fuerint Spectabiles, patet ex Nouel. Iuſtin. 8. vbi λαμπρότατοι dicuntur; quòd verò Tribuni, patet ex Ammiano lib. 26. vbi Procopius Tribunus ac Notarius dicitur: Symmacho lib. 10. ep. 36. & 39. vbi Fulgentius & Aphrodiſius Notarii & Tribuni dicuntur, & ex Iſidoro Peluſiota lib. 2 ep. 291. apud quem inſcriptio eſt Ζωίλῳ τριβούνῳ νοταρίῳ. & ex l. 4. & l. 8. de aduoc. diuerſ. iud. l. 1. de mandat. princ. Quod verò vt ū-

que, nempe Notarij & Tribuni & Spectabiles dicantur, videre eſt in Nouel. Imper. Valentiniani de teſtamentis, vbi Cæſarius vocatur *Vir Spectabilis Tribunus & Notarius.* & in epiſt. 32. D. Ambroſ. j vbi Dalmatius iiſdem titulis ornatur: & in Ammian. Marcell. lib. 17. vbi *Spectatus Tribunus & Notarius dicitur.* non negamus tamen Illuſtres quoſdam reddi honore addito ab Imperarore, quos ipſa adminiſtrationis conditio ſpectabiles tantùm nuuit. Cod. de merat. ſed hæc nihil pro Baronio.

Anno 416. de voce Domnus agit, quæ tribuitur Sanctis, Epiſcopis, & Regibus. De Sanctis exemplum eſt lib. 2. Baudominæ, de vita Radegundis cap. 5. *Obtemperat regi Domnae, Germanus venit Pictauinum, intrat in monaſterium in oratorio domna Maria, vides ibi domnum Germanum ſanctum virum, vides Virginem Mariam mortuam ſanctiſſimam dici Domnam.* ne Epiſcopis vide Iuonem Carnot. ep. 28. vbi Vrbanus dicitur Domnus. De Regibus Oppianus lib. 1. de venat. vocat vxorem Imperatoris Domnam: Αʹνσιλυζλῶοι γλυκερὴν δάλοc Ἀντωνῖνε, τὸν μεγάλο μεγάζω φυτόσπορα σέβεc φ. Et in veteribus, nummis legitur Iulia Domna Auguſt. & ΙΟΥΛΙΑ ΔΟΜΝΑ ĈΕΒ. Sic Gregorius Turon. lib. 9. cap. 2. vocat Guileſuindam Germanam Domnæ Brunechildis reginæ. Baronius rem non probauerat.

Anno 442. in Gallia Narbonenſi celebratur Concilium Vaſionenſe, quod malè Baronius vocat Vaſatenſe; namque certum eſt Vaſatas vulgò Baſas, non eſſe prouinciæ Narbonenſis, quod credit Baronius.

445. Huc refert Venetiarum initium ex reliquis Aquileienſium, de qua re nolumus hic diſputare. Sed quia fuere mihi neceſſitudine arctiſſima coniuncti Veneti aliqui, & litteræ, ac facundia, & ciuilis ordo diſciplinæ veluti templum vrbem illam habent, ego ſanè in tanta ingenij paupertate ſuccedendo in partes eorum qui virtutibus tantæ vrbis poſſent facundiâ reſpondere, auſus ſum plerumque dicere Venetos eſſe omnium virtutum viros, & illorum vrbem eſſe vindicias cœleſtis reipublicæ Platonia; inſtar enim edicti putaui ſemper laudes illorum celebrare, ex quo tempore mihi amiciſſimus popularis meus qui diu humanitatem Venetorum expertus, mihi multa enarrauit; quia tamen laudum illis debitarum ſolutio Vniuerſitatis eſt, & eorum maximè, quos chorus Apollinis & familia camœnarum ſua lauru coronanit, ius publici muneris mihi ſoli non erit implendum, & cùm palmam dicendi, & laudes Venetorum prædicandi aliis ſehquero, præminum facta illorum colendi, & beneficia beneuolentiæ erga populares & neceſſarios meos obſeruandi nulli relinquam: quo fit vt illo ardore & ſtudio, quo hæc ſine alia cauſa ſcribo, addam & verſus in laudem Venetiarum vrbis, & patroni eius D. Marci, cuius arca dio latuit, quemadmodum olim arca Iudeorum.

Quot Veneti video veneres ſub nomine veſtro,
Nec poſſum Venetos dicere tot veneres.
Vrbs & ad omne venit, venit & gens omnis ad vrbem,

A *Nimirum Venus eſt quicquid ad omne venit.*
Surgunt de medio maris & Venus atque Cupido,
Hinc ſurgunt & ſunt orbis amor Veneti,
Quos mare cùm cingit veneris dic cingere eſtum.
Quo ſine, vel diuis gratia nulla foret.
Hanc ſolam Pluto, Neptunus, Iupiter vrbem.
Diuiſam plures non tenuere dij.
Sufficit vna tribus, Plutum hic ſua munera norunt,
Æquora Neptunum, claraque ſigna Iouem.
Huic veneri ſua Mars ſenus tam contulit arma
Et Clypeum Pallas non inimica dedit:
Sitis vt orbis amor, ſitis vos denique terror,
B *Nec veſtra vrbs bellum prouocet aut timeat,*
Nec fruſtra timor hic primus dedit eſſe colonos,
Hacque timor primus fecit in vrbe deos,
Quando Aquileia ſuos Hunnorum victa furore
Ad vos ſubmiſit, reliquiaſque dedit.
Vt loca mutarent hic æternumque ſed. rent
Qui nullo poterant tutius eſſe loco.
Quando etiam Marco ſtatio male fida timore,
Vicinorum Arabum denique viſa fuit.
Venit, & optatis huc Marcus credite veſtris
Venerat vt quondam falcifer in Latium.
Liquit & vrbem illam, tenuit quam nomine Petri
Nomine cum veſtram poſſet habere ſuo.
C *Se afferat & quicunque poteſt, moueantque Camœna*
Alterius non ſit qui ſuus eſſe poteſt.
Non timet hic Arabas, facit hic Arabaſque timere,
Arguit id poſtquam non latet vt latuit.
O vos felices, vos læti pignore tanto
Pro quo feciſtis plurima vota Deo.
Si quis habet quod habere cupit, num lætus habendeeſt?
Vindicat & cordi gaudia magna ſuo?
Det Deus ergo vrbi veſtra quodcunque meretur,
Qua fecit Marce vt molliter oſſa cubent.

Ann. 483. dicit Petrum Cnapheum Triſa-
D gio addidiſſe: *Qui paſſus es pro nobis*, & ita quidem ſentiunt Theodorus Anagnoſta, & alij cum Baronio, ſed factum hoc tribuitur ab aliis Anaſtaſio Imperatori, vt ſunt Victor in Chronico, Cedrenus Conſtantinus Manaſſes, Euagrius lib. 3. cap. 44. qui vero hanc hæreſim ſecuti, ſunt dicti theopaſchitæ ex Harmenop. de ſectis.

An. 490. Chryſargirum ſublatum Ab Anaſtaſio dicit quod patet ex Zonar. Annal. Tom. 3. Male vero Baronius dicit populariter & ambitioſe id factum ab eo, vt mite ſuum Imperium oſtenderet: non fuit hæc cauſa, Ce-
E drenus enim aliunde permotum dicit. *Imperator*, ait, *cum de hoc tributo legatos ad eum miſiſſent Monachi Hieroſolymitani, & Timotheus Gazeus, vir ſapientiſſimus tragœdiam ea de re effinxiſſet exeidis iſta, atque eo ſane tempore Illuſtrem fecit ſuam liberalitatem quod tributum illud quadriennale quod magna cum omnium pernicie ingentem corredebat talentorum numerum, & Chryſargirum appellabatur, ſuſtulit, tabulaſque eius tributi deſcriptionem continentes in circo palatii concremauit.* Suidas vero teſtia eſt hunc Thimoteum Gazeum tragœdiam de hoc tributo ſcripſiſſe.

Anno 518. dicitur à Baronio, in Synodo Con-

ſtantinopolitana actum de relatione 4. Synodorum œcumenicarum in diptycas tabulas, ſub Iuſtino Imperatore, quod tamen tunc factum non eſt, vt credit Baronius; ſed poſtea ſub Iuſtiniano qui eas inferi diptycis, & publicè recitari fecit l. 7. de ſumma Trinit. Et fide Cathol. vt dicitur etiam in ſexta Synod. collat. 11. his verbis. *Sanctas 4. Synodos maieſtas ipſius* (de Iuſtiniano loquitur) *ſacris diptycis inſeri & publicari fecit.* Et apud Euagrium lib. 4. cap. 11.

Anno 19. Meminit hebdomadæ authenticæ quam inquit maiorem Latini vocant: dicam cur authenticam Græci vocent, nimirum quaſi hebdomadam Dominicam ſeu domini, αὐθέντης τῆς κυρίας καὶ δεσπότης. dicimus inquit Scho- B liaſtes Thucididis lib. 1. hinc αὐθεντεῖν, vel αὐθεντίζειν, eſt dominari apud Heſychium, & nos Galli dicimus Authentique, quicquid præcellentis & luculentis, eſt nominatis, & D. Chryſoſtom. ad verba Lucæ act. 1. 25. αὐθεντικῶς, interpretatur ἀρχοντικῶς.

Anno 528. male putat Baronius. Dionyſium exiguum Scytham & Abatem Romanum Paſchalem Cyclum nunc exorſum eſſe, eumque dediſſe per annos 55. & cum antea anni numerarentur etiam à Chriſtianis ab Epocha Diocletiani, vt ſuos Cyclos paſchales efformarent, Dionyſius primus cœpit annos numerare à Chriſto vt teſtatur Beda de temporibus C cap. 45. Male inquam, nam ipſemet Dionyſius Epiſtola ad Petronium epiſcopum notat annum Diocletiani 248. qui annos coincidit cum anno Chriſti 531. vnde tunc Cyclus cœpiſſe debuit non anno 528.

Anno 335. agit de regno Yuetot, quod nos cum aliis viris doctis fabuloſum putamos donec aliunde nobis id conſtet, cùm nullus id auctor antiquus referat, nam vnde didiciſſent Guagoinus Monachus, & Gillius primi auctores huius fabuloſæ narrationis; Halianum enim & Titlium non nomino, quia ipſi ſecuti ſunt illos duos, ſiluerunt enim Gregor. Turo- D nenſis, Aimoinus in geſtis Clotarij, Vincentius in Agapeto, Faſciculus temporum, & alij, & potuiſſet exoriri aliquis tot ſeculis pluſquam nouem quæ præteriere inter Clotarium & Gillinm, ſiue etiam Guaguinum, ſed quod adhuc notatu digniſſimum eſt, ipſa narratio ſe deſtruit, nam dicunt die ſancta Veneris regem Clotarium ipſum in ſacello Sueſſioni interfeciſſe, quò venerat crucis adorandæ gratiæ: at hoc anno quem ſtatuunt 535. vel 536. Agapeti tempore die veneris ſancta non erat inſtituta conſuetudo adorandæ crucis, ſed longe poſtea, nempe an. 701. vt refert Baronius ipſemet, idque ſub Sergio Pa- E pa: Dicunt Yuetot per decennium in expeditione contra Saracenos arma geſſiſſe quod bellum Saracenicum Romanorum non inuenio, ſicut nec regnum Yuetot, hi enim conuerſi ad fidem anno Chriſti 420. ex Cyrillo in vita Euthymij, & ſocij in fide & armis manſerunt cum Chriſtianis vſque ad annum 632. quando Romanum imperium Mahometani facti, inuadere conati ſunt. Dicunt illud homicidium veniſſe ad aures Agapeti Papæ & Cardinalium qui Romæ tunc cum eo ſuper hac re conuenerunt; cùm tamen conſtet Cardinalium collegium tunc nondum inſtitutum; itemque Agapetum fuiſſe Con-

A ſtantinopoli, quo miſſus fuerat ſtatim poſt electionem ad pontificatum à Theodato rege vbi ſemper fere hæſit.

Anno 544. Iuſtiniani Imp. 18. refert Hypapantem quæ & Hypante dicitur (malè hîc Hypapantino) feſtum eſſe inſtitutum in honorem Purificationis Virginis Mariæ, à Iuſtiniano ſub Vigilio Papa, & tamen inſtitutum legimus hoc feſtum ſub Pelagio. Sigiffridus Presbyter Epitomes lib. 1. *Sub Pelagio* (ait) *Papa, & Iuſtiniano Imperatore ſumpſit initium apud Conſtantinopolim vt ὑπαντὴ Domini, id eſt Purificatio B. Mariæ Virginis ſolemniter celebraretur.* Nec Cedrenus etiam conuenit cum Baronio qui id refert ad Annum vltimum Iuſtini B cui ſucceſſit Iuſtinianus. Sed verior nihilominus mihi videtur ſententia Baronij circa hunc annum inſtitutum hoc feſtum, & quidem 15. Imperij Iuſtiniani ex Landulpho in eius vita. Chriſti verò 541. ex Sigeberto in Chronico, idque ſub Vigilio, non Pelagio, vt vult Siffridus.

Anno 512. de his encœnis & etiam agit Diaconus in Iuſtiniano. *Poſt*, ait, *menſe Iunio facta ſunt encænia ſanctorum Apoſtolorum apud Conſtantinopolim, & recondita ſunt λείψανα Andreæ & Lucæ Apoſtolorum, & tranſiit Menas Epiſcopus cum ſanctis λειψάνοις ſedes in Carruca aurea Imperatoria lapidibus inſignita, tenens C thecas ſanctorum Apoſtolorum in genibus ſuis, & ita Encænia celebrauit.*

Anno 590. ſcribit, inquit Baron. D. Gregor. librum paſtoralem, cùm à Ioanne Rauennate reprehenſus eſſet, quod Paſtoralem curam deliteſcendo fugere voluiſſet. De hoc libro noluiſſem omiſiſſe Baronium tanti habitum in Gallia vt ediſcere ipſum debuerint Epiſcopi noſtri, quod patet ex Concilio Turon. c. 3. ſub Carolo Magno habito. Itemque vt prælegi voluerint ipſum librum paſtoralem in Conciliis Galliæ in quibus de diſciplina Eccleſiaſtica agebatur, vt patet ex Concilij Moguntini D præfatione, & Rhemenſi habitis ſub Carolo Magno.

Anno 591. confundit Carthularium cum Carthophylace malè, nam Carthophylax habuit ſub ſe Chartularium ſicuti omnes alij ἐξωκατάκοιλοι vt patet ex Balſam. de Carroph. & protecd. [illegible], ait, [illegible].

Addit Baronius ex Epiſcopo Citri eius fuiſſe ſigillum ſcriptis imprimere, quod non ſemper verum, cum ab eodem Epiſcopo Citri in reſp. diſcamus, illo abſente tamen vel impedito τοῖς ὑπομνηματογράφοις, quem ſub ſe habebat, E ſignaſſe. Deinceps meminit Baronius reclamatum ſæpe ab Epiſcopis eum viderent Cartophylacem ſedere ante eos, quæ quidem quæſtio poſtea quieuit ex conſtitutione Alexij Comneni contra Epiſcopos lata ex Balſamone ad Concil. 1. can. 18. quod ſilet Baron. Cæterum in aliis rebus iura habuit Epiſcopi, vt Stauropegij & Balſam. ad Concil. 7. can. 17. quod quidem ſoli Epiſcopo loci competit, vt nullus niſi eo conuocato locum conſecrate, & conſequenter ibi crucem figere poſſit, vt patet ex Iuliano antecessore cõſtit. 61. *Nullus*, ait, *audeat ædificare Eccleſiã, vel oratoriũ antequã ciuitatis Epiſcopus veniat, & ibi vota faciẽs ſanctiſſimã cru-*

cem infixerit, in eodem loco publice procedens, & remus omnibus manifeſtam faciens. Sed vide plenius de huc ritu Balſam. in can. 7. Concil. Nicæni, & Eucologium.

Annu 593. Baronius negat Perſarum reginam ſuſcepiſſe ſacra Chriſtiana, anno 594. quod tamen referunt Apendix Gregorii Turon. & Paulus Diacon. lib. 4. c. 17.

Anno 598. dicit Gregor. 7. deſenſorum officium regionarus ad numeraſſe, vnde vult colligere 7m. fuiſſe defenſores Eccleſiæ ſicuti erant ſeptem regionarij, quod tamen inde nun ſequitur, nec alij dicunt, nam legimus quidem defenſoras in eodem honore babitos quo regionarij Notarij, ſed hoc nun eſt in eodem fuiſſe numero niſi aliunde probetur Sic Papias in gloſſis *Defenſores ait a Romanis Pontificibus conſtituti ſunt Epiſcoporum adiutores, quibus honores inter Clericos ſicut & regionariis concedimus.* Addit. Baron. eus inſernire ſolitos præcipue pauperum defenſioni, quod quidem verum eſt, & habetur in Synodo Carthaginenſi Can. 75.

Annu 603. tangit morem quo Imperatores laureatas imagines ſuas mittebant in Prouincias, vt patet ex lib. Quicquid. C. de publ. læt. nut. vbi cauſæ dicuntur mittendi hæc laurata. & Baſil. Ecclog. 56. Atque populi obuiam ibant his imaginibus tanquam Imperatori. Optatus, *Lauratis*, ait, *& iconibus, quæ mittuntur ad ciuitates, vel regiones, obuij eunt populi cum cereis & incenſis, non cera perfuſam tabulam, ſed Imperatorem honorantes.*

Anno 610. agit de Eccleſia in honorem B. Petri Deo dicata, ſolitis ceremoniis conſecrata. Ceremoniis intelligit Romanorum quæ parum diſſimilea à Græcanicis ; Latinorum ceremoniæ nobis ſatis notæ ſunt, Græcanicæ in conſecrationibus Eccleſiæ tales fuerunt, vt poſtquem præſul in Ecclaſiam ingreſſus erat eam conſecraturus, panno humi ſtrato, & menſæ circunuoluto, illud in partes ſecaret, quod poſtea Sacerdotibus daret vt pannis eius menſas inſtruerent, & valerent: quod refert Balſamon ad Conſil. 6. nanon. 13. Secundo, apponebatur in principio conſecrationis candelabrum, vt patet ex Codino orig. Conſtantinopul. Tertio, pſallebatur à Diacono & aliis pes vices, vt pates ex Euchologio. Quarto, fiebant vnctiones murorum, vt conſtat ex reſponſis Ioannis Citri ad Cabaſilam. Quinto, crucis ſignacula fiebant, vt docet Euchologium. Sexto reliquiæ aliquæ ponebantur in ea, vt teſtatur Balſamon reſp. 38. Hæ ſuns ceremoniæ quibus Græci vtebantur in conſecratione Eccleſiarum.

Anno 614. agit de reuerentia qua Coſroes Rex Perſarum proſecutus eſt lignum ſanct. Crucis: ſed contemptum eius refert Sigefridus Preſbyter in Chronico, dicens Coſroëm II. Regem Perſarum ita ſibi honores diuinos arrogaſſe, vt cùm medius ipſe aſſideret, ſe patrem, diceret lignum Crucis à dextris locatum filium, gallum gallinaceum à ſiniſtris Spiritum ſanctum. ſed hic tandem pœnas luens impietatis cùm Deum illuſiſſet, à proprio filio illuſus eſt.

Anno 633. dicitur quod mortuis. Mahometa, & Eububezer, ſeu Abubachar. primo ſucceſſore eius, ſucceſſit Humarus in locum eius Amiras factus, quod (inquit Baron.) principatus eorum nomen eſt, & nil aliud. Tyrius lib. 21. cap. 23. dicit hoc nomen Arabica lingua Strapas, ſeu Principes maiores ſignificata, ab Emir Arabico, vt vult etiam Iouius. Robertus Monachus libr. 4. Reges qui Prouinciis regionum præſint, exponit. Speculum Vincetij Baiulos, Haitonus proceres ; ſupplementum Schafnaburg Barones Sigebertus prothoſymbolos in Chronico. *In regno*, ait, *Saracenorum quatuor Prætores ſtatuit (de Mahomete loquitur) qui Amirai vocabantur, ipſe vero Amiras dicebatur, vel protho ſymbolus.*

Anno 656. aſſignat Baron. Concilium Toletanum 10. hoc anno, id colligens ex annis Reciſuindi Regis Hiſpaniæ, cuius annum octanum nunc ſignat, in quo tamen ſamilli potesti, nam anni Reciſuindi quos ipſe numerat ab anno 648. quando Reciſuindus cum patre Cinduſuindo regnare cepit, vt conſtat ex Catalogo Regum Vicigothorum, Codici legum Gothicarum præfixo potiùs numerandi, ab anno 653 quo ſolus regnare cæpit ex Ritio lib. 2. quo fit vt concilium illud Toletanum 10. ſi fuis anno 8. huius Regis, debuerit extitiſſe anno Chriſti 661. qui eſt octauus Reciſuindi, ſicut Concilium Toletanum 8. quod anno 5. Reciſuindi aſſignatur quo cum patre regnabat, extitit anno primo eiuſdem quo ſolus regnare cœpit.

Annu 656. dicit ex Concilio Toletano decimo, ſtatutum in Hiſpania vt dies Annuntiationis Virginis celebraretur ante octo dias à natali Domini, eo quòd quando feſtum illud accidit, Eccl. vel ieiunij quadrageſimalis pœnitentiari, vel celebritate Paſchæ tenet ſoleat occupata. quæ quæſtio adhuc poſtea agitata in Gallia anno 1004. ſed tunc ſtatutum mutem ſeruandum Eccleſiæ, vt ſuo die, nempe 25. Martij celebraretur, quod Græci etiam obſeruabant, ita tamen vt non ieiunarent ſi incideret hoc feſtum die Iouis ſancta aut Veneris, vt patet ex Synodo in Trullo habita canon. 52. & ex Nicephoro Homologeta in Canoni. Armenij verò ab his omnibus diuerſi celebrabant hoc feſtum quinta menſis Ianuarij, vt patet ex Nicon. de relig. Armeniorum, & ſic non eſt mirum variaſſe Eccleſias in feſto Epiphaniorum, vt diximus ſupra pro Baronio contra Caſaubonum.

Anno 673. agens de bello ſaracenorum, & de obſidione Conſtantinopolitana, quod ſæpius redintegratum fuerit, & per ſeptennium repletum exiſtimat per biennium tantum iteratum, quod ex Theophane conatur probare: ſed de ſeptennio, illo contra Baronium conſtas ex Cedreno, conſtat ex Zunara, vnde male biennium ex Miſcella hiſt. pro ſeptennio vult ſubſtitui in illis auctoribus.

Anno 708. dicit nunc Rauennatem Eccleſiam obedientem ſe exibuiſſe Romanæ ſedi, quæ antea autocephaliam profitebatur, idque male, nam anaſtaſius in Dono P.P. dicit ſub Dono Papa id accidiſſe, temporibus Conſtantini Pogonati multis annis ante.

Anno 753. agit de regibus qui ſtratoria obſequium præbuere ſummo Pontifici vt de Pipino Rege Galliarum id præſtare, Stephano 30. Papæ. Sed huius obſequij mentio aſſe debebat

diù ante quandoquidem id factom à Conſtantino Magno, qui ad Syluestrem Papam ſcribens, ſic dicit *καὶ ἀρξάμενοι τῶ χαλινῶ τῶ ἵππου αὐτῶ τὸ σρατορος ὀφφίκιον ἐπέχομεν*. Quod fcnm, vt ioquitut Yuo lib 4. de dignit. & priuileg. Eccleſ. Rom. pro reuerentia B. Petri. *Tenentes*, ait, *frenum equi ipſius pro reuerentia B. Petri Stratoris officium illi exhibuimus.* Tale officium exbibet hodie Nubiliſſimus vir Domious de Ceſſac apud Caducos, reuerendiſſimo Epiſcopo noſtro, cui tamen lucroſum eſt illud obſequium.

Anno 772. dicit de Stephano PP. fuiſſe compatrem Pipini regis, quæ vox in vſu etiam apud Græcos, quibus patres illi ſpirituales ſiue compatres dicuntur *σύντεκνοι*, ex Cedreno, Conſtantino Cabaſila in quæſtioo. & Euchologio.

Anno 778. dicit Hadrianum Papam Antiphonarium & reſponſiale hortatu Caroli Magoi in melius diſpoſuiſſe, anoo 831. Amalariom Fortuoatum Gallicanos Antiphonarios correctiores edidiſſe, & Ludooico Imperatori obtuliſſe, qui Amalarium miſit cum Antiphonario hoc nouo Romam, vt ſiquid deeſſet ex Antiphonariis Romanis ei adderetur. Miror de vetuſtiori hoc rito non egiſſe prius, com antiquiſſimus ſit, & pene Apoſtolicus, Valafridus Strabo de reb. Eccleſ. cap. 25. *Dicendum eſt*, ait, *Vnde ſumpſit initium, vt in Eccleſia Antiphonæ decantentur, Ignatius Antiochiæ Syriæ tertius poſt Apoſtolum Petrum Epiſcopus, qui etiam cum ipſis degebat Apoſtolis, vidit Angelorum viſionem, quomodo Antiphonas ſancta Trinitati dicebant, & Himnos, iiſque modum viſionis Antiochena tradidiſſe probatur Eccleſiæ, & ex hoc ad cunctas tranſiuit Eccleſias.* Vt ad Mediolanenſem primum, ad quam tranſtulit eas & ad omoes Eccleſias Diu. Ambroſ. ex Sigeberto in Chronic. qui vtriuſque meminit Photius etiam in biblioth. Ignatio primum tribuit, vnde quod aliqui, vt Radulphus canon. obſeruat. propoſit. 8. dicunt id tempore Conſtantij Imperatoris Antiochiæ primum inſtituiſſe Flauianum & Diodorum, non eſt intelligendum de prima inſtitutiooe quæ Ignatio tribuenda eſt, ſed de aliqua reſtitutione aut innouatione. Porrò in hiſtoria Eccleſiaſtica Græca ſæpius leges *ᾠδὰς ἀντιφώνους* & *ἀντίφωνα λέγειν*, vt apud Socratem lib. 6. c. 8.

Anno 799. miracoloſe reſtitutam linguam auulſam Leoni Papæ refert Baronius, quod Regino etiam lib. ſecundo Chron. habet: ſed Zonaras contra effoſſos tantum ei oculos fuiſſe dicit.

Anno 842. agit de imaginibus reſtitutis à Michaele III. & Theodora matre eius, vna cum Methodio Patriarcha, die feſto ad id inſtituto prima Dominica Quadrageſimæ, facta hac cauſa vniuerſali proceſſione, quod verum eſt. Sed de hac proceſſione quia nihil ferè dicit, tria obſeruaoda ſunt: 1.m. eſt vt in ea Iconomachi à templo B. Mariæ in Blachernis, cum facibus irent ad S. Sophiæ mutuo ſibi in aurem dicentes *ἀνάθεμα*, vt refert Ioan. Coropalat. in vita Michaelis. Secondom, vt proceſſio fieret cum crucibus & imaginibus ad oſtendendam reſtitutionem illarom, vt patet ex Typico Sabæ, *λιτανεύομεν κοινῶς μετὰ τῶν τοῦ ἁγίου σταυροῦ ξύλων καὶ τῶν σεπτῶν εἰκόνων.*

Terium, eſt vt tam proceſſio quàm feſtum ipſum diceretur *ὀρθοδοξία*, vt patet ex Codin. de offic. Curopalat. Cedreno, idque vel quia in ſynodo tunc habita conuenerant inter ſe vtriuſque partis Epiſcopi, ex Thophane, vel etiam quia cum Orthodoxis & Eccleſia Catholica Occidentali ſe ſentire teſtabantur. Addit Baronius recitari ſermooem qui ſummatim contineret cunctam de Imperatoribus Iconomachis hiſtoriam, cùm tamen legamus contrarium apud Gregoram libr. octauo vt non quidem Iconomachorum, ſed Orthodoxorum Imperatorum & Patriarcharum hiſtoriam tunc lectam dicat, quæ inuicem pugnant niſi concilientur. Legebaturque etiã quod omiſit Baronius Concilium Conſtantinopolitanum, quod tunc habitum fuerat, vt refert Codin. de offic.

Anno 956. dicit Polyeuctũ mortuo Theophylacto Conſtantinopolitano Patriarcha ab Imperatore Conſtantino VIII. in Patriarcham electum, & à Cæſarienſi Epiſcopo conſecratum, quod non ex more, inquit, Baron. ſed id factum inquit quod Heracleæ Epiſcopus inuiſus eſſet Imperatori, ex quadam cauſa, id vero auſus eſt Imperator tanto facilius quo videbat Patriarcha Heracleæ mortuo, & ſede vacante Cæſarienſem ſolere etiam conſecrare Conſtantinopolitanum Patriarcham, vnde non erat nos nouus Cæſarienſem conſecrare, quod teſtatur Balſam. ad Concil 2. canoo. 3. Sed ro hoc nouus quod viuo Heracleenſi, & contempto, id fieret, cuius ius refert ibidem Balſam. & Glycas, Annal. libro 4. *Vſus*, ait, *obtinuit, vt Patriarchæ Conſtantinopolitani confirmatio ad Heraclea Antiſtitem ſpectet.* Ratio eſt, quia Imperator Seuerus Perintum, ſeu Byſantium Heracleæ ſubiecerat vt refert Balſam. loco citato, quod poſtea immutatum vt docet Procopius orat. 4. de ædif. Iuſtiniani, dicens Heracleam olim primatum habuiſſe, nonc verò illum habere Conſtaotinopolim, cui ſuli Heraclea cedit.

Anoo 1012. legionenſe Concilum habitum dicitor ſub Alfonſo rege Hiſpan. æra 1050. malè quidem, cum Alfonſus obierit aon. Chriſti 1006. æra 1044. in qua eo mortoo cœpit regnare Veremundos filius, Roderico Sanctio auctore, & Mariana cap. 12. & 13 aut certe dicendum eſt male notatam eſſe æram Concilij huius Legionenſis, qua nititur Baronius, & pro 1050. repooendum 1040.

Anno 1013. dicit Benedictum inſigne Imperatorum præcepiſſe fabricari, aureum pomum, rotundum, ac deſuper auream crucem; ſed inuentum illud non eſt Benedicti Papæ, vt putat Baronius, verùm longè antiquius, nam tempore Iuſtiniani Imperatores talem ſphæram manu tenebant. Procopius Cæſarien. in Auguſtæo, *περὶ κτισμάτων* lib. 1. deſcribit Iuſtiniani Imperatoris ſtatuam cum cruce & globo, & Suidas etiam in verbo Iuſtinianus.

Anno 1056. agit hic de officio Beat. Mariæ quod etiam apud Græcos fuit, etiamſi oon conſtet de tempore qoo cœpit in vſu eſſe apud illos; A Græcis illud officiom dicebatur Mariale, Hermodorus Ceſtarchus in ep. ad Zygomatam, *πέμπω σοι τὸ μαριάλι* mitto ad te horas B. V. Mariæ. Hæc pauca affixi lecto noniam ſcripſimus quàm dictauimus, dum nobis per interualla à

morbo recreatis nuucBaronium legit,puer nunc vltimũ eius abbreuiatorẽ prout animi cõtentio-nem præbere recitationibns permiſit inquieti corporis ſtatus. Cęterum quia me etiam in lecto fama Illainuenit quę dicit virum eaimia pietate & eruditione D. Dv Vair, in gloriam nominis ſempiterni ad maiora virtutis ſuę premia eſſe vocatum, ſactumque ſummum Gallię totius Procancellarium & Numophylacem, gaudeo couſignare hus Annales huius anni candore & felicitate, gaudeo dicere nunc virtutem verba uon eſſe potaudam, vt lucûm ligna, cum per eam ſolam empta ſit tanta poteſtas, & ſane Prærogatinam mihi dabit hoc gaudium vt pnſſim hic verſus aliquot iuſerere quos tune Muſa ſuggeſſit.

Magnus ab integre ſcelerum naſcitur orde
Ferrea quando atas cedere viſa fuit.
Pancaque cùm ſubſint ferri veſtigia, ſnmet
Ætas deinde vices aurea grata ſuas.
Ver erit æternum, ver æternumque manebit,
Et reget hunc orbem dum reget aſtra polus;
Ceraque quaquondam flauo ſine melle fluebat,
Nunc cum melle ſuo roſcida cera fluet:
Qua tua laus DV VAIR poſthac cùm dicet Apollo,
Mel fuit in labris, cera erit in manibus.
Aggredere ô meritis ergo, nam tempus honores,
Qui decus es regis, qui decus es populi.
Incipe iam, quamuis ſouier, cognoſcere matrem,
Lata erit aſpectu Gallia tota tuo.
Incipe, nam veniet fatorum numine, diuos
Vt videas, diuis & videare tuis.
Qui tibi dent poſthac DV VAIR, quodcumque mereris,
Et mihi dent nomen tollere ad aſtra tuum.
Deprecor & faciant laudes, ne faſcinet vllus
Egregias oculus, vel mala lingua tuas.
Et ſpero facient, poſtquam tibi fata dedere
Æternum verni nominis augurium.
Nomen habes, inter quod vel decet aſtra videri,
Aut decet in ſola Principis eſſe domo.

Nolo vero hic laudes eius proſa perſequi: ſed tamen vt animaduerſionibus iſtis Colophonem addam, adimaduerſioue dignum puto, id nunc accidiſſe, quod olim diuinæ prouidentiæ erga humanum genus miraculo ſæpe contigit, nimirum vt temporibus diſtinctis de duobus hominibus einſdem nominis eadem proferrentur: ſic enim Bruti duo Tyrannis Roma eiectis libertatem reip. reddiderunt: ſic tempore Ciceronis fuit Vatinius vnus corpore de formis & facetiis pullens, aliuſque in aula Neronis, etiam Vatinius facetiis, ſcurrilibus inter fœdiſſima oſtenta. Sic in hiſtoria Eccleſiaſtica, duo

A Abagari Edeſſæ diuerſis temporibus piiſſimi principes, ſic & vt notat Scaliger In Euſebium duo Apiones, quorum vterque populum Romanum teſtamento hæredem reliquit. Duo aſconii Pædiani ſcriptores eximii, duo Pauli Samoſateni diuerſarum Hæreſeon auctores, duo Macri poetæ vterque in Aſiam profecti, duo minores, Phrynici poëtæ, duo Kiliani etiam diuerſis temporibus, ambo Hiberni, ambo martyres, ambo in Germaniam profecti. Sic ſub diuerſis Gregorijs Pontificibus Romanis fuêre, duo Ioannes dicti ieiunatores. vnde etiam nunc vt olim in Aula Domitiani imperatoris, ortus
B eſt noſtro Principi ſuus Dv Vair, ſuus Earinus, de quo non dicam niſi quod de ſuo Earino dixit Martialis, vt videas quàm pulchrè conueniat. is enim lib. 9. inter alia epigrammata de Earino, hoc vuum habet quod præueniſſe aio fata noſtri Earini,

Nomen habes teneri quod tempora nuncupat anni,
Cum breue Cecropiæ Ver populantur apes,
Nomen Acidalia meruit quod arundine pingi
Quod Cytheroa ſua ſcribere gaudet acu,
Nomen Erythrais quod littera facta lapillis,
Gemma quod Heliadum pollice triſta notet.
Quod penna ſcribente grues ad ſydera tollant,
Quod decet in ſola Cæſaris eſſe domo.

Hoc eſt enim quod dicebam ſupra meis verſi-
C bus:

Nomen habes inter quod vel decet aſtra videri,
Aut decet in ſola Principis eſſe domo.

Plura alibi de eo olim nobis Muſæ ſuggeſſerunt, quando in nomine eius celebrando, ſactiſque prædicandis, noſtris ſunt vſæ pugillaribus.

Nunc finio, cum hac animi profeſſione, noluiſſe me aut diſtringere, aut faſtidire ſcripta Illuſtriſſimi Baronii, aut viperino errore limam eius mordere, ſed vti licentia litterarum, & iudicij noſtri. Et certè deſtinaueramus terminos huius operis vltra proferre, niſi cauſæ antedi-
D ctæ frenaſſent impetum; vndæ factum vt multa omiſerimus, quod addo ne liuor putet plura in Baronio nos non vidiſſe; cui fiet ſatis cum hoc Phœdri verſiculo, quem huc vſque corruptè ſcriptum, lectumque corrigimus:

Nam vbi ſtrigandum & vbi currendum eſt ſcio.

vel etiam cum hoc dicto Apollonii ad Lacedæmonios: *Palamedes literas inuenit, non ſcribendi ſolum cauſa, ſed vt etiam cognoſcere quiſque poſſet quæ ſcribenda non eſſent.* Quod ſi non ceſſat liuor, abibimus hoc relicto aculeo:

Nos obtrectare ſi volet malignitas,
Imitari dum non poſſit, obtrectet licet.

F I N I S.

DISSERTATIO IOAN. ARTISII DE IVRE NATVRALI, GENTIVM ET CIVILI.

PRÆFATIO.

CVIACIVS noſter, qui omnium côfeſſione primas ſibi Iuriſprudentiæ occupauit, poteſtque dici, vt Stephanus apud Demetriû Syncellum ἡ τῶν νόμων γλῶσσα; tractaturus de Iure Naturali, Gentium & Ciuili in tit. de Iuſtitia & Iure. D. ita præfatur. *Hac nobis perſpicuè explicanda ſunt non fœdiſſime vt interpetes fecerunt, quia nihil fœdius ſcriptis Doctorum ad hunc titulum.* Ex quibus verbis facile eſt intelligere, non eſſe in tenui laborem, ſi quis hæc Iura recte definire aut diſtinguere conetur, cum hactenus illud vel incurioſe, vel breuiter, vel obſcure, vel contortè fuerit factum: nam ſicut ſolem aliter videbat Pythagoras aliter Anaxagoras, Pythagoras vt Deû, Anaxagoras vt lapidem: ita eandé ré interpretes aliter atque aliter accipiunt vt nuper fecerunt hæretici quidam anonymi, in quæſtione de Suburbicariis regionibus & Eccleſiis, quorum ſputco capiti vt perſonam Proſerpina detrahat non expectaſſem ſi fuiſſet otium. Hæc ergo cum ita ſint, & cum inſuper Cuiacius ipſe non id ad plenum, nec pollucibiliter præſtiterit, fas erit nobis hæc iura paulo diligentibus enucleate, præcipue vt hac ratione excerptis quibuſdam diſſertationibus ex commentariis noſtris ad Inſtitutione Iuris Ciuilis ſolemnis illatum, quæ fit ore noſtro in publico Iuris auditorio interpretatio, citius ad finem perducatur.

CAP. I.

De Iure Naturali.

IVs naturale eſt, quod natura omnia animalia docuit, nam ius iſtud non humani generis proprium eſt, ſed omnium animalium, quæ in cœlo, quæ in terra, quæ in mari naſcuntur.

Hinc deſcendit maris atque fœmina coniunctio, quam nos matrimonium appellamus, hinc liberorum procreatio, hinc educatio.

Videmus etenim cetera quoque animalia iſtius Iuris peritia cenſeri.

A Quæ verba Iuſtiniani hoc Titulo; ſumpta ſunt ex lib. 1. D. de Iuſtitia & Iure. paucis quibuſdam immutatis; nam vbi lex illa dicit hoc ius autem quoque commune eſſe, dicitur hîc, eſſe ius iſtud animalium quæ in cœlo naſcuntur, i. in ære, & vbi lex dicta habet feras iſtius iuris peritia cenſeri, hîc dicitur animalia iſtius Iuris peritia cenſeri, quod non ſine cauſa, vt infrà adnotabimus.

Ius igitur naturale eſt quod naturæ inſtinctu omnia animalia appetunt, ac conſequenter homines; ſed hi cum aliquo rationis dictamine quo ſi carerent dicerentur appetere ſimili inſtin-
B ctu naturali, eſt igitur hoc ius commune omnibus hominibus & belluis, non proprium hominis, commune pluribus naturis naturæ; hominum & beſtiarum, & quod ideo homines quatenus animantes habent, & haberent ac retinerent in ſe, etſi homines non eſſent fierentque animantia bruta, & quemadmodum dicitur l. cum bonis 87. D. de acquir. vel omit. hered. ſe immiſcere dici eum qui id facit, quo facto niſi ſuus eſſet pro herede gerere dicitur, ita dicere poſſumus, ius naturale in homine eſſe id quod homo facit ratione quod faceret inſtinctu niſi ratione
C vteretur. nam per accidens eſt hoc ius ab homine fieri ratione, cùm inſtinctu fieri poſſit, fiatque à beſtiis, quas ideo Epicurus apud Tul. lib. 2. de Finib. bonor. & malor. vocabat *ſpecula naturæ*, quod ab iis duce natura multa recte fiãt.

Ex hoc iure dicitur deſcendere maris & fœminæ coniunctio, liberorû procreatio, educatio. adde & conſeruationé tam ſui, quã fœtus & liberorû quod non tantum Iuriſconſulti, ſed etiam omnes Philoſophi agnouerunt. Idcirco Plato in conuiuio ſic loquitur de maris & fœminæ coniunctione, liberorum procreatione, & educa-
D tione, *Nonne*, ait, *animaduertis quam grauiter afficiantur omnes animantes & greſſiles, & volatiles, vt omni impetu ad generationem rapiantur, amoris vi quaſi morbo quodam inſanientes, quod quidem primùm apparet in ipſo congreſſu, deinde in ipſius fœtus alendi cura & labore pene incredibili, vt illorum cauſa infirmiſſima alioqui animalia parata ſint cum robuſtiſſimis ad prælium congredi, & pro illis mortem oppetere, & fame etiam deficere vt illos nutriant.*

Da maris & fœminæ conuentione & procreatione Ariſt. lib. 1. de rep. cap. 2. Oportet, ait, coniungi marem & fœminam procreationis cauſa, atque hoc non ex conſilio proficiſcitur, ſed vt & in aliis animantibus & ſtirpibus naturale, eſt, tale alterum quale ipſum ſit copere relinquerem. qui ideo lib. de generat. animal. cap. 20. vocat τὰς γενέσεως ἀρχὰς τὸ ἄῤῥεν καὶ τὸ θῆλυ, i. generationis principia marem & fœminam, & hoc eſt quod voluit dicere Virgil. Georg.

Omne adeo genus in terris hominumque ferarumque
Et genus æquoreum, pecudes, pictaque volucres
In furias ignemque ruunt, amor omnibus idem.

Hinc animalium pugnæ propter fœminas: Oppian. 1. laient. Apollon. 2. Argon. Ouid. 9. Metamor. & Papio.

B De educatione verò ita Libanius Declam. 26. quæ eſt Calaſchriactio. *Sunt*, ait, *parentibus de liberis latæ leges multo his quæ ſcriptæ ſunt venerabiliores, ab ipſa natura infixa ac ſtabilitæ, quæ volunt procreatores ſuos liberos maxime facere, & omnes pro ipſis labores iucunde ſubire.* Et Tullius lib. 4. de Finibus. *Natura*, ait, *tributum eſſe docuerunt, vt hi qui procreati eſſent à procreatoribus amarentur.* Et 2. de nat. Deor. *Quid dicam quantus amor beſtiarum in educandis cuſtodiendiſque iis quæ procrearunt vſque ad eum finem dum poſſint ſeipſa defendere.*

C Addidit ad hæc Iura, ſui & fœtus tuitionem, nam vt ait Tul. lib. 4. de Finibus bon. & malor. *Omnis natura vult eſſe conſeruatrix ſui, vt & ſaluaſit, & in genere conſeruetur ſuo.* Et in Topic. *Natura partes habet duas, tuitionem ſui, & vleiſcendi ius.* Quare Origenes in Pſalmos dixit animas brutorum habere ἰδίωμα τι σωτηρίας, i. *propriam & peculiarem conſeruandi ſui rationem*: Et conſequenter partus ſui, in quo vnumquodque per generationem conſeruatur, idcirco Tull. 1. Tuſcol. *Quid beſtia non pro ſuo partu ita propugnant vt vulnera excipiant, nullos impetus; nullos ictus reformident.* Quare male Lacedæmonij ex Lycurgi inſtituto pueros recens

D natos ſi illorum ſpecies nihil boni promitteret, de prærupto loco præcipitabant, teſte Plutarcho.

Hæc igitur omnia quia non ſunt propria hominum, ſed omnibus animalibus communia, dicũtur eſſe iuris naturalis; quomodo omnia alia quæ in animalibus æque ac hominibus reperiuntur dicuntur eſſe naturalia. ita Plut. in Camillo, *Lex ait eſt natura, cuius & beſtia ſunt participes vt imbecilior cedat ac pareat potentiori*, quo pacto & Gregor. Nazianz. Apologet. 1. ait *legem eſſe natura vt corpus anima pareat tanquam præſtantiori.* Ita & Xiphil. in Auguſto. *Blanditiis ait placari & dolore perturbari eſſe naturale quod & in bruta animalia cadat.* Ita & Demoſth. in A-

E riſt. 1. *Parentes ait colere eſt lex natura & hominibus & beſtiis poſita* Ita denique Caſſiodorus, *Et ominibus ait & brutis ingeneratum eſt deſiderium adulteria vindicandi*; quare vt rectè Senec. lib. 9. controuerſ. 5. *Habet ſua iura natura*, de quo iure ita Libanius Declam. 44. αἰδῶνται καὶ θηρία τὴν φύσιν, i. *reuerentur & feræ naturam.*

Quod verò ius iſtud dicitur natura omnia animalia docuiſſe, per naturam intelligunt aliqui Deum, more Stoicorum, apud quos natura dicitur Deus, teſte Seneca lib. 4. de benef. c. 7. his

A verbis, *Quid aliud eſt*, ait, *natura quàm Deus & diuina ratio, toti mundo & partibus eius inſerta.* Et 2. quæſt. natural. cap. 45. *Vis*, ait, *Deum naturam vocare? non peccabis, eſt enim ex quo nata ſunt omnia.* Et declarauit Lactantius lib. 7. c. 3. *Stoici natura nomine res diuerſiſſimas comprehenderunt, Deum & mundum, artificem & opus, dicuntque alterum ſine altero nihil poſſe, tanquam natura ſit Deus mundo permiſtus.* Quod quidem hoc ſenſu recipiendum eſt, quatenus Deus eſt immediatum principium huius iuris, illudque omnibus animalibus inſtillauit, vt rectè Oppianus de Venat. lib. 3.

Ἦ μα θεοὶ πάλαι τε καὶ ἀργαλέοισι γονῆας
φίλτροις ἐνὶ κραδίῃσιν ἔθεν οὐδ' ἀνθρώποισι
Ἀνθρώποις, οἳ πάντα νόημασι μητίσαντο,
Ἀλλὰ καὶ ἑρπυστῆρσι, καὶ ἰχθύσιν, ἠδὲ καὶ αὐτοῖς
Θήρεσιν ἀμοβόροις καὶ ὑψιπέτῃσιν ἀγέλαισιν
Οἰωνῶν.

Nimirum tantũ liberorum & recens edita ſoboles
Amorẽ in corde inſtillauit Deus, neq; ſane ſolis
Hominibus qui cuncta ratione inuenerunt,
Verũ etiam reptilibus, & piſcibus, atq; etiã ipſis
Feris crudelibus, & in ſublimi degẽtib⁹ gregib⁹
Auium.

Et Iſidorus Peluſiota ep. 78. ait σπερματικοὶ λόγοι οἱ παρὰ τοῦ δημιουργοῦ ἐξ ἀρχῆς ταῖς φύσεσιν ἐντεθέντες. i. *Seminales rationes quæ à ſummo illo ef-fectore naturis primùm inſita ſunt.* Nam vt rectè

C Lactantius lib. 3. c. 28. *Quam vim potuit habere rerum materia nullo dante, quam naturam nullo generante, ſi habuit vim, ab aliquo eam aſſumpſit: à quo autem aſſumere niſi à Deo potuit?* Ruſus iura naturalia quæ diximus eſſe in belluis, vt ſuos fœtos ament, intelligenda ſunt reperiri in fœtu parentes ſuos redamante, mutuo illo iure naturali; quando enim vt loquitur Nazianzenus φίλτρῳ συνέδησεν φύσις τοκέας τε γόνους τε, i. *Natura velut philtro coniunxit parentes & liberos*; Vtrinque vincula huius amoris poſuit, nam vice verſa filij parentes ſuos alere debent, vnde Valerius lib. 5. cap. 4. ait primum eſſe naturæ legem di-

D ligere parentes, & ad id nos hortantur Plato lib. 11. de Legib. Ariſt. 1. Top. c. 9. & 8. & 9 Ethic. D. Ambroſ. in Luc. lib. 8. c. 17. & 5. Exam. c. 16. D. Baſil. Hom. 8. in Hexam. D. Auguſt. Tract. 119. in Ioan. & nota eſt ἀντιπελάργησις ciconiarum ex Philone lib. de Decal. & D. Baſil. Homil. 8. in Exa. Io tantum vero liberi tenentur educare parentes ſuos, vt ſi id non fecerint exheredari poſſint, nouel. 15. & l. 1. & 2. de alend. liber. niſi parens filium neglexerit, nullamque artem doceri curarit, vt apud Græcos vſitatum fuit, teſte Galeno in hort. ad bonas artes, & Luciano in Abdicato, & Plutarcho & Syneſio, qui inſuper addunt ſpurias excuſari. illa autem alimenta Græci vocarunt θρέπτρα ex Heſychio, & Scoliaſte Heſiodi lib. 1. Ἔργων.

E Etſi verò hæc quæ iam diximus vera ſint, nempe ius naturale eſſe pluribus naturis commune, rationali, & irrationali: tamẽ quia natura hominis perfectior eſt vt pote rationalis, idcirco idem ius naturale eſt perfectiori & emendatiori modo in homine quàm in brutis, quod oſtẽdere voluit Iuſtinianus his verbis, *Maris & fœminæ coniunctio quam nos matrimonium appellamus*, quo pacto etiam Ariſtoteles lib. 1. de ortu animal. rectè dixit quod in hominibus eſt γάμος, ſeu matrimonium, in brutis dici συνδυασμός, i. copu-

lationem ſeu conduplicationem; ratio eſt, nam homini, in omnibus iuribus naturalibus exercendis aduocanda eſt ratio, vt recte notat D. Aug. Tract. 13. in Ioan. & 8. in Epiſt. 1. Ioann. & Tract. de conuen. decem præcep. & plag. cap. 5. qui ait quando Chriſtus agendo cum Samaritana iuſſit vocari virum, intelligi per virum intellectum & rationem in homine, vt non patiatur corpus ſuum naturali inſtinctu luxuriæ indulgere. Ratio igitur in eo quod cõmune nobis eſt cõ belluis eſt veluti circulus in naribus ſuis, de quo D. Hie. in c. 37. 29. Iſaiæ. Et cũ nos ſimus ſimiles centauris partim homines partim belluæ, pars rationalis debet imperare belluinæ, ſin ſecus homo bellua erit, vt recte expreſſit Maximus Tyr. Diſſert. 34. *Fingunt*, ait, *in Theſſalia poſito fuiſſe homines Poetæ monſtroſo corpore, qui ab vmbilico equi corpus pone attrahebant, in huiuſmodi forma monſtroſa neceſſe fuit belluinam vnam ſaginare partem, loqui quidem vt hominem, ſaginari vt belluam, videre vt hominem, ceire vt belluas. Euge Poeta quam manifeſte nobis illud quod voluptatibus nos coniungit oſtendiſti vinculum, ſimul ac enim belluina imperant animo libidines formam quidem integram relinquunt, ſui vero obſequio eum qui vtitur hominem in belluam conuertunt: hæc ſibi centauri volunt, hæc Gorgones, hæc Chimera, hæc Cercopes: deme ventris libidinem, belluam dempſiſti hominis: deme penis, belluam amputaſti.* Inde eſt cur homines vitiis dediti, non homines ſed beſtiæ dicantur à Philone lib. de Adam. Hilario in Pſalm. 118. Greg. Niſſeno ad Harmonium. Iſidoro Peluſiota lib. 2 Ep. 13. vbi qui virtutem contubernalem habent, tantum præſtant iis qui eius expertes ſunt quantum homines belluis antecellunt, & vitia dicantur feræ & animalia, θηρία, vnde apud Gregor. Nyſſenum Orat. de Profeſſione nominis Chriſtiani, homo vitiis deditus dicitur πολλὰς ἑαυτῷ ὁ ἄθλιος θηρίων ἐν τῷ ἰδίῳ μορφὰς, induiſſe multas animalium formas. quare in homine μετρεῖ μὲν ὁ λόγος, μετρεῖται δὲ τὸ πάθος i. *Moderatur ratio, moderatione egent affectus*, quibus vt dicebat Plato ratio eſt velut auriga, hominique exercenti tota naturalia, inſiſtendum eſt hac via rationum veſtigia ducunt: τοῦτο ἰτέον ὡς τὰ ἴχνη τῶν λόγων φέρει. vt loquitur Plato, & in his etiam quæ naturalia homini ſunt, cauendum ei eſt ne aliquid belluinum faciat, vt ſignificauit Pythagoras illo ſymbolo *ad ſolem conuerſus ne meito*. Nam vt recte interpretatur Iamblic. in protrept. τὸ πρὸς ἥλιον τετραμμένος μὴ ὄμιχε, ἀντὶ τοῦ προτρέπει, μηδὲ ζωώδες ἐπιτελεῖν μηδέν. i. *Illud, ad ſolem conuerſus ne meito, hoc admonet nihil animale ſeu belluinum facere aggredere*. Homo enim niſi regat ratione, id quod in ſe belluinum habet, tantum abeſt vt ſecundùm naturam viuat, quin potius in omnem prauitatem delabitur, vt eleganter idem Iamblicos lib. de vita Pytagoræ, ταχέως γὰρ ἐξωκειλε τὸ ζῶον ἀθεράπευτον καὶ ὀλιγωρηθὲν, εἰς κακίαν τε καὶ φαυλότητα, i. *Subito namque animal relictum neglectumque in malitiam & prauitatem delabitur.* Et Cic. 1. Offic. qui appetitus, ait, longius euagantur, & tanquam exultantes ſiue cupiendo ſiue fugiendo non ſatis à ratione retinentur, hi ſine dubio finem, & modum tranſeunt, relinquunt enim & abiiciunt obedientiam, nec rationi parent, cui ſunt ſubiecti lege naturæ. Et inde eſt cur Diu. Chryſoſt. Homil. 7. in Geneſ. & Homil. 9. de Aſcenſ. dicat deteriorem conditionem hominis quàm bruti, quia irrationabile nulli pœnæ obnoxium eſt, ſicut homo poſt voluntarium crimen appetitus naturalis niſi aliud natura ſibi in homine proponeret, quod quia apertius fieri poteſt exemplis, ideo ad ea conuerti debet oratio noſtra.

1. Igitur exemplum erit illud quod nobis ſuggerere videtur Iuſtinianus hic, ex matrimonio ſumptum; nam in animalibus cæteris eſt ſimplex maris & fœminæ coniunctio, in homine eſt matrimonium, quod aliquid addit ſimplici ferarum coniunctioni; namque in animantibus eſt ſimplex & promiſcuus concubitus, in homine vero firmus & ſtabilis lib. 1. D. de ritu nupt. & apud Tul. in Anton. dicitur, *in matrimonio ſtabili & certe collocari*, ſitque *propria vxor* apud Virgilium, i. *perpetua*, vt explicat Seruius, & in hoc decepti ſunt Carpocratiani, qui cum viderent maris & fœminæ coniunctionem hominibus & animantibus communem eſſe, inde matrimonium deſtruebant, & alia omnia præcepta legis, quibus vetitum eſt concupiſcere vxorem proximi ſui, vt refert Clemens Alexandr. lib. 3. Stromat. & Epiphanius lib. 1. Tom. 2. contra Secundianos Hæreſi 32. dicebant enim leges hominum, contra leges facere docuiſſe, legumque proprietatem diſſecuiſſe & abroſiſſe, diuinæ legis communionem: ſed non intelligebant id fieri poſſe, legemque diſciplinæ & rationis in homine poſſe aliquid immutare in lege naturæ, & in maris & fœminæ coniunctione recedere ius Gentium à iure naturali, namque ſi ratio quid præſcribat contra ius naturale, hoc non eſt delere in totum ius naturale, ſed vel perficere, vel immutare in aliud ius nempe Gentium vel Ciuile. vnde tunc potius ibi deſinit eſſe ius naturale, & incipit aliud ius quam vt ius Gentium ſit contrarium iuri naturali: quare homines non debent coniungi & miſceri vt belluæ, licet retineant principium huius iuris naturalis vt miſceantur; nam in homine vt dixit Iſidor. Peluſiot. lib. 1. Ep. 296. φύσις ἔχει τὴν ἔννομον μῖξιν. i. *Natura legitimum concubitum habet.* Hi namque (vt Thobiæ cap. 6. 17. dicitur *qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt Deum à ſe & à ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita vacent, ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus habet poteſtatem Dæmonium ſuper eos:* quod etiam aperte enuntiauit D. Hiero. Ep. 10. his verbis. *Sola libido à Deo ad liberorum procreationem ſi fines ſuos fuerit egreſſa, redundat in vitium.* Coniunctionem enim maris & fœminæ varie natura & ratio circumſcripſerunt, in homine & in aliis animantibus ratione carentibus. Ex quibus concludendum eſt cum Cicerone 2. de finibus dicente, *Secundum naturam viuere, non eſſe ſecundum naturam belluarum, ſed virtutis adhibita ſuis primis à natura datis.*

Secundum exemplum ſumetur ex ſui conſeruatione & tuitione, nam naturalis iuris eſt vim vi repellere; nam vt eſt in lib. ſciendum; §. qui cum, D. ad lib. Aquil. vim vi defendere omnes leges, *omniaque iura permittunt*, & inſitum animantibus quocumque modo id fiat, non autem hominibus niſi intra modum. Qua ratione intelligendum eſt quod dicitur lib. 4. D. ad lib. Aquil. *Aduerſus periculum naturalis ratio per-*

miteit ſe defendere. Et illud Ouid. 5. de arte amandi.

Armaque in armatos ſumere iura ſinunt : Quia hi non ſimpliciter iniuriam & vim propellere debent, ſed cum moderamine incolpatæ tutelæ lib. 1. C. vnde vi. quod moderamen à ratione qua carent animalia deducitur, & ideo ius naturale hoc caſu in homine facile tranſit in ius Gentium, quo facto vim vi propellere dicitur eſſe iuris Gentium in lib. 2. D. de Iuſt. & iure. Ratio enim dictauit vt cum moderamine iam dicto propelleretur, natura vero tantum dictabat vt propelleretur, teſte Cic. 1. offic. cùm ait, *Omni generi animantium à natura tributum eſſe vt ſe vitam corpuſque tueatur*. Et ideo in hac propulſione hoc ſeruatur vt eum qui venit feriendi tantum & non occidendi cauſa, quod ex teli genere cognoſcitur lib. 1. §. ad lib. Cornel. de ſicariis. non liceat occidere, ſed tantum repellere, lib. ſi allegas. C. eod. eum vero qui occidendi cauſa venit, vel ſtuprum inferendi, i. vim vitæ, vel iniuriam pudori, impune occidere permiſſum ſit, lib. vt vim. D. de Iuſtit. & iure. Item vt id fiat incontinenti lib. 3 eum igitur, D. de vi & vi arm. nam quæ fit propulſatio ex interuallo, non eſt tuitio, ſed vltio. ex Demoſth. contra Ariſt. Quod vero Cuiacius requirit ſimilitudinem armorum; non exiſtimant viri docti eſſe verum & recte.

Tertium exemplum ſumetur ex Polibio lib. 6. de Monarchia & regno, nam vt ibi dicitur, Monarchia eſt communis homini & brutis; rectorem enim & ducem ſequunt beſtiæ, ex qua Monarchia in hominibus fit regnum ſeu regia dominatio, quæ eſt iuris Gentium, cum ratione fiat, & non eſt communis brutis, & ita ponit differentiam inter μοναρχίαν & βασιλείαν, primatum & principatum, quòd ille reperiatur in apibus, iſte in hominibus tantum: ex quibus conſtat licèt iura naturalia communia ſint hominibus & brutis, tamen ea alio modo vires ſuas exercere in hominibus quàm in brutis. Nec id obſtat quominus æque dicatur ius naturale in homine ac dicitur in brutis, ſi originem ſpectes, cum illud ius à natura in homine initium accipiant, non à ratione, & à ratione tantum perficiatur; namque vt dixit Tullius lib. 5. de Finibus, *Quæ bruta faciunt incitatione naturali, ea ſi homines ratione faciunt, iure natura faciunt*. Ius enim naturale hac tantum ratione dicitur commune brutis & hominibus, eſtque naturale in hominibus, quia non eſt excogitatum ab illis vel à ratione humana, ſed à natura ingeneratum, & à ratione expolitum.

Iam vero quod dicatur hic à Iuſtiniano, omnia animalia iſtius iuris perita cenſeri, non eſt putandum hanc vocem perita, adiectiue de voce animalia eſſe ſumendam, ſed in auferendi caſu, quod ſatis ex eo conuincitur, quod apud Vlpianum dicitur, beſtias iſtius iuris peritia cenſeri: ita igitur loquitur, vt ſi dicitur, Ius animalium omnium in tabulis naturæ quaſi in cenſualibus tabulis deſcriptum eſſe, & vt loquitur Philo Iud. lib de Temulentia. νόμον ἀΐδιον ἐν ταῖς τῆς φύσεως στήλαις ἐστηλιτεῦσθαι, i. *Legem æternam & immortalem ſcriptam eſſe naturæ tabulis*: quæ mens fuit Theophili, dicentis ἀπογράφεσθαι. vti & D. Lucas loquitur Euang. c. 2. vtens verbo ἀπογράφεσθαι, cùm de cenſu acto ſub Augusto

A loquitur. Nec nouus eſt ille modus loquendi, nam & reperitur in legibus noſtris, vt in lib. 1. §. ex quibus D. ad Municipal. vbi dicitur *priuilegio cenſeri*. & l. vlt. C. de rerum permut. *nudi pacti nomine cenſeri*. & lib. vlt. D de ſuis & legit. hered. legum auctoritate cenſeri. & libr. 8. D. de tranſact. *Nulla auctoritate cenſeri*. Et ſimiliter apud alios auctores; dixit enim Iuſtinus lib. 9. *Scytas non opibus, ſed fortitudine cenſere*: Et Iuuenal. Sat. 8. *Sanguine longo cenſeri*. Gellius lib. 19. *Figura multitudinis cenſeri*. Minutius Falix in Octauio, *Moribus & pudore cenſeri*: Et Tullius lib. 1. de Orat. cuius hæc ſunt verba, *Qui*
B *voluntate Domini cenſi erant*.

Dicet aliquis contra ſupradicta, iniuriam non cadere in belluas, & conſequenter neque iura. Reſpondetur iniuriam ex tit. de iniuriis, inſ. ſumi pluribus modis, 1. pro eo quod non iure fit, 2. pro contumelia, 3. pro iniuſtitia. Iniuriamque non cadere in animalia 2. vel 3. modo; & ita intelligitur alius locus in tit. Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur, vbi dicitur, *Nec enim poteſt animal iniuriam feciſſe dici. quod ſenſu caret*, 1. iudicio, effectu & ratione. Nàm recte Ariſtoteles lib. 1. Rhetoricorum cap. 13. definit τὸ ἀδικεῖν ἑκούσιον εἶναι i. *Iniuria afficere eſſe ſpontaneæ voluntatis*, qua carent beſtiæ. Iniuriam verò
C 1. modo cadere in beſtias, cùm aliquid, verbi gratia, non faciunt ſecundùm ius naturale; nam verum eſt id ab eis non iure fieri. quam diſtinctionem agnouit Ariſtoteles lib. 5. de Moribus cap. 12. cum diſtinxit inter ἀδικεῖν & ποιεῖν τὰ ἄδικα i. *Iniuriam facere & iniuſta facere*. Quare cum dicitur iniuriam non cadere in belluas, ea iniuria non intelligitur quæ eſt oppoſita iuri naturali, ſed ea quæ opponitur iuri Gentium vel Ciuili. ſeu ea quæ opponitur iuſtitiæ præciſè ſumptæ, vt definitur *voluntas ius ſuum cuique tribuendi*, quam iuſtitiam cum non habeant beſtiæ, nec ei oppoſitam iniuriam, quæ proprie dicitur iniu-
D ſtitia, vt recte Seuerius notauit, qui *iniuriam Turni* apud Virgilium *iniuſtitiam* expoſuit. Et ſic belluæ, iniuriam quidem nullam faciunt quæ ſit iniuſtitia, faciunt tamen quæ ſit aliquid non iure factum, ſi naturæ iura ſpectes. Interim vt ipſi Iuriſconſulti voluerunt quodammodo in actione de pauperie id attendi, cùm dixerunt hàc actionem in iis animalibus quæ contra naturam mouentur locum habere, non in iis in quibus eſt genitalis feritas; licèt hîc natura alio modo ſumatur quàm nos ſumimus, & ideo non impune etiam aliquando animalia pauperiem fecerunt, vt patet ex Demoſth. contra Ariſt. Suida in verbo Prytaneor. Euſebio lib. 5. de Præparat. & aliis. Ex quo patet nec iniuſte agere belluas homines occidendo, nec vice verſa homines; quia nullo iuris vinculo inter ſe ſociantur; licèt enim dicatur ius naturale homini & belluis commune, non tamen talis eſt ſenſus horum verborum, hæc iura inter ipſos homines & belluas reperiri, ſed hæc iura in hominibus & belluis reperiri, quæ longe diuerſa ſunt.

CAP. II.

De iure Gentium.

I*Vs Gentium eſt quod naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, & apud omnes peræque cuſtoditur, vocaturque ius gentium quaſi quo iure omnes gentes vtantur*, à Iuſtin. hic. & lib. 9. de Iuſtit. & iur. & lib. 1. D. de ad quir. rerum domin. quod ius quia naturalis ratio dictat, ideo dicitur aliquando *ius naturale*, apud Tull. lib. 3. de Offic. & inſ. hoc tit. §. ſed naturalis. Sed vt oſtendatur tamen hoc ius gentium dici naturale B alio modo quàm ius naturale, de quo ſupra; ideo dicitur potius *naturalis ratio, naturalis æquitas*, vt in lib. 1. §. final. D. de vſufructu earum rerum quæ vſu conſumuntur: & in lib. 1. D. de adquir. rerum domin. Nec enim ius ſimpliciter naturale modo ſupradicto, dicitur æque naturalis ratio, vel naturalis æquitas, vt iusgentium; nec enim æquum & bonum recte dixeris reperiri in animantibus quæ non ratione, ſed inſtinctu tantùm mouentur. Ariſtoteles vocat ius iſtud *κοινὸν ſeu commune*. 1. Rhetor. vocat etiam *ἀνθρώπινον*, i. *humanum* lib. 5. de Morib. cap. 10. ſicut & Seneca lib. 3. de Benef. cap. 18. & Liuius l. 5. qui violatores iuris gentium vocat *violatores* C *iuris humani*. Hoc igitur ius quia ratio conſtituit; ſciendum eſt, aliquando rationem aliquid conſtituere contra ius naturale omnino ex antica linea, quando nimirum ratio reperit caſum, in quo poteſt omnino recedere, & velnti excipere à iure naturali, vt patet in ſeruitutibus. *Nam quod ad ius naturale attinet, omnes homines æquales ſunt*, lib. 32. D. de diuerſ. reg. iur. & libertas naturali iure continetur lib. 64. D. de condict. indebiti: hoc eſt omnes ſumus naturâ liberi, nulli ſerui, & hinc plane modo ius gentium recedit à iure naturali, & ab eo excipit. Aliquando verò ratio, modum tantum quendam adhibet iuri naturali, vt diximus ſupra de matrimonio, & de in- D iuria propellenda; (Sed hoc modo ius gentium non plane recedit à iure naturali, ſed illud modificat, & determinat niſi illo ſenſu, quo cum ratione conſtet, apertiſſimum eſt recedere à iure animalium ratione carentium, vt dicitur d. lib. 1. D. de Iuſt. & iure.) Rurſus cùm ratio aliud lumine naturali, aliud ratiocinando, aliud generaliter, aliud quibuſdam poſitis dictare poſſit, ideo ius iſtud gentium varium & multiplex eſſe poteſt; nam ad hoc ius pertinet erga Deum religio vt parentibus & patriæ pareamur. lib. 2. D. de Iuſt. & iure. Et apud Tul. lib. 4. de Finibus, *Porro*, ait, *firmiſſimum hoc adferri videtur cur* E *Deos eſſe credamus quod nulla gens tam fera, nemo omnium tam ſit immanis cuius mẽtem non imbuerit Deorum opinio, multi de diis praua ſentiunt, id enim vitioſo more effici ſolet, & omnes tamen & ſi vim & naturam diuinam arbitrantur, nec vero id collocutio hominum aut conſenſus efficit, non inſtitutis opinia eſt confirmata, non legibus, omni autem in re conſenſio omnium gentium lex naturæ putanda eſt*. Et 2 de Inuentione, *At naturæ*, ait, *ius eſt quod nobis non opinio, ſed quædam innata vis afferat, vt religionem, pietatem gratiam, vindicationem*, Et ſimiliter D. Aug. lib. 83. Quæ-

A ſtionum q. 31. Idque ius gentium quod ratio ſolo lumine naturali ita dictat & vniuerſaliter, omnique caſu dicitur potiori ratione ius naturale; quam aliud ius gentium, quod ratio tantùm quibuſdam caſibus, & ob rerum neceſſitatem dictaret, & hoc ſenſu Tertullianus in Apologetico, probat naturalem eſſe Dei cognitionem, vbi dicit animũ eſſe naturaliter Chriſtianũ cùm Deum agnoſcit. Et D. Aug. loco citato, *Natura*, ait, *ius eſt quod non opinio genuit, ſed quædam innata vis inſeruit, vt religionem, pietatẽ gratiam, vindicationem per quam ſcilicet vis aut iniuria, aut omnino omne quod offuturum eſt defendendo, aut vleiſcendo propulſatur*. Deinde ad hoc ius pertinet vt vim atque iniuriam propulſemus lib. 3. D. de B Iuſt. & iure: & ex D. Aug. citato. Quod ius etiam vtitur à lumine naturali, intellectu, & à rationis vniuerſali dictamine. Tertio hoc iure continentur ſeruitutes & manumiſſiones. lib. 4. D. de Iuſt. & iure Sed hoc ius, non lumine naturali à principio inuentum eſt, ſed vſu exigente, & neceſſitatibus humanis conſtitutum, quæ ſi ceſſarent, euaneſceret & ad iura naturæ rediretur & alia talia iura ſunt quæ poſſunt propter nouas neceſſitates cõſtitui, non ſecus atqui ciuilia iura, vt oſtendit locus Liuij lib. 4. in Orat. Canuleij Tribuni plebis: *Quis dubitat*, ait, *quin in æternum vrbe & in immenſum creſcente noua imperia ſacerdotia, iura gentium hominumque inſtituantur*. Et hinc eſt quod dicitur inf. hoc tit. *Nam vſu* C *exigente, & humanis neceſſitatibus gentes humanæ quædam ſibi conſtituerunt, bella etenim orta ſunt, & captiuitates ſequutæ, & ſeruitutes quæ ſunt naturali iuri contrariæ; iure enim naturali omnes homines ab initium liberi naſcebantur. Et ex hoc iure gentium, vſu ſcilicet etiam exigente, omnes pene contractus introducti ſunt, vt emptio, venditio, locatio, conductio, ſocietas, depoſitum, mutuum, & alij innumerabiles*. Seruitutes igitur introductæ hoc iure, propter captiuitatem, captiuitates verò propter bella, & bella propter diſtincta dominia. cùm enim omnia prius eſſent communia, fecit enim vites Deus communiter omnibus quæ neque paſſerem, neque furem abnegant, & D frumentum ſimiliter, & alios fructus; diſtinctis dominiis iure gentium, ex illa diſtinctione eâ demum bella iuſta ſunt quibus repetimus res nobis ablatas, vel debitas, vt earum rerum nomine pignora quæ alia ratione obtinere non poſſumus, conſequamur: quæ tamen bella non aliter iuſta cenſentur, quàm ſi decreta per feciales denũciẽtur rebus ſeu pignorib' repetitis, nec redditis, quæ denũtiatio clarigatio appellatur, & feciales illi ac legati ſunt ſancti, nec lædi poſſunt ab hoſtibus. Item bella iure geri oportet, non ad internecionem, non læſa fide, non ruptis fœderibus, non violatis legatis, non alio quam milite. nam is qui non miles & ſacramento obligatus non eſt, non iure pugnat cum hoſte. Cum ergo E hæc bella iuſta ſint, ratione ea dictante inter omnes homines, hinc etiam conſequens fuit iuſtas eſſe captiuitates, & quæ ex his ſequuntur ſeruitutes & captos fieri potius ſeruos hoſtium quam occidi, ita tamen vt ſi capti ad ſuos redeant iura priſtinæ libertatis eis reſtituantur, vel ſi redempti ſint, nam & redemptis patet ius poſtliminij lib. ſi capti. § vltim. de capt. & poſtlimin. reuer. ſed ſi redemptus fuerit aliena pecunia, ei qui redemit cum vinculo pignoris obligatur donec

ei perſoluerit pretium redemptionis. lib. 2. de capt. & poſtl. reuerſ. & ideo quia bella ciuilia iniuſta ſunt, in eis proinde non valent iura captiuitatis, nec poſtliminij. l. ſi quis ingenuum. de capt. & poſtlim. reuerſ.

Ruſus ob eandem rationem quod dominia ſint diſtincta, etiam ædificia fuerunt diſtincta; nam quiſque in ſuo cœpit ædificare, & modi acquirendi introducti, & omnes pene contractus, emptiones, venditiones, locationes, l. 5. D de Iuſtit. & iure Obligationes inquam iuri naturali gentium adſcriptæ ſunt, licèt videantur iuris ciuilis, quòd actionem producant quæ eſt iuris ciuilis, nimirum ſunt iuris ciuilis ſi formam, ſi originem iuris gentium, vel rectius, obligationes quæ ſtatim atque extiterint actionem conſenſu omniũ populorũ pepererũt, ſunt vere iuris gentium Obligationes verò quæ lõgo poſt tempore certa lege, certa ve forma inſtitutæ ſunt, aſcribuntur iuri ciuili, quaſi tunc primùm introductæ ſint, verum pleræque obligationes vt & contractus in ius gentium tranſierunt, vti ſtipulatio, licèt ſit iuris ciuilis. Quamuis ergo obligationes quædam ſint iuris gentium, tamen actiones quæ ex illis oriuntur ſunt iuris ciuilis, quia naturali ratione non poteſt eſſe vſus actionum, cùm nemo inuitus id quod promiſit præſtare teneatur, vt patet in naturali obligatione, vel etiam ciues Romani quamuis naturaliter obligati, tamen non potuerunt à priuato cogi ſoluere, ne alio quin ſacroſancta ciuis Romani libertas videretur imminui. Opus igitur fuit lege 12. tabular. actiones proferri, quæ vi & poteſtate legis adſtringerent homines neceſſitate ſoluendi, ergo ciuili rationi adſcribendæ: & inſuper quia quęcumque ſolemnitatem aliquam deſiderant, ſunt iuris ciuilis, cùm rationem ciuilem habeant, & ex meris illis ſolemnibus conſiſtant & ſubſtantiam capiant, vt videre eſt in ſtipulationibus & acceptilationibus quæ ſunt iuris ciuilis. Item in eo qui ſe ad pretium participandum venundari patitur qui ciuili ratione tantùm fit ſeruus, enim hic modus naturalem rationem non habeat. Nec obſtat quod ſcribit Vlpianus hoc iure Romanos vti, vt acceptilatio ſit iuris gentium, hoc enim eo pertinet ad ius quo præciſa cauebatur vt ne aliter quam verbis Latinis poſſet ſtipulatio concipi, quod poſtea ſenſim in deſuetudinem abiit propter expeditiorem commerciorum vſum, atque eatenus videtur eſſe facta Iuris gentium, cùm nihilominus eadem forma & ſubſtantia maneat, quod apparet ex eo quod Græca debeant Latinis reſpondere Similiter teſtamenti factio eatenus eſt iuris gentium, quia nemo eſt qui non cupiat ſuprema ſua iudicia ordinare, & ciuilis enim teſtator non poſſit naturali ratione de bonis ſuis diſponere cum eius vltima voluntas conferatur in id tempus quo dominus eſſe deſinit, ideo neceſſaria fuit ciuilis ratio, lex nempe 12. tabul. quæ id confirmaret. Deniq; hinc etiam oſtenditur deportatum alioqui liberum non poſſe facere teſtamentum, quia naturalis ratio teſtamenta non confirmat, ſed ciuilis, à qua deportatus non agnoſcitur. nam quæ ciuili ratione introducta ſunt, iuri ciuili aſſignantur; & quæ naturali ratione, iuri gentium. Cum igitur conſtet ex dictis quædam eſſe quæ ratio ſtatim dictat, & primò & per ſe, vt Deum colendum; quædam verò quæ non dictat niſi conſequenter

A ad aliud, vt bella conſequenter ad dominia diſtincta, hinc etiam perſpicuum eſt non male aliquos ius gentium diuiſiſſe in primarium & ſecundarium, illud primarium vocantes, iſtud verò poſterius ſecundarium, vt Iſidorus can. ius naturale. & can. ius gentium diſt. 1.

Supereſt difficultas, nempe cum dictum ſit ius gentium eſſe quod ratio conſtituit, & peręque inter homines cuſtoditur, an deſinat eſſe ius gentium ſi eo omnes homines non vtantur; vel an ſi quid homines omnes cuſtodiant, fiat iuris gentium, licèt ratio non dictet. Reſpondetur ſi quid ratio dictauerit omnibus hominibus, id iuris gentium eſſe, licèt aliqui eo iure non vtantur; B non enim minus eſt cauſæ cur illud ius conſtituatur cum id ratio requirat, & ideo Theophilus explicat hoc ius, *Quod ad omnes homines, aut ſal. ã eos qui ratione vtuntur, extenditur:* ſicut & Philo Iud. lib. 2. de vita Moſis ſic loquitur, de communi affectu omnium gentium, τὸ μὴ μόνον Ἰουδαίους ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους σχεδὸν ἅπαντας, καὶ μάλιστα οἷς ἀρετῆς πλείων λόγος. i. *Non ſolum Iudæos, ſed alios propè omnes præſertim rationem virtutis habentes.* in hominibus enim qui ſunt rationis participes debet attendi recta ratio, & communis ratio. nam vt rectè Tullius lib. 1. de Legib. *Quibus* C *ratio à natura data eſt, iiſdem & recta ratio data eſt, ergo & lex quæ eſt recta ratio in iubendo & vetando, ſi lex, ius quoque, at omnibus ratio, ius igitur datum eſt omnibus.* Et vt idem Cicero habet lib. 4. de Finibus bon. & malor. *Specimen naturæ capi debet ex optima quaque natura.* nec mos vllus naturam, hoc eſt rationem vincere debet. Nec ſi opiniones aliæ ſunt apud alios, idcirco minus iura naturæ inuicta ſunt. Sicut nec ius naturale deſinit eſſe tale, licet aliqui contra faciant. Nam vt rectè Libanius Declam. 34. contra adulter. *Ne putetis*, ait, *ſatis firmum naturæ eſſe vinculum, pollet enim vt plurimum, ſed quando animi ægrotationes validiores ſunt, diſcinditur.* Et vt dicit Tertullian. lib. de anima: D *Quod à Deo eſt, non tam extinguitur, quam obumbratur, poteſt enim obumbrari quia non eſt Deus, extingui non poteſt, quia à Deo eſt* Reſpondetur 1. ſi è contrario omnes homines aliquem morem introduxerint quem nulla ratio communis conſtituat, hunc vſum vel abuſum hominum ius gentium non conſtituere. quare Tertullianus odium omnium gentium in Chriſtianos, eo quòd eſſet commune, ſed nulla ratione niteretur, vocauit *rationem quandam æmulæ operationis*, non rationem ſimpliciter.

E Supereſt alia difficultas, quomodo ratio communis, ſeu ius gentium poſſit immutare ius naturæ? Reſpondetur primò id iam conſtare ex dictis, naturalia in homine corrigi & dirigi per rationem. Reſpondetur 2. ius gentium non immutare ius naturale in totum, ſed ex parte tantum, velut ab eo excipiendo, vt colligitur ex Ariſt. lib. 5. de Moribus cap. 10. *Exiſtimant*, ait, *nonnulli iura omnia eſſe legitima, quoniam id quod conſtat natura immobile atque immutabile eſt, & vbique eandem vim habet. Vt ignis & hic & apud Perſas vrit: iura autem quotidie vident immutari, ſed hoc non ita eſt omni quidem ex parte, eſt certe ex aliqua, & apud nos eſt profectò aliquid etiam naturale mutabile, non tamen omne, & vtrumque valet tum ius naturale, tum quod contra illud eſt*

ex

ex conſenſu & voluntate hominum. Et addit, *Ideo* A *illa omnia iura eſſe vt vniuerſale & ſingulare, quod ratio iuris communes, iuribus differentibus conueniat, æque ac animal rationali & irrationali naturæ.* Ne dicas igitur, vel à iure gentium immutari ius naturæ; vel a iure ciuili ius gentium, vt dicemus infra in capite de iure ciuili; illa enim iura immutabilia in ſe ſunt, vt recte Libanius Declam. 21. *λέγουσι γὰρ*, ait, *τὴν φύσιν βέβαιόν τι καὶ πάγιον εἶναι*, i. Aiunt enim naturam firmum ac ſtabile quiddam eſſe: dicendum enim eſt quod ius vnum in alio immutat eſſe veluti exceptionem, vti ius gentium non immutat ius naturale in ſeruitutibus, ſed excipit; veluti vt quando res noſtras ablatas repetimus, ſi alia ratione obtinere non poſſumus, bellum iuſtum ſit, & capti hoſtes fiant ſerui noſtri. B quæ exceptio nititur ratione illa, nam alioquin bellum non eſſet iuſtum, nec conſequenter captiuitates, ſeruitutes locum haberent, & inde bella præceſſere ſemper aliquæ legationes. nam vt Comicus ait, *Omnia prius experiri quam armis ſapientem decet:* vel vt dicebat Menelaus apud Libanium *δοκεῖ τῷ λόγῳ πρῶτον λαμβάνειν, ἀλλὰ μὴ τοῖς ὅπλοις ἐπιπηδᾶν ἀνθρωπινώτερον*, i. Ius ſuum dictis perſequi. *Et argumentis humanius eſt quàm armis mox incurſare.* Quare & Romanorum legati ad Sabinos apud Dionyſ. Halicarnaſ. ita præfati ſunt. *Legationem prius ad vos mittere voluere, neque prius facere ordiri, quàm verbis prætentare.* C Et certum eſt non extingui ius illud integrum & totale libertatis ſeruitute iuris gentium, quod ſicut exceptiones regulam non immutant, ita neque ex ſeruitutes immutant aut extingunt totum ius libertatis naturalis, ſed veluti eius effectum impediunt, & exceptionem dant contra eum qui reclamare vellet naturalem libertatem, cuius rei ſignum eſt, quod ſi capti ad ſua redeant, iura priſtinæ libertatis reſtituuntur, vt diximus ſupra. Item quod beneficio principis his natalibus libertini reſtituantur.

Quæres 1. an verum ſit quod dictum eſt ſupra, omnes homines naſci liberos; nam Ariſt. 1. Polit. cap. 5. & 6. ait quoſdam eſſe ſeruos natura. D Reſpondetur vtrumque eſſe verum, cum diuerſo modo I. Ci. dicant omnes homines eſſe natura liberos; & Ariſtoteles quoſdam natura ſeruos. Quod vt intelligatur ſciendum eſt ex Brysonis œconomico, apud Stobeum Serm. 83. Seruum dici tribus modis, lege, habitu, & natura, ſeu inclinatione: lege, vt iure gentium introductis ſeruitutibus; habitu, vt vitiis ſuis, quo pacto eſt ſeruus peccati; natura, vt cum ob ſtupiditatem non poſſet imperare, ſed poteſt obedire. *Conditio, ait, vita ſeruilis & captiua triplex eſt; alius enim iuſſu legis ſeruus fit alius propter animi ſui habitum qui ab affectibus vincitur, talis autem non ſimpliciter, ſed affectuum, neque natura ſed per abuſionem ſeruus eſt, & improbus homo magis* E *quam ſeruus natura. eſt autem natura ſeruus qui corporis functiones domino præſtare ſufficienter poteſt, itinera conficiendo, onera baiulando, labores ac miniſteria tollerando, interim neque virtutem animi neque malitiam ſuſcipiens.*

Seruitus 1. modo ſumpta, nempe ſeruitus lege, eſt ea quæ vere ſeruitus iure gentium, de qua Ariſt. lib. 1. Polit. cap. 6. & eo cum ſit lege, ſatis compertum eſt non eſſe natura, quam ideo Scholiaſtes Dionis Chryſoſt. vocat *τύχης ἐπήρειαν*, i. *Fortunæ inſultationem*, in orat. 14. de libertate. nam vt recte Philiſtion.

Φύσει γὰρ οὐδεὶς δοῦλος ἐγενήθη ποτέ·
Ἡ δ' αὖ τύχη τὸ σῶμα κατεδουλώσατο.

i. *Natura nullus eſt ſeruus, ſed fortuna corpus in ſeruitutem redegit.*

Seruitus 2. modo eſt ea cum quis ſeruit vitiis, dicitur enim eſſe ſeruus peccati; & hæc ſeruitus lege non eſt, imo potius contra legem, quæ vitium prohibet; nec natura, quia naturale potius eſt homini ſequi rationem, adde quod non naſcimur cum vitiis vel virtutibus, ſed eas actibus comparamus, vt copioſe Ariſt. in libris moralium. De hac ſeruitute paſſim ſcriptores apud quos vitiis dediti vel ignorantes dicuntur ſerui, & ita vocat Iſidorus Peluſiota lib. 2. Ep. 147. *τοὺς ἰδιώτας ἤτοι δουλεύοντας*. Et lib. 3. Epiſt. 134. *Quoniam, ait, ſolus ille liberrimus qui à vitiis & turbulentis animi motibus immunis eſt virtutem amplectamur, atque improbam illam ſeruitutem à nobis depellamus.* Et hoc ſenſu Tullius Paradoxo 5. probare conatur *ὅτι οἱ σοφοὶ ἐλεύθεροι καὶ οἱ μωροὶ δοῦλοι*. Et Philo Iud. in alio Paradoxo *ὅτι πᾶς σπουδαῖος ἐλεύθερος*.

Seruitus 3. modo eſt cum quis natura, i. inclinatione eſt magis aptus ad ſeruiendum quam ad imperandum; ita enim intelligendum eſt quid ſit ſeruus natura apud Ariſtotelem, vt ipſemet explicat loco citato: Seruitus enim de qua loquitur Ariſtoteles, eſt talis analogia C quadam, quatenus quemadmodū imperare debet quod eſt præſtantius deteriori, vt anima corpori, mas fœminæ, homo ceteris animantibus: ita ſi qui ſunt homines ita hebetes vt videantur mera corpora, vel beſtiæ, tunc ij dicantur ſerui natura. *Quicumque* (ait Ariſtoteles) *tanto ceteris hominibus ſunt inferiores ac deteriores, quanto animus corpori, & homo feræ præſtat, hi ſunt ſerui natura, quibus melius eſt huic imperio parere, qui etſi ab animalibus aliis differant quod rationem ſentiant, non differant tamen in eo quod eam non habeant, ſeu ea non vtantur, vnde expedit eos ab aliis regi.* Nec potuit Ariſt. mentem ſuam apertius demonſtrare, quare natura apud eum ſumi- D tur eo modo quo ſumpſit lib. 5. Moralium cap. 10. dicens manum dextram valentiorem eſſe ſiniſtra, natura; & quo Apoſtolus etiam dixit, *Fuimus natura filii iræ vt etiam reliqui.* Per naturam enim, vt explicat Suidas, intelligit quandam piſſimam affectionem & qualitatem; & ita Suetonius in Veſpaſiano dicit eum *natura cupidiſſimū*. Iam verò tribus iſtis ſeruitutibus ſunt oppoſitæ tres aliæ libertates, ſeruituti 1. modo ſumptæ, libertas naturalis cum quis nec ſeruus eſt factus, nec ex ſeruo natus; Seruituti 2. modo, libertas virtutis & ſapientiæ, cum quis vitiis vacuus. Seruituti 3. modo, ea libertas cum quis animi eſt tanto acumine vt poſſit imperare. Porro libertas vnius ex his tribus ſeruitutibus non eſt oppoſita E aliis ſeruitutibus, ſed ſuæ tantùm ſeruituti, & ideo qui liber eſt 1. modo: poteſt eſſe ſeruus non quidem 1. modo, ſed 2. & 3. & qui eſt liber 2. modo, poteſt eſſe ſeruus nō quidem 2. modo ſed 1. & 3. & qui eſt liber 3. modo, poteſt eſſe ſeruus non quidem 3. modo, ſed 1. & 2. Et idem dici poteſt de eo qui ſeruus eſt aliquo ex illis modis, qui poterit eſſe liber aliis duobus modis, cum hæ libertates & ſeruitutes ſint diuerſi generis, & ita quod ſpectat ad ſeruitutes & libertates 2. &

2. modo ſumptas ſcriptores dixerunt, aliquem qui ſit liber 1. modo, eſſe tamen poſſe ſeruum 2. modo, i. liberos lege ſeu libertate gentium poſſe eſſe ſeruos vitiorum, vt oſtendit illud D. Aug. de Ciuit. Dei, c. 3. a Pet. 2. *Bonus*, ait, *etiam ſi ſeruiat liber eſt, malus etiam ſi regnet ſeruus eſt, nec vnius hominis, ſed quod grauius eſt tot dominorum quot vitiorum*. Et vice verſa qui ſeruus eſt ſtatu 1. modo, dixerunt eſſe liberum 2. modo, etiam ſi ſeruus eſſet ſtigmaticus vt ait Philo Iud. his verbis, τοὺς ἐκ τεχνικῶν στιγμάτων ἐλευθερίαν ὁμολογῶν. Et Dio. Chriſoſt. orat. 14. Dixerunt deinceps illam libertatem 1. modo non eſſe meram libertatē reſpectu huius qua quis liber eſt à vitiis, quod præclarè reſpondit Perſius ei qui ſe vindicta liberum & manumiſſum dicebat, non eſſe id prætoris eam dare. quod etiam eleganter dixit Gregor. Nazianz. oratione in nobilem mala moratum, *In duas*, ait, *partes non natura, ſed Tyrannis homines ſecuit ac diſtinxit., mihi ſeruus eſt quiſquis turpiter ac flagitioſe viuit, mihi liber eſt quiſquis virtute vitaq; integritate præſtat*. Quod ſpectat autem ad ſeruitutem vel libertatem 3. modo ſumptam, de qua tatò loquuti ſunt ſcriptores, conſtat etiam eam conſiſtere poſſe cum aliis vel ſeruitutibus vel libertatibus 1. & 2. modo. ponamus enim aliquem naſci hebetem natura, is conſequenter erit ſeruus natura, hoc ſenſu: ſed ponamus eundem eſſe ciuem Romanum erit liber natura 1. modo, ponamus etiam nullis vitiis eſſe deditum, is etiam erit liber 2. modo, & è contrario, naſcatur aliquis præclaro ingenio, is erit liber natura; idem naſcatur ex ſeruo, vel fiat ſeruus, is erit ſeruus lege. Ratio eſt, quia iſtæ omnes ſeruitutes ſunt diſparatæ, & ideo vna aliam non impedit, nec libertas vna diſparatam ſeruitutem. Tantùm notandum eſt duas poſteriores maiorem habere affinitatem inter ſe. nam qui ſeruus eſt natura 3. modo. i. hebeti animo, videtur quodammodo eſſe ſeruus ſecundo modo, eſt enim ſeruus ignorantiæ ſuæ quæ eſt veluti peccatum, aut ſæpiſſime cauſa peccati. His igitur ita expoſitis non per coniecturas; ſed ex verbis & mente ipſius Ariſtotelis, nemini obſcurum eſt, locum Ariſtotelis male opponi noſtris Iuriſconſultis, etiam à Iuriſconſultis, cùm aliter apud eum natura ſerui ſumatur, & de diuerſo genere libertatis & ſeruitutis noſtri loquantur: quo pacto ſeruitus vnius generis cum libertate alterius ſpeciei rectè conſiſtere poteſt. namque vt rectè Ariſt. in libris de interpretatione cap. 6. non eſt contradictio enuntiationum niſi ſint eiuſdem de eadem, ſynonymè, non æquiuocè, τοῦ αὐτοῦ κατὰ τοῦ αὐτοῦ μὴ ὁμωνύμως; & tunc tantum ſint contrariæ, vt dicitur cap. 14. eiuſdem libri, εἰ τὰ μὲν ἐν τῇ φωνῇ ἀκολουθεῖ τοῖς ἐν τῇ διανοίᾳ, i. *Si quæ ſunt in voce conſequuntur ea quæ ſunt in dianoea*, vtrinque ſcilicet, quod non hic reperitur, & ideo non ſunt contrariæ.

Quæres 2. an ius gentium ſit ius conſtitutum. Reſpondetur partim eſſe conſtitutum, partim non; nam in his quæ vſu exigente ratio conſtituit, eſt ius conſtitutum, & ideo apud Boetium lib. 1. de Definitione, *Ius naturale* definitur *æquitas naturalis*; *ius verò gentium & ciuile æquitas conſtituta*. Et ſanè niſi ius illud gentium quod excipit à iure naturali eſſet conſtitutum per rationem communem, ius naturale maneret integrum & illibatum, vt patet in ſeruitute; In his verò quæ naturalis ratio ſolo lumine naturali intellectus dictat, non eſt neceſſe conſtitui ius iſtud, vt dicebamos ſup. ex Cicer. de religione erga Deum.

Quæres 3. An quædam alia ſint quæ ratio naturalis dictet hominibus. Reſpondetur multa eſſe alia, vt omne bonum eſſe agendum, & malum vitandum, & ideo Deum ſummè amandum, virtutes ſequendas; vitium fugiendum, quo ſenſu Tertul. dixit animam eſſe naturaliter Chriſtianam loco ſup. citato, i. fidelem, & cum dicitur in Pſalmis, *Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus*, ſignificatur ratione non vti eum qui non credit in Deum. Idcirco D. Baſilius Hom. in princ. Prouerb. ait, *Nos metipſos habere iudiciū quoddam naturale per quod ab iniquis bonum diſcernimus, & facimus agendorum optionem, rectaque rerum diſcrimina, & laudem virtuti, damnamus vitium*. Ponitque eius rei exemplum in inceſtu & pudicitia: quo ſenſu etiam Iſidor. Peluſ. lib. 1. Ep. 287. ita loquitor, ἔχει πάντα ἡ φύσις ἐν ἑαυτῇ, λαβοῦσα παρὰ τοῦ θεοῦ τὰ χαρίσματα, καὶ ἐν πάσαις αὐτῆς ταῖς αἰσθήσεσι βρύουσα τῶν χρηστῶν ἀπόλαυσιν, i. *Natura omnia in ſe habet, vt quæ beneficia & dona à Deo acceperit, ac profluentem in omnibus ſuis ſenſibus bonarum rerum delectum*. Et Ep. 69. vbi dixit, τὴν φύσιν πάντα ἔχουσαν ἐν ἑαυτῇ τὰ θεόθεν δεδωρημένα, i. *Naturam omnia habere quibus Deus concitantur, naturam ſcilicet humanam & rationalem*. Et ſimiliter D. Chryſoſtom. Hom. 12. ad popul. docet fornicationem lege hac naturali, id eſt ratione eſſe prohibitam, *Ab initio*, ait, *formans Deus hominem, legem ipſi naturalem impoſuit. & quid tandem eſt lex naturalis? Conſcientiam nobis expreſſit, & per ſe docibilem fecit notitiam bonorum, & eorum quæ talia non ſunt; non enim egemus diſcere quod ſit malum fornicatio, & bonum continentia, ſed ſcimus ab initio* Et confirmat, quia huiuſmodi præceptis legiſlator non poſuit rationem, vt non occides, quia malum eſt cædes, quaſi tanquam ſcientibus & intelligentibus loqueretur: at quando egit de alio mandato non nobis noto per conſcientiam facto, non tantum prohibuit, ſed & cauſam addidit. Qua ratione etiam Cic. lib. 3. Offic. dicebat in hunc modum, *Multo magis eſt ſecūdum naturam excelſitas animi, & magnitudo, itemque comitas, iuſtitia, liberalitas, quàm voluptas, quàm vita, quàm diuitiæ*. Secundò ad ius iſtud naturale hominum pertinet illud ſalutare monitum: *Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris*, Matthæi 7. & Lucæ 6. quod acceptum à Chriſtianis in ore habuit frequentiſſime Imperator Al. Seuerus, ex Æl. Lamprid. & multa ſunt ad quæ ius iſtud porrigi poteſt, vt cōſtat ex D. Aug. qui explicans locum hunc Pſal. 57. *Si verè vtique iuſtitiam loquimini, recta iudicate filij hominum*; ait, *quòd nullus eſt qui ſola natura duce non aſſerat nolle accedi ab altero ad vxorem ſuam, ſibi furtum fieri, & qui velit iniuriam pati, cui non diſpliceat panem ſibi negari eſurienti, peregrinum non ſuſcipi, dictareque rationem naturalem vt eadem aliis vel non faciamus mala, vel bona præſtemus*. Additque ſic natura comparatum eſſe vt ex abundantia quiſque cordis loquatur, bonus bona, malus mala; nec ſibi aliud dici velit, aliud ſentit; & ad hoc iuris iſtius præceptum etiam, referri debet illud Ciceronis 3. Offic. cùm ait

Vt ſibi quiſque malit quod ad vſum vitæ pertineat, quàm alteri acquiri conceſſum eſt non repugnante natura, illud natura non patitur vt aliorum ſpoliis noſtras facultates copias augeamus, neque vero hoc ſolum natura, id eſt iure gentium, ſed etiam legibus populorum quibus in ſingulis ciuitatibus reſpu'. continentur eodem modo conſtitutum eſt, vt non liceat ſui commodi cauſa nocere alteri.

Item ſub hoc præcepto iuris; continentur obligationes naturales quæ ſunt ad *ἀντίδωρα*, acquiſitio theſauri inuenti in loco ſuo. Inſtit. de diuiſione rerum. fructus intelligi deductis impenſis, lib. 36. D. de hered. petit. & ſic de aliis quæ paſſim in iure noſtro dicuntur fieri naturali ratione. Denique ad hoc præceptum iuris reducitur id quod volgo dicitur vt eam legem ferat quis quam fecit, & eadem pœna plectatur quam is inflexit: Εἴκε πάθοι τά κ' ἔρεξε δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο. Si quis quod fecit patiatur: ius erit æquum, & quod quiſque iuris in alterum ſtatuent D. quod quiſque iuris & vt non petat quis ab alio, id quod in ſe non eſſet admiſſurus lib. 78. § penult. D. de iure dot. In quam rem ſunt multa exempla apud authores quæ hîc prætereo. Tertiò, aliud axioma iſtius etiam iuris eſſe dicetur quo dicitur, nullum bonum irremuneratum, vel malum impunitum; inde rectefactum pediſſequam habet conſcientiam, peccatum verò pœnam, ex D. Auguſt. lib. de Continentia. Quod ius deſcendit ex prioribus huius iuris præceptis, quæ ſi aliquis attente voluerit conſiderare, videbit multas veterum ſententias poſſe ad aliquod iſtorum trium præceptorum iuriſgentium, ſeu naturalis æquitatis reduci, ita vt poſſimus dicere cum Iouenale Satyr. 14.

Nunquam aliud natura, aliud ſapientia dicit.

Et cum noſtris Iuriſconſultis, eam eſſe diuinam ſapientiam lib. etſi 28. §. ſi paterfamil. de iudic. à qua igitur fas erit conſilium accipere, & eam ſequi ducem in omnibus rebus, cùm ſola ea ornet vitam noſtram, & vitia quæ ſunt contra naturam deturpent.

DE IVRE CIVILI.

CAP. III.

IVs *ciuile dicitur hic, quod ex vnaquaque ciuitate ita appellatur*, vt Athenienſum, Lacedæmoniorum, Romanorum. ab Vlpiano verò in lib. 6. D. de Iuſt. & iure definitur hoc pacto, *Ius ciuile eſt quod neque in totum à naturali vel gentium recedit, nec per omnia ei ſeruit: itaque cum aliquid addimus vel detrahimus iuri communi, ius proprium, id eſt ciuile efficimus.* Ius ergo ciuile eſt ius proprium cuiuſque ciuitatis, vel vt ait Tull. 1. de legibus, Iura ciuilia *ſunt iuſſa & iura populorum, & leges quibus ciuitates regi debeant.* Et idcirco varium, quia locale eſt ſeu *τοπικὸν* vt vocat Theophilus, habet enim rationem loci, itidemque & temporis: oportet enim leges ciuiles eſſe *φιλανθρώπους κ' δημοτικὰς per humanas & populares*, vt ait Dionyſ. Halicarnaſſ. vnde & ciuiles dicuntur quod ciuibus & ciuitatibus accommodentur. ciuiles enim ſunt ij qui ſe humaniores aliis præſtant, hinc illud Taciti, *Ingens ciuile ingenium, mira comitas.* & Annal. 2. *Diſplicuere regnantibus ciuilia filiorum ingenia.* Et ita ſæpe ſumitur ciuilitas pro comitate, vel ciuiliter agere pro benigne apud Sueton. & alios auctores. Quapropter Paul. lib. penult. D. de Iuſt. & iure definit ius ciuile, *Quod omnibus aut pluribus in quaque ciuitate vtile eſt.* Et Harmenopul. lib. 1. id definit, *Quo vna aliqua ciuitas vtitur quod ſibi commodum ſit, quo ſi forte alibi quis vti velit, iacturam damnumque conciliabit.* & exemplo oſtendit Theophilus; nam ait quod negotiatores omnes frumentarij immunitatem vectigalium habeant, hæc lex optima Athenis eſt, quia Athenienſes frumento aduentitio vtuntur: Alexandriæ inutilis, quia abundat frumento. Probat & alio exemplo, quod ſcilicet Athenienſes, peregrinos exciperent, Lacedemonij vero reiicerent, vtrique propter rationem peculiarem, quarum legum mentio apud Tzetzem, Chiliad. 7. hiſt.

Τοῖς Ἀθηναίοις νόμος ἦν εἰς δέχεσθαι τοὺς ξένους
Ὅθεν κ' ὠνομάζοντο φιλόξενοι τοῖς πᾶσιν
Τοῖς Λάκωσι δὲ νόμος ἦν τοὺς ξένους ἀπελαύνειν
i. *Athenienſibus lex erat excipere hoſpites*
Vnde & nominabantur amatores hoſpitum; ab omnibus
Laconibus autem lex erat hoſpites abigere.

Et Ioſephus lib. 2. contra Apionem legem vocat *ξενηλασίας ἀπάνθρωπον*. Inſtituti enim Lacedemoniorum ratio fuit ex Plutarcho in Lycurgo, ne mores alienos diſcerent, & ſuos corrumperent. Ius ergo iſtud non natura, nec naturali, ſed peculiari ratione nititur pro temporum, locorum & perſonarum varietate, & inde mutabile, vbi alia ratio id dictat, vt recte D. Aug. Ep. 5. ad Marcellinum, *Non itaque*, ait, *verum eſt quod dicitur ſemel rectè factum nullatenus eſſe mutandum, mutata quippe temporis cauſa, quod recte antea factũ fuerit, ita mutari vera ratio plerumque flagitat*: quia vt addit D. Aug. *Vtrumque tunc erit rectum ſi erit pro temporum varietate diuerſum.* Et recte Ariſtoteles l. 5. Moralium, cap. 10. hanc varietatem iuris ciuilis diuerſorum populorum duplici ſimilitudine ita explicat, *Manus, ait, dextra, valentior eſt ſiniſtra natura, atque euenire poteſt vt aliquis ſiniſtra, perinde ac dextra vtantur: iam vero quæ iura ex conſenſu hominum & vtilitate nata ſunt, ea menſuris ſimilia ſunt, neque enim omnibus in locis ſunt æquales vini tritici que menſuræ, ſed apud eos qui emunt maiores, apud eos qui vendunt minores; itemque iura non naturalia ſed humana non ſunt omnibus in locis eadem.* Et cap. 14. comparat ius ciuile regulæ leſbiæ, quæ plombea eſt, & accommodatur rebus, flectiturque in earum formam, nec eadem manet. Hinc etiam eſt vt omnes ciuitates habeant iura diuerſa, vt recte Philo Iud. lib. 2. de vita Moſis. *In tota, ait, Græcia totaque Barbaria nulla ciuitas habet leges communes cum quepiam alia, imo vix inuenias vllam eiſdem ſemper vſam: Athenienſes Laconicas aſpernantur, Atticas Lacedemonij, inter Barbaras Ægiptij non vtuntur Sythorum legibus, nec Scythæ inſtitutis Ægiptiorum.* Quod vero in definitione Vlpiani dicitur, ius ciuile neque in totum à naturali vel gentium recedere, nec per omnia ei ſeruire, ſed aliquãdo aliquid addere, aliquãdo detrahere iuri communi, hæc omnia verba ſumme notãda ſunt, cùm etiam proſint ad intelligẽda alia iura, iis enim ſignificatur, iura ciuilia etiam ſi aliquando recedant à iure naturali vel gentium, vi-

deanturque eis eſſa aontraria, uihilominus non recedere iu totum, nec eſſe contraria in totum; & cum ius ciuile nitatur ratioue ciuili, poſita aliqua ratione quæ dictat aliquid vltra vel citra ius commune faciendum eſſe, id totum aſſe ius ciuile, & ſic uon extingui plane, & in totum ius naturale vel gentium à iura ciuili, ſed io ao aliquid addi, vel dettahi, & ideo ſicut rationes iuris ciuilis accedunt ad ius gentium, vel ab eo recedunt, ita & ius ciuile accedit vel recedit, vel etiam, quo magis ratio naturalis eluceet in ratione peculiari qua oititur ius ciuile, eu magis etiam iut ciuila naturale eſt & immortale, vtpote magis accedens ad ius gentium, B vel ius naturale, & ex eo diſerimen ponebar Philo Iudæus iuter ius ciuile Iudæorum, & ius ciuile aliarum gentium, quod ius ciuile Iudæorum eſſet veluti obſignatum naturæ ſignaculis, τὸ, ait, δὲ τούτου μόνου βέβαια ἀσάλευτα, ἀκράδαντα ὡσπερεὶ σφραγῖσι φύσεως αὐτῆς σεσημασμένα, i. *Sola noſtra lex firma, immobilis, inconcuſſa, tanquam obſignata natura ſignaculis.* Fieri enim poteſt vt ratio ciuilis & ratio naturalis interdum non ſeparentur, vt eum in § retinendæ. inf. de interdict. ciuilis & naturalis ratio facit vt alter poſſideat, alter petat. Item cum lib. vlt. D. de ſuperficieb. dicitur, *Ædium quæ in conducto ſolo ſunt, proprietatem & ciuili & naturali iure eius eſſe cuius eſt & ſolum.* C Quod enim iure gentium vna ratione coostirutum eſt, potuit alia ratione peculiari iure ciuili conſtitui, licet plerumque hæ duæ rationes naturalis & ciuilis ſeparentur, vt lib. 8. D. de Capite minutis, & alibi paſſim.

Exempla quibus hæc definitio Vlpiani poteſt declarari ſunt hæc. Primum ſumetur ex vſucapionibus quæ ſunt à iure ciuili introductæ, & ſuam rationem habeot peculiarem, *Ne rerum dominia diu & fere ſemper incerta eſſent*, l. 1. de vſurpat & vſuc. *Et ne homines negligentes eſſent in bonis ſuis conſeruandis*: Pugnant ramen contra D rationem naturalem, *qua nemo ex aliena iactura locupletari debet* lib. nam hoc natura. D. de condiction. indeb. & lib. iure naturæ. D. de reg. iur. Et ideo ius ciuile hoc caſu recedit a iure gentium, eique aliquid derrahit; dettahit inquam, nam oon extinguit totum ius naturæ, vel non in totum ab eo recedit, nec anim iure vſucapionum introducto, etiam præceptum illud generaliter introductum eſt vt ex aliena iactura quis locupletari poſſit, ſed tantum in hoc caſu: & ideo ius iſtud ciuila vſucapionum eſt veluti exceptio ab illa regula generali, & naturali; potius quam ius. quare à Iuſtiniano nouell. 10. vſucapio dicitur *improbum præſidium*, quo quis nimirum ſe defendit tanquam exceptione contra aliæ iura naturalia. Quare ius ciuila non immutat totum ius gentium & naturala in ſua latitudine, ſed exceptiones addit, quæ exceptiones etiam ratione communi & oaturali nituntur, & ſic quodammodo ius ciuile ſuum fundamentum accipit à iure gentium naturali, quatenus ratio naturalis dictat vt in quibuſdam caſibus attendatur ratio peculiaris circunſtantiarum contra rationem communem, eademque ratio naturalis ſuadet vtilitatem vnam alteri anteponi; & vt loquitur Tull. 1. de legib. ea res quæ propter vtilitatem conſtituitur, vtilitata alia

A conuellatur. Quo fit etiam vt ius prætorium etiam introductum ſit corrigendi iuris ciuilis gratia, propter publicam vtilitatem, adiuuandi; vt data bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas, herede ſcripto: corrigendi, puta datis exceptionibus quæ actionem ciuilem impugnant, & actionibus propoſitis quæ vſucapionem reſcinduot, & data bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas, poſthumis alienis, nec tamen ideo prætor intelligitur iuri ciuili contrarium inducere, in tantum vt eos poſſit ad hereditatem vocare quos ius ciuile prohibet admitti: nec enim prætoris factum iori derogare B oportet. lib. 1. D. de bon. Dicendum igitur eſt nullum eſſe ius ſiue naturala omnium animalium, ſiue gentium, ſiue ciuile, quod ita modum rebus imponat, quin ratio aliqua poſſit ſuadere vt quibuſdam caſibus, aliquid in eo immutandum, ſupplendum, vel delendum ſit, & vt uno verbo dicam excipiendum. vt enim ius omne æquum & bonum eſt, ita exceptiones quoque quæ vel iuri naturali, vel gentium vel ciuili adduntur, ſunt ex æquo & bono: quinimo æquitas ipſa à nullo iure abeſſe debet, quia nihil aliud eſt *quàm correctio & ſupplementum iuris legitimi*, vt recte Ariſt. lib. 5. de Morib. cap. 14 ἐπανόρθωμα νομίμου δικαίου, & oportet aliquando διὰ τῶν νόμων ἐπὶ τοὺς νόμους ἐλθεῖν, C i. *Per leges aduerſus leges venire*, vt dixit Syneſius; quia vt cauit alius.

Ipſi etiam leges cupiunt vt iure regantur.

Et rectiſſime reſpondit Valerius Tribunus plebis Catoni, pro mulieribus contra legem Oppiam apud Liuium. *Ego, ait, quemadmodum ex iis Legibus quæ non in tempus aliquod, ſed perpetuæ vtilitatis cauſa in æternum latæ ſunt, nullam abrogari debere fateor, niſi quam aut vſus coarguit, aut ſtatus aliquis Reip. inutilem fecit; ſic quas tempora aliqua deſiderarunt leges, mortales vt ita dicam & temporibus ipſis mutabiles* D *eſſe video, quæ in pace latæ ſunt, plerumque bellum abrogat quæ in bello pax, vt in nauis adminiſtratione, alia in ſecundis, alia in aduerſa tempeſtate vſui ſunt.* atque non ſecus quàm maris partes ſingulæ, alia Ægeum, Ionicum alia, alia Myrtoum, Cretæum alia dicitur, cum tamen vnicum ſit mare, eiuſdem generis, naturæ eiuſdem, partibus ſuis commiſtum. Eodem modo dico ius eſſe vnum, ſeu rationem vnam communem iuris, cuius partes alia naturala ius, alia gentium, alia ciuile dicatur: ex quo etiam infero, vt ſi ratio iuris gentium exceptionem aliquam indicat, à iure naturali, vel ratio iuris ciuilis exceptioni locum det à iure gentium, tunc ceſſent iura naturalia & gentium, vt ratio exceptionis vt pote potentior præualeat. In tantum vt quicquid ſine iure vllo fit, ſi rationem habet recte fiat, vt eleganter Seneca 2. controuerſ. *Quod iure fit verum eſt, & quod ſine iure quoque rationem habet recte fit.* Quia vt ait Philo Iud. libr. de Ioſeph. *Leges oppidatim receptæ nihil aliud ſunt quam appendices rationis rectæ nobis à natura inſitæ*, προσθῆκαι οἱ κατὰ πόλεις νόμοι τοῦ τῆς φύσεως ὀρθοῦ λόγου. Et lex & ratio idem ſunt apud Dionyſ. Chryſoſt. Orat 1. de regno, Νόμος ait, ἐστὶ αὐτὸς ὁ λόγος ὀρθὸς κέκληται. i. *Lex ipſa autem & recta ratio dicitur.* Et apud Ariſt. lib. 10. Moral. ad Nicom. cap. 10. lex dicitur λόγος ἀπό τινος

ἐξυπόνοια καὶ νῶ, i. *Ratio à prudentia & mente*; & idcirco exiſtimandum eſt, nullam legem eſſe vnquam latam, quam non ratio aliqua ferendam ſuaderet, etſi aliquando legis ratio oon appareat, aut etiam ratio in contrarium præfulgeat, quales ſunt aliquæ leges in iure noſtro, vt eſt lex proſpexit 12. D. qui & à quibus manumiſſ. In qua cum durum videretur, vt illi ſerui qui tempore commiſſi adulterij in villa vel in prouincia extra domum fuiſſent, à quæſtione adulterij non eximerentur; Reſponder Vlpianus, ita tamen ſcriptam legem eſſe, quaſi diceret non ſine ratiooe, licèt obſcura ſit, ita eſſe promnlgatum. Item lex liberum. de relig. & ſumpt. fun. faciend. in qua qui prohibitus eſt mortuum inferre in locum ſuum, actionem habet qua perſequitur quod intereſt, & tamen ea non datur in heredem vel heredi, quod mirom eſt vt ait dicta lex; nec ratio eius couſtat, cum potius deberet dari heredi, vt omnes aliæ actiones quæ ſunt in id quod intereſt. Rurſuſque lex ſciendum 20. D. de ædilitio edicto. Nam cum emptiones & conductiones, ſeu locationes ſint ſimiles, mirum cor ſi quando emi domum peſtilentem poſſum redhibere eam venditori, ex ædilitio, non poſſum redhibere ſi conduxi ædes peſtilentes; mirum inquam cur ædilitium edictum non pertinet ad locationes & conductiones, ignota enim eſt ratio huius iuris cuius ignoratio tantum facit vt id ſit mirum Vlpiano, non autem vt lex abrogetur.

Secundum exemplum ſumetur ex legibos & inſtitutis Lacedemoniorum, qui vſum furandi permiſerunt contra ius naturale gentiom, nam furtom oon eſt contra ius naturale merum, quo nullum erat furtum, ſed omnia erant communia. *Fecit enim* (vt dixi ſupra ex Clemente Alexandr. lib. 3. Stromat.) *vites Deus communiter omnibus qua neque paſſerem neque furem abnegant: & frumentum ſimiliter, & alios fructus; violata autem communio & æqualitas genuit furem pecorum & fructuum.* Lacedæmonij ergo hoc ius ciuile conſtituerunt contra rationem mori hac ratione ciuili, & veluti excipientes à iure naturali, vt nimirum hoc pacto omnes ciues aſſueſierent ad diligentem rerum ſuarum cuſtodiam, ne aliquid furto aliorum amittentes hanc ſocordiæ pœnam luerent, referente Plutarcho in Lycurgo & Clem. Alexandr. ſtromat. lib. 1. Addunt & aliam rationem quod fur noctu vigilet, inſidias locet, exploratores habeat, quæ omnia ſunt diſciplinæ militaris rudimenta: quam rationem tangunt Gellius lib. 11. cap. 18. & Xenophon etiam, & ideo qui furabantur apud eos, ſi deprehenderentur, quaſi in bello peccaſſent puniebantur. quod argumento eſt, non immutaſſe in totum aut abrogaſſe legem naturalem contra fures, nec putaſſe furari bonum eſſe, vt rectiſſime notat Xenophon, & ita exceptiſſe tantum ſois legibos ciuilibus hoc caſo, à lege gentium.

Tertium exemplum ducetur à legibus Iudæorum, nam quod Iudæi plures vxores ducerent contra ius gentium, exceptio fuit orta ex ratione probabili, ob varias mulierum purgationes quæ impedimento erat ne darent operam liberis, & vt caſtius matrimonium cuſtodirent, licet enim illa ratio leuis videretur, erat tamen ratio,

A quę tamen non potuit dare ſufficiens fundamentum huic legi contra ius gentium naturale, & ideo ortam ait Chriſtus, non ex ratione aliqua, ſed ex malitia Iudæorum. vnde lege Euangelica omnino reſtitum eſt ius naturale vetus. Rurſus legibus Iudæorom permiſſom fuit repudium, contra ius naturale, gentium & diuinum; propter rationem quidem aliquam probabilem, ſed non ſatis firmam, nec ſufficientem vt inde aliquod ius conſtitueretur contra aliod ius; non enim ratio rationem ſuperare debet, qood oon erat hoc caſu, & ideo Chriſtos dicebat id Moyſem permiſiſſe ad duritiam cordis, & id ab initio oon fuiſſe, quare præterquod vt oſtendimus

B dicta iura non erant ſatis firma contra ius naturale, adhuc etiam oſtendi poteſt introducta fuiſſe quaſi exceptiones à iure naturali, & non vt in totum ius naturale obliterarent. nam poteſtas repudij non erat data omnibus, erat enim ſublata ei viro qui puellam deſponſatam violaſſet, & ei qui vxorem infamaſſet quaſi non inueniſſet virginem, quam tenebatur nunquam dimittere Deuteron. 22. 19. Item diuortij caſus fingebatur caſus mortis Deuteron. cap. 14. marito enim qui dimiſiſſet vxorem, negabatur poteſtas iterum eam recipiendi, & denique hoc

C diuortium ſeu repudiom ſoli viro videtur conceſſum, non vxori, cum de eo ſit tantom mentio, quæ omnia argumento ſunt ius naturale nunquam illis legibus in totum extinctum fuiſſe, & ita poſſunt ex iure noſtro Theologi hæc omnia ſufficienter explicare & diſtinguere ſi velint; & à nobis per leges iuuari.

CONCLVSIO, IN QVA COMMVNIA HIS Iuribus aperiuntur.

D Ex dictis de iure natorali gentium & ciuili, ſequitor primo, hæc tria iura, iore & vinculo qnodam eſſe inter ſe connexa; Ius quidem naturale, & ius gentium, quia vtrumqoe naturale dicitur: ius vero gentium & ciuile, qoia vtrumque à ratione procedit, & hæc tria iura ſimol, quod vnum ſit veluti exceptio alterius in multis caſibos, & quod in aliis caſibus ſe mutuo confirment: itemque quod ius naturale cum ſit omnium animaliom, eſt conſequenter omnium gentium; & ius gentiom cum ſit omnium hominum, eſt etiam hominum cuiuſqoe ciuitatis, ſed non è contra ius gentium eſt omnino naturale, imo ſæpe contra naturam, vt patet in ſeruitutibus quæ ſont à iure gētium, quod

E in hac re à iure naturali recedit. Nec item ius ciuile eſt gentiom, nec enim ius ciuile in totum ſeruit iori gentium, imo contra, nam ius ciuile addit plerumque noua præcepta præceptis natoralibus, vt patet in rore vſu capionom quod contra ius naturale pugnat. Et hoc eſt quod non ignorabat Tullius dicens 3. Offic. *Maiores aliud ius gentium, aliud ius ciuile eſſe voluerunt; quod ciuile, non idem continuo gentium, quod autem gentium idem ciuile eſſe debet.*

Sequitur ſecundo, quod ſi originem ſpectes, triplex eſt ios, naturale, gentiom, & ciuile: quod ius tamen ad vnum ius reduxeris; vtpote quod naturalis ratio quodlibet ius induxerit, & ita non erit niſi vnum ius à Deo profectum, qui cùm

ſit ſumma ratio; rationem omnem iuris tam in beſtus quàm in hominibus generaliter & in particulari ingenerauit: quare poſſumus dicere cum Cicerone 1. de Legib. *Eſt vnum ius quo deuincta eſt ſocietas hominum, & quod lex conſtituit vna, qua lex eſt recta ratio imperandi atque prohibendi, quam qui ignorat, is eſt iniuſtus, ſiue eſt illa ſcripta vſpiam, ſiue nuſquam.* & cum Platone in Phileto *τὴν φύσιν κατὰ λόγον καὶ σὺν λόγῳ καὶ νῷ, τὰ πάντα διακοσμεῖν*, i. *Naturam iuxta rationem, & cum ratione ac mente omnia adornare.*

Quæres an hæc tria iura, quæ ad ius priuatum pertinent, poſſint etiam eſſe iuris publici, id eſt an ius publicum æquè diuidi poſſit in ius naturale, gentium, & ciuile, æquè ac priuatum. Reſpondetur Cuiacium, & Contium exiſtimare ius publicum non eſſe eodem modo tripertitum. A quibus quæro, quodnam eſſe poteſt ius illud publicum, ſi non eſt ius quod vel natura omnia animalia docuerit, vel ratio inter omnes homines conſtituerit, dictaueritque, vel ratio peculiaris in vnaquaque ciuitate; illa enim iura publica quæcumque ſint, vel à natura, vel ab hominibus conſtituta ſunt: nec eſt ratio vlla iuris ſiue ad ſtatum publicum rei Romanæ, ſiue priuatum pertineat, quæ non aliquo illorum trium iurium contineatur. Et certè non poteſt negare Cuiacius ius religionum pertinere ad ius Gentium, vt patet ex lib. 2. D. de iuſtitia & iure. quod tamen eſt iuris publici, quod ſacra, ſacerdotes, & magiſtratus complectitur. l. 1. D. de iuſtitia. Nec obſtat varium eſſe cultum, nam ſic religio quæ eſt ex ſe iuris gentium, poteſt in quibuſdam fieri iuris ciuilis, licèt origine ſit iuris gentiũ: quod etiam ſentire videtur Tullius lib. 4. de Finibus. Nec etiam negari poteſt ius magiſtratuum, quod publicum eſt, d. lib. 2. eſſe etiam iuris gentium. ex Theophilo §. prætorum. hoc tit. qui iudicium dicit eſſe commune omnibus ciuibus Romanis & peregrinis. Et Dionyſius Halicarn. lib. 5. & D. de orig. iuris. lib. 2. §. poſt aliquod deinde. Ratio enim dictauit iudicium dari reddique. Nec obſtat etiam aliu modo reddi iudicia, cùm in formulis iudicia poſſint eſſe iuris ciuilis. Turbare verò non debet quod priuatum tantum ius hic dicatur, tripertitum; non enim id dicitur ad differentiam iuris publici, ſed quia Iuriſconſultus in animo duntaxat habuit Ius priuatum proſequi, omiſſo iure publico. Quare quod Vlpianus ſic tantùm diuiſit ius priuatum; dicendum eſt id ita factum, quia aliter diuiſerat ius publicum, in ſacra, ſacerdotes, & magiſtratus; licèt diuiſio iuris priuati communis eſſe poſſit iuri publico, cùm ſatis ſit differre in eo quod ad publicam vtilitatem ſpectat; priuatum verò priuatorum, licèt non differant in ratione iuris ſaltem gẽtium vel ciuilis: nam de iure publico certius eſt non poſſe eſſe naturale, cùm commune non ſit belluis habere ſacra, religionem, & magiſtratus; Et ideò dicendum eſt 2. Iuriſconſultum hanc diuiſionem iuris priuati iuri publico non accommodaſſe, quòd omnes partes eius, putà ius naturale iuri publico non æquè conuenirent ac alia iura, vt gentium & ciuile, de quibus nulla eſſe debet dubitatio, quicquid dicat Cuiatius.

Quæres ſecundò, an rectè dicatur lib. 1. nomen Iuris deſcendere à Iuſtitia, vbi ius ſumitur pro arte boni & æqui. Reſpondetur rectè quidem id dici, ſed malè explicari; ibi enim dicitur nomen Iuris deſcendere à Iuſtitia, non per etymologiã vllam, ſed eo modo quo ver. gt. inſ. dicitur hinc deſcendit maris & fœminæ coniunctio, vel alio ſimili modo. Cùm enim ius ſeu iuris nomen ſignificet artem iuſtitiæ, & ars ſit poſterior ſuo obiecto, ſequitur artem vtpote poſteriorem iuſtitia ab ea deſcendere. Quod confirmatur ex Cic. 5. de Finib. qui artem dicit deſcendere à re cuius eſt ars. *Carneades*, ait, *negabat vllam eſſe artem quæ ipſa à ſe proficiſceretur, eſt enim perſpicuũ nullam artem in ſe verſari ſed eſſe aliud artem ipſam, aliud quod propoſitum ſit arti.* Et Quintil. lib. 2. c. 17. *Illud admonere ſatis eſt omnia quæ ars conſummauerit à natura initium duxiſſe.* & addit *Nam & vulnus deligauit aliquis antequam hæc ars eſſet.* & infrà *Omnes enim artes aiũt habere materiam.* & cap. 19. *nihil ars ſine materia, materia etiam ſine arte pretium eſt.* & Prudent. in Symmacho: *Quicquid poſterius ſucceſſores reperit vſus.* Quo pacto eleganter Virgil. dixit extundi artes ex rebus & vſu earum. 1. Georg.

Vt varias vſus meditando extunderet artes.

Nam quod aiunt dici ius ex iuſtitiæ fontibus emanere à Scipione apud Tullium 3. de Republ. ex D. Aug. lib. 15. de Ciuit. puto ibi ius non ſumi pro arte boni & æqui, ſed modo ſuprà dicto. Nec facit etiam ad rem quod adferunt pactum à pactione dici, donum à donatione, in l. ſenatus. D. de mort. cauſ. donat. quia donum nõ eſt ars donandi, nec pactum ars paſciendi, vt de lege, Ius eſt ars & boni & æqui.

His ergo ita expoſitis finio, & te moneo (lector) vt viuas conuenienter naturæ; quam ſi ſequaris honeſtè ſemper viues, cùm habeat natura omnia quibus rectè viuitur, & Deus conciliatur. Nam hoc eſt quod te docuit noſtra diſſertatio; à qua etiam diſcere potes, licèt omnem iuris ſubſtantiam in ratione poſuerimus, noluiſſe tamen aperire campum æquitatis, de quo Tullius pro Cecinna, iudicibus, cùm vulnere aliquo legũ, ita vt certam formam legum, liceat eis mutare & peruertere peruerſiſſimis earum interpretationibus, niſi euidens & manifeſta æquitas fuerit, vt eſt in l. penult. D. de in integ. reſtit. & l. et ſi nihil. D. de reg. iur. non tenuis aliqua & leniter blandiens æquitatis ratio, quam ſequi periculoſum eſt, vt dicitur in l. ſi ſeruum. §. ſequitur. D. de verb oblig. Nam diximus ſup. rationem & æquitatem corrigere iura, ſed addidimus rectam rationem; quinetiam oſtendimus non fuiſſe ſemper tutum à lege recedere propter rationem euidentem in contrarium, eo quòd plerumque legis ratio obſcura ſit, tutiuſque multò expectare donec illa prior lex per nouam legem abrogetur ab iis qui leges facere poſſunt. nam id expectauit Vlpia. in lib. proſpexit. D. qui & à quib. mann. qui cùm videret aliquid iniquè conſtitutum eſſe, & contra rationem in lege Iulia, ius tamen illud mutare auſus non eſt; quod poſteà Imperatores mutarunt, l. in adulterij 32. C. ad leg. Iul. de adulter.

FINIS.

ATHLETA CHRISTIANVS.

DOMINO D. REVERENDISS. ET AMPL'SS. D. PETRO DE FLEIRES Epiſcopo S. Pontij Thomeriarum, & Sacri Conſiſtorij Conſiliario.

INSCRIBIMVS libellos noſtros (Præſul Ampliſſime) ijs, quorum præclaram indolem ſæpe admirati, aut beneuolentiam ſingularem aliquando experti ſumus: vt ſit monumentum Genij virtutem animo colentis, & beneficia memoria recolentis: Quæ duo ſemper omni viro probo ſtudioſe ſeruanda, & cùm pretioſiſſima ſint, pretioſiſſimo animi humani opere donanda ſunt. Quare mihi & ſi parum erudito non minus ex ijſdem cauſis perſuaſum fuit, id conari, quod alij perficere conſueuerunt, ideoque tuo nomini conſecraui hunc libellum, qui Athletæ Chriſtiani titulo te reſpicit, tanquam Athletam in Eccleſia inſignem, vt ſit enim, quod omnis Epiſcopus Agonotheta eſt, tu qui certandi de laude ſumma, Summatibus viris exemplar exiſtis, & qui nihil amas, præter ea quæ vetant mori, ac tanto abundas virtutum prouentu, tantaque rerum peritia, vt non minùs rectè, ciuitatis tuæ clauum, quàm Eccleſ. claues adminiſtres. Tu, inquam, ante omnes Epiſc. inde, vel etiã, per duplex genus Athletarũ, qui ſub te ſolo certarunt, olim tibi nomen iſtud vindicaſti. Vnde merito Athleta tranſit ad Athlotetam ſuum. Quòd ſi in eo omnia ſunt extemporanea, non minus putabis ex impetu & ardore, ſtudium cultus erga te mei, ſed ſolam diligentiam aliquid perdere, cuius iacturam ego facile paſſus ſum, dum volui, factus Athleta tuus, vt agnoſceres, non amauiſce, nec amatorum tarda molimina hominem gratum, ſed ſibi reſpondere, his & cito gratum, ſicuti bis & cito beneficium & deſideraui vt hoc pignus acciperes, eius, qui eſt, & erit aliis in annis,

Præſul Ampliſſime,

Tuæ reuerentiæ deuinctiſſimus & deuotiſſimus I. ARTISIVS.

IOANNES TARISIVS PRIOR CESSENONENSIS IN Athletam Chriſtianum I. Artiſij Cadurcenſis.

NOn approbabis melius, librum, Lector, hunc,
His quam verſibus, atque modo tali, ſi approbes,
ITA QVOD MVLTORVM FVGIT SAT PRVDENTIAM,
VNIVS HOMINIS REPARIT SOLERTIA.

APPROBATIO.

NOs in ſacra Theologiæ facultate Doctores teſtificamur ſedulò ac ſerio perlegiſſe & accuratè recenſuiſſe *libellum hunc cui titulus*, Athleta Chriſtianus *Ioannis Artiſij Cadurcenſis*, vbi nihil occurrit nobis Orthodoxe fidei & Eccleſiæ Catholicæ Apoſtolicæ & Rom. non valde conſentaneum, quin etiam viſum eſt pietate refertiſſimum, & dignum quod typis commendetur. Datum Pariſiis 29. April. 1615.

A. SOTO.

ATHLETA CHRISTIANVS.

RATIO TOTIVS OPERIS.

CAPVT I.

Philoſtr. in Soph.

SIBILO Theatrali quondam exceptus eſt vetus hiſtrio, quod Cœlum dicens ad terram manum proiaciſſet, & terram pronunciaus, Cœlum digitis demonſtraſſet. Incipio trepidare, ne videar ego, Athlatam cùm dico Chriſtianum non poſſe dicere, & Chriſtianum cùm voco, Athletam non poſſe nominare, quia inſania Circus, & ſapientia, Chriſtus. Verumtamen quia in nullo hominum ſtudio, in nulla terreſtri Philoſophia, reperiri potuit vera ſapientia, agnoſcendum eſt, illic potiſſimum eſſe quærendam, vbi ſtultitiæ titulus apparebit. Quæ cauſa conſpirauit vt inſiſterem in illud propoſitum & affectum, quo oſtenderem vitam cuiuſque Chriſtiani quinquertionem eſſe.

Lactant. lib. 4. de vera ſap. ca. 8.

Chriſtum eſſe Athletam & Athlothetam.

CAP. II.

PRimus ſibi Athletæ gloriam in his myſticis agonibus Chriſtus vindicat, & meritò, quia is nobis inſtar eſt omnis præclari certatoris, pugilis, Athletæ, gladiatoris; Chriſtus enim omnia omnibus factus eſt. Cuius rei patrocinium inuenio apud Dionyſ. Areop. qui clarè id dicit verbis Athleticis lib. de Cœl. Hierar. cap. 2. vbi de Chriſto vſurpat hæc verba ἀθλοθεσίας κυρίῳ καὶ ὀργανώσει; & paulo poſt τοῦ ἀθλητοῦ ἀγώνων. Ad quæ verba non taceho Scholiaſtem Pachymerium in theoria eius myſterij apud quem Chriſtus dicitur ἀθλοθέτης, νομοθέτης, στεφοδότης, καλῶν καὶ ἀνδρείων στεφάνων. Apud D. Chriſoſt. etiam homil. 6. in cap. 2. epiſt. Paoli ad Coloſſ. vbi dicitur Chriſtus moriendo pugnaſſe cum morte ὡς ἀθλητὴς, &c. Terno apud Tertullian. lib. ad Martyres. Itaque (ait) epiſtates veſter Chriſtus Ieſus qui vos ſpiritu vnxit, & ad hoc ſcamma produxit, &c.

Atque inter figuras veteris teſtamenti Chriſtum repræſentantes vna eſt Athletica, nempe illa qua Dei Angelus cum Iacob luctatus eſt Gen. 32. Angelus enim ille qui & ἐπάλαισε fuit τῷ Ἰακὼβ vt dicit Clem. Alexand. l. 1. Pædag. c. 7.

A καὶ ὁ μυστικὸς ἐκεῖνος ἄγγελος Ἰησοῦς ἐπάλαιε, vt ibidem habet Clemens, cui ſuffragantur Theodoret. quæſt. 91. in Geneſ. & Caſſian. l. 7. de Incarnat. c. 9. & D. Chryſoſt. homil. 58. in Geneſ. Nec ab illis teſtimoniis vllomodo diſcrepat vita Chriſti, in quam rem ecce tibi pauca quæ obſeruo.

Athletæ propter ſaginationem & obeſitatem caro dicti, & de Chriſto dictum Verbum caro factum eſt.

Athletæ ſerui nullomodo erant, vt probo iuſta, ſed ſeruili tantum habitu & illiberali vitæ ratione, vt patet ex Dionyſ. Halicar. protrept. ad Athletas, & ex Galeno etiam protrept. ad artes. Sicut Chriſtus non ſeruus formam ſerui accepit.

Athletæ nudi certarunt ex Iul. Polluce Onomaſt. l. 3. c. 30. & Chriſtus nudus in cruce mortuus eſt.

B Athlothetæ purpura induti ſceptrum manu gerebant, vt apparet de purpura ex Lucian. in Dial. Anacharſ. & de ſceptro ex Plutarcho in Antonio. Quod inuenio in Chriſto quando illum in iudicio ſiſtebant.

De Athletis vt digito monſtraris dictum; Ecce, vti nos monet Halicarnaſ. libro citato, & Lucian. in Harmonide, vbi dicitur de illis δεικνύναι τῷ δακτύλῳ: & de Chriſto auditum, ecce homo ecce Agnus Dei. Quare vere Chriſtus Athleta eſt, & agonothera, imo & hiſtrio, & gladiator.

Hiſtrio quoniam ferebatur manibus ſuis vt de hiſtrionibus dici nemini obſcurum eſt.

C Gladiator vt colligo ex arenæ forma in qua certabatur: An non enim in illa audiebatur vox iſta peractum eſt? vt in cruce audita vox ſimilis, conſummatum eſt; An non etiam gladiatores aliquando manum mittebant in vulnus, vt patet ex Lamprid. Commodo; vti miſſæ manus à D. Thoma in latus Chriſti.

Cæterùm quemadmodum Athletæ aliqui etiam mortui in agone coronati ſunt, vt Arrichion ille Philoſtrati; ita Chriſtus moriendo maxime vicit & meruit: & quemadmodum non licebat Athletæ æmulum ſuum interficere, aut læthali vulnere afficere: ita nec Chriſtus voluit D. Petrum gladio vti in Malchum, & ipſemet

hoſtes ante conſpectum eius cadentes erigi per- A miſit, & eum morte quæ mori non poterat ne hoſtem ſuum interficeret pugnauit. Deoique ſicut Athleta occiſus non erat victus, nec occiſor etiam victor erat, vt patet ex Paoſan. Eliac. l. 2. exemplo Cleomedis, ita Chriſtus quod mortuus ſit, victus propterea non erit, Iudæi verò & dæmones, & peccatores quod interfecerint non erunt victores.

Chriſtianos omnes eſſe Athletas.

CAP. III.

HOc dixerat D. Hieron. lib. 8. in Ionin. Viro, ait, ſapienti & Philoſopho Chriſti tantam habere fortitudinem quæ Athletis & militibus neceſſaria eſt quam eum habuerit ad vitia prouocetur. & Ioann. Climach. grado 4. Nonc, ait, iam nobis ad Chriſti ac pietatis Athletas procedens ſermo deinceps occurrit. Colus dictitationes moltæ, 1. qoia in tales nos vnxit Chriſtus vt dicam poſtea. 2. quia vt in Arena cancelli erant, vnde in toto prioceps intueretur pugnantes, ita Chriſtus in Cantico Canticorum dicitur intueri per cancellos. 3. quia Athletæ toti oleum erant & puluis, vt homini dicitur, recordetur ſe eſſe puluerem ne putet eſſe pugnaodum ei ἀπονιτί. 4. qoia ſtultitia & inſania videbatur gentibus, eſſe Chriſtianum, vt & eſſe Athletam. nam ſicut Anacharſis dixit apud Diogenem Laert. ἀλειφομένους τοὺς ἀθλητὰς ἐμμαίνεσθαι ἀλλήλοις: & vocauit oleum μανίας φάρμακον, ita & D. Paol. epiſt. 1. ad Corinth. dixit nos ſtultos propter Chriſtum, hoc eſt propter vnctum.

Trinitatem vt quid Athleticum conſiderari, item Cœlum & terram.

CAP. IIII.

QVis auſus hoc dicere de Trinitate, in ea tres perſonas eſſe tanquam Agonothetas & Xyſtarchos? Doctiſſimus Tertullianus, quem audi ad Martyr. cap. 3. Bonum, ait, agonem ſubituri eſtis, in quo Agonothetes Deus viuus eſt, Xyſtarches Spiritus ſanctus corona æternitatis brauium, Angelicæ ſubſtantiæ politia in Cœlis, gloria in ſæcula ſæculorum. Itaque Epiſtates veſter Chriſtus Ieſus qui vos vnxit, & ad hoc ſcamma produxit. Idemque dixit gloriam cœleſtem eſſe quid Athleticum de Cor. milit. c. 15. D. autem Ephrem hunc mundum eſſe veluti arenam & ſtadium.

In 7. Sacramentis Eccleſiæ Chriſtianos apparere Athletas & primò in Baptiſmo & Confirmatione.

CAP. V.

DE Baptiſmo notiſſimum eſt ex D. Ambroſ. l. 1. de Sacram. c. 2. Venimus ad fontem, ait, vnctus es quaſi Athleta Chriſti, quaſi luctamen huius ſæculi luctaturus profeſſus es luctaminis tui certamina: & ex D. Chryſoſt. homil. 6. in cap. 2. epiſt. D. Pauli ad Coloſſ. Duæque ſont ad hanc rem notæ, vna qoia ſicut ſerui olli Athletæ, vt probamus infra, ita nec ſeruum licuit olim baptizare ex Clemen. lib. 8. Conſtit. Altera quia profeſſio quædam nominis fiebat ab Athletis, vt in baptiſmo, Can. 58. apud Gratian. & de Athletis præclare id dixit. Ariſtid. orat. 1. de Rhetor. ad Platonem ὥσπερ καὶ τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν οὐχ ἔστι παρελθεῖν τὸν ἀπογραψάμενον οὔτε ἀνάγκη τινὸς ἀλλ' ἐπειδὰν ἀπογράψηται τότε ἐπὶ τὰ μείζω ἄγεται δύναμιν ἢ τὸ σῶμα ἰσχὺν δίδωσιν. Quæ verba tu tibi debes B dicere Chriſtiane vt ſis bonus Athleta pro Chriſto.

De Confirmatione conſequenter apparet ex baptiſmo; nam vt dicit Proſper in D. Auguſtini ſententiis, Chryſma ſymbolum eſt nos eſſe luctatores contra diabolum. Sed andiendus Theophil. ad Autholic. l. 1. Quod tibi (ait) ludibrium debeo dum me Chriſtianum vocas, non magni facio, imo reſpondeo te neſcire quid dicas; nam vnctionis nomen bonum & ſuaue eſt, nec riſum meretur. quæ enim nauis bona & vſui eſſe poteſt niſi priùs vngatur? quæ turris aut domus elegans & vtilis eſſe poteſt niſi priùs vngatur? quis mortalium qui progreditur in hanc vitam?

C

In Euchariſtia & ordine nos Athletas videri.

CAP. VI.

IN Euchariſtia primum quia ea fit pane Azymo vt Athletæ etiam pane Azymo victitabant, vt ſcribit Horatij vetus Scholiaſtes in Arte poetica. Quæ nota certiſſima; cui tamen addo alias duas, nam ſicut edendi quædam neceſſitas impoſita erat Athletis de qua Heſychius in verbo ἀναγκοφαγεῖν, Longinus libro de ſublimi genere dicendi, Clemens Alexandrin. lib. 2. D Pædag. Philoſtrat. de vita Sophiſtar. l. 2. in Ruſo. Epictet. Apud Arrian. lib. 3. differt. Ariſtoteles lib. 9. Polit. qui ideo cap. 4. Cibum Athletarum vocat βίαιον τροφὴν καὶ ἀναγκοφαγίαν, quaſi diceret neceſſitatem edendi, & cibum neceſſarium: de qua re nos alias copioſe in Longinum diſſeruimus: Ita eadem neceſſitas in Euchariſtia vbi dicitur, Niſi manducaueritis carnem, &c. Secondò, ſicut robur neceſſarium erat Athletæ, ita cibus iſte dicitur δύναμις à Patribus vt audiui docentem illoſtriſſ. Cardinalem Petronium, veriſſimum in omni literatura Penthatlum.

In ordine vero multis oſtendo argumentis; E nam ſicut tondemur primo, ita etiam tonſi à fronte erant Athletæ, vt dicit Lucian. in Dialogis amatoriis, vbi Megilla dicitur tonſa in morem Athletæ.

Deinde quemadmodum dantur Epiſtolia Clericis, quibus mittuntur ad alios Epiſcopos non examinati tantùm ſed adhuc examinandi, nullo habito reſpectu ad prius examen, ita dabantur Athletis literæ quas offerrent in certamine, non legendas tamen ante certamen, vt dicit D. Chryſ. in Rhodica. ἀλλά, φησί, καθάπερ γὰρ φασὶ παρὰ τοῖς ἀθληταῖς λέγειν ἐν τῷ χειρὶ τοῦ ἀθλητοῦ πρὸ τοῦ ἀγωνίσασθαι ὁ ἀγωνιστής. Tertio ſacerdotium te-

quirit legitimis & certis ortum eſſe parentibus; A ſe coronam Martyrij receperunt. vt ſacrâ etiam Athletica, quod conſtat ex Themiſtio, apud quem hiſtoria eſt noluyſſe Eleos permittere Philamonem pugnare quin priùs certi eſſent de ſtirpe eius obſcura, & quin priùs Ariſtot. cum adoptaſſet τὸν γε φιλάμμωνα, ſit, ἐὰν μὴ ... πρὶν τῷ Ἀλφειῷ κονίσασθαι μὴ ξυμμαρτυρήσαντος Ἀριστοτέλους τῷ γένει ἢ ... .

Quarto, ſacerdotes ex liberis eſſe debent, non ex ſeruis, vt patet ex Can. Apoſtol. & Balſamo. Sicut etiam Athletæ ex Dionyſ. Halicarnaſſ. protrept. ad Athletas. Quod confirmat D. Chryſoſt. in homil. de natiuit. 7. Machab. Extranei, ait, agones & ætatis, & formæ & generis digni- B tatem requirunt, vnde & ſeruis, & mulieribus, & ſenibus ad eos aditus denegatur.

Quinto proclamabantur ſacerdotes vt Athletæ, & oſtendebantur in pompam populo. De Athletis enim id habet D. Chryſoſt. homil. 21. ad popu. Antioc. In illud, ait, theatrum tradi debentes non prius deſcendunt in certamina donec ipſos aſſumens præco ſub omnium oculos circumducat clamans & dicens, num quis hunc accuſat? & Heliodor. lib. 4. Æthiop. De Eccleſiaſtica proclamatione Dionyſ. Areop. c. 7. Hier. ex mente & interpretatione Maximi & Pachymerij, quos vide, Maximum in cap. 5. Pachymerium in cap. 7. De vtraque D. Chryſoſt. homil. 61. ad pop. Antioch, Dic mihi, ait, quæſo in olympiacis certaminibus nonne adſtat præco magnum clamans & altum, num aliquis hunc accuſat dicens? num fur eſt & ſeruus, num prauorum eſt morum? Cùm tamen illa certamina non animæ ſint, neque bonorum morum, ſed roboris & corporis: ſi igitur vbi corporum eſt exercitatio, multa fit voluntatis inquiſitio, multo magis vbi totum animæ decertat. Stat igitur apud nos & præco, non capite quemque tenens & producens, ſed omnes pariter interiori deti- D nens capite non apponit illis alios accuſatores, ſed ipſis ſemetipſos? non enim dicit num quid aliquis hunc accuſat, ſed quid? Si quis ſeipſum accuſat, cum enim dixerit Sancta ſanctis hoc dicit ſi quis non ſanctus non accedat.

In tribus alijs Sacramentis Matrimonio, Pœnitentia & Vnctione idem reperiri.

CAP. VII.

De Matrimonio quidem ſufficiet vulgus locus Chryſoſt. in Comment. in epiſt. 1. Pau- E li ad Timoth. c. 2. ſerm. 8. vbi dicit coronatos olim ſponſos in ſpecimen, quod vixiſſent caſti in domo paterna, & pro puritate fortiter certauiſſent: διὰ τοῦτο στέφανοι ταῖς κεφαλαῖς ἐπιτίθενται, σύμβολον τῆς νίκης, ὅτι ἀήττητοι γενόμενοι, οὕτω προσέρχονται τῇ εὐνῇ, ὅτι μὴ κατηγωνίσθησαν ὑπὸ τῆς ἡδονῆς. Sed adde locum Climaci grad. 5. quem citamus, cap. 19. circa finem.

De Pœnitentia ſufficiet alius locus eiuſdem Chryſoſt. ep. 6. in poſteriore parænesi ad Theodor. Monach. Sæpe videmus, ait, Athletas poſt frequentes lapſus & deiectiones plurimas coronatos, multi etiam qui negauerant prius Chriſtum, propter crudelitatem neceſſitatemque pœnarum ſimile rurſus certamen aggreſſi glorio-

De extrema Vnctione exemplum habemus in epiſtola B. Iacobi, & apud Dionyſ. Areop. Eccl. Hierarch. c. 7. & Pachymerium ibidem copioſiſſime ſecundum morem Athleticum.

Martyribus & Confeſſoribus deberi laudem Athletæ.

CAP. VIII.

Nempe id veriſſimum eſt de Martyrio: vt B infra dicemus, vnde Sybilla agonem Chriſti Athleticum fore prædixit ratione Martyrii. Quod non tantum Athleticum, ſed etiam gladiatorium ex martyrio fuiſſe oſtendo, nam ſicut ſtupuerunt aliquando populi ob numerum gladiatorum, quod nunc quingena paria pugnarent, nunc decem mille ex Dione. Ita vt coacti fuerint poſteriores Imperatores numerum cohibere ex Sueton. in Cæſa. & Tiber. Ita & ſtupuerunt ob multitudinem Martyrum: vnde Tiberius Conſulente eum Plinio, iuſſit non amplius in eos inquiri, vt patet ex Tertul. Apolog. C Veriſſimum etiam eſt in Confeſſoribus qui inter eos Athletas numerandi ſunt qui ſine puluere coronabantur, vt Heraclides apud Pauſan. l. 5. qui etiamſi victoriam non aſſequutus fuiſſet, cum tamen per eum non ſtetiſſet æmulis deficientibus, coronatus eſt: Quod etiam de Confeſſoribus illis vſurpo per quos non ſtetit quin morerentur pro Chriſto. Quare quemadmodum qui fugiebant in certamine pro victis habebantur non pro Athletis, vt de Sarapione Alexandrino ſcribit Pauſan. Ita qui in iuſta perſecutione fugerunt, plures non habiti viri Athletæ Chriſtiani.

D

Quod Monachi gloriam Athletæ merentur.

CAP. IX.

Iuſtinianus nouell. de Monach. §. cogitandum vero. vocat Monachos μετὰ χαρᾶς φιλοσοφίας ἀγωνιστάς. Maximos etiam Monachus Athleta dicitur à Ioan. Clim. gradu 4. Vnde factum vt ſicut dixerunt veteres dotes Athletarum vt Tertul. Scorpiac. ita & dotes Monaſteriorum & Monachorum ex Balſam. in cap. 17. Concil. 2. Nicæn. Et ſicut agonothetæ licebat mutare certamen Athletis, ita & Monachis permiſſa E mutatio Monaſterij, vt conſtat ex Can. Conſtantinop. Synodi 1. & Balſam. ibidem. Item ex Concil. Vernenſi in Gallia cap. 10. Denique inde factum vt tam Monachi quàm Athletæ dicti ſint Aſcetæ ex Suida, & D. Baſilio ſæpe, item ex D. Damaſc. lib. 4. de fide Orthod. c. 16. vbi aſcetæ dicuntur ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι καὶ ὄρεσι καὶ σπηλαίοις.

Quod pro defenſione ſacræ Sripturæ Athletæ ſumus.

CAP. X.

NAm ſicut in ſtadio erant certæ lineæ, ità & in Scriptura ſacta, ad quas fortiter pugnandum eſt Tertul. lib. 3. aduerſ. Marcion. His, ait, præluſerim quaſi de gradu primo adhuc, & quaſi de lōginquo, ſed & hinc iam ad certum & cominus dimicaturus, video aliquas etiam nunc lineas producendas ad quas erit dimicandum, ad Scripturas ſcilicet creatoris, & lib. 4 Puto, ait, me non temere huc vſque ad huc lineæ inſiſtere, B qua definio nuſquam omnino alium Deum à Chriſto reuelatum. Et iuxta eas etiam viuendum tanquam iuxta canones, dicebantur enim etiam lineæ ſcaoiátus canónes ex Panſan. lib. 2. vt huc poſſis trahere D. Paulum ad Philip. c. 3. verſ. 3. de Canone mentionem habente. Inſuperque te mecum hic obſeruare velim morem Athletcum in lineis illis certantium, qui ſolebat vt refert Ælian. in Var. hiſt. lib. 4 c. 15. Linea illa in orbem circumducta ſe includere ita vt victi nunquam dici poſſent donec inde eos extraxiſſet aduerſarius: Nam ſic fiet Chriſtiane nunquam victus eris quandiu te inuolues his ſacris C lineis, obiectum enim hæreticis exiiſſe ab his lineis, & bene; quoniam Euangelium dicitur ſtadium à D. Paulo epiſt. ad Philip. cap. 4. verſ. 3.

Orationem Chriſtianorum etiam Athleticam eſſe.

CAP. XI.

VIres Orationis noſtræ nemo eſt Chriſtianus qui neſciat, quas etiam in Athletis obſeruo, D apud Homer. Iliad. φ: vbi Euſtathius de Vlyſſe: νικῶ μὲν (ait) ὁ ἀξάμενος, μαίνεται δὲ τὸ σῶμα, ὁ μὴ οὕτω ποιήσας. Et apud Statium lib. 3. vbi Parthenopæus Arcas qui victus fuerat non vocatis iiſdem Diis, aduocatis vicit.

Auditum, manifeſta fides, vix campus euntem Sentit, & exilit planitis interuenit aer.

Ieiunia Chriſtianorum eſſe Athletica.

CAP. XII.

DIuus Baſil. homil. 1. de ieiunio ab Athletis ieiunium commendat, illudque optimorum Athletarum gymnaſium vocat. & Caſſian. dicit corpus ſuum debere eſſe ieiuniorum cæſtibus eliſum. & nunquam ſatis laudatus D Chryſoſt. ad pop. Antioch. homil. 3. qui ieiunia Quadrageſimæ Athleticis certaminibus comparauit, vt præterita hyeme, ait, & æſtate aparente ad certamina Athleta expoliatur, ſeque denudat: E ſic & nos ieiunio tanquam æſtate quadam ſpirituali apparente tanquam Athletæ ad certamina ſpoliamur. De quo etiam explico D. Paul. ad A Hebr. c. 11. vbi dicit ὄγκον Athletarum deponendum eſſe; obeſitatem enim poſſum vertere, vt dico notis meis in Longinum.

Quod omnis vir caſtus Athleta eſt. vbi & de Origene ſe caſtrante.

CAP. XIII.

NAm ſi neſcis Athletæ caſti, Chryſolog. ſerm. 129. In agone iſto terreno qui vincere volunt, abſtinent ab omni immunditia, ſub tanta caſtitate vt etiam propria coniugia non B requirant, nec aliter ſe vincere poſſe ſperent niſi corpus ſuum caſtum pudicumque ſeruauerint. & D. Ephrem Edyſſ. ſerm. de Virgin. & de luctamine ſpiritu. c. 2. Continentiam (ait) habeto vt Athleta pietatis perfectiſſimus demonſtreris. taceo enim D. Chryſo. ep. 7. ad Olymp. apud quem Ioſephus dicitur Athleta probatus quod vxori Pharaonis reſtiterit. Hinc fit vt mihi diſpliceat factum Origenis qui ſi caſtrauit vt libidinē ſuperaret, doloſus proculdubio Athleta, cùm caro aperte vincenda ſit, ſicuti fiebat in certaminibus, in quibus dolo vincere Athletis nunquam licuit, vt habet Euſtath. in Homer. Iliad. φ. οὐκ ἐξῆν ἐν τοῖς ἀγῶσι δόλῳ τεχνά- C ζεσθαι.

Quod omnis patiens & perſeuerans Athleta eſt.

CAP. XII.

MEmorantur Athletæ quidam, qui non feriendo, ſed patiendo vincebant, de quibus Seneca lib. 2. de Tranquill. qualis Melanchomas ille Themiſtij, & Dionis Chryſoſtomi apud illos, & apud nos Beatus pater Iob, quem D D. Chryſoſt. ad Olymp. epiſt. vocat patientiæ maximum certatorem, & Hieron Philoſophus (ſiue is alius eſt) apud Gregor. Nazian. orat. de Hierone, qui à tolerantia Hieronica celebrat. & apud Theodorum Studitam Catech. 11. vbi de tolerantia agit, fit mentio τῶν ἀθλητικῶν ἀγώνων. Et ratio iſtorum planè eſt Athletica. Nam ſicut Athletis dicitur, deſcendiſti (vt loquitur Senec. de prouid.) ad Olympia ſi nemo præterte, coronam habes, victoriam non habes. Chriſtiano etiam dicitur à Caſſiano Collat. 18. cap. 13. Non eſſet laudabilis fortitudo ſi vinceres intentatus. Cum vtique victoria locum habere non poſſit abſque aduerſitate & E hæc pro patientia, quæ nihil eſt niſi perſeuerante, vt συνεχῶς παλαίοντος παλαιστῇ, quemadmodum loquitur Plutarch. Apophth. Lacon. de qua etiam perſeuerantia Athletica vide Diogen. Laert. lib. 6. & de Chriſtiana innumeros patres.

Quod per virtutes contra vitia Athletæ & gladiatores ſumus.

CAP. XV.

AVdi de Athleta contra vitie Iſidor. Pelu-ſiot, ep. 144. & Tertullian. lib 4. de ſpe-ctac. qui dixit, inſolentiæ extre ſtadium ſtudere, immitericordiæ extre Amphitbeatrum. de quere & Chryſol. ſerm. 33. & 124. Audi & de gledia-tore contre vitia eundem Iſidor. ep. 4 lib. 1. vbi dicit contra vitia deſcendendum Chriſtieno tan-quam glediatori, in Arenam plenam θηρίων οὐκ αἰσθητῶν ἀλλὰ νοητῶν τῶν παθῶν Feras enim caueæ vocauit ipſa vitia, vt Theodoret etiam in Θεραπ. Τὴν, ait, ἐπιθυμίαν καὶ τὴν ὀργὴν καὶ τὴν ἀλαζονείαν τῶν ἄλλα τῆς ψυχῆς θηρία.

Ratio Athletica redditur de bonis operibus.

CAP. XVI.

QVemadmodum Agonotheta neminem po-tuit coronare, qui non certauiſſet, nec etiam Deus teſte D. Chryſoſtom. in Math. c. 20. Vt autem, ait, quod dicit, non eſt meum dare, ſed quibus paratum eſt, clarius fiat exem-plo, id expendamus, proponamus certaminum eſſe agonothetam ac multos eoſque optimos Athletas, in huiuſmodi egonem deſcendiſſe, tum duos quoſdam ingreſſos Athletas qui Agonot-hetæ ſingulari familieritate deuincti dicant ſec nos oramus corona donari voceque præconis declari victores, idque dicunt ſole eius beneuo-lentie freti, illum vero eis reſpondere, non eſt meum id dare, ſed quibus labore ſudoreque pe-retum eſt, nunc igitur ipſum quaſi id præſtare non valentem condemnabimus? Minimę qui-nimo & viri iuſtitiam ſuſcipiemus, & nullum eius perſonarum delectum maximis laudibus effere-mus. Vt igitur Agonothetam illum nequaquam impotentem diceremus, qui nequeat coronam ſic petentibus elargiri, ſed potius integerrimum prædiceremus, qui nolit agonis legem corrum-pere nec iuſtitiæ ſeriem intermrbare, ita & Chri-ſtum id diaiſſe aſſeueramus quo illos vndique compelleret, vt poſt Dei gratiam, omnem ſuæ ſelutis & claritudinis ſpem in rectis quæ ipſi præ-ſtiterint operibus collocent.

Ratio Athletica, cur homines redempti, non Angeli.

CAP XVII.

NOn eſt alia ratio quam hæc, quia homines decepti erant à dæmone, non Angeli, & qui dolo victi, victi non cenſebantur ex. Tul. 3. de Offic. imo coronabantur ſi dolo aut fraude victoria excuſſi eſſent, vt loquitur D. Ambroſ. Quod cùm in homine factum eſſet, conqueſtus eſt, vt Menelaus epud Homer. Iliad. ψ. aduerſus Antilochum: aut vt Salius apud Virgil. 5. Æneid.

Ratio Athletica, cur mereamur tantùm in hac vita.

CAP. XVIII.

SI vis rationem huius rei merè Athleticam in promptu ea eſt. Neque enim (ait D. Chry-ſoſt. ep. 7. ad Theodot.) aliquis Athletarum, poſteaquam egreſſus ſtadio fuerit, ſpectaculis ex more finitis luctamen aggredi poteſt. ſcimus autem vitam noſtram eſſe ſtadium ad certan-dum ſiue merendum.

Ratio Athletica cur multa manſiones in Cælo.

CAP. XIX.

AThleta pro ratione artis ſuæ, poterat pri-mas vel ſecundas conſequi, vt dixere Phil. Iud. l. 1. de Monar. καθάπερ (ait) ἐν ἄθλοις, δευτερεῖα μεταποιούμενοι, ἐπειδὴ τῶν πρώτων ἐσφάλησαν, & Ci-cer. in Oratore. Quod ſi quem aut natura ſua, aut ille præſtantis ingenij vis forte deficit, aut minus inſtructus erit magnarum artium diſcipli-nis, teneat tamen eum curſum quem poterit, prima enim ſequentem, honeſtum eſt in ſecun-dis tertiiſque conſiſtere. Chriſtianus etiam pro ratione fidei & meritorum primas habet in Cœ-lo, ſecundas, vel tertias, ſiue virgines ſpectes, ſiue coniuges, ſiue monachos ſiue ſæculares, ſi-ue Martyres, ſiue Confeſſores. Huc alludebat Climach. Grad. 2. dicens, nemo in cœleſtem talamum coronatus ingreditur, niſi qui pri-mam, & ſecundam, & tertiam abrenuntiatio-nem impleuerit.

Ratio Athletica cur tota lex Dei ſeruanda

CAP. XX.

SIue enim rationem fidei ſpectes, ſiue ratio-nem operum, tota lex Chriſtiano obſeruan-da eſt, vt ſit ei ſalus, cùm qui peccat in vno fa-ctus ſit omnium reus; Idem vero habes de Ath-letis apud D. Chryſoſt. in ep. 2. Pauli ad Ti-moth. cap. 2. verſ. 5. τί ἐστιν, ait, ἐὰν μὴ νομίμως οὐδ' ἐὰν εἰς τὸν ἀγῶνα εἰσέλθῃ, ἀριστεύῃ ποτέ, οὐδ' ἐὰν συμπλακῇ, ἀλλ' ἂν μὴ πάντα τὰ τῆς ἀθλήσεως νόμον φυλάττῃ μοι. &c. Et apud Theodorū Studitam Ca-thec. 1. Qui, ait, in ſtadio currit, nequaquam duobus tribuſue ſtatiis decurſis victor editur, ſed totis denique diaulis confectis.

Ratio gladiatoria cur ad crucem Chriſti moriamur.

CAP. XXI.

SIc gladiatores ad tumulum Domini ſui aut amici moriebantur vt de tumulo Bruti dicit Valer. Max de buſto lapidi rit. Liu. lib. 13. quod etiam dicit Seruius in Virgil. placuit (inquit) gladiatores ante ſepulchrum dimicere. Nec ma-le igitur nos ad ſepulchrum Chriſti tanquam fortiſſimi

fortiſſimi gladiatores pugnamus, & iuxta crucem eius morimur. A

Rationes Athletica & gladiatoria quod pueri fœmina & viri poſſint eſſe Athleta & gladiatores Chriſtiani.

Cap. XXII.

SI enim Chriſtiani omnes, & Athletæ ſunt, & gladiatores veri, quidni locus erit his omnibus perſonis apud nos ſicut apud illos? De fœminis enim Athleticis id habet Plutarch. in vita Licurgi. Et Pauſan. in Laconic. De pueris etiam in ſtadio pugnantibus Senec. lib. de breuit. vitæ vbi de ceromate puerorum, & alij. De fœminis etiam gladiatoriè pugnantibus Tacit. lib. 15. & B Statius in ſyluis Domitiani. De pueris item Xiphilinus & Statius citatus. Quamobrem non erit mirum, ſi infantes fœminaſque tot habeamus Martyres, cum comparandi ſint etiam in hoc, agones noſtri agonibus illis, vt copioſiſſime etiam hoc meo ſenſu dicit Caſſian. lib. 5. Monaſt. Inſtit. c. 12. loco valde nobiliſſimo, & D. Chryſol. ſerm. 153. vbi de Innocent. Confitentur, ait, tacentes, neſcientes, pugnant, vincunt inſcij, moriuntur inconſcij, ignari tollunt palmas, coronas rapiunt ignorantes.

Quod Athleta ſumus ratione coronæ & premij. C

CAP. XXIII.

NOs enim pro corona & præmio certamus vt Athletæ in quo quatuor mira concurrunt. Primum eſt patriam ipſam hoc eſt Cœlum per nos coronari, vt pulchrè habet D. Chryſoſt. homil. ad pop. Antioch. & ſicut, ait, præcones, Athletas vincentes in medio theatro pronunciantes ipſorum quoque ciuitates dicunt, ille de tali ciuitate: Ita & hic ipſorum dominum prædicauit, Sidrac, Miſac, & Abdenago, ſerui Dei altiſſimi exite, & venite huc, &c. Secundum eſt quod quemadmodum muri vrbium rupti ſunt Hieronicis victoribus, vt dicit Plutarch. lib. Sympoſ. Problem. 2. q. 5. ita & D Stephano Martyri & Athletæ Cœli rupti ſunt, vidit enim Cœlos apertos, vt dicit Scriptura. 3. eſt quod ibi coronabantur Athletæ vbi certabant, noſque cùm pugnemus in Cœlo, in eo debere coronari, teſte D. Chryſoſt. in ſerm. de inanis gloriæ cup. Certatores, ait, vbi fuerit pro ſe decertatum eodem probatum ſe iri malunt, ipſe vero cum in Cœlo depugnes, ſtudes in terra coronari? qua ſocordia quid poteſt eſſe deterius? 4. eſt quod præmia in medio ponebantur, & nobis etiam propoſita eſt merces, ſicuti habet. D. Chriſoſt. in ſerm. illo: Diligamus etiam perſequentes. Nam, ait, quemadmodum reges in E equorum curſu atque certamine, in ipſo agone coronas, veſtes, aliaque munera ante certantium oculos ponunt, ſic & Dominus in medio ſtadio præmia locauit.

Quod Epiſcopi noſtri ſint Athleta.

CAP. XXIIII.

DIxi ſupra de omnibus Sacerdotibus & adhuc infra dicam, hic tantum adnotabo, quod quemadmodum inter Athletas erat quædam nominis profeſſio, ita etiam olim Epiſcopi electi antequam conſecrarentur, fidei profeſſionem A faciebant, & ſubſignabant, vt patet ex Concil. Carthag. 4. c. 1. & Balſam. in cap. 19. Carthag. Græc. Concil. & Oxonienſi in Anglia c. 3. Adnotabo etiam, quod quemadmodum dies certaminis pronuntiabatur diuante per agonothetas, ita & per Epiſcopos dies Paſchatis qui dies coronæ agonis Chriſti, vt conſtat ex Syneſ. ep. 13. & epiſt. 8. & de Alexandrino Epiſcopo ex Leone P. ep. 64. ad Marchianum inde & reliquæ aliquæ epiſtolarum Paſchalium Theophili inter opera D. Hieronymi leguntur. Adnotabo denique, quod quemadmodum Athlotetæ iuſſerunt annos numerari ab olympiadibus, ita & noſtri Epiſcopi primi docuerunt eos numerare à morte D. Martini apud Gallos, & tandem à morte Chriſti. B Sed vt videat planius Epiſcopos eſſe & Athletas & Agonothetas audi Iſidorum Peluſiotam epiſt 265. lib. 3. ad Apollonium vbi dicuntur Epiſcopi ἀγωνιστὴ ἐ στρατιῶται.

Quod omnis Athleta preparabat ſe ad certamen ſicut & Chriſtianus.

CAP. XXV.

PRæparabant ſe & exercebant Athletæ priuſquàm pro præmio certarent, vt habet Enchiridion Epicteti, & Plato de legib. lib. 3. & Philoſtrat. in Apollon. lib. 5. & Pauſan. in Eliaeis. Pro qua præexercitatione iuratum ab illis. C Itemque Chriſtiani præparatione triginta dierum indigebant ante baptiſmum ex D. Chryſoſt. in homil. ad baptiſandos. Nam, ait, in palæſtra, Athletis ſemper ceſſante periculo exercitatio eſt, & lapſus veniam facile promerentur, nam ſuis certatur, & magiſtrorum corporibus meditantur, ſed quando agonis dies, quando certaminis tempus aduenerit, quando ſtadium patet, quando omnes ad ſpectaculum fuerint congregati, quando Agonotheta præſidet, quando monſtratur corona virtutis, tunc neceſſe eſt, aut lapſum pudore infamatum pœnas dedecoris ſuæ negligentiæ ſuſtinere, aut ſolertiæ palmam auferre vincentem: ita & vobis horum dierum triginta ſpatium exercitatio & meditatio eſt, ſed ex hinc D diſcamus euincere, & aduerſarium dæmonem ſuperare properemus Ante Martyrium etiam vt dicit D. Cyprian. de exort. Martyr. his verbis. Neque, ait, qui agonoſticam coronam quærit adipiſci, in ſtadio coronabitur, niſi vſum & peritiam virium ante meditetur. Tertio ante Euchariſtiam, vt ſonant illa verba Pauli, Probet autem ſeipſum homo.

Quod ſicut ſunt quidam perfecti Athleta, ita & perfecti Chriſtiani.

Cap. XXVI. E

ORdiamur à perfectis Athletis quos reperio apud Galen. lib. ad Traſybul. & lib. 3. ὑγιειν. Et perfecti Athletæ erant vel qui diem integram pugnaſſent, vt dicitur ibidem; vel qui omnia genera certaminum peruaſiſſent, vt videtur voluiſſe dicere Plato lib. 7. de legib. Idoq; legimus apud Philonem lib. 1. περὶ ἀμοιβῶν. τελειωτέ τελείοις ἀθλοφόρα præmium enim perfectorum ſignificare eſſe perfectius.

Inuenio etiam perfectos Chriſtianos apud D. Iacobum ep. Cathol. c. 1. verſ. 4. qui perfecti ſunt Athletæ multis modis.

I. Ratione præmij & gloriæ Cœleſtis, inde Oecumenius ad hæc verba D. Pauli ἵνα μὴ χωρὶς

ἡμῶν πληρωθῶσι dicit ſignificari coronã, οὐκ εἶπε, ait, ϛεφανωθῶσι, ἀλλ' ὃ μείζονα ἔμφασιν ἔχει, πληρωθῶσι φησὶ, τουτέϛι τὸ μέτρον τῶν ἀγαθῶν.

II. Martyrio & ſupplicio conſummato, ideoq; Gregor. Nazian. Machabeos vocat πληρωθέντας. Et apud Euſeb. in Eccl. hiſt. lib. 8. dicuntur τέλειοι χειρὶ μάρτυρες. Et lib. 5. cap. 2. dicit Confeſſores noluiſſe dici Martyres quin prius eſſent τέλειοι, hoc eſt mortui.

III. Quando quis Chriſtiane moritur rite perceptis omnibus Sacramẽtis, namque talem mortem τὴν ἐν Χριστῷ τελείωσιν vocat; Dionyſ. Areop. de Eccl. Hierar. cap. 7.

IV. Vitæ ſingulari ſanctitate ita Pachimerius in cap. 3. Dionyſ. Areop. de Eccl. Hierar. αἱ θεῖαι inquit, αἱ δὲ ἱεραὶ τελειοῦνται ἐν ὁσιότητι.

V. Quando quis fidelis moritur in monachatu & religione, ita enim D. Chryſoſt. Homil. 59. ad pop. Antioch. loquens de morte Monachorum. Si nunciatũ, ait, fuerit, quod ille mortuus eſt, multũ vbique lætitiæ, voluptatis multũ, quin vero nec vllus audet dicere ὅτι ὁ δεῖνα τετελεύτηκεν, ἀλλ' ὁ δεῖνα τετελείωται ille mortuus eſt, ſed ille cõſummatus & perfectus eſt. ita etiam prat. ſpiritualec. 105. In vita S. Chriſtophori Rom. Venit mihi, inquit, vox dicens Chriſtophore, redi in cœnobium tuum vbi etiam bene certaſti, vt illic conſummeris & perficiaris cum patribus tuis.

Diuerſitas oſtenſa inter priſcos Athletas & Chriſtianos.

Cap. XXVII.

EXiſtimauimus adhuc obſeruatione dignas diuerſitates, quæ ſunt inter hæc duo genera Athletarum. Quare 1. iſta ſit, quod in agonibus gentium diſtinctæ perſonæ, aliuſque Athleta, alius præco, in Chriſtianis vero agonibus, qui præco idem eſſe debet agoniſta Iſidor. Pelusior. l. 3. ep. 265. ἐπὶ μὲν τῶν ἔξωθεν ἀγώνων, ἄλλος μὲν ὁ ἀγωνιστὴς, καὶ ἄλλος ὁ κῆρυξ ὁ τοὺς νικῶντας ἀνακηρύττων, ἐπὶ δὲ τῶν θείων, τοὺς στρατηγοὺς χρὴ ἰσχυρῶς τοῖς κηρυττομένοις, Quare ſtatim Epiſcopos hortatur, tanquam Agonothetas, vt non tantùm ipſi prædicent aliis, ſed vt certent quoque.

Eſt & alia quædam differitas, in proclamatione vtrorumque, de qua ſic D. Chryſoſt. Homil. 21 ad pop. Antioch. In illud, ait, Theatrum tradi debentes, non prius deſcendunt in certamina, donec eos aſſumens præco, ſub omnium oculis, circumdat, clamans & dicens, num quis hunc accuſat? & quidem illic non animæ, ſed corporis pugnæ ſunt; quare igitur generoſitatis rationes requiris, hic vero nihil tale, ſed totum contrarium, cum non in manuum collationibus ſint nobis certamina, ſed in animi diſciplina, & in mentis virtute, contrarium Agonotheta noſter facit, non ipſum aſſumens circunducit, & dicit, num quis hunc accuſat, ſed clamat licet omnes homines, licet dæmones cum diabolo conſtituti, ipſum accuſent de Turpiſſimis & occultis criminibus, non reijcio, nec abominor, ſed ab accuſatoribus ipſum liberans, & ab iniquitate abſoluens, ſic ad certamina duco. Nec immerito, illic enim Agonotheta nihil certantibus confert ad victoriam, ſed medius conſtitutus eſt, hic autem Agonotheta, pietatis propugnatoribus commilito ſit, & auxiliator, cum ipſis contra diabolum pugnam attingens.

Tertium diſcrimen eſt in eo, quod apud illos, qui feriunt & verberant, apud nos qui verberantur meliores Athletæ ſunt, Ita Iſidor. Peluſior. ep. 169. lib. 3. τὸ κρεῖττον, ait, τοῦ κακῶς ποιεῖν ἀνταγωνιστοῦ δοκιμασθὲν, διὰ τοι τοῦτο ἐν τοῖς ἐκείνων πάλαισμασιν Ὀλυμπικοῖς ὁ νικῶν οὕτω στεφανοῦται οἱ ἀγωνιζόμενοι, ἀλλ' εἰ ἐν τῷ σταδίῳ τοῦ χριστοῦ, ὁ ἀντίος ὑπὸ τοῦ παίσαντος ἱμάσι τοῖς πλαττόμενος γὰρ ὁ τὰς πληγὰς τὸν στέφανον ἀναδήσεται, quod repetit etiam epiſt. 126. ad Ammon lib 3. quod didicerat a præceptore ſuo Chryſoſtom. in ſerm. vt maledicamus benedicent.

Quartum eſt quod ab Agonothetis priſcis nulla gratia expectabatur in corona, ſed iuſtitia tantùm ſumma. At non ita apud nos qui Chriſti Agonothetæ noſtri gratia plus meremur, quã noſtris recte factis; ita D. Chryſoſt. homil. 42. Sane, ait, in Olympicis certaminibus, neutiquam quis tale inueniet, ſed ſubſiſtit alipta, ſitque ſpectator tantum, vt cæteri, neque in illare poteſt adiuuare, ſed expectat vt fiat victoria: dominus autem noſter, non ſic, ſed ſimul nobiſcum certat & manum porrigit, & ſimul iuuat, & quaſi vndequaque aduerſarium noſtrum nobis tradit & omnia facit ſatagens, vt in certamine durenus, & vincamus, quo nobis immarceſſibilem imponat coronam. B

Quintum diſcrimen habetur etiam apud D. Chryſoſt. Ethico ſerm. 22. in cap. 6. ep. B. Pauli ad Epheſios: quem vide.

Sextum vero diſcrimen ſit in præmio, nam noſtri Athletæ non certant de folio, aut flute, aut lebete, vt cum Homero loquar, ſed de præmio Cœleſti, quod adnotat etiam D. Chryſoſt. ſerm. de manſuet. Abſurdum eſt, ait, in gymnicis agonibus & puluerſibus, quod Athletæ verbera & vulnera ferunt propter vanam gloriam, coronam nullius momenti ſpectantes; nos autem coronandi à Chriſto, non imperamus iræ, non omnia fortiter toleramus. & orat. 2. contra Iudæos, non nobis de rebus vulgaribus certamen eſt, abſurdum enim fuerit, alios in certaminibus Olympicis, quotidie a medio noctis vſque ad meridiem perdurare, expectantes, vt videant cui decreta ſit corona, nudoque capite excipere Solis radios, nec prius abſcedere quam de certamine fuerit pronunciatum; nos vero nunc cum certamen ſit, non de tali corona, ſed de corona immortali defatigari ac tædio affici. C

Exhortatio ad robur Athleticum

Cap XXVIII.

VIrtutem dicebant Stoici μηδενὸς προσδεῖσθαι, ὅτι μὴ Σωκρατικῆς ἰσχύος. Profeſſionem ego Chriſtianam egere aio Athletico robore, quare in baptiſmo quando vnguntur dicitur nobis à Chriſto vt ſimus Athletæ fortes, vt dicit D Cyril. in cap. 26. Eſayæ, quemadmodum Agonotheta vngens Athletas, hortabatur eos, ne quid indecorè agerent ex Philoſtr. l. 5. de vita Apollon. Nec impedit nos eſſe ſeruos, adoptione enim Chriſti facti ſumus liberi, quod ſufficit ad pugnandum, vt apparet exemplo Philamonis apud Themiſtium ſupra citato, quem Ariſtoteles adoptauit vt poſſet certare. Et nos maxime iuuat cibus quo alimur, nempe Chriſti caro quæ & ἀσφαλὴς τροφὴ καὶ δύναμις vt loquuntur Patres, confert mirabiliter, in quo ſane nobis vindicamus nomen Athletæ præ Iudæis aut Græcis qui omnes, vt priſci & rudes adhuc Athletæ, lacte, caſeo recenti, & caricis victitabant, vt dicit Clemens Alexandr. ex D. Paulo, & nos vt perfectiores Athletæ carne Chriſti ſaginamur. Pugnabis autem & eris Athleta contra teipſum caſtigans corpus tuum ἵνα μὴ ὥσπερ ἀθλοῦντος ἄλλον καὶ τὴν ἑαυτοῦ ἰσχὺν ἐξείρξῃ. Caſtigans inquam vt D. Paul. cuius verba Athleticã habene interpretati, nem apud Oecumenium, & gladiatoriam apud D. Baſil. lib de Virgin. Explicantem Paul ep. ad Corinth. D Quod enim dixit Caſtigo Corpus meum, ait, non directè dicit Paul. Caſtigo vitia carnis, ſed indirecte, & ita dæmonem confœderatum cum ſenſu noſtro, qui in luto carnis delitescit, & tantare ſolet peto, & illi plagas infero. Imaginem mihi habent iſtorum verborum, quæ gladiator vſurpabat, Non te peto, piſcem peto. Quæ verba etiam erant indirecta. Caſtigabis autem maxime corpus tuum virtutibus antedictis, temperantia, caſtitate, martyrio, & religione monaſtica, vbi viribus magnis opus eſt, maxime in ſugillationibus tollerandis; te enim monebo, Chriſtianorum rem Athleticam non minus videri dementiam quam paganorum, & monebo ſapientem vnum eſſe qui ſit. E

Stulta Dei ſapiens.

Et hæc pauca ſufficiant de Agone Chriſtiano, breuiter à nobis obſeruata in laudem & gloriã Chriſti Agonothetæ noſtri. qui omnem quinquertionem implens, ſolus ſimul ſuit perfectus Athleta.

FINIS.

IOAN. DARTIS ANTECESSORIS ET PROFESSORIS REGII.

DE RECTA DISCENDI ET DOCENDI RATIONE.

PRÆFATIO.

QVOD in noſtri corporis membris quotidie videmus, vt quædam in eo membra gemina ſint, dextrum vnum & alterum ſiniſtrum, quæ tamen eodem nomine nuncupentur; idem etiam reperitur in ſtudiis, artibus & ingeniis noſtris, & denique in multis rebus, quas admirabilis natura producit; Sunt enim ſtudiorum noſtrorum amores duplices, vnus amor turpis & flagitioſus, qui facem iacit à læua, alter honeſtus & religioſus, qui emergit à dextera, & dux nobis eſt ad rationem omnem honeſtatis amplectendam, ſunt aduocati, & ſunt tabulæ, ſunt ſiticines, & ſunt choraulæ: & in rerum natura, eſt aurum purum, eſt aurichalcum, eſt ficus & eſt caprificus, eſt pſeudonardus ſeu ſpica nardi, & nardus vera ſeu piſtica, ſunt ψευδοχρυσόλιθοι vitreis ſimiles, & velut croco refulgentes, ſunt & veri χρυσόλιθοι, Capniæ dicti qui ab igne colorantur. Quæ res enim multos decipere poſſit, ſemper curæ fuit Magiſtratibus vt io illis error pernicioſus coargueretur, & vt aurum, & purpura, & lapilli falſi à veris & legitimis ſepararentur; Nam ſi quis ſubæratum aurum, aut ementiti floris, nec veri luminis purpuram, aut lapillum callide ſimulatum in forum portaret, illicò ſuccenſebant, ad faces & ſecures lictorum ſuorum recurrebant, nec illud ferendum exiſtimabant, ipſique Ædiles faſtidioſi ſi quæ improbæ eſſent merces, iactabant omnes. At vero turpe eſſet, *Si*, vt loquitur Plautus in Querullo, *ad ſcriptulos, in auro pendus & litteratura quereretur pluſquam in homine*: Longe enim grauius periculū eſt in diſciplinis quā in aliis rebus cōparandis; Et enim vt oſtendit Plato in Pitag. qui à caupone, aut mercatore vel eſculēta enim vel poculenta, vel alias res maximi pretij, poteſt antequā illis vtatur eas in vaſculis aliis deferre, ibique depoſitas diligenter examinare, & conuocato aliquo iſtarum rerum perito, de rei bonitate aut veritate in- A quirere, diſciplinas autem non licet in alio vaſe transferre, ſed neceſſe eſt ab initio, vt qui eas comparauit animo capiat, & dato pretio habeat intra ſe ferens, vel iam inquinatus ab illis vel ad meliora prouectus: Et deinde quæ in doctrinis admittitur falſitas, maius in ſe crimen habet quoad plures ſe extendit, & non vnum tantum vt fit in contractibus, ſed plures decipit, quare ſi quis in illis, id quod ex humanis bonis longe diuiniſſimum eſt adulterauerit, ac cauponauerit, is ne ad exitium plures præcipitet incautos exemplo ſiſtendus eſt.

Et de illis erit hæc Præfatio, in qua eius rei bene explorandæ quatuor principia pone- B mus. Primum enim cenſeo cognoſcendum eſſe quid quiſque doceat, deinde quos ſequatur ſuæ doctrinæ authores, tum quos diſcipulos habeat, & denique quo modo doceat; Ex his enim potiſsimum omnis ſcientia cognoſcitur, & diiudicatur. Nam quemadmodum aurum ſanè excellens, deterius aurum probat, non ferrum, & argentum explorat argentum, non plumbum, ita ſoli periti poſſunt cognoſcere imperitos; & vt loquitur Themiſtius orat. t. *σοφία δὲ κρίνεται ἐπὶ σοφίᾳ*, i. *ſapientia per ſapientiam diiudicatur*.

Videndum ergo eſt imprimis quid magiſtri do- C ceant, nam ſcientia in actu ſimulari non poteſt, & ſi quid ſplendidè mendaces & pſeudoli promittunt, quod præſtare non poſſint in ipſo actu cedunt, & ludum impudentiæ cludere coguntur; Atqui enim ſi quis penitus inſpicere velit, præſtigiis quibuſdam vtentes veri nihil habent, & vt Aelius Meliſſus apud Agellium *maiore in litteris iactantia & oſtentatione quam opera*, totam vtique ſapientiam, in ſupercilio collocatam habent *σοφίαν ἐπὶ τῶν ὀφρύων ἔχειν*, & omnia facilia, atq; expedita linguę volubilitate promittunt, ſed illi tādem Hirundines imitantur, quæ in hominū velut amicitiā cum voce & clamore ſe cōferunt, ſilētio vero demigrāt. Alii qui pauca didiſcerūt &

pauca ſciunt, Penelopes ſimiles, eandem telam A ſemper texunt atque retexunt: Alij id quod præ manibus eſt non intelligentes, per deuia quædam diſtrahuntur, & tranſuolant, *in medio poſita & fugientia captant*: Alij denique ſententias à diſertiſſimis viris factas, pro ſuis dicunt, & velut Autbolici furta ſua vbiq; circumferunt, & ſacerrimus ſcientias quia præſtare non poſſunt, violare non deſinunt.

Inſpiciendum deinde, qui fuerint magiſtrorum magiſtri, ſicut enim canum, equorum, olearum & vinearum colonias, ad matrices ciuitates ſolemus reducere. & ſcimus quæ aurum pariat terra nobilis, cuius ſoli nutrita ſinibus metalla B plus rutilent, ſcimus quę conchæ ſuperbas pretio gemmas includant, & vnde veniat lapis impetus ingenium collaturus; ſic ſcimus vnde veniant artes, Philoſophia, Iuriſprudentia, Medicina, à quo velut lampades in decurſu nobis traditæ ſint; Nam Philoſophorum radix Ariſtotelea, Iuriſprudentiæ formator Iuſtinianus. & Medicinæ Authores Hippocrates & Galenus, & ab ipſis veniunt, quæ diſcere, loqui, & docere debemus: Quærendum ergo an magiſtri ſuam ſcientiam tanquam hæreditatem aliquam maiorum ſuorū poſſideant, laudamus enim amnium fluenta, ſi puritatem ſuorum fontium ſeruauerint, laudamus plantas, ſi ſemina primigenia retinuerint, & magiſtros quoque ſi Authorum ſuorum leges & præcepta ſatuauerint, quare in eo Maximus Tyrius valde gloriabatur, quod eius Philoſophia profecta eſſet ex Academia Platonis, & quod Plato eam à Muſis didiciſſet & Themiſtius ſe efferebat quod in explicando Ariſtotele, quem ſequebatur, ſemper occupatus eſſet, & quod eius diſcipuli Ariſtotelem intelligerent: Idèmque obſeruat, tunc cœpiſſe artes deficere, & deus illatum velut veterum nummorum pretium & æſtimationem poſterioribus temporibus intercidiſſe, cum diſciſſa illa ſucceſſione, & traditione, aliam viam Protagoras, & Prodicus Ceus, & Gorgias Leontinus ſibi ſumere cœperunt, & Ariſtoteles in libro de Poëtica conqueritur Meliſſum & Parmenidem principia Philoſophiæ in D aliud, & aliud genus mutaſſe.

Inquirendum eſt etiam in diſcipulos ipſorum magiſtrorum, nam vt ait S. Cyrillus, *ἐπαίνου δ' ἄξιοι παντὸς καὶ οἱ* [illegible] *ἐν μαθηταῖς, i. omni laude digni ſunt qui in diſcipulis cenſentur:* & genus eſt ſingulare laudis diſcipuli eruditio; & vt dicebat Bernard. Papi & Alciatus, honor eſt magiſtri bonos habere ſcholares, & Achillis lingua Chiron innotuit, atque ſi conſideremus diſcipulos Philoſophorum noſtrorum, illi in antiquiſſima, & nobiliſſima Philoſophia Ariſtotelis non ſunt eruditi, & Ariſtoteles ipſe in Philoſophia prope ſingularis, qui ad omnes ſcientias plurima ornamenta, atque adiumenta ſubminiſtrauit, ipſis Philoſophis eſt ignotus, eiúſque aurea ſcripta in illorum ſcholis non perleguntur, vnde nemini mirum videri debet ſi eorum doctrina, tanquam ſententiæ Pyrrhonis & Herilli, vel tanquam poma Tantali fugitiuis cinereſcentia tactibus euaneſcit; nec enim vitæ, ſed ſcholæ diſcunt, vt ait Seneca Ep. 107. Scholæ autem tantum diſcere, eſt extra ſcholam nihil ſcire, & omnes qui hanc doctrinam ſine ſuo anchora didicerunt, ſi poſtea res ipſas velut pſyche eum lucerna comminus conſiderauerint, A videbunt ſtatim illam tanquam Cupidinem euolaſſe, nam vt ait Cicero 7. in Verrem. *A malo Authore quod emitur diu obtineri non poteſt.* Ita vt Philoſophia illa poſſit comparari ſtatuis Dædali progenitoris ſui, quæ breui tempore diffugiebant, neque manere volebant vbi is illa locauerat. Si vero agamus de quorundam Iuriſconſultorum diſcipulis, illi quoque in Iure minimum ſciunt, quia in eius ſtudium minus temporis & laboris inſumunt, & paratitulis contenti ipſos veros titulos nunquam inſpiciunt, Et multa alia peccant, contra officium & rationem ſtudiorum. Eſt enim in iis pernicioſus error, quem Taurus B Philoſophus in diſcipulis veterum Philoſophorum acriter reprebendebat. *Nunc*, inquit, *iſti qui repentè pedibus illotis ad Philoſoph. deuertunt, non eſt hoc ſatis quod ſunt ἀθεώρητοι ἄμουσοι, ἀγεωμέτρητοι, ſed legem etiam dant qua Philoſophiam diſcant, alius ait hoc me primum doce, item alius, hoc volo inquit diſcere, iſtud volo, hic à ſympoſio Platonis incipere geſtit, propter Alcibiadis comeſſationem, ille à Phædro propter Lyſiæ orationem. &c.* Quæ verba mihi rectè conuenire videntur ad nouitios Iuriſconſultorum, alius enim petit ſibi tantum dari Titulum de obligat. & act. alius ad S. C. Macedonianum, alius de vſuris, alius de Sponſalibus, & ſic de reliquis, & audiui quendam omnino Iuris expertem, qui præſcriberet C Magiſtro ſibi tradi Inſtitutiones octo diebus & octo recitationibus, & magiſtrum in lucro poſita hominis inſania, paruiſſe.

Denique conſiderandum eſt quomodo doceant, quæ quæſtio multa comprehendit. Nam primo dici poteſt, multos, magis gloriæ & pecuniæ cupiditate profeſſionem ventoſam & nundinariam exercere, quam vt vtiles ſint ingeniis & proſint diſcentibus: Sed hæc ego non vrgeo.

Aliud eſt quod dico nimirum hodie ſcientias per libros authorum ſuorum non edoceri, & ideo noſtris ſeculis; illæ tantam mutationem acceperunt, & ita à ſuis principibus & principiis degenerauerunt, vt eorum magiſtri & diſcipuli, nullum legant authorem quem in ſtudiis ſuis ſe- D quantur, & imitentur, & omnes ſint quaterniones; cuius quaternionis Genealogiam aliquando, iuxta Arræi ſceptrum deſcribemus; nam primum cum aliqui olim, non intelligerent Ariſtotelem, nouam quandam Philoſophiam per quæſtiones excogitarunt, & retentis tantum Categoriis quibus digni ſunt, Ariſtotelem abdicarunt: de qua re videatur Caſauboni præfatio ad candidum, & antiquæ Philoſophiæ ſtudioſum.

Iuriſprudentia quoque male cœpit hodie haberi à quibuſdam vmbraticis Doctoribus qui primi omnium illam perdiderunt; Illi enim compendiarij & pettiarij Doctores ludibria quædam excitantes, ſtudiorum gradus, & ordinem Aca- E demiarum infamarunt, & quaſi eſſent Magiſtri Pſitachorum, alicuius legis vel tituli laciniam, ſeu ἀπαίρεμα, & ἀπάνθισμα decerpentes & compilantes, vel omnia in compendium redigentes effecerunt vt Iuris ſtudioſi totum corpus Iuris contemnerent.

Scientiæ vero, nec in partes diuidi nec in compendia debent traduci.

Non debent ſcindi, nam ſemper ea quibus vnum aliquid conſtat, plus delectāt omnia quam ſingula, & vt dicebat Procopius de hiſtoria, tam differt partis cognitione totius, quam hyppolitus

ab equis diceptus à ſeipſo, quando ab Æſcul. fuit A integritati reſtitutus; nec enim in ſciētiis locum habet prouerbium, *dimidium plus toto*; & Iuſtin. iubet, oratione ad Anteceſſores §. 5. vt legitimæ ſcientiæ ſtudioſi illam omnem, ab initio vſque ad finem ſuis animis amplectentur; Nam cum, qui ignorat in tenebris ſit, & qui diſcit ad lumen veniat, vt videat, qui pauca diſcit lumine paruo illuſtratur, & pauca videt. Eſt enim circulus & tractus quidam in ſcientiis ambiendus & percurrendus, & doctrina eſt quidam mentis digreſſus, & traiectus per quem ex alia in aliam rationem peruenimus, *ἐπείπερ δὴ μεθόδου καὶ πορθμεῖον*, vt loquitur Syneſius in Dione & in B Cataſtaſi, & Xenocrates apud Plutarchum lib. de virtute morali, dicebat primas partes, alicuius ſcientiæ eſſe λαβάς, i. *anſas aliarum*. Idemque Syneſius in Dione, ait de iis qui à Platone dicuntur *μέσως ἔχοντες οὔτε ἐν ἀμαθεῖσιν οὔτε ἐν σοφοῖς*; i. *mediæ conſiſtentia neque imperiti, neque periti*, & ab eo dicuntur, *ἐξ ἡμισείας εἰδότες*. i. *ex ſemiſſe periti*, *in ſis*, *μηδὲ ἐπιστήμην πεπεῖσθαι*. i. *nullius rei eſſe ſcientiam*. Et ideò Iſocrates petenti ab eo Demoſtheni, vt quintam partem Artis ſuæ ei doceret. Reſpondit ſe in fruſtra artem non tribuere, ſed eorum more qui bonos piſces integros vendunt, agere illique totam Artem ſi vellet diſcere, traditurum. Idémque dixit Iulianus de Philoſophia orat. 6. *μηδεὶς οὖν ἡμῖν τὴν φιλοσοφίαν εἰς πολλὰ διαιρείτω, μηδὲ εἰς πολλὰ τεμνέτω, μᾶλλον δὲ μὴ πολλὰς ἐκ μιᾶς ποιείτω, ὥσπερ γὰρ ἀλήθεια μία, οὕτω δὲ καὶ φιλοσοφία*. i. *quare ne Philoſophiam nobis; plures nemo diuidat, vel potius plures ex vna non faciat, vt enim veritas vna eſt, ita & Philoſophia*. Et apertius Iamblicus dixit non ſolum Philoſophiam ipſam, ſed nec viam ad illam, id eſt, præcepta non eſſe ſcindenda, ad illud ſymbolum Pythagoræ, *ἐν ὁδῷ μὴ σχίζε*. I. *in via ne ſcindito*, *αἱροῦ φιλοσοφίαν ἑαυτῷ καὶ τὴν ἐπὶ φιλοσοφίαν ὁδὸν ἐν ᾗ οὐ σχίσις*. i. *elige illam Philoſophiam, eamque ad Philoſophiam viam, in qua non ſit ſciſſio*: Cogitemus enim ſtudium alicuius ſcientiæ, eſſe viam longam, cuius terminus eſt vnus, & interualla multa prius percurrenda quam ad terminum acceſſeris, & licet quis viam poſſit citius conficere, ipſam tamen non poteſt reddere breuiorem. Et tamen reperti ſunt etiam apud veteres non ſolum crumenarum, ſed etiam artium ſectores, vt ait Zetzes in Iambis, quos illis comparat.

Ὡς δεξιοὶ γὰρ τομεῖς βαλαντίων,
Τεμόντες αὐτῶν τῶν τεχνῶν τὰ σπλάγχνα.
i. *Velut enim dextri ſectores crumenarum,*
Secantes ipſarum artium exta.

Et Iuuenalis etiam Satyra 7. agens de ratione ſtudiorum, reprehendit eos qui quærunt magiſtros vbi vilius & citius poſſint ſtudere, & maxime lautorum pueros qui ſectores artium ſequebantur.

——*Tinta*
Chryſogenus quanti doceat, vel Pallio quanti
Lautorum pueros, artem ſcindens Theodori.

Non debent etiam ſcientiæ in Compendium traduci; Compendium enim ſcientiarum illarum diſpendium & detrimentum eſt, nam in ſcientiis eſt quoddam, *τὸ βάθος τῶν νοημάτων*. i. *profundam cognitionum*, quod penetrari oportet, & ideò Pindarus, Muſas *βαθυκόλπους* appellat. In diſciplinis ſunt quidam gradus & ʒiatea, *καὶ*

A *πόνος πόνῳ πόνον φέρει*. i. *& labor labori laborem cumulat*, nec enim ſatui ſunt Doctores vt milites Cadmi apud Poëtas, & oportet vt refert Syneſius, *καὶ τὰ μικρὰ πρὸ τῶν μειζόνων μυεῖσθαι, καὶ χορεῦσαι πρὸ δᾳδουχίας, καὶ δᾳδουχῆσαι πρὶν ἱεροφαντῆσαι*. I. *minora quæ ſacra, ante maiora inſpicere, & Choreas ante facium geſtationem celebrare, facéſque rurſus geſtare, antequam ſimus ſacrorum Antiſtites*. Atque illi qui Compendium captant cum ſe iam ad metam perueniſſe credunt, denuo vident ſibi ad carceres redeundum, nam vt eſt in prouerbio, *qui nimium properat ſerius abſoluit*, & quæ cito diſcimus cito amittimus, & B prius obliuiſcimur quam didicerimus, vnde rectè Sophocles dicebat, *φρονεῖν γὰρ οἱ ταχεῖς οὐκ ἀσφαλεῖς*; & Chryſoſtomus in cap. 1. Math, monebat, *καὶ μὴ πάντα ἀθρόως ζήτει μαθεῖν, ἀλλ' ἠρέμα καὶ κατὰ μικρόν*. i. *ne quære omnia ſimul diſcere, ſed ſeparatim & paulatim*. Nec ſe iuuenes ſatis inſtructos putent, ſi quem ex his qui breues plerúmque circunferuntur artis libellum edidicerint, *ſummaria enim non docent, ſed admonent, & magis profutura ſunt ſcientibus quam diſcentibus*; vt ait Seneca Ep. 39. Et Pſellus in Synopſi legum, confirmat.

Πολὺ καὶ δυσθεώρητον, τὸ μάθημα τῶν νόμων,
Ἐν ἐπιτομῇ δυσπερίληπτον ἀσαφὲς ἐν συνόψει,
Καὶ λόγῳ δυσερμήνευτον.
C i. *Multiplex & conſēplatu difficilis eſt ſciētia legū,*
Nec ſummatim comprehendi, & obſcura eſt in compendio,
Nec ſermone explicari poteſt.

Quin etiam teſte Quintiliano ſæpiſſimè fit, vt qui ab ordinaria diſcendi ratione, & à labore aſſiduo, variáque exercitatione, qua omnis ſcientia conſtat, declinant, compendio ducti, vbi aliquantum proceſſerint, amittant viam, & circum ire cogantur: Et eleganter olim quidam Pictor dicebat apud Plutarchum, ſcire in genere non eſſe aliquid ſcire, pictoréſque ignaros B plures ſimul poſſe homines pingere, & vnum ſeorſim non poſſe, & apud Græcos Compendiarij Doctores dicuntur *ἀκρόσοφοι*. i. *leniter & ſumma cute docti*, & compendiariæ cognitiones, *λεπτὰ ἰάματα τῶν ἀκρῶν φάρμακα*. Nec dicant nobis inertes aliqui, authoritate Iuſtiniani compoſitas eſſe Inſtitutiones, nam non tanquam Compendium Legum, ſed vt initium & pars illarum compoſitæ ſunt, vt loquitur idem Iuſtinianus; quia liber ille, vt ait Pſellus continet omnem Iuris originem.

Τῶν νόμων ἔχει ἅπασαν τὴν καταλογίαν.

Et multi in eo ſunt loci ſingulares, & longe plures quam a: notauerit Cuiacius.

Maneat ergo ſtudia litterarum labore confici ac celebrari, hæc eſt enim via regia qua peruenitur ad illas; Et Pindarus ait in ſtudiis duo eſſe neceſſaria, *πόνος τε καὶ δαπάνα*. i. *labores & ſumptus*, & ſi alios interroges illi omnes dicent, In ſtudiis nullam eſſe artem non plenam laboris, inter quos eleganter Heſiodus dicebat, Deum non feciſſe foſſorem, nec aratorem, nec ſapientem, ſed eos tales labore fieri ac ſudore. Idémque addebat Deos occultaſſe hominibus, leuem ac facilem vitam, & ſudorem ante propoſuiſſe, *κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ τοῖς ἀνθρώποις τὸν ἄπονον βίον, καὶ πάντων πρῶτον ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν*. i. *Occultarunt ſiquidem ait dij hominibus, leuem & facilem, nec laborioſam vitam, & ante omnia*

bona ſudorem dii poſuerunt; & à veteribus Mythologicis, referente Platone, ſapientia dicitur ἐργάνη quod amplectatur, & ſuſtineat laborem; nam ἁφὴ eſt contactus, & φερόμενον, eſt id quod ferendum & tolerandum eſt. Et qui laborem recuſat ſeipſum vt dicebat Muſonius apud Stobæum, accuſat & condemnat, tanquam bonis artibus indignum; Nam vt ait B. Auguſt. lib. 12. de Ciuitate Dei, cap. 22. *Cum labore meminimus, ſine labore obliuiſcimur, cum labore diſcimus, ſine labore neſcimus, cum labore ſtrenui, ſine labore inertes ſumus.* Atque ideo non omnium eſt ſcientia, ſed eorum qui diu laborauerunt, vt nos admonet Theodoretus ſermone 1. de Fide. Οὐκ ἔστιν οὐχ ἁπάντων ἡ ἐπιστήμη, ἀλλὰ τῶν διδασκαλίᾳ, καὶ χρόνῳ καὶ πείρᾳ ταύτην μεμαθηκότων. i. *Non omnium eſt ſcientia, ſed eorum tantum qui diſciplina, diuturnitate temporis, & experientia doctrinam ipſam conſecuti ſunt*, & cum videritis aliquem profeſſorem non ſtudere, dicite illum ignarum eſſe, voluptas enim quam percipiunt ex labore ſuo viri eruditi, non permittit eos quieſcere.

Non tantum vero labore, ſed etiam tempore, opus eſt in ſcientiis, comparandis nam labor quamuis improbus ſine tempore non ſufficit, nec oportet in ſcientiis omnia ſimul diſcere, & canino more ligurire, ἅπαντα λιχνεύοντα καὶ σκυλακωδῶς ἀθρόα πάντα εἰδέναι. Vt loquitur Syneſ. lib. 1. de Prouidentia, & in ſacris veterum dicebatur, μή ποτε προεξάλλεσθω, μήτε ὑπακουσάτω. i. *ne quis ante tempus inſiliat, neque ſubaudiat.* Quidquid enim ſub cœlo eſt tempore indiget, *nam cum ſyderum errores id ipſum ſit quod rectè dicitur tempus*, vt ait Cicero: & nos ſimus ſub ſtilo motu Aſtrorum, ſumus quoque ſub tempore, & rectè Salomon Eccleſiaſtici 3. *Omnia tempus habent, & vnicuique rei ſuum eſt tempus:* Sed præ-
A cipuè ſcientiæ tempore adquiruntur, vnde veteres appellarunt tempus σοφώτατον ἁπάντων. i. *omnium ſapientiſſimum*: Et Gregorius Nazianzenus carm. 49. ait tempus eſſe magiſtrum hominum, & ſe plura ab eo poſſe diſcere quam ab aliis:

> Ταῦτα γὰρ ἔτι δειλαίῃ μὲν ἔτι φρενὶ δέρκομαι ἔμπης
> Καὶ πινυτῶν ἐπέκερσα, χρόνος δέ τι καὶ πλέον οἴσει
> Ὅν πάντες αἰνοῦσι, διδάσκαλον ἀνθρώποισιν.
> i. *Hæc enim imbecillo adhuc animo perſpexi,*
> *Et à prudentibus audiui, tempus vero etiam plus adferet,*
> *Quod omnes dicunt magiſtrum eſſe hominibus;*

Et Homerus ait Iouem plura ſcire, quia ſenior erat:

B
> Ἀλλὰ Ζεὺς πρότερος γεγόνει, καὶ πλείονα ᾔδει.
> i. *Iupiter at ſenior cunctis, & plura ſciebat.*

Oportet ergo laborem & tempus in ſtudiis coniunctis curribus circumferri, nec currus hominum ſunt vt currus deorum, qui facile mouentur, ſed diſcunt homines tarde etiam à rectè ſcientibus & docentibus, & cito in errorem inducuntur, ab ignorantibus vt obſeruat Dio Chryſoſt. in Troiana. Et tamen omnes fugiunt laborem, nec operam, nec tempus neceſſarium ſtudiis impertiunt, & cum olim Iuris ſtudioſi venirent in Academias, & per plures annos in iis morarentur, tum venerunt quidem, ſed in illis parum morati, ſtatim eas valere iuſſerunt, & tandem non amplius venerunt, ſicque omnia ad Mandrabolæ morem processerunt qui cum
C ex voto decem boues primo anno immolaſſet, poſtea ſecundo tantum nouem immolauit, & tertio octo, & ita ſemper aliquem auferendo nihil tandem ſacrificauit, nam plerique omnes etiam qui docent ſunt ἀπαίδευτοι, quod quantopere dolendum ſit in hac præfatione mea non ponam, ſed vobis cogitandum relinquam.

DIXI.

SANCTISS. PATRI
VRBANO VIII.
VNIVERSALIS ECCLESIÆ
maximo & ſummo Pontifici.

Pro Facultate Iuris Pontificij in Vniuerſitate Pariſienſi,

SVMME PONTIFEX,

Si naturâ comparatum eſt, vt ab ijs quibus impendimus ſtudium, expectemus affectum; non eſt dubium, quin nos tui iuris in Vniuerſitate Pariſienſi Anteceſſores, apud te ſimus in gratia & laudes; tractamus enim ius illud quod tuis, & prædeceſſorum tuorum reſcriptis, ſicut Palladium Coſtis Pelopis, totum eſt conflatum. Et ſi quæ ſunt honeſtamenta virorum Lutetiæ eruditorum, ea pro nobis poſſunt præbere ſuffragium, & teſtari, quomodo tuis ſemper ſimus operati ceris, quomodo bona endelechia animati, ſemper in eo ſtudio perſeuerauimus, quomodo veluti Pheraula, tacti & læſi, neutiquam ceſſimus retro, & denique quomodo vt ille apud Anacreuntem, Δακρυόεσσαν τ' ἐφίλησεν αἰχμάν. Lacrymoſam amauit haſtam, ita nos luctuoſam dileximus profeſſionem. Nam ex quo tempore ſumus editi, relicti ſumus veluti hinnulus recèns natus, & lactens, qui in ſylua derelictus à matre eſt, tantumque ſeruauimus ſpargana natiuitatis noſtræ, quibus nunc tantum gloriamur, ſed gloriamur tanquam Memphitæ, Iſidis Cincinnis, Thebani, Gerionis oſſibus, Thegeatæ, apri Chelidonij corio. Vnde nullũ eis naſcebatur emolumentum. Nam prædeceſſores tui exactores quidẽ induſtriæ noſtræ fuerunt, interdicto prohibitorio capituli Super ſpecula, de priuilegiis. ſed tamen nihil erga nos ſollicitudini ſuæ vendicarunt, accenderunt lucernam, ſed oleum non infuderunt, & ſicut aiunt Euryſteum labores Herculi præſcripſiſſe, non præmia; ita illi hortatores nobis fuerunt virtutis & induſtriæ, ſed non patroni, & benefatores; Ac licèt virtus vetet ſpectare fortunam & pretium, dum præſtatur fides, & à vobis didiſcerimus ſponte ſuſcipiendum eſſe quicquid pro Eccleſia curandum eſt; tamen, ſi non honorem à merito expectare debuimus, ſaltem potuimus ab obſequio: decoratur enim cum apud omnes, tum apud tui ſimiles honoribus, præmiis atque ſplendore, verus iuſtus, & honeſtus labor, de eóque dicendum eſt, quòd dicebat Simonides de equorum nutritione, & caballatione, eam non Lechytum comitari, ſed arua frumentifera. Ita eſt ergo, ita eſt, PONTIFEX MAXIME, nos in tanto labore, quantum fas eſt, cogitare, in hoc Iuris ſtudio, quaſi dorſum habuerimus ad lumen nullis ſumus illuminati bonis & Tibi, & Regi, & Eccleſiæ, & Reipubl. ſeruienſes, noſtris ſtipendiis militauimus, atque vt Cocleæ quibus nihil de cœlo illiquitur, ſucco proprio victitauimus, Iſidem & Cereremlegiferam colimus, ſed ſine ſpica; cathedram habuimus, ſed ſine cathedratico, Canones omnes Eccleſiæ tenuimus, ſed nullum canonem pecuniæ; adoptati honoribus ſumus, ſed abdicati bonis, filij luminum vt Beniamin propter doctrinam ſumus, ſed & filij doloris propter laborem, & in noſtram perniciem veluti Bellerophontes Codicem Iuris perpetuò geſtamus, auſimque dicere quod terra ſcholæ noſtræ, pars eſt illius terræ quæ ſpinas & tribulos peperit temporibus Primi Parentis, & Schola ipſa accepit fundamenta à Ioue Homerico hoc verſu:

Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτερον δ' ἀνένευσεν.

quando is virtutem & laborem dedit, alterum non dedit ſtipendium & præmium, vt ſit verum in nobis quod ait D. Hieron. in Eccleſ. cap. 9. Sapientiſſimi neceſſariis indigent; In tantum vt Simonides aliquis nobis dicere potuiſſet, O homines iacetis viuentes adhuc, magis quàm illi qui ſunt ſub terra. Quod cùm eſſe non potuerit ſine iniuria magna litterarũm, quòniam doctorum omnium egeſtas indigniſſima eſt, non mouimus tamen querelam vllam fati inofficioſi, nec vt Ilienſes tragœdos excitauimus qui decantarent noſtras calamitates, ſed ſiluimus planè; Nam quorum mens honeſta eſt, eorum imbecilla frons eſt, noſtrumque

ſilentium fuit, quale in auſpiciis dicunt eſſe, quod omni vitio caret, in eo enim tacite ſperauimus, naſciturum orbi, & vrbi, virum, qui ſiquos ſtudio ſorum ſentiret, aut quietos, aut verecundos, aut in obſcuro iacentis famæ receſſu deliteſcentes, hos eliceret ſua beneficentia: Atque ſimul atque accepimus, Tibi via facta meritorum, ſummum apicem ordinis Eccleſiaſtici, à Deo eſſe delatum, animum noſtrum ſubiit lætitia, & memoria præteritorum malorum deſeruit: Cumque ſit res loquax lætitia, ſtatim oculos ad ſcholam noſtram conuertens, diximus in ſinu primum, tum palam & publicè hunc verſum,

Hæc Schola Pontificum, primo cui fixus ab ortu
Ordo fuit creuiſſe malis, modò Principe ſurget
Vrbano octauo, modò vertice ſydera tanget.

Animo concepimus enim, Te, Anteceſſores religioſiſſimos ad electiora tendentes, opis indignos non eſſe paſſurum. nec eorum bona indoli, & moribus defæcatis, tuæ mentis auxilium defuturum. Quare elati gaudio, illius diei celebritate, libenter gratulamur, Tibi primùm, deinde Reipub. nec minùs etiam nobis, quod eum quem neceſſe erat diligere, qualiſcumque eſſet erga nos, talem habemus vt libenter quoque propter bonas artes diligamus; Tu enim vir omni laude digniſſimus & omni maior, mentem habes, tam bene & tam nobiliter figuratam artibus & virtutibus, vt nihil aliud eſſe videaris, quàm, ex omni bonarum artium ingenio collecta perfectio, & quanquam tibi multum attulit dignitatis hic fauſtiſſimus apex, non fecit tamen, quin plus habeas honoris ex moribus, & ex diſciplinis, quinquè tam viuas poeta, orator, & doctor libris, quàm vis Papa faſtu: Cui datum eſt ſoli, loqui meliùs quàm didiceris, & viuere meliùs quàm ipſe loquaris, cuius temperentiam, religionem, libertatem, verecundiam, & illam delicatæ mentis pudiciſſimam teneritudinem omnes mirantur. Teſtis eſt Florentia, quæ te ſummum hominem hominum cauſa generauit. Teſtis Gallia, quæ te imperio ſuo decedentem ſumma laude & ſumma gratia proſequuta eſt, Teſtis Roma, quæ te magnis legationibus defunctum, cum magna lætitia recepit, & deinde in diuinum hoc ſolium Petri exerit, & ex homine ſummo, Pontificem fecit ſummum. Quæ cùm ita ſint, nos earum omnium rerum in te faſtigia adorantes, tibi corpora noſtra animóſque addicentes, ad te tanquam auctorem & conditorem noſtrum confugimus, vt ineamus aliquam gratiam ſuſceptorum & peractorum laborum, præter eum fructum qui nobis ex conſcientia & officio noſtro prouenit. Nam vt eſt apud Nonnum, Natura eſt nutrix generationis ſuæ φύσις πολυώνυμος γενέθλιος. Et idcirco ſicut Parthenij pueri apud Iuſtinum, eius hominis filium quem naſcendi habuiſſent auctorem, ſpei quoque ac dignitatis ſuæ habuerant: ita nos qui Pontifices ipſos habemus conditores Iuris Pontificii; facimus auctores noſtræ ſalutis; qui non permittent Pontificiis radicibus ſtabilitam ſcholam Iuris euelli, & eradicari, ac tam præclarum opus firmis canonibus & conſtitutionibus fundatum ac ſtabilitum, iniuria dominorum ſuorum toto orbe dilabi. Rogamus igitur hoc præcipuè Iubilæi tempore, quo portæ gratiarum & indulgentiarum omnibus patent; vt defectui in poſterum ſuccedat vbertas, & eadem claue promus reſeret horrea, quæ Conduis nos in Muſæo occluſit Honorius. Neque verò Gygis beatitudinem, aut Craſſi diuitias petimus, ſed cum Alpheo ſufficientem ſolummodo victum, quo præbito, ſicut bonis nutrimentis, non tantùm à morte defendimur, ſed etiam ad robuſtam valetudinem promouemur, ita Schola noſtra nouis beneficiis pro ſtipendiis fultæ, nouum ſpiritum nouámque faciem aſſument: ac quemadmodum dicitur, Thebas quamuis percelebres, tamen adhuc magis exornaſſe, vicos continentes, & Ortygiam, quæ priùs erat inſula ſeparata à terra marique vndique circumdata, factam peninſulam terra aggeſta fertiliorem atque ditiorem fuiſſe, ita profectò, Schola Pontificia, vel hoc ſolo nomine Tibi chara, quibuſdam Britanniæ minoris beneficiis ſociatæ in generis ſui, & rerum geſtarum gloria florebunt, Tuáque Sanctitas nos releuando, in gloriam eminentiſſimam aſſurget, ſiue.

Amphytrioniadem perhibet veneranda vetuſtas,
Dum releuat terras promeruiſſe polum.

Contrà verò ſi eas deſertas eſſe volueris, nec expleas quod eis deeſt, ſtudia Iuris tui, erunt ad Mandrabolæ morē, hoc eſt in peius proceſſura; referunt enim Mandrabolam quendam cùm ſe iuramento obſtrinxiſſet, ſe eaſdem hoſtias quotannis diis facturum, primum decem boues immolauiſſe, deinde nouem, tertio autem expleto anno, alium inſuper bouem abſtuliſſe, ſicque ceteris annis feciſſe, donec nullum ſacrificaret. Nam ſimili ratione ars Iuris Canonici, poſtquam in ea nos acerrimè aliquo tempore exercuerimus, contempta vetuſtate & negligentià euaneſſet; Quod ne dedecus patientibus nobis, & toto orbe patientibus vobis, poſſit euenire, maximè cùm in nobis aliqua ſignificatio virtutis appareat, & in vobis ingenita & ſpontanea iuuandis hominibus voluntas inſit, & in reipſa, id quod petimus præſtare vobis ſit, quàm nobis poſtulare velociùs, dignum

aliquid facite nominis veſtri octonario numero fœlicis, honore ac dignitate, idque cito, memores eorum quæ dixit Homerus, Currus Deorum facilè trahi, mouerique, hoc eſt homines illuſtres beneficiâ mente & manu, iuuandis hominibus ſemper praeſto eſſe; atque nos ad quos fauor ille tuus perueniet, nihil tuis laudibus antiquius habebimus vnquam. Quod ſi me vel ſolum, vel cum aliis Phœbus tuus reſpicit.

Mollia ſublimi nebunt mihi carmina filo,
Pierides, dabitur noſtris tua gloria fuſis.

Hæc ſumma voti, quo rogamus cum Heſiodo, vt quam ædificaſti domum, ne impolitam relinquas, nec cornix eam inhabitet, cui rogationi litationem addo huius libri quem ad Te mitto, De Caninica Eccleſiæ diſciplina circa ſacramenta, & primum circa Pœnitentiam; ſtatui enim omnia ſacramenta eadem methodo, ſi tu faueris, illuſtrare, & totam doctrinam noſtram in meliorem ordinis artem redigere, Vale, & nos ama, Te ex multiplici officio, & ingenti deſiderio colentes, optanteſque, vt maneas vita integer in metas maiores, quam dederit veterum obſeruatio, Prædeceſſoribus tuis. Lutetiæ Pariſiorum Kalendis Martiis, Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quinto, Pontificatus tui 2.

TVÆ SANCTITATI

deuinctiſſimus & deuotiſſimus

IOANNES DARTIS, Clericus Cadurcenſis, Iuris Anteceſſor, & Profeſſor Regius, in Vniuerſitate Pariſ. pro Facultate Iuris Pontificij, Orator.

QVERELA FATI INOFFICIOSI,

SEV,

DE VINDICIIS VIRTVTIS A MALA FORTVNA,

ET

DE INIMICITIIS INTER MVSAS ET PAVPERTATEM.

CVM multa ſint, quorum nomine de fortuna queri homines poſſint, & (vt loquitur Symmacus) *Accommodatior ſit querela, oratio humana, quàm gratia*; Tum maxime hæc querela grauiſſima eſt, quando virtutes ipſæ, expoſtulant & queruntur ſe relictas eſſe; Quæ, cùm noſtrorum temporum, eſſe querela videatur in quibus ſcilicet, & alter Aiax de iniuſtitia Græcorum, & alter Cato de ingratitudine Romanorum, ſi extarent, quererentur. Non erit mirum, ſi hac oratione mihi propoſuerim apud vos ſimiliter queri, & Dei, atque hominum fidem pro virtute, pro literis, implorare. Hæc eſt enim ſumma ſiue votiuæ orationis, ſiue ſupplicis libelli, ſiue ſacræ precum legationis quam ad maieſtatem & ſantitatem veſtram mitto, Rogoque, vt me de vindiciis virtutis à mala fortuna, deque inimicitiis inter Muſas & paupertatem, agentem, benigne attenteque audire velitis & dicere iubeatis; Quod vero mihi primum in hac re dicendum videtur, eſt illud quod ſæpe audiſtis, nec de nihilo erit audire, hodie, bonas artes honore nutriri; Qui ideo mecum animo concipere debetis, verum eſſe illud Iamblici, *τὸ τιμώμενον αὔξεται, ἐλαττοῦται δὲ τὸ ἀτιμαζόμενον*. i. *Omne honoratum augetur, contemptum vero imminuitur*. Homines enim plurimum incenduntur ad ſtudia gloria, iacentque ea ſemper quæ apud quoſque improbãtur, & quo minus honoris eſt litteris, eo minora ſunt ſtudia litterarum, vt vere ille dixerit Cæſari, *gloriâ Cæſar induſtria alitur, vbi eam dempſeris, ipſa per ſe virtus amara atque aſpera eſt*. Quia nulla tanta humilitas eſt quæ dulcedine gloriæ non tangatur, habemus enim, vt loquitur Plinius, naturam ſublimitatis auidam, & ferimur naturali quodam gloriæ appetitu, quem ex ſententia Platonis velut vltimam tunicam anima ſolet deponere *ὡς τελευταῖον χιτῶνα ἡ ψυχὴ πέφυκεν ἀποδύεσθαι*. Imo quem numquam depoſuit in Paliouro, qui mortuus adhuc.

——————*Gaudet cognomine terra.*

Nec dubito quin alicui veſtrum veniat hic verſiculus in mentem.

———*Tu ſola animos mentemque peruris,*

A *Gloria*, ———

Et alteri iſte. *Viuens eſt de quo ſollicitamur honos.*

Quod ita tamen ab omnibus intellectum volo, vt non ſolùm laudem, quæ ſola ſine pretio res periculoſa videtur, ſed etiam pretium & gratiam appetamus, quandoquidem præter quod omnes vitã libenter amplectuntur in qua frui licet, *τὸν βίον ἀγαπῶσι τὸν ἀπολαυστικόν*, & tacite in ſinu ſuo ſibi dicunt illud veteris poetæ *dum potiar patiar*. Inſuper Ægyptij, ad litteras repræſentandas cribrum pingebant panis conficiendi inſtru- B mentum, quo innuerent eum, cui victus ſuppetit, litterarum ſtudiis animum adiuncturum, cui verò non ſuppetit, aliis rebus operam daturum, & idcirco eruditionem S B O, vocabant, quod nomen ſi velis interpretari plenum alimẽtum & ſufficientem annonam ſignificat *ἡ παιδεία* (ait Orus Apollo) *ὅτι ὁ ἔχων τὴν τροφὴν παιδεύεται ἐπὶ τὸ πλῆρες τροφή*, & præmia quæ in veterum certaminibus proponebantur erant vt plurimum lebetes coquendis carnibus: Vnde colligi poteſt, eos qui in ludis litterariis & ludunt, non minus opus habere chorago ſuo, qui ſit ſuppeditator inſtrumenti, & expenſarum, promatque a ſ illos C neceſſaria, quàm qui in ſcenicis ludis agunt, in quibus Choragus mercedem actoribus ſoluebat, *ἐπὶ ἀδύνατον ἢ οὐ ῥᾴδιον τὰ καλὰ πράττειν ἀχορήγητον ὄντα*. *Quod impoſſibile aut difficile eſt, aliquid boni facere ſine Chorago* (inquit Ariſtoteles) hoc eſt ſine fortuna, quæ eſt verus Choragus, Menandro, omnia bona ſuppeditans.

Viri namque litterati, qui in libris ſuis oculos defixos habent, ſi meminerint & cogitauerint, rem ſuam eſſe anguſtam domi, ſunt ſimiles periclitantibus in mari, qui oculos quidem ad aſtra, D mentem autem in mare defixam habent, *ὄμματ' ἐν ἄστροισι, ψυχὴν δ' ἐν πόντῳ ἔχοντες*, quantũ enim litteratũ amore acuuntur, & eriguntur ad ſublimia eorum ingenia, tantum paupertate hebetantur, deprimuntur & debilitantur, & cum vident artes negligi, & vitia paſſim probari, coguntur identidem dicere illud Senecæ in Medea.

Tunc eſt probanda ſi locum virtus habet.

Aut illud Publij Siri.

Cum vitia proſunt peccat, qui recte facit.

A Qua de cauſa, non male, qui præmium vel ſalarium accipiunt, dicuntur apud Caſſiodorum *largitate ſolidari*, & apud Vopiſcum, & in Cod. Theodoſiano, *ſtipendijs fulciri ac roborari*, & apud Tertullianum *refrigerari*, ipſumque ſtipendium ſeu ſalarium dicitur *refrigerium* ſeu ἀνάψυξις in nouellis, & *Solatium* apud Spartianum quaſi, maior ſoliditas, maius robur, & maius refrigerium ſit in præmio quàm in Honore nudo; Vnde non inelegauter Martialis oſtendit exemplo Virgilij, animos fieri maiores præmiis, quàm honoribus, ait enim, Virgilium, antequam ſtipendium acciperet à Cæſare, quamuis artis ſuæ gloria teneretur, culicem tantum verſibus ſuis potuiſſe celebrare, ſtipendioque accepto, tunc Æ B neidem compoſuiſſe,

Pretium Italiam cenſepit, & arma virumque,
Qui modo vix culicem fleuerat ore rudi.

Et ratio iſtorum eſt, quia vt probe dixit Tit. Liu. lib. 4. dec. 1.

Magni animi magnis honoribus fiunt. Et contra

Ipſe decor recte facti, ſi præmia deſint,
Non mouet, & gratis pœnitet eſſe probum.

Et quanquam dicatur Muſarum ſacrificium ſine ſanguine fumo tantum & odore perſolui, Templum eloquētiæ expennis auium ſolum eſſe con- C flatum, paupertatem antiquam eſſe hoſpitam Mercurialium virorum, caſu viuere vt plurimum viros litteratos, & velut accidentia non ſubſiſtētia per ſe, viro cuidā Magnati ſemper inhærere, totam ſupellectilem eorum Charteam eſſe, & denique Helicona nihil habere præter aquas, hederas, & lyras: Tamen, Minerua oliuam accipiens, nos in contrarium docuit, *niſi vtile eſt quod facimus ſtultam eſſe gloriam*, & Apollo etiam, non quidem iunior ille & imberbis Homeri, ac Heſiodi, ſed ſenior factus & ſapientior Martiani Capellæ, qui lauros, hederas & quercus Parnaſſi deſerens, ſuamque ſedem, iuxta vaſa aurea & argentea reponens, nobis ſignificauit viris ſtudioſis gratiſſima eſſe præmia. D

Qamobrem, non ego ſum ex iis qui putant virtutem ſolo honore & inani gloria eſſe contentam, ſed ſentio cum Valeriano Imperatore, debere, aliquod, præter dignitatem, pretium eſſe meritorum. Nec item ſum ex illorum ſecta, qui exiſtimāt virtutē animoſam ſuis diuitiis nec opia nec laudis indigniam, ſibi pretium eſſe, ſed potius ex illis qui feruntur biga honoris & diuitiarū & cum Callimacho orant Deum det virtutem, det & opulentiam ἀρετήν τε καὶ ὄλβον. Ego enim vti Menander apud Stobæum ſerm. 107. nil tam ægre fero, quàm bonum ingenium vbi in vitam difficilem concluſum eſt, cupioque cū Sophocle gratiam recte factorum aut antecedere aut ſequi virtutem, ἢ σῶς ὁ μὴ πάντα, & ſicut aiunt E in Oceano fortunatorum inſulas à iuſtis viris habitari, & in eis, non arato ſolo, frumenta naſci, nec ſatis vitibus iuga collium veſtiri, ſed ſponte arbores, ſponte fruges & omnia naſci; ita vellem viris iuſtis opes atque diuitias nihil laborantibus ingeri, prouincias, præfecturas, faſces ſponte venire, denique ſolos bonos viros eſſe dignitatum candidatos, vt vocabant Romani, ſolos iuſtos eſſe ſublimatos, vt dicebant Hæbrei, apud quos idem nomen, ſignificat iuſtum & aleuatum.

Ac licet aliqui fuerint qui aliud in ſcholis pronunciarunt, tamen poſſim dicere cum Ouidio.

A *Nec facile inuenies multis è millibus vnum,*
Virtutem pretium qui putet eſſe ſui.

Vel etiam ſi reperiantur nonnulli, qui aliqua occaſione dixerint ſatis in ipſa conſcientia facti pulcherrimi eſſe fructus, & virum bonum amore virtutis & rep. potius quàm commodi aut præmij adductum benefacere debere; Adhuc dico, illud ideo dictum, vt concilium miſeris daretur, dictum verbi gratia Lyſippo, quando illum ſtatuæ vnius lineamentis inhærentem inopia extinxit, & Mironi, quando moriens ob paupertatem, non inuenit hæredem, vt videlicet quemadmodum aiunt, lunam & ſtellas noctem conſolari, ita in hac nocte & tenebris vitæ, ſola præroga- B tiua doctrinæ, qua tanquam ſtellæ fulgebant, ipſos conſolaretur, quibus ſi ad tantum miſeriam non perueniſſent, nemo bona fide conſilium fuiſſet ante daturus, vt inopia ſe extingui iuxta illam nouam philoſophiam paterentur.

Quapropter ego ita ſtatuo ſentioque (Phœbus enim iubet verum dicere) Homines quicquid meruerint ſemper expectare ſiue bene ſiue male viuant, quod recte ſecuris illa argentea Iuliani ſonabat his verbis.

Ην μὲν ἀλιτραίνῃς πέλεκυν βλεφάροισι δοκεύεις
Ην δὲ καθαρεύῃς ἄργυρός εἰμι μόνον.

C *Si quidem ſcelerate agas, ſecurim oculis vides*
Si vero recte viuas argentum ſolummodo ſum.

Ideoque contendo primo, præmiū deberi a rep. bene de illa merentibus, peti poſſe, & dari oportere: deberi, nam idcirco Apollonius, ἀρχὴν & Ariſtoteles τιμὴν vocant ἀρετῆς ἆθλον & Antonius dixit reges in remunerationibus facere iuſtitiā, & Theodoricus apud Caſſiodorum, facere compenſationem meritorum. Peti poſſe, nam vt recte Horatius lib. 1. ep. 8.

—— —— *Aut virtus nomen inane eſt.*
Aut decus & pretium recte petit experitus vir.

Et Plaut. Trinummo.

Boni ſibi expetunt rem, fidem, honorem,
D *Gloriam, & gratiam, hoc probis pretium eſt.*

Denique dari debere, non tanquam miſſilia quæ fiunt primo occupantis, ſed tanquam rem propriam bene merentis, nam vt dixit Publius Syrus.

Non erunt vnquam honores fortuiti muneris;

Aio ſpecimen eſſe florentis reip. vt diſciplinarum profeſſoribus honores conferantur, & præmia opulenta pendantur, quod nihil non aggrediantur homines ſi magnis conatibus magna præmia proponantur, contra verò vbi nulla virtuti offeruntur, parari reip. ingentem ruinæ abyſſum, quod non iam homines terræ motum fugiant alio migrantes quàm viri de rep. bene meriti, eam ciuitatem in qua nulla de eis prouidentia, nulla ſolicitudo habetur, vt non malè Sym- E machus dicat, *nunquam expedire reipublicæ vt ſit ingrata*: nec temere Lucianus obſeruet in libro de ſacrificiis, funditus periiſſe Troiam, quia debebat de ſumma mercedis conſtructorum murorum, plus triginta drachmas, Troiani numiſmatis, nec ſoluebat.

Aio præmia diuitias, honores & bona quæuis, eſſe valde neceſſaria viris litteratis, & virtutem eorum præmio indigere, vel tanquam viatico vel tanquam amuleto, tanquam viatico: nam vt eſt apud Suidam ἐφόδιον παιδείας ὁ πλοῦτος. i. viaticum eruditionis ſunt diuitiæ, & apud Senecam *fortuna indulgentia opus eſt ad virtutem tendenti*

& apud Symmachum, *præſens ſtatus non ſapientiam, ſed fortunam requirit.* Tanquam amuleto, ne à malis male afficiantur, quaodoqnidem mundus hic, eſt veloti fauus mellis, in qoo perniciuſi fuci lædunt ipſas apes, & hodie vt dixit Puëta Græcos, ſi Iupitet eſſet paupet & ipſe pateretor contumeliam.

——————Εἰ δὲ ϰ ὁ Ζεὺς

Ἠν ἐπὶ γῆς πτωχὸς ϰ αὐτὸς ἐπηρεάζετο.

Dico denique virtutem & etoditionem non poſſe ſatis honotibus, ſatis diuitiis, ſatis dignitatibus honorari, ſunt enim tes ſanctiſſimæ quæ nullo pretio ſolide æſtimari poſſunt, vt dixit Vlpian. de Iuriſprud. & ideo, rectè in litteris prouiſionis Zenobij Rhetotis Antiocheni, quibus ei penſiones & ſalaria ingentia donabantur, appoſita erat hæc clauſula, *Atenim his, ingenioſior ille, ſolertiorque fuit, & plura meruit*, & veteres rhetores, cum petorabant precabantur vt pluta bona conſequerentur, quaſi plutibus indigerent, aut plura meterentur quàm eſſent nacti; & quamuis agnoſcetem virtutem ipſam hoc ſenſu, ſibi eſſe pretium ac mercedem, quod nullo pretio poſſit æſtimari, tamen adhuc dicetem, ſi nõ virtuti ſaltem eius labori ae ſudori dignum eſſe præmium componendum, vt diſcimus ex Iunonis verbis, herculem hoc pacto in cœlum recipientis.

Σῆς ἀρετῆς ἱδρῶτι ϰαλὴν ἀπέδωκεν ἀμοιβὴν

Σὸς γενέτης Ἡρακλές.

Tua virtutis ſudori eximiam reddidit retributionem tuus genitor Hercules, tuæ virtutis ſuduri, ait Iuno, non tuæ virtoti, Eo quod pet laborem bonotum vitotum proponatur veluti quædam permutatio virtutis in honorem, & ſudoris eius in pretium, vt rectè dixit Philo Iod. lib. de ſacrificiis Abel his verbis πάντα πόνον ἀντικαταλλάττει πεπονηκότι. i. *omnem laborem permutabis profecto*; & Græci remunerationem vocant permutationem ἀμοιβήν.

Ad id vero quod aliqui dicunt paupertatem fuiſſe in Ariſtide iuſtam, in Phocione benignam, in Epaminunda ſtrenuam, in Socrate ſapientem, in Homero diſertam. Quod nobis Tuberones, fabricius, & Coruncanos paupetes loquuntur, reſpondendum puto, vel paupertatem fuiſſe illius ſæculi non noſtri, quo vt dixit poeta Hiſpanos.

Fortiter ille facit qui miſer eſſe poteſt.

Vel etiam reſpondeo illos homines paupetes fuiſſe ad pompam, vt quidem ſunt diuites ad pompam; vel denique hanc fuiſſe illius ſæculi & noſtri infœlicitatem, quaſi illo & iſto ſæcolo Deos ſeparauerit bonam fortunam à diſciplinis, vt præclarè oſtendit Syneſius lib. de inſomniis ὑπὸ δὲ τῆς νῦν συμπείας μαθόντες qua ratione factum eſt, vt cum à cuſtodia ſapientum vultum ſuum remouerit fortona, fit tanta mutum ruina, vt nemo exoſculetur pectus ſapientiâ plenum, & quemadmudum dixit Auſonius quoſdam noluiſſe Deos fieri, ita in iſto contemptu litteratorum pauci velint eſſe litterari, cum non poſſint ex ſtudio litterarum anticipare vllos manes bonos, & dicere quod olim pattes noſtri dicebaot dom ordiebaotur telam ſtudiorum ſuorum.

——*Dabitur noſtris quoque purpura tuſis.*

Vnde cogontur pattes filios ſuos artibus potiùs mœchanicis addicete quàm liberalibus, quoniam (vt olim Athenis ita in Galba) plus

A hodie homines tribuunt velo, quàm ſapientiæ, id eſt rei pecuniariæ nautice quam rei litterariæ: nec amplius vetus illud prouerbium quo dicebatur, quamuis tertam ſuam artem alere, intelligendum eſt de bonis & liberalibus artibus, ſed de cerdonum, tonſorum & ſartorum artificio, quibos ſolis opera vita eſt, vt dixit Terentius.

Qua in re licet locus hic eſſet ampliſſimus accuſandi fortunam, non iraſcor tamen illi, ſed gratulor quæ plures ſtultos, & ſocordes homines veluti mater prooida fouit, quos ſcilicet prudentia & aliæ virtutes tanquam alienigenas reliquerunt. tantùm opto vt eos qui virtutem & litteras colunt tandem aliquando reſpiciat, & præcipue hanc ſcholam, in qua, quaſi dorſum habea-
B mus ad lumen non illuminamur vllis bonis, & ſchola noſtra eſt ſimilis ruri Symmachi quod vt ipſe ait alitur & non alit; nam regno & Eccleſiæ ſeruientes, noſtris ſtipendiis militamus, atque vt coclea quibus nihil de cœlo illiquitur, ſucco proprio victitamus: cathedram habemus, ſed ſine cathedratico, Canones omnes Eccleſiæ teoemus, ſed nullom canonem peconiæ: Iſidem legiferam colimus, ſed ſine ſpica; adoptati honoribus ſumus, ſed abdicati bonis (filij luminum vt Beniamin propter dignitatem ſumus, ſed & filij doloris propter laborem, nihil à Rege regij. ni-
C hil à Pontifice Pontificij habemus, & in noſtram perniciem veluti Bellerophontes Codicem iuris perpetuo geſtamus: auſimque dicere quod hæc terra pars eſt illius terræ quæ ſpinas & tribulos peperit temporibus primi parentis. & hæc ſcnola accepit fundamenta à Ioue Homerico hoc verſu:

Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτερον δ' ἀνένευσε.

Vnum quidem ei pater dedit, alterum vero denegauit.

Quando is virtutem & laborem dedit, alterum non dedit, nempe ſtipendium & præmiom, vt ſit verum in nobis quod ait D. Hieron. in Eccleſiaſt. cap. 9. ſapientiſſimi neceſſatiis indigent. Nec tantum in nobis, ſed in omnibus fere litte-
tatis. Sæpiſſime enim accidit vt qoemadmodom
D arbor ſcientiæ boni & mali, omnia mala mundo intulit, ita nemo poſſit expers mali & impune ſcientiis operam date, quaſi à parente Muſarom Homero ad omnes litteratus deuoluta ſit hæc hæreditas vt paupertati eius ſuccedant, qui ſic vixit, ſic obiit hoc vno beatus, quod nec teſtamentum, nec codicillos fecerit, nec legatum reliquerit, neque quiſqoam de inofficioſo eius egerit, aut petierit bonorum poſſeſſionem.

Quod ſi nos nihilominus in tanto labore qoantum tas eſt cogitare in hoc Iuris ſtudio, gratis boni, & gratis docti ſuſtinuimus ſemper & ſuſtioemus ſcholæ huius Canonicæ priſcam di-
E gnitatem quantum labore & aſſiduitate ſolemnium prælectionum ſuſtineri vſquam poteſt: ſique ſtetilem cathedram nec deſerimus nec deſeruimus vnqoam, hoc fecimus, & faciemus donec nos Reges aſpiciant & pontifices exaudiant, & ſimul reſpondeant illud Aureliani Imperatoris ſtatuentis *leuandam eſſe paupertatem eorum hominum qui diu reip. viuentes pauperes ſunt*: & idcirco permittant vel ius ciuile tractari, vel ſtipendia conſtitui, vel beneficia pro ſtipendiis aſſignari, vt nos tanti fauoris & beneficij indulgentia fulti, nouoque veloti fato quod illi dabunt aucti, acrius ad virtutem tendamus.

DIXI.

LIBELLVS SVPPLEX PRO REGIIS PROFESSORIBVS.

SVMMO VTRIVSQVE ÆRARII AC ſacrarum largitionum Comiti, & ſuperpræfecto.

CVM multa ſint quorum nomine de fortuna queri homines poſſint, & accommodatior ſit querelæ oratio humana, quam gratiæ, tum maximè hæc querela grauiſſima eſt, quando literæ & virtutes ipſæ expoſtulant, & queruntur ſe relictas eſſe, nam certiſſimum eſt præmium deberi à republica omnibus de ea bene merentibus, & homines ſiue bene, ſiue male, aliquid egerint, quidquid meruerunt, ab ea ſemper expectare, quod ſecuris illa argentea Iuliani optime repreſentabat, in qua inſcriptum erat ſe ſecurim eſſe malis, rectè vero agentibus argentum.

Ἡ μὲν ἀλιτροῖσιν πέλεκυς ἀλιτρήμασι δεινοῖς
Ἡ δ᾽ εὐσεβέσιν ἀργύρεον εἰμὶ μόνον.

Si quidem ſcelerate agas, ſecurim oculis vides
Si vero rectè viuas, argentum ſolummodo ſum.

Et ſæpiſſimè audiſtis, nec de nihilo erit adhuc audire bonas artes honore nutriri, homines enim plurimum incenduntur ad ſtudia præmio & honore, iacentque ea ſemper quæ apud quoſque improbantur, & quo minus honoris eſt literis eo minora ſunt ſtudia literarum, vt vere quondam dictum ſit Cæſari, *Gloria Cæſar induſtria alitur, vbi eam dempſeris, ipſa per ſe virtus amara atque aſpera eſt*; nam quemadmodum.

Peritura Troia, perdidit primum Deos,

Ita peritura ſchola, peritura Academia, perdidit primum fautores ſuos; coronæ enim indulgentia opus eſt ad virtutem tendenti, & non tam hedera indiget quercu, vt in ſublime aſſurgat, quam præmiorum pollicitatione, & fauorum beneuolentia, virorum litteratorum induſtria; qua de cauſa qui præmiis & honoribus in republica donantur, dicuntur à Caſſiodoro, largitate ſolidari, a Theodoſio ſtipendijs fulciri, ac roborari, à Tertulliano meritorum compenſatione refrigerari, vnde non ineleganter Martialis oſtendebat exéplo Virgilij, animos ſtudioſorum virorum, præmijs & honoribus fieri maiores, ille enim ait Virgilium antequam ſtipendium accepiſſet à Cæſare, culicem tantum verſibus ſuis celebraſſe, ſtipendioque accepto

A tunc Æneidem compoſuiſſe, & Phædrus refert, quod cum aliquando dij arbores elegiſſent, quas vellent in ſua tutela eſſe, & quercus Ioui placuiſſet, myrtus Veneri, Phœbo laurea, Populus Herculi, Mineruæ Oliuam gratiorem fuiſſe, quia vtilis, & vt illa dicebat,

Niſi vtile eſt quod facimus ſtulta eſt gloria

Et Apollo quoque, non quidem iunior ille, & imberbis Homeri, ſed ſenior factus & ſapientior Martiani Capellæ, lauros, hederas, & quercus Parnaſſi dicitur deſeruiſſe, ſuamque ſedem iuxta vaſa aurea & argentea repoſuiſſe, vt ſignificaret viris ſtudioſis gratiſſimam eſſe ſuorum ſtudiorum remunerationem, Ac nequis eorum qui virtutem verba putant, vt lucum ligna, in litterarum pretio & commendatione nihil aliud ſanctitatis, & religionis eſſe putet, B præter nomina ſancta & veneranda, & dicat, Muſas, & Iunonis aues eſſe tantum intuendas, iam quantum veteres honoris & venerationis litteris tribuerint, breuiter oſtendendum eſt.

Et primum noſtræ ſcholæ, *Vir Illuſtriſſime*, in quibus tu à primis annis meruiſti, ſacra ſunt Muſarum templa, noſtræ ianuæ, in quibus caput enim laurea Apollinari toties velaſti, tuta ſemper fuerunt à fulmine, nam vt ait Virgilius

De cœlo tactas memini prædicere quercus

Tactas vero lauros non memini: atque etſi nunquam Principibus defuere homines qui fronte graui & triſti ſupercilio, vtilitatibus fiſci contumaciter ad eſſent, & fuere etiam Princi-C pes aliqui minimè liberales, qui dicerent, neceſſaria ciuitati eſſe vectigalia, exercitus eſſe conſcribendos, bella quotidie gerenda, inter vectigalia tamen nunquam poſitum fuit mineruail literatorum, & ad laudem Regum & ad innocentiam ſemper fiſci regij pertinuit, vt ab eius puritate abeſſent iſta compendia, & viri Mercuriales, omni ſoluto onere, ſemper viuerent in tuto.

Porro nec deſunt Imperatorum Conſtitutiones, quibus Diui Principes tum magiſtris, & Profeſſoribus mercedes & ſalaria è fiſco, aut ex viribus reipublicæ conſtituerunt, cum etiam eos ab omni functione & ab omnibus muneribus publicis vacare præceperunt, & nec ad mi-

litiam comprehandi, neque hoſpites recipere,
nec ad vllam auti & argenti præſtationem voca-
ti, nec vllo fungi munuere voluerunt, quo faci-
liùs liberalibus ſtudiis, & bonis artibus multos
inſtruerent. Extatque præclara ſententia Leonis
Imperatoris, qui cum quondam Eulogio Philo-
ſopho ſtipendium dari iuſſiſſet, & quidam ex eu-
nuchis dixiſſet, hanc pecuniam in milites im-
pendendam eſſe, exclamauit εἴθε γένοιτο ἐπὶ τῶ
ἐμοῦ χρόνῳ, ὥστε τὰ τῶν στρατιωτῶν εἰς διδασκάλους πε-
ριχθῆ. *Vtinam ætate mea contingat vt ſtipendia
militum in doctores litterarum conferantur.* Et
pater Valentiniani, & Valens quoque Impera-
tor, viros eruditos ſi non antepoſuerunt, ſaltem
cum illuſtribus virtute bellica ducibus, ad pa-
rem dignitatis gradum euexerunt. At etiam Ale-
xander Magnus, captis Thebis, quæ ab ipſo per-
fidioſe defecerant, cum ciuitas more bellorum
euerteretur, hoc eſt cædes, & incendia fierent,
fana atque domus ſpoliarentur, armis denique,
cadaueribus, cruore, atque luctu, omnia com-
plerentur, ipſas Pindari ædes excipiendas iudica-
uit, & audiri cum attentione inter arma voluit,
hoc edictum tuitionis & ſecuritatis illarum, Πιν-
δάρου τοῦ μουσοποιοῦ τὴν στέγην μὴ καίετε, id eſt, *Pinda-
ri Poëtæ domum ne comburite*, vrbemque totam
ſolo adæquatam tradunt, exceptis ædibus Pin-
dari, quas illæſas ſeruauit Alexander, ob Pinda-
ri reuerentiam; & Panormitanus refert Alphon-
ſum Aragonum Regem, in expugnatione Caje-
tæ, paria Alexandro geſſiſſe, ille enim, cum ſaxa
ex vicinioribus agris conquireret, quibus, vehe-
menter indigebat, & villa Ciceronis proxima eſ-
ſet, noluit ex ea vel lapillum depromi, & malle
ſe inquit, tormentis nonquam vti, & nunquam
in ditionem ſuam ciuitatem redigere, quam vil-
lam Ciceronis euertere. Porrò quoque Athe-
nienſes apud quos ſemper artes fuerunt in lau-
de, in more poſitum habebant, vt licet ſtipen-
dia, ius ciuitatis, agros optimos, & vberrimos
profeſſoribus immunes ab officio publico con-
ferrent, nihilominùs tamen ita animati erant,
vt hæc omnia meritis eorum minora exiſtima-
rent, vnde in litteris prouiſionis Zenobij Rhe-
toris Antiocheni quibus ei pentiones, & ſalaria
ingentia donabantur, appoſita fuit hæc clauſula
δεξιώτερος γὰρ πάντων ἐστίν. *At enim his ingenioſior
ſolertiorque fuit & plura meruit.* Imo vero apud
ipſos immunitas credita eſt propria profeſſorum
prærogatiua, atque ideo cum Philiſcus Sophiſta,
qui ſeptem annos oratoriæ ſedi præfuerat, à qui-
buſdam magiſtratibus ea immunitate ſpoliatus
fuiſſet, ad Commodum Imperatorem, licet ei in-
fenſum, prouocauit, eique libere auſus aſt dicere
σὺ μοι λειτουργιῶν ἀτέλειαν δέδωκας διὰ τὸν Ἀθήνησι
θρόνον i. *Cum tu mihi Cathedram Athenis dediſti,
etiam per hoc immunitatem conceſſiſti.* Denique
ipſi Athenienſes eorumque exemplo Romani,
non ſolum nobiles philoſophos & ſapientiæ op-
timates, in ciuitatem receperunt, ſed etiam illos
in ampliſſimum ordinem cooptarunt, nam &
Carneadem Cyreneum, & Pœnum Clytoma-
chum Athenenſis Curia ſocietate dignata eſt, &
Themiſtium & Celſum, quoque genere erudi-
tione, voluntate laudabiles, Romani nobilibus
pignore dignitatis cum prærogatiua conſulari,
adiudicarunt.

Nec vero putandum eſt, hæc temerè, ac ſine
ratione inita fuiſſe, in gratiam litteratorum, nam

A inter omnia quæ virtute principum ac felicitate
recreantur, ſint licet fortaſſe illa magnitudine
atque, vtilitate potiora, nihil eſt tamen admirabi-
lius hac liberalitate, quam ſouendis honorandiſ-
que litterarum ſtudiis impertiunt. Incitatur enim
maxime vnuſquiſque, primum quidem, quando
ſe in obſcuro non eſſe, & quando ſuæ virtutis
præmia ſe conſequuturum, intelligit, & ideo Ro-
manæ Muſæ Antiſtes Mantuanus, ſerena lux va-
tum, & fons puri nectaris, ſe plurimum iacta-
bat, amore Auguſti, & fauore Mecœnatis glo-
riabatur. Et Zeno ille Stoïcorum Princeps, vir
alioquis grauis & magnificus, exultabat quo-
B que, atque efferebat ſe, quod cum peregrinus
atque è Phœnicia oriundos eſſet, propter philo-
ſophiæ profeſſionem ciuis ab Athenienſibus fa-
ctus eſſet; & nemo vnquam fuit, eorum, qui cum
laude imperia adminiſtrarunt, quin litteras, tan-
quam regium aliquod sacrum, veneratione ſint
proſequuti; ſiue enim Alexandrum ſpectes, ſiue
Auguſtũ, ſiue Marcũ, nullam aliã ob cauſam inue-
nies eos ad tantam gloriam peruenisse, niſi quod
non procul à paludamentis, pallia verſarentur,
& non minore quam Parmenio aut Agrippa, in
pretio eſſent, Arius aut Ariſtoteles.

Illud enim imprimis ſciendum eſt, hoc ſpe-
C ciem eſſe florentis reipublicæ, vt diſciplinarum
profeſſoribus præmia opulenta pendantur, &
contra ciuitatem deformari, vbi nullos litteris
honos, & pretium redderetur, & proinde cum
Athalaricus apud Caſſiodorum quorundam ſu-
ſurratione tantum agnouiſſet, Doctores eloquẽ-
tiæ Romanæ, laboris ſui conſtituta præmia non
habere, & aliquorum nũdinatione fieri, vt ſcho-
larum magiſtris, deputata ſumma videretur im-
minui, nefas iudicauit doctoribus adoleſcẽtium
aliquid ſubſtrahi, & mandauit eos potius ad glo-
rioſa ſtudia per commodorum augmenta eſſe
prouocandos; & cum etiam Leptines, vnus ex
Magiſtratibus Athenienſium legem tuliſſet, ne
quis in poſterum, quantumuis de republica bene
D meritus, munerum immunitatẽ, aut aliud quod-
dam præmium publicum poſtularet, huic legi in-
tercelſerunt omnes Ciuitatis primates, & oſten-
derunt, hanc legem Reipub. Athenienſis maie-
ſtatem imminuere, nunquam enim in laude fore
hanc rempubl. in qua magiſtratus magis œco-
nomi eſſent, & magis pecuniæ quam gloriæ ap-
petentes; Denique magnæ vrbis Magiſtratibus
anguſtos animos nullatenus cõuenire, nec enim
ſolum in rebus publicis conſiderandum eſt, vt
ærarium locuples habeatur, ſed etiam hoc præci-
puè, vt erga neminem ingrata ſit reſpublica, &
non tam opibus abundet, quam meritis ſuorum
ciuium floreat, nec ego huiuſmodi ciuitatem ho-
E nore proſequor, in qua Theatra dumtaxat, fora
& balneæ in pretio habeantur, Muſarum vero,
& Apollinis templa ſine honore ſint, nam cum
Reſpublica omnis duobus præcipuè bonis flo-
reat, opibus & meritis, maius illud eſt bonum
quod ad gloriam & laudem Ciuium, quam quod
ad opes pertinet; ego c[illegible] cœleſtibus precor
vt quidem ær[illegible] [illegible]amus locupletiſſimum,
& aurum C[illegible], [illegible] olim Rhodiis pluat, quod
ſi fieri nequit, illud ſaltem teneamus vt virtu-
tem ciuium & gloriam meritorum omnes cele-
bremus. Enim vero ſi nulla habeatur ratio me-
ritorum, ſi litteræ in republica nullum pretium
ferant, duorum alterum eueniet, vt aut litteræ

ipſæ contemnantur & fatiſcant, aut Doctores A ex vna ciuitate in aliam migrantes fugiant, quomodo ſane ipſa porro ſapientia quoque migrauit ſæpiùs, cuius primo domicilium Ægiptus fuiſſe perhibetur, inde ad Perſas tranſiit, poſt ad Athenienſes diuertit, atque illinc etiam tandem auolauit, & nunc velut auicula nido exturbata, longo iam tempore incertis ſedibus vagatur & oberrat nam quemadmodum regio quæ imbribus irrigua eſt, generoſos & multos fructus profert, ſiccitates autem fœcunditati aduerſari ſolent, ita artium quæ apud homines in honore ſunt, multi ſunt magni & præſtantes profeſſores, & verum eſt quod ait Ariſtæneus, fortuna egere artes omnes, fortunæque viciſſim B ab artibus ornamentum accedere.

Illud quoque non minus conſiderandum eſt, eos qui ſapientiam docent, & fœlicitatem tradunt, ipſos anguſtia rei familiaris premi, vt dicebat Iſocrates oratione contra Sophiſtas, Amor enim ingenij neminem diuitem fecit, artéſque ipſæ ſunt quædam paupertimæ neceſſitatis inuenta, & plus daturus eſt calceus ſutori, quam calamus ſcriptori, vnde legimus magnos quoſdam artifices cum pulcherrima ſua arte periiſſe, Lyſippum ſtatuæ vnius lineamentis inhærentem, inopiam extinxiſſe, & Mironem qui pœne animos hominum ferarumque ære C comprehenderat, non inueniſſe hæredem, & Mæonidem ipſum, pro quo ſeptem vrbes mortuo certauerunt, ad tantam veniſſe paupertatem vt vitam ſuam miſera mendicatione ſuſtentaret, illi enim qui ſtudio vacant, vt ſerenas habeant mentes, non ſolum publica bona, ſed etiam proprias res deſerunt, & vniuerſum patrimonium impendunt, vt adquirant ſibi quod maius eſt, ſcilicet contemptum patrimonij, & aliqui ex iis inuenti ſunt, ita intenti ſtudiis, vt ne patriam quidem captam eſſe ſenſerint.

Deinde etiam cum viri Merentiales in labore ſtudiorum, id quod erat in ipſis florentiſſimum D vt plurimum decerpant, (continuatio enim literari laboris omnem gratiam corpore deterget, habitudinem tenuat, ſuccum exorbet, colorem obliterat, vigorem debilitat) ſi ne crudele & impium eſſet ſi ſenio confecti, aut morbis afflictati, ſine honore & mercede, in aliquod ſterquilinium portati, abiicerentur; Saltem enim eis prouidendum fuit, iuxta legem Athenienſium, qua mutilati in bello publice alebantur, aut iuxta leges Romanorum, quibus milites bello attriti, & valetudine defeſſi, deformia ora cicatricibus, canitiémque capitum oſtentantes, miſſionem & indulgentiam E munerum obtinebant, & recte Aurelianus Imperator dicere ſolebat, *leuandam paupertatem eorum hominum, qui diu respublica viuentes miſeri & pauperes exiſtunt.*

Nec vero quis dicat noſtras artes, & noſtras profeſſiones inutiles eſſe reipublicæ, nam qui hoc dicunt, oſtendunt ſe nihil vnquam feciſſe ſcribendum, auerſantur enim hanc poteſtatem literarum, illi tantum quibus in obſcuro, & in tenebris viuentibus, nihil vnquam prodeſſe litteræ potuerunt, qui enim gloriam illuſtrem inter homines conſequuti ſunt, nullum maius ac melius donarium puluinaribus ſuis inferri putant, quam vt ſint aliqui, qui excelſam eorum gloriam, vltra Scythicum Pontum ferant, & ea loca, vbi, latos muros bitumine colligans Semiramis, regnauit, & ſicut Alexander Magnus optabat vt ad eius præclare facta dicenda, aliquis rurſus naſceretur Homerus, ita omnes viri magni cupiunt ampliſſimis monumentis conſecrati, & nunquam diſcedere, ex animo hominum, illorum memoriam.

Quæ cum ita ſint, *Vir maxime, & ſumme rerum ac rationum Arbiter*, Nos Regij Profeſſores ad te confugimus, & cum ſimus aues Parnaſſi, à pennis petimus auxiliatum, Nos Regij cum ſimus, cum Poro, petimus, vt ab omnibus regie tractemur, & cum pauperes ſimus, cum Diogene quoque petimus, ne quid nobis auferatur. Ecce quietem, otium ac ſolitudinem ipſæ literæ requirunt, & magni Principes.

Dum curam impenunt populis, dant otia Muſis.

Vbi vero hæc quies, hoc otium, hæc ſolitudo, ſi Lectores Regij ſuis ſtipendiis, & penſionibus priuentur; extat apud Comicum Latinum cuiuſdam paraſiti dictum.

Exequias Chremeti, quibus eſt commodum ire, iam tempus eſt.

C Idem vero dicere poſſumus de litteris, exequias eundum, niſi earum Profeſſores, à Regibus alantur, Nam memini, cum Oribaſius, ornamentum litteratum, facultatibus omnibus orbatus fuiſſet, tale oraculum de eo auditum fuiſſe.

Εἴπατε τῷ βασιλῆϊ, χαμαὶ πέσε δαίδαλος αὐλά,
Οὐκέτι Φοῖβος ἔχει καλύβαν, οὐ μαντίδα δάφνην.
Οὐ παγὰν λαλέουσαν, ἀπέσβετο καὶ λάλον ὕδωρ.

Dicite Regi, humi cecidit artificioſa aula,
Non amplius Phœbus habet caſam, nec vaticinatricem laurum
Nec fontem loquentem, extincta eſt & garrula aqua.

D Sane intereſt gloriæ, quam tu tot virtutibus es conſequutus, vt contumelia fiſci litterarij tollatur, & augendi ac confirmandi magis quam negandi & imminuendi commodi cauſa de Profeſſorum ſalario deliberetur; Tibi enim,

——*iam creditur vni*
Sanctarum digeſtus opum partaque per omnes
Diuitiæ populos, magnique impendia mundi.

Intereſt quoque vt ingenia quæ canendis tuis virtutibus excoluntur, ſentiant erga litteras dignationem. Quid dixi ſentiant? enimuero iam ſenſerunt, nec vnquam, tantæ, quantæ tibi curæ fuit, vt doctrinæ atque eloquentiæ ſtudia E florerent, tu enim tanto ſtudium litteratum fauore proſequeris, vt inter Regias diſpoſitiones, ſummis reipublicæ gubernandæ prouiſionibus occupatas, non minus ad prouidentiam tuam exiſtimes pertinere fouendi litteratos quam recte faciendi diſciplinam, nec eſt mirum, tu namque exemplar es vnum in litteris, palmæ forenſis & Camœnarum decus, tum felle nullo, & melle multo, benignus, pius, facundus, ſanguine & ingenio clarus, ac velut tibi ſeruire voluerit omnis honos, tu vagus per omnes dignitatum formulas, meritiſque plura, quam gerens, Senator Libellorum Supplicum Magi-

ſter, Prætor, Præfectus vrbi, tum io Magno A Conſilio, tum in Senatu honore geſti Præſidatus inclytus, & denique Regiuæ Regentis Cancellarius ſommus vtriuſque Ærarij, ac ſacrarum largitionum Comes & Superpræfectus. Et portenti ſimile videretur, Regina Optima Maxima Regente, ac principante, Sereniſſimo Duce Aurelianéſi, eodémque Patruo Regis, publicæ fœlicitatis conſorte, & Conſeruatore, & Primario Regni Principe, conſilium & aoxilium præbente, & te tuos adſcrente dioos, ac ſacras largitioncs diſpeoſante, Scholam noſtram, non vitio hominum, ſed vitio temporum, tam fœde perire.

Adſis igitor nobis & præſta, vt Scholæ noſtræ æterna authoritas exiſtat, & ne vlla inquierudine, aot noſtra minuatur vtilitas, aut Parenti B noſtro Franciſco primo, gloria derogetur, nihil enim eſt in tua fortuna maius, quam poſſe, nihil melios, quam velle prodeſſe bonis, & longe lateque pomœria propagare benignitatis ac beneficentiæ, nolla dote, nullo genere virtutis mortalitas propius ad naturæ diuinę ſimilitudinem accedit, quam miſerendo humanæ imbecillitatis, erigendo lapſos, ſalutem dando Innocentibus, & licet minimum eſt quod petimos, & quod nos facere fœlices poteſt, non tamen minima erit inde gloria toa; Noa enim, tuum nomen, tuaſ virtutes, manſuris ſemper laudibus, ornabimus, & poſteri magis, dicent, vix credituri, caneſcentibus demum naturæ annis, tam altioris genij virum, tantum virtutis decus affulſiſſe: & quia iam te in altiorem ordinem, & amor Reginæ extulit, & tua ſtudia dedoxerunt, vota nuncupabimus, vt Deoa optimus quo duce & auſpice, ad tantum faſtigium perueniſti, te florentem omni felicitate & gloria, quam diutiſſimè rebus humanis intereſſe patiator.

IOANNES DARTIS Anteceſſor, & Profeſſor Regius,
Comes & Decanus Facultatis Iuris Canonici,
in Academia Pariſienſi.

DE VRBICARIIS ET SVBVRBICARIIS REGIONIBVS ETE CCLESIIS.

In quibus, ex Notitia Ciuili, & Eccleſiaſtica totius Orbis, quæ fuerint illæ regione, Eccleſiá oſtenditur & quæſtio nouantiqua de Canone Nicæno, & Paraphraſi Ruffini diſcutitur.

ILLVSTRISSIMO ET reuerendiſſimo D. D. FRANCISCO RVPEFVLCALDIO S.R.E. PRESBYTERO Cardinali, Siluanectenſi Epiſcopo, S. Genoueſæ Abbati, & ſummo Franciæ Eleemoſynario.

CARDINALIS ILLVSTRISSIME, *Si quis Tripodem olim in certaminibus pro præmio conſecutus eſſet, non retinebat hunc domi, ſed Deo conſecrabat in cuius ludo euaſerat victor; Ego igitur cùm mihi viderer de tripode ſatis & Cortina Phœbi loquutus, in quæſtione* de Vrbicariis regionibus & Eccleſiis, *nulli adhuc ſatis notis, non potui in ſcrinio meo diutius tripodem hunc ſeruare, ſed tibi Vniuerſitatis parenti, Muſarum Antiſtiti, noſtrarumque Iuris ſcholarum peculiari genio ac reſtauratori volui conſecrare, & in eo varia argumenta quæ ad honorem tuum pertinerent ſtilo meo veluti celare, ne vnquam celarentur. Et enim ſi bello parta (vt loquitur optimus orator) Marti dicantur; ſi mari quæſita Neptuno, ſi meſſes Cereri, Si Mercurio lucra libantur, ſi item rerum omnium genera ad cultum referuntur auctorum, vbi fas eſt iuris Pontificij ſtudia conſecrare, niſi Pontifici ampliſsimo, illuſtriſsimo Cardinali, & ſummo Franciæ Eleemoſynario? In quo quanquam volui honerare te, neque enim malis diis vlla donaria, ſeu vt loquitur Artemidorus*

Κ'νω τῶν ἀναθημάτων οἱ θεοὶ [illegible].

Magis tamen, vt ita dicam, opus hoc meum honore affeci, tuum nomen illi impertiendo, quod per illud viuere poſsit hic liber ſeclis innumerabilibus. Nam tantum abeſt vt merita laudum tuarum, & incredibilem tuam erga bonarum artium ſtudioſos ſollicitudinem atque indulgentiam ſatis prædicare dicendo poſſim, qui ſatis eam mirari nequeo ſilendo, maximè cum viderim & ſenſerim te tam ſtudioſorum hominum eſſe fautorem, vt parum te ſatisfacere voto & conſcientiæ tuæ credas ſi non eius rei monumenta conſecrata exiſtere ad poſteros conaneris, vt propter te Gallia nunc ſicut olim Roma oſtentet ſuos Mæcenates, mox oſtenſura Marones; quod amor ille tuus virtutis & eruditionis, ingenium concedat muſarum alumnis, qui tui ſunt eruntque in perpetuum; nam ea es humanitate vt in tanto virtutis & dignitatis ſplendore ſequeſtraſſe videaris venerationem, quo facilius ad te Mercuriales accedunt, & certatim exploratæ, non fucatæ doctrinæ viri, tibi ſua opera tradant, nullo fine in honorem nominis tui, in commendationem virtutis tuæ, in decus illuſtriſsimæ familiæ etiam tuæ, aliquid condentes aut componentes. Sed cum gentilitium illud ſit Rupefulcaldiis, *omnibus prodeſſe, omnibus placere, ab omnibus laudari, & ſpem ſemper ſpicamque alicuius boni præbere. Deus faciat vt talia diu facias, & talia te facere diu ego nunciem, qui ſum*

CARDINALIS ILLVSTRISSIME,
Tibi deuinctiſſimus
& deuotiſſimus,

I. DARTIS.

I. TARISIVS D. PRIOR Ceſſenonenſis

IONN. ARTISIO amico amicus.

DIgnus eras toto fieres notiſsimus Orbi
Tā bene cui totus cognitus Orbis erat.
Sed cum deffendis Petri patrimonia, magnum
Non ſatis in terris inuenio pretium.

M. PALHIESIVS D. PRIOR Rupebrunæ ord. ſancti Auguſtini.

IONN. ARTISIO Cariſſimo.

ARTISI pater eruditionis,
Et doctiſſime Iuris Anteceſſor,
Quod ſic per tua iura, perque leges,
Vrbs reddideris ſuburbicanas
Vrbes, hoc mage dignus Vrbe quàm ſit
Villæ incola, quàm ſit Vrbicanus.

m iij

PRAEFATIO,

IN QVA RATIO ET METHODVS APERITVR eorum omnium quæ dicuntur de Suburbicarijs regionibus.

QVæSTIO magni momenti proponitur, non puerorum aliqua præexercitatio, ſeu plaſma, rudimentumque declamatorum, quo per quandam σκιαμαχίαν pugnant aduerſus accuſatores qui nuſquam ſunt, & coram iudicibus qui nulli apparent, ad oſtentationem nimirum & pompam orationis. Nam in ea duo fulmina & tonitrua vocis BARONIVS & BALLARMINVS ſuis manubiis homines per coniecturas quaſdam veritati præſtigium facientes non terruerunt tantùm, ſed ita percuſſerunt, vt eorum oculos perſtrinxerint, linguamque velut aliquo ſydere afflarint: & hodie etiam Anonymum ac laruatum Coniectorem per μορμολύκεια eandem quæſtionem cum ſtupore vulgi excitantem, & veritatem ſuis ſomnijs furtim nobis tanquam Cacum ſubtrahentem vir doctiſſimus pondere rationum ac verborum ſuorum omninò oppreſſit. Verùm quia non ſatis eſt nos in alicuius controuerſiæ tractatione eos qui contentioſè contradicunt refellere, eorúmque quaſi appoſitâ tibiâ rationes omnes ſupplantare, ſed etiam oſtendendum eſt non in lubrico rationis nos pedem in noſtra ſententia obfirmaſſe; ideò factum eſt vt ego inſtar Melanchomæ illud genus athletæ voluerim imitari, quo neminem feriendo vincere tamen poſſem omnes qui ſe ad certamen iſtud compareremt. Quod vt videas (LECTOR) & intelligas cauſa vbi conſtituta ſit tibi proponendum eſt. Agitur de SVBVRBICARIIS REGIONIBVS & ECCLESIIS, quo loco illæ ſint, quo numero, & à quibus regantur, hoc ſiue ſcilicet, vt ibi fines iuriſdictionis ſummi Pontificis à nouatoribus conſtituatur. Illi igitur omnem lapidem mouent, vt in aliquo inueniat aliquem terminum illarum, quærunt & non inueniunt, omniſque lapis offenſionis in eos reuoluitur, ita vt ſuburbicariæ regiones inter ζητήματα non inter εὑρήματα illorum reperiantur; Qui certè in hoc mali locorum menſores, quod potiùs regionibus montem conſpicuum, aut fluuium ingentem conſtituere debuiſſent, quàm fodiendo minutum lapidem inueſtigare. Fugit verò id, niſi fallor, non ſolùm illos, ſed omnes alios qui in ea re indaganda operam ſuam ante à collocarunt: quod & ſi reperiſſent, & ſuburbicanas regiones ſuis finibus determinaſſent, adhuc non potuiſſent Romani Pontificis poteſtatem circumſcribere: Ego verò vtrumque reperi, & ſuburbicarias regiones quas definio, & ſoburbicarias Eccleſias quas deſigno, vt vel cæcus meâ manu ductus ad eas

A peruenire poſſit. Delineo enim (quod erat omninò neceſſarium) totum orbem per ſuas diœceſes, prouincias, & præfecturas ciuiles; vt per enumerationem partium quæ ſint illæ ſuburbicariæ prouinciæ innoteſcat. Deſcribo inſuper totam Eccleſiam per ſuas etiam diœceſes, prouincias, & præpoſituras Eccleſiaſticas, vt per illarum numerum etiam ſuburbicariæ Eccleſiæ declarentur: tum oſtendo copioſiſſimè has Suburbicanas ſiue regiones ſiue Eccleſias per nullas ambages explicatas, quocumque numero ſint, quocumque loco ſint poſitæ, ſiue eo modo quo ſtatuit Baronius aut Belarminus, ſiue quo Anonymus, ſiue quo Anonymi ſupplantator, qui omnes modi ad faciem veritatis non collineant, ſiue quo ego conſtitui,
B quem verum eſſe exiſtimo nihil SVMMI PONTIFICIS officere vniuerſalitati. Deinceps venio ad diſcuſſionem & diſpunxionem Concilij Nicœni, cuius can. 6. à nullo adhuc intellectus, fecit hanc quæſtionem, deditque errandi pluribus occaſionem: quem canonem vnà cum Paraphraſi Ruffini ita expono, vt qui orationis meæ ſenſum deguſtarint, agnoſcere poſſint nihil dulcius eſſe rerum veritate: quemadmodum qui in Mercurij ſolemnitate cùm mel & ficus ediſſent, γλυκὺ ἡ ἀλήθεια exclamabant, inſuperque videre me non pridiana & vetera declamare, & vt dicebant Græci ἕωλα μαλτῶν. Hoc
C verò maximè titulo poſt edecumatæ eruditionis viros præſumpſi hanc queſtionem enucleare, quod in eâ de interpretatione canonum ageretur, quæ ad nos Iuris Canonici in Vniuerſitate Pariſienſi Anteceſſores pertinebat, vt in eâ ſiue ſilentibus, ſiue obloquentibus alijs ipſi potiſſimum audiri debeamus. Sed & arripere patrocinium matris Eccleſ. ſuſcipere defenſionem Petri, non ſolùm conueniens hominibus Chriſtianis, ſed etiam perneceſſarium omninò videbatur, maximè verò Gallis qui non ſolum telo, ſed etiam ſtylo pro Petri ſede tanquam pro
D communi (vt ita dicam) Veſta, & patrus Laribus ſemper decertarunt, & rectè id; Nam veluti Veſta aliqua eſt omnium Eccleſiarum Eccleſia Roman. & rectè id, nam ſi Eccleſia noſtra eſt Eccl. Chriſti, non alibi debet eſſe ædificata, quàm vbi Chriſt. ſuam ædificauit, in Petra nimirũ admirabili Petri, quæ terra, marique firmitatem habet, vt non tam caput illud inuentum in Capitolio firmum fuerit aduerſus dæmones inferni, quàm caput Petri contra inferorum portas, hoc eſt contra portas iniquitatis, portas maledicentiæ, portas furoris, vt vocat Nazian-

zenus. Non enim alias eſſe portas inſerorum A
dixero, quam quid quid eſt, *Veſtibulum ante ipſum, primiſque in faucibus orci* Non alium Acherontis oſtium, aut ianuam lethi, aut illi men exitij, hæc enim omnia monſtra in Eccleſiam.

Quæ data portarum.

Sed non debere præualere inferorũ illas portas oſtendit Deus hoc ſymbolo, quando (vt rectè notat Origenes) è portis mortis eripuit D. Petrum, vt annunciaret vniuerſas Dei laudes in portis Sion: ſicut etiam monſtrauit idem Deus non poſſe vllis vinculis Petrum conſtringi, quando illum vincula ſoluere permiſit, & denique immerſabilem eſſe Eccleſiam Petri ſignificauit, quando ipſum in quo totus Eccle- B ſiæ ſpiritus reſidebat, in Eccleſiæ ædificatione per medias aquas currere permiſit, ſicut in mundi cõſtructione Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas. Quare, premant iſtæ hominum ſaburræ & ſentinæ hanc nauim, audient enim eo ea dicentem Petrum, & ſucceſſorem eius hanc cantilenam:

Ἀβάπτιστος εἰμὶ φελλὸς ὣς ὑπὲρ ἕρκος ἅλμας.

Immerſabilis ſum tanquam ſuber, ſuper maris ſeptum.

Conentur iſti fucatores veritatis vncis dictionum & orationum ſuarum, aliquid de iuriſdictione vniuerſali Summi Pontificis ſubducere, C nunquam tamen poſſidebunt aliquid in ea, Claues ſemper retinente Petro, qui

ſua ſi bona neſcit

Seruare, fruſtrà clauis in eſt foribus.

Nos verò claues illas oſculabimur & honore afficiemus, more antiquo; refert enim Nicephorus Patriarcha Conſtantinopolitanus ſcribens ad Leonem Armenium ſe didiciſſe Romanos Clauibus Petri Principis tantum honorem habuiſſe, vt argenteas claues fecerint quas in publico adorarent: nos item caput Eccleſiæ manibus noſtris, & toto corpore protegemus: cùm leges ciuiles ferunt capitale fuiſſe ſi quis Præpoſitum ſuum protegere noluiſſet, deſeruiſſet. l. 3. & 5. ff de re militari. & in hanc rem D lauderur miles qui Cyrum ex equo ſuo vulnerato deiectum, in equum ſuum è periculo ſuſtulit. Nos denique Petrum ſequemur τὸν ἐκκλησίας ἔρεισμα, *columnam Eccleſiæ*, vt vocat Gregor. Nazianz. quemadmodum Iudæi ſequebantur columnam nubis. Nec blaſphemabimus aduerſarios cum quibus diſputamus, exemplo Michaelis Archangeli, qui cùm altercaretur cum diabolo de Moiſi corpore diſputando, non eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ, ſed dixit *Imperet tibi Dominus* ſed diſcemus ſimiliter, Inſtruat, & increpet illos Chriſtus, cuius Eccleſiam vellicant & offendunt. Hæc verò volui præ- E fari, tùm vt mentis meæ, tum etiam vt orationis huius & methodi rationem redderem. Ad quæſtiones enim illas duas ſequentes, quæ antè videbantur tormenta cruciendę ſimplicitatis, & ſuſpendendę veritatis, vt cum Tertulliano loquar, & quæ erant velut labyrinthi his ſimiles fila duo dedi, quibus per omnes illarum ſinus, receſſus & errores inextricabiles ſine vllo erroris periculo irrumperetis, penetraretis, & tandem erumperetis.

DE SVBVRBICARIIS REGIONIBVS liber vnicus.

Roma vnicus orbis.

Capvt primvm.

Vnvs primùm orbis fuit Orientis & Occidentis, Roma ſcilicet, vt notat Dionyſius Halicarnaſſ. Hinc Romani dicti Orbis domini, quia vt ait Petron.

Orbem iam totum victor Romanus habebat.

Imò ipſa vrbs Romana non vrbs tantùm, ſed Orbis dicta eſt: quam rem confirmat plurimùm globus ille ſeu pomum quod Imperatores manu ſua geſtabant, vt annotaui in Annales Eccleſiaſticos Baronij.

Ea diuiſa in duos orbes, Orientem & Occidentem.

Capvt secvndvm.

Divisvs poſteà eſt ille Orbis in duos orbes ex Claudiano de bello Gildon. dicente:

Conſpirant gemini frenis communibus orbes,

in Orientem ſcilicet & Occidentem, vt non ampliùs Oriens fuerit in Orbe Romano, ſed Conſtantinopolitano, habueritque Conſtantinopolis orbem ſuum, vt rectè illam ſalutat Sidonius Apollinaris his verbis:

Salue ſceptrorum columen regina orientis

Orbis Roma tui.

Orbis tui ait id Orientis, ideóque Gregorius Nazianzen. vocat illam Vrbem τὸν δεύτερον κόσμον. *ſecundum orbem*. Et huius diuiſionis veſtigium in Scriptura ſacra reperitur. nam Ierem. 2. v. 10. quando dicitur *Tranſite ad inſulas Cethim, & videte, & in Cedar mittite;* Theodoretus per *Cedar* intelligi Orientem, per *Cethim* Occidentem.

Oriens diuiſus eſt in ſeptem diœceſes, & duos Præfectos Prætorio.

Capvt tertivm.

Secundò diuiſi etiam ſunt iſti duo orbes, Orientis ſcilicet & Occidentis, in plures diœceſes, vt breuiter annotabo. Oriens quidem in ſeptem diœceſes diuiſus eſt. I. Orientis (ita vocatis nomine ſpeciali) II. Ægyptiaca, III. Pontica, IV. Aſiana, V. Thracia, VI. Macedonia, VII. Dacia, vt conſtat ex Notitia Imperij: & quinque priorum etiam mentio eſt in l. 1. C. vt nemo ad ſuum patrocinium ſuſcipiat ruſticanos, vel vicos eorum. & l. 2. C. de militari teſtamento. Aſianæ verò & Ponticæ mentio in l. 6. C. de fundis patrimonialibus & ſaltuenſibus. & l. 5. C. de temporibus & reparationib. appellationum. vbi etiam mentio Thraciæ Ægyptiacæ & Orientalis. Et quod nihil dicitur de

duabus poſterioribus dicta lib. 5. C. de militari teſtam. Hinc eſt quod Imperator ſcriberet ad PP. Orientis, cui ille tantùm quinque ſubiacebant. In lib. verò 5. de temporibus & reparat. appellat. fit etiam mentio Illyrici, quia ibi agebatur de appellationum iure quod ex eo debatur ad omnes partes Imperij.

Septem verò illæ diœceſes regebantur à duobus Præfectis prætorio: priores quinque à Præfecto prætorio Orienti, poſteriores duæ à Præfecto prætorio Illyrici, vt conſtat ex Notitia. & ita diuiſus Oriens regebatur.

Occidens diuiſus in ſex diœceſes, & duos Præfectos prætorio.

CAP. IV.

OCcidens verò in ſex diœceſes diuiſus eſt, quarum prima fuit Italia, ſecunda Illyricum, tertia Affrica, quarta Galliæ, quinta Hiſpaniæ, ſexta Britanniæ, quæ omnes regebantur etiam à duobus Præfectis Præt. tres priores à Præfectis Præt. Italiæ, tres poſteriores à præf. præt. Galliarum, vt conſtat ex Notitia Imperij.

Orientis deinceps diœceſes diuiſæ in prouincias.

CAP. V.

RVrſus quælibet tam Orientis quàm Occidentis diœceſis ſubdiuiſa fuit in plures prouincias; ideò diœceſis nihil aliud eſt quàm tractus plurium prouinciarum, vt patet ex Notitia. & ſimiliter lib. 2. C. de milit. veſte, eſt mentio prouinciarum Traciæ. at Tracia ex dictis diœceſis eſt & lib. 3. Cod. de equor. collat. ſunt hæc verba: *Affricana diœceſis adæratur ſecundum notitiam ſingularum prouinciarum.*

Prouinciæ ſeptem diœceſeon Orientis enumeratæ.

CAP. VI.

ORientis diœceſis prouinciæ ſunt quindecim, vt patet ex Noticia: Quinque Conſulares, Syria, Palæſtina, Phœnice, Cilici, Cyprus: octo Præſidiales, Palæſtina ſecunda, Palæſtina Salutaris, Phœnice Libani, Euphratenſis, Syria ſalutaris, Meſopotamia, Oſrohena, Cilicia ſecunda; quibus addes alias duas Arabiam & Iſauriam præſidiales.

Ægypti diœceſis ſunt ſex prouinciæ: Prima Ægyptus, ſecunda Thebais, tertia Libia ſuperior, quarta Libia inferior ſeu Pentapolis, quinta Arcadia, ſexta Auguſtanica: quarum quinque priores præſidiales ſunt, ſexta verò à correctore regebatur, licè tamen ad præſidem Auguſtamnicæ ſcripta ſit lex 34. Cod. Theod. de decur. Nec obſtat quod in Synodo Nic. 1. cap. 6. & apud Theodoritum lib. 1. c. 9. non recenſeantur niſi tres; quia vt rectè Ammianus lib. 22. priſcis temporibus fuere tantùm tres, Ægyptus, Thebais, & Libia, quibus poſteà duæ aliæ Pentapolis & Auguſtamnica additæ ſunt. Imo adhuc numerus ille excreuit, nam & poſteà fuerunt decem in Ægyptiæ diœceſi prouinciæ, vt conſtat ex Theod. & Valent. epiſt. ad Dioſcorum, quæ recitatur in actis conc. Calced.

Aſianæ diœceſis ſunt vndecim prouinciæ, 1. dicitur Aſia, ſicut ſuprà in Orientis diœceſi, 1. dicebatur Oriens, & in Ægypti diœceſi prima nominabatur Ægyptus, 2. Pamphilia, 3. Helleſpontus, 4. Lidia, 5. Piſidia, 6. Lycaonia, 7. Phrygia prima ſeu Pacatiana, 8. Phrygia ſecunda vel Salutaris, 9. Licia, 10. Caria, 11. Inſulæ, vt conſtat ex Notitia. Nam malè in veteri Indice additur duodecima, nempe Galatia, quæ potiùs ad Ponticam diœceſim ſpectat. Harum verò prima, nempe Aſia fuit Proconſularis: tres ſequentes Conſulares, aliæ verò omnes Præſidiales fuerunt, vt videre eſt in notitia.

Ponticæ diœceſis ſunt etiam vndecim prouinciæ, prima Galatia, ſecunda Bithynia, tertia Paphlagonia, quarta Honorias, quinta Capadocia, 1. ſexta Cappadocia, 2. 7. Helleſpontus, 8. Pontus Polemoniacus, 9. Armenia 1. ſeu maior, decima Armenia 2. ſeu minor, 11. Galatia Salutaris aut ſecunda, vt patet ex Notitia; licèt in alio Indice non ſint niſi decem, & harum prima fuit ſubiecta Correctori, aliæ verò omnes decem fuerunt Præſidiales.

Thraciæ diœceſis ſunt ſex prouinciæ, 1. Europa, 2. Thracia, 3. Hemimontus, 4. Rhodopæ, 5. Mœſia ſecunda, 6. Scythia. quam malè in veteri Indice Hæmimontus reponitur inter prouincias Illyrici; & harum duæ primæ fuerunt Conſulares, aliæ verò quatuor Præſidiales, ſex verò illas Thraciæ prouincias vocat Theodoritus lib. 5. cap. 28. ἐξ ἐπαρχίας.

Macedoniæ diœceſis ſunt etiam ſex prouinciæ, prima Achaïa, ſecunda Macedonia, tertia Creta, quarta Theſſalia, quinta Epirus vetus, ſexta Epirus noua, cum parte Macedoniæ Salutaris vel ſecundæ, ex Notitia: & harum prima fuit Proconſularis, duæ ſequentes Conſulares, tres reliquæ Præſidiales.

Daciæ diœceſis ſunt quinque prouinciæ, 1. Dacia Mediterranea, 2. Dacia Ripenſis, 3. Mœſia 1. 4. Dardania, 5. Præualitana cum parte Macedoniæ ſalutaris: & harum prima Conſularis, quatuor aliæ præſidiales fuerunt. Et ita diuiſæ ſunt omnes Orientis diœceſes ſeptem, in prouincias 60. conſtatque iam quæ fuerint tum Orientis diœceſes, tum quæ prouinciæ.

Prouinciæ diœceſeon ſex Occidentis recenſentur.

CAP. VII.

SImiliter verò Occidentis diœceſes ſex in ſuas prouincias diuiſæ ſunt.

Italiæ diœceſis ſunt ſeptemdecim prouinciæ, 1. Campania, 2. Thuſcia cum Vmbria, 3. Picenum ſuburbicarium, 4. Flaminia cum Piceno Annonario, 5. Æmilia. 6. Venetia, 7. Ligoria, 8. Sicilia, 9. Apulia cum Calabria, 10. Lucania

cum Brutiis, 11. Samium, 12. Valeria, 13. Sardinia, 14. Corſica, 15. Rhetia prima, 16. Rhetia ſecunda, 17. Alpes Cottiæ: & harum primæ octo fuerunt conſulares, duæ ſequentes à Correctoribus rectæ, ſeptem verò vltimæ fuerunt Præſidiales, vt patet in Notitia. Nam licèt in veteri inſcriptione dicatur Corrector regere Flaminiam cum Piceno Annonario, tamen ibi vt alibi nomen Correctoris ſumitur pro Conſulari, vel pro Proconſulari.

Illyrici diœceſes ſunt ſex in Notitia, 1. Dalmatia, 2. Pannonia prima, 3. Noricum Mediterraneum, 4. Noricum Ripenſe 5. Pannonia ſecunda, 6. Sauia: & harum primæ quatuor ſub Præſidibus, hoc eſt Præſidiales fuerunt: duæ poſteriores ſub Correctoribus. Dixi eſſe ſex ex Notitia; namque Rufi Breuiarium addit ſeptimam, & vetus Index, nempe Valeriam quæ dicta eſt Pannonia tertia; & non caret probabilitate Valeriam fuiſſe ſeptimam, cùm ea reperiatur eſſe ſub Præfecto Illirici apud Zozimum lib. 2.

Africæ etiam diœceſis ſunt ſex, 1. Carthaginenſis vel Zugitana, 2. Byſacium, 3. Numidia, 4. Tripolis, 5. Mauritania Cæſarienſis, 6 Mauritania Sitifenſis, ex veteri Notitia. Cum qua conueniunt Ruffi Breuiarium & Index citatus, vnà cum inſcriptione veteri quæ ſic habet:

L. ARADIO VAL. PROCVLO, V. C. &c. PROCONSVLI PROVINCIÆ AFRICÆ, VICE SACRA IVDICANTI, EIDEMQVE IVDITIO SACRO PER PROVINCIAS, PROCONSVLAREM ET NVMIDIAM, BYSACIVM, AC TRIPOLIM ITEMQVE MAVRITANIAM SITIFENSEM ET CÆSARIENSAM PERFVNCTO.

Et harum etiam mentio in actis Collat. Carthag. Verùm illarum prima ſola in Oriente fuit Proconſularis, duæ ſequentes Conſulares, aliæ tres Præſidiales, ex Notitia. Iuſtinianus verò Africâ recuperatâ in ſeptem prouincias partitus eſt; & ex Synodo Carthag. Numidia etiam in duas diuiſa dignoſcitur.

Galliæ diœceſis ſunt ſeptemdecim prouinciæ, 1. Viennenſis, 2. Ludunenſis prima, 3. Germania prima, 4. Germania ſecunda, 5. Belgica prima 6. Belgica ſecunda, 7. Aquitania prima, 8. Aquitania ſecunda, 9. Aquitania tertia ſeu Nouempulonia, 10. Ludunenſis ſecunda, 11. Ludunenſis tertia, 12. Ludunenſis quarta, quæ eſt Senonia appellatur, 13. Maxima Sequanorum, 14. Narbonenſis prima, 15. Narbonenſis ſecunda, 16. Alpes maritimæ, 17. Alpes Pœninæ cum Graiis. Ita verò Notitia & Index, vbi ſeptemdecim prouinciæ Galliæ numerantur, licèt aliquando Gallia tota diœceſis nomine ſeptem prouinciarum intelligatur, vt conſtat ex Procopio lib. Got. 1. & Bonifacij epiſtolæ cuiuſdam inſcriptione, vel etiam nomine quinque tantùm prouinciarum ex alia inſcriptione poſita in concilijs Valentino & Taorinenſi.

Hiſpaniæ diœceſis ſunt ſeptem prouinciæ, vt conſtat ex Notitia, & veteri Indice, 1. Luſitania, 2. Betica, 3. Gallæcia, 4. Tarragonenſis, 5. Carthaginenſis, 6. Tingitana. 7. Baleares inſulæ, licèt omittatat hanc ſeptimam Ruffus, & licèt etiam ālià quadam diuiſione Hiſpania nomine quinque prouinciarum intelligatur: quarum tres primæ Conſulares, aliæ quatuor Præſidiales.

Britaniasum diœceſis quinque ſunt prouinciæ, vt patet ex Notit. & Indice cit. 1. Maxima Cæſarienſis, 2. Valentia, 3. Britania prima, 4. Britania ſecunda, 5. Flauia Cæſarienſis: quarum duæ primæ Conſulares, aliæ verò tres Præſidiales.

Metropolis prouinciarum cuiuſque diœceſis Orientis aſſignatur.

CAP. VIII.

PRæter quod verò quælibet diœceſis habet plures prouincias ſub ſe, ſciendum etiam eſt in qualibet diœceſi eſſe quandam metropolim omnium illarum prouinciarum; idque tam in Oriente quàm in Occidente; & hoc eſt quod voluit dicere Iuſtinianus Nouel. 128. In quauis orbis Romani diœceſi foiſſe tribunal P. Prætorio. In Oriente quidem diœceſi metropolis Orientis diœceſis fuit Antiochia, ex Hieron. epiſt. ad Pammachium, & Zoximo etiam lib. 1. Ægypti Alexandria ex Theodor. lib. 1. c. 1. Pæonio Eutropij Metaphraſte lib. .

Aſię diœceſis metropolis fuit Epheſus ex Theodori Epheſini Epiſcopi ſubſcriptione in 18. action. 6. ſynodi, vbi Epheſus dicitur metropolis prima Aſianę diœceſeos.

Ponticæ diœceſis metropolis fuit Cæſarea Cappadociæ ex ſubſcriptione etiam alterius Epiſcopi in ſexta ſynodo.

Thraciæ diœceſis metropolis fuit olim Heraclea, poſteà verò Conſtantinopolis, ex Procop. ora. 4. de ædific. Iuſt.

Macedoniæ diœceſis fuit Theſſalonica ex Antipatro lib 1. Anthologiæ.

Daciæ denique metropolis vel nulla fuit, vel eadem quæ Macedoniæ, nempe Theſſalonica, vt colligitur ex Theodorito lib. 5. cap. 17. quod potuit inde euenire, quòd cùm Præfectus prætorio Illirici Theſſalonicæ ſedem poſuiſſet, non indigeret alia metropoli, aliòve tribunali vt regeret Daciam; nihilominus tamen idem Theodoritus lib. 2. cap. 4. Dacorum gentis metropolim vocat Sardicam; & in inſcriptionibus antiquis apud Zamolſium Vlpiatraiana dicitur Daciæ metropolis; ſed hoc intelligendum eſt non de ~~metropoli Daciæ vniuerſali~~, in qua eſſet auditorium PP. ſed ita dici illas ciuitates propter aliquam honoris prærogatiuam. Habuit verò tandem Dacia peculiarem metropolim, nempe Iuſtinianam primam, vt conſtat ex Procopio de ædific. Iuſtin. orat. 4.

Metropolis prouinciarum cuiuſque diœceſis Occidentis deſtribitur.

CAP. IX.

IN Occidente verò in qualibet etiam Occidentis diœceſi fuerunt etiam ſuæ metropoles. in Italiæ quidem diœceſi metropolis fuit Mediolanum; ex Athanaſio in epiſt. ad ſolitar. vitam agen.

In Illyrici diœceſi metropolis fuit Sirmium, ex Nouel. 2. & actis ſynodi Aquil.

In Africæ diœceſi Carthago, ex Hymerio. item ex Leone IX. Pontif. max. epiſt. D. Auguſt. epiſt. 162.

In Galliæ diœceſi Auguſta Treuerorum ex Zozimo lib. 3. & Athanaſ. ep. ad ſolit. vit. agen. licèt poſteà rebus Galliæ mutatis is honos Arelati conceſſus ſit occupato illo tractu a Conſtantio; in quam rem vide Hincmarum ep. 6. c.17.

In Hiſpaniæ diœceſi metropolis fuit Emerita, ex Auſonio, licèt Taraco dicatur metropolis à Strabone lib. 3. Nam certè Taraco metropolis fuit tempore Gotthorum.

In Britanniæ diœceſi metropolis olim fuit Eboracum, quæ ciuitas à Spartiano in Seuero abſolutè dicitur, poſteà verò metropolis fuit Londinum, quæ vrbs dicebatur Auguſta, ex Ammiano.

Orbis totius diœceſes regunt quatuor Præfecti prætoria.

CAP. X.

DAta diuiſione totius orbis tum in Orientem & Occidentem, tum in diœceſes Orientis & Occidentis, aſſignatiſque prouinciis ac metropolibus cuiuſque diœceſis, operæpretium eſt diuidere adhuc eundem orbem ſecundùm poteſtates quibus generaliter regebatur in Occidente, Oriente, & in qualibet diœceſi. Administrabant igitur totum orbem quem ſuprà deſcripſimus, duo genera hominum, nempe Præfecti & Vicarij, vel loco iſtorum aliqui alij, vt Comites vel Proconſules.

Præfecti prætorio erant 4. duo in Oriente, & duo in Occidente. In Oriente vnus dicebatur Præfectus prætor. Orientis, qui regebat quinque diœceſes Orientis, nempe Orientalem, Ægyptiacam, Ponticam, Aſianam, & Thraciam; alius verò dicebatur Præfectus præt. Illyrici, à quo regebantur aliæ duæ prouinciæ Macedonia & Dacia, & vtrumque conſtat ex Notitia.

In Occidente verò vnus dicebatur Præf. præt. Italiæ, & illi ſubiacebant tres priores Occidentis diœceſes, Italia, Illyricum, Africa: alter verò nominabatur Præf. præt. Galliarum, in cuius adminiſtratione erant aliæ tres Occidentis diœceſes, Galliæ, Hiſpaniæ, & Britanniæ, & vtrumque conſtat ex Notitia.

Orbis etiam varius diœceſis regunt Vicarij, & primùm agitur de Vicariis Orientis.

CAP. XI.

QVod ſpectat ad Vicarios, illi plures fuerunt tam in Oriente quàm Occidente, ſub quorum adminiſtratione integræ plerumque erant diœceſes, interdum verò nonniſi pars diœceſis.

In Orientis igitur tractu, vt loquitur Notitia, in quo ſunt ſeptem diœceſes, non ponuntur tamen in Notitia niſi quatuor Vicarij qui quatuor diœceſes adminiſtrent, ita vt aliæ tres diœceſes habuerint loco Vicariorũ alias dignitates, nimirum Oriens Comitem ſpectabilem loco Vicarij, Ægyptus Præfectum Auguſtalem loco Vicarij; Dacia verò fortaſsè non habuerit diſtinctum Vicarium ab alico ſuperiorum, puta Macedoniæ. Vicarij igitur quatuor qui enomerantur in Notitia ſunt hi, Vicarius Aſianæ diœceſis, Ponticæ, Thraciarum, & Macedoniæ.

Aſianæ diœceſis Vicarius rexit has prouincias Aſiæ, Pamphiliam, Lydiam, Cariam, Lycaoniam, & Piſidiã, ſex ſcilicet prouincias, ex Notitia. Eſt verò mentio Vicarij Aſiæ apud Ammianum Marcellinum lib. 27. vbi Muſonianus dicitur Vicarius Aſiæ, & in inſcriptione antiqua, quæ ſic habet:

D. D. N. N. Fl. Valentiniano. & Gratiano Rectoribus ſuis Ceionius Rufius Voluſianus Ex Vicario Aſiæ, & Ceioni Rufi Voluſiani. V. C. & inluſtris Ex præfecto Prætorio, & Ex præfecto Vrbis, & Cecinna Loliana clariſſima & illuſtris fœmina Deæ Iſidis Sacerdotis filius iterato viginti annis ex ceptis Taurobolis V I. Aram conſtituit & conſecrauit X. Kal. Iun. D. N. Valentiniano Aug. & Neoterio Conſulibus.

Pontices diœceſeos Vicarius rexit has eiuſdem diœceſis prouincias, Bithyniam, Galatiam, Paphlagoniam, Honoriadem, Galatiam ſalutarem, Cappadociam primam, Cappadociam ſecundam, Hellenopontum, Pontum Polemoniacum, Armeniam primam, Armeniam ſecundam, vt conſtat ex Notitia: & de hoc Vicario loquitur Greg. Nazianz. in orat. de laudibus Baſilij quem vocat τὸν τῶν ποντικῶν μοίρας ὕπαρχον.

Thraciarum diœceſis Vicarius habuit ſub ſe prouincias eiuſdem Thraciæ, Europam, Thraciam, Hæmimontum, Rhodopam, Mœſiam ſecundam, Scythiam, vt habetur in Notitia.

Macedoniæ diœceſis Vicarius nominatur quidem in Notitia, cum aliis tribus Vicariis, ſed ei tamen poſteà non aſſignantur ſuæ prouinciæ defectum enim patitur in multis Notitia; ſed hanc lacunam facile eſt implere, ſi ei tribuantur prouinciæ Macedoniæ, vt aliis ſuæ diœceſis prouinciæ concedebantur. Is verò non tantùm Vicarius, ſed etiam Proconſul dictus eſt, ſicut in Occidente Proconſul Africæ nihil aliud eſt quàm Vicarius Africæ; eſt enim inſcriptio vetus in qua Vicarius iſte Macedoniæ nomine Proconſulis Macedoniæ intelligi debet. Ea eſt Romæ iuxta S. Luciani quatuor portarum ad Tiberim his verbis:

TRIB. MIL. LEG. VIII. AVG. Q. VRBANO PROC. PROVINCIÆ CRETÆ ET CYRENARVM ÆDILI PLEBIS, PRÆT. LEGATO D. VESPASIANI LEG. VIII. GEMINÆ PROCOSS. PROVINCIÆ MACEDONIÆ P. TVLLIVS VARRO OPTIMO PATRI.

Orientis verò diœceſis à qua incipiendum fuiſſet Vicarius non fuit, ſed is Comes Orientis dicebatur, ſub quo erant hæ Orientis prouinciæ, Palæſtina, Phœnice, Syria, Cyprus, Cilicia, Palæſtina ſecunda, Palæſtina ſalutaris, Oſrhoena, Meſopotamia, Cilicia ſecunda, Iſauria, Arabia, vt conſtat ex Notitia. Et licèt in eadem Notitia dicatur Comes Orientis, non Vicarius, quia tamen eius poteſtas ſimilis eſt Vicario, poteſt etiam dici Vicarius Orientis; & re verâ idem Comes Orientis dicitur Vicarius l. 12. C. Theod. de decur. & li. 8. Cod. in quibus cauſ. colon.

Ægypti diœceſis etiam Vicarius eſſe non dicitur in Notitia, ſed pro Vicario eſt Præfectus Auguſtalis, ſub quo fuerunt hæ prouinciæ Ægypti, Lybia ſuperior, Lybia inferior, Thebais, Ægyptus, Arcadia, Auguſtamnica. Vicarius tamen

is vocari poteſt, & dicitur, lib. 2. C. de his qui A propt. met. iud. non appell.

Daciæ diœceſis Vicarius non aſſignatur, nec alia poteſtas, fortè quod ſicut dictum eſt ſuprà non eſſe aliam Daciæ metropolim à metropoli Macedoniæ, ita dici etiam hîc poteſt non eſſe alium Vicarium quàm Vicarium Macedoniæ qui & Proconſul dicebatur. Et hæc de Vicarus Orientis.

Agitur de Vicariis Occidentis.

CAP. XII.

IN Occidentis tractu ſui etiam inſtituti ſunt B Vicarij, qui ſex Occidentis diœceſes regerent, aut aliqui loco Vicariorum, nam Illyricum non habuit Vicarium, vt patet ex Notitia: aliæ verò quinque diœceſes habent ſex Vicarios diœceſi Italica diuiſa in duos Vicarios; quorum vnus quòd Romæ ſuum auditorium & tribunal haberet, regerétque prouincias ſuburbicarias cum aliquod aliis non ſuburbicariis, factum eſt vt diceretur Vicarius Vrbis, & alius Vicarius Italiæ, licèt vterque haberet ſub ſua adminiſtratione prouincias diœceſis Italiæ, imò Vicarius Vrbis plures haberet, nimirum C decem Italiæ prouincias, cùm tamen Vicarius Italiæ non haberet ſub ſua ditione niſi reliquas ſex ex ſeptemdecim Italiæ prouinciis.

Africæ igitur diœceſis Proconſulem & Vicarium ſimul habuit. Proconſul ſub ſuâ diſpoſitione habuit prouincias conſulares Africæ, & legatos duos. Vnus ille fuit, Vicarius non fuit, nec Vicarios ſex habuit, vt corruptè legitur in Notitia, vbi ſic habetur, *Proconſul Africa cuius vicarij ſex.* Nam locus ille ita eſt emendandus, *Proconſul Africa vnus, Vicarij ſex*; ita vt Vicarij illi ſex non referantur ad Africam, ſed ad totum Occidentem, de quo immediatè anteà loquebatur Notitia: in quo Occidente ſcilicet erat D vnus in Africa Proconſul, & ſex Vicarij: in eadem ſcilicet Africa vnus, alij verò quinque Vicarij in quatuor regionibus Italia, Hiſpania, Gallia, & Britannia, omiſſo Illyrico, cui non datur in Notitia Vicarius.

Vicarij Africæ diœceſis ſunt prouinciæ Byſacium & Numidia Conſulares; Tripolitana, Mauritania Sitifenſis, & Mauritania Cæſarienſis Præſidiales, ex Notitia.

Vicarij Hiſpaniæ diœceſis prouinciæ fuerunt Bætica, Luſitania, Gallæcia Conſulares; Tarraconenſis, Carthaginenſis Tingitania, Inſulæ Baleares Præſidiales. Hunc primum inſtituit Gratianus ex Sulpitio lib. 2. & dicitur Vicarius quinque prouinciarum in inſcriptione legis 3. de pagan. & ſacrif. quæ eſt 25. in Cod. Theod. E & ſic habet: *Macrobio P. P. Hiſpaniarum, & Proeliano Vicario quinque prouinciarum.* Dicitur etiam Vicarius præfectorum per Hiſpanias in iſta inſcriptione: DIS MAGNIS MATRI DEVM, ET ATHIDI SEXTILIVS AGESILAVS ÆDESIVS V. C. CAVSARVM NON IGNOBILIS AFRICANI TRIBVNALIS ORATOR, ET IN CONSISTORIO PRINCIPVM ITEM MAGISTER LIBELLORVM ET COGNITIONVM SACRARVM MAGISTER EPISTVLARVM, MAGISTER MEMORIÆ, VICARIVS PRÆFECTORVM PER HISPANIAS VICE S. I. C. PATER PATRVM DEI SOLIS INVICTI, MITRÆ HIEROPHANTA HECATÆ DEI LIBERI ARCHIBVCOLVS A TAVROBOLIO, CRIOBOLIOQ. IN ÆTERNVM RENATVS ARAM SACRAVIT D. D. N. N. VALENTE ET VALENTINIANO IVN. AVGG. CONSS. IDIB. AVGVSTIS.

Vicarij Galliæ diœceſis prouinciæ fuerunt Viennenſis, Lugdunenſis, Germania prima, Germania Secunda, Belgica prima, Belgica ſecunda Conſulares. Alpes Penninæ, & Graiæ, maxima Sequanorum, Aquitanica prima, Aquitanica ſecunda, Nouempopulorum, Narbonenſis prima, Narbonenſis ſecunda, Lugdunenſis ſecunda, Lugdunenſis tertia, Lugdunenſis Senonia Præſidiales. Is dicitur Vicarius ſeptem prouinciarum in Notitia, & in inſcriptione veteri B Gruterianæ compilationis, quæ ſic habet ACILIO CLADRIONI, SIBINIO V. C. ET OMNIBVS MERITIS ILLVSTRI LEGATO IN PROVINCIA ACHAIA, CONSVLARI, CAMPANIÆ VICARIO PER GALLIAS SEPTEM PROVINCIARVM, SACRI AVDITORII COGNITORI.

Vicarij diœceſis Britanniarum fuerunt hæ prouinciæ, Maxima Cæſarienſis, & Valentia Conſulares; Britannia prima, Britannia ſecunda, Flauia Cæſarienſis Præſidiales. ita in Notitia, & de hoc Vicario mentio etiam apud Rutilium.

C Illyrici diœceſis nullus ponitur Vicarius, quia fortè Vicarius Italiæ hanc prouinciam rexit, vt probabile eſt.

Italiæ diœceſis integræ non vnus tantùm, ſed duo fuerunt Vicarij prouincias Italiæ adminiſtrantes; quorum tamen vnus dictus eſt Vicarius Italiæ, alter Vicarius Vrbis.

Vicarius vrbis Romæ fuerunt hæ prouinciæ Italiæ, Campagnia, Tuſcia, & Vmbra, Picenum Suburbicarium, Siciliam Conſulares. Apuliam & Calabriam, Brutios & Lucaniam Correctorias, Samnium, Sardiniam, Corſicam, Valeriam, Præſidiales. Ita in Notitia. Et de hoc Vicario Vrbis mentio fit l. 5. C. Theod. quibus D equorum vſus.

Vicarij Italiæ mentio quidem in Notitia, ſed in ea non deſcribitur quæ prouinciæ eſſent ſub eius adminiſtratione, quòd ſit mutilus ille liber aureus Notitiæ; ſed cùm dixerit Notitia Præfectum præt. Italiæ in adminiſtratione Italiæ habere ſeptemdecim prouincias in ſua diœceſi, & dicat poſteà ex iiſdem 17. prouinciis decem fuiſſe ſub diſpoſitione Vicarij vrbis Romæ, quas nominat, poteſt ſatis colligi alias ſeptem reliquas fuiſſe ſub Vicario Italiæ.

Vicarij igitur Italiæ hæ erunt prouinciæ Venetiæ & Iſtriæ, Æmilia, Liguria, Flaminia, & Picenum Annonarium, Alpes Cottiæ, Rhetia prima, Rhetia ſecunda. & de Venetiis conſtat ex l. 2. Cod Theod. ne operæ à Collatoribus E exigantur, quòd in ea lege ſcribat Imperator ad Vicarium Italiæ de ponte qui erat in prouincia Venetiarum. de Æmilia etiam conſtat ex inſcriptione veteri, quæ ſic habet

Cronio Euſebius V. C. Conſularis, Aemilia addita prædicta prouincia Conſulari vigilantia, & induſtria eius etiam Rauenatium ciuitate, quæ anteà Piceni caput prouincia videbatur Vicario Italia, quæ poſteà ſupradicto viro ob teſtimonium antecti honoris eſt attributa petitione Senatus contemplatione vita atque eloquentia eius ab inuictiſſimis principibus eſt delata.

Nam ibi Rauennatium ciuitas, quæ ante à caput

erat Piceni prouinciæ & Flaminiæ, ita ſententeetiam Vicario Italiæ; addita tamen eſt alteri prouinciæ eiuſdem Vicarij Italię nimirum Æmiliæ; & ſic Rauennas quæ antea erat ſub Conſulari Piceni & Flaminiæ, ſubiecta fuit Conſulari Æmiliæ, vnione illa confirmata ab ipſo etiam Vicario Italię, ſub cuius adminiſtratione fuit vtraque prouincia. Et hæc dicta ſint de Præfectis & Vicariis totius orbis Orientalis & Occidentalis, eorúmque diœceſibus & prouinciis.

Oſtenditur quæ fuerit poteſtas Præſ. præt. tam in Oriente quàm Occidente.

CAP. XIII.

QVandoquidem ex dictis vel Præfecti prætorio, vel Vicarij, aut iis ſimiles Comes Orientis, Proconſul Africæ, & Præfectus Auguſtalis vniuerſum orbem adminiſtrant, aliquid dicendum eſt de illorum poteſtate, & iuriſdictione, non ſolùm ratione territorij, ſed etiam cauſarum & negotiorum, vt ſic quæſtio quæ vertitur faciliùs poſteà intelligatur.

De Præfectis quidem prætorio agere nihil eſt neceſſe, tum quòd eorum iuriſdictio ſatis nota eſt ex dictis, nec ampliùs noſci conferat aliquid ad noſtram quæſtionem. Quare ſcire de eo plura volenti legendus P. Faber, aut etiam Ferſius Sileſius Protonotarius qui de eo tractatum edidit.

Declaratur poteſtas Vicariorum tam in Oriente quàm Occidente.

CAP. XIV.

DE Vicariorum poteſtate ſciendum eſt illos vice Præfecti prætorio egiſſe, vt dicitur in inſcriptione lib. 1. Cod. Theod. de vſur. vnde etiam dicebantur Vicarij diœceſes ſibi commiſſas pro Præfectis temperare. lib. 1. Cod. de proximis ſacrorum ſcriniorum, & lib. 5. C. de offic. vicar. & in hac antiqua inſcriptione:

L. AVR. AVIANO SYMMACHO V.C. PRÆFECTO VRBI CONSVLI PROPRÆFECTIS PRÆTORIO IN VRBE ROMA FINITIMISQ. PROVINCIIS.

Et ſuprà diximus ex alia inſcriptione dici Vicarium Hiſpaniæ, Vicarium Præfectorum per Hiſpanias. hinc & Rutilius de Britaniarum Vicario, dicit illum vices Præfectorum gerere.

Qua præfectorum vicibus frænata poteſtas.

Et lib. à proconſulibus. Cod. de appellat. Vicarius vice Præfecti cognoſcit: nihilominus tamen propter Vicarium autoritatem minimè ſubiectam prætorio, magis eſt vt Vicarij dicerentur Vicarij præfecturæ vel diœceſeos potiùs quàm Vicarij Præfectorum. Sic Iuſtinianus vocat Vicarium Ponticæ, cui omnia concedit vt Præfecto, & ſtatuit vt gladio vtatur in vindicandis criminibus ſiue communibus, ſiue militarib., Vicarius enim habuit merum imperium, nec mandatam exercuit iuriſdictionem ab ipſo Præfecto, ſed datam immediatè à Principe; quamobrem dicitur ſacrâ vice adminiſtrare, in Caſſiodori formula vicariatus, & in antiqua inſcriptione

A ne quæ eſt de Vicario Hiſpaniæ ſuprà cit. & in lib. 1. Cod. de offic. vic. & lib. 1. de leg. 3. Hinc eſt quod conſtitutiones æquè dirigebãtur ad Vicarium, atque ad Præfectum, vt colligitur ex his verbis Sulpicij lib. 2. *Imperator, ait, datis ad Præfectorum Galliarum atque ad Vicarium Hiſpaniarum literis, omnes quos labes illa inuoluerat ad ſynodum Burdigalenſem deduci iubet.* Ita apud eundem Sulpit. cum maximas in diœceſi Hiſpaniarum turbas feciſſent hæretici, Præfectuſque Galliarum auctores ad ſe ex Hiſpaniis in Gallias deduci iuſſiſſet, poſtea imperiali auctoritate Præfecto crepta commiſſa eſt, & Vicario Hiſpaniarum data. Hinc etiam eſt quod ſacrum auditorium ſicut præfecti præt. in Edicto

B Iuſtin. 8. Et ob eandem rationẽ quâ Vicarius non agnoſcebat Præfectũ præt. ſed ei par erat, ita & Proconſul quem Vicario ſuprà comparauimus, par etiam fuit Præf. præt. vt patet de Proconſule Cappadociæ Præfecto pari, ex nouell. 30. & de Proconſule Aſiæ primæ qui dicitur minimè ſubiectus Præfecto, apud Eunapium in Maximi vita; idcoque Proconſules vice ſacrâ iudicant. l. lib. à proconſulibus. C. de appellat. lib. 5. Cod. Theod. eod. tit. ideò etiam a Proconſulibus & Vicariis prouocatum, non ad Præfectum, ſed ad Imperatorem ipſum. Nam quod appellatio-

C nes etiam & prouocationes factæ leguntur ad Præfectum præt. Nouel. 20. & 23. item l. in offerendis & lib. addictos. Cod. de appellat. ſi ibi appellatum ſit a Vicariis, ita debet intelligi, vt id factum fuerit more conſultationis. ex nouel. 28. non autem iure ordinario. ex lib. præcipimus C. de appellat. quod Bericrius adnotauit.

Hoc tamen minores mihi videntur Vicarij Præfectis, 1. quòd dicantur habere tantùm portiones ſuæ diœceſis, vt apud Gregor. Nazianzen. de laudib. Baſilij, legimus Vicarium partis Ponticæ, τὸν τῆς ποντικῆς μοίρας ὕπαρχον, licet ibi μοίρα poſſit dici tractus. vel diœceſis, vt alij annotarunt: & Caſſiodorus in formula Vicar. lib. 6. Variar. ep. 15. tribuit ei tantùm cum Præfectis

D portionem, iuriſdictionemque ait nominatim non porrigi vltra quadrageſimum lapidem, agit enim de Vicario Vrbis: & hoc eſt quod voluit dicere Sidonius ep. 9. lib. 5. ad Aquilinum, cuius pater fuerat Vicarius in Gallia. dicitur enim illum, nempe Vicarium præfuiſſe parti Galliarum, Præfectũ verò ſoliditati, id eſt integræ Præfecturæ ac diœceſi in ſolidum; vel etiam ſoliditati alio ſenſu. quaſi voluerit dicere non ſecundùm partem, ſed longè latéque vſque ad extremos fines diœceſis; ſoliditas enim de finibus & limitibus agrorum dicitur. Inde Siculus autor rei agrariæ ſic ait: *Si duo poſſeſſores extremis finibus centurias habent, cùm fodiunt finem ſolidum relinquunt.*

E Idemque autor in finibus ait *ſolidam marginem relinquant.* & fortè in Vlpiano legẽdum hoc ſenſu, *ſolida* pro *ſolita.* i. definitæ regiones. Sed & apertè cõſtat quod ſuprà diximus ex Notit. Imperij, in qua Præfecti præt. Italiæ ſunt prouinciæ 17. quas ſuprà enumerauimus, & tamen Vicarij Italiæ non poſſunt eſſe niſi ſex ex illis, quia aliæ decem ſunt ſub Vicario vrbis Romæ, diuiſa Italia in duos illos Vicarios, vt conſtat ex ſuperioribus: & fortaſſè ideò dicuntur Vicarij Iuſtiniano Nouel. 7. μοίρας ἔχοντες τῶν [illegible].

Secundò minores Vicarij Præfectis in eo erant, quod Vicarij Spectabiles tantùm eſſent, non Il-

luſtres ſicuti Præfecti præt. vt conſtat ex Notitia, & paſſim ex noſtris legibus, vbi agitur de Vicariis.

Tertiò minores etiã fuerũt in eo quod præſente Præfecto Vicarius perſonam illam publicam, & maieſtatem quaſi ſuam amittebat, deponebat, ac velut inſignia & faſces ſubmittebat, vt probatur ex D. Ambroſ. in ep. ad Paulinum Col. Quartò in eo quod eius tribunal non eſſet primum auditorium, ideò apud Symmac. ep. 36. l. 1. viri docti interpretantur ſecunda iudicia Vicarij iudicia, ad differentiam iudiciorum Præfecti, quæ prima dici debeant, vt in act. 5 Concil. Conſtantinopol. ſub Mena. tribunal ſeu ſedes præfecti præt. vocatur primus & excellens thronus, quando dicitur in eo, *Petimus magnificentiam veſtam inſerere quæ facta ſunt, & indicare primo & excellenti throno.* Quintò & vltimò in eo etiam minores Vicarij, quòd Præfectus non impetrare deberet quotannis à Principe facultatem currendi, vt colligitur ex Notit. his verbis: *Vterque Præfectus prætorio euectiones annuales non habet, ſed ipſi Præfecti emittant.* ita legit Pancirol. ex m. ſ. vbi eſt *præfecti*, non *præfectos*, vt in editione edita. At Vicarij duodecim annuas euectiones habent. l. 12. Cod. Theod. de curſ. publ. & præſides binas; at Præfecti ipſi currunt autoritate propria, & aliis currendi facultatem concedunt, emittuntque euectiones.

An ſub priori diuiſione regionum & poteſtatum omnes regiones & poteſtates continantur.

CAP. XV.

ORbem iam totum diuiſimus in diœceſes & prouincias, in Præfectos & Vicarios; Supereſt iam videndum an omnes omninò regiones in illa diuiſione contineantur, & præcipuè illæ regiones ſeu prouinciæ ſuburbicariæ, de quibus inſtituitur noſtra quæſtio. Quicquid n. de Notitia ſuprà deſcribauimus, vel ex Ruffi Breuiario, vel Berterio id totum in modum prævíæ cuiuſdam inſpectionis annotauimus, quo faciliùs tota res intelligeretur, & ſine quo fortaſſe non potuiſſet intelligi. Item conſiderandum an præter iam dictas dignitates & poteſtates Præfectorum prætorio, & Vicariorum, ſint aliquæ aliæ; eſt enim Præfectus vrbis Romæ, cuius tanta fuit præfectura vt omnibus videatur præcellere. quare nos de vtroque agemus, de Præfecto quidem Vrbi primùm, quòd is poteſtatem habeat in locis Romæ ſuburbanis, quæ non videntur eſſe ſub alia adminiſtratione; & deinceps de regionibus & prouinciis vrbicariis & ſuburbicariis, vbi ſint, quomodo ita vocentur, quot ſint. nam hoc eſt quod nunc quærimus, & quæſierunt multi ante nos.

De præfecto Vrbis, & eius dignitate.

CAP. XVI.

QVod ſpectat ad præfectum Vrbi, is quidem à vetati interprete Iuuenalis dicitur *ſecundus a Cæſare*, & à Statio *proxima ceruix Cæſaris*;

A à Symmacho verò epiſt. 55. lib. 10. *Principis vicem habens.* ideò apud eundem dicitur *Hæc præfectura Romæ ſuperior eſt cæteris.* Caſſiodorus verò de eo ſic loquitur lib. 3. epiſt. 11. *Vrbanus præſul dignitas eſt honorum.* Atque ab Auſonio in Moſella hæc præfectura dicitur *primum nomen qua regitur Roma.* Nam licèt tantam non haberet poteſtatem, ſeu non tam latè exerceret iuriſdictionem hic ac Præfecti prætorio, tamen in Senatu, ſeu Romæ (vt ſuprà dicebamos ex Symmacho) erat maior dignitas Præfecti vrbani, ex l. 3. Cod. de offi. præf. vrb. & Nouel 62. & Iuliano Nouel. 56. his verbis: *Vrbicaria*, inquit, *præ-* B *fectura omnibus aliis præſideat dignitatibus.* i. *anteſedeat.* alioquin præfecturæ omnes pares dicuntur, & indiſcretæ dignitatis. lib. 1. Cod. de Præf. præt.

Illuſtris igitur Præfectus ille Vrbi dicitur ab Auſonio *regere Romam, populum, & Patres.* A Runlio verò *regere iura Quirini.* à Notitia *habere adminiſtrationem Præfectorum ſcilicet, Cemiceum Curatorum*, &c. & in l. 61. Cod. Theod. de appllat. fit prouocatio in certis caſibus tantùm à Spectabili Vicario ipſo Vrbis ad Præfectum Vrbis, in aliis verò ad ipſum Imperatorem; ex quibus omnibus videtur iuriſdictio Præfecti Vrbis potiùs deſcribenda per adminiſtrationes a- C liorum quos ſub ſe habet quàm per vllas prouincias quas nominatim non habet, ſed Romam ſolam cum locis ſuburbanis vſque ad centeſimum lapidem, quo nomine tantùm poſſumus dicere ſub hac præfectura fuiſſe etiam regiones vel prouincias. nam l. 13. Cod. Theod. de accuſat. dicitur vt prouincialis iudex vel intra Italiam præſides Correctores Conſulares, Vicarij Proconſules de capite Senatoris referant ad Imperatorem, vel inclitas poteſtates, de ſuburbanis quidem prouinciis iudices ad Præfectum Vrbis, de cæteris ad præfectum prætorio. quibus verbis nullæ prouinciæ nominatim intelliguntur, ſed quicquid erat intra centeſimum lapidem. Idẽ intelligitur lib. 1. §. 13. ff. de offi. præf. vrbi. vbi dicitur *Præfectum Vrbi & poſſe vrbe interdicere,* D *& quâ aliâ ſolitarum regionum*, quas regiones tributas huic præfecturæ intelligit Papirius in Soter. Gallici nomine *vrbium togatarum.* quo loco, ſicuti dicebam ſuprà in lib. 1. ff. de offic. præf. vrb. pro *ſolitarum* legi poſſe *ſolidarum*, id eſt definitarum, ita dici poteſt, per *togatas ciuitates* Papiniũ voluiſſe dicere definitas ac limitatas ciuitates à togatis vrbicariæ præfecturæ, vel togatis auguſtalibus, qui limites ponebant locis. Hinc eſt quod inter auctores de limitibus reponitur hæc inſcriptio. Latinus & Myſtontius togati Auguſtutuni, qui ibidem dicunt ſe locis ſuburbanis & aliis terminos poſuiſſe. Confirmatur idem à Caſſiodoro qui ita Præfectum Vrbis al- E loquitur: *Tu ex deſignatis lege prouinciis ab appellatione cognoſcis.* Nam quas regiones ſolidas vocat Vlpianus, Caſſiodorus interpretatur *deſignatas à lege prouincias.* & ideò prouocatum etiã eſt lib. 13. Cod. Theod. de appellationibus ad Præfectum Vrbi, ab inferioribus iudicibus, idq; fortaſsè intelligitur potiùs iure ordinario quàm delegata poteſtate. Quod verò illæ regiones & ſuburbanæ prouinciæ quæ à nobis dicuntur fuiſſe ſub iuriſdictione Præf. vrbis, non fuerint omnes regiones ſuburbicari, ſed aliquæ illarum portiuncula; neque omnium, ſed Romæ vicinæ

rum, quas præfectura illa lambebat & delibabat tantùm, ſatis colligitur ex dictis, quod ex Vlpiano ſolidæ tantùm regiones, ex Statio *togatæ*, ex Caſſiodoro *deſignata* tantùm regiones pertineant ad illam præfecturam, ſed & probatur apertiſſime ex l. 27. C. Theodoſ. de appellationibus, vbi dicitur, de Sardinia, Sicilia Campania, Calabria, Bruttis & Piceno, Æmilia & Venetia, & cæteris interpoſitas appellationes recipere Præfectum prætorio, vbi etiam nominatim vetiſum eſt ne de illis cognoſcat Præfectus Vrbis, ſicque adimit Imperator has prouincias quarum aliquas fatentur illi & nos fatebimur eſſe ſub Vicario Vrbis, alias verò ſub Vicario Italiæ, licèt nihil referat ſiue ſint, ſiue non ſint ſub eo, adimit inquam Iulianus Imperator Præfecto Vrbis, quem probabile eſt voluiſſe propagare ſuam iuriſdictionem in illas tranſiliendo ſuum centeſimum lapidem; & hinc eſt quod coercetur etiam eius poteſtas, l. 2. C. de offic. præf. vrb. vbi dicitur *ne perſonas quaſdam de prouincia aduocet Præfectus Vrbi niſi ſuos Officiales, & homines populares huiuſce almæ Vrbis ditioni obnoxias*. quam legem ita corrigo, cùm antè corruptè (ni fallor) legeretur à Cuiacio, & aliis, *huius almæ vrbis ſeditioni obnoxios*. ego enim coniungo illud ſe cum huius, dicendo *huiuſce*; & porrexerat ſanè Præf. vrb. ſua brachia latè cùm conſtet ipſum non cognouiſſe primum niſi intra quadrageſimum lapidem, teſte Dione l. 52 & Vlpiano: ſed & Symmacho 9. epiſt. 119. in tantum vt Senatuſconſulto ſandem prouocatio, quæ emergeret à Proconſ. & ab ordinariis iudicibus, deduceretur ad præfecturam vrbis ex Floriano Vopiſci. Reſtricta eſt etiam eius poteſtas. l. cum appellatio. C. de appellat. lib. 18. Cod. Theod. eod. tit. hoc modo, vt à præſidibus tantùm & certis in prouinciis, vt dixi, prouocaretur ad ipſum. & lib. 61. Cod. Theod. vt nec à Vicario vrbis ad Præfectum prouocaretur niſi in certis caſibus, ſed quo magis coercebatur, eo magis ipſe Præfectus Vrbis alias regiones vſurpabat; vnde apud Symmachum epiſt. 53. lib. 10. legimus ipſum de Campanorum negotiis cognouiſſe, licèt non conſtet quo iure. Ditio igitur vera Præf. vrbis, fuit primùm vrbs Roma quæ eſt caput orbis, deinde centeſimus ab illa lapis l. 1. de offic. præf. vrb. & Caſſiod. lib. 6. in formula illius. Vnde Seuerus Imper. cùm Roma interdixiſſet prætorianis militibus, iuſſit vt vrbis finibus expulſi excederent ab ea vſque ad centeſimum lapidem, vt videre eſt apud Herodianum lib. 2. Quia verò centeſimus ille lapis delibabat multas regiones ſuburbanas, ideò dicitur de ſuburbanis regionibus cognoſcere prætorem Vrbanum, non quòd vllas integras haberet regiones, vnde nec in Notitia dicitur eſſe aliquas prouincias ſub Præfecto vrb. quòd omnes ſuburbanæ, etiam ſuburbicariæ ſint ſub præfectura Italiæ, ſolâ Româ relictâ ſuo Præf. Vrbis.

De regionibus ſuburbicariis, earum numero & ſitu, vndeque ſic dictæ.

CAP. VII.

EXpoſita iuriſdictione Præfecti Vrbis, quem diximus cognoſcere de certis & limitatis regionibus & ſuburbanis, quæſtio eſt an illæ ſuburbanæ ſint eædem quæ dicuntur ſuburbicariæ,

A & ſic an Præfectus vrbis cognoſcat de ſuburbicariis, & quænam illæ ſint, quot numero, & ſub qua ditione, ac adminiſtratione, Romanone, an Italicâ.

Et ſanè non eſt dubium quod ſpectat ad regiones vulgò dictas Suburbicarias, eas fuiſſe paſſimque haberi de eis mentionem; nam in Notitia ponitur *Rationalis rei priuata per vrbem Romam & ſuburbicarias regiones cum parte Fauſtinæ*. & in Nouellis Conſtitutionibus Theodoſij, Valentiniani, Maioriani & Anthemij à Pithœo editis eſt conſtitutio de Tyronibus & occultatoribus deſertorum tit. 42. directa Quadratiano
B P.F.Pon. vbi dicitur *per ſuburbicarias prouincias Tyronum congregandorum munus iniunximus*. & in Notitia eit. eodem loco eſt procurator rei priuatæ per vrbicarias regiones, rerum Iuliani. vbi tamẽ eſt mentio & Rationalis rei priuatæ per Italiam, & procuratoris etiam rei priuatæ per vrbẽ Romam ſeparatim. Similiter l. 1. Cod. Theod. ſi per obreptionem fuerint impetrata, vbi dicitur *per omnem Italiam, tum etiam per vrbicarias Africanaſque regiones, ac per omnem Illyricum*. & l. 9. Cod. Theod. de an. trib. dicitur vt fraudes quas reſecauerat per ſuburbicarias regiones Anatholius Conſularis, etiam reſecentur per om-
C nes Italiæ regiones l. item 9. Cod. Theod. de extraord. mun. hæc habentur. *Non enim per Italiam tantùm, ſed etiam per vrbicarias regiones & Siciliam patrimonialium & emphyteuticorum fundorum vires ſeruandas eſſe.*

Dubium verò eſt quænam ſint & quot numero illæ regiones dictæ ſuburbicariæ; & l. quidem 12. Cod. de indulgen. debitorum ad Præf. præt. vocat Picenum & Tuſciam ſuburbicarias. Et de Tuſcia etiam ſeparatim conſtat nouel. D. Maioriani tit. 1. de adulteriis. in eius inſcriptione quæ ſic habet.

IMPP. LEO ET MAIORIANVS AA. ROGATIANO CONSVLARI TVSCIÆ SVBVRBICARIÆ.

D Et apud Caiũ & Theodoſiũ auctores de limitibus legimus Tuſciã vrbicariam: *Terminus ait Teſtacius in ped.* CCCCL. *per Tuſciam Vrbicariam & Annonariam*. De Piceno etiam ſuburbicario conſtat ex Notitia quæ in recenſione prouinciarum Italiæ ſic vocatur. Quare re verâ duæ illæ prouinciæ Tuſciæ & Piceni ſuburbicarij, ſunt & dicuntur ſuburbicariæ, de aliis verò nihil nominatim dicitur quæ ſint, etiamſi plures eſſe videatur valde probabile. Atque ad id probandum trahi poteſt l. 3. Cod. Theod. quâ ionuit Imperator ſe omniſariam vrbicarias regiones ab auctorum rapinis quietas eſſe voluiſſe, inhibendo equorum vſum. At idem Imperator l. 1. id prohibuerat per Picenum, Flaminiam, apuliam, Cala-
E briam, Bruttios, & Lucaniam, & Sammium. & l. 4. Palatinos Piceni exceperat. & l. 5. idem prohibuerat paſtoribus Valeriæ prouinciæ, vel Piceni, ita vt per ſuburbicarias in l. 3. voluerit intelligere illas omnes enumeratas l. 1. & aliis legib. quo pacto erunt ſuburbicariæ plures quàm duæ prædictæ, imò etiam aliquæ, ex iis quæ ſunt ſub Vicario Italiæ, erit ſuburbicaria, nempe Flaminia; id enim non aduerſatur nobis qui aliunde rationem vrbicariarum colligimus quàm ex numero prouinciarum ſubiectarum Vicario. plurimùm autem facit contra eos qui volunt vrbicarias eſſe tantùm eas quæ Vicario ſubiiciuntur. Sed in contrarium tamen dici poteſt Imperatorem dixiſſe

ſe id antè feciſſe per ſuburbicarias quas exempli A gratiâ nominauit, & ſatis verum eſſe quod dixit Imperator, licèt non illæ omnes prouinciæ fuerint ſuburbicariæ, ſed Thuſcia ſola & Picenum. Sicut etiam cùm in Reſcripto Valentiniani de Vrſicini exilio ad Maximinum Vicarium Vrbi, quod Annalibus Baronij ad annum Chriſti 371. in principio illius anni inſertum eſt, dicitur illum Vicarium præfuiſſe regionibus ſuburbicariis niſi nominentur illæ, non inde certum erit omnes prouincias quæ ſunt ſub Vicario Vrbis eſſe ſuburbicarias, ſtabit enim cum eo quod Vicarius vrbis Romæ præſit ſuburbicariis, & tamen omnes ei ſubiectæ non ſint ſuburbicariæ, ſed aliquæ tantùm non ſtat; Nam Sicilia quæ ſu- B prà ponitur vt diſtincta ab Italia, & à ſuburbicariis, eſt ſub Vicario vrbis Romæ, & tamen non eſt ſuburbicaria, ſicutè contrario dicebamus ſuprà de Flaminia quæ non eſt ſub Vicario Vrbis, & tamē arguitur eſſe ſuburbicaria; nullibi enim dicitur omnes ciuitates aut prouincias quæ ſunt ſub Vicario Vrbis eſſe ſuburbicarias. Itaque ſic & inter eas quæ ſunt ſub Vicario Vrbis aliqua eſt quæ non eſt ſuburbicaria, & inter eas quæ ſunt ſub Vicario Italiæ aliqua etiam eſſe poteſt quæ eſt ſuburbicaria, cum hoc tamē diſcrimine, quòd ex prouinciis quæ ſunt ſub Vicario Italiæ paucæ ſint ſuburbicariæ, nimirum proximiores vrbi Romæ: ex prouinciis verò quæ ſunt ſub Vicario C Vrbis pauce ſint quę non ſint ſuburbicariæ, nempe remotiores.

Sic verò conſtat ſuburbicarias quæcumque illæ ſint, non eſſe diſtinctas prouincias à prouinciis quæ ſunt in diœceſi Italiæ, ſed omninò eaſdem, ſiue ſint ſub Vicario Italiæ, ſiue ſub Vicario Vrbis, quod magis eſt vt credamus exceptâ Siciliâ, vt diximus. Nec dicas ſuburbicarias regiones videri diſtinctas prouincias à prouinciis quæ ſunt ſub Vicario Italiæ, & ab iis etiam quæ ſunt ſub Vicario Vrbis. nam l. 9. Cod. Theod. de extraord. muner. ponitur manifeſta diſtinctio inter Italiam, Vrbicarias regiones, & Siciliam: & in Notitia poſt aſſignatum Rationalem rei pri- D uatæ per vrbem Romam & ſuburbicarias regiones, ponitur immediatè poſt, Rationalis rei priuatæ per Siciliam, quaſi non potuerit comprehendi Sicilia inter ſuburbicarias. Et ita quando diſtinguuntur Suburbicariæ ab Italia, non ſunt ſub Vicario Italiæ; quādo verò diſtinguuntur à Sicilia quæ eſt ſub Vicario Vrbis, non ſunt etiam ſub Vicario Vrbis, nec conſequenter in Italia. Reſpondetur enim ſuburbicarias vel vrbicarias, quod idem eſt, poni locis citatis diſtinctas ab Italia, quòd maior pars prouinciarum Italiæ ſumptæ vt eſt ſub Vicario Italiæ, non ſit ſuburbicaria, vtque ſuburbicaria ſit vna aut altera, & fortaſsè ocilla, cùm id in obcuro ſit, & nos Flami- E niam quadam conſectantâ duxerimus eſſe ſuburbicariam: poni verò vt diſtinctas etiam à Sicilia, non vt inde ſint diſtinctæ ab omnibus aliis quæ ſunt ſub Vicario Vrbis, ſed ab illa ſola quæ quidem eſt ſub Vicario Vrbis, & tamen non eſt ſuburbicaria quo pacto ab ea ſuburbicariæ diſtinctę A ſunt; & hoc argumentum ſufficit vt dicamus ſuburbicarias non dici quòd ſint ſub Vicario Vrbis: Manet igitur ſuburbicarias regiones nullo modo eſſe diſtinctas prouincias vel à prouinciis quæ ſunt ſub Vicario Italiæ, vel maximè à prouinciis quæ ſunt ſub vicarios vrbis Romæ cùm nullæ reperiantur quæ nō in Italiæ in diœceſi cōtineātur: vnde ſequitur eas poſſe dici prouincias ſicut omnes aliæ prouinciæ Italiæ, licèt enim nomen Italiæ ſumatur vt diſtinctum à prouinciis, hoc tamen non impedit quo minus Italia habeat ſuas prouincias quæ veræ prouinciæ dicantur.

B Hoc vnum adhuc ſuper eſt dicendum in hac celebri quæſtione quam fecerunt hodie viri docti, quare dictæ ſint regiones illæ vrbicariæ & ſuburbicariæ; an à Præfecto Vrbis, an à Vicario, an aliunde, & qui ante me ſtilum in ea verterunt dixere, alij quidem dici vrbicarias vel ſuburbicarias à Præfectura vrbicaria cui ſubiectæ erant; Alij verò à Vicario vrbis ſub quo erant, dictas fuiſſe ſuburbicarias: Sed neutrum ego puto verùm; non primum, quia cùm Præfectura vrbis Romæ ſolidum finem haberet centeſimum milliare, & ſuburbicariæ etiam illæ quas conſtat eſſe nominatim ſuburbicarias, Thuſcia & Picenum ſint pene totæ extra illos fines, & tantùm ſui quadam laciniâ & veluti limbo contingant C centeſimum milliare, non potuerunt inde dici regiones ſuburbicariæ quòd eſſent ſub Vrbis Præfecto. Non etiam ſecundum; nam cùm Sicilia, quæ eſt ſub Vicario vrbis Romæ, non ponatur inter ſuburbicarias, ex dictis ſuprà, ſequitur non dici ſuburbicarias ab ipſo Vicario, alioquin omnes ita dicerentur. Inſuperque addo non dici ſuburbicarias ab Italia, vel ipſo Vicario Italiæ, quod in locis etiam ſuprà citatis ponantur ſuburbicariæ vt diſtinctæ ab Italia, licèt fortè aliqua allatum ſit ſuburbicaria.

Suburbicariæ igitur vel vrbicariæ regiones dictæ ſunt ab vrbe, non à præfectura, aut vicariatu vrbis: quæ vrbs nomen dedit & ipſi præfecturæ, & vicario, & ſuburbicariis, vel vrbicariis, D quaſi quædā ſuburbia dicerentur vrbis Romæ, ſicut ſimiliter fuerūt vrbi Conſtantino politanæ veluti ſuæ ſuburbicariæ, προάστειον ἐν τῷ ἄστει τὸ [illegible], προάστειον τὸ [illegible] in Nouel. 159. & alia quæ deſcribit Cyrus Manuel in Encomio vtriuſque Romæ ab Abido & Siſto vſque ad Boſphorum Thracium, & alibi conſtituta magno numero fuiſſe, de quibus in Nouellis ſæpe, & apud Procopium lib. 4. de ædificiis Iuſtiniani. Sed & hac voce Græca vtitur Dio l. 54. apud quem prohibentur Ægyptia ſacra, ἐν τῷ προαστείῳ, ἐντὸς ὀγδόου ἡμισταδίου quaſi diceret, In ſuburbio, vel ſuburbicariis locis intra primum milliare, vnde puto Latinos ſuum nomen deprompſiſ- E ſe. Quod ſatis eſt indicare, cùm multis Grammaticorum exemplis poſſet oſtendi quid ſit Vrbicum, vel Suburbicanum, quibus ſuperſedeo, vt ſim breuis: & veniam ad ſecundam diſſertationem quæ eſt de SVBVRBICARIIS ECCLESIIS.

n ij

DE SVBVRBICARIIS ECCLESIIS LIBER VNICVS.

A

Eadem methodo progrediendum in hoc libro qua in ſuperiore.

Capvt Primvm.

QVOD fecimus in libro de Suburbicariis regionibus, nunc peræquè in iſta diſſertatione de Suburbicariis Eccleſiis præſtaodom; diuiſionem enim concinnam inſtituimus diœceſeon, regionum, & prouinciarum mundi, tùm ex Notitia deprromptam, tum ex Betterio ampliſſimo Præſide Toloſano, vt nullis tenebris circumfunderetur oratio noſtra, aut fluctuaret meus in agnoſcendis regionibus ſuburbicariis, quonam gentium loco eas natura poſuiſſet: & nunc Ecclesiam quæ eſt magis vna quàm ſic orbis, diſtribuemus in ſuas diœceſes & prouincias, vt Eccleſia Vniuerſali ſic pleniſſimè oculis ſubiecta, poſſit quilibet ſingulas partes diſquirendo & diſcutiendo vno oculi intuitu videre vbi ſint Eccleſiæ ſuburbicariæ.

Eccleſia diuiditur in tres tantùm diœceſes generales.

Capvt II.

DIſtributio igitur prima & generalis omnium Eccleſiarum fuit in tres Patriarchatus, Romanum, Alexandrinum, & Antiochenum: vt ad Trinitatis inſtar cui vna eſt atque indiuidua poteſtas, vnum ſit per tres antiſtites ſacerdotium, vt interpretatur Symmachus Papa epiſt. ad Eonium. Quam diuiſionem intelligit D. Hieronym. epiſt. ad Vigilantium, dicens: *Quid faciant Orientis Eccleſiæ, quid Ægypti, & Sedis Apoſtolicæ.* Sic Eccleſia Vniuerſalis non habuit niſi tres diœceſes, vbi in diuiſione orbis libro ſuperiore erant tredecim: Imò Eccleſia tota diuiſa eſt in Orientem & Occidentem generali quadam diuiſione. Sed veniamus ad ſingularem cuiuſque diſpunctionem.

Deſcribitur prima diœceſis, quæ eſt Romana.

Capvt III.

ROMANA diœceſis fuit Occidens, ex Zonara in can. 6. ſinodi Nicœnæ, quod etiam voluit dicere D. Hieron. epiſt. ad Marcum preſbyt. *Hæreticum, ait, me cum Occidente, hæreticum me cum Ægypto, hoc eſt cum Damaſo, Petróque condemnẽt.* Nam Damaſus erat Romanus Epiſcopus, id eſt Occidentis, & Petrus Ægy-
B pti. & epiſt. 78. ad Pammachium, dicens *Damnatum in Occidente*, id eſt *in Romana Eccleſia quod in Oriente*, id eſt *in Antiochena*. Et Nilus loquens de Romano Epiſcopo ſic ait, Τῷ τῆς Ῥώμης ἐπισκόπῳ ... i. *Romæ Epiſcopo curam totius Occidentis contigiſſe.* Diœceſim ſpecialem Romani Pontificis vocant Nicœni Patres, in qua *Eccleſias* ſolus habeat. vocat etiam Hincmarus epiſt. 6. cap. 4. & opponit eam diœceſi Alexandrinæ & Antiochenæ, deſcribens has veluti tres diœceſes, atque in eo comp[illegible] ſe Romanus, Alexandr. & Antioch. [illegible] a in Nicœna ſynod.
C can. 6. in ratione, [illegible], particulari diœceſis quâ quælibet Eccleſia habet ſuos Metropolitanos & Suffraganeos; Romanus, v.g. Epiſcopos plures, [illegible] ex veteri Notitia, & Prouinciali libro, qui non tantùm ſiot ſub Vicario & Præfecto Vrbis, ſed etiam ſub Vicario & Præfecto Italiæ, cùm etiam Mediolanenſis Eccleſiæ Pontifex ſit vnus ex metropolitanis ſubiectis Romano Pontifici, non Primas, aut Patriarcha, vt rectè notat Gelaſius epiſt. ad Dardanos. & habetur in ſynodo Arelatenſi 1. vbi dicitur *ex prouincia Italiæ ciuitate Mediolanenſi Merocles Epiſcopus*, quaſi Italia reſpectu Romanæ diœceſis, in Eccleſiaſtica diuiſione non ſit amplius diœceſis, vt erat in diuiſione politica,
D ſed prouincia tantùm diœceſis ſcilicet Romanæ. Ideoque Liberius Papa Romanus ſe vocat Epiſcopum Italiæ, vt conſtat ex Socrate lib. 4. cap. 11. & hac etiam de cauſa apud Zonaram in præfat. Concilij Antiocheni dicitur Ἀρχιερεῦς ſeu Archiepiſcopos eſſe Romani Præſulis Epiſcopos. Apud Hincmarum verò dicitur ſub eo eſſe plures metropolitanos. & in cap. vlt. de ſponſa duorum. ext. Romanus Pontifex dicitur Metro-

A politanus Eccleſiæ Mutinenſis: at Mutina non erat ſub Vicario vrbis Romæ, & minùs ſub Præfecto, ſed erat ſub Vicario Italiæ, ſicque Italiæ diœceſis prouinciæ erant ſub diœceſi Romana; quam admitimus in diſtributione Eccleſiaſtica, licèt nulla ſit hoc nomine diœceſis in diuiſione politica, quæ Romana diceretur. Ita verò latè patuit diœceſis Pōtificis Roma. tanquã Patriarchæ, vt Leo Sapiens in deſcriptione Suffraganeorũ Cōſtãtinopolitani Patriarchę dicat prouincias quaſdam auulſas à diœceſi Romana, & factas ſubiectas Conſtantino politano Epiſcopo, Macedoniæ ſcilicet, Epiri, Achaiæ, & Peloponeſi prouincias metropoles; de qua reconqueſtus eſt Hadrianus Pa. ep. 1. ad Conſtantinum & Irenem Imp. dicens Epiſcopor. & Archiepiſcoporum conſecrationes Olitanâ traditione Romanæ fuiſſe Eccleſiæ. Conqueſtus etiam eſt Nicolaus ep. 8. ad Michaelem Imp. B dicens anteceſſores ſuos habuiſſe in ſua diœceſi Epirum veterem, nouam, Illyricum, Macedoniam, Theſſaliam, Achiam, Daciam, vtramque Mœſiam, Dardaniã, & Præualim: & in hanc rem Theſſalonicenſem Epiſcopum vices in illis partibus geſſiſſe Sedis Apoſtolicæ. Item conqueſtus eſt Ioannes VIII. ſibi ereptam à Conſtantinopolitano Bulgariam, quam ſibi reſtitui mandat tanquam diœceſim ſuam, ita vocat ſcribens ad Photium Patriarcham. Sub eiuſdem diœceſi fuit Gallia, Britannia, Africa, & aliæ diœceſes Occidentales, vt conſtat ex diuerſis ſynodis prouincialibus Romæ habitis, & C præcipuè ſynodo ſub Agathone Papa conuocatâ, de qua in actis VI. ſynodi Conſtantinopolitanæ.

Agitur de ſecunda diœceſi, quæ eſt Alexandrina.

Capvt IV.

ALexandrina diœceſis ita vocatur ab Hincmaro loco cit. plures habuit etiam metropoles, præfuitq; Ægypto, Libyę, & Pentapoli, ex Balſamone & Zonara ad ſynod. Nicen. ca. 6. & Euagrio lib. 3. cap. 14. ex Gelaſio Cy- D ziceno lib. 2. ex Athanaſio apol. 2. item ex Epiphanio hær. 68. qui Alexandrinum Epiſc. dicit habere Eccleſiaſticam diœceſim in Ægyptum, Thebaidem, Mareotum, Libyam, Ammoniacam, Mareotidem, & Pentapolim: reſertque Tyrius lib. 14. cap. 12. Rubenſem & Beritenſem prouinciam in eius diœceſi primitùs fuiſſe, ſed poſteà ſubſtractam, & datam Hieroſolymitano Patriarchæ. additque Gelaſius citatus vſque ad Indiæ prouincias propagatam hanc diœceſim.

E *De tertia diœceſi quæ eſt Antiochena.*

Cap. V.

ANtiochena diœceſis habuit ſubiectas prouincias Syriam, Cœleſyriam, Ciliciam vtramque, Meſopotamiam, & alias, Cyprum etiam, de qua 37. can. ſynodi Nicenæ in codice Arabico, quam poſt tamen per aliquot tem- A pora amiſit; ſeparata enim fuit Cyprus prouincia à diœceſi Orientis, & ſui iuris facta, ex Niceph. cap. 37. lib. 16. vel non ſui quidem iuris, ſed data Epiſcopo Conſtantinopolitano, ex Cedreno in Zenone. Quæ tandem auulſa Conſtantinopolitano Patriarchæ, vt patet ex concilio 6. in Trullo. can. 39. iuxta ſententiam Epheſini concilij; noua Iuſtinianopoli illa iura obtinente. & certè Innocentius III. ad priora illa tempora reſpiciens non malè Cyprum petenti Patriarchæ Conſtantinopolitano, eam ei denegauit. c. 8. de maiorit. & obed. ext. Alexandrini inſuper Epiſcopi fuerunt tres Palæſtinæ; prima, ſecunda, & Salutaris: ſed ei poſteà ademptæ, vt inde fieret Hieroſolymitana ſedes patriarchalis, vt patet in concilio Chalced. act. 7. Verba ſunt: *Maximus reuerendus Epiſcopus Antiochiæ Syriæ dixit, Placuit mihi & reuerendo Epiſcopo Iuue-* B *nali propter multam contentionem per conſenſum vt ſedes quidem Antiochenſium maxima ciuitatis B. petri habeat duas Phœnicas, & Arabiam, ſedes autem Hieroſolymorum habeat tres Palæſtinas.*

Additæ ſunt duæ diœceſes tribus prioribus, Conſtantinopolitana, & Hieroſolymitana.

CAP. VI.

C INſtitutæ verò ſunt aliæ duæ ſedes Patriarchales, Conſtantinopolitana ſcilicet & Hieroſolymitana, ſed illarum diœceſes conflatæ ſunt ex tribus prioribus diœceſibus quæ vniuerſum orbem complectebantur; & in inſtitutione harum duarum ſedium, aliqui amiſerunt, vt mox oſtendemus.

De diœceſi Conſtantinopolitana.

CAP. VII.

COnſtantinopolitana igitur diœceſis porrexit ſe vſque ad Siciliam Italiæ prouinciam, D illam enim Patriarchæ Conſtantinopolitano ſubiectam aliquando fuiſſe refert Balſamon in can. 2. ſynodi primæ Conſtantinopolitanę; habuit etiam Theſſalonicenſem, Corinthium, Nicopolitanum, Athenienſem, Patrenſem Epiſcopum ſeu Metropolitanum à diœceſi Romana auulſum ex Leone Sapiente in Notitia Epiſcoporum qui Patriarchæ Conſtantinopolitanō parebant. Promouit etiam Patriarcha Conſtantinopolitanos fines ſuos in Aſianam & Ponticam diœceſim; vnde concil. Chalced. act. 15. dicitur, *Ioannes Epiſcopus Conſtantinopolitanus quindecim Epiſcopos depoſuit profectus in Aſiam, & pro eis alios ordinauit.* Inſuperque promouit E to Illyricum leg. 6. de ſacroſ. Eccleſ. & in Cyprum, vt ſuprà diximus, in Antiochena diœceſi. ea ſedes firmata in Concilio Chalcedonenſi, quod tamen Leo non approbauit.

De diœceſi Hieroſolymitana.

CAP. VIII.

HIeroſolymitana denique diœceſis quæ firmata & conſtituta eſt in concilio Niceno, licèt nec adhoc approbarit Leo magnus, vt conſtat ex eius epiſtolis, & in principio inſtitutionis ſuæ ſancitum eſt vt Eccleſia Cæſarienſis iura metropolitanæ obtineret in eam, donec poſteà ob reuerentiam loci vnde Chriſtus natus erat plenariam habuit Patriarchalis ſedis poteſtatem Hieroſolymitana. ea verò conflata eſt, vt dixi, ea parte Antiochenæ diœceſis; nam ex concil. Chalced. act. 7. datæ ſunt tres Paleſtinæ, & ſublato Antiocheno Epiſcopo, quod habet etiam Nicephorus in cap. vlt. lib. 15. à qua tamen diuiſione ſi credimus Balſamoni in can. 7. Concil. Niceni poſteà receſſerunt. B

Illas diœceſes Eccleſiæ verè dici diœceſes.

CAP. IX.

SIc igitur in prima diuiſione Eccleſiarum fuere tres tantùm diœceſes, ita enim vocantur in actis ſynodi Epheſiæ; vbi dicitur *Ioanne Epiſcopus Antiochenus Orientis diœceſeſis*. & in concilio Chalcedonenſi, vbi idem Epiſcopus dicitur Exarchus Orientis diœceſis: & cap. 9. eiuſdem ſynodi, & lib. 29. de epiſc. aud. dicitur *Primatibus ac Patriarchis integras diœceſes attributas*. vnde non malè quaſi illi tres Patriarchæ fuerint Præfecti quidam prætorio dicantur Exarchi, propter diœceſes quas adminiſtant.

An diœceſes generales Eccleſiaſticæ reſpondeant ciuilibus & imperialibus. D

CAP X.

ORitur iam quæſtio ſcitu neceſſaria, an diœceſes Eccleſiæ generales fuerint ſimiles diœceſibus ciuilibus, & facile eſt ad eam reſpondere ex dictis, ſed non eſt ſatis eam tam ſuſpenſa manu attingere, cùm poſſimus potenter enucleare. Dicimus igitur certum eſſe in prima Eccleſiarum conſtitutione diœceſes Eccleſiaſticas non reſpondiſſe diœceſibus ciuilibus. nam primùm quod ſpectat ad Occidentem, is ciuiliter habuit ſex diœceſes, Italiam, Illyricum, Affricam, Gallias, Hiſpanias, & Britanias ſub duobus Præfectis: in Eccleſiaſtica verò diuiſione Occidens fuit vna tantùm diœceſis, vt patet ex locis ſuprà citatis de diœceſi Orientis, Nili, Hieronymi, Hincmari, & Zonaræ. imo Occidens iſte Eccleſiaſticus non eſt tantùm definitus diœceſibus illis ſex Occidentis politici, ſed etiam extendit ſe ad Epirum nouam & veterem, Achaiam, Macedoniam, Theſſaliam, prouincias & diœceſes Illyrici, ex locis ſuprà ibidem citatis Leonis Sapientis & Nicolai. E

A Pro Alexandrina diœceſi ſeu Orientis dici adhuc poteſt non fuiſſe pares Eccleſiaſticam & politicam, ſi Tyrio credimus, qui lib. 14. c. 12. dicit Rubenſem & Beritenſem prouinciam fuiſſe patriarchiæ Alexandrini primis temporibus, & poſteà ſubtractam ei, datamque Hieroſolymitano Patriarchæ, & tamen Berytus fuit ſecundæ Phœnices metropolis, & conſequenter ſubiecta vrbi Antiochiæ ratione diœceſis ciuilis; ita enim ſumenda illa verba D. Athanaſij in hiſtoria de Chriſti imagine, πόλις δὲ Βηρυτὸς κειμένη ὑπὸ τῆς Ἀντιοχείας, quia Phœnice vtraque fuit prouincia Orientis, id eſt Antiochenæ diœceſis, vt conſtat ea Notitia.

B Pro Hieroſolymitana diœceſi conſtat etiam, nam cùm eſſet vna tantùm Orientis diœceſis ciuilis, fuerunt tamen duæ diœceſes Orientis Eccleſiaſticæ ratione huius patriarchatus. nam Hieroſolymitanus Patriarcha habuit in ſua diœceſi tres Palæſtinas quæ erant diœceſeos Orientis, quod conſtat ea concil. Chalcedon. act. 7. & Nicephoro in cap. vlt. lib. 15. & actis concil. Hieroſolym. & act. quintæ ſynodi Conſtantinop. ſub Mena; licèt ab illa diuiſione prouinciarum Orientis poſteà diſceſſum ſit, vt conſtat ea Balſamone in can. 7. conc. Nicen. & Tyrio lib. 14. & Exterio.

Pro Conſtantinopolitana ſede etiam in propatulo eſt, nam ea ciuili diuiſione erat in diœceſi C Thraciæ, Eccleſiaſticâ verò diuiſione diœceſis Conſtantinopolitana habuit Siciliam quæ tamen erat in Occidentis diœceſi Italiæ. Habuit etiam Theſſalonicenſem Eccleſiam, quæ ciuiliter fuit Macedoniæ prouinciæ diœceſis Illyrici, ea Theodoſito lib. 5. cap. 17. vel etiam quæ ſi non Illirici ſecundùm diuiſionem ciuilem, ſecundùm Eccleſiaſticam fuit diœceſis Occidentis, ea Leone cit. ſup. Habuit denique totum Illyricum diœceſim, vt conſtat ex l. 6. C. de ſacroſ. Eccl. habuit Aſianam & Ponticam partem, vt dixi ſup. non quidem politicè, ſed Eccleſiaſtica diſtributione.

Adhuc enucleatiùs expenditur quæſtio in Orientis diœceſi.

CAP. XI.

ITaque non ſemper in generali diœceſeon diuiſione formæ Eccleſiaſticæ & politicæ fuerunt ſimiles, licèt aliquando conuenerint in metropolitanorum ſub diuiſione, & quæſtio illa agitata fuit inter Baſilium Cæſareæ, & Anthymum Thyanæ Epiſcopum, quia cùm Cappadocia diuiſa fuiſſet in duas à Valente Imp. & ſecunda Cappadocia ſubiecta facta fuiſſet ab eodē Imperatore Thyanæ ſecundùm diuiſionem ciuilem, Anthimo volente hanc formam ciuilem tragere ad Eccleſiaſticam, reſtitit diu Baſilius dicens non obſtare illam diuiſionem ciuilem quin tota Cappadocia iuxta formam Eccleſiaſticam maneret ſub metropolitano Cæſareæ, & non fieret metropolitani Thyanenſis, vt conſtat ea Gregor. Nazianz. in orat. de laudibus D. Baſil. his verbis: *Ille enim* (loquitur de Anthimo) *æquum eſſe dicebat vt noſtra diœceſes ſimul cum ciuilibus & publicis diuiderentur, hic contra* (loquitur de Baſilio) *antiquæ conſuetudini & diui-*

ſioni quæ à patribus olim facta fuerat inhæren- A *dum oſtendebat*. licèt poſteà Baſilius ius illud conceſſerit Authimo, victus auctoritate Imperatoris. nam Baſilius eum metropolitanum ſecundæ Cappadociæ agnouit, vt patet ex Gregorio Nazianz. epiſt. 88. imo cum tertia Cappadocia poſteà facta fuiſſet à Iuſtiniano, ſecunda Cappadocia amiſit Doharam & Nazianzum (in qua Nazianzo dicam obiter Gregorium Nazianz. nunquam fuiſſe Epiſcopum, ſed tantùm coadiutorem, vt probaui alibi) & tam Dohara quàm Nazianzus datæ ſunt metropolitano Iuſtianopoleos ſeu Muciſſi, ex quinta ſynodo collat. 5. & colligitur ex Scholiaſte Gregorio Nazianz. in funebri oratione Patris. Fuit & ſi- B milis controuerſia inter Nicenum & Nicomedienſem Epiſcopum, in qua Nicomedienſis ſe tuebatur vtrâque politiâ, oſtendens ſecundùm Eccleſiaſticam & Imperialem formam Nicomedienſem Eccleſiam in Bythiniorum prouincia primam fuiſſe, & certè nunquam placuit Eccleſiæ mutatio ſuarum diœceſeon ad mutationem poteſtatum ſecularium, vt conſtat ex concil. Chalced. can. 12. cuius hæc ſanctio eſt: *Renuntiatum nobis eſt quoſdam qui præter Eccleſiæ leges & inſtituta auctoritatem & potentiam ambitioſè aſſecuti fuerant, vnam impetratis pragmaticis in duos diuiſiſſe, ita vt ex hoc duo ſint in eadem pro-* C *uincia metropolitani, ſtatuit ſancta ſynodus, ne quid tale deinceps audeat Epiſcopus, adeò vt ſi quis id moliatur proprio gradu excedat.* Hinc eſt quod conceſſa aliquando dignitate metropolitani, alicui Epiſcopo, eo mortuo tanquam perſonalis fuiſſet reuocabatur, vt teſtis Nicolaus patriarcha ad Alaxium Comne. qui de Anciranæ Eccleſiæ metropolitano ſic loquitur: *Inſtrumento ſe tuetur fœlicis memoriæ principis Ducæ, qui Epiſcopatum Baſilei iure metropolitano donauit, quo ſcripto ſancitum eſt vt eo extincto qui metropolitani honorem conſecutus fuerat Eccleſia ad Epiſcopatus ſtatum reuocaretur.* Leues tamen poſteà Græci blandiendo ſuis Imperatoribus, approba- D runt illas mutationes & diuiſionem Eccleſiæ factam ratione cuiuſdam politicæ diuiſionis; ideò Demetrius Chomatenus Bulgariæ Archiepiſcopus reſponſo ad Conſtantinum Dyrrachij Archiepiſcopum, ſic ait, *Rex à minore dignitate euehit ad maiorem, vt pote ab Archiepiſcopatu in metropolim, ſeu viri virtutem, ſeu vrbem exornans.* Et hac eadem ratione temerè & leuiter vitio ſuæ gentis Annas Comnenas dixit, tranſlato Imperio Romano Conſtantinopolim, tranſlatum etiam eſſe ſacerdotium, factas que fuiſſe ſimiles tranſlationes ab Alexio Comneno & Iſaaco Augelo refert Balſamo in can. 12. concil. Chalced & can. 38. ſextæ ſynodi in Trullo. Sed E id nunquam approbauit Eccleſia Romana. ideò Innocentius. I. epiſt. 20 ſic loquitur: *Quod ſciſcitaris vtrum diuiſis Imperiali iudicio prouinciis vt duæ metropoles fiant, ſic duo metropolitani Epiſcopi debeant nominari, non verè viſum eſt ad mobilitatem neceſſitatum mundanarum Dei Eccleſiam commutari, honores que aut diuiſiones perpeti quas pro ſuis cauſis faciendas duxerit Imperator.*

A

Idem diſcutitur in diœceſi Occidentis.

CAP. XII.

SEd quod in Oriente oſtendimus exemplis confirmandum eſt in Occidente, in eo, alio modo diuiſas diœceſes ciuiliter, alio verò politicè, nam Italiæ diœceſis fuit diſtincta ab Illyrico, diſtinctæque vtriuſque prouinciæ ciuiliter, vt patet ex Notitia: & tamen non videntur diſtinctæ ſecundùm formam Eccleſiaſticam. nam Sirmium quæ vrbs eſt Illyrici iuxta for- B mas Eccleſiaſticas eſt diœceſis Mediolanenſis, id eſt Italiæ: refert enim Paulinus in vita D. Ambroſij Mediolanenſis, quod *cùm Ambroſius Sirmium* (ſunt verba Paulini) *ad creandum Epiſcopum Anemium perrexiſſet, ibique Iuſtina tunc temporis reginæ potentia & multitudine coadunatâ de Eccleſia pelleretur, vt non ab ipſo, ſed ab hæreticis Arrianis Epiſcopus ordinaretur, eſſetque conſtitutus in Tribunali, nihil curans eorum quæ à muliere excitabantur, &c.*

In Britanniarum etiam diœceſi metropolitanus ab Arelatenſi Primate in Gallia conſecrabatur quaſi ſub eius diœceſi conſtitutus, ex Beda lib. 1. cap. 28. & tamen Galliæ & Britannia- C rum diuerſæ erant diœceſes ciuiliter, vt conſtat ex Notitia.

In Hiſpaniarum diœceſi cùm tempore Vandalorum Hiſpalis facta fuiſſet regia vrbs, ex Roderico lib. 3. cap. 24. & ibi fortaſsè primatus conſtitutus contra formam veterem Regis Vandalorum potentia fuiſſet, is primatus poſteà reuocatus ad Toletanam ſedem quando Gothi curiam ſuam tranſtulerunt Toletum, ex eodem Roderico; nam tunc oſtenſum fuit Papæ ab antiquo pertinuiſſe ad Toletum, non ad Hiſpalim metropolitani prærogatiuam, quod apertè teſtatur Rodericus lib. 2. cap. 21. his verbis: *Iſte* D (loquitur de Rege Gothorum) *à Romano Pontifice obtinuit priuilegium vt ſecundùm beneplacitum veteriſicum Hiſpanorum primatia dignitas eſſet Toleto ſicut fuerat ab antiquo.* Hinc eſt etiam quod cùm Narbonenſis Epiſcopus regiâ auctoritate cogeretur ad ſynodos Toletanas conuenire Innocentius Pontifex epiſt. ad Petil. Compoſtel. id nullo iure factum ait, his verbis: *Conſtat* (ait) *Narbonenſem per multa tempora veniſſe ad concilia Toletana, nec tamen Toletana metropolis aliquid habuit in Eccleſia Narbonenſi, ſed mandato regum illa fiebant, quod magis violentum quàm iuſtum præſumatur extitiſſe.*

Et certè rectè Eccleſia noluit ſequi has formas E ciuiles, quòd ſic ataxia ſæpe eſſet in Eccleſia, & nimia poteſtas in adminiſtratione Eccleſiarum Imperatoribus daretur, vt ſectione Imperij ſecarentur Eccleſiæ, cùm ſæpiùs quando ſtatus rerum id requirit, ἑκάστοτε κελεύῃ συμφέρειν (vt loquitur Strabo lib. vlt. mutetur politia ciuilis, vt factum fuiſſe ſuprà oſtendimus. Quòd ſi nec Geographi ſequuntur in ſuis deſcriptionibus orbis has formas nouas, ſed ad antiquas potiùs orbem delineant, cum fines ponunt quos natura per maria, per flumina & montes conſtituit, potiùs quàm quos principes pro ratione temporum nunc maiores, nunc verò minores poſuerunt: quanto magis ipſa Eccleſia non debet

terminos ſuarum Eccleſiarum reuellere ad mu- A tationem politiæ ſæcularis, maximè cùm lex patrocinetur quæ ait, *temporariam permutationem ius prouincia innouare.*

Poſt definitas ſpeciales diœceſes oſtenditur vniuerſalis poteſtas Romani Pontificis in omnes Eccleſias.

CAP. XIII.

His terminis ſpecialibus ac ſingularibus limitibus fixis in Eccleſia, deſcriptiſque etiam finibus Eccleſiæ Romanæ vt eſt ſpecialis B diœceſis, iam eius poteſtas in omnes omnino Eccleſias oſtendenda eſt. Quod enim Græci volunt tantùm iuriſdictionem Romanæ Eccleſiæ contineri Occidente, id rectè dixiſſent de ſpeciali eius diœceſi: malè verò dixerunt quod aliam eius iuriſdictionem noluerint agnoſcere. & rectè Theodo. & Valent. de Epiſcop. ordin. interpretantur contra illos Græcos Nicœnam ſynodum de iuriſdictione vniuerſali Romani Pontificis, & in hoc meliores fuerunt interpretes Conciliorum quàm ipſi Scholiaſtæ ſchiſmatici. Verba Nouellæ ſunt: *Cum Sedis Apoſtolicæ* C *primatum Sancti Petri meritum qui Princeps eſt Epiſcopalis corona, & Romana dignitas ciuitatis, ſacra etiam ſynodi firmauit auctoritas.* Et hoc ſenſu dixit Theophilactus in cap. 21. D. Ioan. Ἰησοῦς ἐνεχείρισε μὲν τῷ Πέτρῳ τὴν πάντων τῶν πιστῶν προστασίαν, i. Ieſus commiſit Petro omnium fidelium præfecturam, & quam Theophilactus vocat προστασίαν, D. Chryſoſtomus homil. 1. ἐπιστασίαν vocat, cæteroqui vtens iiſdem verbis: idéque Theophilactus paulò poſt comparat Eccleſiam Hieroſolymitanam & Romanam hac ratione, quòd Iacobus fuerit tantùm Hieroſolymorum Epiſcopus, Petrus verò orbis vniuerſi, Εἰ γὰρ, ait, τῶν Ἱεροσολύμων Ἰάκωβος τὸν θρόνον D ἔλαβεν ἀλλὰ Πέτρος τῆς οἰκουμένης ἁπάσης, i. *Etſi enim Iacobus Hieroſolymorum thronum accepit, ſed Petrus totius orbis terrarum.* Quibus verbis nihil poteſt dici expreſſius. Sed & D. Auguſt. lib. 2. de Baptiſmo, c. 1. præfert omnibus Epiſcopatibus hunc Epiſcopatum; *Quis enim* (ait) *neſcit illum Apoſtolatus principatum cuilibet Epiſcopatui præferendum.* Dictus eſt etiam Παναγιώτατος, vt reperitur in Conſtitutione Michaëlis Palæologi, vbi tranſactum legitur inter legatos Orientis & Occidentis vt primatus relinqueretur Papæ, vt prouocationes ad ipſum approbarentur, vt denique fieret memoria eius in Liturgia ab ipſis Conſtantinopolitanis, hinc vbi Hincmarus epiſt. 6. cap. 4. agit de diœceſi ſpeciali Romanæ Eccleſiæ, præmunit orationem ſuam E prologo de iuriſdictione vniuerſali Papæ: *Sancta* (ait) *Romana Eccleſia cui ſollicitudo omnium Eccleſiarum in B. Petro principe Apoſtolorum eſt commiſſa plures metropolitanos in ſua ſpeciali diœceſi. Similiter Alexandrina in ſua diœceſi, ſed & Antiochena ſedes nonnullos metropolitanos in ſua diœceſi habet.* Vbi nota cùm de Alexandrina & Alexandrina loquitur Hincmarus ipſum dicere in ſua diœceſi abſolutè, non cum illa diſtinctione quâ vtitur quando loquitur de Romana diœceſi in ſua ſpeciali diœceſi, quod illæ ſedes non haberent niſi vnam diœceſim, in Romana verò agnoſcat & ſpecialem & generalem diœceſin: ſicque (vt obſeruauit vir doctiſſimus, cùm Eccleſia haberet quinque veluti capita, i. patriarchatus, eam Theodorus Studita lib. 2. ad Leonem Sacellarium vocauit πεντακόρυφον κράτος τῆς ἐκκλησίας, i. *quinque capitum veluti robur habentem.* & cùm illa capita eſſent veluti ſub vno capite, idem Theodorus epiſt. ad Leonem 3. Romanum Pontificem vocauit τῶν ὅλων κεφαλῶν κεφαλὴν, *omnium capitum caput.* Sic Tertullianus de pudicitia cap. 1. vocat Epiſcopum Romanum Epiſcopum Epiſcoporum. D. Cyprianus epiſt. 8. 45. & 55. vocat Romanam Eccleſiam principalem, vnde vnitas ſacerdotalis exorta eſt, Eccleſiæque Catholicæ radicem atque matricem.

B. Marcus Syluestri ſucceſſor Romanus pontifex in epiſt. ad Athanaſium quæ extat ſic de ſe ait: Marcus Romanæ Apoſtolicæque ſedis & Vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopus.

D. Gregorius lib. 4. epiſt. 32 38. refert nomen Epiſcopi vniuerſalis etiam conceſſum eſſe & oblatum Romano Pontifici.

Pompeius quidam vir apud Iuſtinum Thracem Imperatorem magnæ auctoritatis, ſcribens ad Hormiſdam Papam vocat eum Vniuerſalis Eccleſiæ Archiepiſcopum: & Iuſtinianus in epiſtola ad eundem Hormiſdam quæ extat tomo 2. Concilior. ſic loquitur: *Hoc credimus eſſe Catholicum quod veſtro religioſo reſponſo nobis fuerit intimatum.* Idem Iuſtinianus in Cod. de ſumma Trin. vocat Papam Senioris Romæ, Caput omnium ſacerdotum Dei, eique notitiam omnium rerum Eccleſiaſticarum vult tribui etiam in occidentalibus partibus: Nouellæ verò 131. primum omnium ſacerdotum facit Romanum Pontificem ſecundùm Canones. Nouella 80. fontem ſacerdotij, & apicem ſummi pontificatus fatetur Romę eſſe Agapetum.

D. Ambroſius poſtquam ad epiſtolam ad Galatas comparuit Paulum Petro, quaſi primatum Petrus habeat ad fundandam Eccleſiam Iudæorum, & Paulus in fundandis Eccleſiis gentium, addit, ita tamen vt in prædicatione Paulus etiam Iudæis prædicaret, & Petrus gentibus. Concludit rectè nihilominus dignum fuiſſe vt Paulus cuperet videre Petrum cui delegauerat Saluator curam Eccleſiarum: quaſi velit dicere, licet quilibet haberet veluti iuriſdictionem ſpecialem in qua erant pares, tamen Paulum recognouiſſe Petrum in generali iuriſdictione ſuperiorem.

Petrus Bleſenſis ep. 68. *Sicut* (ait) *eminentiam Apoſtolicæ ſedis magiſtram omnium Eccleſiarum profitemur, ſic ab ipſa conſilia in ambiguis, in anguſtiis ſolatia, reſponſa in iudiciis expectamus.* In epiſtola Philippi Francorum Regis ad Cardinales, quę extat lib. 1. epiſt. Petri de vineis cap. 33. dicitur, *Cum papalis dignitas ſit orbis caput, orbis regimen, orbis maieſtas.* Phocæ Imperatoris temporibus cùm Eccleſia Conſtantinopolitana primam omnium Eccleſiarum ſe diceret, Phocas rogante Papâ Bonifacio ſtatuit contra Eccleſiam Conſtantinopolitanam ſedem Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ caput eſſe omnium Eccleſiarum, de qua re Paulus Diaconus lib. 4. de geſtis Longobard. cap. 37.

Adrianus Papa in epiſt. ad Conſtantinum & Irenem apud Athanaſium Bibliothecarium, cùm

Imperator in litteris ſuis ad Adrianum, Taraſium Conſtantinopolitanum vniuerſalem vocaſſet, ſic reſcripſit: *Valde mirati ſumus quod in veſtris Imperialibus iuſſis pro Patriarcha regia vrbis ſcilicet Taraſio directis, vniuerſalem ibidem cum reperimus exaratum.* & paolò pòſt: *Suademus vt minimè, in ſuarum exorationum ſerie vniuerſalis deſcribatur, quia contra ſanctorum canonum inſtituta, ſeu ſanctorum patrum traditionem decreta eſſe videtur, quòd ſi vniuerſalis eſt, etiam Eccleſia noſtræ ſedis primatum habere dignoſcitur, quod ridiculum omnibus fidelibus Chriſtianis apparet, quia in toto orbe terrarum ab ipſo Redemptore mundi Petro Apoſtolo principatus atpoteſtas data eſt, & per eundem Apoſtolum cuius vel immeriti vices gerimus ſancta Catholica & Apoſtolica Romana Eccleſia vſque hactenus & in annum tenet principatum.* Apud Nicephorum lib. 17. cap. 9. Roma dicitur celſior thronus quàm Conſtantinopolis. Extat tomo 1. Concil. epiſtola Stephani Epiſcopi Africani, & Damaſi ad eundem Stephanum, in qua conſtat apertiſſimè de primatu papæ.

In Concilio Chalcedonenſi act. 3. recepta eſt inſcriptio Legati Papæ, quæ ſic habet, *Paſchaſinus Epiſcopus Eccleſia Lylibetana vice beatiſſ. atque Apoſtolici Vniuerſalis Eccleſia papa vrbis Roma Leonis ſancta ſynodus præſidens ſubſcripſit.* Item actu 6. & 16. eiuſdem ſynodi poſt can. 6. Niceni concilii recitatum, Iudices dixere, *perpendimus omnem primatum & honorem præcipuum ſecundum canones antiqua Roma Deo amantiſſimo Archiepiſcopo conſeruari.*

Nouella Theodoſij Cod. Theod. tit. 14. dicitur, *Decernimus ne quid tam Epiſcopis Gallicanis quàm aliarum prouinciarum contra conſuetudinem veterem liceat ſine viri venerabilis papa vrbis aterna auctoritate tentare, ſed illis omnibuſque pro lege ſit quicquid ſanxit vel ſanxit Apoſtolica ſedis auctoritas.*

In epiſtolis ad Leonem Magnum quæ ſeſſione 3. Concil. Chalced. inſertæ ſunt, habetur hæc inſcriptio: *Sapientiſſimo & Dei amantiſſimo, & vniuerſali Archiepiſcopo & patriarcha magna Roma.* quibus verbis vtraque poteſtas Papæ oſtenditur.

Eſt & conſtitutio Conſtantini magni de hac re, quam Gennadius reponit inter conſtitutiones canonicas in hæc verba: *Edicimus vt ſacroſancta Eccleſia Romana principatum habeat in omnibus totius orbis Eccleſiis, ſicut & in quatuor ſedibus Alexandrina, Antiochena, Hieroſolymitana, Conſtantinopolitana.*

Præter elogia & auctoritates quibus ſumma rerum tribuitur Eccleſia Romanæ, eius adhuc iuriſdictio declaratur, quæ ad illam vndique prouocatur.

CAP. XIV.

HÆc autem poteſtas vniuerſalis præter illa veterum elogia laudum egregia ex varia cognoſcitur iuriſdictione quam exercuerunt Romani Pontifices in cognoſcendo de criminibus aliorum omnium pontificum. Nam in Africa Miltiades cognouit de cauſa Cæciliani, ex Optato Mileuit. lib. 1. & id ſine prouocatione. *Cæcilianus*, ait, *omnium ſuprà memoratorum ſententiis innocens eſt pronunciatus, etiam Miltiadis ſententia qua iudicium clauſum eſt.* D. Baſilius epiſt. ad Athanaſium, hanc iuriſdictionem agnoſcit, dicens, *Sic viſum nobis eſt conſentaneum ſcribere ad Epiſcopum Roma, vt iis qua apud nos ſunt proſpiciat, exploret, ſtatuatque, vt quoniam non facilè ex concilij vniuerſi decreto mitti ad nos aliqui poſſint ex iis Epiſcopis, qui ad occaſum Eccleſiæ præſunt, ipſe auctoritatem ſuam interponat, & pro poteſtate eligat viros idoneos tum imperio, qui dirigere poſſint eos quorum ingenia flexuoſa & diſtorta turbas apud nos cient.* Damaſus Apollinarem ob hæreſim ſolio deturbauit. ex Sozomen. lib. 2. cap. 8. Clemens Petri ſucceſſor cùm eſſet periculum ne Corinthi fides euerteretur, miſit nomine Eccleſiæ Romanæ ſcripta quibus confirmarentur in fide, ex Euſebio lib. 5. hiſt. cap. 6.

D. Athanaſius lib. de ſententia Dionyſij Alexandrini ait quoſdam Pentapolitanæ Eccleſiæ Romam veniſſe, vt accuſarent apud Papam Dionyſium Alexandrinum quem Papa cauſâ cognitâ abſoluit, vt conſtat ex epiſt. de ſynod. Arim.

In cauſa Arij Alexandrinus Epiſcopus ſcripſit ad Syluerium Papam, vt ea quæ geſſerat probaret.

In actis concilii Tolet. primi Patres profiterentur ſe Paternum Epiſcopum in communionem recepturos quando ſedes Apoſtolica reſcripſerit.

Anthimus Conſtantinopolitanus ab Agapeto damnatus, & pulſus, priuſquam à ſynodo pro hac re poſteà conuocato, vt conſtat ex epiſt. Agapeti encyclica ad Petrum Hieroſolymit.

Victor Papa Aſiaticos communione totius Eccleſiæ expulit. ex Euſebio.

D. Gregorius Ioannem defenſorem in Hiſpaniam legauit, qui cauſam Ianuarij & Stephani Epiſcopi cognoſceret & definiret, cùm illi ſedibus ſuis pulſi Romam appellaſſent.

In octaua ſynodo quæ ſub Baſilio Imperatore habita eſt, canon. 2. dicitur omnia quæ Nicolaus & Adrianus pontifices de componenda Eccleſia Conſtantinopolitana declararunt vna cum declarationum capitibus ſeruanda & cuſtodienda, ita vt nemo illa quacumque ratione infirmare, vel antiquare poſſit.

In Capitularibus lib. 6. cap. 299. dicitur *Siquis Epiſcopus depoſitus agendum ſibi negotium in vrbe Roma proclamauerit, alter Epiſcopus in eius cathedra poſt appellationem eius qui videtur eſſe depoſitus omnino non ordinetur, niſi cauſa fuerit iudicio Romani Epiſcopi determinata.*

Gregorius Magnus in Gallia multa priuilegia indulſit, vt conſtat ex eius ep. 10. lib. 10. indict. 6.

Cùm Patres Carthaginenſes ſynodi Pelagium & Celeſtium damnauiſſent, non expectatâ ſententiâ papæ, ſo id requirente, epiſtolam miſerunt ad Innocentium Papam, quæ eſt nona inter Auguſtinianas, vt ſe excuſarent, his verbis: *Hoc itaque geſtum, domine frater, ſanctæ charitati tua intimandum duximus, vt ſtatutis noſtra mediocritatis etiam Apoſtolica ſedis adhibeatur auctoritas pro tuenda ſalute multorum.*

Menas Conſtantinopolitanus à Vigilio papa eſt communione pulſus, ex Nicephoro lib. 17.

cap. 16. in 3. & 4. canone concilij Sardiceoſis ob eandem iuriſdictiunem conceditur appellatio ad Rom. Pontificem ab omnibus Epiſcopis velut ad ſupremum & maximum iudicem, vt omninodè de illis cognoſcat.

Ioanoes Chryſoſtomus cùm in exilium ageretur, ſe muniuit appellatione ad Romanum Pontificem Innocentiū I. ex Palladio in eius vita.

Marcion etiam appellauit Romam ab Epiſcopo ſuo in Ponto excommunicatus. ex Epiphanio hæreſi 24.

Adrianus etiam Thebarum Epiſcopus cùm damnatus eſſet à Ioanne Epiſcopo primæ Iuſtinianæ Romam appellauit, vbi a D. Gregorio abſolutus eſt, vt conſtat ex eius epiſt. 7. & 8. lib. a. indict. 11.

D. Ambroſiur Nicolaitas, id eſt Nicolaitarum opera facientes, & incontinentes clericos coercere volens, opem ab Eccleſia Romana poſtulauit. ex Damiano.

Confirmauit & Papa electiones Epiſcopi Antiocheni. ex epiſt. Simplicij ad Acacium, & Liberato cap. 18. Breuiarij.

Victor Papa in Aſia Quarto decimanos piorum communione monere voluit, quòd decimaquarta luna Paſcha celebrarent. ex Euſebio lib. 5. hiſtor. cap. 20.

Denique ſi quæ inter alios Epiſcopos controuerſia de iure aut fide exorta eſſet, acquieſcebant, & ſtabant Papæ decreto. ex Socrate lib. 7. cap. 40. Vt verum ſit quod dixit Sariſberienſis epiſt. 59. *Romanam ſcilicet Eccleſiam ſolius Domini reſeruari iudicio, vniuerſalem Eccleſiam particularis Eccleſiæ iudicio non ſubiici.*

Comprobatur adhuc ex auctoritate Papæ in conuocandis & confirmandis Concilijs.

CAP. XV.

PLurimum etiam confirmatur eadem iuriſdictio ex auctoritate quam habuit ſemper Papa in concilijs conuocandis, confirmandis, reuocandis, eis ſemper per ſe, aut per legatos præſidendo. Synodi enim ſemper auctoritate papæ celebratæ ſunt. vnde rectè Sozomenus lib. 3. cap. 8. dixit *Legem eſſe ſacerdotalem vt ad ſynodos Romanus Pontifex vocetur, adeò vt irrita ſint quæ fiunt præter ſententiam Romani Epiſcopi.* Et in Capitular. Franc. lib. 6. cap. 187. ita definitur, *Auctoritas Eccleſiaſtica atque canonica docet non debere abſque ſententia Romani Pontificis concilia celebrari.* Atque cùm dicitur Conſtantinum & Irenem congregaſſe Nicænum ſecundum, illud intelligi debet de conſenſu Papæ, ad quem reſcripſerunt, his verbis, *vt adeſſet in ſtabilitatem antiquæ traditionis.* & huic concilio præſidentes fuerunt legati Papæ, non Taraſius. Conuocat igitur Concilia Papa: Confirmat etiam Papa. Vnde Photius in libello de ſeptem ſynodis, dicit ſynodum Conſtantinopolitanam celebratam Damaſi papæ temporibus, ab ipſo Damaſo confirmatam fuiſſe; ideò verò in ſynodo IV. ſub Symmacho Papa dicitur Scripturæ quam Baſilius conſcripſerat nullum Romanæ Eccleſiæ aut interfuiſſe, aut ſubſcripſiſſe antiſtitem per quem potuiſſet ſortiri legitimam firmitatem. Et denique illis præſidet, vti ſynodo Epheſinæ, vt conſtat ex epiſtolis Celeſtini ad Cyrillum tomo 1. Concil. & Balſam. ad Nomoc. Photij tit. 8. ca. 1. qui addit vt conſtaret legatum in eo concilio abſente Papa habere ius Papæ accepiſſe à Celeſtino Phrygium, & cum eo ſediſſe. à quo tempore ait Balſamo, patriarchæ Alexandrini eum phrygio ſacrificant, & ſynodis ſuis præſident; Legatus enim ille erat Cyrillus Alexandrinus. Nec obſtat quod Patres Concilij Carthagin. quod ſextum dicitur, in epiſt. ad Celeſtinum dixerint nulla Patrum ſynodo conſtitutum reperiri, vt aliqui tanquam Legati à latere ſuæ ſanctitatis mittantur; hoc enim ibi ita dictum eſt, cùm patres exoptaſſent ipſummet pontificem per ſe adeſſe, non per Legatum, nam poterant meminiſſe patres in ſynodo Sardicenſi can. 7. conſtitui Legatum à latere Apoſtolico mittendum. His accedit quod cùm in ſecunda ſynodo Epheſina Legati Papæ vidiſſent Theodoſium Dioſcorum Alexandrinum præeſſe voluiſſe, aſſidere non paſſi ſunt, ex Liberato in Breuiario cap. 12. & in Concilio œcumenico quinto Menâ mortuo Vigilius Papa Eutychio aſſidere etiam noluit, quòd præſidere debuiſſet, ex Nicephoro. Sed Zonaras in Iuſtiniano refert Papam fuiſſe caput & principem huiuſce Concilij. Ex quibus omnibus confirmatur ſatis auctoritas vniuerſalis Summi Pontificis, in qua tamen quæſtione adhuc obiecta quædam diluemus.

Obiecta quædam aduerſariorum diluuntur.

CAP. XVI.

NIhil quidem apertius eſt iis quæ iam antè retulimus in medium, pro vniuerſali poteſtate Summi Pontificis, tum ex legibus, tum ex Concilijs, tum ex Patribus, vt libentiùs mihi dici pateter niuem non eſſe albam, quàm ſummum Pontificem non eſſe Vniuerſalem. Dicunt tamen qui nodum in ſcirpo quærunt, omnes Epiſcopos habere quodammodo curam omnium Eccleſiarum; vnde apud Ignatium epiſt. ad Philadelphenſes dicitur Epiſcopum Philadelphienſem à Deo vocatum, vt ſuſciperet miniſterium ad commune pertinens: & à D. Cypriano in lib. de vnitate dicitur, *Epiſcopatus vnus eſt cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur.* & apud Gregorium Nazianz. orat. de S. Cypriano dicitur, *Non enim Cyprianus præſidet ſoli Eccleſiæ Carthaginenſi & Africæ ipſius per eum & ab eo celeberrimæ, ſed vniuerſæ Occidentis Eccleſiæ, & penè dixerim Orientalis, Auſtralis, Borealis, eò quantum ille eò venit admirationis.* Sed reſpondetur aliquando commune miniſterium Epiſcoporum dici ratione charitatis & finis qui tendit ad ſalutem animarum, vt in illo loco Ignatij, & alio B. Baſilij epiſt. 51. vbi dicitur de D. Athanaſio parem illi fuiſſe ſollicitudinem omnium Eccleſiarum ac propriæ; vt nullum tempus intermittat diſſerendi, admonendi, ſcribendique. ſunt enim verba D. Baſilij, eo ſcilicet, quòd communis Eccleſia ſit, ſicut communis Dominus. Dici etiam poſſe alicuius Epiſcopi doctrinam vel mores reddere aliquem quaſi vniuerſalem in Eccleſia, non quòd ipſe præſit Eccleſiæ, ſed quòd illuſtret totam Eccleſiam doctrinis & virtutibus: & ita intelligitur

loens ille D. Gregorij Nazianzeni, qui optimè addidit in fine *in quantum venit ille admirationis.* ne viſus eſſet dicere Cyprianum ordinatione fuiſſe ſummum Pontificem. Nam vt rectè Leo magnus epiſt. 62. *Etſi diuerſa ſunt merita Præſulum, tamen iura permanēt ſedium.* Ita etiam intelligi debet locus D. Cypriani, in quo etiam illud in ſolidum ſumi poſſet modo ſuprà explicato, definitè; fauet enim vox pars, quæ ſequitur; & optimo exemplo poſſem oſtendere nec virtutem præcellentem, nec zelum in vniuerſalem Eccleſiam, reddere vnumquemque Epiſcopum vt vniuerſalem, ſed ordinationem tantùm. nam Oecumenius exponens verba Lucæ Act. cap. 1. vbi dicitur ſurrexiſſe Petrum in medio diſcipulorum, ait Petrum ſurrexiſſe, non Iacobum, licèt Iacobus feruentior eſſet, Petrus verò ſub frigidior, quòd zelus ille non attenderetur, ſed potiùs quòd Petrus curam omnium aliarum haberet.

Dicunt Synod. Carthag. 3. cap. 26. haberi *ne primæ ſedis Epiſcopus vocetur Princeps ſacerdotum, aut aliquid eiuſmodi*; ſed cùm ſynodus illa fuerit prouincialis, certum eſt noluiſſe in ea Epiſcopos aliquid decernere in vniuerſalis Eccleſiæ caput. Quare id tantùm ſtatuit ſynodus inter ſolos Afros. & ita etiam intelligitur illud D. Cypriani epiſt. (ni fallor) 55. *Nemo noſtrum ſe Epiſcopum Epiſcoporum conſtituit, aut tyrannico more ad obſequendi neceſſitatem adigit.* Præter quod illud dicit D. Cyprianus contra eos qui vel ſe intruderent, nec canonicè ordinarentur, vel ordinati tyrannicè viuerent. at rectè in hanc rem D. Gregorius lib. 4. epiſt. 38. dicit Romanum Pontificem non ita ſibi vſurpare titulum Vniuerſalis & œcumenici Patriarchæ, vt deſpectis fratribus, Epiſcopus appetat ſolus vocari, ſed Vniuerſalis dicitur, quia per vniuerſum orbem propagatæ Eccleſiæ paſtor eſt. Idemque Gregorius cùm ſcribens ad Eulogium epiſt. 30. indict. 1. lib. 7. improbat in Archiepiſcopo titulum Vniuerſalis, & alibi paſſim, vt lib. 4. ep. 32. ad Mauricium Auguſtum: & lib. 6. ep. 24. & lib. 7. epiſt. 70. hoc ita intelligi debet vt ab ipſo rejiciatur is titulus etiam ab Vniuerſali Eccleſia, ſi quis ita ſolus Epiſcopus vniuerſalis eſſe velit, vt cæteri ſint tantum eius vicarii, non veri Epiſcopi, nam alioqui in Epiſcopo Romano in quo aliter ſumitur approbat idem Gregorius alibi vt in ep. 32. lib. 4. quia Petro totius Eccleſiæ cura commiſſa eſt à Domino.

Dicunt non alium eſſe primatum Papæ quàm quia Roma prima eſt omnium vrbium, ſed malè, ita loquti alias ſchiſmatici Græci, vt Zonaras, Nilus, & alij, qui putarunt principatum deferri Papæ ob vrbem Romam, quia imperiũ in ea priùs fuit quàm Conſtantinopoli. Sed hi refelluntur apud Barlaamum, vbi cùm Franciſcus obiecisset Romanum Epiſcopum debere Primatum obtinere quòd Romæ mortuus eſſet Petrus, reſpondet huic obiectioni Barlaamus hac eãdẽ ratione, quia Chriſtus Dominus Hieroſolymis mortuus eſt, Hieroſolymitanum Epiſcopum eccleſiæ principatum tenere debere, vt qui locum obtineat primi noſtri Pontificis, & tanto maior Romano futurus eſt quanto Chriſtus Petro. Tribuitur igitur primatus ſummo Pontifici ratione D. Petri, non ratione vrbis Romæ, vnde concilium tertium Romanum ſub Simmacho in

A exordio actorum, dicit primatum illum reſidere in Petro & eius merito. Et ita loquitur etiam Hincmarus ſup. citatus: & Valentinianus in nouella etiam citata. *Cum ſedes*, ait, *Apoſtolica primatum ſancti Petri meritum*, &c. licèt ibi fiat etiam mentio vrbis Romæ ſecundùm quam etiã conueniens, ſcilicet tantum eſt, dari primatum Romano Pontifici.

Expenditur canon ſext. Nicœnæ ſynodi, qui quæſtioni anſam dedit.

CAP. XVII.

B GAudeo me iam perueniſſe ad duo capita vltima noſtræ diſſertationis, huc enim tota ſpectabat diſputatio, de diuerſis Eccleſiarũ diœceſibus & prouinciis, & de generali etiam poteſtate ſummi Pontificis, vt eius Eccleſias ſuburbicarias inuenerimus. Aggredimur igitur hoc capite expoſitionem Canonis ſexti, Nicœnæ ſynodi prout refertur Græcè, dicturi de eo capite ſequenti, vt eum Ruffinus Latinè expoſuit. Canon igitur Græcus ita habet, Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω τὰ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Λιβύῃ καὶ Πενταπόλει, ὥστε τὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐπίσκοπον πάντων τούτων ἔχειν τὴν ἐξουσίαν. ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο συνηθές ἐστιν, i. *Vetus vigeat mos in Ægypto, & Libia, & Pentapoli obſeruatus*, C *vt horum omnium habeat poteſtatem Epiſcopus Alexandrinus, quia & hac vrbis Romæ Epiſcopo conſuetudo eſt.* Quod igitur ſpectat ad illum canonem, rectè dicimus 1. in eo deſiderari verba quędam quę citantur in Concilio Chalcedonenſi act. 16. à Paſchaſino Epiſcopo Leonis magni legato, qui tunc dictum canonem integriorem recitauit, cum his ſcilicet verbis in principio, ante ſuprà citata. ἡ ἐκκλησία Ῥώμης πάντοτε ἔσχε τὰ πρωτεῖα, i. *Eccleſia Romana ſemper habuit primatum.* Nam licèt ex ſcrinio Conſtantinopolitano aliter tunc pronuntiatus ſit ille Canon ſine illis ſcilicet verbis, *Eccleſia Romana ſemper habuit primatum*, tamen res vltra non proceſſit. D Nec verò ceſſiſſet Paſchaſinus Legatus Papę ſi quæſtio & contentio de ea re diutiùs habita fuiſſet. Atque probabile eſt in illo canone fuiſſe olim verba citata, cùm Nouella Iuſtiniani dicat hanc ſynodum tribuere principatum Papæ. Dicimus ſecundò, quocumque modo ponatur canon ille, ſiue integer, ſiue mutilus, nihil referre. Senſus enim illius canonis non eſt ille quem omnes quærunt, & qui fugit omnes (niſi fallor) ſed aliud ſtatuitur ibi idẽ planè quod olim definitũ erat ff. de legibus & ſenatuſcõſultis, & Nomoc. 10. Photij tit. 1. cap. 3. vbi dicitur, *Si in aliquibus locis eius quod quæritur cõſuetudo inueniri non poteſt, tunc oportere vrbis Romæ ſequi conſue-* E *tudinem.* Quod etiam dixit Papa cap. 4. ext. de feriis. Et dicitur apud Euſebium lib. 5. hiſt. c. 23. more Apoſtolicæ traditionis ſeruatum etiã tempore D. Irenæi. Hic breuis, ſed verus (niſi fallor) ſẽſus can. vt ſcilicet in adminiſtratione eccleſiæ ſuæ Alexãdrinus patriarcha tunc ſeruet ius quo Roma vtitur in ſua diœceſi: & ita etiam vertit Ruffinus vt eius proprio nomine. Conſuetudinis. Et ſynodus Nicœna ſecunda cap. 17. in qua dicitur vt Alexandrinus Epiſcopus habeat poteſtatẽ in ſuas eccleſias, vti mos eſt in Romana ciuitate: quod confirmat Nicolaus I. epiſt. ad Michaelem Imperatorem. *Si, ait, inſtituta Nicœ-*

næ

na ſynodi diligenter inſpiciantur, intuitur pro-fectò quia Romanæ Eccleſiæ nullum tadem ſynodus contulit incrementum, ſed potiùs ex eius forma, quòd Alexandrinæ tribueret particulariter ſumpſit exemplum. Nihil enim apertius dici poteſt, ſed & in ratione diœceſeon ſemper antiquam conſuetudinem fuiſſe inſpectam, maximè vbi nihil habebatur ſcriptum, conſtat ex can. 2. ſynodi œcumenicæ ſecundæ: Imò in omnibus aliis negotiis, vt conſtat ex can. 67. concilij Carthag. vbi cùm dubitarent Patres quid ſtatuendum circa manumiſſiones proclamandas, dicitur vt interrogentur per loci conſeruatores, id eſt legatos Papæ, Italiæ Sacerdotes, & quæcumque illos facere retulerint conſeruetur. quo loco etiam patet, vt ſuprà diximus, per Italiæ Epiſcopos Romanam diœceſim intelligi; quod colligitur ex eo quod conſuluntur legati Papæ; quaſi ipſi de Italiæ Epiſcopis; hoc eſt de Epiſcopis diœceſeos ipſius Papæ referre debeant.

Exponitur paraphraſis Ruffini iuxta mentem Catholicorum.

CAP. XVIII.

VEnio nunc ad Ruffinum cuius hæc ſunt verba: *Apud Alexandriam vt in vrbe Roma vetuſta conſuetudo ſeruetur, vt ille Ægypti, vt hic ſuburbicarium Eccleſiarum ſollicitudinem.* Vbi paraphraſticè loquutus eſt Ruffinus per ſuburbicarias regiones intelligens Eccleſias Suffraganeorum ſummi Pontificis vt habet peculiarem diœceſim, & rectè; nam in alio non potuit comparare Alexandrinum Epiſcopum cum Romano, ideoque non fruſtrà mentionem fecit ſuburbicariarum. & ſine dubio ſenſus Ruffini melior fuit quàm ſchiſmaticorum, qui non auſus eſt loqui de ſummo Pontifice & Alexandrino, illoſque ſimul comparare ſine addito, quod compararet ſecúdùm ſuas Eccleſias ſuburbicarias: & gratulor Ruffino qui tam bene ſenſit de ſummo Pontifice, excipióque amiciſſimè mentem eius tanquam paranymphi veritatis, lucro apponens quod ita eruditè ſeiunxerit diœceſim ſpecialem Romani Pontificis ab Vniuerſali. Et licèt nomine ſuburbicariatũ Ruffinus non comprehẽderit omnes omninò Eccleſias illius, tamen per magis notas & viciniores vrbi Romæ totam diœceſim Romanam ſignificauit: vnde rectè quod deeſt in Paraphraſi Ruffini, ſupplet vetus liber canonum Nicenorum latinos bibliothecæ Vaticanæ, vbi ſextus iſte cánon in illa paraphraſi ponit & ſuburbicarias, & omnem prouinciam ſuam. Verba illius ſunt: *De primatu Eccleſiæ Romanæ & aliarum ciuitatum Epiſcopis antiqui moris eſt, vt Epiſcopus vrbis Romæ habeat principatum, vt ſuburbicaria loca & omnem prouinciam ſuam ſollicitudine gubernet.* His enim verbis verus noſter intellectus in Ruffinum aperitur, ſed & reperitur locus ſimilis in Nouella 109. Iuſtiniani, vbi ſi verba ſumenda eſſent vt ſumunt ſchiſmatici in canone 6. cit. ſequeretur etiam illam Eccleſiam de qua ibi agitur, eſſe parem Eccleſiæ Romanæ, quod omninò alienum eſt à mente Iuſtiniani. verba eius ſunt: *Archiepiſcopum Iuſtinianæ primæ eadem iura ſuper Epiſcopos ſibi ſubiectos habere, quæ Papa Romanus habet ſuper Epiſcopos ſibi ſuppoſitos.* Et nota ibi dici Epiſcopos ſuppoſitos eodem ſenſu quo dixit Ruffinus Eccleſias ſuburbicarias, per quas nihil aliud voluit dicere quàm Suffraganeorum Eccleſias; de eo enim nulla poteſt eſſe difficultas: & cùm Romanus Pontifex habuerit plures Eccleſias numero ſub ſe quàm fuerint ſuburbicariæ, per illas vt notiores intellexit totam diœceſim, vel etiamſi non niſi vnam aut duas ſuburbicarias intellexiſſet, ſemper verum eſſet potuiſſe fieri comparationem inter eas ratione ſubiectionis, & inter Eccleſias ſubiectas Epiſcopo Alexãdrino. Quod confirmatur; Ruffinus enim per ſuburbicarias Eccleſias, vt expreſſiùs fieret comparatio, voluit tantùm intelligere eas quas per ſe Papa adminiſtrabat, non quas per alios, v. gr. metropolitanos, eadem ſimilitudine qua in ſeptima ſynodo can. 12. & refertur 12. quæſt. 2. αὐτούργιον dicitur προάστειον, i. ager qui vel ipſius poſſeſſoris manu colitur, vel ex quo ſine cultura ſerui, fructus percipitur, dicitur ſuburbanum. Pariſienſis enim canonum editio Græca habet ἐκ τῶν προαστείων ἤτοι τῶν αὐτουργίων, licèt ibi Balſam. aliter videatur exponere. Denique per ſuburbicarias Eccleſias Ruffini intelligi debent Eccleſiæ Romani Pontificis, ſicut nomine Vrbici Epiſcopi ipſemet Romanus Pontifex intelligitur apud Optatum Mileuitanum lib. 2.

Et hæc à nobis dicta ſint in quæſtione propoſita, quaſi in communem Mercurium aliquid conſerendo; vt Muſæ faciunt, quarum vna tibias, altera cytharam, tertia lyram, vnaquæque denique quod ſuum eſt, in communem chorum amat cõtribuere; nec enim mea ſententia tribunitium aliquid habet quo impediantur aliorum iudicia, quinetiam exoſculabor ſemper vbique veriorem ſententiam: & ſi quis eam ſe reperiſſe clamauerit, accurram.

Scripſi autem hæc ſinè vlla ledoria poſt eruditiſſimum ac religioſum Anonymi Cenſorem qui nos præceſſit; quia, vt dixi, communis non ſolùm Mars, ſed etiam Mercurius; & eſt vt audio, alios vir celebritate nominis & doctrinâ præcellens, qui ſuas diſſertationes in eondem diu antè elaboratas, typis eodem tempore quo ego poſteà mandauit. Quæ res facit vt veniat in mẽtem dicere huic Anonymo illud Anaxarchi, apud Clementem Alexandrinum lib. 1. Stromatum, multa ac varia doctrina multùm quidem iuuat, multum autem etiam lædit eum qui illam poſſidet, iuuat eum qui dignus eſt, lædit eum qui quiduis dicit, vel in vniuerſo populo Facit etiam vt conſiderem & recognuſcam nunquam Eccleſiam Romanam, quæ propugnaculo eſt aliis, fuiſſe ſine aliarum patrocinio: & quemadmodum Nilo Archiepiſcopo Theſſalonicenſi, duobus libris primatum Papæ oppugnante, Georgius Scholarios Græcus eundem primatum & Purgatorij fidem propugnauit; ita nunc Viro Anonymo idem pertentanti, plures viri nominis ſui, pro Eccleſia interceſſerunt; vt vinci facillimè debeat, ſi verum eſt quod dicitur, NE HERCVLES CONTRA DVOS. Deus faxit, vt id quod eſt, in hac quæſtione dixerimus, & cum Muſis potiùs ſine lenocinio, quam cum Syrenibus ad pompam & oſtentionem inanem ſcripſerimus.

FINIS.

INDEX
RERVM ET VERBORVM
QVÆ IN HIS TRIBVS PARTIBVS
Operum Ioannis Dartis Continentur.

Notæ ſequentes diſtinguendis Partibus additæ ſunt.

D. Commmentaria in DECRETVM *indicat.*
B. Tractatum de BENEFICIIS.
S. Statum Eccleſiæ & OPVSCVLA *ſequentia.*

A

ABBAS non poteſt ordinari per Epiſcopum D. p. 222. col. 1. d. e. & quomodo eligendus ibid.
Abraham Iſaac & Iacob cur ex ancilla liberos ſuſceperint D. 328. col. 2. b. & ſeqq. an ex ancilla liberos ſuſcipere liceat vxore ſuperſtite, ibid.
Abſens an poſſit excõmunicari, D. p. 65. col. 2. d.
Abſtinentia à ſanguine & ſuffocato quid fuerit, D. 27. col. 2. b & ſeqq.
Abſtinentia à fornicatione quid ſit, D. 28. col. 1. c. & ſeqq.
Abſtinentiæ profectus quomodo impediatur, D. p. 123. col. 2. b.
Accuſator falſus eam pœnam ſubit quam ſuſtineret reus, D. p. 197. col. 1. e
Accuſari nemo poteſt niſi præſens ſit præſente accuſatore & præſentibus teſtibus, D. p. 196. col. 1. b.
Accuſatores falſi in vno articulo ad alios non admittuntur, D. p. 196. col. 1. c. & in quibus admittantur contra Epiſcopos. ibid.
Accuſatore non probante reus abſoluitur. D. p. 198. col. 1. c.
Accuſatus & vocatus ad ſedem Apoſtolicam ſe repræſentare non debet ſine literis apoſtolicis, D. p. 200. col. 2. e
Accuſari an poſſint Clerici à plebe & laicis, D. p. 194. col. 1. b. & ſeq.
Accuſatores qui non poſſint eſſe oſtenditur, D. p. 195. col. 1. c. & ſeq.
Accuſatio Epiſcoporum & presbyterorum non eſt facile recipienda, D. p. 194. col. 2. d. debet fieri propriâ voce non per Epiſtolã, ibid.
Accuſatoris & calumniatoris quæ ſit pœna, D. p. 191. col. 2. a.
Accolare qui prohibeantur. D. p. 191. col. 1. d.
Acetum cur à militibus Chriſto datum, S. 89. col. a. d.
Acolythus quomodo ordinetur, D. p. 116. col. 1. a.
Actus Petri nomine apocryphi, D. p. 101. col. 2. a.
Actus Andreæ apocryphi, D. 101. col. 1. b
Acquirere non licet malo vt bonum fiat, D. p. 111. col. 2. d.
Actio prima ſynodi Chalced. quando habita, D. p. 66. col. 1. d.
Adamus quomodo non cognouit ſtatum ſuum cum fuerit ſapiẽs & quomodo potuerit peccare cũ fuerit bonus, D. p. 249. col. e. & ſeqq.
Adam extra paradiſum factus quid doceat, D. p. 328. col. 2. d.
Adminiſtrator rerum Eccleſiæ debet ad Eccleſiæ nomen inſtrumenta facere, D. 209. col. 1. b. & ſeqq. negligens ad quid teneatur, ibid.
Adorare & oſculari vnde veniãt, D. p. 76. col. 1. e.
Aduocati ſiue defenſores Eccleſiarum qui fuerint & quid pro defenſione percipiebant, D. p. 157. col. 2. e. & ſeq.
Aduocatorum multorum mali mores, D. p. 337. col. 2.
Adulteram vxorem qui retinet fatuus & iniuſtus dicitur. D. p. 325. col. 2. & ſeqq.
Adulteram occidere non licet ſiue illa viuente alteram ducere, d. 333. col. 2. c. & ſeqq.
Adulterium in veteri lege nullis ſacrificiis mundabatur, d. 325. col. 2. d. & ſeqq.
Adultis baptiſmus eſt neceſſarius, quando recipi debet & poteſt, d. 504. col. 1. c. & ſeqq.
Ægrotans qui promiſit ſe fieri monachum an poſſit cogi, D. 220. col. 1. d.
Ætas ordinandorum ad Beneficia quæ eſſe debeat, B. 44. col. a. b. & ſeqq. dupliciter conſideratur vel ratione ordinis vel ratione beneficii, ibid. c. & ſeqq.
Affinitas propriè ſumpta quid ſit, D. 354. col. 1. a & ſeqq.
Africanum Concilium; eius canones & tempus & Patres, D. p. 94. col. 2. a.
Agapæ quid erant, D. p. 128. col. 2. e. & ſeq. prohibitæ, p. 129. col. 1. c.
Agathenſis ſynodus, D. p. 95. col. 2. c.
Agathonis legati proferunt teſtimonia de duabus in Chriſto voluntatibus, D. 72. col. 2. e.
Alarici Gothorum Regis tempore fuit ſynodus Agatheoſis, D. p. 96. col. 1. a.
Albinus Andegauenſis Epiſcopus author ſynodi Aurelianenſis. D. p. 96. col. 2. a.
Alienatio rerum Eccleſiaſticarum an permittatur beneficiario, B. 91. col. 2. e. & ſeqq.
Alexandrina diœceſis deſcribitur, S. 152. col. 1. c.

Alienationes rerum Eccleſiæ duobus modis fiunt, D. 203. col 2. d. & ſeqq.
Aleatores Clerici quapœna damnentur, D. p. 115. col. 1.
Altaria cur ſint in Eccleſia D. 432. col. 2. c. & ſeqq. altare dicitur ſacra menſa, e. quomodo ſacrari debeat, 433. c. & ſeqq.
Amitas quid ſignificet, S 102, col. 2.
Amiſſio & vacatio beneficij propter delictum quibus modis fiat, B. 105. col. 1. a. & ſeqq.
Amor ingenij neminem diuitem fecit, S. 137. col. b. & ſeqq.
Amuleta quid, D. p. 105. col. 1. a.
Anathema nominatim factum hæreticis, D. p. 73. col. 1. e.
Anathema cur apponatur in vno quoque canone concilij Gangrenſis, D. p. 87. col. 1. c.
Anaſtaſius an corruptus pecunia Conſtantinopoli, D. p. 68. col. 1. e.
Ancyranæ ſynodi canones author, authoritas, cauſæ, tempus, D. 8. c, col. 2. b. c. d. & ſeq.
Ancyra an metropolis, D. p. 86. col. 1. b.
Andronici & ſociorum excommunicatio quæ fuerit, D. p. 161. col. 1. e. ſeq.
Anna an fuerit monialis, S. 88. col. 1. d. & ſeqq.
Annatarum ius vbi improbetur, B. 24. col. 2. b.
Annuli vnde dari ſoleant à ſponſis arræ nomine, S. 92. col. 2. d.
Annus requiſitus quis intelligatur, D. p. 144. col. 1. b.
Annotatio quid ſit, D. p. 95. col. 1. b.
Antiochenum concilium quando coactum canones eius & numerus Epiſcoporum qui ei ad fuerunt, D p 91, col. 2. b.
Antiochenus Epiſcopus an ordinauerit Epiſcopos in Conſtantia metroli, D. p. 64. col. 1. b.
Antiochena dioceſis quas habuerit ſubiectas prouincias S. 151 col. 1. e.
Antiocheni canones ſemper recepti à Græcis, D. p. 91. col.
Antiphonarii ritus quando cœperit, S. 103. col. 1. b. & ſeqq.
Antonius Iconomachus, D. 81. col. 2. a.
Apocalypſes quot fuerint, S. 91. col. 2 c.
Apocryphis libris locus non eſt dãdus etſi multa ab Apoſtolis oſtendantur ex ipſis aſſumpta, D. p. 103. col. 1. e.
Apocryphi libri qui nam legi poſſint & qui non, D. p. 103. col. 1. b. c. & ſeq.
Apoſtoli conſtituerunt dignitates Eccleſiaſticas ſecundum formam ciuilium adminiſtrationum, D p. 139. col. 1. d.
Apoſtoli an à Chriſto baptizati fuerint, D. 501. col 1. e. & ſeqq.
Apoſtoli quando & comodo Eccleſias particulares conſtituerint S. 22. col. 2. c. & ſeqq. & hic ſoit ſentius Eccleſiæ ſtatus ibid. & rationes huius diuiſionis redduntur, 22. col. 2. b. & ſeqq. vſque ad p. 14.
Apoſtoli an omnes fuerint æquales, B. 10. col. 2. e. & ſeqq.
Apoſtolos accepiſſe poteſtatem in inferos vnde colligi poſſit, D. 422. col. 2. à & ſeq.
Apoſtolorum poteſtas quæ fuerit quando ordinati ſunt a Chriſto in Epiſcopos, S. 13 col. 1. d, & ſeqq. an æqualis in omnibus Apoſtolis & ſine capite vel principe, an ſine iuriſdictione, ibid. an Apoſtoli per eum conſecrati ſint Epiſcopi a Chriſto ſine Epiſcopatu, ibid. an & cur ita regi debuerit aliquo tempore Eccleſia & an vna tunc fuerit, ibid.
Apoſtoli ad quid inſtituti fuerint à Chriſto, B. 13. col. 1. c. & ſeqq.
Apoſtoli quando ſub Chriſto & Petro eius Vicario miniſtrare cœperit, S. 14. col. 1. a & ſeqq
Apoſtoli quomodo diuiſerint inter ſe orbem, D. 126. col. 1. c.
Appellari poteſt ab Epiſcopis ad ſedem Apoſtolicam quoties neceſſe eſt, D p. 193. col. 2. e.
Appellare non licet à ſententia Papæ niſi ad ipſummet Papam, B. 12. col. 1. b. & ſeqq.
Appellari non poſſe ad tranſmarina iudicia dicitur & quomodo id verum ſit, D. p. 193. col. 1 e.
Appellari non poſſe à Iudicibus electiuis quomodo intelligendum D. p. 193. col. 1. b. & quid per Iudices electiuos intelligatur ibid.
Appellationis remedium nulli denegandum, D. p. 192. col. 1. d. ibidemque agitur de appellationibus generaliter & ſpecialiter.
Appellandi ius ad Romanum Pontificem omnibus competit D. p. 93. col. 2. & ſeq.
Aqua benedicta an in veſtibulo Eccleſiæ ſeruaretur S. 92. col. 2. e.
Aquæ benedictæ inſtitutio vnde ſit D. 499. col. 2. c. & ſeqq. forma eius, ibid.
Aquileienſe concilium quando habitum, D. p. 60. col. 1. b.
Ara victoriæ vbi fuerit, S. 97. col. 1. e.
Arauſicanæ ſynodi D. p. 97. col. 2. a. d.
Archidiaconi officium D. p. 117.
Archidiaconi à Preſbyteris cenſum exigere non debent D. p 168. col. 2. e.
Archidiaconatus eſt dignitas B. 17. col. 2. d. quæ ſint illius iura, ib.
Archidiaconus debet eſſe diaconus, D, p. 141 col. 2. b.
Archiepiſcopatus quomodo de nouo erigantur D, p. 181. col. 1. b.
Archiepiſcopi conſecratio à quo fieri debeat & quomodo, D. p. 147. col. 2. e.
Archipreſbyterij officium, D. p. 117. col. 1. c.
Archipreſbyter & Decanus vel præpoſitus debent eſſe preſbyteri, D. p. 142. col. 1. b.
Archipreſbyter quis ſit. B. 18. col. 1. d.
Archontici reuelationes falſæ, D. p. 99. col. d.
Arelatenſis ſynodus 4. D. p. 95. col. 1. d. eius Epiſcopi & canones, ibid.
Arelatenſis concilij tempus authores & cauſæ, D. p. 94. col. 2. d. eius canones, ibid.
Authores non pauci inter Patres de ſcriptis apocryphis agunt iique enumerantur, D. p. 102. col. 1. d.
Arelatenſis Eccleſia, primatus priuilegio fuit ornata, D. 241. col. 1. e, & ſeqq.
Arelatenſes ſynodi, D. p, 95. col. 1. e. & col. 1. cur ita dictæ, ibid.
Ariminenſis ſynodus an ſit damnata, D. p. 102 col. 2. e.
Arrius quid ſenſerit, D. p. 53 col. 1. c.
Arij opinio cũ furore coniuncta, D. p. 54. col. 1. e.
Arrianæ hæreſis origo & hiſtoria, D. p. 34. col. 2. a. b. c. & ſeq.
Arriani damnati concilio ſardicenſi, D. p. 88. col. 1. c.
Arriana hæreſis in ſynodo Nicæno condemnata, D. p. 53. col. 2. c.
Aruernenſis ſynodus, D. p. 96. col. 2. e.
Aruſpicia, auguria, oracula & necromantia quid,

D.246. cul. 1.d. ſeq.
A ſaleuta quid, D p.105.cul,1.e.
Aſſumptioni Beatæ Mariæ Virginis quando inter fuerint Apoſtoli, D.p.29.col.1.b.
Arbanaſius non vult recipere Arrianus ad precea Euſebij, D.p 91 col.r b.e.
Athanaſio quis ſucceſſerit, D p.91.col.2.a.
Athletæ & Athluretæ comparatur Chriſtus in multia, S.118.cul.1. a.& ſeqq. Item Chriſtiani omnes, ibid. 119.
Athletæ ſunt qui defendunt ſacras Scripturas, S.121. col. 1.a & ſeqq.
Athletæ ſumus per virtutes cuntra vitia, S.122. col. 1.a.
Athaletica ratio redditur de bonis operibus, S. 122. col. 1.c. Item cur homines redempti non Angeli, e. cur mereamur tantum in hac vita, col. 2. a. Cur multæ manſiones in cœlo, b cur tota lex Dei ſeruanda, d. cur ad crucem Chriſti moriamur, ibid. e. Athleticæ rationes redduntur, cur pueri, fœminæ & viri poſſint eſſe Athleti Chriſtiani, 123. col.1.a. quod Athletæ ſumuaratione coronæ & præmij.
Athleta omnis preparabat ſe ad certamen ſicut & Chriſtianus, S.123.col. 2.c. quod ſicut ſunt perfecti Athletæ ita & perfecti Chriſtiani, e. inter priſcos Athletas & Chriſtianos quæ ſit diuerſitas, 124. e. & ſeqq. exhortatio ad robur Athleticum, ibid.col. 2.c.
Auari in quo peccent, D. p.131. col.2. d.e.
Auguſtinus Hipponēſis Epiſcopus concilio Carthaginenſi interfuit, D.p.99.cul. 1.c.
Auitus Viennenſis cui ſynodo præfuerit, D.p. 95. col.2.e.
Aurelius Epiſcopus Arelatenſis author concilij Aurelianenſis, D.p.96.col.1.c.
Aurelius ſubſcribit ante Legatus à latere, D. p. 94. col. 1.e.
Aurelianenſes ſynodi, D.p.66.c.d.e. col.2.a.

B.

BAcidos de manu Photij tollitur iuſſu legati Papæ, D. p.81. col.1. b.
Bagiani & Stephani contentio, D.p. 66.col,1.b.
Ballematia quid fuerint, D.490. cul. a. b. & ſeqq.
Baptiſmus Flaminis quomodo ſaluet, D.p.504. col. 2.e. & ſeqq.
Baptiſmus ſanguinis an poſſit ſaluare, D.504. cul. 2.b. & ſeqq.
Baptiſmus Ioannis an eſſet Sacramentum veteris legis, D. 503. col. e. & ſeqq. an eo baptiſmo dimitterentur peccata, ibid. an eſſet neceſſarius, ibid. an accepto illo baptiſmo, tum baptiſmo Chriſti ſecuto tales dicerentur rebaptizati, ibid.
Baptiſmus Ioannis in quibus differat à baptiſmo Chriſti, D.502.col.2.e.& ſeqq.
Baptiſmus an fieri poſſet in nomine Chriſti non expreſſa Trinitate, ibid.
Baptiſmi neceſſitas, forma, materia, gratia & ritus explicantur, D.498.col.1.b. & ſeqq.
Baptiſmo an neceſſaria ſit trina immerſio, D. 308. col. a. b. & ſeqq.
Baptiſatus in ægritudine non ſponte ſed ex neceſſitate an ordinari & quo caſu poſſit, D. p. 140.col.2.c.d.
Baptizati ab hæreticis baptiſandi erant tempore Cypriani & Stephani Papæ, D.p.39.col. 1. d. c.
Baptiſteriorum vſus quando cœperit, D. 514. col. 1 b.& ſeqq. non erant initio in omnibus Eccleſiis ſed tantum in cathedralibus, ibid. d. aqua baptiſterij ab Epiſcopo conſecrabatur, ibid. col.2.b.
Baptizatis ab hæreticis quid deſit, D.p.188. cul. 2.b.
Baptizati ab hæreticis quando rebaptizari debeant ab Eccleſia & quando non, D.p. 39. col. 2.
Baptiſati quomodo Chriſto incorporentur, D. 502.col.2. c.& ſeqq.
Baptizandi renuntiabant diabolo, D.508. col.1. d. ſuam fidem palam profitebantur & poſtea baptizabantur ibid. quod quomodo fieret dubitarunt ibid.
Bardas nuru amore furens à ſacris arcetur, D.p. 78. cul.2.c d.
Baſilius Imperator & Photij Epiſcopi nolunt acquieſcere Nicolai decretis, D.p.80.cul.2.e.
Belli ius vnde veniat, D.p.231.col, 1. c. & ſeqq, eius cauſæ debent eſſe iuſtæ p. 232. b. & licet ſint iuſtæ non tamen ſtatim illud gerendum, ibid. c. & ſeq.
de Belli cauſis legitimis & iniuſtis D. 232. col.2. e. & ſeqq.
Bellum Clericis interdictum 234.E.& ſeqq.
Benedicere non poteſt Sacerdos niſi maiore ſuo innuente ſacerdote, D p.171.col.1.a.
Benedictio Virginum in profeſſione quid ſit, D.187.col.1.b & ſeqq.
Benedictus Papa an præceperit inſigne Imperatorum fabricari, aureum pomum rotundum ac deſuper auream crucem, S.103.col.2.e.
Beneficiorum multitudo prohibita eſt, B.96.col. 2. b. & ſeqq. ſunt tamen plures caſus quibus non videtur prohibitum, B.96.col.1.e.& ſeqq.
Beneficium conferri non poteſt bigamo, B.46. cul.2. b.& ſeqq.
Beneficium non poteſt dari duobus, B.52. cul. 1. b.& ſeqq.
Beneficium vacans quo caſu conferri non poſſit, B.50.col.2.b.
Beneficium an conferri poſſit his qui non habent integritatem corporis, B. 42, col. 2.e. & ſeqq.
Beneficij origo, B.p.1.c.& ſeqq.
Beneficij definitio, B.5.col.2.b. & ſeqq.
Beneficij qualitas in reſcriptis exprimenda eſt, B. 76. col. 1. c. & ſeqq. Item valor, an ſit patronatum an litigioſum, & alia multa exprimenda ibid.
Beneficia quibus ſint conferenda, B. 41, col.1. c. & ſeqq.
Beneficium Patris an conferri poſſit filiis legitimis, B. 41. col.1. e. & ſeqq.
Beneficia conferri non poſſunt niſi his qui ſunt bonis moribus & ſufficientis ſcientiæ, B. 43. col. 2. a.& ſeqq.
Beneficia curata quæ ſint, B. 19.cul.1.e.
Beneficia quibus modis amittantur ex cauſa delicti, B.105.cul.1.b.& ſeqq.
Beneficia quando conferenda ſint, B. 49.cul.1.e. & ſeqq.& quomodo 50. col.2.c. & ſeqq.
Beneficia quædam ſunt ſecularia quædam Regularia, B. 20. col. 2. e. regularia in dubio, ſæcularia erunt habenda, ibid. ex ſæcularibus

regularia & ex regularibus regularia quomodo fiant ibid.
Beneficia quæ conceduntur mulieribus non exigunt Clericalem ordinem, B. col. 47. t. c. & ſeqq.
Beneficia quibus modis extra ordinem conferantur, B. 75. col. t. a. & ſeqq.
Beneficia ſimplicia quæ ſint, B. 20. col. t. e. & ſeqq.
Beneficiorum cauſæ apud quos Iudices ſint agitandæ, B 107. col. 1. c. & ſeqq.
Beneficia quando & quomodo vniri poſſint vel non, B. 70. col. 1. a. & ſeqq.
Beneficia obtinentur pluribus modis qui explicantur, B. 57. col. t. e, & ſeqq.
Beneficiorum diuiſiones, duæ ſunt præcipuæ, B. 7. col. 1. c. & ſeqq.
Beneficiis obtinendis quæ ætas præſcribatur, B. 44. col. 2. c. & ſeqq.
Beneficiarij ius in beneficio quodnam ſit, B. 91. col. 1. e & ſeqq.
Beneficiati ad quæ onera Realia vel ſpiritualia teneantur, B. 92. col. 2. b. & ſeqq.
Bigamus quis ſit, D. p. 117. col. a. b.
Bigami an ſint Clerici qui vnam habuerint vxorem ante Baptiſmum & aliam poſt Baptiſmum, D. 300. col. 2. e. & ſeqq.
Birrus quid. D. p. 115. col. 1. c.
Bonum quomodo fieri debeat de malo, D. p. 211. col. 2. d.
Bona temporalia conſecrari Deo non poſſunt ſine conſenſu Principis, D. p. 10. col. t. d.
Bona ex ſe quomodo odio haberi poſſint, D. p. 119. col. 1. d.
de Bulgarorum terra Conſtantinopolitani ſubiicienda quando diſceptatum, D. p. 83. col. 1. b.
in Bullis atque reſcriptis ad beneficium quænam exprimenda ſint ne gratia credatur ſubreptitia B. 76. col 1. b. & ſeqq.

C.

CÆciliani accuſatores conuicti falſi, D. p. 93. col. 1. b.
Cæcilianus quo concilio condemnatus, D. p. 45. col. 2. b. c.
Cæſarius Epiſcopus author concilij Agatenſis, D. p. 95. col. 2. c.
Calices ſacri & patenæ de qua materia fieri debeant, D. 434. col. 2. a & ſeqq.
Calumniator quomodo puniendus, D. p. 197. col. 1. c.
Campagus quid ſit, D. p. 168. col. t. e.
Campagos ferre clericis prohibetur & quid ſit compagus, D. p. 170. col. 2. b.
Canalis quid ſignificet, D. p. 90. col. 2. c. d.
Canon 4. diſt. 60. cuius ſit quæritur, D. p. 141. col 2. c.
Canones ſynodi Sardicenſis habiti ſunt pro Nicænis, D. p. 90. col. t. a.
Canones Apoſtolorum an ſint apocryphi, D. p. 99. col. 2. e. & ſeq.
Canones ſynodi Sardicenſis an Latinè tantum ſcripti, D. p. 89. col. 2. b.
Canones quatuor conciliorum pro legibus habentur, D. p. 5. col. 1. c. Canon quid.
Canonici vnde dicti. ibid.
Canones qui non approbati à ſede Romana & cuius ſynodi.
Canones ſynodi 5. Conſtantinopol. quot, D. p. 4 col. 1. a.
Canones quid, D. p. 5 col. 1. c. & ſeq.
Canones ſynodi Chalced. quot, D. p. 66 col. 2. b.
Canones ſynodi Carthagin. à Leone approbati, D. p. 94. col. t. e.
Canones Antiocheni à ſummis Pontificibus quomodo recepti, D p. 93. col. 1. a.
Canones qui ſint propriè ſeruandi, D. p. 16. col. 2. d. e.
Canones ſynodi Conſtantin. 4. quot, D. p. 83. col. t. b.
Canonum libri in ſynodis ponebantur, D p 35 col. 2. d.
Canonum lectio in ſynodo Conſtantinopol 4. D. p. 82. col. 1. d.
Canonibus Apoſtolorum an vſi ſint Patres, D. p. 101. col. 1. b.
Canonica Eccleſiæ diſciplina circa pœnitentiam & eius veteres ritus tractantur, S. 47. & ſeqq.
Canonici regulares an poſſint induci ab Abbatibus vt fiant monachi, D. 223. col. 2. b. & ſeqq.
Canonici vnde dicti, D. p. 5. col. 2. a. & ſeq.
Canonica inſtituta nullo modo ſunt violanda, D. 241. col. 1. a. & ſeq.
Canonici omnes vocari debent in electione Epiſcopi, B. 57. col. 2. d. & ſeqq.
Canonizatio ſanctorum facta ſine Pontificis Romani authoritate nulla eſt, B. 12. col. 2. c. & ſeqq. in canonizatione vocantur Cardinales. ibid.
Canonizati quid conſequantur per canoniſationem, B. 13. col. 1. b.
Cãtus Eccleſiæ quis debeat eſſe D. p. 166. col. 2. c.
Capitula tria quid, D. p 69 col. 2. d.
Caracalla quibus olim fuerit in vſu, S. 94. col. 1. d. & ſeqq.
Cardinalium collegium an ſede vacante beneficia conferre poſſit, B. 32. col 1. c.
Cardinalium concors debet eſſe electio idque quomodo intelligatur, D. p. 159. col. 1. b.
Cardinales vnde dicti, D. p. 112. col. 2. e & ſeq.
Cardinales quomodo ſimiles ſint Apoſtolis, B. 13. col. 2. c. & ſeqq.
Cardinales ſunt pars quædam corporis Papæ, B. 14. col. 1. d. quibus verbis inaugurentur à Papa. e. maiores ſunt Diaconi Epiſcopis, &c. col. 2. b. non creantur ſine titulo. c.
Cardinales elegiſſe olim ſummum Pontificem oſtenditur, D. p. 113. col. 2. e.
Cardinales ſoli ius habent eligendi Papam D. p. 146. col. 1. b. c. & ſeq & quomodo. ibid.
Carnium Vſus & quid de eo ſtatutum ſit. D. 492. col. 1. c.
Carnium vſus rationibus multis diſſuadetur. D. p. 125. col. 1. e. & ſeq.
Cato non prodeſt quidquam: quomodo ſit intelligendum, D. 456. col. 1. b. & ſeqq.
Carolini libri quid reprehendant, D. p. 76. col. 2. a.
Carthaginenſis ſynodus vna ſub Theodoſii Imperio, D. p. 97. col. 1. c.
Carthaginenſis Concilii tempus canones & Epiſcopi, D. p. 94 col. 1. c. eius author ibid. & D.
Caſaubonus in quibus malè arguerit Baronium oſtenditur. S. 86. col. 1. c. & ſeqq.
Caſtus vir athleta eſt, S. 121. col. 1.

Cataphrygæ damnati coocilio Iconienſi, D. p. 39. col. 2. c.
Catechiſmus baptizandorum qualis fuerit, D. 507. col. 1. e & ſeqq.
Cathecumeni in qno gradu pœnitentiæ fueriot, D. 279. col 2. b. & ſeqq.
Cathecomeni quomodo conſtituerentur, D. 507. col. 2. b. & ſeqq.
Cathedram Petri qui deſeris io Eccleſia non eſt, D. p. 167. col 1. d.
Cathedræ dignitas noo eſt ſaoctitas, D. p. 129. col. 1. a. b.
Cathedra ooo facit Sacerdotem, ſed Sacerdos cathedram, D. p. 128. col. 1. b.
Cathedraticom quid eſt, qua ratione exigẽdum, D. p. 204. col. 1. d. & ſeqq.
Cathedraticum quid ſit.. B. 24. col. 1. c.
Cauſæ generales prius tractandæ qnàm ſpeciales, D. p. 88. col. 2. a.
Cauſidici ooo debent ordinari, D. p. 136. col. 1. d.
Centimeorum de Chriſto. liber apocryphns, D. p. 102. col. 2. b.
Cerei vbi & quo tempore incendi noo debeant, D. p. 44. col. 2. d.
Cerinthi reuelationes falſæ, D. p. 99. col. 1. d.
Chalcedooenſis ſynodns quando & cur habita, D. p. 64. col. 2. e. & ſeq.
Chatiſij Preſbyteria relatio ad ſynodum Epheſſnam, D. p. 64. col. 1. b.
Charitas in quibuſdam perfacta in quibuſdam imperfecta D. 380. col. 2. b.
Charitas ooo poteſt eſſe cum peccato, D. 338. col. 2. b. & ſeqq.
Charitas debet eſſe ordinata; D. p. 263. col. 2.
Chartularius & cartophylax an diſtinguantur; S. 77. col. 2. d.
Chlamydem ſumere quid ſit, D. p. 136. col. 2. c.
Chorapiſcopi officium qoodnam fuerit B. 17. col. 1. d. erant ſupra preſbyteros e.
Chriſma quando confici debeat, D. 442. col. 2. b.
Chriſtus quomodo ſit Athleta & Athlothleta oſtenditur, S. 118. b. & ſeqq.
Chriſtus quomodo ſit manducandus, D. 458. col. 1. b. & ſeqq.
Chriſtum prædicaſſe Euangelium io inferis probatur, D. 422. col. 2. c. & ſeqq.
Chriſtus qoomodo ſe geſſerit in tribns regiminibos Eccleſiæ cooſtituendis, S. 10. col. 1. a. & ſeqq.
Chriſtus cur voluit naſci de boois & malis, D. p. 140. col. 1. d.
Chriſtiani Chriſtum negantes lo perſecotiooe puomodo admiſſi, D. p. 86. col. a.
Chriſtiani primi cur dicti ſint religioſi crucis, D. 551. col. 1. d. & ſeqq.
Chriſtiani omnes ſunt Athletæ, S. 129. b. & ſeqq. in 7. Sacramentis eſſe athletas oſtenditur. ib.
Chriſtianorum duo ſunt geoera, D. p. 206. col. 1. d. & ſeqq.
Chryſargirum qnomodo fuerit ſublatum ab Anaſtaſio.
Chryſargyrum an fuerit tributum de negotiatoribns non de mendicis nec de meretricibus nec de ruſticanis, S. 96. col. 1. b. & ſeq.
Chryſoſtomus an ſit bene excuſatus quod origeniſtàs communione dignatus fuerit, S. 97. col. 1. e.
Ciborum vſus qualis eſſe debeat, D. p. 128. col. 2. b.
Circulares Epiſtolæ quid ſint, S. 93. col. 1. d.
Clauus in Dalmatica quid erat, D. p. 115. col. 1. e.
Clauſulæ quæ adiici ſoleant in raſcriptis ad beneficia, B. 77. col. 1. d. & ſeqq.
Clauſulæ multæ quæ apponi ſolent mandatis de pronidendo exponuntnr. B. 81. col. a. & ſeqq.
Clementia cum ſeueritate iungenda, D. p. 131. col. 1. d.
Clementis Romani ſcripta quæ ſiot apocrypha, D. p. 99. col. 2. c.
Clementis Alexandrini opuſcula adochrypha, D. p. 99. col. 2. c.
Clerici illiterati oon debent promoueri, D. 125. col. 2. c.
Clerici quæ vaſa ſacra contingere poſſiot, D. p. 127. col. 1. a.
Clerici quæ fugere debeãt delicta, D. p. 131. col. 1. c. d.
Clericorum tres gradus annexi ſont caſtitati, D. p. 192. col. 2. a.
Clericis an liceat cum vxoribos ſuis habitare, D. p. 121. col. 1. e.
Clericorum caſtitas qnomodo ſit perſeruanda, D. p. 119. col. 1. e.
Clerici nihil proprium habere debent, ſed omnia communia idque oſtendunt, D. p. 206. col. 1. d. & ſeqq.
Clerici qui poſſunt vxores ſortiri, D. p. 120. col. 2. e.
Clerici lapſi an poſſint reſtitui, D. p. 132. col. 2. a. b. c. & ſeq.
Clerici miſericordiam & ioſtitiam in ſtatera portare debent, D. p. 231. col. 1. d.
Clerici quas non debent habere cohabitantes mulieres, D. p. 121. col. 1. b. c.
Clerici oon poſſunt conueniri in foro ſæculari ſine licentia ſui Epiſcopi, D. p. 204. col. 2. e. & ſeqq.
Clerici ad religionem tranſire volentes an ab Epiſcopo impediri debeant, D. q. 223. col. 1. a.
Clericorum ſcientia quæ debeat eſſe, D. p. 126. col. 2. d. e.
Clerici per ſaltum ordinari oon debent, D. p. 138. col. 1. a.
Clericus non poteſt relicta ſuâ Eccleſia in altera cooſtitui ſine dimiſſoriis Epiſcopi, D. 226. col. 2. e.
Clerici io quatuor ſacris ordinibus conſtituti abſtinere debent ab vxoribns, D. p. 120. col. 2. e.
Clericorum ſubordinatio & officia deſigoantur, D. p. 167. col. 1. d. e. & ſeq.
Clerici peregrini præferri noo debeot emeritis in ſuis Eccleſiis, D. p. 145. col. 1. a.
Clericis magis mores qnàm eloqnentia, ſunt neceſſarii.
Clericorum nomina varia & ordines varij, D. p. 110. col. 2. a.
Clericis quando teſtes eſſe poſſunt, D. p. 211. col. 1. b.
Clericorum ieiunium debet eſſe per ſeptem ſeptimanas, D. p. 7. col. 2.
Clericorum ebrietas quomodo punienda, D. p.

125.col.1.c.d.
Clericorum doctrina quæ debeat eſſe, D. p. 125. col.2.d.
Clericus an poſſit in duabus Eccleſiis collocari, D.336.col.1.a.& ſeq. idem quæritur de monaſteriis ibid.
Clerici olim non erant Innixi ſuo titulo, D. 216. col.2. c.
Clericus in Eccleſia aliqua cõſtitutus non poteſt conſtitui in alia ſine conſenſu Epiſcopi, D. p. 149.col 2..d.e.
Clerici an poſſint accipere & agere pœnitentiam dubitatur. D.265. col.1. b. & ſeqq.
Clericorum examen qualis eſſe debeat, D.p.117. col.1.d.
Clericorum barba coma & veſtis quæ debeant eſſe, D p.116.col.1.e.
Clerici prohibentur conductores eſſe ſæcularinmque procuratores, D.226. col. 2.d.exceptiones ibid.
Clerici habitus & inceſſus qui eſſet debeat, D.p. 128.col. 2.d.
Clerici debent intereſſe officin aut ſaltem priuatim canere, D.p.166.col. 2.b. etſi cogantur vacare agriculturæ d.ibid.
Clericorum caſtitas qualis eſſe debeat, D. p. 117. col.2.b.
Clericis quam laicis ibid. D. nec de illa poſſunt fieri eleemoſynæ col. 2. b. & ſeq.
Clerici bellum interdictum eſt, D. 234. col. 1.e. & ſeqq.
Clericus depoſitus ſi fugiat ad Iudicem ſæcularem quam pœnam incurrat, D.227.col.1.d.
Clericorum veſtis quibus veſtibus vbi debeant, D.227.col.1.e.
Clericorum officia& dignitatse quæ eſſe debeãt, D.p 117. col.1.e.
Clerici an obire curiæ munera poſſint, D. p.124. col.2.c.d.& ſeq.
Clerici multi arcentur ab ordinatione, D. p. 135. col. 1.c.
Clerici auari & vſurarij qua pœna puniri debeant, D.p.232.col.1.a.
Clericus accuſatus ſententiam ſui Epiſcopi expectare debet, D. p.200.col.1.c.
Conditor quo caſu poſſit conferre beneficia, B. 34.col. 1.b.
Cœlibatus deſideratur in eo cui beneficium confertur b.46.col. 1. c.& ſeqq.
Cœlibatus decus in eo quod ſeparatus ſit à conſuetio mulierum, D.p.121.col.1.b.
Codices à macario falſati, D.p.72 col.2.b.
Cognatio ex adoptione intra quas perſonas matrimonium impediat, D.308.col.2.b.& ſeqq.
Cognatio ſpiritualis an matrimonium impediat, D. 306. col. 2.c. & ſeqq. inter quas perſonas. ibid.
Cognationũ diuerſæ ſpecies explicãtur. D.344. col. 1. a. & ſeqq. gradus.ibid. in cognationibus triplex ordo perſonarum.345.col.1.e. & ſeqq.
Cohabitatio mulierum & virorum an ſit fugienda, D.324.col 2.a. & ſeqq.
de Collationibus beneficiorũ vacantium & bullis & clauſulis eorum & præuentione Papæ, B. 75.col. 1. d. & ſeqq.
Collationis tractatus adeo neceſſarius vt eius omiſſio vitiet electionem. B.59.col.1.e.& ſeqq. 60. a. & ſeqq.
Collatio beneficij fieri debet pure & palam, B. 57.col.1.b. & ſeqq.
Collatio iure deuoluto quomodo fiat, B. 66.col. 2. e. & ſeqq.
Collatio beneficiorum ad quem pertineant Epiſcopo mortuo, B.34 col. 1.d. & ſeqq.
Collatio iure ordinario quomodo fiat, B 65.col. 1. e.& ſeqq.eius tempus& varij modi ibid.
Collationes beneficiorum debent eſſe gratuitæ, B.24.col 1.e. & ſeqq.
Collationes beneficiorum debent eſſe gratuitæ, B. 50.col.1.e.& ſeqq.idque oſtenditur. 51.a.& ſeqq.
Collationes conuiuiorum quomodo fierant. D. p.330.col.2.a.b.c.
Collator non poteſt vni conferre beneficium & alteri attribuere penſionem ex reditibus beneficij, B. 52.col.1.a.
Collatores ordinarij præbendarum & dignitatum qui ſint, B. 33.col.2.a.& ſeqq.
Collatores ordinarij ſunt, qui ſunt bonæ fidei poſſeſſores, B. 35. col. 2.b.
Collobium quid erat, D. p. 315.col 1.e.
Collobium cur ſine manicis & ex lino fuerit. S. 94.col.2.b.
Comitatus Principis quid & qui prohibeantur ire ad comitatus Principis, D.p 90. col.2.a.
Commeoda quid ſit & quomodo fiat. B.72.col. 1.a. & ſeqq,
Commendatarius Epiſcopus quis, D.p.col.148. d. 1.
Commendatiæ litteræ an darentur iis qui in Eccleſia clariores eſſent, S. 94.col.1.
Commiſſus à Papa repræſentat eius authoritatem. D p.168. col. 2.e.
Communia erant Chriſtianis ab initio Eccleſiæ, D.p.306. col.1.d. & ſeq.
Communicare ſemel in die an ſufficiat, D. 374. col. 2. e.
Communicare quotidie corpori Chriſti an fideles teneantur, D.476 col. 2.e.& ſeqq.
Communio fidelium dabatur infirmis ſub hac conditione vt ſi conualuiſſent implerent pœnitentiam. S. 64.col. 2.d. & ſeqq. communione qui priuentur p.133. col. 2. e.
an Communicandum ſit quotidie vel frequentiſſimè quæritur D. 275. col. 1. d. & ſeqq. & hoc quæritur de his qui ſanctè & piè viuunt ſine peccato & ſine affectu peccandi. 2. e. & ſeqq.
Communicare nolentes iubebantur ab Eccleſia egredi, D 274.col. 1 b.& ſeqq.poſtea factum eſt vt non exirent ſed eis panis benedictus daretur. 275.col. 2. b.
Communionis quotidianæ conſuetudo quando deſierit, D 275.col. 1.e.& ſeqq.
Communioni ſacræ quæ præparatio ſit neceſſaria, D 474.col.1,b.& ſeqq.
Communio quo caſu non dabatur lapſis presbyteris, D p.160.a.b.
Communicatio corpori Chriſti an frequenter fieri debeat, D.459.col. 1.
Communionis gratiam ſumere debent Sacerdotes toties quoties offerunt ſacrificium, D. 459. col.1. a. & ſeqq.
Communio in quibus peccatis denegata fuerit, D. 257. col.2.e. & ſeqq.
Communionis vſus qualis olim fuerit, D. 274. col.2.b. & ſeqq, eius ordo ibid.

Communionis diuiſio,

Communionis diuiſio, D. 405. col. 1. c. & ſeqq.

Communioni reſtituti an fuerint excommunicati, D. 402. col. 1. c. & ſeqq.

Communio corporis Chriſti requirit non ſolùm vt careamus peccato ſed etiam vt ſanctitas priùs acquiratur, D. 379. col. 1. c. & ſeqq.

Communio Sacerdotalis, laica, peregrina & aliæ explicantur, D. 406. col. 1. b. & ſeqq.

Communio Eccleſiaſtica ſeu fidelium non dabatur olim ſanitatem pœnitentia, S. 6. col. 2. e. & ſeqq. dabatur tamen illis donum pœnitentiæ, ibid.

Communionis & excommunicationis diuiſiones aſſignantur, S. 78. col. 2. a. & ſeqq. communio Sacerdotalis quid. 79. communio laica ibid. communio peregrina. 80. b. & ſeqq.

Communio ad quam reſtituebantur pœnitentes quid ſit, D. 401. col. 1. a & ſeqq.

Communio quibus caſibus deneganda, D. p. 44. col. 2. b. d. c.

Communio peregrina quid, D. p. 134 col. 2. e.

Compenſos an liceat facere in domibus propriis, D. 124. col. 2. e. & ſeq.

Competitiones rerum Eccleſiæ à quo tempore cœperint, D. p. 215. col. 2. d. & ſeqq. prohibitæ. ibid.

Compoſitio inter Iuuenalem & Maximum facta, D. p. 65. col. 2. d.

Concilium ex metropolitanis compoſitum, D. p. 49. col. 2. b.

Concilium à primate conuocatum diuerſum à concilio metropolitano, D. p. 49. col. 2. d.

Concilium generale an beneficia conferre poſſit, B. 32. col. 1. c. & ſeqq.

Concilium Eliberitanum primum & ſecundum quando habiti, D. p. 42. col. 2. c.

Concilium Aquileienſe quando habitum, D. p. 60. col. 1. b.

Concilium Conſtantinopolitanum qua auctoritate congregatum, D. p. 60. col. 1. d.

Concilium pro diœceſi ſumptum, D. p. 31. col. 1. e.

Concilium Arelatenſe cur & quando celebratum, D. p. 45. col. 2. b.

Concilii Conſtantinopolitanum, D. p. 66. col. 2. d.

Concilii nomen vnde venit, D. p. 24. col. 1. d.

Concilii Conſtantinopolitani canones quot, D. p. 60. col. 1. d. e.

Concilij Conſtantinopolitani hiſtoria, D. p. 59. col 1. b.

Concilij Sinueſſani acta an edita fuerint multò poſt Marcellinum Papam, S. 94. col. 2. e. & ſeqq.

Concilio Prouinciali peracto Epiſcopus vnuſquiſque aggregare debet plebem ſuæ diœceſis intra ſex menſes, D. p. 108. col. 2. e.

Concilia generalia ante Nicenum. 1. nulla fuerunt, paucaque particularia, D. p. 36. col. 1. e. d.

Concilia quatuor quaſi quatuor Euangelia, D. p. 55. col. 1. c.

Concilia de lapſis recipiendis habita ante Nicænum, D. p. 37. col. 1. e. & col. 2. b.

Concilia particularia ante Concilium Nicænum, D. p. 37. col. 1. a, b. c.

Concilia Prouincialia valent ſine præſentia & notitia Papæ, D. p. 108 col. 1. b.

Concilia ad quid congregentur, D. p. 19 col. 1. c.

Concilia quæ habita ab Apoſtolis. D. p. 18. col. 2. b

Concilia vnius ſpiritus complexu membra Eccleſia conglutinant, D. p. 19. col. 1. c

Concilia quomodo ſint Sancta ſcriptura, D. p. 14. col. 2. c

Concilia vtilia & neceſſaria ad omnia Eccleſiaſtica negotia, D. p. 31. col. 1. d

Concilia de quibus tractent, D. p. 31. col. 2. b. d

Conciliorum canones quomodo obſeruandi, D. p. 16. col. 1. d. e

Conciliorum origo deducitur à Chriſto, D. p. 24 col. 2. e

Conciliorum origo etiam ſumitur ab Apoſtolis, D. p. 25. col 1. e

Conciliorum deciſiones quando mutari poſſint vel non mutari, D. 71. col. 1. a. b

Conciliorum vniuerſalium conuocatio pertinet ad Romanum Pontificem, D. 49. col. 1. e

Conciliorum diuiſio, D. p. 49. col. 1. b

Concubitus an ſit neceſſarius ad perfectionem matrimonii, D. p. 294. col. 1. c. & ſeqq.

Concupiſcentia cur poſt Baptiſmum maneat, D. 500. col 2. e & ſeqq.

Concupiſcentia in cibis damnatur non vſus, D. p. 128. col. 1. b. e

Conditores Eccleſiarum quid obſeruare debeãt & de iure quod in eos habet Epiſcopus, D. p. 102. col 1. b. & ſeqq.

Conductor Beneficiorum an poſſit Beneficia conferre, B. 35. col. 2. d. & ſeqq.

Confeſſio debet eſſe ſecreta & nulli reuelanda, D. p. 374. col. 1. a. & ſeqq. idque oſtenditur multis rationibus, D. p. 374. col. 1. a, & ſeqq. qui reuelauerit grauiter puniendus, col. 2. e, & ſeqq.

Confeſſio eſt neceſſaria vt poteſtas ligandi & ſoluendi exerceri poſſit, D. 368. col. 2. c. & ſeqq. fieri debet ſponte ibid. ſemper fuit in Eccleſia cognita e. & ſeqq.

Confeſſio publica ſi interdum eſt vtilis multo magis pœnitentia publica eſt in vſum redigenda, S. 61. col 1. b, & ſeqq.

Confeſſio & conuictio ad iudicium & condemnationem requiruntur, D, p. 191. col. 1. e

Confeſſio publica an fuerit in vſu ſicut pœnitentia, D. 369. col. 2. e, & ſeqq. an Nectarius ſuſtulerit illam 370. col. 1. e, & ſeqq. fieri debet confeſſio ſacerdotibus non ſoli Deo, p. 371. col. 1. d, & ſeqq.

in Confeſſione grauiorum criminum non ſemper data fuit abſolutio ſed tantum pœnitentia, D. 372. col. 2. d, & ſeqq.

Confeſſiones publicas aliquando vtiliter factas eſſe oſtenditur, S. p. 60. col. 2, & ſeqq.

Conferendi ius præſcribi poteſt à prælatis inferioribus, B. p. 35. col. 2. b

Confirmatio & Baptiſmus ſunt ſacramenta valde coniuncta, D. 516. col. 1. a, & ſeqq. ſtatim poſt Baptiſmum olim dabatur ibid. poſt confirmationem dabatur Euchariſtia, col. 2. e

Confirmatio cur inſtituta p. 518. col. 1. e, & ſeqq. dicitur confirmare baptiſmum, p. 519. col. 1. a. non diu differenda, col. 1. a. quomodo fiat ibid. e. & ſeqq. confertur ab Epiſcopo, 520. e.

Confitendum eſt peccata ſua Sacerdoti qui ſciat ligare & ſoluere, D.341.col.1.e.& ſeqq.
Conſugientes ad Eccleſiam tradi non oportet ſed defendi, D.p. 64. col.1.d.
de Coniugio quid ſentiebat Euſtathius hæreticus, D.p.87.col.1.a.
Coniuges an poſſint tranſire ad religionem ſine alterius conſenſu, D. 295.col.1.
Coniugati quomodo admittantur ad ordines, D. p.159.col. 1.d.
Coniuge in adulterio deprehenſſâ, an liceat alij nubere, D.p.48.col.1.b.
Coniuges quo caſu ſine conſenſo alterius poſſint trāſire ad religionem, D.296.col.1,a.&ſeq.
Coniugij vſus immoderatus prohibitus eſt, D. 327.col.1.e.& ſeqq.
Coniugatis nonnunquam abſtinendum à congreſſu, D.342.col.1.b. & ſeqq.
Coniuges non poſſunt ad libitum ex qualibet cauſa ſe dimittere, D. 330.col. 2. d. & ſeqq. niſi propter fornicationem. ibid. ita tamen vt non diſſolnatur matrimonium. ibid. 331. d. aſt tamen alius caſus in quo poteſt diſſolui.col.a.d.
de Conſanguinitate & affinitate, D.345.col.1.d. & ſeqq.
Conſecrationis nomen generaliter ſumptum quid ſit, D.425. col.1.a. & ſeqq.
Conſecrationis Epiſcoporum modus quis ſit, D. p.147.col.1.d.c,
Conſecratio fit à Sacerdote per ipſa verba Chriſti& proinde dicitur Chriſtus ipſe conſacrare, D.464.col.1,a.&. ſeqq.
Conſecratio Epiſcopi an æquè neceſſaria ſit ac electio, S.31.col.2.b. & ſeqq.
Conſtans Imperator ſcribit Conſtantio fratri ſuo pro Paulo & Athanaſio, D.p.90.col.2.e.
Conſtantino mortuo cedes Nicæna controuerſe, D.p.91. col.a.
Conſtantinopol. ſynodus à quibus abdicata, D. p.79.col. 1.c.
Conſtantinopol. ſynodi duæ ſub Photio Patriarcha, D.p.97.col.1.b.
Conſtantinopolitana diœceſis addita fuit tribus diœceſibus generalibus, S.152. col. 1.c.vſqueqno ſe porrexerit. ibid.d.
Conſtantinus omnem regiam poteſtatem conceſſit Apoſtolicæ ſedi, D.p.171.col.2.c.
Conſtitutio quid. D.p. 3.col.2.e.
Conſtitutiones Eccleſiæ priuatæ quam auctoritatem habeant, D.p.21. col 2.a.
Conſuetudines particulares in vnum conſenſum reuocandæ quantum fieri poteſt, D. p. 22.col.1.d.
Conſuetudinem ratio & veritas ſemper excludit. D.p.14. col, 1.d.
Conſuetudo introducta ratione aliqua prudentum præcedente, D.p.4.col.1.d.
Conſuetudinis authoritas, D.p.22.col.1.e.
Conſuetudo vetus vim legis habet, D.p.64. col. 2. e.
Conſubſtantialis vox non à patribus ſynodi Nicenæ inuenta, D.p.55. col. 1.b.
Contentio inter Iudæos facta, Chriſtianos & Gentiles vnde orta, D.p.26.col.1.b.
Continentiæ lex eadem eſt altaris miniſtris quæ Epiſcopis atque Presbyteris, D.p.120. col.1.a.
Continentiam qui non ſeruauerit difficilius ad Epiſcopatum admittendus, D.p.119.col.1.c.
Contumacibus clerici communio peregrina tribi debet. D.p.134.col.2.b.
Conuentus an fieri poſſit ab Epiſcopo in aliena diœceſi, D.p.217.col.1. b. & ſeq.
Conuiuia clericorum qualia eſſe debeant, D. p. 129.col.2. e. & ſeq.
Conuiuia Chriſtianorum ex ſymbolis quæ erant, D,p.130.
Conuiuiis nuptiarum intereſſe prohibentur Epiſcopis, D.p.121.col.1. a.
Conuocantur ad ſynodos Epiſcopi per epiſtolas metropolitani, D. p. 51.
Conuocati ad ſynodum tenentur venire alioquin excommunicantur, D p 51. col.2.e.
Corepiſcopi ordinatio à quo fiat & quæ ſit eius authoritas, D. p.148.col.1.d.
Cornelij Papæ mors quando acciderit, S.94.col. 1.e.
Corona clericorū quid ſignificet, D.p.116.col.2.a
Corporis integritas an requiratur ad capacitatem beneficij. B.42.col.2. e. & ſeqq.
Corpus myſticum Eccleſiæ eſt inter ea quæ ſciūtur quia creduntur, S.4.col.2.c, & ſeqq.
Corpus Chriſti realiter eſt cum ſpeciebus in Euchariſtia non parabolicè vel per figuram, D. 464. col.1.e. & ſeqq. dicitur tamen figura aliquando 465.col.1.b.
Corpus Chriſti fit per cōuerſionē ſubſtātiæ panis manentibus ſpeciebus, D.466.col.1.e. & ſeqq.
Corpus Chriſti cur detur ſub myſterio ſeu Sacramento, D.168. col.2.a. & ſeqq.
Corporis Dominici erogatio quando fieri poſſit à Diacono. D.p.170.col.1.c.
Corpus Chriſti fieri per conſecrationem quomodo credendum, D.453.col.2.b. & ſeqq. eſt in Euchariſtia non quomodocunque ſed vt in Sacramento, 454.b. & ſeqq.
Corpus Chriſti eſſe in Euchariſtia quia ipſe dixit oſtenditur. D.462.col.1.c.& ſeqq.
Corpus Chriſti eſt Euchariſtia ipſa re non fide noſtra & fide noſtra tamen in ea colitur & percipitur cum effectu, D. 467. col. 2. b. & ſeqq.
Corpus Chriſti an poſſit percipi de manu mali Sacerdotis, D.460.col.c. & ſeqq.
Correctionis opportunitas debet eſſe cum importunitate, D.p.129.col.2.e.
Correctores Romani in quo decepti ſint, D.p. 562.col.c.a.
Coſroes Rex Perſarum an reuerentia proſecutus ſit lignum ſanctæ Crucis, S.102. col. 1. e.
Creduntur quædam facilius quam ſciuntur & ideo ſciuntur quia creduntur, S.3.a. & ſeqq.
Crimen quid ſit, D.p.159.col.1.c.
Crimina quædam quæ pœnitentiis publicis purganda erant enumerantur, D. 392.col. 2. b. & ſeqq.
Crimina quædam ſunt manifeſta quæ non indigent accuſatione, D p.191.col.1.d.
Crimina quædam erant olim pro quibus non dabatur pœnitentia, D.363. col. 2. a. & ſeqq. alia erant pro quibus dabatur pœnitentia non communio. ibid. alia pro quibus vnica tantum pœnitentia dabatur. 364. col. 1. b. alia pro quibus dabatur quidem pœnitentia ſed non communio in fine mortis.col.2.c.
Criminoſus ſicut ad ſacerdotium non admittitur ita etiam à ſacerdotio reiicitur. D. p. 159. col. 2 e.
Cruces cur circūferebātur olim, D.p.105 col.1.b.

Culpa & pœna quomodo per baptiſmum ſoluantur, D. 503. col. 1. d. & ſeqq.

Culpa dimitti poteſt & non dimitti omnis pœna, D. 268. col. c. & ſeqq.

Culpa dimiſſa, non dimittitur pœna temporalis, D. 404. col. 2. c. & ſeqq.

Cura animarum in quibus conſiſtat, B. 16. col. 1. a. & ſeqq.

Cura omnium Eccleſiarum pertinuit ad Petrum, B. 11. col. 2. c. & ſeqq.

Curatorum & parochorum authoritas & origo, B. 19. col. 2. b. & ſeqq.

Curiales qui & an poſſint ordinari, D. p. 124. col. 2. c.

Curiales ab ordinatione arcentur, D. p. 135. col. 1. d. qua conditione olim ad Epiſcopatum poterant aſpirare. col. 2. b.

Curſus cur dictum ſit officium canonicum, S. 93. col. 1. b.

Cypriani martyris opuſcula quædam dubia, D. p. 97. col. 2. a.

Cyprici & Iulitæ paſſio apocrypha, D. 98. col. 1. c.

Cyrillus quomodo duodecim capitula ſcripſerit contra Neſtorium explicatur, D. p. 64. col. 1. d.

D.

DAlbertus Diaconus quare denuo Diaconus ex integro factus, D. p. 191. col. 1. a.

Dæmoniaci cur dicantur hyemantes, D. p. 122. col. 1. d.

Dalmatica quid ſit, D. p. 114. col 2. e.

Dæmones quot modis poſſint futura prædicere, D. 246. col. 2. b. & ſeqq.

Damaſus in quo approbauerit concilium Conſtantinopolitanum, D. p. 60. col. 1. e.

Debitum non inique repetitur ſed benigne dimittitur, D. p. 211. col. 1. a.

Decalogum Iudæi ſcribebant in membranis & ligabant in fronte, D. p. 105. col. 1. d.

Decani officium & ius. B. 18. col. 2. b.

Decimæ perſoluendæ ſunt ex præcepto veteris teſtamenti, B. 21. col. 1. d. ſunt triplices prædiales, perſonales, & mixtæ col. 2. C. præſtandæ ſunt curionibus. e. poſſunt etiam deberi aliis Eccleſiis vel monaſteriis. ibid non poſſunt laicis deberi. ib. decimæ genus eſt quod iodictiſſimo dicitur. 22. col. 1. b.

Decimæ nonalium cui debeantur. ib. 22. col. 1. c.

Decimæ & oblationes laicis perſonis dari non debent, D. p. 150. col. 1. c.

Decimæ & nouæ à quo tempore cœperint ſolui, D. p. 216. col.. c. & ſeq.

Decimarum ius vel impeditur, vel minuitur, vel aliqui ab illa eximuntur & quomodo, B. p. 4. col. 1. c. & ſeqq.

Decimarum fuerunt 4. genera apud Iudæos, p. 5. col. 1. c. ib. dantur in ſignum dominij, e. dantur in vſum pietatis & ratione miniſterij in Eccleſia. col 2. e. in vſum pauperum. ibid.

Decimarum ius ad ius diuinum ſiue naturale refertur B. p. 2. col. 2. d & ſeqq.

Decimæ quibus & de quibus debeantur, D. p. 218. col. 2. c. & ſeqq. an poſſint à laicis poſſideri. ib.

Decretales epiſtolæ veneerabiliter recipiendæ, D. p. 157. col. 2. a.

Decretalium epiſtolarum quæ ſit authoritas, D. p. 109. col. 1. b. & ſeqq.

Defenſio cum vltione prohibetur, D. 231. col. 2. & quomodo lex Euangelij in eo temperamentum accipiat. ibid.

Defenſores an in eodem fuerint numero quo regionarij, S. 102. col. 1. b.

Degradationes quæ fiunt per inſtrumenta quando cœperint fieri in Eccleſia, D. p. 80.

Demonſtrationes ad fidem ſpectantes longe ſunt diuerſæ à demonſtrationibus ſcientiarum, S. 4. col. 1 b. & ſeqq.

Deuolutio ad quem ex ſuperioribus fiat & quomodo. 67. col. 1. c. & ſeqq.

Deus orandus & adorandus in omnibus locis D. 426. col. 2. c. & ſeqq.

Diaconi quid debeant Presbyteris & an illis ſint preferendi, D. p. 167. col. 1. b. c. & ſeq.

Diaconi ordinatio quomodo fiat, D. p. 115. col. 2. c.

Diaconi mæchantis pœna. D. p. 44. col. 2. c.

Diaconi ſunt tanquam oculi Epiſcopi, D. p. 169. col. 2. c. & quot debeant eſſe in vna quaque ciuitate. ibid.

Diaconis ſublata eſt diſpenſatio bonorum Eccleſiaſticorum ab Epiſcopis & cur, D. p. 170. col. 1. b.

Diaconi & ſubdiaconi quo caſo poſſint nubere, D. p. 119. col. 1. a. b.

Diaconorum ſuperbia tanta fuit vt ſe presbyteris anteponerent, D. p. 170. col. 1. d. e.

Diaconi ſedere non debent in medio Presbyterorum niſi iuſſu Presbyteri, D. 170. col. 1. d multa alia illis præſcribuntur. ib. quo caſu tamen ſedere debeant ante Presbyterum dicitur, col. 2. d.

Diaconiſſæ mulieres, D. p. 121. col. 2. e.

Diaconiſſarum vſus quis fuerit in Eccleſia, D. 292. col. 2. b. & ſeqq.

Diœceſes generales Eccleſiaſticæ an reſpondeant ciuilibus & imperialibus, S. 153. col. 1. d. & ſeqq.

Dialectica an vti debeant clerici, D. p. 126. col. 1. b.

Digamus an ordinari poſſit Epiſcopus, D. p. 118. col. 2. b. c. Eccleſiæ Gallicanæ canonibus non poteſt. col. 2. a.

Digami arcentur à ſacris ordinibus. D. 301. col. 1. e. & ſeqq. qui ſint digami. ibid.

Digami qui ſint, B. 46. col. 2. b. & ſeqq.

an … Digami … vt poſſint ordinari, D. 302. col 2. b. & ſeqq.

Dignitates maiores & perſonatus curam animarum habent, B. 19. col. 1. e.

Dimiſſoriæ an diſtinguantur à pacificis. S. 84. col 1. b.

Dignitates in Eccleſia quæ ſint, B. 7. col. 1. d. & quid ſit dignitas. ibid.

Dimiſſoriæ literæ quæ ſint, D. p. 150 col. 2 a.

Diocletianus quo tempore obierit. S. 95. col. 2. e.

Dioſcori condemnatio, D. p. 63. col. 2. b.

Dyptycha quid fuerit, D. 438. col. 2. a. & ſeqq.

Dypticha quid fuerint, S. 97. col. 2. c.

Diſcordiæ culpa inexpiabilis. D. p. 168. col. 1. d.

Diſcendi & docendi ratio recta oſtenditur, S. 125.

Diſpenſatione ſit Epiſcopus duarum Eccleſiarum, D. p. 184. col. 2. a.

Diſſidere non debent Epiſcopi nec clerici, nec laici, monachi nec laici, D. p. 166. col 1. c. d. quo modo reducendi. ibid. & ſi noluerint quomodo puniendi. ibid.

Diſſenſus an fuerit inter veteres patres, S. 86. col. 2. a. & ſeq.

Diſtributionum tris ſunt genera, B. 23. col. 2. b. & ſeqq.
Diuites quid debeant inopibus, D. p.228.col. 2. d.
Diuiſio Eccleſiarũ an ſequi debeat eiuſdem diuiſionem prouinciarum, D.p. 51. col. 1.b.
Diuortium ex cauſa fornicationis quomodo fieri debeat, D. 333. col.1. e. & ſeqq.
Doctorum authoritas ab authoritate canonis diſtinguenda, D.p.17.col.1.c.
Dominus.vox iſta quibus tribuatur. S.98.col.1.b.
Donatiſtæ vbi condemnati, D. p.45.col.2.b.

E.

EBrioſi clerici pœna quæ ſit D.p. 185. col.1.c.
Eccleſiarum particularium diuiſio quando facta fuerit ab Apoſtolis, S.20.col.2.c.& ſeqq.
Eccleſias duas an retinere poſſit clericus, D.226. col 1. a. & ſeq.
Eccleſia non poteſt diuidi in plures Preſbyteros, nec carere ſuo Preſbytero, D.226. col.2.a.
Eccleſiis multa dominia conceſſa ſunt ſicut Leuitis pars terræ quædam aſſignata eſt, & quomodo hoc factum ſit, B. 3. col. 1.d.& ſeqq.
Eccleſiarum ſiue templorum origo & forma declarantur, D.434. col.2. d. & ſeqq.
Eccleſia diuiditur in tres tantum diœceſes generales, S.151.col. 1. c. & ſeqq.
Eccleſia recurrit ad Reges & quando, D. p. 20. col. 1. d.
Eccleſiaſticarum rerum triplex eſt regula. 1. à ſcripturis. 2. à traditione. 3. à conſuetudine, D. p.21.col. 1. c.
Eccleſia conſtringitur authoritate ſcripturarum & traditione, D.p.51.col.1.e.
Eccleſiæ poteſtas eſt ſupra Reges in cauſa fidei, D.p.19.col.2.c.d.
Eccleſia eſt corpus & ſpiritus, S. 4. col. 2. e. eſt typus diuinitatis & humanitatis Chriſti. ibid. eſt ſimul Virgo & mater. 5. col.1.a. eſt vna in cœlo & in terra. ib. b. eſt in Epiſcopo & Epiſcopus in illa. c. eſt aſſumpta à Chriſto cum corpore ſuo in Incarnatione. ibid. & ſeqq.
Eccleſia eſt libera, ciuis cœli, & filia Dei, S.8.col. 1.b. & ſeqq. eſt ſponſa Chriſti & mater Chriſtianorum. e. & ſeqq. poteſt conſiderari ſtatus eius ratione regiminis. 9. d.& ſeqq. idque tripliciter ibid.
Eccleſiæ plures baptiſmales an poſſint eſſe in vna terminatione, D. p.217.col.1.e. & ſeqq.
Eccleſia eſt pluralis in vnitate & vna in pluralitate, D.p. 29.col. 2.e.
Eccleſia comparatur Chriſti veſtimentis, D.p.30. col.1. d.
Eccleſia particularis quando ſequi debeat cõſuetudinem Eccleſiæ Romanæ, D.p. 21.col.1.a.
Eccleſia in qua quis eſt electus & confirmatus Epiſcopus & non conſecratus, an ſit viduata, S.31. col. 1. e. & ſeqq.
Eccleſia in puniendis morte malis an recurrere poſſit ad ſeculares poteſtates, D.235.c.& ſeqq. idque probat Auguſtinus. ibid.
Eccleſiæ Romanæ authoritas in quibus ſequenda, D. p. 22. col. 1.e.
Edictum perpetuum quando edictum fuerit, S. 93.col 2. e & ſeqq.
Eiulantiũ locus vbi fuerit, D.271.col.1 e.& ſeqq.
Electio Romani Pontificis eſt in poteſtate Cardinalium, D.p.198.col 1 a.b.
Electio Romani Pontificis ad Cardinales quando tranſlata, D p.146.col.1 b.
Electio Papæ non debet fieri pecuniâ vel gratiâ, D.p.198.col.2.e.
Electio quid ſit & variæ eius formæ, B 57 col.2. b.& ſeqq.
Electiones nec pretio nec patrocinio fieri debent, D.p. 200.col.2.a.
Electiones Epiſcoporum aliquando factæ ſunt à Clero & populo ſimul, B.36.col.1.b.
de Energumenis, D.528.col.1.a.
Eleemoſynæ laudes & vires deſignantur, D.384 a.& ſeqq.
Eleemoſyna multum poteſt in pœnitentia, D. 337. col.2.a. & ſeqq.
Electio Epiſcoporum quomodo fieri debeat, D. p.144.col.1.c.& ſeqq.
Electio clericorum quomodo fiebat, D.p. 144. col.1.d. & ſeqq.
Electio Epiſcoporum an fieri debeat de authoritate Principum, D. p.144.col.2.d.
Eliberitanum concilium quando habitum, D p. 42.col.1.c.
Eloquentia non neceſſaria clericis, & ſi quis habet eam diſſimulare debet, D.p.127.col.1.c.
Encœnia in memoriam dedicationis templi inſtituta ſunt, D.432.col 1.a.& ſeqq.
Encolpium quid ſit, D.p.105.col.1.b.
Energumeni an poſſint ordinari, D.128.col.1.d.
Epaunenſe conſilium, D.p.95.col.2.e.
Epheſinæ ſynodi origo & hiſtoria, D.p. 61.col 1. e. & ſeq.
Epheſina ſynodus quando inchoata, D. p. 62. col.1. e.
Epheſinæ ſynodi canones vbi continentur, D. p. 63.col. 2.c.
Epheſina ſynodus cur & quando edita, D.p.62. col.1.c.d.
Epiphania in primis, Eccleſiæ temporibus inſtituta ſint, S. 86.col. 2. a. & ſeq.
Epiſcopus poteſt in aliena diœceſi ædificare Eccleſiã ſed nõ cõſecrare, D.p.217.col.1. a. & ſeq.
Epiſcopus an poſſit in ſua diœceſi mutare ſedẽ ab vna ciuitate ad aliam explicatur & quibus modis, D.p.183.col.2.e.& ſeqq.
Epiſcopus an poſſit ordinare clericos ſine litteris proprii Epiſcopi, D.p. 201.col.1.c.
Epiſcopus vt elegatur nihil promittere debet, D. p.200.col.2. b.
Epiſcopus nil poteſt ordinaria poteſtate in Eccleſiis quæ pleno iure pertinent ad monachos. B. 52.col a.c.
Epiſcopus vbi quando & quomodo iudicari debeat, D.p.197. col.1.c.
Epiſcopus conſecratus miniſterium ſibi commiſſum ſtatim ſubire ſi neglexerit, quid fiet, D.p. 166.col. 2.d.
Epiſcopus in alia Eccleſia manens non debet ſibi ius aut honorem aliquem præſumere, D. p. 166.col.1.e. nec licet ei vacantem Eccleſiam occupare. ibid.
Epiſcopus vacans quis ſit, D.p.167.col.2.a.b.
Epiſcoporum ordo vnus & tamen quadripartitus, D.p 110. col 1.c.
Epiſcopus non debet eſſe indulgens aut corruptibilis aut flexibilis precibus, D. p. 160.col. 1.c.
Epiſcopi an deſerere poſſint Eccleſias ſuas vt fiant monachi, D.p.149.col.1.a.b.c. d.& ſeq.

Epiſcopus an poſſit impedire ne clericus tranſeat ad religionem, D. p. 223. col. 1. & ſeq.
Epiſcopus de ſe præſumere non debet propter cathedram D. p. 128. col. 2 67.
Epiſcopi quomodo duos vel tres ſub ſe habere poſſint Epiſcopatus, D. p. 64. col. 2. a
Epiſcopi negligentes à quibus moueri debeant D. p. 162. col. 2. a
Epiſcopi quot ſubſcripſerint ſynodum 3. conſtantinopol. D. p. 173. col. 2. a
Epiſcopo accuſanti an credatur D. p. 197. col. 2. e
Epiſcopus quomodo poſſit renuntiare ſedi D. p. 198. col. 1. a
Epiſcopo iudicato, quando poſſit iterum renouari iudicium D. p. 198. col. 1. b
Epiſcoporum ordinatio & eius modus præſcribitur, D p. 154. col. 2. b
Epiſcopi ex inſtitutione diuina ſunt ſupra preſbyteros B. 16. col. 2. a & ſeqq.
Epiſcopus abſoluere debet à ſua poteſtate Clericum qui in aliquo Epiſcopatu eligitur Epiſcopus D. p. 162 col. 2. d, e.
Epiſcopi reſident in concilijs ſecundum ordinationis ſuæ tempus, D. p. 34. col. 1. a
Epiſcopi qui non intereſſe concilijs poterant mittebant duos vel alios legatos D. p. 33. col. 1. a
Epiſcopi omnes non ſunt Epiſcopi, D. p. 194. col. 1. d.
Epiſcopi ſupellectilis quæ debeat eſſe, D. 128. col. 2. d
Epiſcopus olim committebat Eccleſiæ pro tempore quo ipſi videbatur D. 226. col. 2. b
Epiſcopus grammaticam exponere non debet D. p. 164. b
Epiſcopus Deo ſacrificans plures teſtes quam alius ſacerdos ſecum habere debet D. 442. col. 2. c & ſeqq.
Epiſcopi & Clerici abſtinere debent à negotijs ſæcularibus exceptis quibuſdam cauſis D. p. 164. col. 2. a b & ſeqq.
Epiſcopi vſi ſunt ſua authoritate in Imperatores, D. p. 171. col. 2. b.
Epiſcopalis ſublimitas eſt ſuper Reges D. p. 171. col. 2. o
Epiſcopi conſecrantes Virginem ſanctimonialem precationem faciebant ad Deum D. 285. col 2. a & ſeqq.
Epiſcopi mœchantis pœna, D. p. 44. col. 2. c
Epiſcopi ſunt Athletæ S. 113. col. 1. e
Epiſcopatus ambiri non deberet niſi per ordinem & gradus D. p. 141. col 1. c
Epiſcopi ſedere & ſubſcribere in concilio quomodo debeant, D. p. 108. col. 1. c
Epiſcopi familiaritas cum filia ſua prohibetur, item ne interſit conuiuijs nuptiarum D. 124 col. 2. a
Epiſcopi ius in monachos & in monaſteria quale ſit D. p. 221. col. 1. d & ſeqq.
Epiſcopus non poteſt vendere cimelia, nec ſalaria in emphyteuſim dare D. p. 206. col. 2. e. & ſeqq. niſi cauſa redemptionis ibid.
Epiſcopus eligebatur multis virtutibus præditus D. p. 113. col. 2. d. & ſeqq.
Epiſcopi poteſtas in Eccleſijs parochiæ ſuæ quæ ſit D. p. 215. col. 1. b. & ſeqq.
Epiſcop. quid cõſequi poſſit de oblationibus tributis ac frugibus, D. p. 215. col. 2. b & ſeqq.
Epiſcopi electi quomodo & à quo confirmetur, D. p. 147. col. 1.
Epiſcopi multi tranſlati ſunt à ſedibus ſuis ad alias D. p. 84 col. 2. d
Epiſcoporum nomina qui defecerunt ab alijs in Epheſina ſynodo, D. p. 93. col. 2. d
Epiſcopi Presbyteris inuidere non debent, ſi in Eccleſijs prædicent D. p. 169. col. 1. e
Epiſcopi magis conſuetudine quam diſpenſationes Dominicæ veritate preſbyteris ſunt maiores, D. p. 169 col. 1. c
Epiſcopi quot interfuerint ſynodo ſardicenſi quæritur, D. p. 88. col. 2. c. d.
Epiſcoporum ſubſcriptiones in concilijs quomodo fiant D. p. 34. col. 1. e
Epiſcopis Prouinciam vnam in duas diuidere non licet D. p. 180. col. 2. b.
Epiſcopus neminem debet cædere D. p. 163. col. 1. b.
Epiſcopus habet ius conferendorum beneficiorum poſtquam confirmatus fuerit etſi nondum conſecratus ſit, B. p. 34. col. 2. a & ſeqq. habet idem ius & ſi reus ſit grauiſſimi criminis & in alijs caſibus ibid.
Epiſcopus Epileptico laborans abſtinere debet à miſſæ celebratione D. p. 199. col. 2. e
Epiſcopus eligere ſibi ſucceſſorem non poteſt, p. 199. col. 2. e
Epiſcopatus an ſit appetendus, D. p. 200. col. 1. a
Epiſcopi tenentur viſitare Eccleſias ſuas D. p. 202. col. 2. e
Epiſcopus habet diſpenſationem omnium rerum Eccleſiæ D. p. 202. col. 2 & ſeqq.
Epiſcopo debetur obedientia ab omnibus alijs Clericis illi ſubiectis D. p. 167. col. 1. e
Epiſcopus iudicari debet a duodecim Epiſcois, D. p. 196 col. 1. a
Epiſcopus citò non debet ordinari, D. p. 142. col. 2. b & ſeq,
Epiſcopus habet ius in conditores Eccleſiarum D. p. 202. col. 1. b & ſeqq.
Epiſcopus non poteſt alienare res Eccleſiæ, D. p. 203. col. 1. d
Epiſcopi olim ſuæ ordinationis diem quotannis celebrarunt D. 4 . 2. col. 2. b.
[illegible] Eccleſia hæres eſt & qui eius domui committendus, D. p. 208. col. 2. c & ſeqq.
Epiſcopo ægroto an alius poſſit in locum eius ſubrogari, D. 198. col. 1. d. & ſeqq.
Epiſcopus quilibet in ſua Eccleſiâ reſidere debet, D. 199. col. 1. a. & ſeqq.
Epiſcopus an poſſit à minori ad nobiliorem ſedem transferri D. p. 199. col. 1. & ſeqq.
Epiſcopus Monachus factus an poſſit ad Pontificatum reſurgere D. p. 199. col. 1. e & ſeqq.
Epiſcopi & metropolitani nihil poſſunt agere ſine mutuo conſilio D, p. 200. col. 1. e niſi quod in ſua diœceſi illis competit ibid.
Epiſcoporum obuentiones & reditus qui ſint B. 24. col. 1. a & ſeqq.
Epiſcopus accuſatus debet audiri in Prouincia, D. p. 195 col. 2. c.
Epiſcopos in preſbyteros redigi vbi prohibitum D. p. 66. col. 2. b
Epiſcopalis & Pontificalis dignitas ſoli Petro data eſt, B. p. 11. col. 1. d & ſeqq.
Epiſcopatus an de nouo erigi poſſint, D. p. 181. col. 1. b

Epiſtolæ Athanaſij & Marci quædam ſuppoſititiæ, D.p 58 col. 1.c
Epiſtola Ieſu ad Abgarum Regem apocrypha, D, p. 102. col. 1. a
Epitimiom ſeptem annorum quibus impoſitum, D. p. 82. col. 1. a
Epitimia & pœna diſtinguuntur D. p. 80. col. 1. a
Erectiones Eccleſiarum in Epiſcopatus & metropolitanas quomodo fieri debeant, D. p. col. 1. a b
Euangelium Marci an græcè non latinè ſcriptum ſit 5. 89. col. 1, c & ſeqq.
Euangelium Thomæ, Petri & Mathiæ apocryphum, D, p. 101. col 2, c,
Euangelium quæ falſauit Lucianus apocrypha, D. p. 101. col 2. c
Euangelia ſancta ponebantur in ſynodis in medio Epiſcoporum, D. p. 35. col 2, c.
Eucharistiæ panis an ſignatus fuerit cruce S. 95. col. 1. c
Euchariſtia cur detur ſub vna ſpecie, D. 475. col. 2. a & ſeqq.
Euchariſtiæ diuerſæ nuncupationes afferuntur ex Baronio & ſupplentur quæ deſunt Baronij obſeruationibus, S. p. 89. col. 2, e & pag. ſeqq.
Euchariſtia continet ſimul rem & ſimbola figuram & veritatem, D. 467. col. 1. a & ſeqq.
Euchariſtia an ſeruari poſſit in ſacrificio miſſæ, D. p. 478. col. 1. b & ſeqq. eius nomina diuerſa 480. D. & toto cap.
Euchariſtia eſt ſacrificium D. 469. col. 1. e & ſeqq. idq; fit in commemorationem paſſionis Chriſti pluribus de cauſis 470. b. multa ſunt ſingularia & ad miraculum ſtupenda in hoc ſacramento 471. d. effectus illius 472. e.
Euchariſtia quo ritu ſumeretur a Laicis, 451. col. 2. c. & ſeqq.
Euchariſtiæ veritas, cauſæ, eſſentia & ritus explicantur, D. 452. col, 2. c. & ſeqq,
Euchariſtiæ ſacramentum dicitur præcipuè imitari paſſionem & mortem Chriſti & quare D. 454, col, 2. d. & ſeqq: objectiones hæreticorum diluuntur, 455. col. 2. d. & ſeqq.
Euchariſtiam ſub ſpeciebus vini pueri olim accipiebant D. 517. col. 1. c. & ſeqq.
Eudoxius hæreticus vbi condemnatus, D. p. 58 col, 1. c.
Eulogia an Epiſcopi & Preſbyteri deferre teneantur cum veniunt ad concilia, D. p. 52. col. 1. a. b,
Eulogiæ quid ſignificent & an prohibitum fuerit eas mitti die Paſchæ, S. 95. col. 2. & ſeqq.
Eunomius hæreticus vbi condemnatus D. p. 58. col. 1. c.
Euphemius & Thomas cur depoſiti D. p. 191. col 2. a.
Euſebius Palæſtinenſis Epiſcopus author ſinodi Antiochenæ, D. p. 91. col. 1. a.
Euſtathius quis fuerit condemnatus à concilio gangrenſi quæritur, D. p. col. 1. d.
Euſtachij hæreſis quæ & vbi damnata D. p. 87. col. 1. a
Eutychis hæreſis damnata à ſinodo chalcedonenſi, D. p. 64. col. 2. e.
Exarchi nomen ſumiſpro metropolitano oſtenditur, D. p. 173. col. 2. a. b. & ſeqq. eius poteſtas, 174. col. 1. a.
Excommunicari nemo poteſt niſi cauſa examinata, D. p. 191. col. 1. d.
Excommunicato authore noui erroris imitatores eius ipſo iure ſunt excommunicati D. p. 239. col. 1. a.
Excommunicatio facta à Paulo explicatur. D. p. 162. col. 1. c. d
Excommunicatis in periculo mortis quomodo danda communio D. p. 161. col. 1. c.
Excommunicationis antiquitas & diuerſæ cauſe D. p. 160. col. 2. d.
Excommunicatio multiplex eſt, D. p. 409. col. 2. & ſeqq.
Excommunicationis diuerſæ cauſæ tractantur, D. 240. col. 1. b. & ſeqq. eius etiam remedia ibid.
Excommunicatus excommunicare non poteſt, D, 239. col. 2. b.
Excommunicatis non poſſunt conferri beneficia, B. 43. col. 2. e.
Excommunicati ordinatio an valeat, D. p. 205. col. 1. a. & ſeqq.
Excommunicationis ſententia timenda ſiue iuſta ſit ſiue iniuſta, D. p. 205. col. 1. c. & ſeqq.
Excommunicati poſſunt interpellare finitimos Epiſcopos vt eorum cauſa audiatur, D. p. 205. col. 1. e. & ſeqq. non eſt eis interim communicandum ibid. d.
Excommunicatio eſt maior & minor & eius diuerſæ cauſæ, D. p. 205. col. 2. a. & ſeqq.
Executores ad compellendum quomodo differant ab executoribus ad prouidendum B. 79. col. 2. b. & ſeqq.
Exomologeſis quid ſit, D. 399. col. 1. a. & ſeqq
Exorciſta quomodo ordinetur, D. p. 115. col 1. b
Exorciſmis & exſufflationibus abigebatur ſpiritus immundus à baptiſandis, D. 508. col. 1. a. & ſeqq.
Expoliatis omnia reintegranda antequam quidquam eis obijci poſſit, D. p. 195. col. 1. b.
de Expoſitis ante Eccleſiam, D. p. 163. col. 1. c.
FAlſitates Photij, D. 84. col. 2. b. c. d. & ſeqq.
Falſitates ... ad beneficia quomodo deprehendatur b. 77. col. 2. & ſeqq.
Falſæ definitiones & alia ſimilia à Martino Papa damnatæ, D. p. 81. col. 1. e.
Falſi vicarij Photij introducuntur in ſynodum, D. p. 81. col. 1. e.
Famoſum libellum ſcribentis pœna quæ ſit D. p. 196. col. 2. d.
Fauſti manichæi opuſcula apocrypha, D. p. 101. col. 2. d.
Fauſti Regienſis opuſcula apocrypha, D. p. 101. col. 2. d.
Feria quarta quinquageſimæ, cur addatur quadrageſimæ, D. 514. col 1. c.
Feriâ quintâ in cœna Domini fiebat reconciliatio pœnitentium D 514. col. 1. d. & ſeqq.
Feſti dies & Encœnia Eccleſiarum que tempore celebrata, D. p. 36. col. 2. e.
Feſti dies populo ſunt declarandi D. 490. d.
Feſtorum cauſæ præcipuæ quæ ſint D. 489. col. 2. a. & ſeqq. eorum caput eſt Dei memoria ibid. celebrandi cum magna puritate 490. col. 1. b. & ſeqq.
Feſti dies Martyrum quomodo honorandi, D.

p. 129. col. 2. e. & ſeqq.
Fides ſimpliciter tradita & fides quæ eſt ſecundum ſcientiam quomodo differant S. 3. col. 1. c. & ſeqq.
Fides maximè requiritur ad manducandum Chriſti corpus, D. 458. col. 1. & ſeqq.
Fides quomodo per baptiſmum accipiatur, D. 501. col. 2. b.
Fideles qui ſacris interſunt ſolemnitatibus debent audire ſcripturas Apoſtolorum & Euangelium & in oratione perſeuerare vſque dum miſſa peragatur, D. 445. col. 1. b. & ſeqq.
Fideles puellæ non debent matrimonio iungi cum gentilibus D. p. 48. col. 1. e.
Fidelitatis forma explicatur D. 530. col. a b. & ſeqq. & quæ debeatur Domino ſuo vel Regi ibid. eorumque pœna qui violant.
Filij illegitimi repelluntur à Beneficijs, B. 42. col. 1. d. & ſeqq. vide tamen exceptiones ibid.
Firmus Numidiæ Primas donis corruptus morte turpiſſima perit, D. p. 68. col. 2. b.
Fœminæ in cœmiterio peruigilare prohibentur, D. p. 45. col. 1.
Fœminæ laicis ſcribentes, D. p. 45. col. 1. c.
Fœminarum commercium Clericis prohibitum D. p. 160. col. 1. e. & ſeqq. exceptis quibuſdam ibid.
Feliciana hæreſis vbi damnata D. p. 77. col. 2. e.
Fœlix in exilium miſſus. D. p. 7. col. 2. a.
Forum & iudices competentes clericorum qui ſint, D. p. 204. col. 2. e.
Formatarum litterarum duo exempla vitioſa explicantur, D. p. 152. col. 1. a, & ſeqq. ad quem modum fieri debeant litteræ formatæ, p. 153.
Fornicatio quid, D. p. 58. col. 1. e. d.
Fornicationem & inceſtum impugnare debet Epiſcopus, non diſſimulare, D. p. 162. col. 1. d.
Fornicationis Presbyteri pœna quæ ſit, D. p. 161. col. 2. e.
Fornicatio ſimplex qua ratione ſit prohibita. D. 329. col. 2. e. & ſeqq.
Francofordienſis ſynodus quam ſynodum reiecerit, D. p. 77. col. 2. e.
Frater non poteſt ducere in vxorem ſponſam fratris qui eam cognouerit, D. 197. col. 2. b. & ſeqq.
Frontinus Epiſcopus exilio deputatus, D. p. 70. col. 2. a.
de Frigidis & maleficiatis, D. 332. col. 2. e. & ſeqq.
Fulgentium ſcripſiſſe ſeptem libr. aduerſus Fauſtum Pelagianum dicitur, p. 101. col. 2. e.
Fundatores Eccleſiarum quid poſſint in eis, D. p. 219. col. 1. & ſeqq.
Fundatoribus non licet accipere Presbyterum niſi fuerit conſecratus à ſuo Epiſcopo, D. p. 349. col. 2. d.
Fundatores Eccleſiarum nullum munus debent Epiſcopis pro illarum conſecratione, D. p. 188. col. 2. e. debent tantum Baſilicæ ibid.
Fucus mulierum lenocinij commentum non ſobrietatis, D. 518. col. 2. & ſeqq. contra ſcripſerunt authores ferè omnes. ibid.
Fures an notati fuerint litera T. S. 89. col. 2. e.
Furtum an ſit contra ius naturale merum, S. 515 col. 1. e. cur Lacedæmonij illud permiſerint ib.

G.

GAlatiæ dux tantum, D. p. 86. col. 1. d.
Galli videntur non intellexiſſe mentem ſynodi Nicœnæ, D. p. 77. col. 1. b.
Gangrenſis concilij canones tempus & cauſæ, D. 87. col. 1. a. b. b.
Gangra ciuitas vbi, D. p. 87. col. 1. b.
Gentilis qui ante baptiſmum plures habuit vxores an fidelis factus eas omnes coniuges retinere debeat an vnam tantum, D. 304. col. 1. a. & ſeqq.
Georgij paſſio apocrypha, D. p. 98. col. 1. e.
Graduati non fieri debent per ſaltum, B. 86. col. 2. a & ſeqq.
Græcanicæ ceremoniæ in conſecrationibus Eccleſiarum quales fuerint, S. 102. col. d.
Græci cuius ſextæ ſinodi canonibus vſi ſunt, D. p. 75. col. 1. e.
Gratiæ expectatiuæ vnde ortæ ſint B. 79. col. e & ſeqq.

H.

HÆreſes quæ condemnatæ à Conſtantinopolitana ſynodo D. p. 59. col. 1. a.
Hæretici nominatim anathematiſari, D. p. 73. col. 1. e.
Hæreticos baptiſare poſſe non eſt dubium D. p. 512. col. 1. d. & ſeqq.
Hæreticorum & ſchiſmaticorum differentia & qui propriè ſint hæretici D. 240. col. 2. c. eorum conuiuia & ſodalitates fugiendæ, ibid.
Hæretici an poſſint cohiberi per arma Regum & Magiſtratuum ſæcularium, D. p. 236. col. 1. e & ſeqq.
Hæreticorum obiectionibus contra ſacramentum Euchariſtiæ reſpondetur, D. 455. col. 1. d. & ſeqq.
Hæretici an præciſè propter Religionem à mala ad bonam cogendi ſint, D. 238. col. 1. c. & ſeqq.
Hæretici quomodo recipiendi, D. p. 75. col. 1. d.
Hæretici an baptiſmum & alia ſacramenta validè conferant, D. p. 41. col. 1. a.
Hæreticorum qui ad Eccleſiam Catholicam accedunt tres ordines explicantur, D. p. 40. col. 1. d.
Hæreticos nunquam potuiſſe conuenire in aliquam fidei formulam poſt Nicænam oſtenditur, D. p. 55. col. 1. e
Hæretici qui dicebant Templa eſſe ſuperflua, D. p. 416. col. 2. e. & ſeqq.
Hadriani Epiſtola pro defenſione Imaginum, D. p. 75. col. 2. e
Hadrianus 2. cremari iubet exemplaria concilij à Photio habiti, D. p. 79. col. 2. b. c. d.
Hebdomada maior cur authentica dicta S. 99. col. 1. b.
Hebdomas ſancta an dicta ſit maior, S. 39. col. 2 b. & ſeqq.
Hebraicæ linguæ tranſlatio difficilis, D. p. 127. col. 1. b
Hierarchiæ ſignificationes explicantur, S. p. 17. col. 1. e. & ſeqq. vſque ad p. 31. obiectiones quædam diſſoluuntur p. 31. e. & ſeqq.
Hieroſolymitanæ Eccleſiæ primatus & quomo-

du eius Epiſcopus tanquam quartus Patriarcha, D. p. 58. col. 2. d
Hieroſolimitana diœceſis addita fuit tribus aliis generalibus, S. p. 152. col. 2. c. ex quibus conflata ſit 153. 2
Hincmarus à Nicolao Papa cur reprehenſus, O. p. 194. col. 1. a
Hiſtrionibus dare vitium eſt, D. p. 163. col. 1. c
Homicidij reus quis ſit vel non D. 537. col. 2. a. & ſeqq. quæ ſit legitima pœnitentia ibid. d. & an poſſit relaxari ibid.
Homines quomodo peccent & eligant malum, licet ſciant bonum, ex Philoſophia oſtenditur, D. p. 251. col. 2. d. & ſeqq.
Honores Eccleſiæ ao ſequantur ciuiles, D. p. 182. col. 2. c.
Honorius an fuerit condemnatus in ſynodo 3. Conſtantinopolit. D p. 73. col. 2. b.
Honoratus Brenenſis author ſinodi Aruernenſis, D. p. 96. col. 2. b.
Honorius primus poſt mortem Anathematiſatus, D. p. 81. col. 1. c.
Honorius Auguſtus cur laudetur à Bonifacio, D. p. 272. col. 1.
Horæ canonicæ quomodo obſeruandæ, D. 557. col. 1. a. & ſeqq. earum inſtitutio 16.
Hoſpitalitas & liberalitas commendatur prælatis & clericis aliis, D. p. 163. col. 1. b. c.
Hoſpitalitas quomodo exercenda, D. p. 129. col. 1. d.
Hyemantes qui & in quo gradu pœnitentiæ erant O. p. 152. col. 2. b.
Hypaota quid & quando feſtum hoc fuerit inſtitutum, S. 99. col. 2. a.

I.

IAnuarius Epiſcopus excuſatus propter ſenectutem, D. p. 560. col. 1. d.
Ibæ epiſtola damnata, D. p. 66. col. 2. d.
Idololatriæ partes quæ, D. p. 107. col. 2. b.
Idola confringentes tunc occiſi an martyres, D. 44. col. 2. d.
Idolothyta, & per ſanguinem, & per fornicationem quid, D. p. 26. col. 2. c. d.
Ieiuniorum inſtitutio, D. p. 528. col 2. b. & ſeq. pertinent ad cultum diuinum nec tantum ad mortificationem ib.
Ieiunium die dominico celebrari non debet, 492. col. 2. b.
Ieiunium an oporteat accedere ad Euchariſtiam, D, p. 460. col. 1. b
Ieiunium occidentalium & orientalium quale, D. p. 44. col. 1. d
Ieiunia Chriſtianorum ſunt Athletica, S, 151. col. 1. e
Ieiunij excellentia oſtenditur, D, 125. col. 2, a
Ieiuniorum ſuperpoſitiones quid, D. p. 45. col. 2. a b c
Ieiunia olim fuiſſe in duplici differentia oſtenditur, O, p. 389. col. 1. c & ſeqq.
Ieiunium eſt valdè neceſſarium pœnitentibus, D. 389. col. 1. b & ſeqq. non tantum quòd ab Eccleſia ſit conſtitutum ſed etiam quotidianum D. col. 1. c. præcipuum eſt abſtinere à peccato, d,
Ieiunium quatuor temporum cur inſtitutum, D, p. 155. col. 1. d & ſeqq.
Ieiunia an fuerint alia plura præter Ieiunium quadrageſimæ, D, 515. col 1 c & ſeqq. ieiunia qualiter debeant obſeruari, col. 2. a & ſeqq.
Ieiunium à Paſcha ad Pentecoſtem non impeditur quin monachis & clericis qui ieiunare cupiunt, D, p. 155. col. 1. d
Ignatios quotannis præſoli poſt conſilium conſtantinopol. D, p. 84. col. 1. a
Ignatius Patriarcha conſtantinopol. reuocatur ad ſedem, D, p. 79 col. 2. a
Ignatius Patriarcha conſtantinopol. quomodo deponitur, D, p. 78. col. 2. c & p. 79. a b
Igni tradontur tomi chirographorum, quos exegerat Photius, D, p. 81. col. 1. d. e
Ignorans ignorabitur, D. p. 126. col. 1. d
Ignorantia clericorum corrigenda, ſed piè tolleranda, D, p. 128. col. 1. c
Ignoratio ſcripturarum ignoratio Chriſti eſt, D. p. 126. col. 2. e
Iligatio quid D. p. 52. col. 2. b.
Imagines quomodo abdrandæ, D, p. 77. col. 1. b, c, d, e,
Imagines Eccleſia vniuerſalis ſemper eſt venerata, D, p. 77. col. 2. b.
Imaginum hoſtes Nicæno concilio 2. condemnati, D, p. 75. col. 1. d
Imagines quomodo adorandæ definitum, D, p. col. 1. e & ſeqq.
Imaginis honor ad prototypum tranſit, D, p. 76. col. 1. d.
Imago Dei in homine, in quo conſiſtat, D, p. 250. col. 1. d & ſeqq.
Imagines proponendas in Eccleſijs definitur, D, p, 76. col. 2. 7.
Imaginum reſtitutio à Michaele, & matre eius quomodo facta ſit, S. 103. col. 1. e. notantur quædam de proceſſione hac cauſa facta ibid.
Imaginum vſus quis eſſe debeat in Eccleſia, D, p. 442. col. 2. d & ſeqq. primi Chriſtiani imagines Apoſtolorum ſibi fieri curabant 494. col. 2 e per illas facta ſunt miracula 495. col. 1. c. & ſeqq.
Immunitas Eccleſiæ in multis deſignatur, D, p. 220. col. 1. d
Impedimenta quædam legitima quæ excuſent promotum ab ordinatione, D. p. 142. col. 2. d,
Imperatores cur interfuerint ſidudis declaratur, D, p, 172. col. 1. a
Imperatores deferunt ſobſcriptionibus Epiſcoporum, D, p. 82. col. 1. e
Imperatores cur Imagines ſuas laureatas mitterent in Prouincias, S, 102. col. 1. c
Imperator reſidebat in ſinodis ſed nihil definiebat, D, p, 35. col. 1. a
Imperator iura pontificatus vſurpare non debet nec Pontifex nomen Imperatorium, D, p. 271. col. 1. c.
Imperator præſes in ſinodo non definiendo ſed audiendo, D, p. 73. col. 1. a
Impoſitio manus duplex fuit, D, p. 41. col. 2. a
Incarnatio Chriſti, cur facta ſit, O, 460. col. 2. e & ſeqq.
Incarnatio & Euchariſtia inter ſe videntur habere ordinem, D, 461. col. 1. c & ſeqq. in aliquo tamen differunt 462. a
Incendij auctor an poſſit excommunicari licet confeſſus ſit, O. 375. col 1. b & ſeqq.
Incontinentia quæ dicitur contra naturam damnabilior

nabilior eſt omnibus peccatis, D. 352. col. 1. a & ſeqq.

Incótinentia Presbyterorum qua pœna punienda eſt, p. 161. col. 2. d

Indictiones cœpiſſe 8. calend. Octobris quo fornetur teſtimonio, S. 95. col. 2. a

Indigenti denegare crimen eſt, D. p. 131. col. a e

Indulgentiæ quomodo poſſint concedi ab Eccleſia, o. 41. col. 1. a & ſeqq.

Induciæ dandæ accuſato, D. p. 195. col. 1.

Infantes cur debeant baptiſari, D. 505. col. 1. d & ſeqq.

Inferni locus & & pœnæ quæ ſint probâtur, D. 415. col. 1. 2 & ſeqq.

Infirmi &. in periculo mortis poſiti accipiebant primum pœnitentiam & poſtea reconciliationem, D. 425. col. 2. a & ſeqq.

Infirmis pœnitentiam petentibus an pœnitentia ſimul & communio daretur, S. 64. col. 1. a & ſeqq.

Inimicos odio non habere perfectiſſimæ Chriſtianitatis eſt, D. 231. col. 2. b. & ſeqq.

Inimicus non omnis qui verberat, D. p. 197. col. 1. c

Innocentius 3. in quo errauerit, D. p. 149. col. 2. c

Inſinuationes nominationum vbi & quomodo debeant, B 87. col. 2. c. & ſeqq.

Interpretatio rerum diuinarum ad Epiſcopos & Sacerdotes pertinet non ad Principes, D. p. 89. col. 1. d.

Interfectores coniugum ſunt homicidæ & ad pœnitentiam redigendi, D. 353. col. 2. c. & ſeqq.

Intitulatus in Eccleſia non poterat titulum ſuum relinquere, D. p. 149. col. 1. a.

de Inuentione Crucis ſcripta an recipienda, D. p 97. col. 2. b.

Inuitus nemo poteſt ordinari ad ordines & dignitates, D. p. 154. col. 1. c. d. multò minus deiici de ordine ſuo. col. 2. a. quo caſu tamen poteſt promoueri dicitur. ibid.

Inuaſio Eccleſiæ quid, D p. 184. col. 2. d.

Inueſtitura Epiſcoporum fieri debet à Regibus, D. p. 10. col. 1. d.

Ioannes 8 an reſtituerit Photium ſedi, D. p. 84. col. 2. a.

Ioannes Iconomachus. D. p. [illegible]

Irene ſedet in ſynodo & ſubſcribit, D. p. 76. col. 2. a.

Itinerarium nomine Petri Apoſtoli reprobatur, D. p. 97. col. 2. d.

Iudas Galilæus an vſus fuerit græca verſione non hebraica, S. 88. col. 2. c & ſeqq.

Iudæ Galilæi ſeditio ad quæ tempora ſit referenda, S. 86. col. 1. b.

Iudex bonus quis debet eſſe, D. p. 196. col. 1. a

Iudex iudicare debet ſecundum leges latas, D. p. 6. col. 2. d

Iudex ſi ſciat delictum an ideo condemnare debet D. p. 191. col. 1. e

Iudicium & condemnatio qua ratione fieri debeat, D. p. 161. col. 1. c

Iudices clerici non debent munera accipere, D. p. 212. col. 2. d non iudicare diebus dominicis & feſtis p. 213. col. 1. c

Iudicium ſanguinis prohibitum eſt clericis e, D. 235. col. 1. a & ſeqq.

Iudices qui non poſſint eſſe, D. p. 145. col. 2. b

Iudices electitij qui ſint, D. p. 193. col. 1. b

Iudicium quibus modis peruertatur, D. p. 206. col. 1. b

Iudicia & actiones quænam competant in cauſis beneficiorum, B. 107. 1. c & ſeqq.

Iudicia peregrina prohibentur, D. p. 193. col. 2. c. Idque ſine præiudicio Romanæ Eccleſiæ ibid.

Iuramentum quod malum & quod ſit contra mandata Dei non eſt ſeruandum, D. 229. col. 2. d & ſeqq.

Iurare non oportet niſi in magna neceſſitate, p. 228. col. 1. d

Iuriſdictionis poteſtas an diſtinguatur à poteſtate ordinis, S. 30. col. 2. e & ſeqq.

Ius gentium an deſinat eſſe tale ſi eo omnes homines non vtantur, S. 110. col. 2. b & ſeqq. an poſſit immutare ius naturæ, e. & ſeqq multæ, ibid. de eo quæſtiones agitantur.

Iuriſciuilis ſcripti partes, D. p. 3. col. 2. d

Iuris Pontificij dignitas & neceſſitas quæ ſit. S. 47. col. 1. a & ſeqq.

Iuriſdictio in foro contentioſo ſeu regimen vniuerſale Petro primùm competit, B. p. 11. col. 1. & ſeqq.

Ius quiritum quid, D. p. 3. col. 2. e

Ius aliud naturale aliud ciuile & hæc ſubdiuiduntur, D. p. 1. col. 2. a & ſeqq.

Ius naturale, gentium, & ciuile quomodo ſint inter ſe connexa, S. 115. col. 2. d & ſeqq. poſſunt ad vnum reduci, e. an hæc tria quæ ad ius priuatum pertinēt poſſint etiam eſſe iuris publici 116. col. b & ſeqq. an rectè dicatur nomen iuris deſcendere à iuſtitia, col. 2. a & ſeqq.

Ius triplex naturale gentium & ciuile, D. p. 2. col. 2. b

Ius naturale quid ſit S, 105. col. 1. d & ſeqq. hinc maris & fœminæ coniunctio, liberorum procreatio & educatio, ibid. toto cap. ius gentium quid ſit, 109. toto cap.

Ius eſt quoddam belli & pacis quod naturale ſit D. 231. col. 1. c

Iuſiurandum an permittatur vel non, D. 227. col. 1. e & ſeqq.

Ius ciuile quid ſit, S. 113. col. 1. d & ſeqq.

Iuſtiniani violentiæ contra Vigilium Datium & Reparatum, D. col. 2. e

Iuſtitia diuina [illegible] mala quæ perpetramus propter bona quæ egimus, D. 360. col. 2. c

Iuſtus quilibet quomodo dicatur redēptio proximi, D. 418. col. 2. d & ſeqq.

L.

LAcrymarum vis in pœnitentia, D. 383. col. 2. b. & ſeqq.

Laici an conferre poſſint beneficia, B. p. 36. col. 2. b & ſeqq.

Laici homines ſuperhumeralibus veſtiti, D. p. 81. col. 1. c

Laicus an Epiſcopus fieri poſſit, D. p. 8. col. 2. e

Laici debent ſaltem ter in anno communicare, D. 436. col. 1. d & ſeqq.

Laicorum genera quædam enumerantur qui ad clericatum peruenire non poſſint, D. p. 135. col. 1. c

Laici & ſi ſint probis moribus non debent citò fieri Epiſcopi, D. p. 142. col. 2. b c & ſeq.

Laicorum nullus poteſt fieri Pontifex Romanus D. p. 198. col. 2. b

Laici non poſſunt aliquid ſtatuere in Eccleſia ve

diſponere de rebus eius, D. p. 118. col. 2. e & ſeqq. an fundatores aliquid poſſint ibid.
Laicorum conſtitutiones ſiue de rebus ſiue de perſonis Eccleſiaſticis agatur, D. p. 171. col. 2. e,
Laminam auream an geſtarint Pontifices, S. 89. col. 2. c
Laodicenum concilium quando & quâ authore coactum, D. p. 93. col. 2. e canones eius quot p. 94. b
Lapſi ſacerdotes an maneant in ordine ſuo, S. 57. col. 2. c & ſeqq.
Lapſi in perſecutione an recipiendi, D. p. 37. col. 1. e
Lapſi ſine periculo & neceſſitate quomodo admittendi, D. 38. col. 2. d
de Lapſu & reſtitutione Pœnitentium, Clericorum, D. p. 132. col. 2. a
Legatorum Romani Pontificis triplex eſt genus B. 32. col.. 2. b & ſeqq.
Legatus Papæ. ſubſcribit poſt omnes Epiſcopos in concilio Africano, D, p. 94. col. 2, c
Legati ſoli à latere poſſunt beneficia conferre, B. 33. col. 1. a & ſeqq. excipitur tamen in alijs legatis niſi ſpecialiter eis mandatum fuerit ibid. legati à latere non conferunt beneficia iure ordinario c & ſeqq.
Legati papæ quomodo protulerint ſententiam contra Dioſcorum, D. p. 65. col. 2. b
Legati Patriarcharum in ſynodo nominantur primi & poſtea qui, D. p. 79. col. 2. e
Legati Papæ qui fuerint in ſynodo Epheſina, D. p. 63. col. 2, b c
Legatorum Papæ ſubſcriptiones in conciliis, D, p. 34. col. 2. e
Legibus quæ contra Dei voluntatem feruntur non eſt obtemperandum, D. p. 14. col. 1, e
Leges humanæ quando ad peccatum veniale & quando ad mortale obligent, D. p. 11. col. 2. a
Leges Eccleſiaſticæ ſeu canones quatuor ſanctorum conciliorum pro legibus habentur, D, p. 5. col. 1. e
Legum conditores qui, D. p. 9. col. 1. b
Leges ad quem finem factæ ſint, D. p. 6. col. 2. e
Leges diuinæ dicuntur fas & humanæ ius, D. p. 2. col. 2. b
Leges omnes diuinæ ſunt aut humanæ, D. p. 2. col. 1. a & ſeqq.
Legionenſe concilium quando habitum fuerit, S. 103. col. 2. d
Lenocinium exercentis pœna, D. p. 44. col. 2. b
Leonis papæ an reſtituta miraculoſe lingua auulſa, S. 103. col 2. d
Leproſariæ & eleemoſinariæ & cætera eiuſmodi non ſunt beneficia, B. 6. col. 2. d
Lex quid, D. p. 3. col. 2. d
Lex priuata ſpiritus ſancti dignior eſt quam publica canonum, D. p. 149. col. 2. b
Liberalitatis conditiones deſignantur, D. p. 263. col. 2. a b & ſeqq.
Liberi arbitrij nos condidit Deus nec ad virtutes nec ad vitia neceſſitate trahimur, D, 338 col. 2. e
Liberius an fuerit hæreticus, S. 97. col. 1. e
Liber qui appellatur Paſtoris apocryphus, D. p. 101. col. 2. b.
Libra aſſidua quid D. p. 192. col. 1. a
Libros prophanos clerici legere non debent, D. p. 125. col. 2. d
Librorum authoritas in iudiciis à quis ſit eorum ordo, D. p. 109. col. 2. b.
Ligandi & ſoluendi ius ſedi Romanæ ſpecialiter conceſſum, D. p. 93. col. 1. b
Ligandi & ſoluendi Poteſtas quomodo data ſacerdotibus, D. 368. col. 1. e & ſeqq.
Linguæ omnes ſuas habent proprietates, D. p. 127. col. 2. b c
Linguæ ſacræ tres, D. p. 15. col. 2. d
Linguarum trium cognitio neceſſaria, D. p. 15. col. 2. e
Litaniarum vſus antiquus eſt in Eccleſia, D. 491. col. 1. c & ſeqq.
Literæ commendatitiæ quæ ſint, D. p. 150. col. 1. a b
Literæ pacificæ quæ ſint, D. p. 150. col. 1. e
Literæ formatæ quæ ſint, D. p. 151. col. 1. c
Literæ communicatoriæ quæ, D. p. 151. col. 1, c
Literæ in forma quo caſu expediantur, B. p. 83. col. 2. c
Literæ quæ vulgò appellantur literæ in forma dignum & aliæ multæ explicantur, B. 80. col. 1. b & ſeqq.
Literæ ſedis Apoſtolicæ quomodo eligebantur in concilijs, D. p. 49. col. 1. b
Literis ſecularibus quomodo vti debeant clerici, D. p. 126. col. 1. & 2. a b & ſeqq.
Literarum ſtudium eſt impedimentum quo quis excuſa poſſit ne intra annum ordinetur, D. 142. col. 2. a
Liturgia quid ſit & de quo miniſterio intelligatur, D. 439. col. 1. e & ſeqq.
Locum fuiſſe probatur in quo patres tempore legis naturæ & moſaycæ tenebantur, D. 416. col. 1. d & ſeqq.
Locum fuiſſe quo pueri non baptiſati continentur definitum eſt, D p. 416. col. 1. b. & ſeqq.
Lugdunenſes ſynodi, D. p. 96. col. 2. c & p. 97. col. 1. a
Lupanaria apud Chriſtianos ſemper prohibita fuerunt, D. 323. col. 2. a & ſeqq. cur in pluribus locis permiſſæ ſint, 324. e

M.

MAcarij hæretici errores & condemnatio, D. p. 71. col. 2. d
Macarij aſſertio & eius denudatio, D. p. 72. col. 2. d c
Macarius Hieroſolymitanus quo tempore eijciatur, D. p. 68. col. 2. d
Macedonij condemnatio in ſynodo conſtantinopolitana, D. p. 58. col. 2. e
Maiores domus qui dicantur, D. p. 166. col. 1. a
Maiuma quid S. 97. col. 2. b
Malos plures eſſe non mirandum, D. p. 132. col. 1. a
Malum minus non eligere licet vt alius à maiore deſiſtat, D. p. 22. col. 2. d
Malum minus eligendum, Si duo mala occurrant, D. p. 22. col. 2. a b c
Malum an poſſit perpetrari, D. p. 22. col. 2. a
Mandata de prouidendo quibus de cauſis inſtituta ſint, B. 79. col. 1. c & ſeqq.
Mandata de prouidendo ſi plures impetrauerint quid iuris, B. 82. col. 2. d. & ſeqq. quomodo

extinguantur 83. & ſeqq.
Manicata tonicaquid, D, 315. col. 1. b
Manſiones quid? & quando Epiſcopus non habeat ius exigendi vt pretio redimantur, D. p. 203. col. 1. a & ſeqq.
Manſuetus nec percuſſor debet eſſe clericus, D. p. 131. col. 1. e d
Manus impoſitio quando fieri debeat, D, p. 142. col. 2. b
Mappola quid, D, p. 168. col. 2. b
Marcellina propter quid condemnata ſit, D. p. 78. col. 1. e
Maranatba vnde vox iſta, S, 91. col. 2. e
Martianus venit ad ſinodum, D, p. 65. col. 2. d
Martyras & confeſſores quomodo ſint Athletæ, S, 120. col. a. b
Martyrum hiſtoria paſſio vocabatur à veteribus idq; oſtenditur multis exemplis, D. p. 98, col. e & ſeqq. col.
Mathematicos conſulere non licet, D. 245. col. 2. e & ſeqq.
Maticenſes ſynodi, D. p. 96. col. a. c d
Matrem aut ſororem aut amitam poſſunt habere ſecum clerici, D, 121. col. 1. b
Matricularię mulieres quæ fuerint, D, p. 121. col. 2. e, d
Matrimonium prohibetur inter Patrem ſuſcepti in baptiſmo & ſuſceptricem, matrem ſuſcepti & ſuſceptorem, D, 306. col. a. e inter Patrinos & matrinas, ibid. ſuſceptorem & filiolam ibid. inter baptiſantem & baptiſatum 16. 308. col. a. a
Matrimonium in lege naturæ eſt quid legitimum, D, p. 117. col. 2. d
Matrimonio copulantur ſacerdotes orientales, non autem occidentales, D, p. 120. col. 1. e
Matrimonia ſeruorum & ingenuorum cum ſeruis an valeant, D. 305. col. 1. e & ſeqq.
Matrimonium contractum à ſanctimonialibus poſt votum an ſit adulterium, D, p. 288. col. 2. a & ſeqq.
Matrimonium definitur, D, p. 293. col. 1. e & ſeqq.
Matrimonium, poſt votum, an diſſoluendum, D, p, 118. col. 2. d
Matrimonium, an ſit inſtitutum propter alios fines quam liberorum generationem, D. p. 326. col 2. c. & ſeqq.
Matrimonia fidelis cum infideli non ſunt nulla, D. 303. col. 1. e
de Matrimonio filiorum ſine conſenſu Patris facto duæ propoſitiones ſolemnes proponuntur, D. 313. col. 1, a & ſeqq.
Magica deliramenta damnata, D, p, 107. col. 1. a b c & ſeqq.
Magiſtratuum carnalium eſt occidere homines vt puta noxios, D, 257. col. 1. e & ſeqq.
Maximi Epiſcopi conſtantinopolitani baptima & electio, D, p, 59. col. 1. b e
Maximus Antiochenus rogat pro domino, D, p. 66. col. 1. a
Mendacium non in ſolis verbis ſed in operibus & cogitationibus eſt, D, 230. col. 1. d & ſeq.
Mendacium nullum putandum non eſſe peccatum & probatur D, 228. col. 2. e & ſeqq.
Melanius Redonenſis Epiſcopus author concilij Aurelianenſis, D, p. 96, col. 1. e
Meretricem ducere in vxorem an ſit laudabile, D. 322. col. 2. d & ſeqq.
Meſſaliani reuelationes falſæ, D. p. 99. col. 1. e
Meſſalianiſtæ quomodo condemnati, D, p. 64. col. 1. e
Metropolitanarum Eccleſiarum diuiſiones multæ factæ ſunt & qua ratione, D. p. 181. & 182. col. 1. a b c & ſeqq.
Metropolitanus & primas quando inter Epiſcopus iudicent, D, p, 198. col. 1. b
Metropolis prouinciarum occidentis deſcribitur ibid.
Metropolitani qui & Archiepiſcopi in dignitate ſequantur Patriarchas, b 15, col. 1. e. & ſeqq. & ſi eis debeatur reuerentia ab Epiſcopis, nil tamen poſſunt facere eorum quæ ad Prouinciam pertinent ſine conſilio Epiſcoporum comprouincialium. e. iora eorum & electio 16, iuriſdictionis nota eſt pallium 16.
Metropolitani vnam prouinciam in duas diuidere non poſſunt, D. p. 180. col. 2.
Metropolitani nihil exigere debent ab Epiſcopis venientibus ad ſynodum, D. p. 52. col. 1. a
Militate non delictum, ſed propter prædam militare, peccatum eſt d. 231. col. 2. b
Milites arma proiicientes quomodo puniendi, D p. 47. col. 2. a
Milites non poſſunt ordinari, D, p. 136. col. 2. c & p. 138.
Militia an fuerit prohibita Chriſtianis, D. p. 137. col. 1. a b
Milites proijcientes arma in pace, quomodo placuerit abſtinere eos à communione, D. p, 137. col. 1. d
Miſſa an ſit & fiat verum ſacrificium corporis Chriſti D. 450. col. 2. a & ſeqq.
Miſſæ nomen vnde ſit dictum, D. 440. eius fuerunt diuerſa nomina ibid. a & ſeqq.
Miſſæ an nominatim pro mortuis eorumque ſalute fierent & fieri poſſent, d. 449. col. 2. d & ſeqq.
Miſſas cantare non licet niſi in locis ſacratis, d 441. col, a. b. & ſeqq. dici debent in tota Prouincia eô ordine quô in metropolitana, ibid. non niſi à ieiunis hominibus celebrari debent ibid. ante horam diei tertiam non ſunt celebrandæ, D. 441. b ſufficit ſacerdoti in vna die vnam miſſam celebrare ibid. aliæ de ea conſtitutiones ibid.
Miſericordiæ quæ menſura debeat eſſe, & quid conſiderandum in largiendo, D. 163. col. 2. a
Miſericordia Dei multiplex, lapſibus ſubuenis humanis & quomodo, D 336 col. 1. d. & ſeq.
Montani, Priſcillæ, & Maximillæ opuſcula apocrypha, D p. 99. col 1. d e
Monachicæ vitæ propoſitum non debet impediri ab Epiſcopo, D. p. 149. col. a. a b
Monachi an ſint in hierarchia Eccleſiaſtica, S. 33. col. a. e & ſeqq. Monachi quinque modis conſiderandi ibid. vſque ad p. 44 quomodo à ſummo Pontifice delegentur ad prædicandum vel rationes peccatorum audiendas, p. 41. d & ſeqq. col. 2. an quatenus delegari pertineant ad Hierarchiam Eccleſiaſticam.
Monachi intra tempus tonſurentur, an habeant teſtandi licentiam, D. 124. col. 2. b
Monachus factus in ægritudine non cenſetur monachus D p. 141. col. 1. a
Monachi ad officia Eccleſiaſtica quomodo promoueantur D. p. 141. col. 1. b

Monachorum ſtatus à Deo inſpiratus ab Apoſtolis fundatus, & à SS. Patribus exeultus, B, 18. col. 1. e & ſeqq. illorum origo & laudes 19. a & ſeqq.
Monachi profeſſi ſi apoſtatauerint quomodo pœnitentiam agere debeant, D, p. 134. col. 2. a
Monachi potuerunt loqui in ſinodo non ſubſcribere, D. p. 75. col. 2. d e
Monachi proprio propoſito facti non poſſunt deſerere, D, 225. col. 2. b
Monachi quomodo poſſint tranſire ad aliud monaſterium, D. 225. col. 2. d
Monachi gloriam Athletæ merentur, S. 120. col. 2. d
Monachi alij valdè boni, alij valdè mali, D. p. 132. col. 1. a
Monachi interfuerunt concilij iuſſo imperatoris D. p. 55. col. 2, a b
Monachus quis eſſe debeat & in quibus diſtinguantur à clerico, D. p. 214. col. 1. b. & ſeq. non docentis ſed plangentis habet officium ibid. habent eandem immunitatem quam habent Clerici ibid. p. 215. a
Monachus factus Epiſcopus, tanquam legitimus hæres vocari poteſt ad paternam hæreditatem, D. p. 225. col. 2. e
Monaſteria duplicia probibita ſunt, D. p. 222. col. 2. d & ſeqq.
Mores boni præferendi ſunt eloquentiæ, D, p. 127, col. 1. d
Mores & ſcientia eorum qui promouendi ſunt ad beneficia quales eſſe debeant b 43. col. 2. a & ſeqq.
Moribundis quibus caſibus communio neganda, D, p. 44. col. 2. b
Morienti in peccato an dimiſſa ante peccata reputentur ad pœnam, D, 359 col. 2. e & ſeqq.
Moris præbibendi ad inuicem vbi mentio fiat, D, p. 130. col. 1. e
Mortuos fideles accipere poſſe gratiam remiſſionis per indulgentias probatur toto tit. de indulgentiis, D, p. 417. & ſeqq.
Mortui an poſſint excommunicari, D. p. 70. col. 2. a
Mortuus an poſſit excommunicari, D. 239. col. 2. c & ſeqq.
Motum barbariſmus potius quam ſermonis fugiendus, D, p. 127. col. 2. a
Moyſen imitari debet Pontifex, D. p. 125 col. 1. e
Moyſes eruditus eſt literis Ægyptiorum, D, p, 126. col. 2. a
Mulier in ſynodo ſedere poteſt D, p. 76. col. 1. a
Mulieres in domum ſuam introducere an liceat clericis, D. 325. col. 1. b & ſeqq.
Mulier an nubere poſſit viuo marito, eum mortuum credens, D. 343. col. 1. b. & ſeqq. rapta redire debet ad maritum ibid.
Mulier intra paradiſum facta quid doceat, D, p, 128. col. 1. d.
Mulieris maritum ſine cauſa relinquentis & nubentis pœna, D. p. 44. col. 2. b
Mulierum & virorum cohabitatio an ſit fugienda, D. 324. col. 1. a & ſeqq
Mulier enixa poſt quot dies Eccleſiam intrare debeat, D. p. 8. col. 1. c
Muneribus publicis occupati cur non poſſint ordinari, D. p. 137. col. 2. c d
Muſarum & paupertatis inimicitiæ exponuntur, S. 132. & ſeqq.
Mutatio loci, interdum conuerſis valet pro animæ ſalute, D. p. 159. col. 2. e
Mutatio ſententiæ Romanæ ſedis in quibus maximè locum habere poſſit, 337. col. 1. a & ſeqq.

N

Naturam vnam in Chriſto eſſe docebat Eutyches, D. p. 65 col. 1. b
Nectarij Epiſcopi electio, D, p. 59. col. 2. a b
Negligentia rectorum arguitur, D. p. 162 col. 2. e & ſeqq.
Negligentia eruditionis nouerca, D. p. 161. col. 1. d
Negotia alia ſunt ſecularia alia Eccleſiaſtica, D, p. 164. col. 2. e
Neocæſareæ Epiſcopus quomodo receptus, D, p. 76.
Neocæſarienſis concilij tempus, canones, author, & authoritas, D. p. 86. col. 2. a b
de Neophytis, D. 518. col. 1. b & ſeqq.
Nepotis liber apocrypus, D, p. 101. col. 1. e
Neophyti ordinari prohibentur & quid ſit Neophytus, D, p. 132. col. 1. c
Neſcientem, crimen alienum non maculat, D, p. 190. col. 1. e
Neſtorij hæreſis quæ & vbi condemnata, D. p. 61. col. 1. c d
Neſtorius ter vocatus ad ſynodum Epheſinam, D, p. 63. col. 1. a
Neſtorij Epiſtolæ lectæ in ſynodo epheſina, D. p. 63. col. 1. a
Nicænæ ſinodi canonis ſexti expoſitio, S, 158. col. 2. b & ſeqq.
Nicæna ſinodus quando fuit & eius hiſtoria, D, p. 75. col. 1. d
Nicæni & nicomedienſis Epiſcopi quæſtio de de metropoli, D, p. 66. col col. 1. b
Nicolaus primus Papa anathematiſatur à Photio, D p. 79. col. 1. e
Nicolaus primus mittit legatos conſtantinopolim & cur, D, p. 79. col. 1. a b e
Nobiliſſimatus dignitas à quo collata fuerit, S. 96. col. 1. e & ſeqq.
Nominationum forma quæ ſit, B, 86. col. 1. e & ſeqq. quænam in literis nominationis exprimenda ſint, 16. apud quos oporteat nominare ib. quomodo poſſeſſio & inſinuatio nominationum requirantur ibid, quid agere debeant nominati poſtquam inſinuatis nominationibus beneficia vacauerint ibid. quinam ſint effectus ibid. quis inter plures nominatos potior eſſe debeat, 57. a & ſeqq.
Nominationis Regiæ ius explicatur, B. 85. col. 1. b & ſeqq.
Nominationes Scholaſticæ cur conceſſæ fuerint, B. 86. col. 1, c & ſeqq. nominationum origo vnde profluxerit, B. 86. col, 2. c & ſeq.
Notarij an fuerint ſenatores, S. 97. col. 2. d
Notarij ſeptem an & cur facti fuerint à clemente S, 93. col. 1. d & ſeqq.
Nouatus & Nouatianus eius ſectarius, quam negarint pænitentiam, D 361. col. 1. d & ſeqq.
Nouatus erat Epiſcopus Africæ ibid.
Nouatiani quid crediderint de pœnitentia, D. 257. col. 1. e & ſeqq.
Nouatianorum error quo tempore ortus & quo conſilio condemnatus, D. p. 43 col. 1. b

Nouatianus Preſbyter erat Eccleſiæ Romanæ. ibid. quid mouerit illum ad illam hæreſim inducendam, D.362. col. 1. e. & ſeqq.

Nubere alteri quibus caſibus liceat, D. p. 43. col. 1. c.

Nubere an liceat fideli aut infideli qui ſe inuicem dimiſerunt, D.300. col.1.d. & ſeqq.

Nupta biduò vel triduò abſtinebat à vino & orationi vacabat ante concubitum, D. 312. col. 2 c.

Nuptiæ cum infidelibus an ſint veræ, D.298. col. 1. d. & ſeqq.

Nuptiarum opera ſi non verecunde fiant, immunditia & luxuria eſt, D 328. col 1 B.

Nuptias an licuerit Iudæis cum infidelibus contrahere, D 302. col. 2. a & ſeq.

Nuptias contrahere an potuerint pœnitentes publici, D.535. col. 1. a. & ſeqq.

Nuptiæ inter adulterum & adulteram an ſint validæ, D. 320.col.2.a.& ſeqq. & in hac re multæ afferuntur diſtinctiones. ibid.

Nuptiis ſecundis copulatus non poteſt ordinari, D. 122. col. 1. b.

Nuptiæ in qua coniunctione conſiſtant antmorum an corporum, D.291.col.1.c.& ſeqq.

Nuptias an liceat Chriſtianis contrahere cum Iudæo, D.303.col. 2. c. & ſeqq.

Nuptias an Catholicus poſſit contrahere cum hæretico, D 303. col. 1.d.& ſeqq.

Nuptiarum prohibitiones ſecundum gradus cognationum explicantur, D. 349. col. 1. a. & ſeqq.

Nuptiæ ſecundæ & tertiæ permiſſæ propter incontinentiam, D.321. col. 1. a. & ſeqq. ſecundum veritatis rationem verè eſt fornicatio. ibid.

Nuptiæ clandeſtinæ quot modis dicantur, D. 309.col.2. c.& ſeqq.

Nuptiæ cur in Eccleſia fiant per benedictionem, D. 310. col. 2. e. & ſeqq. publicè. in facie Eccleſiæ. ibid. cumque aliis ſolemnitatibus. ib.

O.

Obedientia quæ debeat eſſe inter ordines, D.p.167.col.1.d.

Obediendum magis Deo quàm hominibus, D. p.10.col.2.c.

Obedire Regibus pactum eſt ſocietatis humanæ, D.p.10.col.2 b.

Oblationum & primitiarum ius ad ius diuinum ſiue naturale refertur, B.2.col.2.d.& ſeqq.

Oblatio quid ſignificet in quibuſdam canonibus, S.81.col.1.d. & ſeqq.

Oblationes diſſidentium fratrum non recipiuntur, D p.166.col.1.d.

Oblationes iuris diuini eſſe conſtat & in vſum Sacerdotum cedere, B.21. col. 2. e. & ſeqq. earum quantitas nec qualitas non fuit determinata. ibid. fiebant pro mortuis. 23. c. & multis aliis de cauſis. c.

Oeconomus habendus in vnaquaque Eccleſiâ quæ habet Epiſcopum, D p.165.col.2.b. functiones eius, ibid.

Officia Eccleſiæ quæ ſint, B. 18. col. 2. b.

Officialis quomodo reſtituere debeat quæ ſupra modum accepit, D.p.211.col.2.d.

Officia plura vni dari non debent & quare, D. p. 165 col. 2. b.c.

Officium horarum eſt penſum ſeruientis clericorum, D.p.166.col.2.a.

Officium clericorum quomodo obſeruetur, D. 525. col.1.b. & ſeqq.

Officium Eccleſiaſticum valdè antiquum quod habemus, D.p.164 col.1.e.

Officium beatæ Mariæ fuit apud Græcos & dicebatur mariale. S.103. col. 1. e. non conſtat de tempore quo cœpit. ibid.

Occidens diuiſus in ſex diœceſes & duos præfectos prætorio. S. 142. b. prouinciæ earum enumerantur. col 2.

Occidere non licet nec alium ſuapte voluntate nec ſeipſum, D p. 238. col. 1 a. & ſeqq. exceptis quibuſdam. ibid.

Occidentalium tomus quis ſit explicatur, D. p. 61.col. 1.e.

Occidentis vicarij qui fuerint, S.145. col. 1. b. & ſeqq.

Occultes Preſbyterorum quomodo puniendi, D p.221.col.1.e. & ſeqq.

Onera beneficiorum vel realia ſunt vel ſpiritualia, B. 92.col.2.e. & ſeqq. & ſpiritualia ſunt in duplici differentia. a. & ſeqq.

Opera mortua ſeu facta in peccato non viuificantur licet ſint bona, D.404.col.2.a.& ſeqq.

Opera bona facta in gratiâ an per peccatum mortale ita obliterentur vt per ſequentem pœnitentiam non reuiuiſcant, D. 404. col. 1. a.& ſeqq.

Orandū pro ſummo Pontifice ſi malus in moribus, & non ideo eſt iudicandus, D. p. 128. col. 2. a.

Oraria quid erant, D.p. 115. col.2.a.

Oraria qui ferre non poterant, D p.115.col.2. d.

Orarium an ſoli Preſbyteri habeant. D. p. 114. col. 2. b.

Oratio Chriſtianorum Athletica eſt, S.121.col. 1. d.

Oratio plurimum commendatur pœnitentibus & quanta ſit vis illius ad Deum, D 385. col. 2. b. & ſeqq. fieri debet de profundis.386.col. 1.e. laborandum vt ſana ſit mens ad Deum in oratione. ibid. col. 2. b. oportet vt ardeat amore Dei. ibid. fiat ſemper tanquam in conſpectu Dei. ibid.e. orationes iaculatoriæ maximè placent Deo. ibid.

Orbis totius diœceſes regebant quatuor præfecti prætorio, S.144 col. b.

Ordinandi pſalmos tenere debent, D. p.127.col. 1. a.

Ordinandis clericis quid inculcandum, D. p. 126.col.2.e.

Ordinandis & ordinatis qui libri ſint addiſcendi. D. p. 127.col. 1.

Ordinandorum mores quales eſſe debeant, B.43. col. 2. b.& ſeqq.

Ordinari nullus debet ſine longa vitæ probatione, D. p.143. col. 1.e.

Ordinatus, ſi non diuerſis modis ſed vno codemque modo pluribus contulerit, quid iuris ſtatuendum, B 65. col.2. e. & ſeqq.

Ordinari nemo debet inuitus ſiue ad ordines ſacros ſiue ad dignitates Eccleſiaſticas, D.p.154. col. 1.c.

Ordinare aliquem ſine titulo an ſit permiſſum, D. p.148.col.2.a.

Ordinare non licet quemquam ſine ſui Epiſcopi litteris, D.p.149.col.2.d.

Ordinati ab alieno Epiſcopo quomodo recipiendi, D. p.101.col.1. d.
Ordinate ad ordines eſt aſcendendum, D. p.143. col. 2. d.
Ordinationis impedimenta diuerſa, D. p. 124. col. 1. b. c. d. & ſeq.
Ordinationes Epiſcoporum quando factæ in Eccleſiâ, D. p.36. col 2. b.
Ordinatio Preſbyterorum quomodo fiat, D. p. 114. col. 1. c.
Ordinationis multa impedimenta deſignantur, D. p. 139. col. 2. e.
Ordinationes à Paſcha ad Pentecoſtes cur non fiant D. p.135. col.2. d.
Ordinationes clericorum quomodo fiant, D. p. 112. col. 2. a.
Ordinatio Epiſcopi Epheſi à quo fieri debuerit, D. p.76. col. 1. b.
Ordinatio Epiſcoporum quomodo fieret, D. p. 113. col. 2. d.
Ordinationes factas eſſe, vel à Patriarchis vel ab eorum vicariis poſt primas ordinationes factas à Chriſto & à Petro, oſtenditur, B. 27. col. 1. c. & ſeqq.
Ordinatus nihil habens niſi ex re Eccleſiæ, ſi aliquid acquiſierit nomine ſuo, inuaſor eſt, D. p. 208. col. 2. e. & ſeqq.
Ordinatus ab alio quàm à proprio Epiſcopo an gaudeat priuilegio clericali, B. 48. col. 1. b. & ſeqq. an ipſo iure ſuſpendatur ab ordinis executione, ibid. d. & ſeqq.
Ordinatus & ordinator quando dignitatem amittere debeant, D p.159. col. 2. d.
Ordinationis tempora an poſſint mutari, D. p. 156 col. 2. a. b. & ſeq.
Ordines tres eorum qui ad Eccleſiam Catholicam accedunt, D p.4. col. 1. d.
Ordines minores & Tonſura quo tempore conferri poſſint, D p 155. col. 2. e.
Ordines ſacri non omni tempore conferuntur ſed quatuor anni temporibus, D. p. 156. col. 1. b.
Ordines duo ſacri an ſimul ſuſcipi poſſint, D. p. 156. col. 2. e.
Ordinis cuiuſque tempus in quo quis manere debeat deſignatur, D. p. 157. col. 1. a b.
Ordinandorum ætas quæ debeat eſſe, D. p.157. col. 1. e.
Ordines qui requirantur in iis qui ad beneficia ſunt inſtituendi, B. 47. col. 1. d. & ſeqq.
Ordinibus aſſequendis quæ ætas præſcribatur, B. 45. col. 1. a. & ſeqq.
Ordinum diſtinctio & prærogatiuæ deſignantur, D. p.369. col. 1. a. & ſeq.
Ordo naturalis eſt in hominibus vt ſeruiant fœminæ viris, filij parentibus, & minor maiori, D. 341. col. 2. b. & ſeqq.
Orientales Epiſcopos ab Occidentalibus iudicari legem eſſe dicebant Arriani, D. p. col. 2. b.
Orientis vicarij qui fuerint, S. 144. col. 1. e. ſeqq.
Oriens diuiſus eſt in ſeptem diœceſes & duos præfectos prætorio, S. 141. col. 1. e. & ſeqq.
Orientis deinceps diœceſes diuiſæ in prouincias, ibid. 14 . prouinciæ earum enumerantur. ib. metropolis prouinciarum cuiuſque diœceſis orientis aſſignatur. 143.
Origenes ſe caſtrauit vt libidinem ſuperaret, S. 121. ideo fuit doloſus Athleta. ibid. col. 2. b.
Origenes iubente Iuſtiniano damnatus, D. p. 67. col. 1. b.
Origenis errores an agitati ſint ſimul cum tribus capitulis, D. p.69. col. 2. e.
Originale peccatum quomodo ex vno in omnes tranſierit, D. 499. col. 2. a. & ſeqq.
Oſius & alij anathematizant Epiſcopos orientales, D. p. 89. col. 1. b.

P

PAlea quid, D. p. 8. col. 2. d.
Palla quid ſit, D. 433. col. 2. b. & ſeqq.
Pallium ſicut tradebatur metropol. ad executionem officij, ita ad eiuſdem ademptionem auferebatur, D. p.180 col. 1 e.
Pallij vſus conceſſus quibuſdam Epiſcopis, D. p.178. col. 1. e. eiuſdem priuilegia. p.179. a.
Pallij myſticæ quædam rationes, S. 97. col. 1. b. c.
Pallium petere debent metropolitani poſt conſecrationem, D. p.178. col. 1. d.
Pallium petendi forma, B. 15. col. 2. c. & ſeqq. ipſius pallij forma quæ ſit ib. d. & ſeqq. à ſolo Apoſtolico datur. 16. b.
Panis & vinum fiunt corpus Chriſti per ſanctificationem & conſecrationem verborum, D. 463. col. 1. e. & ſeqq.
Panormia cui tribuatur, D. p.104. col 2. b.
Papa confirmat concilia generalia, D. p. 48. col. 2. b.
Papæ legati præſunt in conciliis, D. p. 48. col. 2. e.
Papa adhuc ſuperſtite, de electione alterius non licet loqui aut partes facere, D. p. 198. col. 2. d.
Papa poteſt Clericos de quacumque diœceſi conuocare, D. p.188. col. 2. c.
Papatus eſt ſumma dignitas quæ alias omnes amplectitur & antecedit, B. 7. col. 1. e. & ſeqq. idque probatur. ibid.
Paphnutius confeſſor Nicænæ ſynodo ſuaſit ne poneret legem inter Clericos ſuper abſtinentia coniugali, D. p.120. col. 1. e.
Parentes primi an potuerint peccare ante præceptum & legem de non comedendo fructu, D. 251. col. 1. d. & ſeqq.
Parentibus conceſſum eſt filios ſuos tradere monaſterio, eos tamen cogere non poſſunt, D. 286. col. 1. a. & ſeqq.
Parentes offerre debent infantes ſub plurimorum teſtimonio, D. 225. col. 1. a. quando illos non poſſint prohibere & quando poſſint. ib.
Parentes prius paſcere debemus quàm alios, D. p.163. col. 2. d.
Pariſienſis Eccleſia è Senonenſis ditione ſubtracta & qua ratione id factum ſit, dicitur, D. p. 181. col. 1. b.
Parochiæ & diœceſes termini non ſunt inuadendi, D. p. 209. col. 2. b. & ſeqq. ibique agitur de poſſeſſione tricennali.
Paſcha dominica quo die & quo tempore obſeruanda, D. p. 45. col. 2. d. e.
Paſchatis diem quotannis ſignificare an fuerit antiquus ritus Eccleſiæ, S 85. col. 1. e. & ſeqq.
Paſchæ ſolemnitas vbi & quo tempore celebranda, D. 491. col. 1. d & ſeqq.
Paſtor placere lupis non debet, D. p.162. col. 1. d.
Paſtoralis liber, D. Gregor. quanti habitus in

Gallias, S. 99. col. c.

Pater an poſſit filium ſuum impuberem monaſterio delegare, D. 214. col. 2. d. & ſeqq.

Pater & filius an ſimilia poſſint obtinere beneficia in eadem Eccleſia, B. 41. col. 1. e. & ſeqq.

Patiens & perſeuerans Athleta eſt, S. 121. col. 2. d.

Patriarchæ nomen commune factum eſſe exarchis obſeruandum, D. p. 177. col. 2. c.

Patriarchas Apoſtolis comparare videtur Dionyſius Areopag. D. p. 112. col. 1. b.

Patriarcha Conſtantinopol. procœmium facit in ſynodo Nicæna 2. D. p. 72. col. 2. c.

Patriarchæ quando ius ordinandi habuerint, B. 26. col. 1. a. & ſeqq.

Patriarchales Eccleſiæ qua ratione amiſerint aliquot Epiſcopatus ad nouas inſtituendas, D. p. 181. col. 2. b. & ſeq.

Patriarchales Eccleſiæ non ſtatim tempore, D. Petri fuerunt Patriarchales. b. 25. col. 2. e.

Patriarchæ Conſtantinopolitani confirmatio ad quem pertinnerit, S. 103. col. 2. c.

Patriarcharum & metropolitanorum priuilegia quæ, D. p. 38. col. 2. d.

Patriarchæ ſeu Primates in dignitate ſequuntur Papam & Cardinales, B. 14. col. 2. e. & ſeqq.

Patriarchæ Conſtantinopolitani primatus ſine iuriſdictione difficultas explicatur, D. p. 60. col. 1. e. & ſeq.

Patriarchæ dicuntur Archiepiſcopi, D. p. 110.

Patricij reſidebant in ſynodis, D. p. 35. col. 1. a. b.

Patricij an prælati fuerint præfectis prætorio, S. 96. col. 2. & an patriciis nullus prælatus fuerit. ibid.

Patrimonij an ſit mentio facienda in reſcriptis ad beneficia, B. 77. col. 1. b.

Patrinus eſſe non poteſt in baptiſmo qui non eſt baptizatus, D. 506. col. 2. b.

Patres in conciliis nullo modo errare potuerunt, D. p. 25. col. 2. b.

Patrum opuſcula quæ in Eccleſia Catholica recipiantur, D. p. 97. col. 1. e.

Patrum codices in ſynodis ponebantur, D. p. 35. col. 2. d.

Patronatus ius in quibus conſiſtat, B. 68. col. 2. b. & ſeqq. patronorum duo ſunt genera. 69. col. 1. b. & ſeqq. & totus [illegible] quædam ſunt. ibid.

Paulus Samoſatenus quid ſenſerit & qua ſynodo condemnatus, D. p. 41. col. 2. d. & p. 42. a. b.

Paulus Samoſatenus an primus habuerit ſecretum & ſecretarios, S. 94. col. 2. a.

Pauperum ſollicitudo ad Pontificalem conſcientiam pertinet maxime viduarum & orphanorum, D. p. 164. col. 1. c.

Pauperibus & infirmis Epiſcopus victum & veſtitum largiri debet, D. p. 161. col. 2. c.

Peccata quomodo verè pœnitens conſiderare debeat, D. 340. col. 1. c. & ſeqq.

Peccata erant propter quæ concedebatur pœnitentia ſed communio denegabatur, D. 257. col. 2. e. & ſeqq.

Peccata odio habenda non homines, D. p. 163. col. 1. a.

Peccata ſunt quædam quæ poſt mortem extinguuntur, D. 421. col. 1. e. & ſeqq.

Peccata omnia etiam minima confitendum eſt, D. 260. col. 2. e. & ſeqq.

Peccata grauiora eſſe eorum qui ſunt in Euangelio quam eorum qui in lege Moyſis poſiti ſunt probatur, D. p. 254. col. 1. c. & ſeqq.

Peccata an omnia ſint remiſſibilia per pœnitentiam, D. 256. col. 1. b. & ſeqq.

Peccantium multitudo & peccantium paucitas quomodo corrigenda, D. p. 150. col. 1. a.

Peccatores omnes arcebantur à communione donec pœnitentiam egiſſent, D. 162. col. 2. b. & ſeqq.

Peccatores an agere debeant pœnitentiam ante communionem, D. 277. col. 2. a. & ſeqq.

Peccatores magni ponuntur inter Energumenos, D. p. 123. col. 1. a.

Peccatum remiſſum per pœnitentiam commiſſo nouo peccato an redeat ſaltem quoad pœnam, D. col. 2. d. & ſeqq.

Peccatum mortale per confeſſionem fit veniale, D. 411. col. 1. d.

Peccatum quantumuis graue, poſſe remitti Eccleſiæ fides eſt, S. 54. col. 1. c. & ſeqq.

Peccatum contra naturam eſt omnium peſſimum, D. 331. col. 2. e. & ſeqq.

Peccatum quomodo corruperit in nobis imaginem Dei, D. 253. col. 2. e. & ſeqq.

Peccatum punitur propter varias cauſas, D. 417. col. 1. e. & ſeqq.

Peccatum animale quid ſit, D. p. 132. col. 1. c. d.

Peccatum in Spiritum ſanctum an ſit irremiſſibile, S. 55. col. 1. c. & ſeqq. an alia ſint peccata irremiſſibilia. ibid.

Peccatum quando voluntarium & quando inuoluntarium, D. p. 212. col. 1. d. & ſeqq.

Peccatum voluntarium quomodo per baptiſmum tollatur, D. 502. col. 1. b. & ſeqq.

Peierare nemo compulſus debet, D. 250. col. 1. a. illius pœna & eius qui induxit in periurium, ibid.

Pelagius ſucceſſor Vigilij vexatus, D. p. 70. col. 2. c.

Pelagius quo tempore factus Epiſcopus Romanus & cur, D. p. 71. col. 2. e.

Penſiones quando in beneficij collationibus retineri poſſint, B. 52. col. 1. d. & ſeqq. earum diuiſio, col. 2. a. & ſeqq.

Penſio cur non ſit beneficium, B. 6. col. 2. d.

Periurium quid ſit, B. [illegible] col. 2. a. & ſeqq.

Permutatio beneficiorum an fieri poſſit & quomodo, B. 103. col. 1. e. & ſeqq.

Petrus ſupremum decus & antiquiſſimū Theologorum columen dicitur, B. 8. col. 2. b. primatum tenuiſſe in Eccleſia oſtenditur. ib.

Perſonas duas in Chriſto Neſtorius aſſerebat, D. p. 62. col. 1. e.

Perſarum Regina an ſuſceperit ſacra Chriſtiana, S. 102. col. 1. a.

Perſonatus & dignitas diſtinguntur, B. 18. col. 1. e.

Perſonarum varietas & diuerſa officia fortitudinem & venuſtatem Eccleſiæ manifeſtant, D. p. 165. col. 1. c.

Petri Eccleſia prima fuit, D. p. 110. col. 2. c.

Petro ſoli quando data ſit poteſtas & quomodo tunc ſtatus Eccleſiæ mutatus ſit, S. 14. col. 1. a. & ſeqq. hanc poteſtatem illi datam eſſe ſingulari modo oſtenditur. ibid. e. & ſeq. vſque ad p. 19. rationes redduntur propter quas Deus voluerit ſuam Eccleſiam eſſe aliquo tempore ſub vno Epiſcopo.

Philippopoli concilium priuatum fit ab Epiſcopis Orientalibus propter Athanaſium, D. p. 89. col. 1. b.

Philippus Viennenſis Epiſcopus author Lugdunenſis ſynodi, D. p. 96. col 2. e.

Philomenæ prophetia falſa, D. p. 99 col. 1. d.

Photius ad ſynodum venit nec ad interrogata reſpondet, D. p. 80. col. 1. d.

Photius in exilio ſemper quid molitus contra Ignatium, D. p. 84. col. 1. a. venit ad Imperatoris amicitiam. ibid. b. voluit abſolui ab Ignatio. ib. b. mortuo Ignatio triduo ſedem occupat. ibid.

Photius in ſynodum introducitur, D. p. 81. col. 1. b.

Photius depoſitus poſt mortem Ignatij, D. p. 78. col. 1. d.

Phylacteria quid? D. p. 104. col. 2. c.

Phylacteria quomodo prohibita, D. p. 106. col. 1. a. b. & ſeq.

Picturas in Eccleſia eſſe non debere quando placuit, D. p 45. col. 1. b.

Pittacia quid, D. p. 105. col. 2. e.

Plebiſcitum quid, D. p. 3. col. 2. d.

Plenitudo poteſtatis ſoli Petro data eſt à Deo, B. 51. col. 2. c. & ſeqq. eius effectus. ibid.

Pluralitas beneficiorum an prohibeatur, B. 95. col. 1. d & ſeqq.

Pœnæ genus triplex pro peccatis, D. 423. col. 2. c. & ſeqq.

Pœnam peccato deberi oſtenditur, D. 417. col. 1. e. & ſeqq.

Pœna productior eſt quam culpa, D. 268. col. 1. e. & ſeqq.

Pœnæ poſt mortem luendæ quæ ſint, D. 412. col. 2. e. & ſeqq.

in Pœnitentia duo præcipua ſunt dolore de peccato commiſſo & iterum illud non committere, D. 339. col. 1. a. & ſeqq. pœna durat poſt peccatum dimiſſum. col. 2. d.

Pœnitentes alieni à communione non ſunt proptereà vere excommunicati, D. 265. col. 1. b. & ſeqq. pœnitentia petebatur à verè pœnitentibus. ibid.

Pœnitentia indicebatur à Sacerdote poſt confeſſionem peccatorum, D. 263. col. 1. e. & ſeqq. data vocabatur accepta. col. 2. e. item profeſſa. ibid.

Pœnitentiam qui acceperant dicebantur in pœnitentia poſiti, D. 264. col. 1. e.

Pœnitentia fuit duplex vna publica alia priuata, D. p. 264. col. 1. d. & ſeqq. quæ debebat eſſe occulta aliquando erat publica. ibid.

Pœnitentia publica non poterat omnibus imponi etiam publice peccantibus, D. p. 264. col. 2. d. & ſeqq.

Pœnitentia quid ſit & quotuplex, D. 366. col. 1. a. & ſeqq. neceſſaria eſt ad ſalutem. col. 1. e. & ſeqq. quatuor eius ſunt partes. 367. col. 2. e & ſeqq.

Penitentia publica quando ab vſu receſſerit in Gallia in quibuſdam locis, D. 269. col. 1. a. & ſeqq. cur? ibid.

Pœnitentiæ gradus plures ſeu plura loca, D. p. 522. col. 1. e.

pœnitentiæ præmium remiſſio peccatorum, D. 267. col. 1. b. & ſeqq. an acciperetur ſine remiſſione. ibid. col. 2. a. & ſeqq. an morientes ante reconciliationem in pace quieſcerent. ib.

Pœnitentiam negatam fuiſſe priſcis temporibus quadam potius ſeueritate quàm fide Eccleſiæ oſtenditur, S. 56. col. 1. d. & ſeqq. hæc ſeueritas quando relaxari cœperit. col. 2. e. & ſeqq.

Pœnitentia, licet quædam fuerit publica, eius tamen confeſſio non erat publica, S. 59. col. 2. 6. & ſeqq.

Pœnitentia quatenus complectitur ſatisfactionis labores vel eſt publica vel priuata, S. 58. col. 2. d. & ſeqq. publica ex iudicio Epiſcopi pro ratione criminis dabatur. ibid.

Pœnitentiam eſſe ſacramentum & per eam dimitti peccata oſtenditur contra ſectam noſtrorum temporum, D. 365. col. 1. a. & ſeqq. nunqam eſſe clauſam & ſemper dari poſſe. ib. e. & ſeqq.

Pœnitentia, cùm dabatur, non etiam dabatur communio, ſed tantùm poſt peractam pœnitentiam, D. 267. col. 1. b. & ſeqq.

Pœnitentia homini eſt neceſſaria & Deo digniſſima, D. 360. col. 1. a. & ſeqq. illam iuſſit Deus. ibid. eſt magnum Dei donum ibid.

Pœnitentia data eſt non vt homines peccent ſed vt à peccato recedant, D. 361. col. 1. c.

Pœnitentia vera & falſa, D. 340. col. 1. c. & ſeqq.

Pœnitentia in quibus locis agebatur, D. 271. col. 2. b. & ſeqq. & eius gradus. ibid.

Pœnitentiam accipere qui non poſſet an admitteretur ad communionem fidelium, S. 83. col. 2. a. & ſeqq.

Pœnitentiæ omnes factæ ſunt arbitrariæ, D. 270. col. 2. e. & ſeqq. nihil ſublatum pœnitentiæ complemento ſed ordo tantum mutatus. 271. col. 1. d.

in Pœnitentia publica irroganda duo inſpiciuntur an publicum ſit crimen, & an graue ſit, etſi non publicum, D. 265. col. 1. e. & ſeq.

Pœnitentes per occultam confeſſionem à gradu ſuo non deiiciendi, D. p. 134. col. 1. a.

Pœnitentia ad quid à Deo inſtituta, D. 252. col. 1. c. & ſeq. poſt peccatum neceſſaria. p. 255. col. 1. c. & ſeq. ſolùm Deo oſtenſa pœnam tollit & gratiam confert. ib. col. 2. b.

Pœnitentes habebantur tanquam alieni à communione, vel propter ipſum peccatum, vel propter ſtatum pœnitentis, D. 261. col. 1. e. & ſeq.

Pœnitentia in adultis poſt Baptiſmum neceſſaria, D. p. 212. col. 2. c.

Pœnitentia fuit duplex, vna priuata, altera publica, D. 391. col. 1. a. & ſeq.

Pœnitentia olim nolentibus inflicta, volentibus aliis data; qui ideo dicebantur eam petere accipere & profiteri, S 61. col. 1. e. & ſeq.

Pœnitentiam denegari non poſſe eam petentibus ſiue ſanis ſiue infirmis oſtenditur, S. 61. col. 2. e. & ſeq.

Pœnitentiam fuiſſe ante Baptiſmum oſtenditur, D. 381. col. 2. c. & ſeq. illa non ſufficit niſi ſequatur Baptiſmus. 381. col. 1. d.

Pœnitentiæ fructus qui ſint? D. 382. col. 2. d. & ſeqq.

Pœnitentiæ liber nomine Iamnis & Mambræ apocryphus, D. p. 105. col. 1. c.

Pœnitentium quis ſtatus fuerit & quibus legibus fuerint obnoxii, D. 393. col. 2. c. & ſeq.

Pœnitentiam dabat olim Epiſcopus vel in eius

absentia

abſentia Preſbyter, D.394. col. 2. d. & ſeqq.
Pœnitentia dabatur per manuum impoſitionem, D.395. col. 1. a. & ſeqq. eius diuerſi gradus. ibid. col. 2. e. an fuerit neceſſe tranſire per omnes illos gradus.
Pœnitentiarum antiquarum quæ fuerint regulæ, D.396. col. 2. b. & ſeqq.
Pœnitentialium canonum quidam libri ſunt prohibiti, D. 398. col. 1. d.
Pœnitentia in hoc tantum mundo locum habet, D.398. col. 2. b. & ſeqq.
Pœnitentes an ordinari poſſint, D. p. 134. col. 1. c. & ſeq.
Pœnitentia totâ vitâ quibus ſit agenda & quo caſu, D. p. 44 col. 2. c.
Pœnitentia non eſt ſimpliciter mutare, vitam ſed etiam dolere de peccatis, D.255. col. 1. e. & ſeqq. multæ dicuntur eſſe illius viæ ibid.
Pœnitentia publica in quibus peccatis non iteraretur, D. 258. col. 2. e. & ſeqq. poterant peccatores agere pœnitentiam licet non daretur ſecunda pœnitentia. ibid. a 9. Eccleſiæ tandem placuit ſecundam & tertiam & deinceps pœnitentiam non denegari.
Pœnitentia iterata & non conſtans in propoſito non videtur vera pœnitentia, D.260. col. 1. e. & ſeqq.
Pœnitentia facienda de omnibus peccatis etiam minimis, D 260. col. 2. c. & ſeqq.
Pœnitentiam datam fuiſſe per manuum impoſitionem oſtenditur, S.65. col. 2. e. & ſeqq. item totam ſeriem & progreſſum pœnitentiæ permixtas habuiſſe varias manuum impoſitiones. 66. col. 2. & ſeqq. de gradibus illius & diuerſis locis vbi agebatur pœnitentia. 67. e. & ſeq. an fuerit neceſſe pœnitenti tranſire per illos omnes gradus. 68. e. & ſeqq. quis daret pœnitentiam an Epiſcopus an Sacerdos. 69. e. & ſeqq. an pœnitentia publica fuerit vna tantum. 70. col. 2. a. & ſeqq. de ſtatu eorum qui pœnitentiam profeſſi eam vel peragebant vel peregerãt. 73. col. 1. a. & ſeq. de quibuſdam publicis pœnitentiis. 75. a. & ſeqq. an pœnitentes eſſent excommunicati ex eo quod careãt communione. 76. d. & ſeqq. cum dicitur pœnitentibus viaticum & communio dari quid per communionem illam intelligatur. 77. e. & ſeq.
Pœnitentiam publicam qui egerint deſignantur, D 393. col. 1. b. & ſeqq.
Pœnitentiam petenti tantùm in vltima ægritudine non eſt deneganda, D. 341. col. 2. c.
Pœnitentia in pœnam peccati & ſatisfactionem impoſita, quomodo peragenda, D.376. col 1. e. & ſeqq. in illa neceſſe eſt vt aliqua pœna toleretur 377 col. 1. e debet agi cum ſpe & timore. col. 2. e. illius non eſt definitus modus nec tempus. 378. col. 1 c. debet eſſe cum perpetua ſui peccati memoria. 377. col. 1. c. cum propoſito non peccandi. e. & ſeqq.
Pœnitentiâ an aliqui non indigeant, D.380. col. 1. c. & ſeqq.
Pœnitentiam ſerio amplectendã eſſe oſtenditur, S.48. col. 1. c. & ſeq. pœnitẽtiæ nomina & cauſæ p49. a. & ſeq. de illius fructibus ante & poſt baptiſmum. p. 50. de pœnitentia catbecumenorum. p. 51.
Pœnitentiam negandam eſſe vere poſtulantibus nunquam cenſuit Eccleſia. S52. col. 2. e. & ſeqq.
Pœnitentiæ & Baptiſmi differentia qualis ſit, D. p.254. col. 2. d. & ſeqq.
Pœnitentialis canon primus quis ſit, D. p. 162. col. 1. c.
Pœnitẽtes publici qui dicantur, D. p. 134. col. 1. d.
Pœnitentes aliquando recurrebant ad ſummum Pontificem vt obtinerent moderationem & indulgentiam, D. 266.
Pœnitens non omnino debet abſtinere à ſacramentis cœleſtibus, D.337. col. 2. e. & ſeqq.
Pœnitens non ſolum diluere lacrymis debet peccatum ſed etiam factis melioribus emendare, D.337. col 2. c. & ſeqq.
Pœnitentibus quando dabatur pœnitentia & quando reconciliabãtur, D. 268. col. 1. e. & ſeq. quibus legibus tenebantur. col. 2. e.
Pœnitentibus neceſſe erat aliquãdo omnes gradus percurrere & quibus, D 272. col. 1. d & ſeq. pro illis rogabant & flebant Epiſcopi & Sacerdotes. col. 2. d. & ſeqq.
Poëtarum ſcriptis quomodo vſus ſit Paulus, D. p. 126. col. 2. a.
Pogonatus Imperator ſcribit pro concilio Conſtantinopol. contra Macarium, D. p. 72 col. 1. b. c.
Pollutio nocturna quando ſit peccatum, D. p. 8. col. 2. a. b.
Pontifices ſunt ſubditi Regibus & Reges Pontificibus, D. p. 19. col. 2. e.
Pontificum autoritas & regalis poteſtas diſtinguuntur, D. p. 171. col. 1. c.
Pontifices Romani licet habeant poteſtatẽ omnibus temporibus ordinandi non expedit tamen vt vtantur, D. p. 156. col. a. b.
Põtifex ſummus an in definitionibus hierarchiæ comprehendatur, S.33. col. 1. b. & ſeqq.
Pontifices ſicut nec ordinantur à Principibus ſæcularibus ita nec iudicantur, D p. 172. col. 1. b.
Pontificum & ſacerdotum poteſtas, D. p. 19. col. 1. d. e.
Pontifex maximus ſacramento ſe purgat, D. p. 192. col. 1. b.
Pontifices Romani ius Imperatorum in electionibus quando imminuerint, D. p 145. col. 1. c.
Pontifex Romanus non eſt iudicandus niſi ſit à fide deuius, D. p. 118. col. 2. a.
Poſſeſſio triginta annorum an proſit Epiſcopo, D. p. ... col. 2. e.
Poſſeſſio triennalis quid ſit, B. 72. col. 2. e. & ſeqq.
Poſſeſſionis petitio fieri debet à reſignatario, B. 102. col. 2. a.
Poſſeſſorium vel petitorium iudiciũ ſuper beneficio quomodo expediri debeant, B 107. col. 1. e. & ſeqq. In iis cauſis de plano & ſine ſtrepito proceditur. col. 2. d & ſeqq.
Poſtulatio quid ſit, B 62. col. 1. e. & ſeqq. diſtinguenda eſt ab electione. ib.
Poteſtates Papæ & Regia altera alterius ope indigent, D. p. 18. col. 2. b.
Præbenda eſt in triplici differentia, B. 20. col. 2. b.
Præbendæ canonicæ ſunt in multiplici differentia, B. 20. col 2. c.
Præbendæ collegiatarum à quo ſint conferendæ, B. 34. col. 1. d.
Præbendæ & dignitates cathedralium conferendæ ſunt ab Epiſcopo cum cõcilio capituli ſui, B. 33. col. 2. e. & ſeqq. conſuetudo tamen & lex in hoc aduertenda eſt. ibid.

Præcentor quis ſit in Eccleſia, B.18.
Præceptum quod dabatur à Papa Epiſcopo conſecrato, quid ſit, D. p.207.col.2.d.
Prædicatio Clericorum & Rectorum Eccleſiæ qualis eſſe debeat, D p.129.col.1.e.
Præfectus vrbis & eius dignitas quæ fuerit, S. 147. col.1. e. & ſeqq.
Præfectorum prætorio poteſtas quæ fuerit tam in oriente quam in occidente, S.146, col.1.b.
Prælati non poſſunt accuſari à laicis criminoſis, D. p.194. col.1.d.
Præmia muſis grata ſunt, & varia eorum nomina, S.133.col.1 a. & ſeqq.
Præmio & honore homines ad ſtudia incenduntur, S.135.col.1. b. & ſeqq.
Præparatio quæ ſit neceſſaria ad ſacram communionem, D.474.col.1.b. & ſeqq.
Præpoſititius, B.18. col.2.a.
Præſcriptio 40. annorum inter Eccleſias locum habet, D p.218.col.1.c.
Præſcriptio 30. annorum an proſit Epiſcopo, D. p.213.col.2. a. & ſeqq.
Præſentationis ſeu nominationis ius quodnam ſit, B. 68,col. 2.b. & ſeqq.
Præſides ſynodorum non ſemper ſunt eorum authores, D. p. 86.col. 2. e.
Præſides ſynodi Nicænæ qui, D.p.34.col 1.c.
Præſidentium integritas ſalus eſt populorum, D. p.142.col 2.d c.
Præuentionis ius in collationibus beneficiorum quomodo competat Romano Pontifici, B. 78. col. 1. e. & ſeqq. à iure prælationis diſtinguendum. col. 2. b. non eſt illis locus in beneficiis electiuis. e. & ſeqq.
Præuia quid? D. p.104.col.2.e.
Pragmatica quid ſint, D. p.180.col.2.c.
Precaria quid & quomodo fiat, D.p. 203. col. 1. c. & ſeqq.
Preſbyteri quid facere debeant cum ordinantur, D. 127.col.2.a.
Preſbyteri non debent tradere laico ſacrum corpus deferendum infirmis, D. 459. col. 2. e. & ſeqq.
Preſbyterorum lapſorum pœnitentia qualis erat, D. p.160.col.2. a. & ſeq.
Preſbyter titulo affixus an poſſit tranſire ad religionem ſine conſenſu Epiſcopi, D. 223.col. 2.c. & ſeqq.
Preſbyteri mœchantis pœna, D. p. 44. col. 2. c.
Preſbyteri an Eulogia deferre debeant ad Epiſcopos cùm veniunt ad eorum concilia, D. p. 52.col.2.a.
Preſbyteros anteferri Diaconis oſtenditur, D. p. 167. col.2. d. & ſeq.
Preſbyterorum & Diaconorum ordinatio, eius modus & tempus dicitur, D. p. 154. col. 2. d.
Preſbyteri cur oraria ferant, D. p. 314. col. 1. d.
Preſbyteri Epiſcopo præſente non benedicunt, D. p.170 col.2.d.e. & ſeq.
Preſbyteri cur ita nominentur, D. p. 162. col. 2 b.
Preſbytera vxor Preſbyteri vocatur & quomodo intelligatur, D. 111.col. 2, b.c.
Preſbyterorum ordinatio & aliorum clericorum quomodo fieri debeat, D.p.148.col.1.a.b.
Preſbyterorum commendatio & officium, D p. 169. col. c. d.e. & ſeq.
Preſbyterorum filij an poſſint ordinari, D p.140. col. 1. b.
Prima ſedes exequi debet ſynodorum conſtituta, D.140.col. 2. e.
Primaſius quomodo aſſentiat damnationi trium Capitulorum & poſtea infeliciter moriatur, D.p.68. col. 2.c.
Primatus Conſtantinopol. Epiſcopo tributus poſt Romanum à ſynodo Chalcedon. idque non approbatum à Leone, D. p. 66. col. 1. c.
Primatis nomen dicitur aliquando de metropolitano, D.p.174.col 2.b.
Primatus Romanæ Eccleſiæ quis ſit, D. p. 110. col. 1. & 2.a.b.c.
Primatus Eccleſiæ Petro competit & conſequenter ſummo Pontifici & probatur, B. 7. col. 1. & ſeqq.
Primarum ordo quis fuerit in Eccleſia Africana tractatur, D. p.174.col.2.d.
Primatis & Patriarchæ differentia, D. p. 50. col. 1. c.
Primicerij quæ ſit iuriſdictio, B. 17. col. 2 e. & ſeqq.
Primicerij officium, D. p.117.col. 1.c.
Primitiæ diſtinguuntur à decimis & debentur etiam ex diuino præcepto, B. 22. col. 1. c. & ſeqq.
Princeps nihil contra diuina mandata poteſt præſumere, D.p. 19.col.1.c.
Princeps legibus ſuis obtemperare debet, D. p. 14.col.2.a.
Princeps à quibus legibus ſolutus, D. p. 14.col. a. b.
Principes Chriſtiani obſequi ſolent decretis Eccleſiæ non ſuam præponere poteſtatem, D.p. 171. col. 1 c.d.
Principum poteſtas quæ ſit in electionibus Pontificum, D. p. 145. col. 1 a. b. e. & ſeqq.
Prioratus conuentualis & clauſtralis inter ſe differunt, B. 18.col. 2.c. & ſeq.
Prioratus clauſtrales beneficia non ſunt & cur, B. 6. col. 1. d.
Priſcus Lugdunenſis Epiſcopus author ſynodi Matiſcenſis, D.p.96.col.2.d.
Priuilegia Eccleſiarum & Sacerdotum inuiolata debent permanere, D. 241. col. 1. d. & ſeqq.
Priuilegium quid ſit, D. p. 5.col.2.e.
Priuilegium quid ſit, eius forma, quis concedebat & confirmabat, D. 244.col 1.c. & ſeqq. priuilegia aliquando lites abſtulerunt. ibid.
Probabilis vir quis dicatur, D. p. 140. col. 2. c.
Procurator ad reſignandum quomodo conſtituatur, B 99. col. 2. a. & ſeqq. quid facere debeat. ibid. ad reuocari poſſit. ib.d.
Prodigalitas vitanda in opibus diſpenſandis, D. p. 163.col.2.c.
Profeſſio quid ſit, D. p. 219. col. 2. e. & ſeqq.
Profeſſio virginitatis in adulta fieri debet ætate nubili, D. 225. col 1.b. & ſeq.
Profeſſio virginum ſanctimonialium quomodo olim fieri conſueuit, D. 286. col. 1. b. & ſeqq.
Profeſſio etiam fiebat à pœnitentibus & ab hæ-

reticis.col.1.e.
Profeſſio eſt quæ facit monachum& quid ſit, D. 186.col. a. e.& ſeqq.
Promotiones quomodo fieri debeant, D. p. 143. col. 2. d.
Proſtratio quis fuerit gradus pœnitentiæ, D. 274. col.1.b. & ſeqq.
Proſtrationis beneficio diaconiſa an poteſt ordinationem nubere. D.p.119.col. 2.b.
Prouerbiorum liber ſexti nomine apocryphus, D. p 99.col.1.e.
Prouiſio noua quid ſit, B.74 col. 1.& ſeq.
Pſalterium modis omnibus noſſe debet Epiſcopus, D.p.127.col.1 a.
Publicatio renuntiationum fieri debet & quare, B.101.col.1.e. & ſeqq. iuſtum impedimentum excuſat à mora non publicatæ renuntiationis.
Pueri non baptizati vbi collocentur poſt mortem, D.416.col.1.b. & ſeqq.
Purgatio quæ ſit contra canones, D. p. 192. col. 1 b.
Purgatorium eſſe eſt de fide idque probatur, D. 411. col. 1. a. & ſeqq.

Q

Quadrageſimale ieiunium præcipuum eſt inter alia ieiunia, D. 321. col. 2. c. & ſeqq. eſt lex diuina. ibid. varie fuit obſeruata. 322. c. & ſeqq.
Quadrageſimæ an plures fuerint, D. 325. col. 1. b. & ſeqq.
Quadrageſimæ inſtitutio à patribus Chriſto attributa, D.p.7.col.1.a.
Quadrageſima variè obſeruata, D. p. 6. col. a. e.
Quadrageſimæ dies ſunt decimæ anni, D. p. 8. col. 1. b.
Quartaoblaionum & mortuorum debetur Epiſcopis, B. 24.col.1.e.
Quod viſitationis ius debetur Epiſcopis, B. 24. col.1.d.
Quinquageſima non debet iodici laicis, D. p.7. col 2. d. e.

R.

Raptas & violatas poſſe eſſe caſtas oſtenditur, D. 330. col. 1. c. & ſeq. non debere tamen ſe comparare virginibus. ibid.
Raptor non poteſt habere deſponſatam, & quæ pœna ei irrogetur, D. 297. col. 1. b. & ſeqq.
Rationibus publicis obligati an ordinentur, D. p.137.col.2. e.& p.138.
Ratio quomodo præcedat fidem, S.4. col.1.e. & ſeqq.
Reconciliatio quando daretur pœnitentibus, D. 400.col. 2. e. & ſeqq.
Reconciliatio pœnitentium olim fiebat ab Epiſcopo vt plurimùm, D.426.col.1.e. & ſeqq.
Rectores Eccleſiarum intra annum promoueri debent, D.p.142.col.1.b.
Redemptio Eccleſiarum quid ſit, D.p. 169. col. 1.a. & ſeq.
Regaliæ ius in beneficiis quodnam ſit, B 39.col. a. a. & ſeqq.
Reges & Pontifices haud dubiè habent poteſtatem ſuam à Deo, P. 172. col. 1. d.
Reges ſupra Pontifices, D. p. 19. d. e. & p.20. a. b.
Reges quomodo ſacerdotibus dominentur, D.p. 19.col.2.d.
Reges habent ius in bonis eccleſiaſticis temporalibus, D. p.9.col. 1.e.
Regum ius vnde veniat exponitur, D.p.9.col. a. c d.
Regibus obediendum in omnibus præceptis, D. p.10.col.2 c.d.
Regis eſt condere leges quaſcumque, D. p. 10. col. 2. b.
Regi obediendum, D.p.18 col.2.a.b.
Regum & Imperatorum ius in collatione beneficiorum quodnam ſit, B. 32. col. d. & ſeqq.
Regum leges à Deo ſunt, D. p.11. col.1. b.
Regum leges obligant ad conſcientiam, D. p. 11. col. 1. c.
Rex poteſt erigere quamcumque ciuitatem voluerit in metropolim, D.p 183. col.2.d.
Rex vicarius Dei, D. p.18. col.2. d.
Rex poſt iudicium Epiſcoporum iudicare poteſt in cauſis Eccleſiaſticis, D. p. 20. col. 1. b.
Regreſſus & acceſſus quando locum habeant, B. 84. col.1.c.& ſeqq.
Regulæ Cancellariæ duæ ſunt adnexæ bullæ quibus Romanus Pontifex prouidet de vacationibus beneficiis, B.78.col.1.a.& ſeqq.
Regula de viginti diebus an locum habeat in renuntiationibus factis coram ordinario, B, 101.col. 2. a. & ſeqq. in quibus aliis etiam locum non habeat. ibid. huic regulæ derogare poteſt Papa vel eius legatus. c.
Reipublicæ florentis ſpecies eſt vt diſciplinarum profeſſoribus præmia pendantur, S. 126. col. a. c.& ſeqq.
Religio eſt iuris naturalis gentium propter plures rationes, B.p. 1.col.1.a. & ſeqq.
Religioſorum dignitates quæ ſint, B. 18. col. 2. c.
Reliquiæ ſanctorum deponendæ ſunt in templo conſecrato, D. 428. col. a. e. & ſeqq. poſſunt eſſe falſæ. ibid.
Remenſis metropolita tanquam primus ordinabat olim Epiſcopos in conſultro... imate ſuo, B.27.col. 1.e. & ſeqq.
Remiſſio peccatorum quam ſequebatur pœnitentiam, D.267.col a.e. & ſeqq.
Renuntians beneficio quo caſu poſſit redire ad beneficium ſuum, B.103.col.1.b.
Renuntiatio beneficiorum vel eſt libera vel fit ex cauſa permutationis, B. 97.col. a. e. & ſeq. libera vel eſt expreſſa vel tacita. ibid. & hæc ſubdiuiditur. 98.c. & ſeqq.
Res Eccleſiæ non quaſi propriæ ſed vt communes diſpenſandæ, D. p. 106. col. 2.b. & ſeqq. non ſunt alienandæ. ibid.
Reſcripta quomodo obtineri debeant, D 243. col. a. d. & ſeqq.
Reſeruationes beneficiorum quomodo pendeant à Romano Pontifice, B. 83. col. a. e. & ſeqq. ſunt generales & ſpeciales 84.b. & ſeqq. effectus qui. ibid. e.& ſeqq.
Reſidentia beneficiorum qualis eſſe debeat, B. 93. col. a. c. & ſeqq. ſunt quidam caſus in quibus non reſidens excuſatur. 94. col. 1. c. & ſeqq.

Reſignatio beneficiorum per quos fieri poſſit, B. 99.col. 1. c. & ſeq. apud quos. ibid. quibus ex cauſis. ibid. quænam irritam reddere poſſint renunciationem. ib. quænam ſit vis renunciationis. ibid. quid iuris obtineat ſi renunciatio non fuerit admiſſa. ibid.

Reſignatario an ſufficiat poſſeſſionem accepiſſe ante mortem reſignantis & quomodo id accipiendum ſit, B. 102. col. 1 e. & ſeqq.

Reſponſa prudentum quid, D.p. 3.col.1.e.

Reſponſa prudentium differunt ab interpretatione prudentum D.p.4.col.1.b.

Reſpõſa prudentũ ſunt iuris ſcripti, D.p.4.col.1.

Reſtitutio rerum alienarum quomodo fieri debet, D.p. 11.col 2 e.& p.511.a.

Reuelatio quæ appellatur Pauli apocrypha, P. 98.col.1.e.

Reuelatio quæ appellatur Thomæ apocrypha, D.p.98. col. 2. e.

Reuelatio quæ appellatur Stephani apocrypha, D.p.98. col.2 e.

Reum ad Eccleſiam confugientem non licet abſtrahere, D. p.520. col. 1. e. & ſeqq. & qua pœna puniendus qui abſtrahit, D.p. 521.col. 1. a. & ſeqq.

Rhodia lex quid, D.p.4.col. 2. c.d.

Ritus miſſæ ſimiles fuerunt apud veteres huic noſtro, D.445. col.1.b.& ſeq.

Ritus quidam tam Sacerdotum quam laicorum in conficiendo vel recipiendo corpore Chriſti aperiuntur D 472.col.2 d. & ſeq.

Romanæ Eccleſiæ authoritas & firmitas oſtenditur, D 219. col. 1.b.& ſeq.

Romanæ ſedis authoritas ad ſynodum vniuerſalem neceſſaria. D.p. 107. col.2.e.

Romanæ Eccleſiæ poteſtas quanta ſit, D. p.201. col. 1.c.

Romana diœceſis deſcribitur, S.151.& ſeq.

Romana Eccleſia eſt Eccleſia Petri à Deo fundata, B. 9.col.1.c & ſeq.

Romanus Pontifex in quibus beneficiis ſolus diſpenſet, B.97. col.1.e.

Romani pontificis vniuerſalis poteſtas in omnes Eccleſias oſtenditur, S.155 col.1.a & ſeq. eius iuriſdictio declaratur qua ad illud vndique prouocatur. 156. e. item in conuocandis & confirm[illegible]is conciliis.157. col.1.d & ſeq. obiecta quædam aduerſariorum diluuntur. col. 2. d d. & ſeq.

Roma vnicus orbis, S. 141. col. 1.b. ea diuiſa in duos orbes orientem & occidentem. ibid.c.

Romani Pontificis ordinatio à quo fiat, D p.112. col.1. b. & ſeq.

Romana ſedes qualiter honoranda ſupra alias, D. p.112. col. 1. e.

Romanæ ſedis authoritas nihil contra ſtatuta patrum condere vel mutare poteſt, D.24.col.1. a. & ſeq

Romana Eccleſia ſuam habet diœceſim, B. col. 2. c.& ſeq.

Romanæ Eccleſiæ priuilegia non præſcribuntur niſi centum annis, D.p.518. col. 1.b.

Romanus Pontifex an beneficia in aliorum diœceſi & patriarchatu ſita rectè conferat, B 25.col. 1. c. & ſeq.

Romanus Pontifex iudicatur à ſeipſo, D. p.111. col.1.b.c.d.

Romanam Eccleſiam ſolus Chriſtus inſtituit, D. p.111.col. 1. e.

Romana Eccleſia omnes alias inſtituit, D. p.111. col. 1. e.

Ruffini paraphraſis de ſuburbicariis regionibus exponitur, S 159.c.

Ruſticus Diaconus miſſus in exiliũ, D.p. col.2.a.

S.

SAbbati die ieiunandum eſt neque feriandum, D.491.col.1.d.& ſeq.

Sacerdotes an debeant quotidie Miſſam celebrare, D.451.col. 1.d. & ſeqq.

Sacerdotes habentes vxores in quo abiicere eas poſſunt, D.p.119. col.1. e.

Sacerdotum ſcientia quæ debeat eſſe, D. p. 126. col.2. d.e.

Sacerdos inſidias timens in itinere poteſt accipere homines armatos, D. 35.col.2.b.

Sacerdotes quis accuſare poſſit, D. p. 197. col. 2.c.

Sacerdotes non poſſunt deiici ab Epiſcopo ſine concilij examine, D. p.115 col 2. e. & ſeq. idq; fieri debet iis præſentibus. ibid.

Sacerdotium Chriſtianum attendit magis ad animorum quam corporum vitam, D. p. 132. col. 1 e.

Sacerdos peccans ante vel poſt ordinationem quomodo puniendus, D. 213.col.2.d.& ſeq.

Sacerdotium & regnum olim coniuncta ſed à Chriſto diuiſa, D.p.18 col.1.c.d.

Sacerdos malus de ſacerdotio ſuo crimen acquirit non dignitatem, D.p.128.col. 1.c.

Sacerdotum pœnitentia quæ fuerit. D.393.a.

Sacerdotum inſtitutio & authoritas eſt iuris diuini, B p.5.col. 2. c. & ſeq.

Sacerdotes admitti non debent ad teſtimonium contra ſuos pœnitentes, D.325.col.1 b.

Sacerdotes & miniſtri an iurare teneantur & quomodo, D p.191.col.2.b.c.

Sacerdotes tantùm ſacrificantium coronam portantes nec ſacrificantes idolis quâ pœna digni D.p.45.col. 1 c.

Sacerdos ſi cadit an habeat reſtitutionis locum, D p.132. & 133. a.b.c. & ſeq.

Sacramenta cum obſint indignè tractantibus proſunt tamen per eos dignè ſumentibus, D. 149 col. 2.a & ſeqq.

Sacramentis adeſt Deus vt ſint operatoria, D. p. 188. col. 2 a. & in verbis Chriſti fit Sacramentum. ibid. c.

Sacramenta tum veteris tum nouæ legis à Deo inſtituta ſunt poſt hominis peccatum, D. 246. col. 2. c. & ſeq. medicinæ vocantur. ibid. propter multas cauſas inſtituta. ibid.

Sacramenta an conferantur à ſimoniacis & hæreticis, D p.188.col.1.a.& ſeq.

Sacramenta nouæ legis ex opere operato conferunt gratiam, D. 248. col. 2.d.& ſeq. cur ita dicta. ibid. a.

Sacramento ſe purgare Preſbyteri tenentur, D. p.162 .col.1.c.& ſeq.

Sacramentum corporis ſui cur Chriſtus inſtituerit, D457.col.1. d. & ſeq.

Sacramenti gratia ab hæretico confertur, D.p. 109.col. 1. d.

Sacramenta an conferri poſſint ab hæreticis, D. p. 41. col. 1. a.

Sacrificium ſingulare eſt Miſſa, D. 451.col. 1. a. & ſeqq.

Sacrificia ſunt iuris diuini & iuris gentium, B. p. 2. col. 2. b

Sacrilegi qui ſint, D. p. 220. col. 2. b & ſeqq.

Sacrilegi & homicidæ qui Chriſti pecunias auferunt, D. p. 207. col. 2. b & quomodo puniendi ibid.

Salaria quid, D p 107. col. a & ſeqq.

de Saluatoris infantia liber apocryphus, D p. 99. col. 2. a

Sanctimoniales non poſſunt habere priuata domicilia, D. p. 122. col. 2. d & ſeq.

Sanctimonialium matrimonium an ſit adulterium quæritur, D. 288 b & ſeqq. pag.

Sardicenſe conſilium quando coactum & cor. D. p. 87. 88. a b e col. 1. & 2.

Sardica ciuitas quæ ſit, D. p. 87. col. 2. e

Sanctorum geſta an in præfationibus miſſæ recitarentur, S. 93. col. 2. d

Sanctificatio filiorum in vtero matris quæ ſit? D. 499. col. 1. a & ſeqq.

Satisfactiones iniungendæ ſunt pro qualitate criminum & pœnitentium, D. 271. col. 1. d & ſeqq.

Satyra lex quid, D, p. 4. col. 2. a

Scientiatum & vitam aliquorum Epiſcoporum examinari mandat Papa, D. p. 162. col. 2. d

Scientia clericorum quæ debet eſſe, D. p. 126. col. 2. d

Scientiæ nec in partes diuidi nec in compendia debent traduci, S. 126. col. 2. e & ſeqq.

Scientiæ ſæculares ſuam habent veritatem, D, p. 116. col. 2. b

Scientia ordinandorum ad beneficia qualis eſſe debeat, B. 43. col. 2. e & ſeqq.

Scolaſtici de foro qui dicti, D. p. 136. col. 1. d

Scholaſtici contemnere non debent eos qui morum vitia quam verborum deuitant, D. p. 127. col. 1. d

Scriptores librorum canonicorum erraſſe nunquam credendum, D. p. 15. col 1. e d

Scripturæ ſacræ difficultates quomodo explicandæ & vbi occurrendum, D. p. 14. col. 2. d e & p. 15. col. 1. a b

Scriptura ſacra quare dicitur canonica, D. p. 16. col. 1. c

Scripturæ ſacræ libri qui non canonici D. p. 16. col. 1. e

Scripturæ ſacræ qui ſunt libri, D p. 16 col. 2. b

Scripturæ ſacræ canonicæ authoritas, D. p. 14. col. 2. b

Scripturæ ſacræ authoritas, D. p. 21. col. 2. d Scripturas ſacras & canones legere & ſcire debent clerici, D. p. 120. col. 2.

Scripturæ ſacræ quomodo explicandæ, D. p. 126. col. 1. e d e

Scriptura ſacra omnibus aliis præferenda, D. p. 17. col. 2. e

Scripturarum diuinarum locutio ſecundum cuiuſque linguæ proprietatem accipienda eſt, p. 127. col. 2. b

Scripturarum approbatio & refutatio quomodo fieri debet, D. p. 109. col. 1. b

Sedes prima Romana, D. p. 3. col. 2. a

Sedis Apoſtolicæ autoritas & qui Epiſcopi illi ſubiacent, D. p. 167. col. 1. d

Sedes Superiorem alium non habens iudicatur à ſeipſa, D. p. 3. col. 1. b

Sedes ſecunda Alexandrina, D. p. 3. col. 2. a

Sedes tertia apud Antiochiam, D. p. 3. col. 2. b

Senatus conſultum quid, D. p. 3. col. 2

Senectus in lapſo Epiſcopo dedit excuſationi locum, D. p. 160. col. 1 d

Sententiæ verbis præferendæ, D. p. 127. col. 1. d

Sententia plurium obtinet in electione Epiſcoporum, D p. 147. col. 2, e

Sententiæ perfectæ & alienationis à communione differentia, D 63. col. 1. d

Sententiæ mutatio non in culpa eſt ſed inconſtantia ſenſus, D. p. 70. col. 2. d e

Sepulturæ locus quis eſſe debeat, D, p. 210. col. 1. a & ſeqq. non vendi debet ibid. qui poſſint ſepeliri intra Eccleſiam & qui non ibid.

Sequeſter fructuum an conferre poſſit beneficia B. 36. col. 1. a & ſeq. ſequeſtratio duplex ibi d.

Sequeſtratio beneficij quando fieri debeat, B. 108. col. 1. b. & ſeq.

Sergij Conſtantinopolit. Epiſtola legitur in ſynodo, D, p. 73. col. 1. b

Seruianus an fuerit conſul, S 93. col. 2. e

Serui an poſſint ordinari, D. p. 138. col. a b & ſeq.

Seruitus à quo iure deſcendat, S, 3. col. 1. d & ſeq.

Seueritati aliquid detrahendum, D. 133. col. 2. d

Sigilli confeſſionis quanta ſit vis, D. 376. col. 1. b

Sigiſmundi Burgundiorum regis tempore habita ſynodus Epaunenſis, D. p 95. col. 1. e

Signatura quid ſit, B. 75. col. 2. a differt à Bulla ibid.

Signum crucis dat perfectionem omnium ordinum conſecrationi, D. 521. col. 1. a & ſeq. illius vſus adhibitus à Chriſtianis in omnibus rebus, 16.

Silentium indiſcretum arguitur ſicut incauta locutio, D. p. 129. col. e & ſeq.

Simoniaci cenſentur hæretici, D. p. 187. col. 1. b Simoniæ labes multis modis contrahitur, ibid.

Simoniam circa res & gratias verſari oſtenditur D. p, 187. col. 1. a & ſeq.

Simonia contrahitur tribus modis à manu, à munere & à lingua, B. 51. col. 1. e & ſeqq.

Simoniæ ſpeciem habet quando Epiſcopus conferendo benefi.. m partem ſibi reditus retinet, B. 51. col. 2. e

Simonia quæ fit in rebus vel Beneficijs prebendis officijs Eccleſiæ explicatur, D. p. 186. col. 1. b

Simoniacus an priuetur ipſo iure beneficijs B. 105. col. 2. d & ſeq.

Simonia alia eſt mentalis alia conuentionalis alia realis B. 105. col. 2. e & ſeq.

Simoniacus eſt qui dat pecuniam vt Epiſcopus eligatur, D p. 190. col. a. b

Simoniaci & hæretici pœnitentes an recipiendi & quomodo, D. p, 190. col. 2. c

Simplicitas nimia in Epiſcopo reprobatur, cum ſcientia comparatur, D. p. 127. col. 2. d

Singula Eccleſiaſtici iuris officia ſingulis perſonis ſingulatim committi debent, D. p. 165. col. 1. b e

Sobrietas clericis præcipuè commendatur, D. 526. col. 2. b & ſeq.

Solemnitates Eccleſiarum pro conſecrata Eccleſia per ſingulos annos celebrandæ ſunt, 432. col 1. & ſeq.

Somniorum reuelationes omnimodo reproban-

dæ, D. p. 93. col. 2. e
Sortes Apoſtolorum, liber apocryphus, D. p. 97. col. 2. e
Sortilegium multis modis fieri oſtenditur, D. p. 244. col. 2. d & ſeqq. ſortes ſanctorum vel Apoſtolorum dictæ prohibentur ibid. & omnis incantatio ibid.
Ster nutantibus cur benè precamur, D. 245. col. 2. c. & ſeq.
Spiritus ſancti operationes multæ ſunt in ſacramentis & quomodo eas omnes non habent ſacramenta hæreticorum, D. p. 188. col. 1. b c
Spiritum ſanctum non eſſe Deum vnde hæretici colligebant, idq; refutatur, D. p. 25 col 2. d
Spiritus ſanctus procedit à Patre & filio & hoc definitum eſt contra Græcos, D. 529. col. 1. c. & ſeqq. & refutantur eorum rationes ibid.
Spiritum ſanctum conſubſtantialem Patri & Filio vbi determinatum, D p. 58. col. 2 e
Spoliati ante omnia reſtituendi ſunt ſuis bonis, D. p. 191. col. 1. e
Sponſam alterius an ducere liceat, D, 296. col. 2. c & ſeq.
Sponſata an poſſit conuerti ad religionem ſine conſenſu ſponſi, D. 296. col. 1. c & ſeq.
Sponſi & ſponſæ reuerentia qualis eſſe debeat pro benedictione nuptiali, D, p. 117. col. 1. c
Sportulatum nominis origo vnde, D. 227. col. 1 a & ſeq.
Sportulantes clerici vnde ibid.
Spurij filij quomodo ſaluari poſſint, D. p. 140. col. 1. c d
Stationes quid ſint & an differant à ieiuniis, D. 390. col. 2. a & ſeq.
Status perſonarum quid ſit, 8. 7. col. 2. a & ſeq tripliciter conſideratur ibid.
Status eſt Chriſtianorum perfectiſſimus, col. 2. e & ſeq. proprie chriſtianorum eſt 281. col. 2. b & ſeq.
Status Eccleſiæ quis fuerit tempore Apoſtolorum, S. 11. col. 1. c & ſeq.
Statum Eccleſiæ triplicem eſſe oſtenditur, S. 8. col. 1. a & ſeqq.
Stemmata in cognationibus vnde dicta, D. 345. col. 2. d & ſeqq.
Studia literarum labore confici ac celebrari oſtenditur, S. 127. col. 2. e & ſeq. etiam la- labore 128. c & ſeq.
Subdiaconi valdè antiqui ſunt in Eccleſia, D. p. 141. col. 2. c
Subdiaconi ferre non poterant orarium, D. p. 115. col. 2 c
Subſcriptio fragmenti damnationis Theodori falſa dicitur, D. p. 69. col. 1. d
Subſcriptionum ordo & modus & numerus in ſynodo conſtantinopol. D. p. 82. col 1. a
Suburbicariæ Eccleſiæ quæ ſint, S 151 & ſeqq.
Suburbicariæ regiones an ſint quæ eædem dicuntur ſuburbanæ, S. 148. col. 1. e & ſeq. earum numerus & ſitus vndeq; ſic dictæ 16.
Superhumeralia quid, D. p. 80. col. 2. a b
Superiorum miniſtrorum authoritas in inferiores quæ ſit, D. p. 110. col. 2. e
Suſceptores marium olim erant mares, & fœminarum fœminæ, D 506. col. d & ſeq.
Suſpenſi non poſſunt eligere, B. 58. col. d
Sylueſtri Actus quam habeant authoritatem, D. p. 97, col. 2. b
Symbolum Synodi conſtantinopolitanæ quid ſit, D. p 62 col. 1. c
Symbolæ Chriſtianorum quid erant, D. p. 110.
Symbolum Apoſtolorum fuit primum ſymbolum & Nicænum ſecundum, D. p. 52. col 2. e
Symboli Apoſtolorum authoritas & elogia, o. D. p 52. col. 1. c d
Syneſius ſynodi coniugatus ad Epiſcopatum vocatus, D. p. 120. col. 2. c
Synodi conſtantinopolitanæ hiſtoria, D p. 67. col. 1. a
Synodus chalced. cuius iuſſu facta eſt œcumenica, in quibus approbata à Leone, D. p. 66. col. 1. c
Synodica concilij conſtantinopolitani ad romaſum quando facta, D. p. 59. col. 2. e
Synodorum prouincialium conuocatio à quo fieri debet, quoties in anno, earum tempora, Epiſcopi & quæſtiones, D p. 108. col. e & ſeqq. col.
Synodi Nicænæ canones quot fuere quæritur & probatur, D, p, 55. col. 2. ab & ſeq. pag.
Synodus conſtantinopolitana quando habita, D p. 58. col. 2. e
Synodi prius tractant generales cauſas quam particulares, D. p. 31. col. 2. c
Synodus conſtantinopolit. 4. cur & quando habita, D. p. 78. col. 2. c
Synodus quæ dicitur corrupta à monothelitis, D. p. 73. col. 2. c
Synodus Epiſcopi cur connocatur & qui teneantur ad eam venire, D. p 52. col. 1. d
Synodi Prouinciæ q[illegible] & quoties in anno fiebant D. p. 50 col 2. d
Synodi chalcedonenſis definitiones, D. p. col. 2. d
Synodi congregantur maximè ad ſalutem animarum, D. p. 32. col. 1. a
Synodi œcumenicæ 4. quando fuerint relatæ in diptycas tabulas, S. 97. col. 1. a
Synodi Gallicanæ plures enumerantur, D. p. 96. & 97. col. 1. c
ſynodi nicænæ hiſtoria vnde ſumenda, D. p. 54. col. 2. a
ſynodi chalcedonenſis hiſtoria, D. p. 65. col. 1. c
ſynodus 2. an fuerit à Gallis recepta, D. p. 76, col 2. b
ſynodi maiores in Gallia non poſſunt cogi niſi ex conſenſu Regis.
ſynodi de rebus certis non conuocandi, D p. 35. col. 2. e
ſynodus vniuerſalis non poteſt fieri ſine, s. ſedis authoritate, D. p. 107. col. 2. e
ſynodi conſtantinopol. tempus & Epiſcopi, D. p. 70 col. 1. d
ſynodus particularis non debet congregari contra vniuerſalem, D. p. 108. col. 1. b
Synodus ſexta conſtantinop. an furtiua, D. p. 77. col. 2. a b c d
ſynodi acta ſcribere mos erat, D. p. 35. col. 2. e
ſynodi eſt canones edere & componere, D. p. 35. col. 2. e
ſynodi cauſæ & fines diuerſi, D. p. 32. col. 1. a b c
ſynodi non debent fieri niſi ex neceſſitate, D. p. 32. col. 2. a b
ſynodi authoritas nomen & origo, D p. 23. col. 1. b e
ſynodus diuinus ſacerdotum conuentus, D. p. 33. col. 1. c

Synodus eſt exercitus & militia Dei aduerſus cohortem Diaboli, D. p. 23. col. 1. e
Synodus generaliter quid, D. p. 53. col. 2. a
Synodi Nicænæ tempus oſtenditur, D. 53. col. 2. d
Synodum Nicœnam quis indixit & conuocauit D. p. 54. col. 1. c
Synodus Nicœna cur & ex quot Epiſcopis conuocata, D. p. 63. col. 1. c
Synodi conſtantinopolit. tempus & cauſæ & numerus Epiſcoporum D. p. 71. col. 1, d
Synodi 3. conſtantinopol. hiſtoria, D. p. 72. col. 1. b

T.

TEclæ & Pauli actus apocryphi, D. p. 99. col. 2. c
Templorum conſtructio & conſecratio quare & quomodo fieri debeat, D. 427. col. 1. c & ſeq.
Terra non poteſt eſſe allodialis ſine conſenſu principis, D. p. 10. col. 1. e
Teſtamentum vetus & nouum ſolùm ſcriptura ſacra, D. p. 14. col. 2. c
Teſtamenti veteris librorum diuiſio, D. p. 16. col 2. b
Teſtamenti noui librorum enumeratio, D. p. 17. col. 1. b.
Teſtes qui non poſſunt eſſe, D. p. 155. col. 1. a & ſeq.
Teſtium numerus quis adhibendus, in Iudicio Epiſcopi, Preſbyt. & Diaconi, D. p. 191. col. 1. d
de Teſtibus, accuſatoribus, & iudicibus, D. p. 196. col. 1. e
Teſtes qui fuerant contra Ignatium audiuntur in ſynodo, D. p. 81. col. 2. b c
Theodoretus receptus in communionem, D. p. 66. col. 1. a
Theodoreti ſcripta in quo refutata, D. p. 69 col. a
Theodorus Crithinus author Iconomachicæ hæreſeos in ſynodum adducitur, D. p. 81. col. 1. e excommunicatur col. 2. a b
Theodorus Dorobernenſis primus videtur de pœnitentijs ſcripſiſſe, D. p. 162. col. 1. a b
Theodoti hæreſis de duabus ſubſtantijs in Chriſto confutata, D. p. [illegible]
Theodoſius minor quomodo ſcripſit ſynodo Epheſinæ, D p. 171. col. 1. e
Theſaurus liber quis, D. p. 99. col. 1 b
Theſaurarij officium, D. p. 117. col. 1. a
Titulus coloratus & incoloratus qui ſint, B. 73. col. 1. d & ſeq.
Titulos dici Eccleſias & parœcias oſtenditur, D. p. 148. col. 2. d
Titulos imprimere prædiis fiſcali more quid, D. p. 218. col. 1. d & ſeq.
Toletanum concilium quando fuerit, S. 102. col. 2. b
Tonſura quando ſufficiat ſola ad obtinenda beneficia, B. 47. col. 2. a
Tonſura clericorum qualis erat, D. p. 116. col. 2. e
Tractatores qui ſint, D. p. 109. col. 1. e
Traditionum authoritas, D. p. 21. col. 1. d.
Traditionis non ſcriptæ authoritas, D. p. 21. col. 2. e
Traditores codicum quomodo puniendi, D. p. 47. col. 2. b
Traianus quo anno vicetito occubuit, S 91. col. 2. b
Tranſitio Eccleſiæ quid, D p. 184. col. 1. c
Tranſlatio quid ſit & quando fit, D. p. 184. col. 1. a
Tranſlatio quid ſit, B. 64. col. 1. d & ſeq. prohibetur ibid. ſi fiat exigitur ſuperioris authoritas, 65. col. 1 a & ſeq.
Tranſmarini an eſſent ordinandi dicitur, D. p.
Tranſmutatio ſedis Epiſcopi an fieri poſſit, D. p. 184. col. a b
Tribonitia poteſtas an ſit ratio bona ad numerandos Imperatorum annos, S. 94. col. 1. b & ſeq.
Tributa Regi ſubtrahentes an peccent, D. p. 11. col. 2. e p. 12. 13.
Trinitas vt quid Arithleticum conſideranda item cœlum & terra, S. 119. col. 1. d
Trinitatis fides in Eccleſia qualis eſſe debeat, D. 497. col. 2. c & ſeq.
Tuitiones quomodo datæ ſint & eius exempla, D. 242. col. 1. b & ſeq.
Tunica inconſutilis Domini explicatur, D. p. 30. col. 1. e

V.

VAcatio beneficij extra delictum quibus modis accidere poſſit, B. 97. col. 1. e & ſeqq.
Vacante Eccleſia in qua Papa habet peculiarem poteſtatem quid fit, D. p. 143. col. 1. b
vaſa Eccleſiæ vetuſtate conſumptæ debent incendio dari, D. 433. col. 1. e cineres eorum vbi debeant poni, ibid. a quibus vaſa ſacra contrectari debeant, col. 2. c
Velum cur datum ſit ſanctimonialibus, D. 285. col. 1. c & ſeq.
Venatio clericis interdicta & ſub qua pœna, D. p. 124. col. 2. a
Venatoribus dare malum eſt, D p. 163. col. 1. e & ſeq.
Venetiarum initium an ex reliquis Aquileienſium, S. 98. col. 1. d veneti dicuntur omnium virtutum viri ibid.
Veſtes Pontificales quæ dantur Epiſcopis quid ſignificent, B. 17. col. 1. c
Veſtes clericorum fulgidæ eſſe debent ſiue in ciuitate ſiue in via, D. [illegible] col. 1. d
Veſtimenta Domini alia diuiſa ſunt alia indiuiſa & hoc explicatur, D. p. 30. col. 1. d e
Verecundus Nicenſis Epiſcopus in defenſione trium capitulorum perdurat, D. p. 68. col. 2. a b
Viaticum quid ſit, D. p. 134. col. 2. c d
Vicarius generalis an vice Epiſcopi conferat beneficia, B. 25. col. d & ſeq.
Vicarij perpetui conſtituuntur in beneficiis duobus caſibus, B. 51. col. 1. c & ſeqq. quando deſtitui poſſint e & ſeqq.
Vicariorum, vel Papæ vel aliorum Patriarcharum origo vnde ſit, B. 26. col. 2. e & ſeq.
Vicariorum Poteſtas tam in oriente quam in occidente quæ fuerit, S. 146. d
Victor Tunnenſis in carcerem miſſus, D. p. 71. col. 1. b
Victorini & Xantippi controuerſia vnde orta, D. p. 175. col. 2. e
Victorini Lictauienſis opuſcula apocrypha, D. p. 105. col. 1. c
Viduæ profitentes caſtitatem inter Virgines non

cenſebantur, D. 284. col. 1. a
Vidua mœchata, ſi mœchum poſt accipiat qua pœna digna, D. p. 45. col. 1. c
Viduam qui duxerit non poteſt ordinari, p. 122. c & 124. col. 1. b
Viduam qui duxit non dicitur propriè bigamus D. p. 124. col. 2. b
Viduæ erant quæ ſtipendio Eccleſiæ ſuſtentaban-tur, D p. 160. col. 2. b
Vigiliarum vſus quis fuerit priſcis temporibus, D 384. col. 1. e & ſeqq. cur alicubi prohibitæ col. 2. e. & ſeq. mos fuit Eccleſiæ ſacerdotib, vt ad orandum noctu conſurgerent ibid.
Vigilius Papa an damnationi trium capitulorum ſubſcripſerit, D. p. 97. col, 2. a b & ſeq.
Vigilij mors quando, D. p. 71. col. 2. d
Vigilius Epiſcopus Romanus venit conſtantinopolim, D. p. 67. col. 1. d
Vigilij Encyclica ad vniverſam Eccleſiam; D. p. 69. col, 1. a
Violatores canonum peccant cõtra ſpiritum ſanctum, D. p. 241. col. 1. a
Vir vel mulier ad digamiam tranſeuntes non benedicebantur a Presbytero & cur, D. 311. col. 1. c
Vir vnius vxoris quis ſit, D. p. 117. col. 2. b
Vir non miſceri debet cum vxore niſi poſt purgationis tempus, D. p. 8. col 1. d
Vir & vxor ſimul non poſſunt ſuſcipere puerum in baptiſmo, D. 307. col. 1. e & ſeq.
Virtus vnumquemq; ornat & vitium commaculat, D. 140. col. 1. d
Virtus an ſolo honore & inani gloria debeat eſſe contenta, S. 133. col. 1. d & ſeqq.
Virtutis vindiciæ à mala fortuna, S. 132. & ſeq.
Virgo Maria Mater Dei fuit à Spiritu ſancto animo & corpore perpurgata, D. 499. col. 1. d & ſeqq.
Virginem Dei param vere nupſiſſe B. Ioſeph dicitur ex S. Auguſtino, D, 193. col. 2. e & ſeq.
Virginem Mariam non Dei ſed hominis matrem aſſerebat Neſtorius, D. p. 62. col, 1. d
Virgo non tantum poſt votum ſed poſt conſecrationem nubat ſi quid iuris, D, p, 118. col. 2. e
Virgines & viduæ ſub cuſtodia Epiſcoporum erant, D, 284. col. 1. e conſecrabantur à ſolo Epiſcopo, non quotidie ſed certis diebus, col. 2. c
Virgines & viduæ quando velandæ, D, 125. col. 1. d
Virgines Deo dicatæ ſi non habent ius connubij multò minus poſſunt facere concubitus illicitos, D, 292. col. 1. d. & ſeqq.
Virgines & viduæ olim cum habitu laicali Virginitatem & caſtitatem profitebantur, D, 283. col. 1. a manebant in domibus proprijs ibid. vt plurimùm tamen velabantur ibid. D. idq; antiquiſſimum col. 2. a & ſeqq.
Virgines velandi mos vnde exortus ſit, D, p, 284. col. 2. d. habitus earum diſtinctus fuit à laicarum veſtitu, 285. b & ſeqq.
Virgines & viduæ an poſt votum caſtitatis matrimonium contrahere poſſint, D, 280. col, 1. a & ſeqq.
Virgines Deo dicatæ ſi pactum violauerint qua pœna puniendæ, D, p, 44. col. 2. c
Virgines non leuiter nec temerè conſecrari debent. D. 285. col. 2. d. & ſeqq.
Virginitatis perpetuæ votum ab Eccleſia ſemper receptum, D, 280. col. 1, d & ſeqq.
Virginitatem cur Chriſtus tam ſero non Moyſes inſtituerit, D 281. col. 1. e & ſeqq, ſbiq; [illegible] ponderatur quæſtioni quæ mouetur contra bonum Virginitatis, 286. b & ſeqq.
Virginitatem colentes non debent in ſuperbiam efferri aduerſus eos qui ſimplicius viuunt, D. p. 119. col. 2. d
Virginitatem quomodo videatur habuiſſe odio ſynodus Gangrena explicatur, D. p, 119 col. 2 d
Virginitatem non ratione ſed odio nuptiarum ſunt qui amplectuntur, D, p, 119. col. 2. d
Viſitatores ius nemo vſurpare debet, D. 143. col. 1 b & ſeqq. quando mitti debeant ibid.
Vitalis Salaminius an fuerit Epiſcopus, D. p. 86. col. 2. c
Vitiati corpore an debeat ordinari, D. 119. col. 2. e
Vnio Eccleſiarum quomodo ſit, D, p, 184. col, 2. e
Vniones beneficiorum quibus modis fiant, B, 70. col. 1. a & ſeqq.
Vnitas Eccleſiæ in concilijs, D. p. 19. col. 1. d & col. 2. a b
Vocatio ad ſynodum quomodo fieri debet, D, p, 196. & vocati ſi non veniant quid ſit ibid. & ſeqq,
Voluntatem & operationem vnam in Chriſto aſſerebat Macarius, D, p. 71. col. 2. d
Votum ſimplex & Votum ſolemne quomodo inter ſe differant, D, 290. col. 1. c & ſeqq.
Votum ſolemne nihil aliud eſt quam profeſſio, D, p. 29. col. 2. d & ſeqq. cur ita dictum ibid.
Votum ſimplex quantum ad Deum obligat non quantùm ad matrimonium, D, 291. col. 1. e & ſeqq.
Voto Virginitatis facto, an matrimonium poſt contractum valeat, D, p, 118. col. d
Voto ſimplici cur non ſit tanta vis quanta voto ſolemni, D, 190. col. 2. c & ſeqq.
Vota non poſſunt ſolui niſi in Eccleſia ſicut nec oblationes, D. 125. col. 1. a
Vota frequenter fiebant initio naſcentis Eccleſiæ, D, p. 45. d
Vota ſeruanda, D, p. 219. col. 2. b & ſeqq. ibiq; de voto ſolemni & ſimplici nonnulla obſeruantur.
Votum præcedere debet orationem, D. 219. col, 1. c
Vouentes matrimonium contrahere non poſſunt D, p, 45, col. 1. d
[illegible] ſuburbicariæ regiones quæ fuerint oſtenditur, S, 139. c & ſeqq,
Vſucapiones à quo iure introductæ ſint, S, 114. col. 1. c & ſeqq.
Vſura quid eſt, in quibus conſiſtit, D, p, 211. col. 1. c prohibetur tam-
de Vſuris & nimia habendi cupiditate, D. p, 131. col, 2, d,
Vxore ſuperſtite vtrum liceat ex ancilla liberos ſuſcipere, D. 328. col, 1, a & ſeqq:
Vxorum pluralitas cur permiſſa fuerit apud Iudæos contra ius gentium, 115. col, 1, c & ſeqq.

X.

XEnodoxia non ſunt beneficia & cur, B, 6. col. 2. d
Xerophagiæ quid erant. D, p. 523. col. 2. c

Y.

YVetot regnum an ſit fabuloſum, S. 99. col. 2. c

Z.

ZAcharias occiſus inter templum & altare an fuerit pater D. Ioannis, S, 86. col. 1. c
Zacharias & Rodoaldus quare excommunicati, D. p. 79. col. 1. c.

FINIS.

VAL 1533649

LIGATORIA DI LIBRI
VIN. LOFFREDO
Pallonetto : Chiaia 31

Digitized by Google

Digitized by Google